

# MEDVLLA DECRETI
# ALPHABETICIS
## DISTINCTA LITTERIS;

IN QVA QVICQVID IN DECRETO CONTINETVR
Per propositiones distinctas producitur.

*ATQVE EX SANCTORVM PATRVM,*
*& Conciliorum Verbis fundatur; nec non aliquoties Doctorum,*
*atque etiam Sacrorum Theologorum auctoritate fulcitur;*

OMNIBVS IN IVRE VERSANTIBVS, AC IN SACRIS CANONIBVS ERVDITIS,
atque in Sacra Theologia, etiam in morali instructis non inconcinnum Opus,
quin maxime necessarium, & opportunum, non minimis confectum laboribus.

PER

## CAROLVM MARANTAM
## V.I.D. COMITEM PALATINVM;

AC SANCTI OFFICII SANCTISSIMÆ, AC GENERALIS;
Atq; Vniuersalis Inquisitionis de Vrbe contra hęreticam prauitatem
à quatraginta annis apud Illustrissimum Ministrum Sanctæ
Inquisitionis hic Ordinarium Consultorem,

EPISCOPVM IVVENACEN REGIVM CONSILIARIVM.







NEAPOLI, Ex Typographia Camilli Caualli; MDCLVI.

EX PENSIS DOMINICI GVARRACINI BIBLIOPOL. NEAP.

[illegible]

SANCTISSIMO, BEATISSIMOQ; PATRI

# ALEXANDRO

## PAPAE SEPTIMO

## VICE DEO,

### DEI VIDELICET VICES GERENTI,

**Summo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vniuersorum Pontifici.**

CAROLVS MARANTA EPISCOPVS IVVENACEN. D. D.

INuisibilis Dei, visibile Caput Ecclesiæ resides (Beatissime Pater) Vice Deus iurè propterea nuncuparis; quod vices geris in terris Dei. Neq; profectò est, quod non possis, vt Deus, eorũ, quæ ad Ecclesiam regendam Dei spectant. Indè ad tuos sanctissimos genua damus pedes, quia Dei tenes locum. Es ergo Vice Deus in terris. Te quippè in terris visibile Caput videmus, Dei loco, quem non visibilitèr aspicimus, sed credimus, constitutum. Te loco Dei Inuisibilis adoramus, tuosq. exosculamur sanctissimos pedes: quia Te Dei inuisibilis, visibile in Ecclesia Dei Caput, constitutum cernimus, intuemurq. An non tibi traditæ sunt Claues Regni Cœlorum, vt quodcumq. ligaueris super terram, sit ligatum, & in cœlis, & quodcumq; solueris super terram, sit solutum & in cœlis? Vtiq. quia Dei vices geris in terris. Es ergo Vice Deus in terris. Etsi enim *trãsiuerit in alios Apostolos vis potestatis istius* (Leo vt Papa primus, præcessor tuus, testatur) *et ad omnes Ecclesiæ Principes decreti huius constitutio commeauit, sed non frustra vni commendatur, quod omnibus intimatur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesiæ rectoribus Petri forma præponitur. Manet ergo Petri priuilegium, vbicumq. ex ipsius fertur æquitate iudicium. Nec nimia est vel seueritas, vel remissio, vbi nihil erit ligatum, nihil solutum, nisi quod Beatus Petrus aut soluerit, aut ligauerit.* Quia Vice Deus in Ecclesiæ sedet solio, inuisibilis Dei Caput visibile. Ad tuos ergo pedes (Beatissime Pater) Medullam hanc Decreti, quam concinnaui laboribus non minimis, deferre debui. Quia loco Dei stas, vicesgerens eius, Vice vtiq; Deus. Refero itaq. & libenter. Nec displicebit, quod Mariæ semper Virgini, Cedri Medullæ, Excellentiarum omnium Dei incomprehensibilium Compendio obtuli. Quia Medullæ Medullam dedi. Et ex ipsa accepi, quod præstiti. Et tibi quoq; debetur, quod illi dedi, Dei Vicesgerenti, Vice Deo, & Ecclesiæ vniuersalis visibili Capiti. Quod etenim Mariæ dedi, Deo dedi, & quod Deo, tibi, & quod tibi, Deo. Quod est ergo Dei, tuum est. Accipe itaq; & quod Dei, & quod Mariæ, & quod tuum. Ad tuos enim quàm lubentissimè pedes offero sanctissimos. Et decreta omnia Ecclesiæ in scrineo stant recondita pectoris tui, legum conditoris, decretorumq. Quæ ex decreto ergo deduxi propositiones in vnam concinnatas formam accipe. Ad decretorũ nempè conditorem Decreti Medullam referre debui. Sic enim apparebit, quod ex tuo est, quod ex decretis in vnam deduxi consonantiam. Et quis planè est, qui ad tuos non recurrat pedes; quando omnes benignissimè aspicis, libentissimè recipis, liberalissimèq. refoues? An non propterea ad tuos deuenit sãctissimos pedes Christina Serenissima Suetiarum Regina Luteri impijssima, pestiferaq. abnegata hæresi, vt Christo se daret, veritatemq. sequeretur Catholicam, tuosq. exosculaeretur pedes, alijsq. exemplo esset, quod vnus Deus, vna fides, vnum baptisma, & inuisibilis Dei tu visibile Caput in Ecclesia resides vniuersali, Vice Deus in terris? Et vtiq. admisisti benignissimè illam donis affectam nõ vulgaribus ex Ecclesiæ bonis, quæ ad Ecclesiam venit Catholicam. Sic sentient alij, qui in hæresi obdurati persistunt & Luteri, & Caluini. Quod tu Pastor vniuersalis es, visibile Caput Ecclesiæ inuisibilis Dei. Vice Deus in terris. Nec sanè frustrà ab Omnipotenti Deo factum conspicimus, vt Tu ad Sedem Petri, hiscè præsertim asciscereris temporibus communi eligentium omnium consensu, qui vitæ exemplo præibas alijs, vt tui exemplo, qui foras per hæresim sunt, ad fidem attraherentur Catholicam abiurata pessimorum hæreticorum perfidia. Et qui te mirati fuerunt Coloniæ Nuntium Apostolicum, mirẽtur multò magis nũc, & adorent vniuersalem Pontificem, Vice Deum in terris. Benedictus igitur Deus, qui sic suam regit Ecclesiam. Non dedigneris proindè (quæ tua summa est benignitas) hoc minimum intellectus mei donum, tuos ad sanctissimos delatum pedes, quos perhumillimè osculor, & accipere, & respicere.

*Tutati sum. resp. nostra 1. par. 4.*

*Ex Paulo ad Philipp. 2. & Apostil. ibid.*

*Matth. 16. 19. extrauagant. Sixti 4. & si Domini, de pænit. & remiss.*

*... 2. in annuers. assump. sup.*



Pru-

# Prudenti, beneuoloq.

# L E C T O R I.



NON nobis tantùm natos nos esse, sed Reipublicæ, cæterisq. ciuibus omnibus, eloquentissimus docuit Cicero. Quin Mundo vniuerso, quòd omnes Mundi huius ciues sumus. Et nos addimus, Hinc est, quod doctissimus ille Gratianus non sibi dumtaxat se ortum existimauit, sed Mundo vniuerso. Compilauit proindè Decretum ex Sanctorum Patrum doctrina, atque Conciliorum vniuersalium Constitutionibus ordinatum. Summa est igitur peruoluentibus illud vtilitas. Vndè Gregorius XIII. Summus Pontifex, Mundique totius Monarcha non sibi tantum, sed vniuerso Orbi natus, & compilari illud præcepit, publicisque in studijs legi, explicariq; mandauit. Et tunc verò pro lege, quæ in Decreto continentur, haberi cæperunt. Sed pauci sunt, qui Decretum hoc à Gratiano concinnatum legunt, paucissimiq; qui peruoluant, & multò minùs qui in illud inuigilent. Ego autem cum semel, atque iterum legissem illud, & quæ opportuna mihi videbantur, adnotassem, atquè alphabetico ordine, vt præsto mihi essent, concinnassem, maximam ex hac re vtilitatem comperiens, cum præsertim obseruatione perspicerem, Andream de Isernia superiore vocabulo Euangelistam appellatum, eodemque modo Lucam de Penna in tres nouissimos libros Codicis, quæ dixerunt optima, ex Gratiani decreto accepisse, in cogitationem deueni ne mihi [illegible] fuisse viderer, sed Reipublicæ, cæterisq. ciuibus omnibus, non me perperam facturum, si Decretum ipsum Gratiani ex doctrina Sanctorum Patrum, & sacrorum Conciliorum concinnatum in propositiones deducerem, illasq. litterario disponerem ordine, vt omnibus facillimè præsto essent. Feci, sed non sine magno labore, propositionesq. ipsas eorundem Sanctorum Patrum verbis, sacrorumque Conciliorum delineaui, ne in peruoluendo Decreto ipso tu laborem impenderes, sed præ manibus haberes, quod propositio tibi præstat. Equidem Margaritam Decreti, siuè tabulam edidit Frater Martinus Ordinis Prædicatorum, & non inutilem ad materias inueniendas, sed propositiones ex tuo Marte educere debes. Ego autem Medullam Decreti per propositiones deduxi, & verbis firmaui eiusdem Sancti, à quo decretum illud Gratianus detulit, siuè ex Concilio, siuè ex doctrina Patrum, vt nullo labore doctrina ipsa Sanctorum Patrum, siuè Conciliorum vti valeres. Præ his confectum opus dedi, vt præsto sit omnibus. Si quid boni ex hac Medulla accipies Decreti, Deo, à

*Iacobi 1. 17.* quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, gratias age mecum; Si quid verò inueneris, quod non tibi in vtilitatem respondeat publicam, ingenij tribue tenuitati. Sat enim mihi fuit, datum à Domino talentum

*Luca 19. 13.* *Matt. 25. 18.* non infodisse sub terram, certasse verò vt multiplicarem. Ipse autem cum vsuris exigeret. Vale.

## IMPRIMATVR.

Gregorius Peccerillus Vicarius Gener. Neapolitanus.

*D. Ioseph. de Iannario Sac. Theol. Doct. & Consult. S. Off.*
*D. Angelus Fasanus Can. Deput. vidit.*

*Illustrissimo, & Eccellentissimo Signore.*

*Domenico Guarraceno libraro di questa città di Napoli fà intendere à V. E. come tiene occasione di stampare vn libro intitolato Medulla Decreti di Monsig. Maranta Vescouo di Giouenazzo; per tanto supplica V. E. far gratia di commetter la reuisione di quello à chi li piacerà, e lo riceuerà à gratia da V. E. vt Deus, &c.*

Magnific. V. I. D. Franciscus Maria Pratus Iudex in criminalibus M. C. V. videat, & in scriptis referat Suæ Excellentiæ.

Garzia Reg. de Soto Reg. Burgos Reg. Martinez Reg. Cacacius Reg.
Prouisum per S. E. Neap. die 25. Maij 1655. De Giorno.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

PErlegi iussu Excellentiæ Vestræ laboriosum Opus Reuerendissimi Iuuenacensis Ecclesiæ Antistitis D Caroli Maranta, cui nomen indixit, *Medulla Decreti*, quod approbatione non indiget; satis enim multa ingenij sui monumenta è Typis edita variatis temporibus Authorem Iureconsultũ eximium, & eruditione refertum suspexit Orbis, & modò vt posteritati (de more) consuleret, admirabile hoc Opus è Summa Decreti concinnauit eleganti methodo, vndè lucem suo marte sibi quæsiuit, vt Famæ Templo nomẽ suum consecraret, & literariæ Reipublicæ adiumentum afferret, in præsertim, qui Iuri Canonico operam præstant. Meum est igitur iudicium posse, & debere imprimi, si tamen Excellentia Vestra meo opinamento suum præbuerit calculum, cui me submitto. Neapoli ex nostro Museo die 23. Aprelis 1656.

Excellentiæ Vestræ

Addictissimus seruus

Franciscus Maria Pratus.

Visa retroscripta relatione IMPRIMATVR.

Garzia Reg. de Soto Reg. Burgos Reg. Cacacius Reg.

Prouisum per Suam Excellentiam Neap. die 2. Maij 1656. Anastasius.

Sanctissimo Domino Nostro

# ALEXANDRO SEPTIMO

DEI IN TERRIS SVMMO PASTORI

# IO PETRI MASSARII

S. SEDIS APOSTOLICAE PROTONOTARII
V.I.D. S.T.P. Oratinen. & Neap.

ELEGIACVM CARMEN.

ECclesiæ est pecoris Pastor, Diuusq Sacerdos,
Summus ALEXANDER, qui SEPTIMVS iste vocatur.
SEPTIMVM Alexandrũ modulor, nũc carmine Petrus,
Pontificem Summum, qui frænat legibus Orbem
SEPTIMVS ALEXANDER, decus indelebile Gentis,
GHYSIADVM, qui sceptra tenet, & Templa Tonanti.
Vnus, & in Terris rerum suprema Potestas,
Claudere cui geminas datur Omnipotentis Olympi,
Et reserare fores, totumque minacibus Orbem
Terrere imperijs latè, Regumque supremos
Ponere sub pedibus fasces, atque arma Potentum.
O Tutela, quies nostræ pars maxima Famæ,
Tu populis condis sacrarum Oracula legum,
O quàm sydereo fulgebunt Templa decore,
O quàm cœlestis clarescet mentibus ignis;
Iàm cerno æthereos hùc labi turbine rores,
Iàm cerno Dios hùc cœlo irrumpere Amores,
Hoc regnante vigent sacræ cum pondere leges,
SEPTIMO ALEXANDRO, Romana Ecclesia Regnis
Floreat, horribilis se se antris hæresis abdet.
In Turcas capiet bellum, quo iustius vllum
Esse nequit, vel summo Præsule dignius vllum;
Restituet Christo Cyprum, Paphumq; Gnidumque,
Contundet genus indomitum, populosque feroces,
Quiq; in perniciem sanctæ coiere cateruæ.

Per-

Perde Viros, quibus arma placent,& classicus horror.
Tùnc veniet supplex Septemplicis Accola Nili,
Et Pharij Proceres venient, & dona ferentes
Certatim manibus plenis ingentia Nigri
Æthiopes, qui te excelsum super æthera tollent,
Christina ecce Ducum turma comitante potentum,
Regina accedit Romam de styrpe Sueua,
Ipsa Fidem, Cœli donum complexa Superni,
Atq; fauente Deo, Luteri dogmata spernit
Impia: Tu diuina Fides, Tu lampade noctem
Errorum, scelerumq; fugas, Tu lumine certò
Pandis iter Cęli, cursumq; intendis Olympo;
Te sine mortales nec spes lactauerit vlla,
Nec diuinus Amor casto calefecerit igne,
Nec solida vlla polo tulerit fastigia virtus;
Tu verum, iustumq; doces, Tu regula vitæ,
Vitaq; Iustorum diuinà viuida flamma.
Iamquè aduentanti clarorum turma Virorum
Regali generosa exit simul obuia Proli
Pars equitans, rapidis pars verò inuecta quadrigis;
Cumquè Vrbi vicina foret sata Sanguine Regum
Styrps, qualem vix Terra parem per sæcula habebit,
Ænea terrificis bombis tormenta sonare,
Ac veluti tonitru celsi audirentur Olympi.
CHRISTINA at intrat tandem Regina potentem
Armis Romulidam, binis circundata rubris
Patribus, ingreditur gemmis, auroquè retecta;
Sed virtute magis verę pietatis, & omni,
Per medios populi vadit plaudentis honores.
Dote animi Regina nitens sub tecta superba
SEPTIMI ALEXANDRI. Cuncti tùnc atria cernunt
Reginę ingressu rutilare, vt lumine Solis.
SEPTIMV' ALEXANDER cum Maiestate sedebat;
Huic igitur Se offert, Patribus vallata duobus
Coccineis Regina, Patres ibi ritè sedentes
Intranti assurgunt omnes, quibus illa modestè
Tunc genua inclinans; tantummodò tendit ad ipsum
SEPTIMVM ALEXANDRVM; cui ter se maxima curuans
Po

Poplitibus; tandem pedibns prosternitur almis;
Reginam è pedibus PRINCEPS extollit,& vltrò
Alloquitur (veluti par est) sermone benigno.
Regificoq; sibi mandans tradi omnia luxu.
Agnouere Deum vt Proceres Orientis onustum
Corpore, qui Stellis numeros, & nomina præbet;
Munera portantes pretiosa, & dona ferentes:
Sic CHRISTINA DEVM verum; Est Deus ille Deorum;
Qui specie panis tegitur, viniq; figura,
Idem, qui in Cęlis adsistit Christus eodem
Tempore; quin etiam sacros descendit ad Orbes
Triticeos, simul innumeros virtute Superna.
Accepitq; DEVM, qui toto sistit in Orbe;
CHRISTINAM donis, mentemq; attollit Olympo;
Cœlestiq; nouam replet dulcedine Sponsam:
Indè voluntatem castos accendit ad actus,
Sequè dedit socium nascens, conuictor in Escam;
In pretium moriens æquum, sed præmium Olympo.
SEPTIMO ALEXANDRO modo Marte,vel artè nitescat
Imperium, Musæq; tuis illustribus addant
Laudibus has laudes; quòd Te iàm stante iacere
Non *finis* has Musas, quas Tu euehis immò iacentes;
Te celebrant centum Vates, tua Nomina centum
Tollunt; Hęreticos aduersùs ouile frementes
Perdas, vt pecudes degant sine fraudibus æuum.
Ista docet CAROLVS MARANTA hoc Codice Iuris
Hic offert Medullam Decreti lumine claro,
Suscipere hos sacros ne dedignere labores:
SEPTIME ALEXANDER, scelerum genus omne fugabis
Aurea florescet Fatis melioribus ętas,
Immensum æternis firmabis legibus Orbem;
MEDVLLA iratos poteris compescere Reges
Implebis latè factis illustribus Orbem.
Pastor, & æterno semper celebrandus honorē
Par PETRO, Augusto Maior, termaximus Orbi.
Sicq; tuum tardum SIDVS Te montibus addet
Admirandum, Æquum, Felicem, Maximum, & Amplum.

F. I N I S.

# CAROLI MARANTAE V. I. D. NEAP.

## EPISCOPI IVVENACEN. REGII CONSILIARII, Sancti Officij Ordinarij Consultoris.

# MEDVLLA DECRETI

## ALPHABETICIS DIGESTA LITTERIS.





AARON sacerdotium approbatur, sicut & Moysi. dicente Psalmista psalmo 98. *Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius*. exponit Anacletus Papa ad omnes Episcopos in *can. Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia 2. in fine distinct.* 22. id est primi inter eos fuerunt. & sane

Aaron in summum Pontificem ordinatus fuit Domino iubente Moysi, filii vero eius in minores Sacerdotes. Gratianus in *Summa distinct.* 21. §. *Summi enim Pontifices, & minores Sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysen, qui ex præcepto Domini, Aaron in Summum Pontificem, filios verò eius vnxit in minores Sacerdotes.*

Aaron equidem Sacerdotium legitimum dignatione Dei, atq; ordinatione percepit, vnde & Core, & Datan, & Abiron, cum Sacrificandi sibi licentiam vindicassent, diuinitus percussi, pœnas statim pro illicitis conatibus rependerũt, nec potuerunt rata esse, & proficere Sacrificia, irreligiosè, & illicitè cõtra ius diuinæ dispositionis oblata. Ex Cypriano ad Magnum in *can. denique, quàm sit inseparabile vnitatis Sacramentum* 9. §. *Quod vero eundem, quem & nos Deum patrem, eundem filium Christum, eundem Spiritum sanctum nosse dicuntur.* 7. q. 1.

Aaron non assumpsit sibi honorem, ex se, sed vocatus fuit à Deo. vt Apostolus ad *Hebræos* 5. 4. dicente Apostolo: Nec *quisquam sumit sibi honorem; sed, qui vocatur à Deo tamquam Aaron*. perpenditq. Gregorius Cyriaco Episcopo scribens in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsiuisse narratis*. 9. *in principio* 8. q. 1. Charitatem ergo erga Deum habuit, cum ex omni multitudine filiorum Israel, solus à Deo electus est, vt Pontificatu ante eum fungeretur. ex Gratiano in *can. vt cognouerunt, quod nudi essent* 29. §. *opponitur etiã illud, quod omnis clamat auctoritas col. 2. circa medium de pœnitentia distinct.* 2. qui tamen in cultura vituli postea consensum populo adhibuit. Sed pœnitentiam fecit. post hoc enim in summum Sacerdotem ordinatus fuit. idem perpendit Gratianus in *can. si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit* 12. §. *è contra exemplis, & auctoritatibus probatur, post actam pænitentiam. distinct.* 50.

Aaron, & filii eius Sacerdotes Domini fuerũt. Exemplo ergo esse debebunt: *Quod Aaron,*

*& filios eius, hoc Episcopum, & presbyteros esse nouerimus. Vnus Dominus, vnum templum; vnū sit etiam ministerium.* Hieronymus ad Nepotianum epistola 2. in *can. esto subiectus pontifici tuo, & quasi animę parentem suscipe 7. distin. 95.*

Aaroni, & filijs eius panes sanctos comedere licebat. vt ostenderetur, quod oblationes, quę Domino fiunt à fidelibus, solis eius spectant Sacerdotibus. Vnde prauum est, & cōtra Dominicum præceptum, & detrimentū animæ infert, si quis illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. ex Damaso Papa in *can. hanc consuetudinem. quam contra sanctam Ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus* 25. 10. *q.* 1.

Aaron, & filiis eius à Domino data est potestas benedicendi. vnde & gratia benedictionis per ministerium ordinationis transfunditur in hominibus, vt ipsi per ordinationem nunc quoq; potestatem accipiant Sacerdotes noui testamenti benedicēdi. ex Augustino libro quæstionum veteris testamenti. in *can. dictum est à Deo in Numeris ad Moysen, & Aaron Sacerdotes 96. 1. q.* 1. hinc ostenditur potestas Sacerdotum, sicut Aaron Virga deuorauit virgas magorum, quod contra eos nihil valent dæmonum potestates. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum prestigiis* 14. §. *Auguria autem. circa medium* 26. *q.* 5.

Abbas absoluere potest Monacum suum iniicientem manus in Monachum suum; si verò alterius Claustri, per Abbatem proprium, & eius, qui passus est iniuriam. Quod si clericum percusserit secularem, non nisi per Apostolicam sedem. ex Innocentio Tertio *in cap. cùm illorum absolutio.* 32. §. *si vero Claustralis. de sententia excommunicationis extra.* Ne tamen vagandi detur materia poterit eum Episcopus absoluere, ni tanta fuerit percussio. ex Bonifacio VIII. *in cap. religioso* 21. *in principio. de sentent. excomunicationis in 6. Gloss. in can. si quis monachus* 5. verbo *prioris distinct.* 90.

Abbas non consecratur, sed benedicicitur per manuum Episcopi impositionem. ex Septima Synodo in *can. quoniam videmus* 1. *distinct.* 69. Consecrari tamen dicitur, per Vrbanum Papam in *can. alienationes* 37. 12. *q.* 2. sed abbusiuè, non verè. Consecratur autem, cum Sacerdos ordinatur. vt *Gloss.* ibidem verbo *consecrandus*, aduertit. potest tamen minores ordines suis conferre monachis. eodem *can.* 1. *dist.* 69. ibique *Gloss.* verbo *Lectionis.* Qui autem actu curam exercet monachorum siue Prior, siue Abbas: pro vtroq; nempe accipitur ex *Gloss. in can. si quis monachus* 5. verbo *prioris dist.* 90. si intra annum ad Sacerdotium non promoueatur, Abbatia priuatur ipso facto. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. ne in agro* 1. §. *Cæterum prioratus. de statu monachorum Rota decis.* 112. *nu.* 9. *post primum volumen Consiliorum Farinacij.*

Abbatis Electio ad totam Monachorum Congregationem libere spectat. Generalis præsertim. ex Concilio Toletano in *can. Congregatio* 43. *alias fin. xvj. q.* 7. & ex Gregorio Papa in *can. Abbatem* 3. & *Abbatem* 4. 18. *q.* 2. nec repugnare videtur Innocentius III. *in cap. cum dilectus filius* 8. *de consuetudine.* & sequuta fuit Rota *par.* 1. *in recentioribus decis.* 65. *n.* 4. concinit Cœlestinus Tertius *in cap. ea noscitur 6 de iis, quæ fiunt à prelatis sine consensu Capituli.*

Abbas præsentare nō potest ad Beneficiū Iurispatronatus, non consentiente Capitulo, siue antè, siue post. nisi consuetudo obsistat, quæ seruanda erit. Ex Cœlestino III. *in cap. ea noscitur* 6. *de ijs, quę fiunt à prelatis sine consensu Capituli.*

Abbatia Dignitas est Ecclesiastica. ex Bonifacio VIII. *in cap. hac constitutione* 15. *fine fin. de officio Iudicis Delegati* in 6. ibiq. *Geminian. nu.* 3. *Rota apud Cardin. Seraphinum. decis.* 514. *nu.* 7. etiam si fuerit Abbatia regularis. Quia nimirum, Dignitas Ecclesiastica est habere Iurisdictionem in foro contentioso. ex *Abb. Panormitano in cap. de multa de prebendis. Rodriquez tom.* 2. *quæstionum regularium q.* 26. *art.* 3. *colum.* 3. §. *secundo notandum.*

Abbas potest priuare officiis, quæ suis confert monachis, ad nutum. ex Innocentio tertio *in cap. cùm ad monasterium* 6. §. *tales autem. de statu monachorum. Nauar. conf.* 38. *nu.* 3. *lib.* 5. *de Simonia. Rota part.* 2. *diuersorum decis.* 778. *nu.* 11 *& sequentibus.*

Abbas Iuris habet assistentiam, vt omnes ei obediant monachi, & reuerentiam debeant. ex Innocentio Tertio *in cap. cum ad monasterium* 6. §. *Abbas verò. de statu manachorum.* est itaq. in illa manutenendus. *Rota apud Cardin. Caualet. decis.* 525. *nu.* 1. *& seq.*

Abbatissa non Iuuencula, sed sexaginta annorum eligi debet, & virgo. Gregorius Papa *in can. Iuuenculas* 12. ibiq. *Gloss. xx. q.* 1. vel non minus quadraginta annorum. ex Concilio Calcedonensi *in can. Diaconissam.* 23. ibiquè *Gloss.* verbo *ante annos.* 27. *q.* 1. quam ętatem non minorem annis quadraginta sequitur sacrosancta Tridentina Synodus *sess* 25. *cap.* 7. *de regularibus.* addens: *& quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit.* amplexa nempe fuit sacrum Carthaginense tertium Concilium in *can. sanctimoniales* 13. *eadem xx. q.* 1. dicens: *Sanctimoniales ante annum quadragesimum nō velentur.* quamuis ante Tridentinum Bonifacius VIII. *in cap. indemnitatibus* 43. *in* 6. mandasset: in Abbatissam, vel Priorissam non eligi, nisi, quæ trigesimum annum compleuerit, & expresse professa fuerit ordinem regularem.

Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si lecutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recipisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis, & hos repulisset. Sed quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos. ita Ioannes Chrysostomus *in can. quiescamus* 2. *distinct.* 42.

Abraham mendacium non dixit Pharaoni dicendo: Saram sororam suam; & non vxorem. verè enim filia fratris erat: sed veritatē voluit

luit

lnit cœlari, non mendacium dici. Augustinus *in can. quaritur cur Patriarcha* 22. 22 q. 2. rationem inferens: *Et hoc ostenditur, quod nemo debet tentare Deum suum, dum habet, quod rationabili consilio faciat.* sequutusq. fuit Gratianus *in can. antecedenti*, qui est Hieronymi, *utilem simulationem* 21. §. *Ecce, quæ mendacia. eadem* 22. q. 2. inferens ex Augustino: *Sed Abraham non mendacium dici, sed veritatem taceri voluit.*

Abel esse nescit, quem Cain malitia non exercet. Gregorius *can. Aduersitas* 48. § *cum autē vitiis* 7. q. 1. & in *can. hac autem via*. 15. *in fine*. 23. q. 4.

Abnegare suis se debet, qui seruire Deo elegit. Ambrosius in *can. cui portio* 6. *in fine*. 12. q. 1.

Abrogatum quod est, perinde habetur, ac si nomquam fuisset. ex Innocentio Tertio in *cap accedens*. 2. §. *cùm igitur lis. in fin. vt lite non contestata extra* ibiq. *Gloss.* verbo *cassauimus*. & ex eodem Innocentio Tertio in *cap ad dissoluendum* 13. *post principium. de desponsatione impuberum.* ex illis verbis: *Cùm non esset, quod posset legitimè accusari.* ibiq *Gloss* verbo *accusari*. ex Hieronymo in *can. si Paulus*. 11. §. *Caue*. 32. q. 5. dum dixit: *Cum omnia possit Deus, suscitare non potest virginem post ruinam.* concinit *Authentica Cassa & irrita C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* ibiquè *Gloss.* in 1. notabili post casus figurationem. *Aemilius Ferrectus cons.* 24. *num.* 36.

Abortum faciens fœtus inanimati homicidiū committere nō dicitur, quia cum anima adhuc infusa non fuerit, non est homo, consequenterq. nec homicidium. ita ex *Exodi* 21. dicente Domino ad Moysen: *Si quis percusserit mulierem in vtero habentem, & abortiuerit; si formatum fuerit, det animam pro anima; si autem informatum fuerit: mulctetur pecunia.* add t Augustin. in *can. Moyses tradit* 9. 32. q. 2. Vt probaret non esse animam ante formam. idemq; Augustinus in *can. quod vero* 8. *ead.* 32 *quæst* 2. quia profectò (dicens) nec hominem deputauit, quod tale in vtero geritur. Quia anima non potest esse viua in corpore quod sensu caret. vt *Gloss.* ibidem in *casus figuratione in fine.* rationem reddit.

Absolute tale non est, quod est secundum quid tale. præter Philosophos, dixit *Rota apud Cardin. Seraphinum decis.* 325. *nu.* 17. *in fin.* quod enim secundum quid est, compositionem admittit, vnde absolutum non est. distinguitur autē absolutum, & simplex, à composito. ex *Glos. in can. raptus quoq;* 2. 36. q 1. verbo *à corrūpendo*. ex Vlpiano lib. 17. ad edictum in *l. si seruus seruum* 27. §. *inquit lex ff. ad legē Aquiliam.* dilucidiusq; ex eodē Vlpiano lib. 70. ad edictum in *l.* 1. §. *item queritur si quis aquæ. ff. de aqua quotidiana & æstiua* dum Vlpianus aquæ meminit mistę (*aliam scilicet aquam admiscuerit.*) distinctionem proinde facit inter mistam aquam, & simplicem. namq; dicitur simpliciter, quod nullo alio adiecto dicitur. ex *Aristotele lib.* 2. *topicorum in fin.* quem sequitur *S. Thomas p.* 3. *q.* 50. *art* 5. *in respons.* diximus *respons.* nostra 52. *nu.* 30. & 31. *part.* 3. Absolutè igitur tale; non est, quod secundum quid tale est.

Absoluitur quis ab obseruatione Iudicii, si minus rectè quod obiiciebatur, probatum est. postea tamen admittitur accusatio. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. Epiphanium presbyterum* 4. ibiq; *Gloss.* verbo *absoluimus*. 5 q. 6.

Absolutio Sacramentalis verè dicitur à culpa, & pœna, imo ab omni culpa, & à reatu pœnæ æternæ: Quoniam per illam tollitur culpa, vel macula peccati, & pœna æterna, & aliqua saltim pars pœnæ temporalis. ex Augustino in *can. sunt plures* 8. & *duobus sequentibus de pænitent. distinct.* 3. *Nauarr. de Indulgentiis notabili.* 10. *nu.* 27. & 19.

Absolutio in forma Ecclesię ex Cōcilio Arausicano traditur in *can. aliquis* 108 11. q. 3. præstito iuramento, se nihil simile in futurum esse commissurum. ex *Gloss.* ibidem verbo *Cautelam*. Sacrilegii præsertim. ex Nicolao Papa in *can. de viro nefando* 17. 12. q. 2. ibiq; *Gloss. finalis* verbo *spondentes*. & ex Innocentio III *in cap. à nobis* 28. § . *fin. de sententia excommunicationis extrà.*

Absolutio ab excomunicatione, quamuis iniustè data ab habente facultatem absoluendi, nihilominus tenet. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap venerabilibus* 7. §. *sanè si certum est in fin. de sententia excomunicat. lib.* 6 ex Gregorio in *can. sententia Pastoris*. 1. 11. q. 3. Quia par ius esse dominus esse voluit ligandi, atq; soluendi. *Gloss d. cap.* 7. § *sane*. verbo *competit. de senten. excomunicat. in* 6. *Nauarr. cons.* 68 *nu.* 1. *lib.* 5. *de simonia.*

Absolutionem, quam superstes, nec quæsiuit omnino, nec meruit; mortuus iam non potest impetrare. Gelasius Papa can. nec quisquam omnino 9. 24. q. 2. si vero in articulo mortis existens pœnitentiæ signa ostenderit; iurè post mortem ab excomunicatione absolui quis poterit. ex Innocentio Tertio *in cap. à nobis* 28. & *cap. sacris* 38 *in fin. de sententia excomunicationis extrà.* sequitur *Gloss.* in *cap sacris* 12. verbo *non comunicemus de sepulturis*. quæ sequentibus loquitur: *Nisi viuentes reconciliationem petierint, nec per eos stetisset: quia tunc absoluendi sunt post mortem. infrà de sentent. excomunicat. à nobis.* ita *Gloss.* diximus pluribus *respons.* nostra 48. *n.* 32. 33. & *sequentib. part.* 4.

Absolui is debet, qui a Deo Iudice prius absolutus fuerit. Prius enim mortuum Lazarum suscitauit (*Ioannis* 11.) & viuificauit dicens: *Lazare veni foras*; & postmodum is, qui viuens fuerat egressus, a Discipulis est absolutus. *soluite, & sinite eum abire.* Gregorius in *can. tunc verè* 62. 11. q. 3. qui ibidem *can. plerumq;* 84. *in fine.* sic infert. *Tunc enim vera est absolutio.* Venit itaq; foras mortuus. *id est, culpam confiteatur peccator.* venientem verò foras soluant Discipuli. *vt Pastores Ecclesiæ ei pœnam debeant amouere, quam meruit, qui non erubuit confiteri, quod fecit.* ita Gregorius.

Absolui potest quis, etiam absens ab excomu-

nicatione. ex Stephano Papa V. in *can. de manifesta 17. 2. q. 1. in fin.* ibiq; *Gloss.* verbo *Iudicatu*, aeq; etiam per Epistolam. ex Gregorio in *can quantò à nobis. 8. in fine adem 2. q. 5.*

Absolui tamen non debet quisquam ab excommunicatione, nisi digna satisfactione præmissa. ex Nicolao Papa in *can. de presbyterorum flagellationibus 23 in fin. 17. quæst. 4.* ibiq; plenè *Gloss.* verbo *præmissa*. & Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. 1. §. quod si religiosi de decimis.* illis verbis: *ante satisfactionem condignam nullatenus absoluendi.* Et *Clement. præsenti constitutione 3. alias fin. in fine de censibus, & exactionibus.* verbis loquentibus: *Donec illi sic exacta restituerint; & de transgressione huiusmodi satisfecerint competenter.* Præsertim verò si Ecclesiam offenderint, vel Ecclesiasticas personas. ex Anacleto Papa in *can. accusatio quoq; 15. §. hæc & alia. 2. q. 7.* qui rationem reddit. *Quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur.* ibiq; *Gloss.* verbo *per satisfactionem*. An verò sufficiat iurare se satisfacturum? distinguit *Gloss. d.* verbo *præmissa d. can. de presbyterorum 23. 17. q. 4.*

Abstinere à licitis etiam debemus, si eorum occasione ad illicita peruenitur. ex Gregorio Symmacho Defensori in *can. legitur, quod beatus Augustinus 25. dist 81. &* ibidem *Gloss.* verbo *legitur.* concinitq; Apostolus prima ad Thessalonicenses 5. 22. *Ab omni specie mali abstinete.* faciûtq; quæ Gratianus affert in *can. quia sancta Romana Ecclesia 28. §. verum, quia Imperatores dist. 63.* qui sic loquitur. *Sicut scriptura diuina dicit* (4. Regum 18.) *quod Ezechias dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, & fregit Serpentem æneum, quem fecit Moyses: videlicet, quia illũ serpentem Deus fieri iussit, ne serpentina morte populus interiret: ideo ipse populus colere, & venerari eũ coeperat: & Idcirco destruxit iste, quẽ iubẽte Deo fecerat ille: Ac per hoc magna auctoritas ista est habenda in Ecclesia; vt si non nulli ex præcessoribus, & maioribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore, potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem, & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à posteris destruantur.* ita Gratianus. vbi *Gloss.* verbo *destruxit.* & verbo *destruantur.*

Abstinens dicitur, qui pro necessitate naturæ comedit, quamuis benè. ex Gregorio ad Natalem Episcopum *in can. conuiuia 6.* ibidemque *Gloss.* verbo *abstinentium distinct. 44.* Nam, qui propter abstinentiam immoderatam damnum incidunt corporis, reprehendendi sunt; cum male operentur. Hieronymum Doctorem afferimus *in can. non mediocriter errant 24. de consecrat. distinct. 5.* qui sic infert: *Audiant qui ea, quæ necessaria sunt corpori subtrahunt, illud, quod per Prophetam Dominus loquitur* (Esaiæ 61.) *Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum. De rapina autem holocaustum offert, qui, siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderatè affligit. Videat itaque quid Apostolus dicat* (ad Romanos 13.) *Carnis curam ne feceritis in concupiscentijs.* sequitur *Abb. in cap. & si Christus 26. num. 3. versic.* nota ibi modico vino. *de iure iurando. Caietan. 2. 2. q. 145. art. 1. Couarruuias lib. 1. variarum resolut. cap. 2. num. 9. vers. Quarto hinc colligi poterit.*

Abstinentia ad paradisum reuocauit errantem, vbi Gula de paradiso regnantem expulit. Ambrosius *can. sexto die 8. §. serpens. dist. 35.*

Absurdum videtur, illos admitti quorum repelluntur auctores ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap. licet ex quadam 47. §. nisi forte. de testibus, & attestationibus.*

Absurdum quod est, dicendum haud erit. ex Innocentio Tertio Genuen Archiepiscopo in *cap. quemadmodum 25. §. alioquin si post huiusmodi Iuramentum de Iure Iurando extrà.* illis verbis: *quod est prorsus absurdum.* & ex Bonifacio VIII. in *cap dudum venerabili 14. §. nos igitur attendentes. de præbendis. & dignitatibus lib. 6.* & illis ipse verbis: *Quia foret absurdum, si tam lata nostra impediretur potestas.* ibique *Gloss.* verbo *absurdum.* apertissime Innocentius Papa in *can. deinde ponitur 3. § quæro, & solicitus quæro. distinct. 26.* & ipse dicens. *Quod cùm ita sentire, ac iudicare absurdum est.* & dixit Innocentius Papa Ruffo, & Eusebio Episcopis Macedonibus in *can. nunquid non erunt admittendi. 1. in fine 18. q. 1.* dicens: *Quod cùm ita sentire atq; iudicare absurdum est,* nec dimisit intactum Caius in *l. nam absurdum 7 ff de bonis libertorum.* approbauitque Paulus lib. 3. quæstionum in *l cum de indebito 25. paulo post principium ff de probationibus.* sequentibus loquens: *Per etenim absurdum est, eum, qui ab initio negauit pecuniam accepisse, post quam fuerit conuictus eam accepisse, probationem non deberi ab aduersario exigere.*

Absurdum autẽ id dici potest, quod est contra agentis intentionem. ex *Rota apud Cardin. Seraphinum decis. 101. num. 16.* rectè proinde ab absurdo vitando argumentum duci potest. vt infra notabimus. sequiturque *Nauar. cons. 4. num. 1. vers. 3. facit. & cons. 8. num. 4. in 7. argumento lib. 3. de voto. & cons. 6. num. 1. in fin. lib. 5 de accusationib. & cons. 29 n. 9. & cons. 66. sub num. 5. in fin. & cons. 76. num. 5. in fin. de simonia.*

Abundantia ciborum morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Ioannes Chrysostomus *can nihil enim sic iucundum 28 de consecrat. dist. 5.* & Hieronymus in *can. ne tales. 29 ead. dist. 5. de consecrat.* qui sic rationem reddit: *Vnde* (inquiens) *morbi ex saturitate nimia concitantur.*

Abundans cautela non nocet. ex Archadio, & Honorio Augustis in *l. testamentum 17. in fin. C. de testamentis.*

Abusus cum vxore pessimus. ex Augustino in *can. Adulterij malum 11. 32. q. 7.* qui sic loquitur. *Vsus enim naturalis si vltra modum prolabitur, in vxore quidem veniale est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit cum meretrice: sed execrabilius in vxore. Tantum valet ordinatio Creatoris, & ordo creaturæ, vt in rebus ad vtendum concessis, etiam*

cum

*cum modus excedituris longe fit tolerabilius quidem in eis, quę concessa non sunt, vel minus, vel nimis excessus.* ita Augustinus. & dixit Gratianus in *can. hoc ipsum* 12. qui est Isidori. §. *hoc; autem quamquam*. 33. [illegible]

Accidens esse non potest sine subiecto. ex Gregorio in *can. cum Paulus* 26. 1. q. 1. rationem reddit Innocentius tertius Farratiensi Episcopo in *cap. veniēs ad Apostolicam sedem*. 3. *de presbytero non baptizato*. Quoniam vbi fundamentum non est (inquiens) superedificari nō potest. nec qualitas esse potest, quæ accidens est, sine fundamento, atque subiecto. ex Vrbano Tertio in *cap. ad audientiam nostram*. 5. *in fin. de Ecclesijs ædificandis*. dicente illo: *Licet autem nobis instantius supplicaueris, vt Ecclesiæ prędictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus de hoc deferre; cum nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium cōcedatur.* priuilegium enim accidens est. sine subiecto igitur esse non potest. Quia rei quæ non est, non datur priuilegium. vt *Gloss.* ibidem inquit. verbo *non possumus*. concinitque Paulus lib. 5. ad Sabinum in *l. si seruum mihi* 4. §. *si modus agri ff. de actionibus empti & venditi*. in ratione, quam reddit: *Quia vbi modus minor inuenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui non extat*. bonitas accidēs est, in loco, quasi in subiecto fundatur. loco igitur non existente, neque accidens, bonitas videlicet, dabitur. non ergo accidens sine subiecto stabit. Nam accidens est, quod est præter rei essentiam. ex *S. Thoma part. 1. q. 54. art. 3. in 1. argumento*. Hanc ob causa est, quod accidens subiecti non mutat naturam. ex Caio lib. 4. rerum quotidianarum, siue aureorum in *l. naturalem* 5. §. *apium quoque ff. de acquirendo rerum dominio*. ibidemque *Bart.* in summario. quia nimirum accidens præter est rei essentiam. non igitur illam mutat. Equidem prius existere debet in rerum natura res, vt aliquid eidem adueniat. *Gloss.* in *cap. ad dissoluendum* 13. verbo *accusari de desponsatione impuberum*. *Nauar. cons.* 21. *num.* 6. *in fin. lib.* 3. *de emptione, & venditione*. *Royas de hæreticis part. 2. assiomat. 8. num. 160. in fin.*

Hanc ob rem est, quod accidens non potest esse subiectum alterius accidentis, quia subiici pertinet ad proprietatem materiæ, & hanc ob causam nulla forma potest esse subiectum, cum subiici pertineat ad proprietatem materiæ. *S. Thom. 3. part. q. 77. art. 2. in 1. argumento. & ad primum.*

Accidens quod est, probari debet. ex Caio lib. 5. ad Edictū Prouinciale in *l. si verò pro condemnato* 5. §. *qui pro rei qualitate ff. qui satisdare cogantur*. deducit *Carocius decis.* 23. *n.* 2.

Accidentia non mutant naturalem proprietatem. dixit *Gloss.* ex illo tex. qui est Gregorii Ioanni Rauennati Episcopo in *can. requisisti de his, qui ob causam frigidæ naturæ dicūt* 2. 33. q. 1. verbo naturaliter in illa ratione. *Cum frigiditas, quæ est naturalis proprietas per accidentia non immutetur.* refert Innocentium Tertium I. quōdam Archiepiscopo Lugdunen in *cap. Cum Marthæ* 6. §. *quęsiuisti etiam vtrum equa de celebratione missarū*. circa finem. Nā miraculo fit. dicens: *Contingit igitur accidentia mutare subiectum; sicut & subiectum contingit accidētia permutare: cedit quippe natura miraculo, & virtus supra consuetudinem operatur.* alioquin nāliter accidentia non immutant naturam.

Acephali. id est, sine capite dicuntur. ex Concilio Parisiensi in *can. nulla ratione* 8. *in fine dist.* 93. ibiq; *Glossella marginalis*. & ex Isidoro lib. 8. etymologiarum cap. 5. in *can. quidam autem heretici* 39. 24. q. 3. vbi. l. 7. §. *acephali*. dicente: *Acephali dicti, idest sine capite. Nullus enim eorum reperitur auctor, à quo exorti sint.*

Accipere est quandocumq; accipere. siue in ipsa manus impositione, siue post. ex Epistola Tarasii Constantinopolitani Episcopi missa Papæ Hadriano in *can. eos, qui per pecuniam* 21. *in fin.* 1. q. 1. ibiq; *Gloss.* verbo *accipere* vbi Impendere dicit simili modo; quādocumq; impendere.

Accessorium naturam sequitur sui principalis. ex Bonifacio VIII. regula *accessorium* 42. *de regulis Iuris in* 6. sublato proinde principali, & accessorium diruitur. Quia vti Vlpianus lib. 15. ad Plautum in *l. cum principalis* 139. *ff. de regulis Iuris* loquitur: Cum principalis causa non consistit, plerumq; neq; ea quidem, quę sequuntur locum habent. Idēq; ex Marciano lib. 3. regularū infertur in *l. penu certa* 2. *ff. de penu legata*. Sine quippe principali stare non potest accessorium, quod accidens est. ex Iustiniano Cęsare in *l. eos, qui* 26. *in fin. C. de vsuris*. sic nempe Iustinianus loquitur, rationemq; reddit: *Principali enim actione non subsistente, satis supernacuum est super vsuris. & fructibus adhuc Iudicem cognoscere.* Rota apud *Coccinum decis.* 295. *num.* 2. & *apud Cardin. Comitem decis.* 314. *num.* 1. *Burdus decis.* 190. *nu.* 4. 5. & 6. & *num.* 17. 18. & 19. *Federicus de Senis cons.* 151 *col.* 2. *nu.* 3. *vers. item constat.* & *vers. preterea accessoria*. Nauarrus *cons.* 66. *sub nu.* 5. *lib.* 5. *de simonia*. *Iason. in rubrica ff. de legatis* 1. *nu.* 4.

Accessorium tamen vti principale attenditur quando in sensu diuiso accipitur, non in sēsu composito, quia nimirum diuersa attenditur ratio, quam principalis. tunc namquē per se stare videtur. ex *Alexandro cons.* 4. *nu.* 5. *lib.* 1. quem sequitur *Rota Apud Coccinum decis.* 447. *nu.* 4. veluti in Pictura, puta Parthasii, vel Apellis: Ridiculum est enim picturam Apellis, vel Parrhasij in accessionem vilissimæ tabulæ cadere. vti Iustinianus Cæsar verbis protulit Imperatoriis in §. *si quis in aliena tabula Institutionibus de rerum diuisione*. vel propter rei dignitatem. vt in homine. *Iustissime namque Aediles voluerunt Hominem ei rei, quæ minoris esset, accedere.* verba sunt Pauli lib. 2. ad Aedilitium edictum Curulum in *l. iustissime* 44. *ff. de edilitio edicto*. Hoc verò propter dignitatem hominum. Alioquin eandem rationem fuisse, & in ceteris rebus. *Ridiculum namque esset tunicę fundum accedere*. vt ipsemet Paulus ibidem infert. Regulariter verò suo cedit principali, licet ipsum pretiosius fuerit.

rit. Purpura enim vestimento cedit. ex Iustiniano eodẽ §. *si tamen alienam. Institutionib. de rerum diuisione.* Et litteræ, licet aureę sint, chartis, membranisque cedunt. §. *littera Institutionibus. eodem.* & ex Vlpiano lib. 20. ad Sabinum in *l. cùm aurum 20 ff. de auro, & argento legato.* nisi quidem, vt diximus, accessorium per se stare videatur, possitque per se perpendi. declarat id Vlpianus eadem *l. cũ aurum 10 §. fin.* loquens: *Simili modo quæritur, si cui argentum legetur: an & emblemata aurea, quæ in eo sunt, eum sequantur? & Pomponius lib. 5. ad Sabinum, distinguit. multum interesse es, argenti facti, legatur, an verò argentũ factũ. Si certum pondus, argento noncontineri. Si argentum factum, contineri, quoniam argento cedit, quod ad speciẽ argẽti iustum est.* Si itaque perpendi per se accessorium nõ potest, cedit: si autem per se perpendi potest, & in sensu diuiso, non vtique cedit. vt pictura Apellis, &c.

Acrimoniæ nomine, excommunicatio comprehenditur. ex Gregorio X. ex Generali Concilio Lugdunen in *cap. decet domum Domini 2. §. fin. in fin. de immunitate Ecclesiarum lib. 6.* illis sane verbis: *Qui verò præmissas inhibitiones animo petulanti contempserint: prater processum ordinariorum, & deputandorum ab ipsis, diuinæ vltionis, & nostrę poterunt acrimoniã formidare; donec suum confessi reatum à similibus firmato proposito deliberauerint abstinere.* Acrimoniam id est *acrem pæna* id est *pænam excomunicationis*, quasi à gremio Ecclesiæ expellentẽ *Gloss.* ibidẽ verbo *acrimoniam.* commentum agit. eruiturq; ex verbis Vrbani Papa in Epistola ad omnes Episcopos in *can. attendendum est omnibus 13. 17. q. 4.* ille enim in eos inuehens, qui prædia vsibus secretorum cœlestium dedicata, vexare tentauerint: sic infert: *Quod si quis fecerit, post debitæ vltionis acrimoniam, (quæ erga sacrilegos iure promenda est) perpetua damnentur infamia, & carceri tradantur, aut exilio perpetuæ deportationis vrãtur.* hęc autem verba vt *Gloss.* hic aduertit verbo *post debitæ.* desumpta sunt ex Honorio, & Theodosio Augustis *l. quinta C. de Sacrosanctis Ecclesijs* à Gratiano relata in *can. Generaliter sancimus. 40. §. placet rationabilis Concilij tenore perpenso. 16. q. 1. in fin.* decernentibus: *Si quis contrauenerit, post debitæ vltionis acrimoniam, quæ erga sacrilegos promenda est, exilio deportationis perpetuo subdantur.* Acrimoniam. id est pœnam. *Gloss.* ibidem verbo *acrimoniam* tradit. Sacrilegii verò pœna anathematizatio est. ex Lucio Papa in *can. omnes Ecclesię raptores 5. 17. q. 4.* vbi *Gloss.* verbo *anathematizamus.* infert: *quod omnes sacrilegi, & dilapidatores Ecclesiarũ, sunt ipso iure excomunicati.* ex Concilio Arausicano in *can. Canonica instituta 107. 11. q. 3.* verba cuius, & dispositio sic infert: *Canonica instituta, & Sanctorum Patrum exempla sequentes, Ecclesiarum Dei violatores auctoritate Dei, & iudicio sancti Spiritus a gremio Sanctę Matris Ecclesię. & à consortio totius Christianitatis eliminamus, quoadusq. resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant.* sunt ergo sacrilegi ipso iure excomunicati secundum *Gloss.* eodem *can.* verbo *violatores.* ex Innocentio Tertio in *cap. cum pro Causa 27. de sententia excommunicationis extra.* Acrimonia igitur Ecclesiastica excomonicationem importat, quæ acris pœna est. concinitq; textus Bonifacii VIII. in *cap. vnico §. fin. in fine de statu regularium lib. 6.* qui sic demum infert: *si diuinæ ac nostrę indignationis voluerint acrimoniam euitare; contradictores, atq; rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.* Hæc est enim indignationis Summi Pontificis acrimonia, excomunicatio, quæ censura est Ecclesiastica. ex Innocentio Tertio in *cap. quærenti 20. de verborum significatione extrà.*

Actio, & passio in eodem subiecto, eodem tempore dari minime potest. secũdùm Philosophum. probatur ex Paulo lib. 25. siuè 15. ad Sabinum *in l. si quis ædes 19. ff. de seruitutibus Vrbanorum prędiorum* quatenus probat, non posse dari seruiturẽ in re propria, quãuis per prius seruiturẽ deberet, ante quã illã emisisset. quia nimirum in eadem re, eodem tempore, actio & passio non datur. argumento petito ex Concilio, Tributiẽsi in *can. qui spiritualem 4. 30. q. 4.* ibidemq; *Gloss.* verbo *qui spiritualem.* quæ ex Cardinali habet quod cõiuges sibi communicant actiones, sed non passiones: *Quia vir, & mulier caro vna effecti sunt.* ex Innocentio Papa in *can. si quis ex vno coniugio 3. in fin. eadem 30. q. 4.* vide *Capicium Latro decis. 16. nu. 17. & sequent. part. 1.*

Actio aliqua dupliciter dicitur volũtaria; vno modo, quia imperatur à voluntate, sicuti ambulare, & loqui; alio modo, quia elicitur à voluntate, sicut ipsum velle. *S. Thomas 1. 2. q. 1. ar. 1. ad 2.*

Actio semel extincta, reuiuiscere amplius non potest. ex Paulo in *l. qui res 98. §. aream ff. de solutionib.* cuius damus verba: *In perpetuum enim (inquiente) sublata obligatio restitui non potest.* nec dissentitur Papinianus lib. 17. quæstionum in *l. Mauius fundũ 68. §. duobus testamentis ff. de legatis 2.* qui sic & ipse rationem reddere videtur: *neque postea parte alienata reuocari actionem semel extinctam.* ibique *Gloss.* verbo *extinctam. Bartol. in l. inter stipulantem 83. §. sacram ff. de verborum obligationibus.* per illum textum, qui est Vlpiani lib. 72. ad edictum. et concordare videntur Diocletiani, et Maximiani Cęsarum verba in *l. ad solutionem 5. in fine C. de re iudicata.* sic dicentiũ: *Nec enim instaurari finita rerũ Iudicatarum patitur authoritas. Quia nimirum semel extincta actio non reuiuiscit amplius.* argumentum firmum hoc redditur ex Innocentij Tertij sensu in *cap. ad supplicationem 9. de renunciatione.* quatenus habet: Episcopũ, qui ex causa episcopatui nuncium misit, non posse ad illum redire. et ex eodem in *cap. inter corporalia 2. in fin. §. nos intuentes de translatione Episcopi.* sequitur *Nauar. cons. 6. num. 11. in fine lib. 3. de donationibus. & cons. 32. num. 1. in fin. lib. 5. de simonia.*

Actio duplex esse dignoscitur, duplicisque generis. vna scilicet, quæ transit ad aliquod ex-

tetius

teriùs, inferens ei passionem, sicut vrere, et secare, & facti transeuntis dicitur. Alia vero (quæ immanens dicitur, factique permanentis) quæ non transit in rem exteriorem, sed magis manet in se ipso agente, sicuti sentire, & intelligere. per huiusmodi enim actionem non immutatur aliquod extrinsecum, sed totum in ipso agente agitur. *S. Thomas 1. parte. q. 54. art. 2. in corpore.* distinctionem hanc probare videtur Gratianus *in can. lex illa præteritorum principum. 2. §. cum ergo hoc illicito coitu 36. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *propriè* dum distinguit inter stuprum, & fornicationem. namque stuprum proprie virginum est illicita defloratio. quę vestigium post se relinquit; quia virginitas aufertur, & perditur. vel cum puero. cum frangitur vas. vnde stuprum in vidua, vel virgine, vel puero committitur. ex Modestino lib. 1. regularum in *l. stuprum committit. 34. §. adulterium. ff. ad legem iuliam de adulterijs.* & eodem lib. 9. differentiam in *l. inter stuprum, & adulterium 101. ff. de regulis Iuris.* & *Gloss. d. can. lex illa 2. verbo propriè & d. l. inter stuprum* verbo *vidua*. fornicatio vero, vel adulterium nullum post se vestigium relinquit. hinc distinguuntur crimina, etiam, quæ facti sunt transeuntis, vt hominem necare. constat enim de perempto homine per homicidium. vnde Dominus ad Cain *Genesis 4. 10.* dixit. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* dixitque Vlpianus lib. 50 ad edictum in *l. 1. §. illud sciendum est ff. ad Senatus Consultum Syllanianum.* nisi enim constet aliquem esse occisum, non haberi de familia quęstionem. & crimina, quæ facti sunt permanentis, neque pòst se vestigia relinquunt; vt malum persuadere, quod plus est, quam facere ex Augustino in *can. noli putare 27. de pœnitentia dist. 1.* ibique *Gloss.* verbo *persuades.* & *Gloss. in can. deteriores 15.* verbo *deteriores. 6. q. 1.* Peruersum dare consilium. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. tanta nequitia 24. §. eos verò dist. 86.* qui eos, qui peruersum dedere consilium excommunicatos denunciat: *Eos* (inquiens) *quorum consilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus.* Sicut etiam in crimine hæresis, quod in verbis consistit, quæ facti sunt permanētis, neque vestigium post se relinquunt. *Farinacius de hæresi q. 185 §. 8. num. 147.* diximus *respons. nostra 59. a num. 22 ad 48. part. 5.*

Actio omnis humana, vt suum fortiei effectum valeat, atque humana vocari actio, requirit agens liberum, & ex sui parte bene dispositum, alioquin humana dici actio non poterit, quia non ex voluntate, quę libera est, procedit. Ex voluntate quippe, illaque libera, actiones distinguuntur humanę, vt vel crimina, vel virtutes dicātur. Ex Gregorio IX. *cap. cum voluntate 54.* ibique plene *Gloss.* post casus figurationem *de sententia excomunicationis. extrà.* plenè ex Augustino *can. si nō licet 9. & can. cum minister 14. & can. cum homo ab homine 19. 23. q. 5.* & ex Florentini lib. 9. Institutionum in *l. libertas 4. ff. de statu hominum:* libertatis definitione. dum libertatem definiuit: *Est* (inquiens) *naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi quod vi, aut iure prohibeatur.* Quia nimirum actio libera, consequenterque humana, non est si vi, vel etiam iure facere prohibearis, non enim ex radice procedit libertatis. vel facias quod non velis. voluntas enim, & propositum facientis maleficia distinguunt. vt etiam Paulus lib. 39. ad edictum in *l. qui iniuriæ causa 55. in princip. ff. de furtis.* vnde etiam facere non dicimur, quod iure facere non possumus. ex Augustino in *can faciat homo. 15. 22. q. 2.* ibiq; *Glo.* verbo *quod pōt.* Est. n. facere materialiter, nō sanè formaliter, ex quo actio humana procedit per liberam hominis voluntatem, intelligendo, quod faciat. nā id attēditur, quod rectè fit. ex Augu. *eod. can. faciat homo.* dixitq; Hieronymus in *can. fur autem 4. siue fraudis 14. q. 6.* rationem reddens: *Non enim id, quod furto ablatum est; sed mens furantis attenditur.* vide nostrum Proauum *Robertum Marantam cons. 9. in principio.* Facit per quam optimè Clementis V. dispositio in Concilio Viennen in *elementina si furiosus. vnica de homicidio voluntario & casuali.* quatenus disponit si furiosus, infans, aut dormiens hominem mutilet, vel occidat, irregularitatem nullam contrahere. sicuti qui mortem aliter euitare nō potest. quia materialiter occidit, & sine volucare, & non formaliter, ac volens. *Sanctus Thomas 1. 2. q. 1. art. 1. in corpore, & ad 2.* vbi etiam, quod: Actio humana, vt vere & propriè dicatur humana, à voluntate libera, atquè deliberata procedat oportet, cum scilicet homo est dominus suorum actuum per rationem, & voluntatem. Quam ob causam duo requiruntur vt actio humana sit, vsus scilicet rationis, & libertas arbitrii. ex d. *Clement. vnica de homicid.* *Card. Toletus Instruct. Sacerdotalis lib. 1. cap. 78. nu. 1.*

Actiones in particularibus sunt. *S. Thomas. 2. a. in principio in præmio* sequitur *Nauar. cons. 1. nu. 1. in fine lib. 5. de apostatis.*

Actus, & aptitudo, sicut habitus, & vsus, distinguuntur. ex Innocentio Tertio in *capit. maiores Ecclesiæ 3. §. ceterum ex vi litteræ in fin. de baptismo & eius effectu.* ibidemq; *Gloss.* verbo. *& aptitudinem.* Idem Innocentius in *capit. Et si Christus 26. §. quædam vero prohibentur de Iure iurando.* eudemq; modo actus à potentia distinguitur. ex eodem Innocentio Tertio in *capit. cum super Abbatia 23. in fin. de officio delegati.* illis verbi: *voluntate, & potestate sibi mutuo aduersantibus. cum noluerit quod potuerit, & quod potuerit adimplere nequiuerit.* ibiquè *Gloss.* verbo *mutuò aduersantibus,* quia nimirum potentia ab actu distinguitur, & quamuis potentiam quis habeat, vt faciat, actum tamen non habet. concinitq; Diocletiani, & Maximiani Cęsarum sensua in *l. multum interest 6. §. fin. in fin. C. si quis alteri, vel sibi.* illis verbis: *Dumq; sibi non vis, nec illi potes.* neq; ab eodem discedit S. Ioannes Chrysostomus in *can. matrimonium. 1. 27. q. 2.* dum ita loquitur de matrimonio. *Matrimonium*

non

*non facit coitus, sed voluntas; & ideo non soluit illud separatio corporis, sed voluntatis.* distinguit enim voluntatem, & potentiam, à coitu, qui est actus. quem textum allegat *Gloss. d. capit. maiores* 3. verbo & *aptitudinem.*

Actus agentium præter eorum intentionem, non operantur, nec vltra progrediuntur. ex Gregorio IX. in *cap. cum olim* 38. *alias fin.* §. *fin. de præbendis, & dignitatibus* ibique *glos.* verbo *ad talia.* per quàm optimè Iulianus lib. 10 digestorum in *l. non omnis numeratio* 19. *in principio ff. si certum petatur, & de rebus creditis.* ibique *Bart.* in Summario. nec discedit Florentinus lib. 7. institutionum in *l. in agris limitatis* 16. *ff. de acquirendo rerum dominio. Nauarr. cons.* 49. *num.* 3. *lib.* 3. *de regularibus, & cons.* 6. *nu.* 1. *in fin. lib.* 4. *de sponsalibus. & cons.* 29. *nu.* 8. *in* 2. *argumento lib.* 5. *de simonia.*

Actu eodem potest quis & pro se ipso mereri premium, & pro quouis altero satisfacere, absq; vllo sui premij dispendio. ex Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in suo pœnitentiali in *can. ab infirmis* 1. 26. *q.* 7. & ex Gregorio in *can. animæ defunctorum* 22. 13. *q.* 2. *Nauar. de Indulgentiis notabili* 13. *num.* 3.

Actus humani, non solum ex obiecto, sed ex fine quoque specificantur, suamque speciem, in genere morum sortiuntur. ex Augustino in *can. cum minister* 14. & *can. cum homo ab homine* 19. 23. *q.* 5. neque refugit Gregorius IX. in *cap. cum voluntate* 54. *de sententia excommunicationis extrà.* ibique *Gloss.* verbo *voluntate, ac proposito.* ex Vlpiano lib. 41. ad Sabinum in *l. verū est* 40. ibique *Gloss.* verbo. *sed causa.* & Paulo lib. 39. ad Edictum in *l qui iniuriæ causa* 55. *in principio ff. de furtis.* & quidem Vlpianus ita loquitur *nec enim factum quæritur, sed causa faciendi.* causa autem faciendi libido fuit, non furtum. & ideo furti non teneri. Paulus vero in ratione, quam redit: *Nam maleficia voluntas, & propositum delinquentis distinguunt.* traditque *S. Thomas* 1. 2. *q.* 18. *art.* 4. 6. & 7. & *q.* 1. *art.* 5. *in respons. in* 3. *ratione. Nauar. in can consideret* 1. *in Gloss. num.* 117. *de pænitentia distinct.* 5. magis tamen à fine, quā ex obiecto speciem accipiunt. *ex S. Thoma d. q.* 18. *art.* 6. vnde qui furatur, vt committat adulterium (per se loquendo) magis adulter est, quàm fur. ex Vlpiano *d. l. verum* 40. *ff. de furtis. Nauar. cons.* 67. *in princip. lib.* 5. *de simonia.*

Actus quilibet duobus perficitur, voluntate, & potestate; vt velis videlicet, & vt possis, quod volueris. ex Innocentio Tertio Conuentui de Conchis in *capit cum super Abbatia* 23. *in fine de officio Iudicis delegati.* respondente illo, atque dicente: *Et cum eo, qui iam Iudex esse desierat, aliquid super prædicto negotio rite disponere non valebat, voluntate, ac potestate sibi mutuò aduersantibus; cùm noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *mutuò aduersantibus.* nam posse, & velle contraria sunt. nec valet quod valere potest, quia non vult illud; nec valet illud, quod vult, quia illud non potest valere. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. multum interest* 6. § *fin. in fine C. si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.* sic inferētibus: *Dumque illi non vis, nec illi potes.* ibique *gloss.* verbo *potes.* sic et ipsa adnotat. *nota* (inquiens) *quod possum nolo, & quod volo nō possum.* ex duobus igitur actus quilibet perficitur, ex voluntate videlicet, & ex potestate, vt id, quod velis, possis, velisque, quod possis. deduciturque non vulgari sensu ex Innocētio Tertio Vulterano Episcopo in *cap. ex parte M. mulieris* 14. ibique *gloss.* 1. *in principio de restitutione spoliatorum.* quem textū ad rem refert Glosella marginalis ad dictum *tex.* in *l. multum interest d. Gloss. verbo potes* in principio. nec aliter sentire videtur Vlpianus lib. 3. ad Sabinum in *l nolle* 4. *ff. de acquirenda, vel amittenda hæreditate.* sequētibus loquēs: *Nolle adhire hæreditatem non videtur, qui non potest adire.* Quia nimirum actus quilibet ex duobus perficitur; voluntate, et potestate, quæ ab inuicem sunt distincta. nec diffitetur idem Vlpianus eod. lib. 3. ad Sabinum in *l. eius est* 3. *ff. de regulis iur.* verba damus eius: *Eius est nolle* (inquientis) *qui potest & velle.* quia potestas, et voluntas distinguuntur; et actus humani ex vtroque constant voluntate, et potestate. Idē Vlpianus lib. 8. ad Plautium in *l. quid potest facere* 135. *ff de regulis iuris.* inferens in fin: *Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.* quia potestas, et voluntas sibi aduersantur. sequitur *Nauar cons.* 65. *num.* 5. *in* 4. *responso lib.* 5. *de simonia.*

Actibus in humanis id, quod principaliter intenditur, est attendendum: ex intentione enim, & voluntate actus vel bonus, vel malus arguitur. vt nō satis sit bene facere, nisi id ex bono fonte, hoc est ex bona voluntate proficiscatur. ex S. Ambrosio lib. 1. de officiis cap. 30. in can. *non satis est bene velle* 14. & 16. & 17. *dist.* 86. & ex Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunen in *capit. decet Domū Domini* 2. *de Immunitate Ecclesiarum lib.* 6. *S. Thomas p.* 2. *q.* 7. *art.* 2. concinit perquam optime Vlpianus lib 34. ad Sabinum in *l. nec causam* 4. *ff. de rebus creditis, & si certū petatur.* ibiq; *Iason. Nauar. cons.* 4. *nu.* 3. *lib.* 5. *de Iniuriis, & damno dato.* & in *can. vltimo.* §. *quod quamuis n.* 10. *de pænitentia dist.* 7.

Actus merè interni, sub iudicio Ecclesiæ non cadūt. Quia secretorū, & cognitor Deus, & Iudex est. ex Vrbano II. Dominico Patriarchæ Grandensi in *can. erubescant impij* 11. *in fine dist.* 32. ibiq; *Gloss.* verbo *secretorum.* quæ rationem reddere videtur, inferens: *& ex hoc patet, quod Ecclesia non iudicat de occultis.* ex Innocentio Tertio Abbati Iemblacen in *cap. sicut tuis litteris* 33. §. *fin. in fin. de simonia.* de Ecclesia dicens: *Quæ non iudicat de occultis.* ibiq. *Gloss fin.* & Decano Beluacen in *cap. tuæ nos.* 34. § *licet autem. eodem de simonia.* rationē reddens: *Quia nobis datum est, de manifestis tantummodo iudicare.* nam probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit. vti Innocentius Papa I. ad Exuperium Episcopum respon-

spondit in can. Christiana religio 23. alias fin. in fin. 32. q. 5. ibiq; Gloss. verbo conquiescit. quæ rationem sic inferr: nam Ecclesia non iudicat de occultis. & ex Anacleto Papa in can. si omnia 7. ibiq; Gloss. 1. 6. q. 1. plures cumulat Barbosa de officio, & potestate Episcopi part. 2. allegat. 40. num. 6.

Actus exterioris bonitas, vel malitia ex interiori ei correspondente pēdet: bonitas vero vel malitia, ex obiecto, & proportione ipsius ad actum. ex can dixi, confitebor 4. ex psal. 31. & Augustino ibidem in can. magna pietas Dei 5. de pœnitentia dist. 1. ibique Gloss. verbo pro opere. & verbo reputatur. S. Thomas 1. 2. q. 20. art. 1. & 2. Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 5. n. 1.

Actus ex necessitate factus sub lege prohibente fieri actum minime comprehenditur. Necessitas namq; legem seruare non potest. illaq; licitum facit, quod esset aliàs illicitum, quia necessitas legi non subiicitur. ex Gregorio in can. peruenit 12. in fin. de consecratione dist. 3. illis verbis, si autem pro nessitate corporis; hoc nec die Dominico prohibemus; & ex Beda in regula: Quod non est licitum 4. de regulis iuris extra ibiq; Gloss. verbo necessitas. & ex Innocentio Tertio in cap. consilium nostrum 2. §. fin. in fine de obseruatione ieiuniorum. rationem reddit Fœlix Episcopus in can. sicut non alij 11. de consecratione dist. 1. Quoniam necessitas legem non habet. inquiens. plura cumulat Romanus cons. 219. ex themate consultationis n. 9.

Actus factus in morte non præiudicat alteri de cuius præiudicio tractatur. ex Alexādro Tertio Episcopo Spalen in capit. de his 4. ibiq; Gloss. de sepulturis extrà. adnotat hoc Afflictus decis. 168. nu. 2. in fin.

Actus quilibet metu gestus (in spiritualibus præsertim) si talis sit metus, quo sine actus non fuisset factus, nullam inducit obligationem; in foro conscientiæ potissimum. ex Cœlestino Tertio in capit. verum ad præsentiam nostram 16. de Iure iurando. ibiq; Gloss. verbo inuiti. & ex Inocentio Tertio in cap. ad audientiam nostram 4. de ijs, quę vi metusq; causa fiunt. ibiq; Gloss. vrbo causa. Nauar. qui plures refert. cōs. 5. N. 16. ætatis suæ annum vix agens. nu. 4. lib. 1. de ijs, quę vi, metusq. causa fiunt. de eo loquens, qui ad sacros ordines promotus fuerat.

Actor forum sequitur rei pulsati. ex Pelagio Papa in can. experientię tuæ 15. & can. si quisquā Clericus 16. & Hadriano Papa in can. Clericus, siue Laycus 48. 11. q. 1. Alexandro III. in cap. si clericus laicum 5. & Lucio Tertio in cap. cum sit generale 8. de foro competenti. & ex Concilio Calcedonensi in cap. si quis Clericus 1. & Gregorio Bonifacio Defensori Corsicæ in cap. si quis contra Clericum 4. eodem tit. de foro competēti. & in Romana synodo in can. neminem exhiberi 16. 3. q. 6. ita habetur. Ita vt actor rei forum sequatur. Edixeruntq; Valentianus, Theodosius, & Arcadius Augusti in l. fin. C. vbi in rem actio exerceri debeat. statuentes: Actor rei forum, siue in rem, siue in personam sit actio, sequatur. Alioquin ex Diocletiano, & Maximiano Imperatoribus in l. Iuris ordinem 2. C. de Iurisdictione omnium Iudicum, Iuris ordo peruertitur, si non actor rei forum, sed reus actoris sequatur. Quamuis Ecclesia sit, quæ pro debitis sibi soluendis, agat. ex d. cap. si Clericus Laycum 5. ibi: pro rebus suis, vel Ecclesiæ. de foro competenti. Marius Antoninus, variarum resolutionum lib. 1. resolut. 15. num. 1. Rota apud Card. Seraphinum decis. 1018. num. 1. Actor verò consideratur secundum originem causæ principalis, non vero secundum quod accidentaliter contingit, quamuis in terminis essemus l. diffamari 5. C. de ingenuis manumissis. Quia is actor esse videtur, qui prior ad Iudicium proclamauit. vti Caius lib. 7. ad Edictum Prouinciale respondit in l. in tribus istis Iudicijs 13. in fin. ff. de Iudicijs sequiturq; Afflictus decis. 268. per totam. & Capicius decis. 18.

Accusare quemquam de opere bono, & pio, Euangelio Christi aduersatur. Ioannis 10. 32. Dicente Domino Iudæis: Multa bona opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis? eruitur quoq; argumentum hoc ex Hieronymo ad Damasum Papam in can. Quoniam quidquid habent Clerici 68. aliàs fin. 16. q. 1. sequiturq; Nauar. cons. 76. excellentissime Domine cum ex Bullis. nu. 2. vers. Tertia quod ipse lib. 5. de simonia.

Accusari quis non potest iterum super eodē crimine, de quo se purgauit. ex Gregorio in can. habet hoc proprium 6. 2. q. 5. ibiq; plene Gloss. verbo dubietas.

Accusatus non statim reus est; sed qui conuincitur criminosus. ex Hieronymo Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in can. sciscitantibus vobis. 5. in finalibus verbis. 15. q. 8. Non ideo repellitur à consequutione beneficiorum. præsertim vero si non sit grauatus apud probatos viros. ex Gregorio ad Constantiam Augustam in cap. Omnipotens Deus 4 de accusationibus. Nauar. cons. 7. nu. 3. lib. 5. de accusationibus.

Accusare nemo cogitur inuitus. ex Diocletiano Augusto in l. vnica C. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur. Nisi contra Deū quis verba iniuriosa protulerit, eumque Blasphemauerit. ex Pio Papa in can. si quis per capillum Dei 10. 22 q. 1. Qui sic infert: Si quis autē talem hominem nō manifestauerit; non est dubiū, quin diuina condemnatione coerceatur. ibique Gloss. verbo non manifestauerit. Quod tamen Glossella marginalis ibidem ita exaudit: Hoc intellige (inquiens) si testibus potest eum conuincere: alias debet tacere, & eum latenter corripere. 2. q. 1. si peccauerit. qui canon est Augustini & 19. in ordine. §. nouit. n. nescio quem homicidam Episcopus. Plures tamen sunt, qui accusare prohibentur ex Marcello lib. 2. de publicis Iudiciis. in l. qui accusare 8. ff. de accusationibus, & inscriptionibus. quam legem inter sacros retulit canones Gratianus in can. prohibentur accusare 14. 2. q. 1. sicuti etiam sunt infames, qui accusare non possunt. ex Stephano Papa in can. infames esse 17. 6 q. 1.

Accusatione nō indigent, quæ manifesta sunt.

B Am-

Ambrosius in *can. manifesta* 15. 2. q. 1.

Adam per Euam deceptus est, non Eua per Adam. Quem vocauit ad culpam mulier, iustum est, vt eum gubernatorem assumat, ne iterum fœmina facilitate labatur. Ambrosij verba sunt in *can. Adam* 18. 33. q. 5.

Adam, si non peccasset, necessitate naturę mortuus non fuisset. qui verò contrarium dixerit, anathemate feritur. ex Concilio Meleuitano, cui Augustinus, & Anselmus Romanæ Ecclesiæ legatus contra Pelagianos interfuere. in *can. placuit igitur omnibus* 152. *de cōsecratione dist.* 4. verba damus Concilii: *Vt quicumq; dicit Adam primum hominem, mortalem factum, ita siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ; anathema sit.* ibiq; *Gloss.* quæ dicit, quod ni peccasset Adā semper fuisset in iuuentute, neq; senio defecisset.

Adam ante peccatū duplicem habuit statum. in Creatione, sola naturalia accepit, quibus proficere, vel mereri nō poterat. post creationem addita sunt ei gratuita. ex Gratiano in *can. tolle charitatem*. 30. qui est Augustini. 6 *Adam verò*. ibiq; *Gloss.* verbo *item si siue charitate. de pœnitent dist.* 2. Quæ tamen gratuita per peccatum perdidit. nam Adam amissa temperantia, intemperans effectus est: perdita charitate malus inuentus est. idem dicit Augustinus in *can princeps vitiorum omnium* 32. *in fin. ead dist.* 2. *de pœnitentia*.

ab Adam processerunt omnia. *Gloss.* in *can. hæc imago*. 13. verbo *in homine*. 32. q 5. super verbis Augustini. *Hæc imago Dei est in homine*. rationem ipsa reddit: *Quia sicut processerunt à Deo omnia, sic ab Adam processerunt omnia*. & Glossella marginalis ibidem: *Omnia processerunt ab Adam*. adnotat.

Adam ante peccatum erat nudus, sicut etiam Eua; sed non sine virtutum integumentis. ex Ambrosio in *can. vt cognouerunt, quod nudi essent* 39. *de poenitent. dist.* 2. qui sic loquitur. *Vt cognouerunt, quod nudi essent* (Genesis 3.) *Et ante quidem nudi erant; Sed non sine virtutum integumentis*. sequiturque. *Gloss. in can. & venit* 45. *de pœnitent. dist.* 1. verbo *nudus*. quę sita commentum agit: *Quia etiam prius* (ante quam scilicet peccaret) *nudus erat veste*. infra *dist.* 2. *vt cognouerunt. nec tamen erubescebat Adam: sicut & pueri quandiù non peccant, non erubescunt ire nudi; sed post quàm pruritum senserint tu membris illis, naturaliter erubescunt ire nudi*. sic Glossa.

Adam in virili ætate à Deo creatus fuit. Gratianus in *can. tolle charitatem* 30. 5. *Adam vero cum in virili ętate à Domino creatus sit. de pœnitentia dist.* 2. & in optima corporis dispositione ad animæ munia obeunda. ex *S. Thoma prima part. q.* 92. *artit.* 3. & 4.

Adam creatus fuit extra paradisum in campo damasceno, mulier vero intra paradisū. ex Ambrosio in *can. illud autem* 9. ibique *Gloss in casus figuratione. distinct.* 40.

Adam, Protoplastus ille, radix, & origo nostra, detractam sibi costam in mulierem videns formatam, prophetico spiritu intet aliū protulit (Genesis 2.) *Propter hoc relinquet homo patrem, & matrē, & adhærebit vxori suæ; & erunt duo in carne vna*. ita Benedictus Papa Grandensi Patriarchę scribens in *can. lex diuinę constitutionis*. 18. 27. q. 2.

Administratores bonorum Ecclesiasticorum, vel hospitalium, vel pio rum locorum ad vsus destinatos bona conuertere debent, & non ad alios, nisi aliter sancta sedes Apostolica determinarit. & hoc curare debent Ordinarii; & in locis exemptis Apostolica ad id auctoritate cōpellantur. Clemens V. in Concilio Viennen in *Clementina quia contingit*. 2. in principio ibique *Gloss.* verbo *non ad alium de Religiosi domibus*. *Rota* apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis.* 154. *n.* 5.

Admonitus, & correptus, si nullatenus emendetur, magis, ac magis deteriorem de se reddit opinionem. ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorundam* 1. 5. *nihilominus autem distinct.* 34.

Adolescentium vita, nihil incertius. *Et viam viri in adolescentia*. Salomon *Prouerbior*. 30. 19. vnum eorum existimauit ex quatuor difficilibus sibi: *Tria sunt difficilia mihi* (inquiens) *& quartum penitus ignoro. Viam aquilæ in Cœlo; viam colubri super petram; viam nauis in medio mari; & uiam viri in adolescentia.* cùm cuncta cogitatio cordis hominum intenta sit ad malum omni tempore. *Genesis* 6. 5. Sensus enim, & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. *Genesis* 8. 21. ob hoc constituere visum fuit Concilio Toletano quarto cap. 23. relato à Gratiano in *can. omnis ętas* 1. 12 q. 1. vt adolescentium vita, Clericorū præsertim, bene instituatur. *vt lubrica ætatis annos non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant.*

Adorationis duæ sunt species, vna dicitur latria, altera verò Dulia. latria soli Deo debetur. Est enim seruitus, siue cultus, qui soli Deo debetur. Dulia est seruitus, quæ debetur Creaturæ ob eius virtutis venerationem. vt ex septima synodo actione sexta in *can. venerabiles imagines*, 28. *de consecrat. dist.* 3. quatenus dicit sacras imagines in veneratione m primitiuorum adorari. vbi *gloss.* verbo *& adorant*. dictas duas adorationis dat species. & verbo *cultu*. & *glossella marginalis* ibidem Archidiaconi referens carmen.

*Dulia sit seruo, debetur latria Christo.*

sequiturq; *gloss. in cap. si canonici* 2. §. *cæterum detestabilem abusum* verbo *Indeuotionis. de officio ordinarij lib.* 6. referens & ipsa carmen:

*Latria fit Domino, debetur Dulia seruo.*

Sequitur *S. Thomas*. 2. 2. q. 103. *art.* 3. & *eadem* 2. 2. q. 84. *art.* 1. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 9 *cap.* 5 q. 3. dat aliam speciē adorationis, quæ dicitur hyperdulia, quæ Beatissimæ semper Virgini Mariæ debetur ob eius excellentem, & singularem sanctitatem. *S. Thomas d. q.* 103. *art.* 4. *in* 2. *argumento*.

Aduerbia, non nomina, remunerantur à Deo. Nō enim bonum, quod fit, sed quod benè fit, respicit Deus. nec considerat, quæ fiunt, sed quo

quo animo fiant. cùm magis sit inspector cordis Dominus, quàm operis. vt Alexander Papa testatur scribens omnibus orthodoxis. epist. 1. cap. 2. in *can. si quando à sacerdotibus. 1. §. Confessio ergo in talibus.* &. §. *finali* 15. *q.* 6. Quia nimirum Deus cor interrogat, nō manum. Augustino dicente in *can. si quid inuenisti. 6. in fin.* 14. *q.* 5. sequiturque *gloss. in cap.* 1. verbo *qualitas. de collusione detegenda.* ibique *Abb. num.* 2. allegat Hieronymum in *can. quantum bonum* 65. 1. *q.* 1 quatenus docet, nec martyrium prodesse sine charitate. amore Dei videlicet, & propter Deum. ibique *gloss.* verbo *quam corona.* ex Augustino In *canon. si quis autem non habens charitatem* 49. *alias fin. de pœniten. dist.* 3. referente illud Apostoli (1. ad Corint. 13.) *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Nihil prodesse intelligitur (consequente illo) ad regnum cœlorum obtinendū, non ad extremi Iudicii tolerabilius supplicium subeundum. Quia nimirum *Deus cor interrogat, non manum.*

Aduersitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobacionis. Gregorius ad Recaredum Regem in *can. Aduersitas.* 48. 7. *q* 1. votis. id est propositis *glos* ibidē commentū agit. *Probatio* id est examinatio, & experimentum virtutis, & Constantiæ. ex *gloss.* ibidem.

Aduersis in cunctis, quæ in hac vita proueniunt, sola est omnipotentis Dei districtio pensanda, atq; ad cor semper proprium recurrendum, vt nullius nos ibi lingua implicet, vbi conscientia non accusat. Gregorius in *can. in cunctis* 52. 11. *q.* 3.

Adulatio pessimum malum. Melius est autem pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium. verba sunt Augistini In *can. nemo peritorum, aut prudentium putet.* 81. *in fine* 11. *q.* 3.

Adulter est in suā vxorem, amator ardentior. Hieronymus ex Xisto in sentētiis in *can. origo quidem amoris* 5. 32. *q.* 4. Vnde (inquit) & Xistus in sententiis: *Adulter est (inquit) in suam vxorem amator ardentior. In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir Iudicio debet amare coniugem, non affectu. Rege impetus voluptatis, nec preceps feretur in coitum. Nihil est fœdius, quàm vxorem amare quasi adulteram.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo adulter. *sicut enim* (dicens) *adulter in adulteram ardet; ita iste in propria.* ex Augustino in *can. quidquid* 3. 32. *q.* 2. dicente: *Quidquid inter se cōiugati immodestum, inuerecundum, sordidumuè gerunt, vitium est hominum. non culpa nuptiarum.* sequiturq; *gloss.* in *can. meliore proposito* 21. verbo *peiores* circa medium 27. *q.* 1. rationem, & ipsa reddens: *Nam cùm quis ardet in vxorem propriam velut adulteram, reatu adulter est.* & Glossella marginalis ibidem sic adnotat: *Adulterium cum propria vxore quandoq; committitur.* & ex Ambrosio In *can. nemo blandiatur sibi.* 4. 32. *q.* 4.

Adulterium est alterius tori violatio. vnde Adulterium dicitur, quasi ad alterius tori accessio. ex Gratiano in *can. lex illa præteritarum principum* 2. §. *cum ergo hæc illicito coitu sit corrupta* 36. *quæst.* 1. Ex præsumptionibus

Adulterium probatur. iuxta Alexandri Tertii propositionem in *cap. litteris tuæ fraternitatis* 12. *de præsumptionibus.* si solus cum sola, nudus cum nuda in eodem lecto iacētem, viderunt, multis secretis locis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis. *Triuisanus lib.* 2. *decis.* 12. *nu* 5. *& decis.* 21. Hanc ob causam est, quod grauius vir peccat adulterium perpetrans, & ad aliam accedens fœminam, quàm ipsa mulier; ob illius fragilitatem sexus. maioriq; pœna illi affici debent: Cùm tantò grauius eos puniri oporteat, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere, & exemplo regere fœminas. ex Augustino in *can. indignantur mariti* 4. 32. *q.* 6. *Nauar.* in *can.* 1. *de pœnitent. dist.* 5. *nu.* 88.

Adulterium est, si vir ad propriam vxorem accessum habeat contra naturam in vase extranaturale ex Ambrosio in *can. nemo blandiatur sibi* 4. 5. *tolerabilior est.* 32. *q.* 4. dicēte: *Nec hoc solū est adulteriū, cū aliena peccare cōiuge, sed omne, quod non habet potestatem coniugii. in hoc enim vir in vxoris corpus potestatem non habet.* Quam ob causam non sufficiet in confessione aperire; se accessum habuisse contra naturam ad coniugatam; nisi se cum propria vxore illum habuisse aperiat. Nedum enim peccatum est contra naturam, sed etiam contra finem matrimonii. maiusq; peccatum est cum propria vxore hūc habere accessum, quàm cum soluta muliere. optime *Sanchez. de matrimon. lib.* 9 *disput.* 18. *Ioānes Azorius Institutionum moralium lib.* 2. *part.* 3. *cap* 18. Namq; ex Augustino in *can. adulterii malū* 11. 32. *q.* 7. qui sic loquitur: *Adulterii malum vincit fornicationē: vincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre, quam cum aliena vxore concubere. sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit, vt si vir membro mulieris, non ad hoc concesso voluerit vti. & iste, qui fit contra naturam execrabiliter fit cum meretrice; sed execrabilius in vxore.* ita Augustinus.

Adulterium sine dolo non committitur, vt si ignoranter cognouit, putās suam esse vxorē. vt ex Concilio Triburiensi in *can. in lectum Mariti* 5. 34. *q.* 1. casus refertur. dicente Concilio. *In lectum Mariti absente vxore soror init vxoris, quam ille vxorem putans suā esse dormiuit cum ea.* non enim commisit adulterium. cum inscius fecerit. vt *gloss.* ibidem verbo *in lectū.* ibidemque Glossella marginalis. & probatur ex Augustino in *can inebriauerunt Loth* 9. 15. *q.* 1. ibique *gloss* verbo *culpandus est. Abbas cons.* 4. *lib.* 1. *colum.* 2. *num.* 3. *in fine.* Argumento satis apte petito ex Vlpiano lib. 2. de adulteriis in *l. si vxor non fuerit* 13. §. *si quis plane vxorem ff. ad legem Iuliam de adulteriis & stupro.* in fine dicente: *Cæterum, quæ vim patitur, non est in ea causa, vt adulterii, vel stupri damnetur.* & summarium ibidem: Non inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. eodemque modo Papinianus lib. 15. responsorum in *l. vim passam esse mulierem.* 39. *ff.* eodem *ad legem Iuliam de a-*

*dulterijs*. nec absimiliter Diocletianus & Maximianus Cęsares in *l. fœdissimam 20. C. eodem ad legem Iuliam de adulterijs*: dicentes; *non etiã earum, quæ per vim stupro compressæ sunt, inreprehensa voluntate, leges vlciscuntur; quin etiam inuiolatæ existimationis esse, nec nuptias earum alij interdici meritò placuit*. ibique *Gloss.* verbo *voluntatę*. Nam accusari de adulterio, vel stupro non possunt. inferens.

Quemadmodum nec adulterium perpetrasse illę videntur mulieres, quæ, viros suos in captiuitatem ductos, ex temporis cursu obijsse putantes, cum alijs coniugium contraxere, quamuis illis reuersis ad priores reuerti debeant: vt *quod bellica necessitate turbatum est, pacis remedio reformetur*. vt Leo Papa Nicetæ Aquiliensi Episcopo respondit. *can. cùm per bellicam cladem. 1. 34. q. 2.*

Adultus nullus, iudicio rationis fungens, lege comuni iustificatur, nisi præuio aliquo actu moraliter bono, libero arbitrio suo producto; etiam si fide polleat. Augustinum excipe. *can. omnis, qui 96. de consecratione distinct. 4.* sic ille: *Omnis, qui sua voluntatis factus est arbitrer, cum accedit ad sacramentum fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare*. Ab hac pœnitentia, cum baptizãtur, soli paruuli immunes sunt. Non dum enim possunt vti libero arbitrio. Idem Augustinus in *can. firmissime tene 3. 15. q. 1.* & quamuis in contrarium videatur Ambrosius. in *can. sine pœnitentia 99. eadem dist. 4. de consecratioae*. solam fidem requiri dicens. sed *gloss.* ibidem id explicat: sine pœnitentia sunt dona Dei. hoc est sine satisfactione exteriori, & afflictione, quæ solet exigi in pœnitentia. & *gloss. in d. can. omnis qui 96.* verbo *veteris*. & quia (inquiens) interior pœnitentia necessaria est in adulto, exterior non exigitur. intra eadem. fine. vide *Nauar. in manuali preludio. 1. nu 8.*

Aduocatus non iniuria, sed iure patrocinium, quod iuste præstat, vendit. & Iurisperitus iustum consilium. Nõ ita tamen Iudex. Quia nimirum ex vtraque parte stant Iudices, Aduocati verò ex vna. ex August. in *can. non sanè quidquid 15. in principio 14. q. 5.* & *can. non licet 71. 11. q. 3.* quo loco sic infert Augustinus: *Non licet Iudici vendere iustum Iudicium; & si liceat Aduocato vẽdere iustum patrocinium*. & Iuris Consulto rectum consilium. ibique plura deducit *Gloss. 1.*

Aduocatus iustam si habet causã licitè potest decipere aduersarium suum. *gloss.* per illum textum ex verbis Augustini in *can. Dominus noster 2.* verbo *insidijs 23. q. 2.* argumento quoque textus Fabiani Papę in *can. nullus vmquam 1. in fine 4. q. 4.* ibique *gloss.* verbo. *ad minuendum*.

Aduocatus, sicut Procurator, qui pauperi, in necessitate eorũ auxilij cõstituto, nõ subueniunt, ꝙ ex causę illius defensione, vel ipsius vita, vel suorum pendeat, & bona; mortaliter peccãt; cum causa sint illius mali. ex Ambrosio in *can. pasce fame morĩẽtem 21.* ibique *gloss.* verbo *occidisti, distinct. 86.* dicente; *Si non pauisti, occidisti. S. Thomas 2. 2. q. 71. art. 1. Caietan.* in *summa* verbo *aduocatus*. *Nauar. manuali cap. 25. nu. 29.* ita & Medicus. apertissime Ambrosius in *can. non satis est. 14. eadem. dist. 86.*

Aduocati militare dicuntur. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur; sed quisquis militiæ suæ cingulo vtitur, dignitatis suæ miles ascribitur. Augustini sunt verba in *can. militare non est delictum 5. in fine 23. q. 1.* ibique *gloss.* verbo *militię*. Rationemque reddere videntur Leo, & Antemius Augusti in *l. aduocati 14. C. de aduocatis diuersorum Iudiciorum*. ita intentes, dicentesque: *Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur: sed etiam Aduocatos. Militant namque causarum Patroni, qui gloriosę vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt. sic illi Cæsares.*

Aegritudo carnis peccatum repellit. luxuria autem carnis culpam adolet. Illuditur ergo diabolus, vt se ipse morsu suo vulneret, & cõtrà se armet, quem debilitandum putauit. Ambrosij sunt uerba in *can. potest fieri 52. §. ægritudo de pœnitent. dist. 1.* debilitandum, per infirmitatem, uel aliud incomodum. ut sancto Iob. *Gloss* ibidem commentum agit. & *Glosella* marginalis ibidem. quæ sic breuiter adnotat: *Infirmitas sæpè nos armat contra diabolum*. fortior enim resurgit post lapsum. ex Gregorio in *can. ferrum 18.* & Ambrosio in *can. fidelior factus est Petrus 51. dist. 50.*

Aemulor, & æmulatio varia significat. accipitur quandoq; pro dilectione. vti apud Anacletum Pap. in omnibus Episcopis scribentem in *can. scimus autem multos. 2. distinct. 43.* audias illum: *Non propterea tamen Doctores (in quantam vires suppetunt) à recta æmulatione, & bona intentione recedere debent. scientes quia beati, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam.* ita Anacletus. emulatione. id est dilectione. *gloss.* ibidem enucleat. subdẽ secunde nota versum, qui valet ad multas expositiones: *Aemulor, amat, inuidet, ac imitatur.*

Apostolus Paulus 1. ad Corinth. 12. 31. *Aemulamini autem Charismata meliora*. dixit, hoc est desiderate. secundum Lyranum. sectemini, & optate. secũdũ *Dionysiũ Carthusianũ* eadẽ q; 1. *ad Corinth. 13. 4.* idem Apostolus de Charitate verba faciens, eiusq; enumerans præconia: *Charitas* (inquit) *non æmulatur, non agit perperam*. non æmulatur. id est non inuidet prosperitati alterius. & Ioãnes à *Gorchum* ex Estio: & Cornelio à Lapide. Charitas non æmulatur. Grecè non Zelat. hoc est non *inuidet*. nam æmulatio dum in vitio ponitur, inuidia est; præsertim vbi quis dolet alteri obtigisse, quod ipse cupiebat, & non obtinuit. hoc modo *Actuum 7. 9.* dixit. S. Stephanus in Concilio malignantium Iudęorum: *Et Patriarchæ ęmulantes Ioseph vendiderunt in Aegyptum*. æmulãtes: hoc est inuidentes. iuxta illud Genesis 37. 8. *Hac ergo Causa somniorum, atq; sermonium inuidia, atq; odij fomitem ministrauit*. & nu. 11. *Inuidebant ei igitur fratres sui*. vnde & vendiderunt eum in Aegyptum. ita Lyranus illud æmulantes: idest inuidentes inter-

terpretatur. & *Dionysius Carthusianus* ibidem Pro diligere vero idem Apostolus 2. *ad Corinth.* 11.2. accepit: *Aemulor enim vos Dei emulatione.* hoc est ardenter Diligo, non qualitercũq; seu carnali affectione, sed Dei æmulatione. id est sincero, & Deiformi amore; videlicet ad hunc finem, ad quem vos amat Deus, vt consequamini vitam æternam. vti *Dionysius Carthusianus* ibidem commentum egit. referens modos omnes, quibus æmulari accipitur.

Aequalitatis, & Iustitiæ amatores esse debemus. ex Iustiniano Cæsare in §. *illud fin. prope finem in authentico. de non eligendo secundo nubentes collat.* 1. dicẽte: *Aequalitatis & iustitiæ sumus amatores.* cùm certè in ipsa æqualitate Iustitia consistat. *S. Thomas.* 2.2. *q.* 62. *artic.* 2. *in corpore.* diximus *respons.* nostra 81. *nu.* 2. *par.* 4.

Aequiperatorum idem est Iudicium. Quod igitur de vno eorum disponitur, & in altero dispositum videtur. Cum vnum altero minoris efficaciæ esse non debeat. Inde quippe æquiperata sunt. quia æqua, atq; vna perpenduntur lance. ex Innocẽtio Tertio Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores.* 3. §. *cum erga circumcisio de baptismo & eius effectu.* & ex eodem Innocentio in *cap. miramur non modicum* 7. ibiq; *Gloss.* verbo *mentio in fine de seruis non ordinandis, & eorum manumissione.* nec discedit Vlpianus lib. 67. ad edictum in *l.* 1. *ff. de legatis* 1. dicens: *Per omnia exequata sunt legata fideicommissis.* est ergo par eorum Iudicium. ex Iustiniano Cæsare in *l.* 2. *C. communia de legatis, & fideicommissis. Felinus in cap. non dubium.* 5. *n.* 3. *in fin. de sententia excommunicationis. Decius. in cap. translato* 3. *in* 1. *Lectura nu.* 7. *& sequentibus de constitutionibus. Cassadorus dec.* 6. *nu.* 8. *de Iurepatronatus.*

Aequipollentium eadem est virtus, & efficacia, idemq; iudicium neq; plurimum refert, quid ex equippollentibus fiat, cum vnum pro alio sufficiatur. ex Sceuola lib. 6. Digestorum in *l. cum controuersia esset* 62. *fine finali* §. *finali in fin. ff. mandati, vel contrà.* ibiq. *Gloss. finalis.* quæ sic infert: *Nota ergo, quod nihil interest, quid de æquipollentibus fiat.* ex Paulo lib. 8. ad Paulutiũ in *l. sed & si restituatur ei.* 28. §. *ex quibus autem causis ff. de Iudicijs. & vbi quis agere vel conueniri debeat.* ibiq; *Gloss.* verbo *succedit.* quæ sic notat: *Et sic nota hic: vbi aliquid prohibetur & eius simile. vt argumentamur infra mandati l. finali.* Idem ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. licèt ex quadam.* 47. *de testibus, & attestationibus.* notat Nauarrus *conf.* 29. *nu.* 4. *lib.* 5. *de simonia.*

Aequitatis similitudine prouocamur ad quid simile faciendum. ex Innocentio Tertio in *capit. cum dilecta in Christo* 4. §. *nos igitur attendentes de confirmatione vtili, vel inutili.* dicente Summo Pontifice: *Eiusdem æquitatis similitudine prouocati, prædicta priuilegia &c.* vbi *gloss.* verbo *similitudine prouocati.* sic infert: *Similis enim æquitatis ratio similia Iura suadere videtur.* argumentum ducit ex Augustino 10 *cap nam concupiscentiam* 4. *de constitutionibus.*

Aequiuoca diuidenda prius, definienda postmodum. Aequiuoca namq; confusa sunt. primitus igitur diuidenda, & à confusione separanda, postmodum vnũquodq; eorum definiendum. ex Aristotele. nec minori Luce eruitur ex Innocentio Tertio in *cap. cùm Ioannes Eremitæ.* 10. §. *ad hoc autem idem, Ioannes. de fide Instrumentorum.* illis verbis *nec per testes adhoc à te inductos de certo fuerit tempore facta fides.* est ergo æquiuoca, de tempore, probatio, cũ incertum fuerit tempus, ac proinde insufficiens. vt sequitur *gloss.* ibidem verbo *de certo.* Idemq; Innocentius in *cap. in præsentia* 8. §. *Quare cum constet. de probationibus.* nostrates in *rubrica Institutionib. de Iure naturali gentium, & Ciuili. Abbas d. cap. cum Ioannes* 5. *nu* 16. *Mandosius cons.* 51. *num.* 4. *Rota in Mediolanen Iurispatronatus* 8. *Iunij* 1618. *coram Pirouano decis* 74. *nu.* 4. *apud Viuianum in praxi Iuris patronatus. Carolus Maranta* Episcopus Iuuenacen *respons.* 43. *num* 56. *& respons* 80. *nu* 1. *part.* 4. eruitur ex Isidoro lib. 9. Etymologiarum cap. fin. in *can. quod autem frater* 5. 35. *q.* 5 qui sic loquitur: *Quod autem frater, sororue vxoris tuæ cognati tui dicuntur; æquiuocationis iure fit. & necessitate vulgaris appellationis, quam vlla causa cognationis.* merito igitur diuidenda, vt ipse Isidorus ibidem distinguit.

Aequiuocatione in respondendo Iure possumus hostem eludere. non sane mentiendo, sed veritatẽ occultãdo. Nãq; aliud est mẽtiri, aliud verum occultare. ex Augustino *can. ne quis arbitretur* 14. & *can. quæritur cur patriarcha* 22. *in principio* 22. *q.* 2. ibiq; *gloss.* verbo *Sororem.* in fine. quę sic infert: *Item patet hic; quod licitè per æquiuocationem possumus hostem deludere: vt supra eadem. ne quis. & infra* § *proximo.* qui est Gratiani ibidem.

Aetatis ratione presumitur pro aliquo, vel contra. habes hoc ex Concilio Agathensi cap. 16. & 17. in *can. Episcopus benedictionem* 6. *in fin. dist.* 77. illa ratione: *ne per ætatem (quod aliquaties euenit) aliquo errore culpentur.* ibiq; *gloss* verbo *per ætatem.* ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorundam relatione fidelium.* 1. *distinct.* 34. de Lanfredo Episcopo loquẽte, qui Iuuenis erate. *Verum iste (si ita est, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur, qui iuuenilibus desiderijs occupatus nulla grauitate constringitur.* & ex Concilio Toletano 6. cap. 8. in *can. Antiqui. & Sanctissimi est patris* 19. 33. *q.* 2. Quæ autẽ ætas requirebatur antiquitus quocumq; in ordine suscipiendo habes ex Syricio Papa in *can. Quicunq; itaq;* 3. *eadem dist.* 77. ad Vlpiani quoq; sensum lib. 6. ad Edictum in *l.* 1. §. *pueritiam, dum minorem ff. de postulando.* dum pueritiam, quam putat in decimo septimo anno non completo, esse, à postulando remouet. sequitur *Cardin. Zabarella cons.* 4. *& cons.* 60. *nu.* 9.

Aetas nisi legitima fuerit ad beneficium cum cura obtinendum, litteræ sunt subreptitiæ. ex Bonifacio VIII. in *cap. si eo tempore* 9. *de rescriptis in* 6. ibiq; *gloss.* post casus figurationem in notabilibus, & plenius in fine verbo *ætatem.* perquirens, quæ ætas idonea dicatur.

Aetas

Aetas verò probanda est per eum, qui se fundat in ea. gloss. in can. presbiter ante triginta. 4. verbo ante triginta dist. 78. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in l. cum te minorem 9. C. de probationibus. & in l. si minorum te 4. C. de in integrum restitutione minorum viginti quinq; annis. & ex Paulo lib. 1. Quæstionum in l. minor viginti annis adito præside 32. ff. de minoribus 25. annis. Rota apud Card. Cavaler. decis. 323. nu. 3.

Aetate grandæuus dicitur, qui vigesimum tertium annum natus est; vel trigesimum. Quia hæc virilis ætas, & multum facit ad eruditionem. ex Syriaco Papa in can. quicunq; itaq; 2. dist. 77. illis verbis: Qui vero iam ætate grandæuus melioris propositi conuersatione prouocatus, ex layco ad sacram Militiam peruenire festinat: ibiq; deducit gloss. verbo grandæuus. & ex Concilio Agathensi in can. Episcopus benedictionem 6. eadem dist. 77 vbi glos. verbo antequam. Glossella marginalis ibidem adnotans: Aetas virilis diuersimode interpretatur.

Aetas ad primam Clericalem tonsuram est septennium completum ex Concilio Toletano 2. cap. 1. can. iis, quos voluntas parentum 5. ibiq; gloss. verbo Infantia dist. 28. & ex Zozimo Papa ad Hichium in can. in singulis gradibus 2. ibidem in gloss. verbo si ab infantia dist. 77. & Bonifacio VIII. in c. nullus episcopus 4. vbi gloss. verbo infanti de temporibus ordinationum, & qualitatibus ordinandorum in 6. Barbosa de officio Episcopi part. 3 allegat. 3 nu. 4.

Affectare quis non debet, in quo intelligit, vel intelligere debet infirmitatem suam alijs periculosam futuram, alioquin peccabit. ex Gregorio Syagrio, & alijs Episcopis in can. non est putanda 27. § fin. 1. q. 1. qui sequentibus infert: Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat; prius vires suas cum hoc, quod est subiturus, contemetiatur, vt si impar est, abstineat; & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat. exequatur proinde quod. gloss. ibidem verbo prius vires suas. ex Horatio in arte poëtica defert.

Sumite materiam vestris, qui scribitis æquam
Viribus: Et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

Probaturq; ex Innocentio Tertio Paduano Episcopo. in c. significasti nobis, quod cū F. Clericus 26. § cumq. vos. de homicidio voluntario vel Casuali. qui talibus loquitur: Cumq; nos ab eodem Clerico fecissemus inquiri, vtrum equi vitium prius sciuisset, illud asseruit se ignorasse. rationem reddit gloss. ibidem verbo prius sciuisset. Quia si sciuisset (inquiens) non fuisset sine culpa, cum sciret se non sufficere ad eius retentionem. ff. ad legem Aquiliam. idem Iuris 8. § 1. ex Caij lib. 7. ad edictum prouinciale in l. idē Iuris 8. § 1. de mulione decernens: atq; sic inferens: Idem dicetur, & si propter infirmitatem sustinere mularum impetum non potuerit. Nec videtur iniquum, si infirmitas culpę annumeretur: Cum affectare quis non debeat, in quo, vel intelligere debet infirmitatem suam alijs periculosam futurā. Idem reperit Iustinianus Imperator in § impetu quoq; mularum. Institutionibus de lege Aquilia. ex Pomponio lib. 27. ad Sabinum in l. culpa est 37. ff. de regulis Iuris. dicente: Culpa est immiscere se rei ad se non pertinēte. ibiq; Decius. S. Thomas 2. 2. q. 21. art. 4. & q. 130. art. 2. Nauarr. de oratione, & horis Canonicis cap. 11. num. 20.

Affectus terreni mentis oculos excæcant, sicuti & cupiditates. ex sacro Tridentino Concilio sessione 24. cap. 9 in principio de reformat. matrimonij dicente: Ita plerumque temporaliū Dominorum, ac magistratuum mentis oculos terreni affectus, atq. cupiditates excæcant. Inde Anatolio Episcopo Constantinopolitano scripsit Leo Papa in can. virum catholicum 6. distinct. 47. dicens: Virum catholicum, & præcipuè Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scrippturæ (Ecclesiastici 18.) Post concupiscentias tuas non eas: Mens enim potentiæ auida, nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. rationem reddit Gloss. ibidem verbo mens. Quę alligata vitio cupiditatis cito deuiat à vero. & Glossella marginalis ibidē ita conclusionem in generali dicit: Cupidus deuiat à veritate. ex Anacleto Papa in can. nihil ille est pastore miserius 6. in fin. dist. 83. ita dicēte, ac rationē omnibus Episcopis reddēte: Perdit .n. labiorū memoriā mens terrenis obligata carceribus. Labiorū. id est prædicādi, vel ēt redarguēdi: vt Gloss. ibidē cōmentum agit verbo labiorum. eodē pene modo habentur. atq; ij, qui per insaniā mētē perdidere. Ambrosiū excipe in can. sicut ij, qui per insaniam 4. distinct. 47. aureis dicentem verbis, quibus propinat ambrosiam: Sicut ij, qui per insaniam mente trāslati sunt, non eam res ipsas, sed passionis suę phantasias vident: ita etiam mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta; semper aurum semper argentum videt, semper reditus computat; gratius aurum intuetur, quàm solem: ipsa eius oratio, et supplicatio ad Deum, aurum quærit. Excæcat enim hominem cupiditatis, & auaritię passio. ex Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunen. in cap. auaritiæ cæcitas 3. de electione in 6.

Affectus sine effectu, vel conatus sine effectu punitur quandoque. ex Paulo lib. 5. sententiarū in l. solicitatores 1. § qui puero ff. de extraordinarijs criminibus. quę lex inter sacros relata Canones fuit per Gratianum in can. solicitatores alienarum nuptiarum 15. de pœnitent. distinct. 1. § qui puero stuprum: illis verbis; perfecto flagitio punitur capite, imperfecto, in insulam deportatur. vbi gloss. verbo imperfecto inferens: ita non sic punitur affectus, vt effectus. & Glosella marginalis conclusionē elicit: Affectus, & effectus nō æqualiter puniuntur: punitur tamen affectus. et si non eadem pœna, qua effectus. vbi Gloss. in can. saluator 8. § nec Apostolus verbo ambitionē 1. q. 3. inferens argumentum affectum, vel conatum sine effectu puniri. Et hoc sanè ex verbis Vrbani II. dicentis: Nec Apostolus emptionem Spiritus sancti (quam benè fieri non posse nouerat) sed ambitionem quæstus talis, & auaritiam. quæ est idolorum seruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo percussit. Ambitio-

tionem, ideſt affectum emendi, maledictione percuſſit. quemandum ob criminis deteſtationem ab Innoc. IV. in Concilio Lugdunen in cap. pro humani 1. de homicidio. in 6. qui per aſſaſinos homines interfici fecerit, vel mandauerit (quamquem mors ex hoc forſitan non ſequatur) excomunicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſententias ipſo facto. Irregularitatem tamen non incurrit, niſi opere perfecto. Quia lex promotionis factum requirit. ex Hieronymo in can. ſi quis non iratus 23. alias fin. 15. q. 1. Illis verbis: Quantum ad gratiam, Innocens eſt: Quia voluntatem non opus requirit. Quãtum autem ad legem reus eſt: Quia opera requirit. ibique Gloſſ. verbo quantum antẽ ad legem. ſequiturque perquam optime Gloſſ. finalis in cap ſi aliquis 5. de homicidio voluntario, vel caſuali. deducitque pluribus Nauarrus in can. ſi quis non dicam rapere. de pœnitent. diſtinct. 1. à nun. 4. 5. & ſequentibus ad finem. examinans regulã, quam Felinus deducit, in tractatu quando conatus &c. & replicat in cap. pœna nu. 22. & 23. eodem de pœnitentia diſt. 1.

Affectionis, & ſanguinis ratio habenda eſt. in teſtamentis præſertim, & ad interpretandam diſponentis voluntatem. ex Bonifacio VIII. in cap. ſi pater filium 1. ibique Gloſſ. verbo pauperes de teſtamentis in 6. audi quæſo quibus expreſſiſſimis verbis hoc nos docuit Sceuola lib. 16. Digeſtorum in l. Aurelius Symphorinus 29. §. Titius teſtamento facto ff. de liberatione legata. ita namque ipſe ex affectione argumento infert: Præſumptio enim propter naturalem affectum facit omnia patri videri conceſſa. Nec minus Gloſſ. ibidem verbo præſumptio ad hanc infert rem dicens: Legatarij charitas, & neceſſitudo facit intelligi contrà conſuetum modum. vt ſupra delegatis 1. l. ſi ſeruus pluriũ §. fin. ibidẽq; Gloſella marginalis, quæ & ipſa ſic adnotat: Adde: ad hanc ſententiam pertinent memorabilia exempla, quæ refert Valerius Maximus lib. 5. c. 4. nec à ſimili perpenſione diſceſſit Iulianus in dicta l ſi ſeruus plurium 53. §. ſi numerus nummorum. qui eſt finalis ff. delegatis 1. quatenus docet ad legati dubij interpretationem habendam, Affectionem non minimi operari: Sed & mens patris familias (inquiens) & legatarii dignitas, & charitas, & neceſſitudo. item ea, quæ præcedunt, vel quæ ſequuntur, ſummarum ſcripta ſunt ſpectanda. eiuſdemque argumenti genere Papinianus lib 6. quæſtionum in l. ſeruus ea lege venijt 7. in fin. ff. de ſeruis aſportandis vſus videtur, illis verbis: Etiam affectionis ratione rectè agetur. Nec videntur hæc inter ſe contraria eſſe. cùm beneficio affici hominem, interſit hominis. Enim vero pœna non irrogata indignatio ſolam duritiem continet. Licet ergo ex affectione, & ſanguinis, vel neceſſitudinis ratione inferre. erit igitur eius habenda ratio. iuxta illud Ambroſij lib. 1. de officijs cap. 30. relati in can. non ſatis eſt. 14. diſt. 86. dicentis Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco tempore commẽdatur, vt primum opereris circa domeſticos fidei. Et paulo poſt. Si in cauſam ceciderit, aut captiuitatis ſuorum, aut calumniæ &c. vbi gloſſ. verbo ſuorum rationem reddit: Quia quis magis timet in filijs, quàm in ſe. ſequiturque Gloſſ. in can. quieſcamus 2. verbo poſtulat diſt. 42. perpendens illud Canticorum. 2. 4. Ordinauit in me charitatem. Idem Ambroſius in can. eſt probanda 16. eadem diſt. 86.

Affinitas eſt parentela, quæ ad virum ex parte vxoris, ſeu quæ ex parte viri ad vxorem pertinet. Quia ſi ſecundum diuinam ſententiã: Ego, & vxor mea ſumus vna caro; profectò mihi, & illi mea, ſuaq; parentela propinquitas vna efficitur. ita Gregorius Papa in can. Porrò de affinitate 3. 35. q 5. eſt itaque naturali ratione inducta affinitas. S. Thoma in 4. diſt. 41. Nauar. conſ. 12. nu. 2. lib. 4. de conſanguinitate, & affinitate. Eſt autem Affinitas (ſecundum Ius Canonicum) perſonarũ proximitas ex coitu proueniens, omni carens parentela. ibidem in arbore Affinitatis. dicitur Affinitas, quaſi duorum ad vnum finem vnitas, eo, quod duę cognationes diuerſę per nuptias ſecundum leges, vel per coitum, ſecundum Canones, copulantur, & alter ad alterius cognationẽ accedit. Nauar. conſ. 4. nu. 1. & ſequent. lib. 4. de conſanguint. & affinitate.

Affinitatis vero coniunctionem non parit coitus illicicitus extra pudoris clauſtra, etiam ſæpius exercitus. quia non intra vas naturale exercetur, ſed extrà. Vnde matrimoniũ non impedit. ex Vrbano II. Hugoni Gratianopolitano Epiſcopo in can. extra ordinaria pollutio 11. ibiq; Gloſſ. 1. 35. q 3. ſine enim ſanguinis, ſeminiſque commiſtione affinitas non contrahitur. ex Benedicto Papa Grandenſi Patriarchæ in can. lex diuina conſtitutionis 18. 27. q. 2. ad verba Protoplaſti (Genes. 2.) Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt Duo in carne vna inferens: Quibus verbis innotuit, non aliter virum, & mulierem poſſe fieri vnam carnem, niſi carnali copula ſibi cohæreant. non itique contrahitur affinitas, ni copula ſequatur. Nauar. conſ. 11. n. 1. lib. 4. de ſponſalibus. Ex coitu nempe oritur affinitas. Nauar. conſ. 1. nu. 1. & conſ. 3. lib. 4. de conſanguinitate & affinitate. & dixit Gloſſ. in can. nullum in utroq; ſexu 7. verbo vnitatem 35. q. 2. & 3. quæ ſic conſequentiam infert: Ergo tantum per carnis commiſtionem contrahitur affinitas. Quia per eam vna efficiuntur caro. Geneſis 2. Et erunt duo in carne vna. deducitque Iſidorus in Concilio Macienſi in can. ſanè conſanguinitas 14. eadem 35. q. 3. ita loquens rationemque reddens: Quia enim conſtat (inquiens) eos duos eſſe in carne vna; communis illis vtraq; parentela cenſenda eſt, ſicut ſcriptum eſt: Erunt duo in carne vna. vide Card. Toletum Inſtructionis ſacerdotalis lib. 7. cap. 11. nu. 3. ibique apoſtillam Victorelli.

Afflictis nõ eſt adenda afflictio. ex Gregorio in can. cum percuſſio corporalis. 2. 7. q. 1. ſic inferente: Et ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio: ne nos culpa (quod abſit) offenſa reſpiciat. ibique Gloſſ. verbo flagellatis. quin magis cõpatiendum. ex Nicolao Papa Gallioni Senenſi Archiepiſcopo in can. indicas Hermannum Epiſcopum 14. in fine 3. q. 9. Ne duplici quis

onere

onere grauetur. ex Callistrato lib. 2. Quæstionum in *l. nanis onustę 4. §. cùm autem iactus. ff. ad legem Rhodiam de iactu.* ibique *Gloss.* verbo *duplici.* rationem & ipsa reddens: *Non enim debet addi afflicto afflictio.* eandemque rationem deduxit *Gloss.* in *l. Diuus Marcus 14. ff. de officio præsidis.* ad illa vera Macri lib. 2. de Iudiciis publicis: *Cum satis furore ipso puniatur.* in verbo *cum satis.* dicens: *Non debet addi afflicto afflictio.* & in eodem casu Nicolaus Papa in *d. can indicas Hermanum Episcopum 14. 3. q. 9.* ibidemque *Gloss.* verbo *consulendum.* referens ipsam eandem Macri rationem: *Quasi dicat satis ipso furore punitur.* sequitur *Hyppolitus de Marsilijs singulari 241. incipiente:* Non debet addi.

Afflictio spontanea pro culpis præteritis Deo placet, & amaritudinis mæror, quo amittere Deum timet, placet Deo. ex Gregorio in *can. sicut Achab. 19. de pœnitentia distinct. 3.* super verbis illis *3 Regum 21.* dicente Domino ad Eliam: *Non ne vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur mei causa humiliatus est, non inducam malum in diebus eius.* ita inferente Gregorio: *In quibus Domini verbis pensandum est, quomodo ei in electis suis mæror amaritudinis placeat qui amittere timent Deum: si sic ei & reprobi pœnitentia placuit, qui timebat perdere præsens sæculum: aut quomodo ei grata sit spontanea afflictio pro culpis, in eis, qui placent: si hęc ad tēpus placuit, & in eis, qui displicebant.* ita Gregorius.

Agere qui illud conatur, quod ei nulla ratione conceditur, prauum est, & contra Dominicum præceptum; & detrimentum animæ suæ infert. vt inquit Damasus Papa in *can. hanc consuetudinem 15. sinc finali 10. q. 1.*

Agere nemo inuitus compellitur. ex Diocletiano Cæsare in *l. vnica C. vt nemo inuitus agere, vel accusare cogatur.* ex Innoc. IV. in Concilio Lugdunen in *cap. 1. §. solet autem inter scholasticos dubitari. de restitutione spoliatorum in 6.* ibique *Gloss.* verbo *ęstimamus.* quæ in additionibus 17. casus limitationis regulæ refert, in quibus compellitur quis agere. ex *Hostiensi* eodem loco. & innuere videtur Alexander Tertius in *cap. causam quæ 3. de dolo & contumacia extrà.* Qui citatum, & se absentantem, non expectandum esse decernit, dicens: *aut se absentauerit; procuratorem eius, si quem reliquerit conuocetis: qui siue venerit siue non venerit, aut si procuratorem non dimisit, denunciationibus ad domum eius missis, receptis testibus alterius partis, iuxta dictam formam ad proferendam sententiam procedatis.* Non enim compellitur quisquam inuitus agere, siue proponendo, siue etiam excipiendo.

Agentes, consensumque in malum præstantes pari, vnaque feriuntur pœna. ex illo Pauli ad *Romanos 1. 32.* qui sic rationem infert: *Quia digni sunt morte, non solum, qui faciunt. sed, & qui consentiunt facientibus.* vsurpauitque Alexander Tertius Londonien Episcopo scribens in *c. 1. de officio Iudicis delegati.* dicens eidem: *Sic tibi respondemus, quod sicut agentes, & consentientes pari pœna scripturę testimonio* (ad Romanos 1.) *puniuntur. etc.* ibiq; plenè *glos.* verbo *pari pœna.* Dixitque Ioannes VIII. in *can. facientis 3. dist. 86.* ita inferens: *facientis culpam procul dubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Rationemque reddit Nicolus Papa Girardo Turonensi Archiepiscopo scribens in *can. notum sit 10. in fin. 2. q. 1.* Quia facientem (inquiens) & consentientem par pœna constringit. eundemque sensum habuit Lucius Papa ad Galliæ, & Hispaniæ Episcopos in *can. omnes Ecclesiæ raptores 5. in fin. 17. q. 4.* Qui sic rationem infert de consentiētibus loquens: *Quia non solum, qui faciunt, rei iudicantur; sed etiam, qui consentiunt facientibus.* Par enim pœna & agentes, & consentientes comprehendit.

Agris nostris sitientibus alienos irrigare non tenemur. Quin durum, & crudelitati proximum ęstimauit Claudius Cęsar in *l. Præses Prouincię. 6. de seruitutibus, & aqua, C.* sic exagerans: *Cum sit durum & crudelitati proximum ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, sitientibus agris tuis ad aliorum vsum vicinorum, iniuria propagari.* ita Claudius Cæsar. & secundum Terentium: *Sapere est, de alieno labore victum quærere.* quem retulit Gratianus in *can. Ecclesias singulas. 1. §. Quis militat stipēdijs suis vnquam? 13. q. 1.* verba referens Apostoli *1. ad Corinthios 9. 7.* qui sic loquitur: *Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat?* & sequuta fuit *gloss.* in Summa verbo *pro impensis in fin. vers. item nemo cogitur suis stipendiis militare. 15. q. 2.* & retulit ad eundem sensum Augustinus in *can. iam nunc illud videamus 8. in fine. 28. q. 1.*

Alchimiam exercentes non peccare deducit pluribus *Oldradus cons. 74. an alchimista. per totum.* non quod vna species in alterā mutetur, quod fieri non vtique potest ex S. Augustino in *can. episcopi, eorumque ministri 12. in fin. §. quisquis ergo 26. q. 5.* ad verba S. Ioannis 1. *Omnia per ipsum facta sunt.* dicente. *Quis quis ergo aliquid credit posse fieri, aut aliquam creaturam in melius aut in deterius immutari, aut transferri in aliam speciem, aut similitudinem, nisi ab ipso Creatore, qui omnia fecit, & per quem omnia facta sunt; proculdubio infidelis est, & pagano deterius.* Sed quod ex vna specie metalli, scilicet stanno, potest alia species metalli, scilicet aurum produci. nec hoc est inconueniens. nam & videmus, quod quandoque ex re mortua producitur viua: vt videmus in vermibus, ex quibus producitur sericum, & aliis pluribus. & ex herba producitur vitrum. multo magis ex metallis, in quibus est maior conuenientia, & similitudo. Nam omnia metalla procedunt ex eodem principio; scilicet & sulfure, & argento viuo. sed ex virtute elementorum, quandam habent maiorem influentiam in vno loco, quàm in alio: in vna materia sic stamnum, in alia argentum, in alia aurum, & sic de aliis. ita *Oldradus.* sequiturq; *Abbas in cap. ex suarum tenore litterarum 2. nu. 8. de sortilegijs. Caietan. in summa* verbo *Alchimia.* aliter verò esset si ex alchimico argento

mo-

monetam cuderent. vel insolutum darent venderentque. ex *extrauaganti* Ioannis XXII. *Spondēt. vnica de crimine falsi inter comunes.* sine fraude vero licet. vel si per alchimiam verum fieret aurum. vt *S. Thomas* docet 2. 2 *q.* 77. *art.* 2 *ad* 1. rationem reddens: Quia nihil prohibet arte vti aliquibus naturalibus causis ad producēdum veros, & naturales effectus.

Allegare inconueniens, non est soluere argumentum. ex Vlpiano lib. 8. disputationum in *l. is, qui reus. 5. ff. de publicis Iudiciis.* excipe Vlpianum: *Constitutionibus enim obseruatur, vt nō relatione criminum; sed Innocentia reus purgetur.* Nec aliter sentire visus est Stephanus Papa in *can. neganda est* 1. 3. *q.* 11. Stephanum audi: *Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo præmuntur, exuerint:* Quia non est credendum contrà alios eorum Confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes: Quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque professio. rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *criminandi.* Quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgabitur. eamque sequitur altera *gloss.* in *can. quid autem ego.* 23 8. *q* 1. verbo *conuincere.* & *Glossella* marginalis ibidem dicens: *Reus innocentia purgatur.* Allegare proinde inconueniens, nō est soluere argumentum.

Aliena possidere conuinguntur, qui, etiam licitè conquisitis, vti nesciunt. ex Augustino in *can. quid dicam de vsuris* 11. *in fin.* 14. *q.* 4. qui super verbis illis Salomonis (prouerbiorum 17.) *Fidelis hominis totus mundus diuitiæ sunt, infidelis autem nec obulus.* sic infert: *Nō ne omnes, qui sibi videntur gaudere licite conquisitis, eisque vti nesciunt: aliena possidere conuincimus?* inferēs demum: *omne igitur, quod male possidetur; alienum est: malè autem possidet, qui malè vtitur.*

Aliena rapere cōuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur. ex Hieronymo Gratianus in *summa. §. ordinandus itaque dist.* 42. Quia nimirum (ex Ambrosio in *can. sicut* 1j, *qui per insaniam* 8. §. *sed ais. dist* 47.) Proprium nemo dicat quod est comune, quod plus, quàm sufficeret sumptum, etiam violenter obtentū est. subsequiturque: neque enim minus est criminis habenti tollere: quàm cum possis, & abundes, indigentibus denegare. inferens cōsequentiam. *Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare, quod velis.* ibique *Gloss.* verbo etiam *violenter.* furtum enim cōmittere dicitur. ex Simplicio Papa in *can. de redditibus Ecclesiæ* 28. *in fine* ibique *Gloss.* verbo *triennio.* 12. *q.* 2.

Alienatio rerum Ecclesiæ per Episcopum fieri minime poterit; nisi aliquid horum fiat, vt meliora prospiciat, & cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod non sit dubiū, profuturum Ecclesiæ. Ex Leone Papa vniuersis Episcopis per Siciliā cōstitutis in *can. sine exceptione decernimus* 52. 12. *q.* 2. Quinimo liceat quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere. Simmaco Papa id disponente in Synodo 3. in *can. non liceat Papæ XX. eadem* 12. *q.* 2. hoc vero factum est; ne Ecclesia Dei ad nihilum redigatur, vt dictum fuit in Concilio Leonis Papæ Quarti in *can. monemus* 18. *ead.* 12. *q.* 2. plura deduximus *respons.* 58. *num.* 32. 33 34. & 35. *part.* 4.

Alienationis nomen generale est, satisque laxū. omnes propterea comprehēdit modos, quibus de manu res dimittitur, atque in alium transfertur. ex Iustiniano Cæsare in §. *alienationis autem nomen. cap.* 1. *in Authentico de non alienandis. aut permutandis collat.* 2. & ex Concilio apud Syluanen in *cap. nulli liceat* 5. §. *alienationis autem verbum. de rebus Ecclesiæ alienādis, vel non.* dicente Sacro Cōcilio: *Alienationis autem verbum continet conditionem, donationem, venditionē permutationem, & emphyteusis perpetuum contractum* ibique *Gloss.* verbo alienationis *Gloss.* in summa 12. *q.* 2. verbo *nunc quæritur.* quod sanè Concilium constitutionem approbat Leonis, & Anthemii Imperatorū, in *l. Iubemus nulli.* 14. §. *Oeconomus autem C de Sacrosanctis Ecclesiis. Rota apud Cardin. Caualer decis.* 290. *num.* 5. diximus *respons.* nostra 46. *num.* 20. *part.* 5. & *respons.* 58. *num.* 52. & *sequentibus part.* 4.

Alienare propriè non est. quod in dominio Ecclesiæ retinetur, dicit *Gloss.* in *Clement. si vna Ecclesia* 2 *siue finali.* §. *fin.* verbo *Ecclesiam in fin. de rebus Ecclesiæ non alienandis. Rota apud Cardin Seraphinum decis.* 196 *num.* 3.

Alienatio personæ maior est, quàm alterius rei. ita dixit *Gloss.* in *can. presbyteri* 3. verbo *Ciuitatis in fin. dist.* 24. ex Canonibus sāctorū Apostolorū in *can. præcipimus* 24. 12 *q.* 1. quo in loco pretiosiores hominum æstimantur animæ, quàm res omnes aliæ; Ita maior alienatio erit personæ, quàm rerum aliarum inanimatarū. ex Gregorio VII. in Concilio Lateranensi in *can. decimas* 1. 16. *q.* 7 quatenus personarum fit æstimatio honorabilium. maiores namque personæ sunt, quàm res aliæ, cum propter homines sint omnia, quam ob causam haud poterit Capitulum sede vacante Clericum ab Ecclesia licentiate, quia alienationis est species. ex Gregorio Fortunato Episcopo Neapolitano in *can. Fraternitatem tuam.* 5. *distinct.* 71. dicente Gregorio: *Idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessario duximus concedendū, habituro licentiam diaconum illum nostra interueniente authoritate, Ecclesiæ tuæ, Deo propitio constituere Cardinalem.* ibique optime *Gloss.* verbo *licentiam.*

Alienandi res Ecclesiæ causæ; necessitas, atque euidens sunt vtilitas. ex Innocentio 4. in *cap.* 1. *de rebus Ecclesiæ non alienandis in* 6. & ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. nemo deinceps.* 16. *de electione in* 6. Innocētius quidem: *Cum euidens necessitas, quare fieri deberet, vel vtilitas non subesset.* Gregorius verò; *Et euidenti necessitate, vel vtilitate ipsius Ecclesiæ suadente.* ibique notat *Gloss.* verbo *necessitate.* & verbo *vtilitate.* eiusdemque sensus est Clemens V. in Concilio Viennen in *Clemēt.* 1. *eadem titulo.* & Leo Papa vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis in *can sine exceptione decernimus* 52. 12. *q.* 2. addens etiam:

Et cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod, non sit dubium, profuturum Ecclesiæ. *Rota apud Coccinum decis.* 445. *nu.* 3. & *parte* 2. *diuersorum decis.* 178. *num.* 1. *& sequētib.* diximus *respons* nostra 27. *num* 30. *part.* 5. perquiritur etiam Apostolicus assensus. ex constitutione Pauli 2. in *extrauaganti Ambitio. ff.* 2. *de rebus Ecclesiæ non alienandis. inter communes.*

Alienatio bonorum Ecclesiæ iuxta dispositionem Concilij Agathen in *can. terrulas* 53. 12. *q.* 2. vt fieri possit plura perquiruntur: præcisa necessitas, quod predium sit exiguum, quod sit inutile, & denique, quod sit longe distans. *Rota part.* 1. in *recentioribus decis.* 624. *num.* 11. *Marius Antoninus variarum resolutionum lib.* 1. *resolut.* 25. *num.* 2. *sequentibus & num.* 13. *& resolut.* 38. *num.* 12. *Gratianus forensium disceptationum part.* 3. *cap.* 452. *num.* 16. 17. *& seq.* vbi etiā, quod valor terræ scutorum 40. sit exiguus. noster quoque Proauus *Robertus Maranta de multiplici alienatione num.* 4. diximus *respons.* nostra 32. *num.* 36. *part.* 5. vbi etiam *num.* 34. quod Vicarius Generalis Episcopi absq; speciali mandato assēsum ad terminos dicti *can. Terrulas.* præstare haud valeat.

Alienum non est, quod iure possidetur. Augustinus in *can quid dicam* 11. *in fin.* 14. *q.* 4. Audi illum: *Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure, quod iuste: & hoc iustè, quod benè omne igitur quod male possidetur, alienum est: malè autem possidet, qui male vtitur.* ita Augustinus nec alienum subrepit, qui, quod sibi debetur, accipit. sicuti de Iacob Patriarcha, qui benedictionem primogeniti accepit. dicit Gratianus in *can. quæritur cur Patriarcha* 22. § *hinc idē Apostolus.* 22. *q.* 2. ita inferens: *Quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienum subripuit.* vendiderat enim primogenitutam Esau. *Genesis* 25. 30. & ibidem Gratianus §. *item opponitur.*

Alimenta secundum necessitatem sumenda. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis dummodo congruas in generibus alimentorum cum his, cum quibus tibi viuendum est. Neque quantum sumas interest multum; cùm videamus aliorum stomachum citius saturari: verba sunt Augustini in *can. quod dicit Dominus in Euangelio* 4. *distinct.* 41. inferens demum: *Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atq; personæ suæ, & pro suæ valetudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate, & serenitate animi careat: cum his vel oportet, vel necesse est carere. &c.*

Alimenta secundum qualitatem personæ, & decentiam status ministrari debent. ex Pelagio Papa in *can illud magnitudinem tuam.* 10. *siue finali* 10. *q.* 3. de alimentis Episcopo dandis loquens. ita sequitur: *Nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum mediocritatem vniuscuiusque loci Episcopo ad consignationem venienti susceptionis preparari conuiuium; quia nec eo prætextu pauperibus inferri damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.* & ex Clemente Tertio in *cap. nobis fuit* 25. *in fin. de Iure patronatus extra.* de patrono, qui ad paupertatem deuenit, loquēte verbis sequentibus: *Et si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modestè succurratur, sicut in sacris est canonibus institutum.* Gloss. proinde verbo *modeste* ita exaudit: *habito* (scilicet) *respectu ad facultates Ecclesiæ, & ad qualitatē personæ.* 10. *q.* 3. *c. vltimo.* Idemque; Clemens Tertius in *c. cum haberet* 5. *in fin. de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* ita in hac re dat in mandatis: *Solicitudini tamen tuæ intererit, vt vterque liberis tuis, secundum quod eis suppetunt facultates necessaria subministrent.* vbi: Gloss. verbo *secundū facultates.* sic infert dicēs: *hoc est regulare, quod secundum facultates alimenta ministrentur.* nec aliter decreuit Vlpinus lib. 36. ad edictum in *l. officio Iudicis* 2. *ff. vbi pupillus educari, vel morari debeat, & de alimentis ei præstandis.* Quia nimirum: pro modu facultatum pupilli debet arbitrio Iudicis æstimari. ibique *Gloss.* verbo *pro modo facultatum.* eiusdemque sensus fuit Aburnius Valens lib. 1. fideicommissorum in *l. cum alimenta per fideicommissum* 22. *aliàs penultima ff. de alimentis, & cibariis legatis.* qui ita intulit: *Si neutrum apparet, tunc ex facultatibus defuncti, & charitate eius, cui fideicommissum datum erit, modus statui debebit.* sequitut que *Rota apud Coccinum decis.* 390. *nu.* 2.

Alimenta non debentur à viro Vxori, quæ sine iusta causa a viro diuertit. ex *Gloss.* in *cap. significasti, quod quidam.* verbo *Materiam. in fin. de diuortiis.* Rota *apud Cardinal. Caualer. decis.* 469. *nu.* 1. sicuti debentur alimenta vxori per virum agente illa ad diuortium, si maritus in culpa fuerit. *Rota apud Seraphinum decis.* 328. *num.* 2. ex Alexandro III. Vienrien. Episcopo in *cap. ex parte tua* 10. §. *fin.* ibique *Gloss.* verbo *expensæ necessariæ. & Abbas, Filinus, atq; Socinus de accusationibus.* pauperi præsertim *Rota apud S. memor. Gregorium XV. decis.* 189. *& decis.* 524 *& decis.* 580. *nu.* 6. & *apud Coccinum decis.* 363 *nu.* 1. *& apud Card. Caualer. decis.* 554. *nu.* 1. *& sequentibus. Peguera decis.* 20. *nu.* 5. *Senatus Cathaluniæ.*

Alimenta debentur filiis spuriis ex æquitate canonica. Quia nimirum liberorum educatio à iure oritur naturali. ex Isidoro *can. Ius naturale* 7 *distinctione* 1. illis verbis *vt viri, & fœminæ coniunctio, liberorum successio, & educatio.* nec aduersabitur, quod non ex legitimis orti fuerint nuptijs. naturaliter enim nati sunt, & Dei Creaturæ sunt. *Vndecumque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti, & salui erunt. Semen enim hominis, ex qualicumque homine, Dei Creatura est: & eo male vtentibus malè erit, non ipsum aliquando malum erit.* verba sunt Augustini de bono coniugali cap. 16. in *can. vndecumque homines* 3. *distinct.* 56. repetiturque in *can. sicut satius est mori fame* 8. 32. *q.* 2. decreuitque Clemens Tertius huiusmodi spurios enutriri secundum quod parentibus suppetunt facultates. in *cap. cum haberet vxorem legitimam* 5. § *fin. de eo, qui duxit in matri-*

*trimonium, quam polluit per adulterium*. ibique *Gloss.* verbo *secundum facultates in fin.* dicens: *Hoc intelligitur de æquitate canonica, quæ vigorem sumit à Iure naturali. nam educatio filiorum de iure naturali est. 1. distinct. Ius naturale. & ex instinctu naturæ procedit; vnde Ius istud præfertur ciuili.* ita Glossa. vnde peccant parentes eisdem alimenta denegantes. deduximus *responſ.* nostra 31. *nu. 1. & sequent. & nu. 4. 5. 6. ac per totam part. 1. & respoſ. 32. ibidem.*

Aliqua si sibi cohereant, vel si aliquid sequatur ex alio, vno probato, & aliud, reliquumque probatum est. *Gloss. in can. si laicus. 7. dist. 31.* verbo *matrimonio carendum.* est enim canon ille Hieronymi cōtra Iouinianum. Hieronymi argumentum excipe: *Si laycus, & quicumque fidelis orare non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est; si semper orandum est, ergo semper matrimonio carendum.* ibique *Glossella* marginalis Archidiaconi, quæ sic habet: *fie de talibus, vno concesso, & aliud concessum est. 1. q. 1. sicut Christus.* vbi de hoc. qui *can.* est. 75. & est Hieronymi aduersus Luciferianos. in fine, sic inferentis. *Neque enim potest fieri, vt qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.* vbi *Gloss.* verbo *potest fieri.* ita commentum ad renuagit: *argum. quod vno de duobus, quæ sunt eiusdem iuris cconcesso, alterum conceditur: ex quo enim aliquid alicui conceditur eius cohærens conceditur.* nec aliter sentire visus est Innocentius Papa in *can. deinde ponitur. 3. §. Quæro, & sollicitus quæro, circa finem distinct.* 26. de Cornelio Centurione (*Actuum X.*) verba facientem, qui ante quam baptizaretur orationibus, atque elæmosynis vacabat. *Num quid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessus?* ibique *gloss.* verbo *concessus.* quæ sic cōmentum agit: *Quasi dicat eadem causa non operatur contrarios effectus.*

Aliud est relatiuum diuersitatis substantię: & proprie refertur ad suppositum: *S. Thomas 3. part. q. 17. art. 1. ad 3. in fine.* vide Gratianum *in can qui recedit à Christo 14. §. finis huius auctoritatis in fin.* ibique *gloss.* verbo *vt enim Dominus. de pœnitentia dist. 4.* meliusque ex Gregorio *in can. non est putanda 27. §. ne ergo sub obtentu elemosynę 1. q. 1.* in illa ratione: *Nam aliud est propter peccata elæmosynas facere. aliud propter elæmosynas peccata committere.* relatiuum enim illud aliud. diuersitatem indicat substantię actionis. & illud Gratiani in *can. citiùs ad hoc respondemus 44. § quod verò reprobt. de pœnitent. dist.* a illis verbis: *Aliud est enim bibere, vel mãducare; atque aliud degustare.* & ex Augustino in *can. ne quis arbitretur. 14. 23. q. 2.* dicente: *Quoniam aliud est mentiri, aliud est verum occultare: si quidem aliud est, falsum dicere, aliud verum tacere.* & apud Cyprianum *can. numquid Cain. 26. de pœnitent. dist. 1.* Aliud est enim martirio animum deesse: aliud animo defuisse martyrium.

Aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud proter eleemosynas peccata committere. verba sunt Gregorii Syagrio, & alijs Episcopis in *can. non est putanda 27. §. ne ergo sub obtentu in fin. 1. q. 1.* Rationem accipe à Sapiente (*Ecclesiastici 34. 24.*) qui sic loquitur: *Qui offert sacrificium de substantia pauperum: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui.* quæ Gratianus retulit in *can. immolans, siue immolantis 2. 16. q. 5.*

Aliud est esse tale, & haberi pro tali. ex Africano lib. 3. Quæstionum in *l. mercis appellatione 207. ff. de verborum significatio.* ibique *Gloss.* verbo *Mangones.* quę ic infert: *Aliud est esse loco mercis, vt ibi, quam esse mercem.* idemque ex Vlpiano lib. 2. de adulteriis in *l. si maritus sit in Magistratu 15. §. legis Iulię ff. ad legem Iuliam de adulteris.* aliud est enim ibi Reipublicæ causa abesse, aliud pro absente æstimari.

Altaria si non fuerint lapidea, chrismatis vnctione non consecrantur. ex Concilio Epaunensi in *can. altaria 31. de consecratione distinct. 1.*

Altare consecrari non potest, nisi in eo sanctorum reliquiæ recondantur. ex Cōcilio Africano in *can. placuit. 26. de consecrat. dist. 1.* ibidemque *Gloss.* verbo *reliquia* dicens: *sine reliquiis Ecclesiam non esse consecrandam.* Idemque ex Vigilio Papa ad Eutherium in *can. de fabrica verò 24. eadem de consecrat. dist. 1.* non tamen reliquiarum sanctorum loco Sanctissimum Eucharistiæ sacramentum recondendum ibi erit quod *Gloss.* ibidem verbo *reliquia in fin.* probare videtur dicens: *Et tamen sufficit. corpus Domini* sed aduersus *Gloss.* testatur *Hostiens. in summ. de consecrat. Ecclesia.* atque ita sibi ab Innocentio Papa responsum fuisse. sequiturque. *Turre Cremata eod. can. placuit. Durandus* in rationali diuinorum officiorum *lib. 1. cap. 7. num. 23. Ioannes Baptista Scortia* ex Societate Iesu *tract. de sacrosanctę missæ sacrificio lib. 2. cap. 14. n. 4. in fin.* rationem affert. Esset enim peruertere vsū sacramenti destinatum. sequiturque *de Graffiis decisionum aurearum part. 2. lib. 2. cap. 14. nu. 5. & 6.*

in Altari, in quo Episcopus missam cantauit, presbyter eodem die aliam celebrare non præsumat. ita ex Concilio Vrbico in *can. in altari 97. alias finali de consecrat. dist. 2.* non præsumat. Propter solam Episcopi reuerentiam, nisi licentia Episcopi, vel necessitate vrgente. *Gloss.* ibidem commentū agit. Quod exaudi in propria Episcopi diœcesi. & vbi solemni ritu, & ceremoniis rem facit diuinā. *Ioannes Baptista Scortia de sacro missę sacrificio lib. 2. cap. 14. nu. 6. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 27. nu. 26. in fin.*

Amalphitanę Ecclesię Episcopus Pimenius vocatus, quia residere non curabat: mandante S. Gregorio Papa Anthemio subdiacono residere compellitur, quod si parere nollet in monasterio deputaretur. idem Gregorius in *can. peruenit ad nos. 20. 7. q. 1.*

S. Ambrosius mortuo Auxentio Arianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanēsem Ecclesiam vt lupus dilaniauerat, non dum baptizatus, ordinatione diuina electus est. quam ob causam exultans Valentinianus Imperator ait: *Gratias ago tibi Domine Deus Omnipotēs, & Saluator noster, quoniā huic viro ego quidem cōmiſe-*

*ram corpora; tu autem animas: & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire.* S. verò Ambrosius contristabatur. ex Historia Tripertita lib. 7. cap. 8. in *can. Valentinianus Imperator 3. distinct. 63.*

Amare Deum minime conuincitur, qui, si valet Omnipotentis Dei oues pascere, renuit. Ioannis 21. 17. *Simon Ioannis amas me? Pasce oues meas.* Gregorius Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris. 9.* paulo post principium 8. q. 1.

Amare quis nos potest amplius, quàm Deus? Augustinus in *can. non omnis qui parcit. 2. §. quis nos potest. 5 q. 5.*

Amare Deum, qui est vltimus finis noster, æquè ac se, vel aliam creaturam, peccatū est. Quia nimirum, qui comparatiuè, æque, vel minus quàm se, amat Deum, vel alium, peccat. Interpellatus namque, Christus Domus noster: *Matthæi* 22. 36. ab vno ex legis doctoribus eum tentante. *Magister, quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota mente tua* (Deutoron. 6. 2. 5.) *Hoc est maximum, & primum mandatum. secundum autem simile est huic: diliges proximum tuum sicut te met ipsum.* Qui vero Deum æque quàm se, vel minus diligit, legem non implet. peccat proinde. Quia profecto plus tenemur diligere illum, quàm alios, quam nos met ipsos. *S. Thom. 1. 2. q. 109. art. 3. & 2. 2. q. 27. art. 3.* tenemurque seruare præcepta eius. qui enim amorem mundi amori Dei non postponit, quàm maxime repræhensibilis est, cum nec etiam occisores corporis sint timendi contrà Iustitiam hominem impellentes. ex Nicolao Papa Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Ficolensi Episcopis in *can. Lotharius rex 4. §. sed quia idem Gloriosus rex. 31. q. 2.* Idemque Christus Dominus *Matthæi* 16. 24. nos docuit: *si quis vult venire post me, abneget semet ipsum, & tollat crucem suam & sequatur me* & eod Matth. 10. 37. *Qui amat patrem, vel matrem plus quàm me, non est me dignus; & qui amat filium, aut filiam super me, non est me dignus.* Super omnia igitur Deus diligendus est Qui verò Deum sine vlla comparatione, minus, vel æquè amat, non peccat. Quia non omnis amor, quo Deus amatur est malus, eo ipso, quod non sit super omnia erectus. ex *S. Thoma. d. q.* 109. *Nauarrus de finibus humanorum actuum nu. 23.* Deum enim amare est illi copulari animo, atque affectu. ex Prospero *can. charitas est. 5. §. ergo si charitatem. de pœnitent. dist. 2.* qui charitatem, quę ad Deum est; *voluntatem ab omnibus terrenis, et pręsentibus prorsus auersam, & Deo inseparabiliter iunctam.* appellat. sine qua nullus Deo placuit, cùm qua aliquis peccare non potuit, nec poterit Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati desideriis seruiamus. & circa finem ad rem nostram ita demum infert: *Ordinem delectionis illi peruertunt, nec modum diligendi custodiunt; qui aut mundum, qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua, minus diligenda, plus diligunt; aut proximos non sicut se ipsos: aut Deum plus, quàm se ipsos forte non diligunt.* ita Prosper.

Amare Deum, potest quis moueri propter retributionem, quam sperat, non sane principaliter, & vt finem; sed secundariò, & vt motiuum. quemadodum dixit David psalmo 118. 112. *Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum propter retributionem.* non principaliter, sed secundariò, vt incentiuum voluntatis, saltim, vt ex nolente fiat volens. ex Gelasio Papa in *can consuluit dilectio tua 9. dist. 47.* ibique *Gloss* verbo *vt hac.* *Gloss.* quoque in *can. quid proderit 7.* qui est Cœlestini Papæ ad episcopos Apuliæ, & Calabriæ in verbo *proderit distinct. 61.* dicens: *sed dic, quod sperare potest, dum tamen non principaliter ad hoc seruias.* ex Augustino in *can. qui episcopatum desiderat 11. 8. q. 1.*

Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis. Hieronymus ad Rusticum Monachum de viuendi forma, relatus *can. numquam de manu tua 33. de consecrat. dist. 5. Gloss. in can sicut stellas 8.* verbo *mundana dist. 38.*

Amor, & maiestas non bene sibi conueniunt. iuxta ouidianum illud 2. metamorphosios.

*Non bene conueniunt. nec in vna sede morantur.*

*Maiestas, & Amor.*

nec in vno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes capiunt. vt Gregorius scribit Desiderio Episcopo in *can. cum multa nobis 5.* ibique *Gloss* verbo *non capiunt distinct. 86* & dixerat Gratianus eadem distinct. in *can. quando necessitas disciplinę 4 § in doctrina vero sacra scriptura.* dicens *Ne laudes Iouis personent in ore Pontificis.*

Amantium periuria ridet Iuppiter. iuxta illud

*Iuppiter ex alto periuria ridet amantum.*

refert: *Gloss.* in *can. quando necessitas disciplina 4.* in §. Gratian. *in doctrina verò sacra scriptura* verbo *ne laudes. dist. 86.*

Amor in ordinatus erga vxorem reprehenditur. Namque Sapiens iudicio debet amare coniugem, non affectu. *Nihil autem interest quā ex honesta causa quis in famat.* Vnde & Xistus in sententiis: *Adulter est (inquit) in suam vxorem amator ardentior.* ita Hieronymus contra Iouinianum in *can. origo quidem amoris 5. 32. q. 4.* Iniusto enim cordis amore, moueri dicitur. ex Gregorio in *can. si quis neque santis 115. 1. q. 1.*

Amorem pecuniæ, quasi materiem cunctorum criminum fugiāt Ecclesiastici. Episcopi pręsertim. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis lib. 2. cap. 2. in *can. his igitur lege Patrum 3. dist. 23.* Diuites tamen non sunt abiiciendi cum bonis operibus. vt *Gloss.* ibidem verbo *pecuniæ* infert. Gangrense Concilio dicente: Et Diuites cum iustia, & operibus bonis, non abiicimus *can. hęc autem scripsimus 16. distinct. 30.*

Ambigua oratio, vt valeat, interpretari debet, non vt pereat. ex Iuliano lib. 5e. Digestorum. in *l. quoties in actionibus 13. ff. de rebus dubiis.* Nimirum quia Ambiguis in rebus absolutū

non

non debet esse iudicium. ex Gregorio ad Tarentinum Episcopum in *can. habuisse te 7 distinct. 33.* ibique plenè *Gloss.* verbo *in ambiguis.* inter ambiguitates namque illud consultiùs faciendum iudicari debet, quod cõgrua prouidentia sequi potest. ex Pelagio Papa Cethego Patritio in *can. de Syracusanæ vrbis Antistite 13. circa medium distinct. 28.*

Ambiguitas namque simplices animos monere solet. vti Iulianus Cæsar in *l. legem Iuliam Miscellam. 3. sine fin. C. de indicta viduitate, & lege Iulia Miscella tollenda.* admonuit dicens: *ne tamen quandam ambiguitas simplices animos moueat, etiam expressim sancimus.* quia enim ambigua incerta esse videntur, nisi distinguatur; confusionem pariũt, atque simplices animos, & ignorantes confundunt. ex Isidoro in *can. quod autem frater 5. 35 q. 5.* illis verbis: *æquiuocationis iure fit, & necessitate vulgaris appellationis.* & ex Innocentio Tertio in *cap. in præsentia 8. de probationibus.* diximus verbo Aequiuoca.

Ambitio, ac Dominandi cupiditas consortem non patitur. ex Augustino ad Bonifacium epist. 50. in *can. quod autem nobis obijcitur. 3. 23. q. 7.* dicente: *Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem?* Inde est, quod Ambitio discordiarum, atque schismatum productiua dicitur. à Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement 1. post principiũ de regularibus.* vbi *Gloss.* verbo *ambitio.* producit distichon illud Statii Poetæ.

*Ambitus impatiens, & summo dulcius vnum*
*Stare loco; sociisque comes discordia regnis.*

Ambitionis propriæ libidini seruit, qui ad accipienda huius vitæ prospera per honores paratus est. ex Gregorio in *can. sciendum summopere est 10.* paulò post principium 8. *q. 1.* Vnde Gregorius X. in Generali Concilio Lugdunen, in *c. Auaritiæ cæcitas 5. de electione lib. 6.* Auaritiæ cœcitas (dixit) ac damnandæ Ambitionis improbitas, aliquorum animos occupantes &c. & Bonifacius VIII. in *cap. quorundam 24. eodem de elect. in 6.* sequentibus contestatur. *Quorundam oculos sic vitium ambitionis excæcat &c.* & Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. cum concessa 8 sine fin. de electione.* Ambitionis vitio viam paret. dixit. vbi *Gloss.* verbo *ambitionis.* quę sæpe religiosorum ocolos excæcat. commeotum agit. Est enim Ambitio appetitus inordinatus honorum, & dignitatum. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 23. num. 1.* quamuis appetere honorem ex re bona moderatè, peccatum non sit, etiam si nullus alius finis spectetur, ex *S. Thoma 2. 2. q. 131. art. 1. ad 3.* neque ex genere suo ambitio mortale est, sed veniale, nisi cũ appetatur honor de aliquo mortali. 2. si cum modo illicito dignitas appetatur. 3. cum ponitur vltimus finis in ipso honore, & dignitate. 4. cum propter aliquem finem, qui sit mortale, appetatur. *Toletus d. cap. 23. lib. 8.* vt etiam ipso Iure Ciuili honores appetere sit vetitum. *toto tit. ad legem Iuliã de ambitu. Vincentius de Franchis decis. 2. num. 13. & sequent.*

Ambitiosus nõ is dicitur in materia beneficiali, per solam petitionem, & desiderium, sed quando concurrit mala intentio. ex Gregorio in *can. in scripturis sacris 9. 8. q. 1.* rationem reddente: *Quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus.* ibique *Gloss.* verbo *fugientibus.* Archidiaconus, Geminianus. & Præposit *Rota part. 2. diuersorum decis. 117. num. 3.* repetiitque Gratianus ex eodem Gregorio Siagrio Episcopo Augustodunensi, & aliis Episcopis in *can. sicut is. 3. sine fin. 1. q. 6.* qui sic loquitur: *sicut is, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus; sic qui vltro ambit, vel importunè se ingegerit, est proculdubio reppellendus. Nam, qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi, vt crescẽdo decrescat, & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat? Itaque fratres carissimi, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat; sit simplex sine venalitate consensus; pura præferatur electio; & ad summa sacerdotij non suffragio venditorum prouectus, sed Dei credatur esse iudicio.* Neque Ambiotiosus dicitur, qui post collatum sibi beneficium, vt impedimenta tollantur procurat, quia iam Ius ad illud per collationem obtinet. ex Bonifacio VIII. in *cap. si postquam canonicatum 13. de præbendis in 6.* in fine illis verbis: *eandemque, quam cito uacauit (ex quo nulli alij debebatur) iustè petere potuisti.* & ex Gregorio Tertio in *cap. postquam 3. de electione extra. Rota de præbendis, & dignitatibus decis. 33. sub num. 4. in antiquis.* Neque Ambitiosus dicitur, qui, cum sit alias qualificatus, pauper tamen, & indigeat, procurat sibi beneficium, etiam Curatum, intercedentibus aliis pro eo, non tamen sanguine iunctis. ex Innocentio Tertio in *cap. tuam in Domino 10.* ibique *Abbas num. 3. de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.* & dixit Rota in *Pampilonen Rectoriæ coram Orano decis. 34. num. 7. post 1. volum. consiliorum Farinacij.* & ex decreto sacrosanctæ Tridentinæ synodi *sess. 24. cap. 18. de reformat.* Parochiales Ecclesiæ per concursum prouidendæ, & potest quilibet concurrere.

Ambitiosè obtentum viribus caret, neque possunt, qui per ambitum obtinuere principatum, bono exitu complere administrationẽ. ex Leone Papa ad Mauros Episcopos in *can. principatus 25. 1. q. 1.* quia nimirum ipsius initii sui est perniciosus exẽplo. Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sũt inchoata principio. sequitur *Gloss.* finalis circa medium vers. *Respond.* ideo attenuat vires. in *cap. fin. de translatione episcopi.*

Ambitionis notari nota consueuere, quos probitatis documenta non adiuuant. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tãtum apud vos 5. §. si enim ad honores. distin. 61.* illis verbis: *Et notari ambitus solent. quos probitatis documenta non adiuuant.* & hoc in secularibus dignitatibus, multo magis in spiritualibus. vt ibidem. vbi *Gloss.* verbo *documenta* argumentum extrahit; quod: *mala vita probat aliquem ambitiosè peruenisse ad dignitatem.*

Amen

Amen. hoc est; verum est. Ambrosium excipe in *can reuera mirabile est* 69. §. *fin. in fine de consecrat. dist.* 2. de corpore Christi loquentē: *Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur: & tu dicis, Amen. hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur: quod sermo sonat, affectus sentiat.* ita Ambrosius. & *Glos.* ibidem verbo. *Amen.* quę allegat tex. Augustini in *can. sedulo monendi sunt* 12. *distinct.* 38. Augustini sunt verba: *Non quia ista minime corrigenda sunt; vt populus ad id, quod planè intelligit, dicat. Amen.* & ex Innocentio Tertio in *cap. & si Christus* 26. §. *Iacobus quoque. de Iure Iurando.* qui de Iuramento verba faciens sic infert: *Christus etiam plus legitur dixisse in Euangelio, quàm est, est, non, non; cum sępissime dixerit: Amen dico vobis: quod ipse secūdum Lucam.* 4. *exponens;* cum præmisisset: *Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus est in patria sua:* consequenter adiunxit, *In veritate dico vobis, quia multę viduæ erant in diebus Helia in Israel.* Amen igitur In veritate exponitur, vel sine defectu. vt *Gloss.* ibidem verbo *Amen.* est nota assertionis. hoc est fideliter. in veritate.

Amicus non est omnis, qui parcit. ex Solomone prouerbiorum 27. *Non omnis qui parcit. amicus est. nec omnis, qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera Amici; quàm voluntaria oscula inimici.* refert Augustinus in *can. non omnis* 2. 5. *q.* 5. sequentibus inferius: *Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verum etiam salubriter terrere non cessat.*

Amico quidpiam rapere furtum est: Ecclesiam fraudare sacrilegium est: accepisse, quod pauperibus erogandum sit: & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium latronum crudelitatem superat. verba sunt Hieronymi ad Nepotianum in *can. Gloria Episcopi est* 71. §. *Amico* 12. *q.* 2. transtulitque Concilium Valense relatū in *can. qui oblationes defunctorum* 10. *in fin.* 13. *q.* 2. sic enim Concilium: *Vnde, & quidam Patrū, hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: Amico quidpiam rapere, furtum est; Ecclesiam vero fraudare, sacrilegium.*

Amicos prudentiores, quàm formosiores habere malle, quisquam debet. Augustinus in *can. sedulo monendi sunt* 12. *distinct.* 38. verba Augustini sunt: *Ex quo fit, vt ita malle debeat, veriores, quàm disertiores* audire *sermones; sicut malle debent, prudentiores, quam formosiores habere* Amicos. vnde *Gloss.* ibidem verbo *formosiores.* illud Senecæ refert: *Infirmus non quærit medicum eloquentem, sed curare scientem.*

Amicos nobis facere debemus de mãmona iniquitatis iuxta illud Domini lucæ 16. 9. *facite vobis amicos de mammona iniquitatis, vt, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* mãmona iniquitatis. pecunia quæ per solicitudinem est acquisita. vt *Gloss.* explicat in *can. dilectissimis fratribus* 2. verbo. *sed per iniquitatem* 12. *q.* 1. & Gratianus in *can. qui habetis de malo* 14. §. *sed hoc multis multipliciter* 14. *q.* 5. dicens: *de malo bonum facit, qui pauperibus dispensat, quod cum labore, & solicitudine aquisiuit;* iuxta illud Euangelii: *facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* vbi *Gloss.* verbo mammon. dicitur dœmon, qui præest diuitiis. & *gloss.* in *can. non est putanda* 27. *in fin.* verbo *facere* 1. *q.* 1. & infra verbo *facite vobis.*

Amicorum omnia comunia esse debēt. vt Gręcorum quidam sapientissimus dixit: *Comunia esse dixit amicorum omnia.* refert Clemens Papa in *can. dilectissimis fratribus* 2. §. *comunis enim vsus.* 12. *q.* 1.

Amussis, est instrumentum plumbeum, quo cum rectificantur parietes, vel plumbantur. Dixit Leo Papa Ludouico Augusto. in *can. nos si incompetenter* 41. 2. *q.* 7. sequentibus: *Et non tantum hæc sola, quæ superius diximus, quærimus, vt examussim exagitent; sed siue maiora, siue etiam minora illis sunt &c.* *Glossa* ibidem. Examussim. id est regulariter, vel indubitanter, vel perfectè. (commentum agit) Quia amussis est instrumentum plumbeum, cum quo rectificantur parietes, vel plumbantur. ita *Gloss.* ad amussim, dicimus nos (*à Liuello*) ad perpendiculum, illud plumbeum, ne illud excedatur, sed ad regulam dirigatur.

Ananias pecunias Deo vouerat, quas post, diabolica victus persuasione, subtraxit. vnde repētina periit morte. *Actuum* 5. 1. Quanto igitur periculo in diuino iudicio dignus erit, qui, non nummos, sed semet ipsum Deo Omnipotenti, cui se obtulerat, subtraxerit? ex Gregorio ad Venantium in *can. Ananias.* 3. 17. *q.* 1. hunc Ananiam Clemens Papa I. in *can. Dilectissimis* 2. §. *Ananias autem* 12. *q.* 1. Virum vocat austerum, quòd mentitus esset Apostolis, consequenterque Spiritui sancto. & ideo mortuum fuisse. *Ananias autem* (verba sunt eius) *vir austerus, & Sapphira vxor Eius, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorum suorum, quos vendiderant. nobis præsentibus in conspectu omnium circum adstantium, conspectu Apostolorū propter peccatum eorum & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo.* ita Clemens. Hieronymus quoque ad Ripatium contra Vigilantium in *can. legi Syromasten* 12. 23. *q.* 4. *de Anania* loquens ita infert. *Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas.* & Gregorius in *can. Petrus* 16. *eadem* 23. *q.* 8. Petrus (inquit) Ananiam & Sapphiram mentientes morti increpando tradidit. Neque enim orasse in eorum extinctione legitur; sed solummodo culpam, quam perpetrauerant increpasse.

Anathema Maranatha. ex Paulo 1. *ad Corinth.* 16. 22. dicente: *si quis non amat Dominum nostrum IesumChristum. sit anathema Maranatha.* quę vsurpauit etiam. Siluerius Papa ad Amatorem Episcopum in *can. Guilisarius Episcopus* 30. 23. *q.* 4. illis loquens verbis: *si aliquis Episcopus vllum vmquam Episcopum taliter deceperit, anthema Maranatha fieret. in cospectu Dei.* quo loci *Gloss.* Maranatha. dicitur aduētus Domini (inquit) Id est vsque ad aduentū Domini sit excomunicatus, nisi pœniteat. Nihil enim aliud significat Anathema, nisi à Deo separationem. vt ex Quinta Synodo loqui-

quitur *tex. in can. certum est. 9. 24. q. 3.* sequiturq; Gratianus in *can. mensuram* 24. §. *euidenter itaq; circa finem vers. Quidam presbiter. 11. q. 3.* dicens: *Et iuxta Etymologiam vocabuli, anathemati. id est separationi, subiaceat.* Ioannes quoque Papa VIII. in *can. Engeltrudam vxorem 12. alias fin. 3. q. 4.* ita & ipse verba facit. *Quæ à fraterna societate separat; sed etiam Anathemate, quod ab ipso Christi corpore (quod est Ecclesia) recidit.* ibique *Gloss.* verbo *Anathemate.* plurima coogerit. eamque dicit esse maiorem excomunicationem. Anathema vero, quo ad vinculum ab excomunicatione maiori non vtiq; differt; differt verò quoad solemnitatem. ex Zaccharia Papa in *can. debent duodecim sacerdotes.* 106. 11. q. 3. Inferre verò anathema, episcoporum tantum est. *Gloss.* recepta in *cap. cum Ecclesiarum prælati*; verbo *Ecclesiastica sententia vers. & tu dicas, quod non possunt anathematizare. de officio Iudicis ordinarij. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 5. n. 1.* quo loco *Victorellus* ad verbum anathema adnotat satis ad rem: anathema duobus modis inscribi è Grecis, & duo significare. vno sane modo penultima producta cum η ita ἀνάθημα, & dicitur votiuũ donarium, quod in accepti à Deo beneficij memoriam, in æde suspenditur sacra. Altero vero modo penultima correpta cum ε ἀνάθεμα, quod occisionem, excisionem, seu separationem, vel rem occisam, & separatam significat. Cum vero Concilia dicunt, anathema sit; non excomunicant, sed doctrinam, vt hæreticam, damnant. Definiendo eum, qui talem amplectitur doctrinam, execrabilem, penitusque à Deo alienum, ac separatum esse. ita Victorellus perpendit.

Angelos non ad similitudinem Dei creatus dicitur, vt homo; sed signaculum similitudinis Dei. ex illo Ezecchiel. 28. (*Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia, & perfectus decore in delitijs Paradisi Dei fuisti*) quo loco Gregorius in *can. Principium enim 45. §. hinc est versum. de penitentia distinct. 2.* ita loquitur: *Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit; Angelo tamen quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum; sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit; vt quò subtilior est in natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur expressa.*

Angelus idcirco peccans sine venia damnatus est; quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Gregorius in *can. Principium 45. §. qui namque accepi in cedris. de pænitent. distinct. 2.*

Angeli inter se differunt. dicente Gregorio in *can. ad hæc dispensationis diuinæ prouisio. 7. alias fin. in fin. distinct. 89.* Quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero.

Angelorum ordines sunt nouem. Gregorium excipe in *can. principium 45. § hinc est, quòd primatus. de pœnitentia dist. 2.* sic dicentem: *Nam cum per ipsa sacra eloquia, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Virtutes, Principatus, Potestates, Cherubin, & Seraphim aperta narratione memorantur; quantæ sint supernorum Ciuium distinctiones, ostenditur.* meminitque Leo Papa nonus in *can. hi duo solummodo hymni. 55. de cõsecratione dist. 1.* verba excipe Leonis. *Quod nouem hebdomadibus allelluia intermictimus; non incongrue per nouem hebdomadas, nouem ordines Angelorum accipimus, quorum decimus ordo per superbiam corruens, angelorum numerum minuit, & à fœlicitate perturbauit.*

Angelus, qui cecidit, id circo in scriptura sacra tam mira, in quibus fuit, & quæ amisit, enarrantur, vt territo homini ostendat, quid ipse, si superbiat, de elationis suæ culpa passurus sit; si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit. Consideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur, si prælatus angelis angelus in cœlo, de cœlo in terrã prosternitur. Gregorii verba sunt in *can. principium enim 45. in fin. de pænitent. dist. 2.*

Angelorum reparationi, & consolationi consulens Omnipotens Deus Creator, primum hominem de limo terræ formauit: qui sui generis multiplicatione damna cœlestis patriæ resarciret, atque angelorum gaudia suppleret. Qua spe angelicus chorus non modicum lætatus est. Nec mirum, si ex lapsu ipsius hominis, fuit perturbatus. verba sunt Leonis Noni in *can. hi duo solummodo hymni. 55. §. quarum reparationi. de consecrat. dist. 1.* quo loco *Gloss.* verbo *sui generis.* rationem reddit: *Quia homines* (inquiens) *loco ipsorum* (angelorum videlicet) *restituuntur, de quibus tot assumendi sunt, quot remanserunt. iuxta illud in fin. Deutoronomij. in cantico Moysi: Statuit terminos populorum iuxta numerum angelorum Dei.* sed hic videtur haberi, quod tot ascendent ad gloriam, quot ceciderunt, & non plures. Verum *Glossella* Marginalis ibidem addit: *Dicit Isidorus lib. officiorum: Bonorum Angelorum numerus, qui post ruinam angelorum malorum diminutus est, ex numero electorum hominum supplebitur, qui numerus soli Deo cognitus est. vt lib. 20. cap. Angelorum nomen.* ita Glossella marginalis.

Angelus in primo instanti suæ creationis se disposuit cum Dei auxilio ad gratiã, & meruuit gloriam. Nam Angelus in primo instãti habuit, & actus naturales, & supernaturales, quibus se disposuit, dispositusque recepit gratiam, & meruit gloriam. *S. Thomas. 1. parte q. 62. ar. 5. Henriquenz in summa lib. 4. c. 27. §. 3.* & Gregorius in *can. principium enim 45. § huius ergo lapidis. de pænitent. dist. 2.* super verbis Ezechielis cap. 28. *& foramina tua in die, qua conditus es præparata sunt:* sic inquit: *Huius ergo Lapidis in die conditionis suæ foramina præparata sunt: Quia videlicet, capax charitatis est conditus: quæ si repleri voluisses, stantibus angelis tãquã positus in regis ornamento lapidibus, potuisset inhærere. si enim charitatis auro se penetrabilem præbuisset, sanctis angelis sociatus in ornamento, vt diximus, regio, lapis fixus maneret.* ita Gregorius.

Angeli non ex traduce sunt, ex præiacente scilicet materia, sed ex Deo creante ex nihilo.

ex Gratiano in *can cito ad hoc respondemus* 44. §. *quo vero reprobi. vers. vnde autem hæc differentia. de pœnitentia distinct.* 2. verba percipe Gratiani: *Vnde autem hæc differentia inter bonos, & malos Angelos processit? Si ex creante, iniustus videtur Deus, qui ante peccatum infert pœnam; vel qui hoc punit, quod creando infudit. Si autem, non ex creante, cum nõ ex traduce: restat vt ex propriæ libertatis arbitrio vitium superbiæ in Angelicam naturam processerit. Bona ergo condita est, quæ à suo vitio à bono in malũ commutata est.* ita Gratianus ibique *Gloss.* verbo *ex traduce.* rationẽ reddens: *Quia Angeli non fuerunt ex traduce; idest ex præiacente materia. sicut nec anima.* allegat Augustinum in *can. Moyses tradidit* 9.32. q. 2. dicente illo de anima, quæ spiritus est, & inferente: *Itaque si iam formato corpori datur, non in conceptu corporis nascitur cum semine deriuata.* vbi *Gloss.* verbo *nascitur.* infert: *Vt illi dicunt, qui dicunt animã nasci ex traduce. idest ex semine simul cũ corpore. id est simul cum ipso semine corporis.* ex *Glossella* marginali ibidẽ. hoc autẽ nõ est; sed anima post formatũ corpus à Deo creatur, & in formatum iam corpus infunditur. rationem redit Augustinus ibidem. *Nam si cum semine* (inquiens) *anima existit, ex anima multæ animæ quotidie pereunt, cum semen fluxu quodam nõ proficit natiuitati: sed veritas est: Quia iam formatum corpus accipit animam.* non ergo ex traduce. neque etiam ex traduce Angeli.

Angeli custodes omnibus hominibus deputati sunt. quia nimirum homo in statu vitæ huius constitutus, est quasi in quadam via, qua debet ad patriam tendere. in via vero multa sunt pericula. Ideo cuilibet homini q audiù viator est, Custos Angelus deputatur. Iuxta illud Hieronymi in caput 18. Matthæi. *Angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est.* Magna est dignitas animarum (dicentis) vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis in custodiam suam Angelum delegatum. *S. Thomas 1. parte q.* 113. *art.* 2. *& art.* 4. Etiam Adam & Eua, in statu quoque Innocentiæ Custodem habuere Angelum. & Infideles. etiam Antichristus. nõ tamen Christus Dominus, quia ipse, secundum quod homo, immediatè regulabatur à verbo Dei. Angelorũ itaque custodia non indigebat. secũdum verò animam erat comprehensor. *S. Thom. d. art.* 4. *Nauar. in can. sicut primi homines num.* 1. *de pœnitent dist.* 1.

Angelus ex propriæ libertatis arbitrio in superbiæ incidit vitium. ex Gratiano in *can. citius ad hoc respondemus* 44. §. *quod verò reprobi. de pœnitentia dist.* 2. illis verbis: *Si autem non ex creante; cum non ex traduce; restat, vt ex propriæ libertatis arbitrio vitium superbiæ in Angelicam naturam processerit. Bona igitur condita est, quæ suo vitio à bono in malum mutata est.* quo loco *Gloss.* verbo *suo vitio.* sic infert: *sed vnde fuit primus motus Angeli ad malum? Dic quod ex libero arbitrio. Sed in libero arbitrio non fuit malũ. vnde ergo prouenit malum? Dicas quod in libero arbitrio fuit quædam libertas, & ex illa libertate cecidit in malum hæc est difficillima quæstio.* ita Gloss. vbi *Glossella* marginalis Archidiaconi sic sequitur: *Potest dici, quod ex deordinatione appetitus in diuinam assimilationem, vltra terminum suæ naturæ a Deo sibi statutum. & ex tali de ordinatione secuta fuit auersio à Deo: & sic peccatum. & ad hoc facit Gloss.* super illud psalmi: *Deus quis similis erit tibi?* vbi dicitur: *qui per se vult esse, vt Deus, per se vult esse similis Deo.* ita Glossella.

Angelici vocari hæretici, qui Angelos colunt. ex Isidoro lib. 8. Etymologiarum cap. 5. relato per Gratianum in *can. quidam autem hæretici* 39. §. *Angelici vocati.* 24. *q.* 3.

Angelus Sathanæ transfigurat se in Angelum lucis. Paulus Doctor Gentium 2. *ad Corinth.* 11. 13. 14. Augustinus in *can. nec mirum de magorum* 14. §. *præterea quidam quærendum putant.* 26. *quæst.* 5. dicens: *Quod Apostolus inter cætera ostendit dicens: Ipse Sathanas transfigurat se in Angelum lucis.* & Gratianus in *can.* 1. §. *quod autem error personæ* 29 *q.* 1. Innocentius Tertius Priori, & Conuentui Dimoliensi in *cap. licet quibusdam.* 18. §. *si vero probabiliter dubitetur. de regularibus, & transeuntibus ad religionem extra.* dicens: superioris est iudicium requirendum: ne forte Angelus Sathanæ in lucis Angelum se transformet.

Anima rationalis sola est forma corporis humani per se, & essentialiter. ex sacro Concilio Viennen. per Clementẽ V. in *clem. vnica.* §. *verò doctrinam.* ibiq. *Gloss.* verbo *intellectiuæ de summa Trinitate. & fide catholica. S. Thomas* 1. *parte q.* 76. *art.* 3. *Nauar. in manuali* 1. *præludio nu.* 4. nos *respons.* nost. 96. nu. 26. *part.* 4.

Anima rationalis, post Deum, cunctis terrenis rebus est præferenda. ex Iustiniano Cæsare in *l. sancimus nemini licere* 19. *in fine C. de sacrosanctis Ecclesiis.* dicente ipso, ac rationem reddente: *Quoniam non absurdum est: animas hominum quibuscunque vasis, vel vestimentis præferri.* & ipsemet §. *sacræ Institutionibus de rerum diuisione.* Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. cum infirmitas corporalis.* 13. *in fin. de pœnitentiis & remissionibus.* Cum videlicet anima sit multo prætiosior corpore. & ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus* 24. 22. *q.* 1. & Augustino in *can. ille qui hominem* 5. 22. *q.* 5. *S. Thomas* Angelicus Doctor 2. 2. *q.* 26. *art.* 4. Curare igitur vnumquemque animam suam oportet. vt Menander dixit.

*Animam cura tui ipsius, quantum potes.*

Quid enim prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimẽtum patiatur? *Matthæi* 16. 26. *Lucæ* 9. 25. Lucius Tertius in *cap. Matthæus Cardinalis* 23. *in fin. de simonia.* diximus *respons.* nostra 15. *nu.* 72. & 73. *part.* 4. Maius proinde Damnum in amissione vnius animæ est, quàm mille corporum. ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes.* 1. *in fin.* §. *quid de tot animabus* 24. *q.* 3. *Gloss. d. can. ille qui hominem* 5. verbo *vincit. in fine* 22. *q.* 5. quamuis pro corpore alterius redimendo. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur* 14. paulo post principium. 22. *q.* 2. illis verbis; *ne occidas animam suam pro corpore alterius.* & Pius Papa in *can. qui compulsus à Domino* 1. 22. *q.* 5. rationem

red-

reddit: Quia plus dominum (temporalem scilicet) quàm animam dilexit. & ideo ei salutem corporalem, qua etiam vita ista continetur, debere postponi. vt verbis, & ratione vtamur Gratiani in *can. ille autem famule. Dei.* 24.5. *cum ergo hac in fine* 32.*q*.5. vbi *Gloss.* verbo *corporalem.* rationem reddit: *Quia potius periculum corporis, quàm animæ incurrendum est.* Cum nimirum anima altioris sit ordinis. ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus* 24.12.*q*.1. dicentes: *si enim animæ hominum pretiosiores.*

Anima dignior est corpore, Christi Domini redempta sanguine. Augustinus in *can. adhuc instant perfidi* 32.5. *quod autem multos cæcos. de pœnitentia dist.*3. qui sequentibus fatur: *Quomodo enim corpus, quod vilius est, & ab ipso dissimilius, sæpe sanaret, & animam digniorem, & redemptam, non toties liberaret? Medicum se vocat, & non sanis, sed malè habentibus opportunum.* quo loco *Gloss.* exponens illud *Dissimilius.* rationem reddit: *Nam corpus* (inquiens) *sola essentia simile est Deo: anima verò pluribus; quia essentia. & rationabilitate. argument. supra ead. dist.*2. *principium* & *Glossella* marginalis ibidem dicens: *Anima plus similitudinis habet cum Deo, quàm corpus.*

Anima non infunditur corpori, ante quàm lineamenta corporis habeat. Sicuti in Adã, iã formatũ corpus accepit animã. Augu. in *can. Moyses tradidit* 9.32.*q*.2. rõnẽ dicente: *Quia iã formatum corpus accipit animam. Et prius oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci.* sequiturque *gloss. can. quod verò* 8. *ead* 32. *q*.2. verbo. *nec animatum.* & ipsa loquens: *Quia ante quam lineamenta corporis habeat, non infunditur anima.* ibique etiam in fine *Fides nostra est: quod quotidie Deus nouas creat animas, & infundit nouis corporibus: & infundendo creat, & creando infundit.* ita Glossa. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.*1. *lib.*4. *cap.*34. *q*.3. quærens, quomodo Beata Virgo ab originis peccato reseruata fuerit?

Anima viua dici non potest in eo corpore, quod sensu caret: vt in Embrione, vel corpore iam mortuo, quando iam discessit anima. ex Augustino in *can. quod verò in fin.* 32.*q*.2. & *eadem q.* & *causa* ex Hieronymo *can. sicuti semina* 10. & Paschalis Papa in *can si quis obiecerit* 7.1.*q*.3. dicens: *sicut nec anima sine corpore corporaliter viuit.* exercendo scilicet sensus corporeos. vt *gloss.* ibidem verbo *viuit.* commentum agit.

Animæ salutem desperare, pessimum. ex Zacharia Papa Theodoro Episcopo Ticinen. in *can. pitatium nobis* 2. *in fine* 30.*q*.3. Deus. n. est qui *Ezzecchielis* 33. voce dixit: *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.* Quem enim peccatorem exclusit? Nam qui inuocauerit nomen Domini saluus erit. *Ioelis* 2. Idest, secundum quod inuocatur Dominus, id est, qui inuocauerit eũ ad se, seruiẽdo, non contradicendo, vt forsitan sæpè fecit. *Omnis.* id est quicumque sit ille peccator. *Saluus erit.* Omnem enim animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedentem in tenebris, & vmbra mortis; nullam excipiens animam. verba sunt Augustini in *can. adhuc instant perfidi* 32.5. *quomodo adhuc corpus. de pœnitentia distinct.*3.

Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur. *Ezzecchielis* 18.20. rationem reddit Augustinus ad Bonifacium scribens relatus *can. iam itaque* 8.1.*q*.4. Quia nimirum. *cùm homo in se ipso* est, ab eo, qui genuit eum, alter effectus, peccato alterius sine sua consentione, non tenetur obnoxius Traxit ergo reatum (per peccatum scilicet originale) quia vnus erat cum illo, & in illo, à quo traxit, quando, quod traxit, admixtum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua vnoquoq; propria, in vita viuente iam est, vnde dicatur: *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.* nec aliter Gratianus 24.*q*.3. *in summa* §. *his itaque respondetur.* Est enim spiritualis pœna, quæ animas obligat. & inde scriptũ est: *Anima, quę peccauerit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris.* ex Augustino in *can. si habes de hac re sententiam.*1. paulo post principium §. *tunc quidem ad terrorem. eadem* 24 *q*.3.

Anima omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi Filiis Israel: *Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis. Quia anima carnis in sanguine est.* Leuitici 17.14. Rationem Augustinus reddit in *can. Moyses tradidit* 9.32.*q*.2. in fine sic dicens *Anima certè quia spiritus est, in sicco habitare non potest; ideo in sanguine fertur habitare.*

Animę vnius perditio grauior est, quàm mille corporum. ex Augustino in *can. si habes de hac re.*1.§. *quid de tot animabus.* ibique *Gloss.* verbo *innocentes* 24.*q*.1. verba referimus Augustini: *Vnde si vna anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit: innumerabilium mors corporum, si de Ecclesia homines innocentes violenter abstrahantur, & interficiantur, huic damno non potest comparari.* sequiturque *Gloss.* in *can. ille, qui hominem* 5. verbo *vincit in fine* ibique *Glossella* marginalis 22.*q*.5. quæ sic ait: Animę vnius perditio est grauior, quàm mille corporum.

Anima rationalis immortalis est. mortalem igitur illam asserens. & cum corpore mori, & extingui, hæreticus est, cum Arabicis hęreticis sentiens. ex Isidoro lib. 8. Etymologiarũ cap.5. relatus in *can. quidam autem hæretici* 39. *circa fin.* §. *Arabici* 24. *q*.3. verba sunt Isidori: *Arabici nuncupati, eo quod in Arabia exorti sunt, dicentes: Animam cum corpore mori, atque in nouissimo vtrumque resurgere.* talis hæresis damnata fuit Concilio Lateranen sub Leone X. *sessione* 8. in prima Bulla, *Leo Episcopus &c. tom.*3. *Conciliorum fol. mihi* 622. *S. Thomas* 1. *part. q.*61. *ar.*2. *ad* 3. & 2.2.*q*.164. *art.*1. *ad* 1. Frater *Alfonsus de Castro aduersus hæreses lib.*2. *in* 7. *heresi Nauar manuali prælud.*1. *num.*3.

Animæ vis duplex, concupiscibilis, & irascibilis: per vim concupiscibilem appetimus aliquid; per vim irascibilem detestamur. *Gloss.* in *summa* 15.*q*.1. verbo *quod propterea* in fine.

Animæ vita Deus est. sicut ergo corpus viuere non potest, absente anima, ita non nisi Deo

præsente animæ viuere valet. Gratianus in can. resuscitatus 35 qui est Augustini. §. cū enim Deus sit vita animę. de pœnitentia dist. 1. & Anima sine virtutibus corruit. vt Gloss. dicit in can. ô Propheta 80. verbo domo mea diruta. 1. q. 1.

Animæ pro salute ferēda multa sunt. Quemadmodum multa feruntur incommoda pro differenda corporis morte, morituri tandem. Quia nimirum vitam recuperat infinitam, vt Deus. Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quę faceret pro differenda morte moriturus. Augustinus loquitur can. consideret qualitatem Criminis 1. col. 3. §. In his omnibus dolens. de pœnitent. dist. 5. vbi Gloss. verbo moriturus Ouidium refert.

*Vt corpus redimas, ferrum patieris, & ignem,*
*Arida nec sitiens ora laudabis aqua.*
*Vt valeas animo quidquam tolerare negabit?*
*At pretium pars hæc corpore maius habet.*

Deducitque plenius Gregorius in can. omnes huius seculi dilectores 3. dist. 47. Sanitatis igitur causa multa tolerantur. multoque magis, vt animam seruemus in æternum victuram. Curet proinde vnusquisque animam saluare. post quàm in peccatum dedit. ex Hieronymo in can. quicumque dignitatem. 30. distinct. 50. vnde misereri cuilibet debet animæ suæ, vt non ipsemet sit sibi homicida. vti Stephanus Papa V. Hastulpho cuidam dixit in can. admonere te eum lachrymis 8. §. Nam si verum, quod absit, fuisset. 33. q. 2. verbis satis ex affectu: Miserere animę tuę, vt non sis tu tibimet ipsi homicida, & pœnitentiam age, si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis.

Animæ hominum Christi Domini sanguine redemptæ sunt. ex Innocentio 4. in Concilio Generali Lugdunen in cap. pro humani redemptione generis. 1. de homicid. in 6. maxima igitur est iactura, cum anima perditur. audi Augustinum in can. ille, qui hominem 5. in fin. 22. q. 5. cuidam dicentem, qui ad peccandum alium traxerat: Tù quid inuenisti. imo & tu perijsti, qui de illius morte te satiare voluisti.

Animæ fauore, & in his, quæ eius salutem respiciunt, pars est tenenda securior: ex Euaristo Papa Africæ Episcopis scribente in can. aliter legitimum 1. ibique Gloss. verbo contubernia 30. q. 5. & ex Gregorio Tertio in can. presbyteri 2. ibidemque Gloss. verbo & consecrentur dist. 68. Clemens V. in Concilio Viēnen in Clement. exiui de paradiso 1. §. item quia præter ea, quæ expresse. de verborum significatione. verba damus Clementis: Nos itaque, qui in synceris horum conscientijs delectamur, attendentes, quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, ad vitandos graues remorsus conscientiæ pars securior est tenenda: dicimus &c. ibique Gloss. verbo Item, quia. dicens; Nota, quod in his, quæ animæ salutem respiciunt, pars securior est tenenda: ex Augustino in can. si quis positus in vltima necessitate 2. de pœnitent. dist. 7. Augustini sunt verba: Vis ergo à dubio liberari? Vis, quod incertum est, euadere? age pœnitentiam dum sanus es. Si sic agis dico tibi, quod securus es: quia pœnitentiam egisti eo tempore, quo & peccare potuisti. Si autem vis agere pœnitentiam quando iam peccare nō potes, peccata te dimiserunt, non tu illa. ita Augustinus. Tene ergo certum, dimitte incertum. vti idem concludit Augustinus in can. si quis autē 4. eadem de pœnitent. dist. 7. in fin. & Eugenius Papa in cap. Iuuenis, qui puellam. 3. de sponsalibus & matrimonijs extra. hic enim ipse rationē reddit: Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus tenere debemus. ibique Gloss. verbo dubia. ex Clemente Tertio in cap. ad audientiam Apostolatus nostri 12. de homicidio voluntario, vel Casuali. dicente: Cum in dubijs sententiam debeamus eligere tutiorem. ibique Gloss. verbo in dubiis. Alciatus regula 2. præsumpt. 5. n. 2. vers. sed tamen puto. de præsumptionibus. Calderinus cons. 13. testator reliquit. de testament. in finalibus verbis. Hanc ob causam proinde:

Animæ fauore, vbi periculum versatur illius, delictum magis præsumendū est, & via saluti animæ prospiciens eligenda. facile quippe potest sibi consulere, remedium, vel absolutionem quærendo. ex Leone ad Rusticum Narbonensem Episcopum. in can. sicut quædam sunt 2. aliàs fin. dist. 14. sic nempe ipse infert: Illa consideratione semper seruata, vt in ijs, quæ vel dubia fuerint, vel obscura id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum. Rationem reddit Innocentius Tertius Brachacen Archiepiscopo in cap. consilium nostrum 2. §. cum autem quæsieris de obseruatione ieiuniorum. dicens: Quia bonarum mentium est, ibi timere culpam, vbi culpa minime reperitur. Dixeratque antea Gregorius Papa ad Augustinum Angliæ Episcopum in can. ad eius vero concubitum 4. §. fin. dist. 5. Gregorium excipe: Bonarum quippe mentium est; ibi etiam (aliquo modo) culpas suas agnoscere, vbi culpa nō est. quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam cum esurimus, sine culpa comedimus; quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus. & dixit Gloss. in capit. vnico de Scrutinio in ordine faciendo. verbo æstimare in fin. dicens: Hoc Generale est; vt vbi periculum animæ vertitur, præsumatur in deteriorem partem. allegat tex. Eugenii Papæ in cap. Iuuenis. 3. de sponsalibus & matrimonijs. plura deduximus nos in hac re respons. nostra 21. à num. 18. cum sequentibus part. 2. Nauar. in cap. cum contingat de rescriptis in 2. remedio num. 17. & 18. & in man. prælud. 1. num. 2. & 4. & cap. 27. num. 286. & 287.

Animæ nostræ potentiæ eius sunt naturę, quod quando vna est in vehementi actu, altera distrahatur ab actione sua. iuxta illud: Pluribus intentus minor est ad singula sensus. & Cithara cum psalterio male concordat, ex prouerbio Innocentii Tertii in cap. diuersis fallacijs. 5. de Clericis coniugatis. ibidemque Gloss. verbo diuisus referens versus illos

*Qui binos Lepores vna sectabitur hora,*
*Vno quandoque, quandoque carebit vtroque*

Dixitque Gregorius in can. presbyteros 38. in fin. 16. q. 1. ita inferens: satis enim incongruum est, si cum vnum ex his pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrumque iudicetur idoneus: vide Nauar. de pœnitent. dist. 7.

cap.

*cap. ultimo num. 3. & 4. & 5. ibidem. num. 7. cum sequentibus.*

Animæ defunctorum quatuor modis soluuntur, aut oblationibus sacerdotum; aut precibus sanctorum; aut charorum elæmosynis, aut ieiunio cognatorum. Gregorius Papa II. *can. animæ defunctorum* 22. 13. *q.* 2. nec aliter Augustinus in *can. non æstimemus* 19. *ead.* 13. *q.* 2. addens in principio: *Quamuis non pro quibus fiunt: omnibus prosint; sed his tantum, quibus dum viuunt comparatur, vt prosit.* & ipse met Augustinus in *can. tempus quod inter hominis mortem* 23. *ead. causa & q.* ita loquens: *Neque negandum est, Defunctorum animas pietate suorum viuentium releuari, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel elæmosyna in Ecclesia fiunt. Sed hæc eis prosunt, qui cum viuerent, vt hæc sibi postmodum possent prodesse, meruerunt.*

Animæ defunctorum, an sciant, quæ hic aguntur à viuis? simpliciter quidem nesciunt, nisi eis Domino permittente, vel ab aliis, qui moriuntur, reuelētur, vel ab Angelis. Gratianus in *can. qui diuina vocatione* 28. § *de mortuis etiã.* & Augustinus in *can. fatendum est.* 29. 13. *q.* 2. Quid autem de bonis, qui Dei fruuntur visione? *Gloss. d.* § *de mortuis.* verbo *sciant.* (scire fatetur, quæ hic aguntur, iuxta illud Gregorii: *Quid est quod nesciant, qui vident eum omnia videt?* ita Glossa ibique *Glossella* marginalis ita subnectit: *Dicunt quidam quod animæ immediatè vident in speculo Trinitatis, sicut Angeli. Vnde Beda super Lucam in illo Euangelio:* Homo quidam erat diues &c. *vbi dicitur, quod iusti, qui vident claritatem, nihil est in creatore quod videre non possint.* sub. *scilicet quantum permittit diuina potentia secundum Ionnem: de hoc satis notatur art. in proximo. cap.* 1. ita Glossella. videndus *S. Thomas in 4. dist. 45. q. 3. art. 1. & dist. 49. q. 2. art. 5.*

Animarum Cura, sicuti & Ecclesiarum, non est conductitiis Presbiteris demandanda, sed vna quæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat Sacerdotem. ex Innocentio II. in Synodo Romana *cap.* 10. *in can. præcipimus etiam* 5. *aliàs fin.* 21. *q.* 2.

Animarum cura penes Episcopum est. Si quis autem hoc vsurpare sibi præsumpserit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. ita Calixtus Papa in *can. nullus omnino* 11. 16. *q.* 7. Rationē excipe ex Cōcilio Antiocheno *c.* 24. *in can. quæcūq; res Ecclesiæ* 5. 10. *q.* 1. dicente Concilio *Omnia gubernari, & dispensari eum iudicio, & potestate Episcopi, cui totius plebis animæ videntur esse commissæ.* Qui pro commissis eorum animabus compelletur reddere rationem. verba sunt Gregorij Vitali Defensori Sardiniæ in *can. cognouimus* 19. *in fine* 18. *q.* 2. vt non sanè mirum sit: *Si Episcopum, cui animæ prætiores commissa sunt, pecuniarum, rerumq; aliarum curam agere quoque oporteat.* ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus* 24. 12. *q.* 1.

Animarum rationem reddere cōpellitur Episcopus. Ipse ergo omnia, quę ad earum pertinent salutem, moderari, atque corrigere, gerereq; debet. ex Gregorio Papa Vitali Defensori Sardiniæ in *can. cognouimus* 19. 18. *q.* 2.

Animarum verba sunt ipsa desideria, in quibus tantò quis minus clamat, quantò minus desiderat. iuxta illud Augustini: *Quid prodest strepitus labiorum, si mutum est cor?* atque Gregorij in moralibus: *Veraciter orare, est amaros in cōpunctione gemitus, nō verba cōposita resonare.* & paulo post: *Animarum, verba sunt ipsa desideria, in quibus tantò quis minus clamat, quantò minus desiderat.* refert *Gloss.* in *Clementina si Dominum. vnica circa finem.* illis verbis Clementis: *attendas, & sedulas orationes.* verbo *orationes col.* 2. *vers. de septimo scias quod Hostiensis.* ac *vers. & de secundo probatur. de reliquijs, & veneratione sanctorum.* Fauetque Hieronymus ad Rusticum Monachum de viuēdi forma in *can. numquam de manu tua* 33. *in principio de consecrat. dist.* 5. qui sic loquitur: *Oratio sine intermissione.* Vigil sensus sit, nec vagis cogitationibus potēs; corpus pariter, & animus tendatur ad Dñm. ita Hieronym.

Animarum periculis obuiandum ex Bonifacio VIII. *cap. vt animarum periculis* 2. *in princip. de cōstitutionibus in* 6. & ex Nicolao Tertio in *cap. contingit* 1. § *quia vero in statutis. de Iureiurando lib.* 6. sic Nicolaus: *Hac generali cōstitutione animarum periculis obsistere cupientes.* & Bonifacius VIII. in *cap. mulieres* 2. eodem de *Iureiurando in* 6. dicens & ipse: *Nos animarum periculis obuiare volentes*, vnde *Glossella* marginalis *d. cap. vt animarum.* 2. sic adnotat. *Dominicus hic notat, quod laici ligantur statuto Episcopi fauore animæ facto. cap. nouit de Iudicijs. cap. nos inter de purgatione canonica.* &c. tana. ita Glossella.

Animositas in malam partem quandoque accipitur. pro malo scilicet zelo. quam ob causam reprehenditur. sic namque ex Nicæno Concilio *cap.* 6. *in can. sanè, si comuni omnium.* 1. *dist.* 61. verba damus sacri Concilij: *Sanè, si comuni omnium consensu rationabiliter probato secundum Ecclesiasticam regulam; duo, vel tres animositate ducti per cōtentionē contradicant; obtineat plurimorū sententia sacerdotum.* Animositate *Gloss.* ibidem subnectit: Per hoc patet eos malo zelo duci. Alias verò (vt *Glossella* marginalis ibidem aduertit) in bona significatione sumitur. vt ex Gelasio Papa in *can. quisquis in negotijs suis* 3. *dist.* 87. sic nempe Gelasius Leontio, & Petro Episcopis: *Quisquis in negotijs suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia posse conferri, prona nos conuenit animositate præstare.* Magno scilicet animo. in bona enim significatione sumitur. alias mala. 65. *dist. sanè.* ita *gloss.* ibidem verbo *animositate.* & *Glossella* marginalis hoc ipsum ibidem annotat: *Animositas quandoque in bonam, quandoque in malam parte sumitur.* sic Glossella.

Animus, quo res fiant, attendendus magis, quàm quæ fiunt. ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis scribente in *can. si quandoque à sacerdotibus.* 1. *in fin.* 15. *q.* 6. Alexandrum excipe: *Nec tantùm attendenda sunt quæ fiunt, quantùm, quo animo fiunt. Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt.* ita Alexander. Quia (gloss.

ibi commentum agit *verbo* quæ fiunt) potius respicienda est causa facti, quàm ipsum factum *can. aut facta 19. de pœnitent. dist. 1.* ex Digestis tit. de pœnis. & ex Ioanne Chrysostomo in *can. occidit Phinees hominem 14. 23. q. 8.* qui sic fatur: *Non sola igitur respiciamus opera; sed tēpus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam.* Plus enim consideratur Animus facientis, dicentisue, quàm factum ipsum, & veritas. ex Augustino in *can. is autem. qui mentitur. 4.* ibidemque *Gloss.* verbo *ad animum 22. q. 2.* ibidemque *Glossella marginalis* notans: Animus, & opinio præfertur veritati, & facto.

Animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. ad malum verò pronus pœna feritur. sicut Cain. nam cum Deo munus offerret, iam fratrem mente peremerat, vnde parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit. Quare, Qualem te inuenit Dominus cū vocat, talem pariter, & iudicat. Aliud est enim martyrio animum deesse: aliud animo defuisse martyrium. verba sunt Cypriani in *can. nunquid Cain 26. de pœnitentia distinct. 1.* vt in Beato Martino (*gloss.* ibidem verbo *animo*) exemplificat. Sufficit enim affectus. ex Hieronymo in *can. importuna in Euangelio mulier 58. eadem de pœnitent. dist. 1.* sic inferens; Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, publicani præcibus vincitur.

Annus, dies habet tercentum sexaginta quinque. si ergo vacauerit Ecclesia prima die mensis, sequenti anno prima die eiusdem mensis annus finitus erit. Bisestus vero dies pro vno computabitur die. *Gloss. in cap. si propter tua debita 10.* verbo *primi anni circa fin. de rescriptis in 6.* limitat in pœnalibus. & ex Gregorio 10. in Concilio Lugdunen *in cap. licet canon 14. §. is autem. Gloss.* verbo *annum. de elec. in 6.* Nam annus currit de momento ad momentum. in odiosis præsertim. sequuta fuit *Rota part. 1. in recentioribus decis. 175. nu. 7.* quæ loquitur in professione in Religione emittenda. ad decretum Sacri Tridentini *sessione 25 cap. 15. de regularibus.* Nam annus completus esse debebit. ex Alexandro II. in *can. Gonsaldus 1.* ibique *Gloss.* verbo *vnius anni. 17 q. 2.* Gratianus forensium *part. 5. cap. 850 num. 15.* Diana *resolutionum moralium part. 5. tract. 5. resolut. 18.*

Annulus in primis nuptijs à spōso sponsę datur. Fit autem hoc, vel propter mutuæ fidei signum, vel propter id magis, vt eo pignore eorum corda iugantur. Quarto propterea manus digito annulus inseritur, quod in eo vena quædam (vt fertur) sanguinis ad cor vsque perueniat. Isidorus lib. 2. de officijs c. 19. relatus *can. fœminæ 7. 30. q. 5.* diximus *respons.* nostra. 33 *num 6. 7. & 8. part. 2.*

Antecedentia probant sequentia. ex Augustino contra. Faustum in *can quid crudele Moises. aut mandauit 44. 23. q. 4.* verba sunt Augustini: *Nam cum nulla crudelitate,* (de Moyse loquens) *sed magna dilectione fecisse, quod fecit: quis non in verbis eius agnoscat orantis pro peccato eorum & dicentis* (exodi 32.) *Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem dele me de libro tuo?* ex his itaque verbis antecedentibus; sequentia declarauit; occisionem illam non ex crudelitate fecisse; sed ex zelo, quia peccauerant Domino, vitulum adorantes. sequiturque *Gloss.* ibidem verbo in *verbis:* argumentans & ipsa: *ex Antecedentibus probari sequentia.* probatur hoc ex Concilio Chalcedonensi cap. 19. in *can. peruenit ad nostras aures 6. dist. 18.* illis verbis: *Hoc ex eo probatur, quòd multa, quę correptione opus habent, ecclesiasticæ res negliguntur.* ex hoc siquidem sequenti, quod res negligantur ecclesiasticę, quæ correptione opus habent, illud antecedens deducit, quod non fiebant Concilia prouincialia. ibique *Gloss.* verbo *multæ:* quod per sequentia intelliguntur, & præsumuntur præcedentia. *Gloss.* in *can. sit rector discretus 1.* qui est Gregorii in fine. verbo *præmisit. dist. 43.* super verbis Pauli 2. ad Timot. 4 *insta opportune, importune* Gregorio dicente; *dicturus importunè præmisit opportunè.* dicente *Gloss.* argumentū, quod ab ordine verborum est argumentandum. & proinde atecedentia probant sequentia; atque è contrà, & inuersim.

Antianitatis nomen hoc denotat, priorem in ordine, vel Religione esse. Prioritas namque hæc à die incipit prioris ingressus. Gregoriū excipe ad Augustinum Anglorum Episcopum in *cap. 1. de maioritate, & obedientia.* sic dicentē: *Sit honoris ista distinctio, vt ipse prior, & maior habeatur, qui prius communitatis consilio, & concordi fuerit actione ordinatus.* ibique *Gloss.* verbo *fuerit.* rationem reddit, *quia; qui prior est tempore, prior est in iure.* ex regula Bonifacii VIII. *qui prior. 54. de regul. Iuris in 6. Rota apud Duranum decis. 439. num. 3.* & apud S. memorię *Gregorium XV. decis. 341. num. 1.* diximus *respons.* nostra 3. *num. 11. & 12. part. 4.*

Antichristus veniens diem sabathum, atque Dominicum ab omni faciet opere custodiri. Qui enim mori se, & resurgere simulat; haberi in veneratione vult diem Dominicum: & quia iudaizare populum compellet, vt exteriorem legis ritum reuocet, & sibi Iudæorū perfidiam subdat, coli vult sabathum. verba sunt Gregorii dilectissimis Ciuibus Romanis in *can. peruenit ad me. 12. de consecratione distinct. 3.* & Hieronymus ad Damasum in *can. quoniam vetusto 24. in finalibus verbis. 24. q. 1.* sic infert ad eundem Damasum Papam: *Quicumque tecum nō colligit, spargit: hoc est: qui Christi non est; Antichristi est. Quia quicunque a fide catholica discrepat, eius, hoc est Christi, contrarius est.* vt *Gloss.* ibidem verbo *Antichristi.* commentum agit,

Antidora, merita supponunt antecedentia. ex Vlpiano lib. 25. ad edictum in *l. sed, & si lege commissoria 28. §. consuluit. in fine ff. de petitione hereditatis.* verba damus Iuris consulti disertissimi. *Plane ἀντίδωρα (antidora) acceperunt. dicendum est, eatenus locupletiores factos, quatenus acceperunt.* Supponunt itaque antidora antecedentia aliqua merita, saltim, vt benefacienti benefaciamus. ex *Gloss.* Ibidem

verbo

verbo *obliauerunt*. supponente: ex naturę instinctu omnem Creaturam teneri, siue moueri ad benefaciendum ei, qui sibi benefecit. Dicuntur verò antidora. quasi contradonata, & remunerationem important. probatur ex Concilio Lateranen in *cap. cum in officijs charitatis 7. de testamentis*: his nempe factum Cōcilium: *Cum in officijs charitatis primo loco illis teneamur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse*. hæc antidora sunt, quibus nobis benefacientibus benefacere tenemur. vt *Gloss.* verbo *teneamur* ibidem aduertit: *Donatarius enim* (inquiens) *donatori naturaliter est obligatus ad antidora ff. de petitione hæredit. sed & si lege. §. consuluit. 8. q. 1. illud*. qui est 20. & Hieronymi. sed existimo esse Gregorii *can. illud quidem 1. 8. q. 2.* Verba Gregorii Antonio subdiacono sunt: *Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus, obedire reuerentia exigente compellitur*. Ratinnem reddit *Gloss.* ibidem verbo *compellitur*. Quia (inquiens) ad antidora tenetur. sequitur *Nauar. cons. 75. num. 2. in fine lib. 5. de simonia*. deduximus nos *respons* nostra 51. *num. 46. & 47. part. 3.*

Antiquitati deferendum est plurimum. ex dictis Basilii in *can. Ecclesiasticarum institutionū 5.* & ex Beato Augustino in *can in his rebus. 7. distinct. 11.* Detulitque Antiquitati Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo scribens in *can. conquestus est 8. 9. q. 3.* rationem dicti reddens: *Cum hoc nec Antiquitas (cui Patres sanxerunt reuerentiam) habeat*. Et Zosimus Papa in *can contra statuta 7. in fin. 25. q. 1.* hæc eius verba damus: *Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit Antiquitas, cui decreta Patrum sanxerunt reuerentiam*. In Concilio quoque Carthaginensi a. Aurelius Episcopus dixisse fertur in *can. cum in præterito Concilio 3. circa fin. dist. 84* satisapte: *vt quod Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit Antiquitas, nos quoque custodiamus*. Neque ab ista discessit sentētia Iustinianus Augustus relatus *can. anteriorum legum 28. §. illud etiam in tertio capitulo. 2. q. 6.* quia sequutus illam fuit. *Cum enim*, (inquiens) *Veneranda vetustatis authoritas*. dixitque Innocentius Tertius in *cap. quantò personam tuam. 3.* paulo post principium *de translatione episcopi*. non alienis verbis: *Sicut testatur Antiquitas*, (aiens) *cui decreta Patrum sanxerunt reuerentiam exhibendam*. ibidemque *Gloss.* verbo *antiquitas*. *Nauar. de oratione, & horis canonicis. cap. 18. nu. 38.* & refert *Gloss* in *can. illud autem 22.* verbo *præsumptum dist. 93.* Antiquitatem non date priuilegium. sed explicat, in his, quæ possideri non possunt de Iure communi.

Apes vnum habent principem. ex Hieronymo ad Rusticum Monachum epist. 4. in *can. in apibus 41. 7. q. 1.* loquentem illum excipe. *In apibus princeps vnus est. Grues vnam sequuntur ordine litterario. Imperator vnus. Iudex vnus prouinciæ. Roma, vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccę vtero Esau, & Iacob bella gesserunt. singuli Ecclesiarum Episcopi; singuli Archipresbyteri; singuli Archidiaconi; & omnis ordo Ecclesiasticus suis rectoribus nititur*. ita Hieronymus.

Appellatio est prouocatio, iniquę sententiæ quærelam continens. ex Hermogeniano lib. 1. Iuris Epitomes in *l. præfecti etiam prætorio 18. ff. de minoribus 25. annis*. merito quidem Fabianus Papa ad Hilarium ait Episcopum in *can. liceat appellatori 1. 2. q. 6.* ita namque breuibus Fabianus Papa: *Liceat appellatori vitiatam causam remedio appellationis subleuare*. ibique *Gloss.* 1. Quod ne quidem in Ciuili, sed etiam in criminali causa procedet. ex eodem Fabiano in *can. liceat etiam 20. eadem 2. q. 6.* decernens: *liceat etiam in criminalibus causis appellare; nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio sententia distinarit*. Nam vt ipse met Fabianus sanxit ad eundem Hilarium Episcopum *can. si quis 21. ead. causa & q.* Si quis iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat. cauere autem debent Iudices, ne appellantem grauent aliquo modo. eodem decernente Fabiano in *can. appellantem 2. eadem 2. q. 6.* dicentque.

Appellantem non debet Afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia.

Apppellanti verò indulgetur annus ad prosequendam appellationem ex Iustiniano Cęsare in Authenticis collat. 5. à Gratiano relato *can. ei, qui appellat 41. eadem 2. q. 6.* dicente Imperatore: *Ei, qui appellat, impertitur annus, intra quem, secundum se, communiter cum aduersario litem exequatur; aut, si iusta causa intercesserit, alius annus indulgeatur: quo transacto, lite non completa, rata manet sententia*. Quia nimirum fingitur non appellasse. vt *Gloss.* ibidem verbo *manet*, commentum agit. Namque.

Appellationis remedium non est ad defensionem iniquitatis, sed ad præsidium Innocentiæ institutum. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *capit. cum speciali sit prohibitione prouisum 61. §. porrò commonito de appellationib. extra.*

Appellationis terminus currit de momento ad momentum ex die sententiæ latę. ex *can. Biduum 29. 2. q. 6.* intra decem scilicet dies (postquā sciuerit) appellet. alioquin post decendium eidem aditus non pateat appellandi. ex Bonifacio VIII. in *cap. concertationi antiquę. 8. de appellationibus in 6.* ex tunc enim terminus currit. vt *Gloss.* prosequitur in *extrauaganti suscepti regiminis. vnica.* Ioann. 22. §. *Quam electionem* in verbo *ex tunc. ne sede vacante aliquid innouetur. inter communes*. namque dictio illa ex *tunc*, vltimam horam temporis denotat. vt ibidem *Gloss.*

Appellationem quis sumit, & nomen quandoque, potiùs ab accidenti, quàm à natura. veluti Iudęi filii diaboli à Domino nostro Iesù Christo appellati sunt: (Ioannis 8. 44.) *Vos ex patre diabolo, estis: & desideria patris vestri vultis facere*. non vtique nascendo, sed imitando. vt Gratianus commentum agit in *can. Quæritur cur patriarcha 22. §. item opponitur 22. q. 2.* ibique *Gloss.* verbo *sed imitando*. quæ sic infert: *Et ita quandoque aliquis sumit potius appellationem ab accidenti, quam à natura*. ex

Pom-

Pomponio lib. singulari Enchiridii in *l. necessariũ itaque nobis videtur 2.* in principio *ff. de origine Iuris.* illis verbis: *Isq; liber appellatur ius Ciuile Papyrianum, non quia Papyrius quid quã de suo ibi adiecerit: sed, quod leges sine ordine latas in vnum composuit.* ibique *Gloss.* verbo *non quod Papyrius.* neque diuersum argumentum videtur, quo Diuus Ambrosius vsus est in *can. citò turpem sequitur lepra mercedem 16. 1. q. 1.* de Giezi, qui lepra percussus fuit, atque de semine eius loquens: lib. 4. ad caput. 4. Lucæ: sic nempe verba facit Ambrosius: *Profectò durior videtur esse sententia, quia Giezi semen vsque in æternum pro cupiditate habendi, prophetica authoritate damnatur (præsertim cũ Dominus noster Iesus Christus per lauacri regenerationem omnibus remissionem dederit peccatorum) nisi vitiorum magis quam generis semẽ appelles. Sicuti enim, qui filii promissionis sunt, æstimantur in semen bonum, ita etiam, qui filii erroris sunt, æstimantur in semen malum. Nã & Iudæi ex patre diabolo: non vtique carnis successione, sed criminis.* ita Ambrosius. ex accidenti igitur quis appellationem sortitur.

Apochrypha dicitur scriptura, quæ sine certo Auctore procedit. nec proinde admittur. ex Isidoro in *can. canones, qui dicuntur Apostolorum. 1.* ibique etiam *gloss.* atque inter Apochrypha. *dist. 16.* idemque detulit Leo Papa Nonus contra epistolam Nicetę Abbatis in *can. Clementis librum 3. eod. 16. dist.* dicens: *Clementis librum, idest Petri Apostoli itinerarium; & Apostolorum Canones numerant Patres inter Apochrypha.* quia nimirum certum Auctorẽ, sed confictum, habent.

Apochysarii, Papæ Nuncii dicuntur, quasi secretarii. à secretis videlicet. ex Paschali Papa Panormitano Archiepiscopo in *cap. significasti 4. in principio. extra de electione.* illis verbis: *Quod pallium tibi ab Apochrysariis nostris tali conditione oblatum fuerit.* ibi namque *gloss.* verbo *Apochrysariis.* sic sequitur: *Apochrisarii dicuntur Nuntii Domini Papæ, quasi secretarii. nam chrysis quandoque dicitur secretum quandoque aurum, quandoque iudicium.* versus.

*Aurum Iudicium, secretum dat tibi Crisis.*

ita Glossa.

Aphorismus Græcis idem est atque definitio, Distinctio, & separatio. ex *Budeo.* siue etiam sententiosè dicta. ex eodem *Budeo.* meminit Hieronymus in *can. ne tales accipiamus cibos. 29. de consecrat. distinct. 5.* dicens: *Hippocrates in aphorismis docet.* vbi *gloss.* sequitur: *Aphorismus dicitur ab à, quod est de, & phoras, id est terminatio: inde aphorismus, quasi determinatio, vel sermo determinatus. vel dicitur ab à, quod est sine, & phoros, quod est defectus. inde aphorismus, quasi sermo breuis, pauper verbis, diues sententiis.* ita Gloss. quamuis quidẽ ex Vlpiano li. 11. epistolarum in *l. omnis definitio 230. ff. de regulis Iuris.* Omnis definitio in iure Ciuili periculosa sit, ex quo facile subuerti valeat. Notat *Nauar. de pœnitent. dist. 1. præludio 1. nu. 5.*

Apologia dicitur sermo excusatorius; siue responsio de aliqua re, excusans factum: siue rationẽ reddẽs de facto. ex *S. Ambrosio* in *can. scire debet sanctitas vestra 8. §. Item in Apologia Dauid. distinct. 76.* ibique *gloss.* verbo *in apologia.* id est sermone excusatorio de adulterio, quod Dauid commisit cum Bethsabee. ab apo, quod est, re, & logos, quod est sermo: quasi responsio pro aliquo. ita Gloss. Idemque Ambrosius in Apologia Dauid. relatus *can. ille rex tantus, & potens. 25. de pœnitentia dist. 3.* in quo defendit peccatum Dauid, quòd licet peccarit, ex toto corde tamen pœnitentiam egerit. quo loco *gloss.* in ipso summario verbo in apologia Dauid *liber excusatorius de Dauid,* (inquit) *quasi sermonis relatio, vel responsio.* vt Glossella marginalis ibidem addit.

Apostata, id est retro abiens. dicitur. ex Sãcto Augustino in *can. non obseruetis dies 76. in fine 26. q. 7.* illis verbis: *& vt paganum & apostatam id est retro abeuntem. & Dei inimicũ &c.* Gloss. in *can. placuit, vt pœnitentes. 68. § apostatæ quoq;* qui est Gratiani. verbo *apostatę distinct. 50.* quæ sic dicit: *Apostatæ dicuntur retro abeuntes a fide, religione, & Clericatu. 26. q. vltima non obseruetis.* & quidem de apostasia a Clericatu loquitur Alexander Tertius in *cap. præterea Clerici 1 de apostatis, & reiterantibus Baptismũ.* ibique *Gloss.* verbo *apostasia.* quæ triplicis apostasiæ meminit: à fide, quam perfidiæ appellat; cùm quis recedit à fide: ex Concilio Toletano 4. cap. 63. in *can. non potest 24. 2. q. 7.* dicente Concilio: *Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis.* ab obedientia, quæ inobedientia dicitur, quando quis trãsgreditur præceptum. ex Gregorio in *cap. si quis venerit 2.* & Innocentio Tertio in *cap. illud Dominus 5. de maioritate, & obedientia.* & demum apostasia irregularitatis, cum quis recedit ab ordine suo: siue sumptæ religionis. *vt hic. & 50. dist. can. vltimo, & dicitur apostata, idest retro stans.* quia à suo proposito retrorsum exorbitauit, & Iussum Apostolicæ sedis libenter transgressus fuit. ex Pio Papa in *can. si quis vero à suo proposito 3. in principio 3. q. 4.* deducitque *S. Thomas 2. 2. q. 12. art. 1. Nauar. cons. 6. num. 10 lib. 5. de donationibus.* dixitq; Anacletus Papa in *can. Beatus prædecessor noster Clemens. II. in fin. ead. 3. q. 4.* sic inferens: *Transgressores enim sponte legis suæ, eiusque violatores, & recedentes, apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam.* Itaque sicut duobus Dominis seruire, sic ab vno Deo apostatare, & in alterius superstitionem ire non licet. ita Sanctus Augustinus infert in *can. Acutius intelligunt 2. in fin. § itaque sicut duobus. distinct. 26.* Apostata igitur quasi retro abiens dicitur.

Apostolica miseratio veniam solet præstare correctis. Ioannes VIII. Clero, & ordini Salonitano scibens in *can. de illis presbyteris. 109. 11. q. 3.* Ioannis verba sunt: *Tamen quia miseratio Apostolica veniam solet præstare correctis; ob multitudinem misericordiæ illis hanc indulgentiam exhibemus: vt sancta communione saginato &c.*

Apostolica sedes cũctis in orbe terrarum præfertur Ecclesiis; atque ideo super se Metropolitanum habere non potest. Nicolaus

Pa-

Papa II. in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini nostri* 1. §. *quia verò sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum. dist.* 23. Nulli enim dubium est, quòd Apostolica Ecclesia mater est omnium Ecclesiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris; sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est Ecclesia; cuius caput (vt prædictum est) Romana existit Ecclesia. verba sunt Calixti Papæ I. omnibus Episcopis. in *can. non decet à capite* 2. *dist.* 12. Ratio habetur ab ipso met; Quia nimirum: *Non decet à Capite membra discedere: sed iuxta Sacræ Scripturæ testimonium; omnia membra caput sequantur.* eademque dixit Victor Papa XIII. a Petro in *can. celebritatem.* 22. *de consecrat dist.* 3. *Quia non decet* (inquiens) *vt membra à capite discrepent; nec contraria gerant.* Apostolica vero sedes Deo auctore cunctis est prælata ecclesiis. ex Gregorio Ioanni subdiacono in *can quanto Apostolica sedes* 10. *in principio dist.* 63.

Apostolica sedes à nemine iudicari debet. Namque Apostolicæ sedis Authoritate maior non est, & eius iudicium à nemine retractandum; neque cuiquam de eius licet iudicare iudicio, & nemo in hoc rebellis extitit, nisi, qui de se voluit iudicari. Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. patet profecto.* 10. 9. *q.* 3. Qui autem de ea iudicat in sacrilegii dat crimen. ex *Gloss.* ibidem verbo *Iudicare.* Dum illi, quidquid fidelium est vbique submittitur: dum totius corporis caput esse designatur. vti Simmacus Papa loquitur *can. aliorum hominum causas* 14. *circa finem. eadem* 9. *q.* 3. Nulli igitur de iudicio Summi Pontificis, sanctęque sedis sine sacrilegii nota disputare licet. ex Gratiano in *can.* Innocentii II. *si quis suadente diabolo* 29. §. *qui autem de ecclesia.* 17. *q.* 4.

Apostolicæ traditiones, quàmuis non scriptę, quas per successores Apostolorum in ministerio confirmatas accepimus, vt leges seruandę à nobis erunt. ex dictis Sācti Basilij in *can. Ecclesiasticarū constitutionum.* 5. *distinct.* 11. nec minori efficacia persuadet Augustinus ad Casulanum epist. 86. in *can. in his rebus* 7. *eadem dist.* 11. verba sūt Augustini: *In his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta Maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut prævaricatores diuinarum legum; ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.* ita Augustinus. Neque porrò Traditiones patrum contemnendæ vnquam sunt: Quia profecto qui eas contemnunt æterno Iudici rationem, tàm de catholicæ sinceritatis iniuria; quàm de traditionum præiudiciis paternarum, non sine perpetuæ sint damnationis interitu reddituri, si in hac obstinatione perseuerauerint. vti Gelasius Papa vniuersis per Dardaniam constitutis paterna fuit solicitudine protestatus in *can. quia per ambitiones illicitas* 6. *distinct.* 64.

Apostolica sedes tueri debet Episcopos, qui iniuste persecutionem patiuntur. ex Sixto I. in *can. quilibet fratrum pulsatus* 1. *circa fin.* 8. *q.* 5. verba damus Sixti, ita enim rationem ipse reddit: *Ab hac enim sancta sede à sanctis Apostolis tueri, defendi, & liberari Episcopi iussi sunt: vt sicut eorum dispositione, ordinante Domino, primitus constituti sunt: sic huius sanctæ sedis (cuius dispositioni, eorum causas & iudicia reseruauerunt) protectione futuris temporibus sint ab omnibus peruersitatibus semper liberi. Vnde culpantur ii, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius sedis rectoribus placere cognouerint.* sic Sixtus.

Apostoli à Christo Domino instituti sunt sacerdotes, ordinādo eos illis verbis Lucæ 22. Matth. 26. Marc. 14. *Hoc facite in meam commemorationem.* ex Ambrosio in *can. in Christo semel oblata* 53. *in fin de consecrat. dist.* 2. verba damus Ambrosii: *Pontifex ille est, qui hostiam obtulit nos mundantem. Ipsam verò offerimus etiam nunc, quæ tunc oblata consumi non potest. Quod nos facimus in commemorationem facimus eius, quod factum est. Hoc enim facite ait in meam commemorationem.* (Lucæ 27.) Quo loco *Gloss.* verbo *hoc enim facite.* sic commentum agit. *Dicunt quidam, quod per hæc verba Dominus Apostolos ordinauit: Hoc facite &c.* nec aliter gloss. in *can. In nouo testamento* 2. qui est Anacleti Papæ ad Episcopos Italiæ. *distinct.* 21. verbo *pari.* quæ sic fatur: *De Apostolis quando fuerunt consecrati non legimus. Dicunt tamen quidam, quod in Cœna, quando dictum est eis:* Hoc facite in meam commemorationem. *de cōsecrat. dist.* 2. *in Christo. in fine. Alii dicunt quod cum dictum est eis:* Ite baptizate omnes gentes, *de consecrat. dist.* 4. *proprie.* qui canon est 13. in ordine, & est Leonis Papæ vniuersis Episcopis per Siciliā constitutis. verba Leonis sunt: *Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Iesus Christus, post quam resurrexit à mortuis, discipulis suis (in quibus omnes Ecclesiarū prę sules docebantur) & formam, & potestatem tradidit baptizandi, dicens* (Matthæi 28) *Euntes ergo nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. De quo vtique eos ante passionem potuisset instruere, nisi propriè voluisset intelligi, regenerationis gratiam ex sua resurrectione cœpisse.* hoc ipsum confirmatur ex sacro sancta Tridentina Synodo. *sessione* 22. *cap.* 1. *de sacrificio Missæ* illis verbis, *Corpus & sanguinem suum sub speciebus panis & vini Deo Patri obtulit, ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit. eisdēq; eorūq; in sacerdotio successionibus, vt offerrēt præcepit, per hæc verba:* Hoc facite in meam commemorationem; *vti semper Catholica Ecclesia intellexit, ac docuit.* et sessione 23. de sacramēto ordinis cap. 1. sequiturque *Herricus Herriquez in summa lib.* 10. *in procmio* §. 2. *& cap.* 5. §. 2. *& cap.* 6. §. 2. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 4. *cap.* 11. *q.* 5. Namque Apostoli omnes à Christo Domino, & sacerdotes, & Episcopi consecrati fuerunt, immediateque ab ipso Domino potestatem accepere, non solum ordinis, sed etiam Iurisdictionis. testaturque Anacletus Papa in *d. canone In nouo testamento* 2. *dist.* 11. deducitque *Henriquez in summa lib.* 6. *cap.* 1. §. 4. *& cap.* 2. §. 7. in

7. *in fin.* Potestatem absoluendi à peccatis (*Matth.*16.) Petro non tunc datam fuisse, sed promissam: collatam verò simul omnibus, Cum Christus post resurrectionem (*Ioannis* 20.) dixit: *sicut misit me viuens Pater*: (nempè cum potestate ligandi, atque soluendi, vt Chrysostomus ibidem exponit) ita & Ego mitto vos: accipite spiritum sanctum. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.

Apostolorum loco omnes Ecclesiarum præsules docti fuerūt. vti Leo Papa docet in *can. propriè in morte* 13. §. *ipsa igitur operis qualitas ante medium. de consecratione dist.*4.

Approbatus semel non potest ab eodem amplius reprobari. ex Gregorio ad Clerum Mediolanensem in *can. dilectissimi filij.* 2. *in fine* 8. q. 2. Rationem excipe Gregorii. *Iudicari namque à vobis vltra non debet, semel prælatus sed tanto nunc subtiliter Iudicandus est; quanto postmodum iudicandus non est.* ita Gregorius. est namque iudicandus ante quàm approbetur, post quam autem approbatus fuerit, Iudicandus amplius non erit. quod aduertit *Gloss.* ibidem verbo *iudicari*. ex Ambrosio in *can. horrendus, & incultus est vir.* 17. 32. q. 5. ibique *Gloss.* verbo *semel*. quæ etiam allegat dictum Gregorium in *d. can. dilectissimi* 2. 8. q. 2.

Apulia tota est patrimonium Beati Petri. *Gloss.* in *can. monasterijs omnibus* 6. *in fin.* verbo *miles* 19. q. 3. qui tex. est Gregorii ad Fortunatum Episcopū Neapolitanum. & habetur à Pelagio Papa Melleo subdiacono in *can. de Benedicto quoque* 5. 32 q. 1. verba sunt Pelagii: *Et illum quidem ad Luciū Defensorem in Apuliæ prouinciæ patrimonium, sine dilatione fac migrare.* Patrimonium scilicet Sancti Petri. Quemadmodum Sicilia, patrimonium est Sancti Petri. ex Gregorio ad Episcopos Siciliæ. in *can. valde necessarium perspeximus.* 1. *distinct.* 94. qui sequentibus effatur: *Quam ob rem Petro subdiacono sedis nostræ, intro Prouinciam Siciliam vices nostras, Deo auxialente, commitemus. Nec enim de eius actibus dubitare possumus, cui (Deo auxiliante) totum nostræ Ecclesiæ noscimur patrimonium commisisse.* vbi *Gloss.* verbo *patrimonium*; siue patrocinium. sic infert. *Ergo Sicilia est de patrimonio S. Petri.* fundat ex eodem Gregorio episcopis Siciliæ in *can. relatum* 9. 30. q. 3. qui dicit *Relatum est nobis sanctæ memoriæ decessoris mei temporibus per seruum Dei Diaconum, qui tunc Ecclesiastici patrimonij curam gessit.* est ergo Sicilia patrimonium Petri quod notat *Glos.* ibidem in casus figuratione. haberturque ex eodem Gregorio Romano Defensori Siciliæ in *can. peruenit ad nos* 39. 11. q 1. vbi *Gloss.* in casus figuratione, dicens: *In Sicilia erat quidam Defensor Papæ nomine Romanus &c.* Regnum itaque Neapolis cum Sicilia tota Patrimonium est S. Petri.

Aqua vino miscetur in calice cum offertur, quia videmus in aqua populum intelligi, in vino verò ostendi sanguinem Christi. Ergo cùm in calice, vino aqua miscetur, Christo populus adunatur, & credentium plebs ei in quem credit, copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ, & vini sic miscetur in calice Domini, vt mistio illa non possit separari. Nam si vinum tantùm quis offerat, sanguis Christi esse incipit sine nobis: si verò aqua sit sola: plebs incipit esse sine Christo. Ergo quando botrus solus offertur, in quo vini tantum efficacia designatur; sacramentum nostræ salutis negligitur, quod per aquam significatur. Non enim potest calix Domini esse aqua sola, aut vinum solum, nisi vtrumque sibi misceatur. Verba sunt Iulii Papæ Episcopis per Aegyptum in *can. cum omne crimen* 7. §. *Nam quod de expresso botro. de consecratione distinct.* 2. & dixit Alexander Papa in *cau in sacramentorum oblationibus* 1. *eadem dist.* 2 *de consecrat.* plenè Ambrosius in *can. in Calicem mittitur vinum* 83. *eadem dist.* 2. *de consecratione.*

Aqua verò multipliciter accipitur. vt per *Gloss. d. can. cum omne crimen.* 7. §. *nam quod de expresso botro* intelligi. *de consecrat. dist.* 2.

Aqua Lustralis, seu benedicta ad multa populo beneficia impertienda in Ecclesia seruatur. Nāque, vt Alexander Papa V. à Petro in *can. aquam* 20. *de consecratione dist.* 3. dicit, docetque: *Aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea aspersi sanctificentur, & purificentur. Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ sanguine aspersus populum santificabat, atque mundabat; multò magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat, atque mundat.* ita Alexander. Mundat enim hæc aqua benedicta a venialibus. vt *Gloss.* ibidem verbo *mundat* sequitur, probat ex S. Cypriano ad Magnum in *can. nec quemquam mouere debet.* 127. *de consecrat. dist.* 4. qui ex verbis Ezzecchielis 36. *Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulachris vestris: & mūdabo vos: & dabo vobis cor nouū, & spiritū nouum dabo in vobis* sic infert: *Nec quemquam mouere debet, quod aspergi, vel perfundi iubentur ægri, cum gratiam Dominicam consequuntur quando scriptura sancta per Ezzecchielem Prophetam loquatur & dicat:* Et aspergam super vos aquam mundam. &c. & ex Concilio Agathensi in *can. in capite Quadragesimæ* 64. § *post hec eos distinct.* 50. illis verbis: *aquam benedictam super eos spargat.* ibique *Gloss.* verbo *benedictam*. quæ sic agit cōmentum: *vt per eam tollantur venialia peccata. vt de consecrat. dist.* 3. *aquam & dist.* 4. *nec quemquam.* Ad Presbyterum namque pertinet sacramētum corporis, & sanguinis Domini in altare Dei conficere, orationes dicere, & benedicere Dona Dei. vt Isidorus ait in *can. perlectis sanctitatis tuæ litteris.* 1. §. *ad præsbyterum, pert met. dist.* 25. videndus *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 1. q. 4. *& part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 15. *per totum.*

Aqua, quę fluxit de latere Christi, vera fuit aqua. ex Alexandro Papa orthodoxis omnibus in *can. in sacramentorum oblationibus* 1. *in fine de consecrat. dist.* 2. Rationē enim reddens, quare vinum, & aqua in calice misceatur, cum incruentum offertur sacrificium: *Non enim*

*enim debet* (inquiens) (*vt à Patribus accepimus, & ipsaratio docet*) *in calice Domini, aut vinum solum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque permissum: Quia vtrumque ex latere eius in passione sua fluxisse legitur.* quo loco *Gloss.* verbo *quia vtrumque* 2. circa finem. quod vera aqua fuerit, tenet. & ita etiam *Glossella marginalis* Archidiaconi ibidem, sicut fuit cùm fluxit aqua de petra. *Numerorum* 20. deducitque Ambrosius in *can. re vera mirabile est.* 69. non multo post principium *de consecrat. dist.* 2. dicente illo, de Hebræis loquens: *Illis aqua de petra fluxit, tibi sanguis è Christo; illos ad horam satiauit aqua, te sanguis diluit in æternum. Iudæus bibit, & sitit: tu cum biberis sitire non poteris: & illud in vmbra, hoc in veritate.* & paulò post. §. non ne claret naturam. *Sitiebat populus patrũ; tetigit Moyses petram; & aqua de petra fluxit. Numquid non præter naturam operata est gratia, vt aquam vomeret petra, quam non habebat natura?* Petra autem erat Christus secũdum Apostolum 1. *ad Corinth.* 10. 4. deduxitque Glossella marginalis Archidiaconi *d. can. reuera mirabile est.* verbo *petra.* verba damus eius: *Adde mystice: petra, idest Christus sequebatur; quia vbi humanum deficiebat suffragium aderat diuinum suffragium.* Archidiaconus. ex petra vera fluxit aqua. Hæc autem in figura facta sunt nostri. vt ibidẽ idem Apostolus inquit. ex latere ergo Christi vera fluxit aqua. Et continuo exiuit sanguis, & aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit; & verum est testimonium eius. *Ioannis* 21. 35. Hanc fouet perpẽsionem August. in *can. inquit Apostolus* 81. *eadem dist.* 2. *de consecratione.* loquatur Augustinus: *Inquit Apostolus: (Omnes eandem escam spiritalem manducauerunt.) spiritalem vtique. eandem: nam corporalem aliam: quia illi manna, nos aliud.* Et adiungit (*& omnes eundem potum spiritualem biberunt.*) *Aliud illi, aliud nos: sed specie visibili. Quod tamen idem est virtute spiritali.* quo loco *gloss.* verbo quod tamen idem. *Id est (inquit) significat idem hoc, quod illud; illi enim biberunt aquam de petra, quæ fuit signum sanguinis Christi.* ita Glossa. sed ex latere Christi exiuit sanguis & aqua. vera ergo fuit aqua, quæ ex Christi profluxit latere militis aperto lancea, sicut vera fuit aqua è petra educta, Moysi virga percussa. per optime Ambrosius in *can. in calicem mittitur vinum* 83. §. *De latere ead. distinct.* 2. *de cõsecratione:* Dicens: *De latere eius aqua fluxit & sanguis, quare aqua? quare sanguis? Aqua vt emundaret; sanguis, vt redimeret.* Veram autem fuisse aquam, siue naturalem, siue miraculosam, siue denuo virtute diuina creatam, siue de componentibus ex parte aliqua resoluta, proculdubio vera fuit. decreuit Innocentius Tertius Ferrariensi Episcopo scribens in *cap. in quadam nostra decretali* 8. §. *sed aduersus huiusmodi hæreses. de celebratione missarum.* deduxitque *S. Thomas* Doctor Angelicus 3. *part. q.* 74. *art.* 7. *in corpore & ad* 2. *& ad* 3.

Aqua Baptismatis non est ex se sacramentum in actu primo, sed fit sacramentum in actu secundo, cùm verba iam completa fuerint. ex Augustino in *can. necessarium est* 1. *de consecrat. dist.* 4. Augustinũ excipe: *Necessarium est visibile sacramentum aquæ ad ablutionem visibilis corporis: sicut necessaria est doctrina inuisibilis fidei ad sanctificationem inuisibilis animæ.* Sacramentum non in actu primo, sed in actu secundo, cum proferuntur verba in ipsa vltima prolatione verborum. vt *Gloss.* verbo *Sacramẽtum* ibidem exponit. & *Glossella marginalis* ibi: dicens: *Aqua in Baptismo est sacramentum, id est ablutio cum aqua.* in sensu composito, non in sensu diuiso. vt enim Augustinus loquitur *can. detrahe verbum* 54. 1. *q.* 1. Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum. in sensu videlicet composito, non in sensu diuiso. in sensu enim diuiso aqua, sola aqua est. accedente verbo: forma scilicet per verba *ego te baptizo &c.* fit sacramentum, in sensu composito. ibique *Gloss.* verbo *detrahe.*

Aquæ admistio ad farinam, de necessitate est sacramenti Eucharistiæ, vt pote constituens substantiam panis. ex vtroque .n. fit panis. ex Cypriano *can. sic in sacrificando calice Domini* 2. *de consecrat. dist.* 2. *in fin.* sic fatur Cyprianus: *Quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola aut aqua sola, nisi vtrumque adunatum fuerit, & copulatum, & panis vnius compage solidatum.* Quo loco *Gloss.* verbo *nisi vtrumque* sic exprimit: *id est farina & aqua. Quid si ex molle, vel alio liquore fuerit farina aspersa, numquid transubstantiatur ille panis in corpus Christi? non.* ita Gloss. neque etiam si cum aqua rosacea, quia nõ est vera aqua naturalis. *S. Thomas* 3. *part. q.* 74. *art.* 7.

Aqua, quæ in calice mittitur cum vino, in vinum transit, & vinum in sanguinem. ex Concilio Martini Bracharensis in *can. non oportet aliquid aliud.* 4. *de consecrat. dist.* 1. rationem reddit Concilium. *Quia, cum de cruce penderet* (Christus) *de corpore eius sanguis effluxit, & aqua. Hæc tria vnum sunt in Christo Iesu: hæc hostia, & oblatio Dei in odorem suauitatis.* ibique *Gloss.* verbo *præter panẽ, vinum.* & ibidem *Glossella marginalis.* Aqua vertitur in vinum (dicens) & vinum in sanguinem. *S. Thomas.* ex Innocentio Tertio *part.* 3. *q.* 74. *art.* 8. *in corpore* Innocentius Tertius ad Archiepiscopum Lugdunen in *cap cum Martha* 6. §. *verum inter opiniones prędictas de celebratione missarum.* verba sunt Innocentii: *Verum inter opiniones prędictas, illa probabilior iudicatur, quę asserit: aquã cum vino in sanguinem transmutari.* ibidemque *Gloss.* verbo *Cum vino.* rationem reddens *quod vinum aquam sibi incorporauit.*

Arbitrium non ex proprio ductu, sed ex causa, loco, tẽpore personis, aliisq; regulandũ circumstantiis, in pœnis potissimum infligẽdis, ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in *cap. sicut dignum* 6. *in principio de homicidio voluntario, vel casuali.* & eodem V. Carnotem electo in *cap. de causis* 4. §. 1. *in fin.* ibique *gloss.* verbo *arbitrium de officio Iudicis delegati.* & ex Innoc. I. ad Decentiũ Episc. Eugubinum in *can. quis nesciat, aut non aduertat.* 11. *siue finali*

*dist.11.* illis verbis: *quod sufficere abitramur ad informationem Ecclesiæ tuæ, vel reformationem*. verûm ambrosiam ore propinantem Ambrosium excipe in *can. Iudicet ille 4. §.bonus Iudex. 3.q.7.* sic enim ipse arbitriû regendû docet: *Bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito volûtatis: sed iuxta leges, & iura pronunciat; statutis iuris obtêperat; non indulget propriæ voluntati, nihil paratû, & meditatum domo defert: sed sicut audit, ita iudicat; & sicut se habet negotij natura, decernit; obsequitur legibus, non aduersatur; examinat causæ merita, non mutat. Discite Iudices seculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum. quam subtietatem, quam sinceritatem. Qui iudicat, non voluntati suę obtemperare debet: sed tenere quod legum est.* ita Ambrosius. *Nauarrus in cap. quiescamus. dist. 42. de eleemosyna nu. 21. in fin.*

Arbor mala non facit fructus bonos. Gregorius hoc indicat Theodorico & Theoberto Regibus Francorum scribês in *can. fertur simoniaca hæresis 28. in fine 1. q. 1.* ita inferens. *Aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est?* Docueratque Christus Dominus noster *Matthæi 7.17.* ita consequentiam inducens: *Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor fructus malos facit. non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.* (Lucæ 6.44) *Nô est arbor bona, quæ facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum bonum. Vnaquęque enim arbor de fructu suo cognoscitur.* sequiturque *Gloss.* in *l. si qui putat 15.* verbo *non poterit. ff. de acquirenda, vel omittenda hæreditate.*

Arca Noe. (*Genesis 7.*) Ecclesiam figurauit. sicuti, qui extra Arcam fuerunt, aquis periere diluuii, ita qui extra Ecclesiam est, peribit de populo Dei. Hieronymum excipe ad Damasum Papam in *can. quoniam vetusto 25. §. Ego nullum præmium. 24. q. 1.* sic loquentem: *Ego nullum præmium nisi Christum sequens, Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri comunione consocior. Super illam petram ędificatam Ecclesiam scio. Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Arca Noe nô fuerit, peribit regnante diluuio.* ita Hieronymus. Rationem reddit *Gloss.* ibidem in casus figuratione in fine. *Nam si quis* (inquiens) *in ea* (in Ecclesia videlicet) *non inuenitur, peribit: sicut illi, qui sunt inuenti extra arcam diluuii.* & Glossella marginalis ibidem: *Peribit, qui in Ecclesia non inuenitur.* & nihilominus inter octo homines, qui in arca fuerunt, vnus reprobus inuêtus est. *Genesis 9.* vt Augustin. perpendit in *can. quantumlibet vigilet disciplina 9. dist. 47.* verba sunt Augustini: *Nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quàm arca Noe: vbi tamen inter octo homines, vnus reprobus inuentus est.* qui fuit Cham. vt *gloss.* ibidem. pater Chanaan.

Archiuium siue Archiuum ab arca dictum est. vbi scilicet reponuntur libri. ita Deusdedit sanctæ Romanæ Ecclesiæ Episcopus Gordiano Hispalensis Ecclesiæ Episcopo in *can. peruenit ad nos. 1. post principium 30. q. 1.* dicens: *Inuenimus in archiuis huius Apostolicę sedis.* ibidemque *gloss.* verbo *in archiuis.* Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. Romani 1. in fine de Iure Iurando,* illis & ipse verbis: *Quas in archiuis Romanæ Ecclesię reponi, & diligenter conseruari fecimus.* ibique *gloss.* finalis. quæ ex Hieronymo in prologo Hester, de se ipso fatur: *ipsum librum leuasse de Archiuis hębreorum.* meminitque Iustinianus Cæsar in *authent. ad hæc. §. item & charta C. de fide instrumentorum.* sequentibus dicens: *Itê & charta, quæ profertur ex Archiuio publico, testimonium publicum habet.* ibique *gloss.* verbo *publico.* & Glossella Marginalis in *d. gloss. fin. d. Clement. 1. de Iure iurando. Quaranta in summa Bullarum.* verbo *Archiuus. Rota apud Card. Caualer. decis. 193. num. 3. & decis. 351. num. 1. & 2.* meminit quoque de Archiuista.

Archidiaconus oculus dicitur Episcopi, quia lustrari omnia debet, vt episcopo, quæ corrigenda, emêdâdaq; sunt, deferat. Ex Epistola 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini in *can. diaconi Ecclesiæ 6.* ibique *gloss.* verbo *oculi.* & ex Euaristo Papa ad Episcopos Africanos in *can. diaconi 11. & 12. dist 93.* sequutaque fuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 24. cap. 12. §. Archidiaconi. de reformat.* ibique *Barbosa* in collectanea *nu. 7. & 8.*

Archidiaconus potest esse, qui solum Diaconus est, quamuis non sit Presbyter. ex Innocentio II. in Concilio Romano cap. 10. in *can. Innouamus autem 3. distinct. 60.* & ita quoque à sancta sede seruatum vidimus cum Archidiacono Melficten V.I.D. Ignatio Lanza, qui cû esset diaconus, neq; in ætate esset, vt Presbiter intra annû fieri posset, ad Archidiaconatû promotus fuit. illis verbis Innocentii: *Vt nullus in Archidiaconum vel Decanû, nisi Diaconus, vel presbiter ordinetur.* ibique *gloss.* verbo *presbiter.* quæ ita commentum agit: *redde singula singulis.* Archidiaconus videlicet Diaconus ordinetur. Et Decanus Presbyter. atque ita per Rotam firmatum fuit in vna *Viterb. en celebrationis Missarum 11. Decembris 1609. coram Card. Sacrato decis. 244. nu. 5. part. 1. in posthumis Farinacii.* quæ est eadem *part 3. in recentioribus per Rubeum* eodem *nu. 244.* & notatur ex Concilio Pictauen in *cap. 1. de ætate & qualitate, & ordine præficiendorum.* illis verbis: *Qui Archidiaconatus tenent, diaconi: qui vero Archipresbyteratus, presbiteri: aut amittant honorem.* nisi fortassis Archidiaconus curam haberet animarum. vt dictû fuit in Rota in *Pistorien Archidiaconatus 27. Iunii 1615. coram Pamphilio,* nunc sanctissimo Innocentio X. *decis. 687. nu. 6. d. part. 3. recentiorum per Rubeum.*

Archidiaconi possunt multare; quia possunt iudicare, sed de consuetudine præscripta. vt *gloss.* tenet in *can. dictum est 3. siue fianali* verbo *rectitudinis. distinct. 94.* debent autem ipsi exemplo præcedere alios. vti in Concilio Cabylonen cap. 15. legitur *in d. can. dictum est. 3.*

Archipresbyter sub archidiacono est, eiusque præceptis, sicut episcopi sui, sciat obedire: & (quod specialiter ad eius ministerium per-

tinet

tinet) super omnes presbyteros in ordine positos curam agere, & assidue in Ecclesia stare; & quando Episcopi sui absentia contingerit, ipse vices eius Missarum solemnia celebret, & collectas dicat, vel cui ipse iniunxerit. Isidorus Hispalēsis Episcopus ad Ludifredum scribit in *can. perlectis sanctitatis tuæ litteris* 1.5. *Archipresbyter vero distin.* 25.

Argumentum à termino infinitante superiore ad inferius infinitatum valet, vt omnis homo est animal. ergo omne non animal est non homo. ita *Gloss.* in *can scindite corda vestra* 33. §. *ostendimus in contritione cordis*. verbo *à parte. de pœnitentia dist.* 1. verba sunt gloss. vel dic, superius infinitatum efficitur pars inferioris infinitati. Cùm enim hęc vera sit: Omnis homo est animal. vtroque termino infinitate rectè conuertitur. ergo omne non animal, est non homo. ita Gloss.

Argumentum in prima figura in tertio modo, qui dicitur Datii, deducitur per *Nauarrum cons.* 7. *Ciuitatis incolę, nu.* 1. *lib.* 4. *de Clandestina desponsatione.* quod tale est: Omne matrimonium contractum post Concilium Tridentinum receptum, & rite publicatum, aliter, quam præsente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipsius Parochi, vel Ordinarii licentia, est inualidum, & nullum. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. matrimonij.* At matrimonium prædictum est contractum post Concilium Tridentinum ritè, & rectè publicatum, aliter quam præsente parocho, aut alio sacerdote de ordinarii, vel Parochi licentia. ergo est inualidum, & nullum. ita Nauarrus.

Argumenta validiora in principio, & fine proponenda. ex Tullio in rethoricis *gloss in can. liquido apparet* 54. verbo *insigere. in fine de consecrat. dist.* 2.

Argumentis insistere frustratorium iudicatur, vbi apertius in contrarium est solemnis legis. ita *Alciatus lib.* 9. *responsorum cons.* 220. *nu.* 12.

Argumētum à nominis interpretatione firmū. ita argumentatus fuit Hieronymus *can. Clericus* 5. 12. *q.* 1. ab interpretatione nominis clericus, argumētando. Nomina enim rebus consona esse debent. secundum *gloss.* ibidem verbo *nitatur.* sequiturq; ue gloss. in *can si cupis* 5. verbo *diceris.* 16. *q.* 1. A nominis quoque proprietate, & interpretatione Eugenius argumentatur Papa in *can. placuit.* 8. *in fin.* 16. *q.* 1. de Monacho verba faciēs: *Sedeat* (inquiēs) *solitarius & taceat: quia mundo mortuus est. Deo autem viuit. Agnoscat nomen suum, Monos enim grecè, latinè est vnus. Acos grecè, latine tristis sonat. Indè dicitur Monachus, id est, vnus tristis. Sedeat ergo tristis, & officio suo vacet*, codem quę modo Augustinus in *can. pœnitentia est.* 4. *de pœnitentia distinct.* 3. sic nempe à nominis interpretatione, argumentum format. *Pœnitere est pœnam tenere, vt semper puniat in se vlciscendo quod commisit peccando. Pœna enim propriè dicitur lęsio, quæ punit, & vindicat, quod quisque commisit. Ille igitur pœnam tenet, qui semper punit, quod commisisse dolet.* ita Augustinus [illegible]

Argumentum à tempore præsenti ad tempus præteritum non rectè ducitur. cum præsertim de his agitur, quæ tempore variantur. *Bald in l. ex persona* 3. *C. de probationibus. Alciatus de præsumptionibus regula* 2. *præsumpt.* 26. *n.* 2. *Iacobus Berrecta cons.* 116. *nu.* 4.

Argumentum ab euitanda superfluitate verborum, non infirmum. deducit id Rota in *Romana legitimæ* 10. *Martii* 1617. *coram Card. Sacrato decis.* 57. *num.* 13. *apud Merlinum de legitima.* Id quidem deducitur ex Africano lib. 6. Quæstionum in *l. si quando* 112. *ff. de legatis* 1. verba damus Africani: *Si quando quis vxori suæ, quę viuus donauerat, vulgari modo leget: Nō de aliis donationibus eum videri sentire, quàm de iis, quæ iure valituræ non sunt. alioquin frustra legaturus sit.* ita Africanus. Essent enim superflua verba legati, & nihil operarentur, cū e contrà, operari aliquid debeant. vt *Gloss.* ibidem verbo *frustra* aduertit. Licet ergo argumentari à superfluitate verborum deuitanda.

Argumentū à destructione antecedentis, optimum. Ex Gregorio Venantio scribente in *can. ephesiis.* 4. *dist.* 45. Ipse quippe Gregorius super verbis Pauli Actuum xx. *Mundus sum manus meæ a sanguine omnium vestrum, nō enim subterfugi quominus annunciarem omne consiliū Dei vobis.* Argumentum à destructione antecedentis sic ducit: *Mundus ergo à sanguine eorum non esset, si eis Dei consilium annunciare noluisset.* sequiturque *Gloss.* ibidem verbo *mandus.* quę allegat textum in *can sanè profertur.* 5. ex prima actione in quinta Synodo 24. *q.* 2. & ex Ambrosio in *can. dicat aliquis* 9. 32. *q.* 4. super verbis illis (Genesis 21. & ad Galatas 4.) *Ecce ancillam, & filium eius. non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ.* ita infert: *Si igitur ancillæ filius hæres non est. ergo nec filius est.* Sic etiam à consequenti destructo. *Baldus in l.* 2. vbi etiam *Decius* 9. 1. *num* 4. *ff si certum petatur.* nec diuersimode argumentatus fuit Alexander Papa in *can. nulli dubium est* 5. 5. *qui autem ex vestro collegio* 3. *q.* 1. argumentum excipe, *qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, quā sacerdos esse probabitur.* (ecce (inquit propheta) quā bonū, & quam iucundum habitare fratres in vnum) *illi vero in vnum non habitant, qui à fratrum solatio se subtrahunt; aut (quod deterius est) fratribus insidias preparant, aut laqueos ponunt.*

Argumentum à connexis, & æquiperatis optimum. ex Gratiano per quam optimè in *can. Generaliter.* 40. §. *Ecce sufficienter monstratū est* 16. *q.* 1. hoc nempe probare intendit Gratianus; quod Monachis presbyterii honore decoratis, & à populo electis, & ab Episcopo institutis eadem liceant, quæ aliis sacerdotibus. Probat autem ex similitudine consecrationis, dicens: *Non enim in consecratione eorum aliud dicitur, & aliud in consecratione aliorū. vtrisque enim in comune à Domino benedictionē infundi Episcopus obnixe deposcit. Et dum consecrat cunctis sacerdotibus singillatim dicit: Consecrentur, & sanctificentur Domine manus istæ, vt quidquid consecrauerint consecratum sit: & quacum-*

*cumque benedixerint benedicta sint. Ecce communis est benedictio: Vnde igitur diuortium? Sicut ergo in benedictione vtrique comunem nanciscuntur potestatem: ita in institutione communiter assequuntur potestatis executionem: Caterum absque Episcoporum licentia non solum monachis, sed etiam omnibus generaliter Clericis potestatis executio interdicitur.* Ita Gratianus à connexis argumentatur. Vno itaque connexorum dato, & alterum pariter infertur. Quod tamē exaudditur in connexis inseparabilibus. & in iis, sine quibus principale non potest operari. ex *Felino in cap. auditis, & intellectis 15. num. 17. & num. 20. de præscriptionibus. Rota parte 4 diuersorum per Farinacium decis. 865. num. 3.* Parique modo æquiparatio omnimoda fit, ac per modum regulæ. *Parisius cons. 49 num. 83. lib. 3.* quē sequitur Rota *apud Card. Seraphinum decis. 288. num. 5.*

Argumentum à meliori, ad negationem bonitatis non procedit: vt hoc est melius illo, ergo illud non est bonum. nam potest esse melius, & illud aliud bonum, cum bono melius detur. melior quippe est virginitas, non idcirco matrimonium non est bonum. ex Augustino in *can. nuptiarum bonum 41. 27. q. 1.* vbi nuptiæ bonæ appellantur. & ex Ambrosio in *can. nuptiæ 12. 32. q. 1.* vbi Nuptiæ *(inquit)* terram replent, virginitas paradisū. non malæ igitur nuptiæ sunt, neque non bonum, quia melior virginitas, quæ soror Angelorum dicitur. ex *Gloss.* ibidem verbo *virginitas.* ex Hieronymo in *can. qui sitit. 9. 33. q. 5.* nec diuersimode argumentatus fuit Vlpianus lib. 22. ad edictum in *l. vbi autem non apparet 75. in principio ff. de verborum obligationibus.* vbi dicit: *Bono melius inueniri potest.* non tamen, quod bonum est, & eo melius inuenitur, non bonum fit: *Cùm id quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit.* notatque *Nauarrus de vsuris in can. si fœneraueris 18. q. 3. n. 63.*

Argumentum a fortiori, seu maiori ratione, fortissimum. ex *Authent. multò magis C. de sacrosanctis Ecclesiis.* parique modo Nicolaus Papa Michaeli Imperatori scribens in *can. dispensatio est nobis. 1. distinct. 43.* Argumentum excipe Nicolai: *Quod eum electionis Vas formidet, & clamet: quāto magis cuilibet exiguo metuendum est.* ibique *Gloss.* verbo *quanto magis.* quæ infert Argumentum *à maiori.* defert argumentum Hieronymi ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus 11. 32. q. 5.* Ita quippe Hieronymus: *Si Paulus Apostolus vas electionis, & separatus in Euangelium Christi, ob carnis aculeos, & incentiua vitiorum, reprimit corpus suum, & seruituti subiicit; ne aliis prædicans ipse reprobus inueniatur &c. Tu te putas securam esse debere? Caue, quæso, ne quando de te dicat Deus:* (Amos 5.) *Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam. Audenter loquar. Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinā.* Quo loco *glos.* verbo. *tu te.* sic infert argumentum. Quod non licet maiori, nec minori. & quod negatur maioribus, multò potius minoribus. hoc idem probatur ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus 34. 12. q. 1.* ita nempè Apostoli de Episcopo loquētes: *Si enim animæ hominum preciosiores illi sunt creditæ; multò magis oportet eum curam pecuniarum genere.* nec dissimiliter Augustinus in *can. quæ contrà mores 2. in fin. distinct. 8.* Augustinum audi: *Quanto magis Deo regnatori vniuersa Creaturę suæ, ad ea, quæ iusseris, sine dubitatione seruiendum est?* Et ex Sexta Synodo in *can. nulli Clerico licet 3. distinct. 44.* quæ sic infert: *Si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur: quanto magis aliis ministrare in ea?* ibique *gloss.* verbo *quanto magis.* quæ argumētatur inuersim. Cui non licet minus, non licebit, & maius. sicut in casu conuerso; scilicet; Cui licet maius, & minus. & ex Hispalensi secundo Concilio, Cui Isidorus interfuit. in *can. Sexta actione comperimus 1. §. si enim hi, qui in seculo.* & repetitur *can. episcopus Sacerdotibus. 7. 15. q. 7.* & ex Innocentio Exuperio Tolosano Episcopo in *can. proposuisti 2. §. Nā si beatus Apostolus dist. 82.* dixitque Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in *can. non quales sacerdotes 86. 1. q. 1.* super verbis illis Domini (Matt. 23.) *Quæcumque dixerint vobis obseruate, & facite, secundum opera verò eorum nolite facere.* sic infert: *Ergo Imperator considera: si illos dixit audiendos, qui super cathedram Moysi sedebant; quanto potius his, qui super cathedram Petri resident, esse existimetis obaudiendum?* Ita quoque ex epistola Gregorii missa ad Bonifacium in *can. Viduas à proposito 2. §. si enim inter homines 27 q. 1.* qui sic infert: *Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui; quanto magis illa pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit?* Argumentum est hoc à minori ad maius. sequitur Ambrosius à maiori ad minus in *can. amitare Petrum 10. 6. q. 1.* qui argumentatur hoc pacto *Nā si Petrus lapsus est (inquiens) qui dixit: Et si alii scandalizati fuerint in te, sed nō ego.* (Matth. 14.) *Quis alius iure de se præsumat?* vbi *Gloss.* verbo *Petrus* argumētum (inquit) à maiori. Optimum illud Hieronymi contra Iouinianum in *can. si enim inquit 40 §. quid enim? numquid homo? de pænitent. dist. 2.* super verbis illis Saluatoris: (Lucæ x.) *Videbam Satanam quasi fulgur cadentem de Cælo.* sic argumentum efficit: *Si altissima illa sublimitas cecidit: Quis cadere non possit? si in Cælo ruina, quātò magis in terra?* hoc modo Hieronymus. dicamus & nos.

Argumentum à minori ad maius affirmatiuè: suspectum, nec firmum. sequitur noster Proauus *Robertus Maranta cons. 8. num. 17. vers. præterea istud.* eruitur Argumentum ex Zacharia Papa Theodoro Episcopo Ticinensi in *can. Pitaciū nobis 2. §. sed bene tua fraternitas 30. q. 3.* verba sunt Zachariæ: *Sed benè tua fraternitas compertum habet, quod Dominus præceperit per Moysem dicens:* (Leuit. 18.) *Turpitudinem patris tui, vel matris, vel sororis non reuelabis: turpitudo enim tua est. Cum ergo à propria consanguinitate iubetur abstinere, multò magis à spirituali nostri patris filia, omni excusatione, aut argumento seposito. sub nimia districtione nos cauere conuenit: ne in iram diuini examinis incidat, si quis*

*si quis tali facinore mistus, minime restrinxerit frena luxuriæ?* Quamuis argumentum hoc negatiuum esse videatur. Quia nimirum in materia prohibitiua est, ne fiat. Namque à minori ad maius negatiuè firmū. Vt si in minori non licet, multò magis in maiori. probatur ex Innocentio I. Victori Rothomagen Episcopo in *can. tenere debet omnino* 4. & *can. nam sicut Apostolus*. 5. *dist.* 31. Ita Innocentius d. can. tenere: *Nam si priscis temporibus, anno vicis suæ de templo Dei sacerdotes non discedebant. (sicut de Zaccaria legimus) nec domum suam omnino tangebant*. &c. *Quanto magis hi sacerdotes, & Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent?* &c. ita quoque ex Leone Papa ad Clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis in *can. si in laicis* 3. *dist.* 38. qui hoc pacto argumentum infert: *Si in laicis vix tolerabilis videtur inscitia: quantò magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia?* coadiuuantque, quæ in superioribus dicta sunt à maiori ad minus. namque inuersim dici possunt, præsertim negatiuè.

Argumētū à posteriori. hoc est ab effectu, rectè semper ducitur, & paulo minus habetur, atque à priori. quod à definitione, & rei essentia producitur. Audias quæso Gregorium Clero, & nobilibus Ciuibus Neapolitanis scribentem in *can. prin. quam ad nos*. 4. *dist.* 28. Qui sic ab effectu argumentatur: *Priusquam ad nos scripta vestra discurrerent, Ioannem diaconum qui ab altera parte electus est, paruulam habere filiam ex quorundam relatione cognouimus. Vnde si rationem voluissent attendere; nec alij eū eligere; nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione ad Episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola teste conuincitur non habere?* parique modo Hormisda Papa in *can. si quis diaconus* 29. §. *qui si eos. dist.* 50. argumentatus est. excipe quæso: *Quod si eos durissimam pænitentiam per plures annos viderimus agere; tunc & nos saluti eorum deberemus consulere, & statuta canonum deberemus temperare*. nec diuersimode Innocentius Papa Exuperio Tholetano Episcopo in *can. proposuisti*. 2. *in principio dist* 82. qui sic loquitur. *Proposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse generati filij prodiderunt*. sequitur Rota apud *Buractum decis* 38. *num* 5. *in fin.* & à posteriori argumētatus fuit Gregorius Natali Episcopo scribens in *can. multis ab vrbe tua venientibus*. 5. *dist.* 45. Qui sic eum carpit: *Quæ audita nō crederem nisi hac actionum tuarum experimentis approbarem*. ex effectu igitur à posteriori argumentum duxit, ex actionibus illius.

Argumentum à præmissa particulari ad consequētiam generalem. reprobum ex ratione, quam affert Gregorius Papa in *can. hinc est etiam* 39. *in finalibus verbis* 16. *q.* 1. sic illō inferente: *Non enim, quod vni singillatim conceditur, statim omnibus conuenit*. Ipse met Gregorius Theotistæ patriciæ in *can. Petrus potestatem regni* 40. & Nicholaus Papa ad Imperatorem in *can. nos si competenter* 41. 2. *q.* 7. notat *Gloss. in can. didicimus* 31. *in principio* verbo. *propter quod* 24. *q.* 1. & *Gloss. in cap. præsenti* 34. §. *loca verò*. verbo *specialiter de præbendis in* 6. & deducitur ex argumento à Paulo lib. singulari de Iure singulari in *l. Ius singulare* 16 *ff de legibus & senatus consultis* ibique *Gloss.* 1. *in fine*. nam, quod singulare est, ad vniuersale non trahitur. ex eodem Paulo. lib. 54. ad edictum in *l. quod vero* 14 *ff. eodem de legibus*. eius sūt verba: Quod verò contra rationem Iuris receptum est, non est producendum ad consequentiam. deduximus in nostro secundo Apologetico Romæ presso anno 1644. pro Iuribus Ecclesiæ num. 76. & 77.

Argumentum à sufficienti partium enumeratione. quod etiam ab inductione dicitur, etiā negatiuè firmatur. excipe Gregorium illum Magnum Rauennaten Episcopo scribentem in *can. contra morem* 8. §. *quod si hoc. dist.* 100. sic nempe ille prosequitur: *Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere, neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vsurpasse te comprobes, quod fecisti*. nec diuersimode Alexander II. in *can. ad sedem Apostolicam* 2. §. *quid igitur dicent?* 35 *q* 5. Alexandrum audi arguentem: *Quid igitur dicent? computatis namque gradibus, sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu, aut non si finitur &c.* quod sane argumentum duplex esse videtur; & Inductio; & Dilemma. optimum quoq; argumētum ex inductione est, quo Leo Papa vtitur in *can. gratia* 1. 1. *q.* 1. vt infra Argumento à contrariis.

Inductione quoque argumentatus fuit Paulus Doctor Gentium. 1. *ad Corinthios* 3. 23. Apostolum excipe: *Omnia autem vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt, Vos autem Christi: Christus autem Dei*. Quod argumentum sequutus quoque fuit magnus ille Rethor Christianus Augustinus in *can. quod autem nobis* 3. *in fin.* 23. *q.* 7. inferens & ipse: *scriptum est enim: Omnia vestra: vos autem Christi: Christus autem Dei.*

Argumentum à sola authoritate negata, inualidum ęstimatur. vt puta: hoc in illo non dicitur textu. non ergo afferendum. quia potest alibi dici. *Ægidius de Conink. tom.* 2. *disput.* 13. *de censuris in genere dub* 9. *num.* 78.

Argumentum Dilemma; argumentum est rethoricum, quod alio nomine cornutum nuncupatur, quod ex vtraque parte ferit. eo vsus fuit Alexander II. in *can. ad Apostolicam* 2. §. *quid igitur dicent* 35. *q.* 5. arguentem Alexandrum sustine, conuincit enim: *Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus sicut isti numerant: aut finitur consanguinitas in sexto gradu; aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quod si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu: falsidici erunt isti, qui vltra illum sextum gradum nolunt computare consanguinitatem. Igitur aut leges erunt falsæ; aut isti, qui sic fingunt generationem*. ita Alexander erudito Dilemmate argumentatur. Dilemma quoque est argumentum, quo Augustinus vtitur

titur ad Bonifacium scribens in *can. quod autem nobis obiiciunt 3. 23. q. 7.* illum excipe dicentem. *Ipsi certè dicunt & inuidiosissime sibi conqueri videntur; quòd eos in nostram communionem violento legum imperio coarctamus. Hoc vtique nullo modo faceremus; si res eorum possidere vellemus. Quis auarus quærit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus; vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem?* &c. erudite satis.

Argumentum à contrariis, fortissimum dicitur à *Gloss. in can. Imperatores 1. §. quicumque* verbo. *ergo legibus dist. 9.* Disertissime duplici argumento, inductione videlicet, & à contrariis Leo Papa argumentatur in *can. gratia 1. 1. q. 1.* mihi (quæso te) eloquentissimum vicum: *Gratia, si non gratis datur, vel accipitur, gratia nõ est. Simoniaci autem non gratis accipiunt. igitur gratiam quæ maxime in Ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt, nõ habent; si autem non habent; nec gratis, nec nõ gratis cuiquam dare possunt. Quid ergo dant? profectò quod habent. quid autem habent? Spiritum vtique mendacii. Quomodo hoc probamus. Quia si spiritus veritatis (testante ipsa veritate, de qua procedit) gratis accipitur: proculdubio spiritus mẽdacii esse conuincitur qui non gratis accipitur.* Sic elegantissime Leo. ibidemque *Gloss.* verbo *testante*, quę & ipsa testatur: argumentum (inquiens) à contrarijs. Contraria autem contrarijs opponuntur. Nec inijucundo modo, & Hieronymus ad Nepotianum in *can. hospitiolum 17. in fin dist. 32.* & ipse à contrarijs argumento vtitur: *Si bonum est mulierem non tangere. malum est ergo tangere.* vbi *Gloss.* verbo *malum* ita tradens: argumentatur à contrariis. namque si vnum est bonum, reliquum est malum *Gloss.* quoque in *can. principium 45. § charitas autem.* verbo *posse autem de penitent. dist. 2.* & ipsa modo argumentatur eodem *Ex quo resistere vitijs est verum posse. ergo non resistere, est non posse. Sed non resistere est peccare: & ita posse peccare, est, non posse resistere.* sic Gloss.

Argumentum ab exemplo optimum. Accedat Gelasius Papa in *can. legatur 2. 24. q. 2.* qui ita ab exemplo argumentum profert: *Legatur* (inquit) *ex quo est religio Christiana, vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei, à quibuslibet Pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Saluatore, veniam nisi se corrigentibus concessam.* Quam ob causam argumentari quoque licebit ab exemplis Gentilium. ex *Gloss* in *can. submittitur 8.* verbo *hæreticis dist. 21. Gloss.* in *can. tabernaculum 2. §. fecit Salomon.* verbo *si enim de cõsecrat. dist. 1.* in dicto quippe *can. submittitur 8.* qui est Nicolai Papæ. sic ille argumentatur: *Quod non solum à Catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum hæreticis.* vbi *Gloss.* arguit, quod ab exemplis Gentilium est argumentandum. ita Gregorius Mauritio Imperatori. in *can. sacerdotibus autem 41. §. ante eum 11. q. 1.* vt honorem Sacerdotibus Dei tribuendum probaret, sic loquitur argumentando ab exemplo Constantini Cæsaris, atque Gentilium: *Ante eum quippe Pagani in Republica Principes fuerunt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos, & lapideos colebant; & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, vt prædiximus principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui dijs ligneis, & lapideis seruiebant?* eodem modo, & ipse Gregorius Ianuario Episcopo Sardiniæ in *can. Quæsta est nobis 12. 11. q. 2.* qui sic infert: *Hoc autem vitium, &c. & prauam denuo consuetudinem nequaquam vsurpari permisimus: memores quia dum Abraham* (Genesis 23.) *à filijs Ephron, hoc est, à filijs Segor sepulchri terrã pretio ad humandum corpus coniugis postularet, pretium accipere renuit: ne commodum videretur de cadauere consecutus. Si ergo tanta considerationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere debemus?* nec diuersimode Augustinus in *can. non æstimemus. 19. § corpori autem eadem 11. q. 2.* argumentum est Augustini ab exemplo: *Et si hęc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt: quanto magis debent facere, qui credunt?* Quamuis autem argumentum hoc ab exemplo non semper sit tutum secundum *Gloss.* in *can. Gloria Episcopi 71.* verbo *oppenat. 12. q. 2.* doceatque Augustinus in *can. dixit Dominus ad Moysem 12. 14. q. 5.* qui sic loquitur. *Non hinc quisquam sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum* &c. ibique *Gloss.* verbo *exemplum.* oportet enim, quod exemplum sit correspondens facto, de quo agitur, vt rectè argumentum sedeat, ne à diuersis, & separatis inferre videamur.

Argumentum à sequela absurditatis per quàm optimè ducitur. *Gloss.* in *cap. dudum 14.* verbo *absurdum de præbendis, & dignitatib. lib. 6.* colligitur planè ex verbis Bonifacii VIII. ibidem: §. nos igitur. *Quia fortè absurdum sit tam lata nostra impediretur potestas.* deduciturque ex Innocentio Tertio Genuen. Archiepiscopo in *cap. quemadmodum 26.* circa medium de *Iure Iurando extrà.* illis verbis: *Quod est prorsus absurdum.* nec refugit Innocentius Papa in *can. deinde ponitur 3. §. quæro, & solicitus quæro distinct. 26.* illis & ipse verbis: *Quod cum ita sentire, ac iudicare absurdum est, quę (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate roborari? cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit.* sequiturque atque deducit Euerardus in loco ab *absurdo num. 1. Maceraten. variarum resolutionum lib. 2. cap. 32. num. 13.* Neque profectò dicendum, quod absurdum est. ex Caio in *l. nam absurdum 7. ff. de bonis libertorum. Nauar. cons. 29 num. 9. lib. 5. de Simonia.* Hoc autem quàm maxime vim obtinet argumentum ab vitando absurdo in materia statutorum. ex *Hieronymo de Federic. resolutionum criminalium resolut. 43. num. 7. & 8. post 2. volum. consiliorum Farinacij.* optime Augustinus in *can. nuptiarum bonum 41. § qui hoc dicũt. 27. q. 1.* sic dicens: Qui hoc dicunt, acute quidẽ mouentur; sed parum attendunt hanc argumentationem quanta rerum sequatur absurditas.

Ar-

Argumentum à non verisimili, firmum. Argumentatum ita fuisse Iustinianum Cæsarem innenimus in *l. si quando 35. C. de in officioso testamento*. Data quippe testamenti factione alicui, secundum leges concessa illa, atque induita videtur: *Neque credendum est* (Cæsar infert) *Romanum Principem, qui iura tuetur huiusmodi, verbo totam obseruationē testamentorum multis vigilijs ex cogitatam, atque inuentam, velle euerti*. Ita quoque à non verisimili argumētum deduxit magnus ille Vlpianus lib. 5. opinionum in *l. non est verisimile 23. ff. de eo, quod vi, metusque causa gestum est*. Quod sane argumentum inuersim procedit. deducitur ex Alexandro Tertio Decano Cassien in *cap. quia verisimile non est 10. de præsumptionib.* eodemquem modo à simili argumentum. *Rota apud Card. Manticam decis. 6. num. 2.* & in *Romana pensionis domus 1587. coram eodem Card. Mantica decis. 47. nu. 2 in fin. post 1. volum. consiliorum Farinac.* quę est eadem 6. in impressis apud eum. *Nauarrus cons. 38. Au per bullam nu. 2. lib. 5. de homicidio*.

Argumentum tamen à pari, siue à simili, non habet locum in materia præceptorum à iure positiuo manantium. Vnde non obligat superior per ea, quæ præciperet, si animaduerreret; sed per ea, quæ actu præcipit. *Suarez tom 3 disput. 80. art. 5 sectione 3. dub. 1. Naldus in summa* verbo *Eucharistia. nu 4. Aegidius de ConinK tom. 2. de censuris in genere dispu. 13. dub. 5. nu. 36.* dicens: Argumentum à pari in iure positiuo non probat.

Argumentum tamen à simili deficit dissimilitudine probata. ex *Gloss in l. Creditori 9.* verbo *venditio ff. de operis noui nunciatione. Abbas in cap consitutus 45. in 3. notabili de appellationib. Afflictus decis. 350. nu. 11.* Qualiscumque igitur, quæ intercesserit dissimilitudo, argumentum destruit. illudque destruit. ex Augustino in *can sic enim recedere 9. col. 3. § his de causis factum est. 28. q. 1.* qui verba infert sequentia: *Numquid etiam hic dixit: Ego dico non Dominus? Non sunt itaque ista similia.* ibique *Gloss.* verbo *numquid. in fin.* quæ sit adnotat. *Item est hic argmentum, quod non est argumentandum de consimilibus illis, inter quæ dissimilitudo attenditur*. deducitur ex Augustino in *cap. translato sacerdotio 3. de constitutionibus. Grauntius theoremate 1. num. 10. Euerardus in loco à simili in 4. limit. Corbier. de permut. beneficiorum cap. 5 nu 6. part 1. Gamma decis. Lusitan. 302. num. 5.* Quemadmodum neque stabit à simili argumentum, si ius diuersimode disponat in vno, atque alio casu. *Genuensis in praxi episcopali cap. 90. nu. 1. in fine*.

Argumentum quoque à pari, siue à simili, nec firmum perseuerabit in pœnis, atque in odiosis Neque porro pœnę, & odia propter vnū delictum ad aliud deriuari poterunt, atque protendi. secus tamen in his, quæ in fauorem dicta fuere. *Ioannes Azorius Institutionum moralium par. 1. lib. 2. c. 19. q. 11.* Quemadmodum neque in priuilegiis hoc à simili argumentū proficiet. est enim priuata lex priuilegium.

*Aegidius de ConinK tom. 2. de censuris disp. 17. dub. 7. n. 84.*

Argumētum à correlatiuis optimum. est enim ratio eadem, & ad correspondentiam relatiua dicuntur, quia vnum dicitur ad aliud: est Pater filii pater; & filius patris filius; seruus ad Dominum, Dominus vero ad seruum, nam est seruus Domini seruus. Aristoteles in prædicamento ad aliud. In vno proin se ex correlatiuis dispositum, & in suo correlatiuo dispositum quoque videtur. ex Iuliano Augusto in *l. legem Iuliam Miscellam 3. siue finali C. de indicta viduitate tollenda*. verba sunt Iuliani: *Legem Iuliam Miscellam quemmadmodum in feminis substulimus; ita & in masculis esse sublatam*. quia profecto correspectiui sunt termini. Idemque deducitur ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. per Aquilianam stipulationem 3. siue finali C. de acceptilationibus*. nec diuersimode ex Arcadio, & Honorio Imperatoribus in *l. vnica C. de cupressis lib. 11.* vbi pœna statuta in vendentibus, & in ementibus locum habere decernunt. sequitur *Nauarr. cons 63. nu. 3. lib. 5. de simonia* deduximus *respons.* nostra 36. *nu. 3. 4. & 5. part. 3.* vbi ampliauimus in pœnalibus quoque, si ratio sit vna, atque eadem. *& respons.* nostra 44. *nu. 66. part. 4.*

Argumentum à solito, & consueto recte ducitur, firmumque persistit. ex Vlpiano lib. 7. de officio Proconsulis in *l si cui crimen 7. § iisdem criminibus ff de acusationibus & ex Caio lib. 11. ad edictum in l. vel vniuersorum 12.* ibiq; *glos. 1. ff. de pignoratitia actione. Rota apud Card Seraphin. dec. 201. n. 8. & apud Duranum* Episcopū Vergellen *decis. 368. num. 17. part. 2.* Sicuti à solito recte probatur concussio. *Rota* apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 326. nu. 29.*

Argumentum à consuetudine patris familias perquàm optimè ducitur. ex Caio lib. 11. ad edictum Prouinciale in *l. vel vniuersorum 12. ff. de pignoratitia actione*. ibidemque *Gloss. 1.* quæ sic infert: *Item nota, quod presumptio ducitur ex consuetudine patris familias*. Ita quoque ex Iuliano lib. 22. ad Sabinum in *l. si seruus plurium 53. § fin ff de legatis primo.* qui sic infert: *Ante omnia patris familias consuetudo: deinde regionis, in qua versatus est, exquirenda est*. ibidemque *Gloss* verbo *consuetudo*. *Rota apud Card. Manticam decis. 84. num 4.* inferens quoque, ex consuetudine patris familias optimam desumi voluntatis eius interpretationem. *& decis. 268 nu. 4. Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ Gloss. 18. nu. 11.*

Argumentum per locum à præsumptione non incongruum. ex Vlpiano lib. 1. ad edictū Aediles Curulum in *l. quod si nolit 31. § qui mancipia vendunt ff. de adilitio edicto*. Verba damus Vlpiani, quæ sunt: *Præsumptum est enim, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamata: quosdam malos videri, qui ea natione sunt, quæ magis infamis est*. ita Vlpianus. vbi quoque *Gloss.* verbo, *non infamata* argumentū sumit; *Quia solet similis filius esse patri.* eundēque sensum elucidauit ibidem *Glossella* Marginalis.

ginalis. ita & ipsa dicens: *Hæc Gloss. iuncto tex. suo*, ibi. præsumptum. *notat; quòd argumentum sumptum per locum à præsumptione valet*. sic Glossella.

Argumentum à causa impulsiua, non satis æstimatur firmum. ex Vlpiano lib. 6. ad edictũ in *l. hunc Titulum* 1. §. *secundo loco* vers. *sexum quidem ff. de postulando*. reddens namque rationem, quare mulier postulare prohibeatur. à causa argumentatur impulsiua dicens: *Origo vero introducta est: Calphurniæ improbissima fœmina: quę inuerecundè postulans, & Magistratum inquietans, causam huic dedit edicto*. ita Vlpianus. Causa igitur fuit impulsiua mulieris huius improbitas: causa verò finalis. *ne contra pudicitiam sexui congruentem alienis causis se immisceant; nec virilibus officijs fungantur mulieres*. quod aduertit *Gloss.* ibidem verbo *causam*. est ergo firmum argumentum à causa deductum finali. sequiturque *Vincentius de Frãchis decis. 536 sub num. 24.*

Argumentum per locum à cõsequenti validũ. modo tamen de consequenti verè constet, & antecedens deducatur. ex Pomponio lib. 8. ad Quintum Mutium in *l. illud dubitari potest 76. ff. de acquirenda, vel amittenda hæreditate*. ex ratione, q. à ipse refert: *Verum* (inquiens) *eodem momento intelligor, & ex testamento, & legitimam repudiare: sicut si legitimam* (hæreditatem videlicet) *velim ad me pertinere, cùm sciam testamento mihi relictam: videbor ante repudiare testamentum, & ita legitimam acquisisse*. Quia nimirum vt *Bart.* ibi sem in summario docet: *Qui vult consequens, vult & antecedens. & Ad positionem consequentis sequitur positio antecedentis*. nec diuersimo sè deducitur ex Gordiano Cęsare in *l. si pro dote promissa* 2. *C. de dotis promissione*. ibique *Bald.* dicens. *Qui promittit vsuras dotis, videtur ipsam dotem promittere*. Quia dos est antecedens ad vsuras. notatur quoque ex Alexandro Tertio in *cap. ex parte C. mulieris. 9. de sponsalibus*. Exaudiendum tamen erit, cùm antecedens fuerit necessarium, & semper contingens: secus vbi antecedens non fuerit necessarium, nec semper contingens, tunc nempe nõ est sufficiens argumentatio, nec certa. *Couarruuias in relectione cap. Alma mater. §. 3. nu. 1. de sentẽtia excommunicationis in 6.*

Argumentum ab ordine litteræ non procedit, vbi ordo litteræ cum intentione non concurrit. ex *Bart. in l. cum pater 79. §. fidei hæredũ meorum ff. de legatis. 2. Rota apud Card. Seraphinum decis. 24. num. 2.*

Argumentum tamen ex ordine verborum rectè procedit. ita argumentatur Gregorius in *can. inter verba 55. in fin. 11. q. 3.* illius excipe verba: *Paulus quoque Apostolus admonet dicens*: (ad Romanos 12.) *Si fieri potest, quod ex vobis est, cùm omnibus hominibus pacem habentes.) Dicturus quippe: Cum omnibus hominibus pacem habẽtes) quia difficile esse perspexit; præmisit: si fieri potest*. inde *Gloss.* verbo *præmisit*. infert: *Ex ordine verborum argumentandum*. Hoc ipsum ex eodem Gregorio deducitur in *can. si rector. 1. dist. 43. in fin.* super verbis Apostoli (2. ad Timot. 4.) *Insta opportune, importune*. sequitur: *Dicturus importune, præmisit opportune: Quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit si habere importunitas opportunitatem nesciat*. & optime ibidem *Gloss.* verbo *præmisit*. ex ordine verborum esse argumentandum.

Argumentum à contrario sensu, non rectè semper ducitur; quia præsertim, quo ad formam argumẽtandi peccat, vitiosumque redditur, neque rectè ducitur. *Aegidius de Conink disputat. 18. dub. 9. conclus. 1. num. 81. vers. sed contra.* Neque profecto argumentum hoc expressa est iuris decisio; magis autem cõiectuta quædam. ex Iustiniano Cæsare in *l. apud antiquos* 21. §. *Cumque generalis regula. C. de furtis, & seruo corrupto*. ibique *Gloss.* verbo *coniecturam*. in illis verbis: *Quidam ita eam per coniecturã interpretati sunt*. quæ verbum *per coniecturam*. idest à cõtrario sẽsu. interpretatur. Est nempe quidam subauditus intellectus, non expressus. ex *Gloss.* ibidem. & *Bald.* & ex Seuero, & Antonino Augustis in *l. cum patrem familias 2. C. de conditionibus insertis*. ibique *Gloss. fin.* & *Bald.* in summario, qui dicit: Argumẽtum à contrario sensu non sumitur, vbi resultat prauus intellectus contra legem. nec diuertit *Glossella* Marginalis ibidem, quæ sic infert. *Nota Gloss. secundũ Bart. ad hoc, quod argumentum à contrario sensu est intellectus subauditus. intellectus subauditus, si est paruus, non est seruandus*. ita Glossella marginalis. meus *Maranta in speculo 3. part. principali nu. 92. Alexander cons. 7. in Consultatione præmissa col. fin. num. 16. vol. 5. Decianus cons. 10. num. 17. vol. 4.* Hanc ob causam in statutis, similibusque alijs constitutionibus à contrario sensu, ad correctionẽ potissimum Iuris comunis, non recte deducitur. ex *Bart. in l. omnes populi 9. q. 6. ff. de Iustitia, & Iure. Alexand. d. cons. 7.* sequitur *Rota* apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 297. nu. 5. cum sequentib.* Est vero firmum ad Iuris comunis dispositionem firmandam. ex Papiniano lib. 1. questionum in *l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est Iurisdictio*. Verba sunt Papiniani; *Huius rei firmissimum est argumentum: Quia lege Iulia de vi nominatim cauetur*. firmatque. *Gloss.* ibidem verbo *firmissimum*. sequiturque *Afflictus decis. 46. num. 3.* conciniteque Iustinianus Imperator in *l. discertis. 10. § sin verò aures quidem qui est finalis C. qui testamenta facere possunt*. illis verbis: *attamen si hunc peritum litterarum esse proponamus, nihil prohibet eum scribere hæc omnia facere*. vbi *Gloss.* verbo *peritum*. sic infert. *non ergo alias. argumento sumpto à contrario sensu*. ad confirmationem scilicet Iuris comunis. ex Vlpiano in *l. qui testamento hæres 20. §. mulier testimonium dicere ff. de testamentis, & qui testamenta facere possunt*. verba sunt Vlpiani: *Mulier testimonium dicere in testamento quidem non poterit. alias autem posse testem esse mulierem argumento est lex Iulia de adulteriis, quę adulterij damnatam, testem produci, vel dicere testimonium vetat*. ita Vlpianus. ibique *Gloss.* verbo

bo

bo *argumento est lex*. A contrario sensu. videlicet *in fine* inferens: *Et nota contrarium legis, pro lege accipi*. sequiturque *Rolandus à Valle cons. 05. num. 22. vol. 4.*

Inualidum autem argumentum hoc à contrario sensu erit; si contrarium eius, quod argumento deduci potest, vel statuto, vel Constitutione aliqua decretum appareat. ex Innocentio Tertio Abbati Sācti Andreæ *in cap. à nobis est sæpe quæsitum 28. §. nec obstat, quod Ecclesiæ. de sententia excomunicat extra. Abbas in cap. cum esses 10. nu. 24 circa medium de testamentis. Gloss.* celebris *in cap. significasti nobis 18.* verbo *Clerici tamen post med. vers.* sed ibi non habet locum argumentum à cōtrario sensu, cum alia iura contradicant. *de foro competenti. Nauar. in man cap. 17. nu 71. & num. 99. & cons 2. nu. 4. lib. 3. de decimis.* dicens: Argumentum à contrario sensu nihil valet ad probandum contrarium eius, quod alio iure statuitur. vt *Gloss.* putata singularis dicit in *Clement. 1.* verbo *facere de vsuris*. Sicuti etiam, si absonus iuri, vel Constitutioni, siue potius contrarius sequeretur intellectus ad notata in *cap. publicato 58.* ibidemque *gloss. de electione.* ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. quanto amplius 18. de vsuris.* illis verbis: *graues immoderatasque vsuras extorserint.* ibique *gloss* verbo *immoderatasque*. & facit textus Gregorij in *can qualis hinc quisque 4 dist. 25.* notant scribentes in *d. l. 1. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. Abbas in c. super eo 5. n 8.* per *glo.* ibidē verbo *terminari in fin. de appellationib. Gloss.* in *c. vnic. de ætate, & qualitate ordinandorum* in *glos fin.* & *gloss* in *Clement. 1.* verbo *obseruare circa fin. de sentent. excomunicat. Afflictus decis 314. nu. 3. Decianus cons. 32. nu. 14. vol. 4. & cons. 30 nu. 8. vol. 5. Petrus Caballus resolut. Criminalium centur 3. casu 228. nu. 4. Sanchez de matrimonio lib. 7. disput. 89. sub nu. 2. circa fin. Nauar. cons. 12. in 4 argumento lib. 5. de simonia.* Addens: Præsertim verò ad pœnam inferendam. namque tunc non rectè hoc ducitur argumentum. Vel etiam si ex hoc à contrario sumpto argumento, dispositorum destrueretur substantia. vt dictum fuit in *Imolen Bonorum 25. Maij 1617. coram Buratto decis. 477. num. 4. ad 8. Nauar. d. cons. 12. nu. 3. de simonia.* diximus plura referentes *respons.* nostra *68. à nu. 66 ad. 74. part. 3. Couarruuias variarum resolutionum lib. 3. cap. 14 nu. 81.* dicens non posse hoc deduci argumentum à contrario sensu ad correctionem iuris.

Neque præterea rectè hoc deducitur argumentum in Auctoritatibus Doctorum. Porrò, quòd eorum auctoritas non est necessaria. *Berous in cap. 1. colum. penult. sub nu. 272. vers. & ideo infertur de constitutionibus.* sequitur *Vincentius de Franchis decis. 87. sub nu. 16.*

Bene quidem valere hoc potest argumentū in contractibus. veluti in promptu est Papinianus lib. 4. responsorum in *l. inter socrum 26. §. cum inter patrem puellæ ff. de pactis dotalibus.* verba proferimus eruditissimi IurisConsulti: *Cum inter patrem puellæ, & generum conuenit, vt in matrimonio sine liberis defuncta filia, dos patri restituatur: id actum inter contrahentes intelligi debeat, vt filijs superstitibus defuncta filia, dos retineatur.* Rationem reddit *gloss.* ibidē verbo. *id actum.* dicens: *Posito enim quid Iuris sit in vno de contrarijs, & in opposito quid Iuris sit, intelligitur.* Vel quia argumentum hoc accipi debet presse, ac strictè ad limites verborum. *Rota apud Card. Caualer. decis. 353. nu. 5.* diximus *d. respons. 68. nu 72. part. 3.*

Quemadmodum licitè poterit hoc desumi argumentum in correctorijs, quando alias noua dispositio nihil inferret. ex *Alexandro in l. Senium. 3. nu. 5. C. qui testamenta facere possunt, vel non.* ex Diocletiano, & Maximiano Augustis qui ita disponunt: *Senium quidem ætatis, vel ægritudinem corporis, sinceritatem mentis tenentibus testamenti factionem certum est non auferre.* Secus igitur erit, si mentis non teneant sinceritatem. vt puta si insanus quis fuerit. vt *gloss.* ibidem verbo *non auferre.*

Non tamen hoc firmum erit argumentum, si aliquod à sensu contrario colligatur, per quod in aliquod disponens delictum, vel pœnam daret. *Nauar. d. cons. 12 nu. 2. in 4. argumento de simonia.*

Poterit nihilominus firmitatem habere in vltimis voluntatibus. ex Caio lib. singulari de casibus in *l. aliquando accidit 106 in fin ff de conditionibus, & demonstrationibus*: illis verbis rationem inferens. *Quia sub contraria conditione datum intelligitur.* sequitur *Parisius cons. 63. nu. 30. vol. 2.*

Ars, & natura nihil frustra faciunt, & operantur. ex Philosopho. sequitur *Cassanens cons. 1. in 2. part. n. 8.* allegat ipse textum Pomponij lib. 10. ad Sabinum in *l. qui bis idem promittit 18 ff de verborum obligationibus. Iason in l. si constante matrimonio 25. nu. 14. in fine ff. soluto matrimonio.*

Ars naturam imitatur. ex Iustiniano Cesare *§. minorem Institutionibus de adoptionibus.* Is de adoptione loquens infert hoc modo rationem: *Adoptio enim naturam imitatur. Quia qui alium adoptat, adoptatum plena pubertate præcedere debet. merito naturam imitatur.* dixit quoque *Nauarrus cons. 4. sub num. 1. lib. 4. de cognatione spirituali.* & Gregorius Papa Venerio Calaritano Episcopo in *can. fraternitatis vestræ 1. in finalibus verbis 35. q. 10.* sic infert: *fit idem in metallis: hoc etiam in liquoribus: probat etiam in coloribus pictor, qui sequitur arte naturā, colores admiscendo, ex visibilibus fucis corpora fingens.* Ars igitur naturam imitatur. sequiturque *Oldradus cons. 74. an Alchimista peccet. in fin. vers. Cum ergo ars imitetur naturam.* Vnde Ioannes 22. in *extrauaganti spondent. vnica circa finem de crimine falsi. inter comunes. Artis excedant metas.* dixit, de iis, qui aurum, & argentum alchimicum pro bono vendunt: quod prohibet.

Arma Ecclesiæ spiritualia sunt, non carnalia. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap. dilecto filio 6. de sententia excomunicationis in 6.*

Arma non sunt sumenda de Domo rei. *Rota apud*

pud Cardin. Seraphinum decis. 90. num. 3. rma sacerdotum lachrimę sunt. S. Ambrosius nectaream ambrosiam ore proferens in can. conuenior 21. §. quid ergo turbamini. 23. q. 8. ita verba facit: *lachrimę meæ mea arma sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nõ debeo, nec possum resistere.*

Arrogantia fugienda, quia ipsa est ruina diaboli. Gratianus in *summa* in fine *dist* 48. super verbis illis Apostoli (1. ad Timoth. 3.) *Nõ neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli.* sic ipse infert: *Causa autem huius prohibitionis est, secundum Apostolum, ne elatus in superbiam, tamquam religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli.* & paulo post. *In arrogantiam (quæ est ruina diaboli) incidunt, qui puncto horæ, ne dum discipuli, fiunt Magistri: & sicut Innocentius ait: Miserum est eum fieri magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus.* quod Innocētii dictum ad Aurelium Carthaginensem Episcopum est in *can. Miserum est. 4. dist. 61.* nec diuersimode Cœlestinus Papa Episcopis Galliarum in *can. ordinatos 4. siue finali dist. 59.* rationem reddens: *Debet enim ante esse discipulus, qui Doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit.*

Asserendum non est, quod nec textus, nec ratio euidens probat: *Nam, quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuẽtione non est præsumendum.* Vt Stephanus Papa V. effatur in *can. consuluisti 20. 2. q. 5. Nauar. manuali capit. 11. num. 2. vers. 3. dicimus. Nec à nobis definiendum est, quod nec canon, neque lex aliqua definiuit.* ex Augustino in *can. quid si dormierit vir eius 13. alias finali. 31. q. 1.* qui sequẽtibus eloquitur: *Non dicit primus, nec secũdus, nec quotus, nec nobis definiendum est, quod non definiuit Apostolus.* ibique *Gloss.* verbo *nec nobis.* nec dimittit Glossella marginalis ibidem. quin prosequitur ipsa: Canone non definiente, definire non licet. perpenditque Augustinus in *can. liquido apparet 54. §. Namque saluator. de consecrat. dist. 2.* ibidemque *Gloss.* verbo seruaret.

Assidue fieri dicitur, quod horis competentibus fit. *Gloss.* in *can. de quibusdam 11.* verbo *assidua dist. 37.*

Astrologia iudiciaria est omnino prohibita. Est enim superstitionis genus, atque perniciosæ, & hi vocantur Mathematici. *Nã et ipsi, quam. uis veram stellarum positionem, cùm quisque nascitur, consectentur: & aliquando etiam peruestigent: tamen, quod inde conantur vel actiones nostras, vel actionum euenta prædicere, nimis errant, & vendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem.* Verba sunt Augustini de doctrina Christiana in *can. illud quod est. 6. §. neque illo ab hoc genere 26. q. 2.* Astrologia Iudiciaria prohibita quoque est Iure nouissimo per constitutionem S. memoriæ Sixti V. videndus proinde Quaranta in summa Bullarum verbo Astrologia Iudiciaria.

Astronomia reprehendenda non est in his, quæ ad segetes, & corpora spectant curãda. Nã in Cõcilio Martini Papæ in *can. non liceat Christianis. 3. 26. q. 5.* tenere traditiones gẽtiliũ & obseruare, vel colere elementa, aut lunę, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda. aut ꝓpter segetes, vel arbores plantandas, & coniugia socianda. Astronomia tamen, vt sic, sine vanis obseruationibus minime prohibetur: vt *Gloss.* ibidem verbo *propter segetes* aduertit. verba damus Glossę: *Numquid ergo hic reprahendi tur astronomia? numquid per ventos, & dispositiones lunę licitum est rusticis considerare tẽpus seminandi. & medicis tempora potionum & minutionum? Certe hęc non reprobantur. sed illi reprobantur, qui credunt in esse necessitatem superioribus: Vnde non est dicendum, quod superiora sint causa rerum, licet sint signa rerum.* ita Gloss. Vanæ verò obseruationes per dies, & annos, atque per auguria, & diuinationes prohibentur. sequiturque pluribus Augustinus in *can. non obseruetis dies. 16. 26. q. 7.* videndus Caietanus in *summa* verbo *Astrorum obseruatio, siue obseruatio astrorum, an, & quando sit vitiosa? S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 5. Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 4. cap. 15.* ibique *Victorellus* Addens.

Atramenti immutatio, & calami, non semper scripturæ falsitatem arguunt. ex Iustiniano Cæsare §. 1. *circa finem in Authentico de instrumentorum cautela, & fide. collat. 6.*

Attentare quis alterius dicitur pudicitiam, eùm id agit, vt ex pudico fiat impudicus. ex Paulo lib. 55. ad Edictum in *l. attentari 10.* & per Vlpianum lib. 57. ad Edictum in *l. sed est quæstionis 9. §. si quis tam fœmina. ff. de iniuris, & famosis libellis.* quas leges inter sacros canones retulit Gratianus in *can. si quis tam fœminam 12. de pœnitentia dist. 1.* Attentatio verò sine actu non fit. quam ob causam. si quis ne dum rapere, sed attentare sacras Virgines ausus fuerit, capitali, pœna feritur. ex Iustiniano Cæsare in *l. si quis non dicam rapere* ∫. *C. de Episcopis, & Clericis.* redacta per Gratianum inter sacratissimos canones in *can. si quis non dicam rapere 6. de pœnitentia dist. 1.* ibique *Gloss.* verbo *sed attentare.*

Auaritia radix est malorum omnium. 1. *ad Timot. 6. 10.* Namque mens auari semel vinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum videt, semper redditus computat; gratiùs aurum intuetur, quàm solem; ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominum, aurum quærit, Ambrosius verba facit in *can. sicut 13. 8. dist. 47.* Inde Cœcitas nuncupatur à Gregorio X. in Concilio Lugdunen in *cap. auaritiæ cæcitas 5. de electione in 6.* & Ioannes 22. in *extrauagãti prodiẽs. vnica* post principiũ *de crimine falsi*: auaros Dei timorem dãnabilĩ cęcitate postponere, dixit. Nam Idolorũ seruitus ab Apostolo ad *Coloss.* 3. 6. agnoscitur. sequiturque Alexander III. in *c. Auaritiæ 10. de præbendis extra.* Quia nimirum Auaritia excæcat homines. vt idem dixit Ioannes 22. in *extrauaganti execrabilis, vnica §. porro quia quorundam oculos. de præbendis, & dignitatibus.* ibique *Gloss.* verbo *excæcauit.* quæ ad rem notat: *Auarum dici cæcum, quia nõ habet oculos interioris intentionis ad Deum.* & Glossella Marginalis-

ginalis ibidem adnotans: *Auarus quilibet cæcus est.* Rationem reddit *Gloss.* in dicto *cap. auaritiæ cæcitas.* 5. *de electione in* 6. verbo *cæcitas.* in Additionibus ex Philosopho: Quia profectò possessio diuitiarum est in distribuendo: Auarus autem hoc non faciendo, non videt fructum diuitiarum. est ergo Cæcus. suprà modum proinde (ab Ecclesiasticis præsertim) vitanda Auaritia erit. ex sacrosancta Tridentina Synodo *sess.* 21. *cap.* 1. *de reformatione.* & *sess.* 26. *cap.* 14. eadem materia reformationis. & *sess.* 22. *in cap. de obseruandis in sacrificio Missæ.* referens locum Pauli *ad Colossenses* 3. 6. qui Colossenses exortabatur vt mortificarent membra sua, inferens: *Et auaritiam, quæ est simulacrorum seruitus.* sequiturque Gregorius ad Theodoricum Regem in *can. cum omnis auaritia idolorum sit seruitus.* 20. 1. q. 1. Rationem reddit *Gloss.* ibidem. Quia tamquam Deo exhibet auarus Nummo reuerentiam. quam ob causam Auaritiam Idololatriam vocat Augustinus in *can. Idololatria* 5. 28. *q.* 1. qui hoc argumentatur pacto; *Si infidelitas fornicatio est: & Idololatria infidelitas, & Auaritia idololatria; non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse.* quod argumentum sic format *Gloss.* ibidem verbo *Auaritia*: Auaritia est Idololatria. & Idololatria infidelitas. & infidelitas est fornicatio. ergo auaritia est fornicatio. Idololatriam quoque nuncupauit Auaritiam Vrbanus Papa II. in *can. saluator* 8. §. *quisquis igitur.* 1. *q.* 3. nec diuersimode Augustinus in *can. quæro ergo* 21. 6 *q.* 2. qui nedum auaritiam idololatriam vocat, verum hæresim. illis verbis: *Auarus cum scientia, vincit in scelere hæreticum ignorantem.* Est enim Auarus idolorum Cultor. quia cultum Deo debitum, Nummo impēdit. Ergo idololatra. ergo infidelis. credit propterea Auro Cultum deberi. Hæreticus proinde. ex Gratiano in *summa.* §. *sicut enim* 26. *q.* 5. ita est hoc pessimum crimen Auaritia, vt virtutes omnes destruat. Rationem ex Augustino excipe in *can. consideret* 1. §. *Etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium. de pœnitent. dist.* 1. qui sic illam infert: *Nam si quis cadit in auaritiam; largitatem destruit; & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ, vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret.* Iure quam meritissimo proinde Innocentius II. in Synodo Romana in *can. si quis præbendas* 15. 1. *q.* 3. execrabilem ardorem Auaritiæ nuncupauit. illis verbis: *interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparauerit.*

Auaritiam propterea sacerdotum carpit Hieronymus de septem ordinibus Ecclesiæ loquens in can. *Diaconi sunt.* 23. §. *hinc propter sacerdotum auaritiam dist.* 93. sic inferens: *Hinc propter sacerdotum Auaritiam odia consurgunt: hinc Episcopi accusantur à clericis: hinc principū lites; hinc detractionis causa: hinc origo criminis.* Auaritia ergo radix est malorum omnium. Detestanda proinde. Hanc ob causam Auaritia remouet ad Episcopatum promouendum, si ex auaritia in dando tenax fuerit. ita Gregorius Magnus Ioanni Episcopo in *can. Archidiaconum florentinum* 1. *dist.* 85. qui Archidiaconum prædictum in Episcopum electū, remoueri mandauit, quamuis scripturæ sacræ scientiam haberet, quod ita illum tenacem exislere acceperat, *vt in domo eius amicus ad charitatem nunquam introeat* quo loco *Gloss.* verbo *ita tenacem* notat: quod auaritia impedit promouendum. plene Gratianus in *summa. dist.* 42. & Ioannes Chrysostomus in *can. quiescamus* 2. *ead. dist.* 42.

Auarus nemo quærit compossessorem. vt Augustinus docet epist. 50. ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obijciunt* 3. 23. *q* 7. verba sunt Augustini: *Quis auarus quærit compossessorem?* Ratio est, quia Auaro totus mundus obolus est. & semper Auarus eget vt *Gloss.* loquitur in *can. sicut ij, qui per insaniam* 8. qui est Ambrosii verbo *satietas dist.* 47. inferens & illud:

*Aeris seruus eris, si te species trahat æris.*

Conciniteque cum illo Salomonis (Prouerbiorum 17.) *Fidelis hominis totus mūdus diuitiæ sunt: infedeli autem nec obolus.* sequiturque Augustinus in *can. quid dicam de vsuris* 11. 14. *q.* 4.

Auari mens semel vinculis cupiditatis astricta semper aurum, semper argentum videt, semper redditus computat: gratius aurum intuetur, quàm solem, ipsa eius oratio & supplicatio ad Dominum, aurum quærit. Ambrosius fatur in *can. sicut ij, qui per insaniam* 8. *in principio dist.* 47.

Auari, cupidique omnes Giezi lepram cum diuitijs suis possident; & mala quæsita mercede, non tam patrimonium facultatum, quam thesaurum criminum congregarunt æterno supplicio, & breui fructu. ita Ambrosius in *can. cito turpem* 16. *in fine* 1. *q.* 1.

Auctoritas Maioris excusat. ex Ancyrana Synodo in *can. diaconi quicumque* 8. *dist.* 28. & ex Gregorio ad Constantiam Augustam in *can. Salonitanæ Ciuitatis Episcopus* 24. ibique *gloss.* verbo *iussissent dist.* 63. & ex Augustino in *can. Dixit Dominus* 12. 14. *q.* 5. *Glos.* in *can. de rebus, quæ* 22. 12. *q.* 2. verbo *vt prius.* dicens, quòd auctoritas maioris excusat. ex illo textu, qui est Nicolai Papæ illis verbis: *Ipse sit princeps pro emendatione redarguendus.* Nō ille, qui eius auctoritate accepit. vt ex Hugone *Glosella* Marginalis ibidem adnotat. Non tamen semper.

Auctoritas sacrorum canonum maior est auctoritate sacrorum Doctorum, Hieronymi, Augustini, & aliorum. ex Leone IIII. in *can. de libellis* 1. *dist.* 20. In Iudicando videlicet. ex *gloss.* ibidem verbo *aliorum*. Rationem refert ibidem Leo. & explicitius Hormisda Papa omnibus Episcopis per Vniuersas Prouincias constitutis in *can. si ille, qui vltro* 58. *in fin. dist.* 50. qui sic infert rationem. *Quia* (inquiēs) *quidquid contrà illorum* (sacrorum canonum scilicet) *definitionem* (*in quibus Spiritum sanctū credimus loquutum*) *dictum fuerit, recipere non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.* ita Hormisda & Leo in *d. can. de libellis* ita concludit: *Quam ob causam luculentiùs, & magna voce pronunciare non timeo. quia, qui illa,*

quæ diximus. Sanctorum Patrum statuta, quę apud nos canonum nomine prætitulantur; (siue sit ille Episcopus siue Clericus, siue laicus) non indifferenter recipere conuincitur; nec catholicam, & Apostolicam fidem, nec sancta quatuor Euangelia, vtiliter, & efficaciter ad effectum suum retinere, vel credere probatur. ita Leo Papa. Quis igitur contradixerit?

Auctoritas alicuius viri Docti excusat à peccato, etiam si erret. vt tradit Panormitanus comuniter receptus in capitulo. Cappellanus tuus 4. per illum textum in fin. ibique Gloss. finalis extrà de ferijs. Nauar. cons. 29. num. 3. & cons. 66. num. 1. lib. 5. de simonia. Rota in Aretina confidentia 1595. coram Litta decis. 101. num. 3. ibique Centolinus Addens post. 1. volum. consiliorum Farinacii. Ambrosinus decis. Perus. 36. nu. 12. part. 2. Qui enim honesto viro fidem præstat in his, quæ ad eius officium spectant, in dolo esse non videtur. Gloss. est singularis in l. Titio fundus 72. verbo actiones in fin. ff. de conditionibus, & demonstrationibus. ita loquitur Glossa: Respond. Promisit se canturum; & erat homo, cui videbatur credendum. quemadmodũ Papinianus lib. singulari de adulteriis in l. miles, qui 11. §. mulier cum absentem virum ff. ad legem Iuliam de adulteriis. de muliere loquens, quæ cum absentem virum defunctum esse audiuisset, alteri se coniunxit, num pœnam mereatur? sic infert: Nam si longo tempore trãsacto, sine vllius stupri probatione falsis rumoribus inducta, quasi soluta priori vinculo, legitimis nuptiis secundis iuncta est; quod verisimile est, deceptam eam fuisse, nihil vindicta dignum videri potest. notatque ibidem Bart: Fama (dicens) excusat à dolo. & non excusabit probati Doctoris auctoritas? notat Decianus cons. 29. lib. 1. num. 1. sequiturque Gloss. in capit. cupientes. 16. qui est Nicolai Tertii. paulò post principium de electione in 6. illis verbis: vel post obtentam de ipsorum electione notitiam. verbo notitiam. sic infert: certam, & indubitatam; puta quia ibi præsens fuit: erat forte Canonicus: vel homines fide digni referẽdo pro certo sic esse. sequiturque Glossella marginalis Fontanæ ibidem ex Philippo. & Gloss in d. l. Titio fundus 72. ff de conditionibus, & demostrationibus. suffragatur igitur probati viri auctoritas vt à peccato, à dolo quis excusetur. consequenterque à pœna. videndus Card. Tuscus tom. 1 littera A. argumentum ab auctoritate Doctorum. Andreas de Isernia in præludiis feudorum in 6. quæst. num. 47.

Auctoritates Doctorum aliarum scientiarum in decisionibus causarum iurè allegantur. statur enim illis in his, quæ ad eorum artem pertinent. sicut Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. in can. ne tales accipiamus cibos 29. de consecrat. dist. 5. & Hippocratẽ in Aphorismis. & Galenum virum doctissimum Hippocratis interpretem allegauit. sequitur Andreas de Isernia in prœludijs feudorum quęst. 6. nu. 47.

Auctor vbi damnatur, eius scripta quoque damnata censentur. ex Gregorio Anastasio Antiocheno in cap. fraternitatis tuæ 4. de hæretici extrà. ibique gloss. verbo Cælestius atque Pelagius. ex Stephano Papa in can. nullus anathematizatorum 6. 3. q. 4. & ex Isidoro in can. canones, qui dicuntur 1. dist. 16. Innocentius Tertius in Concilio Generali in cap. damnamus 2. §. fin. ibique gloss. verbo Florensi monasterio de summa Trinitate, & fide catholica extra. Damnat enim ibi Innocentius Papa librum, quem Abbas Ioachim contra Petrum Lambertum de vnitate, seu essentia Trinitatis scripserat, quod eum hæreticum, & insanum appellarit. vt ibi.

Audientiam roganti negari non oportet. ita ex Concilio Sardicensi in can. si Episcopus quis forte iracundus 4. 11. q. 3. rationem sic reddit Concilium. Quia non oportet ei negari audientiam roganti.

Audiat Deus, si vos surdi estis. Audiant Angeli, si vos contemnitis. ita verbis & admonitione contestatur Augustinus in can. audite charissimi 6. dist. 34.

Auditus, aut obtut⁹ sacris mysterijs deputati, turpium speculatorum, atque verborum cõtagione pollui non debent. quam ob causam nec cœtibus misceri debent vbi amatoria cantantur, & turpia, aut obscęni motus corporum, choreis, aut saltationibus efferuntur. ne auditus, aut obtutus sacris mysterijs deputati turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur. ex Concilio Agathensi in can. presbyteri, diaconi, subdiaconi 19. distinct. 34.

Auferes malum de medio tui. dixit ad Moysen Dominus Deus. & ille ad populum. Deuteronomij 13. 5 in fin Quia nimirum diffugere debemus omnes, qui nos ad malum trahunt, vnde Deum omnipotentẽ offendamus. vti Gregorius ad Bonifacium scribens in can. viduas à proposito discedentes. 2. § si virgenes dum velata in fin. 27. q. 1. de uiduis loquens, quæ propositum deseruere, dixit: De talibus enim (inquiens) & Dominus per Moysen loquitur (Deurorono m. 13.) dicens: Auferte malum de medio vestri. de quibus. & per Prophetam ait (ps. 57.) Lętabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris. De talibus namque, & eorum similibus, atque eisdem consentientibus, dicitur. (ad Roman. 1.) Quia non solùm qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus, rei sunt. ita Gregorius.

Augustinus Valerio Episcopo Hypponensi adiutor datus fuit: ex Epistola Paulini ad Romanianum in can. non autem tantum. 11. & ex Gratiano in can. nihil contra ordinis statutum 16. §. ecce quod Episcopo 7. q. 1.

Augustinus quamuis Episcopus: & Episcopatus maior sit presbyterio; in multis tamen Hieronymo minor est. ipsum Augustinum de se dicentem in can quamquam 34. 2. q. 7. in medium afferimus: Quamquam secũdum honorum vocabula, quæ iam Ecclesię vsus obtinuit; Episcopatus maior presbyterio sis; tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est. ita ipse ad Hieronymu epist. 19. prope finem vbi gloss. verbo. Augustinus in fin. sic infert: Et cum Hierony-

*ronymus fuerit presbyter Cardinalis*, pater quod *quilibet Episcopus maior est presbytero Cardinali*. Dignitate scilicet respectu ordinis Episcopalis. vnde Episcopi dicuntur summi sacerdotes. adnotat ibidē *glossella* marginalis. Augustinus à Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam*. 33. *in fine*. 24. *q*. 1. Præclarissimus Doctor Ecclesiæ nuncupatur. *Audite* (inquiens) *quid in quodam opere suo* (de Augustino loquens) *præclarissimus Doctor dicat Ecclesia*. & in prima actione quintæ synodi io *can. sane profertur à quibusdam* 6. *in fine* §. *Sancta synodus dixit* 24. *q*. 2. ita de Augustino loquuta fuit: *Sancta synodus dixit: Augustini Sanctæ memoria, qui inter Africanos Episcopus splenduit, diuersa epistola recitata sunt, &c.*

Aurem cito criminibus ne præbeas, ne reus esse velis. ex octaua synodo in *can. non solum* 77. 11. *q*. 3. Sanctam audi Synodum: *Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert; sed & is, qui aurem cito criminibus prabet*. non facile proinde credenda, quę contra dicūtur alios. ex Gregorio Ioanni Episcopo Panormitano in *can. si quid vero* 23. *dist*. 86. illis verbis; *facile non credas*. vbi Gloss. de iudice præsertim exaudit. & ex eodem Gregorio Constantio Mediolanen Episcopo in *can. in tuictn* 52 *eadem* 11. *q*. 3. de maledicis prætertim loqueos, ne facile eis credatur.

Aures pręscindendæ essent eis, qui malè intelligunt verba Magistri. *gloss.* loquitur in *can. vino inebriantur* 4. qoi est Hieronymi in principio verbo *intelligunt*. *dist*. 37. deducitque satis concinne Ambrosius in *can. si Petrus volens* 27. 24. *q*. 1. de Petro, qui aurem præcidit, loquens: *si Petrus* (inquiens) *volens percussit aurem, docuit, quòd aurem habere in specie non deberent, quam in ministerio non haberent*.

Aureolam ex *Gloss. finali in fine in cap. causam matrimonii, quæ inter V. iuuenem* 14 *fine penultimo de probationibus*. quæ versus refert:

*Aureolam Virgo, Martyr, fideique Magister.*
*Præter communem dicuntur habere coronam.*

Verùm aureolā illæ non habebunt virgines, quæ etiam vi, absque voluntate oppressę fuere. ex Hieronymo ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis* 11. § *Caue quæso, ne quando de te dicatur*. 32. *q*. 5. verbis edicente: *Audacter loquor: Cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. valet quidem liberare de pœna; sed non vult coronare corruptam*. vbi *Gloss* verbo *suscitare in fine* esponens illud: *non potest*: subsequitur: *id est non congruit eius potentia, vt aureola coronet corruptas*. confirmatur ex Gratiano in *can qui viderit mulierem ad concupiscendū eam*. 13. *eadem* 32. *q*. 5. §. *quamuis autem violenter oppressę, pudicitiam non amiserint: incontaminatis tamen se non audeant exequare Virginibus*. probat vero id ex Leone Papa ad Episcopos Africæ. in *can. illa autem famula Dei* 24. *eadem* 32. *q*. 1. Leonē excipe: *Illa autem famulę Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbarica predidere, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia sua; si se incontaminatis non audeant comparare virginibus*. vbi *Gloss.* verbo *cōparare* addit: *ex toto. vt velint consecrari inter virgines. vel vt habeant aureolam*. quæ ergo violenter, & sine voluntate corruptæ sunt aureolam non habebunt ex dictis Glossæ verbis. vere enim virginitatem non habent materialiter. pertractat *S. Thomàs quodlibeto* 5. *art*. 3. vtrum Deus possit Virginem corruptam reparare? & dicit: non posse Deum Virginem post ruinam reparare. *Non enim potest facere, vt iam ea, quæ est cognita à viro, non fuerit cognita; sicut & nec de aliquo, quod factum est, potest facere, quod factum non fuerit. Potentia enim Dei se extendit ad totum ens. vnde solum id à Dei potentia excluditur, quod repugnat rationi entis*. ita Diuus Thomas. strictè quidem loquendo de laureola ex *Hieronymo Columbo de Hierarchia Angelica & humana lib*. 8. *cap*. 31. *num*. 7. Vnde etiam dixit *Nauarrus de finibus humanorum actuum num*. 44. *vers. Quinto quod Sanctus Thomas quodlibeto* 3. *art*. 12. *concludit*. inferens: *non quæri in cœlo laureolam doctoralem prædicanti benè ob gloriam*. verum *S. Thomas quodlibeto* 2. *art*. 12. tractat articulum: *vtrum sit peccatum prædicatori, habere oculum ad temporalia?*

Aurum æquè verum est in archa furis, sicut in thesauris Regis: sed à fure, quia illicitè habetur, illicite datur, & accipitur: à Rege autem licitè habetur, licitè datur, & accipitur. Ideo ipse fur, & comunicator furti (nisi forte de conscientia furti se purgauerit) vt perhibet Gelasius ad Anastasium Imperatorem, vterque iuste, & dignè damnabitur. verbis loquitur Gratianus in *can. quod quidam* 97. qui est Augustini. §. *Item aurū æquè*. 1. *q*. 1.

Aurum custodiendum nihil adiuuat. Vnde aurū Ecclesia habet, non, vt seruet; sed, vt eroget, & subueniat in necessitatibus: Ambrosius in *can. aurum* 70. *in principio* 12. *q*. 2.

Aurum qui dat, vt sacra recipiat, animā perdit. de simonia Ambrosius loquitur in *can. cum ordinaretur*. 14. 1. *q*. 1. Aurea sane eius sunt verba. damus proinde: *Cum ordinaretur Episcopus, quod dedit, aurum fuit; quod perdidit, anima fuit: Cùm alium ordinaret, quod accepit, pecunia fuit, quod dedit lepra fuit*. allusit per belle facto Giezi. (4. *Regum* 5.) qui pecuniam à Naaman Syro à Lepra mundato, accepit. quam ille vero depofuerat, lepra eidem adhesit. dixitq; e idem Ambrosius in *can. cito turpem sequitur lepra* 16. *eadem* 1. *q*. 1.

Auri profanus amor, à Gregorio nuncupatur. in *can. fertur Simoniaca hæresis*. 28. §. *hinc igitur*. 1. *q* 1. ipse namque Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum scribens, eosque admonens, quòd sacerdotii honorem per præmium episcopi obtinerent illis in partibus. sic infert: *Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per præmium?* & Paulò post: *Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur; restat, vt nihil sibi in Ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil defendat industria, sed totum Auri profanus amor obtineat*. ita Gregorius. Quanti igitur damni infert Auri profanus amor. *Vulnerato namque*

*que pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam?* vt idem ibidem subnectit.

Austeritatis nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem. verba sunt ex Concilio Bracharensi 3. cap. 6. in *can. Beatus Apostolus* 8. *in fin. dist.* 45. sic inferente, persuadẽdo Episcopis, vt cum cautela repræhendant subiectos: *Ne dum incautè subditamina percutit mẽbra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerẽtiam subtrahat: iuxta illud, quod quidam sapiens dixit: leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem.* sequiturque *Gloss.* in *cap. humilis doctrina* 17. *alias fin.* in *Gloss.* 1. *de maioritate, & obedientia.*

B



Balneas intrare lauãdi causa, & necessitatis, neq; etiã religiosis improbatur. Sicuti de Sancto Ioanne Euangelista, quod Balneas ingressus lauandi gratia, viso ibi Cherinto hæretico, qui etiã ad lauacrum accesserat, illotus abierit, dicens: *Fugiamus hinc, ne & balneę ipsæ corruant, in quibus Cherinthus lauat, inimicus veritatis.* refert ex S. Martyre Polycarpo Smyrneorum Antistite, & Ioannis auditore, Beda relatus *can. omnis, qui recedit* 24. §. *Narrat enim de illo* 26. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *Balneas.* quæ sic infert: *Et ita etiam Religiosi possunt intrare balnea. quod intelligo in necessitate.* non propter voluptatem. *Glosella* marginalis ibidem addit. ex Gregorio dilectissimis ciuibus Romæ in *can. peruenit ad me* 22. §. *aliud quoque. de consecrat. dist.* 3. etiam die Dominico. vt ibidem ex Septima Synodo in *can. omnis iactantia, & ornatura corporis.* 1. 21. *quæst.* 4.

Balnearii, & ipsorum magistri, qui nudas mulieres per nudos ministros lauari mandant, & lauant, non sunt absoluendi, quacumque consuetudine, quæ corruptela est, non obstante. ex *Nauarro cons.* 7. *Quæritur primo n.* 1. *ad primum lib.* 5. *de pænitentijs & remissionibus.*

Balsamum quod pro chrysmate conficiendo necessarium est, de facultatibus Ecclesiæ emere episcopi debent. nihilque pro eo accipere. ex Concilio Cabilonensi tempore Caroli Magni in *can. statuimus, vt sicut.* 106. 1. *quęst.* 1.

Baptisma verum est, quamuis baptizans proferens verba ex ignorantia latinæ linguæ in grammatica erret, vt puta: Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spititu sãcta. modo tamen intentio recta sit, non errorem introducens, aut hæresim. ita Bonifacio Episcopo Zaccharias respondit Papa in *can. retulerunt nuncij tui* 86. *de consecratione dist.* 4.

Baptisma omnia dimittit peccata, tàm illud Originale contractum, quam illa, quæ voluntariè admissa sunt. ex Concilio Cartaginense 4. in *can. qui episcopus* 2. §. *quęrendum etiam ab eo distinct.* 23. Nam in Baptismate totum, quid quid in vetere homine gestum est, soluitur. dicit Innocentius Papa *can. deinde ponitur* 3. *post principium distint.* 26. & prima post naufragium, sicuti pœnitentia secũda post naufragium, tabula nuncupatur à Hieronymo in *can. secunda post naufragium.* 72. *de pænitentia dist.* 1. ibique *Gloss* 1. dicens: *prima tabula est Batismus, vbi purgatur vetus homo, & inducitur nouus.* ex Innocetio Papa Ruffo, & Eusebio, & cœteris Episcopis per Macedoniam in *can. deinde ponitur.* 3. §. *quis, oro, istud non videat. dist.* 20. dicente illo: *Sed obicitur, quod in baptismo totum, quid quid in vetere homine gestũ est, sit solutum.* vt paulo ante deduximus. peccata itaque omnia in baptismate dimittuntur.

Baptisma in nomine Christi datũ, sicut in nomine Trinitatis tenet, siue qui dederit fuerit Iudęus, siue paganus, siue Christianus, modo intenderint facere, quod sancta facit Ecclesia. verba Damus Nicolai Papæ ad consulta Bulgarorum in *can. à quodam Iudæo* 24. *de consecrat dist.* 4. sic enim Nicolaus: *A quodam Iudæo, nescitis, vtrum Christiano, an pagano, multos in patria vestra baptizatos asseritis, & quid de ijs sit agendum consultis: Hi profectò si in nomine sanctæ Trinitatis, vel tãtum in Christi nomine, sicuti in Actibus Apostolorum legimus, baptizati sunt (vnum quippè idem est, vt Sanctus exponit Ambrosius) constat eos non esse denuò baptizãdos.* ita Nicolaus Papa. Hoc autem tunc factum fuisse, vt in nomine Christi baptizarentur, vt Christi nomen dilataretur. innuit *Glossa* ibidem verbo *Trinitatis.*

Baptismus etiam ab hæreticis, & schismaticis in forma Ecclesiæ datus, est ratus. & quidem merito, quia cum baptismus ianua sit omniũ sacramentorum, satius est subito morituro, dum forte catholicus non inuenitur, ab hæretico baptismi sacramentum sumere, quàm in æternum perire. ex Gratiano in *can. præter hoc autem* 6. §. *hac de malis catholicis. dist.* 32. decreuitque Leo Papa ad Nicetam Aquilegiensem episcopum in *can. hi qui baptisum ab hęreticis acceperunt.* 51. 1. *q.* 1. tradit. n. regulam Leo dicens: *Et hanc regulam, vt scitis, seruandã omnibus Ecclesijs prædicamus; vt lauacrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente Apostolo (ad Ephes. 4.) vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma: cuius ablutio nulla iteratione temeranda est: sed, vt diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus inuocãda est, vt, quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur.* ita Leo. qui canon repetitus fuit in *can. hanc regulam.* 57. *eadem* 1. *q.* 1. ibique Gratianus in §. *nemo in hæresi, vel schismate constitutum &c.* secus verò si non in forma Ecclesię Baptismus datus fuerit. ex Concilio Nicæno in *can. si quis confugerit ad Ecclesiam.* 52. *eadem* 1. *q.* 1. non enim est tunc sacramentum, quia non in forma Ecclesiæ datum. quod enim mentem baptismus abluat, hoc ex fide est sacramenti. Dicente Augustino in *can. detrahe verbum* 54. *ead.* 1. *q.* 1. audias illum: *Vnde ista tã-*

*ta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur.* quippe *accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. Nam in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.* & definiuit Innocentius Tertius in Concilio generali in *cap.1. in fine §. sacramentum verò baptismi. de summa Trinitate, & fide catholica.* in formã Ecclesiæ à quocumque rite collatum proficit ad salutem. dicens.

Baptismus triplex, fluminis, flaminis, & sanguinis, id est, aquæ; & sanguinis; & contritionis. *Gloss.* ita inquit in *can. firmissime tene 3. 15. q. 1.* verbo *per baptismum.* qui canon est Augustini. verba sunt eius ad Petrum Diaconum; *Firmissime tene, & nullatenus dubites, exceptis illis, qui pro nomine Christi suo sanguine baptizãtur, nullum hominem accepturum vitam æternã, qui non hinc à malis fuerit per pœnitentiam, fidẽque, conuersus, & per sacramentum fidei, & pœnitentiæ, id est per baptismum liberatus.* ita Augustinus. qui etiam in *can. baptismi vicem 34 de consecratione dist. 4.* de baptismo loquitur sanguinis. implet enim sanguis effusus pro Christo vicem baptismatis. illum (quæso) excipe in *can. Cathecumenum 37. eadem dist 4. de consecrat.* parallello quippe martyrem baptizato comparat: *Baptizandus confitetur fidem suam coram Sacerdote, & interrogatus respondet. Hoc & Martyr coram persecutore facit, qui & confitetur fidem suam, & interrogatus respondet. Ille post confessionem vel aspergitur aqua, vel vel intingitur. Et hic vel aspergitur sanguine, vel contingitur igne.*

*Ille manus impositione Pontificis accipit Spiritũ sanctum: hic habitaculum efficitur Spiritus sancti, dum non est ipse qui loquitur, sed Spiritus Patris, qui loquitur in illo. Ille communicat Eucharistię in commemorationem mortis Domini: hic ipsi Christo commoritur. Ille confitetur se mundi actibus renunciaturum. hic ipse renunciat vitæ. Illi peccata omnia remittuntur: In isto extinguuntur.* Martyrium vero non est sacramentũ. neque flaminis, quia hic non confert gratiã ex operato. neque iste, neque ille constat ex materia, & forma. *Victoria de Sacramento Baptismatis q. 24.* videas quoque *Gloss.* in *cap. 2.* verbo *ab originali in fin. de presbytero non baptizato.*

In Baptismate tàm paruulis, quàm adultis confertur gratia informans, & virtutes, vt sacro approbante Concilio in Cõcilio Viennen declarauit Clemens V. in *Clementina fidei catholica. vnica § fin. de summa Trinitate, & fide catholica.*

Baptismus rite confertur etiam ab eo, qui non est baptizatus, modo intendat facere, quod sancta intendit Ecclesia. Isidorum excipe in *can. Romanus Pontifex 23. de consecrat dist. 4.* qui sic verba facit. *Romanus Pontifex non hominẽ indicat, qui baptizat: sed spiritum Dei subministrare gratiam baptismi licet paganus sit, qui baptizat.* diximusque antea ex Nicolao Papa in *can. à quodam Iudęo. 24. ead. dist. 4. de consecrat.* & idem dixerat prius Gratianus in *can. si quis per ignorantiam 59. §. sed Romanus Pontifex.* ex eodem Isidoro 1. *q. 1.* quamuis puer fuerit, doli tamen capax. vt ex Ecclesiastica historia de quibusdam pueris Alexandrinis, qui quendam Athanasium puerum Cathecumenum baptizauerant, refert idem Gratianus *can. Spiritus sanctus 58. §. Ecce quando eadem 1. q. 1.* etiam laicus in necessitatis articulo, ne quisquam sine remedio salutari de seculo euocetur. idem dicit Isidorus in *can. constat baptisma 19. in fin. ead de consecrat. dist. 4.* & ibidem ex Augustino in *can. in necessitate 21.* aliam quoque historiam refert Augustinus ad Fortunatum in *can sanctum est baptisma 36. ead. de consecrat. dist. 4.* Et etiam mulier, ne sine isto sacramento hanc vitam finiant homines. ex Concilio Carthaginense 4. in *can. mulier 20.* ibique Gratianus §. *nisi necessitate cogente. ead. de consecrat. dist. 4.* Rationem refert *Gloss.* in *can. caue Christiane 15.* verbo *alienam in fin. 28. quæst. 1.* Quia ianua omnium sacramentorum est baptismus. ex Gratiano in *can. propter hoc autem 6. §. verum principia harum dist. 32.* & *gloss.* in *can. peruenit ad nos. 30. q. 1.* verbo *pabulo.* post principium. & ipsa dicens:

Baptismus est ianua omnium sacramentorum. Cum ergo ianua non sit aperta, nullum sacramentum potest ingredi. Vide *Henirquez in sum. lib. 10. cap. 5. §. 2.* Hanc ob causam etiã ab hæretico (vt in superioribus quoque diximus) baptismus susceptus tenet, modo in nomine Trinitatis sanctissimę illum dederit, & siquidem Spiritum sanctum dare non possit hæreticus, quem non habet. Sicut enim per Schisma, & hæresim, quod acceperunt baptisma non amittunt; ita & dare possunt. *Quod si haberi foris potest: etiam dari cur non potest? Si dicis non rectè foris datur: respondemus; sicut non rectè foris habetur, & tamen habetur: sic non rectè foris datur & tamen datur.* verba sunt Augustini lib. 1. de baptismo contra Donatistas in *can. nullus autem illorum. 40. de consecrat. dist 4. & ibidem* Gregorius Quirino Episcopo, & cæteris in Ibernia Episcopis in *can. ab antiqua patrum 44.* sic itẽ decernit: *Ab antiqua Patrum institutione didicimus, vt qui apud hæresim in Trinitatis nomine baptizantur, cum ad sanctam Ecclesiam redeunt, aut vnctione Chrismatis, aut impositione manus, aut sola professione fidei ad sinum Matris Ecclesiæ reuocentur.* ita Gregorius. rationem reddit Augustinus contra Cresconium Grammaticum in *can. sicut inter bonos ministros 25. ead. dist. 4. de consecrat.* dicens: Et ideo *per ministros dispares Dei munus æquale est: quia non illorum, sed eius est.* Aliamq; reddit ipse rationem in *can. Ecclesia paradiso cõparatur. 45. eadem dist. 4. de consecr.* Comparans nãq; Ecclesiam paradiso terrestri, ex quo flumina de fonte Paradisi egrediebantur. *(Genesis 4.)* & irrigabant totam terram; sic demum infert: *Ita fit, vt cum paradisi aqua sit extra Paradisum, beatitudo tamen nõ sit extra paradisum. sic ergo baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam: munus autem beatæ vita non nisi intra Ecclesiam reperitur.* & can. sequenti *nunc autem 46.* ita quoque rationem in-

infert: *Non sicuti hęresis hæreticorum est.&c. sic etiam baptisma, quod Christi est, dici debet ipsorum.* & ipsemet deducit in *can. ostenditur illos* 32. *ead. dist.* 4. *de consecrat.* Quia baptismo Christi baptizatur. & vbicumque inuenitur, non hominum, sed Dei esse cognoscitur. ex eodem Augustino in *can. si quem forte* 40. 24. *quęst.* 1.

Baptismus in necessitate quocumque in loco conferri potest, siue in flumine, siue in mari, siue in fontibus. ex Victore Papa 13. à Petro, in primo decretali suo in *can. celebritatem sancti Paschę* 22. *de consecrat. dist.* 3. sicuti omni tempore debent baptizari, qui in necessitate sunt. ex Concilio Gerundenti in *can. de Cathecumenis* 25. & ex Leone Papa in *can. si qui necessitate mortis.* 16. *& canonibus sequentibus de consecrat. dist.* 4.

Baptismus Ioannis fuit in nomine venturi, scilicet Christi. non itaque verum baptisma fuit. Quia nimirum ab eo baptizati, rebaptizati fuere in nomine Christi. quoniam non Christi, sed Ioannis baptismus erat. Quod contrà, Baptismus à Iuda datus, verum erat baptisma, quia Christi baptismus erat. Augustinus in *can. dedit baptismum Iudas* 46. 1. *q.* 1. ibique late *Gloss.* verbo *baptismus.* Aliam rationem reddit *gloss.* in *can. ex quo instituta est circumcisio* 6. verbo *ad innouationem de consecrat. dist* 4. Quia Ioannis baptismus sacramentum non erat. Augustinus in *can. aliud est baptizare* 39. ibique *glos.* verbo *Ioannes.* & *can. non regenerabantur* 135. *de consecrat dist.* 4. sic nempe Augustinus. *Non regenerabantur, qui baptismo Ioannis baptizabãtur: sed quodam præcursorio illius ministerio, qui dicebat (parate viam Domini) huic vno, in quo renasci poterant, parabantur.*

Baptismus si conferatur cum debita solemnitate, verum secundum substantialitatem inualidè, ob defectum intentionis, vel etiam formę, debeant ne repeti ceremoniæ, dum ille secundo confertur? sunt qui ex *S. Antonino tit.* 14. *c.* 13. §. 12. affirmatiuè respondent: Quia baptismum non potest extra necessitatem sine ceremoniis cõferri. ex Sacro sancta Tridentina Synodo *sess.* 7. *de sacramentis in genere. can* 13. Verum negatiue respondendum est: ex Innocentio Tertio in *cap.* 1. *de sacramẽtis non iterandis extra.* ex ratione, quam in fine refert, dicens: *quod in talibus non est aliquid iterandum, sed caute supplendum, quod incautè fuerat prætermissum.* deduxitqua ex facto Alexandri Episcopi Alexandriæ, secundum Ecclesiasticam historiã, de quodam Athasio, qui à pueris dum luderent, Episcopum imitabantur baptizantẽ, cum esset cathecumenus baptizatus fuerat. nam, quæ defuerant suppleri mandauit, non iterum baptizari. Gratianus in *can. Spiritus sanctus* 58. §. *Ecce quando* 1. *q.* 1. nam respondit Alexander Episcopus: *Iterari baptismum non debere, sed adimpleri ea, quæ sacerdotibus mos est.* & hanc sequitur sententiam *Suarez disp.* 31. *sect.* 6. §. 7. *& Aegidius de Conink q.* 66. *art.* 9. *dub.* 1. *num.* 99. Quia licet hæ ceremoniæ sint propter baptismũ, vt honorificentius conferatur, institutæ, nõ tamen sunt absolutè necessarię de essentia sacramenti.

Baptismus, sicut & alia sacramenta, non debẽt pretio dari. *Quoniam quod* gratis accipimus, gratis dare mandamur. Gelasii determinatio est ad Episcopos per Lucaniam in *can. Baptizandis.* 99. 1. *q.* 1. Quid verò si nolit sacerdos baptizare, nisi detur pecunia, in necessitate præsertim? *Gloss.* ibidem verbo *moliantur.* aliorum refert opiniones. ipsa autem sic infert: *Ego tamen potius darem pecuniam, quàm eum sic dimitterem mori. & bene licet non deberẽ facere. arg. hic & infra ead. placuit.* ita Glos. Sũt enim duo canones. ex Concilio Bracharensi secundo in *can. placuit, vt nullus Episcoporum* 102. & *can. placuit vt vnusquisque* 103. *ead.* 1. *q.* 1. qui decernunt quidem, vt nihil accipiatur, cum gratis dari debeat; nihil verò, si pecunia detur petita, decernunt. redimit quippe tunc ille, qui dat, vexationem suam, & est simonia ex parte sua materialiter, non formaliter.

Baptizare se ipsum nemo potest. Quia distinctio esse debet inter baptizantem, & baptizatum, est enim Sacramentum regenerationis. Sicuti in generatione alius est, qui generat, & alius, qui generatur; ita alius est qui baptizatur, alius, qui baptizat. vt respõdit Innoc. III. Meten Episcopo de quodã Iudæo in *cap. debitum* 4. *de baptismo, & eius effectu.* subdens: *Quamuis si talis continuo decessisset, ad cœlestem patriam protinus euolasset, propter sacramenti fidem, & si nõ propter fidei sacramentum.* ita Innocentius. sequiturque *Gloss.* in *can. baptizandis* 99. verbo *moliantur* 1. *q.* 1. *Barbosa ad Sacrum Conciliũ Tridentinum in collectanea sess.* 21. *cap.* 1. *de comunione num.* 2. & ipse *de officio Parochi cap.* 20. *num.* 24.

Baptismus ianua est sacramentorum, vt diximus, si quis igitur non baptizatus ordinetur, ordinem non recipit. & est baptizandus, & iterum ordinandus. ex Isidoro *can. si quis per ignorantiam* 59. & *can. si presbyter* 60. 1. *q.* 1. qui canon est ex Concilio apud Compendium in *cap. si quis presbyter* 1. *de presbytero non baptizato.* ibidemque Innocentius Tertius Episcopo Ferrarien in *cap. veniens ad apostolicam sedem.* 3. rationem reddens: Cum Baptismus fundamentum sit omnium sacramentorum. sequiturque *Gloss.* in *can. si quis confugerit ad Ecclesiam* 52. verbo *rursus. eadem* 1. *q.* 1. probatur ex Gregorio in *can. cum Paulus* 26. *eadem* 1. *q.* 1. rationem reddente: Quia vbi Christus non est fundamẽtum, nullum boni operis est super ędificium. & ità à Concilio Florẽtino, sacramentorum quoque ianua nuncupatur. *Victorellus ad Toletum lib.* 6. *Instructionis sacerdotalis cap.* 15. *vers. nulli enim ante baptismum.*

Baptismum digne adultus accipit peccati mortalis conscius, si attritus accedat; *nam gratia Dei in baptismate non requirit gemitum, non requirit plantum, vel opus aliquod, sed solam fidem. & omnia gratis donantur.* Ambrosius loquitur in *can. sine pœnitentia* 99. *de consecrat. dist.*

*dist.4.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo in *baptismate*. Quia in pœnitentia & si remittatur peccatum per contritionem, remanet tamen temporalis satisfactio; in baptismate non. Nam tanta est vis sacramenti, quod nec etiam temporalis satisfactio in baptismate remanet pro peccatis. *ita Gloss.* Quã ob causam Augustinus, aliique Sancti Patres in *can. omnis qui 96. eadem dist. 4 de consecrat.* & in aliis capitibus sequentibus. dicente Augustino, *omnis: quisuæ voluntatis est arbiter* (hoc est adultus) *cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum pœniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac pœnitentia cum baptizantur soli paruuli immunes sunt. Non dum enim vti possunt libero arbitrio.* de interiori pœnitẽtia exaudit *Gloss.* ibidem verbo *veteris.* & in *can.* sequenti *agunt homines 97.* qui est eiusdem Augustini, verbo *pœnitentiam.* Glossa. *id est pœnitudinem.* interpretatur. sufficit proinde sola attritio peccati mortalis non dum remissi. ex *S. Thoma 3. part. q. 79. art. 3. ad 2. Henriquez in summa lib. 4. cap. 26. §. 5.* dicitur enim Baptismus sacramentum mortuorum. idem *Herriquez* ibidem *d. cap. 26. §. 3. littera H.*

Baptismi forma si non vitiatur; sed illa tota proferatur: Baptizo te in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti; aliquid tamen vel ante vel postea per ignorantiam, & imperitiam addatur, modo rectus sensus formę non mutetur, & intentio recta sit, nõ addendi aliquid formæ, tenet baptisma. ex Augustino de vnico baptismo lib. 6. cap. 5. in *can si non sanctificatur aqua. 72. de consecrat. dist. 4.* ibique plenè *Gloss. in fin* verbo *euacuatur.*

Baptismum ad vltimum atque supremum vitæ alituum differre, vt interim liberius peccare valeas, vitamque viuere liberam, periculosum. *Quia fortasse illa hora non adipiscitur. Deus enim propter hoc baptisma tribuit, vt soluat peccata, non vt addat.* ita Ioãnes ille Chrysostomus in *can. quando quis propterea peccat 128. de consecrat. dist. 4.* addens ipse: *Et credite mihi:* (inquiens) *non terrens vos dico, quod dicturus sum. Multos noui, qui hoc passi sunt, qui spe baptismatis multa peccabant, circa diem autem, mortis discesserunt vacui.* Horrendum sane. Deus enim non irridetur.

Baptizari voluit Christus, vt impleret omnem Iustitiam, ait illi Ioannes (Matthęi. 3.) *Ego à te debeo baptizari. & tu venis ad me? Respondit ei Christus: Sine modo: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam.* Non enim ablutio peccatorum suorum Christo necessaria erat, qui peccatum non fecit: sed nobis erat necessaria, qui peccato manemus obnoxii. Ambrosius loquitur in *can. per aquam 9. de consecrat. dist. 4.* Dominus enim nullius indigens remissione peccati, nec quærens remedium renascendi, sic voluit baptizari, sicut voluit circuncidi, hostiamque pro se emũdationis offerri, vt qui factus erat ex muliere, sicut Apostolus (Roman. 10.) ait fieret & sub lege, quam non venerat soluere, sed adimplere, & implendo finire: sicut Beatus Apostolus (Roman. 10.) prædicat, dicens: Finis autem legis Christus. verba sunt Leonis Papæ vniuersis per Siciliã cõstitutis in *can. si quis autẽ Epiphaniæ 14. eadem dist. 4. de consecrat.* Quippe Christus in aqua baptizari voluit à Ioanne non, vt eius iniquitas vlla dilueretur: sed, vt magna cõmendaretur humanitas. Ita quippe nihil in eo baptismus habuit, quod ablueret: sicut mors nihil, quod puniret, inuenit. verbis effamur Augustini in Enchiridion c. 49. in *can. non regenerabantur. 135. §. in aqua baptizari ead. dist. 4. de consecratione.*

Baptizatus fictè, baptismum quidem recipit, sed non gratiam. ex Augustino in *can. aliud est baptizare 39.* & *can. nullus autem illorum 40.* & *can. quomodo exaudit Deus. 41. de consecrat. distinct. 4.*

Baptizati ne fuerint paruuli, si indubium reuocetur, neque certus inuenitur testis, qui hoc doceat, dubio omni procul cessante, baptizandi erunt. Gregorius decernit Tertius Bonifacio scribens in *can. paruulos, qui à parentibus 110. de consecrat. dist. 4.* Quia certius est tenendum. *gloss.* ibidem verbo *ratio* docet. & ne ista trepidatio eos faciat sacramentorum purgatione priuari. ex Concilio Carthaginense Quinto in *can. placuit de infantibus 111.* & Leo Papa Rauennaten Episcopo in *can. cum itaque baptismi 112.* & *can.* sequenti *113. eiusdem eadem dist. 4. de consecrat.* & ex Augustino ad Vincentium, & Victorem lib. 3. de anima & eius origine in *can. si eos, de quibus. 148. ead. dist. 4. de consecrat.* ibidemque *Gloss.* verbo *contendimus.* quę sic infert: Nota quod si dubitetur de baptismo viuentis, habetur pro non baptizato, & baptizatur. supra eodẽ cũ itaq. vbi aũt dubitatur de baptismo mortui, præsumendũ est eum esse baptizatum. ex eodem textu Augustini si eos. & *extra de Presbytero non baptizato cap. 2.* qui est Innocentii Tertii Episcopo Cremonen rationem reddens, atq; dicens: *Quia in sanctæ Matris Ecclesiæ fide, & Christi nominis confessione perseuerauit ab originali peccato solutũ, & cœlestis patriæ gaudium esse adeptum, asserimus incunctanter.* ibique *Gloss.* verbo *ab originali.*

Baptizans proprium filium in necessitate constitutũ, quem ex legitima vxore susceperat illa vitali aura perfruente adhuc, nullum admittit peccatum, neque ab vxore separari debet. nam inculpabile iudicãdum est, quod necessitas intulit. Eatenus enim proprium filium corpore morientem baptizauit, quatenus, eum de potestate auctoris mortis, & tenebrarum eriperet, & in regnum Christi regnaturum sine dubitatione transmitteret. bene igitur fecisse laudatur. *& proinde sua vxori sibi iam legitime sociata, impune quandiu vixerit iudicamus manere coniunctũ.* vti Ioãnes Papa VIII. Anselmo Lemouicinæ Ecclesiæ Episcopo scribens declarauit in *can. ad limina beatorum Petri, & Pauli 7. 30. q. 1.* sequiturque *Nauar. cons. 5. lib. 4. de cognatione spirituali in 1. dubio.* Secus verò si filium ex fornicatione susceptum baptizaret. Non enim par est ratio vtriusque baptismatis. neque potest quis iure ad concubinam redire. idem *Nauar.*

*ibid. in 2. dubio. & in manuali cap.22. num.40.* Peccat tamen qui, vel quæ coniux, fit patrinus filii sui cum baptizatur, vel confirmatur, si malitiose id fecerit. petere proinde non poterit, licet reddere teneatur, debitum. secus vero si errore, necessitate, vel ignorantia facti, vel iuris id acciderit. id decreuit Alexander Tertius Salernitano Archiepiscopo in *cap si vir, vel mulier 2. de cognatione spirituali extra.* ibique *Gloss.* verbo *debitum.* & *Præpositus. num.6. Nauar. manuali cap.16. num.34. Zerola.* Episcopus Minoren in *praxi episcopali part. 2.* verbo *Baptismus. vers. pater. Sanchez de matrimonio lib.7. disput.54. nu.4. & disput.62. n.10.* Et quid de ea, quæ filiastrum suum de sacro fonte leuauit? *si non ex consensu vtriusque hoc factum esse probatur, non fraudentur inuicem; sed reuertantur in idipsum.* respondit Nicolaus Papa Salonitano Episcopo in *can. nosse desideras. 3. 30. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *non fraudentur.* idemq; Nicolaus Rodulpho Biturinensi Episcopo in *can. de his, qui filiastros suo 6. ead. 30. q. 1.* de iis scribens, qui eos ad confirmationem coram Episcopis tenent. si in scientia fiat; licet sit peccatum, non tamen vsque ad separationem coniugii puniendum est. Digna tamen pœnitentia puniendum. *Nauar. d. cons.5. ad 2. dubium de cognatione spirituali Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib.3. cap.31. quæst.10. & 11.* Sed quæritur, an suscipiens filium Iudeæ, si cum ea cognationem contrahat spiritualem, vt non possit contrahere ea ad fidem conuersa? non posse respondet *Gloss.* in *can. peruenit ad nos 1.* verbo ex *lauacro 30 quæst.1.* Per cathechismum verò, quamuis congnatio cõtrahatur spiritualis, vt matrimonium contrahi non possit, non tamen vt rescindatur contractum. ex Bonifacio VIII. in *cap. per catechismum 2. de cognatione spirituali in 6.* Glossella Marginalis in *d. can. peruenit. ad nos 1. ad* dictũ verbum ex *lauacro 30. q.1.* circa finem.

Bptismus non in aulis, & Cameris, aut aliis priuatis domibus, sed dũtaxat in Ecclesiis, in quibus sunt ad hoc fontes specialiter deputati, conferri debet. Nisi Regum, vel Principum, quibus valeat in hoc casu deferri, liberi extiterint. Aut talis necessitas emerserit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi. qui contra fecerit ab Episcopo Ordinario castigari debet, quod alii attentare similia nõ præsumant. ita in Concilio Viennen Clemente. V. summo Pontifice decretum fuit in *clementina vnica de baptismo, & eius effectu.*

Baptismate peccata dimictuntur quæcumque, & omnia, non tamen irregularitates delentur. nõ igitur tollitur bigamię irregularitas. & hoc propter sanctitatem sacramenti. Sicuti fœmina, si cathecumena vitiata est, non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari. ita nec bigamus ordinari. Augustinus in *can acutiùs intelligunt. 2. dist. 26.* sequitur *Gloss.* in *eadem. dist.* ex Innocentio Papa in *can. deinde ponitur. 3. in fine vers. inter peccata.* quærens etiamnum infamia ante Baptismum contracta per Baptismum tollatur? Respondet. infamiam, & irregularitatem ex proprio delicto tolli. Quia dona Baptismi sunt sine omni pœnitentia. Vnde si quis occideret mille homines ante baptismum: omnis infamia, & irregularitas tollitur. Hoc patet in Paulo, qui antè baptismum fuit homicida, & tamen postmodum fuit Apostolus. Rationem Reddit Ambrosius in *can. vna tantum 4 ead. dist. 26.* sic dicens: *Quia in Baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpæ est igitur, in baptismo relaxatur; quod legis est in coniugio non soluitur.* nec diuersimode Innocentius Papa victricio Rothomagen Episcopo in *can. si quis viduam 13. dist. 34.* respondeos; quare si quis viduam ante baptismum vxorẽ duxerit, post babrismum ad Clerum assumi non possit? *In baptismo enim* (inquiens) *crimina dimittuntur; non accepta vxoris consortium relaxatur.* aliam inferens rationem; quia vere matrimonium est. sic inferens: *Quod si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filii, qui ante baptismum geniti sũt, pro filiis habeantur.* Peccata igitur Baptismus tollit, non omnem irregularitatem. sequiturque *Gloss* in *can. si quis omnem traditionem. 2.* verbo *peccauit. 1. q.7.*

Baptizandi caput debet ablui, ni vrgeat necessitas. ex Cypriano in *can. nec quemquam mouere debet. 127. de consecrat. dist.4.* Quid verò si puer in vtero matris periclitetur, & manum, vel pedem emisit, an possit illa parte baptizari? posse affirmant, & hoc esse probabilius. probatur id ex Leone Papa vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis in *can. propriè in morte Crucifixi 13. §. hoc autem finali ead dist.4. de consecratione.* locum afferente *Actuum Apostolorum. 2* cum Petrus vna die tria millia hominum baptizauit. ibique *Gloss.* verbo *tria millium. S. Thomas. 3. part. q.68. art. 11.* qui dicit posse baptizari: si tamen vixerit posse denuo baptizari sub cõditione. Ad cautelam traditam ab Alexando III. in *cap. de quibus. 2. de baptismo, & eius effectu.* Alii vero probabilius dicunt non debere rebaptizari ex *Sylaestro* verbo *baptismus 4. §. 1. Toletus Instruct. sacerdotalis lib.2. cap.17. num.8.* vbi *Victorellus littera F.* refert Decreto Clementis VIII. ad Episcopum Pauinum rescriptum fuisse debere rebaptizari sub conditione ab Alexandro Tertio data *d. cap. de quibus 2. de baptismo.*

Sufficit verò quod aqua in necessitate pueri capillos attingat. vel si puer pellicula illa, quæ secundina à Medicis nuncupatur, vestitus egrediatur, super illa perfundatur. Quia pellis illa, veluti pars pueri, & veluti cutis æstimatur. *Diana* alios referens *part.5. tract.3. resolut.4.* licet si puer viuat deberi repeti baptismum putet ex *Præposito 3. part. q. 66. art.8. dub.3. nu.90.* poterit quoque vel in digito, vel in pede baptizari. ex *Gloss.* d. verbo *tria millium.* ne puer periculo exponatur salutis, si baptismus dimittatur: & est probabilis sententia.

**Baptizati** semel non sunt iterum baptizandi. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo scribente in *can. sicut semel baptizatus 1. dist.* 68. In dubio tamen præsumitur potius quis non baptizatus, quàm baptizatus. Quia sine omni periculo est, si sacramentum reiteretur, vt ille saluetur. *Gloss. in can presbyteri, quos 2. eadem dist.* 68. verbo *& consecrentur.* ex Gregorio Tertio Bonifacio in *can. paruulos* 110. *de consecratione dist.* 4. verba sunt Gregorii: *Paruulos, qui à parentibus subtracti sunt, & an baptizati sint, ignorant: hos, vt baptizare debeas secundũ Patrũ traditionẽ, si nõ fuerit, qui testificetur, rõ poscit.* rõnẽ reddit. *Gloss.* ibidẽ verbo *ratio.* Nam in talibus (inquiens) certius est tenendum: dixitque Leo Papa Leoni Rauennati Episcopo in *can. cum itaque* 112. *eadem dist.* 4. *de consecrat.* de eo loquens, qui non recordatur se baptismi sacramentum suscepisse. nec factis diligentiis apparet. nam debet baptizari. subdens: *nec veremur huic salutis ianuam aperire, quam nunquam antea docetur ingressus.*

Baptismus furioso conferri iure potest, si antequam in furorem incidit, voluntatem habuit baptizandi. ex Innocentio Tertio Arelaten. Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesiæ Causas* 3. *§ fin. in fine de baptismo, et eius effectu. Gloss. in can. si qui apud illos hæreticos.* 28. in *fine* verbo *per manus de consecrat. dist.* 4.

Baptizatos, qui susceperunt ex sacro fonte, fideiussores sunt apud Deum pro illis. ideoquè semper eos admonere debent, vt castitatem custodiant, iustitiam diligant, charitatẽ teneant. Ante omnia Symbolum, & orationẽ dominicam illis, quos suscepere de sacro fonte, ostendere debent. ex S. Augustino in *can. vos ante omnia* 105. *de consecrat. dist.* 4. *Euerardus cons.* 1. *nu.* 2.

Baptizare instante necessitate omnes possunt, etiam layci. *ne quispiam sine remedio salutari de seculo euocetur.* ex officio tamen, solis sacerdotibus competit. ex Isidoro de officiis lib. 2. in *can. constat baptisma* 19. *de consecratione dist.* 4. Mulier etiam in casu necessitatis. Gratianus ex Concilio Carthaginense 4. in *can. mulier* 20. *§. nisi necessitate cogente.* & *can. in necessitate* 21. ex Augustino *eadem dist.* 4. *de consecrat.* etiam ab infideli, modò facere intendat, quod intendit Ecclesia. ex Isidoro in *can. Romanus Pontifex* 23. *eadem dist.* 4. *de consecrat.* Verba sunt Isidori: *Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat: sed Spiritum Dei subministrare gratiam baptismi: licet paganus sit, qui baptizat.* & diximus in superioribus verbo Baptismus rite confertur. &c.

Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. *Matthæi.* 5. 10. hæc verba deducit Anacletus Papa epist. 1. omnibus Episcopis in *can. scimus autem* 3. *dist.* 13. verba sunt Anacleti. *Scimus autẽ multos ob id infestare Doctores, vt eos perdant, & placita propria voluntatis adimpleant. Non propterea tamen Doctores (in quantum vires suppetunt) à recta æmulatione, & bona intentione recedere debent: scientes, quia Beati, qui persecutionem patiũtur propter iustitiã.*

Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem, quia saluus erit. ita Dominus *Matthæi.* 10. 22. Et eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. His vtitur verbis Liberius Papa omnibus Episcopis scribens epist. 2. in *can. sugestum nobis est.* 46. 7. q. 1. Exortans quippe Episcopos, ne propter labores, & persecutiones se subtrahant à cura, quamuis in monasterium se reduxerint: quietam vt vitam agant, *quàm in his, quæ sibi commissa sunt permanere; dicente Domino: Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem. Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quoniam secundum Apostolicam prædicationem* (2. ad Timoth. 3. 12.) *Omnes, qui volunt in Christo piè viuere, persecutionem patiuntur. Ideo fratres Carissimi, non vos afflictionum amaritudo à piò mentis vestrę proposito coarctet recedere.*

Beatus est, qui se potuit reparare post lapsum. Ambrosius in *can. ille Rex tantus* 25. *post principium §. sancti qui consummare pium certamen. de pænitent. dist.* 3. de Dauide loquens, qui licet ceciderit per paccatum; lapsus tamen fuit eidem causa acrius resurgendi. *Sancti*, (inquiẽs) *qui consummare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis sicubi fortè vt homines corruunt, naturę magis fragilitate, quàm peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solum nullum attulisse existimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiua cumulasse. &c.*

Beatiùs est magis dare, quam accipere. Domini dictum. de quo testatur Paulus *Actuum* 20. 35. Ephesios exortans ad charitatẽ seruandam. dicens: *Ac meminisse verbi Domini Iesù, quoniam ipse dixit: Beatius est magis dare, quàm accipere.* & vsurpauit Septima Synodus cap. 4. relata per Gratianum in *can. Prędicator veritatis Paulus.* 64. 16 q. 1. & *Gloss. in cap.* 1. verbo *vt debere, de donationib.* Inoocentius Tertius in *cap. cum Martha* 6. *§ sanè multa de celebratione missarum.*

Beatitudo, siue fœlicitas æterna essentialiter est visio Dei cum fruitione. iuxta *Isaiam* 64. 4. dicentem: *Oculus non vidit, Deus absque te, quę præparasti expectantibus te.* & Paulum 1. *ad Corinth.* 2. 9. & ipsum dicentem: *sed sicut scriptum est: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus iis, qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.* S. Thomas 1. 2. *q.* 3. *art.* 8. sequiturque *Nauar. de finibus humanorum actuum num.* 11. *in fin.* siue etiam fruitio cum visione. secundum Scotum. Vnde est illud quòd:

Beati continuò, & necessariò amant Deum, quia nulla ratio se offerre potest, cur Deus clarè visus, & voluntati tamquam summum bonum indefinenter propositus, non amętur. *Pater Layman Theologia moralis tom.* 1. *tract.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *& cap.* 3. *num.* 1. Beati in cœlo volũtariè, sed necessario amant Deum. Quia fieri non potest, vt non ametur obiectũ tam bonum.

Belial, apoſtata interpretatur. ex verbis enim Apoſtoli 2. ad Corinth. 6. 15. *Quæ autem conuētio Christi ad Belial? aut quæ pars fideli cum infideli?* quæ refert Gratianus in *can. reſuſcitatus* 35. qui eſt Auguſtini in pſalmum 70. §. *cum enim Deus ſit vita animæ. de pœnitentia diſt.* 1. & *Gloſſ.* ibidem verbo *Belial.* apoſtatam interpretatur. *Habet enim mille nocendi modos, nec ignoramus aſtutias eius. Conatur namque à principio ruinæ ſuæ vnitatem Eccleſiæ reſcindere, charitatem vulnerare, ſanctorum operum dulcedinē inuidiæ felle reſcindere, & omnibus modis humanum genus euertere, & perturbare.* vti Ioannes Papa Iſaac Syracuſano Epiſcopo ſcribens loquitur in *can. viſis litteris* 1. 16. *q.* 2. Significat etiam Belial, abſque iugo, atque peruerſus. & aptè diabolus dicitur apoſtata; quia receſſit à via, quam cœpit. iuxta illud Eſaiæ 14. 11. *Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris?* traditque *S. Thomas.* 1. *part. q.* 64. *art.* 4. 5. & 6. ſequiturque *Nauar. d. can. reſuſcitatus* 35. *de pœnitent. diſt.* 1. *num.* 6.

Bellica neceſſitate quod turbatum eſt, pacis remedio reformandum. ex Leone Papa Nicetæ Aquilienſi Epiſcopo in *can. cum per bellicam cladem.* 1. §. *nec tamen culpabilis iudicetur.* 34. *queſt.* 1.

Bellum non omne culpandum. Nam ſi Chriſtiana diſciplina omnia bella culparet; hoc potius militibus conſilium ſalutis petentibus in Euangelio diceretur, vt abiicerent arma, ſeque militiæ omnino ſubtraherent. Dictum eſt autem: (*Lucæ* 3.) Neminem concuſſeritis: nulli calumniam feceritis: ſufficiant vobis ſtipendia veſtra. Quibus proprium ſtipendium ſufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit. Auguſtinus in *can. paratus debet eſſe* 2. §. *nam ſi Chriſtiana diſciplina.* 23. *q.* 1.

Bellum exercere quadrageſimali tempore, ſi nulla vrget neceſſitas, non licet. Si autem ineuitabilis vrget importunitas, nec quadrageſimali tempore pro defenſione tàm ſua, quam patriæ, ſeu legum paternarum, eſt bellorum præparationi parcendum. ex Nicolao Papa ad Conſulta Bulgarorum. in *can. ſi nulla vrget neceſſitas.* 15. 23. *q.* 8.

Bello iuſto pro defenſione Eccleſiæ contra infideles certantes ſi in eo moriantur, ad regna tranſeunt cœleſtia. Nicolaus Papa Exercitui Francorum in *can. omnium veſtrum* 46. 23. *q.* 5. verba ſunt Nicolai: *Quiſquis in hoc belli certamine fideliter mortuus fuerit; regna illi cœleſtia minime negabuntur.* ſimile eidem exercitui Francorum reſpondit Leo Papa in *can. omni timore.* 9. 23. *q.* 8. ſic in fine concludens: *Et ideo ab eo præmium cœleſte conſequetur.*

Bellum gerere, ſiue bellare, ſi bellum iuſtum fuerit, peccatum non eſt. ex Auguſtino in *can. militare* 5. 23. *q.* 1. ſic enim Auguſtinus: *Militare non eſt delictum; ſed propter prędam militare peccatum eſt; nec rem publicam gerere criminoſum eſt. Sed ideo gerere rem publicam, vt rem familiarem potius augeas, videtur eſſe damnabile. Propterea enim prouidentia quadam militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur.* ſequitur quoque *Gloſſ.* 1. ibidem. in *ſumma* Gratiani verbo *Quod militare.* Iuſtū autem eſt bellum, quod ex edicto geritur, de rebus repetendis, aut propulſandorum hoſtium cauſa. Iſidorus. lib. 18. Etymologiarū cap. 1. in *can. Iuſtum eſt bellum* 1. *eadem* 23. *q.* 2. vide *S. Thomam* 2. 2. *quæſt.* 40.

Bellum neceſſitatis, non voluntatis eſſe debet. *Pacem habere debet voluntas, bellum neceſſitas, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſeruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur: ſed bellum geritur, vt pax acquiratur.* verba ſunt Auguſtini in *can. noli æſtimare* 3. §. *hoc ergo primum cogit.* 23. *q.* 1. Finis quippe belli hic eſſe debet, *vt mali coerceantur, & boni ſubleuentur.* idem docet Auguſtinus in *can. apud veros Dei cultores* 6. *eodem* 23. *q.* 1.

Benafranę Eccleſiæ meminit Gregorius in *can. fraternitatem tuam* 5. *diſt.* 71.

Benedicere alijs eū, qui vulnera ſua debet curare, conſequens non eſt. ex ſexta Synodo in Trullo cap. 26. in *can. præsbyterum* 16. *diſt.* 28. Nam.

Benedictio ſanctificationis traditio eſt. *eod. can. præsbyterum* 16. *diſt.* 28.

Benedictio conficit corpus, & ſanguinem Chriſti, & ipſam tranſmutat naturam; vt noſcamus, maiorem vim eſſe benedictionis, quàm naturę. Quia benedictione etiam natura ipſa mutatur. Ambroſius *can. re vera* 69. §. *audi, quia vmbra eſt. de conſecrat. diſt.* 2.

Benefacere ſemper Deus paratus eſt, ſed hominum malitia prohibetur. Auguſtinus in *can. decimæ tributa ſunt.* 66. 16. *q.* 1. ibique *Gloſſ.* verbo *prohibetur.* quæ refert textum Hieronymi in *can. ſi agamus pœnitentiam* 67. *de pœnitent. diſt.* 1. ſequitur *Gloſſ* in *can. conſtat* 2. verbo *dimiſſum de pœnitentia diſt.* 4.

Benefacere nemo poteſt, niſi elegerit, niſi amauerit: quod eſt in libera voluntate. Auguſtinus contra litteras Periliani lib. 2. cap. 83. in *can. ad fidem nullus cogendus eſt.* 33. ibique *Gloſſ.* verbo *nemo elegerit.* 23. *q.* 5. Nam nemo cogendus eſt ad bonum non ſuſceptum. vt *Gloſſ.* inquit in *ſumma eadem* 23. *quæſt.* 6. verbo *quod autem.* vt volens iam teneat, quod nolebat. vt Auguſtinus inquit *dict.* 23. *quæſt.* 6. *can. vides vt opinor.* 3. & ex nolente fiat volens. vt *Gloſſ.* ibidem verbo. *& volens.* ex Auguſtino in *can. diſplicet* 38. *eadem* 23. *q.* 4. eiuſdemque ſenſus Gelaſius fuit Papa in *can. conſuluit* 9. *ſiue finali diſt.* 74. illis verbis: *vt ex nolentibus fiant volētes.* Neque leges ipſæ ad benefaciēdum cogunt quemquam, ſed ne malum agat, prohibent. eodem dicente Auguſtino *eodem can. ad fidem* 33. 23. *quæſt.* 5. verbis ſatis euidētis: *Si quæ igitur aduerſus vos leges conſtitutę ſunt: non eis bene facere cogimini, ſed malè facere prohibemini.*

Benefacienti benefacere tenemur, ex naturali, vel antidorali ſaltim ratione. ex Concilio Lateranen in *cap. cum in officiis charitatis.* 7. *de teſtamentis extra.* verba ſunt ſacri Concilii: *Cum in officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxii, à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe.*

pisse. ibique Gloss. verbo teneamur. quæ sic & ipsa infert: Donatarius enim donatori naturaliter est obligatus ad antidora. concinit Gregorius in can. illud quidem. 1. 8. q. 2. & Vlpianus lib. 9. ad edictum in l. si non sortem 26. §. libertus in principio & fin ff. de conditione indebiti. & in l. sed & si lege. 28. §. consuluit ff de petitione hereditatis. illis verbis: Quamuis ad remunerandum sibi aliquem naturaliter obligauerunt. Rationem reddit ibi Gloss. verbo obligauerunt. sic inferes: omnis enim creatura naturaliter mouetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefecit. & talis obligatio ex instinctu naturæ procedit. sequitur Nauar. cons. 19. nu. 4. in fin. & cons. 20. n. 5. in fin. & cons. x1. num. 2. in fin. lib. 5. de simonia. & cons. 76. eodem tit. nu. 2. & nu. 5. docens: Magis teneri nos benefacienti benefacere, quam alteri.

Bene velle non sat est, sed benefacere perquiritur. Ambrosium doctorem propositionis agnosce lib. 1. de officiis cap. 30. relatum can. non satis est 14. dist. 86. Ipsum audi: Non satis est bene velle, sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere, nisi ex bono fonte, hoc est ex bona voluntate, proficiscatur. ita Ambrosius. ibique Gloss. verbo velle. quæ & ipsa infert.

Bona voluntas sufficit cum charitate, quando necessitas non instat, & facultas adest.

Beneficia Iesus non reuocat, imò cumulo suæ liberalitatis amplificat. ex Ambrosio in can. quantumlibet ergo. 53 in fine de pœnitentia distinct. 1. ibique Gloss. verbo amplificat. rationem reddit: Quia dimittit peccatum (inquiens) & post se ipsum confert.

Beneficii Ecclesiastici ob consequutionem nihil omnino dandum, aut Fabricæ Ecclesiæ, vel donariis Ecclesiarum, seu etiam quod pauperibus sit tribuendum: Quia (teste scriptura) qui aliquid malè accipit, vt quasi bene dispenset, potius grauatur, quàm iuuetur. ex Alexandro Secundo in can. ex multis temporibus 9. §. constituimus, & eodem modo firmamus. 1. quæst. 3.

Beneficium, sicut priuilegium quandoque conceditur alicui odio alterius. ita argumentatur Gloss. ex illo can. in fin. in can. consuluit dilectio tua 9. siue finali dist. 74. ad verba Gelasii Papæ Victori Episcopo: Vt hac saltem ratione constricti, & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quæstum. verbo vt hac. in fine, inferens: Item argumentatur, Beneficium, sicut priuilegium quandoque concedi alicui odio alterius. sed temperat illam Glossella marginalis ibidem sequentibus; Dic, quod hoc totum idem est, quia habetur respectus ad vtilitatem Ecclesiæ: aliàs in odium alterius non esset priuilegium conferendum alicui. C de stat. & ima l. fin. argumento ff. ad Trebellianum si cum ab herede. ff. de administrat. tutor. impuberi § tēpus. Ioan. de Fan. sed ex verbis Gelasii ad tactum videtur ex illo canone, atque permitti, ad incendendum alios ad subeunda onera Ecclesiæ maiora, vt ita ex nolentibus, fiant volentes. illis verbis: Quapropter, quia inuitos fieri Ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur, vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere. &c.

Beneficii appellatione non venit curatum, nisi de eo specialis fiat mentio. ex Bonifacio VIII. in cap. cum in illis. 16. de præbendis & dignitatibus in 6. ibique Aucharanus. Quia maior in iis idoneitas requiritur. vt idem decernit Bonifacius ibidem.

Beneficium Ecclesiasticum spirituale sine auctoritate Ecclesiastica constitui minime potest, cum sine illa nihil sacrum dici possit, neq; religiosum, iure sane canonico. ex Vrbano III. Ariminensi Episcopo in cap. ad hæc 4. de religiosis domibus, vt Episcopo sint subiectæ. rationem reddit Gloss. ibidem verbo Authoritate Pontificis dicens; Quia priuatus locum nō facit sacrum. Beneficium verò ius est spirituale. ex Innocentio Tertio Trecensi Episcopo in cap. dilecto filio 25. §. Procurator tuus. de præbendis, & dignitatibus extrà. siue saltim spiritualitati annexum, cum absque canonica institutione ex Bonifacio VIII. in prima regula Beneficia Ecclesiastica de regulis Iuris in 6. obtineri minime possit. sequiturque S. Tomas 2. 2. q. 100. art. 4. neque dari valeat, nisi Clerico, qui certè in sortem domini adscriptus est, Domino sacer. ex Isidoro lib. 7. Etymologiarum cap. 12. in canone Cleros & clericus. 1. dist. x1. & ex Hieronymo in can. duo sunt genera 7. 12. q. 1. Nauar. cons. 8. In prouincia Terraconen. lib. 3. de Iure patronatus num. 7.

Beneficium, de Iure etiam patronatus, sine Episcopi approbatione non instituitur. ex Concilio Aurelianensi in can. nemo Ecclesiam 9. & ex Syluestro Papa in can. Nullus presbyter 15. de consecrat. dist. 1. & ex Alexandro Tertio in capit. nullus laicus. 17. de Iure patronatus. & Cœlestino Tertio in cap. nobis fuit 25. eodem. & ex Gelasio Papa Senecioni Episcopo in can. pia mentis 26. & can. Frigentius 27. 16. q. 7. Eatenus enim Beneficia sunt Ecclesiastica, quatenus per Episcopū ordinata fuerint. ex Concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ in can. quæsitum est 4. 16. q. 3. in fin. sequiturque Gloss. in clementina si beneficiorum 2. in Gloss. 1. in fin. vers. Tu dic. contrà. de decimis. potest tamen ex post facto interuenire. & per longi temporis lapsum intercessisse presumitur. Rota apud Card. Caualer. decis. 265. num. 5. Alexander Raudensis variarum resolutionum c. 19. num. 30. Claudius Tutius q. 8. nu. 7. de Iure patronatus. Rota part. 1. diuersorum decis. 223. n. 3.

Beneficium corpus constituit distinctum ab Ecclesia, in qua situm est. ex Gregorio IX. in c. cùm olim 38. siue finali de præbendis & dignitatibus. ibique Abb. in 1. notabili. Calderin. cons. 18. in principia de concessione præbendæ. Rota apud Duranum decis. 14. num. 11. & sequentib. part. 1.

Beneficia Ecclesiastica Ciuibus potius, quàm exteris danda sunt. ex Chalcedonensi Concilio in can. neminem 1. dist. 72. ibique notat Gloss. verbo Ciuitatis. quæ sic infert: Hoc ideo dixit: Quia potius est præsentandus Clericus, qui est de Ciuitate, quàm extraneus. ex Augustino in can. hortamur 3. dist. 71. edixeruntque Honorius & Archadius Augusti in l. in Ecclesiis 12. C. de episcopis, & Clerici illis verbis: Clerici

non

*ex alia possessione, vel vito, sed ex eo, vbi Ecclesiā esse coastiterit, ordiaeat ur, vt propria capitationis onus, ac sarcinam recognoscant.* ibique per quam optime *Glossella* marginalis. & *Gloss.* in d *can. hortamur.* verbo *veaiens*. Decreuitque adamussim Cœlestinus Papa ad episcopos Galliç scribens in *can. nullus inuitis* 13. *dist.* 61. verba sunt Cœlestioi de episcopo quoque dicētis, atque rationem reddentis; *Tuac autem alter de altera eligatur Ecclesia, si de Ciuitatis ipsias Clero, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignas (qaod eaenire non credimus) poterit repertri. primam enim illi reprobandi sunt, vt alii de alienis Ecclesiis meritò præferantur. Habeat vnusquisq; fructum suæ militię in Ecclesia, in qua saam per omnia officia transegit ætatem.* ita sanctissimæ Cœlestinus. ibique plutibus *gloss.* verbo *Ciuitatis.*

Beneficia Ecclesiastica hæreditario iure vindicanda haud sunt. ex Innncentio Papa II. in Cōcilio Romano cap. 16. in *caa. Apostolica authoritate prohibemus* 7. ibique plutibus *Glos.* verbo *præbcndas* 8. *qaest.* 1. ex Innocentio Tertio in *cap. ad decorem* 5. *de Institutionibus*. illis verbis: *nec sanctuarium Dei conaenit iate hæreditario possideri* ibique *Gloss.* verbo *hæreditario.* & Alexander tertius Adonen Episcopo in *cap. consaluit eos.* 15. *de iure patronatus.*

Beneficium Ecclesiasticum resignare, eiq; nūcium mittere, non facile quis præsumitur. Quia profecto multis expensis, & laboribus acquiruntur Beneficia. vt non facile & sine magna causa sponte quis resignare præsumatur. ex Clemente Tertio in *cap. saper hoc* 5. *de renunciatione* ibique plenè *Gloss.* verbo *resignationis*. perquiritur verò expressa, ac libera resignatio. ex Honorio Tertio Archiepiscopo Treueren in *capit. lectæ coram nobis* 14. *de renunciatione. Garsias de Beneficiis part.* 11. c. 3. *nu.* 143. *& sequentib. Parisius de resignat. lib.* 1. q. 13. *aa* 40.

Beneficia Ecclesiastica sine dispendio diù vacare nōn possunt. Innocentius Tertius in *cap. fiaem litibus.* 5. *in principio de dolo & cōtumacia.* ex Gregorio Mariniano Episcopo Rauennati in *can. postquām qaemqaam* 11. *distinct.* 50. & ex Concilio Lateranen. in *c. nulla ecclesiastica ministeria* 2. §. *cum verò præbendas. de concessione præbendę.* ibi: *non dia maneant in saspenso.* ne diutius periculosè vacent Ecclesiæ &c. vti Greg. X. in Cōcil. generali Lugdunen dixit in *cap. vt circa electiones.* 4. *in principio de electione lib.* 6. & Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. ne pro defectu pastoris* 41. *de electione extrà.* ne Ecclesia viduata graue dispendium patiatur.

Beneficia manualia vacant etiam per mortem, sicuti per remotionem, ex *Gloss* noabili in *clemētina quia regalares. vnica* §. *præmissa vero de prioratibus.* verbo *reuocari. circa mediū vers. Et scias per haac decretalem. de sapplenda negligentia prælatorum.* ibique *Card. nu.* 8. *& Vitalin. n.* 9 sequiturque *Rota apud Coccinum decis.* 296. *num.* 8.

Beneficia quæ vacant in Curia à nullo alio, nisi per summum Romanum Pontificem conferri possunt. alioquin collatio nulla est. ex Clemente Tertio siue 4. in *cap. licet Ecclesiaram.* 2 *de præbendis in* 6. Vacant autem in Curia ne dum per obitum, verum per resignationem factam in manibus Papæ. *Rota apud Cardin. Caualer. decis.* 450. *num* 2. si verò intra mensem per summum Pontificem postquam vacauerint, non conferantur, licebit iis, ad quos spectabit ea per se ipsos, vel in remotis agentibus per eorum Vicarios conferre. ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *capit. statutam.* 3. *de præbendis in* 6. *Gloss. finalis in d. cap. licet Ecclesiarum* 2. *eod: Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 57. *num.* 24 *Parisias de resigaat. lib.* 10. q. 8. *num.* 10.

Beneficiorum bona de Christi Domini patrimonio sunt. ex Bonifacio VIII. in *cap. cum ex eo* 34. §. *Nos super hoc de electione lib.* 6. ibique *Gloss.* verbo *Christi.* dicens: *Dominium bonorum Ecclesiarum esse penes Christam.* ex Prosper de vita contemplatiua in *can. expedit facultates Ecclesiæ* 13. 12. q. 1. & Hieronymo in *cap. quoniam quidquid habent.* 68. 16. q. 1. non solum vniuersali titulo, quo Domini est terra, & plenitudo eius. *psalmo* 23. sed peculiari. ex Innocentio Tertio in *cap tua aobis fraternitas.* 26. §. *Verum ad Deum. de decimis extrà.* notat *Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis q.* 1. *monit.* 21. *num.* 2. *in* 2. *ratione*

Beneficii Ecclesiastici natura, Curam præsertim animarum habentis, ex sua habet natura, vt in perpetuum conferatur, vita videlicet perdurante Beneficiarii, nisi in contrarium rationabilis intercesserit causa, vt per Episcopum Beneficiarius remoueatur Bonifacius Octauus in *c. presbyteri. vnico de cappellis monachorum in* 6. & ex Concilio Cabilonen 2. cap. 42. in *can. Inuentum est* 38. 16. q. 7. in quo disponitur, Ecclesias dari, neque auferri posse sine Episcopi authoritate. hoc vero non nisi graui culpa obtinentis, & coram Episcopo canonica seueritate amittat illud. ibique *Gloss.* verbo *coram Episcopo*. *Rota apud Card. Caualer. decis.* 350. *num.* 4. nam de Iure Beneficium præsumitur perpetuum. *Rota in recentioribas part.* 2. *decis.* 415. *num.* 2.

Beneficia possunt cōferri extra propriam diœcesim. ex *Gloss. fia.* verbo *termiaos. in fia. in cap. nouit ille* 7. *de officio legati extra*. quę allegat tex. Innocentii Tertii Archidiacono Richemuundiæ in *cap. post electionem* 7. §. *Quoniam constitit. de concessione præbendæ.* Quia est actus Iurisdictionis voluntariæ, ex eadem *Gloss fin. in principio.* & *Gloss.* in *cap. statutum* 3. verbo *in remotis. de præbendis in* 6. *Oldradus cons.* 3. *nu.* 3. sequuta fuit *Rota apud Coccinum decis.* 405. *num.* 4.

Beneficiorum omnium collatio ex comuni Iure ad Episcopum in sua spectat diœcesi. ex Concilio Cabilonen 2. in *can. decretum est* 3. 10. q. 1. & ex Aurelianen Concilio Primo cap. 19. in *can. omnes Basilicæ* 10. 16. q. 7. in omibus quidem casibus, temporibus, atque mēsibus. ex Concilio Lateranen sub Alexādro Tertio in *cap. nulla Ecclesiastica ministeria* 2. §. *Cum vero. de concessione præbendæ.* Nunc vero afficat refer-

reseruatio octo mensium, quam late enucleat Gonsalez ad regulam octauam Cancellariæ. Rota apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 291. per totam. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione 57. nu. 1. & sequentib.*

Beneficii collatio si excomunicato minori fiat excomunicatione, irrita ipso iure non est, sed irritãda. vti Gregorius IX. decreuit in *cap si celebret. 10. aliàs fin. de clerico excomunicato. deposito, vel interdicto ministrante.* ibique *Panormitanus & Doctores. Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 17. num. 2.* Collatio quoque Beneficii facta criminoso tenet, nisi crimen ipsum Irregularitatem inferret, atq; expressè inhabilitatem. ex *Innocentio in cap. proposuit 4. verbo executore. de concessione prabenda.* per eundum tex. qui est Innocentii Tertij, sequiturque. *Felin. in cap. 2. nu. 4. de rescriptis. Nauar. cons. 8. num. 4. de cognatione spirituali lib. 4. & cons. 10. nu. 3. lib. 5. de simonia.* Facta tamen indigno cassari debet. ex Innocẽtio Tertio in *cap. inter dilectos filios 11. de excessibus prglatorum.* non tamen est ipso iure nulla. *Gratianus forens. part. 5. cap. 809. num 14.* peccat tamen sic indigno conferens. *Parisius de resignat. lib. 8. q. 9. num. 39. & lib. 9 quast. 21. num. 2.*

Beneficia Ecclesiastica non sunt affectu carnali, neque hæreditario quasi iure conferenda, sed discreto iudicio dignis danda, & non sãguini deferendum, sed vitç. Hieronymus in *can. Moyses amicus Dei 6.* & Innocentius Papa II. in Concilio Romano in *can. Apostolica auctoritate 7. 8. q. 1.* ibique pluribus *Gloss.* verbo *prebendas.* & Innocencius Tertius Mediolanen Archiepiscopo in *cap. vt nostrum prodeat. vnico § omnibus ergo diligenter auditis. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.*

Beneficii collatio etiam de nocte fieri potest, modo de illa constet. ex Innocentio Tertio Mediolanen. Archiepiscopo in *cap. vnico §. porrò cùm donatio* ibique *gloss.* verbo *occulta. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur* sequiturque *Abbas in cap. 1. sub nu. 2. vers. Idem est in collatione benefici, de clandestina desponsatione. Rota apud Crescentium decis. 13. n. 1. de rescriptis.* vbi *Glossella* marginalis, in præsentatione quoque dilatat.

Beneficium Parochiale, si lapsus est annus intra quem ad Presbyteratus ordinem promoueri quis debet, nec prouotus fuerit, nec etiam monitione præmissa, conferri alteri poterit, cum sit canonis auctoritate priuatus. ex Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunen in *cap. licet canon 14. §. is etiam. de electione in 6.* vt nec etiam purgati possit mora per aliquot dies. vti *gloss.* ibidem verbo *priuatus.* aduertit. nisi tamen insta intercesserit causa. vt in *eodem cap.* & decreuit Bonifacius VIII. in *cap. commissa tibi 35. eodem de elect. in 6.* vbi *gloss.* verbo *iusto impedimento.* quamuis ex dicto *cap. licet canon 14.* eum citari in noua collatione non deberi, asserat; infert tamen tutius, & honestius esset ipsum citari, & facere pronunciari ipsum priuatũ. Posset enim docere de dispensatione, siue iusto impedimento. atque de iusto impedimento, vel dispensatione, docente eo, collationẽ cassari faceret, iam factam.

Beneficiorum collatio actus est Iurisdictionis competens Episcopo in Beneficiis, & Ecclesiis suæ diœcesis. ex Alexandro Tertio Cantuarien Archiepiscopo, & eius suffraganeis in *cap. ex frequentibus 3.* ibique *scribentes de Institutionibus. Rota in Marsicen Iurisdictionis 29. Nouembris 1621. coram Buratto decis. 587. nu. 9.*

Beneficia illius, qui monasterium ingreditur ante professionẽ emissam, non vacant, vnde conferri interim non poterunt. nisi ad id ipsius accadat assensus, vel beneficio ipse renunciauerit. ex Bonifacio VIII. Parisien Capitulo in *cap. Beneficium illius 4. de regularibus, & transeuntibus ad religionem in 6.* plenè deduximus *respons.* nostra 5 *part. 4. per totam.*

Beneficium Ecclesiasticum potest per Episcopum conferri nepoti. Quia cùm materia sit odiosa, filii nuncupatio non comprehendit Nepotem. *Gloss.* in *can. apostolica authoritate 7.* verbo *prgbendas in fin. vers. sed certè potest probabiliter dici. 8. q. 1.*

Beneficium vacat per mortem eius, qui in possessione decedit Beneficii. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clement. 1. vt lite pẽdente.* ibique *gloss* verbo *possidebat. & Barbosa ibidem nu. 13. Gonsalez in præmio ad octauam regulam Cancellariæ §. 3. nu. 52. 53. & sequentib.* & *Gloss. 15. §. 1. n. 54. Rota apud Cardin. Seraphinum decis. 146. num. 3. Oldradus cons. 41. in fin. Putens decis. 158. lib. 3* Quod nempe per mortem vacat beneficium, non potest ex alia causa vacare. ex Bonifacio VIII. in *cap. susceptum 6. in primo responso de rescriptis in 6. Parisius de resignat. lib. 9. q. 25. num. 43.*

Beneficium vacat per mortem, si qui procurarorem ad renunciandum dederat, interim, ante quàm fuerit renunciatum, morte vitam terminarit. *Gloss in element. cùm illusio vnica* verbo *quomodolibet in fine. de renunciatione.* refert Bonifacii Octaui. constitutionem in *cap. dudum. 14. de prgbendis, & dignitatib. lib. 6.*

Beneficium Ecclesiasticum absque consensu, atque Institutione canonica per Episcopum diœcesis occupans, est ipso facto excomunicatus, neque nisi congruè satisfecerit, absolui poterit. ex Alexandro Tertio Cantuariensi Archiepiscopo, eiusque suffraganeis in *cap. ex frequentibus. 3. de Institutionibus.*

Beneficium, si litigiosum fuerit, & vnus ex collitigatoribus interim cedat, vel decedat, ab ordinario subrogari alius minimè poterit, ne multiplicentur collitigantes, & Ecclesiæ detrimentum inferatur, neque collitigatori superstiti præiudicium inferatur. ex Bonifacio Octauo in *cap. 1. & 2. vt lite pendente nihil innouetur lib. 6.* & ex Clemente V. in Concilio Vienoen. in *Clement. 1. §. si verò alter eodem titulo. Cassadorus decis. 3. num. 3. vt lite pendente.* vt neque patroni in demortui locum præsentare alterum possint. *Iapus allegat. 22. Rota apud Cardin Seraphinum decis. 990. num. 5. 6. & seq. & decis. 1195.*

Bene-

Beneficium indigno conferens propter amorē illius, simoniacus dicitur. ex Gregorio in registro in *can. si quis neque sanctis* 115. 1. *q.* 1. illis sane verbis: *Iniusto cordis amore, vel sordidis precibus oris.* ibique apertissime *Gloss.* verbo *amore.* & *Glossella* marginalis ibidem, quæ propositionem indicit: *Beneficium conferens indigno propter amorem simoniacus est.* argumento ducto ex Alexandro Tertio in *cap. nemo presbyterorum* 14. *extrà de simonia.* illis verbis: *nec pro respectu cuiusque personæ cōsanguinitatis, alienis communicans peccatis &c.* ibique *Gloss.* verbo *consanguinitatis.* quę sic infert: *Ergo videtur, quod consanguinitas simoniam inducat? Quia nō refert, an iniustus cordis amor, an sordidæ preces interueniant.* 1. *q.* 1. *si quis neque* Ita Gloss.

Beneficium curam obtinens animarum, ei conferri debet, qui annum attingit ętatis vigesimum quintum, nec conferri ei potest, qui quamuis parum, a dicto vigesimo quinto ætatis anno distat. vti ex Concilio lateranen decretum fuit in *cap. cum in cunctis* 7. §. *inferiora etiam ministeria. de electione extrà.* sic enim Sacrum Concilium: *sed nec Parocchialis Ecclesiæ regimen, nisi qui iam vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & scientia, & moribus commendatus existat.* quam dispositionem innouauit Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunen in *c. licet canon* 14. *de electione lib.*6. atque Clemens V. in Concilio Viennen dispositionem prædictam extendens ad Vicarios quoque perpetuos in *clement. vnica de officio vicarii.* & innouauit sacrosancta Tridentina Synodus *sess.*24. *cap.*12. *post principium de reformat.* diffusè deducunt *Garsias de Beneficijs part.*7. *cap.*1. *num.* 8. *& cap.*4. *num.*41. *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.*60. *nu.* 80. *&* 81. *Massobrius in praxi habendi concursus requisito* 10. *dub.*12. *num.*5. *& sequent.*

Beneficium Ecclesiasticum neque transferre in alium, neque remittere quis potest absque Episcopi authoritate, vt vacet. ex Alexādro Tertio Episcopo Tornacen in *cap. admonet.* 4. ex Innocentio etiam Tertio Nidrosien Archiepiscopo in *cap. quod in dubiis* 8. *de renunciatione. Nauar cons.*47. *num.*4. *in responsione ad* 3. *argumentum in fine lib.*5. *de simonia.*

Beneficia, quæ vacant in Curia, si intra mensem à die vacationis per Pontificem non conferantur Romanum, mense transacto possunt per Ordinarios conferri. ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. statutum fælicis recordationis* 3. *de prabendis, & dignitatibus in* 6. qui confirmat constitutionē Clementis Tertij in *cap. licet Ecclesiarum* 2. *eodem de prabendis in* 6. ibique *Gloss. finalis* verbo *conferre. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 57. *num.* 24. Nullus tamen interim conferre poterit Beneficia apud sedem Apostolicam vacantia. si secus fiat irritum erit atque inane. vt idem Clemens tertius siue quartus eodem *cap. licet* 2. *de prabendis in* 6. decernit. In curia verò vacant Beneficia per resignationem in manibus Papæ factam. *Rota apud Canaler. decis.* 450. *num.* 2. *Parisius de resignat. lib.* 10 *q.*8. *num.* 20. Quod tamen dicitur, posse post mensem à die vacationis Ordinariū cōferre beneficia in Curia vacātia, nisi intra mensē Papa illa cōtulerit. exauditur vt cesset reseruatio quoad Ordinariū, non quod pontifex post mensem conferre illa non valeat, cum eius potestas absoluta sit. *Barbosa eadem allegat.* 57. *num.* 24. *in fine.*

Beneficii Ecclesiastici natura est, vt sit perpetuum, Curatum præsertim. semel igitur, qui beneficium obtinuit, non potest eo sine iusta causa priuari. hoc verò ab Episcopo quamuis à monachis pręsententur. ex Bonifacio Octauo in *c. presbyteri. vnico de Cappellis monachorum in* 6. rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *perpetui.* Nō enim beneficia (inquiens) dantur ad tempus. ex Gelasio Papa Palladio Episcopo in *can. pracepta canonum* 12. *distinct.* 55. Vrbano Secondo in Concilio habito Placentiæ in *can. sanctorum canonum* 2. *dist.* 50. dicente: *Et in qua Ecclesia quis intitulatus est, in ea perpetuò perseueret.* perpetuo. id est dùm viuit. *Gloss.* ibidem commentum agit. concinitque Alexander Tertius Leodien Episcopo scribens in *cap. veniens* 5. *de filiis presbyterorū ordinandis, vel non. extrà. Rota apud Cardin. Canaler. decis.* 350. *num.*4. semper verò de Iure Beneficium perpetuum præsumitur. *Rota in recentioribus part.*2. *decis.*415. *num.*2.

Beneficium Ecclesiasticum dicitur, quod episcopi auctoritate fundatum est. ex *Gloss.* in *Clement. si beneficiorum* 2. *in Gloss* 1. *in fin. vers. Tu dic cōtrà de decimis, primitiis, & oblationibus.* rationem reddit *Gloss.* diens *Quia constat illa esse beneficia Ecclesiastica, ex quo sic sunt per Episcopum ordinata* ex Vrbano Papa in Concilio Aluerniæ habitu *can. quæsitum est.* 4. 1. *q.* 3. & hanc Glossam sequitur *Guido Papa decis.* 187. *num.*1. *Rota part.*1. *diuersorum decis.*508. *num.*3. *& sequen. & decis.*509. *num.*2. diximus etiam supra Beneficium de Iure etiam patronatus.

Beneficia illius, qui ad episcopatum promotus est, non vacant, nisi in episcopatu, ad quem promotus fuit, recipiatur. ex Concilio Ancyrano cap.18. in *can. si qui episcopi* 6. *dist.* 92. ibique *gloss.* verbo *non abiiciantur.* & verbo *vbi prius.* & si quidem statim in Curia consecrari consueuerint? quod notat *gloss.* in *Clement. si duobus* 1. verbo *collato circa fin. vers. Item aduertendum est. vt lite pendente nihil innouetur. Rota part.*1. *in recentioribus decis.*475. *nu.* 19. *&* 20. *Garsias de Beneficiis part.* 11. *cap.*6. *num.*30. *&* 41. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 57. *num* 65. *& sequentibus.* vacare per consecrationem dicit *gloss.* in *cap. postulastis* 15. verbo *sed vt canonicus. paulò post principium de concessione prębendę.* Ita quidem, vt pensiones quoque vacent, quas obtinet. *Rota in Carthaginen translationis pensionis coram Manzanedo.* 19. *Iunii* 1606. *apud Marchesanum part.* 1. *decis.*43. *nu.*1 *fol.*637. vacant. verò in Curia tàm pensiones, quam beneficia. & ad solam summi Romani Pontificis collationē spectant. ex Benedicto XI. in *extrauaganti ad regimen Ecclesiæ* 13. *de prabendis & dignitatibus*

inter

*inter comunes.* quæ sanè constitucio, licet ex se temporalis videatur, confirmatur tamen, & innouatur per regulam primam Cancellariæ. perpendit *Garsias d. part. 11. cap. 6. nu. 30. & 31. & num. 34.* ita qnidem, vt resignationes antea factę per promouendos nullæ sint, & inualidæ. ex tegula 25. Cancellariæ. sequiturque *Gratianus farens. part. 2. cap. 296.* licet verò per adeptionem Episcopatus beneficia vacent, & pensiones, per adeptionem tamen aliarum dignitatum, & beneficiorum non vocat episcopatus. Ex Innocentio Tertio Basiliensi Episcopo, & Abbati Sanctæ Mariæ *in cap. cum nostris. 6. de concessione praebendæ.*

Beneficium Iuris patronatus si conferat Episcopus patrono spreto, eius collatio nulla est. ex Concilio Toletano 9 in *can. decernimus 32. 16. q. 7.*

Beneficio vt priuati quis possit ob non residentiam, trina perquiritur monitio. & si ad ipsos, eorum ob fraudem, citatio peruenire non valeat, post vltimam citationem per sex alios menses expectari debent. quo tempore elapso, debent merito priuari. Innocentius Tertius Archiepiscopo Panormitano in *cap. ex tuæ deuotionis. 11. de Clericis non residentibus.* ibique *Ioannes Andrea, & Ancaranus.* differit plenè *Gloss.* in *cap. quoniam frequenter. 5. § porrò speciales causa,* verbo *canonibus circa medium. vt lite non contestata non procedatur ad receptionem testium.* Non enim facile quis debet suo spoliari beneficio. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. præsentium latoris 3. 7. q. 1. Rota apud Card. Seraphinum decis. 27. & apud Card. Manticam decis. 67. nu. 4. Garsias de Beneficijs part. 3. cap. 2. d n. 154. cum sequentibus.* & sententia priuationis in appellabilis est. ex Pii Papæ V. constitutione, quæ incipit *cupientes.* & est 65. in Bullario tom. 2. fol. 261. *Rota in recentioribus part. 1. dec. 632. num. 3. & apud Coccinum decis. 10. & apud Card. Caualer. decis. 315. nu. 1. & 2. Gennensis in praxi cap. 112. per totum.*

Beneficium Iurispatronatus, etiam patronorũ præsentationibus præmissis, vt rectè institutio ad illud procedat, seruari debet dispositio Bonifacii Octaui in *cap. quoniam electione 47. siue finali de electione in 6.* vt videlicet citationes fiant contra interesse pretendentes, speciales quidẽ, si certi illi fuerint, alioquin p edicta publica, si fuerint illi incerti. Alioquin inutiliter Institurio procedit. *Ioannes de Imola cons. 132. Aymon cons 63. nu. 2. Franciscus Monaldus cons. 73. num. 2. vol. 1. Crescentius decis. 6. de Iure patronat. Viuius decis. 309. lib. 2.* Rota in *Cremen Præpositurę 23. Maij 1644. coram Corrado decis. 139. nu. 30. in nouis additis ad praxim Viuiani de Iure patronatus.*

Beneficium vt vacet per alterius assecutionem, oportet, vt assecutio sit realis cum perceptione fructuum, alioquin non vacat primũ. ex Concilio Ancyrano in *can. si qui episcopi ordinati sunt 6. distinct. 92.* ibique *gloss.* verbo *non abiiciantur.* & ex Calcedonense Concilio in *can. si quis iam translatus est 3. 21. q. 2.* ibidemque *gloss.* verbo *translatus.* in principio. *Rota apud Card. Manticam decis. 75. num. 7. & 8.* Vacat autem ipso iure. *Rota in posthumis per Farinacium tom. 1. decis. 120. sub num. 1.* Non tamen inducitur vacatio per assecutionem secundi incompatibilis, nisi huius possessio pacifica per duos menses probetur. *Lapus in cap. commissa de electione in 6. Rota apud Duranum decis. 370 nu 6. part. 2.* videnens *Garsias de Beneficiis part. 11. cap. 5. nu. 105 & sequent.*

Beneficium sufficiens obtinens, non potest aliud obtinere, quin vacet primum, nisi secũ dispensatum fuerit, vt aliud obtinere valeat. ex Bonifacio Octauo in *cap. is cui conceditur. 19. de præbendis, & dignitatibus in 6.* ibique *gloss.* verbo sufficiens. *Rota apud Card. Seraphinum decis. 276. num. 1.* Sacrum Tridentinum Concilium *sessione 21. cap. 2. de reformat. & sess. 24. cap. 17 in cadem materia.* plura nos dedoximus in hac materia *respons* nostra 29. *part. 2.* per totam. prçsertim verò *à nu* 43.

Beneficium resignare, quis non prçsumitur sine magna causa: cùm beneficia multis expẽsis, & laboribus acquirantur. ex Clemente Tertio in *cap. super hoc 5. de renunciatione extrà* verba excipe Clementis Tertii: *Sic tuę experientię respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquam Beneficium multis forte expensis, & laboribus acquisitum, quo sustentari debeat, facile sine magna causa, sponte resignet.* præsertim vero si fraus aliqua intercessetit. ex Honorio Tertio in *cap. lecta coram nobis 14. eodem de renunciat. Garsias de beneficiis part. 11. cap. 3. n. 143. & sequentib. Parisius de resignat. lib. 1. q. 13. nu. 40.*

Beneficia Ecclesiastica sine dispendio diù vacare non possunt ex Innocentio Tertio in *cap. finem litibus 5. in pincipio de dolo, & cõtumacia.* verba sunt Innocentii: *præsertim cum de beneficiis Ecclesiasticis litigatur, quę sine dispendio diu vacare non possunt.* Bebeficia ergo Ecclesiastica sine dispendio diu vacare non possunt. Quia Ecclesiæ diù periculose vacãt ex Gregorio X. in Concilio Lugdunen in *c. vt circa electiones 4. in principio de electione in 6.* nimirum quod Ecclesia viduata graue dispendium patitur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. ne pro defectu pastoris 41. extra de electione.* qui sequentibus in Concilio Generali disponit cirra finem: *Si verò, ad quem fuerit deuoluta potestas, Deum præ oculis habens, non differat vltra tres menses cum Consilio Capituli sui. & aliorum virorum prudentium viduatam Ecclesiam de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ, vel alterius si digna non reperitur in illa, canonicè ordinare.*

Beneficium Ecclesiasticum, quodcumque illud sit, siue tenue, siue sufficiens, Ius tribuit, & Iurisdictionem, vt promoueri quis possit ab Episcopo in cuius diœcesi beneficium situm est. ex Bonifacio Octauo in *cap. cum nullus clericus. 3. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in 6.* Absolute quippe Bonifacius disponit: *seu* (inquiẽs) *in cuius diœcesi beneficium obtinet Ecclesiasticum.* Beneficium verò Ecclesiasticum, quodcumque illud sit, sine institutione canonica obtineri minime

poteſt.ex eiuſdem Bonifacii regula 1. Beneficium Eccleſiaſticum.de regulis Iuris in 6.de quocũq; igitur beneficio diſpoſitio exaudietur Bonifacii:quia cum generaliter,& nõ diſtinguendo loquatur,generaliter quoque exaudiri debebit. ex Stephani Quinti Gumberto Epiſcopo Moguntino reſponſione in can. conſuluit 20.2.q.5.ſequiturque Gloſſ.ita & ipſa interens d.cap.cum nullus.verbo Eccleſiaſticum. Tùm,quod Beneficium quodcumque ſufficit,vt beneficiariorũ priuilegiis quis gaudeat. ex accidenti enim eſt, quod epulentes ſint redditus,vel tennes.EtZaccheus,quamuis ſtatura puſillus eſſet, homo tamen erat. Luca 19. 3.& Dominum videre meruit Sycomorum arborem aſcendens,eumque domo excipere menuit.perpenditque Ioannes Azorius inſtitutionum moraliũ part.1. lib.10.c.3. q.3. verſ.ſecunda opinio Marius Antoninus variarum reſolutionum lib.1.r.eſolut. vltima caſu 28. Tum præterea, quod beneficium quodcumque ſufficit,vt domicilium quis acquirat in loco beneficii,& Ciuis habeatur loci illius. Henriquez in ſumma lib.19. cap.17.§.3. diximus reſponſ. noſtra 29.part.2.

Beneficia ſecularia ſecularibus clericis, & regularia regularibus conferenda ſunt. niſi ſpecialis Papæ diſpenſatio interceſſerit. ex Bonifacio Octauo in cap.cum de beneficio 5.de præbendis.& dignitatibus in 6. Rota apud Cardin. Seraphinum deciſ. 287. num. 4. & apud Card. Manticam deciſ. 68.num.2. & 5. & apud Card. Caualer.deciſ.80.num.1.& 2. Si tamen Beneficium regulare ſeculari Clerico ſit collatum, illudque per triennium pacificè poſſederit, non poterit amplius remoueri:Quia ſecum diſpenſatum præſumitur. Rota apud Peniam in Firmana Prioratus p.1. in recentioribus.deciſ. 229 num.4.notatur etiam in Clement.vnica de ſupplenda negligentia prælatorum. Rota apud Coccinum deciſ. 14. num. 15.& apud Duranum deciſ.415.num.6.part.2.

Beneficium regulare obtinens non poteſt remoueri ſine cauſa.ex Clemente V.in Concilio Viennen in Clement.vnica §.eadem quoque auctoritate ibique Gloſſ.verbo reuocari.& Scribentes de ſupplenda negligentia prælatorum.concinit Bonifacius Octauus in cap. presbyteri vnico de Cappellis monachorum in 6. ſic in fine decernens: ab eiſdem nequeunt Eccleſiis (niſi per Epiſcopos, & ex cauſa rationabili remoueri. perpenditque Gloſſ.ibidem verbo cauſa rationabili: non poſſe quem ex quacunque culpa, niſi illa grauis eſſet, remoueri. ex Concilio Cabilonenſi 2. in can. inuentum eſt,quod multi 38.16.q.7.ibique Gloſſ. verbo niſi graui. argumento petito ex Gregorio Ioanni Rauennaten Epiſcopo in can.ſicut ſemel.1.diſt.68. Rota apud Coccinum deciſ.28.nu. 11.& 12.& apud Card.Caualerium deciſ.350.num.4.& deciſ.389. num.2.& ſequentibus.

Beneficia duo in titulum retinere haud quiſquam poterit,ni ſecum diſpenſatum fuerit, ſed per ſecundi incompatibilis aſſecutionẽ vacat primum. ex Concilio Vrbani II. habito Placentiæ in can. ſanctorum Canonum 2. §.omnino autem in duabus. diſt.70. ibique Gloſſ. verbo in duabus. neque ſuffragabitur in aduerſum conſuetudo, quia per ſacroſanctam Tridentinam Synodũ ſublata fuit.ſeſſ 24.cap. 17.de reformat.Garſias de Beneficiis part.11.cap. 5.num.274.& 279. Incompatibilitas autem reſpectu retentionis perpenditur, non verò aſſecutionis: vt Sacra declarauit Congregatio.Rota apud Seraphinum deciſ.774. num.2.& apud Card.Caualerium deciſ.450. nu. 6.& deciſ. 630. num. 4. & apud Duranum deciſ. 272.part.2. num.7.& coram Merlino deciſ. 174. num.18.part.5.in recentioribus per Rubeum.

Beneficia Eccleſiaſtica viris litteratis, & aliis idoneis conferri debent, vndecumque illi originem traxerint. ex Innocentio Tertio Sancti Marcelli,& ſanctę Suſãnæ Cardinali, Apoſtolicæ ſedis legato in cap. ad decorem 5. §.quo circa mandamus de inſtitutionibus. Rationem venamur ex Bonifacio Octauo in cap. cùm ex eo 34.de electione in 6. qui de Parochialibus diſponens Eccleſiis, vt ad illas idonei aſſumantur,aic rationem infert de Eccleſia loquens: Quæ ad ſui regimen viris litteratis per. maximè noſcitur indigere. defert & non nulla non inutilia Gloſſ.ibidem verbo indigere.concinit Honorius Tertius in cap. ſuper ſpecula 5. ſiue finali de magiſtris. & Innocentius, quoque tertius in cap. de multa 28. de præbendis. Sacroſancta Tridentina Synodus ſeſſ. 5.cap.1.in fine de reformat. & ſeſſ.23 cap. 18. de reformat. deduximus reſponſ. noſtra 67. num. 40.& 41.part.5.

Beneficiarius pauperem,habens Eccleſiam poterit ex honeſto artificio, vel agricultura victum ſibi quærere abſque tamen officii ſui detrimento. Ex Concilio quarto Carthaginenſe in can. Clericus victum 3.diſt.91.& ex Septima Synodo in can. Clericus ab inſtanti 1. circa finem 21.q.1.illis verbis: Ad vitæ vero huius neceſſitatem ſtudia ſunt diuerſa.ibique pluribus Gloſſ.verbo neceſſitatem.

Beneficiarius poteſt Beneficii fructus vendere, illoſque etiam obligare,ad modicum tamen tempus, & abſque ſucceſſoris præiudicio, etiam ſine Epiſcopi aſſenſu. ex Vrbano Papa in can. Alienationes 37. §. illud etiam. ibique Gloſſ.verbo præbendam. 12.q.2. Non poterit tamen arbores fructiferas incidere;in maxima præſertim quantitate, & cum notabili damno.alioquin in pœnas dabit, & cenſuras in Conſtitutione Pauli II.in extrauaganti Ambitioſa 2.de rebus Eccleſiæ non alienandis. vt beneficio quoque priuari valeat. Rota in Meliten Beneficii 23.Maii 1624.coram Andrea part.2. in recentioribus deciſ.553. poterit tamen abores vetuſtas,atque corruptas iurè excidere. vel ſi ſilua ſit cedua.deduximus reſponſ.noſtra 17.per totam part.2.

Beneficiatus in duobus Epiſcopatibus, ab vtroque poteſt Epiſcopo Iudicari, & ordinari.ita Gloſſ. ex eodem tex. in can. Quoniam diuerſarum. 1.verbo dimiſſoriis 21.q.2.deduximus reſponſ. noſtra 4. num. 6. & ſequentibus prat.4.

Benemeritus Eccleſiæ iure præmio ab eadem

afficitur. ex Agathensi Concilio in *can. si quos de seruis Ecclesiæ* 57. 12. q. 2.

Benemeritus verò dicitur, qui aliquod insigne seruitium fecerit Ecclesiæ. & pro præmio remunerandus erit. vel large, Benemeritus dici potest, qui non demeruit. *Gloss.* in eodem *can. si quos.* verbo *benemoritos.*

Benignitas est solita in summo Pontifice. ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Senonen in *cap. 1. §. fin. in fine de postulatione prælatorum.* sic dicente illo: *Ac ideo vos ea non immerito priuare possemus; de solita tamen Benignitate concedimus &c.*

Beneplacitum Romani pontificis per eius obitum extinguitur, secus verò si gratia cōcedatur vsque ad sedis Apostolicę beneplacitum: Quia sedes ipsa non moritur. durabit proinde perpetuo, nisi à successore fuerit reuocata. ex Bonifacio Octauo in *cap. si gratiosè §. de rescriptis in 6. Nauar. de Indulgent. notab. 28. num. 7. in fine. & num. 27.*

Bigamus est, qui ante baptismum vnam, & post baptismum aliam suscepit vxorem. in baptismate enim crimina abolentur, non fœderatio coniugii dissoluitur. ex Augustino in *can. acutiùs verò 3. alias finali* 28. q. 2.

Bigamus quoque est, qui ante baptismum vxorem duxit corruptam. eadem ex ratione: Quia matrimoniū iure diuino proditum est, nec peccatum est vxorē ducere. baptisma autē peccata delet. ex Innocētio Papa Ruffo, & Eusebio, & cæteris Episcopis Macedonię in *can. deinde ponitur* 3. *dist.* 26. Innocentium excipe, in fine. *Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum & quod peccatum non est, solui inter peccata, credi omnino non debet; eritque integrum æstimare aboleri non posse prioris nomen vxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quod ex Dei sit voluntate completum.* ita Innocentius. ibique *Gloss.* verbo *inter peccata.* & ex eodem Innocentio in *can. si quis viduam* 13. *dist* 34. & ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis viduam dist.* 50. Quinimo, qui cum corrupta, ignoranter quamuis, contraxit, Bigamus nihilominus dicitur: Quia non error, sed factum perpenditur. ex Hilario Papa in Synodo Romana in *can. curandum ergo* 9. *distinct.* 34. & ex Concilio Toletano 4. in *can. qui in aliquo crimine dist.* 51. *Gloss.* in *can. nemo ad sacrum ordinem* 12. verbo *virgo dist.* 32. & *Gloss.* in *cap. super eo* 2. qui est Lucii Tertij verbo *in bigamis. de bigamis non ordinandis.* quæ tripliciter bigamiam perpendit, scilicet, verè, interpretatiuè, & similitudinariè. Vnde cum bigamo verò, & interpretatiuo; nec in minoribus Episcopus dispensat, nec etiam ad primam tonsuram. Quin imo suspenditur Episcopus, qui Bigamum ordinauerit. ex Concilio Carthaginensi 4. in *can. ex pœnitentibus* 55. *dist.* 50. *Toletus lib.* 1. *Instructionis Sacerdotalis cap.* 68. *nu.* 4. *Ioannes Azorius in summa Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *q* 6. & 7. Quam ob causam sancta Tridentina Synodus sess. 23. cap. 17. in fin. licet deficientibus cælibibus clericis, ad diuinis inseruiendum coniugatos admiserit, exclusit tamen bigamos. *Barbosa de officio Episcopi allegat.* 49. *num.* 22.

Bigamus enim omni caret priuilegio clericali. tollit enim ea omnia bigamia. quamuis certè characterem non tollat, priuatur tamen bigamus exercitio, & priuilegio Clericali. in fundamento equidem ratione characteris nō destituitur clericatu. poterit proinde cum eo dispensari quoad retentionem pensionū. vt perpendit *Rota apud S. memoriæ Gregorium* XV. *dec.* 516. *n.* 9. *cū sequentibus. & nu.* 12. & 13. Ita plenè vt sub anathematis pœna prohibeatur deferre tonsuram, & habitum clericalem. per Gregorium X. in generali Concilio Lugdunen *in cap. vnico de bigamis in* 6.

Bigamus cum vidua contrahens, & si quidem Bigamus dicatur interpretatiuus, nō tamen duo contraxit matrimonia, neque duos actus fecit. vt perpendit *Rota in Cęsaraugustana pensionis* 18. *Iunij* 1610. *coram Card. Lancellotto apud Marchesanum part.* 1. *decis.* 46. *n.* 3. *fol.* 641. quæ est etiam in impressis per *Farinacium post.* 2. *vol. consiliorum decis.* 293. *nu.* 6.

Bona cuncta à Deo procedunt. Innocentius Tertius in *cap. tua nobis fraternitas* 26. §. *verum si ad Deum. de decimis, primitiis & oblationibus.* Meritò Bonum omne à Deo. ex Iustiniano Augusto in §. *illud in fin. in Authētico Cōstitutio, quæ de dignitatibus. collat.* 6. dicente illo: *Bonum omne à Deo, siue ab Imperio sequente Deum.*

Bona virtutum altioris sunt ordinis, quàm fortunæ: cum ista extra nos sint, illa in nobis. ex Gratiano in *can. sunt plurimi* 11. §. *verum hac auctoritate in fine.* & ex Anacleto Papa in *can. deteriores* 15. ibique *Gloss.* 1. 6 q. 1.

Bonum duplicatum melius est simplici. ex illo Salomonis Ecclesiastes 4. 12. *Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei: funiculus triplex. difficile rumpitur.* quæ verba ad hūc effectum Alexan. III. in Concilio Lateranen vsurpauit in *cap.* 1. §. *& quoniam funiculus triplex. de tregua, & pace.* sequitur *Nauarr. de oratione, & horis canonicis cap.* 18. *nu.* 60.

Bono melius datur. & malo peius. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. adulterii, malum.* 11. 32. q. 7. Augustinū audi: *Adulterij, malum vincit fornicationem; vincitur autem ab incestu. Peius est enim cum matre, quàm cum aliena vxore concubere. sed omnium horum est pessimum, quod contra naturam fit.* eodemque modo Ambrosius in *can. offerebat.* 12. *eadem* 32. q. 7. sic loquitur Ambrosius: *Offerebat sanctus Loth. filiarum pudorem. nam & si illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamē minus erat secūdū naturam delinquere.* dixitque Vlpianus lib. 22. ad edictum in *l. vbi autem non apparet.* 75. *in principio ff. de verborum obligationibus.* rationē reddens, quare, qui ita stipulatus fuit: tritici Africi boni modios centum. Vini Campani boni amphoras centum; incertum videri stipulari: *Quia bono melius inueniri potest.* (inquiens.) *Quò fit, vt boni appellatio non sit certæ rei significatiua: cùm id, quod bono melius sit, ipsum quoque bonum sit. At cum optimum quisque stipulatur, id stipulari intelligitur, cuius bonitas*

*principalem gradum bonitatis habet. Quæ res efficit, vt ea appellatio certæ rei significatiua sit.* ita Vlpianus. & argumentum sumitur ex Augustino in *can. nuptiarum bonum 41.27. quæst.* 1. & ex Ambrosio in *can. nuptiæ* 12.32. *q.* 2. *Nauar. in can. si fœneraueris* 14. *q.* 3. *nu.* 63.

Bona Ecclesiæ patrimonium sunt Christi Iesu Crucifixi, ac Dei. ex Innocentio Tertio Zamoren Episcopo in *cap. cùm secundum Apostolum* 16. *in principio de præbendis, & dignitatibus.* & ex Bonifacio Octauo in *cap. cum ex eo* 34. §. *nos insuper de electione in* 6. illis verbis: *ne, sicut à multis de Christi patrimonio sublimatis.* vbi *Gloss.* verbo *Christi.* adnotat: Dominium bonorum Ecclesiarum esse penes Christum. ex Prospero de vita contemplatiua lib. 2. c. 9. in *can. expedit facultates Ecclesiæ* 13. 12. *q.* 1. ibique per quàm optimè *Gloss.* verbo *rapiunes.* ex Stephano Papa in *can. qui Christi pecunias* 1. 12. *q.* 2. qui pecunias Ecclesiæ Christi esse asserit. Quia ipse Dominus vniuersorum est. Nec diuersimodè sentire visus est Vrbanus II. in *can. Saluator prædicit in Euangelio* 8. §. *quis igitur res Ecclesiæ.* 1. *q.* 3. qui de rebus Ecclesiæ sequentibus verba facit: *Quisquis igitur res Ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt; quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit cum eodem Simone donum Dei pecunia possideri existimat.* bona ergo Ecclesiæ, quæ à fidelibus Deo dantur, Dei sunt non aliorum.

Bona verò Ecclesiæ in duplici sunt differentia, quędam enim spiritualia sunt: temporalia alia, & quidem temporalia dicuntur prædia, domus, oppida, castella, villæ ex liberali Regum, principium, aliorumque fidelium largitione Ecclesię donata, quæ ad splendorem, & decorem Ecclesiæ donata sunt. spiritualia verò, siue sacra sunt, quæ ad clericos commodè sustentandos ordinata sunt, vt beneficia Namque bona omnia Ecclesię, quadam ex parte sacra, & diuina vocari possunt, quatenus sacris vsibus, & ministeriis addicta sunt. ex Hygino Papa in *can. ligna Ecclesiæ* 38. & Stephano Episcopo in *can. vestimenta Ecclesiastica* 42. & ex Concilio Triburiensi *can. vasa, ex quibus* 44. *de consecrat. distinct.* 1. *S. Thomas* 2. 2. *q.* 99. *art.* 3. *&* *q.* 185 *art.* 4. *Nauar. de redditibus Ecclesiasticis q.* 1. *monito* 18. *& monito* 40. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 1. *q.* 3. *Genuens. in manuali pastorum cap.* 34. *nu.* 4. *vers.* 4. *quod caueant.*

Bona, quæ hic agimus, cauendum nobis est, ne in pręsenti seculo hic nobis remunerentur, vt dicatur nobis postmodum: Recepisti bona in vita tua. *Lucæ* 16. 25. ex Gregorio in *can. cauendum est* 47. *de pœnitentia dist.* 3.

Bona male ministrando quisque sibi nocet, non alteri. ex Anastasio II. in *can. secundum Ecclesiæ Catholicæ* 8. §. *Adeo autem non quæritur dist.* 19. verba sunt Anastasii *Ideo ergo & hic, cuius nomen dicimus reticendum, malè bona ministrando sibi tantum nocuit.*

Bona desideria, quæ quis in meliora tendendi proposuit, nisi impleat, cecidisse videtur. ex Gregorio *can. qui bona agunt.* 4. 17. *q.* 1. verba damus Gregorii: *Qui bona agunt, si meliora agere deliberant, & post deliberata non faciunt; licet in bonis prioribus perseuerent, in conspectu tamen Domini ceciderunt ex deliberatione.*

Bona Clericorum, & Ecclesiarum iure censeri debent eodem. *gloss.* in *cap. Ecclesia S. Mariæ X.* verbo *personis Ecclesiasticis.* ex eodem tex. *de constitutionibus.* & plenius in *cap. vltimo* qui est Honorii Tertii *de vita & honestate clericorum,* verbo *suis facultatibus* Ex Concilio Toletano 3. in *can. Ecclesiarum seruos* 69. 12. *q.* 2. in quo Ecclesiarum bona, & Clericorum partificantur. & Synodo sexta Romana in *can. similiter & hoc* 58 16. *q.* 1. dicente illa, & rõnẽ reddẽte: *Quia Episcopatũ res, Ecclesia nõ dubitãtur esse* ibique interr *Gloss.* verbo *Ecclesiæ.* sic dicens: *& ex hoc capitulo consueuit dici, quod res Clericorum eodem gaudent priuilegio, quo res Ecclesiæ.* refert ex dicto Concilio Toletano d. *can. Ecclesiarum seruos* 69. 12. *q.* 2. & ex Concilio Arausicano primo in *can. eos qui* 6. §. *si quis autem mancipia dist.* 87.

Bona Ecclesiarum pauperum sunt. ex Hieronymo ad Damasum *can. quoniam quidquid* 68. *aliàs finali* 16. *q.* 1. & ex Augustino ad Bonifacium in *can. quod autem.* 3. 23. *q.* 7. & ex Ambrosio in *can. conuenior.* 21 *in principio.* 23. *q.* 8. *Gloss in cap. nihil prodest* 2. verbo *de causis pauperum de pręscriptionibus.* Quisquis ea occupauerit, super omnia tamen si ex principibus, aut primis regionis fuerit, is anathemate feritur. ex Symmacho Papa in sexta synodo in *can. indignè ad altare Dei* 21. 12. *q.* 2.

Bona prima per sequentia mala mortua, & irrita fiunt, ita & ipsa eadem per pœnitentiam, & alia bona sequentia reuiuiscunt, vel quoad vitam æternam, vel quod ad temporale præmium, vel ad minus supplicium subeundum. ita *Gloss* in *can. non est tam iniustus Deus* 29. qui est Hieronymi *de pœnitẽtia dist.* 3. §. *operis, quo omnia,* verbo *benefaciet.* & *Glossella.* marginalis ibidem. & *Gloss* in *can. nihil prodest homini* 21. qui est Pii Papæ in verbo *prodest de pœnitentia dist* 3. Quod tamen exaudi de bonis operibus factis in gratia, & postmodũ per superueniens peccatum mortale mortificatis, non enim omnino tolluntur illa, sed mortificantur, vt adueniente postmodum pœnitentia per charitatem superuenientem reuiuiscant: quamuis bona opera etiam in peccato facta, cum ex radice non procedant charitatis, licet ad vitam nõ proficiant æternam, proficiunt tamen ad multa ex *Gloss.* in *can. quæras hic aliquis* 44. §. *illud autem Gregorij.* qui est Gratiani verbo *non percipitur de pœnitentia dist.* 3. & *can. si quis autem* 49. qui est finalis *eadem de pœnitent. dist.* 3. & ibidem *Gloss.* Cuique Alexander Tertius Beluacen episcopo scribens in *cap. quod quidam ad confessionem in fin. de pœnitentiis & remissionibus.* vbi per quam optime *Gloss.* verbo *non sit vera.* quę in fine carmina refert.

*Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terrę.*
*Cor facinat humile, minuunt tormenta gehẽnæ.*

Sacrosancta Tridentinus Synodus *sess.* 6. *de*

*In-*

*Iustificatione can.7.Nauar. in manuali prelud*io *7.num.3.& cap.3.num.8.& cap.27.num.279.& d.can.fin.de pœnitent. dist.3, a num.1. Couarruuias in cap. alma mater de sentẽtia excommunicat. in 6.§.4.num.10. & 11. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.4.cap.8.num.7.*

Bonum nullum, nisi voluntarium. Nicolaus Papa omnibus Episcopis in Regno Lodouici in *can.præsens.clericus 4.§.qua propter consulte Psalmographi verba.20.q.3.*vitæ æternæ videlicet,remuneratorium.vt *Gloss.*ibidem verbo *nullum quippe bonum.* subnectit.

Bonum secundum suam rationem est diffusiuũ sui. ex *Dionysio de diuinis nominibus cap. 4. in principio. S.Thomas 1.2. q.2. art. 4. in 1. argumento.*

Bonum quodlibet de sursum est, descendens à Patre luminum.ex *Iacobo 1.17.*dicente: *Omne datum optimum, & omne donum perfectũ de sursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Nihil enim habemus, quod non accepimus.iuxta illud Apostoli 1.ad Corinth. 4.7 *Quid autem habes, quod non accepisti? si autem accepisti; Quid gloriaris quasi non acceperis?* deducitque Augustinus in libro de correptione, & gratia cap. 8.& 9. in *can. si ex bono in malum 8.§.Non enim perit filius promissionis. de pœnitentia dist.4.* ibique perquàm optime *Gloss.*verbo *Apostolicam*. quæ refert sequentia.

*Ex ope cælesti fit.si quid habetur honesti.*
*Et venit à superis,vel agas benè,vel mediteris.*
Atque iterum.
*Quidquid habes meriti,præbentis gratia donat.*
*Nil Deus in nobis præter sua dona coronat.*

& sequutus fuit Bonifacius Vrbis Romæ Episcopus omnibus Calaritanæ Ecclesiæ Cœnobitis in *can.quam pio mentis affectu 2.1. q.2.*referens locum prædictum Iacobi: *Omne datum optimum.*

Bonum ex integra causa; malum autem ex singulis defectibus.ex *Dionysio de diuinis nominibus.& Aristotele. 2.ethicorum. S.Thomas 1.2.q. 20.art.2.in corpore. & q.71.art.5.ad 1.& 2.2.q. 92.art.2 ad 1.Nauar.de oratione cap.6.num.2.*

Bonum nisi fiat, à malo abstinere non sufficit. Clemens V.in Concilio Viennen in *clementina cupientes 3.§.& quia nisi fiat.de pœnis.*ibique *Gloss.* verbo *non sufficit.* iuxta illud psalmi 33. 15.*Diuerte à malo, & fac bonũ:inquire pacẽ, & persequere illã.* ex Fulberto Episcopo in *can. de forma fidelitatis 18 §.sed quia nõ sufficit.22.q. 5.*illo dicẽte:*Sed quia non sufficit abstinere à malo,nisi fiat id,quod bonum est.* & ex Hieronymo in *can.duo sunt genera 7.in fine 12.q.1.*illis verbis;*Et ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo emtauerint.* & ex eodem in *can.si enim inquit.40.de pœnitent. dist.2.* in *§ frustra nobis in eo pladimus.* verba sunt Hieronymus: *Frustra nobis in eo plaudimus,cuius mandata nõ facimus. Scienti bonũ, & non facienti illud, peccatũ est.* id est magis quàm si nesciret. ex *Gloss.* ibidẽ verbo *peccatum.*

Bonum, quod factum est, numquam fuisse malũ creditur. *Gloss.in can.vides, vt opinor 3.* qui est Augustini.*§.mea primitus sententia 23.q.6.*verbo *credatur.*per ipsum textum dicens: *numquam creditur fuisse malum, quod factum est bonum.*ex Gregorio in *can ferrum 18.dist.50.*qui sic in fine infert: *Non ergo in eo debet dispici, quod fuit: quia iam incipit esse,quod non fuit.* accedit Pomponii sensus lib.33 ad Sabinum in *l.quod ita sanatum est 16.ff de ædilitio edicto.* qui sic loquitur:*Quod ita sanatum est, vt in pristinum statum restitueretur, perinde habendum est, quasi numquam morbosum fuisset.* Nouus enim videtur esse homo. vti Augustinus perpẽdit in *can.quod autem tibi 7.32 q.1.* in fine sic inferens de adultera verba faciens *Ioannis 8.*cui Dominus pepercit: *Nec ego te condemnabo, vade & iam noli amplius peccare.* Nec iam se debere adulteram dicere, (inquiens) cuius pœnitentis crimen diuina credit miseratione deletum. sic quod bonum factũ est, numquam fuisse malum creditur.hæc est mutatio dexteræ excelsi.

Bonum & iustum præsumitur, quod à bono factum est.ex Hieronymo in *can. qui de mensa regis 11.dist.37.*ibique *Gloss.*verbo *scirent esse peccatum.* quæ in fine sic infert adnotans: *Item argumentatur.præsumi eo ipso bonum, quod ab aliquo bono sit factum.* eiusdem argumenti Pelagius Papa secundus Benigno Archiepiscopo in *can.omnis,qui gemebat 36.7.q.1.*ibidemque *gloss.*verbo *sciret.*eodemque argumẽto vsus fuit Vrbanus Papa Hugoni Lugdunen Archiepiscopo scribens in *can. Lugdunensis Parochia 10 siue finali 9.q.2.* verbis illis: *Legimus quippe Sanctum Epiphanium Episcopum ex diœcesi S. Ioannis Chrysostomi quasdam clericos ordinasse quod sanctus vir omnino non fecisset.si ei detrimentum fore,perpenderet.*

Bonum quandoque ex malo prouenit. sed hoc Dei gratia, & auxilio: *Qui etiam de malis hominum actibus bona operari consueuit.* vt Pelagius loquitur Papa Ioanni Patricio scribens in *can relegentes litteras 49.23.q.5.* ibique *gloss.*verbo *bone.*& *Glossella* marginalis ibidẽ, quæ ita summat, *Bonum prouenit ex malo.* ex Gregorio in moralibus in *can. verum testiculorum Leuiathan 2.dist.13.*Quamuis quandoque etiam Bonum quis mihi faciendo,iniuriam inferat. ex Vlpiano in *l. si seruum 27. §.& si puerum quis castrauerit. ff. ad legem Aquiliam.* namque castrans puerum, quamuis prætiosiorẽ eum reddat,iniuriam tamẽ facit eidem. notatque *Bald.* in summario,sic dicens:*Nota, quod etiam bonum quis mihi faciendo, interdum facit mihi iniuriam:quod est multum notandũ.secundũ.* quæ verbo *iniuriarum.*sic infert. *Ergo nota Quòd etiam bonum quis mihi faciendo. facit mihi iniuriam.vt hic.quod est notandum* ita *Gloss* sequiturque *Gloss.in d.can.relegentes.*

Bonus tantum frigitur,quantum amat. ex Augustino, quem refert Gratianus in *can. Aduersitas.48.§.hoc tunc seruandum. vers. est & aliud genus persecutionis.7.q.1.* frigitur. id est confrigitur. id est tantum dolet de malorum interitu,quantùm salutẽ eorum diligit. *Gloss.* verbo *frigitur.* commentum agit.

Bonus qui est, quandiù in hac vita subsistit, æqua-

æquanimiter tolerare malos debet. Nam quisquis malos nõ tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Gregorius in *can. hac autẽ* 15. 23. q. 4 rationem subdens: *Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet.*

Bonus nemo potest esse inuitus; sed timendo, quod non vult pati; vel relinquit impatientem animositatem; vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem; vt timens nesciat fallum, de quo contendebat, vel quærat verum, quod nesciebat; & volens iam teneat, quod nolebat. verba sunt Augustini ad Vincentium in *can. vides vt opinor.* 3. *in principio,* 23. q. 6. explicat *Gloss.* ibidem verbo *& voleas.* vt ex nolente fiat volens. vt idem perpendit Augustinus in *can displicet tibi* 38. 23. *quæst.* 4. dixeratque Gelasius Papa Victori Episcopo in *can. consuluit dilectio tua* 9. *dist.* 74. dicens; *vt ex nolentibus fiant volentes.* non quòd quisque Bonus potest esse inuitus. simpliciter videlicet; sed secundum quid, vt ex nolente fiat volens. iuxta illud Salomonis prouerbiorum 9. 9.

*Da sapienti occasionẽ, & addetur ei sapientia.*

Bonus quisque præsumitur magis, quàm malus. ex Euaristo Papa in *can. Deus Omnipotens* 20. 2. q. 1. verba sunt Euaristi: *vt nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotiis essemus. & ne mala quorumque prius quisquam præsumat, credere, quàm probare.* hoc est *examinare.* vt *Gloss.* ibidem verbo *quam probare* commentum agit. Quia nimirum (vt *Gloss.* ibidem verbo *præsumat* adnotat) *Præsumendum est quemlibet esse bonum.* ex Antero Papa Episcopis Hispaniæ in *can. absit vt quidquam* 14. 11. q. 3. qui dicit: *Absit, vt quidquam sinistrum de his arbitremur.* vbi *Gloss.* verbo *sinistrum.* exaudit dictum in his, quæ possunt trahi ad bonũ, & malum, vbi semper ad meliorem partem est interpretandum. ex Augustino lib. 3. de doctrina Christiana cap. 12. in *can. quisquis rebus* 1. *dist.* 41. Nam, qui malum dicit, ipse probare tenetur. ex Paulo lib. 9. responsorum in *l. ab ea parte.* 5. *ff. de probationibus.* reprime, in iis, quæ sunt per se mala. *Nauarr. cons.* 11. *num.* 6. *in fine lib.* 5. *de simonia.*

Bonus, & malus quis esse simul non potest. ex Ambrosio in *can. cum renunciatur* 9. 32. *quæst.* 1. Quia: *Cum renunciatur.* (verba sunt Ambrosii) *improbitati, statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitia, virtutis operatur ingressum. eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* ibique *Gloss.* verbo *Copulatur.* Cum enim bonum, & malum contradictoria sint, simul in eodem subiecto eodem tempore stare non possunt. mutuo namque se extrudunt. Vnde etiam est, quod à Patria ipsa quis bonus, vel malus præsumitur. ex Vlpiano lib. 1. ad edictum Aedilium Curulum in *l. quod si nolit* 31. §. *qui mancipia vendunt ff. de ædilitio edicto.* qui sic tandem concludit: *Præsumptum enim est, quosdam seruos bonos esse, quia nati nis sunt non infamata. quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est.* ibique *Gloss.* verbo *non infamata.* rationem sic infert:

*Sæpè solet filius similis esse patri,*

Dixitque Dominus Matthæi 7. 16. *Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonos fructus facere.* non itaque Bonus, & malus quis esse simul potest.

Boni à malis semper persecutionem patiuntur, & tribulantur. Alexander Papa in *can. nulli dubium* 5. 3. q. 1.

Boni per gratiam corriguntur, & libero arbitrio mali pereunt. ex Augustino Gratianus in *can. vasis iræ* 23. § *non ergo necessitatem facit.* 23. *quæst.* 4. loquens enim de Dei Prædestinatione ibidẽ Augustinus sic inferet: *Prædestinationem Dei, siue ad bonum, siue ad malum in hominibus operari ineptissimè dicitur, vt ad vtrumque homines quædam necessitas videatur impellere: Cùm in bonis voluntas sit intelligenda; non sine gratia: in malis autem voluntas intelligenda sit sine gratia.* sic Augustinus. plura *Gloss.* ibidem verbo *standi,*

Bonarum mentium est, ibi etiam, aliquo modo, culpas suas agnoscere, vbi culpa non est. Quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam cùm esurimus sine culpa comedius: quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus. ita Gregorius in *can. ad eius vero concubitum* 4. *siue finali in fine dist.* 5. quo loco *Gloss.* verbo *agnoscere* sic infert: *Dic, quod qui ibet potest dicere se peccatorem; dumtamen non credat contrarium.* allegat textum in *can. ad hoc* 32. § *oportet enim. de pænitentia dist.* 3. qui est Augustini asserentis illud Apostoli 1. ad Corinth. 4.

*Nil mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum.* quo loco ita prosequitur: *Sciens enim & iustis peccata solere contingere, non se confirmabat absque peccato, qui se nouit indissolubili vinculo charitatis Christo coniunctum. Nisi enim sciret sæpe iustos ad pænitentiam venire, quomodo dubitaret se peccare, qui se sciebat spiritum Dei habere, & intentione mundissima ei seruire?* ita Augustinus. sequitur *glos. in cap. fin.* § *ipse vero de purgatione canonica.* super verbis illis Iob. 9. *Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorat anima mea.* verbo *ignorat.* & commentum agens dicit; *Ideo semper debet timere Quia bonarum mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est.*

Bonitas vnius rei melioris, bonitatem non tollit alterius rei minoris, cùm bono melius detur. ex Vlpiano lib. 22. ad edictum in *l. vbi autem non apparet* 75. *in principio ff de verborum oblicationibus.* dixit *Nauar. de Indulgentijs notabili* 6. *nu.* 4. faciuntque quæ nos infra deduximus. *bono melius datur.*

C



CAdauera mortuorum hominum excenterantes, incidentes in frustra, elixantes carnes, vt ab ossibus separentur, & excutiantur, ac trucidantes, vt prędicta ossa in sepulturam distantem humanda transferant, sunt ipso facto excomunicati, & excomunicatio est Papa reseruata & nihilominus corpora defunctorum prædictorum Ecclesiastica careat sepultura. ex Bonifacio Octauo in *extrauaganti detestandæ feritatis. 1. de sepulturis inter comunes Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis lib. 1. cap. 36. num. 5.* reprimit; si fiat in terris infidelium, vt ossa ad terras fidelium transferantur. ex eadem *extrauaganti §. volentes igitur* illis verbis: *In Ciuitatibus, terris, seu locis in quibus catholicæ fidei cultus viget, diem de cætero claudet extremum.* ibique *Gloss.* verbo *catholicæ fidei.* sic dicens: *Et sic hæc constitutio non inhibet. vbi catholicus decederet in terra Saracenorum.*

Cadauer mortui hominis humatum in alieno sepulchro non potest inde exhumari sine licentia Episcopi. ad textum Innocētii Tertii Genuensi Archiepiscopo in *cap. Fraternitatem tuam. 3. de sepulturis extrà.* apertissimè ex Vlpiano lib. 25. ad edictum in *l. ossa 8. in principio* ibique *Baldus ff. de religiosis, & sumptibus funerum.* Verba excipe Vlpiani: *Ossa quæ ab alio illata sunt, vel corpus, an liceat Domino loci effodere, vel eruere sine decreto pontificum, seu iussu principis, quęstionis est. Et ait Labeo expectandum esse permissum pontificalem, seu iussionē Principis: alioquin iniuriarum fore actionem aduersus eum qui eiecit.* Hoc verò fauore religionis. vt *gloss.* ibidem verbo *expectandum* adnotat. *Bertacchinus de episcopis in 3. part. lib. 4. q. 13. nu. 26.*

Neque Cadauer occisi hominis exhumari ab Ecclesia poterit per Iudicem laicum sine Episcopi facultate: alioquin tamquam Immunitatis Ecclesiasticæ violator excomunicationi subiici poterit. ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *c. decet Domum Domini 2.* ibiq; *Scribentes de Immunitate Ecclesiastica lib. 6. Lauorius variarum elucubrationum tit. 2. cap. 7. nu. 32.* Et quid ad finem recognitionem faciendi occisi hominis, & vulnerum, vt delictum in genere habeatur? non debere recognitionem in Ecclesia fieri, sed extra eam ex Episcopi permissu, sacra declarauit Congregatio Immunitatis 2. Maii 2629. vt eam refert *Asprellus decis. 51. nu. 18.*

Et num ex tali permissu Episcopus irregularitatem contrahat? nequaquam: Quia actus iste recognitionis, causa est satis remota mortis occisoris, & delinquentis. *Nauar. manuali cap. 27. num. 207. Genuensis in praxi Episcopali cap. 42. num. 10. Lauorius dicto cap. 7. tit. 2. nu. 31. Bonacina tom. 1. de contractibus disputat. 3. q. 21. punct. 3. num. 13. Scipio de Rubeis in aphorismis Episcoporum* verbo *Irregularitas. nu. 8.*

Calices, & pateoæ, in quibus corpus, & sanguis conficitur Domini nostri Iesu Christi ex auro debebent esse, vel argento, non ex ligno, vel vitro, ne frangantur, neque ex ære, vel auricalcho, ne vomitum moueant, cum ex vini virtute eruginem pariant. ex Concilio Triburiensi cap. 18. in *can. vasa, in quibus. 44.* & ex Concilio Rhemensi cap. 6. in *can. vt Calix Domini 45. de consecratione dist. 1.* Sacerdos tamen, qui in ligneo vase conficeret, pręter peccatum, ex malitia præsertim, deponendus esset. ex Honorio Tertio Episcopo Brixien in *c. litteras tuas 14. fine finali de celebratione missarum.* ibique plenè *gloss.* verbo *ligneo.* & *Glossella* marginalis ibidem. Debent tamen calix & patena esse consecrata Episcopi consecratione. ex Innocentio Tertio in *cap. cùm venisset ad Apostolicam sedem. vnico §. vngitur prętereà de sacra vnctione. Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat. 27. num. 35. & 36.*

Si quis verò in calice non consecrato conficeret, ex contactu sanguinis consecratur. *Aegidius de Conink. tom. 1. de sacramentis quæst. 66. art. 2. dub vnico. conclus. 2 num. 15. in fine.* ob nimiam autem paupertatem poterit in Stāneo Calice consecrari. ex eodem Concilio Rhemensi *d. can. vt Calix 45. de consecrat. dist. 1.* verba sunt Concilii: *Si quis autem tam pauper est, saltim vel stanneum calicem habere. Card. Toletus lib. 2. cap. 2. nu. 6.*

Calicem si quis subripuerit consecratum, sacrilegii pœna tenetur. ex Gregorio in *can. sacrilegium 4.* & Lucio Episcopo in *can. omnes Ecclesię raptores 5. 17. quæst. 4. S. Thomas 2. 2. quæst. 99. art. 1. 2. & 3. Ricius in praxi part. 3. resolut. 408. nu 4.*

Calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicii. Eleuterii Papæ verba sunt *can. quisquis 3. in fine 2. quęst. 8.* Quia nimirum nemo impunitam sibi nosse debet licentiam mentiendi. & qui crimen alterius profert, probare illud tenetur. quare obligare se debet ad talionem. vt *gloss* ibidem verbo. *vinculum inscriptionis arripiat.* commentum agit. ex Damaso Papa in *can nullus introducatur. 2. §. nam inscriptio 4. q. 4.* ibidemque *gloss.* verbo *inscriptio.* quæ pœnam importat talionis. & si non fuerit facta, nihil valet, quod actum est. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est 7. 2. q. 1.*

Calumniandi cupiditate homines cœcantur, vt non attendant ad ea, quę dicunt, vel faciunt, vt cōtraria quoque loquantur. ex Augustino epist. 50. ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obiiciunt. 3. in principio. 23. quæst. 7.* verba proferimus Augustini: *Vsq; adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attēdant, quàm sint inter se cōtraria, quæ loquuntur.* ita Augustin. Cùm alioqui sua calumniandum non sit. vt *gloss.* ibidem adnotat verbo *calumniandi.* ex eodem Augustino in *can. liquidò apparet. 54. in principio de consecrat. dist. 2.* dicente sic: *Numquid tamen propterea calumniandum est vniuersę Ecclesię, quod à ieiunis sępe accipitur?*

Non

Non vtique calumnia est imponenda. ex *gloss.* ibidem verbo *calumniandum*. Discedat proinde calumniandi cupiditas.

Canities hominum prudentia est. Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ in *can. Porrò Moysi præcipitur.6.siue finali dist.84.* ex illo Prouerbiorum 20. 29. *Dignitas senum canities*. siue: *Gloria senum Canities*. Hæc vero canities sapientiam designat. de qua scriptum est: Canities hominum prudentia est. vt idem loquitur Anacletus.

Cana Patrum delibetatione dixit Nicolaus Papa in *can. arguta sapientia* 13. *in fin* 2. *q*. 6. verba sunt Nicoli Papę in Hincmarum Remensem Archiepiscopum: *Auctoritate Apostolica, & Cana Patrum deliberatione pristino tandem genio, & proprio decorarentur honore*. & ibidem in annotationibus verbo *cana* sic infertur, ex libro Ennodii pro Symmacho: Cana miracula: Canum genus, Cana fides: iuxta illud Vergilii.

*Cana fides, & Vesta, Remo cũ fratre Quirinus,*
*Iura dabant.*

Canities veneranda. Vnde canis tuis parcimus, dixit Gragorius Ianuario Episcopo scribẽs in *can. tanta nequitia* 24. *distinct*. 86. verba damus Gregorii: *Et quia ad huc canis tuis parcimus, hortamur, vt aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compescas*. & infra: *Et quidem pœna sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus*. ibique *Gloss.* verbo *quia simplicitatem*. notat: quod parcitur senectuti. ex Pelagio Papa Florentino Episcopo in *can. fraternitatis tuæ relatione* 7. *distinct*. 37. sic dicente; *Et ætas istius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspitionem auferre dinoscitur*. & ex Octaua Synodo in *can. hoc sic in iudicio positum* 8. 26. *quæst*. 7. in ratione, quam affert: *Quia ætas, & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ*. ibidemque Gloss. verbo. *quia ætas*. & eadem 26. *q*. 7. ex Leone Papa ad Nicetam Episcopum in *can. tempora pænitudinis*. 2. illis verbis: *Pariter etiam habens ætatis senilis intuitum*. vbi *Gloss.* verba *ætatis senilis* infert: *Nota, quod habetur ratio senectutis*.

Camerarius Papæ est, ad quem spectat, temporalia pauperibus erogare. Magnumque est officium, Iurisdictionemque obtinet in omnes debentes Cameræ Apostolicæ. meminit Clemens V. in Concilio Viennen in *clementine Romani* 2. §. *eo tamen prouiso*. ibique *Gloss.* verbo *Camerarium de electio, & electi potestate*.

Camera Apostolica, quæ suffecta est vice & loco successoris, tenetur ad debita, per defunctos Beneficiarios contracta, ad quæ Ecclesia tenebatur. ex Bonifacio Octauo in *cap. si tibi concessa à nobis* 26. ibique *gloss.* verbo *onerata de præbendis, & dignitatibus*. *in* 6. *Rota decis*. 41. *de probationib. in antiquis Ioannes Azorius Institutionum moralium part*. 2. *lib*. 8. *cap*. 3. *q*. 3. *Nauar. de spoliis Clericorum* §. 10. *num*. 6. & 7. *Gratianus forens. part*. 1. *cap*. 94. *num*. 30. 31. & *sequ. Iacobus Antonius de Mauro allegat*. 34. *num*. 3.

Campanas non plures, sed vnam tantum in suis conuentibus fratres Mendicantium Ordinũ, qua in diuinis officiis tàm diurnis, quàm nocturnis vtãtur, sine sedis Apostolicæ speciali licẽtia habere, ac retinere nõ poterunt. ex Ioannis XXII. dispositione in extrauaganti. *Quia cnatros. vnica de officio custodis inter communes*. vbi *gloss.* verbo *Campanam* notat: Campanæ vsum ad multa valere. Campanam ipsam audi dicentem:

*Laudo Deum verum, plebem voco, congrego Clerum.*
*Defunctos ploro, pestem fugo, festa decoro.*

plura deduximus nos *respons.* nostra 22. *num*. 18. & *nu*. 53. *part*. 2.

Campanas in oratoriis priuatis habere non licet, neque etiam Templariis, & Hospitalariis. ex Cœlestino Tertio ad Abulensem Episcopum in *cap. patentibus litteris* 10. *de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum*.

Leo autem X. in Concilio Generali Lateraneo, statuit; vt nullus Campanas pulset Die Sabati Sancti Maioris hebdomadæ, antequàm illas Cathedralis pulsauerit, vt debitus illi honor prestetur; contra facientes centũ ducatorum pœna multauit, etiam si regulares fuerint. refert. *Quaranta in summa Bullarum* verbo *Campana. fol*. 118. & verbo *priuilegia mendicantium fol*. 403. *vers. vt debitus honor. Barbosa de Iure Ecclesiastico lib*. 2. *cap* 3. *num*. 69. & 70. & *de officio, & potestate Episcopi allegat*. 27. *nu*. 46. & *sequentibus*.

Canones sacri à Spiritu sancto, eiusque instinctu, ac dono dictati sunt. Qui ergo sacros canones voluntariè violarint, eosque contempserint, blasphemate Spiritum sanctum non incongruè videntur, pœnisque plectuntur blasphemantium. ex S. Damaso Papa in *can. violatores canonum* 5. 25. *q*. 1. qui excomunicati sunt, & hæretici. vt *gloss.* ibidem verbo *blasphemare* adnotat. ex Adriano Papa in *can. Generali decreta*. 11. *eadem* 25. *q*. 1. dixitque Leo Papa ad Anastasium in *can. igitur secundum sanctorum Patrum canones* 5. 25. *quæst*. 2. dicens: Canones sanctorum patrum Spiritu Dei cõditos, & totius mundi reuerentia consecratos esse. decreuitque Gregorius 4. in *can. nulli fas est velle*. 5. *dist*. 16. excomunicationem maiorem transgredientibus inferens.

Canones sacros qui negat, & Euangelia quatuor, & Catholicam & Apostolicam fidem pariter negare probatur. ex Leone IV. Episcopis Britraniæ in *can. de libellis, & commentariis* 1. *dist*. 20. Temeritatis enim coarguendi sunt, qui sacros canones non obseruant. ex Nicolao I. in *can. si decreta Romanorum* 2. *eadem dist*. 20.

Nulli proinde licet sacros canones ignorare. vt *gloss.* ibidem verbo *de neglectu*. concludit. Sacerdotibus præsertim. ex Cœlestino vniuersis Episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis in *can. nulli sacerdotũ* 4. *dist*. 38. maximè verò Episcopis. ex Septima Synodo cap. 2. in *can. omnes psallentes* 6. *eadem dist*. 38.

Canonibus enim sacris Ecclesiastica regitur di-

disciplina. Ex Gelasio Papa Palladio Episcopo in *can. pracepta canonum 12. in principio dist.* 15. Quapropter quidquid contra sacrorum Canonum diffinitionem dictum fuerit, non solum temerarium, sed etiam æstimatur perniciosum, atque periculosum. ex Horsmida Papa in *can. si ille* 58. *in fine dist.* 5.

Canonibus itaque sacris qui obedire nescit; nec sacris administrare, nec communionem capere, sit dignus altaribus. vti Gregorius ad Ioannem scripsit Episcopum in *can. hac consona.* 13. 25. *q.* 1. Cùm illi, qui sacris nesciunt obedire canonibus, penitus officio jubeantur carere suscepto. rationem reddit Gratianus in *can. Denique sacerdotes 6 sine finali.* §. *hæc & si legibus constituta sunt. dist.* 4. Canones proinde sacros exacte seruari Sacro sancta præcepit Tridentina synodus *sess.* 25. *cap.* 18. §. *Qua propter sciant vniuersi. de reformat.*

Canis reuersus ad vomitum, & sus lota in volutabro suo, omnis, qui reuertitur ad peccatum suum. Sic namq; ex Salomone *prouerbiorum* 26. 11. Spiritus loquitur Sactus: *sicut canis, qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens, qui reiterat stultitiam suam.* Satius ei fuisset non incepisse. vti *S. Petrus 2. epist. cap.* 2. 21. dixit: *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitia, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandatum. Contigit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.* Dictum[que] fuit in Concilio Ilerdensi cap. 5. in can[one] *qui altario Dei.* 2. *in fin.* 15. *q.* 8. sequenti animaduersione de redeuntibus ad peccatum loquitur: *Quod si iteratò, velut canes ad vomitum, reuersi fuerint, & velut sues in volutabris luti iacuerint; non solum dignitate officij careant, sed etiam sanctam camunionẽ, nisi in exitu, non percipiant.* Nec dissimiliter loqnutus fuit Syricius Papa ad Himerium Episcopum in *can. de his verò* 12. 33. *q.* 2. *Qui acta pænitentia, tamquam Canes, ac sues ad vomitus pristinos, & volutabra redeuntes, & militiæ cingulum, & ludricas voluptates, & noua cõjungia, & inhibitos denuo appetiuere concubitus; quorum professam incontinentiam generati post absolutionem filij prodidernut.* de quibus & Gregorius in *can pænitentiam agere* 6. §. *sunt, qui dicunt. de pænitentia dist.* 3. sic & ipse infert: *Rectè eos Pastoris primi percutit sententia:* (Contigit illis illud veri prouerbii: Canis reuersus ad suum vomitum, & sus lota in volutabro luti.) *Magna est enim contra peccatum virtus pænitentiæ; sed si quis in eadem pænitentia perseueret.* Nam vt Isidorus li. 2. de sũmo bono c. 16. *in can. irrisor est* 11. *eadẽ de pænitens. dist.* 3. & rectè, infert: *Irrisor est, non pænitens, qui adhuc agit, quod pænitet; nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad vomitum, est pænitens ad peccatum.*

Canis impudicus Episcopus dicitur, qui delinquentes non corrigit. ex Gregorio part. 1. pastoralis cap. 4. in *can. nemo quippe* 2. *in fine dist.* 83. qui sic infert: *Episcopus itaque, qui tacitum crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm Episcopus.* Rationem reddit *glos.* ibidem verbo *redarguere.* Quia vult magis placere silendo, quàm displicere, redarguendo. Nam taciturnitas mortalis est in Prælato. ex dictis Bonifacii Martyris in *can. si Papa* 6. ibique *Glass.* verbo *taciturnus. dist.* 40. & ex eodem Gregorio in *can. sit rector discretus* 1. *dist.* 43. super verbis illis Isaiæ 56. *Canes muti non valentes latrare.*

Canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia. sic Pastores appellat *Isaias* 56. 10. Quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. rationem reddit Gregorius de pastoribus loquens in *can. sit rector discretus* 1. *dist.* 43. subnectens ex eodem Isaia: *Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, dicens:* Canes muti non valentes latrare. *Hinc rursus quæritur dicens: Ezzecchielis* 13. (Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.) *Ex aduerso quippe ascendere est, pro defensione gregis voce libera huius mundi potestatibus contraire.* Et in die Domini in prælio stare *est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quàm tacendo terga prebuisse?* Rationem ex Hieronymo præbet *Gratianus in summa eadem dist.* 43. de pastoribus loquens atque dicens: *Debet etiam gratiam docendi habere: Quia vt Hieronymus ait.* Innocens, & absque sermone conuersatio, quantùm exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, & baculo pastorum lupi sunt arcendi. Debent igitur loqui pastores, ne Canes muti sint, non valentes latrare.

Canonizatio Sanctorum ad solum summum Romanum Pontificem spectat, cùm sit vna de maioribus causis, quæ inter Christianos proponi possit. ad sedem proinde Apostolicam spectat. vt *gloss. in cap. vnico* qui est Bonifacii VIII. verbo *sedis Apostolicæ. de reliquiis & veneratione Sanctorum in* 6. prosequitur. & ita quoque Alexander Tertius statuerat in *cap.* 1. *in fine de reliquiis, & veneratione sanctorum extrà.* prosequiturque *Card. a Turre Cremata in can.* 1. *de consecrat. distinct.* 3. *q. vlt. & Troilus Malnetius de canonizat. sanctorum dub.* 2. Hoc verò consequuntur sancti ex Canonizatione, quod Ecclesia pro eis solemniter officia diuina concelebrat, & inter alios sanctos in lytaniis inuocat. Nam aliàs licet cuilibet in secreto alicui defuncto, quem sanctũ credit, preces porrigere, vt pro se ad Deum intercedat, non tamen publicè, absque sanctæ sedis Apostolicæ determinatione. vt *gloss.* ibid. *d. cap. vnico de reliquiis, & veneratione sanctorum* prosequitur.

Ecclesia verò in sanctorum Canonizatione errare minime potest. quia saltim implicitè de articulis fidei agitur. ex *gloss.* ibidem. prosequiturque *Molfesius cons.* 46. *nu.* 18. *tom* 2. *ad consuetudines Neapolitanas.* Dicere autem quod Ecclesia errauerit in Canonizatione Sanctorum, an sit heresis? *S. Thomas quodlibeta*

*9.art.16.in respons.in fin.* dicit: Piè credendum esse, quod Ecclesia, neque in his iudicium Ecclesiæ, errare possit. Plura denique perquiruntur inquirẽda in sanctorum canonizatione, quæ enumerat *gloss.in d.cap.vnico.Molfesius cons.45.& d.cons.46. tom.2.*

Canonicatus simplex est beneficium, & hoc secundum comunem, quæ probatur in textu Bonifacij Octauj in *cap.statutum 11. in principio de rescript.* in 6. illis Bonifacii verbis: *nisi dignitate præditis, aut personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canonicis.* pro diuersis igitur Dignitas, personatus, & canonicatus habẽtur. non itaque idem sunt. vti *Philippus Francus* ibidem meditatur: Canonicatum, nec dignitatem esse, nec personatum. Nec ad rem facit Canonicarum personalem residentiam perquirere. sunt ergo Canonicatus dignitates. Non enim sufficit residentia personalis, vt beneficium simplex non dicatur. Cum alioqui comuni iure etiam simplicia beneficia personalem perquirant residentiam. ex Gregorio IX. in *cap. finali* ibique *Innocent. aliique de Clericis non residẽtibus extrà.* quamuis ex generali totius Ecclesiæ consuetudine receptum nunc sit, vt simplicia personalem residentiam non exquirant. *Rota apud Card. Manticam decis.132. num.3. & apud S. memoriæ Gregorium XV. decis.108. num. 4. & decis. 175. num. 2.* ibique *Beltraminus. & part.1 in recentioribus decis. 275. nu.2.* diximus *respons.* nostra 22. *num.6. part.5. Nauar.* pleuè *cons.97. ad 3. responsionem. num.6. lib.5. de simonia.*

Canonicatuum electio de iure comuni simultaneè ad Episcopum cum Capitulo spectat. ex Innocentio Tertio Episcopo Florentino in *cap. cùm Ecclesia Vulterrana 31.* ibique *Gloss.* verbo *postulauit. circa medium vers patet, quod de iure comuni simul debeat. de electione extra* ni tamen in aduersum consuetudo staret. ex eodem Innocentio ibidem. in fine ibi: *maximè si sit notorium, quod in Tuscia generalis consuetudo seruetur, vt in Cathedralibus Ecclesiis solum Capitulum, inrequisito Episcopo, eligendi Canonicos habeat facultatem.* Rota apud S. memoriæ *Gregor. XV. decis.95. Garsias de Beneficiis part.5. cap.4. num.28. cum sequentibus. Barbosa de Canonicis, & dignitatibus cap. 14. num. 2. & sequentib.* propterea non intrat alternatiua. *Rota apud Card. Canaler. decis.359. num 6. & 7. & apud Coccinum decis. 212. num. 3. & decis. 283. num.1.*

Canonicus in causa alterius Canonici Iudex esse haud poterit: cum sint socij, atque proinde suspecti. ex Innocentio Tertio in *cap. Cùm R. Canonicus Ianuen 35. §. mandamus quatenus* ibique *Gloss.* verbo. *Cùm sint eius socii. de officio, & potestate Iudicis delegati gloss. in can. super prudentia 1.* verbo *Stephani in fin. 14. q.2.*

Canonicus de gremio præfertur alteri non de gremio in electionibus, quamuis non à maiori parte electus fuerit. ex Cœlestino Papa Episcopis Galliæ *can. nullus inuitis 13. dist. 61.* ibique latè *gloss.* verbo *Ciuitatis.* & ex eodem Cœlestino ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ in *can. quid proderit 7. ead. dist.61. Gloss. in can. Archidianum Florentinum 1.* verbo *singulorum distinct.85.*

Canonicus potest esse testis pro alio canonico: Quia non est magis domesticus vni, quàm alteri, & par affectionis causa, suspitionem excludit. ex Paschali II. Guidoni Archiepiscopo Viennen Apostolicę sedis legato *in can. super prudentia tua 1. 14. q.2.* ibique peroptimè *gloss.* verbo *Stephani.* De iis tamen, quæ in capitulo gesta sunt, poterunt: Quia melius probari poterunt per Canonicos, quàm per alios. ex eodem *can. super prudentia.* dicente Paschali in §. *Cæterum in possessionum, vel huiusmodi negotiis hi potissimum assumendi sunt; qui eadem negotia tractarunt, de quorum auditu, & visu, hæsitatio esse non debeat.* ita Paschalis. ibidemque *gloss.* verbo *tractarunt.*

Canonici Præsbyterorum, atque Clericorum comprehenduntur appellatione. secus verò si Canonicorum dumtaxat memoria fiat, nãque neque presbyteri, neque clerici concludentur. ex Bonifacio VIII. in *cap. per exemptionem Ecclesiæ 9 de priuilegiis. in 6.* Quam ob causam priuilegia concessa Clericis, siue presbyteris, Canonicis quoque indulta censentur, qui Clericorum nomine complectũtur. *Rota apud Duranum* Episcopũ Vrgellen *decis.291. nu.2. & 3. part.2.*

Canonicos duos, vel etiam vnum, potest Episcopus secum habere pro suo seruitio. vnde Episcopo seruientes, Ecclesiæ deseruire censentur. quam ob causam suorum Canonicatuum fructibus fru[illegible]os necesse erit; non tamen distributionibus quotidianis. ex Alexãdro Tertio in *cap. de cætero 7.* & Innocentio Tertio in *cap. ad audientiam nostram 15. de clericis non residentibus in Ecclesia, vel prabenda.* quibus canonibus derogatum haud censetur per dispositionem Sacri Tridentini Concilii *sess.24. cap.12. §. Præterea obtinentibus in eadem. de reformat. Nauar cons.1. & 2. lib.3. de clericis non residentibus. Garsias de beneficii part.3. cap. 2. num.345. & 346. & sequentibus* plures referens sacrę Congregationis declarationes. Canonicus vero ad visitanda limina destinatus, vel si Episcopum sociatus fuerit, distributiones quoque lucratur quotidianas. ex Sixti V. constitutione. *Garsias d. cap.2. num. 349.* qui ita sacram declarasse Congregationẽ refert. *Ferdinandus à Castro Palao tom.2. moralium tract.7. disputat.3. puncto 9 §. 7. per totum. Gratianus forensium part.1. cap.166. nu 20.*

Caput mulieris est vir, caput autem viri Christus. Apostolus namque *1. ad Corinthios 11. 3.* sic loquitur: *Volo autem vos scire, quod omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris vir: caput vero Christi Deus.* Et ad *Ephesios 5. 22.* sic etiam verba facit: *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris: sicut Christus caput est Ecclesiæ.* Hunc locum Hieronymus in epistolam ad Titum in cap.2. in *can. caput mulieris 15. 33. q. 5.* sequentibus exornat: *Cùm caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus; quæcumque vxor non subijcitur viro suo, hoc est capiti suo, eiusdem criminis*

rea

*rea est, cuius & vir si non subiiciatur Christo capiti suo.* propter peccatum namque, quod voluit mulier cum diabolo differere, hanc eidē pœnam Dominus Deus indidit (Genesis 3. 16) *Mulieri quoque dixit*: Deus. *Multiplicabo erumnas tuas, & conceptus tuos; in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui.* Mulierem enim constat subiectam dominio viri esse, & nullam authoritatem habere. Augustinus prosequitur in libro quęstionum veteris testamenti q.45. relatus in *can. mulierem constat.* 17. *eodem* 33.q.5.

Capite languescente facilius cœtera corporis membra inficiuntur. sicut scriptum est Isaiæ 1.5. *Omne caput languidum, & omne cor merens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.* Quem locum ex Gregorio vsurpauit Gratianus in *can. sunt plerique* 11.§. *verùm hac authoritate.* 6. *quęst.* 1. nec diuersimodè sensit Anterus Papa in *can. ex merito plebis* 13. *eadem* 6.q.1. in principio. dicens: *Ex merito plebis non numquam Episcopi deprauantur, quatenus procliuiùs cadant, qui sequuntur. Capite languescente cœtera corporis membra inficiuntur.*

Capitulum dicitur senatus. ex Hieronymo ad Rusticum in *can. Ecclesia habet senatum.* 7. ibique plenè *gloss.* verbo *senatum*, quæ paritates refert 16.q.1.

Capitulum verò Congregare spectat ad antiquiorem Canonicum, siuè ad prælatum. ex Gregorio in *cap. 1. de maioritate, & obedientia.* ibique *Innocent. Abb. & Felinus.* Non debent tamen subditi onerari ad Congregationem, seu Capitulum ad nutum, seu superioris libitum, & voluntatem, sed horis, & temporibus consuetis. ex Honorio Tertio in *cap. his, quæ pro Ecclesia* 11. *eodem de maioritate, & obedientia.* Honorio sic loquente: *Et ad Ecclesiam ipsam pro scrutinio, baptismo, & capitulo celebrandis, conueniant temporibus consuetis*, notatque *Abb.* ibidem. *nu.* 1 *in fine.*

Capitulo interdicto, poterit canonicus, qui vnus est de Capitulo, si moriatur, sepulturæ tradi ab hæredibus, vel cognatis, vel vel amicis. Cùm, quia aliud est Capitulū, aliud vero singuli de capitulo. ex Alexandro Tertio Episcopo Tornacen in *cap. eam te* 7. *de rescriptis. ibique Felinus col.* 11. licet ergo denunciatum sit Capitulum interdicto suppositum, non tamen singuli de Capitulo. Tùm quòd Canonicus hic nominatim denunciatus non erat. poterat proinde iurè sepulturę tradi Ecclesiasticę *ex gloss.* in *Clement.* 1. verbo *nominatim de sepulturis.* Tum denique quod ex extrauaganti Martini V. nemo tenetur euitare excomunicatos, nec interdictos, nisi fuerint denunciati. & ita respondit *Nauarrus cons.* 23. *n.* 5. *lib.* 5. *de pœnitentiis, & remissionibus.*

Capitularibus in actibus capituli, vel vniuersitatis, capitulares ipsi communiter consentire debent, atque capitulariter; nec sufficit consensum præstare singulariter, vt puta, quod vnus hodie, alter cras fortasse consentiat, vel diuisim singuli vti singuli. alioquin actus ille nullus erit, neque Capitulariter factus. ex Gregorio IX. in *cap. in Genesi legitur* 55. §. *nec etiam electio communiter celebrata. extra de electione, & electi potestate.* ibidemque *gloss.* verbo *communiter.* Clandestini equidem hi dicuntur actus; consequenterque prohibiti. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap. quia propter* 42. §. *fin. eodem de electione.* vbi *gloss.* verbo *clandestinas.* illas clandestinas nūcupat electiones, quæ singulariter, & occulte per occulta fiunt conuenticula. ex Symmachi Papæ in Synodo Romana prima in *can. si quis Papa superstite* 2. *dist.* 79. sensu, illis verbis: *vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atque decernere.* sequiturque *Albericus in l. nulli* 3. *nu.* 12. *ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine gestū fuerit.* In actibus verò capitularibus, si ius vnicuique iure competat singulari, vnius dissensus actum nullum reddit, atque inualidum. ex Innocentio Tertio Senonen Archiepiscopo, & Episcopo Trecen in *cap. cum omnes* 6. ibique *Glos.* verbo *constitutum circa finem vers, dicas quod si aliquid est commune pluribus. de constitutionibus.* *Rota apud Caualer. decis.* 134. *n.* 5.

Capituli consensus perquiritur in alienatione rerum Ecclesię, quamuis de mensa sint Episcopi. ex Concilio Antiocheno in *can. per singulas prouincias* 2. *in fin.* 9.q.3. *Gloss.* in *cap. dudum* 1. qui est Innocentii IV. verbo *defensore* in fine *vers si verò Episcopus rem. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* ex Symmacho Papa in *can. bene quidem* 1. §. *fin. Sancta Synodus in fine dist.* 96. & *Geminianus in d. cap. dudum nu.* 7. *in fine.* Quia nimirum è re Capituli quoque videtur, ne possessiones, & bona Ecclesiæ alienentur. ex *Innocentio* in *cap. nouit.* 4. per illum rex. qui est Alexandri Tertii ad Hierosolymitanum Patriarcham. & ibidem *Abbas nu.* 7. *de iis, quæ fiunt à prelatis sine consensu Capituli.* Rota apud *Cardinalem Seraphinum decis.* 443. *num.* 4. quæ est etiam in impressis *apud Marchesanum part.* 1. *cap.* 2. *decis.* 21. *num.* 2. *fol.* 115. & apud *Cardin. Caualerium decis.* 193. *nu.* 4. vbi, quod ipse capituli consensus non videtur probari ex aliquorum subscriptione Canonicorū; perquiritur verò quod legitime in Capitulo congregati fuerint. quę decisio est etiam in Impressis *part.* 2. *recentiorum decis.* 382. *nu.* 3. *in fine.*

Quemadmodum Capituli Cathedralis consensus perquiritur etiam in vnione simplicium Beneficiorum Parochialibus facienda vigore decreti sacri Tridentini Concilii *sess.* 21. *cap.* 5. *de reformatione. Barbos. de officio & potestate Episcopi allegat.* 66. *num.* 29. & in *collectan. ad idem capit.* 5. *nu.* 9.

Capitulum, sede vacante, nihil in præiudicium potest Ecclesiæ facere, vel futuri Episcopi, licet quidem ipsius in Iurisdictione succedat. Si quid autem fecerit, id irritum est, atque inane. ex Innocentio Tertio Episcopo Amellen in *cap. sicut nostris est auribus* 27. ibique *Gloss.* verbo *in damnum.* & verbo *reducas. de Iure Iurando.* ex Synodo Ancyrana in *can. si qua de rebus Ecclesiæ* 62. 12.q.2. ibique *Gloss.* verbo *rescisso.* ita quidem, vt neque Clericum vacante

te Ecclesia licentiare valeat, quia alienationis est species. ex Gregorio Fortunato Episcopo Neapolitano in *can. fraternitatem tuā. 5.* ibique plenè *Gloss.* verbo *licentiam dist 71.*

Cappella, siue Cappellania per laicum in proprio fundo fundata, siue in propria domo, ni ordinarij assensus accesserit, Beneficium non dicitur, neque locus Ecclesiasticus efficitur. ex Vrbano Tertio Ariminen Episcopo in *cap. ad hæc 4.* ibique *Innocentius de religiosis domibus. ut Episcopo sunt subiecta*. ex Vrbani quoque Papæ sensu in Concilio Aluernæ habito in *can. quæsitum est. 4. 1. q. 3.* sequiturque *gloss.* in *Clementina si beneficiorū 2. in gloss. 2. in fine. vers. tu dic contra. de decimis. Guido Papa decis. 187. num. 1.* ibique Addentes. præsertim *Ferrerius*. qui dicit Cappellam vocari à Cappa Sācti Martini, quam Reges Francorum in bellis in eorum adiutorium deferre consueuerunt. Custodientes autem illam Clerici cum aliis sanctorum reliquiis, Cappellani vocabātur. sequitur *Petrus Gregorius Tholosates in Institutione rei beneficiaria cap. 11. num. 10. circa finem.* deducitque Eminentissimus Card. *Baronius in Martyrologium Romanū die 11. Iunij.* de translatione agens Sancti Gregorij Nanzianzeni per Gregorium XIII. ad Cappellam Gregorianam in Vaticano facta verbo in *Cappellam. Barbosa de officio Episcopi allegat. 82. num. 29.* vbi non posse fundatorem Cappellam eximere ne sub potestate, & Iurisdictione sit Episcopi, alioquin Beneficium Ecclesiasticum haud erit: *Rota apud Card. Seraphinum decis. 611. & part. 1. diuersorum decis. 282.* quæ etiam repetita videtur *part. 2. in eisdem decis. 264.*

Cappella, pro oratorio non consecrato exaudiciuntur ex Concilio Triburien in *can. concedimus etiam 35. de consecratione dist. 1.* ibique *gloss.* verbo *in Cappellis.* & verbo *Celebrari permittimus* insferēs, ac dicens, & rationē reddens: *Quoniam forte Cappella non erant olim Ecclesiæ, cum antiquitus dicerentur Cappella tuguria caprarum pellibus tecta.* vel, vt Glossella marginalis ibidem addit: *Quod Cappella pro Ecclesia dicta est, qua fit capiens laos, λαὸν id est populum, vel tandem. vel quasi capānam, quia paucos capiat.* sed hoc non admitti *Baronius* d. verbo *in Cappellam* dicto die 11. Iunij, sed magis à Cappa Sancti Martini. vt paulo ante notauimus.

Cappellania, ad quam ex fundatione, & dotatione præsentari debet vnus sacerdos bonæ conditionis, & famæ presbyter secularis, dicitur Sacerdotalis, & actu, & habitu. requiritur proinde vt præsentatus sit sacerdos tempore præsentationis. ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap nemo deinceps. 25. de electione lib. 6.* ibique *gloss.* verbo *Parochialem & Geminam.* sequutaque fuit *Rota apud Card. Seraphinum decis. 871. num. 1.*

Cappellæ constructio per testatorem certo loco demandata, si in loco fieri causa non possit aliqua, alibi, Episcopi accedente consensu, construenda erit. ex Gregorio Vndecimo in *cap. nos quidem 3. §. quod si infra de testamentis.* illis verbis: *seu si ibi non potest, & alibi placet ordinari &c.* & gloss. ibidem verbo *in loco. Rota part. 1. diuersorum decis. 550. num. 4.*

Cardinare, pro deputare, siue ordinare accipitur, & canonicam translationem de vna in aliam significat Ecclesiam. ex Gregorio Papa ad Fortunatum Episcopum Neapolitanum in *can. Fraternitatem tuam. 5. dist. 71.* verba damus Gregorij: *Fraternitatem tuam à nobis petiisse recolimus, vt Gratianum Ecclesiæ Benefranæ diaconum sua concederemus Ecclesiæ Cardinandum*. Cardinandum id est ordinandum. & canonicam translationem significat. ex annotationibus ibidem. deduciturque ex finalibus verbis Gregorij atque conclusione responsionis: *Ideirco scripsimus tibi præsentibus, cū necessariò duximus concedendum, habituro licentiam Diaconum illum, nostra interueniente authoritate, Ecclesiæ tuæ, Deo propitio, constituere Cardinalem.*

Cardinare igitur, siue Cardinalem constituere, ordinare, ac deputare significat vt ex contextu patet. ita etiam ex eodem Gregorio in *can. Pastoralis officii cura 42. in fine 7. q. 1.* illis verbis: *In hac, in qua à nobis in cardinatus es, debeas Ecclesia permanere.* id est ordinatus, siue deputatus.

Cardinales supplent defectum mortui Papæ sede vacante. ex Nicolao Papa I. in Concilio Romano in *can. si quis pecunia vel gratia. 9. dist. 79 Gloss.* in *can nullus Pontifice 7.* verbo *viuente in fine. eadem dist. 79.* sed non sunt capiut Ecclesiæ.

Cardinalatus Beneficium est Ecclesiasticum. probatur ex Leone Tertio in *c. ex gestis 2. de clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda* Cardinalis ..., qui à Titulo Sancti Marcelli depositus fuit ideo depositus fuit, quia in beneficio non residebat. est ergo Cardinalatus beneficium Ecclesiasticum. ibique *gloss* verbo *depositus.* & *Panormitanus. num. 7. & 8* quam per persionem sequitur *Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis. quæst. 1. monito. 39. sub num. 1.*

Cardinales Presbyteri maiores sunt Cardinalibus Diaconis, quia eos ordine præcedunt. Hanc ob causam in electionibus, quæ fieri debent, ad summum Pontificatum, ex Presbyteris primo electionem fieri oportebit, & si nullus dignus inuentus fuerit, tunc ex Diaconibus electio erit. ex Concilio Stephani Papæ III. in *can si quis ex Episcopis 5.* ibique *Gloss* verbo *presbyterorum dist. 79.* & ex Nicolao Papa II. in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini nostri 1. 5. Quia vero sedes Apostolica dist. 23.* ibique *gloss.* verbo *de gremio.*

Cardinales à Cardine dicuntur. Quia sicuti in cardine regitur ostium, ita per Cardinales regitur, & sustinetur vniuersalis Ecclesia. *gloss.* in *cap. 2.* qui est Leonis Papæ. verbo *Cardinalium de officio Archipresbyteri.* ad Gregorii sensum in *can. pastoralis officii Cura 42. 7. q. 1.* & tenent locum Apostolorum. *Bellemirus de charitatiuo subsidio q. 66 nu. 10.*

Caro nos læta traxit ad culpam, afflicta reduxit ad veniam. verba sunt Gregorij Papæ, q. g

re-

refert *Gloss.* in *cap. nam concupiscentiam. 4.* verbo *oriantur. in fine de constitutionibus extra.*

Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Christus dixit Dominus noster *Ioannis 6.56.* Caro scilicet, quæ Crucifixa est, & sanguis, qui militis effusus est lancea. vt Hieronymus inquit in *can. dupliciter intelligitur 49.* & Augustinus in *can. prima quidem 44.* & plene Hilarius in *can. in Christo pater 82. de consecrat. dist. 2.*

Carnis curã ne feceritis in cõcupiscentiis vestris. iuxta illud Pauli ad Galat. 5.16. Spiritu ambulate, & desideria carnis nõ perficietis. Caro n. concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus carnem. Caro itaque affligenda est, sed non supra id, quod potest. ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant 24. in fine de consecrat. dist. 5.* qui sequentibus concludit: *Audiant itaque, qui ea, quæ necessaria sunt, corpori subtrahunt, illud, quod per prophetam Dominus loquitur (Esaia 61.)* Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum. *De rapina holocaustum offert, qui sine ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderate affligit. Videas itaque quid Apostolus dicat: (Roman. 13. ad Galatas. 5.)* Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis. vbi *gloss.* verbo *ne feceritis.* sic infert: *scilicet in delitiis, & desideriis. quasi dicat: superflua prohibet, non necessaria.* ex Gregorio in *can. peruenit 12. in fin. de consecrat. dist. 3.* Dilectissimis Ciuibus Romæ. Qui quodam dicto respondens, quod nullus Dominico die lauari debeat, sic infert: *Et quidẽ si pro luxuria, & pro voluptate quis lauari appetit; hoc fieri nec reliquo quoque die concedimus. si autem pro necessitate corporis; hoc nec die Dominico prohibemus.* Carnis itaque cura in desideriis facienda non est.

Carnes putridę resecandæ sunt, ne totum corpus pereat. ex Hieronymo *can. resecandæ 16. 24. q. 3.* Cùm enim exarserit ignis depulatur omnia. exemplum ipse refert in fine: *Arius in Alexandria vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma depopulata est.* eodemque sensu Prosper lib. 2. de vita contemplatiua cap. 7. in *can. ecce autem crimina 18. eadem 24. quæst. 3.* sic aliud affert exemplum: *Ne sicut Caro morbis amortua,* (inquiës) *si abscissa non fuerit, salutem reliqua carnis putredinis suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant.*

Carnes hædinæ prouocant dœmones: id circo vescieis Dœmoniaci non debent. notat *Gloss.* in *can. nuper Foropopalensis Ecclesia Clerici 2. fine finali.* verbo *triginta in fine. 7. q. 2.*

Carnes licet comedere tempore prohibito propter necessitatem, & in loco etiam prohibito: cùm non subiaceat legi necessitas. ex Innocentio Tertio Bracharen Archiepiscopo in *cap. consilium nostrum 2. §. cùm autem quęsieris. de obseruatione ieiuniorum.* & ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. ad nostrum 2. §. nos igitur super hoc. de censibus.* ibique *Gloss.* verbo *regularem.*

Castitas res magis voti est, quam ex pręcepti. Ambrosio in *can. integritas corporis 13. 32. q. 1.* de virginitate loquente, ac dicente: *Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quàm præcepti.* magis scilicet liberæ voluntatis, quàm coactionis. vt *Gloss.* ibidem verbo *voti* in fine commentum agit. Promittitur vero castitas vel tacite, vel expresse. expresse in voto castitatis in solemni professione in Religione ex approbatis. tacitè in ordine subdiaconatus. ex Gregorio Papa in *can. nullum facere subdiaconum 1. dist. 28.* vbi *Gloss.* verbo *promiserit.* Quærens; cur Ecclesia castitatem præcipiat ordinandis, atque consequenter necessitatem imponat? respondit dicens: *Quod Ecclesia neminem cogit continere: sed in ordine, quem dat, potest imponere legem, quam vult.* promittitur verò, ab eo, qui ordinatur; voluntarie votum vouens Domino. Potest tamen ex delicto quis cogi intrare Religionem, & in illa profiteri, consequenterque castitatem vouere. ex Pelagio Papa in *can. fraternitatis tuæ 7. §. finali dist. 34.* ibique *gloss.* verbò *professura* in fine. deducit hæc quoque *Gloss.* in *can. vbi ista didicisti 7.* verbo *honorem. vers. dicunt quidam distinct. 74.*

Castitas sola cum fiducia potest Deo animas præsentare. ex Iustiniano Cæsare in *authentico de lenonibus collat. 3. §. sancimus.* ex Gregorio in *can. potest discursus 11.* ibique *Gloss.* verbo *Castitas. de pœnitentia dist. 1.*

Castitas in matrimonio quoque seruatur. vti Paphnutius confessor in Synodo Nicęna cõtestatus fuit in *can. Nicæna Synodus 12. dist. 31.* sequiturque *Gloss.* in *can. conuiuia 6.* verbo *abstinentium in fin. dist. 44.* dicens: *continens dicitur qui cognoscit vxorem suam. ex d. can. Nicęna Synodus.*

Castitatem non lupanaria infamant; sed castitas, etiam loci abolet infamiam. Ambrosius loquitur de virginitate faciens verba in *can. tolerabilius est 1. in fine 32. q. 5.* sic nempè ipse: *Tolerabilius est mentem virginem, quàm carnem habere. Vtrumque bonum, si liceat; si non liceat, saltim non homini castæ, sed Deo simus. Virgo prostitui potest: adulterari non potest. Vbicumque Dei virgo est, templum Dei est: nec lupanaria infamant castitatem, sed castitas, etiam loci abolet infamiam.* Sicut Beata Lucia fertur dixisse Pachasio: (*Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.*) non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. verba sunt *Gratiani* in summa ibidem.

Castrans puerum, licet pretiosiorem illum fecerit, punitur tamẽ ob illatam iniuriam. ex Vlpiano lib 17. ad Edictum in *l. si seruus seruum 27. §. & si puerum quis castrauerit. ff. ad legem Aquiliam.* sequiturque *Gloss.* in *can. relegentes litteras excellentia vestra 45.* verbo *bona. 23. q. 5.* notãs: quod malum punitur, quamuis ex inde proueniat bonum. vt si quis puerum castrauerit.

Castigatio aspera prouocat, atque exasperat castigatum; cùm contra, vt quidam dixit Sapiens; Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimię in-

cre-

crepatio, nec correctionem recipit, nec salutam. ex Concilio Bracharen 3. in can. cum Beatus Apostolus. 8. circa finem dist. 45.

Casu quæ incidunt improuiso, facto plerumque non noxę imputātur. vti Antonius Augustus respondit in l. 1. §. fin. C. ad legem Carneliam de sicarijs. quam legem Canonizauit Palea in digesto Gratiani in can. frater vester 47. dist. 50. & ex Concilio Vormaciensi in can. saepè contingit. 50. eadem dist. 50. ibique Gloss. verbo insperatus. rationem reddens: Fortuiti enim casus nullo hominum consilio prouideri possunt. Vnde est, quod casus fortuitus non imputatur. ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in cap. lator præsentium 9. extra de homicidio. dum tamen non præcesserit culpa. ex gloss. in can. si homicidium 31. verbo inuito 23. q. 5.

Casum appetit, qui ad summi loci fastigium postpositis gradibus per abrupta quærit ascendere. Gregorius can. si neophitus 2. in fine dist. 48. rationem ex eodem habes Gregorio ad Columbum Episcopum in can. pueri 120. 2. q. 1. dicente: Ne tāto periculosiùs cadant, quanto citius conscendere ad altiora festinant. ibique gloss. verbo quanto citius. referens iam dictum: nam casum appetit &c. & Glossella marginalis ibidem dicens: Ordo est in honoribus gerendus. vt scilicet minorem priùs, quàm maiorem quis gerat. probatur ex Concilio Carthaginensi quinto in can. si quis de alterius monasterio 2. fine finali dist. 58.

Casus obmissus pro obmisso habetur, atque sub dispositione remanet Iuris communis. ex Bonifacio Octauo in cap. susceptum ab Apostolica sede mandatum 6. de rescriptis in 6. Quia dispositio aptari nō potest ad id, quod omissum fuit. ex Pomponio lib. 1. ad Sabinū in l. commodissimè 10. ff. de liberis, & posthumis hæredibus instituendis, vel exhæredandis, vel præteritis. Cardinal. Zabarella cons. 2. nu. 9. Nauar. cons. 6. nu. 3. vers. nam pro parte affirmante. lib. 4. de consanguinitate, & affinitate. In obligationibus præsertim stricti Iuris. Quia stipulatori liberum fuit verba latè concipere. vti Celsus respondet lib. 38. Digestorum in l. quicquid astringendæ obligationis causa 99. ff. de verborum obligationibus. Card. Zabarella cons. 27. nu. 9. Rota part. 1. in recentioribus decis. 171. num. 2. & apud S. memoriæ Gregorium XV. decis. 90. num. 15.

Catechismus. à catechizo dicitur, quod idem est, atque instruo. quia nimirum, qui ad fidem vanit catholicam ante baptismum cathechizandus, hoc est instruendus in fide est per viginti saltim dies, vt sciat, quæ credit, & quę eum seruare oportebit. ex Concilio Bracharensi 2. in can. ante viginti dies 55. & ex Nicolao Papa in can. catechismi baptizandorum 57. de consecratione dist. 4. ibique Gloss. 1. dicens: Catechismus Grecè, Latinè dicitur instructio. & ex Bonifacio Octauo in c. per catechismum 2. de cognatione spirituali lib. 6. ibique Gloss. verbo per catechismum.

Et per catechismum cognatio spiritualis cōtrahitur, per quam impeditur matrimonium contrahendum, non tamen dirimitur contractum. vt Bonifacius Octaus eodem cap. per catechismum decreuit; quidquid dicat Gloss. in can. peruenit ad me 1. verbo pabulo 30. q. 1. & notat Gloss. in verbo per catechismum.

Catechumenus catechizari prius debet, hoc est instrui, quàm ad baptismum veniat. Prius enim Iesus cœci nati oculos luto ex sputo facto superliniuit, & sic ad aquas Siloe misit. Ioannis 9. 6. Quia priùs debet baptizandus fide incarnationis Christi instrui, & sic ad baptismum iam credulus admitti: vt sciat cuius gratiæ est particeps, & cui iam debitor fiat deinceps. ita Rabanus de institutione Clericorum. in can. ante baptismum 54. de consecrat. dist. 4.

Catechumenus pro fidei confessione confossus suo sanguine baptizatur. Augustinus ad Fortunatum in can. catechumenum 37. de consecratione dist. 4. Baptizatus enim confitetur se mundi actibus renunciaturum: hic ipsi renunciat vitæ. Illi peccata omnia remittuntur. in ista extinguuntur. non baptizatus verò si moriatur, vitam æternam habere non credimus. Augustinus ibidem inquit nisi fides suppleat in eo baptismi vicem. & Gloss. ibidem.

Cathedraticum, quod pro honore cathedræ Episcopo soluitur duos solidos excedere minime potest. ex Concilio Bracharensi in can. placuit vt nullus 1. 10. q. 3. ibique Gloss. verbo duos solidos. quos solidos à qualibet Ecclesia Episcopus petere potest. non autem à Monasteriis. ex gloss. ibidem in summa verbo quid verò. ex Honorio Tertio in cap. conquærente 16. de officio ordinarij. Rota coram Buratto decis. 578. num. 10. Quod tamen Cathedraticum non potest Episcopus à se abdicare. vt Gloss. loquitur in can. quicumque recognouerit 4. verbo quod minus fecit. in fine 16. q. 7. ex Innocentio Tertio Episcopo Heliensi in cap pastoralis officii 7. in fine extra de donationibus. illis verbis: præter cathedraticum. ibique Gloss. verbo cathedraticum.

Cathedrā Episcopus in monasteriis Monachorū collocare nō debet ex Gregorio Callorio Episcopo Ariminensi in can. Luminoso Abbate 6. 18. q. 2. ne concursus in monasterijs fiat. Cathedræ vero nomine pro Iudiciaria potestate exaudit gloss. ibidem verbo collocare. vt ibi (videlicet exerceat Iudicia. nam cathedra symbolum est Iurisdictionis. plura habes ex Cardinali Baronio In Martyrologium Romanum die 18. Ianuarij de Cathedra Sancti Petri Romæ. sequitur Ferrerius ad Gudonem Papam decis. 18.

Causa à posteriori per effectum probatur. ex Aristotele. deducitur ex Gelasio Papa in epistola ad Episcopus per Lucaniā, & Brutios in can. quatuor autem 27. 12. q. 2. excipe argumentum: Ea vero, quæ Ecclesiasticis ędificijs attributa sunt. hinc operi, et aciter prærogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum. à posteriori igitur, ab effectu scilicet docetur, causa. v. ep aulo post sequitur: Ipsam nihilominus ascriptam pauperibus portionem, quamquā diuinis rationibus se dispensasse monstraturus esse vi-

*videatur, tamen iuxtà quod scriptum est; Matt. 5.* (Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrũ, qui in cœlis est) *Oportet etiam præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconijs non taceri.*

Nam per vnum factum probari aliud; & causam probari per effectum, certum est. vt *Glos.* ibidem verbo *docrat* argumentatur. Ratio datur; nam causa naturaliter prior est, quàm effectus. ex *S. Thoma* 1. 2. *q.* 1. *art.* 1. *in* 1. *argumento.* dato igitur effectu, & causa pariter ostenditur. &

Causa suo effectu prior est. ex *S. Thom.* 2. 2. *q.* 26. *art.* 3. *in* 1. *argumento.* & *part.* 3. *q.* 54. *art.* 3. *in respons.* dicens: quod causa est potentior causato, & exemplar exemplato.

Causa causæ quicquid est, est etiam causa causati. ex Augustino *in can. cum homo ab homine* 19. 23. *q.* 5. illis verbis: *Et aliquando, qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quàm ille, qui occidit, veluti si quispiam decipiat fideiussorem suum, atque ille pro isto legitimum supplicium luat.* vbi *Gloss.* verbo potius, infert: *Inquirendum etiam est, quis primo causam mali præbuerit.* Nec leui indicio ex Vlpiano lib. 1. institutionum in *l. manumissiones* 4. *ff. de Iustitia,* & *Iure.* eruitur; dum deducit manumissionem à seruitute pẽdere: *vt puta cum Iure naturali omnes homines liberi nascerentur, nec esset nota manumissio, cum seruitus esset incognita.* ex seruitute igitur, veluti ex causa, manumissionem agnoscimus. deduxit *Rota apud Card. Caualerium decis.* 220. *num.* 3. quę est etiam in impressis *volumine* 2. *consiliorum Farinac. decis.* 365. *nu.* 2. *in Romana societatis* 16. *Nouembris* 1612. *coram Caualerio.* Non potest vero maior esse in causato, quàm in causante sit efficacia. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *capit. licet ex quadam necessitate* 47. *in principio de testibus & attestationibus.* quatenus habet: quod ex necessitate permissum, ea abeunte, & permissum deficit. *Bald. in l.* 1. *nu.* 3. *ff de senatoribus. Nauarr. de eleemosyna in can. quiescamus* 2. *nu.* 43. *dist.* 42 *& in man. præludio* 9. *num.* 9. *vers. quia in causato.* argumento quoque petito ex Bonifacio Octauo in *regula nemo plus Iuris* 79. *de regulis Iuris in* 6.

Causatum causæ naturam sequitur. ex Leone Papa ad Mauros Episcopos in *can. principatus* 25. 1. *q.* 1. quatenus habet, initij rationem sequendam; vt difficile æstimetur bono posse peragi exitu, quæ malo sunt inchoata principio. nec diuersimode decreuisse videtur Iustinianus Cæsar in *l. cuidam* 12. *alias fin. C. de naturalibus liberis. & matribus eorum, & ex quibus causis iusti efficiantur. Menochius lib.* 1. *præsumpt.* 39. *num.* 12.

Causa sibi similem producit effectum. & naturale est (ex Aristotele de generatione, & corruptione) ex similibus similia generari. Non enim causa dissimiles sibi, atque contrarios operatur effectus. ex Innocentio Papa Ruffo, & Eusebio, & cœteris Episcopis Macedoniæ in *can. deinde ponitur,* 3. §. *Quæro, & solicitius quæro. dist.* 26. illis præsertim verbis: *Numquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessus?* vbi *gloss.* verbo *concessus.* sic infert: *Quasi dicat; eadem causa non operatur contrarios effectus.* ex Neocæsariens. Concilio in *can. si quis in ægritudine* 1. *dist.* 57. ibique *Gloss.* verbo *sed ex necessitate.* in ratione, quam reddit: *Quia eadem res non potest habere contrarios effectus.* Causæ proinde similis esse debet. argumento quoque petito ex Vlpiano lib. 1. ad Edictum Aedilis Curulis in *l. quod si nolit* 31. §. *qui mancipia vendunt. ff. de ædilitio edicto.* quatenus respondet: Qui mancipia vendunt, nationem cuiusque pronunciare debere: *Plerumque enim* (rationem reddit) *natio serui aut prouocat, aut deterret emptorem. Idcirco interest nostra scire nationem. Præsumptum enim est, quosdam seruos bonos esse, quia nationis sunt non infamatæ: quosdam malos videri, quia ea natione sunt, quæ magis infamis est.* Ita Vlpianus. vbi *Gloss.* verbo (*nationem*) sic commẽtum agit: *Scilicet ex quo patre, & matre natus sit: siue de qua progenie seruorum.* & verbo *non infamatæ.* refert illud:

*Sępè solet similis filius esse patri.*

& illud Matthæi 7. 18. *Non potest arbor bona malos fructus facere; neque arbor mala bonos fructus facere.* Causa nempe sibi similem producit effectum. sequiturque *Cagnolus in l. Imperium ff. de Iurisdictione omnium Iudicum nu.* 35. producens Aristotelicum illud: Ex similibus similia generantur. & Causa eadem cõtrarios non operatur effectus, atque diuersos.

Causa facti potius perspicienda est, quàm factum ipsum. ex Alexandro Papa scribente omnibus orthodoxis in *can. si quandoque* 1. §. *fin.* 15. *q.* 6. illis verbis: *Nec tantum attendenda sunt, quæ fiunt, quantùm, quo animo fiant.* vbi *gloss.* verbo *quæ fiunt.* sic infert: *potius respicienda est causa facti, quàm ipsum factum.* ex S. Ioanne Chrisostomo in *can. occidit Phinees hominẽ* 14. 23. *q.* 8. dum ex facto Phinees, qui zelo Dei hominem occidit (*num.* 25.) cum Madianita muliere peccantem, sic infert: *Non sola igitur perspiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam. &c.* ibique *gloss.* verbo *& causam* rationem reddit: *Quia Causa facti potius inquirẽda, quàm ipsum factum.* & dixit Isidorus in *can. sciendum est* 1. *dist.* 29. docens, atque inferens: *Sciendum est, quod pleraque capitula ex causa, ex persona, ex loco, & tempore consideranda sunt.*

Nec dissimiliter Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana cap. 12. in *can. quisquis rebus præsentibus* 1. *dist.* 41. in *fine* rationem dicti reddens, sic loquitur: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur; sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.* & dixerat supra: *In omnibus enim talibus nõ vsus rerum, sed libido vtendi in culpa est.* vbi *gloss.* verbo *libido* ita commentum agit: *quasi dicat: Potius considerabimus causam facti, quàm ipsum factum.* & sequitur *gloss.* in *cap. vniuersitatis vestræ* 24. verbo *etiam si causa subbesset in fin. de sententia excommunicationis. Felinus in cap. dilectus filius.* 26. *num.* 10. *vers. sene menti in fine de rescriptis.*

Cau-

Causa cessante prohibitionis, & prohibitio ipsa deficit. ex Gratiano in can.statuimus 8.§. sed sciendum est.dist.12. dicente ipso: *Sed sciendum est, quod Ecclesiasticæ prohibitiones proprias habent causas, quibus cessantibus cessant & ipsæ.* Siceti.

*Causa necessitatis cessante, debet utique cessare quod urgebat.* ex Innocentio Papa ad Episcopos Macedoniæ in *can.quod pro remedio 7.1. quæst. 7.* ibique *Gloss.* verbo *cessante.* ex regula generali Innocentii Tertii in Concilio Generali in *cap. cùm cessante 60 de appellationibus.* Cùm Cessante causa cesset effectus. unde Dispositionis causa sublata, & dispositio ipsa tollitur. ex dispositis ab eodem Innocentio Tertio in *cap. quia circa 6. de consanguinitate, & affinit.* ibique *Gloss.* verbo *falsa nobis causa circa finem.* præsertim verò si dispositionis causa finalis fuerit. ex eodem Innocentio Tertio Trecensi Episcopo in *cap. magnæ devotionis 7.§. finali in fine* ibique *Gloss.* verbo *cessantæ causæ. de voto, & voti redemptione. Lapus allegat. 106. nu. 3.* Quod tamen exauditur si causa in comuni, & in universali cesset, secus in particulari. ex Celso lib. 8. Digestorũ in *l. nam ad ea 5. ff. de legibus, & senatus consultis.* quatenus habet; leges ad ea, quæ frequentius accidunt, aptari, non ad ea, quæ per raro eveniunt. ad ea videlicet quæ universalia sunt. concinitque *Barbosa in l. 1. part. 1. nu. 85. in fin. ff. soluto matrimonio.* vel quando omnis causa cessat, & finalis, & impulsiua, & efficiẽs, & occasionalis. ex Ambrosio in *cau. Neophytus* ubique *Gloss.* verbo *causa. in fine dist. 61.*

Causa, & modus causæ distinguuntur. aliud est enim causa, & aliud Causæ modus. probamus ex Gregorio ad Clementiam Patritiam in *can. Diaconum vero Anatolium 3. dist. 89.* illis verbis: *Hoc nos facere non posse, causæ magis modus, quam rigoris austeritas facit.* distinguitur ergo modus, à Causa. nec inconcinnè quoque ex Gregorio IX. Episcopo Lucanen in *cap. Pisanis 19. §. porrò duo in nostro continebantur mandato. de restitutione spoliatorum.* illis sanè verbis: *Quorum primum ad factum, alterũ verò referebatur ad modum.* notatque ibidem *Gloss.* verbo *alterum ad modum.* sequiturque *Gloss.* in *cap. Universitatis vestræ 24. de sententia excommunicationis* verbo *& si causa subesset.* dum inferri neque in facto, neque in modo faciẽdi debet esse peccatum. allegat dictum textum Gregorii IX. in *d. cap. Pisanis 19.* Neque diversimode Marcianus lib. 1. Publicorum, sive posteriorum in *l. ictus fustium 22. ff. de iis, sive his, qui notantur infamia.* hæc nempe ipse: *Ictus fustium infamiam non importat: sed causa propter quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam dãnato irrogavit.* Porrò ipse distinguere videtur inter causam, & modum causæ; nam ictus fustium ad modum pertinere videntur, & à causa distinguntur propter quam modum illũ, meruit. nec abhorret *Gloss.* 1. ibidem. Quamvis dici philosophicè possit Causam, & modum causæ non distingui realiter, sed formaliter, sicuti ens, & modus entis formaliter distinguuntur per intellectum, non realiter tanquam res, nam modus accidens est, ad causam accidens, & adveniens: Homo quippe sedens ab homine non distinguitur, nisi modaliter. sicut ictus fustium, & causa, propter quam id meruit, ex Martiano. & *Gloss.* ibidem. nec non *Gloss. d. cap. Universitatis vestræ 24.* verbo *& si causa subesset.* & *Gloss. d. cap. Pisanis 19.* verbo *alterum ad modum.* Quæ sanè perpensio contemnenda non est, ad multa nempe proficiet. Sicut & nos quandoque probauimus in sententia excomunicationis ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap Sacro 48. de sententia excomunicat. extrà.* & ex Innocentio 4. in Concilio Lugdunen. in *cap. cum medicinalis 1. de sententia excomunicationis in 6.* Quatenus præcipiunt causam excomunicationis exprimendam esse. nos videlicet teneri Causam exprimere, & id sufficere, non modum causæ, qui sanè modus in causa includitur, cùm ens, & modus entis formaliter distinguantur, non realiter. & hanc sententiam probauit præsertim Eminentissimus Dominus meus Dominus Card. Rapacciolus, vir sane doctrina, atque scientiarum noticia peritissimus; aliique etiam probauere Eminentissimi Domini. Probaturque ex eo, quod semper considerãda est

Causa, propter quam aliquid fit, non factum ipsum, multo minus modus causæ. ex Innocentio Tertio Abbati, & Capitulo Castellionis in *cap. & si Christus 26. §. quædam enim prohibentur de Iure Iurando.* Quatenus docet, dicens: *Quædam prohibentur ex causa.* inferens: *Sic & Iuramentum, per se quidem malum non est, cum sit confirmatio veritatis; sed tamen prohibetur ex causa; quoniam ex frequenti, & incauta iuratione periurium sæpè contigit.* ubi *Gloss.* verbo *ex Causa.* infert: argumentamur: quod potius consideranda est Causa facti, quam factum ipsum. dilucidiusque id confirmatur ex Hilario lib. 4. de Trinitate in *cap. intelligentia dictorum 6. de verborum significatione.* verba sunt Hilarii: *Intelligentia dictorum ex Causa est assumenda dicendi: Quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus.* ibique plenè *Glos.* verbo *ex causa.* deduciturque per quàm optime ex Vlpiano lib. 41. ad Sabinum in *l. verum est 40. ff. de furtis.* verba damus Vlpiani: *Verum est, si meretricem alienam ancillam rapuerit quis, vel celauerit, furtum non esse: nec enim factum quæritur, sed causa faciendi. Causa autem faciendi libido fuit, non furtum.* ibique *Gloss.* verbo *sed causa.* probaturque ex Vormacienti Concilio in *can. sæpe contingit. 50. distinct. 50.* ubi voluntas inspicitu non factum. pluraque notat *Gloss.* 1. ibidem. *Crauetta consil. 201. num. 25. & cons. 253. num. 2.*

Causa quãuis iniusta, si excæcat à dolo, excusabit quoque à pœna, temporali, videlicet. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. denique sacerdotes 6. dist. 4.* illis verbis: *Vnde nec à tali consuetudine arceri possunt: & ideo eum venia suo ingenio relinquendi sunt; ne forte peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur.* ibique *Gloss.* verbo *consuetudine.* idẽ sen-

sentire videtur Innocentius Tertius Connentui scribens Corbiensis Monasterii in cap. *cum venerabilis frater noster 7. de consuetudine.* ibique *gloss.* verbo *migrasse in fine.* & pro generali statuit Vlpianus lib. 55. ad Edictum in *l. igitur sciendum est. 12. §. & generaliter quoties quis, ff de liberali causa. Cassadorus decis. 6. n. 8. de causa possessionis & proprietatis.* meus *Mavanta cons. 63. nu. 5. & cons. 77. nu. 7. Rota apud Card. Caualer. decis. 81. num. 2. & 3.* & apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 427. num. 8.* vbi *Beltraminus num. 11.* & apud eundem *Caualer. decis. 126. num. 7.*

Causa perdurante, perseuerare quoque debet, quod ob causam introductum est. ex Romana Synodo in *can. infamis persona 1.* ibique Gratianus in *§. tria sunt, quibus aliqui impediuntur 3. q. 7.* nec diuersimode sentire visus est Callistratus lib. 1. de Cognitionibus in *l semper in Ciuitate nostra 5. §. negotiatores, qui annonam Vrbis adiuuant ff. de Iure immunitatis.* illis verbis: *Quandiù in huiusmodi actu sunt.* sequitur *Calderinus cons. 1. de his, quę vi, metusque causa fiunt in fin. vers. restat videre. Tiraquellus tractatu cessante causa nu. 17.*

Causa vbi non adest, vitium non imputatur. ex Gregorio in *can. sicut Episcopū non decet 4. §. is autem, qui ordinatus fuerit 1. q. 2.* ibidemque *Gloss* verbo *ambientis.* argumento petito ex Ambrosio de se ipso loquente in *can. Nephytus 9. dist. 61.* ibique *gloss.* verbo *causa.* qui canon *sicut Episcopum* repetitus fuit in *cap. 1. de simonia.*

Causæ pauperum, & Viduarum, pupillorum, oppressorum, atque peregrinorum, & miserabilium personarum ad Ecclesiam spectāt, easque Ecclesia, consequenterque Episcopus tueri tenetur. ex Gelasio Papa Gerontio, & Petro Episcopis in *can. licet omnibus 1. dist. 87.* ibique *glos.* verbo *plus tamen.* Sicuti & causæ piæ. In istis enim Iudex ex officio procedit: ex Alexandro Cæsare in *l. mulierem, quam 2 C. si mancipium ita venerit, ne prostituatur.* ibique *Bald. & Cynus.* sequiturque *Afflictus decis. 371. sub nu. 2.*

Causa, sine qua, non fuisset quis inductus ad faciendum, habetur pro causa. ex Gregorio Generali Concilio præsidente, in argumentum adducto in *can sicut Episcopum non decet. 4. 1. q. 2.* repetito in *c. 1. de simonia,* & sequutus fuit *Nauar. cons. 7. n. 1. & in fin. lib. 5. de simonia.* Licet simpliciter causa sine qua non, non est verè, & propriè alicuius actionis, & effectus causa, in moralibus prętertim, sed ea, quę cōcurrit & efficit aliquid. *Nauar. manuali cap. 23. num 101. Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part. 2. casu* 28. *vers. Tum quia, vt quis teneatur fol. mihi* 468.

Causa propria ea est, cuius emolumentum, vel damnum ad aliquem suo nomine pertinet. ex *can. biduum, vel triduum 29. §. si quis ipsius, à quo appellauit. 2. q. 6.* qui canon exceptus fuit ex Vlpiano lib. 1. de appellationibus in *l. si quem 1. §. biduum, vel triduum. §. si quis ipsius, quem appellauit ff. quando appellandum sit, & intra quæ tempora.*

Causa ibi agenda est, vbi crimen admittitur. ex Hadriano Papa in *can. qui crimen obiicit 18. sine fin. 3. q. 6.* Quam ob causam ratione criminis sortitur quis forum, & ibi iudicari debet, vbi crimen admisit. plura deducit *gloss.* verbo *extrà prouinciam. in summa eadem 3. q. 6.* dicemusque infra verbo *forum.*

Causa semel appellabilis facta, semper perdurat appellabilis, vt æqualitas in Iudicio seruetur. ex Bonifacio Octauo in *regula In iudiciis 12.* & in *regula Non licet actori. 32. de regulis Iuris in 6. Rota in Cremonen pensionis. 6. Iunii 1611. coram Card. Caualerio apud Marchesanum part. 1. decis. 21. nu. 5. fol. 618.* quæ est in impressis apud eundem *Caualer. decis. 158. & apud eundem decis. 574. nu. 3.*

Causarum merita partium assertione panduntur. Innocentius Tertius Episcopo & Capitulo Oscen in *cap. tùm ex litteris Cælestini Papæ 5. §. nos igitur cum fratribus nostris. vers. tandem deliberatio nostra. de in integrum restitutione.* ibique *Gloss.* verbo *assertione.* Ex ratione, quam Arcadius, & Honorius reddidere Augusti in *l. nec imperiale responsum 2. sine fin. C. si per vim, vel alio modo absentis perturbata sit possessio.* dicentibus illis: *Quia negotiorum merita partium assertione panduntur.* sequiturque *Abbas cons. 68. n. 4. circa finem. part. 2.*

Causę pensandæ sunt, & tunc ligandi, atque soluendi potestas exercenda. Videndum est quæ culpa pręcessit, & quæ sit pœnitentiā sequuta post culpam: Vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio. Gregorii verba sunt in *can. plerumque contingit 88. § sæpe fit. 11. q. 3.*

Causam damni dans damnum ipse dedisse videtur. ex Alexandro Tertio Abbati Sancti Benedicti de Vebia in *cap. suscepimus litteras tuas 10.* & Lucen Episcopo in *c. de cætero 11. de homicidio voluntario, vel casuali.* & ex Nicolao Papa Hosbaldo Chorepiscopo Quadrantino in *can. studeat sanctitas tua 39. circa finem dist. 50.* Rationem reddente illo: *Quoniam & si voluntatem occidendi non habuit; furor tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt, in omnibus, sed præcipue in Dei ministris multipliciter inhibetur, atque vbique damnatur.* sequitur *Gloss.* in *d. cap. de cætero. 11.* verbo *causam dedisse.* vbi Abb. exaudit de causa propinqua, non remota; nisi, qui causā ipsam remotam dederit, nocendi habuisset animum. ex eodem Alexandro Tertio in *cap. presbyterum 7. de homicidio.*

Cautela omnis pro Ecclesiæ tuitione omittenda non est. ex Gregorio Ioanni subdiacono in *can quanto Apostolica sedes 10. dist. 63.* dicente illo. *Sed quoniam eadem non fuit subscripta, relatio, ne quid, quod ad cautelā pertinet, omittemus.* & Gratianus in *summa dist. 73. in fine.* & ipse dixit: *Hanc qui suscipit, omni eum cautela requirat expressè.*

Cauteriatam habere conscientiam malum. ita in Epistola Burchardi sanctæ Vuormaciensis Ecclesiæ, quam trecentum et decem & octo Episcopi in Nicęna Synodo subscri-

K pse-

pstere in *can. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti* 1. *dist.* 73. dixit sequêtibus: *tamen propter eos, qui cauteriatam suam habent cõsciẽtiã, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti &c.* nec diuersimodè Cyrillus Archiepiscopus Alexandrinus in epistola missa Maximo diacono Antiocheno in *can. didici à diligendo mihi* 15. 1. *q.* 7. de quibusdam loquens, qui cum impijssimo senserant Nestorio, tamen reuersi ab eius fuerant impietate: *Licet (inferat) aliquãdo cauteriatam habuerint conscientiam.* cauteriatam: *id est vulneratã, vel adustam ignito erroris cauterio.* Gloss. ibidem commentum agit. & dixerat antea Doctor Gentium Paulus 1. *ad Timotheum* 4. 2. de quibusdam & ipse loquens: *Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedẽt quidam à fide, attẽdentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorũ, in hyppocrisi loquentiũ mẽdacium, & cauteriatã habentium suã conscientiam.* Cauteriatam conscientiam vocat Apostolus eam, quę sensum peccati amisit, instar partis cauterio inustæ, quæ iam peruenit ad dedolentiam. Cauteriatam igitur vocat conscientiam, id est inustam, & notatam cauterio, cum Sancti haberi velint, tamen conscientiam gerunt impurissimę vitæ maculis indelebiliter notatam, vt ex Estio, & Cornelio à Lapide *Ioannes à Gorchum* in eundem Pauli locum sequitur, & comminiscitur.

Cæcum animal offert, qui ordinat indoctum loco docti, magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. Verba sunt Hieronymi super illud Malachiæ 1. *Si offeras cæcum ad immolandum, non ne malum est?* & transtulit Gratianus in *can. Sacerdotes.* 9. §. *si offeras dist.* 49. Rationem affert Hieronymus in fine. *Indignum est enim dare Deo, quod dedignatur homo.*

Cæcus cæco ducatum præstare haud debet, ne in foueam ambo cadant. Si enim cæcus cæco lucernæ ministrat veritatem; neuter tamen ideo magis suam illuminat cæcitatem. Sic & malus ministrat malo vera sacramẽta; sed non ideo dona spiritualia: quia malis eorum meritis Spiritus Sanctus impeditur, ne in eis, quod suum est operetur. verbis ita loquitur Gratianus in *can. quod quidam dicũt.* 97. §. *quod vt planè in omnibus sacramentis ostẽderet. vers. si verò cæcus* 1. *q.* 1. ibidemque *gloss.* verbo *cæco*. quæ sic infert, rationem.

*Si cæcus cæcum conatur ducere secum;*

*In foueam ductor primum cadit, inde secutor.*

Vnde Christus Dominus (*Matthæi* 15. 14.) Apostolis sic respondit: *Sinite illos: cæci sunt, & duces eorum. Cæcus verò, si cæco ducatum præstat, ambo in foueam cadunt.* Quæ verba Augustinus in *can. quæ ipsis sacerdotibus.* 5. *in fine dist.* 38. de sacerdotibus exaudit, qui, quę necessaria sunt, vt alios doceant, ipsi ignorant, rationem inferens: *Quia valdè periculosæ sunt Euangelicæ minæ: quibus dicitur: si cæcus cæco ducatum præstat; ambo in foueam cadunt.* & Gregorius Papa Palladio Presbytero in *can. inter verba* 55. *circa finem* 11. *quæst.* 3. de similibus loquens, verba protulit Christi.

*Sinite illos, cæco sunt, & duces cæcorum.*

Vnde Cupiditate cæcari dixit Augustinus ad Bonifacium scribens in *can. quod autem nobis obiciunt* 3. *post principium* 23. *q.* 7. verba damus Augustini: *Vsque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, quàm sint inter se contraria, quæ loquuntur.*

Cæcus spiritualiter est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquam diligendo conspicit, quò gressus operis porrigat, nescit. verbis effatur Gregorius in pastorali part. 1. cap. 11. relatus *can. hinc etenim* 1. 5. *cæcus quippè. dist.* 49.

Cœlum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Dominus dixit *Lucæ* 21. 33 Quæ Gregorius Papa Venerio Calaritano Episcopo scribens. in *can. Fraternitatis vestræ* 1. 35. *q.* 10. sic ratione firmauit: *Est enim verbum Domini validum, & forte, est durabile, est immutabile, & perseuerabile, non momentaneum, non transitorium. Ait enim per se Veritas, quæ Deus est, & Verbum Dei: Cælum, & terra transibunt, verba autem mea non transibunt.*

Quæ verba cœlum & terra transibunt: sic exaudit *gloss.* ibidem verbo *transibunt.* Non quo ad essentiam (inquiens) sed quo ad formã: scilicet de qualitate in qualitatem: iuxta id, quod dicit Apostolus: *Præterit figura huius mundi.*

Cœpisse multorum est, ad culmen peruenisse paucorum. ex Hieronymo ad Lucinum. refert *Glossella* marginalis Ioannis Andreæ in *cap.* 1. ad *Gloss.* verbo *militiæ. de renunciatione.* ex Gregorio in moralibus in *can. in cassum* 17. *de pænitentia dist.* 3. rationem reddente: *Quia frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit.*

Cerea fax accensa sibi detrimentum præstat, aliis verò lumen in tenebris administrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. ita mali sacerdotes sacramenta administrando se tantummodo lædunt. Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis.* 5. 15. *q.* 8.

Cessante ratione legis, & eius quoque recedit dispositio. sicuti Cessante causa, cessat effectus. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. eum cessante* 60. *de appellationibus.* Inde quippe rogata dispositio est, vt effectũ, propter quem rogata est, producat. cessante proinde causa, & ipsa deficit dispositio. ex Paulo lib. 3. ad Plautium in *l. quod Edictum est.* 38. ibique summarium *ff. de pactis. Gloss.* in *l.* 1. *in principio, cum ibi notatis ff. de legitimis tutoribus.* verbo *prouidentiæ.* ex ipso Vlpiani contextu. *Cassaneus in* 1. *consi. iu* 2. *part num.* 4. Quod tamen exaudi de Causa finali, non tamen impulsiua. ex Vlpiano lib. 6. ad Edictum in *l.* 1. § *secundo loco. vers. sexum quidem* ibique *Gloss.* verbo *causam ff. de postulando. Tiraquellus eodem tractatu cessante causa in prima limitatione.* quem sequitur *Viincentius de Franchis. dec.* 536. *nu.* 27. & 28.

Satis proinde erit legis rationem correctam esse, vt lex ipsa correcta videatur. ex Innocentio Tertio in *cap. miramur* 7. *de seruis ordinan-*

*nandis. Bart. in 4. l. 1. ff. de legitimis tutoribus. Gratianus Forensium disceptationum p. 1. cap. 110. num. 5.* potissimum verò vbi ratio ipsa finalis fuerit.

Inde etiam est, quod Cessante prohibitione legis, & effectus dissipatur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. non debet 8. §. cum ergo de consanguinitate, & affinitate.* illis verbis: *Cum cessante prohibitione, cesset effectus. &c.* Quod igitur necessitate fit cogente, necessitate deficiente, & ipsum quoque deficiat, vsus est. ex Gratiano in *summa in fine. 35. quæst. 1.*

Cessationis à diuinis tempore, si cessatio ipsa non ex iuxta, atque canonica processerit causa, Canonici interim distributiones quotidianas non lucrantur; sed in vtilitatem illæ cedunt Ecclesiæ. ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. si canonici à diuinis 2. de officio ordinarij in 6. Couar. in cap. alma mater 2. parte relectionis §. 4. num. 7. Sayrus in Thesauro de censuris lib. 5. cap. 19 nu. 17. Moneta de distributionibus quotidianis part. 2. q. 16. num. 36. Cœnedus practicar quæstionum q. 1. num. 55.*

Cham maledictus est, qui patris verenda derisit. Stephanus Papa in *can. de crimine 1. in fine 15. q. 5.* Leoni Episcopo Theanen scribens, contra eos, qui sacerdotes infamant: *Et compesce, & commone Ecclesiæ tuæ filios, ne sacerdotem Dei vlterius infamare præsumant; timentes quod Cham maledictus est, quod patris verēda derisit.* nec dissimiliter Anacletus Papa in *can. sententia Cham 12. 2. q. 7.* dicens: *Ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridendo monstrauit.* sequiturque Gratianus in *can. cum ergo in singulis 11. §. Item Nec cum verenda sua. 24. q. 3.* ibique Gloss. verbo Chanaan.

Cham igitur, quia non operuit pudenda patris, maledictus est. multi ampliori condemnatione digni sunt, qui Patribus, legatione Dei fungentibus, contumeliam inferunt. verba sunt Clementis Papæ ad Iacobum epist. 2. in *can. qualis condemnatio 9. 2. q. 7.* & perpendit Gratianus in *can. plerunque boni viri. 27. §. de his etiam.* verba referens Anacleti Papæ in d. *can. sententia Cham. 2. q. 7.*

Characteres, qui fiunt ad inuocandos dæmones, nullam ex se retinet virtutem, sed ex dæmonum ipsorum pactione dumtaxat. Pepigit enim cum suis familiaribus diabolus, se huiusmodi signa, atque characteres cognitutum, seque præsentem oblaturum: fingit autem per illa se cogi, vt virtutis aliquid inesse illis ostendat, atque credentes decipiat. ex Sācto Augustino de ciuitate Dei in *can. nec mirum 14. 26. q. 5.* ibique plenè *Cardinalis à Turre Cremata q. 3. ad 4.* idemque S. Augustinus in *can. non obseruetis 16. 26. q. 7.* illis præsertim verbis: *Aut pyctacciola pro quanis infirmitate scripta super homines, vel animalia ponunt, præter symbolum, aut orationem Dominicam &c. S. Thomas. 2. 2. q. 96. art. 4.* rationem reddit: Cum non sit credendum aliquibus virtutibus corporalibus dæmones subiacere. *Caietanus in summa.* verbo *superstitio 2. in fine.* & verbo *incantatio. Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 6. à nu. 42. Cardinalis Toletus instructionis sacerdotalis lib 4. cap. 16.* idem *Nauarr. in manuali cap. 11. num. 23. Coriolanus de casibus reseruatis part. 2. art. 1. sine casu primo num. 12.*

Characteris, fortasse baptismalis, meminit Augustinus in *can. quemadmodum membrum 4. §. sed hoc est, inquiunt, quod nos monet 23. q. 7.* illis verbis: *Respondeo, quia non facio iniuriam characteri Imperatoris: cum errorē corrigo desertoris.*

Character est signum quodam spirituale, & indelebile, quod in anima imprimitur. Sacrosancta Tridētina Synodus *sessione 7. de sacramentis can. 9. in fine.* ex Gregorio IX. Archiepiscopo Baranen in *c. cōsultationi tua 16. de tēporibus ordinationū, & qualitate ordinādorū.* ibiq; *Gloss.* verbo *characterem.* Numquam deletur, quia sacramentum semper remanet, etiam si quis numquam reconcilietur Deo; Quia numquam moritur Deus. ex Augustino in *can. licitè dimittitur coniux. 2. 32. q. 7.*

Cibotum excessus consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diurna, & tunc eum morte crudeli consumit. sicuti contrà: Nihil sic iucundum est sicut cibus benè digestus, & decoctus. Chrysostomus in *can. nihil enim sic iucundum est 28 de cōsecratione dist. 5.*

Cimelia κειμήλια grecè thesauri dicuntur, opes, pecuniæ repositæ, instrumenta pretiosa, aurea vasa, clinodia. Inde Cimiliarchus. ex Octaua Synodo vniuersali in *can. Apostolicos, & paternos canones 13. 12. q. 2.* illis verbis: *vel vtcunque alienare cimelia, & vasa sacrata.* ibique notat *Glossella* marginalis. Cemiliarchi Ciuitatis (hoc est Thesaurarii) meminit Iustinianus Cæsar in *l. litibus imponentes celeritatem. 19.* in fine principii *C. de agricolis, & censitis, & colonis lib. 11.* illis verbis: *Et deponantur in æde sacra vel in κειμηλιαρχὶ Ciuitatis, sub qua possessio sita est &c.* Vnde Cimiliarcha in Ecclesia Mediolanen est antiquior Canonicus, & tenet in sua custodia cum clauibus vasa argentea. vt per *Rotam part. 2. in recentioribus decis. 393. in principio.* & Ecclesia Neapolitana. Et num sit maior Primiceriatu? tractat *Melchior Lucterius de re beneficiaria lib. 2. q. 33. nu. 40. 41. & 42. & nu 58. & 59.*

Circes, famosa quædam Maga, socios Vlissis in bestias mutasse, ex libris Gentilium fertur. dixit Augustinus in libris de Ciuitate Dei relatus à Gratiano in *can. nec mirum 14. in principio 26. q. 5.*

Circumstantia finis boni, & siquidem non excuset peccantem à toto, excusat à tanto. ex Gregorio in *can. non est putanda 27. 1. q. 1.* inferens in fine: *Nā aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata cōmittere.* ibique *gloss.* verbo *facere.* exponens illud Domini: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis*: hoc est solicitudinis, & laboris.

Nam alias ex Augustino in *can. fortè aliquis 3. 14. q. 5.* qui sic infert: *Etiam in hac re parcat quisque animæ suæ: quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam & si totum tribuat pauperibus, quod abstulerit: addit potius*

*peccata, quàm minuat* nec dissimiliter Ambrosius in *can. denique si non potest* 10. eadem 14. q. 5. qui sic loquitur: *Denique si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur: commodiùs est neutrum iuuari, quam grauari alterum.* Hanc ob causam peccans sub spe promerendi veniã, videtur aliqua ex parte temperare malitiam, contra illum, qui desperatus peccat. *Nauar. de Indulgentiis notab. 34 in 3. q.*

Circunstantiarum aliæ grauant culpam, sed non mutant speciem, vt est magnitudo rei furto abstractæ. aliæ vero grauant, & mutant in aliam speciem, & in infinitum. colligitur ex Hieronymo in *can fur autem 4 sine fin.* 14. q. 6. dicente illo: *Non enim, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quomodò in fornicatione non idcirco diuersa sit fornicatio si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla, aut ingenua, paupercula, aut opulenta, sed qualiscumque illa fuerit vna est fornicatio; ita & in furto quantumcumque quis abstulerit, furti crimen incurrit.* ita Hieronymus. ibique *gloss.* verbo *fornicationis. S. Thomas 1. 2. q. 88. art. 5. per tot. & 2. 2. q. 110. art. 4. ad 5* dicens etiam: Generaliter circumstantiã non grauare in infinitum, nisi mutet speciẽ. sequiturque *Henriquez in summa lib. 5. cap. 7. §. 5.*

Circunstantiæ autem considerandæ sunt ex qualitate criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in varietate personæ, & quali hoc fecerit tentatione, & in ipsius vitii multiplici executione. ex Augustino in *can. consideret. 1. de pænitentia dist. 5.* & ex Claudio lib. de singulari pœna in *l. aut facta 16. ff. de pænis*: quam inter sacros canones retulit Gratianus in *can. aut facta puniuntur 19. de pænitentia distin. 1.* & Sacrosancta decreuit Tridentina Synodus *sess. 14. de confessione cap. 5. §. colligitur præterea. & can. 7. de sacramento pænitentiæ eadem sess.* 14. dixitq; Alexander Tertius Exonen Episcopo in *cap. sicut dignum 6. de homicidio voluntario, vel casuali.* & Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. omnis vtriusque sexus 12. §. sacerdos autem de pænitentiis, & remissionibus*: imponens, vt Sacerdos more periti medici diligenter inquirat peccatoris circumstantias, & peccati, vt prudenter intelligat quale debeat ei præbere consiliũ, & cuiusmodi remedium adhibere, diuersis experimentis vtendo ad saluandum ægrotum.

Nec enim dubium est ex qualitate personæ peccatum augeri, & esse circumstantiam inspiciendam. ex Augustino *d. can. consideret 1. §. defleat etiam quoniam in vno de pænitentia dist.* 5. qui ita rationem refert: In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quo est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. eodẽque modo Alexander Tertius *d cap. sicut dignum 6. de homicidio.* illis verbis: *atque conditio delinquentis.* ibique *Gloss.* verbo *conditio.*

Circumstantiæ alicui facto debitæ si prætermittantur, nõ videtur illud legitimè factum, sed retractandum. ex Alexandro Papa II. Landulpho in Corsica in *can. notificasti te 2.* 33. q. 5. illis præsertim verbis; *Quoniam cum omni homini ad monasticam tendenti vitam, legaliter, sanctè, & iustè sit peragendum; tu contra leges minaciter, & violenter à tua vxore, partim terrore mortis, partim tuæ infirmitatis doloribus exinanitus, deuia secutus, nulla (vt dicitur) licentia accepta, recessisti, & monasterium petisti.* ibique *gloss.* verbo *cum omni.* nullũ itaque fuit, quod circunstantiis perquisitis prætermissis, gestum fuit. concinitque Euaristus Papa Episcopis Africæ scribens in *can. aliter legitimũ in fin. 1. 30. q. 5.* ex Concilio Toletano in *can. quorundam Clericorum 14 dist. 23.*

Cithara cum psalterio malè concordat. dixit Innocentius Tertius Noruicen Episcopo scribens in *cap. diuersis fallaciis 5. de clericis coniugatis*, verba damus Innocentii: *In quorum conuersatione Cithara, cum psalterio malè concordat.* de Clericis loquens, qui vxores duxerant, & beneficia Ecclesiastica retinebant adhuc. ibidemque *Gloss.* verbo *cithara* ex Alexandro Tertio Verulanen Episcopo in *cap. quod à tè 3. eodem.* rationem reddente: *Id volumus à te tenere; quòd simul voluptatibus, & carnalibus desideriis, ac diuinis, & Ecclesiasticis obsequiis vacare non valeant, ob immunditiam suam Ecclesiasticis sacramentis indigni tractandis, ecclesiasticis proculdubio beneficiis sunt priuandi.* Cithara igitur cum psalterio malè concordat. Quia vita spiritualis cum laicali non bene conueniunt. secundum *Gloss.* dicto verbo *cithara.*

Ciuitas illa apud Platonem iustissimè ordinata traditur, in quaquisque proprios nescit affectus. Gratianus in *summa in fin. dist* 8. ibique *Gloss.* verbo *nescit* dicens: *Quisque enim tantũ diligit alium, vt se.*

Citatio de Iure est Diuino: quia Deus ipse Adam iudicaturus peccatorem per se ipsũ citare dignatus fuit: Adam vbi es? Genesis 3. 9. *Vocauitque Dominus Deus Adam, & dixit ei; Vbi es?* omitti proinde nullo modo potest. ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can de illicita excomunicatione 6. §. Quod si hanc sententiam nostram 24. q. 3.* quod sequentibus probat: *Quia nemo præpropere, vel præposterè, scilicet non commonitus, neque conuentus, est iudicandus.* decreuitque Clemens V. in Concilio Viennen in *Clementina sæpè contingit. 2. §. Citationem verò. de verborũ significatione.* ibique *Gloss.* verbo *citationem.* Quia Citatio defensionis est species, & omitti non potest, sed omnibus concedenda. ex Gregorio ad Ioannem Episcopum primæ Iustinianæ in *can. Lator Nemesion 44. in fine 2. quæst. 7.* quem ex *d. clementina sæpe 2.* illis verbis; *Et defensiones legitimæ admittantur.* sequitur ibidem *Gloss.* verbo defensiones legitimæ. ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. ex parte tua 13. de officio Iudicis delegati.* illis verbis: *Debet tamen rationabiles exceptiones admittere.* deducitque Zepherinus Papa ad Episcopos Siciliæ in *can. accusatores Episcoporum 2. in fin. §. absens verò. 3. q. 8.* rationem reddit: *Quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges, vt absens Iudicetur?* Nec diffitetur Paulus lib.

lib.5.sententiarum in *l.de vnoquoque* 47. *ff. de re Iudicata*. & Vlpianus lib. 24. ad edictum in *l.1.§.denunciari autem oportet ff. de ventre inspiciendo*. deduximus *respons.* nostra 88.*nu.*116. & 117.*part.*3.& *respons.*98 *num.* 26. & *sequentibus ad* 32.*part.*4.

Citatio trina præcedere debet, vel vna pro tribus, vt quis contumax dici possit, & excómunicari. ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can. de illicita excommunicatione* 6. §.*de conuentione autem huiusmodi* 24.*q.*3. verba sunt Concilii: *De conuentione autem huiusmodi patratoris manifestorum criminum lex dicit: Quicunque tribus auctoritatibus Iudicis conuentus, vel tribus edictis ad Iudicem fuerit prouocatus, aut vno pro omnibus peremptorio, id est, quod causam extinguit, fuerit euocatus, & præsentiam suã apud eum Iudicem, à quo denunciatum est, exhibere noluerit; aduersus eum, quasi in contumacem, iudicari potest. Quin imo nec retractari per appellationem negotia possunt; quoties in contumaciam fuerit iudicatum*. ita Concilium. *Glossaque* ibidem verbo *peremptorio*: & sequitur *Gloss.*4.*q.* 5.*in summa* verbo *de quinta*. Decreuit que Innocentius Tertius Duci Caringiæ scribens. in *cap. venerabilem* 34.*in* 3. *responso de electione* verba sunt Innocentii; *Si Cognitoris; absente altera partium, videtur perperam processisse, cùm citata non fuerit. & ideo non debuit Contumax iudicari*. Nam, vt Hermolaus lib. 1. Iuris in *l.contumacia.* 53. *ff. de re Iudicata*, & *de effectu sententiarum*, & *de interlocutionibus Iudicum*, docet. *Contumax est, qui tribus edictis propositis, vel vno pro tribus, quod vulgo peremptorium appellatur, litteris euocatus, præsentiam suã facere contemnit. Baldus in authent. causa. quæ col.*2.*nu.* 6. *vers. vltimo nota C. de Episcopis, & clericis*. debet itaque semper præcedere monitio, vt quis in censuras dedisse denuncietur. ex Symmacho Papa in sexta Synodo in *can. indignè ad altare Dei XXI.§.debet tamen* 12.*q.*2. ibique *gloss.* verbo *admonitio*.

Citatio, quæ non tenet, nec legitimè progreditur, citatum non arctat ad cõparendum. ex Innocentio Tertio Parmen Episcopo, & eius coniudicibus in *cap. bona memoriæ S. Cremonen Episcopo* 36.§.*fin. in fine de electione*. sic oēpe Innocentius: *Nec prædicta debet dici citatio valuisse, quia cum Episcopi mortem prauenerint, temeraria nimis extitit: & ideo non potuit arctare citatum*. vbi *Gloss.* verbo *nec prædicta*, quę est finalis, ita demum infert: *Generale enim est, quod ad citationem, quæ reprobatur à iure non tenetur venire citatus, etiam si alleget priuilegium. de hoc notatur per Ioa.*3.*q.*2.*fi Epist.* qui canon est Felicis Papæ I. ad Episcopos Galliæ. incipit *si episcopus suis fuerit* 8.3.*q.*2. in fine, verbis illis: *Et non ante conuocatus &c.* hoc est citatus. pluraq. deducit *Glos.* ibidẽ verbo *conuocari*. deducens. quod citatio in multis casibus non valet, nec astringit citatum. sequitur *Gloss.* in *can. placita secularia* 2. verbo *orationibusque in fin.*15.*q.*4. quòd nolliter citatus nõ tenetur venire, neque ad priuilegium allegãdum ex Vlpiano lib.4. de omnibus tribunalibus in *l.*1.*ff. de ferijs & dilationibus, & diuersis temporibus earum, & ex quibus causis feriæ non impediantur*.

Citatio non arctat, nisi ad Citatum peruenit, saltim relicta copia. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clemen. cùm lite pẽdente* 2. *fi ne finali, vt lite pẽdente nihil innouetur* illis verbis de lite pendente verba faciens: *Post quã a Iudice competenti in ea citatio emanauerit, & ad partem citatam peruenerit &c.* ibique *gloss.* verbo *ad partem*. ibique etiam *Cardin. Zabarella nu.*4. *in* 3. *notabili* ex Innocentio Tertio in Concilio Generali Lateranen. in *cap. Quoniam contra* 11. *extrà de probationib.* quo loco in principio Iudicii vt illud rectè deducatur *citationes* reponit. & notat *Zabarella in d. Clement. fin. nu.*5. *in* 4. *notabili*. quatuor requiri, vt litis pendentia inducatur. 1. quod citatio emanauerit. 2. quod à cõpetenti Iudice. 3. quod citatio ad Citatum peruenerit, vel per eum steterit, quin peruenerit. 4. quod plenè instrui potuerit.

Citatio, cuius terminus est circunductus, non operatur, si pars citata non comparuit, quin citans in expensis damnabitur. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen, in *cap. actor, qui ad terminum* 1. *de dolo, & contumacia in* 6. facit textus Gregorii Ioanni defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est* 7.2.*q.*1. *Rota apud Cardin. Seraphinum decis.*329.*nu.*1.

Citatio nulla redditur, si tempus incongruum ad comparendum appositum fuerit. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementinã dudum Bonifacius* 1. *in fine primi responsi de Iudicijs*: verba damus Clementis de citationibus disponentis: *sic valeant, atque ardeant citatos post lapsum terminum, quem (considerata distantia locorum) citationibus ipsis apponi conuenit competentem*: idẽ decreuit Bonifacius Octaus in *cap. quoniam electione* 47. *alias finali.§. nos volentes morbo huiusmodi: de electione in* 6. dicens ille, atque decernens: *Vt si qui sint, qui se velint opponere, compareant assignato peremptorio termino competenti*. quo loco *gloss.* verbo *competenti*. sic commentum agit. *secundum locorum distantiam, personarum, & negotij qualitatem. Ioannes Andreas. Crescentius decis.*6. *de dolo, & contumacia. Afflictus decis.*124.*nu.*3. dixit *Gloss.* in *cap præterea adtecijsti* 2. in *gloss magna* verbo *plenè potuit* circa medium *de dilationibus*. dicẽs, quod licet dilationes sint Iudici arbitrariæ nihilominus Iudex considerata loci distantia, & temporis qualitate dilationem dare debebit. ex Innocentio Tertio in *cap. quò ad consultationem* 15. *in principio de sententia, & re Iudicata*. illis verbis: *terminum competentem, puta viginti dies vel ampliùs &c.* sequitur *Folerius in praxi criminali parte* 2. verbo, *vel eos verbaliter citari faciat. nu.*22.

Citatio non requiritur vbi agitur contra contemptores libertatis, & immunitatis, ac Iurisdictionis Ecclesiasticæ, ac fauore Ecclesiæ, quia tunc proceditur vim vi repellendo. & qui procedit nõ vt Iudex, sed vt pars procedit, Vim repellendo vi. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. dilecto*

fi.io

*filio Decano Aurelianensi 6.de sententia excommunicationis in 6.* deduximus plene nos hanc materiam in *Apologetico* contra Archipresbyterum Terlitien à *nu.271.cum sequentibus.* quem prelo premimus ad calcem *tertiæ partis* nostrarum *responsionum.* nam ex sententia Senecę Tragedia 8.

*Capienda rebus in malis præceps via est.*

Citatio, quæ domi fit, ex quo citandus personaliter haberi non possit, publicé fieri debet, atque dimissa copia illius in manibus domesticorum, vel saltim in hostio domus dimittatur. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement.causam electionis 3. de electione, & electo potestate.* verba damus Clementis: *Quā cito commodé fieri poterit, legitimé intimata; porrecto videlicet sibi sub scriptura authentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo consimili si petita fuerint, inde facta.* Aliter facta citatio nō tenet. ex Alexandro Tertio Exonen. & Vinctonien Episcopis *in cap.causam, quæ 3. in fine de dolo & contumacia.* illis verbis: *Denunciationibus ad domum eius missis.* ibique perlatè *Gloss.* verbo *ad domum.* ibidemque *Barbosa in collectanea nu.5. Vantius de nullitatibus. tit.de nullitate ex defectu citationis.nu.88.& sequentibus.*

Citationis executio, vt fidem faciat, duorum testiū adhibitionem perquirit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap quoniam contra 11. de probationibus.* & sequuta fuit *Rota in Carthaginen poritonis 1594. coram Seraphino decis.99.num.2. post 3.volum.consiliorum Farinacii.* quæ in impressis apud ipsum est *decis.1087.nu.1.* neque Notario de citatione executa creditur absque testibus. ex *Puteo decis.5.lib.3. Rota part.1. in recentioribus decis.624.nu.10.*

Citatio ad sententiam audiendam specifica debet esse, nec sufficit si per verba fiat æquipollentia. *Gloss.* in *cap. cum in contumacia 7.* qui est Alexandri IV. verbo *respondeat de hæreticis in 6.* quæ sic infert: *Sicuti, & in sententia requiritur, quod citata fuerit pars, vt veniat auditura sententiā alias sine appellatione rescinditur ff. quæ sentētia sine appellatione rescindatur l.1 §.itē cum ex dicto.* quę lex est Marcelli lib.2. de appellationibus. ibique *Gloss.* verbo *notitiam.* & habetur ex Clemente V. in Concilio Viennen io *Clement. pastoralis cura solicitudinis 2.§. verum quia huiusmodi sententia. de sententia, & re iudicata. Rota apud S. memoriæ Gregorium XV.decis 209.num 4.* ibique *Beltraminus nu.7.* & in recentioribus *part.2. decis.486. num 7.* & apud *Card. Caualer. decis.376. num.1.2. & sequentib. Cæsar de Grassis decis.11.nu.2.de sentent. & re iudicata.* ex eodem Clemente V. in *clement. Sæpè contingit 2. circa finem § sententiam verò de verborum significat.* verba sunt Clementis: *sententiam verò diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptore partibus) in scriptis, & prout magis sibi placuerit) stans vel sedens proferat.* ibique *Gloss.* verbo *ad id.* quæ sequentibus infert: *Nō sufficit ergo citari, nisi exprimatur id, quòd ad sententiam audiendam.&c.* Rota *in posthumis tom.1.decis.429 nu.1.*

Citatio, vt excomunicari quis valeat, continere debet dierum aliquorum competentia interualla. ex Gregorio Quinto in Concilio Generali Lugdunen in *cap. constitutionem fœlicis recordationis 9. § statuimus quoque de sententia excommunicationis in 6.* Gregorium excipe: *Statuimus quoque, vt inter monitiones, quas (vt canonicé promulgetur excommunicationis sententia) statuunt iura pręmitti: Iudices siue monitionibus tribus vtantur, siue vna pro omnibus, obseruent aliquorum dierum competentia interualla. Nisi facti necessitas aliter ea suaserit moderanda.* ita Gregorius. ibique *Gloss.* verbo *competentia.* quæ sic infert: *Hoc Iudex moderabitur pro personarum, & negotij qualitate.* ex Alexandro Tertio Remensi Archiepiscopo in *cap. cum sit Romana 5. extra de appellationibus.* ibique *gloss.* verbo *distantiam.* ex Concilio Toletano 12. in *can. cum longè, latèque 25.dist.63.* & ex Triburiensi Concilio in *can. vbicunque temporum, vel locorum 6. 13. quest.2. Bellecius disquisitionis Clericalis part.1 tit.2.de fauore Clericorum Canonis §.4 nu.39.*

Citatus expectari debet per totum tempus eidem in Citatione præfixum, vsque ad nouissimum momentum. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. dudum 1. in fine principii de Iudiciis.* sic verba sonant Clementis: *Ianuis affigendæ sic valeant* (citationes vtique) *at que arceant citatos, post lapsum terminum, quem (considerata distantia locorum) citationibus ipsis apponi conuenit competentem.* nec diuersimode disposuit, & declarauit Bonifacius Octaus in *extrauaganti. Rem non nouam aggredimur. vnica circa finem. de dololo & contumacia inter communes* verba damus Bonifacii: *Et ita deferri citatis sic valeant, & arceant citatos post terminum lapsum, quem (considerata locorum distantia) volumus citationibus ipsis competentem apponi.* Animaduerte: *post terminum lapsum.* concinitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Toletano *in cap. consuluit nos tua fraternitas.24. de officio Iudicis delegati.* Rota in *Aquen pensionis 2. Decembrir 1611.coram Card. Sacrato apud Marchesanum part.1. decis.22.nu.3.fol.619.* & in *Bononien attentatorum 24. Octobris 1588.coram Card. Mantica decis.33 sub nu.5.* quæ est etiam apud *Marchesanum part.1. fol.644. sub nu.3. Borellus in summa omnium decisionum tom.1. titulo 43.de Citatione num.58.& 59.* id etiam patet ex Iustiniano Cæsare in *§.omnis stipulatio. Institutionibus de verborum obligationibus.* rationem reddens: *Quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet.* ibique *Gloss.* verbo *tribui debet.* sequitur *Alexander in l.si finita 15.§.Iulianus num.25.vers.Quia erat in potestate rei comparere ff.de damno infecto. Rota in dicta Aquen pensionis.coram Card. Sacrato.*

Citatus dicans: nolle comparere, vel ab interlocutoria appellans, recedit, cum protestetur se nolle amplius coram Iudice comparere, citari ad alia non debet, neque etiam ad sententiam, nec ideo processus nullus redditur. ex Bonifacio Octauo in *cap. eum, qui à tua interocutloria 2. siue finali de dolo, & contumacia in 6.* ibique *Gloss.* verbo *non teneris. Triuisan. dec.6.n.3.& dec.69. nu. etiam 3.lib.1.*

Ci-

Ciuitas illa, quæ proprium necauit Episcopũ Episcopali dignitate iurè priuatur. Iustum est enim vt egeat Episcopalibus subsidijs sibi met aliunde pensandis, quæ sacram in suo gremio collocatã fuso crudeliter maculat sãguine. vti Gelasius respondit Papa in *can. ita nos scyllacanorum cędes* 25. 25. q. 11.

Ciuitatis appellatione territoria minime comprehenduntur. ex Gregorio in *can. religiosam* 75. *sine fin.* 12. q. 2. *Gloss.* in *can. Ego Ludouicus* 30. verbo *& territoriis dist.* 63. ex Paulo lib. 1. ad Edictum in *l. vrbis appellatio* 2. *ff. de verborum significat.* Paulum excipe *Vrbis appellatio muris: Romæ autẽ continentibus ędificiis finitur.*

Ciuitate verò interdicto supposita, & suburbia interdicto pariter supposita sunt; ne propter hoc interdicti sententia vili habeatur, si in suburbiis sacris publice Ecclesiasticis operarentur. Veluti interdicto Ecclesia supposita, neque in Cappella eius celebrari poterit. ita decreuit Bonifacius Octauus in *cap. si Ciuitas* 17. *de sententia excomunicationis in* 6. *Nauar. de Indulgentijs notabili* 28. *nu.* 14. *& notabili* 33. *nu.* 3. verbo *Vrbis.* Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 4. *vers. rursus* 2. *in fine.*

Ciuitate excomunicationi supposita, an qui interim nascuntur, excomunicationi quoque supponantur? negatiuè *Glossa* respondet in *can. si habes de hac re sententiam* 1. verbo *pœna in fine.* 24. *quæst.* 3. ex illis Augustini verbis eodem canone paulo post principium. *Hæc enim fuit corporalis pœna, qua legimus quosdam contemptores Dei cum omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos.* Inferens ex illo Ezechiel. 18. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur.*

Quamuis quidem ex delicto personarum possit tota Ciuitas puniri. vt notatur ex Cypriano. lib. de exhortatione martyrii in *can. si audieris* 32. 23. *q.* 4. ibique *gloss.* verbo *omnes, qui.* ex Gelasio Papa in *can. ita nos Syllacænorum* 25. 25. *q.* 2. vnde ex delicto quorundã Ciuitatis tota Ciuitas interdicto supponitur.

Ciuitates Refugiorum sex Dominus Deus in veteri lege (Deutor. 4. & 19.) constituerat, in quibus, qui non volentes, hominem occidissent, saluabantur. *Quin etiam ipsius diuinæ legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, vt possit euadere.* Verba sunt Ambrosii in *can. illa cauenda sunt.* 6. 55. *quæst.* 1. ibique *Gloss.* verbo *legis.* quæ sex ipsas Ciuitates enumerat.

Clàm fieri dicitur, quod in occulto, atque omissis à Iure requisitis fit. ex Concilio Arelaten in *cap.* 1. *de clandestina desponsatione* vbi matrimonia Clàm facta improbantur. & Innocentius Tertius io Concilio Generali Lateranen in *cap. cùm inhibitio* 3. *sine finali de clandistina desponsatione.* ibique *Gloss.* verbo *clandestina.* vbi tripliciter matrimonia Clandestinè dici refert. hoc est sine testibus. sine solemnitatibus. contra Iuris dispositionem. Clàm igitur fieri dicitur, quod in occulto fit, atque contra Iuris dispositionem, ne appareat. sicuti contrariò, publicè fieri dicitur, quod palam, ac sine fit contradictione Iuris videlicet. ex Alexandro Tertio in *cap. Cum inter I. veterem.* 2. *qui filii sint legitimi.* ibique *Gloss.* verbo *publicè. Bart. in l. finali in principio vers. qualiter ff. de ritu nuptiarum.* sequiturque *Sanchez de matrimonio lib.* 3 *disputat.* 1. *sub num.* 10. *vers. secundo ex doctrina Bartoli.*

Claues accepit Ecclesia, ac potestatem soluendi, & ligandi. vt Augustinus loquitur in *can. omnibus consideratis* 20. 24. *q.* 1.

Claues autem Regni cœlorum, quas dedit Petro Christus (*Matthæi.* 16. 19.) dicens: *Et tibi dabo Claues Regni cælorũ Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cælis.* scientia sunt, atque potestas. *in altera dans ei scientiam discernẽdi inter Lepram, & Lepram; & in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi.* vt loquitur Gratianus in *summa §. sed aliud est. dist.* 20. ibique *Gloss.* verbo *dedit.* Per Antistites enim Claues in Ecclesia ministrantur. ex Augustino in *can. indicet se ipsum homo* 85. *de pænitent. distinct.* 1. Quia in Ecclesia per Claues regni Cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. idem vt inquit Augustinus in *can non erit turpis.* 8. 32. *q.* 1. Nec sine causa Claues datę sunt Ecclesiæ Dei; neque frustramus Euangelium Dei, neque verba Christi; cum redeuntibus ad pœnitentiam per Claues veniam promittimus, atque solutionem damus. ex eodem Augustino in *can. agite pænitentiam* 44. *de pænitentia dist.* 1.

Claues namque Ecclesiæ duæ sunt, potestas videlicet ligandi, atque soluendi, qua Iudex ecclesiasticus dignos recipit, atque indignos excludit. vt plene declarauit Ioannes XXII. in *extrauaganti Quorumdam mentes.* 5. *de verborum significatione.* propriè verò clauis Sacerdotalis, potestas est sacerdotalis, per quã ligat, & soluit. vt *Gloss.* inquit in *summa §. sed & aliud est.* verbo *dedit. in fine d. dist.* 20. *S. Thomas in* 4. *dist.* 18. *q.* 1. *art.* 1. *quæstiuncula* 1. & pluribus deducit *Nauar. can. ex ijs itaq; de pænitent. distinct.* 1. *per totum.* & *de finibus humanorum actuum num.* 29. *vers. tertius, quod Iuris canonici, siue Pontificij. Henriquez in summa lib.* 6. *cap.* 1. *§.* 5. *&* 8. *& cap.* 2. *§* 1.

Clauis aperitionis est sermo correptionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiam, qui perpetrauit. verba sunt Gregorii in pastoralibus part. 2. relati in *can. sit rector discretus.* 1. paulò post principium. §. *hinc rursus delinquenti populo dicitur. dist.* 43. explicantis illud Hieremiæ Threnorum 2. 14. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pænitentiã prouocarent.*

Charitas ordinata dicitur, iuxta illud Canticorum 2. 4. *Ordinauit in me charitatem.* quia ordo in charitate ipsa seruandus est. Nam, vt Ambrosius docet: *Ordinata est charitas, vt primò Deus: secundo parentes, deinde filii, postea domestici, vltimo extranei diligantur.* ita refert. *Gloss.* in *can. quiescamus* 2. verbo *postulat. dist.*

42. qui

*filio Decano Aurelianensi 6. de sententia excommunicationis in 6.* deduximus plene nos hanc materiam in *Apologetico* contra Archipresbyterum Terlitien *à nu. 271. cum sequentibus.* quem prelo pressimus ad calcem *tertiæ partis* nostrarum *responsionum.* nam ex sententia Senecę Tragedia 8.

*Capienda rebus in malis præceps via est.*

Citatio, quæ domi fit, ex quo citandus personaliter haberi non possit, publicè fieri debet, atque dimissa copia illius in manibus domesticorum, vel saltim in hostio domus dimittatur. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. causam electionis 3. de electione, & electo potestate.* verba damus Clementis: *Quā cito commodè fieri poterit, legitimè intimata; porrecto videlicet sibi sub scriptura authentica, vel perlecto illius tenore, & copia modo cosimili, si petita fuerint, inde facta.* Aliter facta citatio nō tenet. ex Alexandro Tertio Exonen. & Vinctonien Episcopis in *cap. causam, quæ 3. in fine de dolo & contumacia.* illis verbis: *Denunciationibus ad domum eius missis.* ibique perlatè *Glos.* verbo *ad domum.* ibidemque *Barbosa in collectanea nu. 5. Vantius de nullitatibus. tit. de nullitate ex defectu citationis. nu. 88. & sequentibus.*

Citationis executio, vt fidem faciat, duorum testiū adhibitionem perquirit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap quoniam contra 11. de probationibus.* & sequuta fuit *Rota in Carthaginen portionis 1594. coram Seraphino decis. 99. num. 2. post 1. volum. consiliorum Farinacii.* quæ in impressis apud ipsum est *decis. 1087. nu. 1.* neque Notario de citatione executa creditur absque testibus. ex *Puteo decis. 5. lib. 3. Rota part. 1. in recentioribus decis. 624. nu. 10.*

Citatio ad sententiam audiendam specifica debet esse, nec sufficit si per verba fiat æquipollentia. *Gloss.* in *cap. cùm in contumacia 7.* qui est Alexandri IV. verbo *respondeat de hæreticis in 6* quæ sic infert: *Sicuti, & in sententia requiritur, quod citata fuerit pars, vt veniat auditura sententiā alias sine appellatione rescinditur ff. quæ sentētia sine appellatione rescindatur l. 1 §. itē cum ex dicto.* quę lex est Marcelli lib. 2. de appellationibus. ibique *Gloss.* verbo *notitiam.* & habetur ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. pastoralis cura solicitudinis 2. §. verum quia huiusmodi sententia. de sententia, & re iudicata. Rota apud S. memoriæ Gregorium XV. decis 209. num 4.* ibique *Beltraminus nu. 7.* & in recentioribus *part. 2. decis. 486. num 7.* & apud *Card. Cavaler. decis. 376. num. 1. 2. & sequentib. Cęsar de Graffis decis. 11. nu. 2. de sentent. & re iudicata.* ex eodem Clemente V. in *clement. Sæpè contingit 2. circa finem § sententiam verò de verborum significat.* verba sunt Clementis: *sententiam verò diffinitiuam (citatis ad id, licet non peremptorè partibus) in scriptis, & prout magis sibi placuerit) stans vel sedens proferat.* ibique *Gloss.* verbo *ad id.* quæ sequentibus infert: *Nō sufficit ergo citari, nisi exprimatur id, quòd ad sententiam audiendam. &c.* Rota in *posthumis tom. 1. decis. 429 nu. 1.*

Citatio, vt excomunicari quis valeat, continere debet dierum aliquorum competentia interualla. ex Gregorio Quinto in Concilio Generali Lugdunen in *cap. constitutionem fælicis recordationis 9. § statuimus quoque de sententia excommunicationis in 6.* Gregorius inexcipe: *Statuimus quoque, vt inter monitiones, quas (vt canonicè promulgetur excommunicationis sententia) statuunt iura præmitti: Iudices siue monitionibus tribus vtantur, siue vna pro omnibus, obseruent aliquorum dierum competentia interualla. Nisi facti necessitas aliter ea suaserit moderanda.* ita Gregorius. ibique *Gloss.* verbo *competentia.* quæ sic infert: *Hoc Iudex moderabitur pro personarum, & negotij qualitate.* ex Alexandro Tertio Remensi Archiepiscopo in *cap. cum sit Romana 5. extra de appellationibus.* ibique *gloss.* verbo *distantiam.* ex Concilio Toletano 12. in *can. cum longè, latèque 25. dist. 63.* & ex Triburiensi Concilio in *can. vbicunque temporum, vel locorum 6. 13. quest. 2. Bellecius disquisitionis Clericalis part. 1. tit. 2. de fauore Clericorum Canonis §. 4 nu. 39.*

Citatus expectari debet per totum tempus eidem in Citatione præfixum, vsque ad nouissimum momentum. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. dudum 1. in fine principii de Iudiciis.* sic verba sonant Clementis: *Iannis affigendæ sic valeant* (citationes vtique) *atque arctent citatos, post lapsum terminum, quem (considerata distantia locorum) citationibus ipsis appom conuenit competentem.* nec diuersimode disposuit, & declarauit Bonifacius Octaus in *extrauaganti. Rem non nouam aggredimur. vnica circa finem. de dolo & contumacia inter communes* verba damus Bonifacii: *Et ita deferri citatis sic valeant, & arctent citatos post terminum lapsum, quem (considerata locorum distantia) volumus citationibus ipsis competentem apponi* Animaduerte: *post terminum lapsum.* concinitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Toletano in *cap. consuluit nos tua fraternitas. 24. de officio Iudicis delegati.* Rota in *Aquen pensionis 2. Decembris 1611. coram Card. Sacrato apud Marchesanum part. 1. decis. 22. nu. 3. fol. 619.* & in *Bononien attentatorum 24. Octobris 1588. coram Card. Mantica decis. 33 sub nu. 5.* quæ est etiam apud *Marchesanum part. 1. fol. 644. sub nu. 3. Borellus in summa omnium decisionum tom. 1. titulo 43. de Citatione num. 58. & 59.* id etiam patet ex Iustiniano Cæsare in *§. omnis stipulatio. Institutionibus de verborum obligationibus.* rationem reddens: *Quia totus is dies arbitrio soluentis tribui debet.* ibique *Gloss.* verbo *tribui debet.* sequitur *Alexander in l. si finita 15. §. Iulianus num. 25. vers. Quia erat in potestate rei comparere ff. de damno infecto. Rota in dicta Aquen pensionis coram Card. Sacrato.*

Citatus dicens: nolle comparere, vel ab interlocutoria appellans, recedit, cum protestetur se nolle amplius coram Iudice comparere, citari ad alia non debet, neque etiam ad sententiam, nec ideo processus nullus redditur. ex Bonifacio Octauo in *cap. cum, quid tua interlocutoria 2. sine finali de dolo, & contumacia in 6.* ibique *Gloss.* verbo *non teneris. Tuisan. dec. 6. n. 3. & dec. 69. nu. etiam 3. lib. 1.*

Ci-

Ciuitas illa, quæ proprium necauit Episcopũ Episcopali dignitate iurè priuatur. Iustum est enim vt egeat Episcopalibus subsidijs sibimet aliunde pensandis, quæ sacram in suo gremio collocatã fuso crudeliter maculat sãgnine. vti Gelasius respondit Papa in *can. ita nos scyllacanorum cędes* 25.25.*q*.11.

Ciuitatis appellatione territoria minime comprehenduntur. ex Gregorio in *can. religiosam* 75. *sine fin*. 12. *q*. 2. *Gloss*. in *can. Ego Ludouicus* 30. verbo *& territoriis dist*. 63. ex Paulo lib. 1. ad Edictum in *l. vrbis appellatio* 2. *ff. de verborum significat*. Paulum excipe *Vrbis appellatio muris: Romæ autẽ continentibus ędificiis finitur*.

Ciuitate verò interdicto supposita, & suburbia interdicto pariter supposita sunt; ne propter hoc interdicti sententia vili habeatur, si in suburbiis sacris publice Ecclesiasticis operarentur. Veluti interdicto Ecclesia supposita, neque in Cappella eius celebrari poterit. ita decreuit Bonifacius Octauus in *cap. si Ciuitas* 17. *de sententia excommunicationis in* 6. *Nauar. de Indulgentijs notabili* 28. *nu*. 14. *& notabili* 33. *nu*. 3. verbo *Vrbis*. Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib*. 1. *cap*. 51. *num*. 4. *vers. rursus* 2. *in fine*.

Ciuitate excomunicationi supposita, an qui interim nascuntur, excomunicationi quoque supponantur? negatiuè *Glossa* respondet in *can. si habes de hac re sententiam* 1. verbo *pœna in fine*. 24. *quæst*. 3. ex illis Augustini verbis eodem canone paulo post principium. *Hæc enim fuit corporalis pœna, qua legimus quosdam contemptores Dei cum omnibus, qui eiusdem impietatis participes fuerunt, pariter interfectos*. Inferens ex illo Ezechiel. 18. *Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur*.

Quamuis quidem ex delicto personarum possit tota Ciuitas puniri. vt notatur ex Cypriano. lib. de exhortatione martyrii in *can. si audieris* 32. 23. *q*. 4. ibique *gloss*. verbo *omnes, qui*. ex Gelasio Papa in *can. ita nos Syllacanorum* 25. 25. *q*. 2. vnde ex delicto quorundã Ciuitatis tota Ciuitas interdicto supponitur.

Ciuitates Refugiorum sex Dominus Deus in veteri lege (Deutor. 4. & 19.) constituerat, in quibus, qui non volentes, hominem occidissent, saluabantur. *Quin etiam ipsius diuinæ legis oraculo, si quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, vt possit euadere*. Verba sunt Ambrosii in *can. illa cauenda sunt*. 6. 15. *quæst*. 1. ibique *Gloss*. verbo *legis*. quæ sex ipsas Ciuitates enumerat.

Clàm fieri dicitur, quod in occulto, atque omissis à Iure requisitis fit. ex Concilio Arelaten in *cap*. 1. *de clandestina desponsatione* vbi matrimonia Clàm facta improbantur. & Innocentius Tertius in Concilio Generali Lateranen in *cap. cùm inhibitio* 3. *sine finali de clandistina desponsatione*. ibique *Gloss*. verbo *clandestina*. vbi tripliciter matrimonia Clandestinè dici refert. hoc est sine testibus. sine solemnitatibus. contra Iuris dispositionem. Clàm igitur fieri dicitur, quod in occulto fit, atque contra Iuris dispositionem, ne appareat. sicuti contrariò, publicè fieri dicitur, quod palam, ac sine fit contradictione, Iuris videlicet. ex Alexandro Tertio in *cap. Cum inter I. veterem*. 2. *qui filii sint legitimi*. ibique *Gloss*. verbo *publicè*. *Bart. in l. finali in principio vers. qualiter ff. de ritu nuptiarum*. sequiturque *Sanchez de matrimonio lib*. 3 *disputat*. 1. *sub num*. 10. *vers. secundo ex doctrina Bartoli*.

Claues accepit Ecclesia, ac potestatem soluendi, & ligandi. vt Augustinus loquitur in *can. omnibus consideratis* 20. 24. *q*. 1.

Claues autem Regni cœlorum, quas dedit Petro Christus (*Matthæi*. 16. 19.) dicens: *Et tibi dabo Claues Regni cælorũ. Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in Cælis*. scientia sunt, atque potestas. in *altera dans ei scientiam discernẽdi inter Lepram, & Lepram; & in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab ecclesia, vel recipiendi*. vt loquitur Gratianus in *summa* §. *sed aliud est*. *dist*. 20. ibique *Gloss*. verbo *dedit*. Per Antistites enim Claues in Ecclesia ministrantur. ex Augustino in *can. indicet se ipsum homo* 85. *de pœnitent. distinct*. 1. Quia in Ecclesia per Claues regni Cœlorum non dubitatur fieri remissio peccatorum. idem vt inquit Augustinus in *can non erit turpis*. 8. 32. *q*. 1. Nec sine causa Claues datę sunt Ecclesiæ Dei; neque frustramus Euangelium Dei, neque verba Christi; cum redeuntibus ad pœnitentiam per Claues veniam promisimus, atque solutionem damus. ex eodem Augustino in *can. agite pœnitentiam* 44. *de pœnitentia dist*. 1.

Claues namque Ecclesiæ duæ sunt, potestas videlicet ligandi, atque soluendi, qua Iudex ecclesiasticus dignos recipit, atque indignos excludit. vt plene declarauit Ioannes XXII. in *extrauaganti Quorumdam mentes*. 5. *de verborum significatione*. propriè verò clauis Sacerdotalis, potestas est sacerdotalis, per quã ligat, & soluit. vt *Gloss*. inquit in *summa* §. *sed & aliud est*. verbo *dedit. in fine d. dist*. 20. *S. Thomas in* 4. *dist*. 18. *q*. 1. *art*. 1. *quæstiuncula* 1. & pluribus deducit *Nauar. can. ex ijs itaq; de pœnitent. distinct*. 1. *per totum*. & *de finibus humanorum actuum num*. 29. *vers. tertius, quod Iuris canonici, siue Pontificij*. *Henriquez in summa lib*. 6. *cap*. 1. §. 5. *&* 8. *& cap*. 2. § 1.

Clauis aperitionis est sermo correptionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit ipse etiam, qui perpetrauit. verba sunt Gregorii in pastoralibus part. 2. relati in *can. sit rector discretus*. 1. paulò post principium. §. *hinc rursus delinquenti populo dicitur*. *dist*. 43. explicantis illud Hieremiæ Threnorum 2. 14. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pœnitentiã prouocarent*.

Charitas ordinata dicitur, iuxta illud Canticorum 2. 4. *Ordinauit in me charitatem*. quia ordo in charitate ipsa seruandus est. Nam, vt Ambrosius docet: *Ordinata est charitas, vt primò Deus; secundo parentes, deinde filii, postea domestici, vltimo extranei diligantur*. ita refert. *Gloss*. in *can. quiescamus* 2. verbo *postulat*. *dist*.

41. qui

42. qui canon est Chrysostomi. Idem quoque Ambrosius in *can. non satis est* 14. *dist.* 86. de liberalitate verba faciens, atque docens: *Perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur, vt primùm opereris circa domesticos fidei.* ibique *Gloss.* verbo *domesticos. S. Thomas.* 2. 2. q. 26. *Toletus lib. 8. cap. 39. n. 3.* Vnde est, quod Charitas ordinata à se ipso primum incipit. ex Augustino in enchyridion in *can. qui vult eleemosynam* 19. *de pænitentia dist. 3.* ex eodem in *can. si nō licet* 9. 23. *q.* 5. nec diuersimodè Innocentius Tertius C. presbytero Cardinali Apostolicę sedis Legato in *cap. nisi specialis* 3. *de authoritate, & vsu pallij.* ibique per quàm optimè *Gloss.* verbo *eligemus*, rationem referens: *Nam quisque regulam diligendi proximum à se ipso accipit.* ex eodem Innocentio in *cap. vnico § caput autem vngitur balsamo*, ibique *gloss.* verbo *scriptum. de sacra vnctione*. Concinitque Claudius Cæsar in *l. præses prouinciæ* 6. *C. de seruitutibus, & aqua.* ibique summarium Baldi, & Saliceti: *Ordinata charitas incipit à se ipso.* diximus *respons.* nostra 53. *num.* 5. *part.* 4. *Gloss. in cap. dilecto filio* 6. *§. & quidem cū liceat* verbo *sibimet de sententia excommunicat. in* 6.

Charitas via est, qua peruenitur ad perfectionem. ex Apostolo 1. *ad Corinth.* 13. *à num.* 1. Sicut verò sine via peruenit nullus, quò tenditur: ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare. Prosper in *can charitas* 5. *§. hæc est charitas vera de pænitent. dist.* 2.

Charitas, & gratia idem sunt, vel saltim vna non est sine alia: quia charitas, & gratia habent easdem operationes. ex Clemente V. in *Clement. vnica §. fin.* ibique *gloss.* verbo *informans gratia de summa Trinitate, & fide catholica. S. Thomas* 1. 2. *q.* 110. *art.* 1. *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap.* 20. *num.* 24 *vers. quarta conclusio. & miscellanea* 39 *num.* 63.

Charitas, sicut scriptum est (Iacobi 5. 20.) operit multitudinem peccatorum. sine qua nemo potest videre Deum. vt inquit Augustinus in *can. quemadmodum membrum* 4. *§. sed hoc est, (inquiunt) quod nos mouet* 23. *q.* 7. & 1. *Petri* 4. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum. Augustin. ad Macedonium in *can in tantum hominum iniquitas* 33. *in fine de pænitentia distinct.* 3. & in *can. multæ autem operationes* 38. *in fine* 1. *q.* 1.

Charitas per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, quæ non agit perperam. ex Paulo ad *Romanos.* 5. 5. refertque Augustinus in *can. illud planè* 87. 11. *q.* 3.

Quam ob causam eum charitate quisquam peccare haud poterit, nec potuit. ex Prospero in *can. charitas* 5. paulo post principiū *de pænitentia dist.* 2. Ibi ergo securitas, vbi perfecta dilectio. ex Ambrosio in *can. non turbatur* 7. 24. *q.* 1.

Charitas est fons proprius, cui non communicat alienus. inquit Innocentius Priori, & Conuentui D molienſi in *cap. licet quibusdam monachis* 18. *§. fin. in finalibus verbis de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* ibique *gloss.* verbo *non communicat.* quæ refert Gratianum in *can. resuscitatus.* 35. *§. Item vt Christus ait. de pænitentia distinct.* 1.

Charitas maximum est donum Spiritus Sancti. sine quo non valent ad salutem quæcumque alia sancta in homine fuerint. Augustinus in *can. quomodo exaudit Deus* 41. *§. manus autem impositio. de consecrat. dist.* 4. Hanc ob causam scriptum est: *Sine charitate neminem saluum esse.* ex Paulo 1. *ad. Corinth* 13. 1. dicente: *Si linguis hominum loquar, & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens &c.* sequitur S. Augustinus lib. de pœnitentia cap. 17. in *can. nullus expectet* 6. *siue finali. paulo post principium de pænitentia dist.* 7. Per Spiritum Sanctum enim charitas in cordibus nostris diffunditur, quæ non agit perperam. ad *Romanos.* 5. S. Augustinus in *can. illud planè* 87. 11. *quæst.* 3. Et sine charitate nemo proficit, nec mouetur ad merendum. *gloss. in can tolle charitatem* 30. qui est Augustini. in *§. Adam verò cùm in virili ætate.* qui est Gratiani verbo *si sine charitate in fine de pænitentia. dist.* 2. Nam Augustinus inquit: *Tolle charitatem, & odiū tenet. Omnis, qui non diligit, odit.*

Charitas est recta voluntas ab omnibus terrenis, ac præsentibus prorsus auersa, iuncta Deo inseparabiliter, & vnita igne quodam Sancti Spiritus, à quo est, & ad quem refertur, incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia, nullo vitio mutabilitatis obnoxia. vt Prosper lib. 3. de vita contēplatiua c. 13. in *can. charitas est* 5. *de pænitentia dist.* 2. prosequitur.

Charitas, quæ deseri potest, numquā vera fuit: Augustinus in *can. charitas, quę.* 2. *de pænitentia dist.* 2. Fortis est vt mors dilectio. *Canticorum* 8. 6. Quia nimirum mentem, quam semel cęperit, à dilectione mundi funditus occidit. Gregorius in moralibus in *can. valida est* 4. *de pęnitent. dist* 2. ideo Augustinus dixit in *can radicata* 3. *ead. de pænit. dist.* 2. Radicata est charitas? securus esto: nihil mali procedere potest. vt contrà: Adam perdita charitate malus inuentus est. Augustinus inquit in *can. Princeps vitiorum* 32. *in fine. de pænitentia distinct.* 2. Nam sine Charitate nihil prodest, neque etiam Martyrium. ex Augustino in *can. si quis autem* 49. *de pænitent, dist.* 3. ex illo Pauli 1. ad Corinth. 13. 3. *Et si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* sequens Augustinus: Nihil prodesse intelligitur ad regnum cœlorum obtinendum. Certum est autem in via peregrinationis charitatem posse per peccatum amitti. vt sequitur *Gloss.* verbo *de pænitentia. in summa de pęnitentia dist.* 2. ex Gratiano in *can. super tribus sceleribus.* 24. *§. non est mirum eadem dist.* 2. *de pęnitentia.*

Charitas erga proximum est, vt illum, sicut nos ipsos, diligamus, eiusque animæ salutem prosequamur. Qua propter hæc est proximi tota dilectio; vt bonū, quod tibi conferri vis, velis & proximo; & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. his verbis Prosper *d. can. charitas est.* 5. *§. Proinde sicut & nos*

pro-

*proximos omnes.de pœnitent.dist.2.* ibique *Gloss.* verbo *& æternam vitam.* prosequens: quid sit proximum diligere sicut semetipsum? salutem scilicet animæ eius prosequi.

Charitate non accedente peccata non delentur. Quia sine charitate non potest esse vera pœnitentia. vt dixit Augustinus in *can. si quis autem non habens charitatem 49. in fine de pœnitentia dist.3.* sine verò pœnitentia non dimittuntur peccata. deducit plene *Gratianus in can. vt cognouerunt 39. §. opponitur etiam illud.de pœnitent. dist.2.Gloss.* in *can.nullus debita 42.*verbo *pœnam de pœnitentia dist.1.*

Charitatem habere scire quis certò non potest, nisi ex reuelatione Dei.deducit Gratianus in *can.vt cognouerant 38.§. opponitur etiam illud.* vers. *Numquid etiam Dauid charitatem non habuit? de pœnitent.distinct.2.* deducens illud Psalmi 35. *Iudica me Deus secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.* vbi *Gloss* verbo *Iudica.* quod benè poterat ex reuelatione.deducens illud Apostoli I. ad Corinth.4.4. *Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.* deducitur per *S.Thomam 1.2 q.112.art 5.*& nos plenè deduximus *respons.* nostra 24.*ann.39.cum sequentibus part.1.* ex Sacrosancta Tredentina Synodo *sessione 6. cap.9. de Iustificatione in fin.* rationem referente: *Cùm nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.* deduciturque ex Augustino in *can.corripiantur 17.24 q 3.*

Carthusienses seruant Gregorii dispositionem in *cap. Quia in insulis 6. de regularibus,& transeuntibus ad religionem.* quod est etiam in Codice Gratiani in *can. quia autem dura est in insulis 5.20.q.1.* qui textus prohibent ante decimum octauum annum ob vitæ austeritatē quemquam recipi.Si receperint quemquam ante dictum tempus, eius professio nulla erit, quia contrà canonis prohibitionem, nec non etiam regulæ, vel statutorum Religionis. sequitur *Abb.d.cap.quia in insulis num. 3.& 4.*

Charitas vbi nō est,iustitia nec esse poterit.dicit Augustinus in *can.vbi sana fides 29.24.q.1.* dicens: *Quia similiter vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur: quam si haberent, non dilaniarent corpus Christi,quod est ecclesia.*

Charitatis ergo regulam erga proximum à semetipso accipere quis debet. Quoniam regulam diligendi proximum à semetipso dilector accepit; quandoquidem scriptum est: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Matthæi 22.39.Augustinus in *can.si non licet priuata potestate 9.§ neque enim frustra.23.q.5.*

Charitatem itaque seruare debemus, etiam cū quis Ecclesiasticę disciplinæ subiicitur. ex Gregorio in *can. fraternitas tua 11.12. quæst.2.* dicente illo ad Augustinum Anglorum Episcopum: *Et cùm paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur.*

Charitatis duo sunt præcepta: Dei videlicet amor, & proximi. *Matthęi 22.38.* Gregorius in *can. in scripturis vestris 9. §. duo quippe sunt pręcepta charitatis.8.q.1.* Deus .n. super omnia diligendus est & proximus sicut ipsemet homo se diligit. *S.Thomas.2.2.q.24. art.12.in corpore,& q.105.art.1.* Nam Charitas est, per quam est spiritualis vita, & est anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, premium perfectorum.ex Prospero. *can.charitas est.5 post principium de pęnitentia dist.2.*

Charitas potest in infinitum extendi: iuxta illud: *Bonum mihi lex oris tui super millia &c.* sed malitia non;quia aliquis non potest esse summè malus. ex Gratiano in *can. si sermo meus 20.* qui est Hieronymi. *§. è contrario etiam. de pœnitentia dist.2.Gloss.* in *can.omnes huius seculi dilectores 3.§.nā cum quibusdam. dist.47.* verbo *tales.* qui canon est Gregorii lib.19. moralis. super verbis illis Apostoli ad Roman. 6. 19. *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ: sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ:& iniquitati ad iniquitatem, ita, & nunc, exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* rationem reddens Gragorius: *ne debiliores vos habeat sancta libertas aeris, quos in carne validos habuit vsus terrena voluptatis.*aeris dixit. idest cœlestis conuersationis. *Gloss.* ibidem subnectit. non itaque summè malus quis esse potarit.

Charitas finis est præcepti. sic dicente Apostolo 1. ad Timotheum 1.5. *Finis autem præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* & proprium donum est catholicæ vnitatis, & pacis. vt Augustinus verba facit.in *can. multę autem operationes 33. in fin.2.q.1.*

Charitas in quibusdam est perfecta; in quibusdam est imperfecta: perfectissima autem in hac vita haberi non potest. Augustinus loquitur ad Hieronymum scribens in *can. charitas 19.de pœnitentia dist.2.*vbi *Gloss.*verbo *perfectissima,*id est,(inquit) qua perfectior haberi non potest. vnde dicit Auctoritas in Epistola ad Ephesios;(fortasse Augustinus idem.) Nemo tam perfectus,quin possit crescere. & dixit ipsemet in *can.fortè nata est 18. ead. dist.2. de pœnitentia.* Forte nata est in te charitas, sed non dum perfecta est: Noli desperare,nutri eam,ne suffocetur.

Charitatem diabolus in cœlo non habuit, imò nequiuit habere.vt Ioannes Papa Isaac Syracusano Episcopo scribit in *can. visis litteris charitatis vestræ 1. post principium 16. quæst.2.* vnda charitatem vulnerare conatur.vt idem loquitur. sequiturque *Gloss.* in *can.principium 45. circa finem. §. habuit ergo lapis iste.*verbo *charitatis. de pœnitent.dist.2.*ex ipsius Gregorij verbis.

Cherub plenitudo scientiæ interpretatur.Vnde Lucifer Cherub dicitur; quia transcendisse cunctos scientia nō dubitatur. ex Gregorio in moralibus in *can.principium enim.45 circa: finem §. huius principatus celsitudinem adhuc idem propheta de pœnitentia dist.2.*

Chrisma sanctum, qui pollutis attipere manibus, quasi vile, & ad vsum communem aptè,

L pro-

præsumpsetint, grauissimis feriuntur pœnis, vt sacrilegi, & non nisi grauissima peracta pœnitentia suscipiuntur. ex Nicolao Papa Frontario Archiepiscopo Burdegalensi in *can. de viro nefando Burgando* 17. 12. q. 2.

Chrisma ratione balsami, quod in eo mistum est, vendi minime potest, nec pro eo aliquid accipi. ex Concilio Brachatensi secundo in *can. placuit, vt nullus Episcopus*. 102. ibique *Gloss.* verbo *Balsami*. 1. q. 1. & ex Concilio Tribuziensi in *can. dictum est solere* 105. & ex Cõcilio Cabilonensi tẽpore Caroli Magni in *can. statuimus* 106. *eadem*. 1. q. 1. alioquin simonia æstimaretur. dixitque Innocentius Secundus in Synodo Romana in *can. si quis prabendas* 15. *sine finali*. 1. q. 3.

Chrisma singulis annis per Episcopum in Cœna Domini renouandum, consecrandũque, & vetus in sanctis Ecclesijs cremandum. decernit Fabianus Papa Orientalibus Episcopis scribens in *can. in litteris vestris* 18. *de consecratione dist.* 3.

Chrisma per Parochos, qui diœcesanas regunt Ecclesias à proprio Episcopo, nec per minorem Clericum, sed per se ipsos, aut illum, qui eiusdem Ordinis sit, ante Paschæ solemnitatem petant. ex Concilio apud Valentias in *can. presbyteri* 123. *de consecrat. dist.* 4. iisdem verbis ex Concilio Carthaginensi 4. in *can. presbyteri, qui per diœcesis* 4. *dist.* 95. decernitur. ex Concilio tamen Martini Bracharensis in *can. omni tempore* 124. *eadem dist.* 4. *de consecratione*. decretum fuit: *Vt ad accipiendum Chrisma Diaconus, aut subdiaconus ante diem Paschæ de singulis Ecclesijs ad Episcopum destinetur.* Est ergo subiectionis signũ, quia ad proprium Episcopum, à suo scilicet. in dictis canonibus *presbyteri*. habetur: *non à quibuslibet Episcopis, sed à suo*, siue *suis*; decernentibus. Notent proinde Tertitienses, qui ad Episcopum Iuuenacen accedũt, pro chrismate, quod diœcesis sunt Iuuenacensis, atque Iuuenacen Episcopo subiecti, illeque eorum proprius Episcopus est.

Christus Ecclesiam suo sanguine acquisiuit. Stephanus Papa *can. admonere te* 8. 5. *sed si hæc omnia* 33. q. 2. vnde Christus in Ecclesia est; sicuti extra Ecclesiam diabolus est. Excomunicatus proinde, quia diabolo traditur, extrà Ecclesiam est. Augustinus in *can. omnis Christianus*. 32. 11. q. 3.

Christus est ostium, & qui nõ intrat per Christum, non intrat per ostium; sed ille fur est, & latro. *Ioan. x.* 1. & dixit Gregorius VII. in Synodo Romana in *can. ordinationes*. 113. *in fine*. 1. q. 1.

Christus veritas est, quæ Deus est, & verbum Dei. Gregorius Papa Venerio Calaritano Episcopo in *can. fraternitatis vestræ* 1. 35. *quæst.* 10.

Christus est misericordia, & veritas. qui ergo negat misericordiam faciendam oppressis, & necessitatem patiẽtibus, ipsum Christum negat, qui est misericordia & veritas. Gelasius Papa secundus Benigno Archiepiscopo in *can. omnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul.* 36. 5. *qui autem negat misericordiam faciendam fugientibus*. 7. q. 1.

Christus vbi non est fundamentum, nullum boni operis est super ædificium. ex Paulo 1. *ad Corint.* 3. 11. docetque Gregorius Antiocheno Episcopo in *can. cùm Paulus* 26. 1. q. 1.

Christus est caput corporis mystici, quæ est Ecclesia. ex Augustino in *can. vt euidenter* 85. *in fin.* 1. q. 1. nec à se ipso diuisus esse potest. ex Paulo 1. *ad Corinthios* 1. 13. dicente illo, atque Corinthios corripiẽte: *quod vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephæ: ego autem Christi. Diuisus est Christus?* & perpendit Pelagius Papa in *can. schisma siquidẽ* 34. *in fine* 24. q. 1. dicens: *Nec enim diuisum esse Christum poterit quisquã sine Apostoli reprobatione confingere. vnam, vt sæpè dictum est, quæ Christi corpus est, cõstat esse Ecclesiam, quę in duo, vel in plura diuidi non potest.* namque.

Christi corporis omnes membra sumus. Quia omnes credentes (secundum Apostolum ad *Romanos* 12. 5. & 1. *ad Corinthios* 6. 15.) Christi corpus efficimur. Hieronymus in *can. si quis hominem*. 58. 11. q. 3.

Christus Redemptor noster, totius conditor Creaturæ, humanam assumpsit naturam, vt pristinæ nos libertati restitueret, dirupto, diuinitatis gratia, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis. Gregorius in *can. cùm redemptor noster*. 68. 12. q. 2. Nemo igitur amplius nos amare potest, quàm Christus. Augustinum excipe ad Bonifacium in *can. quis potest* 43. 23. q. 4. sic dicentem: Quis nos potest amplius amare, quàm Christus, qui animam suam posuit pro ouibus suis?

Christus per se noster redemptor fuit, qui humanum genus post tot annorum millia de Inferni claustris eripuit. ita Ioannes Papa VIII. Paulo Episcopo fungenti legatione in Germania, & Pannonia in *can. porrò, si de annorum numero* 14. *in fine* 16. q. 3.

Christus venit in fine temporum, & (ω) omega reuoluit ad α alpha, & extremitatem traxit ad principium. Hieronymus loquitur lib. 1. contra Iouinianum in *can. ab exordio conditionis humanæ*. 2. *circa finem dist.* 35.

Christus Iesus mediator est Dei, & hominum. Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. cùm ad verum ventum est* 6. *dist.* 96. dicens: *Quoniam idem Mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus.* & Gregorius in *can. quid ergo mirũ* 99. *in principio* 11. q. 3. dicens & ipse de obedientia verba faciens: *Quando hanc* (obedientiam videlicet) *mediator Dei, & hominum tenuit, & tenendam præcipit.* & dixerat antea Paulus Doctor Gentium 1. ad Timotheum 2. 5. *Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semet ipsum pro omnibus, testimonium temporibus suis.*

Christus Dominus lingua Syriaca loquutus est, quo sermone tunc Iudæi vtebantur. vt exponant illud Christi ad Petrum; *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* loquitur *Ioannes Azorius Institutionum*

mo-

*moralium part. 2. lib. 4. cap. 9. q. 1.* de Romani Pontificis primatu *vers. Hæretici tamen multa nobis &c.*

Christus non per se ipsum baptizabat, sed per discipulos suos. ita Augustinus ad Seleucianam in *can. quando ab Hierosolymis exiit Iesus. 147. de consecrat. dist. 4.* exponens illud Ioannis 3. 22. *Post hæc venit Iesus, & discipuli eius in terram Iudæam, & illic demorabatur cum eis & baptizabat.* subiungit Augustinus: *Non per se ipsum, sed per discipulos suos.* quo loco *Gloss.* verbo *discipulos.* argumentum extrahit; quod aliud est facere per se, quàm per alium. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. accusatio quoque eorum 15. 2. q. 7.* perpendens illud *Ioannis 2. 15.* quod Dominus ipse proprio flagello peccantes Sacerdotes à tempo eiecit, inferens: *Vnde liquet, quod Summi sacerdotes, id est Episcopi, à Deo sunt iudicādi, non ab humanis; aut praua vitæ hominibus lacerandi, sed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum, & non per alium vendentes, & ementes eiecit de templo.* ita Anacletus.

Christus est, qui baptizat: ita Christus est, qui sanctificat. ex Hieronymo in *can. sicut Christus est, qui baptizat. 75. 1. q. 1.* non ergo ex ministri qualitate baptismum sanctū est, sed ex Christo, quia ipse est, qui baptizat, & qui per Spiritum sanctum sanctificat, siue à bono, siue malo ministro quis baptizetur. Augustinus in *can. intra catholicam Ecclesiam 77. eadem 1. q. 1.* & in *can. vtrum sub figura 72. §. Intra catholicam Ecclesiam de consecrat. dist. 2.* dicens: *Intrà catholicam Ecclesiam in ministerio corporis Christi, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur Sacerdote: quia non in merito consecrantis, sed in verbo efficitur Creatoris, & in virtute Spiritus sancti.*

Christus verus Deus; & verus homo semel tantum in Cruce pependit, offerens se ipsū Patri hostiam viuam, passibilem, mortalem, viuorum, & mortuorum redemptionis efficacem. vt Augustinus loquitur in *can. semel immolatus est Christus 52. de consecrat. dist. 2.* ibique *Gloss.* verbo *altitudo* dicens, quòd *Christus mortuus est pro omnibus quoad sufficientiam, non quo ad effectum. Efficax enim fuit quantum in redimente; sed per eos stetit qui se indignos fecerunt. Mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro solis prædestinatis, quò ad effectum: sed quo ad sufficientiam pro omnibus.*

Christus, qui erat in Diuinitate Dei Patris Filius, ipse factus in homine hominis Matris Filius, Deus verus ex Patre; Homo verus ex Matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturæ, idem Deus, & Homo, vna persona, vnus Christus, Dominus, creator omnium, quæ sunt; Auctor, & Dominus, & Rector cum Patre, & Spiritu Sancto omnium creaturarum; qui passus est vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte, resurrexit vera carnis suæ resurrectione, & vera animæ resumptione, in qua veniet iudicare viuos, & mortuos. Hanc fidem confiteri debet, qui ad Episcopatum assumitur. ex Concilio Carthaginensi 4. cui Augustinus interfuit in *can. qui Episcopus ordinandus 2. distinct. 23.*

Christus autem mortem suscepit spontanea voluntate, vt pro nobis satisfaceret, non quasi ex nessitate. Quia ipse mortis debitor non erat. *S. Thomas 3. part. quæst. 35. art. 6. ad 1. in fin.*

Christi verò Domini nostri in duabus naturis Diuina scilicet, & Humana, Vna persona est, vt definitum fuit in Synodo Ephesina prima ducentorum Episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto contra Nestoriū duas personas in Christo asserentem. ex Isidoro lib. 6. Etymologiarum cap. 16. in *can. canones Generalium Conciliorum 1. §. Tertia Synodus dist. 15.* & *d. Canone qui Episcopus 2.* ex Cōcilio Carthaginense IV. *dist. 23.* dicente illo, atque confitente de Christo: *Animā rationalē humanam habet, & in eo est veritas vtriusque, naturæ. vnus Deus, & Homo, Et Vna Persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Dominus, & Creator omnium quæ sunt, & Auctor, Dominus et rector cum Patre, & Spiritu sancto omnium creaturarum.*

Christi Persona cōflat, & cōficitur Deo, & Homine; cum. ipse Christus verus fit Deus, & verus Homo: Quia omnis res illarū rerū naturam, & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Augustinus in *can. hoc est, quod dicimus 48. de consecrat. dist. 2.* Dixitque Alexāder Tertius Rhemensi Archiepiscopo in *cap. Cum Christus perfectus Deus, & perfectus sit homo 7. de hæreticis extrà:* rationem reddens: *Quia sicut Christus verus est Deus; ita verus est homo, ex anima rationali, & humana carne subsistens.*

Christus Dominus Saluator noster, qui iudicaturus est viuos, & mortuos. vt Paulus *2. ad Timotheum 4. 1.* dixit. & repetiit Gelasius Papa Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim in *can. legatur. 2. 24. q. 2.* dicens: *seu ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus creditur viuos, & mortuos.*

Christus, vnigenitus Patris pro explenda vtilitate omnium de secreto Patris egressus est ad publicum nostrum. vt Gregorius Cyriaco Episcopo scripsit in *can. in scripturis vestris 9. 8. quæst. 1.* innuens, quòd & nos secretum nostrum proximorum vtilitati preponere non debemus.

Christus in paradisum de Cruce Latronem intrulit; & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidii pęnam Martyrium. Hieronymus Damaso in *can. importuna in Euangelio mulier 58. de pœnit. dist. 1.* & ibi *Gloss* verbo *martyrium.* dicit martyrium fuisse illud latronis; vel ratione æterni præmii, quod quasi martyr recepit confitendo; vel ratione confessionis, quam in patibulo habuit. Sicut enim Martyr, sic Latro inter pœnas Christum confiteri non timuit. ita Glossa.

Christus sicut semel pro omnibus immolatus est: ita quotiescumque peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus, vt per

ſanguinem eius fiat peccatorum remiſſio. Ambroſius lib.1.de pœnitentia cap.3. in *can. poteſt fieri, vt aliquis victus* 52. *in fine* §. *ſicut ſemel. de pœnitentia diſt.*1. Chriſtus enim ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt, Iuſtus pro iniuſtis. 1. *Petri* 3.18. & repetit Auguſtinus in *can. ſemel Chriſtus mortuus eſt* 51. *de conſecratione diſt.*2. inferens: Quod factum eſt ſemel, in memoria noſtra omni anno fit.

Chriſtus tributum ſoluit, non quia ſubiectus erat, ſed ne ſcandalizaret eos, qui didrachma accipiebant. *Matthæi* 17.25. dicens Petro: *Vt autem non ſcandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, & eum piſcem, qui primò aſcenderit, tolle; & aperto ore eius inuenies ſtaterem: illum ſumens, da eis pro me, & te.* perpendit Ambroſius in *can magnum quidem eſt* 28. 11. *q.*1. rationem reddit *Gloſſ.* ibidem verbo *omnis anima* in §. *Item Apoſtolus.* qui eſt Gratiani: *Chriſtus enim* (inquiens) *nomini fuit ſubiectus.* ex Auguſtino in *can. iam nunc illud videamus* 8. *circa finem* §. *multa ſunt enim facienda* 28. *quæſt.*1.

Chriſtus Ieſus Dominus noſter trigeſimo ætatis anno baptizatus eſt, & tūc prædicauit. ex Concilio Neocæſarienſi in *can. presbyter ante* 30. *annorum ætatem* 4. *in fine d.ſt.*78. ibique *Gloſſ.* verbo *prædicauit.* quæ ex Ioanne Chryſoſtomo refert; Chriſtum tunc non impleſſe annum trigeſimum, ſed attigiſſe. probat ex illo *Lucæ.*3.23. dicente: *Et ipſe Ieſus erat incipiens, quaſi annorum triginta.* Sed *Gloſſ.* in ſumma *eadem diſt.*78. verbo *Quia verò.* putat, Ieſum baptizatum fuiſſe completo trigeſimo anno, & prædicare cœpiſſe.

Chriſtus Dominus noſter ſub ictu paſſionis, cum alapam accepiſſet, & ei diceretur: (*ſic reſpondes Pontifici?* (Ioannis 8.) nihil ille contumelioſe loquutus eſt in perſonam Pontificis: ſed magis innocentiam ſuam tuitatus eſt, dicens: (*ſi malè locutus ſum, exprobra de malo: ſi autem benè, quid me cædis?*) Quæ omnia ideo ab eo facta ſunt humiliter, atque patienter, vt nos humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplum. Cyprianus in *can. Dominus noſter.* 25. *diſtinct.*93.

Chriſtus Ieſus Dominus noſter exemplum fuit ſingulare patientię. ex Auguſtino in *can. paratus eſſe homo.*2. §. *hinc liquidò oſtenditur.*23. *quæſt.*1.

Chriſtus manducatur duobus modis, ſacramentaliter, quod competit bonis, & malis, & ſpiritualiter, cùm per fidem, & dilectionem cooperantem accipitur. ex Auguſtino in *can. quid eſt Chriſtum manducare?* 46. ibique *Gloſſ.* verbo *quid eſt de conſecrat diſt.*2. Manducare enim, Credere eſt. vt idem inquit Auguſtinus *eadem diſt.*2. *can vt quid paras dentes,* 47. dicens: *Crede, & manducaſti.* idemque loquitur Auguſtinus in *can. hoc eſt quod dicimus* 48. §. *Caro eius eſt. eadem diſt.*2. ibique *Gloſſ.* verbo *Inuiſibili.* ex Innocentio Tertio in *cap. cùm Marthæ* 6. *de celebratione miſſarum.*

Chriſtus Dominus non ſolum vulnera, & cicatrices, & ſigna vulnerum cōſeruare dignatus eſt; ſed foramina ipſa vulnerum aperta, illaque retinet, conſeruabitque. iuxta illud Zachariæ 13.6. *Et dicent ei: Quid ſunt plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?* illudque.

Chriſti ad Thomam Ioannis 20.27. *Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas. & affer manum tuam, & mitte in latus meum.* & perpendit *Bernardus in cantica* 2. In foraminibus petræ. *S. Thomas* 3 *part. q.*54 *art.* 4 *per totum. Henriquez in ſumma lib.*5. *cap.*1. §. 4. *in fine.* rationes refert ſanctus *Thomas ibidem in corpore.*

Chriſtus Dominus noſter non habens peccatum, nec carnem peccati, ſimulationem peccatricis carnis aſſumpſit, vt condemnans in carne peccatum, nos in ſe faceret iuſtitiam Dei. ita Hieronymus in *can. vtilem ſimulationem* 21. *in fine* 22. *q.*2. vbi *Gloſſ.* verbo *ſimulationem,* ſic commentum agit: *Vt falleret diabolum. dicit enim Authoritas: ſi diabolus eum filium Dei sciuiſſet, numquam eum à Iudæis crucifigi paſſus fuiſſet.* Inde quippe à deſponſata concipitur. *Vt partus eius cęlaretur diabolo.* ex Martyre Ignatio. vt eum refert idem Hieronymus lib.1. commentariorum in Matthæum cap.1. dicens: *Martyr Ignatius etiam quartam addidit cauſam, cur à deſponſata conceptus ſit: Vt partus* (inquit) *eius cœlaretur diabolo, dum eum putat non de virgine, ſed de vxore generatum.*

Chriſti omnis actio noſtra eſt inſtructio. *Gloſſ.* in *can. tenere debet omnino Eccleſia* 4. *diſtinct.* 31. verbo *Quoniam ego ſanctus ſum.* dicente Domino, a. præcipiente Leuitici XI. *Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum Dominus Deus veſter.* & argumentatus fuit Euariſtus Papa in *can. Deus omnipotens* 20. 2. *q.*1. cùm enim omnia nuda & aperta ſunt oculis Dei, mala tamē Sodomæ noluit audita iudicare, priuſquam manifeſtè cognoſceret, quæ dicebantur. vnde infert ideo feciſſe Deum; *Vt nobis exemplum daret, ne præcipites in diſcutiendis, & iudicandis negotijs eſſemus.* Omnis igitur Dei actio noſtra eſt inſtructio. Sicuti, & ſanctorū virorum. quemadmodum Gregorius Papa in *can legitur; quod Beatus Auguſtinus* 25 *diſt.*81. ex eiuſdem Auguſtini exemplo, qui neque cum ſorore habitare conſenſit, dicentis: *Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt.* idem ſequendum determinauit, inferens: *Docti ergo viri cautela magna nobis debet eſſe Inſtructio.* nec diuerſimode idem docuit Auguſtinus in *can. exemplum Domini accipe* 12. 12. *q.*1. verba damus Auguſtini: *Exemplum Domini accipe conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrauerunt, niſi quia Eccleſia ipſius loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit; niſi vt eius Eccleſia fures patienter toleret?* Omnis ergo Chriſti actio noſtra eſt inſtructio. eodemque modo Chriſti exemplo Paſchalis Papa Panormitano Archiepiſcopo ſcribens, argumentum inſtruit in *cap. ſignificaſti* 4 *de electione.* inferens: *Mirentur in hac cauſa Dominum Ieſum Chriſtum, qui cùm ouium ſuarum curam Petro committeret, conditionem poſuit dicēs: Si diligis me, paſce oues meas.* Et ipſe met Dominus noſter poſt quam lauit pedes diſcipulorum *Ioannis* 13. 15. conteſtatus eſt eis, dicens.

cens: *Scitis quid fecerim vobis?* inferens: *Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, vobis, ita & vos faciatis.* Omnis argo Christi actio nostra est instructio. neque ab his abertauit Ioannes XXII. in *extrauaganti quia quorundam mentes. 5. §. nec his quisquam putet obsistere de verborum significatione.* dum ex his, quæ fecit Christus loculos habẽdo, argumẽtatur.

Christus, cuius perfecta sunt opera, in suis actibus viam perfectionis exercuit, quod interdum infirmorum imperfectioni condescendens, & viam perfectionis extolleret, & imperfectorum infirmas semitas non damnaret. Ioannes XXII. in *extrauaganti quia quorundam mentes. 5. §. nec his quisquam putet obsistere. de verborum significatione.* Ideo perfecta sunt opera: Quia ipse opus imperfectionis non nouit. vt *Gloss.* ibidem verbo *perfecta sũt opera.* commentum comminiscitur.

Christi qui non est; Antichristi est. Hieronymi est consequentia in *can. quoniam vetusto 25. in fine. 24. q. 1.* qui ad Damasum scribens, sic demum infert: *Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est; qui Christi non est; Antichristi est.* Quia quicumque à fide catholica discrepat, ei contrarius est. vt *Gloss.* ibidem. verbo *antichristi.* infert.

Christi sermo operarius est. Ambrosium excipe in *can. panis est in altari 55. non multo post principium de consecrat. distinct. 2.* qui sic fatur: *Quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est cœlum. iussit Dominus, & facta est terra: iussit Dominus, & facta sunt maria: iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quàm operatorius sit sermo Christi, &c.* ita Ambrosius, est ergo operatorius sermo Christi. namque potens *sermo Christi est vniuersa conuertere.* vt in fine ibidem Ambrosius concludit.

Christianus à Christo dicitur. Rabanus de Institutione clericorum in *can. postquàm 83. in fine de consecrat. dist. 4.* dicente illo: *& à Christo Christianus possit vocari.* atque secundum Augustinum in *can. olim iussus est 8. 8. q. 1.* dicentem: *Et quod suscitatum fuerit* (per baptismum videlicet) *eius nomen accipiat.* & à Christo Christianus vocetur. vt *Gloss.* ibidem in *casus figuratione in fine* aduertit.

Christiani proinde vita, perpetua pœnitentia esse debet. ex sacrosancta Tridentina, Synodo sess. 14. de sacramento extremæ vnctionis cap. 1. in principio.

Christiani de spiritu Christi viuunt, sicut viuit corpus de spiritu suo. Qui verò non est de corpore Christi, nõ viuit de spiritu Christi. Augustinus ad Irenæum in *can. Christus panis est. 57. in fine de consecrat. dist. 2.*

Christianum qui se esse negat, Christum negat. Dominus. n. sit Petro (Lucæ 22. 34.) *me negabis.* ) negauit ergo illum, cum se negauit esse eius discipulum. Quid autem aliud isto modo, quàm se negauit esse Christianum? Quanta enim vita est confiteri Christum; tanta mors est negare Christum. Augustinus *can. non solum 85. 22. q. 5.* vbi *Gloss.* verbo *negare Christum* adnotat; mortaliter peccare eum, qui ore Christum negat, licet non corde; Quia nulla conditione debet ad hoc adduci. & mendacium est. ex Augustino *can. primum est 8. in principio 22. q. 2.*

Christiani, membra sunt Ecclesiæ. ex Augustino in *can. nuptiarum bonum 41. §. qui hoc dicunt acutè quidem mouentur. 27. q. 1. & ab eodem in can. audite charissimi 6. in principio dist. 34.* appellantur Christi membra, & matris Ecclesiæ filii.

Christianum quisquis persequitur, Christi est inimicus. ex Augustino in *can. quisquis Christianum 52. 23. q. 4.* comprime. Si in eo, quod Christianus est persequatur. vt ipse sequitur: *Verũ dicis, si nõ hoc in illo persequitur, quod Christo est inimicum.*

Christianum, quem senseris tibi, si aut semper, aut crebro de nummis loquentem (excepta eleemosyna, quæ indifferenter omnibus patet) institorem potiùs, quàm monachum habeto. Hieronymus ad Paulinum de institutione monachi *can. si cupis esse, quod diceris 5. 16. quest. 1.*

Christianorum duo sunt genera, Clericorum vnum, laycorum alterum. illud Deo vacat, istud quibus licet temporalia possidere, atque vxorem ducere. ex Hieronymo in *can. duo sunt genera Christianorum 7. 12. q. 1.*

Claudus medicorũ incisione effectus, si aliàs ad altare ire valeat, ordinari minimè prohibetur. ex Concilio Ilerdẽsi in *can. si quis in infirmitate positus. 10. dist. 55.* ibiq; *Gloss.* verbo *claudus.* ex Gregorio in *can. hinc etiam superna voce 1. §. fracto autẽ pede.* ex Hieron. in *can. sacerdotes. 2. §. claudum offeret. dist. 49.* & ex Zaccharia Papa in Synodo Romana in *can. nullus Episcopus 57. de consecrat. dist. 1.* prohibetur enim illo can. ne Episcopus, presbyter, aut diaconus ad solemnia missarum celebranda præsumat cum baculo introire. vbi *Gloss.* verbo *cum baculo.* subinfert: *quod non debet promoueri in presbyterum, qui sine baculo non potest sub stentari in altari.* allegat. *d. can. si quis in infirmitate positus 10. dist. 55.*

Clemens Papa ab ipso Petro eius successor ordinatus fuit. vti ipsemet Clemens testatur ad Iacobum Hierosolymorum Episcopũ scribens in *can. vnde ipse Clemens. 2. 8. q. 1.* Clemẽns verò noluit Pontificatum accipere, sed primò Linum, secundò Clerum succedere voluit, qui Auditores, siue Adiutores fuerunt Petri; post ipsos verò ipse locum subiuit Apostolici gradus. vt Ioannes III. Episcopis Germaniæ & Galliæ scribit in *can. si Petrus Princeps Apostolorum 1. eadem. 8. quæst. 1.* ibique *Gloss.* verbo *aut ligandi.*

Clemens vir, nec seditiosus, si arma sumat, quasi occidendi causa, non punitur vt homicida, nisi & euentu sequuto, ita ex *can. aut facta 19. §. euentus spectatur de pœnitentia dist. 1.* quem canonam Gratianus ex Claudio accepit lib. de singulis penis in *l. aut facta 16 ff. de pœnis.* quamuis in illo tex. non *Clementissimo*, sed *Dementissimo* legatur. sed ex pandectis Florentinis à *Clementissimo* legitur. Rationem

ted.

rescripsit Antoninus Cesar in *l. 1. in fin. C. ad legem Corneliam de sicariis*, dicens: *Crimen enim contrahitur, si & voluntas, & nocendi propositum intercedat.*

Clericus inde dictus, quia Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim latine sors, vel hæreditas dicitur. Propterea igitur dicti sunt Clerici, quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent. Generaliter autem Clerici nuncupantur omnes, qui in Ecclesia Christi deseruiunt. ex Isidoro lib. 7. Etymologiarum cap. 12. in *can. Cleros, & Clericos. 1. in principio distinctione XXI.* & ex Hieronymo in *can. duo sunt genera Christianorum 7. 12. q. 1.* dicente illo: *vt sunt Clerici, & Deo Deuoti, videlicet Conuersi.* Κλῆρος *enim Græcè, latine sors. Inde huiusmodi homines vocantur Clerici, id est sorte electi: Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namque sũt Reges, id est se & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab instituto Romanæ Ecclesiæ in signum Regni, quod in Christo expectatur. Rasio verò capitis est temporalium omnium depositio.* ita Hieronymus. & hoc ipsum Anacletus Papa Episcopis Galliæ præcepit. in *can. probibete* Episcopis Galliæ praeepit, in *can. probibete Fratres 21. distinct. 23.* sic disponens: *Probibete Fratres per vniuersas Regionum vestrarum Ecclesias, vt Clerici, iuxta Apostolum comam non nutriant; sed de super caput in modum Sphæræ radant.* Qui igitur Dominum possidet, & cum Propheta dicit: (Psalm. 15.) *Pars mea Dominus,*) nihil extra Dominum habere potest. vt Hieronymus ad Nepotianum scribit in *can. Clericus qui Christi seruit Ecclesiæ 5. 12. q. 1.* Nihil igitur curare illi debent, nisi solum Deum. vt suis se abnegent, qui seruire Deo elegerint. ex Ambrosio in *can. cui portio Deus. 6. eadem 12. q. 1.* Non ergo comam nutrire debebunt, qui nec etiam aliud preter Dominũ possidere. ex Concilio Agathen. in *can. clerici; qui comam XXII. & can. sequenti ead. dist. 23.* & ex Concilio Martini Papæ in *can. non liceat 22. §. nec oportet Clericos. eadem dist. 23.*

Clerici sunt omnino exempti à Iurisdictione laicorum, ordinatione Diuina. Antequam igitur aliqua adesset Constitutio, etiam Clerici de seculari nõ erant Iurisdictione. Ioannes Papa in *can. si Imperator catholicus est. 11. dist. 96.* illis præsertim verbis: *vt eius beneficiis* (Dei videlicet) *non ingratus contra dispositionẽ cælestis Ordinis, nil vsurpet.* ibique *Gloss.* verbo *& discuti.* quæ sic infert. *Ergo ante quàm esset aliqua Cõstitutio, etiam Clerici non erant de Iurisdictione seculari, vnde omnes constitutiones, quę emanauerunt, quod Clerici non sunt iudicandi nisi ab Episcopis, non sunt nisi Iuris declaratio. Ioan.* ita Gloss.

Clerici honorabilia sunt corporis Ecclesiæ membra. proinde non est dignum vt passim vnusquisque Prælatus, pro vt voluerit, & ei placuerit, verberibus subiiciat, & dolori. ex Concilio Bracharen. Tertio in *can. cum Beatus Apostolus. 8. dist. 45.* Poterit tamen in exilium relegari Clericus. vt *Gloss.* ibidem sequitur verbo *exilii* ratione scilicet criminis. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est. 7.* paulò post principium *2. q. 2.* illis verbis: *vt ex hoc dignoscere valeas vtrum adhuc in exilio demorari, an certè in Ecclesia sua, & officio suo debeat reuocari.* eodem modo ex Alexandro Papa in *can. hi, qui Episcopos suos 9. 3. q. 5.* illis verbis: *Et exilio digni iudicantur finitimo.* ibique *Gloss.* verbo *& exilio.*

Clericorum appellatione omnes, in minoribus ordinibus, & maioribus constituti continẽtur. Omnes enim siue Presbyteri, siue diaconi, siue subdiaconi Clericorum appellatione continentur. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. de persona presbyteri 38. §. ne verò obiiciatur 11. q. 1.* & ex corpore Canonum in *cap. non liceat vlli Episcopo 2. de præbendis & dignitatibus* ibique *Gloss.* verbo *Clericos.* Quia nimirum indistinctè omnibus nomen conuenit Clericorum, cum omnes in sortem Domini addicti sint. ex Isidoro in *can. Cleros, & Clericos. 1. dist. 21.* & ex Hieronymo in *can. duo sunt genera Christianorum 7. 12. q. 1.* & Gregorius accepit ex Iustiniano Augusto in *authentico de sanctissimis Episcopis. §. presbyteros collat. 9.* Quod sane in fauorabilibus exaudiendum erit, non sanè in ordiosis. ex eodem Gregorio d. *can. de persona.*

Clericus, qui cum corrupta contraxit, vel vidua, vel etiam secundam duxerit vxorem, statim omni priuilegio Clericali nudatur. ex Syricio Papa Himerio Tarraconen Episcopo in *can. quisquis Clericus. 5. dist. 84.* ibique *Gloss.* verbo *duxerit* quæ addit, secus esse sicũ virgine, aliaque vitijs contraxerit. nam ex suo pendebit arbitrio an in Clericatu perseuerare voluerit ex Bonifacii VIII. constitutione in *cap. vnico de Clericis coniugatis in 6.* habitum, & tonsuram deferendo Clericalẽ. & innouauit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 23. cap 6. de reformatione* id etiam addendo, vt alicui Ecclesię de mandato Episcopi seruiat. & sequuta fuit *Gloss.* in *can. eos qui semel in Clero. 3.* verbo *in Clero 20. quæst. 3.* Nullum tamen poterit retinere beneficium Ecclesiasticum. ex Innocentio Tertio Episcopo Pictauien in *cap. Ioannes 7. extrà de Clericis coniugatis.* vt statim contrahendo perdat beneficia. atque etiam pensiones. vt dixit *Rota in vna Cesaraugustana pensionis. 18. Iunij 1610. coram Card. Lancellotto apud Marchesanum part. 1. fol. 641 nu. 3.* quæ est etiam in impressis apud *Farinacium vol. 2. consiliorum decis. 293.* Vt neque etiam Episcopi Vicarius esse possit. *Sanchez de matrimo. lib. 7. disput. 46. nu. 14. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 54. nu. 6 & sequentibus. Ioannes Bapta. Thoro in compendio Decisionum part. 1. verbo Clericus primę tonsuræ. Sbrozius de officio Vicarii lib. 1. cap. 31. n. 5. 6. & 7.* Statim enim ac matrimonium contraxerit à suo decidit gradu, nec aliquam portionem de rebus Ecclesiasticis habeat. ita Alexander Secundus Episcopis, & Regi Dalmatiarum scripsit in can.

si

*si quisſamodo Epiſcopus 16. diſtinct. 81.* ibique *Gloſſ.* verbo *decidat.*

Clericis, quamuis primę conſuræ, habitum non deferens clericalem, atque tonſuram, rationabili cauſa ceſſante, eſt ipſo priuatus. & beneficiatus ſi per ſex menſes habitum non deferat, eſt eo ipſo a beneficiis ſuſpenſus. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clementina quoniam 2. de vita & honeſtate clericorum.* quem innouauit Sacroſancta Tridentine Synodus *ſeſſione 14. c. 6. de reformat.* & declarauit ſua Conſtitutione Sixtus V. de Clericis Beneficia, & penſiones obtinentibus 18. Ianuarii 1589. quæ incipit. *Cum Sacroſancta.* quã refert etiam *Quaranta in ſumma Bullarum* verbo *Habitus Clericalis.* mihi fol. 172. Pręter quàm quod peccat mortaliter. ex *Panormit.* In *cap. ſi quis ex Clericis. 4. nu. 1. de vita, & honeſtate clericorum.* & *Prapoſit. in can. prohibete 21. num. 1. diſt. 25. Nauar. in manuali cap. 25. nu. 110. verſ. trigeſimo Tertio peccat mortaliter. & num. 111.* Cardin. *Toletus Inſtructionis Sacerdotalis lib. 4. cap. 18. num. 15. Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium p. 2. lib. 7. c. 24. q. 3.* Rationem reddens: nam Canones, & decreta Pontificum id grauiter, & ſeuerè pręcipiunt, & in eos, qui non parent admoniti, grauem pœnã conſtituunt. & Card. Caietanus in *sũma* verbo *interrogationes pœnitentiũ*; hos non audiendos eſſe dixit, ſed ad tõſorẽ pręmittendos eſſe dixit. verba ſunt eius: *Pramittendi ſunt quoque Eccleſiaſtici comati ad tonſorem, & deinde audiendi.*

Clericorum vero veſtes decentes eſſe conuenit, neque ipſi pręcioſis veſtibus vti, ex Septima Synodo in *can. omnis iactantia, & ornatura 1. cum canonibus ſequentibus 21. q. 4.* & eadem *Clement. quoniam 2. de vita & honeſtate Clericorum.* & *d. ſeſſ. 14. cap. 6. de reformat.* d. Sacri Tridentini Concilii.

Quia Sacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 23. c. 6. de reformatione.* ſtatuit, vt nullus Clericus, ſiue primæ tonſuræ, ſiue in minoribus conſtitutus, niſi beneficium obtineat Eccleſiaſticum, priuilegio fori gaudeat, niſi habitum clericalem, & tonſuram deferens alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiat, vel in ſeminario Clericorum, aut in aliqua ſchola, vel vniuerſitate de licentia Epiſcopi, quaſi in via ad maiores ordines ſuſcipiendos, verſetur: gaudebit tamen priuilegio canonis, atque aliis priuilegiis. *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi. allegat. 18. nu. 32. & ſequentibus.* gaudebit tamen priuilegio fori, ſi penſionẽ obtinuerit Eccleſiaſticam; quia licet propriẽ penſio beneficium non ſit, in hoc tamen, fauore Clericatus, vt beneficium habetur, cũ Penſio ſit Ius percipiendi fructus ex rebus Deo dicatis, vt Beneficium ipſum, atque in perpetuum. vita ſcilicet perdurante Clerici. *Ferdinandus à Caſtro Palao Theologię moralis tom. 2. tractat. 12. diſputat. vnica puncto 4. num. 4. Barboſa in collectanea ad d. cap 6 ſeſſ. 23. de reformat. nu. 22. & 23.*

Clericus ex artificio, vel agricultura abſque officii ſui detrimento parare ſibi poteſt victum, & veſtimẽtum, ex Concilio 4. Carthaginen. in *can. Clericus victum 3. & can. Clericus quantumlibet verbo Dei eruditus 4. diſt. 95.* quã ob cauſam poterit domi Conſulere, & in cauſis allegare, & ad Iudicem dare. poterit tamen pro ſuis, vel ſuorum cauſis, vel Eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium perſonarum etiam coram Iudice ſeculari intercedere, vel poſtulare. ex Concilio Lateranen in *cap. Clerici 1. de poſtulando.* ſequiturque *Gloſſ. in ſumma* verbo *pro impenſis.* & ibidem ex Tarraconenſi Concilio in *can. 1. 15. quaſt. 2. Gennenſis* Epiſcopus Iſernien. in *practicabilibus Eccleſiaſticis. q. 626. Ioannes Azorius Inſtitut. moralium part. 2. lib. 8. cap. 2. q. 9.*

Clerico licet, legem de interficiendo loquentẽ exponere, non verò præciſè conſulere. *Gloſ.* in *can. peſſimam ſiquidem 32. in fine* verbo *Archiepiſcopus. 23. q. 8.* allegat in confirmationẽ textum Pelagii Papæ Ioanni Patritio in *can. relegentes litteras Excellentia veſtra 45. §. exercete igitur in talibus debitam auctoritatem. eadem 23. q. 5.* & Decretum Hadriani Papæ In *can. Delatori 5. 5. q. 6.* ibique *Gloſſ.* verbo *lingua* in fine. dicens: *ſed hic docet quid facere debeat Iudex ſecularis.* & refert Gratianus ex nouellis Iuſtiniani Imperatoris in *can. ſi quis rapuerit, vel ſolicitauerit 30. 27. q. 1.*

Clericis negotiatio, quę proprie negotiatio eſt, interdicta ſacrorum canonum cenſura eſt. Quia Domus Dei domus orationis eſſe debet, & dici, ne per officia negotiationis potius ſit latronũ ſpelunca. ex Melchiade Papa in *can. decreuit Sãcta Synodus 1.* & Gelaſio Papa ad Epiſcopos per Lucaniam in *can. conſequẽs eſt 2.* & Gregorio Romano Defenſori in *can. perlatũ eſt ad nos 4.* & Ioanne Chryſoſtomo in *can. eiiciens Dominus 11. diſt. 88.* ac per totũ. Rationem reddit Honorius tertius Ambianen Epiſcopo in *cap. ex litteris Pantini 16. ſiue finali de vita & honeſtate Clericorum.* qui in fine ſic infert: *Cùm facto priuilegium abiiciant Clericale.* & ex Concilio Moguntino in *cap. 1.* & ex Alexandro Tertio Londonien Epiſcopo in *c. ſecundũ Inſtituta prædeceſſorũ 6. ne clerici vel monachi ſecularibus negotijs ſe immiſceant.* qui ſic infert: *ſub interminatione anathematis prohibemus, ne Monachi, vel Clerici cauſa lucri negotientur* eſt ergo peccatum. ſi videlicet cauſa lucri negotientur. ex neceſſitatis verò cauſa permittitur. vti *Gloſſ.* ibidem verbo *Cauſa lucri* aduertit. ex dicto Moguntino Concilio *d. cap. 1. §. nec tamen iuſtum negotium eſt contradicendum propter neceſſitates diuerſas. eodem.* & Clemens V. in Cõcilio Viennen in *Clement. 1. §. aduerſus vero alios Clericos negotiationibus de vita, & honeſtate clericorum.* Ex Pii vero IIII. conſtitutione, quid quid Clerici ex illicita negotiatione acquiſierint, ad Cameram ſpectat Apoſtolicam. pertractat *Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium part. 2. lib 8. cap. 2. q. 5. & per totum caput.* & Innouauit ſacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſ. 22. cap. 1. de reformatione.* ex Ratione, quam affert Apoſtolus 2. ad Timotheum 2. 4. *Nemo militans Deo implicat ſe negotijs ſecularibus.* ſequu-

quutique fuere Patres in Carthaginēsi Cōc. 1. *in can. credo placere* 2. & in eodē Carthagin. Conc. III. *in can. placuit vt Episcopi* 3. 21. q. 3. Quod tamen exaudi, vt quicunque in Clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur, ex Concilio Tarraconen in *can. canonum statuta* 3. 14. q. 4. hoc enim negotiari dicitur; secus si ex artificio aliquid lucretur, vt viuat. ex Ioanne Chrysostomo eodem *can. eijciens Dominus* 11. 5. *sed necstabilis d. dist.* 88. sequiturque *Gloss. d. can. canonum statuta* 3. verbo *vel vendendi*. & *Gloss. in summa eadem* 14. q. 3. verbo *quod autem. in fine*. ex Concilio 4. Carthaginensi in *can. Clericus victum* 3. *& sequentibus dist.* 91. Neque aliorum possessiones ob turpis lucri gratia conducere poterunt. ex Calcedonense Concilio in *can. peruenit ad sanctam Synodum* 26. *fine finali dist.* 86. Pro necessitate verò; vel si propria non sufficiant, licebit. ex Alexandro Tertio Monachis de Neuclen. in *cap. dilecti filij Abbas* 8. de decimis extrà ibique notat *Gloss.* verbo *conduxistis*. Ecclesiarum vero territoria licebit. ex eodem Alexandro *d. cap. dilecti filij*. quo loco conductionem à quibusdam Monachis Neucleo. de territoriis laicorum factam non improbat omnino Summus Pontifex; sed vt decimas soluant præcipit. sequitur *Vgolinus de officio, & potestate Episcopi part.* 1. *cap.* 13. 5. 16. *Ricius in praxi rerū quotidianarū in praxi Episcoporū resolut.* 474. n. 5. & 6. *Zerola in praxi Episcoporū part.* 2. verbo *spolij* 5. 16. *Carolus de Graffis de effectibus Clericatus effectu* 6. n. 18. 29. & *sequētib. limitat.* 7. Licet vero cōducere nō valeant, possunt tamen in conductione perseuerare, si hæredes fuerint conductoris. ex *Gloss.* in *d. cap.* 1. verbo *conductores. ne clerici, vel monachi.* sequiturque *Felinus in cap. quia* G. 11. *num.* 3. *vers. & primo dicit de Iudicijs*. plura deduximus *respons.* nostra 41. *num.* 2. & *sequentibus part.* 2. & ad materiam negotiationis *respons.* 73. *à num.* 3. *cum sequentibus per totam part.* 3.

Clericus maior est quocūque laico, etiam principe, etiam Rege. Duo enim sunt genera Christianorum, Clericorum videlicet, & laicorum, illi in sortem addicti sunt Dei, & de familia Dei. ex Diuo Hieronymo in *can. duo sunt genera Christianorum* 7 12. q. 1. & Gregorio Septimo ad Hermanum Metensem Episcopum in *can. quis dubitet* 9 *distinct.* 96. Vnde Constantinus Imperator maiestatem perpēdens Clericatus in *can Constantinus Imperator* 14. 5. *Beato Syluestro Patri nostro eadem dist.* 96. Clericos omnes Reuerendissimos nuncupauit dicens: *Viris autē Reuerendissimis Clericis. &c.* eodemque decorauit titulo Iustinianus Cæsar in *authētico vt Clerici apud proprios Episcopos primū cōueniantur collat.* 6. *nouella* 83. 5. *si vero, aut propter causæ naturam.* dicens & ipse: *Quæ Reuerendissimis Clericis sacræ præstant constitutiones.* sequiturque *Rota* apud Sanctæ Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 310. *num.* 4. In functionibus potissimum Ecclesiasticis, ea ratione, quam Sacrosancta perpendit Tridentina Synodus *sessione* 23. *cap.* 2. *de sacramento Ordinis*: Quia diuina res est tam sancti sacerdotii ministerium; vnde consentaneum fuit, vt in Ecclesia ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent. Omnes verò Dei seruitio destinati sunt; omnes Dii appellantur, atque Angeli nuncupentur. omnes igitur honore pariter afficiendi sunt. ex Nicolao Papa in Epistola ad Michaelem Imperatorem in *can. satis euidenter ostenditur.* 7. *distinct.* 96. & Gregorio ad Mauritium Imperatorem in *can sacerdotibus autem* 4. 11. *quæst.* 1. & Melchiade Papa in *can. futuram Ecclesiam* 15. 5. *denique idem præfatus Princeps* 12. *quæst.* 1. & Innocentius declarauit Tertius vniuersis Christi fidelibus in *cap. cum ex iniuncto* 12. 5. *licet autem scientia sit valde necessaria. de hæreticis extrà.* pertractat *Barbosa de officio, & potestate Episcopi part.* 2. *allegat.* 1. *num.* 1. & *sequentib.* & *Hoieda de incompatibilitate beneficiorum part.* 1. *cap.* 19. *num.* 31. ex *Cassanæo in Cathalogo Gloriæ mundi part.* 8. *consideratt.* 16. Quia Clerici in sortem asciti sunt Dei. & qui adheret Deo vnus spiritus est cum eo. ex Paulo 1. *ad Corinth.* 6. 16.

Clericus laico præfertur, etiam in testimonio ferendo. tantum enim valet testimonium quatuor Clericorum, quantum sex laicorum nam in sexquialtera proportione videntur quod se habent, sicut se habent sex, & quatuor. ita *Gloss.* per illum tex. qui est Gelasii Papæ in *can. Monachus vero* 9. *circa finem.* verbo *quorum. distinct.* 77.

Clericorum cœtus dignior monachorum æstimatur. ex Augustino ad Aurelium in *can. legi epistolam benignitatis tuæ* 36. 16. q. 1. sequitur *Gloss. in cap. religioso, qui manus violentas* 21. *in principio* verbo *exhiberi. de sententia excommunicat. in* 6. ibique *Glossella* marginalis, quæ remittit se ad tradita per *S. Thomam* 2. 2. *quæst.* 184. *per totam, & q.* 186. *ar.* 1. & sequitur *Gloss. finalis* verbo *facilius in cap qualiter, & quando* 24. qui est Innocentii Tertii in Concilio Generali *de accusationibus.* nec dissimiliter *Glos.* dixit in *can. à subdiacono vsque ad Lectores* 5. *dist.* 93. verbo *Abbas.* dum intulit: *Vel forte quilibet Clericus dignior est quolibet monacho.* argumento ducto ex Leone Augusto in *l. generaliter sancimus* 40. *C. de Episcopis, & Clericis.* quam inter sacros retulit canones Gratianus in *can. Generaliter sancimus* 40. 16. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *monachos.*

Clericus Clericum trahens apud Iudicem secularem in Ciuilibus causam amittit, & à gradu cadit. ex Concilio Matisconen 1. in *can. nullus Clericus alium Clericum* 6. 11. q. 1. & ex Concilio Carthaginen VIII. in *can. placuit* 11. Et Concilio Mileuitano in *can. inolita præsumptio* 42. *eadem* 11. q. 1. quæ innouauit Innocentius Tertius Pisano Archiepiscopo scribens in *cap. si diligenti* 12. *de foro competenti.* ibique *gloss.* verbo *causam perdat.* Et in Cōcilio Carthaginēsi 3. in *can. placuit, vt quisquis Episcoporum* 43. & in *can. si quis cum clerico* 45. & in Concilio Chalcedonensi in *can. si Clerici aduersus Clericum* 46. *eadem* 11. q. 1. & statuit

tusſ qunque Federicus Impetator in *authentica statuimus, vt nullus. ante l.32. C. de Episcopis & clericis*. quæ constitutio Federici Cæsaris; vt puta pro Ecclesiastica libertate, & immunitate, renouata fuit, atque confirmata per Honorium Tertium anno 1220. & renouauit Bonifacius Octauus in *cap. vt Inquisitionis negotium 18. de hæreticis in 6.* confirmauitque Bonifacius Nonus anno 1391. & nos deduximus in nostro *Apologetico* pro Iuribus Ecclesiæ *respons. 1. num. 112. 113. 114. & 115.* quem Romæ prælis præssimus anno 1644. Et in pœnam hanc dabit etiam antequàm Iudicium coram seculari Iudice sit completum. ex *Gloss. in can. statuimus, vt si quis Clericorum 31. eadem 21. q. 1.* ex eisdem canonis verbis: *mox ante examinatum Iudicium submotus à Clero.* Innouauitque omnia sua noua Constitutione Martinus V. quę incipit: *Ad reprimendas insolentias transgressorum.* quam refert quoque *Quaranta in summa Bullarum* verbo *forum competens fol. mihi 257.* Omnesq; constitutiones, atque decreta summorum Romanorum Pontificum pro immunitate, & liberate Ecclesiastica promulgata innouauit Sacrosanctà Tridentina Synodus *sessione 25. cap. 20. de reformatione.* deduximusque pluribus *respons.* nostra 38. *à n. 21. cũ sequentibus ad finẽ. part. 3.* & Syluester Papa in Epilogo Cõcilii Romani in *can. si quis Clericus 10. eadem 11. q. 1.* ita decreuit: *Si quis Clericus accusans Clericum in Curiam introiuerit, anathema sit.*

Clerici ad secularia Iudicia pertrahi minime possunt. Habent enim illi suos Iudices: nec quidquam his publicis est comune cum legibus. ex Agathensi Concilio. in *can. Clericum nullus 17. 11. q. 1.* Vnde Costantinus Imperator præsidens in sancta Synodo, quæ apud Nicęam congregata erat, cùm quęrelam quorundam conspiceret coram se delatam: ait: *Vos à nemine iudicari potestis, quia ad Dei solius iudicium reseruamini.* ita Valentinianus, Theodosius, & Archadius decreuere Augusti in *can. Continua lege Sancimus 5. 11. q. 1.* & refert Gregorius Mauririo Imperatori scribens in *can. Sacerdotibus 41. eadem 11. q. 1.* Constantinum dixisse: *Vos Dij estis à vero Deo constituti. Ite & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, vt Iudicemus Deos.* O dignam tanto Imperatore sententiam. non ergo sunt Iudici laico subiecti Episcopi. non igitur, qui contradicũt, de fide benè sentiũt.

Clericus, siue etiam Prelatus iure potest querelam date apud secularem Iudicem aduersus laicos malefactores, ad sui, rerumque suarum defensionem, quamuis ex criminibus delatis pœna sanguinis esset irroganda, modo tamen protestentur, se citrà pœnam sanguinis querelam dare. & si ex criminibus Iudex illos morti addiceret. ex Bonifacio VIII. *in c. prelatis, & clericis 2. de homic. in 6.* nec diuersimode dixerat antea Augustinus ad Bonifacium scribens in *can. Maximianus Episcopus Vagiensis 2. 23. q. 3.* ibique *Gloss.* verbo *Consilium.* probatque Augustinus exemplo Pauli *Actuum 23. 17* qui contra illos, qui eum occidere conspirauerant, consilium eorum Tribuno, vt proderetur, effecit. idemque met Augustinus Marcellino scribens, in *can. pœna illorum 2.* atque etiam Donato in *can vnum solùm est 3. 23. q. 5.* ibique *Gloss.* verbo *per operam nostram.* Rationem reddit Augustinus ibidem in fine; quare nos illos prodamus: inferens: *Quo comperto illi in nostram perniciem licentiori audacia grassabuntur, necessitate nobis impacta, vt etiã occidi ab eis aligamus potius, quam eos occidendos vestris iudicijs ingeramus.* eandemque perpendit rationem Bonifacius 8. in *d. cap. prçlatis in fin.* ne daretur plerisque materia trucidandi eosdem, & ipsorum bona libere deprædandi. & notat *Gloss.* ibidem verbo *materia.* ex *d. can. non solum est.* Augustini. pluraque notat *gloss.* posse etiam Clericos iniuriam propulsare, & in personam, & in bonis. in *summa 23. q. 1.* verbo *propulsandam.* & *Gloss.* in *summa 23. quæst. 3.* verbo *fugiens.* vt etiam occidere liceat clerico agressorem pro personali iniuria propulsanda. ex pœnitentiali Romano in *cap. interfecisti furem. 2.* & Alexandro Tertio Abbati Sancti Benedicti de Vebis in *cap. suscepimus litteras tuas 10. de homicidio voluntario, vel casuali extrà.* sequiturq; *Gloss.* in *can. pro membris Christi 4.* verbo *Petrus fuit 23. quæst. 3.* videnda *Gloss* in *can. laicos non accusare Episcopos. 5.* in *Gloss. 1.* verbo *laicos 2. quæst. 7.* plura deduximus nos *respons.* nostra 83. & 91. *part. 5.* non tamen perquiritur protestatio inscriptis. tutius tamẽ aget si illam in scriptis proferat. vt *Gloss. d. cap. prælatis. 2.* verbo *protestando expresse de homicid. in 6.* prosequitur. *Card. Toletus lib. 1. Instructionis sacerdotalis cap. 86. num. 5.*

Clericus si actor fuerit poterit in eodem negotio coram eodem Iudice reconueniri. ex Zepherino Papa ad Episcopos Siciliæ in *can. accusatores Episcoporum 1. §. Cuius in agendo 3. q. 8.* Rationem reddit Zepherinus dicens: *Cuius in agendo quis obseruat arbitrium, eum habere etiam contra se Iudicem in eodem negotio non dedignetur.* plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *Iudicem.* limitans quoque regulam, in causa præsertim sprituali. vt *gloss.* quoque sequitur in *cap. nullus Iudicum. 2.* verbo *aut condemnare de foro competenti.* & *gloss.* in *can. Clericum nullus 17.* verbo *secularem 11. q. 1.*

Clericus, qui dimisso habitu, & tonsura homicidium *perpetrauit, vel membrorum* mutilationem, vel quid simile, & sine tonsura & habitu depræhensus, tueri ab Ecclesia non debet. ex Honorio Tertio V. quondam Anglorum Reginæ illustri in *cap. ex parte tui fuit propositum 27 de priuilegiis extrà.* Rationem reddit Honoriua in *fine* loquens: *Cum malitiis hominum indulgeri non debeat, sed potius obuiari.* apertiusque *gloss.* ibidem verbo *in delicto fuerint deprehensi.* Aliam habes rationem ex Alendro Tertio in *cap. preterea clerici 1. de apostatis & reiterantibus baptisma.* Quia nimirũ *in apostasia, tãquã laici conuersantur. Ioannes Lupus de libertate Ecclesiastica part. 2. q. 3. nu. 2.* Sicuti Clericus, qui dimisso habitu Clericali militiæ se ascripsit seculari. ex Sixti V. Cõ-

ſtitutione deduximus nos plenè *reſponſ.* noſtra 50. *per totam.* præſertim verò *à n.18. part.* 5. donec verò diſcutiatur, ſit ne Clericus nec ne, in poſſeſſione manuteneri debet Clericatus. illud enim (non eſſe) petitorum reſpicit. vt dixit Rota apud *Card. Seraphinũ deciſ.* 147. *num.* 4. & 5. *Carolus de Graſsis de effectibus clericatus effectu* 1. *num.* 865. & 866. & *ſequentibus.*

Clerici à ſecularibus Iudicibus cognoſci, ac Iudicari minime debent, nec poſſunt. rationem reddit Anacletus Papa ad Epiſcopos Italiæ ſcribens in *can. accuſatio quoque eorum* 15. §. *nullus enim.* 2. *q.* 7. qui ſic infert: *Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit ſuum ſeruum ab alio, quàm à ſe Iudicari. Quod ſi præſumptum fuerit, aut multa ipſe indignatione iraſcitur; aut potius indignationem quærit ſuper eum.* ita Anacletus. & *gloſſ.* ibidem verbo *ſeruum ſuum.* Decreuitque Concilium Pariſienſe in *cap. nullus Iudicum.* 2. *de foro competenti.* quod deduxit Gratianus in *can. nullus Iudicum* 2. 11. *q.* 1. quod ſi fecerint, ſunt ipſo Iure excomunicati. ex dictis cannonibus. Quia nimirum ſacrilegium committit Sacras res, homines videlicet Deo dicatos, violans, eiſque iniuriam inferens. ex *Gloſſ. d. cap. nullus.* verbo *cui iniuriam.* multoque hoc magis, ſi Laicus. Clericum in exiliũ agere tentauerit. ex Cœleſtino Tertio in *cap. cùm non ab homine* 10. *de Iudicijs.* & Gregorio IX. Fratri Palmerio Canonico Sanctę Trinitatis in *cap. conquaſtus eſt nobis* 16. *de foro competenti.* rationem reddẽtes Quia *tamquam ſacrilegi ſunt anathemati vſque ad ſatisfactionem cõgruam ſupponẽdi.* Nec enim exilio per laicum Iudicem damnari poterunt, niſi fori priuilegio exuti. ex Concilio Antiocheno in *cap. ſi quis presbyter* 2. *in fine de Clerico excomunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.* Quia qui talia agunt contra Deũ, & Eccleſiaſticam libertatem, Iuriſdictionẽ carentes, procedunt. ex Honorio Tertio Epiſcopo Bononien in *cap. olim ſcribentibus nobis* 7. *de iniurijs, & damno dato.* ibique *Abbas.* ſequitur *Ioannes Lupus tract. de libertate Eccleſtica part.* 2. *q.* 1. *nu.* 3. & 4. Hodie verò ſunt excomunicati excomunicatione in Bulla in cœna Domini legi conſueta, reſeruata §. 16.

Clerici ſuo Epiſcopo inſidias parantes, aut cõtumeliam, aut calumniam, aut conuitia inferentes conuicti, depoſiti curię traduntur vt recipiant quod iniquè geſſerunt. ex Pio Papa in *can. ſi quis Sacerdotum* 18. 11. *q.* 1. ibique *Gloſſ.* verbo *mox depoſitus.*

Clericus non poteſt renunciare ijs, quæ concernunt priuilegium Clericalis ordinis. Quia pacto priuatorum Iuri publico renunciari minime poteſt gentium. ex Innocentio Tertio Piſano Archiepiſcopo in *cap. ſi diligenti* 12. & Gregorio IX. Abbati Trecen in *cap. ſignificaſti nobis* 18. *de foro competenti.* & Innocentio Papa ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum in *can. non liceat cuiquam* 14. 3. *q.* 7. ibique *gloſſ.* verbo *expetere.* & eodem Innocentio Tertio in Concilio Generali Lateranen. in *cap. nimis* 30. *de Iure Iurando.* ibique *gloſſ.* verbo *ſeruus ſuo. in fine.* Rota apud S. memoriæ *Gregorium* 15. *deciſ.* 441. *num.* 8. *Gratianus forenſ. part.* 1. *cap.* 190. *num.* 3.

Clericus à laico citatus, atque in iudicium vocatus, ire non tenetur, neque etiam ad allegãdum fori priuilegium. ex Ambroſio in *can. conuenior.* 21. §. *vtinam eſſem ſecurus.* 23. *q.* 8. dicente illo: *Ad Palatium Imperatoris irem libenter, ſi hoc congrueret Sacerdotis officio, vt in palatio magis certarem, quàm in Eccleſia.* ibique *gloſſ.* verbo *congruere.* quæ addit: *niſi tamen dubium ſit, an ſit Clericus.* ex Agathenſi Concilio in *can. clericum nullus.* 19. ibique *gloſſ.* verbo *ſecularem* 11. *q.* 1. *Nauar. conſ.* 77. *Quæritur primo num.* 2. *lib.* 3. *de regularibus.*

Clerici debent aſſiſtere Rectori Eccleſiæ, cui aſcripti ſunt. Ex Concilio Maticen in *cap. vt quiſque presbyter* 3. *de vita, & honeſtate Clericorum:* præſertim verò diebus ſolemnibus, id eſt Natiuitate Domini, Epiphania, Paſcha, vel Pentecoſte. ex Cõcilio Agathenſi in *can. ſi quis in Clero conſtitutus* 29. 7. *q.* 1. ibique *gloſſ.* verbo *ſolemnibus.* ex Pelagio Papa in *can. Eleutherius frater* 1. & ex Concilio Carthaginenſi in *can. Clericus victum* 3. §. *Clericus, qui abſque corpuſculi ſui inæqualitate diſtinct.* 91. & in vtroque tex. *gloſſ.* verbo *vigiliæ.* & verbo *vigilijs.* & ex Concilio Martini Papæ in *can. ſi quis presbyter.* 9. *ſine finali diſt.* 92. ibique *gloſſ.* verbo *deputatus.* Rota apud *Puteum deciſ.* 371. *num.* 6. *lib.* 1. Iure proinde meritiſſimo ex ſacroſancta Tridentina Synodus *ſeſſione* 23. *cap.* 6. *de reformat.* voluit: vt Clerici vel prima tonſura initiati, vel in minoribus ordinibus conſtituti, fori priuilegio non gaudeant, niſi beneficium Eccleſiaſticum habeant, aut Clericalem habitum, & tonſuram deferentes alicui Eccleſiæ ex mandato Epiſcopi inſeruiant.

Clericos in ſuis Eccleſiis demorari decet, vt debent. ex Concilio Brachatenſi ſecundo in *can. placuit, vt quoties.* 1. *in fin.* 1. *q.* 2. ibique *gloſſ.* verbo *ibidem.* quæ ſic infert. *argumẽtatur contra Clericos, qui alibi, quam in Eccleſia ſua demorantur.* ex Synodo Eugenii Papæ Secundi in *can. de quibuſdã locis.* 12. *diſt.* 37. & ex Leone Auguſto relato in *can. Generaliter* 40. 16. *q.* 1. ibique *Gloſſ.* verbo *non denegantes.* Vt ſecundum Apoſtolum, in ea vocatione, qua quis vocatus eſt, permaneat. vt *Gloſſ.* ſequitur in *can. nullus Abbas, vel monachus.* 1. verbo *regulares.* 19. *q.* 3. ex Concilio Vrbani II. habito Placentię in *can. ſanctorũ canonũ ſtatutis* 2. *diſt.* 90. Vt in qua Eccleſia quilibet intitulatus eſt, in ea perpetuò perſeueret. id eſt dum viuit *gloſſa* ibidem verbo *perpetuò.* commentũ agit. Hanc ob cauſam.

Clerici extra diœceſim in conſulto ſuo Epiſcopo transferri non poſſunt, & in alia Eccleſia intitulari, vt Pelagius Papa Epiſcopo Potentino reſpondit in *can. Dilectionis tuæ ſcripta ſuſcepimus* 12. *ſine finali diſt.* 76. ibique *gloſſ.* verbo *ab Epiſcopo.* traditque plenè *gloſſ.* in *can. placuit, vt nemini ſit facultas* 21. verbo *relicta* 7. *q.* 1. decreuitque Alexander Tertius Epiſcopo Tornacen, ſcribens in *cap. admo-*

nent

ftet 4. *extrà de renunciatione*. & antea in Nicæno Concilio dispositum fuerat in *can. si qui verò sine respectu* 23. ibique *gloss.* verbo *vt redeant. eadem.* 7. q. 1.

Clerici fine cõmendatitiis litteris sui Episcopi licentiam euagandi non obtinent. ex Concilio Agathensi in *can. monachum* 3. §. *item Clericis*. 20. q. 4. neque de vno in aliũm Episcopatum fine dimissoriis litteris sui Episcopi transire, & in eo recipi. ex Sexta Synodo in *can. quoniam diuersarum Ecclesiarum.* 1. 21. q. 2. & ex Concilio I aodicensi in *can. non oportet ministros* 36. *de consecratione dist.* 5.

Clericus mendicare non debet, ne vilescat status. ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt*. 23. §. *nunc autem ex quo in Ecclesijs distinct.* 93. verba damus Hieronymi: *Mendicat infælix Clericus in plateis: & ciuili operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam. Et quidem ex hoc despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse.* Ita Hieronymus.

Clerici militare dicuntur, quia milites sũt Dei, militiæ suæ cingulo vtentes. ex Augustino de verbis Domini in *can. Militare non est delictum* 5. §. *interrogauerunt Ioannem* 23. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *Militiæ*. dicens: *Cum ergo Clerici milites dicantur*. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ in *can. quid proderit* 7. *dist* 61. dicente illo: *Quid proderit per singula Clericos stipendia militasse, & omnem egisse in Dominicis castris ætatem*? nec dissimiliter Vrbanus II. in *can. Saluator*. 8. §. *Quod si præfati milites*. 1. q. 3. ibique *gloss.* verbo *milites*. quæ sic infert: *Clerici scilicet, qui tales milites sunt, quorum arma Lachrymæ sunt, vel orationes; & castra eorum sunt Ecclesiæ*. & Fœlix Papa Tertius in *can. qui in qualibet ætate* 10. 1. q. 7. dixit: ad *Ecclesiasticam militiam prorsus non permittantur accedere*. nec diuersimode Gelasius Papa Ezechiæ Comiti in *can. Christianis gratũ, semper* 12. *circa finem* 11. q. 1. dicens: *Cum constat eum, qui cœlestem militem pulsat, non nisi eius forum debere sectari*. vbi *Gloss* verbo *Cœlestem militem*. sic infert: *Clerici enim milites Christi sunt*. ex illo Nicolai Papæ ad Ludouicum, & Carolum Reges in *can. reprehensibile videtur* 19. 23. q. 8. dicentis: *cùm militum Christi sit Christo seruire; militum verò seculi seculo*. inferens in fine. *Quod si seculi milites seculari militiæ studeant, quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus*? & Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.* 25. *in fine in decreto de delectu ciborum in ieiuniis, & diebus festis* in principio, illis verbis: *vt tanquam boni milites. &c.* Militare ergo dicuntur Clerici. sequiturque *Phœbus decis. Lusitaniæ* 88. *n.* 3.

Clericatus sacra militia nuncupatur à Syriclo Papa in *can. quicunque itaque* 3. §. *qui verò iam ætate grandæuus dist.* 77. illis verbis: *Ex laico ad sacram militiam peruenire festinat*. Sũt proinde arma terrenæ militiæ Clericis prohibita. ex Concilio Meldensi in *can. quicunque ex Clero* 6. 23. q. 8. dicente Concilio: *Quicunque ex Clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant: sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant.* Vnde Ecclesiasticæ sanctitatis profanatores dicuntur. *ibidem.*

Clericorum opus est, orare, & à Deo aliquid discere per sacram scripturam, atque populũ docere. ex Hieronymo in *can. si quis vult*. 3. *sine finali distinct.* 36. & ex octaua Synodo in *Canone alienus sit à fratrum vnitate* 4. *distinct.* 90. ibique *Gloss.* verbo *opus suum*. quæ explicat *id est oratio eius*. Arma enim Clericorum sunt lachrymę, & orationes. Milites namque Christi sunt, & castra eorum sunt Ecclesiæ. vt *Gloss.* inquit in *can. saluator* 8. §. *quod si præfati milites*. verbo *milites* 1. q. 3. vnde corporalia nescire arma dicũtur. ex Ioãne Papa Octauo in *can. porrò si de annorum numero* 14. 16. *quæst.* 3. ibique *Gloss.* verbo *arma*. quæ argumentatur: *Clericos non debere mouere arma corporalia, etiam contrà hostes*. nam lachrymæ, & orationes sunt arma Clericorum. ex Ambrosio, vt eum refert Gratianus in *summa* in fine §. *Itẽ Ambrosius* 23. q. 8. & eodem loco ex eodem Ambrosio in *can. non pila quærunt ferrea* 3. 23. *quæst.* 8.

Clericus, si relicto sui Episcopi foro ad secularem Iudicem recursum habuerit, in excommunicationem incidit vna cum Iudice ipso. ex Concilio Agathensi in *can. placuit, vt Clericus* 1. *cum alijs etiam sequentibus* 11. *quæst.* 5. hodie quoque in excomunicationem dat in *Bulla in Cœna Domini*. & incapax fit fructuũ sui beneficii: *Rota* in vna *Vlisiponen Beneficii* 16. *Ianuarii* 1598. *coram Litta decis.* 521. *post* 1. *volumen consiliorum Farinacii*, & *decis.* 122. *apud eundem. & decis.* 275. & 281. *apud eundem vol.* 2.

Clericus ordinandus non est, nisi probatus fuerit, atque Episcopo notus. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. nullus ordinetur Clericus* 2. *dist.* 24. ibique *gloss.* verbo *testimonio*. quę infert: *Vnde sufficit* (inquiens) *quod Clericus ordinandus habeat famam pro se. & per hoc etiam patet, quod noti non sunt examinandi, sed tantum ignoti*. ex Gregorio Papa Clero, & Ciuibus Neapolitanis in *can. de Petro insuper* 4. *dist.* 47. illis verbis: *Quia persona eius nobis ignota est*. ibique *gloss.* verbo *ignota*. inferens. *quod qui est notus, non examinatur*. ex Innocentio Papa ad Episcopos Macedoniæ in *can. veniam nunc ad Maximum* 5. 35. q. 9. Non tamen ordinandus est Clericus, nisi à suo Episcopo, vel de eius licentia. ex Concilio Carthaginensi I. in *can. Primatus Episcopus* 6. *dist.* 71. & ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. nullus alterius terminos* 1. & *can. nullus primas*. 3. 9. *quæst.* 2. alioquin vterque suspensus manet. & ex Bonifacio Octauo in *cap. cum nullus Clericus* 3. *de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in* 6. videndus *Quaranta in summa Bullarum* verbo *ordo in 2. limitatione*. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sess.* 7. *cap.* 10. *de reform.*

Clericus quis septimo ętatis suæ anno ordinari potest ostiarius lector, & exorcista vsque ad annum 12. ita *gloss.* in *summa* verbo *his temporibus dist.* 77.

Clericus iusta ex causa absens recuperat fructus stipendiorum. ex Innocentio Tertio in *cap. cum Bertoldus 18. extrà de sententia, & re Iudicata.* sequitur *gloss.* in *can. contumaces Clerici 21.* verbo *dignitatemque dist. 50.* ibidemque *Glossella* Marginalis. præsertim verò, si causa studii absens fuerit. ex Synodo Eugenii Papæ Secundi in *can. de quibusdam locis 12. distinct. 37.* ibique *Archidiaconus num. 14.* disposuitque Honorius Tertius in *cap. super specula 5. §. finali extrà de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. Gratianus forensiũ part. 1. cap. 166. num. 10. 17. & sequentibus.*

Clericorum bona ne dum ab omni onere exempta sunt, sed etiam eorum serui, & mancipia, eodemque fruuntur priuilegio, quo Ecclesię ipsæ. qui igitur eis damnum intulerit à comunione Ecclesiastica efficitur extraneus. ex Concilio Toletano Tertio in *can. Ecclesiarum seruos 69. 12. q. 2.* ibique *gloss.* verbo *Clericorum.* Sicuti anathematis pœna feriuntur ex Concilio Lateranen sub Alexandro III. in *cap. non minus 4. extra de Immunitate Ecclesiarum, Cœmeterij, & rerum ad eos pertinentium.* Disposuitq; Concilium Arausicanum primum in *can. eos, qui ad Ecclesiam. 6. §. si quis autem mancipia Clericorum distinct. 87.* & in Synodo Sexta Romana disposuit Symmachus Papa in *can. similiter & hoc. 58. 16. q. 1.* rationẽ reddens in fine, quare illa præceperit: *Vt qui moribus proprijs, ac nulla conscientie castigatione corriguntur, saltem Ecclesiastica, ac canonicæ vindictæ perfodiantur aculeis.* ibidemque *Gloss.* verbo *Ecclesiæ.* sic infert ad rem nostram: *Vnde videtur quòd æque committatur sacrilegium in rebus Clericorum, sicut in rebus Ecclesiæ.* & Disposuit Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. præsenti constitutione iubemus 3. de censibus, exactionibus, & procurationibus.*

Clerici iuramento statur, quando in dubium reuocatur, an bona, quæ inferuntur, sint propria, vel aliorum, & etiam suorum ministrorum, nisi aliud personæ qualitas suadeat, ob fraudes; vel nisi de contrario fides habeatur in promptu, & quo ad personam Clerici videtur sufficere si sit in habitu, & tonsura Clericali. *Gloss.* receptà in *Clement. præsenti cõstitutione iubemus 3.* verbo *non negotiandi. in fine. de censibus, exactionibus, & procurationibus. Quaranta in Summa Bullarum* verbo *vectigal. vers. & quia posset oriri fol. mihi 469.* sequitur *Bonacina tom. 2. de contractibus, siue de restitutione disput. 2. q. 9. punct. 2. num. 2. vers. si quæres.*

Clericus, etiam si de euictione teneatur, coram Iudice suo Ecclesiastico conueniri debet. ex Concilio Agathensi in *canone Clericum nullus præsumat 17. 11. q. 1.* Quia Concilium generaliter loquitur. sequiturque ibidem *gloss.* verbo *secularem in fin.* reprehendens alios, qui contrarium dixerant. videndus *Facchinaus Illustrium controuersiarum lib. 2. cap. 37. vers. Illud etiam. Capicius decis. 197. num. 7. Copartu. pactiearum quæstionum cap. 8. num. 1.* namque diuersimode loquuntur. quamuis, pro propositione, Concilium Agathense generaliter loquatur; vt generaliter exaudiendũ sit.

Clericus pro alio, seculari præsertim, fideiubere non debet. ex Clemente I. in epistola ad Iacobum Fratrem Domini in *can. te quidem oportet 29. 11. q. 1.* illis verbis: *ne fideiussor existas.* ea ratione: ne negotiis secularibus se implicet. Si tamen fideiusserit, eius tenet obligatio. vt *Gloss.* ibidem verbo *fideiussor* sequitur. ex Lucio Tertio Elien Episcopo in *capit. peruenit ad nos. 2.* & Canthuarien Archiepiscopo in *cap. constitutus. 3. extrà de fideiussoribus.* sequitur *Gloss.* in *cap. si clericos tuæ Iurisdictioni subiectos 15. §. eosdem quoque Clericos.* verbo *fideiussoriam. de sententia excommunicat. in 6.* dicit tamen *gloss.* in *can. quamquam omnes 6. in fine.* verbo *transgressores. dist. 23.* quod potest Clericus se obligare sub pœna spirituali, & pecuniaria.

Clerici possunt pro testimonio dicendo verberari, vel etiam torqueri. ex Eusebio Papa ad Episcopos Galliæ in *can. illi, qui 4. in fine 5. q. 5.* ibique plenè *gloss.* verbo *vt dum.* sequitur *gloss* in *summa dist. 45.* in *glossa 1. in fin.* præsertim vero in minoribus existentes, vt ibidem & ex Augustino ad Marcellinum Comitem de Donatistis captis in *can. circumcelliones illos 1. §. sed quis non intelligat in fine. 23. q. 5.* illis verbis: *Quando tantorum scelerum confessionem non extendente equuleo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis. sed virgarum verberibus eruisti: qui modus coërctionis, & à magistris artiũ liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam in Iudicus solet ab Episcopis adhiberi.* ibique *gloss.* verbo *ab Episcopis.* quę sic infert: *Non tamen manibus proprijs hoc facere potest. vt 86. dist. non liceat. nec per laicum potest hoc facere, sed per Clericum. vt extra de sententia excomunicat. vniuersitatis. Est ergo hic argumẽtum, quod Iudex Ecclesiasticus virgis potest punire. & quòd clerici virgis possunt puniri.* notatur *5. q. 5. illi qui. & 45. dist. cum beatus.* ita Gloss. qui *can. cum Beatus Apostolus 8.* est ex Concilio Bracharẽsi 3. illis verbis: *vt passim vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, pro vt voluerit, & ei placuerit, verberibus subiiciat, & dolori.* non itaque passim. sed certis in casibus verberari poterunt. vti *gloss.* ibidem verbo *grauioribus.*

Clerici, si propter hæresim curię seculari damnentur, prius à suis ordinibus sunt degradandi. ex Innocentio Tertio in *cap. excomunicatus 15. in fine principii de hæreticis extrà.*

Clerici tutelam recipere, cogi non possunt. Datiuam videlicet. poterunt tamen legitimam recipere, si velint. ex Chalcedonensi Concilio in *can. peruenit ad sanctam Synodum 26. siue finali. dist. 86.* dicente Concilio: *Nisi forte qui legibus ad minorum ętatem tutelas, siue Curationes inexcusabiles attrahuntur.* ibique plenè *glos.* verbo *tutelas.* & ex Cypriano ad Clerum, & plebem Furtinatorum in *can. neque ad altare 14. siue finali dist. 88.* quod de tutela datiua, siue etiam testamentaria exaudiri dixit *gloss. d. can. peruenit finali.* verbo *tutelas.* & *Gloss.* in *can. irreligiosum est. 5.* verbo *irreligiosum dist. 87.*

Clericus si mulierem amplexetur, interpretabitur, quod causa benedicendi eam hoc faciat.

ciat. ita *gloss.* loquitur in *can. absit, vt quidquam sinistrum.* verbo *sinistrum.* 11 *q.* 3. hoc sane dicit, vt dubia in meliorem partem interpretemur. ex eodem textu. qui est Anteri Papæ ad Episcopos Hispaniæ. quod confirmatur ex Nicolao Papa ad Ludouicum Imperatorē in *can. in scripturis narratur* 8. *dist.* 96. vbi *gloss.* verbo *& cooperirem.* illam profert sententiā; quòd: *Crimina occulta non habent vindictam.* vt secus esse debeat in manifestis. vt sic interpretari deceat ipsam Glossam. quam aliàs simpliciter capiunt nonnulli apud *Menochiū de præsumptionibus lib.* 5. *præsumpt.* 2. *nu.* 60.

Clericus, si incorrigibilis fuerit, deponitur, vt per secularem potestatē corrigatur. ex Gregorio Papa in *can. nec licuit alicui aliquando* 4. *in fine dist.* 17. vbi aptè *gloss.* verbo *per seculares.* enumerans quoque casus, quando seculari Curiæ traditur puniendus. & ex Eugenio Papa in *can. sacerdos, aut quiuis alius* 7. *& can. dictum est nobis.* 8. *dist.* 81. ibique *gloss.* verbo. *gradu.* & verbo *seculariter.* & Alexandro Tertio Salernitano Archiepiscopo in *cap. At si clerici* 4. *de Iudiciis.*

Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat. nec solus presbyter cum sola fœmina fabulas misceat. ne in occasionem incidat peccati, atque scandali. ex Lucio Papa in *can. Clericus solus* 20. *cum aliis sequentibus dist.* 81. merito Clericos cum mulieribus cohabitare interdictum. toto titulo *de cohabitatione Clericorum & mulierum.*

Clerici cogendi haud sunt ad suas abiurandas concubinas, ne si ad eas reuertantur, in periurium incidant. possunt tamen compelli ad eas dimittendas, & si pertinaces fuerint excomunicandi. ex Alexandro Tertio Salernitano Archiepiscopo in *cap. Clericos.* 3. *de cohabitatione Clericorum, & mulierum.* & notauit etiam *gloss.* in *can. ab isto die in antea* 9. verbo *Deus adiuet* 35. *q.* 6.

Clerici possunt pecuniaria pœna plecti, ni spiritualis pœna à iure crimini fuerit præfinita patrato. ex Septima Synodo in *can. quoniā quidem regula est.* 7. in finalibus verbis *dist.* 18. illis verbis: *Quòd si hoc egisse inuentus fuerit, soluet quadruplum.* ibique plenè *gloss.* verbo *quadruplum. gloss.* in *can. quamquam omnes* 6. *in fin.* verbo *transgressores. dist.* 23. Debent tamen Episcopi ab huiusmodi pœnis pecuniariis infligendis se temperare, ne animosiores ad peccandūm Clerici reddantur, quod peccata pecuniis redimant: sed eos debitis pœnis ferire. ex Gregorio Petro Subdiacono in *can. de lapsis sacerdotibus* 5. 16. *q.* 6. illis verbis in principio: *vt rebus eorum nullo modo miscearis.* & deinde in fine: *Si qui monachi vel clerici, vel quilibet alii lapsi fuerint, dari eos in pœnitentiam volumus: sed res eorum Ecclesiastico iure non subtrahi.* poterit tamen in aliquibus casibus, si magis illa timeatur. vt ex Augustino in *can. si vos contrà Ecclesiam.* 35. 23. *quæst.* 5. illis verbis: *vel pecuniæ priuatione.* ibique *gloss.* verbo *vel pecuniæ.*

Clericorum vita discreta debet esse à laicorum conuersatione. vti Telesphorus Papa omnibus Episcopis testatur in *can. statuimus* 4. *dist.* 4. nec diuersimode Eusebius ad Episcopos Galliæ in *can. laicos non accusare* 5. 2. *quæst.* 7. rationem reddens: *Quia eiusdem non sunt conuersationis. Quippe cum vita eorum, & conuersatio debeat esse secreta, & à laicorum actibus remota.* sequiturque Fabianus Papa ad Episcopos Orientales in *can. sicut sacerdotes* 8. *eadem* 2. *q.* 7. rationem & ipse reddens: *Quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum conuersatione, ita, & litigatio: quia seruum Domini non oportet litigare.* ita Fabianus.

Clerici debent antequàm comedant mensam benedicere, & postquam comederint gratias Deo agere. ex Concilio Martini Papæ in *can. non liceat sacerdotes.* 12. *sine finali dist.* 44. exemplo Christi *Matth.* 26. 30. qui post cœnam: *Et hymno dicto exierunt in Montem Oliueti.* perpenditque Concilium Toletanum 4. in *can. de hymnis canendis* 54. *in principio de consecratione dist.* 1. ibique *gloss.* verbo *& hymno. Nauar. de oratione, & horis canonicis cap.* 18. *nu.* 43.

Coacta voluntas, voluntas est. quam ob causam in male factis non omnino excusat, mitiori tamen pœna feritur. ex Gregorio Ioanni Defēsori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est* 7. §. *si autem Episcopi in præiudicium condemnationis.* 2. *q.* 1. illis verbis: *se metu Iudicis consensisse, ac talia fecisse, non sua sponte, fassi fuerunt. & tempus eis abreuiandum est, & modus pœnitentiæ temperandus.* ibique *gloss.* verbo *metu.* & *gloss.* in *can. notificasti te* 2. verbo *licentiam.* 33. *q.* 5. *& in can. vbi ista didicisti* 7. verbo *honorem dist.* 74. ex Innocentio Tertio Vidronen Archiepiscopo in *c. sacris est canonibus.* 5. *de iis, quæ vi, metusque causa fiunt.* ibique *gloss.* verbo *per coactionem.* rationem reddens: cùm magis pati, quàm agere videatur. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. Testamentum veteris legis.* 1. §. *sed est in eadem illusione dist.* 6. illis verbis: *Quia hanc animus nesciens, pertulisse magis dolendus est, quā fecisse.* ibique *gloss.* verbo *pertulisse.* dicens: *potiùs intelligitur tunc pati, quam facere.* Et dicitur voluntas phisicè, & materialiter. ex Alexandro Tertio Episcopo Vigorien in *cap. Abbas Sancti Cadmundi.* 2. *eodem de iis, quæ vi, metusque causa fiunt.* ibique *gloss* verbo *coactus. Nauar. in manuali præludio* 6. *num.* 4. *& in can. vltimo* §. 1. *de pœnitentia distinct.* 7. *num.* 12. *Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 560. *nu.* 2. *& decis.* 561. & deducit Augustinus can. merito quæritur 1. 25. q. 1. inferens: *Vult ergo facere, quia vult viuere.* materialiter, non formaliter.

Coactio duplex, absoluta, & cōditionalis; absoluta vt puta per vim, vel attractionem. cōditionalis, vt si non egeris morieris. *gloss.* in *can. eos quos Episcopos.* 1 18. verbo *seu coactos de cōsecrat. dist.* 4. Coactio cōditionalis neminē excusat. Quia potius quis debet pati mortē, quā cōsētire in malū. plene *gloss* in *can. si quando à sacerdotibus.* 1. §. *Est etiā ad hanc sanctam sedem perlatum.* verbo *erroris* 15 *q.* 6. ex Augustino *can. merito quæritur* 1. *eadem* 15. *q.* 1.

Coactio simpliciter improbatur, non tamen

ea,

ea,qua quis fit ex nolente volens.ex Gelasio Papa Victori Episcopo in *can.consulit dilectio tua 9. post principium dist.74.* illis verbis *vt ex nolentibus fiant volentes.*

Coacta seruitia Domino præstanda non sunt. ex Marcello Papa in *can. illud autem 10.in fine 20.q.1.*

Cogitatio immunda mentem nequaquam inquinat,cùm pulsat; sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Gregorius in moralibus in *can.inter hæc sciendum est 23.de pœnitentia dist.2.* tunc per mortale peccatum mentem inquinat per consensum. secundum *gloss.* ibidem verbo inquinat. id est per mortale peccatum.

Cogitationis statum erigere non valet, quem terrenæ solicitudinis vsus eucuum tenet. Gregorius in *can. hinc etiam 1. §.gibbus verò dist.49.*

Cogitationes hominum omnipotenti Deo nequeunt occultari.vt Alexander Tertius Genuensi Archiepiscopo respondens in *cap. in Ciuitate 6.extra de vsuris.* in fine dixit. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *occultari*. ex Vrbano II.in Melphiensi Synodo residente in *can.erubescant impij 11.in fine dist.32.* dicente: *Secretorum autem & cognitor Deus,& Iudex est.* Stephano quoque V.Humberto Episcopo Moguntino in *can.consuluisti de infantibus 20.2.q.5.* verbis apertissimis: *Occulta verò & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum.* & quem non latet peccati qualitas,neque peccantis affectus.ex Origine in libris numerorum in *can.Deus quãdo maledicit 38.in principio 24.q.3.*

Coadiutor potest dari Episcopo,vt eum adiuuet, si senectutis ætas,& infirmitas hoc exposcat.ex Zachariæ Papæ responsione Bonifacio Moguntino Archiepiscopo in *can. petijsti,vt cum nostro consulto.17. 7.q.1.* Non potest non esse Episcopus eodem tempore. Ne duo dentur eiusdem Ecclesiæ sponsi eodem tempore. Nec diuersimode Innocentius Quartus Baronibus, & Comitibus Regni Portugalliæ respondit in *cap. grandi non immerito.2. de supplenda negligentia prælatorum in 6.* Formamq; tradidit Bonifacius Octauus in *cap.pastoralis offici j.vnico. de Clerico ægrotante, vel debilitato in 6.*

Coadiutoris tamen officium cessat morte sequuta coadiuti.ex eodem tex. in *cap. grandi 2. in fin.*& *Gloss.finali* ibidem *de supplenda negligentia prælatorum in 6.*

Coadiutor tamen cum futura successione,in Cathedralibus præsertim,hodie non dabuntur, nisi Sanctissimo Domino placuerit. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sess.25.cap.7. de reformatione.* videdus ad materiam *Ioannes Azorius Institut.moralium part.2.lib.3.cap.2.*

Cognoscere, stat quandoque pro reuereri, atque amare. ex Concilio Martini Papæ in *can. per singulas prouincias 1.9.q.3.* ibique *Gloss.* verbo *cognoscere.* quæ sic explicat *id est venereri,id est diligere.* vt ibi. *Nõ noui vos.* refert: Euaristũ Papam omnibus Episcopis scribentem in *can.sicut vir non debet adulterari 11.§. Episcopũ 7.q.1.* Ita etiam Cognoscere,pro approbare accipitur. ex Augustino in *can.consideret qualitatem Criminis.1.§. In his omnibus de pœnitẽt. dist.1.* loquens enim de Abel, & Cain sic infert: *Ad Cain vero non respexit, nec ad eius munera.*(Genesis 4.) *Mentem enim eius , quam viderat,non cognouit,eius munera non recepit.* Non cognouit.id est,non approbauit. *Gloss.* ibidẽ commentum agit. inferens : In Euangelio : *Nescio vos.* id est,non approbo.

Cognitio distat ab Intentione . Nam cognitio est actus potentiæ cognoscitiuæ ; intentio verò appetitiuæ. ex *Sancto Thoma 1. 2. q. 12. art.1.*& *2.2.q.180.art.1.Nauar.in can. Nunquid Cain.de pœnitent.dist.1.num.1.*

Cognitio, vt est actus potentię cognoscitiuæ per se acceptæ, indifferens est, neque bona, neque mala. atque proinde in se,punibilis nõ est. Accepta verò vt est actus potentiæ appetitiuę,& voluntatis,aut bona,aut mala est. Quæ mala,aut est suis tantum finibus contẽta,intra mentem scilicet retenta;aut est fines egressa per aliquẽ actũ exteriorem. Declarat *Nauar. in can. cogitationis pœnam 14. de pœnit. dist.1.num.1.2. & 5.*

Cogitationis pęnam nemo patitur.ex Vlpiano lib.3.ad Edictum in *l. cogitationis pęnam 18.ff. de pœnis.* quę est canonizata in *can. cogitationis pęnam 14. de pœnitent. dist.1.* quia nimirum cogitatio nisi fines egrediatur cogitationis, & intra mentem adhuc reclusa , perseuerat exterius, in foro videlicet exteriori, pœnam non meretur;quamuis à Deo, qui scrutator est cordium,cognoscatur,atque puniatur.vti plenè *gloss.*ibidem verbo *patitur.*& *Nauar.*eodem *can.*

Cognatio , siue spiritualis consanguinitas, vel compaternitas,in cathechismo,in Baptismate,& in confirmatione contrahitur . ex Higinio Papa in *can. in catechismo 100.de consecrat. dist.4.* contracta vero per catechismum, matrimonium non dissoluit,cum vix impediat. ex Clemente Tertio *in cap.contracto matrimonio 5.extrà de cognatione spirituali.gloss.in d can. in catechismo 100.*verbo *patrinus.* decreuitque Bonifacius Octauus in *cap. per catechismum 2.de cognitione spirituali in 6.* Nõ potest tamen alium suscipere in filiolum in baptismate , vel chrismate,qui nõ est ipse baptizatus, vel confirmatus.ex Concilio Moguntino in *can. in baptismate 102.de consecrat. dist.4.* Non plures ad suscipiendum de baptismo infantem accedant,quàm vnus, siue vir,siue mulier . In confirmatione quoque id ipsum fiat. vt decreuit Leo Papa in *can. non plures 101. eadem de consecrat.dist.4.* Verum Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.24.cap.2. de reformatione matrimonij* sequentibus decreuit: *Statuit,vt vnus tantùm,siue vir,siue mulier,iuxta sacrorum canonum instituta,vel ad summum vnus , & vna baptizatum de baptismo suscipiant , inter quos, & baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem; nec non inter baptizantẽ,& baptizatum,baptizatique patrem , & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur.* subdens. *Ea quoque cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & con-*

*& confirmatum, illiusque patrem, & matrem: ac tenentem non egrediatur.* Decreuitque adtea Bonifacius Octauus in *cap. quamuis non plures 3. siue finali de cognitione spirituali in 6.* Episcopus tamen dispensare non poterit vt duo viri, vel duæ feminæ simul suscipiant; quia dispositio Conciliaris est. plures refert *Barbosa ad d. cap. 2. Sacri Concilii. nu. 6.*

Cognatio spiritualis in baptismate & confirmatione non contrahitur per procuratorē; Quia susceptio & leuatio per se ipsum perquitur. ex Simmacho Papa in *can. omnes quos 8. 30. q. 1.* illis verbis: *quos, vel nobis suscipientibus* susceptio proinde requiritur. probatque pluribus *Nauarrus cons. 6. a nu. 3. ad finem lib. 4. de cognatione spirituali. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 7. cap. 8. num. 3. vers. huiusse Tertio.*

Vt autem hæc contrahatur spiritualis consanguinitas, tam in sacramento baptismatis, quàm confirmationis, necesse non erit, vt quis formalem habeat intentionem illam cōtrahendi; sed sufficit si habeat intentionem faciendi quidquid intendit Santa Mater Ecclesia. secus si contrariam positiuam intentionem habuerit non contrahendi. deducit *Sanchez de matrimonio lib. 7. disputat. 58. num. 4. & sequentib. Aegidius de Coninck de matrimonio disputat. 32. dub. 2. num. 28. in fin. Bonacina de sacramento matrimonij q. 3. puncto 5. §. 2. proposit. 3. num. 15. Reginald. tom. 2. lib. 31. cap. 20. sect. 3. num. 155.*

Cognatio triplex carnalis, legalis, & spiritualis. plenè per *Gloss. in summa 30. q. 3.* verbo *quod autem.*

Cogitationes hominum Omnipotenti Deo nequeunt occultari. Alexander Tertius Genuen Archiepiscopo in *cap. in Ciuitate tua dicis. 6. in fine extra de vsuris.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *occultari.* Quia secretorū Deus cognitor est. ex Vrbano Secundo Dominico Patriarchæ Grandensi in *can. erubescant impij 21. in fin. distinct. 32.* dicente illo: *Secretorum autem, & cognitor Deus, & Iudex est.*

Coitus illicitus, si extra pudoris claustra exerceatur, affinitatis coniunctionem non parit. ex Vrbano Secundo Hugoni Gratianopolitano Episcopo in *can. extra ordinaria pollutio 11. 35. q. 3.* ibique *Gloss.* verbo *extra ordinaria.* Sine enim sanguinis, seminisue commistione affinitas non contrahitur. ex Benedicto Papa Grandensi Patriarchę in *can. lex diuinę constitutionis. 18. 27. q. 2.* Sicut neq; sodomitius accessus. secundum *gloss. d. can. extra ordinaria pollutio.* verbo *sæpius.* sequiturque *Nauar. in manuali cap. 22. num. 43.* Sufficit tamen quod quocūque modo semen vas ingrediatur naturale, vt generatio inde sequi possit. *Victorellus ad Toletum lib. 7. cap. 15. sub nu. 1. vers. si enim non seminat.* vbi fœminę semen necessarium non esse, probabilius esse affirmat.

Mutus, & muta susceptores esse non poterūt quia loqui, & audire non possunt. ex Isidoro de officiis in *can. paruuli 74. de consecrat dist. 4.* plures refert *Barbosa ad d. cap. 2. sacri Cōcilij. nu. 11. sess. 24. de reformat. matrim.*

Collatio Beneficii substinetur facta ab Ordinario in quasi possessione existente conferēdi. ex Alexandro Tertio Abbati S. Alberti in *cap. consultationibus. 19. de Iure patronatus.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *remoueri.* Quia quod legitime factum est, non debet irritari. ex Gelasio Papa Palladio Episcopo in *can. præcepta canonum 12. dist. 55. Rota in recentioribus part. 2. decis. 608. num. 8.* Collatio nempe fructus dicitur quasi possessionis conferendi. & proinde qui in possessione est conferendi, manutenendus. ex Innocentio Tertio Clericis sanctæ Agathes in *cap. querelam, quam G. 24. §. nos igitur; extra de electione.* illis præsertim verbis; *Cum nobis constiterit, quod populus in quasi possessione præsentandi Clericum existebat, quādo ipsum presbyterum ad illam elegit &c.* Rota *eadem part. 2. in recentioribus decis. 46. num. 2. in fine.* Quia fructus ad possessorem spectant. *Rota decis. 166. num. 5. part. 1. diuersorum.* & apud Card. *Seraphinum decis. 306. num. 8. & 9.*

Collatio Beneficiorum omnium Iure comuni ad Episcopum spectat, in cuius Diœcesi beneficia constituta sunt. ex Aurelianensi Cōcilio I. in *can. omnes Basilicæ X. 16. q. 7.* ibique *gloss. 1. Abbas in cap cum Ecclesia Vulterrana 31. num. 8.* ibique *gloss.* verbo *postulauit extrà de electione. Rota part. 2. in recentioribus decis. 190. num. 1. & decis. 756. num. 4.*

Collatio siue à Papa, siue ab Ordinario facta, primeuum beneficii statum nō mutat. Quia sine alterius præiudicio facta censetur. ex Innocentio Tertio Episcopo Helien in *cap. cū olim Londonien 6.* ibique *gloss.* verbo *præiudiciū. de consuetudine.* Rota apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 29. num. 2.* & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 340. num. 1. part. 2.*

Collatio Beneficii, sui ex natura hoc habet, vt in perpetuum facta videatur, donec scilicet vixerit is, cui collatum fuit. ex Gelasio Papa Palladio Episcopo in *can. præcepta canonum 12. dist. 55.* & ex Concilio Vrbani Secundi habito Placentiæ in *can. sanctorum canonum 2. dist 70.* qui sic iubet: *In qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuò perseueret.* Perpetuò, id est dum viuit *gloss.* ibidem commentum agit. continitque Bonifacius Octauus in *cap. Presbyteri. vnico. de cappellis monachorum in 6.* in ratione, quā reddit, dicens: *Cùm debeant esse perpetui.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *perpetui.* dicens: *non enim beneficia dantur ad tempus.* Rota apud *Coccinum decis. 296. num. 3. & apud Duranum decis. 381. part. 2.* deduximus *respons.* nostra *64. num. 68. 69. & 70. part. 4.*

Collatio facta cū expressione, quòd omnimoda dispositio spectat ad Collatorē, excludit simultaneā collationē. ex Bonifacio VIII. in *c. cum in illis 16. §. si verò de beneficio. de præbendis, & dignitatibus in 6.* ibique *Gloss.* verbo *simul cum alio.* deduciturque ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. quamuis sacris canonibus. 1. §. eisdem etiam Episcopis. de foro competenti:* illis verbis: *Iurisdictionem suam omnimodam exercere.* ibique *Gloss.* verbo *omni-*

ni-

*nimodam*. sequiturque *Rota apud Duranum decisione.377.numero.5.part.2.*

Collatio per Episcopum legitime facta, quamuis absenti, confert Ius beneficiario, vt non possit Episcopus iterum alteri conferre, nisi ille renunciauerit, cui priùs collatum fuerit. ex Bonifacio Octauo in *cap.si tibi absenti 17.de præbendis,& dignitatibus in 6. Grilenzonius cons.12.num.2.*

Collatio, institutio, & præsentatio differũt. vnde de vno dictum in alio locum non habet. ex Bonifacio Octauo in *cap. cum in illis 16.§. cum autem.de præbendis,& dignitatibus in 6.*

Collatio Beneficii etiam criminoso facta, si crimen irregularitatem alias non continebat, & inhabilitatem ad beneficium obtinendum, tenet, etiam non facta expressione illius criminis, quãuis si expressio facta fuisset, difficilior Princeps ad concedendum euasisset. ex Innocentio Tertio in *cap. proposuit 4.de concessione præbendæ.* ibique *Innocentius 4.* verbo *executore.* sequiturque *Felinus in cap.2.num.4. de rescriptis.Nauar.cons.8.num.4.lib.4.de cognatione spirituali.& cons.10.numero.3. lib.5. de simonia.*

Colleggii consensus vbi requiritur, nullo modo proficit, nisi collegialiter cõsenserint. ex Gloss. in *cap. cum omnes 6.* qui est Innocentii Tertii verbo *constitutum post medium vers.dicas quod si aliquid est comune.* ibique *Doctores.* præsertim *Felinus de constitutionibus. Parisius cons.90. à num.1. lib.4.* Rota *apud Duranum decis.291.nu.46.part.2.*

Collitigans intentionem fundatam habet, vt sibi gratiosa detur subrogatio in locum defuncti collitigantis, intra mensem à morte collitigantis petita, ne detur nouus collitigans. ex Bonifacio Octauo in *cap. si hi contrà quos.2. siue finali. vt lite pendente nihil innouetur in 6.* vt neque patroni valeant præsentare, si de Iure patronatus beneficium fuerit. alioquin irritum redditur, & inane quidquid secus factum fuerit. vt *ibidem.* Rota apud *Cocenum decis.350.n.2.& 4.*

Collegiata Ecclesia non venit sub nomine simplicis Parochialis. præsertim vero ad terminos constitutionis Gregorii X. in Concilio Lugdonen in *cap. licet canon.14.de electione in 6.* quæ de Parochialibus loquitur, vt ad collegiatas non extendatur, cùm sit constitutio illa pęnalis. ex Bonifacio Octauo in *cap. statutum Felicis 22. eodem de electione in 6. Gratianus Forent. par.5.cap.992.n.18.*

Columba signum fuit Spiritus sãcti, qui Bptizato Iesu per Ioannem, descendit quasi columba, & mãsit super eum. Sic nempe apud *Ioannem 2. 35.* ipse dixit: *Et testimonium peribuit Ioannes, dicens: Quia vidi spiritum descendentem quasi columbam de cælo, & mansit super eum. Et ego nesciebam eum: sed, qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem, & manentem super eum, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi, & testimonium peribui, quia hic est filius Dei.* Deducitque Venerabilis Beda in eundem locum in *can. quærendum est interea 6. de pænitentia dist.2.* ibique *gloss.* verbo *quærendum.* Spiritus sãctus.n.in specie columbæ descendit. vt Augustinus testatur in *can. omnes, quos legere potui.30. siue finali de consecratione dist.3.* ibique *gloss.* verbo *columba.* quæ sic infert: *vera quidem columba fuit, quæ nec prius, nec postea comparuit; sed in suam materiam redit &c.* & ita etiam in *can.* eiusdem Augustini *aliud est baptizare 39.§. per hanc enim potestatem de consecrat.dist.4.* verbo *antequam.in fine* dicens: *Columba autem illa prima (vt dicitur) redit in primordialem, siue præiacentem materiam.*

Columbas vendere est, de Spiritu sancto (quem sibi consubstancialẽ, Deus omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere. Propterea Dominus noster ingressus in templum cathedras vendentium columbas euertit. *Matthæi 21. 12.* perpendirque Gregorius vniuersis Episcopis per Elladem Prouinciam constitutis in *can. quibusdam narrantibus agnoui 127.1.q.1.* inferens: *Ex quo, vt prædixi, innuitur, quid sequatur: quia qui in templo Dei columbas vẽdere præsumpserunt, eorum, Deo Iudice, cathedræ ceciderunt.* Deduxitque Alexander Secundus Lucensi Ecclesiæ, Clero, & populo scribens. in *can. ex multis temporibus 9.§. Calcedonense namque Concilium.1. quæst.3.* verba perpendens Domini cum Cathedras euertit vendentium: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* inferens: *Quod tales negotiatores, non sicut cæteri peccatores sunt corripiendi, sed à templo Dei, id est à sancta Ecclesia, longiùs sunt proiiciendi.*

Columbas vendunt, qui tradunt Ecclesias auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis Episcopis, aut presbyteris. vti Origenes loquitur. in *can. & hoc diximus 9.§. & arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarum 16.q.7.*

Comediis interesse, publicisque spectaculis non licet Clericis. ex Concilio Laodicensi in *can. non oportet ministros altaris 37. de consecratione distinct.5.* & ex Innocentio Papa Victori Episcopo Rothomagensi in *can. præterea frequenter 3.dist.51.* & ex Concilio Agathensi in *can. presbyteri, diaconi, subdiaconi.19 dist.34.* ibique *gloss.* verbo *etiam alienarum.* quæ allegat textum in *d.can.non oportet ministros altaris.* decreuitque Innocentius Tertius in Concilio Generali Lateranen in *cap. Clerici officia 15.de vita & honestate Clericorum.* non tamen sub mortali tenentur, cessantibus scandalo, contemptu, vel periculo in malum consentiendi. ex *Caietano* in summa verbo *Clericorum peccata.* & sequitur *Sanchez de matrimonio lib.9.disputat.46.nu.41.* qui de laicis quoque verba facit, an & ipsi peccent? dicitque mortale non esse, vbi nec res turpes repræsententur, nec modus repręsentandi est turpis; vel si hæc concurrant, audiuntur ob solam vanam curiositatem absque periculo probabili lapsus in aliquod mortale. videndus *S. Thomas 2.2.q.167.art.2. ad 2. & q.168. art.3. ad 3. Barbosa de Iure ecclesiastico lib.1. de vita, & honestate Clericorum cap.40.num.56.ad num.61.*

Com-

Commenda non dat verum titulum in Beneficio. ex Gregorio IX. Siluanecten Episcopo &c. in *cap. dudum Ecclesia Rothomagensi* 54. §. *Insuper indulgentiam de electione*: illis verbis *Et alteram commendatam haberet*. nec diuersimode ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. nemo deinceps*. 15. *de electione in* 6. ibique plenè *glos.* verbo *cōmendare* ibique etiam *Doctores*. verbum illud commendare pluribus modis accipit. præsertim verò si commenda ad tempus detur, nam titulum non transfert, sed administrationem tantùmmodo. ex eadem *Gloss.* post Gometium notat *Petrus Gregorij Tholosates de beneficijs cap.* 10. *num.* 13. *& cap.* 11. *num.* 13. *Iacobus Cancerius variarum resolutionum lib.* 3. *cap.* 14. *num.* 28. An verò commendatarius ad pensum teneatur per soluendum dietim horarum Canonicarum. Affirmatiue respondet, & cum communi *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 3. *q.* 6. Quia & si quidem titulum non habeat, tenet nihilominus administrationem. sequiturque *Nauar. de Oratione, & horis canonicis cap.* 20. *num.* 16 *in xvi. notabili.* ex eodem tex in *d. cap. nemo deinceps*. 15. ibique *gloss.* quia commenda est titulus canonicus, & commendatarius est legitimus administrator. vide *Rotam parte* 1. *diuersorum decis.* 791. *num.* 8. licet non sit verè prælatus; magis autem procurator. ex eadem *Gloss. d. cap. nemo deinceps*. 15. verbo *commendare*. ex Leone III. in *can qui plures Ecclesias retinet*. 3. 21. *q.* 1. ibique *gloss.* verbo *sub commendatione*. quæ verbum commendare perpendit, quod pro *deponere* accipiatur. *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.* 32. *num.* 32.

Commendatarius bona Ecclesiæ sibi commendatæ donare, commutare, vel alienare minime potest. ex Leone Papa Vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis in *can sine exceptione decernimus* 52. 12. *q.* 2. Rota apud *Cardin. Seraphinum decis.* 1312. *num.* 5.

Commeatum dare (hoc est licentiam discendēdi) parcissime Prælati suis Clericis dare debent. ex Leone Papa in *can. Episcopus subiecto sibi*. 1. *dist.* 72. rationem reddit: *Ne ouis, quasi perdita, aut errans inueniatur*. sequiturque *Gloss.* ibidem verbo *postulatus*. *in fine*. probat id ex Martiano lib. 1. de re militari in *l. officium* 12. §. *Paternus quoque scribit ff. de re militari*. qui sic loquitur: *Paternus quoque scribit; debere eum, qui se meminerit armato præesse, parcissimè commeatum dare*. Quia debet armatos in militia continere. sed tempore expeditionis, nullo modò. vt *gloss* ibidem verbo *parcissime*. commentum agit. ex Arcadio & Honorio Augustis in *l.* 1. *C. de commeatu. lib.* 12. Cōtineri enim debent in militia Clerici, ne diuagandi captent ansam.

Comune quod est, proprium non erit. ex Ambrosio in *can sicut ij, qui per insaniam* 8. §. *proprium nemo dicat dist.* 47. super verbis illis Euangelij Lucæ 12. 16. *Hominis cuiusdam diuitis vberes fructus ager attulit*. ita loquens: *Propriū nemo dicat, quod est comune*. Quia nimirum quod comune est, vnius tantum non est, sed plurium. diximus *respons. nostro* 3. *nu.* 25. *&* 26. *part.* 5. & Comunis omnium dicitur vsus eorum, quæ in hoc mundo sunt. quia vnius tantum non est, sed omnium. ex Clemente I. in *can. dilectissimis fratribus* 2. *in principio* 12. *q.* 1. ibique *gloss.* verbo *omnium*. refert illud Tullij: *Dulcissima rerum possessio comunis est*.

Comune quod est pluribus, vti singulis, non vt collegiatis, quod fit à maiori parte illorum, nihil valet, nisi omnes consentiant. ex Caio lib. 27. Digestorum in *l. per fundum* 11. *ff de seruitutibus rusticorum prediorum gloss.* notabilis in *cap. cùm omnes* 6. *in principio* verbo *constitutum circa medium vers. Dicas quod si aliquod est comune. de cōstitutionibus*. quam refert Glossella marginalis ad *d. l. per fundum*. sequitur *Franciscus Marcus decis.* Delphinatus 592. *in principio*.

Comunia debent esse amicorum omnia. vt Græcorum quidam sapientissimus dixit, relatus à Clemente I. in *can. dilectissimis fratribus* 2. §. *denique Græcorum quidam*. 12. *q.* 1. vbi *gloss.* in verbo *omnium* refert illud Philosophi: *Quietissime viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet: Meum, & Tuū*.

Comunicat peccatis alienis, qui illis consentit. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. quid est manus cito imponere* 4. *in fine dist.* 78. ibique *gloss.* verbo *comunicare*. dicens: *comunicat peccatis alienis, qui illis consentit*. Comunicare enim, consentire est. ex Augustino in *can. à malis semper* 8. §. *duobus modis*. 23. *q.* 4. dicente: *Hoc est non comunicare, non consentire: Comunicatur quippe; quando facto eius consortiū volūtatis, vel approbationis adiūgitur*. Qui enim peccata non reprehendit, per indulgentiam illis consentit. ex Hormisda Papa omnibus Episcopis per vniuersas prouincias in *can. si quis Diaconus*. 29. *in fine* §. *vere dico dist.* 50.

Comunicamus defuncto, cui comunicauimus viuo. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Turonen in *cap. ex parte parentum M.* 11. *in fine de sepulturis*. veluti contrà: Non comunicatur mortuo, cui non comunicatum est viuo. ex eodem Innocentio Abbati Sancti Andrææ in *cap. à nobis est sæpè quæsitum* 28. §. *nec obstat quod Ecclesia de sententia excomunicat. extrà.* Rationem habes ex Fabiano Papa Episcopis Orientalibus in *can. illi, qui illa peccata* 3. *in fin.* 6. *q.* 1. qui sic infert: *Quia qui extrà nos sunt, nobiscum communicare nō possunt*. vt post mortem quoque anathamatizandi sint. ex Prima actione quintæ Synodi in *can. sanè profertur à quibusdam* 6. §. *Augustinus ait* 24. *q.* 2. & sequitur *Gloss.* in *can. placuit, vt qui sibi ipsis*. 12. verbo *commemoratione*. 23. *q.* 5.

Rationem reddit Gelasius Papa in *can. quicumque intra anni spatium* 37. *in fine* 11. *q.* 3. dicens: *Quibus viuis non comunicamus, nec mortuis comunicare debemus*. approbans dictum Leonis Papæ Rustico Narbonenū Episcopo in *can. de cōmunione priuatis* 1. *in fine* 24. *q.* 2. quod tale fuit: *Nos autem, quibus viuentibus non comunicauimus, mortuis comunicare non possumus*. ita Leo. ibique *Gloss.* verbo *non comunicauimus* se-

N qui-

quitatque *Gloss.* in *can. Ecclesiam, in qua paganus* 27. verbo *celebrare de consecrat. distinct.* 1. nec deest *Gloss.* in *cap. finali* . verbo *de negari. de sepulturis extrà.* rationem reddens: *Quia ex quo comunicauimus viuo, & mortuo comunicare debemus.* diximus *respons.* nostra 48. *num.* 8. *& num.* 30. *ad* 33. *part.* 4.

Comunitas rerum discordias excitare consueuit. ex Sardicensi Concilio in *can. illud, quoque sanctitas vestra statuat* 1. *dist.* 71. ibique *gloss.* verbo *contentionibus*, rationem afferens: *Nam comunitas mater discordiarum est.* ex Papiniano in *l. cum pater* 79. §. *dulcissimis fratribus meis ff. de legatis* 2. Rationem inferens, quare fratribus relinquebat quædam, filio dicens: *Ne quam cum his controuersiam habeas.* Nam concordia, quæ Charitatis effectus est, ex vnitate oritur voluntatū. ex *S. Thoma* 2. 2. *q.* 37. *art.* 1. diximus *respons.* nostra 86. *num.* 1. *& sequentibus par.* 3. vbi verò voluntas vnita nō est, quia quisque sibi magis vult, quam alteri, discordiæ in promptu sunt. *Rota apud S. memoriæ Gregorium* 15. *decis.* 308. *nu.* 1.

Comparatio omnis ad intelligentiæ formam præsumatur, vt id, de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur: verba sunt Hilarii de Trinitate lib. 8. in *can. in Christo pater* 82. §. *perfectè autem huius vnitatis sacramentum de consecrat. dist.* 2. ad verba illa Christi Domini nostri (Ioānis 6. 58.) *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: Et qui manducat me, & ipse viuet propter me.* ad quę sic infert: *Viuit ergo per patrem, & quomodo per patrem viuit, eodem modo nos per carnem eius viuemus. Omnis enim comparatio ad intelligentię formam pręsumitur, vt id, de quo agitur secundum propositum exemplum assequamur.* ita Hilarius.

Cōparatiuū pręsupponit positiū. Quia cōparatiuū quid aliquid intnesiuè positiuo addit. ex Bonifacio Octauo in *extrauaganti Antiquorum habet fida relatio.* 1. §. *statuentes, vt qui voluerint. de pænitentiis, & remissionibus intercomunes.* illis verbis: *vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficacius consequetur, qui Basilicas ipsas amplius, & deuotiùs frequentabit.* consequetur quidem qui deuote, ac semel, sed efficacius, qui amplius, & deuotiùs frequentabit. Comparatiuum igitur positiuum supponit. vt notabilius adnotat *gloss.* ibidem verbo *consequetur. Abb. in cap. quęsitum* 5. *nu.* 3. *de rerum permutatione.* probat autem ex Vlpiano lib. 22. ad edictum in *l. vbi autem non apparet* 75. *ff. de verborum obligationibus* illis verbis in ratione, quam reddit: *Quia bono melius inueniri potest; quò fit, vt boni appellatio non sit certæ rei significatiua: cùm id, quod bono melius sit, ipsumque quoque bonum sit.* pręsupponit ergo comparatiuum positiuum suum; cum bono melius detur. sequiturque *Iason in l. stipulationum quædam* 2. *nu.* 2. *ff. de verborum obligationibus. Rota part.* 4. *diuersorum collecta per Farinacium decis.* 677. *nu.* 3. & in *posthumis tom.* 1. *decis.* 597. *num.* 3. *in fin.* quæ est etiam in compilatis per Rubeum *part.* 3. *in recentioribus decis.* 597. *num.* 3.

Compensatio in malis admittenda non est. vt nos, videlicet, faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat. nullo modo hoc admittendum esse Augustinus respondet ad locum *Genesis* 19. quando Loth Sodomitis duas filias suas protulit, vt eis vterentur, ne viris illis, qui ad eum ingressi fuerant, abuterentur. in *can. quod ait Sodomitis Loth.* 1. *dist.* 14. ibique *gloss.* verbo *periculosissimè.* & verbo *hac compensatio.* quasi liceat pro euitando maiori malo minus admittere. sed hoc Augustinus idem exaudit in crimine occulto in *can. forte in populo Dei* 11. 23. *q.* 4. non verò, vt quis minus admittat perpetrare malum, vt alter maius deuitet.

Compensatio de liquido ad illiquidum non datur. neque in deposito per depositarium: quia depositum bonæ fidei contractus est. ex Gregorio IX. in *cap. bona fides* 2. §. *sane depositori. extrà de deposito.* deducit *gloss.* ibidem verbo *contrà quod.* & verbo *in aliis.* ex Iustiniano Cæsare in *l. compensationes* 14. *sine finali C. de compensationibus.* ibique *Doctores.* Rota apud *Coccinum decis.* 358 *nu.* 2. *& decis.* 326. *nu.* 3. ex Iustiniano Cæsare in §. *in bonę fidei. Institutionibus de actionibus. Rota apud Card. Manticam decis.* 221. *nu.* 8. *& in recentioribus part.* 2. *decis.* 524. *nu.* 5. *& apud Duranum decis.* 32. *nu.* 1. 2. 3. *&* 4. *& decis.* 282. *nu.* 1 *part.* 2.

Concessio tacita, exauditur sine pręiudicio obtinentis. ex Alexandro Tertio Abbati Sancti Alberti in *cap. consultationibus* 4. *de donationibus. Rota apud Coccinum decis.* 209. *nu.* 1.

Concesso vno de duobus, quæ sunt Iuris eiusdem, & aliud cōcessum videtur. ex Hieronymo aduersus Luciferianos in *can. sicut Christus est.* 75. 1. *q.* 1. qui rationem sic reddit; dicens: *neque enim potest fieri, vt qui in baptismo sanctus est, sit ad altare peccator.* ibique notāter *gloss.* verbo *potest fieri.* quę sic infert: *argumentatur, quod vno de duobus, quæ sunt eiusdem Iuris concesso, alterum conceditur: ex quo enim aliquid alicui cōceditur, eius coherens cōceditur.* ex Augustino in *cap. Translato* 3. *de constitutionibus.* qui sic infert: *Quia enim simul, & ab eodem, & sub eadem sponsione vtraque data sunt; quod de vno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur.* ibique plene *gloss.* verbo *quod de vno.*

Concessum quod non inuenitur, prohibitum censetur. ex Innocentio Tertio Decano & Capitulo Andegauensi in *cap. inter corporalia* 2. §. *sed neque illud, quod in canone legitur. in fine de translatione Episcopi.* dicente illo, ac rationem reddente; *Cum non numquam intelligatur prohibitum, quod non inuenitur concessum.* plura deducit *gloss.* ibidem verbo *non inuenitur.* deducitur que ex Toletano Concilio 4. in *can. hoc tantum sibi* 1. 18. *q.* 2. ibique *gloss.* verbo *hoc tantum.* ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo in *can. conquestus est.* 8. 9. *q.* 3. vbi *gloss.* verbo *canones.* nil aliud refert nisi 18. *q.* 2. *hoc tantum.*

Concessum videtur quod minus, cui conceditur quod maius. ex Hieronymo ad Rusticum Narbonensem Episcopum. in *can. ecce ego dico.* 6. §. *nemo hunc Episcoporum dist.* 95. Hierony-

mum

mum excipe: *Si presbyter Christum consecrat, cum in altario Dei sacramenta benedicit, benedicere populo non debet, qui Christum etiam meruit consecrare?* ibique plenè gloss. verbo *non debet.* probaturque ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in can. *visis litteris* 1. §. *Diuinæ enim leges habent.* 16 q. 2. dicente illo: *Et si in dando, quod maius est, facilis fuit charitas: sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas.* ibique gloss. verbo *quod maius est*, quæ argumentatur. *Quod cui conceditur maius, & minus.* ex Canonibus Apostolorum in can. *præcipimus* 24 12. q. 1. dicentibus illis: *Si enim animæ hominũ pretiosiores, illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere.* de Episcopo loquentes. facit Bonifacius VIII. in regula *non licet.* 53. *de regulis Iuris in 6.* & Vlpianus lib. 27. ad Sabinum in *l. non debet* 23. *ff. de regulis iuris:* Quatenus & ipse regulam firmat, dicens: *Non debet cui, quod plus est licet, quod minus est non licere.* Quod sane argumentum inuertim quoque deducitur, ac negatiue vt cui non licet quod minus, neque quod maius est licere debeat. ex Calixto Papa in can. *nullus primas* 3. *in fine.* 9. q. 2. ex ratione, quam reddit: *Nam, qui ordinare non potest, qualiter iudicabit? nullatenus procul dubio iudicabit, aut iudicare poterit.* Rationem rationis reddit gloss. ibidem verbo *ordinare.* dicens: *Ex quo minus non licet, nec maius.* ex Sexta Synodo in can. *nulli Clerico liceat* 3. *dist.* 44. & Nicolao Papa in can. *minimus* 37. *in fine.* 24 q. 1. dicente illo: *Absurdum enim est, vt cui non licet etiã cũ minimis iuxta sacras regulas communicare, liceat penes vos, etiam de maioribus iudicare.* ibique gloss. verbo *etiam cum minimis*, subdens: *Cui non licet minus, nec maius.* Cõcinitque Vlpianus lib. X. de officio Proconsulis in *l. relegatorum* 7. §. *potest aliens ff. de interdictis, & relegatis.* Vlpianum excipe: *Est enim per quàm ridiculum eum, qui minoribus pœnæ causa prohibitus sit, ad maiores aspirare. Maioribus tamen prohibitus, minores petere non prohibetur.* Ita Vlpianus. diximus *respons.* nostra 58. *nu* 64. *part* 4.

Concilia celebrare non licet absque Romani Pontificis permissione. ex Iulio Papa Orientalibus Episcopis in can. *dudum à Sãctis Apostolis* 9. 3. q. 6. Rationem reddit: *Quia sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum, ita & hæc Ecclesia* (Romana videlicet) *suo nomine consecrata (Domino instituente) prima, & caput est cæterarum.*

Concilia quatuor Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Calcedonense sicut quatuor Euangelij libros suscipere, & venerari se profitetur S. Gregorius Papa in can *sicut sancti Euangelij* 2. *dist.* 15. Rationem reddit in fine: *Quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit; quisquis præsumit, aut soluere, quos religant, aut ligare, quos soluunt.*

Conciliorũ saluberrima est in Ecclesia Dei auctoritas. Augustinus protestatur ad Ianuarium scribens in can. *illa autem, quæ non scripta.* 11. *in principio dist.* 12. verum sequitur Isidorus ad Massanum Episcopum in can. *Domino sancto* 28. *in finalibus verbis dist.* 50. sequẽtibus dicens: *Quotiescumque in gestis Conciliorum discors sententia inuenitur, illius Concilii magis tenetur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat auctoritas.* & attendenda gloss. ibidem verbo *Discors.*

Conciliabolum dicitur, siue conuenticulum, nec concilium, quod sine Apostolicæ sedis celebratur auctoritate. Vnde quidquid in eo actum fuerit, irritum habetur, ac vacuum. ex Pelagio Papa II. ad Episcopos, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani in can. *multis denique Apostolicis* 5. *dist.* 17.

Conciliabula sunt hæreticorum conuenticula. ex Concilio Carthaginense 4. in can. *Clericus hæreticorum* 35. 24. q. 3. protestante Concilio, ac dicente: *Eorum conuenticula non Ecclesiæ, sed conciliabula appellanda sunt.*

Concedere, verbum generale est. quam ob causam secundum naturam accipitur contractus, cui adijcitur. ex Gregorio X. in Cõcilio Generali Lugdunen in *cap. vsurarum voraginem* 1. §. *hac generali constitutione in fine de vsuris in* 6. illis verbis: *Nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, vel sub alio titulo quocunque concedat.* ibique *Gloss* verbo *titulo. in fine.* ex Innocentio quoque Tertio nobili viro Matafeloni in *cap. ad audientiam Apostolatus nostri.* 13. *de præscriptionibus* illis verbis: *Concessisse singulis annis quadraginta solidos denariorum Papiensium.* notatque pluribus *Afflictus decis.* 205. *num.* 2. & 3.

Conciliorum in gestis quotiescumque discors sententia inuenitur, illius Concilij magis teneatur sententia, cuius aut antiquior, aut potior extat authoritas. Isidorus ad Massanum Episcopum in can. *Domino sancto, meritisque beato fratri* 28. *in finalibus verbis distinct.* 50. *sed vide Glosam ibidem.*

Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis festũ, & officium publice celebrari, & cum octa, indulsit Sixtus Quartus Pontifex maximus in constitutione sua *Cum præcelsa meritorum insignia in extrauaganti* 1. *de reliquijs. & veneratione sanctorum* inter comunes. eosque, qui celebrauerint, & interfuerint easdem lucrari indulgentias voluit, quas Vrbanus Quartus in Concilio Viennen celebrantibus festum Corporis Christi indulsit, alijque cõfirmauere Romani Pontifices. Voluitque Constitutione sua Graue nimis in *extrauaganti* 2. eodem titulo *de reliquijs & veneratione sanctorum* inter comunes, vt sub excomunicationis poena nullus asserere valeat, illam in originali conceptam. neque alios contrariam damnare: & hanc extrauagantem Innouauit sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 5 *in decreto de peccato Originali* §. *fin.* declarans: non esse suæ intentionis in illo decreto de peccato originali comprehendere Beatam, & Immaculatam Virginem Mariam, Dei Genetricem. & Innouauit Gregorius XV. per Decretum sanctæ Generalis & vniuersalis Congregationis Inquisitionis, feria 3. die 24. Maii 1622, quod nullus in publicis Concionibus, Lectionibus, Conclusionibus,

N 2 & aliis

& aliis quibuscumque actibus publicis valeat asserere eandem Beatissimam virginem fuisse conceptam in peccato originali. subiiciens contrafacientes eisdem censuris,& pœnis suorum prædecessorum, ipso facto incurrendis. non reprobat tamen contrariam sententiā. Vrbanus vero VIII. anno 1623. erexit militiam sub titulo Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Immaculatæ. videndus *Quaranta in summa Bullarum verbo Cōceptio Beatæ Mariæ.*

Concordia gaudet Altissimus,& gloriatur in membris suis. ex Anacleto Papa Episcopis Galliæ in *can. Archiepiscopus.5 in fine 9.quæst.3.* plura deduximus *respons.* nostra 95.*num.1.& sequentibus part.5.*

Concupiscentia culpam non habet in corpore non consentientis. illa enim in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem,& quasi lege sua mouetur.ex Augustino in *can. si concupiscentia* 8.15.q.1.

Concupiscentia malorum omnium origo nuncupatur. ex Paulo ad Romanos 7.7. *Sed peccatum non cognoui,nisi per legem , nam concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret:Non concupisces.* Omnia itaque mala ex concupiscentia oriuntur. ex Augustino in *cap. nam concupiscentiam 4. de constitutionibus.* ibique *gloss.* verbo *oriuntur.* quæ commentum agit:*id est oriri possunt.* dicente Gregorio in *can. bonorum auctori 7. dist.47.* atque docente : *Bonorum auctori inhærere non valemus , nisi cupiditatem ( quæ omnium malorum radix est) abscindamus.* Quam ob causam illud eiusdem Apostoli *ad Romanos* 6.12. consequentiam inferentis: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore; vt obediatis concupiscentiis eius.* nomen peccatum.id est *concupiscentiæ* exprimit Augustinus, quā vt fomes peccati est. vti etiam sanctus *Thomas* ibidem *lectione* 3. exprimit, dum dicit: non iubere Apostolum, ne peccatum, hoc est fomes peccati,sit in nobis, sed ne regnet in nobis,qui debemus,& possumus cum gratia Christi ei resistere.sequitur *Nauar.in manuali præludio 8.nu.7.* Vnde Radicem omnium malorum cupiditatem Paulus 1.*ad Timoth.6.* 10. appellauit,dicens,rationemque reddens: *Radix enim (inquiens)omnium malorum est cupiditas.* vt contrà, bonorum radix est Charitas. secundum Augustinum in *can.quia radix omnium malorum 13. de pœnitentia dist.2. Ioannes Azor. Institutionum moralium part.1. lib.4. cap.28. in 4. errore in fin. & cap.39.q.1. vers. ex his omnibus intelligitur.* Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 5. in decreto de peccato originali 5. *si quis per Iesu Christi an fine.* rationem reddit quare Apostolus concupiscentiam peccatum appellarit : non *quod verè ac propriè in renatis peccatum sit,sed quia ex peccato est,& ad peccatum inclinat.*

Concubitus furtiuos reprehendit in Clericis Concilium Toletanum Secundum in *can. de his , quos voluntas parentum 5. §. Cauendum tamen est his.distinct.28.* ita vt sacrilegi,ab Ecclesia habeantur extranei. idem ibidem disponit.

Concubinam habere non licet. nec etiam si causa filiorum adhibeatur. ex Augustino in *can.concubinæ 5.32.q.4.* Tamen antiquitus ante sacrum Tridentinum Concilium *sess.24.de reformat. matrimonii cap.1.* videbatur permitti concubinatus ab eo, qui vxorem non habebat, sed pro vxore concubinam. ex Concilio Toletano 1. in *can. is, qui non habet vxorem 4. dist.34.* sed Intelligitur *tex.* de eo, qui cum muliere, quam domi habebat, non dum intercesserant dotalia instrumenta,habebat tā eam , vt vxorem,ex mutuo eorum consensu; atque tria perquirabantur: 1.vt vterque eorum esset solutus. Deinde fides mutua,quod alteri non iungerentur,neque à procreatione filiorum abhorrerent. Tertium , vt vsque ad mortem in ea vitæ coniunctione manendum esset. quod probatur ex Augustin in libro de cōiugali bono c.5.in *can.solet quari.6.32.q.2.* Abusiue namque concubina à concubendo vocabatur,cum tamen destinatione vxor esset, licet dotalia instrumenta non intercessissent.ex annotatione ad dictū *can. is. qui non habet vxorem 4.* & *gloss.* ibidem verbo *coniunctione.* Cum alioqui clandestina concubina sint prohibita.ex Euaristo Papa in *can. aliter legitimum nō fit coniugium.1.30.q.5.* Et propterea Sacrosancta Tridentina Synodus hanc materiam reformauit, tradens modum,quo matrimonia in posterum contrahantur. *d. sess. 24.capit.1.de reformat.matrimonii.* vt in facie Ecclesiæ coram Parocho,& duobus testibus matrimonium contrahatur.

Conditioni status cuiusque, quæ conueniunt, facere quilibet tenetur. ex Hieronymo in *can.si apud Carnales dominos 24.13.q.5.* ibique *gloss.* verbo *conditioni.* inferens: *Nota,quod quilibet debet facere,quæ sua conditioni conueniunt.* rationem idem affert Hieronymus in *can. legimus in Esain 24.§.sed dicis in fine distinct.93.* Vt vnusquisque recordetur conditionis suæ. nec diuersimode.ex Leone Episcopo vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi Episcopo in *can. si quis Episcopus 31. in fine 7.q.1.* qui sic consequentiam infert. *Suis igitur terminis contentus sit quisque , nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.* Hanc ob causam eadem *gloss.* in *d.can. si apud Carnales dominos 24.* verbo *conditioni.* sic in fine intulit : *Et est hic argumentum contra Clericos, quibus displicet conditio sua , qui comam volunt nutrire. extrà de vita & honestate Clericorum Clericus.* ita Gloss. qui canon est ex Concilio Carthaginensi in *cap. Clericus 5. de vita.& honestate Clericorum* decernens: *Clericus neque comam nutriat, neque barbam:* Hodieverò,vt mulieres,comam nutriūt Clerici.

Condemnari nemo potest, qui conuictus, aut sponte confessus non fuerit. Ex Augustino in *can.nos in quemquam 1. 2.q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *conuinctum.*& verbo *confessum.* nec dissentitur Constantinus Cæsar in *l.qui sententiam 16.C.de pœnis.Marta voto 138.in principio.*

Concutere est aliquid petere vltra debitum rationé alicuius officii. ex Augustino in *can.paratus esse debes homo 2.§.Nam si Christiana*

*na disciplina* 23.q.1.ex Consilio Sacti Ioannis Baptistæ *Luc.* 3. 14. dicente illo militibus petentibus: *Quid faciemus & nos? & ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniã faciatis: & contenti estote stipendijs vestris*. ne concussionem facerent prohibuit, non autem ne militarent. ex Augustino eodem canone in fine dicente: *Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit, militare vtique non prohibuit*. Nam concutere dicitur, qui per oppressionem, & minas extorquet pecuniam, ex *gloss.* ibidem verbo *concusseritis*. ex Vlpiano lib. 1. ad edictum in *l.1.* & ex Martiano lib. 1. Digestorum in *l.2. ff de concussionibus*. nec diffugit Augustinus eadem Ioannis verba perpendens, in *can. quid culpatur in bello?* 4. & *can. Militare non est delictum* 5. §. *Interrogauerunt Ioannem Milites*. 23. *q. prima*.

Concussionis vero pœna quadruplum est. vt *gloss.* in *can indicatum est nobis* 5. verbo *cum pœna dist.* 89. deducit. ex Septima Synodo in *can. quoniam quidem regula est* 7. in *finalibus verbis dist.* 18. dicente Sancta Synodo: *Quod si hoc egisse inuentus fuerit, soluat quadruplum*. ibique *gloss.* verbo quadruplum. Namque concussionis crimen est, cũ quis minatur alicui, nisi ita, vel ita faciat. ex Marciano *d.l.2. ff de concussionibus*. quã legem sacros retulit inter canones Gratianus in *can. concussionis iudicium* 118. 1. *q.* 1. ibique *gloss.* verbo *concussionis*.

Cõfiteri quis tripliciter dicitur: Ore: Rei euidentia: Contumacia. ex Bonifacio Papa Episcopis Galliæ in *cap. nullus dubitat* 4 *de præsumptionibus* dicit enim ille. *Confitetur enim de omnibus quisquis se subterfugere iudicium dilationibus putat*. ibique *Gloss.* verbo *confitetur*. & repetitor in *can. decernimus* 10. 3. *q.* 9. sequiturque *Afflictus decis.* 191. *num.* 10.

Confiteri qui vult peccata, vt inueniat gratiã, quærat Sacerdotem scientem ligare, & soluere; ne cũm negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer mouet, & perit ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit. Augustini sunt verba in *can. quem pænitet, omnino pæniteat*. 88. §. *Lazarum enim de monumento iam suscitatum de pænitentia dist.* 1. relatus etiam, ac repetitus in *can. qui vult confiteri peccata* 1. *in principio de pænitentia dist.* 6.

Confiteri quis non debet diuisa confessione, vt diuersa diuersis velit sacerdotibus manifestare. quidam enim vni cœlant, quæ alii manifestanda reseruant: quod est se laudare, & ad hypocrisim tendere, & semper venia carere; ad quam per frustra putat totam peruenire. Augustinus in *can. consideret qualitatẽ criminis* 1. *circa finem* 5. *cautus sit ne verecundia ductus de pænitent. dist.* 5. ibidemque *Gloss.* verbo *confessionem*.

Confessionis tanta vis est, vt si deest sacerdos confiteatur proximo. (dummodo id fiat ex motiuo supranaturalis contritionis) Sæpe enim contingit, quod pœnitens non potest confiteri coram sacerdote; quem desiderat, nec locus, nec tempus offert: Et si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habet; tamen disponitur ad veniam ex desiderio (supranaturali) sacerdotis: qui socio confitetur turpitudinem criminis. Mundati enim sunt leprosi, dũm irent ostendere ora Sacerdoribus, antè quàm ad eos peruenirent. Vnde pater Deum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibetur ad Sacerdotem peruenire. Ita philosophatur Augustinus in *can. qui vult confiteri* 1. *in principio de pænitentia dist.* 6. eisdemque verbis in *can. quem pænitet omninò pæniteat*. 88. §. *Lazarum enim de monumento iam suscitatum. de pænitentia dist.* 1. non tamen facienda est non sacerdoti. prodest tamen si fiat, propter humilitatem. *Fr. Hieronymus Glamas in summa Ecclesiastica part.* 1. *c.* 4. §. 2. *S. Th. in supplemento* 3. *p. q.* 8. *ar.* 1. & 2.

Confessio peccatorum non per nuncium, neque per scriptum manifestanda; sed corporali præsentia per se ipsum. Præcepit enim Dominus mundandis, vt ostenderent ora Sacerdotibus: Mundati sunt enim Leprosi dũ irent ostendere ora sacerdotibus, ante quam ad eos peruenirent. Oportuit autem eos accedere, quia per se ipsum personaliter confessio facienda erit. ex Augustino in *can. quem pœnitet, omnino pæniteat*. 88. §. *Lazarum enim de monumento de pænitentia dist.* 1. & *can. qui vult confiteri* 1. *de pænitentia dist.* 6. *Nauar. d. can. quem pænitet num.* 4. & in *manuali cap.* 21. *nu.* 36. Et contrariam sententiam, posse videlicet per nuncium, siue per litteras confessario absenti quem confiteri, idque licere, vti falsam, temerariam, & scandalosam, declarauit; & afferentes excommunicationis sententiæ subiecit, Clemens Papa Octauus anno 1602. 19. Iunii. Decretum refert *Quaranta in summa Bullarum* verbo *Confessio Sacramentalis*. *Barbosa in collectanea ad cap. à nobis* 2. *nu.* 4. *qui matrimonium accusare possunt*. & in collectanea ad sacrum Tridentinum Concilium *sessione* 14. *cap.* 2. dum idem Concilium differentiam statuit inter Baptismi, & Pœnitentiæ sacramentum *num.* 2. multos referens.

Confessio sacramentalis Diuino instituta fuit iure à Christo Domino, cùm *Ioan. xx.* 22. Apostolis dixit: Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Cum enim sacerdotes (necessariò tunc fiant iudices causarum Dei, seu offensarum in Deum, vt sine illorum sententia, & absolutione, saltim in voto receptа, nemini Christianorum, qui intra Ecclesiam sunt, remittantur mortalia; ex consequenti sequitur Christum Dominum confessionem præcepisse, sine qua iudicium, & sententia perfici non potest. ex Augustino ad Bonifacium in *can. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *dist.* 50. & ex eodem in sermone de remissione peccatorum in *can. vt euidenter hoc ostenderet Dominus* 82. 1. *q.* 1. & ex Innocentio Tertio in Concilio Generali Lateranen in *cap. omnis vtriusque sexus*. 12. *de pænitentijs, & remissionibus extra*. decreuitque sacrosancta Tridentina Synodus de Iustificatione *sessione* 6. *c.* 14. & *sessione* 14. *de sacramento pænitentiæ c.* 5. Damnans in fine eorum sententiam, qui asseruere humanum inuentum fuisse, atque à Patribus in

Con-

Concilio Lateranensi congregatis initium habuisset, cum Iure diuino institutum fuerit. Quam ob causam refellitur *gloss.* in *summa de pœnitentia dist.* 5. verbo *in pœnitentia*: Confessionem peccatorum institutam fuisse à quadam vniuersalis Ecclesiæ traditione potiùs, quã ex noui, vel veteris testamenti auctoritate. Cùm à Christo Domino Instituta fuerit. Et si in Concilio præfacto Lateranẽsi sub Innocentio Tertio præceptum emanauerit Confessionis saltem semel in anno ab omnibus & singulis Christi fidelibus, cum ad annos discretionis peruenerint, implendum. vt eadẽ sacrosancta Tridentina Synodus *d. cap.* 5. *sess.* 14. §. *fin. neque enim.* declarat. sequiturque per quàm optimè *Henriquez in summa lib.* 4. *cap.* 3. §. 1. & *Panormitanus d. cap. omnis vtriusque sexus* 12. *num.* 18.

Confessus falso crimen sibi obiectum mortis metu, vel tormentorum, mortaliter peccat, & de homicidio tenetur, sicuti qui falsum crimen impingit alteri. Dominus enim Deus (*Exodi* 20.) præcepit: Falsum testimonium nõ dices aduersus proximum tuum. Ita, quoque qui aduersus se ipsum testimonium dixerit. vnde sui met homicida erit. Quoniam regulam diligendi proximum à semet ipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est: *Matth.* 22. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Augustinus loquitur lib. 1. de Ciuitate Dei cap. 17. & 18. in *can. si non licet priuata potestate* 9. §. *neque enim frustra* 23. *q.* 5. notat *Abbas.* in *cap. ex parte parentum M.* 11 *num.* 2. de *sepulturis Couar. lib.* 1. *variarum resolutionum cap.* 2. *n.* 8. Secus tamen putat, si mors non sequeretur. nec in alterius dãnũ vergeret. tũc nempe propter alterius damnum contra Iustitiam peccaret, atque ad restitutionem famæ teneretur. plura deducit Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis cap.* 66. non peccare mortaliter dicens. nisi ratione Iuramenti. præsertim verò si crimen occultum contra se propalaret, nisi magnum inde nocumentum alteri eueniret. Cùm alias dominus quisque propriæ sit famæ. neque teneatur tormenta, grauia præsertim, substinere. & sequitur Antonius *Fernãdez in medulla casuum part.* 1. *cap.* 14. § 4. *in* 7. *præcepto. num.* 10. *Lessius de Iustitia & Iure lib.* 2. *cap.* 11. *dub.* 7. *Nauar manuali cap.* 18. *num.* 29.

Confitenti peccatori credendum per confessarium in his, quę pro se, vel contrà se dixerit in Iudicio sacramentalis confessionis. Quia nemo diuini timoris immemor esse præsumitur, vt saluti propriæ vllum commodum præferre velit. ex Theodosio, & Valentiniano Augustis in *l. sancimus* 6. *C. ad legem Iuliã repetundarum.* relatis per Gratianum in *can. sancimus huiusmodi viros* 26. *in fine* 1. *quæst.* 7. ibique *gloss.* verbo *arbitremur.* nec diuersimodè sentire visus est Innocentius Tertius Abbati scribens sanctæ Trinitatis Meldemberg. in *cap. significasti nobis quod cum quidam.* 18. §. *& quidem si hoc ita se habet. de homicidio voluntario, vel casuali.* illis verbis: *Cùm de cætero credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denunciatur ab aliquo, sed per se ipsum consilium appetit salutare.* ibique *gloss.* verbo *credendum sit.* quæ hic infert: *Quod in Iudicio animæ cuilibet est credendum: Quia non est verisimile, quod sit immemor salutis æternæ* 5. *quæst.* 3. *sancimus.* ita Gloss. *Sanctus Thomas opusculo* 12. *art.* 6. *Ioannes Sanchez in selectis. disputat.* 8. *num.* 1. Hanc ob causam cum teneatur Confessarius pœnitenti confitenti credere, tenetur eum absoluere, si in praxi bona fide sequatur sententiam, quæ à quibusdam doctoribus tãquam probabilis, & tuta defenditur, quamuis Confessarius eandem speculatiue improbabilem censeat. Quia illam priorem sequens bona fide pœnitens, non peccat, atque proinde est bene dispositus. *Layman summa morali tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 2. *nu.* 10. *in* 2. *corollario. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 35. *nu.* 18. *&* 19. *Sanchez de matrimonio lib.* 2. *disputat.* 41. *nu.* 30. *& lib.* 3. *disput.* 20. *nu.* 4. *& lib.* 8. *disputat.* 6. *num.* 18. *in fine. Nauar. manuali cap.* 26. *num.* 4. *&* 11. *Card. Toletus Instructionis Sacerdotalis lib.* 3. *cap.* 20. *nu.* 8. *Ionnes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 17. *q.* 10. *Sanchez in opere morali lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 27. 28. *&* 29. *Nauarrus in can. si quis autem de pœnitentia dist* 7. *nu.* 54. *& num.* 66.

Confessio pro exoneratione conscientiæ, mortis præsertim in articulo emanata, multum operatur. potissimum verò ad ostendendam malam fidem confitentis. ex Innocentio Tertio in *cap. quoniam per confessionem* 21. *de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum. extra.* & ex dicto *cap. significasti nobis* 18 eiusdem innocentii §. *& quidem si hoc ita se habet. de homicidio voluntario, vel casuali.* Rota in *Vrbeuetana fideicommissi* 15. *Decembris* 1608. *coram Coccino decis.* 430. *nu.* 1. *in impressis apud ipsum.* & in impressis per *Farinacium parte* 1. *in recentioribus decis.* 169. *num.* 6. sequitur *Antonius Monachus decis. Lucensi* 31. *n.* 58. & plura deduximus nos *respons.* nostra 24. *à nu.* 62. *ad nu.* 69. *part.* 1.

Confessio Prælati Ecclesiæ non præiudicat, neque nocumentum affert. ex Gregorio X. in Concilio Lugdunen in *cap. præsentium auctoritate mãdamus* 2. nõ multo post principium: *de testibus, & attestationibus in* 6. illis verbis: *Ab eisdem Abbate, & Priore nomine suo, & in animas Conuentuum eorundem, vel maioris, & sanioris partis ipsorum &c.* ibique *gloss.* verbo *Conuentuum.* quæ sic in fine infert: *Et nota ex hac littera, quod confessio solius prælati non nocet Ecclesię: quia nec etiam confessio minoris partis; cùm hic dicat vel maioris.* vbi *Glossella* Marginalis sic declarat: *Scilicet non habentis mandatum a Capitulo. tunc enim præiudicaret. vt notatur.* 22. *dist. de constantinopolitana. nisi probaretur error.* qui tanè textus *de constantinopolitana* 4. est Gregorii Ioanni Episcopo Syracusano *dist.* 22. ibique *glo.* verbo *nescio.* quæ deferti cõfessionem Prælati, Ecclesiæ non nocere, nisi de consensu Capituli emanasset. ex Innocentio Tertio Canonicis Nouarientibus in *cap. causam quę* 14. *de sententia, & re Iudicata.* sequitur *Fredericus de Senis cons.* 143. *nu.* 2. Rota apud *Coccinum decis.* 266. *nu.* 3. & apud Sancta

ctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 375. *nu.* 8. *&* 7. ibique *Beltraminus nu.* 15. *& decis.* 506. *nu.* 3. *& sequentibus.*

Confessio facta metu, vel vi, vel etiam errore, nemini præiudicium infert. ex Nicolao Papa Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Ticolensi Episcopis in *can. Lotharius Rex* 4. §. *Praterea vos scrire volo.* 31. *q.* 2. ibique *Glossa.* verbo *violentiam.* ex Augustino Seuero Mileuitano Episcopo in *can. inter cetera* 22. §. *porrò iuramentum* 22. *q.* 4. ibique *gloss.* verbo *vinculum.* ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis in *can. si quando à sacerdotibus.* 1. §. *confessio verò in talibus.* 15. *q.* 6. dicente illo: *omnis enim confessio, quæ fit ex necessitate, fides non est.*

Confessionem contra propriam potest quis venire, præsertim verò post sententiã. ex Gregorio IX. in *capit. Mulieri* 34. *de Iure iurando.* ibique *Innocentius* 4. Rota apud Card. *Canalerium in Barchinonen pensionis* 16. *Ianuarii* 1612. *decis.* 180. *num.* 4. & est etiam in impressis per *Marchesanum part.* 1. *decis.* 26. *sub num.* 4. *in fine fol.* 613.

Confessio Episcopi, quod Beneficium sit de Iurepatronatus, non præiudicat Ecclesiæ, neque successori, quia factum prælati in acquisitis, non præiudicat Ecclesiæ. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina Monasteriorum* 1. *de rebus ecclesiæ non alienandis. Verallus* Episcopus Caputaquen *decis.* 128. *num.* 3. *part.* 2. Rota apud *Card. Seraphinum decis.* 292. *nu.* 2.

Confessio per errorem facta reuocari potest, detecto errore. ex Gregorio IX. B. Iudici Viterbien in *cap. ex parte Abbatis, & Conuentus* 3. *siue finali de confessis.* ibique plenè *gloss.* verbo *confessus.* ex Vlpiano lib. 58. ad edictum in *l. non fatetur.* 2. *ff. de confessis.* dicente illo: *Non fatetur, qui errat, nisi ius ignorauerit.* Exaudirur tamen de errore facti alieni, non proprii, nisi tamen concurrentibus certis circumstantiis traditis dictis locis. & in regula Bonifacii VIII. *præsumitur ignorantia, vbi scientia non probatur.* 47. *de regulis Iuris in* 6 *Nauar. conf.* 2. *num.* 19. *lib.* 4. *de frigidis, & maleficiatis.* siue per principalem, siue per eius successorem, confessio fiat per errorem. ex eodem Vlpiano lib. 2. de omnibus tribunalibus in *l. si per errorem* 15. *ff. de Iurisdictione omnium Iudicum.* Rota in *Pistorien Parochialis* 14. *Iunii* 1638. *coram Merlino decis.* 119. *num.* 8. *in nouis additis ad praxim Vuitani de Iure patronatus.* Quia erronea confessio præiudicium afferre non debet. Rota apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 125. *nu.* 2. & apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 409. *nu.* 26. *part.* 2.

Confessio spontanea veniam meretur. ex Gregorio Sabiniano Episcopo in *can. Presbyterum de quo.* 3. *in fine dist.* 50. verba sunt Gregorii: *Circa quem tamen mitius agendum est; quia commissum fatemus facili dicitur professione confessus.* ibique *glos.* verbo *mitius.* quæ sic argumentatur: quod Mitius agitur cum confesso, quàm cum conuicto. ex Rabano Archiepiscopo in *can. de his verò visum est* 34. in secunda parte *vers. qui autem de prædictis. eadem dist.* 50. nec dissimiliter Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Andegauensi scripsit in *cap. inter corporalia* 2. §. *& quamuis iidem Archiepiscopi. de translatione Episcopi.* verba damus Innocentij: *Nos tamen lecta eorum confessione spontanea, & supplicatione deuota, veniam errori dedimus, quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccauerunt.* quod præsertim in Sacto Officio seruatur; ita vt spontanea confessio ab omni pœna excuset. ex *Simancha de catholicis institutionibus cap.* 47. *num.* 4. Pater *Thesaurus in praxi Ecclesiastica part.* 1. *cap.* 13. *in* 3. *respons.*

Confessio, quæ necessario non concludit, ad causæ victoriam non facit, sicuti probatio necessario non concludens. Quia confessio probationis est species. ex Innocentio Tertio in *cap. cum ad sedem Apostolicam.* 15. §. *nos prioris acta Iudicij. de restitutione spoliatorum.* Et sicuti probatio, itaquoque confessio certa esse debebit, non dubia. ex eodem Innocentio Tertio Abbati, & Conuentui Cassen. in *cap. in præsentia G.* 8. § *quare cum constet. de probationibus.* neque deuiat Vlpianus lib. 5. de omnibus tribunalibus. in *l. certum* 6. *in principio ff. de confessis.* dicens: *Certum confessus pro iudicato erit: incertum non erit.* Rota *diuersorum part.* 2. *decis.* 685. *num.* 3. *& part.* 4 *diuersorum decis.* 701. *num.* 4. & apud Card. *Manticam decis.* 75. *num.* 6. *& decis.* 205. *num.* 2. Fauore tamen Animæ contra confitentem dubia confessio interpretationem recipit, & admittit. ex Innocẽtio III. Ferrariensi Episcopo in *c. veniens ad Apostolicam sedem.* 3. *siue finali.* §. *Quia verò in Concilio. de presbytero non baptizato.* qui sequentibus respondit: *Nos circa latorem præsentium in hoc dubitabili casu, quod tutius est sequentes, mandamus, &c.* Similique modo Eugenius Papa in *cap. Iuuenis, qui puellam.* 3. *de sponsalibus:* & ipse dicens: *Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius æstimamus, tenere debemus.* ibique *Gloss.* verbo *dubia.* sequitur *Anchàranus cons.* 179. *num.* 6.

Confessio si incontinenti reuocetur, quòd de errore doceatur non vtique eget. ex Cœlestino Tertio in *cap. præterea si testes.* 7. §. *huiusmodi verò testes. in fine. de testibus cogendis*, vel *non.* ibique *gloss.* verbo *in continenti.* & *Barbosa in collectanea num.* 2. *in fine.* sequiturque *gloss. in can. apud misericordem namq; Iudicem* 2. qui est Gregorii 32. *q.* 1. verbo *reuertitur.* post medium *vers. Item est hic argumentum.*

Confessio vnius alteri non nocet. ex Concilio Salegustadien si in *can. interrogatũ est* 24. 2. *q.* 3. ibique *Gloss.* verbo *profitetur.* ex Iulio Papa in decretis in *can. nemini* 5. 15. *q.* 3. ibique *Gloss.* verbo *credi.* quod tamen exauditur, vt alteri non noceat, quò ad condemnationem; secus quoad præsumptionem. vt *gloss.* d. verbo *profitetur* distinguit. ex Alexandro Tertio in *cap. significasti nobis.* 5. *extrà de adulterijs, & stupro.* si videlicet laboret in famia, nam ei purgatio indicitur. sequiturque *gloss.* d. verbo *credi.* in *d. can. nemini.*

Confessus in Ciuilibus non appellat. ex Theodosio Cæsare relatus in *can. quicunque* 25. ibique *gloss.* verbo *quicunque* 2. *q.* 6. sequiturque In-

Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. cum speciali sit 61. §. porro commonito extra de appellationibus*. & ibidem *Gloss.* verbo *confessione*. continit Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen in *c. Romana Ecclesia 3. §. si autem post sententiam* ibiq; *Gloss.* verbo *in iure de appellationibus in 6.* nisi fortassis ex errore confessus fuisset. tunc enim ad probandum admittitur errorem. vt *Gloss.* marginalis aduertit eodem *can. quicunque 25. ad casus figurationem 2. q. 6.* notat *Franciscus Merlinus decis. lucensi 18.* amplians, etiam in confessione facta per contumaciam, nam contumax appellans non auditur.

Confessarij est, de pondere discernere delictorum, & quantam pœnitentiam confitenti imponere debeat. ex Innocentio Papa ad Decentium in *can. de pœnitentibus vero. 27. de consecrat. dist. 3.* vers. 3d damus Innocentij: *Cæterum de pondere æstimando delictorum, sacerdotis est iudicare, vt attendat ad confessionem pœnitentis, & ad fletus atque lacrymas corrigentis, ac tunc iubere dimitti, cum viderit congruam satisfactionem.* sic Innocentius. & dixit Nicolaus Papa in *can. de his, qui pro criminibus 3. 26. q. 7.* sic in fine inferens: *Tibi hoc committimus decernendum, nimirum, qui loca, & tempora religionis illius, & modum culpæ, nec non, & pœnitentiam, & gemitus hominum ad confessioné venientium præsens positus inspicere vales* ita Nicolaus. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *præsens*. à simili argumentans *sic Iudex potest melius scire quanta fides adhibenda sit testibus. vt de testibus l. 3.* ex qualitate igitur pœnitentis, & circunstantias, & quantitate doloris pœnitentia imponenda erit.

Confessarius, quæ in sacramentali confessione à pœnitente sciuit, omnino reticere debet, atque sub sigillo retinere, quod si non fecerit, & quæ sciuit manifestauerit, deponetur, & omnibus diebus vitæ suæ ignominiosus, peregrinando pergat. ex Gregorio in *can. sacerdos ante omnia caueat 2. de pœnitentia dist. 6.* atque ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudatur. ex Innocentio Tertio in *cap. omnis vtriusque sexus 12. §. caueat autem omnino. de pœnitentiis, & remissionibus*, ibique *Gloss.* finalis. meminitque Augustinus in *can. sacerdos vt sapiens. 7. 3. q. 7.* illis verbis. *& non publicare*, ibique *Gloss.* verbo *& non publicare*. Quod. n. tunc ille nouit, resciuitque, non vt homo nouit, sed vt Deus, cuius vice tunc fungitur. ex Eugenio Papa in *c. si sacerdos sciat 2. de officio Iudicis ordinarij* extrà. Haud igitur cogi ad id poterit reuelandum, quod in confessione nouit sacramẽtali. ex Honorio Quarto P. tituli S. Pudentianæ Presbytero Cardinali Vicario suo in *c. Dilectus filius Ioãnes presbyter. 13. de excessibus prælatorum, & subditorum.* ibique *Gloss.* verbo *reuelare*. quamuis sub excomunicationis pœna, vt id faceret, sibi imponeretur, *Gloss d. can. sacerdos. 2. de pœnitent. dist. 6.* verbo *recitet*. ex Concilio Africano in *can. placuit 3. sine finali 6. q. 2.* ibique *Gloss* verbo *sibi soli*. videndus *Berous q. 12 in quæstionibus Doctorum*, *Triuisanus lib. 1. decis. 3. Bernardinus Diaz in praxi cap. 112. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 8 cap. 19 q. 8.*

Confessarius superior, & præfectus est pœnitentis, etiam si confitens fuerit Papa: Quia confessarius loco Dei residet. *gloss.* putata singularis in *cap sané quia vos. 11. de officio Iudicis delegati.* ad verba Alexãdri Tertij Carnoten Episcopo. de delegato inquens *Vnde in causa illa superior est, & maior illis, quorum causam suscepit terminandam.* verbo *terminandam*. inferens. *Item argumento, quod Papa potest ligari ab illo, cui peccata sua confitetur.* Quia nimirum se subijcit illi, consequenterque ab eo iudicari poterit. ex Sixto Papa Tertio ad Orientales Episcopos in *can. mandastis, vt scriberem vobis 12. 2. q. 5. Gloss. 1.* in *can. nemo iudicabit 13. 9. q. 3.* & *Gloss.* in *can. si Papa 6. distinct. 40.* ibique *Gloss.* verbo *à nemine*. ex Leone Quinto Ludouico Augusto in *can. nos si incompetenter 41. 2. q. 7.* ibique *Gloss.* verbo *aliena*. *Nauarrus in can. 1. §. ponat de pœnitentia dist. 5. num. 3.*

Confessarius publicum gerit officium in actu confessionis, ita, vt in cautione, promissioneue per eum recepta, extra tamẽ confessioné, omnes agere valeant, quorum interest. sicuti si promissa per loci ordinarium, siue quoque notarium publicum fuisset recepta. præsertim vero si confessarius proprius sit Parochus. ex Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. quamquam vsurarij 2. de vsuris in 6.* illis verbis: *vel eis absentibus loci ordinario, aut eius Vices gerenti, siue Rectori Parochiæ in qua testator habitat.* ibique *Gloss.* verbo *parochiæ*. rationem reddens: *Est enim illa publica persona.* ex Isidoro in *can. Ius publicum 11. dist. 1.* dicente illo: *Ius publicum est in sacris, in Sacerdotibus, & Magistratibus.* Quia hæ personæ principaliter ad statum Reipublicæ spectant. vt *gloss. 1.* ibidem infert. Nec diuersimode sensisse videtur Gregorius Nonus in *cap. Parochiano tuo 14. sine finali de sepulturis extra.* dum in fine infert, de confessione sacerdoti confessario in extremis facta: *Sed eius heredes & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura sunt Ecclesiastica compellendi.* notatque ibidem satis ad rem *Abbas num. 5.* qui potissimum dictum textum perpendit Concilij Lugdunen in *d. cap. quamquam 2.* Nam statur Confessario de his, quæ in confessione habuit sacramentali, dicentis pro exoneratione Animæ pœnitẽtis de ordine, seu licẽtia pœnitẽtis, *Berous. quæst. 12. per totum. Rota apud Card. Seraphinum decis. 1128. num. 1. & decis. 1166. & 1177. num. 3.*

Vnde Confessarij dicto statur ad releuandũ Testimm, & ad defensionem inquisiti. Quia statur dicto Confessarij de pœnitentia, & emendatione pœnitentis. ex *Gloss.* in *cap. nuper nobis 51. de testibus.* verbo *nisi iuratus in fine.* ex Gregorio Tertio in *can. paruulus 110.* & Leone Papa Rauennati Episcopo in *can. cum itaque 112. de consecratione dist. 4.* sequiturque *Maranta* noster. Proœmius *cons. 144 sub num. 2. vers. Quinto tatat depositio &c.* vide *Mar-*

*cum*

*tum Mantuam conf.* 53. *num.* 26.

Confessarius rem habens carnalem cum filia confessionis, cuius scilicet peccata in sacramentali confessione excepit, cum filia spirituali rem habuisse dicitur, & incestum perpetrasse, preter iniuriam sacramento illatam, vnde sacrilegus æstimatur, grauique feritur pœna. ex Symmacho Papa in *can. omnes, quos* 8. *& duobus canonibus sequentibus.* 30. *quæst.* 1. pertractat *Ioannes Sanchez in selectis disputat.* 12. *per totam.*

Confessarium querens imperitum, & qui soluere nesciat, nec ligare, in culpa est, nec veniam meretur; quin ambo in foueam cadunt. ex Augustino de pœnitentia cap. 10. in *can. qui vult confiteri* 1. *in principio de pœnitentia dist.* 6. Scire enim ex suo officio cõfessarius debet, qui ligandus sit, quique soluendus. ex Hieronymo super Matthæum lib. 3. *in can. quomodo sacerdos* 44. ibique *gloss.* verbo *nec soluit.* 11. *q.* 3. Hanc ob causam, & ipsemet sacerdos, qui se insufficientem ad munus taleesse nouit, peccat, se confessionis muneri obiiciendo, & peccat contra Ius naturale, Diuinum, & humanum. *Frater Hieronymus Gliemas in summa Ecclesiastica part.* 1. *cap.* 2. §. 2. *&* §. 3. Sic Iudas non ad Apostolos, sed ad Pharisæos pœnitentia ductus iuit, & desperatione præssus laqueo se suspendit. *Matthæi* 27. 4. Sibi igitur imputet, qui imprudentem sibi eligit confessarium. *Henriquez lib.* 5. *summa cap.* 3. §. 5.

Confidentię crimen non committitur quando quis sibi, vel fratri, vel consanguineo, dignis tamen, confidit, Beneficium, vel pensionem debere conferri legitima authoritate, nullis præcedentibus conuentionibus, pactis, vel conditionibus, & modis. ex Augustino in argumentum in *can. qui Episcopatum desiderat* 11. ibique *Gloss.* verbo *appetitur.* ibique plenè *Præpositus.* 8. *q.* 1. plene *Nauar. in man. cap.* 23. *nu.* 109. Rota in *Albiganen confidentia* 6. *Martii* 1606. *coram Lugdunen dec.* 166. *n.* 4. *in fine p.* 2. *in recentioribus.* Confidentia namq; in genere est certa spes de re aliqua, quod ita fuit, vel est; vel erit. & interdum sonat in bonam partem, vt in illo Psalmi 10. *In Domino confido,* & interdum in malam. Psalmo 113. *Qui confidunt in eis.* consequenter est confidentia licita, & confidentia illicita. licita est, qua ordinate speratur; illicita, qua inordinatè prosequitur. *Nauar. d. cap.* 23. *nu.* 109. ad constitutiones Pii IV. & Pii V. de confidencia. *Parisius de confidentia q.* 1. *nu.* 10.

Confirmatio Papæ tria operatur. Primo præstat ipso facto maiorem auctoritatem: ex Innocentio I. ad Decentium Episcopum Eugubinum in *can. quis nesciat* 11. *dist.* 11. Secũdo, si quid est inualidum, eius supplet defectũ. ex Gregorio Papa in *cap.* 1. *de transactionibus.* Demum retractari non potest, quod Papa firmum reddidit, nisi ipse met Papa aliter disposuerit. ex Alexandro Tertio Vigoriensi Episcopo in *c. de confirmationibus* 2. *de confirmatione vtili, vel inutili.* optimè *gloss.* in *can. Frater, & coepiscopus noster* 10. *circa finem.* verbo *auctoritate* 17. *quæst.* 4.

Confirmationis sacramentum tale est, ac tantum, vt cum illo plenus Christianus fit. Fideles enim in hoc sacramento per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismum accipiunt, vt pleni Christiani inueniantur. ex Vrbano Papa omnibus Christianis in *can. omnes fideles* 1. *de consecrat. distinct.* 5. ibique *gloss.* verbo *omnes* diceos: *Hoc sacramentum tanquam dignius à solis Episcopis confertur.* vt Eusebius Papa ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ scripsit in *can. manus quoque impositionis* 4. *eadem dist.* 5 *de consecratione.* ea ratione: *Quod ab aliis perfici non possit, nisi à summis sacerdotibus.* Nam in Baptismo regeneramur ad vitam; post baptismum confirmamur ad pugnam: in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Regeneratio per se saluat mox in pace beati seculi recipiendos: confirmatio autem armat, & instruit ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. vti Melchiades Papa ad Episcopos Hispaniæ scribit in *can. Spiritus Sanctus* 2. *eadem dist.* 5. *de consecratione.* Alapa autem infligitur in facie confirmati: Et vt meminerit se esse confirmatum; & vt sciat sibi in posterum forti animo omnes iniurias pro Christo tolerandas esse. *Aegidius de Conink de sacramentis tom.* 1. *q.* 72. *art.* 12. *notabili* 4. *nu.* 115. *Barbosa de officio Episcopi allegat.* 30. *nu.* 26. Qui perfectæ ætatis ad hoc accedunt sacramentum monendi sunt Confessionem facere prius peccatorum, vt mundi donum Sancti Spiritus valeant accipere. ex Concilio Aurelianensi in *can. vt ieiuni ad confirmationẽ veniant.* 6. *eadem dist.* 5. *de consecratione. Nauar. in gloss.* 3. *summa de pœnitentia dist.* 5. *num* 37. *&* 38. quo loco dicit: se non intelligere satis, quomodo à peccato excuset Episcopos, pueros grandiusculos, & alios maiores confirmantes, nulla prius, qua per contritionem animos Deo præparent, monitione præmissa. Materia autem huius sacramenti est oleũ & balsamum ab Episcopo consecratum. ex Innocentio Tertio in *cap pastoralis* 1. *de sacramentis non iterandis.* siue balsamum fuerit Palestinum, siue Indianum. est tamen de necessitate huius sacramenti. idest Chrisma. *Ioannes Azorius Institut. moralium part* 1. *lib.* 2. *cap.* 9. *in* 1. *praeceptione col.* 2. *vers. In Concilio item Florentino. & col.* 3. *vers. Deinde est animaduertendum. Aegidius de Conink d. quæst.* 72. *art.* 3. *dub.* 2. *conclus.* 3. *num.* 41. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. qui dicit, sine balsamo non esse perfectum sacramentum, ex Concilio Florentino.

Confirmationis sacramentum adeo necessarium est, quod putat *Gloss* in *can. vt ieiuni ad confirmationem veniant* 6. *de consecratione dist.* 5. Paruulos non confirmatos minorem habituros gloriam, quam confirmatos: quia in confirmatione datur augumentum gratię. vt dixit Melchiades Papa in *can. Spiritus sãctus.* 2. *eadẽ dist.* 5. *de consecrat.* sequentibus loqũs: *In cõfirmatione augumẽtũ præstat ad gratiã:* Spiritus s. sãctus. Hac ob causam mortaliter peccat Episcopus diu differens suis subditis sacramen-

mentum hoc ministrare. post alios sequitur *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.* 30.*num*.9.

Confirmationis sacramentum à Papa potest committi simplici sacerdoti. ex Gregorio Papa Ianuario Episcopo Calaritano in *can. peruenit quoque ad nos.* 1.*distinct* 95. ibique plenè *Gloss.* verbo *concedimus*. quæ aliorum refert sententias, non posse: quia ordinis videtur Episcopalis; posse tamen dispensare. sequitur *Glossella* marginalis ibidē. ex plenitudine scilicet potestatis, vt fecisse diuū Gregorium *d.can.peruenit*, vt scandalum effugeret illorum populorum vbi Episcopus deesset. sequitur *Gloss.* ibidem. Nam alias ad solos summos Sacerdotes, Episcopos videlicet, hoc conferre sacramentum spectat. ex Eusebio Papa *in can.manus quoque impositionis* 4. *de consecrat dist.* 5. & sequitur *S. Thomas* Doctor Paradisi 3.*part.q.*72.*art.*11.*per totum.* & *Gloss. d. can.manus* verbo *irritum*. *Barbosa* qui plures refert. *de officio Episcopi allegat.* 36.*num*.4. Posse itaque de plenitudine potestatis Papam simplici sacerdoti hoc sacramentum conferre demandare; sequuntur. sine autem hac Papali dispensatione certum est non posse, etiam Abbates. ex Calixto Papa II. in *can. interdicimus* 10. 16 *q.* 1. Proprios autem debet Episcopus subiectos confirmare, non alienos. idem *Barbosa ad sacrum Tridentinum sessione* 7. *de sacramento confirmationis can.* 4.*nu* 5.

Confirmationis hoc sacramento spiritualis cōtrahitur cognatio inter confirmantem, & cōfirmatum; atque tenentem, & patrem, & matrem confirmati. ex Higino Papa in *can catechismo* 100. *de consecrat. dist.* 4. & Bonifacio Octauo in *cap per catechismum* 2. *de cognatione spirituali in* 6. ex sacrosancta Tridentina Synodo *sess.* 24. *de reformatione matrimonij cap.* 2. diximus supra verbo *cognatio* siue *spiritualis consanguinitas*.

Confirmationis hoc sacramento non roboratus, si alium suscipit, peccare, neque consanguinitatem spiritualem contrahere, sequitur *Aegidius de Conink de sacramentis. q.*72.*art.* 10. *num.* 84. *notab.* 3. Syluester tamen in *summa* verbo *Matrimonium* 8.*q*.7. contrahere dixit, modò baptizatus fuerit; quia habet vitam spiritualem. in 12. *notabili in fine.* & eum sequitur *Nauar. cons.* 1. *lib.*4. *de cognatione spirituali. vers. ad posteriorem respondeo. Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.* 30.*num*.34.

Requiritur tamen susceptor in hoc sacramento, quia cum in Chrismate conscribatur in pugna, magistro Militiæ eget. ex catechismo. non tamen de essentia erit sacramenti. peccaret tamen si quis omitteret. post alios sequitur *Barbosa de officio Episcopi allegat.* 30. *num* 32. & 33.

Confirmari debent omnes fideles post baptismum. ex Vrbano Papa omnibus Christianis in *can. omnes fideles* 1. *de consecrat. dist.* 5. nulla proinde certa ætas determinata videtur, vt etiam infans baptizatus chrismate confirmari valeat. expedit tamen, vt non minori septem annorum, vel saltim quinque conferatur. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. *in fine. Barbosa de officio Episcopi allegat.* 30.*num*.17.

Coniugatus, qui non fuit antea Clericus, ad Clericalem tonsuram promoueri minime poterit. ex Bonifacio Octauo in *cap. nullus Episcopus* 4. *fine finali. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in* 6 Bonifacij verba damus: *nec etiam Coniugato, nisi volenti ad religionem intrare; aut ad sacros ordines promoueri, pro vt est sacris canonibus definitum.* per Alexandrum vtique Tertium Strigonien. & Colonien Archiepiscopis in *cap. Coniugatus* 5. *de conuersione coniugatorum extrà.* qui text. & si loquatur de sacris ordinibus: *nisi ab vxore continentiam profitente, fuerit absolutus.* tamen *gloss* ibidem verbo *ad sacros.* rationem reddit. *Quia coniugati promoueri nō debent.* ex Innocentio Tertio Noruicen Episcopo in *cap. diuersis fallacijs.* 5. *extrà de Clericis coniugatis.* rationem reddēte: Quia Citara cum psalterio male concordat. & Vir cogitet quomodo placere possit vxori, & ideo minus, quę Dei sunt, valeat cogitare. plura deducit *Barbosa in d.cap. finali nu.*6. *de temporibus ordinationum in* 6. & in *collectan. ad Extrauagantem Ioannis* 22. Antiquæ concertationis. 1. *de voto num.* 3. 4. & 5. inter extrauagantes Ioannis prædicti 22. *tit.*6. *de voto, & voti redemptione.* Idem *Barbosa de iure Ecclesiastico lib.*1. *de ordine, & qualitate ordinandorum cap.* 33. *nu.* 126. & *sequentib.* Ordinans vero est ipso iure suspensus: vt idē disponit Bonifacius Octauus *d. cap. nullus Episcopus fin de temporibus ordinat. in* 6. Idem *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 111. *num.* 10.

Coniugii præsulem, custodemque Deum esse cognoscimus; qui non patitur alienum thorum pollui: & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem violat, & gratiam soluit. Ambrosius loquitur in *can. nemo blandiatur sibi* 4 *in fine* 32.*q* 4. Nam, vt Leo Papa Nicetæ Aquiliensi Episcopo scribens in *can. cum per bellicam cladem.* 1. *in fine principij* 34. *q.*2. protestatus fuit; dicens: *sed quia nouimus scriptum: à Deo iungitur mulier viro: & iterum præceptum agnouimus* (Matthæi 19.) *vt quos Deus iunxit, homo non separet.* Dominus autem Author coniugii fuit, eosque benedixit. *Genesis* 1. 27. & 28. & per Salomonem. *Prouerbiorum* 19. 14. à Domino vxor paratur viro. deduxitque Innocentius Papa Russo, & Eusebio, & cœteris Episcopis Macedoniæ scribens in *can. deinde ponitur* 3. *dist.*26

Coniuges, nisi vterque consentiat, castitatem vouere non possunt. ex Augustino in *can. si dicat vir.* 1. 33. *q.* 5. rationē reddente. *si dicat vir, continere iam volo; Nolo autem vxor; non potest. Quod enim tu vis, non vult illa. Nunquid per continentiam tuam debes illam facere fornicariam? Si alij nupserit te viuo, adultera erit: Non vult tali lucro Deus compensare tale damnum.* sic Augustinus. Ni fortassis sit sponsa non adhuc carnaliter cognita, quia potest transire ad monasterium. ex Alexandro Tertio Brixien Episcopo in *cap. ex publico Instrumento* 7. *de con-*

ucr.

uersione coniugatorum extrà. *Gloss. in summa.* verbo *quod autem sine consensu eadem.* 33.q.5. Dicitur enim matrimonium ratum, non consumatũ, & per ingressum ad religionem dissoluitur. Quid autem si vterque vouerit castitatem, & post modum insimul congressum habeant, an incestum committant, & proles inde suscepta forsasse illegitima sit? Affirmat *Gloss. in can. ministri altaris* 19. verbo *propriæ vxoris. distinct.* 81. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Terraconen in *cap. tua nos duxit fraternitas* 24. *de Iure Iurando.* ibique *Abbas. n.* 6. ex eodem Augustino ad Ediciam in *can. quod Deo pari consensu ambo voueratis* 4.33.q.5. ibique per quam optimè *Glossella* marginalis. incipiens: *Quidam dicunt, & forte benè.* Nõ esse illegitimam prolem in hoc casu tuetur *Sanchez de matrimonio tom.* 2. *lib.* 9. *disputat.* 38. *num.* 3. *in* 1. *conclusione.* qui rationes refert. & vnam habes ex Alexandro Secundo Landulpho in Corsica in *can. notificasti te* 2. *in fine* 33. q.5. qui sic concludit. *Non enim violentia, sed ex pari voluntate, & consensu (sicut sancti Patres dicunt) hoc fieri debet: neque vir monasterium eligere, aut professa continentia habitum cum festinatione debet mutare.*

Coniungi, & cohærere non possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt. Concilium Hispalense Secundum, cui interfuit Isidorus in *can. in nona actione didicimus* 22. *circa finem* 16. q.7. Propter hoc in lege diuina (*Deuteronimij* 22.10.) Dominus per Moysen præceperat, dicens: *Non arabis in boue simul, & asino.* Idest homines diuersæ professionis in officio vno non sociabis. In vno enim, eodemque officio non debet dispar esse professio. vt idẽ Conciliũ ibidẽ dicit. subnectitque *Gloss* eodẽ canone verbo. *nec habitu.* satis ad rẽ inferens: *Nunquid ergo albus monachus potest esse monachus inter nigros? videtur quod non. Quia quilibet confirmabit se moribus eorum, inter quos viuit.* ex Augustino lib. 3. de doctrina Christiana cap. 12. in *can. quisquis rebus prætereuntibus.* 1. *distinct.* 41. probans, conformare nos debere iis, quibus cum uiuimus: neque super stiosos esse, atque inanis gloriæ cupidos, vel hippocritas. vt *Gloss.* ibidem verbo *superstitiosus.* explicat.

Coniurationũ, seu cõspirationũ crimen (quod apud Græcos dicitur φρατρία Phratria) publicis etiã legibus pœnitus inhibetur. Hoc multo magis in Sãcta Dei Ecclesia ne fiat, cõuenit abdicari. Si qui vero Clerici, vel monachi inuẽti fuerint cõiurãtes, aut cõspirãtes, aut phrarrias, vel factiones componentes aliquas suis Episcopis, vel Clericis aliis, omnino cadant de proprio gradu. ita in Cõcilio Chalcedonensi in *can. coniurationum* 21. 11.q.1. Dicitur autem Phratria à phares, quod est diuisio. inde phariſei. ex *Gloss.* ibidem verbo *phratria.* cum quatuor capitibus sequentibus. Schisma enim excitant: & schismatici Gentilibus adæquantur. vt Cyprianus loquitur lib. 1. Epistola 6. ad Magnum in *can. denique quam sit inseparabile* 9. §. *satiat ad huc in Euangelio suo Dominus* 7. q. 1. super illis Domini verbis *Matthæi* 10. Apostolis: *In viam gentium ne abieritis, et in Ciuitates Samaritanorum ne intraueritis.* sic inferens Cyprianus. *Ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addendo autem & Ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici, ostendit, schismaticos gentilibus adæquari.* Conspiratores itaque quia contra voluntatem sunt, atque diuidunt, schismatici sunt. vnde Clerici iure deponuntur: seculares verò excomunicantur, omnesque simul vtriusque ordinis viri infames esse censentur. ex Calixto Papa Episcopis Galliæ in *can. conspirationum crimina* 22. *eadem.* 11.q.1.

Connexorum idem est Indicium. Quam ob causam idem Iuris est in vno connexorum, quod in reliquo. ex Paschali Papa in *can. si quis obiecerit* 7.1.q.3. ibique *gloss.* verbo *neutrum.* sequiturque *gloss.* in *can. quo iure defendis.* 1. qui est Augustini in fine verbo. *dicere distinct.* 8. nec dissimiliter Ioannes Papa Salomoni Tertio, & vltimo Regi Britonum in *can. hæc quippe est ordinatio Dei* 10. §. *quòd si Episcopi electi.* 3. q.6. ibique *gloss.* verbo *subrogati.* quæ duas elicit propositiones: Quod si duo sunt connexa, prohibito vno prohibitum est & reliquũ. Sic è conuerso aliquid permittitur ratione cõnexioris. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. cum omnibus omnino Clericis.* 17. *dist.* 81. & dixit *gloss.* in *summa eadem* 1.q.3. verbo *annexa.* deducens: *quod idem Iuris sit in vno coherentium, & connexorum, quod in altero.* Dixitque Augustinus in *cap. translato sacerdotio* 3. *de constitutionibus.* inferens in fine: *Quod de vno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur.* ibique plenè *gloss.* verbo *quod de vno.* concinitque Paulus Iure Consultus li. 37. ad Edictum in *l. quæ religiosis* 44. *ff. de rei vendicatione.* dicens: *Quæ religiosis adhærent, religiosa sunt.* Quia connexa vtique sunt. sequiturque *Hyppolitus de Marsilius singulari* 251. *Connexorũ.* plura deduximus nos *respons.* nostra 40. n. 24.25. & 27. & n. 40.41. & *sequentibus par.* 4.

Connexa videntur, quorum actiones totaliter ad inuicem communicant, & eorundem idem est nomen. *Calderinus cons.* 4. *de religiosis domibus in* 2. *parte vers. in contrarium facit.*

Connexorum proinde vno probato, siue coniunctorum, probatum videtur, & reliquum. ex Hieronymo in *can. si laicus* 7. *dist.* 31. qui de sacerdote loquens, cui sẽper orandi officiũ incumbit: de laico statuit, cui vt oret, officio cõiugali carendũ est, sic infert: *Sacerdoti, cui sẽper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandũ est; si sẽper orandũ est; ergo sẽper matrimonio carendum.* ita Hieronymus ibique *gloss.* verbo *matrimonio carendum.* quod probat quoque Innocentius Papa victori Rothomagensi Episcopo in *can. si quis viduam* 13. *dist.* 34. in ratione, quam reddit: *Quia eodem vitio videtur exclusus.* paria enim in hoc sunt.

Consanguinitas ad finem impediendi, vel dissoluendi matrimonium per gradus distinctos probari debet. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. licet ex quadam necessitate* 47. §. *testes autem huiusmodi de testibus, & attestationibus.* qui sic infert: *Personas ex-*

O 2 *pref.*

*pressis nominibus, vel demonstratione, vel circumlocutione sufficienti designent; & ab vtruoque latere singulos gradus clara computatione distinguant.* Rationem reddit tandem, quare ita disposuit, dicens: *Tolerabilius est enim aliquos contra statuta hominũ dimittere copulatos, quam coniunctos legitimè, contra statuta Domini separare.* sequuta fuit Rota in vna *Caurien Iuris patronatus* 13. *Martii* 1645. *coram Roias decis.* 146. *num* 15. *& sequentibus in nouis additis ad praxim Viuiani de Iurepatronatus.* Meus *Maranta* Proauus *cons.* 138. *nu.* 4. *& per totum.*

Cõsanguineis egẽtibus, ex Ecclesiæ etiã bonis necessaria ministrãda sũt, ne proximos seminis tui despicias. *Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitatis. non tamen, vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses inopibus: causam enim natura præstat, non gratia.* vt Ambrosius loquitur in *can. est probanda illa etiam liberalitas* 16. *distinct.* 86. inferens quoque, de consanguineis ipsis verba faciens: *Putant enim se panem poscere. Pretium tuum quærunt: vitæ tuæ fructum adimere contendunt: & accusant, quòd eos diuites non feceris: cùm te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede.* Necessaria namque subministranda sunt eis. ex Concilio Maguntinen in *cap.* 1.5 *sed si qua de his. de cohabitatione clericorum, & mulierum.* ibique *gloss.* verbo *subminisrent.* Nam (ex Ambrosio) non satis est bene velle, sed etiam bene facere. in *can. non satis est* 54. *ead. dist.* 86. inferens: *vt primum opereris circa domesticos fidei.* ibique *gloss* verbo *domesticos.* apertiusque in *can. ceterum Dei traditio est* 10. *eadem dist.* 86. Dicens: *Ceterum Dei traditio est, vt prius pascas parentes. nam fames morte grauior est.* vt ipse loquitur. Plura deducit *Nauar. de redditibus Ecclesiasticis q.* 1. *monito* 27. *n.* 4.

Consentiens, facienti similis habetur, atque pari pœna constringitur. ex Nicolao Papa Girardo Treuonensi Archiepiscopo in *can. notum sit tuæ Fraternæ Charitati* 10. *in fine* 2. *q.* 1. qui sic infert: *Quia facientem & consentientem par pœna constringit.* ibique *gloss.* verbo *consentientem.* quæ docet, quod: Consentire dicitur quis tribus modis, scilicet: vt qui adhoc cooperatur. secundo modo, cum non corrigit. Tertio modo, cùm defendit peccantem; vel quando sua authoritate delinquitur. qui modus est pessimus. ex Isidoro in *can. qui consentit peccãtibus* 100. 11. *q.* 3. Nam hic maledictus erit apud Deum, & homines, & corripietur increpatione seuerissima. vbi *gloss.* verbo *qui consentit.* in additionibus, duos alios modos tradit, videlicet, per negligentiam, & per cõsilium, siue per approbationem.

Consensus in peccatum est mortale, & tale, quale est peccatum, in quod consensus præstatur. iuxta Concilium Agathense in *can. presbyteri, diaconi, subdiaconi* 19. *dist.* 34. ibique *gloss.* in casus figuratione. *S. Thomas* 2.2. *q.* 167. *art.* 2. *ad* 2. *Nauarrus in can. inter verba* 55. 11. *q.* 3. *conclus.* 2. *nu.* 6. *in princip.*

Consensus Episcopi perquiritur in fundatione iurispatronatus. ex Alexandro Tertio in *cap. nullus laicus* 17. *de Iurepatronatus.* Sat tamẽ erit, si ex post facto accesserit. etiam in donatione eiusdem. ex eodem Alexandro in *cap. cura pastoralis* 12. *eodem de iure patronatus.* ibique *gloss* verbo *consensum.* & *gloss* a *cap. nullus laycus* 17. verbo *conferat.* quia ratihabitio retrotrahitur. ex Hieronymo ad Damasum Papã in *can. quoniam quicquid habent Clerici* 68. *siue finali circa finem* 16. *q.* 1. illis verbis: *Episcopo tamen loci illius præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate.* ibique *glos.* verbo *consensum. Rota decis. vltima de Iure patronatus in antiquis.* & in *recentioribus part.* 1. *decis.* 680. *nu.* 1. Quandocumque interced at, etiã tacitus. *Rota in Baren Iurispatronatus* 10. *Iunis* 1644. *coram Pentingero decis.* 140. *num.* 4. *in nouis additis ad praxim Viuiani de Iure patronat us.* & apud *Duranum decis.* 415. *n.* 5. *part.* 2. *apud Cocciunm decis.* 453. *nu.* 6. *&* 7. Quamuis in remotis, atque extrà diœcesim præstetur. quia est mera gratia, & actus voluntariæ, non Iurisdictionis contentiosæ. *Rota part.* 2 *in recentioribus decis.* 339. *nu.* 5. *in fine, & nu.* 7.

Consensus semper requiritur eorum, de quorum interesse agitur. ex Nicolao Papa ad Consulta Bulgarorum in *can. sufficiat secundum leges* 2. 27. *q.* 2.

Consensus verò vbi requiritur aliquorum, etiam conniuendo, eorum dissensus actum reddit irritum, & vacuum. ex Innocentio Papa in Synodo Romæ habita in *can. obeuntibus sanè Episcopis.* 35 *in fin. dist.* 63. ibique *gloss.* verbo. *& conniuentia.* præsertim vero si consensus expressus requiratur, atque pro forma, nã expressus requiritur, nec sufficit tacitus. ex Niceno Concilio in *can. si quis ausus fuerit.* 3. *dist.* 71. ibique *gloss.* verbo *consensum. Rota apud Card. Seraphinum deis.* 158. *num.* 1. vt neque per Papæ confirmationem suppleatur. *Rota apud Card. Caualer. decis.* 618. *nu.* 17. *&* 18.

Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurit. docet Gregorius in *can. consentire videtur erranti.* 5. *dist.* 83. Rationem reddit Pius Papa ad omnes scribens fideles in *can. quid enim* 4. *eadem dist.* 83. verba sunt Pii: *Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensũ præstat erranti?* Quia error, cui non resistitur, approbatur, & veritas cum minime defensatur, opprimitur. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. vt Innocentius Papa loquitur in *can. error, cui non resistitur.* 3. *eadem dist.* 83.

Consensus in malum pari pœna cum faciente feritur. ex Gregorio in *can. quidam maligni spiritus.* 2. 5. *q.* 1. verba damus Gregorii: *Quod si non exierit, neque publicè confessus fuerit, quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tanta iniquitatis consilio præbuit; ex Dei & Domini nostri Iesu Christi spiritu desinimus, vt sancti eius corporis, & sanguinis participatione priuatus sit.*

Consensu vniuersali quæ sunt constituta; se, & non illa destruit quisquis præsumit resoluere. ex Gregorio in *can. sicut sancti Euangelij* 2. *in fine dist.* 15. de quatuor vniuersalibus Con-

ci-

ciliis verba faciens Niceno, Constantinopolitano, Ephesino, Chalcedonense, ac inferens: *Cunctas verò, quas dicta veneranda Concilia personas respuunt, respuo, quas venerantur amplector: Quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit quisquis præsumit aut soluere, quos religant: aut ligare, quos soluunt*. Ita sanctus Gregorius.

Consensus maioris partis præualet, atque præiudicat. ex Concilio Anthiocheno in *can. Episcopus non est ordinandus 3. in fin. Distinct. 65*. ibi enim Concilium: *Si verò etiam secundum definitas regulas ordinatio celebretur, contradicant autem aliqui propter proprias, & domesticas simultates: his contemptis, sententia de eo obtineat plurimorum*. vbi *Gloss.* verbo *plurimorum* infert: *Regulare est, quod præiudicet consensus maioris partis*. decreuitque Innocentius Tertius in Concilio Generali Lateranen in *capit. Quia propter 42. de electione*. & *gloss.* ibidem verbo *fauor*. diximus *respons.* nostra 2. *num.* 1. 2. & 3. *part.* 5.

Consecrare, est simul sacrare. ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam rapina 33. post principium 24. q. 1.* verba sunt Pelagii: *Consecrare enim est simul sacrare*. non potest itaque ab vno consecrari Episcopus, quia consecrare est cum alio sacrare. vt *gloss.* inquit in *can. Episcopus cum ordinatur 7.* verbo *codicem distinct. 23.* inferens exemplum: *sicut plures ferunt trabem, ita quod nullus per se*. probat argumento ex Iuliano lib. 86. Digestorum in *l. si ita, vulneratus. 51. 5. rursus lege Aquilia teneri ff. ad legem Aquiliam*. Aquilinus habet à pluribus vulneratum, ab omnibus occisum videri: omnesque: quasi vnum, lege Aquilia teneri, quia simul vulnerauere.

Consequentia à diuersis & separatis nulla recte ducitur. ex Ioanne Papa Exuperio Tolosano Episcopo in *can. proposuisti 2. 5. sed ea plane dist. 82.* verba sunt Ioannis: *sed ea plane dispar, & diuersa sententia est*. non ergo recte ab vna ad aliam infertur; cum disparata sint. deduciturque ex Vlpiano lib. 11. ad Edictum in *l. Papinianus lib. 2. responsorum 21. in fine principij ff. de minoribus viginti quinque annis*. Vlpianum excipe: *Sed quod idem dicit, id indignum esse propter irrogatam pœnam, non recte. Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis*. non ergo recte intulit Papinianus, cùm illa diuersa essent. deduximus nos *responsf.* nostra 80. *num.* 3. *part.* 4. & *respons.* 106. & *vltima num.* 10. *part.* 5.

Consequentia legitima est à positione consequentis ad positionem antecedentis necessarij. Præter Aristotelem, probamus ex Vlpiano lib. 66. ad Edictum in *l. ad rem mobilem 56. ff. de procuratoribus, & defensoribus*. Vlpianum excipe: *Ad rem mobilem petendam datus procurator, ad exhibendum rectè aget*. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *rectè aget*. sic inferens: *Cui ergo mandantur sequentia, & præcedentia videntur mandata, per quæ peruenitur ad ea*. inferens quoque *Sic contrà, cui mandantur præcedentia, & sequentia videntur mandata*. & *Bart.* in summario dicens; *Cui committuntur sequentia, videntur commiti antecedentia*. Idem omnino docuit Pomponius lib. 2. ad Plautium in *l. ad legatum petendum 62. ff. eodem de procuratoribus*. Pomponius infert: *Ad legatum petendum procurator datus, si interdicto vtatur aduersus hæredem de tabulis exhibendis, procuratoria exceptio, quasi non, & hoc ei mandatum esse, non obstat*. ratio ex summario habetur: *Cui committuntur sequentia, videntur commiti antecedentia, etiam contra diuersas personas*: Quia sequitur consequentia, à positione consequentis ad positionem necessarii antecedētis. *Bartius dec. 70. num. 19. Rota Bononien. Rota apud Cardinalem Caualerium decis. 291. num. 3.* dicens rationem: *Nam quando consequens probatur per vnam scripturam, videtur per eandem probari antecedens*. ex Martiano Cęsare in *l. quicumque 3. C. de apochis publicis, & descriptionibus Curialibus, & de distributionibus Ciuilibus. lib. 10.* nam ex Bart. summario: *Qui ostendit se tribus praximis annis soluisse, retro soluisse præsumitur; nisi contrarium probetur*. sequitur *Rota apud Card. Manticam decis. 57. num. 4.*

Consequentia nulla legitima esse poterit, à corrupto, ac deprauato principio. ex Leone Episcopo Romæ ad Episcopos Africanos in *can. miramur. 5. 5. Principatus dist. 61.* dicente illo *Difficile est, vt bono peragantur exitu; quæ malo sunt inchoata principio*. Si igitur præmissa falsa fuerit, & consequens falsum erit. & repetitur idem canon Leonis in *can. principatus, 25. 1. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *principio*. Nam ex Caio lib. 1. ad leges 12. tabularum in *l. 1. ff. de origine Iuris* cuiusque rei potissima pars principium est. Erit igitur ex principio, vel bona, vel reproba consequentia. vnde dixit *Baldus in l. fin. num. 4. in fine. C. de verborum significat.* Qui primitiua inficit, deriuatiua vituperat, quem sequitur *Molina de hispanię primogenijs lib. 1. cap. 1. num. 8. & 9.* diximus *respons.* nostra 21. *num.* 28. & 29. *part.* 1.

Consequens qui vult, vult pernecesse, & antecedens, sine quo consequens non habetur. ex Vlpiano lib. 3. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. Oratio 16. in fine. ff. de sponsalibus*. & ex Gregorio Papa Syagrio & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna 37. 1. quest. 1.* in principio, atque etiam in fine. illis verbis *Prius vires suas cum hoc, quod est subiturus onere, metiatur; vt si impar est abstineat; & ad id cum metu etiam, cui sufficere existimat, accedat*. Qui enim vult consequens vult pernecesse, & necessarium antecedens. sequitur *Rota apud Coccinum decis. 375. num. 9.* & apud *Duranum decis. 324. nu. 13. part. 1.* & colligitur ex Valeriano, & Gallieno Augustis in *l. quamuis 15. C. de fideicomissis*. ibique *Baldus* in summario. & *nu. 3. in d. l.* dicens: *Qui vult antecedens, vult & consequens quod sequitur ad illud, non solum ex ordine, sed ex sensu disponentis*.

Conscientia propria non semper sufficit, sed fama etiam est necessaria. verba damus Lucii Papæ Episcopis Galliæ, & Hispaniæ in *can. iubemus Apostolica auctoritate 60. de consecratione dist. 1.* sic enim ille Episcopis mandans, vt semper testes secum sacerdotes, & leuitas haberent: *Et licet conscientia propria sufficere pos-*

possit; tamen propter maleuolos, iuxta Apostolum, (1. Timot. 3.) etiam testimonium vos oportet habere bonum, ab his, qui foris sunt. ibique optime gloss. verbo conscientia. Docet hoc per quam optime Augustinus in can. nolo, vt aliquis de nobis 10. 12. quæst. 1. super verbis illis Apostoli ad Romanos 12. 27. Prouidentes bona non tantùm coram Deo sed etiam coram omnibus hominibus. & epist. 2. ad Corinth. 8. 21. rationem reddentis: Prouidemus enim bona, non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. sequentibus enim infert: Propter nos conscientia nostra sufficit nobis; propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete quod dixi, atque distinguite: Duæ res sunt; conscientia, et fama. Conscientia necessaria est tibi. fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famam suam, Crudelis est. ita Augustinus. Et Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios in can. quatuor autem 27. 12. quæst. 2. in fine. super verbis Christi Domini (Matthæi 5. 16.) Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est. sic ad illos loquitur: Oportet etiã præsenti testificatione prædicari, & bona fama præconiis non taceri. Conscientia igitur cum bona fama coniungenda erit. Quandoque vero conscientia magis seruanda, quàm fama. ex Sancto Thoma quodlibeto 11. quæst. 3. art. 2. sequitur Nauar. cons. 2. num. 3. lib. 5. de accusationibus.

Conscientiam contra agere mortale est, siue etiam veniale secundum subiectam materiam peccati, vel mortalis, vel venialis. Quidquid enim fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. ex Innocentio Tertio Bituricen. Archidiacono in c. litteras tuas recepimus 13. §. Porrò cùm mulier. de restitutione spoliatorũ. ibique gloss. verbo. non est. afferens locum Gratiani in can. omnes deinceps. Clerici 14. §. ex his itaque 28. quæst. 1. dicente illo: sed nunc, quod contra conscientiam est, ædificat ad gehennam. ibique gloss. verbo conscientiam. eisdemque verbis edixit idem Innocentius Tertius Priori Cantuarien in cap. per tuas litteras 35. §. nos igitur de simonia. dicens: sed contra conscientiam ad superiores ordines non ascendat, ne forte ædificet in gehennam. Quia qui contra conscientiam facit; putans id esse mortale, consentit formaliter in mortale. secundum Caietanum in summa verbo conscientia licet erronea. ex Innocentio Tertio in cap. inquisitioni tuę 44. de sententia excommunicationis. dicente illo: In primo casu debet potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale. ibique gloss. verbo humiliter sustinere. dicens: sed potius debet omnia mala pati, quàm contra conscientiam peccatum operari mortale. iuxta illud Augustini in can. ita, ne aliquem polluat 3. 32. quæst. 5. quo suadet: Comitemque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decernat. sequitur Couarruuias lib. 1. variarum resolutionum cap. 1. nu. 1 Nauar. in can. si quis potius de pœnitentia distinct. 7. n. 14. & in cap. cum contingat. de rescriptis in 2. remedio num. 19. in fine. Quin imo non solum peccat, qui contrauenit ei, quod certum est, non debere fieri; sed qui probabiliter dubitat, an fieri debeat. ex Stephano Papa omnibus Episcopis in cap. dubius in fide infidelis est. 1. de hæreticis extra. Non enim ille dumtaxat delinquit, qui contra conscientiam certam facit, sed etiam qui contra probabiliter dubiam. eodem argumẽto: Dubius in fide infidelis est. ex Nicolao Papa ad Clerum Constantinopolitanum in can. aperte inquit 36. 24. q. 1. illis verbis: Quia neminem deiicere, vel remouere poterat, qui prædicans talia titubabat. Ibique gloss. verbo titubabat. quæ notat: titubantem in fide esse hæreticum. peccat igitur, qui contra dubiam, vel probabiliter dubiam facit conscientiam. veluti qui dubio probabili mortaliter peccandi se exponit, mortaliter peccat. ex illo Ecclesiastici 3. 27. Et qui amat periculum, in illo peribit. docetque Sanctus Thomas quodlibeto 8. art. 13. vel venialiter si periculum veniale fuerit. Nauarrus in can. qualitas lucri. 2. num. 18. de pœnitentia dist. 5. & cons. 2. nu. 2. lib. 3. de reliquijs, & veneratione sanctorum.

Conscientia si coram Deo nos non accusat, nõ curandum de his, quæ homines, absque tamẽ nostra culpa, dicunt. ex Augustino in can. Sẽtit de Augustino 51. 11. q. 3. verba sunt Augustini. Senti de Augustino, quid quid libet: sola me in oculis Dei conscientia, non accuset. Non, quòd omnino curanda non sit fama, si ex illa læsa malum in alios redundaret, in Superiore præsertim. ex eodem Augustino lib. de bono viduitatis cap. 22. in can. non sunt audiendi 56. eadem 11. q. 3. inferens ipse in fine, rationem: Nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra. sequiturque per quàm optimè gloss. in d can. Senti de Augustino 51. verbo senti. ibique Glossella marginalis dicens: fama bona, cùm cõscientia requiritur. illa quo ad homines, hæc sanè quò ad Deum. Namque ex eodem August. in can. custodi intus innocentiã tuam 54. eadẽ 11. quæst. 3. dicente: Quando Deus Index erit; alius testis, quam conscientia tua, non erit. Inter Iustum Iudicem, & conscientiam tuam noli timere, nisi causam tuam. & ita etiam Gregorius in can. inter verba laudantium 55. eadem 11. q. 3. Quò ad homines verò custodienda fama est, ne illi scandalizentur. Sicut Christus Dominus Matthęi. 17. 26. soluit didracma dicens: Vt autem non scandalizemus eos. & perpendit Gregorius d. can. inter verba. & ex Augustino in can. nolo vt aliquis de vobis 10. 12. q. 1. concludens: Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui confidens conscientiæ suæ, negligit famam, Crudelis est.

Conscientiæ propriæ relinqui quis potest in casu dubio. ex Gregorio IX. Episcopo Cœnomanen. in cap. mulieri, quæ 34. de Iure Iurando. illis verbis in fine: Sed sua conscientię est potius relinquenda. vbi gloss. verbo periurii. post medium. vers. quid ergo faciet Ecclesia?

Conscientia sola quemque accusabit in Iudicio tremendo. gloss. in can. si quis diaconus 29. §. quod si eos. circa finem verbo dictum. dist. 50. ibique Glossella marginalis. quæ sic inferet: Conscientia sola damnãdos accusabit. Sicuti sufficiet

tiet apud subtilissimi discursoris indaginem inuiolatam exhibere conscientiam. vt Symmachus Papa loquitur *can. aliorum hominum causas 14. q. 3.* & vti Gregorius Constantio Mediolanensi Episcopo testatur in *can. in cunctis, quæ in hac vita 6a. 11. q. 3.* post principium, rationem reddens, quam optimum sit cum eo, vbi conscientia non accusat: *Quem enim conscientia defendit; & inter accusationes liber est. Et liber, vel sine accusatione esse non potest, si sola, quæ interius addicit conscientia, accusat.* Curemus igitur cōscientiam habere bonam coram Deo, & apud homines.

Consilium vbi datur, offerentis arbitrium est: vbi præceptum, necessitas est seruientis. Hieronymus in *can quisquis præceptis. 5. § quod præcipitur. 14. q. 1.* Differentiam namque Hieronymus statuit inter præceptum, & consilium, quod hoc ex liberalitate, siue libertate pendeat, illud ex necessitate. *Quod præcipitur* (inquiens) *imperatur: Quod imperatur necesse est fieri: si non fiat, pœnam habet. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est; vbi præceptum, necessitas est seruitutis.* ibique *gloss.* verbo *quod præcepitur.* Non enim quidquid consulitur iuris necessitati subiicitur. vt *gloss.* loquitur in *can. nosse credo vos fratres 9. in fine* verbo *necesse est dist 76.* ex Augustino *d. can. quisquis præceptis 5 in principio 14. q. 1.* dicente: *Præcepto Domini non obedire peccatum est: consilio si vti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis.* ita Augustinus.

Consilium præbens alicui, ex quo damnum alteri infertur, tenetur, sicut præcipiens. ex Concilio Martini Papæ in *can. si vis viduam 2. dist. 50.* verba sunt Martini: *Similiter si homicidii, aut facto, aut præcepto, aut consilio, aut defensione, conscius fuerit.* ibique *gloss.* verbo *aut consilio inferens: Et ita ex Consilio punitur aliquis.* quod decreuit Innocentius Tertius Vuritislauieo Episcopo scribens in *cap. nuper à nobis 29. §. In secunda verò quæstione de sententia excommunicationis.* extra: dicens: ad quæstionem. *An is, Qui nominatim excommunicato communicat, scienter in crimine comuniont criminoso, ei consilium impendendo, auxilium, vel fauorem aut alias in oratione, vel osculo, aut orando secum, aut etiam comedendo &c.* ibique *gloss.* verbo *consilium impendens.* & Abbas *num. 7.* Alexander quoque Tertius Exonen Episcopo in *cap. sicut dignum 6. §. Clericos autem.* qui est finalis *de homicidio voluntario, vel Casuali.* de consulentibus meminit, *Et illos* (inquies) *qui consilium dederunt, vt sanctus vir caperetur.* Sanctus videlicet Thomas Canchuarien Archiepiscopus, & moreretur. vbi per quam late *gloss.* verbo *consilium* & Abbas *n. 4.* plenè Couarruuias in Clement. *si furiosus de homicidio in parte relectionis §. 2. n. 4.* Nauar in *can. periculosè de pœnitentia dist. 1.* late Plaza in epitome *delictorum lib. 1. cap. 17.*

An autem parato facere maius malum possimus illi consulere minus? & quid si fecerit, ad restitutionem teneamur etiam minoris mali? Quamuis voluerint quidam, posse. at vero probabilior non posse infert. Semper enim peccatum est, atque de peccato consilium damus, causamque præstamus proximo peccandi. Sat enim erit auertere illum à malo, quod patrare intendit. Ad restitutionem tamen non tenemur. vtile quippe negotium egimus eius, quod minus cōsuluimus malū, & à maiori damno eū immunem reddimus. *Ioannes Azorius Institutionum moralium par. 2. lib. 12. cap. 16. q. 8. Henriquez lib. 4. summæ cap. 27. 5. 9. in fine.* qui sequitur: posse nos homini parato ad maius malum faciendum, consulere minus. Non enim simpliciter consulimus, vt malum faciat, sed parato ad maius faciendum malum, vt minus faciat, & ne tam grauiter peccet. cùm alias à malo simpliciter remouere consilio eum non possimus. *Sayrus in Claui Regia lib. 10. tit. 2. cap. 8. nu. 3. Ægidius de Conink tom. 2. disputat. 14. dub. 15. quæst. 6. à num. 176.*

Consilium seniorum sequendum. ex Hieronymo ad Rusticum: io *can. Ecclesia habet senatum 7. 16. q. 1.* exemplo illustrat inquiens: *Roboam filius Salomonis ideo perdidit Regnum, quia noluit audire presbyteros suos. 3. Regum 14.* & Cyprianus ad Magnum in *can. Ecclesiæ quæ in sit insuperabile 9. post principium 7. q. 1.* ibique *Gloss.* Bonis itaque Consiliis & à viris prudentibus acquiescendum erit, alioquin in culpa erit, qui hoc facere detrectarit. ex Gregorio Anthemio subdiacono Campaniæ in *can peruenit ad nos 1. paulo post principium dist. 84.* verba datus eius: *Et (quod ad hæc dici est grauius) Consilia sapientum, & recta suadentium nulla patitur ratione suscipere, vt quod per se nequit attendere, ab altero saltem possit addiscere.* ita Gregorius. & ibidem *Gloss.* verbo *consilia.* ex Augustino in *can si habes de hac re sententiam. 1. 5. sed si tibi, quod iuste fiat 14. q. 5.* qui senex à Iuuene Episcopo edicere non recusauit. Audias illum: *En adsum: senex à Iuuene cœpiscopo, & Episcopus tot annorum à Collega nec dum anniculo, paratus sum discere.* Vxor Loth, quæ conuersa est in statuam salis, quod consilio noluit parere Angelorum, ne retro respiceret. *Genesis 19. 26.* meminitque *Gloss. in d. can. peruenit ad nos 1. dist. 84.* verbo *consilia.* Vnde iure, meritoque Diocletianus, & Maximianus Augusti in *l. dubium non est. 3. C. de repudijs, & iudicio de moribus sublato*, sequentibus responderunt: *Dubium non est, omnia omnino, quæ consilio rectè geruntur, iure, meritoque effectu, & firmitate niti.* vbi *Gloss.* in casus figuratione refert vnde Salomon: *Omnia fac cum consilio, & non pœnitebis.* Locus verò Salomonis *Prouerbiorum 13. 10.* est; *Inter superbos semper iurgia sunt: Qui autem agunt omnia cum consilio, reguntur sapientia.* & eodem *cap. 13. 16. Astutus omnia agit cum consilio, qui autem fatuus est, aperit stultitiam:* Sapiens igitur est, qui cum consilio agit omnia.

Consilia præcipitanda non sunt, alioquin, & opera, & rerum corrumpitur ordo. vti Calixtus Papa primus admonuit in *can. ponderet vnusquisque sermones suos 14 in principio. dist. 50.* verba sunt Calixti: *Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrum-*

*rumpamus*. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *tempore*. dicens: *Nam ratio temporis mutat constitutionem*. ex Pelagio Papa. Florentino Episcopo in *can. Fraternitatis tuæ relatione 7. dist. 34.* dicente illo: *Tamen, quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius, non patitur in omnibus manere censuram.* ex tempore igitur mutantur consilia, neque illa præcipitanda. Nam *qui cito fatur, ad pœnitentiam properat.* vt dixit Seneca. sequiturque *Gloss. d. can. ponderet vnusquisque* verbo *ponderet.*

Consilii sanitate, quę fiunt, mala esse non possunt. ex Simplicio Papa Ioanni Episcopo Rauennati in *can. vbi ista didicisti 7. dist. 74.* verba sunt eius: *Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilij.*

Consilium sequens peritorum virorum, peritiorum exquirere consilium non tenetur, sed potest peritis acquiescere; modo id mala non faciat fide. ex Ioanne XXII. in *extrauagãti quorundam exigit. 1. §. ac insuper quod illorum sequendo arbitrium. de verborum significatione.* ibique *gloss.* verbo *constitutionum transgressores.* patet. ex Innocentio Tertio Altissiodoren. Episcopo in *cap. Fraternitatis tuæ litteras 6. extrà de frigidis & maleficiatis.* ibique *gloss.* verbo *matronas.* Similis textus Gregorii VIII. Præposito Sãcti Cataldi in *cap. proposuisti 4.* & Honorii Tertii Episcopo, & Archidiacono Senonen in *cap. causam matrimonij. 14. de probationibus.* in quibus habetur, stari dicto expertarum, nisi contrarium probetur. & *gloss. d. c. causam matrimonij* verbo *mulieres.* Nec dissentire videtur Vlpianus lib. 24. ad edictum in *l. 1. ff. de ventre inspiciendo, custodiendoque partu.* vbi statur obstetricum, vel saltem duarum dicto, mulierem esse pregnantem. ibique *gloss.* verbo *vel duæ.* afferens illud: In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. Satis itaque erit peritos consuluisse, quibus in his, de quibus peritiam profitentur, standum erit. ex Innocentio Tertio Abbati Sanctæ Trinitatis de Meldemberque in *cap. significasti nobis 18. §. & quidem, si hoc ita se habet. de homicidio voluntario, vel casuali.* illis eius verbis: *Vt peritorum iudicio medicorum talis percussio assereretur non fuisse lethalis.* Peritos quidẽ medicos dixit, non peritiores. sat ergo erit peritos in arte consulere. Neque profectò in dolo esse videtur, neque in culpa, qui honesto viro in concernentibus eius officium, credit. ex Gloss. recepta in *cap. cupientes 16. paulo post principium. §. hac generali, & in perpetuũ valitura constitutione.* verbo *notitiam de electione in 6.* quæ sic infert: *Vel homines fide digni referunt pro certo, sic esse.* nec dissimiliter dixit *gloss.* in *l. Titio fundus 72.* verbo *actiones ff. de conditionibus & demonstrationibus circa finem*: dicens: *Respondetur promisit se cauturum; & erat homo cui videbatur credendum.* Concinitque Papinianus lib. singulari de adulterijs in *l. miles 11. §. mulier cum absentem virum. ff. ad legem Iuliam de adulterijs, & stupro.* in ratione, quam reddit; *Nam si longo tempore transacto, sine vllius sibi pri probatione, falsis rumoribus inducta, quasi soluto priore vinculo, legitimis nuptijs secundis iuncta est. &c.* sequiturque *Abbas Panormitanus* communiter receptus in *cap. cappellanus tuus 4.* qui est Clementis Tertii per illum tex. cum *gloss* verbo. *Alij verò. extra de ferijs. Nauarrus cons. 29. num 3 & cons. 66. num. 2. lib. 5. de simonia. Decianus cons. 29. num 1. lib. 1. Rota in Aretina confidentia 1595. coram Litta decis. 101. num. 2.* ibique Centolinus Addens *post 1. volum. consiliorum Farinacii.*

Consilii ratione nemo peccat, vel obligatur, modo non sit fraudulentum. ex S. Augustino in Enchiridion cap. 18. in *can. mihi autem videtur 12. 22 q. 2.* illis verbis: *Non enim sic peccat ille, qui consulendi: quomodo ille, qui nocendi voluntate mentitur.* ibique optimè *gloss.* verbo *consilij.* ex Vlpiano lib. 30. ad Sabinum in *l. Consilii 48. ff. de regulis Iuris.* verba sunt Vlpiani: *Consilii non fraudulenti nulla obligatio est.*

Quandoque tamen tenetur plus Consulens, quam faciens. vt infert *gloss.* d. vero *consilio in fine d. can. mihi videtur. 12.* ex Gregorio Ianuario Episcopo Calaritano in *can. tãta nequitia 24. circa finem. §. eos vero. dist. 86.* dicente Gregorio: *Eos vero, quorum cõsilio hęc egisti, in duobus mẽsibus excommunicatos esse decernimus.* ibique notat *gloss.* verbo *excommunicatos* & *Glossella* Marginalis ibidem. atque etiam *gloss* in *can. qui aliorum defendit errorem 32.* qui est Vrbani Papæ. verbo *damnabilior. 24. q. 3.*

Consilium mutare in melius sapientis est. iuxta illud Augustini in *can. magna sapientię est 10. 22. q. 4.* dicentis: *Magna sapientia est, reuocare hominem quod male locutus est.* vbi *gloss.* reuocare, id est non adimplere, dixit. & *Glossella* marginalis ibidem, reuocare id est cessatione operis; vt cesset, & non adimpleat illud malum.

Consilium fraudulentum esse debebit, vt in pœnam contra consulentes impositam incidisse quisquam dicatur. ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in *cap sicut dignum 6. §. Clericos autem de homicidio voluntario, vel Casuali* illis verbis: *Et illos, qui consilium dederunt, vt sanctus vir caperetur.* fuit itaque fraudulentũ consilium. ibique planè *gloss.* verbo *consilium.* nec diuersimode Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. si quis suadente diabolo 1. in principio de pœnis.* illis verbis: *aut consilium in his dederit.* consilium, vt capiatur, percutiatur, seu banniatur Episcopus. ibique *Card. Zabarella. Syluester in summa* verbo *excommunicatio vltimo nu. 4 q. 4. vers. quartum cum affligitur.* fraudulentum proinde fuit consilium. Iure ergo pœnis addicti fuere.

Consilium alicuius si de forma perquiratur, illo omisso, factum nullum redditur. ex Innocentio Tertio Pisano Archiepiscopo in *cap. ad Apostolicam sedem 16. §. fin. de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* illis verbis: *Et si contra formam præscriptã quodlibet indiscretè receperint, animaduersione sunt debita corrigendi.* ibique *Abbas num. 12.* ex Alexandro Tertio Hierosolymitano Patriarchę in *cap. nouit 4.*

de

de his, quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli ibique gloss. verbo carere. meminitq; Abbas d. num. 12. deducit Ioannes Salas de legibus q. 69. tract. 14. disputat. 16. sectione 11. num. 42 fol. mihi 434. vbi verò consilium est necesse aliculus peti, sequi illud necesse non erit. Abbas d. cap. ad Apostolicam sedem 16. d. num. 12. Menochius cons. 69. num. 17. & 18. vol. 1. ex Papiniano in l. cum pater filios 79. §. mando filiæ meæ. & Bart. ibidem in summario ff. de legatis 2. Pater Diana moralium resolutionum part. 1 tractatu 15. ac 1. Miscellaneo resolut. 51. vers. quæritur tertio.

Constantinus Imperator vir Religiosissimus, primus fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuersum orbem sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed, etiam fabricare Ecclesias, & prædia tribuere posse, constituit. Denique idem præfatus Princeps donaria immensa contulit, & Fabricam Templi primæ sedis Beati Petri Principis Apostolorum instituit adeò. vt sedem Imperialem, quam Romani Principes possederant, relinqueret, & Beato Petro, successoribusque suis profuturam concederet. Verba sunt Melchiadis Papæ in can. futuram Ecclesiam in gentibus 15. 12. q. 1.

Constitutio Papæ consuetudinem certi loci non tollit, nisi de ea facta sit mentio specialis, cum videatur probabiliter ignorasse, atque proinde noluisse abrogare. ex Bonifacio Octauo in cap. licet Romanus Pontifex. 1. de constitutionibus in 6. ibique Gloss. verbo facti. Marius Antonmus Maceraten variarû resolutionum lib. 1. resolut. 103. num. 17. Rodriquez in summa part. 1. cap. 60 nu. 6. in 6. conclusione.

Constitutiones Episcopi, etiam Synodales, non ligant exemptos, in diœcesi quoque existentes, si in loco exempto delinquant; sicuti nec ligant exteros. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in cap. volentes libertatem 1. in primo responso de priuilegiis in 6. ibique Gloss. verbo nunquid ergo. & verbo exemptos. Rota in Burgen Iurisdictionis 1595. coram Orano decis. 105. num. 2. post primum volumen consiliorum Farinacti.

Constitutio Episcopi, quod diebus festis non vendantur bona, etiam comestibilia, nisi post completam concionem &c. sustinetur, cùm sit fauens diuino cultui. exaudiri tamen debet, quatenus moralis necessitas aliud non postularit. ex dictis Apollonii in can. discipulos 26. de consecratione dist. 5. verba audiamus Apollonii: Discipulos, cùm per segetes transeundo vellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat; Quia coacti fame hoc fecerunt. ibique glo. verbo fame. notans, quod necessitas famis excusat a furto &c. & Glossella marginalis ibidem: Necessitate vrgente multa licent, quæ alias non licerent. Quia necessitas non habet legem. vt eadem gloss. ibidem infert. Dixit Rota in Vlixbonen Tabernariorû 5. Maij 1611. coram Penia decis. 327. post 2. volumen consiliorum Farinacti. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 105. num. 40. & in collectanea ad sacrum Tridentinum sessione 25. in decreto de delectu ciborum ieiunijs, & diebus festis num. 5. Quaranta in summa Bullarum verbo dies festus. referens sacræ Congregationis declarationem, declarationemque. ex Alexandro Tertio Triburien Archiepiscopo in cap. licet tam veteris 3. in fin. & Gregorio IX. in cap. conquestus 5. siuè finali de Ferijs extra. ex Gregorij verbis: Nisi necessitas vrgeat, vel pietas suadeat. ibique Gloss. verbo necessitas. & verbo pietas. Non debet tamen Episcopus prohibens ne illo tempore bona vendantur, excommunicationis pœnam imponere, ne animæ illaqueentur. vt dixit Rota part. 2. in recentioribus decis. 757. num. 2.

Constitutio Episcopi regulariter non afficit successores, neque etiam constituentem ipsum, quin possit illam mutare. ex Innocentio Tertio in cap. cùm accessissent ad Apostolicam sedem 8. & cap. cum M. Ferrariensis. 9. extrà de constitutionibus. Abbas. cons. 25. num. 5. part. 2. & Baldus d. cum accessissent 8 num. 2. in fine. Comprime tamen primo; si constitutio ipsa in contractum transisset. ex Butrio d. cap cum M. Ferrariensis 9. num. 11. Deinde si Auctoritate confirmata fuisset Apostolica. Demum si cõstitutio conformis Iuri esset communi. vt deductum fuit in Montis Regalis Iurisdictionis 13. Februarij 1609. apud Card. Canalerium decis. 45. num. 1. & sequentibus, ac per totam.

Constitutio, quæ fauorem continet animarum, extenditur ad casum similem, quamuis alias sit strictè interpretanda in odiosis. ex Clemente IV. in cap. sæpè contingit 1. §. nos igitur volentes animarum ipsarum periculis obuiare de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in 6. ibique per quam optimè Gloss. verbo Italiæ. ex can. pœnæ 18. de pœnitentia dist. 1. Felinus cons. 18. num. 13. 14. & 15. Quaranta in summa Bullarum verbo confessor. §. ampliatur. nam licet ex contextu &c. fol. mihi 199.

Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore sequamur veritatem. Cyprianus ad Pompeium contra Epistolam Stephani in can. consuetudo 8. distinct. 8. quod exaudi, de veritate manifesta. vt Augustinus loquitur in can. veritate manifesta 4. eadem dist. 8. lib. 3. de baptismo contra Donatistas cap. 6. dicens: Veritate manifestata cedat consuetudo veritati. subdens: Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat: Quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit. & Gregorius Vimundo Aueriano Episcopo in can. si consuetudinem. 5. eadem dist. 8. perpendit, quod Dominus noster Iesus Christus: Ioanais 14. dixit: Ego sum veritas, & vita non dixit Ego sum Consuetudo. Vsus ergo qui veritati est contrarius, abolendus: idemque Augustinus contestatur eadem dist. 8 can. qui contempta veritate 6. sic infetens: In Euangelio Dominus: Ego sum (inquit) veritas: non dixit: Ego sum consuetudo. Itaque veritate manifestata, cedat consuetudo veritati. Reuetatione facta veritatis, cedat consuetudo veritati. quia Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti.

Consuetudo plura inducit. annuas videlicet

præstationes. Nam dat Iurisdictionē, & dat priuilegium. ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo in *can. conquæstus est Apostolatui nostro* 8.9.q.3. in fine uerbis illis: *nisi quantum sacri Canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit.* ibique *Gloss.* uerbo *consuetudo.* Inducit quoque seruitutem. & multa alia facit, quæ enumerat *glos.* in *can. seruitium* 31. *siue finali* 18.q.2. uerbo *vsque ad hoc tempus.*

Consuetudo mala non minus, quàm perniciosa corruptela, uitanda est. Nam nisi citiùs radicitus euellatur, in priuilegiorum Ius ab improbis assumitur, & incipiunt præuaricationes, & variæ præsumptiones celerrimè non compressæ, pro legibus uenerari, & priuilegiorū more perpetuò celebrari. conster- natur Nicholaus Papa Igmaro Remensi Archiepiscopo in *can. mala consuetudo* 3. *dist.* 8. ibique *gloss.* uerbo *Mala consuetudo.* inferens: *Quod id, quod alias est illicitum, ratione consuetudinis non fit licitum.* Quia nimirum antiqua non excusat consuetudo ab eo, quod ex se malum est, neque priuilegii uim obtinet. ex Syriaco Papa ad Himerium Tarraconen Episcopum in *can. quia aliquanti* 4. §. *hi verò, qui illiciti priuilegij excusatione nituntur. distinct.* 82. ibique *gloss.* uerbo *priuilegij. in fine.* quæ argumentatur ex hoc textu contra illos, qui pro sui iuris tuitione consuetudines antiquas allegant. Porrò quod mos corruptus à crimine non excusat. ex sancto Ambrosio in *can. reperiuntur quàm plurimi* 7. *paulò post principium* 1.q.1. ibique *gloss.* uerbo *quia, & vsitatum* ex Innocentio II. in Synodo Romana in *can. si quis præbendas* 15. *siue finali.* 1.q.3. illis uerbis: *nec sub obtentu alicuius consuetudinis antè, vel post. à quoquam aliquid exigatur &c.* ibique *gloss.* uerbo *consuetudinis.*

Consuetudo peccatum non minuit, sed auget. ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidem ipsū.* 34. §. *non autem nobis nunc illa quæstio est.* 24.q.1. rationem illo reddente, atque dicente: *Nec enim leuigat crimen eorum: magis verò auget, quod eos diù restitisse dixistis, ne Apostolicis communicantes sedibus, in sua comunione reciperēt.* vbi *gloss.* verbo *auget.* ex Augustino in *can. flagitia, quæ sunt contrà naturam* 13. 32. q. 7. illis verbis: *Quæ si omnes gentes facerent: eodem criminis reatu diuina lege tenerentur.* ibique *gloss.* verbo. *quæ si omnes.* argumentum deducens: *Quod ratione multitudinis; vel consuetudinis non excusatur quis à culpa.* licet quandoque à crimine excuset. ex Augustino *can. obiiciuntur Iacob.* 7. 32. q. 4. ibique *gloss.* verbo *crimen nō erat.* substinetur tamen quandoque ratione vitādi scandali, maiorisque mali. vt apud Gregorium ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. denique sacerdotes* 6. §. *de ipsa vero die Dominica dist.* 4. vbi *Gloss.* verbo *venia.* sed illud ex suo genere malum, & peccatum non erat; nisi propter excessum comedendi. Imo enim consuetudo potius dicenda est corruptela. ex Innocentio Tertio Rosanen Archiepiscopo in *cap. quod super his* 5. §. *fin. de consanguinitate. & affinitate.* ibique *gloss.* verbo *non obstante consuetudine.* & ex eodem Archiepiscopo Turonen in *cap. inter dilectos filios* 11. §. *Nos tamen, qui ex officij nostri debito. de excessibus prælatorū, & subditorū.* dicente illo: *Excusationem prædictam, quæ per prauam consuetudinem (quæ corruptela dicenda est) palliatur, friuolam reputantes: cùm in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi authoritas vsurpatur.* ibique *gl.* verbo *auctoritas* dicēs. *Qui peccatū suū defendit auctoritate, siue consuetudine, magis peccat, & ideo puniri debet.* videndus *S. Thomas* 1.2.q. 88. *art.* 5. *ad* 1. & 2.2.q.59. *art.* 4. *ad* 2.

Consuetudo, quæ iusta est, legitimè processisse præsumitur. ex Augustino ad Ianuarium in *can. illa autem. quæ non scripta* 11. *in principio. dist.* 12. ni fortasse contrarium probetur. vt *Gloss.* inquit ibidem verbo *intelligi.* seruanda proinde interim consuetudo est, ne alijs simus scandalo. ex eodem Augustino ibidem in fine, sic inferente. *Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem serua. si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi.* Antiquitati enim patres nostri sanctrum reuerentiam, vt nihil attendendum sit, nisi quantum sacri canones, & prisca contulit consuetudo. ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo in *can. conquæstus est Apostolatui nostro* 8. 9 q. 3. vbi *gloss.* verbo *consuetudo* multa enumerat, quæ confert consuetudo. præsertim verò. ex *Glossella* marginali ibidem; quòd consuetudo parificatur priuilegio. ex Innocentio Tertio Prælatis per Franciam constitutis in *cap. nouit ille* 13. §. *non enim intendimus iudicare de feudo. extra de Iudicijs.* illis verbis: *Nisi forte iuri comuni per speciale priuilegium, vel contrariam consuetudinem aliquid sit detractum.* ibique *Gloss.* verbo *consuetudinem.* inferens: *Nota, quod consuetudo parificatur priuilegio.* allegat 9.q.3. *conquæstus.* & ex Stephano Papa in *can. quia sancta Romana Ecclesia* 28. *in fine distinct.* 63. illis verbis: *nisi quæ antiqua exigit consuetudo.* ibique *gloss.* verbo *consuetudo.* Quia nimirum consuetudo Iuri comuni præiudicat. ex *d. tex.* in *cap. nouit.* 13. & *gloss.* verbo *consuetudinem.* in fine.

Consuetudo à Patribus data, inuiolabilis est. nec dimitti potest, sed seruari. ex S. Basilio in *can. Ecclesiasticarum institutionum* 5. *dist.* 11. audi illum: *Quasdam vero,* (traditiones videlicet) *consuetudine roboratas approbauit vsus; quibus parritus, & idem vtrisque pietatis debetur affectus. Si enim attētauerimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à Patribus traditas nihil æstimare, quantum religio detrimentum sit latura, intente inspicientibus liquidò constabit.* Vnde dixit Augustinus ad Casulanum scribens in *can. in his rebus.* 7. *eadem dist.* 11. atque doctrinam tradens: *In his rebus,* (inquiens) *de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.* Quia æquè punitur transgressor consuetudinum, sicut transgressor legis. ex *gloss.* ibidem verbo *consuetudinum.* Et planè mos

anci-

antiquus perdurat, & consuetudo seruanda erit. ex Concilio Nicæno in *can. mos antiquus 6.* ibique *gloss.* verbo *mos antiquus dist. 65.* Quia Consuetudo interpretatur legem. vt *glos.* loquitur in *can. vtinam omni tempore 13. dist. 76.* verbo *Apostolicas.* dicente Hieronymo: *& præcepta maiorum, leges Apostolicas arbitretur.* quibus verbis *gloss* commentum agens consequentiam infert, ac rationem: *Cõsuetudo enim interpretatur legem.* ex Paulo lib. 3. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. anniculus amittitur 132. ff. de verborum & rerum significatione.* dicente illo: *Anniculus amittitur, qui extremo anni die moritur: Et consuetudo loquendi id ita esse declarat.* Consuetudo itaque legem interpretatur.

Consuetudo faciendi præsumptionem inducit, vel boni, vel mali. ex Hieronymi in Leuiticum in *can. qui negligunt 3. 24. q. 3.* audi illum loquentem: *Qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare, etiam si non ex corde maledicant; etiam si non ex voto, & animo iniquo proferant maledicta; tamen immunditiam labiorum, (secundum Esaiæ verbum) & iniquinamenta oris incurrunt.* Inducitur propterea ex consuetudine præsumptio. vt *gloss.* ibidem verbo *consuetudinem.* obseruat. ex Gregorio Natali Episcopo *in can. multis ab vrbe tua venientibus 5. dist. 44.* qui, ex actionum illius Episcopi obseruatione, à posteriori argumentum elicit, illum non bene procedere, dicens: Quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbarem. vbi *gloss.* verbo *actionum* argumentum elicit: præsumi contra aliquem quandoque propter crimen præteritum. quandoque ex præsenti.

Consuetudines laudabiles erga sanctam Ecclesiam, pia deuotione fidelium introductas, ex fermento hæreticæ prauitatis quidam laici nituntur infringere: quare compescendi erunt; & consuetudines ipsæ piè seruandæ. Decreuit Innocentius Tertius in Concilio Generali Lateranen in *cap. ad Apostolicam audientiam 42. extrà de simonia.* ibique *gloss.* verbo *nituntur laudabilem.* vbi infert, per superiorẽ cogi posse ad laudabiles seruandas consuetudines. vt idem subnectit Innocentius ibidem dicens: *Sed per Episcopum loci veritate cognita compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.* sequitur Ioãnes *Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 7. cap. 7. q. 21 vers. verùm illud quæstionem habet dubiam. Ioannes Maria Bellectus disquisitionis Clericalis part. 1. tit. de fauore clericorum reali. §. 13. nu. 8. & sequentibus.*

Consuetudines Ecclesiasticæ, quæ approbatæ sunt; Euangelicæ, atque Apostolicæ doctrinæ æquatæ sunt. probamus id ex Iulio Papa Episcopis per Aegyptum in *can. cum omne crimen 7. paulò post principium de consecratione distinct. 2.* verba sunt Iulii: *Quod quàm sit Euãgelicæ, & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ aduersum; non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processerunt.* Inter enim Euangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ ordinem, & consuetudines numerantur Ecclesiasticæ. Aquantur igitur consuetudines Ecclesiasticæ Euangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ. *ne peruersorum inordinata compago statum veritatis eneruet.* vt in fine idem concludit Iulius. Adeo quidem vt Consuetudo Generalis Ecclesiæ pari obliget modo, sicut & præceptum, & par ritus, & ita vtrisque pietatis debetur affectus. vti Basilius fidẽ facit *in can. Ecclesiasticarum constitutionum 5. dist. 11.* tradiditque *Gloss.* in *summa de pœnitent. dist. 5.* verbo *in pœnitentia. post medium.* dicens: *traditio Ecclesiæ obligatoria est, vt præceptum 11. dist. in his rebus.* qui canon est 2. & Augustini ad Casulanum. inferentis: *Et sicut præuaricatores diuinarum legum; ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.* ibidemque *gloss.* verbo *consuetudinum*: & *Glossella* marginalis ibidem: dicens: *Antiquæ consuetudinis ordo, sub decreto mandatur obseruari.* ex Concilio Tarraconensi in *cãn. decernimus 10. in principio 10. q. 1.* sequiturque *S. Thomas quodlibet 2. q. 7. Arnaldus Albauensis de cognoscendis assertionibus catholicis q. 17. nu. 6.*

Consultores in causa hæresis, siue apud Episcopum, siue apud Inquisitores Cõsultores fuerint adhibiti, si secreta pandant, vel examinatorum testium nomina, sunt ipso facto excomunicati, & per Inquisitores, siue etiam Episcopum, excomunicati publicari poterunt. ex Bonifacio Octauo in *cap. statuta quædam 20. §. & vt eorundem accusatorum. de hæreticis in 6.*

Consultores vero huiusmodi votum obtinent consultiuum, non decisiuum. ex Bonifacio eodem in *cap. vt commissi vobis officii 12. §. Aduocandi quoque. de hæreticis in 6. Ioannes Royas de hæreticis 2. part. in 11. assertione nu. 166. Barbosa ad d. capitulum vt commissi num. 7. & 8. Diana part. 1. tract. 15. siue 1. Miscellaneo resolut. 51. vers. quæritur tertio.*

Contemptus facit esse peccatum, quod aliàs nõ esset. ex Concilio Gangrensi in *can. si quis tanquam 7. dist. 30.* Nam ieiunare die Dominico in contemptum illius diei, peccatum est, vt anathemate feriatur. Cum alias omni tempore ieiunare liceret. ex Hieronymo in *can. vtinam omni tempore 11. dist. 76.* sed contemptus facit esse illicitum, quod aliàs licitum reddebatur. ex *gloss. d. can. si quis tanquam.* verbo *contemptum.* & tradidit Gregorio IX. in *cap. si celebrat 11. siue fin. §. peccat autem de clerico excomunicato deposito, vel interdicto ministrante.* dum in fine sic infert: *Dummodo non in contemptum Ecclesiasticæ disciplinæ, videlicet cõtra prohibitionem superioris, comunioni excomunicatorum pertinaciter se ingesserit, in quo casu est anathemate feriendus;* ibique *gloss.* verbo *dummodo non in contemptum.* Contemnere igitur dicitur, qui contra superioris prohibitionẽ pertinaciter quidquam fecerit: formaliter, vt contra superioris faciat mandatum. nam contempus cum superbia coniunctus est. vti Gratianus aduertit in *can. notandum est. 37. §. nisi fortè ex contemptu, & superbia excomunicati proueniat. 24. q. 3.* præfert proinde suam

voluntatem superioris mandato, & pertinax est. ex Alexandro Tertio Brixieo Episcopo in *cap. ex publico instrumento 7. de conuersione coniugatorum*. illis verbis: *Quod cum renueret fuit vinculo excommunicationis adstricta*. ex contumacia proinde, quæ cum pertinacia coniuncta est.

Contentiones discordiarum nutrices sunt. ex Ianuario Episcopo in Sardicensi Concilio in *can. illud quoque 1. distinct. 71.* ratio enim, quam produxere Patres in Concilio coacti, quare respõderint: *placet*, ad Ianuarii interrogationem: *Quia* (dicentes) *ex his contentionibus solent nasci discordiæ*. sicuti Communitas mater discordiam est. vt *gloss.* ibidem commentum agit, verbo *contentionibus*. & in superioribus diximus.

Continentia non est, nisi voluntaria. Quia integritas corporis, res est voti, non præcepti. vnde qui castitatem ante non promisit, ad eam seruandam cogi non poterit. ex Gregorio Petro Subdiacono Siciliæ in *can. ante triennium 1. distinct. 31.* Ambrosium excipe in *can. integritas corporis 13. 32. q. 1.* qui sequentibus loquitur: *Integritas corporis expetenda à vobis est; quam ego pro cõsilio suadeo, non pro imperio præcipio. Sola est enim Virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quam præcepti.* Magis videlicet liberæ voluntatis, quàm coactionis. vt *gloss.* ibidem verbo *voti* in hoc commentum agit. Vnde compelli nemo potest ad eam seruandam, quam non prius voluntate promisit libera. ex Simplicio Papa Ioanni Episcopo Rauenoati in *can. vbi ista didicisti 7. distinct. 74.* ibique plenè *gloss.* verbo *honorem*. ex ratione, quam 10. hanc rẽ ipsã Nicolaus Papa scribit oĩbus Episcopis in Regno Lodouici in *can. præsens clericus 4. §. quapropter. cõsultè psalmographi verba: voluntariè sacrificabo tibi* &c. 21. q. 3. dicens *Quod enim quis non eligit, nec optat: profectò nec diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum quippe bonum, nisi voluntarium*. sequitur *gloss.* in *can. nullum facere subdiaconum 1.* verbo *promiserit. dist. 28.* Quærens. Quomodo alicui, vt puta ministris Ecclesiæ altaris, Ecclesia imponat necessitatem continendi; cùm continentia sit res voti, non præcepti? respondet: *Dico, quod Ecclesia neminem cogit continere, sed in ordine, quem dat, potest imponere legem, quam vult, sicut quilibet alius in traditione rei suæ*. ex Caio lib. 4. ad legem 12. tabularum in *l. in traditionibus 49. ff. de pactis*. Caium excipe: *In traditionibus rerum, quodcumque pactum sit, id valere, manifestum est*. deducit *gloss.* in *c. maiores Ecclesiæ causas 3.* qui est Innocentii Tertii Arelaten. Archiepiscopo. *§. Item quæritur vtrum dormientibus. de baptismo & eius effectu*. ad verba illa Innocentii: *Et ipse tanquã conditionaliter volens, licet absolute non velit, cogendus est ad obseruantiam fidei Christianæ*. verbo *conditionaliter* circa finem. ad quæstionem; sed nunquid ille, qui conditionali coactione recipit ordinem, tenetur continere? Respondet: *Bene videtur, quod sic. Quia coacta voluntas, est voluntas &c.*

Contra ea, quæ publicè facta sunt, nemo postmodũ audiendus. ex Hieronymo in *can. licet ergo Dominus 15. 8. q. 1.* merito ex lege Diuina (*Leuitici 8.*) astante Populo ad Sacerdotiũ eligebatur: subdit Hieronymus: *ne qua postmodum retractatio cuiquam; ne quis scrupulus resideret*. & *Glo.* ibidem verbo *retractatio*. & *Gloss.* in *can. Curæ sit omnibus Episcopis 20.* verbo *excommunicatis 11. q. 3.* Quatenus Honorius Papa præcipit, excomunicatorum nomina celebri loco posita præ foribus Ecclesiæ cunctis patere, rationem reddit *Gloss.* quia contra ea, quæ publice facta sunt, nemo postmodum audiendus est. ex Gelasio Papa Maiotico, Sereno, & Ioanni Episcopis in *can. qui, & diuinis, & humanis legibus. 24. 12. q. 2.* illis verbis: *Cùm non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis*. ibique *gloss.* verbo *ignorare*. ex Stephano Papa Cleru Constantinopolitano in *can. quod dicitis 14. siue finali dist. 16.* inferente: non facile credi, vt quod publice actum est, atque omnibus videntibus, ignoretur. ibiq; *Gloss.* verbo *Regionibus*. quæ sic argumentum extrahit: *quod nulli liceat ignorare ea, quæ publicè facta sunt*. proinde non credi hoc asserenti.

Cõtractus est vltrò, citroque obligatio. ex Vlpiano lib. 11. ad Edictum in l *Labeo 19. §. contractum autem ff. de verborum, & rerum significatione*. Quia hinc, & inde sua natura partes connectit, atque colligat. ex *gloss.* ibidem verbo *vltrò, citroque*. Calcari igitur impunè humana pacta non possunt. ex Leone Papa ad Rusticum Episcopũ in *can. puella, quæ coactæ 8. in fin. 20. q. 1.* Quia nimirum inter homines solẽt bonæ fidei cõtractus nulla rõne dissolui. ex Gregorio ad Bonifacium in *can. viduas à proposito discendentes 2. in fine principii 27. q. 1.* multo magis vtique, qui cum Deo ineuntur contractus, firmi esse debebunt. audi Gregorium eodem *can.* dicentem, atque contestantem: *Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui; quãto magis illa pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit?* Rationem reddit Leo Papa d. *can. puellæ*. dicens: *Nam si humana pacta non possunt impunè calcari; quid eos manebit, qui corruperint fœdera Diuini sacramenti?* diximus *respons.* nostra 47. *num. 20. & sequentibus part. 5.*

Contractus verò ex vtriusque contrahentis consensu perficitur, siuè bonæ fidei, siue non sit. ex Vlpiano lib. 36. ad Quintum Mutium in *l. in omnibus negotiis. 56. ff. de actionibus, & obligationibus*. & Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. si tuti initio. 5. C. de actionibus, & obligationib.* deduximus *respons.* nostra 29. *num. 23. & sequentibus part. 5.* A consensu igitur contractus robur accipiet. ex Vlpiano lib. 4. ad Edictum in *l. 1. ff. de pactis*. inferens in fine §. 1. *Nam stipulatio, quæ verbis fit, nisi habeat consensum, nulla est*. ibiqua *gloss.* verbo *consensum*. Et obligationes nõ nisi consensu fiunt. ex Iuliano lib. 3. Institutionum in *l. consensu fiunt. 2.* & Paulo lib. 2. Institutionũ in *l. obligationum substantia 3. ff. de actionibus, & obligationibus*. deduximus *respons.* nostra 89. *à num.*

num.19.ad 24.part.5.

Contractus enim nomen Generale est, atque omne comprehendit pactum siue bonæ fidei, siue sit stricti iuris. vt *gloss.* infert. in *can. viduas à proposito* 2. *in fine principij* verbo *contractus*. 27. *q.* 1. plura deducit *Afflictus decis.* 232. *num.* 1. & 2. siue contractum, siue distractum, siue etiam testamentum. idem *Afflict. decis.* 260. *num.* 6.

Contradictoria duo simul esse in eodem subiecto, & tempore non possunt, quia mutuo se expellūt. vt frigus, & æstus. dixit quàm optime Papinianus lib. 7. responsorum in *l. Titie si nupserit* 99. *ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* sic inferens: *Ridiculum est enim eandem, vt viduam, & vt nuptam admitti.* Quia nimirum contraria, siue contradictoria sunt. vt *Gloss. finalis.* ibidem commentum agit. nec diuersimode Celsus lib. 17. Digestorum in *l. vbi repugnantia* 149. *ff. de regulis Iuris.* concinitque Innocentius Tertius Mediolanen Archiepiscopo in *cap. inter dilectos filios* 6. §. *Cæterum memorati Henrici priuilegium de fide Instrumentorum.* verba sunt Innocenti, qui sic argumētatur: *Vt tamen intelligatur eo modo, quo magis possit valere, distinguendum videbatur; vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit, cùm eadem legitimè nequiuissent confirmari pariter, & donari: confirmari tamquam prius habita, & possessa: donari tanquam tunc tradita: ac per hoc illa non poterant intelligi per priuilegium illud donata, sed confirmata: cùm iuxta legum sanctiones: Quod meum est, ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meum.* sunt ergo cōtradictaria. simul proinde stare non poterūt. ex *S. Thoma* 3. *part. q.* 77. *art.* 1. *in* 2. *argumento.* non solum eodem tempore, sed nec etiam in vno Instanti. *Card. de lugo de Iustitia & Iure tom.* 1. *disputa.* 2. *sectione* 2. *num.* 26. diximus *respons.* nostra 15. *nu.* 58. *par.* 4. & *respons.* 76. *n.* 42. & *sequentibus part.* 5.

Contraria loquens non est audiendus. Augustinum excipe ad Bonifacium scribens in *can. quod autem nobis obijciunt* 3. *in principio.* 23. *q.* 7. qui sic infert: *Vsque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, quàm sint inter se contraria, quæ loquuntur.* vbi *Gloss.* verbo *contraria.* infert argumētum: *quod contraria dicens non est audiendus.* ex Gregorio Natali Episcopo Salonitano in *can. gesta, quę nobis.* 3. *dist.* 74. Quia duo diuersa eodem tempore stare non possunt, neque vera esse. ex Innocentio III. Episcopo Parisien in *cap. solicitudinem pastoralis officii* 54. *extra de appellationibus.* dum in fine sic infert: *Non est, tanquam aduersa petens, & sibi contrarius, audiendus.* ibique *Gloss.* verbo *tamquam aduersa.* notans, *quòd non auditur proponens contraria.* ex Cypriano in sermone de mortalitate in *can. quam præposterum est* 25. *in fine principii.* 13. *q.* 2. illis verbis: *Et volumus ab eo præmiis cœlestibus honorari, ad quem venimus inuiti.* quæ contraria æstimantur. vnde esse non possunt simul. ex *Gloss.* ibidem verbo *inuiti.* quę sic infert: *& sic est argumentum; quod non debemus consequi commodum ex eo, quod inuiti facimus,* consequenterque nolentes. at contraria sunt velle, & nolle. non igitur simul esse poterunt.

Contraria duo non possunt esse in eodem subiecto. Gloss. in *can. cum humilitatis causa mentiris* 9. *in fine* 22. *q.* 2. verbo *falsitas.* ex Ambrosio in *can. cùm renunciatur improbitati* 9. 32. *q.* 1. qui sequentibus rationem reddit: *Egressus enim malitię, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* Quia contraria mutuò se expellunt.

Contraria contrariis curantur. ex Octaua Synodo in *can. si quis semel notatus fuerit.* 1. *de pœnitentia dist.* 3. quæ sic loquitur, rationem reddens, atque consequentiam inferens: *Oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari, id est per humilitatis exercitium.* & ex eadem Octaua Synodo in *can. affectum illum in se recipiat pœnitens* 10. 26. *q.* 7. dum in fine sic infert: *Sed & in his ipsis, in quibus deliquit, agens multa contraria.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *multa contraria* dicens: *Pœnitens enim contraria debet facere illis, pro quibus pœnitet. Quia cōtraria contrariis curantur.* namque.

Contrariorum effectus contrarii sunt, cum cōtraria quoque eorum sit ratio, & natura, quia separatum est vnum ab alio. ex Papiniano lib. 2. de adulteriis in *l. de seruo, qui accusatur.* 9. *siue finali ff. de calumniatoribus.* illis verbis in fine: *separatum est enim calumniæ crimen, à damno.* cōtrarii proinde sequuntur effectus, quia separatorum separata debet esse ratio. ex *Bart.* ibidem in summario. cùm enim.

Contrariorum est, mutuo se propellere: nam vno posito, alterum exulare oportet: effectus quoque contrarii erunt. ex Gregorio in moralibus in *can. sciendum summopere est* 10. §. *obedientia quippe. in fine* 8. *q.* 1. de obedientia namque loquens, cui contraria inobedientia est; infert dicens: *Ex aduerso igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur: (obedientia videlicet.) Si enim quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatrię nolle acquiescere.) sola est, quæ fidei meritum possidet, obedientia.* Quia contrariorum est mutuo se propellere. nam cum vnum contrarium commendatur, aliud vituperatur. vt *gloss.* ibidem commentum agit. verbo *ex aduerso.* & optima est probatio, quę fit per suum contrariū. & dixit Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorū in *can. hospitiolum tuū* 17. *in fine dist.* 32. sic consequentiā inferens à contrario: *Si bonū est mulierē, non tangere. malū est ergo tangere.* quo loco *gloss.* verbo *malū est.* infert: *Argumentum à contrariis: si vnū est bonū, reliquū est malum.* ex Innocentio Tertio Iudici Carolitano in *cap. ea te credimus discretione vigere* 22. §. *finali de Iure Iurando.* illis verbis: *Si præstitum Iuramentum ei, quod à te nobis, tanquam debitum est præstandum, contrarium reputes; illud illicitum iudicabis. &c.* ibique *gloss.* verbo *contrarium.* videndus *Surdus decis.* 24. *num.* 10. & *decis.* 92. *n.* 11. *Didacus Spino de testamentis glos.* 30. *num.* 10. diximus *respons.* nostra 26. *num.* 12. & 13. *part.* 1. & *respons.* 66. *nu.* 24. & 25. *part.* 4. *Simancha de catholicis institutionibus tit.* 30. *de heresi num.* 12. *Royas de hæreticis part.* 1. *nu.* 93.

Con-

Cõtrariorum itaque est, mutuo se expellere. frigus enim calidum propellit, & calidum frigus. nox diem, & dies noctem. veluti, præter Philosophos, docuit nos Proculus lib. 2. epistolarum in *l. hęc verba, ille aut ille* 124. *ff. de verborum, & rerum significatone.* verba sunt Proculi docentis: *Disiunctiuum est, veluti cùm dicimus: Aut dies, aut nox est: quorum posito altero, necesse est tolli alterum: item sublato altero, poni alterum.* vnum enim propellit alterum. sunt proinde contraria.

Contraria illa sunt, quæ se se non compatiuntur. Probatur ex Augustino in *can. quodcumque ligaueris super terram 6. in fine. 24. q. 1.* verba excipe Augustini: *Petrus, quando claues accepit, Ecclesiam sanctam significauit: Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni: in Iudę persona significati sunt in Ecclesia mali.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *in Iuda.* quæ sic infert: *Si duo enim contraria inter se non conueniunt; nec eorum contraria interse conueniunt.* quia se se inuicem non compatiuntur, nec simul esse possunt. ex Gratiano in *can. resuscitatus 35. §. cùm Deus sit vita animæ. de pœnitentia distinct. 1.* inferens tandem: *Nemo autem filius Dei, & diaboli simul esse potest. Nemo enim, vt ipse ait: Duobus Dominis seruire potest.* exigentibus contraria. vt *gloss.* ibidem commentum agit verbo *duobus.* Diuersis videlicet, in eo, quod diuersa sunt. Quamuis quæ diuersa sunt, contraria non sint, & possint se compati. vt adnotauit Innocentius Tertius Archipresbytero, & Magistro scholarium Bituricen in *cap. cùm Apostolica sedes 7. §. auctoritates enim premissę. de his, quæ fiunt à prælatis sine consensu capituli.* Verba sunt Innocentij: *Auctoritates enim premissę licet diuersę sint, non tamen aduersę.* Quæ aute aduersa sunt sibi inuicem aduersantur, & stare simul non possunt. ex eodem Innocentio Tertio Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesię causas. 3. §. sed adhuc quæritur in fine. de baptismo, & eius effectu.* dicente illo: *Sed hæc tanquam incompassibilia se se minimè patiuntur, imo sibi mutuò aduersantur.* vnde vna eademque res contrarios non operatur effectus. vt *gloss.* ibidem verbo *incompassibilia* adnotat. sequiturque *Squillacensis de fide catholica in præmio num. 5.* Et simul esse non possunt, quæ sunt opposita. ex Leone Papa in *can. gratia si non gratis datur. 1. in fine 1. q. 1.* Leone excipe. *Si spiritus veritatis (testante ipsa veritate* (Matth. 10.) *de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio spiritus mendacij esse conuincitur; qui non gratis accipitur.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *testante.* Contraria enim contrariis opponuntur. & in eodem subiecto esse non possunt. *Thomas Triuisanus decis. 23. num. 2. lib. 2.*

Contraria ad inuicem sunt corruptibilia. ex Aristotele 5. *phisicorum.* non igitur simul esse possunt. Augustinum excipe in *can. quia radix omnium malorum 13. de pœnitentia distinct. 2.* qui sic loquitur: *Quia radix omnium malorum est cupiditas; & radix omnium bonorum est Charitas, & simul ambę esse non possunt: nisi vna penitus euulsa fuerit, alia plantari non poterit.* Idem proinde Iuris erit in vno contrariorum, quod in reliquo. *Gloss. in can. inferior sedes 4. verbo hinc. dist. 21.* Contrariorum itaque eadem est disciplina, vt vno eorum cognito, cognoscatur & reliquum. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. denique si in epistola. 6. in principio.* ibique *gloss.* verbo *etiā maledicatur. eadem dist. 21. gloss. in clement. 1.* verbo *obseruare. de sententia excommunicationis.* ex Marcello de publicis Iudicijs in *l. qui accusare possunt 8. in principio ff. de accusationibus, & inscriptionibus.* qui sic loquitur: *Qui accusare possunt intelligemus, si scierimus, qui non possunt.* Quia contrariorum vno cognito, & aliud intelligitur. ex Caio lib. 1. Institutionum in *l. 1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris.* Dicit Caius: *Videamus itaque de ijs, quæ alieno iuri subiectæ sunt; nam si cognouerimus, quæ istæ personæ sunt, simul intelligemus, quæ sui Iuris sunt.* idem Iustinianus Cęsar in *§. 1. Institutionibus eodem. Perez de lara de cappellanijs lib. 1. cap. 11. num. 14. Gonzalez ad 7. regulam cancellarię glos. 43. num. 171.* diximus *respons.* nostra 66. *un. 22. & num. 24. & 25. part. 4.*

Contrariorum licet vnum commendetur, non ideo reliquum vituperatur. ex Ambrosij verbis de patriarchis lib. 1. de Abraham in *can. dixit Sara 3. 32 q. 4.* Quæ sic sonant: *Deus in paradiso coniugium laudauerat, non adulterium damnauerat.* rationem reddens quare Abraham cum Ancilla concubuerit ex Saræ voluntate. ibique *gloss.* verbo *damnauerat.* expressè: inquit. inferens: *& est argumentum, quòd licet vnum contrariorum commendetur, non ideo reliquum vituperatur.* ex Gregorio in moralibus in *can. sciendum summoperè est 10. in fine. 8. q. 1.* dicente, vt obedientiam laudibus efferat. *Ex aduerso igitur melius ostenditur quid de eius laude sentiatur &c.* vbi *gloss.* verbo *ex aduerso.* consequentiam extrahit: *ex eo, quod vnum contrarium commedatur, aliud vituperatur.* Sed hoc est contrarium dicto *Glossę* dicto *can. dixit Sara:* nisi quatenus hæc *gloss.* verbo *ex aduerso* infert etiam: *Quod optima est probatio, quæ fit per suum contrarium.* vt hic. & ex Leone Papa in *can. gratia si non gratis datur. 1. in fine 1. q. 1.* ibique *gloss.* verbo *testante.* quæ rationem reddit: *Quia contraria contrarijs opponuntur.* Quo argumento vtitur Gregorius Papa secundus Bonifacio Episcopo in *can. Animæ defunctorum 12. 13. quęst. 2.* sic inferens: *Curatio verò funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa: oberit pio vilis, & nulla. Nec ideo tamen contemnenda, & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximè iustorum, & fidelium.* Sepelire equidem, & non sepelire contraria sunt. licet igitur Curatio pretiosę sepulturę comẽdetur propter viuorum solatium, non tamen non pretiosa vituperatur. ob bonum finem. humilitatis videlicet; & si quæ in sepulturam impendenda sunt pretiosam, pauperibus erogentur, in beneficiū animarum, quæ, vt Gregorius ibidem tradit,

qua-

*quatuor modis soluuntur ; aut oblationibus sacerdotum , aut præcibus sanctorum , aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum.*

Contrarietas, & repugnantia quacunque in dispositione fugienda, atque vitanda. ex Innocentio Tertio Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesiæ causas 3. §. sed adhuc quæritur in fine de baptismo; & eius effectu.* illis verbis: *Sed hæc tamquam in compassibilia se se minime patiuntur , imo sibi mutuò aduersantur .* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *incompassibilia.* quod eadem res non operatur contrarios effectus. ex Neocæsariensi Concilio in *can. si quis in ægritudine constitutus 1. fine vni. eo dist. 57.* ibique *Gloss.* verbo *sed ex necessitate.* rationem reddens : *Quia eadem res non potest habere contrarios effectus.* vbi igitur repugnantia erit in verbis , siue contrarietas, firmum quid esse non poterit. probat Celsus lib. 17. Digestorum in *l. vbi repugnantia 149. ff. de regulis Iuris.* Celsum excipe: *Vbi repugnantia inter se in testamento reperitur, neutrum ratum est.* Ratinem reddit *Gloss.* ibidem in *Gloss. 1. in fine* dicens : *Repugnantia enim impossibilia sunt.* sequiturque *Surdus decis. 276 nu. 3. Rota apud Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis. 379. n. 4. part. 2.*

Contritione cordis deletur peccatum. ex *Psalmo 31. 5.* in *can. Dixi 4. de pænitentia dist. 1.* quo Regius psaltes versiculo antecedenti Deũ alloquitur: *Delictum meum cognitum tibi feci & iniustitiam meam non abscondi.* subsequitur: *Dixi: Confitebor aduersum me iniustitiam meam Domine: & tu remisisti impietatem peccati mei.* quæ verba Augustinus in *can. magna pietas Dei 5. eadẽ dist. 1. de consecrat.* sic ad rem enucleat: *Magna pietas Dei, vt ad solam promissionẽ peccata dimiserit. Non dum pronunciat ore , & tamen Deus iam audit in corde: quia ipsum dicere , quasi quoddam pronunciare est. votum n. pro operere reputatur .* sequiturq; *Gloss.* in summa eadem *distin. 1. de pænitentia.* in quæstione, quam proponit Gratianus ibidem : *vtrum sola cordis contritione , & secreta satisfactione, absque oris confessione quisque possit Deo satisfacere ?* verbo *secreta.* quod tamen temperat: modò quidem oris confessio non contemnatur, sed in voto habeatur, vt suo scilicet tempore sua approbato confessario oris confiteatur confessione. & sequitur in verbo *sunt enim.* deducens Ambrosium. in *can. Petrus doluit 1. ead. dist. 1.* verba sunt Ambrosii: *Petrus doluit, & fleuit; quia errauit, vt homo. Non inuenio quid dixerit: inuenio quod fleuerit: lachrymas eius lego ; satisfactionem non lego.* exteriorem scilicet satisfactionem. vt *Gloss.* ibidem verbo *satisfactionem* perpendit. At lachrymę ipsę satisfactio erant ; Nam *egressus foras Petrus fleuit à marè.* vt *Lucas 22. 64.* testatur. dicitque Gratianus in *can. conuertimini ad mè 34. §. conuersio autem dicitur. de pænitentia dist. 1. §. hinc etiam Dominus.* de Petro loquens: *Vnde post trinam negationem Petrus , Domino eum respiciente, profudit amaras lacrymas, quibus culpam negationis suæ diluit.* probatque toto illo discursu , per contritionem peccata dimitti , non per solam confessionem . Dicens ; *Hinc etiam Leprosi illi , quibus Dominus præcepit , vt ostenderent se sacerdotibus , in itinere, ante quàm ad Sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quod antequam sacerdotibus ora nostra ostendamus, id est, peccata nostra confiteamur , à lepra peccati mundamur .* prosequiturque alijs exemplis. & ibidem *gloss.* verbo *sacerdotibus.* inquiens : *primo ergo est Deo confitendum, postea sacerdotibus.*

Contritio tripliciter accipitur . primo pro vt est virtus. 2. pro vt est passio , siue afflictio , qua punitur quis pro peccato. 3. pro vt est actio, qua se punit aliquis. ex *gloss.* in *can. si cui etiam non contingat 30.* qui est Augustini. *de pænitentia distinct. 1.* verbo *contritione.* plura tradit *gloss.* in summa *ead. dist. 1. de pænitentia* verbo *vtrum.*

Contritione cordis , & si quidem culpa deletur , tota tamen pœna non omnino dimittitur , nisi exterior accesserit pœnitentia, & operum satisfactio ; nisi tamen tanta esset cordis contritio, vt & tota quoque pœna deleretur; cum baptismi vicem passio ipsa impleat, atque cordis nimia tristitia ex peccato assumpta propter Deum super omnia dilectum, vt in latrone. ex Augustino in *can. baptismi vicem 34. de consecratione distinct. 4.* ibique *gloss.* verbo *corde.* dicens: *id est per fidem cordis iustificatur aliquis, id est, de impio fit pius .* Sacrum Tridentinum Concilium *sessione 14. de sacramento pænitentiæ cap. 8. & can. 12. Nauar. in manuali cap. 1. de contritione nu. 31. & 40.*

Conuersatio ante acta præsumptionem facit pro futuro. ex Innocentio Tertio Cenadien Episcopo, & Abbati Deciquorum in *cap. cum in iuuentute sua 15. de præsumptionibus extra.* & de eodem Quinqueccleſien Episcopo loquens in *cap. cùm in iuuentute sua 12. de purgatione canonica.* ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est 7. §. si vero de crimine 2. q. 1.* inferente Gregorio : *nec ipsum de eo credendum fuit, si vita, vel opinio eius talis antè non extitit.* ibique *Gloss.* verbo *non extitit.* ex eodem Gregorio Maximo Episcopo in *cap. mandata cælestia 6. eodem de præsumptionibus.* retionem inferẽte: *Quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti conuersatione tua præsumamus.* nec diuersimode sentire visus est Callistratus lib. 1. de cognitionibus in *l. obseruandum est ius reddenti 19. ff. de officio præsidis.* dum infert rationem, quare Præsides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem cum prouincialibus suis intrare non debeant: *Nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur.* Sumitur ergo ex conuersatione argumentum qualis quisque sit. Hanc ob causam ex conuersatione cum deprauatæ vitæ hominibus, indicium cõtra inquisitum ad quęstionem sumitur. ex *Crauetta cons. 220. nu. 22. vers. ampliùs ex conuersatione.* sequitur *Marius Muta Siculus decis. 80. num. 1. & sequentibus.*

Conuertendi se ad Deum cuilibet manet necessitas postquam peccauit. Nullus tamen debet expectare postquam non possit peccare,

care. Arbitrij quærat libertatem, vt dolere possit commissa, non necessitatem. Semper enim cũ Dei gratia pœnitere poterit. iuxta illud Ezechielis 33. *Quacumque hora peccator ingemuerit, & conuersus fuerit, vita viuet.* Quæ verba sic perpendit Augustinus in *can. nullus expectet 6. siue finali de pœnitentia distinc. 7.* circa medium. Verba excipe Augustini: *Dixit conuersum, non tantum versum: vita viuere. versum quidẽ puto, qui dolet de crimine: Conuersũ, qui dolet de omni eius, quã exposuimus, varietate. Vertitur à peccato, qui iã vult dimittere peccatum: conuertitur, qui iam totus, & omnino vertitur; qui iam non tantùm pœnas non timet, sed ad bonum Domini contendere festinat. Quæ Conuersio si contingerit alicui etiam in fine, desperandum non est de eius remissione. Sed quoniam vix, vel rarò est tam iusta conuersio, timendum est de pœnitente serò.* sic Augustinus.

Conuersio hominis peccatoris ad pœnitentiã, opus est Dei, non hominis solius. Quæ tamen conuersio si contingeret homini etiam in fine, desperandum non est de eius remissione, modo voluntaria sit conuersio. ex Augustino eodem *cau. nullus expectet 6. siue finali de pœnitentia dist. 7.* Qui sic infert ante medium, *Quem ergo serò pœnitet, oportet non solum time re Deum Iudicem; sed & Iustum diligere: non timeatur pro pœna; sed ametur pro gloria. Debet enim dolere de crimine, & de omni eius prædicta varietate.* Qui sic dolet, remissionis spem habet certam. *Quoniam Deus semper potens est, semper etiam potest in morte iuuare, quibus placet.* vt idem paulo post infert. deducitque plene *gloss.* in *can. conuertimini 34. de pœnitentia distinct. 1.* enucleans quomodo exaudiatur illud Ioelis 2. & Zachariæ 1. *Conuertimini ad me in toto corde vestro & conuertar ad vos?* Quia scilicet, contritio, qua conterimur, causaliter præcedit remissionem; & sic contritio, quæ ex libero arbitrio præcedit, meretur remissionem: quæ tamen gratiæ, quæ omnia præcedit, erit attribuenda tamquam causę.

Conuersio autem dicitur quasi cordis vndique versio. vti Gratianus ibidem §. *conuersio autẽ* deducit.

Contumacia erga superiorem pessima. Nam in contumacia permanens resipiscere non videtur, nec vult. id circo pœna feriendus cõdigna. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. in tantum hanc præsumptionẽ 9. distinct. 21.* Seueros itaque aduersus contumaces esse oportet, sicuti aduersus humiles, & pœnitentes benignos. ex Gregorio Notario Rauennæ in *can. quanto 8. in fine 2. q. 5.* Verba sunt Gregorij; *Quia sicuti in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum venię non debemus.* Simile ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Senonen in *cap. ad hęc. 1. §. fin de postulatione prælatorum.* in quo in ... sic infert Innocentius: *Ac ideo vos ea non immeritò priuare possemus, de solita tamen beni... ... concedimus, vt vobis &c.* quo loco *gloss.* ... concedimus, ad rem sic nostram in-

fert: *Contumaci enim & delinquenti potest Iudex remittere pœnam de gratia.*

Contumacia hæresis dicitur, quia hæret in pertinacia; Peccatum quippe ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. vti Samuel Sauli contestatus fuit 1. *Regum* 15. sequiturque Gregorius VII. omnibus per Regnum Italicum, & Theutonicorum, debitam S. Petro obedientiam exhibentibus. in *can si qui sunt presbyteri. 15. in fine distinct. 81.* sic consequentiam inferens: *Peccatum igitur Paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit, sedi Apostolicę obedire cõtemnit.* Paganitatis. id est Infidelitatis *Gloss.* ibidem exponit. Iure igitur quàm meritissimo Contumax Infidelis nuncupatur à Clemente Papa in *can. nullus Episcopus 16. siue finali distinct. 38.* verba sunt Clementis in fine: *Qui enim rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat; magis diaboli; quàm Christi membrum esse ostenditur; & potius infidelis, quàm fidelis monstratur.* nec diuer simode ex dictis Bonifacii Martyris. in *cau. si Papa 6 in fin. dist 40.* de Papa loquentis, illis verbis: *nisi deprehendatur à fide deuius.* de quibus *Gloss.* ibidem verbo *à fide deuius.* rationem reddens sic infert: *Nam Cont. macia dicitur hæresis.* Dicitur vero hæresis propter pertinaciã. ex Hieronymo in *can. inter hæresim, & schisma 26 24. q. 3.* ibiq; *Gloss.* & *Gloss.* ... marginalis ad dictũ textũ *si Papa* ad *Gloss.* d ... verbo *à fide deuius.* Quia nimirum inobediens, & contumax, infidelis habetur. ex Gregorio in moralibus in *can. sciendum summopere est 10. 8. q. 1.* dum in fine de in obedientia loquens, consequenterque de contumace, qui in pertinacia est; sic infert: *Sola est, quæ fidei meritum possidet obedientia: sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.* est igitur contumax necdũ hæreticus, dùm in sua pertinacia hæret, sed infidelis, dùm superiori non paret. deducit hoc Augustinus in *can. omnibus considerātis. 20. in fin. 24. q. 1.* afferens locum *Matthæi 18. 17.* cum Christus Dominus de correptione fraterna loquens dixit: *Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ; si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.* nam *gloss.* in *d. can.* verbo *Ethnicus.* argumentatur. *quod Contumax hæreticus est iudicandus.*

Contumax proinde iure excommunicari poterit, vt seuerius puniatur. ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can. de illicita excommunicatione 6. §. & hinc sanctus Gregorius ad Ioannem Episcopum 24. q. 3.* sic enim verbis Gregorii Concilium: *Quod si hanc sententiam nostram te cognoueritimus impleste remissius: nõ iã tantum iniustitiam, sed etiam contumaciam fraternitatis tuæ cognoscas adiuuante Domino seuerius puniendam.* Adeo quidẽ vt neq; appellans contumax audiatur. vt idem prosequitur Concilium eodem loco, inferens: *Quin imo nec retractari per appellationem negotia possunt; quoties in contumaciam fuerit iudicatum.* & *gloss.* ibidem verbo *per appellationem*, rationem reddens: *nam & contumax non auditur appellans.* prosequitur Gratianus in *can. et, qui appel-*

*pellat* 41.5.*sunt etiam quorum appellationes non recipiuntur*.2.q.6.prosequens Gratianus:*Non enim potest recipi eius appellatio, qui per contumaciam absens, cùm ad agendam causam vocatus esset, negotio priùs summatim perscrutato, condemnatus* est. ibique *gloss.* verbo *per contumaciam*. Iure ergo excomunicationis ligatur nodo, vt parere discat. ex Concilio Triburiensi in *can. certum est* 43.11.q.3. ibique *gloss.* verbo *tribus*.& sequitur *gloss.* in *can. si nō sunt tanta* 15.verbo *excomunicetur.in fine. de consecratione dist.* 2. *Rota apud Card. Caualer. decis.* 332.*num*.4.*&* *part*.5.*in recentioribus decis.* 276. *num*. 3. Poterit igitur diutius in excomunicatione retineri, vt à contumacia recedat. ex Concilio Hilerdensi in *can. qui iubente sacerdote* 39.11.q. 3. sic dicente Concilio: *Qui iubente sacerdote pro qualicunque culpa ab Ecclesia exire contempserit; pro noxa contumaciæ tardiùs recipiatur ad ueniam.* ibique *gloss.* verbo *tardiùs*. ex ratione, quam reddit Ambrosius in *can. est iniusta misericordia* 33.23.q.4. in fine dicens: *Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.* & ibidem *gloss.* verbo *comunionis*. in fine.

Contumax superbiæ vitio notatur. Inde quippe mandata contemnit superioris, quia superbit, & tumidus est, ac contumeliosus. *Contemptus* proinde *debet contumaciæ & superbiæ in omnibus frangi.* vt Patres responderunt in Concilio Carthaginensi primo coacti in *can. si quis tumidus, vel contumeliosus* 3. 15.q.7. Quanto ergo maius est contemptus, tantò maius scelus committitur. vt *gloss.* loquitur in *can. non afferamus stateras dolosas* 21. *in fine* 24.q.1.verbo *sceleratiùs*.in fine. ex Ioanne Chrysostomo in *can homo Christianus* 5.ibique *gloss.* verbo *eadit distinct*.40.

Contumax de sua iniustitia pro confesso habetur. Diffidere enim videtur de Iustitia, atque proinde confiteri crimen. ex Bonifacio Papa ad Gallos in *can. decernimus* 10.*circa finem* 3. q.9.Bonifacium audi: *Nam manifestum est confiteri eum de crimine, qui inducto, & toties delegato Iudicio purgandi se occasione non vtitur.* deduxit Bonifacius Octauo in *cap. si post præstitum veritatis* 1.*de confessis in* 6.ibique *Gloss.* verbo *pro confessò*. Contumax verò excomunicatus ob contumaciam si per annum in excomunicatione perseuerauerit, pro conuicto habetur, & non auditur. ex Concilio Carthaginensi V. in *can. rursus constitutum est* 36. 11.q.3.Ita nempe sacrum Concilium infert: *Si verò intra annum causam suam purgare contempserint; nulla eorum vox postea audiatur.* ibique plene *gloss.* verbo *rursus*. Debent tamen seruari termini substantiales. *Marius Antoninus variarum resolutionum lib*.3. *resolut*.28. *nu*. 14.qui sanè sunt, vt non statim ad vltimum perueniatur, sed gradatim procedatur. vt contumacia relicta ad cor reuertatur. sicuti Gregorius Papa Antonio Subdiacono scribens in *canone Honoratus Archidiaconus Ecclesiæ Salonitanæ* 8.*in fine distinct*.74. decreuit, dicens: *Quod si facere hoc contumaciter vt, consueuit, fortè distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede concessus est, ex auctoritate Sedis Apostolicæ contradices. Quem, si etiàm amisso pallio, adhuc in eadem pertinacia perseuerare perspexeris: dominici quoque corporis, & sanguinis eundem Antistitem participatione priuabis.* ordinem proinde statuit Gregorius. & deducit *gloss.* ibidem verbo *adhuc*. quod crescente contumacia debet crescere & pœna, atque ordinem statuit seruandum: vt post admonitionem suspendatur. a. excomunicetur: Deinde deponatur, ac nouissime Curię tradatur.

Contumax quilibet, & pertinax excomunicari potest. ex Alexandro Papa II. in *can. si quis deinceps* 22.*in fine* 17 q.4.illis verbis: *Si contumax fuerit, excomunicetur.* quamuis absens fuerit, ex contumacia. nā poterit excomunicari. ex Zeferino Papa ad Episcopos Siciliæ in *can. accusatores Episcoporum* 1.*in fine* 3. q.8. verba sunt Zeferini: *Absens verò nemo iudicetur, nisi ex contumacia absens fuerit.* vbi *Gloss.* verbo *iudicetur*. infert: *sed propter contumaciam excomunicatur.* qui canon repetitur in *can. Absens verò* 13.3.q.9.vbi Gratianus addit: *nisi fuerit Absens ex contumacia. pro præsenti namque eum contumacia haberi facit*: Quælibet enim contumacia digna est excomunicatione: imò tantò maior videtur contumacia, quantò ex re minori consurgit. Verba sunt *Gloss.* in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste* 10.qui est Gelasii Papæ Anastasio Imperatori. verbo *videbatur in fine dist.* 96. Contumacia namque si ex contemptu accidat, mortale est. ex *S. Thoma* 2.2.q.105.*art*.1.sequitur *Rota part*. 5. *in recentioribus decis*. 404. *nu*. 7. 8. & 9. poterit proinde excomunicari. ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorundam relatione fidelium* 1.*distinct*.34. sic nempe in fine Nicolaus infert: *Quod si parere contempserit, tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ suę conuersatione vitanda; vobis admonentibus obedire distulerit: à vestro Collegio excomunicatus abscedat. Quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, à ministerio cessare debebit.* Est ergo peccatum contumacia, nec leue. eoque grauius, quò peccatum augetur, vt eodem modo & pœna augeri debeat. ex Concilio Agathensi in *can. contumaces Clerici* 21. *dist*. 50. & ex Gregorio Antonio Subdiacono in *can. Honoratus Archidiaconus* 8. *dist*. 74. in conclusione in fine, verbis illis: *Quod si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit, vsum ei pallij &c.* Ibique *Gloss.* verbo *adhuc* quę inferr: *quod crescente contumacia debet crescere & pœna.* vt etiam excomunicari possit. ex Concilio Mileuitano in *can. quisquis probatus fuerit per contumaciam* 19.2. q.6. & ex Concilio Agathensi in *can. Episcopi* 8.11.q.3. ibique per quam optime *Glos.* verbo *minimis*. ex qua etiam habetur: Contumaciam inter maxima haberi peccata, cum propter illam excomunicari quis valeat. probatur ex Concilio Triburiensi in *can. certum est pro his tribus criminibus* 43.*eadem* 11.q.3. vbi *Gloss.* verbo *tribus*. pro contumacia istorum; commentū agit. & plura deducit *gl.* verbo *quidā in excomunicatione* in summa *causa* quatuor enume

rans, quę contumacia faciat, vt excomunicetur. Contumax vt neque audiri possit contumax excomunicatus. quamuis appellet. ex Ionnne Chrysostomo in *can. nemo contemnat vincula* 31. 11. q. 3. ibique peroptime *gloss.* verbo *sed Christus*. Quia non homo est, qui ligat; sed Christus: & quia iustum est, vt in eum iura insurgant, qui Ius, & Iudicem, & partem eludit. vt Innocentius 4. in Concilio Lugdunen loquitur in *cap. cordi nobis est.* 1. §. *finali in fine de appellationibus in* 6. *Marius Antoninus variarum resolutionum lib.* 1. *resolut.* 73. *num.* 6. apertissimeque deducitur ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can. de illicita excomunicatione* 6. §. *quicumque tribus Auctoritatibus.* 24. *q.* 3. ibique *gloss.* verbo *per appellationē.* rationem reddens: *nam & contumax non auditur appellans.* Statuitque Iustinianus Cæsar in *l. properandum nobis visum est* 12. §. *fin autem reus absfuerit C. de Iudicijs.* nec recessit Antoninus Imperator in *l.* 1. *C. quorum appellationes non recipiuntur.* noster Proauus *Robertus Maranta in speculo part.* 6. *membro* 2. *num.* 19. *& de appellationibus num* 41. *& nu.* 289. *Scaccia de appellationibus q.* 17. *limitat.* 3. *num.* 1. *& sequentibus. Alexander Sperellus decis. fori Ecclesiastici* 48. *num.* 46. *Iulius Cartharius decis. Curiæ Archiepiscopalis Mediolanen* 79. *num.* 6.

Conuersio cordis ad Deum, & baptismi sacramentum, differunt; Salus autem hominis ex vtroque completur. Cum verò ex voluntate alterum horum defuerit, reatu hominem inuoluit. & Baptismus quidem potest in esse; vbi conuersio cordis defuerit. Conuersio autem cordis potest quidem in esse non pręcepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neque enim vllo modo dicenda est conuersio cordis ad Deum, cùm Dei sacramentum contemnitur. Augustinus in *can. baptismi vicem* 34. §. *quibus rebus omnibus ostenditur. de consecratione dist.* 4. ex eodem eadem dist. *can. non dubito* 149. §. *melior enim Cēturio Cornælius.*

Cor Deus respicit. vt Augustinus loquitur in *can. si quid inuenisti* 6. *in fine* 14. *q.* 5. inquiens: *Deus cor interrogat, non manum.* respicit enim, quo animo quidquam fiat. Sicuti ad verba Gregorij 10. in Generali Concilio Lugdunen in *cap. decet domum Domini sanctitudo.* 2. *de Immunitate Ecclesiarum, Cæmeteriorum, & aliorū locorum religiosorum in* 6. quibus præcepit: cū nomen sanctissimum Iesu Christi profertur, vt omnes *Flectant genua cordis sui. quod vel capitis inclinatione testentur.* commentum agens *gloss.* verbo *Cordis.* rationem reddens sic infert: *Ad Cor enim respicit Deus.* Cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet secretum. *Et quem non fallit, neque peccati qualitas, neque peccantis affectus.* vt Origenes loquitur in *can. Deus quando maledicit.* 38. *in ipso principio.* 24. *q.* 3. sequiturque *Gloss.* in *can. Diaconi sunt* 23 *post principium dist.* 93. ad verba Hieronymi: *Solus Deus nouit eorum conscientias; ei namque cor omne patet, & omnis loquitur voluntas.* Nec differt à ratione, qua Alexander Papa scribens omnibus Orthodoxis in *can. si quando à sacerdotibus* 1. §. *Confessio ergo in talibus* 15. *q.* 4. testatur dicens: *Cum magis sit inspector cordis Dominus, quam operis.* Vnde etiam in fine intulit: *Nec tantum attendenda sunt, quæ fiunt, quàm quo animo fiunt.* Quia potius inspici [illegible] est Causa facti, quàm ipsum factum. vt *gloss.* finalis ibidem verbo, *quæ fiunt.* intulit. D[illegible] roinde *Baldus.* in *cap. mandatum de rescriptis.*

Cor est Imperator [illegible] & habet eam sicut mancipium sub sua iurisdictione. sequiturque *Ceuallos communium contra communes q.* 828. *num.* 219. *part.* 3.

Cordis occulus nube erroris obductus supernę illustrationis lumine fit serenus. ideo magna cautela utendum est, n[illegible] irerum obducatur. ex Gregorio in *can. quoties cordis oculus.* 9. *in ipso principio* 1. *q.* 7. rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *magna cautela.* dicens: quod cū abundantiori cautela faciendum est, in quo timetur regressus.

Coronam vitæ repromisit Deus diligentibus se. Sed cùm suffert tentationem, & probatus fuerit. vti Iacobus Apostolus Hierosolymorum Episcopus in sua *Canonica* 1. 12. contestans omnibus dixit: *Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se.* & *Matthęi* 5. 10. omnibus Dixit Christus Dominus [illegible] Magister noster: *Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorū est regnum Cœlorum.* sequiturque Innocētius T[illegible] Archiepiscopo Calaritano scribens in *cap. nisi cum pridem* 10. §. *verùm si propter alias causas. de renunciatione*. eique dicens: *Sciens quòd Beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; quoniam cum probati fuerint, accipient coronam vitę, quam repromisit Deus diligentibus se.* Libenter igitur persecutionem propter iustitiam patiamur, vt cum ꝓbati fuerimus, accipiamus coronā Glorię. Amen. fiat, fiat.

Corporalia, in quibus altaris conficitur sacrificium, non ex serico panno, aut tincto esse debent, sed ex puro, & terreno lino, illaque ab Episcopo consecrata esse debent; sicut corpus Domini nostri Iesu Christi in sindone linea munda sepultum fuit. ex Epistola Eusebij Papę, & Syluestri in *can. consulto omnium statuimus* 46. *de consecratione dist.* 1. rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *lino*, sic inferens: *Quod tunsionibus multis ad candorem deducitur; sic & Christus pressuris multis peruenit ad Gloriam: ita & boni propter pressuras ad Gloriam Domini veniunt.* sequitur Nicolaus Plouius tract. de celebratione missarum cap. 5.

Corpus Christi dupliciter considerari potest: vel Corpus Christi materialiter de virgine sumptum: vel Corpus Christi formaliter, siue spiritualiter, & mistice, quod est Ecclesia fidelium. Ecclesia propterea Corpus spirituale dicitur Christi. ex Ambrosio in *can. in illo sacramento Christus est.* 85. *de consecratione dist.* 2. Verba sunt Ambrosij: *Corpus enim Dei, corpus est spirituale: Corpus Christi, corpus est diuini spiritus.* vbi *Gloss.* verbo diuini spi-

spiritus distinctionem adhibet duplicem inter corpus Christi materialiter, & formaliter. & *Glossella* marginalis ibidẽ. quæ inquit: *Corpus Christi dupliciter dicitur.*

Corpus Christi præter naturæ ordinem conficitur; sicut præter naturę ordinem in vtero virginis genitum fuit. Nam præter naturæ ordinem Virgo generauit. ex Ambrosio in *can. re vera mirabile est 69. circa finem. §. sed quid argumentis vtimur? de consecratione distinct.* 2. qui etiam sic subnectit: *Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore; cùm præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine? Vera vtique caro Christi, quæ Crucifixa est, quæ sepulta est. Verè ergo carnis illius sacramentum est. Ipse Clamat Dominus Iesus* (Hoc est corpus meum.) *Ante benedictionem verborum cœlestiũ alia species nominatur: post consecrationem Corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suũ. Antè consecrationem aliud dicitur: post consecrationum sanguis nuncupatur.* ita Ambrosius.

Corpus Christi dupliciter consideratur, & vt sacramentum est, & vt res sacramẽti. ex Augustino in *can. hoc est, quod dicimus 48. de consecratione distinct.* 2. probante illo: *Sacrificium Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, visibili elementorum specie. & inuisibili Domini nostri Iesu Christi carne, & sanguine; sacramento, & re sacramenti, id est corpore Christi; sicut Christi persona constat, & conficitur Deo, & homine; Cùm ipse Christus verus sit Deus, & verus homo: Quia omnis res illarum rerum naturam, & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. Cõficitur autem sacrificium Ecclesiæ sacramento, & re sacramenti, id est corpore Christi. Est ergo sacramentum, & res sacramenti, id est corpus Christi.* ibique *gloss.* verbo *& re sacramenti.* & *gloss.* in *can. tribus gradibus. 23. eadem dist. 2. de consecratione* verbo *sacramenta.*

Corpus Christi dupliciter manducatur, sacramentaliter, & spiritualiter. Sacramentaliter tantùm à malis; sacramentaliter, & spiritualiter à bonis. perpendit Augustinus in *can. credere in Iesum Christum 59. de consecrat. dist. 2.* verba sunt Augustini: *Participatione enim filij (quod est per vnitatem corporis Christi, & sanguinis) homo manducans viuit, non sumens tantùm sacramento, (quod, & mali faciunt) sed vsque ad spiritus participationem: vt in corpore Domini tanquam membrum maneat, & eius spiritu vegetetur: quod est, dum eius mandata seruat.* deducitque *gloss.* ibidem verbo *in sacramento.*

Corpus Christi non transit in alimoniam corporis, sed animæ. quia est cibus animæ, non corporis, & siquidem species sumantur, tamen in alimoniam transit animæ: ex Ambrosio in *can. non iste panis est 56. de consecrat. dist. 2.* verba damus Ambrosij: *Non iste panis est, qui vadit in corpus, sed ille panis vitæ æternæ, qui animæ nostræ substantiam fulcit. Iste panis quotidianus est: accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit; Sic viue, vt quotide merearis accipere.* ita Ambrosius ibique *Gloss. in principio.* quæ percontatur: an statim suscepto sacramento desinat sibi corpus Christi? demum concludit; quod remaneat donec perdurent species sacramentales. ex Clemente Papa in *can. tribus gradibus. 23. §. tanto in altario. eadem de consecrat. dist. 2.* ibiq; *Gl.* verbo *miscere.* & *Glossella* marginalis ibidẽ. dicens: *Manet corpus Christi quãdiù species manent.* ex *S. Thom. 3. par. q. 77. ar. 4. 5. & 6.* propterea, quia cibus est animæ, non corporis. Damnatus, qui Corpus Christi recipit, immunitate non gaudet sicut si ad Ecclesiam confugeret. ex *gloss.* in *can. quæsitum est ab aliquibus 30. 13. q. 2.* verbo *in patibulis.* gauderet vero, si ad illud confoggeret, dum defertur ad infirmos. secundũ *Glossellam* marginalem *Archidiaconi* ibidem.

Corpus Christi in sacramento altaris loco nõ circumscribitur, sed est totum in toto, & totum in qualibet parte totius. sicut vbi pars est corporis, est & totum corpus. docet Hilarius in *can. vbi pars est corporis. 78. de consecratione dist.* 2. Docet hoc Hilarius exemplo mannæ, *quod in figura præcessit, de quo dicitur:* (Exodi 16.) *Qui plus collegerat non habuit amplius; neque qui minus parauerat, inuenit minus.* inferens: *Non est omnino quantitas visibilis in hoc æstimanda mysterio, sed virtus sacramenti spiritualis.* & *Gloss.* ibidem verbo *corporis.* dicens: *Melius videtur dicẽdum, quod corpus Christi non circumscribitur loco; quia non est tantus locus, quin in minori esse possit. & secundum hoc non sequitur, quod totum, & pars sint in eodem loco.* ita Gloss.

Corporis, & sanguis Christi nulla maior oblatio est, & nihil in sacrificiis maius esse potest; nec vlla oblatio hac potior est; sed hæc omnes percellit. vt Alexander Papa Quintus à Petro dixit in *can. nihil in sacrificijs maius 8. de consecrat. dist. 2.* Quia nullum sacramẽtũ dignius est isto, quantum in se ipso est. vt *gloss.* ibidem verbo *quàm corpus* dicit. Nam in hoc sacrificio idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara Crucis semel se ipsum cruentè obtulit. vti sacrosancta Tridentina synodus docet *sessione 22. in Doctrina de sacrificio missæ cap.* 2. & sacrificium illud verè propitiarorium est. *Huius quippè oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pænitentiæ concedens, crimina, & pecata, etiam ingentia, dimittit. Vna enim, eademque est hostia, idem nunc offerens sacerdotum ministerio, qui se ipsum tunc in Cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa.* vt eadem ibidem sacrosancta Synodus prosequitur.

Corpus Christi suis manibus sumunt sacerdotes. ex Concilio Nicæno in *can. peruenit ad Sanctum Concilium 14. distinct. 93.* vbi *Gloss.* verbo *sacramenta.* perquirit causam, quare sacerdos corpus Christi per se sumat? Respondet rationem tradens: *Quia sumptio corporis futuram resurrectione corporum significat, quam Deus sua virtute faciet, sine omni ministerio.* sic Glossa.

Corpus Christi in sanctissima Eucharistia quotidie sumere, nec laudo, nec vitupero Augustinus inquit in *can. quotidie Eucharistiæ communionem. 13. de consecrat. dist.* 2. verum postmodum *§. dixerit, quispiam. ibidem:* quod quotidie sumendum sit. sic concludit.

*faciat vnusquisque quod secundum fidem suam pie credidit faciendum.* modo tamen firmiter proponat abstinere ab omni,& quolibet pec-cato mortali. vt *gloss.* ibidem verbo *mens in affectu.* concludit. iuxta Augustini eiusdem consilium in *can. consideret qualitatem criminis* 1. *circa finem* 5. *cautus sit ne verecundia ductus de pœnitent. dist. 5.* dicentis: *Non prius ad Domini corpus accedat, quàm confortetur bona conscientia.* Cum alioqui separari à corpore Christi, quædam damnatio est. vt *gloss.* ibidem verbo *terribilius* rationem refert.

Corpus Christi illo triduo, quo in sepulchro fuit, separatum quidem ab anima fuit, non tamen disiunctum fuit à persona Verbi. Vnde si in illo triduo Apostoli consecissent, corpus solum fuisset. & tamen viuificare potuisset. docet *Glossella* Marginalis ad *can. timorem docet nos Apostolus* 25. *de consecrat. dist.* 2.& *gloss.* ibidem verbo *corpus.* ex *S. Thoma* 3. *part. q.* 76. *art.* 1. *ad* 1.

Corpus liberum æstimationem non recipit. ex Decretis Eutychiani Papæ in *can. si quis membrorum truncationes* 31. 23. *q.* 8. deducitque *gloss.* ibidem verbo *legaliter.* ex Caio lib. 7. ad edictum prouinciale in *l. ex hac lege iam non dubitatur.* 3. *ff. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur.* Dicit enim Caius: *Non scilicet, vt deformitatis ratio habeatur, (cùm liberum corpus æstimationem non recipiat) sed impensarum in curatione factarum, & operum ammissarum, quasque amissurus quis esset, inutilis factus.* & ipse met Caius eodem libro in *l. cum liberi hominis corpus.* 7. fine finali *ff. de iis, sine his, qui deiecerint, vel effuderint.* Dicens in fine: *Cicatricum autem, & deformitatis nulla fit æstimatio: quia liberum corpus nulla recipit æstimationem.*

Corpus humanum iumentum appellatur ab Ambrosio in *can. sexto die bestiæ sunt creatæ* 8. 5. *sed illius ebrietas dist.* 35. dicête illo de Noe, *qui post plantatam vineam, vinum ex illa bibens inebriatus fuit:* Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum suum ad remedium temperauit, non effudit ad vitium. Iumentum. id est carnem suam, quam pascit homo, quasi iumentum. Vel dicitur corpus iumêtum, quasi iuuamentum. *gloss.* ibidem verbo *iumentum.*

Corpus cogi potest, eique vis inferri; non anima. deducit id Augustinus in *can. schismatici dicunt* 3. *in principio.* 23. *q.* 6. de Paulo loquens: *Mirum (inquiens) est quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium coactus, intrauit.* & c. dixitque Gratianus 32. *quæst.* 5. *in summa,* sequentibus rationem inferens: *Corpori namque vis infertur, non animæ,* afferens illud Sanctæ Luciæ ad Paschasium: *Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad Coronam.* sequutaque fuit *Gloss.* in *can. custodi intus innocentiam tuam.* 54. 11. *q.* 3. verbo *custodi.* rationem inferens: *Quia corpori vis potest inferri, nô animæ.*

Corpus nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis diligendum est, vt saluti eius,& fragilitati naturaliter consulamus: Et agamus quatenus spiritui ordinatè subiectum, ad æternã salutem accepia immortalitate,& incorruptione perueniat. vti verbis loquitur S. Prosper de vita contemplatiua in *can. charitas est.* 5. §. *corpus nostrum. de pænitentia dist.* 2. ibique *gloss.* verbo *quia pars.* dicens. corpus non esse hominem, quia pars est, & non totum compositum; quod ex corpore, vt materia, anima verò vt forma, constat.

Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas. Hieronymus dixit in *can. de pudicitia quis dubitauerit* 6. §. *corpus mulieris.* 32. *quæst.* 5. vbi ex dictis Augustini infertur ratio: *Sicut nemo impudicè vtitur corpore, nisi spiritu prius concepta nequitia; ita nemo pudicitiam seruat in corpore, nisi spiritu prius insita castitate.*

Corpori humano quidquid impenditur (quò ad sepulturam) non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectũ, quo nemo vnquam carnem sui odio habet. vnde oportet, vt quam potest pro carne proximi curam gerat, cùm ille recesserit, qui gerebat. Augustinus lib. de agenda cura pro mortuis cap. vltimo relatus. *can. non æstimemus* 19. 13. *q.* 2. Subnectens etiam à fortiori rationem, quare id fiat: *Et si hæc faciunt, qui carnis resurrectionem non credunt; quantò magis debent facere, qui credunt? Vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, & in æternitate mansuro impensum eiusmodi officium sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium.* Nec diuersimodè sẽsit Gregorius Papa II. Bonifacio Episcopo scribẽs in *can. animæ defunctorum* 22. *eadem* 13. *quæst.* 2. sic inferens: *Curatio verò funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quã in subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepulta pretiosa, oberit pio vilis, aut nulla. Nec ideo tamen contemnenda, & abiicienda sunt corpora defunctorum, maximè iustorum. & fidelium.* Curanda igitur sepultura est fidelium, vti nos latè *respons.* nostra 18. *part.* 5.

Corporis incompositio inæqualitatem indicat mentis. ex Augustino Gratianus in *can. Clericus professionem suam.* 8. fine finali § *sicut ergo in cibis dist.* 41. ex ipso met tex. qui est ex Concilio Carthaginensi 4. ibique *gloss.* in principio. diximus *respons.* 91. *nu.* 9. & 10. *part.* 5.

Corpori quod nocet: iuuat Spiritum. S. Ambrosius in *can. potest fieri, vt aliquis* 51. *in fine. de pœnitentia dist.* 1. dicens: *Quod nocet corpori, iuuat spiritum.*

Corpori, qui ea, quæ necessaria sunt, subtrahunt, de rapina holocaustum offerre dicuntur. Quod Dominus odit, ex illo *Isaiæ* 61. 8. dicente Domino: *Quia ego Dominus diligens iudicium, & odio habens rapinam in holocausto.* quo loco. Hieronymus, relatus *can. non mediocriter errant* 24. *in fine de consecratione distinct.* 5. sic infert: *De rapina verò holocaustum offert, qui siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderatè affligit. videat itaque quid Apostolus dicat:* (ad Romanos 13. & Galat. 5.) *Carnis curam ne feceritis in concupiscentiis.* Quasi dicat (*Gloss.* ibidem subnectit verbo *ne feceritis*) superflua prohibet, nõ necessaria. ex Gregorio dilectissimis Ciuibus Romæ in *can. peruenit ad me* 12. *in fine de consecrat. distinct.* 3. inferente: *si autem pro necessitate*

cor-

*corporis, hoc nec die Dominico prohibemus*. lauari videlicet in balneis.

Corpora crassa, & obesa, quę crescendi mensuram compleuerint, nisi cito ablatione sanguinis imminuantur, in paralysim, & pessima morborum genera erumpere: & id circo esse necessariam demptionem, vt rursum habeant in quæ possint crescere. Non enim manere in vno statu naturam corporum, sed aut crescere semper, aut decrescere: nec posse viuere animal nisi crescendi capax sit. ex Hippocrate in aphorismis Diuus Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 2. contestatur. relatus *can. ne tales accipiamus cibos 29. de consecrat. dist. 5.*

Corpore in vno multa membra habemus; omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Paulus ad *Romanos* 12. 4. quæ Gregorius omnibus Episcopis scribens vsurpauit in *can. singula Ecclesiastici iuris officia* 1. *distinct.* 89. probans, quod singula Ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis committi debeant. inferens in fine: *Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa*. nam (ex Paulo 1. *ad Corinthos* 12. 14.) & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes: Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? si totum corpus oculus: vbi auditus? si totum auditus: vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quod si essent omnia vnum membrum, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. & ita *Gregorius* perpendit ibidem. ibique *gloss.* verbo *oculus*.

Corporum diuersitatem diuersitas sæpè sequitur animorum. vti Innocentius Tertius P. Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali Apostolicę sedis Legato in *cap. quia diuersitatem 5. in principio de concessione prebendæ*. rationem defert *gloss.* ibidem verbo *diuersitatem*. Quia, quot sunt capita tot sententiæ. vt Augustinus in *can. sicut in sacramentis veteris testamenti* 151. §. *si possent singuli. finali de consecrat. dist. 4.* conlectatur dicens: *Si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis quot homines numerarentur*. ibique *gloss.* verbo *opinionum*. Quia nimirum voluntates hominum sunt variæ. vt *gloss.* dixit eodem verbo *diuersitatem corporum*. in *d. cap. quia diuersitatem*. referens illud.

*Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.*

atque Ouidianum aliud

*Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.*

Neque ab eodem sensu Vlpianus discessit lib. 4. fideicommissorum in *l. quia poterat fieri 4. circa finem ff. ad Senatus Consultum Trebellianum*. rationem quippe reddens, quare causa quæri non possit, cur hæres adhire nolit. sic infert: *Non enim prescribi hæredi instituto debet, cur metuat hæreditatem adire, vel cur nolit: Cùm variæ sint hominum voluntates, quorundam negotia timentium, quorundam vexationem &c.*

Correlatiua, quæ sunt, ad inuicem correspondentiam habent, vt vnum sine altero esse non possit, & quod de vno dicitur, de altero exaudiatur. ex Aristotele in prædicamento ad aliquid. sicut pater & filius, emptio, & venditio, vt quod de emptione dicitur de venditione exaudiatur. ex Gregorio vniuersis Episcopis Hispanis in *can. audiuimus dilectissimi 1. circa finem 1. q. 3.* de Simonia enim loquens Gregorius sic infert: *Iste quippe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A sacrilegio quoque hoc facinus non dispar dixerim. cùm id, quod sponte, & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur*. hoc scilicet ematur, siue vendatur, quæ correlatiua sunt, & vnum est alterius, & alter ad alterum. veluti ex Arcadij. & Honorij Augustorum Cæsarum sësu in *l. 1. C. de cupressis ex Luco Daphensi, vel Perseis per Aegyptum non excidendis, vel vendendis lib. 11.* non ineuidenter eruitur, cum pænam quinque librarum auri incidentibus arbores ex Luco Daphensi excisas impositam, in vendentibus locum habere disposuere. Quia, sicut comparare eas non licet: ita nec vendere. correlatiui equidem termini sunt emptio, & venditio. quam ob rem quod de vno, diciturde alio exauditur, quia simul cognitione sunt, simulque natura, quemadmodum & Iabolenus lib. 5. Pithanon, à Paulo Epithomatum in *l. si ego tibi acceptum feci 23. sine finali. ff. de acceptilationibus*. sic dicens: *Si tibi acceptum feci, nihilominus magis ego à te liberatus sum*. quia termini sunt correlatiui. *Euerandus in loco à correlatiuis. Barbosa assiomate 61. num. 1. Gratianus forens. part. 1. cap. 26. num. 15. & 16.* diximus *respons.* nostra 66. *à num. 1. part. 5.* quod etiam in pœnalibus locum habere, vbi ratio est vna, & par, ostendimus *respons. 36. num. 3. 4. & 5. part. 3.* hinc est quod

Correlatiua posita se ponunt, & perempta se perimunt. ex eodem Aristotele in prædicamento ad aliquid. deducitur que ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. per Aquilianam stipulationem 3. sine finali C. de acceptilationibus*. quatenus disponit; quod subducta obligatione per acceptilationem, & causa agendi sublata quoque videtur. & *Bald.* ibidem in summario. & Argumentum hoc sequitur *Frater Bernardinus à Bustis tom. 3. part. 11. sermone 1. de assumptione in 6. part. in 8. ratio, ne fol. mihi* 890.

Correptionis modum, siue coerctionis peccati modū excedere nemo debet. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. qui peccat. 40. §. finali in fine 23. q. 4.* verba sunt Augustini: *Culpantur etiam qui prohibent à malo: si modum peccati modus coerctionis excedat*. ibique *gloss.* verbo *modus*.

Correptionis proinde modus seruandus, neque honorabilia Ecclesiæ membra (vt sunt de Clero) rigidè ex arbitrio, vt puta verberibus

ribus corrigenda. ne dum incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat. iuxta illud quod quidam Sapiens dixit: *Leniter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correptionem recipit, nec salutem.* ex Concilio Bracharensi 3. in *can. cum Beatus Apostolus 8. dist. 45.*

Correptio Fraterna facienda vtique est ex Domini præcepto (Matthæi 18.15.) *Si peccauerit in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solum.* sed modus seruandus erit, quem præscribit Augustinus in *can. si peccauerit 19. 2. q. 1.* ibique late *gloss.* verbo *in te.* Necessaria vero correptio est, vt mali corrigantur, nec dimittenda, quamuis effectus non sequatur. ex Augustino in *can. sicut non est. 11. 23. quæst. 4.* Quia nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est. vt Leo Papa ad Rusticum scribens loquitur in *can. nemo desperandus est 1. de pænitentia dist. 7.* Non tamen pretermittenda est, etiam peccati occulti, quando probabiliter creditur, quod non emendabitur per fraternam correptionem, & quando creditur non profutura. ex eodem Augustino *d. can. si peccauerit. S. Thomas 2. 2. quæst. 33. art. 8. ad 1.* vel si peccatum est infectiuum aliorum. *Nauarr. cons. 2. num. 1. 2. & per totum. & cons. 4. num. 2. lib. 5. de accusationibus.* Quilibet vero ex præcepto tenetur ad correptionem faciendam occultè. ex eodem Augustino in *can. duo ista nomina 35. eadem 23. q. 4.* ibique *Gloss.* verbo *Episcopo.*

Correptio autem, quatenus respicit malum ipsius peccantis, opus est charitatis, quia per eam repellimus malum fratris, peccatũ videlicet, magis quàm si repellamus malum corporis. cùm peccatum animam respiciat. ex *S. Thoma 2. 2. q. 33. art. 1. in corpore. Felinus in cap. qualiter, & quando 17. nu. 5. col. 3. in 3. notabili. vers. adde textum. de accusationibus.*

Corrumpunt mores bonos colloquia mala. Paulus dixit *1. ad Corint. 15. 33.* quod dictum à Menandro accepit. testatur *gloss.* in *can. turbat acumen legentium 8. in fine* verbo *indidisset dist. 37.* ex Concilio Toletano in *can. sæpè malorum consortia 12. in principio 28. q. 1.* dicente Concilio: *Sæpe malorum consortia etiam malos corrumpunt.* & apud Menandrum:

*Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua.*

Corui de morte pascũtur. Hoc Columba non habet: sed de frugibus terræ viuit, innocens eius victus est. Augustinus *can. non omnis, qui dicit 30. 2. q. 7.* vbi *gloss.* pro columba bonos prælatos exaudit, malos verò pro coruis, dicens verbo *Corui.* Coruo æquiparatur malus prælatus, vel presbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, scilicet mortuorum, & oblationum, & in fœtore spiritus, & in garrulitate, & in furto. Cauendus est igitur latro. ex Augustino in *can. tres personas dixit Dominus 12. 23. quæst. 4.* trium quippe personarum dat ibi distinctionem Augustinus ex verbis Domini (Ioannis X.) Pastoris, furis, & Mercenarii. inferens tandem: *Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus est latro.*

Crates Thebanus, homo quondam ditissimus, cum ad philosophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit: neque putauit se simul posse, & virtutes, & diuitias possidere. Hieronymus ad Nepotianũ de vita Clericorum *can. Gloria Episcopi est. 71. §. Crates ille Thebanus. 12. q. 2.* inferens: *Nos suffarcinati auro Chistum pauperem sequimur.*

Crassus aurum sitiuit, & aurũ bibit: æquè periit vero auro, sicut vero veneno. verba sunt Gratiani in *can. quod quidam dicunt 97. §. ex his verbis Augustini. paulo post principium. 1. quæst. 1.* inferens ex verbis Augustini ibidem in fine, quod Christi Domini sacramenta, si etiam ab indignis tractata fuerint; illis sua peruersitate damnatis, intemerata tamen illa sanctitate permanent. Verba damus Augustini *§. sicut redeunti.* docentis sanctitatem sacramẽtorum in nullo peruerso esse violandam: *Constat enim eam* (inquiens) *in peruersis, & sceleratis hominibus; siue in eis, qui intus sunt, siue in eis, qui foris sunt, impollutam, atque inuiolabilẽ permanere; & quia dicũtur ea mali polluere, quãtum in ipsis est, dicuntur; cum illa impolluta permaneant: sed in bonis permanent ad præmium; in malis permanent ad Iudicium.* probat hoc Gratianus exemplo Crassi. qui aurum sitiuit, aurum bibit, & auro periit. de quo *gloss.* ibidem verbo *Crassus.* dicit: *Crassus iste dictator fuit, cõtemporaneus Iulio Cæsari, & Pompeio: & à Parthis auro feruenti interfectus est.* vocabatur vero Marcus Crassus. vt *Glossella.* Marginalis ibidem tradit.

Credendum est ei, qui non accusatur, vel denunciatur ab aliquo; sed per semet ipsum consilium appetit salutare. Ex Innocentio Tertio Abbati S. Trinitatis de Meldemberque in *cap. significasti nobis. 18. §. & quidem, si hoc ita se habet. de homicidio voluntario, & casuali.* verba sunt Innocentii rationem afferẽtis: *Cum de ceteris credendum sit ipsi, qui non accusatur, vel denunciatur ab aliquo, sed per se ipsũ consilium appetit salutare.* vbi *gloss.* verbo *credendum* infert, nec inutiliter, atque appositè argumentum. *Quod in iudicio animæ cuilibet est credendum: Quia non est verisimile, quod sit immemor suæ salutis.* ex Theodosio & Valentiniano Augustis *lege 6. C. ad legem Iuliam Repetendarum.* relatum per Gratianum in *can. sancimus eiusmodi viros 26. circa finem. 1. quæst. 7.* dicentibus illis: *Et licet neminem diuini timoris, contemnendo Ius iurandum, arbitremur immemorem, vt saluti propriæ vllum commodũ anteponat: tamen vt ad salutis timorem, etiam necessitas periculi subiungatur, &c.* diximus etiã supra: Confitenti peccatori credendum, &c.

Credendum his, quæ à Deo dicta sunt nobis, ipsumque inuocatum adesse. ex Ambrosio in *can. cum scriptura tibi testetur 83. 1. q. 1.* affert Ambrosius exemplum *Iudicum 6.* quod ad Hieroboam preces, ignis descendit de Cœlo. & *3. Regum. 18.* & rursus præcante Helia ignis est missus, qui sacrificia consumeret. inferens: *Datur intelligi, quòd Deus non merita*

per-

personarum considerat, sed officia sacerdotum. sequens: Signis visibilis mittebatur, vt crederent: nobis inuisibilis operatur, qui credimus. concludens demum: Crede ergo adesse Dominum Iesum inuocatum precibus sacerdotum, qui ait: (Matthæi 18.) Vbi fuerint duo, vel tres, ibi, & ego sum. ita Ambrosius. Credendum est ergo Deo.

Credendum nõ facilè in his, quæ in tertij præiudicium, & damnum tendunt, sed diligenter est veritas præscrutanda. Ex Gregorio Ioanni Episcopo Panormitano in can. si quid verò de quocumque Clerico 23. distinct. 86. & repetitur in can. si quid 2. 15. q. 7. Ratio est: quia crimen æstimatur eius, qui aurem citò criminibus præbet. ex octaua Synodo in can. non solum ille reus est 77. 11. q. 3. dicente synodo: Nõ solum ille reus est, qui falsum de alio profert; sed & is, qui aurem citò criminibus præbet. nec diuersimode Gregorius Constantio Mediolanensi Episcopo in can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt. 52. eadem 11. q. 3. respondit dicens: Quia ex sacri eloquii testimonio tenemus, vt maiora mala, cùm forsitan dicuntur, nisi probata, credi non debeant: sed probata citiùs vlcisci. Decreuitque Euaristus Papa omnibus Episcopis scribens in can. nullum ante veram, iustamque probationem 10. 30. q. 5. deducens illud Apostoli ad Romanos 14. 3. Tu quis es, qui Iudicas alienum seruum? Domino suo stat, aut cadit. inferens: Mala itaque audita nullum moueant: nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam credat: sed ante audita diligenter inquirat, ne præcipitando quidquam aliquis agat. non itaque facilè credendum omni dicenti.

Creatura omnis, Deo excepto, sub vitio est: Non quod vniuersi peccauerint, sed quod peccare possint, & similium ruina stantium metus sit. Hieronymi dictum contra Iouinianũ lib. 2. in principio. quem detulit Gratianus in can. si enim, inquit, omnis, qui est Deo 40. in fine. §. transiuimus ad secundam partitionem. de pænitẽtia dist. 2. quem etiam detulit Gratianus in can. principium enim viarũ Dei 45. §. charitas autem. eadem distinct. 2. de pænitentia. qui sic infert: Sicut enim Hieronymus contra Iouinianum scribit: Omnis Creatura sub vitio est; non quod omnis peccauerit; sed qui nulla est, quæ peccare non possit.

Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Dictum Epimenidis. quem refert Paulus ad Titum. 1. 12. qui sic loquitur. Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. quod dictum vsurpauit Augustinus contra litteras Petiliani. lib. 2. cap. 21. in can. Dominus declarauit 87. §. dixit quidam ex ipsis 1. q. 1. sic inferens: Si ergo Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonium, quia verum comperit, etiam ipse attestatus est; cur nos apud quemlibet inuenerimus, quod Christi est, & verum est, etiam si ille apud quem inuenitur, peruersus, & fallax est? Non discernimus vitium, quod homo habet, sed veritatem quam non suam, sed Dei habet.

Crimen est, aurem cito criminibus accomodare. ex Octaua Synodo in can. non solum ille reus est. 77. 11. q. 3. deduximus supra Credendum non facilè.

Crimen, qui obiicit, probare tenetur, & subscribere se probaturum. ex Gregorio Ioanni Episcopo Corinthiorum in can. Paulum itaq; diaconum. 6. 2. q. 3. sic disponente Gregorio: Omnis igitur, qui crimen obiicit, scribat se probaturum. Re vera ibi semper Causa agitur, vbi crimen admittitur: Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

Crimen est peccatum graue, accusatione, & damnatione dignissimum. verba sunt Augustini in can. Apostolus Paulus 1. distinct. 81. dat enim ibi Augustinus distinctionem inter peccatum, & crimen. Afferens quippe locum illum Pauli ad Titum 1. 7. Oportet enim Episcopum sine crimine esse. perpendit: Paulum non dixisse sine peccato. Hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur. Sed ait si quis sine crimine est. Sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi. inferens: Crimen autem est peccatum graue accusatione, & damnatione dignissimum. vbi gloss. verbo. & damnatione. quærit propter quæ crimina quis deponi possit? & tandem intulit; Ego dico, quod pro quolibet crimine, in quo quis est incorrigibilis, deponi debet: sed statim tamen non deponitur aliquis pro prima contumacia. ita Glossa.

Crimen nullum est ita grauissimum, quod pœnitentia non deleatur. ex Ambrosio in can. potest fieri, vt aliquis victus 52. § finali in fine de pænitentia dist. 1. Verbis loquimur Ambrosij, qui sic infert consequentiam: Ergo euidentissime Domini prædicatione mandatum est, etiam grauissimi criminis reis, si ex toto corde, & manifesta confessione peccati poenitentiam agant, sacramenti cælestis gratiam refundendam.

Crimen omne (quisquis illud admiserit) Ecclesiasticum est, & Ecclesiastico subijcitur Iudicio coram Episcopo, vt animaduersione Ecclesiastica coerceatur. ex Concilio Arausicano I. in can. eos, qui ad Ecclesiam confugerint 6. in fine dist. 87. ibique gloss. verbo coerceatur. ex Eutychiano Papa in can. Episcopus in Synodo residens 7. 35. q. 6. illis verbis: Synodalem causam esse, & ad ministeriũ Episcopi pertinere. ibique gloss. verbo Synodalem. ex Innocentio Tertio Prælatis per Franciam constitutis in cap. nouit ille, qui nihil ignorat 13. ante §. non igitur iniuriosum. de Iudicijs extrà. dicente illo: Sed decernere de peccato, cuius ad nos pertinet sine dubitatione censura, quam in quemlibet exercere possumus, & debemus. nec diffugimus ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in can. quod autem hi 2. post principium 4. q. 1. dicente illo: Si vero Ecclesiasticum fuerit crimen, quod Episcopo illatum extiterit, &c. ibique gloss. verbo si verò Ecclesiasticum. exemplificat; vt simonia, hæresis, vsura. Immo omne crimen est Ecclesiasticum. vt extrà de Iudicijs nouit.

Crimina morte extinguuntur. nullusque accusari

fari poteſt poſt mortem, ex Concilio Toletano in *can. quorundam Clericorum* 14. *in fine diſtinct.* 23. dicente Concilio: *Sed quia iam ille examini Diuino relictus, humano iudicio accuſari non poteſt.* Rationem reddit *gloſſ.* ibidem verbo *non poteſt.* Quia crimina morte extinguũtur. & nullus poſt mortem poteſt accuſari. Eorum enim cauſa, qui mortui ſunt, Dei Iudicio reſeruanda eſt, in cuius manu ſunt. ex Leone Papa Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo in *can. de communione priuati* 1. 24. q. 2. Niſi in crimine hæreſis. in eadem *gloſſ.* verbo *non poteſt.* ſubnectit: vel ſi in mortali peccato deceſſit, vt pro eo non oretur, neque Eccleſiaſtica ſepultura donetur. ex Cypriano ad Clerum, & plebem Furninatorum in *can. neque apud altare Dei* 14. *ſine finali.* ibique *gloſſ.* verbo *Dei. diſtinct.* 88. & ſequitur *gloſſ.* in ſumma verbo *quod autem* 24 q. 2. vbi Gloſſella Marginalis rationem reddit: quia crimina morte extinguuntur.

Criminoſos palpare, & crimina eorum vſque in diem Iudicii incurata ſeruare, iuſtitiæ inimica benignitas eſt. ſententia eſt Hormiſdæ Papæ omnibus Epiſcopis per vniuerſas prouincias in *can. ſi quis diaconus, aut presbyter* 29. *in fine principij diſt.* 50. inferens circa finem ſatis merendam ſententiam: *Verè dico, quia illi ipſi, quibus cum periculoſa, & falſa miſericordia indulgere videmur, cùm ante tribunal Chriſti pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos cauſam dicturi ſunt, dicentes, quòd dum aut aſperitatẽ linguæ eorũ expauimus, aut falſa blãdimenta, & periculoſas adulationes ipſorũ libenter accepimus, in eiſdẽ permanere peccatis eis inutiliter indulgemus, aut ipſa peccata augere permittimus; non recolentes illud, quod in veteri teſtamẽto ſcriptũ eſt* (nu. 16.) Quia vno peccante contra oẽs ira Dei deſæuit. Verũ homines ſunt diligendi, peccata verò odienda, & quę corrigẽda ſunt, medentis animo plectenda, non ſæuientis. vti Leo Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo ſcripſit in *can. odio habeantur peccata* 2. *diſtinct.* 86. verba damus Leonis: *Odio habeantur peccata non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis ſeueriùs caſtigari neceſſe eſt, non ſæuientis plectatur animo, ſed medentis.* ibique pluribus *Gloſſ.*

Criminoſus, qui conuincitur, ipſe reus eſt, non qui accuſatur. ex Nicolao Papa ad conſulta Bulgarorum in *can. ſciſcitantibus vobis* 5. *in fine* 15. q. 8. dicente illo, & rationem reddente: *Quia non ſtatim, qui accuſatur, reus eſt, ſed, qui conuincitur, criminoſus.* ibique *gloſſ.* verbo *accuſatur.*

Crux à cruciatu dicitur. Magnum vero cruciatum ſubſtinet, qui vim patitur. Verba ſunt Alexandri Papæ in *can. nulli dubium eſt.* 5. *in fine.* 3. q. 1.

Crux Chriſti eodem honore honoratur, quo Chriſtus. Sicut purpura Regis honoratur eodem honore, quo Rex. S. *Thomas.* 2. 2. q. 103. *art.* 4. *ad* 3. *& q.* 99. *art.* 2. *in reſponſ. Caietan.* vero *d. art.* 4. *ad* 3. Exaudiri id dicit, de Cruce, in qua Chriſtus eſt paſſus. Illa enim non ſolùm vt imago, ſicut cæteræ Cruces, ſed vt coniun-cta Chriſto eodem honore, quo Chriſtus; ſicut Rex, & eius purpura venerari dicitur. ex Damaſceno, quem refert ibid. Sanctus Thomas.

Crux Chriſti inuenta fuit quinto nonas Maii Euſebio Papa in ſede Petri ſedente, atque gubernacula ſanctæ Romanæ Eccleſiæ tenente. Mãdauit proinde in eodem Kalendarum die Inuentionis feſtum ſanctæ Crucis quot annis celebrari. in *can. Crucis Domine noſtri Ieſu Chriſti* 19. *de conſecratione diſtinct.* 3. De Cruce Chriſti S. Paulinus ſtupendum ſane, ac perẽne miraculum toti Orbi notiſſimum narrat. Nam cùm vndique è remotiſſimis etiam regionibus Hieroſolymam religionis ergo Chriſtiani confluere conſueuiſſent, acciperentque deligno eiuſdem ſanctæ Crucis particulam, illud, diuina quadã virtute operante, nullam ſentiebat ex diminutione iacturam. refert *Card. Baronius in martirologium die* 3. *Maii in initio.* & eum refert quoque *Gratianus Forenſium diſceptationum part.* 2. *cap.* 217 *nu.* 60.

Crucis Chriſti ſigno ſanctificantur omnia. Chriſma conficitur. Babptiſmatis vnda cruce ſanctificata peccata relaxantur. *Et vt cætera prętereamus, ſine Crucis ſignaculo quis ſacerdotii gradus aſcendit?* Stephanus Papa V. loquitur in *can. numquid non omnia Chriſmata* 10. *de conſecratione diſtinct.* 5. & Denique ſalutiferę Crucis ſignaculo fideles inſigniuntur, atque ſanctificantur. vti Baſilius docuit in *can. Eccleſiaſticarum inſtitutionum* 5. § *quę enim* (*vt inde exordiamur*) *ſcriptura. diſtinct.* 11. & gloſ. ibidem verbo *ſcriptura.*

Crucis Chriſti ſignum ſupra modum timent, ac per horreſcunt dæmones. Nam in eo ipſe apoſtata diabolus ſuæ interemptionis agnoſcit ſignaculum. Merito baptizandus ſignaculo Sanctæ Crucis tàm in fronte, quàm in corde ſignatur, vt ab illo vaſe fugiat. ex Rabano de Inſtitutione Clericorum in *can. poſtea ſignatur baptizandus.* 63. *de conſecrat. diſt.* 4. ibique *Gloſſ.* verbo *ſuę interemptionis.* quæ refert factum à S. Gregorio relatum, de quodam Iudæo, qui ſe Crucis ſigno ſignauerat; quem cùm vidiſſet diabolus, dixit: *Inueni vas vacuum, ſed benè ſignatum.* S. Gregorius Fundis hoc accidiſſe refert.

Crucis ſignum in veteri ſcriptura præfiguratum in multis fuit, preſertim vero per litteram Tau. *Signa Tau ſuper frontes virorum gementium.* Ezecchielis 9. 4. Sicut litteræ Tau ſignum ex ſanguine Agni ſignatum fuit ſuper poſtibus filiorum Iſrael in Aegypto. *Exodi* 12. ſic nunc in fronte ſignantur baptizandi, atque in corde, vt inde exeat diabolus. ex Rabano in *can. poſtea ſignatur baptizandus.* 63. *de conſecrat. diſtinct.* 4. & ex Stephano Papa V. in *can. numquid non omnia Chriſmata* 10. *de conſecrat. diſtinct.* 5. *Gloſſ.* in *can. Eccleſiaſticorum inſtitutionum* 5. § *quæ enim* (*vt inde ordiamur*) *ſcriptura. diſtinct.* 11. verbo *ſcriptura.* vt hinc diſcamus portare Crucem, tribulationum videlicet, cum Chriſto. ex Hieronymo in *can. Gloria Epiſcopi eſt* 71. § *multi ædificant*

pa-

*parietes*. ibique *Gloss*. verbo *crucem*. id est sublinendo contumelias. 12. *q*. 2.

Cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Gregorius homilia 12. in Euangelia. quem refert Gratianus in *can. infames non possunt esse procuratores* 2. §. *idem testatur Felix Papa in fine* 3. *q*. 7. & refert Benedictus XI. in *extrauaganti inter cunctas solicitudines nostras* 1. §. *Verum quia post baptismum. de priuilegijs inter comunes*. rationem enim dictorum reddens, sic fatur: *Nam cuius vita despicitur, consequens est, vt eius prædicatio contemnatur*. quamuis hoc in eius redundet præiudicium, non aliorum: *Quoniam mali bona administrando, se tantummodo lædunt: & cerea fax accensa, sibi quidem detrimentum præstat, alijs verò lumen in tenebris administrat: & vnde alijs commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet*. Verba sunt Nicolai ad consulta Bulgarorũ in *can. sciscitantibus vobis* 5. *siue finali* 15. *q*. 8. & *finali*.

Cui competit cognoscere de principali, competit etiam cognoscere de ijs, quæ consequenter accedunt. ita *Glossella* marginalis in *extrauaganti* Ioannis XXII. *Quorundam exigit cæcæ scrupulositatis ambiguum* 1. §. *quo circa nos sensosius rationibus prædictis auditis de priuilegijs*: illis verbis: *paupertatem quoque ac cetera accidentia supradicta*. allegat *Gloss. finalem* verbo *& ista tangentia*. in *extrauaganti ad conditorem canonum* 3. *in fine eodem tit*. & *eiusdem* quæ dicit; *quod priuilegium rèuocatum quò ad certa principalia, reuocatum censetur quo ad alia dependentia ex eisdem*. probat id ex Iaboleno lib. 2. ex posterioribus Labeonis in *l. fundi instrumẽto legato* 25. §. *finali ff. de fundo instructo, instrumentoque legato*. ibique *Gloss* verbo *ouilia quoque*: inferens: *Sic nota: Remoto principali, & accessorium*. & *Bart*. ibidem in summario: *A quo remouetur principale, & eius accessorium*. facit Regula Bonifacij VIII. *cui licet*. 53. *de regulis Iuris in* 6. notat *Glossella* marginalis ad dictam *extrauagantem ad conditorem*. ad *Glossam* finalem.

Cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur: quoniam nihil est infœlicius felicitate peccantium, qua pęnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hostis interior, roboratur. verba sunt Augustini in *can. paratus debet esse homo iustus* 2. *circa finem*. §. *Ac per hoc si terrena ista respublica* 23. *q*. 1.

Culpa causa subiectionis est. Nam non peccantes legi non subijciuntur. *gloss*. in *can. de Constantinopolitana Ecclesia* 5. *in fine* verbo *humilitatis dist*. 22. ex Vrbano Papa II. in Capitulo Sancti Ruffini in *can. duæ sunt, inquit, leges*, 2. *in fine* 19. *q*. 2. afferens illud Apostoli 1. ad Timot. 1. 9. *Lex iusto non est posita, sed iniustis, & non subditis, & impijs peccatoribus*, &c. *Sed vbi spiritus Dei, ibi libertas*. Probat quoque ex Iustiniano Cæsare in *Authentico de Incestis, & nefarijs nuptijs collat*. 2. §. *si vero hæc nostra lex*. dum semper à lege incolpabiles excipit.

Culpa vnius alterius pœna esse non debet. ex Innocentio Tertio Duci Caringiæ in *cap. venerabilem* 34. §. *quod autem, cum in electione, de electione, & electi potestate*. illis verbis interrogatiue prolatis: *Eorumque culpa, ipsi redundabit in pęnam?* & ibidem notatur. ex Gregorio ad Columbum Episcopum Numidiæ in *can. satis peruersum* 7. *dist*. 56. ibique *glos*. verbo *satis peruersum*. ex Bonifacio VIII. in regula *Sine culpa* 23. *de regulis Iuris in* 6. ibique *Gloss*. verbo *sine culpa*. ex Gregorio IX. in *cap. cum voluntate* 54. *de sententia excommunicationis*. ex ratione quam affert: *Cùm voluntate, ac proposito maleficia contrahantur*. sequitur *Afflict. decis*. 255. *num*. 2. Rationem aliam afferimus ex Gregorio Magno in *cap. cognoscentes* 2. *de constitutionibus*. dicente illo: *Rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit*. Quia quod legitimè factum est, pœnam non meretur. vt *Gloss*. ibidem verbo *culpa caret*. adnotat.

Culpa est deuiatio ab eo, quod rectum est, quod per hominis diligentiam præuideri poterat. vel est negligentia & omissio eius, quod potuit, & debuit fieri. *Pauormitan. in cap. vnico. de commodato. Bart. in l. quod Nerua dicit*. 32. *ff. depositi vel contrà*. & est triplex lata leuis & leuissima. ex *Glos. d. cap. vnico* verbo *leuissima de deposito. Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib*. 1. *cap*. 82. *num*. 11. & 12.

Culpa est non corrigere errantes, qui in sua potestate sunt; non tamen in eos sęuiendum erit. Nam correptio permittitur, non sæuitia. ex *Gloss*. in *can. sicut alterius vxor*. 39. verbo *Iudicari* 7. *q*. 1. de vxore loquens, quam potest maritus corrigere, non tamen in eam sęuire, quia est de familia sua, & eius dominus est. ex Augustino in *can hęc imago Dei* 13. 33. *q*. 5. Quemadmodum neque in seruos sæuiendũ erit, præsertim alienos, quamuis vxoris sint serui. ex Vlpiano lib. 35. ad Sabinum in *l. si cõstante matrimonio* 25. §. *si maritus sæuus in seruos dotales fuerit. ff. soluto matrimonio, & quemadmodũ dos petatur*. ex ratione, quam in fine refert, dicens: *attamen sæuitia, quæ in proprijs culpanda est, in alienis coercenda est*. vbi *Gloss*. verbo *fuerit*. subnectit. *modica tamen coerctio permittitur*. sequiturque *Glossella* marginalis ibidem. quæ refert *Gloss*. 1. in *d. can. sicut alterius, &c*. nec abnuit *Robertus Maranta* noster Proanus in *cons*. 143. *num*. 7. *in fine*. inferens: Quod culpa, quæ in proprijs rebus est culpãda, in alienis est damnanda.

Cuplpam incidisse, naturæ est; delésse, virtutis. Ambrosius in *can. ille Rex tantus, ac potens* 25. §. *quod peccauit. de pœnitentia distinct*. 3. verba damus Ambrosij, namque ex ore processere mellifluo: *Quod peccauit* (Dauid scilicet Rex) *conditionis est: quod supplicauit, correptionis. Lapsus comunis, sed specialis confessio. Culpam itaque incidisse naturæ est; delesse virtutis*. Similque modo Adamãtius, Origines videlicet, & Hesychius in *can. inter hæc hircum, qui oblatus est* 34. *eadem dist*. 3. *de pœnitentia* in ipso principio dicentes: *Non peccare, solius Dei est; emendare sapientis*.

Culpæ quædam sunt, in quibus culpa est relaxare vindictam. Quęrenda proinde semper est veritas, vt inquiri debeat, vtrum accusatum noxa condemnet, an à pœna innocentia

patefacta subducat: vti Gregorius scribit in can. quia sunt culpæ 10. in ipso principio dist. 28.

Culpa sine, iure suo priuari nemo debet. ex Gregorio ad Columbum Episcopum Numidiæ in can. satis peruersum 7. distinct. 56. vbi Gloss. verbo satis peruersum rationem reddens: *Non enim priuandus est quis iure suo sine grauissimo delicto.* ex Concilio Cabilonensi in can. inuentum est. quod multi 38. in fine 16. q. 7. illis verbis: *Hanc non nisi graui culpa sua, & coram Episcopo, canonica securitate amittat.* vbi Gloss. verbo nisi graui sic notat. *Quod nullus debet priuari suo beneficio sine culpa sua.* sequitur Gloss. in cap. cognoscentes. 2. de constitutionibus extrà. verbo culpa caret. ex Gregorio Natali Episcopo Salonitano in can gesta, quę nobis. 2. in fine distinct. 74. verba sunt Gregorij: *Et sicut iustum est, vt nemo crescere compellatur inuitus: ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniustè.* Quia nemo debet iure suo priuari sine culpa sua.

Culpa, & si criminoso, & culpanti imputetur, non tamen ea, quæ consequenter ex illa culpa emergunt, nisi volita sint. Gloss. notabilis in cap. quia diuersitatem corporum 5. circa finem verbo suspensus de concessione prębendę. ex Augustino in can. si concupiscentia 8. & can. inebriauerunt Loth filiæ eius 9. 15. q. 1. sequiturque Sanchez de matrimonio tom. 2. lib. 10. disput. 18. num. 5.

Culpa non nisi per pœnitentiam, & remissionē deletur. Ita Dauid per pœnitentiam meruit, vt remitterentur ei peccatum 2. Regum 12. dicente Nathan propheta: *Quoniam pænituit te, Dominus transtulit peccatum tuum.* vbi Ambrosius in can. ille Rex tantus 25. in principio de pænitentia dist. 3 sic consequentiā infert. *Maturitas itaque venię profundam Regis fuisse pœnitentiam declarauit: quę tanti erroris offensam trāstulerit.* id est deleuerit, vt Gloss. ibidem verbo transtulerit. commentum agit, & Adamātius, Origines videlicet in ca. inter hęc treum. 34. & 35. eadem distinct. 3. de pænitentia. Facit in argumentum Paulus lib. 3. ad edictū in l. si vnus ex argentarijs. 28. §. pactus ne peteret ff. de pactis. quatenus docet: pacto tolli obligationem, sicut & remissione. ita & remissione culpa tollitur.

Culpa vel peccatum. licet quidem ex le finita sunt, qu ia actiones finitæ sunt, infinita sunt tamen ratione obiecti infiniti, quod est Deus infinitus, & ex parte auersionis, qua se ab infinito bono, Deo optimo maximo, miserè peccator auertit, & ad bonum commutabile conuertitur. propterea peccatum infinitæ punitur pęna. secundum Gloss. in extrauaganti Antiquorum 1. quæ est Bonifacij Octaui. de pœnitentijs, & remissionibus. verbo, & confessis. quæ est Gloss. 8. S. Thomas 1. 2. q. 87. art. 4. in corpore. Nauar. de Iubileo, & indulgentijs. notabili 16. num. 2. inferens: quod pœna culpæ mortali debita, est infinita quo ad durationem, non quoad intensionem.

Cumana Ecclesia vnita fuit Misenaten Ecclesiæ per Gregorium Papam scribentem Beneuenato Episcopo in can. & temporum qualitas & vicinitas nos locorum 48. 16. q. 1. Cum (peccatis facientibus) tanta populi multitudo in Cumana Ciuitate non esset. sed diminuta. Nunc verò neque vestigia adsunt, & Cumanæ, & Misenę Ciuitatis. Sosius Misenas vnus fuit, qui cùm Sancto Ianuario Episcopo Beneuentano Martyrio coronatus fuit.

Cū is displicet, qui ad intercedendū mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur. verba sunt Gregorii in præfatione in Iob. in can. in grauioribus peccatis 5. post principium. 3. q. 7 Quo loco gloss. verbo prouocatur. conclusionem elicit: *Orationes malorum his, pro quibus orant, nocere.* ex Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in can. fertur simoniaca hæresis 28. 1. q. 1. qui in fine sic infert: *Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locū regiminis adducūtur, qui Dei in se magis iracundiā prouocant, quàm per se met ipsos populis placare debuerant.* quo loco Gloss. verbo prouocant. in se (inquit) non in eos pro quibus orant. & ita etiam exaudi 3 q. 7. in grauioribus.

Cum omnia possit Deus, suscitare Virginem non potest post ruinam. Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virginitatis in can. si Paulus Apostolus, vas electionis 11. 5. cause quęst. ne quando de te dicat Deus. 32. q. 5. verba sunt Hieronymi: *Audenter loquar: Cum omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinā. Valet quidē liberare de pœna: sed non vult coronare corruptam.* Rationem reddit Glos. ibidē verbo suscitare. duplicē: & quod Deus, non potest facere, quin fuerit corrupta; Quia factum non potest non esse factum: & quod nō congruit eius potentiæ, vt aureola coronet corruptos. hoc enim esset contrà Iustitiam, licet quidem carnem iam corruptam restaurare valeat. diximus respons. nostra 28. à num. 25. part. 4. & dicemus etiam infra *factum quod est. & diximus supra verbo aureola.*

Cupiditas deuiare facit à veritate. Dicebat, proinde, dicitque Spiritus sāctus: (Ecclesiastici 18. 30.) *Post concupiscentias tuas ne eas.* Mēs enim potentiæ auida, nec abstinere nouit à veritis, nec gaudere cōcessis, nec pietati adhibere consensum. vti Leo Papa Anatolio Episcopo Constantinopolitano scribit in can. virum catholicum. 6. distinct. 47. vbi Gloss. verbo mens. alligata videlicet vitio cupiditatis citò deuiat à verò. *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis.* vt Paulus (1. ad Timoth. 6. 10.) contestatur. sequiturque Gregorius in pastorali in can. hinc etenim superna voce 1. §. impetiginem quoque habet in fine distinct. 49. rationem reddens: *Quia per vniuersa vitia animum supplantat, Paulo attestante qui ait,* Radix omnium malorum est cupiditas. Adeo quidem vt Bonorū auctori adherere non valeamus, nisi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix est) abscindamus. vt idem Gregorius prosequitur in can. bonorum auctori 7. eadem dist. 47. Quia nimirum: *Nec satietas vnquam, nec finis* ade-

*uderit cupiditati.* vt Ambrosius fatur in *can. sicut ii, qui per insaniam* 8. §. *interdum etiam. eadem dist.* 47. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *satietas*. de auaro loquens, in quo cupiditas exundat pecuniarum: *Quia totus mũdus nec obulus videtur Auaro.* vnde illud: *Sẽper Auarus eget.* & illud aliud:

*Æris seruus eris, si te species trahat æris.*

præscindenda proinde cupiditas erit. ne deuiemus à vero, & à fide erremus, nosque doloribus inseramus multis. vt Paulus nos admonuit.

Cura dicitur, quasi Cor vrens. vt *Gloss.* explicat in *Authentico de hæredibus & falcidia, collat.* 2. *tit.* 1. in ipso initio verbo *curas*. dicens: dicitur Cura, quasi cor vrens.

Curiositas absurda abiicienda. vnde Chrisostomus in *can. quiescamus* 2. *in initio distinct* 42. non ab re dixit: *Quiescamus ab hac absurda curiositate, & diabolica, & peremptoria.* siue perniciosa. Ob hanc namque causam homines instigantur maximè vitio curiositatis, propter amorem fœlicitatis falsæ, atque terrenæ, & excellentiæ temporalis, vt ad dœmones recurrant, diuinationesque ab ipsis perquirant. vt Augustinus prosequitur de diuinatione dœmonum in *can. sciendum est hanc esse naturam dæmonum* 2. *in fine principii. ante* §. *nunc igitur* 26. *q.* 3. Abiienda proinde absurda hæc, atque diabolica Curiositas.

## D



A veniam, tu carcerem, ille gehennã minatur. Augustinus in *can. qui resistit* 97. 11. q. 3. verba dãnus Augustini: *Ergo si aliud Imperator, aliud Deus; quid iudicatis? solue tributum, esto mihi in obsequium; rectè. sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Dà veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur.*

Dare, & donare, vt diuersa ponuntur. ex Gratiano in *can. iam vero* 4. §. *ex his omnibus colligitur*: 23. *q.* 6. super verbis Pauli (2. ad Corinth. 9.) *Vnusquisque pro vt destinauit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus.* qui sic infert: *Vnde datur intelligi: quod, qui inuitus dat propter præsentem pudorem, & rem, & meritum perdit.* vbi *Gloss.* verbo *inuitus.* sic & ipsa infert: *Sed facias vim, & differentiam inter dare, & donare; vt donum dicatur, quod aliquis ex libertate dat, & ex certa scientia. vnde Episcopus non dicitur donare præbendas, sed dare.* ita Gloss. Ex Papiniano lib. 12. respõsorum in *l. donari* 29. *ff. de donationibus.* dicente illo: *Donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur.* eodemque modo Pomponius atque eisdem verbis lib. 9. responsorum in *l. donari* 83. *ff. de regulis Iuris.* Donat itaque, qui ex liberalitate dat, non ex necessitate. secundum *Gloss.* ibidem. Dare verò est facere accipientis. ex Vlpiano lib. 23. ad edictum in *l. vbi autem non apparet quid.* 75. §. *qui verò à Titio ff. de verborum obligationibus.*

Datum quod fuerit, non potest dici non datum: quamuis rectè dici possit illegitime datum. Augustinus in *can. quod quidam dicunt.* 97. §. *sicut autem habent in baptismo.* 1. *q.* 1. Quia nimirum materialiter tantum datum videtur, non formaliter; vt si fur det aliquid, (non tamen suum) cuiquam, Datum quidem dicitur, sed illegitimè datum. Nam furti species est de alieno largiri. ex Ecclesiastici 34. in *can. Immolans ex iniquo* 2. & Augustino in *can. forte aliquis hoc secum cogitat.* 3. *& sequentibus* 14. *q.* 5. Deducit per quam optime Caius lib. 13. ad Edictum Prouinciale in *l. si pignore creditor vtatur.* 56. *ff. de furtis.* concludens in fine principii, ad rem nostram: *Vnde & is furti tenetur, qui ideo rem amouet, vt eam alij donet.* vbi *gloss.* in casus figuratione in fine dicens: *Idẽ est si aliquis surripuit rem ad hoc, vt alii donet; species enim lucri est ex alieno largiri.*

Datum ob turpem causam, non est necessario restituendum turpiter danti. ex Bonifacio Octauo in regula *In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis* 65. *de regulis Iuris in* 6. vbi plenissime *gloss.* & ex Augustino ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab inuito sumitur* 15. §. *isti si viam vitæ mutauerint.* 14. *q.* 5. ibique *Gloss.* verbo *tamquam sua.* ex eodem Augustino in *can. qui habetis de malo, facite inde bonum* 14. *eadem* 14. *quæst.* 5. *Nauarr. in manuali cap.* 17. *num.* 30. & *cons.* 89. *num.* 3. *lib.* 5. *de simonia.*

Data litterarum Apostolicarum attendenda est, non præsentationis earum. ex Alexandro Tertio Tornacensi Episcopo in *cap. eam te* 7. *de rescriptis extrà.* verba sunt Alexandri: *Quod nullatenus fecisse deberes, si Datam litterarum diligentius attendisses: cùm tempore, quo litteræ ipsæ datæ fuerunt, de Capitulo ipso esses. sicut qui eras Archidiaconus, & Canonicus eiusdem Ecclesiæ; nec esses adhuc in Episcopum consecratus.* deducitque per quàm optimè *gloss.* ibidẽ verbo *datam litterarum.* decreuitque Bonifacius Octauus in *cap. si eo tempore, quo tibi* 9. *de rescriptis in* 6. Nam idoneitas tempore datæ perpenditur. vt ipse rationem reddit; *Cum tempore datæ ipsarum adhuc non esses idoneus.* ad curam scilicet animarum obtinendam. ibique *Gloss.* verbo *cùm tempore datæ.* inferens: *sic nota inspiciendum esse tempus datæ.* ex eodem in *cap. tibi, qui gratiam.* 12. *eodem tit. in* 6. vbi disponitur præsentationem litterarum posteriorum præiudicium haud afferre prioribus in data. inferens: *Dum tamen dolus tibi non possit, vel notabilis negligentia imputari.* & ipse met Bonifacius decreuit in *cap. eum, cui canonicatus* 7. *de præbendis, & dignitatibus in* 6. illis verbis: *iuxta suæ prouisionis ordinem omnibus præferendum.* sequitur *Crescentius decis.* 36. *alias* 7. *de renunciatione. Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 3. *q.* 21. *vers. secundo si quæras. in fine. Gigans de pensionibus q.* 22. *nu.* 16. Ni fortassis pares sint in ipsa data, nam attenditur præsentatio. ex eodem Bonifacio in *cap. duobus super prouisione* 14. *de rescriptis in*

 6. &

6. & ni fortasse sit ante alteri ius quæsitum. *Rota apud Card. Seraphinum decis 1263. num. 3.*

Dato vno inconuenienti, sequitur aliud, quin etiã plura. Ex Diocletiani & Maximimi sensu in *l. ratas manere semper factas. 7. C. de rescindenda venditione.* ibique *Baldi, & Saliceti.* summarium dicentium: *Concesso vno inconuenienti, sequitur aliud.* argumento etiam petito ex Hieronymo in *can. sicut Christus est, qui baptizat. 75. 1. q 1.* dicente illo: *Neque enim potest fieri, vt qui in baptismo sanctus, sit ad altare peccator.* dicente *Gloss.* ibidem verbo *potest fieri*: Ex quo aliquid alicui conceditur, eius cohærens cõceditur. Cõcesso itaque atq; dato inconuenienti, & aliud datur. ex Augu. in *can. quo iure defendis villas Ecclesiæ? 1. in fine distinct. 8* Argumentum Augustini sic se habet: *Noli dicere: quid mihi, & regi? Quid tibi ergo & possessioni? Per iura Regum possidentur possessiones. Dixisti quid mihi, & regi? Noli dicere possessiones tuas: quia ipsa iura, humana renunciasti, quibus possidentur possessiones.* sequiturque *gloss.* ibidem verbo *dicere.* in fine adnotans: *Quod qui renunciat vni, renunciat omnibus, quæ sequuntur ex illo, & etiam omnibus cohærentibus.* Vno ergo dato inconuenienti, & aliud sequitur. argumento etiam textus ex Decreto Eugenii Papę in *can. si quispiam sacerdotum 22. distinct. 81.* quod est duplicatum in *cap. si quisquam sacerdotum 2. de cohabitatione clericorum, & mulierum.* Quatenus habet, quod sacerdos suspectus de fornicatione cum muliere, etiam si cum ea postmodum fabulari inueniatur, suspectus putatur: quia dato vno inconuenienti, & aliud sequitur.

Damnatio perditorum Episcopo non imputatatur, si illos admonuit, illi vero in crimine perire voluerunt. ex Cypriano Cornelio Papæ in *can. quod ad nos attinet 10. fine finali dist. 47.* Cypriani verba aurea sunt, ideo referimus: *Quod ad nos attinet, cõscientiæ nostræ conuenit (Frater) dare operam, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat: si quis autem vltro, & culpa sua perierit, & pœnitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die Iudicii inculpatos futuros credimus, qui consuluimus sanitati.* ita Cyprianus. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *inculpatos.* dicens: *Quia illud non est ex vitio nostro, sed aliorum.* sicut contrà.

Damnandi ipsi contrà Episcopos, & Pastores causam dicturi sunt in tremendo Iudicio dicentes: *Quod dum aut asperitatẽ linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis inutiliter indulgemus; aut ipsa peccata augere permittimus, non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: Quia vno peccante, contra omnes ira Dei deseuit.* sic loquitur Hormisda Papa omnibus Episcopis per vniuersas prouincias scribens in *can. si quis diaconus 29. in fine distinct. 50.* timenda igitur verba hæc Episcopis, & Pastoribus sunt.

Damnatis ad mortem, vt vltimo, capitalique pereant supplicio in patibulis pro suis excessibus, neque sacramenta, si petierint, & pœnitentes fuerint, neque Ecclesiastica sepultura, neque Ecclesię suffragia denegantur. ex Concilio Moguntino, in quo Rabanus interfuit, in *can. quæsitum est ab aliquibus 30. 13. q. 2.* Respondetque obiectioni dicens: *Quibus respondemus: Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus comunio in fine secundum canonum iussum danda est: Cur non eis, qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt? Scriptum est enim* (Naum 1. secũdum 70.) *Non vindicat Deus bis in idipsum.* ex quo textu apertissime deducitur posse damnatos eodem ipso die, quo morte periméndi sunt, sanctissimo, ac sacratissimo Corporis Christi refici viatico. Sepeliuntur tamen damnati, ni aliter in pœnam princeps mandauerit. vt *Gloss.* ibidem aduertit verbo *patibulis. in principio.* ex Marcello siue Martiano lib. 2. publicorum in *l. si quis in insulam deportatus 2. ff. de cadaueribus punitorum.* alioquin ad sepulturam danda sunt. vti Paulus lib. 1. sententiarum in *l. corpora animaduersorum 3. ff. eodem.* Paulum audi: *Corpora animaduersorum quibuslibet petentibus ad sepulturam danda sunt.* Neque in contrarium facit, quod ex Concilio Bracharen. primo definitum est in *can. placuit, vt qui sibi ipsis 12. 23. q. 5.* vt iis, qui sibi mortem voluntarie inflixerunt, sepultura denegetur. inferens: *Similiter de his placuit fieri, qui pro suis sceleribus puniuntur.* Similiter namque exauditur ex *Gloss* ibidem verbo *pro suis sceleribus.* dicente, *nisi fuerint contriti. 13. q. 2. cap. vlt.* Si igitur pęnitentiam egerint, sunt sepeliendi, atq; etiã communione reficiendi. ex Concilio Tributien. in *can. fures, & latrones 31. eadem 13. q. 2.* qui canon est repetitus in *cap. fures, & latrones 2. extra de furtis.* Et hoc ipsum sua constitutione apertissime mandauit Clemens V. in Concilio Viennen. In *Clement. cum secundum statuta canonum 1. de pœnitentijs, & remissionibus.* mandans locorum ordinarijs, vt & monitionibus, atque etiam per censuras Ecclesiasticas hoc exequi curent. Quod vero dicat: *Vltimo deputandis supplicio, negari (si petant) non debet pœnitentię sacramentum*: ne dum de sacramento pœnitentię, sed etiam de Eucharistiæ, atque de sepultura exaudit *Gloss.* ibidem. verbo *pœnitentię.* cùm in illo verbo: per quod pęnitentiam morientibus non negamus, viaticum etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus. Decreuit Innocẽtius Tertius in *cap. quod in te 11. in initio, de pœnitentijs, & remissionibus extrà.* idem sequitur *Card Zabarella ad d. Clement. 1. q. 10. num 10.* & *Gloss.* finalis in *d. cap. si fures, & latrones. 2. de furtis.* ibique *Abbas num. 2.* qui rationem refert: Quia nimirum, Ecclesia nulli claudit gremium redeunti; vnde nequaquam sunt eis petita humiliter sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ deneganda; quamuis pro hæresi sint seculari Curię traditi. vt Alexander quartus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis. respõdit in *cap. super eo, quod scriptum legitur. 4. de hæreticis in 6.* & sequitur *Gloss.* in *can. si quis de corpore exiens 6. 26. q. 6.* verbo *necessarium.* quæ sic infert, de sacramento Eucharistiæ

tistiæ

ristiæ loquens morituro dando: *Nec alicui negatur, etiam si debeat suspendi in patibulo.* 13. q. 2. *quęsitum*: Verum, an si eadem die, qua Eucharistiæ sacramentum suscepit, suspendi patibulo valeat, dubitauere quidam ob reuerẽtiam Christi corpori sacratissimo debitam. vti differit *Surdus decis.* 121. per totam. Etiam ante vnam horam, ne tanto careat præsidio ob animæ commodum. ex *Nauarr. cons.* 40 *nu.* 12. *lib.* 5. *de pœnitent. & remissionibus.* & *de oratione, & horis canonicis cap.* 22. *miscellaneo* 4. *in fine. Emanuel Sà in aphorismis* verbo *Eucharistia num.* 2. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 10. *in* 2. *præceptione col.* 3. *paulò post medium. Henriquez in summa lib.* 8. *cap.* 5. §. 4. Sed difficultatem hac in re permouet *Gloss.* in *d. can. quæsitum est* 30. verbo *in patibulis* 13. *q.* 2. Quare liberetur ille, qui fugit ad Ecclesiam, & nõ qui recipit corpus Christi ad mortem damnatus, cùm Corpus Christi maius sit omnibus? ex Alexandro Papa V. à Petro in *can. nihil in sacrificijs* 8. *de consecratione distinct.* 2. dicente illo: *Nihil in sacrificijs maius esse potest, quam corpus, & sanguis Christi.* Respondet: Quia corpus Christi est cibus animę, & non corporis. ergo animã liberat, & nõ corpus. Deinde, quod priuilegiũ Ecclesię est, & ad consequentiam trahi non debet. & sequitur *Farinacius de Immunitate Ecclesiæ c.* 17. *ampliat.* 12. *num.* 276. *Decianus tom.* 2. *tractatuum Criminalium lib* 6. *cap.* 29. *num.* 8. *Cardinalis Tuscus tom.* 3. *lit. E.* verbo *Ecclesia conclus.* 10. *num.* 34. & 35.

An vero interficiendo iã, non ieiuno Eucharistiæ sacramentum ministrari valeat? Affirmatiuè respondet *Sà d.* verbo *Eucharistia n.* 2. quia per modum datur viatici. sequiturque *Naldus in summa* verbo *Eucharistia num.* 14. & *Nauar. dicto cons.* 40. *ad* 3. *q. num.* 13. *de pœnitent. & remissionibus.* Sistendo præsertim in consuetudine dandi.

Damnatus ad mortem in articulo mortis esse censetur, vt à confessario possit absolui à quibuslibet censuris, etiam reseruatis. Quia nimirum in articulo mortis omnis cessat reseruatio. ex Innocentio Tertio Episcopo Helien in *cap. pastoralis officii,* 11. §. *præterea postulasti. de officio Iudicis Ordinarii.* illis verbis: *præter quàm in mortis articulo.* ibique *Gloss.* verbo *præterquàm.* ex Clemente Tertio in *cap. quod de his* 26. *de sententia excomunicationis.* ibi: *Nisi fortè sit in mortis articulo.* & ex Innocentio Papa II. in Conc. Lateranen. in *can. si quis suadente diabolo* 29. 17. *q.* 4. illis verbis ad rem hanc nostram aptiùs: *nisi mortis vrgente periculo.* Nec repugnat in argumẽtum, quod Augustinus ad Fortunatum scribit in *can. sanctum est baptisma per se ipsum* 36. *de consecratione distinct.* 4. de eo, qui in naufragio constitutus, cum aliquem baptizasset ab eo reconciliari petiit. & factum fuit: dicens: *ne periculosè vitam finiret non reconciliatus, petiit ab eo ipso, quem baptizauerat, vt eum reconciliaret; & factum est.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *reconciliaret*: quia indigebat, inquiens. eandamque sequuta rationem fuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sess.* 14. *de sacramento pœnitentiæ cap.* 7. Vt nulla sit reseruatio in articulo mortis. sequitur *Siluester* verbo *confessio* 1. §. 7. *Nauar. in manuali cap.* 2. *num.* 9 *in fine. Martinus del Rio disquisitionum Magicar. lib.* 6. *cap.* 1. *sect.* 3. *col.* 6. *in principio A. vers. Etenim. cum ille. Ioannes Azorius Institut. moralium par.* 1. *lib.* 8. *cap.* 11. *q.* 12. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 25. *nu.* 1. & *nu.* 49. & 50.

Damnum dedisse videtur, qui causam intulit, damni, siue etiam mortis; modo causa fuerit influens primariò. ex Augustino in *can. cum homo ab homine occiditur* 19. 23. *q.* 5. dicente illo: *Et aliquando, qui causa mortis fuit, potius in culpa est, quàm ille, qui occidit &c.* ibique *glos.* verbo *potiùs.* ex Vrbano Papa in *can. qui aliorum defendit errorem.* 32. 24. *q.* 3. dicente illo: *Qui aliorum defendit errorem; multò amplius damnabilior est illis, qui errant. Quia non solùm errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat.* Nec diuersimode Ioãnes Chrysostomus in *can. si tu abstines* 24. 27. *quæst.* 2. respondit dicens: *Si tu abstines sine vxoris voluntate; tribuis ei fornicandi licentiam: & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentię* rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *imputabitur.* dicens: *Quoniam qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.* ibidemque *Glossella*, Marginalis, & ipsa: *Damni dans causam, damnum fecisse videtur.* Neq; ab hoc discessit sensu Vrbanus Secundus Sancio Regi Aragonum in *can. de neptis tuę coniugio* 3. 31. *q.* 2. dum sequentibus in fine intulit. *Cuius videlicet peccati malum in eum redundare constat, qui eam coniunxit inuitam.* vbi *gloss.* verbo *redundare.* dat regulam: *Qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur.* ex Alexandro Tertio Lucen. Episcopo in *cap. de cętero noueris* 11. *de homicidio voluntario, vel casuali.* ibique *gloss.* verbo *Causam.* Nec disfungitur Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. statuimus* 1. *in fine. de custodia Eucharistię, chrismatis, & aliorum sacramentorum.* illis verbis: *Et si per eius incuriam aliquid nefandum inde contingerit, grauiori subiaceat vltioni.* ibique *gloss.* verbo *grauiori.* ex Concilio Bracarẽsi secundo in *can. placuit vt vnusquisque Episcopus,* 103. *in fine* 1. *q.* 1. illis verbis: *necesse est, vt ab illis eorum perditio requiratur &c.* ibidemque *gloss.* verbo *eorum.* regulam supra narratam tradens. Quod tamen ferendum non est, vt quis alteri damnum inferat: *Nihil læsurus, nisi vt officiat.* vt Celsus lib. 3. Digestorum loquitur in *l. in fundo* 39. §. 1. *ff. de rei vendicatione.* diximus *respons.* nostra 19. *nu.* 30. & *sequentibus part.* 5. *Nauar. cons.* 70. *num* 3. *lib.* 5. *de simonia.*

Damnum effusi vngenti, ne quis sibi recompensari quærat. prouerbiali modo dixit Gratianus in *can. Ecclesias singulas* 1. §. *Arguitis nos, quod ea, quę vobis debentur. col* 3. *in fine* 13. *q.* 1. verba sunt Gratiani: *Sed videte, ne damnũ effusi vnguenti vobis recompensare quæratis.* alludens ad Iudam, qui (*Matthæi* 26. 6. & *Ioannis* 12. 4. & 5.) ob effusum in caput Domini à muliere vnguentum, indigne id ferens dixit: *vt quid perditio hęc vnguenti facta est? Poterat*

enim

*enim vnguentum istud venundari plus quàm trecentis denariis,& dari pauperibus.* vendens postmodum Dominum Iudæis triginta argenteis. proiectis illis in desperationem datus abiens laqueo, se suspēdit. *Matthæi 27.3.4.& 5.* videte igitur, ne deteriora vobis pareris, ne suspendatis vos, sicut & Iudas. vti *Gloss.* ibidem verbo *recompensare*, commentum agit.

Damnum, quod quis alteri intulit, statim restituere tenetur, si potest, siue in auferendo, siue in detinendo damnum intulit. pro eodem enim habētur auferre, & detinere iniustè. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. sæpe contingit 18. in fine de restitutione spoliatorum.* dicente Innocentio: *Eò quod, non multum interfit, quoad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienum.* ibique *Gloss.* verbo *iniuste detinere.* adnotans: *quod iura pro eodem reputant auferre, & detinere iniustè.* ex Augustino in *can. Decima tributa sunt egentium.* 65.16. *q.1.* sicuti, & auferre, & non dare. ex Ambrosio in *can sicut ij, qui per insaniam 8. distinct.* 47. S. *Thomas.2.2.q.62.art.8.in corpore.* ibique *Caietanus. Nauar. in gloss.3. summæ de pænitentia dist.5.nu.22.*

Damni vero qualemcumque causam non omnis, qui dedit, & occasionem, restituere tenetur; sed qui causam proximam eius præstitit, vnde damnum sequutum fuit. deducit pluribus Augustinus ad Puplicolam in *can. de occidendis hominibus* 8.23.*q.5.* ibique optimè *gloss.* verbo *bonum.* in fine dicens: *Item est hic argumentum, quod non omnis, qui occasionem dāni dat, damnum dedisse videtur.* & *gloss.* notabilis, & singularis in *cap. de cætero noueris 11. de homicidio voluntario, & casuali.* verbo *causam* in fine; quæ sic regulam declarat: *Maximè cum propinquam causam dedit, secus videtur in remota.* ex Honorio Tertio Episcopo Eboracen in *cap. exhibita nobis I. Clerici confessio. 22. eodem de homicidio.* ibique *Gloss.* verbo *non animo.* deducitque ex Iaboleno lib.3. ex posterioribus Labeonis in *l. qui domum habebat 60. ff. locati, & conducti.* qui sic in fine concludit: *Damni autem iniuriæ actio ob ea ipsa fit, per quæ non extrinsecus alia causa oblata, dāno quis affectus est, & hoc probo.* Causa igitur proxima quęrenda est, non remota. sequiturque *Nauar. cons.4. nu. 3. lib.5. de iniuriis & damno dato.* Qui autem à damno poterat proximum seruare, atque defendere, & non fecit, licet grauiter contrà charitatem peccet, nō tamen ex hoc ad passi damni restitutionem aliquam ex iustitia tenetur; quia contra Iustitiam non fecit. Nī fortassis quis ex publico teneretur officio. *Couarruuias in regula peccatum in 2. parte relectionis §.3.n.5.* & pluribus Frater *Lodouicus à Beia responsionum casuum conscientię part. 2. casu 28. vers. Tum quia, vt quis teneatur.* docens: Quod vt quis teneatur ad restitutionē damni, necessariò perquiritur, vt concurrat ad actum, quo damnum infertur, ita vt, non tantum sit causa, sine qua non sequeretur effectus, sed sit causa positiua, vera & efficax. ex *Soto lib.4. de Iustitia & Iure q. 7. conclus.4.* neque ex leui culpa dumtaxat, & in foro cōscientiæ. tradit *Grammaticus dec.3. nu.16.*

Damna morum multum distant à damnis rerū temporalium, cum illa extra nos sint; illa vero in nobis. verba sunt Gratiani in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum 11.§. verùm hac auctoritate in fine 6. q.1.* ex Anacleto Papa in *can. deteriores sunt. 15. eadem 6.q.1.*

Damnandus nemo est sine lege, & ratione. ex Gelasio Papa in *can. legatur, ex quo est religio Christiana 2.24.q.2.* illis verbis: *Id quoq; pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento sint à maioribus nostris, sint ab ipsis Apostolis (quos potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipsò Domino saluatore, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, siue factum est vnquam, vel faciendum esse mandatur.* nemo igitur damnandus sine lege, & ratione. Rationem reddere videtur Iustinianus Cæsar in *Authentico de triente, & semisse, & successionibus filiorum &c. collat.3. §. consideremus autem aliquid.* illis verbis: *Sed quia non hoc cum lege agimus erubescimus: ideoque causæ etiam legem adijcientes, ipsi quidem populos remonebimus, dabimus autem omnibus habere ex lege remedium.* notatque *Gloss.* ibidem verbo *erubescimus*, quæ sic infert: *Non valere responsionem, quę lege non probatur.* Nemo ergo damnandus sine lege, & ratione. Facit quod Augustin. docet in *can. nos inquemquam 1.2. quæst.1.* dum dicit: *nos in quemquam sententiam ferre non possumus, nisi aut conuictum, aut sponte cōfessum.* Nec inutiliter quoque infertur ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can. de illicita excommunicatione 6. §. Et hinc sanctus Gregorius ad Ioannem Episcopum* 24.*q.3.* dum rationem affert, inquiendo: *Quia nemo præpropere, vel præpostere; scilicet, non commonitus, neque conuentus, est iudicandus.* & in fine sic pariter infert: *Hortamur, vt ad nos venire omni postposita excusatione festines: quatenus seruata iustitia, hæc, de quibus accusaris, & cognoscere, & finire secundum canonica instituta Christo reuelante possimus.* Nemo ergo sine lege, & ratione damnandus. sequiturque *Nauar. in cap quiescamus 24 distinct. de elemosina. num.29. vers. octauo infertur.* Concinitque, quod Cornelius Papa ad Rufum dixit in *can. omnia, quę aduersus absentes.4.3.q.9.* ex ratione, quam in fine reddit: *Quoniam absentem nullus addicit, nec vlla lex damnat.*

Dauid fornicatorem, & homicidam per pœnitentiam recepit Deus. Ita ex Septima Synodo in *can. si quis omnem traditionem Ecclesiasticam. 2. post principium §. sed dicunt fortassè. 1 q.7.* Ita, & Ego dico (inferens) quia omnem pęnitentiam recipit Deus, & indulget per pęnitentiam peccata, quę facta sunt. Deducitque per optime Ambrosius in *can. illud verò quàm mirabile est. 26. de pænitent. dist.3.* in fine sic inferens: *Ergo remissionem meruit iniquitatis, & texit charitate, atque operuit peccata sua, & texit operibus bonis: nec imputandum est ei peccatum, quia non fuit in eo dolus malitiæ, sed lapsus erroris.*

Dauid propter multum sanguinem inimicorum

rum, quem effuderat, prohibitus est ædificare templum Domino Deo. 2. *Regum* 3. dicente Domino: *Non ædificabis mihi domum, quia vir sanguinum es.* habetur ex Septima Synodo *in can. si quis omnem traditionem Ecclesiasticam.* 2. §. *sed dicitur fortasse.* 1. q. 7. nec diuersimode perpendit Fęlix IV. Papa in *can. tabernaculum enim Moyses* 2. *de consecrat. dist.* 1. qui perpendit, quòd Dauid regũ pijssimus, qui amplificauerat cultum Dei, & templum Domino ædificare voluerat; sed propter multum sanguinem, quem effuderat, prohibitus est. & perpendit. *Gloss.* ibidem verbo *prohibitus est.*

Debitor delicatus efficitur, si onerosus creditor minime reperitur. Bonifacius VIII. in *extrauaganti. debent superiorioribus suis* 1. *paulò post principium. de officio Iudicis ordinarij. inter comunes.* ibique *Gloss.* verbo *minime reperitur.* quæ allegat Vlpianum lib. 30. ad edictum in *l. si seruos pignoratos.* 25. *ff. de pignoratitia actione.* qui in fine sic infert: *Igitur hæc à Iudice erunt dispicienda, vt neque delicatus debitor, neque onerosus creditor audiatur.* vbi *Gloss.* verbo *audiatur.* sic commentum agit: *Debitor est delicatus, qui etiam vnum nummum reddere non vuult. Creditor est onerosus, qui vsque ad vltimum quadrantem vult sibi solui. neuter ergo auditur.* Sit ergo vterque eorum moderatus. nam. Moderata durant, vt prouerbio habetur.

Debitor tenetur soluere creditori spontè, etiã non expresè exactus, si scit, vel debet scire, quod creditor vult suum debitum sibi solui, & non detineri à debitore, licet ob merum, & causam grauem non petat expresè. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. sæpe contingit.* 18. *de restitutionum spoliatorum in fine* dum infert: *Quod non multum differt quo ad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienum.* vbi *Gloss.* verbo *iniustè detinere.* notat, *quod iura pro eodem reputant, auferre, & detinere iniustè.* sequiturque *S. Thomas* 2. 2. *q.* 62. *art.* 8. *in corpore.* rationem reddens; *Quia propter hoc, quod aliquis detinet rem alienam inuito Domino, impedit eum ab vsu rei suæ, & sic ei facit iniuriam.* peccat proinde. *Nauar. in manuali cap.* 17. *in principio. & num.* 54. *& cons.* 2. *num.* 2. *ad* 2. *lib.* 4. *de diuortijs.*

Decalogi præcepta omnia sunt leges diuinæ, ac naturales, quę ad comune omnium bonum pertinent, & sunt ordinata ad alterum. pertinent proinde ad iustitiam. ex *S. Thoma* 2. 2. *q.* 122. *art.* 1. sequitur *Nauar. de spoliis clericorum* §. 2. *sub num.* 3. *& de redditibus Ecclesiasticis q.* 1. *monito* 20. *num.* 5.

Decanatus in Collegiata Ecclesia est dignitas electiua. & Episcopus non nisi confirmationẽ obtinet. ex Toletano Cõcilio in *can. hoc tãtũ sibi* 1. 18. *q.* 2. Secũdum intellectũ *glos.* ibidẽ verbo *instituere.* quæ pro confirmare, instituere exaudit. sequiturque *Abbas Panormitanus in cap. cùm venerabilis frater noster* 6. *de exceptionibus extrà num.* 45. & sequuta fuit *Rota coram Aldobrandino* postmodum Clemente Octauo *par.* 1. *diuersorum decis.* 528. *num.* 1.

Decanus fieri non debet, qui presbyter non fuerit. & hoc distinctius prohibetur in Concilio Vrbani Papæ, quod Aluerniæ celebratũ fuit, in *can. nullus Episcopus* 1. *dist.* 60. quod si ordinati non fuerint, honore careant suscepto. vt Innocentius II. in Concilio Romano mãdauit in *cañ. innouamus* 3. *ead. dist.* 60.

Decem viros Numa Pompilius, qui Romulo successit in Regno, creauit. Primus enim ipse leges Romanis edidit. Deinde cum populus seditiosos magistratus ferre non posset; Decem Viros Legibus scribendis creauit, qui leges ex libro Solonis in latinum sermonem translatas, duodecim tabulis exposuerunt. Ita Isidorus lib. 5. Etymologiarum cap. 1. relatus *cau. Moyses gentis Hebręæ primus.* 1. *distinct.* 7.

Deceptis, non deceptoribus iura subueniunt. ex Innocentio Tertio Florentinen, & Fesulanen Episcopis in *cap. inter dilectos filios* 8. §. *Attendentes igitur, quod fratres de donationibus.* rationem illo reddente: *Quia non deceptoribus, sed deceptis iura subueniunt.* ibique *Gloss.* verbo *deceptoribus.* ex eodem Innocentio Archiepiscopo, & Pręposito Santi Andręæ Colonien in *cap. cum vniuersorum* 8. §. *cum igitur deceptis. de rerum permutatione.* ibique *gloss.* verbo *deceptis.* quę rationem reddit: *Quia stultis non cõsueuit succurri: sed errãtibus.* Decreuitque etiam Vlpianus lib. 19. ad Edictum in *l. & primo quidem.* 2. §. *verba itaque Senatus Consulti excutiamus. ff. ad Senatus Consultum Velleianum.* Verba damus Vlpiani: *Sed ita demum eis subuenit;* (mulieribus videlicet) *si non callidè sint versatæ. Hoc enim Diuus Pius, & Seuerus rescripserunt. Nam deceptis, non decipientibus opitulatur. Et est egregium Veri Antonini tale rescriptum. Decipientibus mulieribus dogma Senatus Consulti non auxiliatur. Infirmitas enim fęminarum, non calliditas auxilium sumit.* Nec diuersimode Diocletianus, & Maximianus Augusti responderunt in *l. si is, qui minorem.* 2. *C. si minor se maiorem dixerit, vel maior probatus fuerit.* dicentes, atque rationem reddentes: *Cùm iuxta statuta iuris, errantibus, non etiam fallentibus minoribus publica iura subueniant, in integrum restitui non debet.* ne iniquitatem leges prosequi videantur, atque tueri.

Decimas, qui dant Deo, copijs abundant. Augustinum excipe in *can. maiores nostri* 8. 16. *q.* 7. qui sic pijssimè loquitur: *Maiores nostri ideo copijs omnibus abundabant, quia Deo decimas dabant, & Cæsari censum reddebant. Modò autem, quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Nolumus partiri cũ Deo decimas: modò totũ tollitur. Hoc tollit fiscus, quod nõ accepit Christus.* nec sane sine rõne. *Hæc est. n. Dei iustissima consuetudo: vt si tù illi decimã nõ dederis, tu ad decimã reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti. Benefacere semper Deus paratus est: sed hominũ malitia prohibetur. Decimę. n. ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit.* Idem prosequitur Augustinus in *can. Decimæ tributa sunt egentium* 66. 16. *q.* 1. vbi *Glos.* verbo *tu ad decimam.* Sic & ipsa enucleãs, infert: *id est tantùm decima remanebit tibi: vel dæmonibus sociaberis, qui sunt decima pars Angelorum.*

*lorum*. Est enim pœna, qua nos affigit Deus quia ei debitas non damus decimas. vt Hieronymus ad cap. 3. Malacchiæ in *can. reuertimini ad me 65. post principium eadem 16. q. 1.* aduertit, prosequẽs: *Quia mihi non reddidistis decimas, & primitias: id circo fame, & penuria maledicti estis*.

Decimę & diuino, & naturali, & positiuo canonico, atque etiam Ciuili Iure Deo, atque per eum ministris eius soluuntur. vt Ius peculiare reseruatum Deo in Directi sui Dominij rerum omnium recognitionem. *Domini enim est terra & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo.* psalmo 23. 1. perpenditque Innocentius Tertius Vercellen Episcopo scribens in *cap tua nobis fraternitas 26. §. verùm si ad Deum, à quo cuncta bona procedunt. de decimis*. id exagerans, quòd si temporali Domino decimæ persoluuntur: Cur peioris, deteriorisquè conditionis Deus erit, cuius est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum & vniuersi, qui habitant in eo? & in Concilio Generali in *cap. cùm non sit in homine 33. de decimis*. dicens: *Cum autem in signum Vniuersalis dominij, quasi quodam titulo speciali, sibi Dominus decimas reseruauerit*. Nec imperpẽsum dimisit Hieronymus in commentarijs ad cap. 3. Malacchiæ, relatus in *can. reuertini ad me 65. 16. q. 1.* in verbis eiusdem prophetæ. dum se configi Dominus Deus asserit: *In decimis, & primitijs*. dicens Hieronymus: *Et pro decimis, & primitijs, quę parua erant si à vobis darentur, vbertatem possessionum vestrarum, & omnem frugum abundatiam perdidistis*. Acceditque Augustinus in *can. decimę tributa sunt egentium animarum 66. eadem 16. q. 1.* qui in nostrum commodum Decimas à nobis Dominum Deum exposcere perpendit, dicens: *Non igitur Dominus Deus premium postulat, sed honorem. Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubiò profuturam. Sed si tardius dare peccatum est, quanto peiùs est, non dedisse?* & paulo post: *Cum enim decimas dando, & terrena, & cœlestia possis premia promereri; quare pro auaritia duplici benedictione fraudaris? Hęc est enim Dei iustissimæ consuetudo, vt si tu illi decimam non dederis, tu ad decimam reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti*. Vt debitum proinde exigi decimę possunt; quia Domino Deo debentur, ab ipso Domino institutæ. vti Remensi Archiepiscopo Alexander Tertius testatur in *capit. Parochianos 14. de decimis, primitijs, & oblationibus*. quęque debentur ex lege diuina. vt idem asserit Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. in aliquibus regionibus 32. §. illę quippè decimæ eodem. de decimis*. & tradidit *Gloss. 1.* in *cap. discretioni vestræ 1. de decimis, primitijs & oblationibus in 6*. Gratianus quoque in *can. iubemus 16. § item. Decimæ Deo mandante. 16. q. 3.* vt neque Imperialis concessio, quantumcumque generaliter fiat, neminem possit à solutione decimarum eximere, quæ diuina constitutione debentur. eodem Innocentio Vercellensi Episcopo respondente in *cap. tua 25. in fine principij de decimis*. ibique *Glos.* verbo *diuina constitutione*. Decreuitque Clemens V. in Concilio Viennen in *Clementina dispendiosam 2. de iudiciis*. Nec indispositum dimisit Sacrosancta Tridentnia Synodus *sessione 25. cap. 12. de reformatione*. docetque *S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 1. in corpore. & quodlibeto 6. q. 3. art. 8*. Vt excommunicari renuentes possint, vti sacrilegi. ex Concilio Rothomagensi in *can. omnes decimæ 5. 16. q. 7.* dicente Coucilio, ac statuente: *Sed quia modo multi inueniuntur decimas dare nolentes; statuimus, vt secundum Domini nostri preceptum admoneantur semel, & secũdo, & tertio. Quod si non emendauerint; anathematis vinculo feriantur vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam*. & ex Anastasio Papa in *can statuimus 55. eadem 16. q. 1.* pluribusque deduximus in nostro *Apologetica pro Iuribus Ecclesiæ* Romę presso anno 1646. *à nu. 226. & sequentibus. Marius Antoninus variarum resolut. lib. 1. resoluit. 48. num. 11. & resolut. 77. sub nu. 3. Barbosa de officio, & potestate Episcopi part. 1. tit. 1. cap. 6. num. 26. in fine. & de Iure Ecclesiastico lib. 1. cap. 6. num. 9*. accedat Gratianus in *can. Ecclesias singulas 1. §. his ita respondetur 13. q. 1. Couarruuias variarum resolut. lib. 1. cap. 17. num. 8. Nauar. in manuali cap. 21. de tertio præcepto Ecclesiæ. de soluendis decimis num. 28*.

Decimę duplici, quin triplici iure censentur. nam aliæ sunt prediales aliæ personales, aliæ denique mistę. Prędiales illi sunt dandę Ecclesiæ, vbi prædia sunt sita. ex Moguntinen Concilio in *can. si quis laicus, vel Clericus 42. 16. q. 1.* & ex Bonifacio Octauo in *cap. ad decimas. 2. & finali. de restitutione spoliatorum in 6*. Personales verò, quæ proueniunt ex artificio, vel negotiatione, Ecclesię dandę sunt in qua sacramenta recipiuntur. ex eodem Moguntinen Concilio in *can. quęsti sunt præterea quidam 46. eadem. 16. q. 1*. Huiusque distinctionis meminit quoque Lucius Tertius Strignien Archiepiscopo scribens in *cap. ad Apostolicæ sedis regimen. 20. de decimis. primitijs, & oblationibus*. sequiturque Gratianus in *can. Ecclesias singulas 1. §. quia ergo nos intra muros vrbis istorum sedemus*. ibique *Gloss.* verbo *pascit. 13. q. 1. & gloss.* in summa verbo *quod priori eodem. 13. q. 1*. Millę sunt, quæ ex vtroque participant. partim scilicet ex prædijs, & partim ex industria, qualis est fętuum pecudum, & pullorum auium. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 6 cap. 20. num. 1. & sequentibus. Nauarrus in manuali cap. 21. de tertio precepto Ecclesię. de Decimis soluendis. nu. 29*.

Decimæ à laicis, nec etiam auctoritate Episcopi possideri possunt. cum in vsum pietatis concessę fuerint. ex Gregorio VII. in Concilio Lateranen in *can. decimas quas 1. 16. q. 7.* vbi *gloss.* verbo *Ecclesias*. vt neque restitutio illis competat, si spoliati fuerint, quod incapaces illis sint. ex Bonifacio Octauo in *cap. ad decimas. 2. siue finali de restitutione spoliatorum in 6*. Quam ob causam possessio percipiendi decimas à laicis contra Ius comune dicitur; cùm illarum incapaces sint, vt puta Ius spirituale. *Rota apud Card. Seraphinum dec. 213. n. 3. & 4.*

Du-

Duplicitet autem Decimæ perpendi possunt, aliç quippè spirituales sunt, & Ecclesiasticæ, temporales aliæ. Licet autem illarum incapaces sint laici, harum tamen capaces sunt, cum propriè decimę non sint, sed denominatiuè dúntaxat. vt sequuta fuit Rota apud S. memorię Gregorium XV. decis. 404. num. 1. & 2. ibique per quàm optime Beltraminus Addens. Decimas tamen nec prescribere valent laici; cùm earú incapaces sint, vt neque possidere valeant; consequenterq; neque prę́scribere. deducit Gratianus in can. Iubemus eos, qui rem aliquam 14. §. sic etiam prędia 16. q. 3. ibique per optimè Gloss. verbo decimationum. Rationem habes ab Alexandro Tertio Parmensi Episcopo in cap. causam quę inter. 7. de prę́scriptionibus. qui in fine sic infert rationē: Quia cum laici decimas detinere non possint, eas nulla valent prę́scribere ratione. subsequiturq; Gloss. ibidem verbo detinere. dicens. In laicum enim ius spirituale non cadit. prę́scribere itaque illud non valent. Gloss. in can. Clerici quilibet 21. 16. q. 3. verbo in ius proprium. quę tradens res, quę non possunt prę́scribi. circa finem infert. Item nec decimę à laico. Quia possideri non possunt; & sine possessione prę́scriptio non procedit. glos. in can. illud autem. 22. dist. 93. verbo. prę́sumptum. Ecclesiastici vero possunt eas prę́scribere. ex Alexandro Tertio Terraconen Archiepiscopo in c. ex parte tua ad nos 10. de decimis. Crescentius decis. 108. aliàs 1. de decimis. Rota in recentioribus part. 1. decis. 178. num. 1. & apud S. memorię Gregorium XV. decis. 174 num. 4.

Decimas laici cum animarum suarum periculo detinentes, neque in aliorum personam laicorum transferre valebunt. quod si fecerint Ecclesiastica carebunt. sepultura ex Concilio Lateranen in capit. prohibemus ne laici 19. de decimis. neque etiam in Clericorum personam. vt gloss. ibidem verbo laicos. adnotat. Episcopi tamen accedente consensu, poterunt ex Hieronymo in can. quoniam quidquid habent clerici 68 sine finali 16. q. 1. possunt tamen fructus decimarum concedi laicis ad tempus. vt gloss. ibidem verbo non licere adnotat. ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in cap quęrelā magistri G. 4. sine finali. ne prę́lati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant. ibique gloss. verbo prę́fatam Ecclesiā. Quia non ius ad decimas, sed ipsa materialitas, quod nihil spirituale est, ad tempus datur.

Decimas Episcopus post Concilium Lateranense, non potest infeudare laicis absque summi Pontificis auctoritate. ex dicto Concilio Lateranen in cap. prohibemus ne laici 19. de decimis, primitijs, & oblationibus extra. Quia incapaces sunt decimarum. ibique gloss. verbo laicos & post alios deduxit Rota part. 2. in recentioribus. decis. 262. num. 3. Gloss. in cap. 2. verbo ad feudum de locato & conducto. pleniusque glos. in cap. quamuis sit graue nimis 17. de decimis. verbo concesserint. Papa tamen potest concedere etiam laico. Rota apud Cardin. Caualerium decis. 219. num. 1. & 2.

Decimas possunt laici sacerdotum nomine, & iure, conductionis titulo percipere, quia quod temporale est conceditur, non spirituale, exigitur enim materialitas ipsa. ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in cap. querelam magistri G. 4. sine finali. ne prę́lati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant. ibique glos. verbo prę́fatam Ecclesiam. circa medium. ex Innocentio Tertio Abbati, & Conuentui Santi Petri de Pratel Londonien diœcesis in cap. vestra nobis relatio declarauit 2. de locato, & conducto. rationem reddit Gloss. ibidem verbo statuto in fine. quia non Ius decimarum, quod spirituale est locatur, sed fructus ipsi decimarum, quod quid temporale sunt. glos. in cap. quamuis sit graue nimis. 17. de decimis. verbo concesserint. post medium. vers. fructus vero decimarum. Couarruuias lib. 1. variarum resolut. cap. 17. num. 5. versic. sic, & laici & practicarum quæstionum cap. 5. nu. 2. & 3. Moneta tract. de decimis cap. 5. q. 3. num. 64. in 1. conclusione. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 92. num. 3.

Decimas soluere non excusantur, qui negant illas soluere, quia prędecessores sui non soluerunt, neque dederunt, cùm non propterea excusantur, quin in peccato fuerint non soluendo. ex Alexandro Tertio in cap. quamuis sit graue nimis 17. de decimis. primitijs, & oblationibus. ibique plenè glos. verbo concesserit. nec etiam si se priuilegio dicerent esse munitos, cum illicitum sit; atque illiciti priuilegij excusatione niti non debent. ex Syricio Papa ad Himetiū Tarraconen Episcopum in can. quia aliquanti, de quibus loquimur 4. distinct. 82. vbi glos. verbo priuilegij. nisi tamen Clerici essent, & pro bonis Ecclesię. ex Paschali 2. in cap. nouum genus exactionis 2. de decimis. secus vero pro bonis patrimonialibus & proprijs. vt gloss. ibidem verbo à Clericis adnotat. ex Moguntino Concilio in can. si quis laicus, vel clericus 42. 16. q. 1. ibique gloss. verbo vel Clericus. & ita textum prę́fatum Paschalis secundi exaudit etiam S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 4. in corpore. & allegat Glossella marginalis ad idem cap. 2. Paschalis Secundi.

Decimę per laicos prę́scribi non possunt, quia nimirum, cùm possidere eas non valeant, neque etiam præscribi poterunt, vt etiam diximus. deducit Gratianus in can. iubemus. 14. §. sic etiam prædia. 16. q. 3. ibique glos verbo decimationum. ex Ambrosio in can. quicumque recognouerit 4. 16. q. 7. ibique gloss. verbo quod minus fecit. vbi infert quod & si tota decima prę́scribi non valeat, poterit tamen quota prę́scribi. ex glos. in cap. in aliquibus regionibus 32. §. finali verbo loci consuetudine in fine. de decimis. Sed prę́scriptio immemorialis perquiritur. vt ibidem glos. Rota in recentioribus part. 1. decis. 485. num. 4. & apud S. memorię Gregorium XV. decis. 174. num. 4. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 86. num. 39. Gratianus forens. part. 3. cap. 595. num. 18. Consuetudo namque attenditur quo ad quotam decimarum, vbi nihil certum quo ad eam inuenitur. ex dicto Innocentij Tertij in Concilio Generali d. cap. in aliquibus regionibus 32.

d.§.fin.de decimis.sic nempè ille sequentibus: *Illa quippe decimæ necessario soluendę sunt, quæ debentur ex lege diuina, vel loci consuetudine approbata*. sequuta fuit Rota apud Card. Caualer. decis.648 num.6. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.6.cap.20.nu.2. sub mortali enim homo obligatur soluere decimas.ex Ambrosio d.can.quicumque recognouerit.4.16 q.7.Hanc ob causam

Decimas non soluētes excommunicari possunt. vti Alexander secundus decreuit in can.præter hoc autem 6.§.precipientes etiam statuimus. distinct.32. in fine sic inferens de decimis, & oblationibus verba faciens: *Quas qui retinuerint à sanctę Ecclesię comunione separentur*. vbi glos.infert: *argumentatur, quòd laici excommunicādi sunt, qui decimas, & oblationes soluere nolunt*. Quia nimirum non soluentes, vt tenentur. ex Hieronimo in can. duo sunt genera Christianorum 7.in fine 12. q.1. ibi decimas reddere. rapere videntur atque sacrilegium committunt. ex Concilio Carthaginensi in can. qui oblationes 9. & Concilio Vasensi in can.qui oblationes 10.in fine 13.q.2. & decretum fuit in Concilio Rothomagensi in can. omnes decima terre 5. in fine eadem 16.q.7. cùm intulit: *Qui si nō emēdauerint, anathematis vinculo feriantur, vsque ad satisfactionem, & emendationem congruam*. Decreuitque Sacrosancta Tridenna Synodus sessione 25.cap.12. de reformat. ibique. Barbosa in collectanea n.4 & meminimus quoq; in superioribus. Quia nimirū violatores sūt canonicorū institutorū.iure proinde à gremio sanctæ Matris Ecclesię, & à cōsortio totius Christianitatis eliminantur, quoad vsque resipiscant, & Ecclesiæ Dei satisfaciant. vt Arausicanum Concilium decreuit. in can.canonica Instituta 107.11.q.3. Rebuffus de decimis q.vltima n. 15. Moneta de decimis c.8 q. 5. in 1.conclus.n.65. Non poterit proinde Papa in totum decimas tollere. Ioannes Lupus tractatu de libertate Ecclesię q.3.num.6. part.1. Toletus lib. 6. cap. 20. num.1. diximus nos in nostro Apologetico pro iuribus Ecclesię num.227. cum sequentibus.

Decimas Ecclesia dimittit exigere in terris, in quibus non est consuetum illas soluere, & si exigeret non leue ingeneraretur scandalum, & perturbatio rerum. Quæ enim cum scandalo fieri posse timentur, euitanda. ex Vrbano Secundo in can. congregato apud Claramontensem vrbem.2.16.q.7. verba damus Vrbani *Nos autem vti saniore consilio eorundem Episcoporum, condescendentes pro tempore.prouidenteque Ecclesiasticę paci; vel quia aliter absque inevitabilis scandali periculo huiusmodi quęstio non poterat procedere; Apostolica auctoritate decreuimus, vt ea, quę &c.* & admittit gloss.in cap. cura pastorali 11. de Iure patronatus extrà verbo legitima post medium. vers. potest dici, quòd toleratur huiusmodi præscriptio propter scādalum, quia Ecclesia non poterat reuocare sine scandalo. sequitur que S. Thomas 2. 2. q. 43. art.8. in corpore. qui ad 5. sic in fine infert: *Et ex simili causa Ecclesia abstinet à decimis exigendis in terris, in quibus non est consuetum decimas soluere*. ibique Caietanus. qui & ipse sic infert: ex his, *satis datur intelligi quàm parum ab Ecclesia debent temporalia æstimari, & quàm facile debet talia dimittere, ne fideles incidāt in tentationem, & in laqueum diaboli*. ita Caietanus Genuensis. in manuali Pastorum cap.5. num.2. diximus alios referentes respons. nostra 7.n.28. 29. & 30. part.5.

Decimæ de grege dandæ sunt vbi grex pascitur, non vbi moratur. Nam & boues dicuntur esse de illo fundo, vbi laborant, non vbi morantur. ex Gratiano in can. Ecclesias singulas 1. §. *Item Apostolus laborantem agricolam opotet primum accipere*.13.q.1. ibique Glos. verbo pascit. ex Iaboleno lib.2. ex posterioribus Labeonis in l.cū quidam duos fundos.4.ff de fundo instructo, instrumentoq; legato. Labeonis probans sententiā contrà Catellium. Hanc ob causam seruitus pascendi pecora prædialis dicitur, cum vsus prædii in pastu sit pecoris. ex Paulo lib.2. responsorum. in l. pecoris pascendi seruitus 4. ff. de seruitutibus rusticorum prædiorum. decimæ igitur debebuntur vbi grex parturit, & vbi fœtus pascitur. vt ea dē Glossa d. verbo pascit in §. Item Apostolus prosequitur.

Decimæ noualium si in nullius Parochia fuerint, poterit Episcopus vel sibi retinere, vel alii deputare Ecclesię. ex Alexandro Tertio Brixien Episcopo in cap. quoniam à nobis. 13. extrà de decimis. ex Gratiano in can. ita nos Syllacenorū cędes. 25. §. sed obiicitur illud Symmaci Papę. in fine. 25.q.2. vbi Gloss. verbo nulli. allegans dictum cap. quoniam. de decimis.

Decimatio non mutatur ex feminis mutatione. ex Alexandro Tertio Thome Cantuarien Archiepiscopo in cap. commissum nobis 4. & ex Innocentio Tertio Episcopo Beluaceo in cap.cum in tua diœcesi 30.de decimis. ibique Hostien. nu.1. & Ioannes. Andreas nu. 2. Rota apud Duranum decis.320.num.5.part. 2. Quia nimirum causa attenditur originalis, siue realis, ex qua decimę debentur, scilicet ex fructibus ratione territorij. vnde debentur & ē alii fructus subrogentur in locum priorum. Rota in Oritana decimę oliuę 13. maij 1637. coram Carillo decis.591.num.1.& seq.& num. 4.in residuo partis 5.recentiorum.per Rubeum.

Decimę Parocho de Iure debentur. ex Innocentio Tertio in cap.cum contingat 29. & c.cū in tua diœcesi 30. in fine, de decimis, primitijs, & oblationibus. in primo quidem Helien Episcopo: *Vnde inquisitioni tuę taliter respōdemus: quod cùm perceptio decimarum ad Parochiales Ecclesias de Iure comuni pertineat*. ibiqueglo ss. verbo de iure comuni. In secundo: *Alioquin parochialibus Ecclesiis exoluantur, ad quas de Iure comuni spectat perceptio decimarum*. nec diuersimode decreuerant Leo IV. in can. de decimis 45. & Anastasius Papa in can.statuimus si quis oblationes 55. ibique gloss. verbo Baptismalem. & in can.in sacris canonibus præfixum est 56. 16. q. 1. Rota apud Cardinalem Caualerium decis. 203. num.1.gloss.in can.quicumque voluerit 44. eadem 16 q.1.verbo ad antiquiores. dicens: *quod semper baptismalibus Ecclesijs soluendæ sunt decimę, non*

Cap.

*Capellis*. Hinc est, quod Parochus habet Iuris assistentiam quo ad decimas absque probatione aliqua. *Rota in Mediolanen decimarum 9. Iunii 1610. coram Pirouano decis.291. num.13. & 14. apud Farinacium tom.2. consiliorum.* & Debentur Rectori Parochialis, non Vicario, etiam perpetuo, siue ei, qui succedit in locum Rectoris. *Rota apud Card. Seraphinũ decis.* 260. *num.*1. Et apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis.*174. *num.*3. & ibidem *Beltraminus* Addens *num.*8. *Cardin. in Clementina* 1. *nu.* 10. *de officio Vicarii*. *Rota apud Macchiauellum. decis.75. nu.2. & decis.303. nu.3. part.7. recentiorum per Rubeum.*

Decimæ debent ex fructibus extrahi. ex toto, non deductis expensis, neque semine. ex Innocẽtio III. Vercellen. Episcopo in *c. tua nobis fraternitas intimauit 26. de decimis, primitiis, & oblationibus.* idemque plenius deduxit Innocentius in *cap. pastoralis officii* 28. Helien. Episcopo scribens §. *expensas tamen. eodem titulo.* nisi ex decima personali. vt ibidem. vbi etiam *Gloss.* verbo *credimus deducendas*. Decreuitque Cœlestinus Tertius in *cap. non est in potestate hominum.22. eodẽ de decimis.* qui sic in fine infert: *Volumus, ergo, & districtè præcipimus, quatenus, ante quàm vllas deducatis de bonis prædictis expensas, decimas Ecclesiis, ad quas pertinent, cùm integritate debita persoluatis.* ita Cœlestinus. vbi *gloss.* verbo *antequam deducatis expensas.* de prædialibus decimis exaudit, secus in personalibus. *Cardinalis Toletus lib. 6. cap.20. num.2. & sequen.*

Decimarum dominium est pœnes Ecclesiam, quamuis non adhuc sit tradita. Quia decimę sunt Dei, qui omnium rerum dominium obtinet. ex Hieronymo in *can. reuertimini 65. 16. q.1.* deducitque *gloss.* in *can. moderamine Apostolicæ auctoritatis 23. eadem 16. q.1.* verbo *sibi vendicent*. quæ in *fine* concludit: Quod Ius præstandi decimam, est seruitus quædã. petuntur vero conditione ex canone, vel officio Iudicis. & sequitur *Gloss.* in *can. decimæ tributa sunt 66. 16. q.1.* verbo *alienas.* inferens ex verbis Augustini ibidẽ: *Et qui eas dare noluerit; res alienas inuasit:* verbis dicẽs. Ergo ante separationẽ sunt Ecclesiæ.

Decimas soluendi præceptum, licet affirmatiuum sit, non verò negatiuum, continet tamen negatiuum, quatenus quidem continet, ne nón soluatur. & si proinde vti præceptũ affirmatiuum non obliget semper, & ad semper iuxta Diui *Thomæ* distinctionem de præcepto affirmatiuo, & negatiuo. *2.2. q.33. art.2. in corpore*; obligat tamen & Diuino, & naturali iure, atque Ecclesiastico ad certo tempore soluendum. vt in superioribus quoque deduximus. & tradit *S. Thomas 2.2. q.87. art. 1. in corpore. Rota apud Coccinum Decanum decis.372. num.1. & num.6. Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis lib.6. cap.20. num.1. & 2.* Quia nimirũ decimas nõ soluere, quæ præcepto diuino decretæ fuere, peccatum est. ex Hieronymo in *can. reuertimini ad me 65.* & Augustino in *can. decimæ tributa sunt 66. 16. q.1.* qui sic infert: *Sed si tardiùs dare peccatum est; quanto peius est non dedisse?* vt ad decimam redigantur, qui decimas non dederint, & maledictionibus repleantur. rationem reddens: *Decimæ enim ex debito requiruntur: & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit.* furtum proinde commisit, quod ex præcepto negatiuo prohibetur; *Furtum non facies.* notatque *gloss.* ibidem verbo *inuasit*. satis ad rem inferens: *Nota quod idem est iniustè detinere, quod rapere. & idem est auferre quod non dare.* ex Sexta Synodo in *can. indigne ad altare Dei 21. in principio 12. q.1.* & ex Ambrosio in *can. sicut ii, qui per insaniam 8. distinct.47.* Licet ergo decimas soluere præceptum negatiuum non sit, continetur tamen sub negatiuo, quatenus illas retinere nõ licet, quin furtum, illudque sacrilegum est, illas retinere. vt *gloss.* decernit in *cap. causa Carpensis 13. de verborum significatione.* verbo *sacrilegus*. ex Paschali Papa ibidem Canonicis Sancti Martini scribente de decimis loquente, primitiis, & oblationibus, quæ in solis Ecclesię bonis numerantur. inferendo in fine: *Quin imo, & qui accipit, & qui tradit, raptor & sacrilegus iudicatur.* vbi *Gloss. finalis:* non solum sacrilegis, sed etiam Iudę furi comparantur. dicente Augustino in *can. quid ergo voluit Dominus 3. 23. q.4. in fine.* atque inferente: *Qui aliquid de Ecclesia furatur, Idę perdito comparatur.* Sic ergo sunt, qui decimas Deo debitas, non soluunt, sed furantur. Nam præceptum decimas soluendi & in prima tabula comprehenditur præceptorum decalogi: Deum *tuum adorabis, & illi soli seruies*. quàm secundę tabulę: *Honora Patrem tuum.* prosequitur *Andreas Hispanus tract. de decimis q.4. Couarruuias variarum resolutionum lib. 1. cap.17. num.8.*

Decimas non esse soluendas prædicantes regulares, vel retrahentes alios à solutione illarum, sunt ipso facto excomunicati. ex Clemente V. in Concilio Viennen. in *Clement. cupientes eos.3. de pœnis.* innouans etiam Constitutionem Gregorii *IX.* in *cap. discretioni vestræ 1. de decimis, primitiis, & oblationibus in 6.* fratribus Prędicatoribus, & Minoribus scribentis. præcipiens vt verbo & opere informent omnes, teneri illos ad decimarum solutionem.

Decimas autem non esse soluendas pertinaciter tenens, hæreticus habetur: quia contra domini præceptum, & Ecclesiæ, doctrinam falsam tradit. sequitur *Petrus de Ancharano in clement. Ex graui ad nos insinuatione 1. §. sane si quis in illum errorem inciderit. de vsuris. num.3.* ex *gloss.* ibidem verbo *hæreticum*. Nam hæresis est, quæ peruersum dogma habet. ex Hieronymo in *can. inter hæresim, & schisma 26. 24. q.3.* Qui verò contra determinationes Ecclesiæ dicit, contra Spiritum sanctum dicit. nam Spiritu sancto suggerente, conscriptæ, atque determinatæ sunt. ex Hormisda Papa omnibus Episcopis per vniuersas prouincias. in *can. si quis diacones, aut presbyter. 29. post principium dist.50.* est ergo hæreticus. sequitur Ancharanum *Bartholomæus à Capua in constitutiones Regni Caroli 2. Item statuimus. de decimis*

*num.6. fol. mihi 75. col.2.*

Decimę Prędiales illi debentur Parochiali Ecclesię, in qua prędia sita sunt, quamuis in alienas personas prędia transferantur, siue per venditionem, siue per donationem. ex Moguntino Concilio in *can. si quis laicus, vel Clericus 42.16.q.1.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *inde abstrahere* dicens: *Res enim transit cum onore suo.* ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. cùm non sit in homine 33. in fine de decimis, primitijs, & oblationibus.* dicens, & rationem reddens: *Quoniam res cum onere suo transit.* Equidem de Iure comuni Decimę ad Ecclesiam prędialem spectant. ex Bonifacio Octauo in *cap. ad decimas, quas Canonici 2. sine finali in fine de restitutione spoliatorum in 6.* possunt tamen ex cõsuetudine spectare ad Ecclesiam loci, in quo sacramenta administrantur, & satis erit si per decennium ita seruatum fuerit. *Rota apud Card. Caualerium decis. 73.* Possunt etiam super Decimis inter personas Ecclesiasticas fieri concordię. ex Hadriano III. Vigorien, & Hetforden Episcopis in *cap. ex multiplici conquæstione. 3. de decimis extrà.* ibique *Gloss.* verbo *eandem conuentionem. Rota apud Card. Caualer. decis. 95. nu. 5. & apud Coccinum decis. 372. num. 7.* Si autem dubium fuerit an Ecclesię sacramentali, vel Prędiali decimæ debeantur, Consuetudini stabitur. ex Lucio Tertio Strigoniensi Archiepiscopo in *cap. ad Apostolicę sedis regimen. 20. de decimis* ibique *Gloss. finalis* verbo *consuetudo.* sequutaque fuit *Rota apud Card. Canaler. decis. 107. num. 1. & apud Coccinum eadem decis. 372. num. 7.*

Decimas soluere tenentur Coloni partiarij pro parte fructuum, quos percipiunt; sicut & Domini earum pro portione, quam ipsi percipiunt. ex Alexandro Tertio Brixien Episcopo in *c. quoniam à nobis 13 ibiq. gl.* verbo *tua parte.* & Innocentio etiam Tertio Pistorien Episcopo in *cap. à nobis 25.* & Vercellen Episcopo in *cap. tua nobis fraternitas 26.* vbi *Gloss.* verbo *sic, & Dominus. de decimis.* & ex Moguntinensi Concilio in *can. quæsti sunt præterea 46.16. q. 1.* ibique per quam optimè *Gloss.* verbo *coloni.* inferens etiam: *Imo & in portionario Colono idẽ iuris est, siue ipse pro pensione seruiat, siue Domino det certã pensionem: quia antequam aliqua pensio detur, res est decimanda.* ex Alexandro Tertio Exonien Episcopo in *cap. cum homines. 7. eodem de decimis.* ibique *gloss.* verbo *non decimatis.*

Decima duplex de vna eademque re solui non debet. *Gloss.* recepta in *cap. pastoralis officij 28. de decimis extrà.* verbo *deducendas in fine.* quod sequitur *Hastiensis* ibidem, rationem etiam addens: *ne Clerici videantur impij exactores,* vt *Glossella* marginalis *Ioannis Andreæ* ibidem annectit. ex Innocentio Tertio Zamorensi, & Salamantino Episcopis in *cap. ex parte Compostellani 18. de censibus, exactionibus, & procurationibus.* qui in fine sic rationem reddit: *Ne tamquam exactores videantur lucris temporalibus inhiare.* atque ne nimis locupletentur cum aliena iactura. vt eadem *glossula* ibidem subnectit. & dictum fuit in *Corduben redecimarum. 10. Octobris 1595. coram Seraphino apud Marchesanum part. 1. decis. 53. num. 1. & 2. fol. 654.* & apud *Coccinum decis. 372.* vbi plenè, quòd vna decima solui debeat, non duę. Nam de vna Dominus mandauit.

Decimas soluere tenentur Clerici de bonis patrimonialibus, & ab eis emptis, non tamen ex bonis Ecclesiarum. vt declarauit Pascalis Papa in *cap. nouum genus 2. de decimis, primitijs, & oblationibus.* ibique *gloss.* in verbo *à Clericis*, & in *gloss. finali.* & Doctores. & hunc textum itaquoque exaudit *S. Thomas 2. 2. q. 87. art. 4. in corpore in fine.* & ex Moguntinensi Concilio in *canone si quis laicus. vel Clericus 42. 16. q. 1.* ibique *gloss.* verbo, *vel Clericus.* inferens: *Ergo dat decimam; quod verum est de proprijs prędijs. Couarruuias lib. 1. variarum resolutionum cap. 17. num. 8. vers. primum hinc cõstat. Bellencinus de charitatino subsidio. q. 31. num. 2. vol. 15. tractatuum. Moneta de decimis cap. 5. q. 1. num. 3.* Poterit tamen decima per Clericos, vel in totum, vel pro parte præscribi, sicut & ab Ecclesia contra Ecclesiam. *gloss.* in *cap. in aliquibus regionibus 32. §. finali eodem de decimis* verbo *loci consuetudine in fine.* dicens. *Quia Clerici, vel Ecclesia contrà clericos non solum partem pręscribere possũt, sed & totam decimam.* sequitur *Riccius* Episcopus in *praxi part. 1. resolut. 529 Viuius decis. 4. num. 56. & 57.*

Declaratio, quod inciderit, dederitque quisquis in censuras; nisi factum notorium sit, citatione non præuia fieri minime potest. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. presenti constitutione iubemus 3. de censibus, exactionibus, & procurationibus.* quo loco de censuris disponens Clemens contra eos fulminandis, qui ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis pro earum rebus propriis, quas non negotiãdi causa deferunt, aut deferri faciũt, pedagia, vel guidagia, exigunt, vel extorquẽt: *Excommunicationis, vel interdicti sententias à Iure prolatas, post quam de his ipsis constiterit, omnino publicent &c. Glos.* nempe ibi celebris æstimata verbo *constiterit.* sic explicat; *Parte citata, contra quam fit publicatio.* allegat se ipsam in *Clement. vnica de officio Iudicis delegati.* verbo *repererint.* quæ sic infert: *Sed numquid eis necesse erit, quod pręcedat super hoc cognitio vocatis quorum interest? Et videtur, quod sic, propter verbum istud.* & verbũ *per inquisitionem. Glossam* in d. verbo *constiterit* sequitur *Speculator* ibidẽ *num. 6.* & *Abbas num. 7.* nec diuersimode dixit *Gloss.* in *clement. multorum ad not. 2. in fine de pœnis.* dum Clemens sic præcipit: *locorum ordinariis iniungentes, vt, post quam eis constiterit, aliquos sibi subiectos, pœnam, & sententiam incurrisse præmissas, ipsas publicari non differant.* nam in verbo *constiterit.* Parte vocata. exaudit. allegans se ipsam: *& vide quod noto supra ead. compilat. de officio delegati c. vnico.* quam Glossam paulo ante retulimus. sequiturque *Nauar. cons. 2. nu. 7. lib. 3. de solutionib. & cons. 9. num. 4. lib. 5. de sententia excomunicat.*

Declaratio incursus in casibus, in quibus priuatio inducitur ipso iure, omnino requiritur.

tur ex Bonifacio Octauo in *cap. cum secundum leges ciuiles 19. §. fin. in fine de hæreticis in 6.* de confiscatione disponens bonorum ipso iure incursa, sic infert: *antequam per Episcopũ loci, vel aliam personam Ecclesiasticam, quæ super hoc habeat potestatem, sententia super eodem crimine fuerit promulgata.* Requiritur proinde declaratio incurrisse, vt exequutioni ad pœnam locus esse valeat. deducit *Gratianus Forensium part. 5. c. 809. nu. 13.* Requiritur enim declaratoria criminis, etiam si lex dicat, absque alia declaratione. sequitur Pater *Thesaurus in praxi pœnarum Ecclesiasticarum. part. 1. c. 5. in 1. ampliatione.*

Declaratio nouum non inducit. Quam ob causam, verbum (Declaramus) nouum Ius non inducit, sicut verbum (statuimus.) quod nouum Ius facit. iuxta *Glossam* receptam in *clement. litteras nostras 5. siue fin. de rescriptis.* verbo *statuimus* in principio. quæ sic infert: *Non dicit declaramus. ponit ergo ius nouum.* sequiturque *Nauarrus consf. 6. num. 14. circa finem. lib. 3. de donationibus.* Neque porro declarans quidquam noui facit, sed quod inest detegit, clariusque aperit. veluti, *qui excutit spicas, non nouam speciem facit, sed eam, quæ est detegit.* vti Caius lib. 2. rerũ quotidianarum loquitur. in *l. adeo quidem 7. §. si quis ex aliena materia in fin. ff. de acquirendo rerum dominio.* & de illo qui, quod in testamento reliquerat, postmodum codillis declarat, nihil noui dare dixit Vlpianus lib. 2. ad Sabinum in *l. hæredes palam 21. §. sed si quid post factum testamentum in fine ff. de testamentis.* rationem reddens: Nihil enim nunc dat, sed datũ significat. Quod enim inest rei, negotioque hoc patefacit, qui declarat. ex eodem Vlpiano lib. 17. ad edictum in *l. sicuti autem 8. §. sed si quæratur ff. si seruitus vendicetur.* qui de seruitute loquens, quam quis habet in re, vel habere prætendit non dum tamen obtinet, sic verba facit: *Et si quidem is obtinuerit, qui seruitutem sibi defendit, non debet ei seruitus cedi: siue rectè pronunciatum est, quia habet: siue perperam, quia per sententiam non debet seruitus constitui; sed quæ est declarari.* non ergo noui quidquam facit, vel dat, qui declarat; sed quod inest rei, hoc patefacit. vt etiam *gloss.* ibidem verbo *declarari* perpendit, dicens contrariis respondens: *Hic defendebat se habere seruitutẽ, non sibi de nouo constitui; sicut & qui dicit se dominum rei.* Hoc enim operatur, qui declarat, vt habeamus veram & effectualem prouisionem ab initio. vt dixit *Rota apud Card. Caualerium decis. 145. num. 4.* & nos pluribus perpendimus *respons.* nostra *45. à n. 30. ad 35. part. 4.* & *respons. 61. nu. 11. & 12. part. 5.* noster *Maranta consf. 67. num. 7.* idem *Cardin. Caualerius decis. 117. nu. 7.* & apud *Coccinum decis. 454. nu. 9. & decis. 592. nu. 1. in fine.* vbi quod declaratio retrotrahitur ad tempus primæuæ concessionis, quia per se nihil noui facit. refert *Bald. in l. leges, & constitutiones 7. nu. 5. C. de legibus, & cõstitutionibus Principum, & edictis.*

Decisiones causarum non ideo minus firmæ habendæ, quod in illis vel Oratorum dicta, vel Poetarum, quæ ad causam faciant, referantur. vti Claudius Saturninus lib. de singulari pœna in *l. aut facta puniuntur 16. ff. de pœnis.* qui *§. qualiter, cum factum.* Maximi apud Græcos oratoris Demosthinis sententiam, & per longã, retulit. & *§. Euentus spectatur.* Præcipui Poetarum, Homeri videlicet, locum retulit. & hanc legem Gratianus inter sacros retulit Canones in *can. aut facta puniũtur. 19. de pœnitentia distinct. 1.* & *can. numquam de manu tua 33. de consecrat. dist. 5.* Hieronymi locum refert ad Rusticum Monachum de viuẽdi forma, cui cum formam dat viuendi, ne otiosus persistat, sic inter alia concludit: *Sarriatur humus, areolæ æquo limite diuidantur: in quibus cum olerum iacta fuerint semina, vel plantæ per ordinem positæ, aquæ ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum versuum spectator assistas:* (Vergil. Gerogicor. lib. 1.)

*Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam.*
*Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur,*
*Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.*

Non ne & Paulus Apostolus doctor gentiũ ad *Titum 1. 12.* scribens locum retulit Epimenidis: *Dixit quidam ex illis, proprius ipsorum propheta: Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est.* & dictum exagerauit Augustinus contra litteras Petiliani lib. 2. cap. 22. quom retulit Gratianus inter sacros canones in *can. Dominus declarauit 87. §. dixit quidam ex ipsis 1. q. 1.* verba damus Augustini: *Si ergo Apostolus nescio cuius alienigenæ testimonium, quia verum comperit, etiam ipse attestatus est: cur nos apud quemlibet inuenerimus, quod Christi est, & verum est, etiam si ille, apud quem inuenitur, peruersus & fallax est? Non discernimus vitium, quod homo habet, sed Veritatem, quam non suam, sed Dei, habet.* ita Augustinus. Nihil ergo peruersi egerimus, si veritatem in decisionibus causarum ex Poetis quoque, atque Oratoribus, & Philosophis confirmauerimus. Non eorum enim est veritas, quam ipsi proferunt, sed Dei. deducitque per quam optime Beda lib. 2. Regum. cap. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus. in *can. turbat accumen legentium 8. dist. 9.* inferens in fine sic: *Nec ipse magister gentium aliquot versus poetarum suis, vel scriptis indidisset, vel dictis.* refertque per quam optimè; *Gloss.* ibidem verbo *indidisset.* Idemque Apostolus Paulus *1. ad Corinthios 15. 33.* refert illud Menandri: *Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua.* Suadens Corinthijs: *Si (secundum hominem) (inquiens) ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi prodest si mortui non resurgunt? manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* quod vsurpauit Concilium Toletanum 4. cap. 6. relatum in *can. sæpe malorum consortia 12. 28. q. 1.* dicens *Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt.* Non igitur incongruit, si in decisionibus causarum poetarum quoque sententijs vtamur, vt veritatem confirmemus dictorum. sequutusque fuit *Abbas in cap. inter corporalia 2. sub nu. 19. de translatione Episcopi.*

*copi.* quem sequutus fuit *Simon de Petra cons.* 149.*num.*16.referens prouerbium illud Vulgatum lingua Italica: *Danaro, senno, & fede, se n'hà manco, che l'huom non crede.*

Decretales Epistolæ Summorum Romanorum Pontificum, quamuis in corpore canonum insertę non sint, eandem tamen vim habent, atq; sacri ipsi canones: Quia leges sunt Romanorum Pontificum. Declarauit hoc expresse Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis scribens in *can. si Romanorum Pontificum decreto* 1. *dist.* 19.per totam.traditque ibidem *Gloss.* in *summa* in casus figuratione. & verbo *de epistolis.*

Decretalis Epistola dicitur, quam statuit Papa, vel solus, vel cum Cardinalibus ad consultationem alicuius. *Gloss.* in summa *distinct.* 3.verbo *omnes.*

Decreta Synodalia dicuntur, quę in Synodo data sunt, & constitutiones etiam Synodales nuncupantur, & Ecclesiasticę ex *gloss.* in summa *distinct.* 3.verbo *omnes.* & vim obtinēt legis. *Factæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocētia: & ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocēdi facultas.* vt Isidorus Ethymologiarum lib.6. c.20.scribit, relatus à Gratiano in *can. factę sunt autem leges.* 1.*dist.*4. deduximus *respons.* nostra 43.*num.*59.& 60.*part.*4.

Decretum præcedere debet in alienatione bonorum Ecclesię. debetque fieri scriptura separata atque diuersa ab ipso decreto, de tractatu habito pro alienatione ipsa facienda. alioquin alienatio ipsa nulla erit. vt Innocentius IV. decreuit in *cap.*1.*de rebus Ecclesię alienandis, vel non in* 6. sic verbis inferens, rationem nullitatis reddens: *Quia etiā tractatus solemnis, & diligens, qui in talibus concessionibus perpetuis, & alienationibus rerum Ecclesiasticarum exigitur, non fuit habitus in eodem.* sequiturq; gl. ibidem verbo *tractatus.* Dixeratque antea Innocentius Tertius ad Metensem Archidiaconum rescribens in *cap. tua nuper* 8. §. *alterius etiam quęstionis. de his, quę fiunt à prælatis sine consensu capituli.* Leonis Papæ Epistolam confirmans, quam vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis dedit in *can. sine exceptione* 52.12.*q.*2. decernendo: *Ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ quidquam donare, vel permutare, vel vendere audeat; nisi forte aliquid horum faciat, vt meliora prospiciat; & cum totius Cleri tractatu, atque consensu id eligat, quod nō sit dubium Ecclesiæ profuturum.* ita Leo. Neque semel tractatus hic præcedere debebit, sed frequens perquiritur. ex Clemente Tertio in *cap. tertio loco* 5. *de probationibus extra.* qui verbis intulit subiectis: *Quod quoties inter fratres aliqua erat mentio; Consilium totius Conuentus, & vox fuit vnanimis; quod nolebant alienationem illarum; sed res Domus, integras conseruari volebant.* non itaque semel, sed pluries tractatus præcesserat. frequens igitur esse debebit. sequiturque *Benintendis decis.*2. *nu.*4. Rotæ Bononien. Hanc ob causam, antequàm Decretum interponatur Commissariorum, legitimè illis constare debebit per testes, aliasq; legitimas probationes, de euidenti vtilitate Ecclesiæ, atque necessitate alienandi. ex dicta dispositione Innocentii IV. *d. cap.*1.*de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non lib.*6. Neq; assertioni stabitur Commissariorum; ni verè ex actis appareat. Hoc verò quàm maximè nūc procedit temporis, quādo ex Stilo Romanę Curiæ in facultatibus addatur Clausula: si tibi legitimè constiterit &c. tradit *Gennensis in prax. Episcopali cap.*60. *nu.*21. *in additionibus. Rota apud Card. Canalerium decis.*288.*num.*3.*& sequentib.* Debet namque decretum interponi causa cognita. ex *Corneo cons.*189. *vol.*3. & *Castrensi cons.*34.*vol.* 2. *Minadous decis.*14.*n.*1.*&* 2. Rota apud *Coccinum decis.*445 *nu.*1.*& sequent.*

Decreta Romanorum Pontificum semper in pretio habenda sunt, vt seruentur, ne de neglectu, aut incuria coarguamur. alioquin habentes, & non seruantes temeritatis coarguamur. ex Nicolao I. Photio in *can. si decreta Romanorum Pontificum* 2.*distinct.*20. rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *neglectu.* dicens: *Nulli enim est licitum ignorare canones.* ex Cœlestino vniuersis Episcopis per Apuliā, & Calabriam constitutis in *can. nulli sacerdotum liceat* 4.*dist.*38.

Decretum petitioni debet esse conforme. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clementina sæpè contingit* 2.§.*verum quia iuxta petitionis formam. de verborum significatione.* & ex Innocentio Tertio Episcopo Narmatinen in *cap. cum dilectus filius Abbas.*2. §. *nos autem distinguēdum esse credimus de ordine cognitionū.* Idemque dixit Innocentius in Concilio Generali in *cap. qualiter, & quando debeat prælatus* 24. §. *finali in fine. de accusationibus.* verbis proferens subsequentibus: *Vt iuxta formam Iudicii sententia quoque forma dictetur.* ibique plenè *gloss* verbo *forma.* repetiitque in *cap. licet Heli summus sacerdos* 31.§ *descendam inquit Dominus. in fine de simonia.* eisdem verbis: *vt iuxta Iudicii formam, sententia quoque forma dictetur.* & ibidem *gloss.* verbo *Iudicii formam.* & dixit *gloss.* in *cap. cum M. Ferrariensis* 9. *in fine de constitutionibus* verbo *cum integritate.*

Decretū à Gratiano ordinis Sancti Benedicti, circa annum Domini 1151. compilatum, à Gregorio XIII. circa annum Domini 1582. approbatum fuit; atque etiam eius iussu emendatum, atque iniunctum, vt nullus eidem quidquam addere posset. testatur *Petrus Gregorius Tholosates partitionum iuris Canonici lib.*1.*cap.*1.*nu.*15.*&* 16.

Defectus est intellectus non curare, atque negligere sacros canones, quos summi *Romani* Pontifices decreuere: vt proinde incuria coarguendus quisque sit. Habere verò, nec obseruare, defectus est voluntatis. temeritati proinde ascribendum erit. atque corripiēdum, & puniendum. ex Nicolao I. Photio in *can. si decreta Romanorum Pontificum* 2.*distinct.* 20.verba sonant Nicolai: *Si decreta Romanorū Pontificum non habetis, de neglectu, atque incuria estis arguendi.* Qui defectus est intellectus. *Si ve-*

*vero habetis, & non observatis: de temeritate esse corripiendi, & increpandi.* Qui defectus est voluntatis. nolle. atque proinde pessimum. ex eodem Nicolao Clero Constantinopolitano in *can. quod dictis 14. siue finali dist. 16.*

Dedicatio Ecclesiarum ab Episcopo fieri gratis debet fine aliqua pactione, vel quod aliquid pro ea detur. sicuti pro dandis ordinibus nihil omnino accipi debet. ex Concilio Cabilonen tempore Caroli Magni in *can. statuimus vt sicut.* 106 1.q.1. nec quidquam potest exigi. si quid autem ex pietate sponte offeratur, nō respuatur. vti Bracharense Concilium secūdum cap. 5. decreuit in *can. placuit, vt quoties ab aliquo* 1.1.q.2. ibique *Gloss.* verbo *munus aliquod.* Non debet autem Episcopus Ecclesiā dedicare, nisi prius dotetur. ibidem. sequiturque *gloss.* verbo *dotem.* infereus: *imo nec primarium lapidem ponere debet.* ex Concilio Aureliaoen 10 *can. nemo Ecclesiam ædificet 9. de cōsecrat. distinct. 1.* Quia debet habere, quæ ad luminaria, & ad custodiam, & ad stipendia sufficiant. *Rota apud Card. Caualerium decis. 498. nu. 2.*

Dedicationis verò Ecclesiæ solemnitas singulis annis solemniter celebranda erit. sicuti & Episcoporū. Decreuit Felix Papa omnibus orthodoxis scribēs in *can. solemnitates dedicationum 16. de consecrat. dist. 1.* & ibidem *Glos.* verbo *solemnitates.* & Gregorius Papa in *can. solemnitates 17. eodem distinct. 1. de consecrat.* addens: per octo dies solemnitatem esse celebrandam; comprobans exemplo Christi Domini. & ex Sacrata scriptura in libro Regum.

Dedicatæ autem semel Ecclesiæ, perpetuò remanere debēnt, neque in vsus prophanos amplius transferendæ. ex Concilio Chalcedonense in *can. quæ semel dedicata sunt 4. 19. q. 3.* Hoc nempe voei Domini adnersatur, qui (Marci 9. & Ioan. 2.) dicit: *Nolite facere domū patris mei, domum negotiationis.* vt in Synodo septima perpensum fuit, atque mandatum in *can. quoniam à quibusdam uiris. 5. in fine eadē 19. quæst. 3.*

Defectus proprios cuiusquam detegi, & in apertum deduci, & durum, & in humanum æstimatur. Sicut etiam diuitias, & paupertatem. hæc ne vilitas demonstretur: illæ ne inuidiæ exponantur. perpendere satis argumentose hoc Theodosius, & Valentianus Augusti in *l. meminimus nuper. 2. § uid enim tam durum. C. quando, & quibus quarta pars debetur ex bonis decurionum: & de modo distributionis eorum lib. 10.* verba præstamus Imperatorum: *Quid enim tàm durum, tàmque inhumanum est, quam publicatione, pompaque rerum familiarium, & paupertatis detegi vilitatem, & inuidiæ exponere diuitias?* Inimicitiæ proinde nec leues, quin perpetes hioc exoriuntur. perpendit per quàm optimè *Rota apud Coccinum decis. 437. num. 3.* Sicuti itaque vt Ambrosius in *can. non in inferenda 7. 23. q. 3.* prosequitur: *Sed in depellenda iniuria lex virtutis est.* ita sane in deferenda iniuria vitium erit. vt ipse met ibidem infert rationem reddens: *Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tàm est in vitio, quam ille, qui facit.* sed defectus manifestans iniuriam facit. est ergo in vitio. vnde proditor dicitur, qui crimen, quod secreto nouit, io palam producit. ex Augustino in *can. si peccauit, inquit, in te. 19. in principio 2. q. 1.* sequitur *Gloss.* in *can. nolite timere eos 86. 11. quæst. 3.* verbo *proditor.* dicens: Proditor est, *qui sibi crimen cognitum, malitiosè publicat.*

Defensio, ne dum iure Ciuili, sed etiam iure naturę, atque etiam Cœli comprobatur. Cuilibet enim licet se defendere, cum moderamine tamen defensionis. Ex naturæ quippe principio oritur: *violentiæ per vim repulsio.* vt Isidorus lib. 5. Etymologiarum docuit in *can. Ius naturale 7. distinct. 1.* omnesque leges, omniaque iura clamant, vim repellerere vi permittentia. ex Alexandro Tertio in *cap. si verò alicuius potestatis 3. §. si verò clericū. de sententia excommunicat. extra.* qui sequentibus fatur: *Cùm vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittat.* Sed cum moderamine inculpatæ tutelæ. vt Innocentius Tertius Abbati Sanctæ Trinitatis de Meldemberg. in *cap significasti nobis 18. §. si verò (quemadmodum perhibetur, de homicidio voluntario; vel casuali.* ibique plenè *gloss.* verbo *moderamine inculpatæ tutelæ.* & *gloss.* in *can. de his Clericis 6.* verbo *defendendo distinct. 50.* Nec reticuit Florentinus lib. 1. institutionum in *l. vt vim 3 ff. de Iustitia & Iure.* rationem adæquatam reddens: *Nam iure hoc euenit, vt quod quisque ob tutelam corporis sui fecerit. iure fecisse æstimetur.* deduxitque *gloss.* in can. *quia per ambitiones illicitas 6* qui est Gelasii Papæ vniuersis per Dardaniam constitutis. in fine *dist. 64.* illis verbis: *nec quēquam sibi quod vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini vindicare.* verbo *patiamini.* sic infert: *Et ita resistere quis potest pro iure suo.* vnde versus.

*Cuilibet est homini licitum sua iura tueri:*
*Quodque resistet tibi: non potes inde quæri*

potest proinde iure se quisque tueri, etiam auxilio impetrato aliorum. vti Leo quartus Ludnuico Augusto scribit in *can. igitur cùm sæpè aduersa 7. 23. q. 8.* Nam bene licitum est cuilibet se defendere, etiam Clerico. vt *gloss.* loquitur in summa *23. q. 3.* verbo *fugiens.* deducitque S. *Thomas 2. 2. q. 64. art. 7.* ibique *Caietanus. Ioannes Azorius Institutionum moralik part. 3. lib. 1. cap. 2. quæst. 5. in fine.* deduximus nos *respons.* nostra *83. nu. 28. & 29. parte 5.*

Defensio proinde potest peti à Principe seculari contra persecutores Ecclesiæ. vt Augustinus ad Bonifacium pro Maximiano Episcopo Vagiensi respondit in *can. Maximianus Episcopus Vagiensis. 2. 23. q. 3.* rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *sed negligentia* inquiens: *nam quilibet tenetur defendere ius suum.* Ita quidem, vt defensionis, quæ à iure prouenit naturali, facultas adimi minimè possit, neque etiam per Principem supremum; Cùm illa tollere non liceat, quę iuris naturalis existunt. ex Clemente V. in Concilio Viennen. in *Clement. pastoralis Cura solicitudinis. 2. §. penultim. Cæterum defectus suppletio de sententia, & re Iudicata.* De

Defendere proximum, si potes, virtutis actus est. ita quidem, vt non minus vitium æstimetur, si nõ defendas cum possis, ac si iniuriam fecisses. ex Ambrosio lib. 1. de officiis cap. 36. in *can. non in inferenda 7. 23. q. 3.* Ambrosium ambrosiam ex labijs proferentem excipe: *Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, cùm potest, tàm est in vitio, quàm ille, qui facit.* alioquin ex Anastasio, & Damaso Papa in *can. qui potest obuiare 8. eodem 23. q. 3.* fauere iniquitati videtur, qui potest, & non defendit. rationem reddentes, dicentesque: *Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* eodemque modo Innocẽtius Papa in *can. error 3. in fine dist. 83.* dicens; *Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas cùm minime defensatur opprimitur.* sequitur proinde quod.

Defendere veritatem tenemur, alioquin illam opprimimus, cũ possumus tueri. Nec diuersimode dixit Eleutherius Papa ad Galliæ prouincias omnibus generaliter scribens in *can. negligere, cum possis deturbare. 55. 2. q. 7.* est enim foueri errorem contra veritatem, cum possumus impios deturbare, & viritatem tueri. ex aureo Ioannis Chrysostomi ore in *can. nolite timere eos 86. 11. q. 3.* quem certe dicentem audias; *Quòd non solum ille proditor est veritatis, qui transgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet; aut non liberè veritatem defendit quam libere defendere conuenit.*

Defendens Christianos, vel fidei veritatem, vel patriã contra infideles, si in conflictu moriatur premium cœleste consequitur. ex Leone IV. Ludouico Augusto & exercitui Frãcorum in *can. omni timore, ac tremore deposito 9. 23. q. 8.*

Defensio legitima in iudicio nemini deneganda, quin magis cuilibet reseruatur. ex Innocentio Tertio Monachis Farfen. in *cap. cùm inter Priorem, & Conuentum 5. de exceptionibus.* rationem reddens: *Cùm non debeat claudicare iudicium: ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur, quia sic condemnaretur multoties absoluendus.* rationem *Gloss.* ibidem verbo *claudicare* refert, notans: *æqualitatem seruari in Iudicijs* ex Damaso Papa 10 *can. nullus introducatur personaliter. 2. q. 4.* & plura notat *Gloss.* in *d. cap. cum inter 5.* verbo *legitima defensio.* Non debet tamen, quod in defensionis remedium substinetur, ad impugnationis materiam extendi. vt idẽ decernit Innocentius *d. cap. cùm inter.* in fine. & simile habetur ex Concilio Lateranen. in *cap. cùm dicat Apostolus. 2. in fine de Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.* rationem reddens; *Quod enim eis pro pietate conceditur, ad aliorum iniuriam nolumus redundare.* vbi *Gloss.* verbo *aliorum iniuriam.* eiusdem rationem refert, dicens: *Sic enim interpretanda sunt beneficia Principis, vt non incipiant esse iniqua.*

Defensio cum moderamine esse debet inculpatę tutelæ; non ad summendam vindictam, sed ad iniuriam propulsandam. vt Innocentius Tertius respondet in *cap. significasti nobis 18. §. finali. si vero quẽadmodum. de homicidio voluntario. vel casuali* ibique plenissime *Gloss.* verbo *moderamine inculpatæ tutelæ.* Nam ex Ambrosio in *can. non in inferenda 7. 23. q. 3.* Non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex virtutis est. Qui vero fugientem persequitur non depellit, sed infert iniuriam. id circo tenetur: quia defensionis excedit moderamen. mitius tamen punitur. noster *Maranta cons. 62. num. 3. & 4. Barbosa de officio Episcopi allegat. 39. num. 54. & 55.*

Definitio est principium omnis demonstrationis. ex *Aristotele 1. de anima.* Hanc ob causam; omnis quę de quacunque re traditur institutio a definitione debet proficisci. Secũdum Tullium 1. de officijs Nec enim res poterunt sine definitione sciri, nam definitio significat nomen rei. *lib. 4. metaphisic. sex. 28.* vt nec etiam miraculosè fieri possit, vt Definitio rei ab ea separetur, vel quod vni rei conueniat definitio alterius rei: vt puta, quod homo manens homo, sit animal irrationale. Sequeretur enim contradictoria esse simul. vt tradit *S. Thomas 3. part. q. 77. art. 1. in 2. argumento.* Definitio quippe conuerti debet cum suo definito. vt tradit idem *S. Thomas eadem 3. part. q. 60. art. 2. sed contra.* Deduciturque ex Ambrosio in Apologia Dauid cap. 2. in *can. ille Rex tantus 25. §. peccatum autem donatur. de pœnitent. dist. 3.* super verbis Ioannis epist. 1. cap. 5. (*Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit*) inferens: *peccatum est iniquitas, quia in peccato ipso iniquitas est.* Quia, vt idem subnectit Ioannes d. 5. c. 17. *Omnis iniquitas peccatum est.* & duducit per quam optimè *Gloss. d. can. ille Rex.* verbo *operatrix culpę.* dum ex Augustino peccatum definit. sequiturque *Nauarr. in manuali prę ludio 7. num. 5.* vnde cui conuenit definitum, & definitio quoque conueniet, cum inuicem conuertantur. ex Vlpiano lib. 11. ad Edictum in *l. Hoc edicto 1. §. dolum malum seruius quidem ita definit ff. de dolo malo.* ibique *Bartoli* summarium dicentis. *Ista est bona definitio, quę conuertitur cum suo definito.* ex regula Aristotelis 6. Topicorum. quam sequi videtur Paulus lib. 28. ad Edictum in *l. mutuum damus 2. §. appellata est autem. ff. de rebus creditis si certum petatur, & de certi conditione.* verba sunt Pauli, quę rem declarant *Appellata est autem mutui datio ab eo, quod de meo tuum fiat. Et ideo si de meo tuum non fiat, non nascitur obligatio.* scilicet mutui, vt *gloss.* Accursii ibidem subnectit. vt videlicet definitio cum definito conuertatur. deduximus *respons.* nostra 50. *num. 49. part. 4.* Si igitur cum definito non conuertitur definitio, non vtique definitio erit, neque locum eius habebit dispositio. ex Bonifacio Octauo in *cap. indemnitatibus monasteriorum. 43. §. penultimo supradicta siquidem. in fine de electionibus in 6.* dum sequentibus Bonifacius infert: *Ea (quod supra dicitur) dumtaxat excepto; vt non eligantur, neque eligant non professæ: cam in ipsis hoc locum sibi nequeat vindicare.* Quia cum pro-

fessę

fessę non sint, neque professarum definitio eis competat, neque definitum conuenire debeat. & aduertit *Gloss.* ibidē verbo *nequeant.* rationem reddens: *cum non profiteantur, necesse est, vt eligantur, & eligant non professæ.* sequitur *Marcus Mantua cons.* 1. *nu.* 7. *vol.* 1. & *cons.* 55. *num.* 7. *vol.* 2. *Rota in recentiorib. part.* 1. *decis.* 509. *num.* 5. *Nauar. cons.* 4. *sub nu.* 5. *vers. tum* 2. *quia Diuus Thom. lib.* 4. *de consanguinitate & affinitate. & cons.* 63. *num.* 6. *lib.* 5. *de simonia.* & diximus *respons.* 28. *num.* 3. & 4. *part.* 1.

Defuncti minus legitima, ac rationabilis voluntas defendi non debet, etiam in sepulturę electione, si illa in loco minus religioso fiat. ex Innocentio Tertio Genuensi Archiepiscopo in *cap. fraternitatem tuam* 3. 5. *vnde si P. de castello. de sepulturis extra.* ibique *Gloss.* verbo *praiudicat.* quæ in argumentum refert textum Gregorij Deusdedit Episcopo in *can. nulli dubiū est.* 1. 12. *q.* 5. quatenus probat, Episcopum de rebus Ecclesię suę testari non posse, si quid vero de illis testamenti serie reliquisset, voluntatem eius non esse seruandam. secus verò si de rebus proprijs. Rationem venamur ex Iustiniano Cæsare in *Authentico de hæredibus, & falcidia, & si hæres legata soluere noluerit collat.* 1. 5. *semper igitur nobis importuni sunt.* qui de Defunctis loquens, qui quandoque non iusta pręcipiunt, sic infert: *Indeuotè autem et res adheunt, & eas pręcipiūt, & quod est iustum, non faciunt: Cum itaque etiam à veteribus legislatoribus dictum sit: Competentes deficientium dispositiones, quæcunque non repugnāt legibus, omnibus modis impleri.* ibique *gloss.* verbo *competentes.* dicens: *Est omnis voluntas competens, nisi sit contra leges, vel bonos mores, siue turpis. nam hac sequenda non erit.*

Defunctis iustis sicut non obest sepultura nulla, vel vilis, sic nec impiis celebris, vel speciosa prodest. ex Gregorio Papa II. Bonifacio Episcopo in *can. animę defunctorum* 21. 5. *curatio vero funeris.* 13. *q.* 2. verba perpende Gregorii: *Curatio verò funeris, conditio sepulturę, pompa exequiarum, magis viuorum consolatio sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa; oberit pio vilis, aut nulla. Nec ideo tamen contemnenda, & abijcienda sunt corpora defunctorum, maximè iustorum & fidelium.* Nā (ex *S. Thoma* 2. 2. *q.* 32. *art.* 2. *ad* 1.) pertinet ad Defunctum, quid de eius corpore agatur. & est humanitatis officium, non præsidium salutis quidquid humano corpori impenditur post mortem. vt Augustinus testatur in *can. non æstimemus* 19. *eadem* 13. *q.* 2. & Sepulchra Domos appellauit defunctorū Constantinus Imperator in *l. qui sepulchra* 4. *C. de sepulchro violato.* & Dauid *psalmo* 48. 12. eodem sensu dixit: *Et sepulchra eorum domus illorum in æternum.* deduximusque nos pluribus *respons.* nostra 18. *à num.* 5. *cum sequentibus. parte* 5.

Defunctorum voluntates seruandę omnibus erunt modis. ex Gregorio in *can. vltima voluntas* 4. 13. *q.* 2. Sic nempè Gregorius: *Vltima voluntas Defuncti modis omnibus conseruari debet.* Quia lex est eius voluntas. ex Iustiniano Cæsare in *authentico de nuptiis collat.* 4. 5. *disponat itaq; vnusquisq;* modo tamen rationabilis sit eius voluntas, nec contra leges. vt idem Iustinianus ibidem disponit dicens: *Disponat itaque vnusquisque in suis, vt dignum est, & sit lex eius voluntas.* vt Dignum est. dixit. id est secūdum leges, & bonos mores, alias non valeret, vt *Gloss.* ibidem aduertit. & *Gloss.* in *d. can. vltima voluntas.* in *Glos.* 1. ex Gregorio IX. Nomouieo Episcopo. in *cap. tua nobis fraternitas* 17. *extrà de testamentis.* notatque ad rem *Glos.* ibidem verbo *voluntatem.* seruandam esse voluntatem defuncti, si rationabilis sit, & secundū leges. Quisquis vero contrairet, & contra auctoris sui factum venire tentauerit, vti indignus hæreditate quoque priuabitur. vt Gelasius Papa Crispino, & Sabino Episcopis protestatus fuit in *can. Siluester, & Faustinus* 15. 11. *q.* 1. vbi etiam *Gloss.* verbo *patris.* Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm, vt supremę volūtatis, post quàm aliud vella non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non reddit arbitrium. vti Constantinus Imperator respondit in *l.* 1. *C. de sacrosanctis Ecclesijs.* & nos deduximus *respōs.* nostra 59. *num.* 36. *ad* 40. *part.* 4.

Degradatio duplex perpenditur, quædam quidem verbalis dicitur, quædam vero actualis, quæ etiam solemnis dicitur. prima est depositio ab ordinibus, vel gradibus Ecclesiasticis, quæ à solo fit Episcopo per sententiam. ex Concilio Carthiginensi Tertio in *can. si autem presbyteri.* 5. *in fin,* 15. *q.* 7. Actualis vero, & solemnis illa est, quam facit Episcopus aliis præsentibus Episcopis priuando, & spoliando degradatum omni dignitate, honore, ac priuilegio clericali, eumque seculari Curiæ tradendo, iuxta formam quam Bonifacius VIII. præscripsit in *cap. degradatio qualiter fieri debeat* 2. *de pœnis in* 6. Et si Gregorius IX: Remensi Archiepiscopo, & suis suffraganeis scribens, de eo, qui pro hæresi fuerit seculari Curiæ relinquendus, aut perpetuò immurandus, immutarit quò ad numerum Episcoporum, vt solus Episcopus conuocatis Abbatibus, vel aliis prælatis, & religiosis personis possit degradare. in *cap. quoniam* 1. *de hæreticis lib.* 6. & hanc constitutionem simpliciter innouauit sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 23. *cap.* 4. *de reformatione.* Cum vero Curiæ traditur seculari debet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mortis periculum circa eum sententia moderetur. vt Innocentius Tertius Episcopo Parisiensi demandauit in *cap. nouimus expedire* 27. *de verborum significat. extrà.* iuxta tradita ex libro Capitularium 5. *cap.* 90. in *can. reū ad Ecclesiam confugientem* 9. 17. *q.* 4. Ad verbalem autem degradationem vicarius quoque Episcopi procedere potest. ad actualem vero, non nisi Episcopus. vt eadem definiuit sacrosancta Tridentina Synodus *d. cap.* 4. *sessione* 13. deducit *Ambrosinus in tract. de Immunitate Ecclesiastica in constitutionem Gregorij XIV. cap.* 17. *num.* 7. & *num.* 32. *cum sequentibus Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 50. *Io-*

50. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.2.lib.6.cap.7.*

Degradatus, licet omni priuilegio, & beneficio, clericali sit exutus. ex Bonifacio Octauo in *cap. degradatio 2.§. poterit autem Episcopus in fine de pœnis in 6.* tamen charactere, quod in anima imprimitur, non spoliatur. Hanc proinde ob causã si actu, atq; de facto celebrat, si sacerdos sit, conficit. graui tamen pœna feriendus erit. ex Gregorio Venantio Lunensi Episcopo in *can. accedens ad Gorgonam insulam 10. dist. 50.* ibique perin ptime *Gloss.* verbo *presbytero.* quæ in fine non conficere credit. sed affirmatiuam sequitur *gloss.* in *d. cap. 2.* verbo *priuilegio Clericali.* in fine. ibique *Glossella* Marginalis. ex *S. Thoma in 3. part. q. 82. art. 8.* rationem ferente: Quia rerum consecrationes perpetuæ sunt, nec amitti, nec reiterari possunt. remanet proinde character in anima impressus. Et sicut per baptismum copulatur immortale immortali, anima videlicet, quæ immortalis, est, Deo immortali. ita per ordinem, secundum *gloss.* in *can. licitè dimittitur coniux 2. 32. q. 7.* verbo *nunquam circa finem.* quam celebrem appellat *Nauarrus de oratione, & horis canonicis. cap. 7. nu. 17.* & comunem esse dicit, tàm ex Teologis, quam ex Canonistis. ex argumento, quo vtitur *S. Thom. sed contrà.* & *gloss. d.* verbo *numquam in d. can. licite. in fine.* Quia degradatus, sicuti & baptizatus, si moreretur, & iterũ ad vitam rediret; sicuti Lazarus; nõ esset iterũ, vel baptizãdus, vel ordinandus. A posteriori itaque infertur, retinere adhuc post degradationem ordinẽ, nam si non retineret, et amitteret, iterum esset baptizandus, & iterum ordinandus. Nam quod datum fuit, non potest dici non datum. ex Augustino in *can. quod quidam dicunt. sicut autem habent. 1. q. 1.* Num verò.

Degradatus si sacrificium offerat, sit pro iis efficax pro quibus offert, licet grauissime peccet, esse? quia potestatem per ordinationem iam acceptam obtinet, & potest conficere. ex opere operato itaque, & quia Christus in illo offertur, efficax euadit. ex S. *Thoma. d 3. part. quæst. 82. art. 7. in corpore.* sequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 21. in 6. q. in fine. vers. si postremo roges an sacrificium factum ab eo sacerdote.*

Degradatus cum omni careat priuilegio Clericali. ex Bonifacio Octauo *d. cap. 2. in fine de poenis lib. 6.* num retineat adhuc priuilegium canonis, vt si quis in eum violentas manus diabolo suadente iniiciat in excomunicationem incidat? Incidere dicit *gloss. d. can. accedens ad Gorgonam 10. dist. 50.* verbo *presbitero.* in memoriam saltim pristinæ dignitatis. ex ratione Augustini contra Donatistas in *can. ostenditur illos impiè facere. 32. de consecratione dist. 4.* Quia, quod datum est, non amittitur. remanet igitur character in anima impressus. & ita etiam *Gloss. d. cap. 2. de pœnis lib. 6.* verbo *priuilegio clericali.* Et quia priuilegium non est personæ, sed ordinis, quo non priuatur. vt *Gloss.* aduertit in *can. nulli de serulis conditiona 2. in fine distinct. 54.* verbo *occiderit.* est enim persona adhuc Deo sacra per ordinẽ, & consecrationem. Augustinũ percipe *d. can. ostenditur.* qui sic infert de baptismo loquens, simul & de ordine: *Sicut enim baptizatus si ab vnitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit; sic etiam ordinatus, si ab vnitate recesserit, sacramentum dandi baptismi non amittit. Nulli ergo sacramento iniuria facienda est.*

Hanc ob Causam.

Degradatus, velut etiam excomunicatus, interdictus, suspensus, vel triremibus addictus ab obligatione diurnas, nocturnasque horas quotidie persoluendi solutus non censetur. veluti etiam, qui à Turcis capti triremibus sunt addicti, si alias tamen possint, neque iusto detineantur impedimento, vt quia breuiarium non habeant, vel quia tempus ex labore necessario remigandi eis non supersit. probatur ex Augustino in *can. licitè dimittitur vxor 2. 32. q 7.* quatenus docet, quod licet licitè dimittatur vxor ob causam fornicationis, sed manet vinculum prius. *Propter quod* (inferens) *Fit reus adulterii, qui dimissam duxerit, etiam ob causam fornicationis. Sicut enim manente in se sacramento regenerationis excomunicatus quis reus criminis, nec illo sacramento caret, etiam si numquam reconcilietur Deo.* deducitque ibidem plene *Gloss* verbo *nunquam.* quam singularem estimat *Nauarrus* ad hanc rem. *de oratione, & horis canonicis cap. 7. nu. 16. versiculo vndecimo excomunicatum & num. 17. Syluester verbo Hora q. 2. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 5. quæst. 6. & cap. 6. quæst. 6.* plura de iure. *cap. 13. eodem libro.* & *Nauar. eodem cap. 7. num. 20.* de regularibus loquens choro deputatis. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 50. nu. 7.* ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap dolentes referimus 9 de celebratione missarum extrà.*

Degradari actualiter debet Clericus in minoribus constitutus. ex Sexta Synodo in Trullo in *can si quis Episcopus. 6. 27. q. 1.* & ex Bonifacio Octauo in *cap. degradatio qualiter fieri debant. 2. post principium de poenis lib. 6.* verba sunt Bonifacii: *Quamquam proprii Episcopi sententia sine aliorum episcoporum præsentia sufficiat in degradatione eorum, qui minores dumtaxat ordines receperunt.* & hanc sententiam vti communi calculo receptã tuetur post alios *Carolus de Grassis de effectibus clericatus effectu. 1. quæro tertio nu. 839. & nu. 840.* subnectit tamen, quòd in Clericis primæ consuræ non sit necessaria aliqua degradatio, quia prima tonsura non est ordo. allegat *Germonium* Tarantasiæ Archiepiscopum *de sacrorum immunitate. lib. 3. cap. 15. nu. 76.* Verùm necessariam esse dico, quod firmo ex eodem Bonifacio Octauo *d. cap. degradatio 2. §. actualis verò sine solemnis.* verba perpendamus Bonifacii: *Actualis vero, siue solemnis cœlestis militiæ militis, id est Clerici degradatio fiet, vt exauctorizatio eius, qui militia deseruit armatæ, cui militaria detrahuntur insignia, sicque à militia remotus castris reiiciatur, priuatus consortio, & priuilegio militari.* Clericus, quisquis ille sit, siue primæ ton-

tonsuræ, siue in minoribus, in militiam asciscitur Dei, & in cœlesti militia dicitur militare. per Gregorium Candido Episcopo Vrbeuetanen. in *cap. cum percussio corporalis* 1. *de Clerico egrotante*, *vel debilitato. extrà*. Quot enim in Clerum asciscuntur, in militia militare Dei dicuntur. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabriç. in *can. quid proderit per singula Clericos* 7. *distinct*. 61. & ex Augustino in *can. militare non est delictum* 5. §. *interrogauerunt Ioannem & milites* 23. *q*. 1. loquitur Augustinus ad rem. *Non enim tantùm de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur; sed quisquis militiæ sua cingulo vtitur, dignitatis suę miles ascribitur*. vbi per optimè *gloss*. verbo militiæ. quæ sic infert: *Cùm ergo Clerici milites dicantur*. Sunt ergo milites Dei Clerici. At verò armatę militiæ milici militaria detrahuntur insignia, atque a militiâ remotus castris reiicitur, priuatus consortio, & priuilegio militari. eodem ergo modò & primæ tonsuræ Clericus, qui cœlestis militiæ est Miles, Cœlestibus militaribus insignibus priuatus exauctorari debebit. Degradari igitur, & ipse debebit. Propterea & in Pontificali Romano, & Clerici quoque degradatiò proponitur. Insignia enim traduntur ei cœlestis Militiæ cum ordinatur, corona ei tondetur in signum, quod in sortem Domini asciscitur, *pars mea Dominus* dicens. vestibus induitur Clericalibus, & superpellicio vestitur, Episcopo dicente: *induat te Dominus nouum hominem, qui secundum Deum Creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis*. & demum per Episcopum admonetur, vt digne viuat, & priuilegiis Clericalibus rectè vtatur, videatque, ne propter culpas illa de perdat. Debet igitur & ipse exauctorari, sicut & ordinatus fuit, ne frustra hæc ipsa fieri videantur. Pontificalis autem hic liber in decisiuis quoque causarum auctoritatem obtinet, fidemque indubiam facit. vt Clemens V. in Concilio Vienen in *Clement. Romani principes. vnica* §. *Nos eodem mandato, & decreto electionis*. circa finem *de Iure iurando*. qui ex Pontificali Romano auctoritatem protulit. sequiturque *gloss*. ibidem verbo *Pontificali*. Sicut etiam & Rituale. *Armilla*. verbo *superstitio nu*. 2. *Maiolus de irregularitate lib*. 3. *cap*. 24. *num* 7. *Gratianus Forensium disceptationum lib*. 1. *cap*. 111. *nu*. 7. *& lib*. 2. *cap*. 298. *num*. 28. in responsione Theodosei Rubei. Nec obstaculum adhiber, quod prima tonsura non sit ordo. Est tamen initium ordinum, & gradus quidam ad cœteros ordines. vt idem *Anastasius Germonius* perpendit *de sacrorum immunitate d. lib*. 3. *cap*. 15. *num*. 74. *et* 75. Sicut etiam initium quodam sacri Ministerii, & officium Ecclesiasticum, vnde de familia fit Dei ordinatus. *Couarruuias in cap. quia nos*. 9. *num*. 3. *&* 4. *de testamentis*. Et prima ipsa tonsura ordo nuncupatur ab Innocentio Tertio Rothomagensi Archieposcopo respondente in *c. cum contingat interdum* 11. *in fine de atate, & qualitate, & ordine praficiendorum*. de Abbatibus loquente, ac dicente expressissimis verbis: *Per primam tonsuram iuxta formam Ecclesia datam, à talibus* (Abbatibus videlicet) *clericalis ordo confertur*: vnde percutientes illos in canonem incidunt. vt *gloss*. ibidem aduertit verbo *ordo confertur*. est ergo ordo, saltem denominatiuè, prima tonsura. & *gloss*. quoque aduetit in *cap. eos, qui clericos* 2. verbo *ordinare. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in* 6. quæ prohibitionem à Gregorio X. in Concilio Generali Lugdunen factam, ne quis audeat alienum Clericum ordinare; etiam ad primam tonsuram extendit. ex Concilio Carthaginensi primo in *can. Primatus Episcopus* 6. *distinct*. 71. quod de laico etiam ordinando loquitur. & *gloss*. ibidem verbo *obtineat*. obseruat. sequiturque perquam optimè *Quaranta in summa Bullarii*. verbo *Capitulum sede vacante fol*. 139. §. *Decimo quaro, an Capitulum*. dicēs prohibitionem à Sacro sancta Tridentina Synodo Capitulo factam, in *cap*. 10. *sessione* 7. *de reformatione*. intra annum vacationis Sedis Episcopalis cōcedendi litteras dimissoriales ad ordines. ad primam quoque Clericalem tonsuram extendi. eumque sequitur *Barbosa de officio & potestate Episcopi, part*. 2. *allegat*. 7. *num*. 10. & perquam optimè docet *Nauarrus cons*. 11. *N. familiaris cuiusdam Episcopi nu*. 1. *lib*. 1. *de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum*. Concilium Tridentinum *sess*. 23. *cap*. 9. *de reformatione*, dans facultatem Episcopo ordinandi familiarem suum triennalē, modò statim ei conferat beneficium. exaudiri etiam de prima tonsura Clericali: *Quia verbum* (*ordo*) *generaliter prolatum comprehendit etiam primā tonsurā secundum communem vsū canonum. argumento cap. cum contigat de atate, & qualitate. licet quastionis sit, an sit propriè ordo, vel non*. & *nu*. 3. ibidem. ó ergo saltim denominatiue, prima tonsura est ordo, etiam primę tonsurę Clericus degradandus erit, atque exauctorandus. Quia miles est Christi, atque Cœlestis militiæ Miles. Non itaque sina Ecclesiæ exauctoratione à militia in perpetuum dimittendus.

Degradatus actualiter; siue solemniter, & si priuilegia amittat Clericalia, vt in superioribus ex Bonifacio Octauo in *cap. degradatio* 2. *in fine de pœnis in* 6. deduximus. ordinem tamen, quo insignitus est retinet, nec amittit, quia character, qui in anima impressus est, indelebiliter perseuerat; & sicut baptismus in eo, ita ordinatio manet integra. ex Augustino lib. 2. contra Parmenianum cap. 13. in *can. quod quidam dicunt*. 97. §. *nam si quando ex ipsa parte* 1. *q*. 1. ibique *Gloss*. in principio canonis verbo *amittit*. rationem reddens, dicensque: *Characterem enim non potest amittere*. sequiturque *Gloss. in cap. de diacono* 1. *in fine. qui clerici vel vouentes matrimonium contrahere possunt*. verbo *interfecerit*. sic inferens: *Putabat enim hic Archiepiscopus* (Remensis videlicet cui respondit Alexander Tertius in d. capit.) *propter homicidium, quod degradari debebat, & quod amisisset ordinem: quod non est verū*.

*Quia character in anima impressus non amittitur.* 1. q. 1. *quod quidam.* alioquin degradatus matrimonium contrahere posset, quod verum non est. & meminimus in superioribus quoque.

Delatores sunt, qui inuidia produnt alios. Delatori vel lingua capulatur, vel conuicto caput amputatur. ex decreto Hadriani Papæ in *can. delatori* 5. & *can.* sequenti ex Concilio Eliberitano, *delator si qui extiterit fidelis.* 6. 5. q. 6. minuitur pœna secundum delicti quantitatem.

Delectatio morosa (à mora deducto vocabulo) non est ita nominata ratione temporaneæ durationis, sed propter moram, quam ratio ipsa facit in ea non expellenda. Quia non eam repellit quam citissime potest, & debet, vel quod eam (quod deterius est) deliberatè acceptat. iuxta doctrinam Bedæ, siue Gregorii, quam Gratianus refert in *can. sed pensandum est.* 2. *distinct.* 6 illis verbis: *Si autem ad consensionem ex deliberatione descendit, tunc peccatum cognoscitur perfici.* Consensus enim in peccatum, vel verus, & expressus est, quem Caietanus positiuum vocat, vel vero tacitus, quē alii interpretatiuum, alii morosam delectationem, vocant, & Caietanus in *summa* verbo *delentatio morosa* negatiuum, non positiuum appellat, quia negat dilectationi illi insurgenti resistere. vnde à Gregorio in pastorali in *can. hinc etenim superna voce* 1. *distinct.* 49. *in fine* §. *ponderosus verò*. ponderosus vocatur, *qui turpitudinem non exercet opere; sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderatione grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur; sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur.* est ergo consensus negatiuus, vt Caietanus dicit. Sequiturque *Nauarrus in manuali cap.* 11. *nu.* 12. & 13. & in *can. cogitationis pœnam de penitent. dist.* 1. *num.* 12. docens etiam, quód tunc hæc dilectatio morosa, peccatum est, cum quatuor concurrant. primo, vt materia sit læthalis culpa. secundo, vt aduertat, qui delectatur, se delectari. tertio, vt non resistat delectationi, eam à se repellendo, cum possit, atque depellere contemnendo. quarto, si absque rationabili causa omittit eam à se reijcere. videndus *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. prima, lib.* 4. *cap.* 5. & *cap.* 6. *Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 14. *num. secundo*, *Binsfeldius in enchiridio Theologiæ pastoralis, part.* 2. *de peccatis in genere cap.* 5. §. 4. vbi dicit morosam delectationem dici, quando homo voluntariè delectatur in aliquo actu malo, sine tamen proposito & voluntate actum ipsum perficiendi. Dicitur verò morosa, ob moram, quam facit in ea expellenda; vel quia animaduertit se delectari, & ad huc moram trahit in delectatione.

Non enim delectatio facit, vt obiectum sit malum propter delectationem; sed ideo delectatio est mala, quod versetur circa malum obiectum, secūdum Philosophum 10. ethicorum. videndus *Sanchez de matrimonio lib.* 9. *disputat.* 46. *num.* 6. & *num.* 20. *Azorius Institutionum moralium part.* 3. *lib.* 3. *cap.* 25. *in* 3. *notabili. vers. obicies.*

Delegatio non præsumitur, nisi probetur. nec tenetur quis exequi mandatum Delegantis, nisi de mandato constiterit. ex Innocentio Tertio Episcopo Baiocen in *cap. cùm in iure peritus* 31. *de officio Iudicis Delegati.* vbi summarium, dicens: *Non creditur quis delegatus, nisi delegationem probet.* pluribusque *Gloss.* verbo *super mandato.* & edixere Gratianus, Valentianus, & Theodosius Cęsares in *l.* 1. *C. de mādatis Principum*. dicentes: *Si quis asserat cum mādatis nostris secretis se venisse, omnes sciant nemini quicquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum.* deducit *Federicus de Senis cons.* 130. *num.* 2. *in fine.* dicens: quod Delegata potestas non pręsumitur, nisi probetur. Delegatio propterea strictè, ac pressè exaudieoda erit, nec vltrà expressa dilatanda. ex Alexandro Tertio in *cap. super eo verò* 15. ibique *scribentes, de officio Iudicis delegati. Gaillus practicarum obseruationum lib.* 1. *obseruat.* 48. *nu.* 21. est enim odiosa delegatio. *Bal d. l.* 1. *C. de mandatis Principium. Gratianus Forēsium disceptationum part.* 1. *cap.* 170. *num.* 29. diximus *respons.* nostra 36. *num.* 16. & *sequentibus. part.* 5.

Delegare quisque potest vices suas, nisi specialiter hoc sit ei prohibitum. vnde potest Episcopus ea, quę Iurisdictionis sunt, alteri demandare, & delegare. ex *Glo.* celebri, & Solemni in *can. peruenit quoque ad nos.* 1. *distinct.* 95. verbo *concedimus in fine.* quam sequitur *Nauarr. cons.* 13. *sub nu.* 2. *vers. a. quod regula lib.* 4. *de clandestina desponsatione.*

Delegatus delegantis iure vtitur. quam ob rē quocunque Ordinario maior æstimatur, in causa ipsa sibi delegata. ex Gregorio ad Episcopos Sicilię in *can. valde necessarium esse perspeximus* 1. *distinct.* 94 dicente illo: *Vt vbi nos pręsentes esse non possumus, nostra per eum, cui pręcipimus, repræsentetur auctoritas.* Rationem reddit ibidem *Gloss.* verbo *ræpresentetur.* Nam idem ipse videtur cognoscere, qui dedit Iudicem. ex Alexandro Tertio Carnoren Episcopo in *cap. sanè, quia nos* 11. *de officio Iudicis delegati* extrà vbi *Gloss* verbo *vices nostras* infert dicens: *nota, quod delegatus vicem gerit delegantis*. ex Sexta Synodo in *can. præcipimus ne diaconus* 26. *siue finali dist.* 93. ex Innocentio Tertio Boiacen Episcopo in *cap. cum in Iure peritus* 31. *eodem de officio Iudicis Delegati.* illis verbis: *Auctoritate, qua fungor iniungens.* Quam ob causam tenetur Ordinarius Delegati sententiam exequi, quamuis illam iniustam nouerit; Quia executio, nō autem cognitio demandatur eidem. vt Innocentius idem Tertius Helienen respondit Episcopo in *cap. pastoralis officij* 28. §. *quia verò sæpe contingit. de officio delegati.* ibique late *Gloss.* verbo *& si sciat.* distinguens inter merum, & missum executorem. Rationem reddit idem Innocentius Tertius eidem Helien Episcopo in *cap. pastoralis* 11. §. *pręterea postulasti de officio Iudicis Ordinarii.* respondens sequentibus: *Ad quod dicimus, quod cum delegatus quantum ad illud sit*

*maior ordinario &c.* Propter hanc etiam causam in mandatis per Delegatos additur clausula *Nostris imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis*. Quia Delegantis vice procedit. *Hieronymus de federicis in resolutionibus criminalibus resolut. 32 num. 4. & 5. post. 2. volum. consiliorum farinacij. Rota in posthumis Farinacij tomo 1. decis. 155 sub nu. 3. in fine.* quæ est etiam sub eodem *num. decis. 155. sub num. 3. in fine part. 3. recentiorum per Rubeum*. Retum enim habet Papa quod ab eius Delegato iuste actũ esse cognoscitur, eum eius fungatur munere. ex Gregorio Mariniano Episcopo Rauennæ *in can. qua de causa Maximi 9. in fine 2. q. 5.* qui sic eidem Mariniano fatur: *Nam quidquid à vobis in hac causa fuerit ordinatum, nos, & gratè suscipimus, & libenter admittimus.* ibique notãter *gloss.* verbo *quidquid.* quæ argumentatur *Papam seruaturum, quod legatus statuit. & ideo honor ei exhibendus est sicut Papæ 93. distinct. can. vltimo*, qui canõ est ex Sexta Synodo rationẽ reddens: *Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur.* ibique *gloss.* verbo *tunc.*

Delegatus cui commissa est causa super Beneficio de Iure patronatus ad instantiam præsentatorum, non potest instituere, sed tantum pronunciare fore & esse instituendum per eum, ad quem spectat Institutio. Si igitur ad institutionem procedere voluerit, ab eo iure appellari poterit. quamuis Papa dixerit appellatione remota: Quia illa exauditur inter partes ipsas, non quo ad ordinarium qui instituere debebit. ex Alexandro Tertio in *cap. super eo verò quod subiungere voluisti. 15. de officio Iudicis Delegati extra.* Limita tamen ex consuetudine, vel propter clausulas generales in Breui Delegationis: Cum omnibus incidentibus &c. ac toto negotio principali. & clausula quam & quas. meminit *Riccius* Episcopus vici *par. 5. collectanea 1598. in fine.* sequiturque *Barbosa d. cap. super eo. num. 2.*

Delegatus vbi semel functus est officio suo per sententiam diffinitiuam siue bene, siue male, eius expirat Iurisdictio. ex Alexandro Tertio Brixien Episcopo in *cap. in litteris. 9. de officio Iudicis delegati* ibique *gloss.* verbo *officio suo functus*. quę modos enumerat, quibus delegati finitur Iurisdictio. docuitque atque decreuit Honorius Tertius Messanen, atque Reginen Archiepiscopis in *cap. venerabili fratri nostro 37. in fine eodem de officio delegati.* illis verbis; *Cum iam suo functus esset officio: dicto Abbati committendo in integrum vices suas &c. Rota apud Card. Canalerium decis. 347. nu. 2.* Poterit tamen intra annum suam exequi sententiam. ex Innocentio Tertio Priori S. Fridiani in *cap. quærenti, quod per censuram Ecclesiasticam. 26. de officio delegati.* ibique pluribus *gloss.* verbo *ad integrum annum. Ricius collectanea 1076. part. 4.* limita tamen si appellatum fuerit iã à diffinitiua, vel à grauamine aliquo diffinitiua irreparabile à *Zerola in praxi Episcopali part. 1.* verbo *Delegatus* §. 7.

Delegatus Papæ causam vel in totum, vel in partem delegare valet. ex Innocentio Tertio Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. super quæstionum articulis 27. de officio delegati.* & ex Gregorio Nono in *cap. quoniam Apostolica sedes 43. in principio alias finali eodem de officio delegati. Gratianus Forens disceptationum part. 1. cap. 166. nu. 2. & sequentib.* nisi tamen malitiose se subtrahat delegando. potestque compellere subdelegatum, nisi ex authoritate & Dignitate personę, cui subdelegat, à coactione eum cessare oporteat. vt decreuit Innocẽtius Tertius Helien Episcopo scribens in *cap. pastoralis officii 28. de officio delegati in principio.* ibique *Gloss.* verbo *renitentem. Barbosa in collectanea ad sacrum Tridentinum sessione 25. cap. 10. de reformat. num. 21.*

Delegatus tamen ad absoluendum subdelegare non poterit: Quia videtur nudus minister. ex eodem Gregorio Nono in eodem *cap. quoniam finali §. finali de officio Delegati.* ibique *Gloss.* verbo *commissum.* & *Panormitanus num. 2. Riccius in praxi parte 1. resolus. 419. num. 2. & sequent.*

Delagatus extra locum suæ delegationis procedere non potest, aliàs processus est nullus, nisi vtriusque partis ad hoc expressus accedat consensus. ex Bonifacio VIII. in *cap. statutum, quod circa Iudices 11. §. in nullo quoque casuum prędictorum de rescriptis in 6. Rota decis. 15. de officio delegati in nouis.* & apud *Card. Caualcrium decis. 254. num. 1. & 2.* vt non sufficiat tacitus partium consensus, nisi expressus accesserit vtriusque. *Riccius. decis. 188. num. 8. 9. & 10. part. 2.* diximus plenè *respons. nostra 70. n. 10. & sequentibus part. 3. Gratianus Forens. part. 1. cap. 127 num. 11.*

Delegatus, nisi suę delegationis litteras ostenderit, nullam sortitur Iurisdictionem, neque ei creditur afferenti. ex Nicolao Papa in *can. nobilissimus vir, ac strenuus 3. distinct. 97.* ibique *Gloss.* verbo *signatis* & Innocentio Tertio Episcopo Baiocen in *cap. cum in iure peritus 31. de officio delegati.* ibique *Gloss.* verbo *super mandato.* Bonifacius quoque Octauo in *extrauaganti iniunctę nobis debitum 1. §. 1. de electione inter communes.* dicens: *Sed nec dicenti se delegatum sedis eiusdem creditur, vel intenditur, nisi de mandato Apostolico fide doceat oculata.* ibique *gloss* verbo *doceat.* quę allegat *tex. in d. cap. cum in iure.* Rota in *Legionen Iurisdictionis 5. Decembris 1607. coram Lancellotto apud Marchesanum tom. 1. fol. 1218. nu. 2.* Nam delegatus debet esse certus de sua Iurisdictione *Rota apud Card. Caualer. decis. 644. nu. 1.*

Delegatus sententiam suam reuocare non potest, etiam si nulliter processit: quia per sententiam suo est functus officio. ex Alexandro Tertio Brixien Episcopo in *cap. in litteris 9. de officio delegati extrà.* siue per se, siue per alium sententiam dixerit. vt ibidem. ibique *gloss.* verbo *officio suo functus.* quod tamen de diffinitiua exaudi, non verò de interlocutoria. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. cùm cessante 60. de appellationib.* ibique *gloss.* verbo *comminando. & Abb. in 2. notabili num. 3.* Nec diuersimode Celsus lib. 20. digestorum in *l. quod iussit 14.* ibique *gloss.* verbo

pre-

pretor ff. de re Iudicata. Maranta noster in specula 4. part. in 5. dist. Iudiciorum. an sit Iudicium ordinarium, vel delegatum in 22. differentia num. 52. vers. quo ad autem reuocandum. Vantius de nullitat. tit. coram quo possit, & debeat nullitas proponi num. 3. & in tit. ex defectu, Iurisdictionis n. 114. & sequent. Riccius part. 5. collectanea 1474. in 4. limitatione. Reprime verò, atq; cóprime in delegato ad vniuersitaté causarum: Quia pro Ordinario habetur. Barbosa ad d. tex in cap. in litteris 9. nu. 3. de officio Delegati. Rota apud Card. Seraphinum decis. 765. nu. 4.

Delegatus vero, si contumacem excomunicauit, num possit redeuntem illum absoluere? Gloss. finalis verbo ante litis contestationem in c. querenti 16. in fine de officio Iudicis Delegati distinguit; vel post diffinitiuam sententiam, & absoluere non potest; quia functus est officio suo; vel post litis contestationem, & ante diffinitiuam, & poterit. perseuerat enim adhuc Iurisdictio. Gloss. in can. si homo esses 19. 27. quest. 1. verbo quousque. quę etiam distinguit. Facit ex Concilio Carthaginensi 5. in can. rursum constitum est 36 & Gelasio Papa in can. quicunque intra anni spatium 37. 11. quest. 3.

Delegati Iudicis, etiam Apostolici assertioni, asserenti in sua sententia, narrata, & supplicata vera esse, non statur, nisi scripto probetur, ea vera esse. ex Innocentio Tertio Consulibus, & Pop. l. Beneuentano in cap. cum à nobis. 18. de testibus, & attestationibus. extrà ibique Gloss. verbo scriptum. ex decreto Honorij Papæ in can. cura sit omnibus Episcopis 10. 11. quest. 2 ibique plene Gloss. verbo Episcopis. & Alexandro Tertio in cap. scripta verò authentica 2. de fide instrumentorum. & ex Innocentio Tertio Episcopo Baiocen in cap. cum in iure peritus 31. de officio Iudicis Delegati. ibique per optime Gloss. verbo super mandato. & eodem Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. quoniam contra 11. de probationibus ibique Abbas aliique scribentes. vide Genuensem in practicabilibus Ecclesiasticis Tricenario 24. q. 697 nu. 3. & 4.

Delegato vt, Iurisdictio queratur, delegationis litteræ originaliter presentari debent: quia debet esse certus de sua iurisdictione per exemplar, & originale Breue suę delegationis, alioquin nulliter & attentate agit. ex Alexandro Tertio in cap. super eo 12. §. fin. in fine de appellationibus. illis verbis: Si autem infra certum tempus lis decidenda committitur, ex tunc terminus incipit curre, cum Iudices contingerit litteras recepisse. Præsentandę itaque litteræ sunt delegationis, alioquin Iurisdictio non incipit. ex Clement. 1. de procuratoribus ibique Gloss. in verbo receptis. de Iudice loquens, allegat tex. in d. cap. super eo 12. §. qui est a. de appellat. & ex Concilio Carthaginen. 3. in can. quisquis Episcoporum unico 4. q. 5. illis verbis: Ex co die, qua cum litteras accepisse constiterit. ibique Gloss. verbo ex ea, quę etiam allegat tex. in d. cap. super eo Crescentius decis. 13. de concessione præbendæ. Rota in Carthaginen translationis pensionis coram Manzanedo 19. Iunij 1606. apud Marchesanum. part. 1. decis. 43. num. 2 fol. 638. & in Tuden. Beneficii de Rosel 21. decembris 1594. coram Penia apud eūdem eod. part. 1. decis. 52. nu. 1. fol. 649.

Delegatio sub nomine Dignitatis, non verò personę facta, ad successorem in Dignitate transfertur. ex Alexandro Tertio Abbati, & Conuentui Maioris Monasterii in cap quoniā Abbas 14. de officio Iudicis delegati. ibique plenè Gloss. verbo substitutum. ibique Barbosa. Riccius part. 4. collectan. 1232. Rota decis. 17. nu. 3. de officio delegati in nouis. & decis. 9. de rescriptis in antiquis. & apud Cardin. Canalen decis. 117. num. 2. & part. 2. diuersorum decis. 12. in vna Syracusana illegitimitatis 10. Nouembris 1575. coram Cantuccio. vide Mariscoctum variarum resolut. lib. 2. cap. 7.

Delegatio causæ si fiat pluribus in solidum, si vni eorum sint presẽtatę litterę, & acceptatę, alter non potest se ingerere. secus vero si ille infirmitate, vel alia iusta causa prepediatur. ex Bonifacio Octauo in cap. cùm plures 8. de officio delegati in 6. nisi fortasse perpetuata fuerit Iurisdictio per eum, cui litteræ presentatæ fuerunt. vt ibidem in fine. Rota apud Card. Seraphinum decis. 505. num 1. & 4. Riccius in praxi part. 3. resolut. 415 num. 3. in fine.

Delegatus, etiam Papæ, vt suspectus recusari poterit iuxta interueniente causa. ex Innocentio Tertio Senonen Archiepiscopo in cap. cum olim magister 33. §. sane si quod expediret de officio delegati. ibique Gloss. verbo proprio motu. & ex eodem. Bononien Episcopo in cap. dicet Tranenses canonici 5. de officio legati. sequiturque Gloss in can. valde necessarium esse perspeximus 1. dist. 94. verbo dubitare.

Delegatus quo ad aliquas personas, quo ad alias vltra delegationem, procedere non potest, quia Iurisdictione caret, quamuis illi suam progauerint Iurisdictionem. Gregorius IX. Abbati Sanctę Genouefę in cap. P. & G. per litteras Apostolicas 40. de officio delegati extra. ibique plene Gloss. verbo prorogatio nulla. differens quomodo, & quando fieri possit prorogatio. quod eò magis locum habet, si in delegatione fit dictio tantum. Rota apud Coccinum decis. 248. num. 1. & 2. Quia nimirū in rescriptis delegatoriis extensio minime datur de persona ad personam, neque ad causas postea exortas. Rota ad S. memoriæ Gregorium XV. decis. 34. num. 1. & 2 & in Melenitana Beneficii 20. Maii 1644. coram Peutingero decis. 138. num. 3. & sequentib. in nouis additis ad praxim Viuani de Iurepatronatus.

Delegatus sufficit, si tempore datę sit in Dignitate, quamuis non tempore præsentationis litterarum, quia initium inspicitur. Gloss. est singularis in cap. statutum 11. paulo post initium verbo Canonicis. in fine de rescriptis in 6. ibique Glossella Marginalis, quę dicit: Hanc Glossam sequuntur Doctores communiter. quam sequitur Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat 57. num. 126. in 7. notabili. & ipse met in collectanea ad Sacrum Tridentinum Concilium sessione 25. cap. 10. de reformatione num. 17. 18. 19. &

19.& 20. *Sanchez de matrimonio lib. 8. disputat. 27. num. 28.*

Delictum grauius æstimatur pro qualitate personæ; quia grauius nocet per exemplum. ex Gregorio I. parte Pastoralis cap. 2. in *can. nemo quippe 2. distinct. 83.* illum excipe dicentem: *Nemo quippe in Ecclesia nocet amplius, quàm, qui perversè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet &c.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo. *extenditur.* inquiens: *Delicta enim maiorum trahuntur ab aliis in exemplum.* ex Nicolao Papa ad Lotharium Regem in *can. præcipuè 3. 11. q. 3.* qui sic infert: *Deteriùs quippe in populis Prælati delinquunt ac per hoc ipsi crudelius, quàm ceteri puniuntur.* nec diuersimode Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Andegauensi respondit in *cap. inter corporalia, & spiritualia 2. §. sanè quoniam Turonen Archiepiscopus. de translatione Episcopi.* dicens: *Et quamuis idem Archiepiscopi tanquam maiores plus excesserint in præmissis. &c.* ibique *Gloss.* verbo *tanquam maiores.* quę refert illud cuiusdam, sed notandum:

*Omne animi vitium tanto conspectius in se*
*Crimen habet, quatò maior, qui peccat, habetur.*

Dixitque S. Ioannes Chrysostomus os illud aureum in *can. homo Christianus 5. distinct. 40.* Rationem reddens duplicem, dicens: *Homo Christianus fortiter cadit in peccatum propter duas causas: aut propter magnitudinem peccati; aut propter altitudinem dignitatis.* pluraque notat *gloss.* ibidem verbo *cadit.*

Delictum iteratum grauius punitur. ex Ilerdensi Concilio in *can. hi, qui altario Dei deseruiunt 2. in fine 15. q. 8.* dicente Concilio: *Quod si iteratò velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & veluti sues in volutabris luti iacuerint; non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.* ita Concilium. ibique *gloss.* verbo *iterato. &c.* quæ argumentum deduxit: *Grauius puniri iteratum delictum.* perpenditque ex Gelasio Papa in *can ita nos Syllacænorum cędes 25. 25. q. 2.* ibique *gloss.* verbo *vsum* argumentans: *Quod duę vices in criminibus inducunt consuetudinē.* grauius proinde puniendum. ex Leone Papa ad Episcopos per Siciliam constitutos in *can. hoc vestrę indicimus charitati 10. distinct. 12.* dicēte Leone: *Hoc vestra indicimus charitati, vt ab Apostolicis institutis nullo vlterius recedatur excessu; quia inultum post hoc esse non poterit.* vbi *Gloss.* verbo *post hoc.* id ipsum adnotat: *Quod grauius punitur delictum iteratum. vt 15. quæst. 8. hi qui.* Austeriori proinde diluendum medicina. ex eodem Leonis sensu Aquiliensi Episcopo in *can. inferiorum culpæ 1. in fine distinct. 86.*

Dilicta aliena diluere non valet is, quem adhuc propria deuastant. Gregorius in pastorali in *can. hinc etenim superna voce. 1. §. finali in fine distinct. 69.*

Delicta maiorum trahuntur ab aliis in exemplum. ex Gregorio in *can. nemo quippe in Ecclesia nocet ampliùs 2. dist. 83.* ibique *Gloss.* verbo. *extenditur.* vbi etiam *Glossella* Marginalis, quæ sic in summa rem reducit: *Delicta maiorum alios corrumpunt.* ex Nicolao Papa ad Lotharium Regem in *can. pręcipuè Gualdradæ pellicis tuę 3. 11. q. 3.* perpendimusque supra. Delictum grauius æstimatur.

Delictorum nullum tale remedium, sicut eorum continua memoria. ex Ioanne Chrysostomo in *can. Iudas pœnituit. 36. in fine. de pœnitentia distinct. 3.* verba sunt oris aurei. *Magnū bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseneráter retineat. Nullum innititur delictorum tale remedium, sicut eorum continua memoria.* memoria scilicet ad contritionem, non ad delectationem. vt *gloss.* ibidem verbo *memoriam* subnectit. ex Isidoro in *can. valet interdum 9. dist. 81.* ibique *gloss.* verbo *in aspectu.* & ex Ioanne Chrysostomo Gratianus in *can. quis aliquando vidit. 87. §. his auctoritatibus asseritur de pœnitent. dist. 1.* versic. *hinc etiam idem Ioannes Chrysostomus.* dum inculcat: peccatorum non esse obliuiscendum, sed memoriam eorum habendam, vt pro eis clementiam Dei deprecēris.

Delictum non prēsumitur in dubio, quia vt in meliorem partem facta interpretemur in dubio. ex Beda in *capit. estote misericordes 2. de regulis Iuris extrà.* ibique *gloss.* verbo *in meliorem partē.* inferens: quod in dubijs absoluitur reus, quia hoc benigniùs est. & in dubio quis iustè fecisse, non deliquendi videtur animo. ex Vlpiano lib. 30. ad Sabinum in *l. merito 51. ff. pro socio.* qui sic infert; *Et sanè plerumque credēdum est, eum, qui partis dominus est, iure potiùs suo vti, quàm furti consilium inire.* & hāc præsumptionē notabilem *Gloss.* ibidem verbo *inire.* acclamat. ex regula Caii lib. 3. de legatis ad Edictum Vrbicum in *l. semper in dubiis 57. ff. de regulis Iuris.* qua docet: *Semper in dubijs benigniora preferenda sunt.* sequiturque *Nauar. consi. 10. num. 5. in fine lib. 5. de simonia.* noster *Maranta consi. 20. num. 3, vers. 4. purgatio. Afflictus decis. 13. num. 18.* dicens: non prēsumi culpam, nisi probetur. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 8. cap. 2. q. 11. & 12. Rota apud Card. Caualerium decis. 398. num. 5.*

Delicta non ita acerbè nunc puniuntur, vt antea. ex Pelagio Papa Florentino Episcopo in *can. Fraternitatis tuę 7. dist. 34.* qui sic excusationem infert: *Tamen, quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram.* sequitur *Abbas* in *cap. Deus, qui Ecclesiam suam 11. sub num. 3. in fine de vita, & honestate clericorū.* ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. non debet reprehensibile indicari 8. in principio de consanguinitate, & affinitate* ibique *Abbas num. 2. Nauar. consi. 3. lib. 4. de consanguinitate & affinitate.*

Delinquit grauius, qui ob acceptam pecuniam, vel aliud temporale commodum, delinquit, grauiusque punitur. presertim verò qui ob pecuniam delicto conniuet. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. Vt Clericorum mores 13. §. prælati verò. de vita & honestate*

state clericorum. Innocentium excipe: *Prælati verò, qui tales præsumpserint in suis iniquitatibus sebstinere, maximè obtentu pecuniæ, vel alterius commodi temporalis, pari subiaceant ultioni*. ita Innocẽtius. Nec diuersimode ex Cicerone Triphonius lib. 10. disputationum dixit in *l. Cicero oratione pro A. Cluentio 39. in principio ff de pœnis*. Namque mulier, quę à secundis hæredibus accepta pecunia partum medicamentis abegerat, capitali sententia damnata fuit. videndus *Capicius decis. 155. num. 13*, *Gratianus Forensium disceptationũ part. 3. cap. 598. num. 11*.

Delictum ex malo animo factum præsumitur. nec sufficit excusatio, vt si dixerit ludens fecit. ex Salomone prouerbiorum 26. in *cap. sicut noxius est 1. de præsumptionibus*. ibique *gloss.* verbo *ludens*. præsertim verò si rei illicitę quis operam tunc dabat. ex Vrbano Secundo Guernetio Narbonen Episcopo in *can. Clerico iacente lapidem 38.* ibique *gloss. 1.* & ex capitulis Martini Bracharensis Episcopi in *can. si quis voluntariè homicidium fecerit 44. distinct. 50.* Nec diuersimode respõderunt Diocletianus, & Maximinianus Augusti in *l. si non conuitij consilio. 5 C. de iniurijs*. ibique *gloss.* verbo *probare potes*. Rationem reddere videtur Antoninus Cæsar in *l. 1. C. ad legem Corneliam de sicarijs*. in fine dicens: *Crimen enim contrahitur, si volũtas nocendi intercedat*. semper verò pręsumitur voluntas nocendi, nisi contrarium probetur, in delinquente quidem. vt ibidem: *qui si probauerit non occidendi animo &c.* ibidemque *gloss.* verbo *nõ occidendi animo*. vbi etiam *Glossella* marginalis rationem reddens: *Nam omne malum prauè pręsumitur actũ*. ex eodem *cap. 1. cum gloss.* verbo *ludens de pręsumptionibus Grammaticus voto 2. num. 5*.

Deliberandum priùs, nec præcipitanda consilia sunt, & opera nostra; neque ordinem corrumpamus. ex Verbis Calixti Papæ I. ad Episcopos Galliarum in *can. ponderet vnusquisque 24. in principio distinct. 50.* Aduertendum enim quod; *Qui citò fatur, ad pœnitentiam properat*. vt ex Seneca *gloss.* ibidem verbo *ponderet*. infert. vnde *Prouerbiorum 25. 8.* admonet nos Sapiens, vt deliberemus priùs, dicens: *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio citò: ne postea emendare non possis, cùm de honestaueris amicum tuum*. quæ protulit. Gratianus in *can. qui ambulat fraudulenter 5. §. quæ viderunt oculi tui. 5. q. 5.* & plura refert Gratianus ibidem *§. sed aliud est*. Nam vt dixit Gregorius Quartus ad Episcopos per Galliam, & Germaniam constitutos in *can. licet plerunque accidat. 4. in fine dist. 45.* verbis satis perpendendis: *Sicut non vult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari; ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult fieri*. Deliberandum ergo. quod & Leo papa ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum in *can. qui scit se quibusdam esse pręposititum 14. 2. q. 6.* in deliberationem posuit, dicens: *Et sicut non vult grauius oneris sarcinam ferre; ita non audeat alij importabile pondus imponere*. Deliberandum ergo.

Deliberatione facta in melius; prosequendum quod deliberatum est, non verò prosequi, cecidisse est. ex Gregorio in *can. qui bona agunt. 4. 17. q. 1.* præsertim verò si ex voto deliberat. secundum *gloss.* ibidem verbo *deliberant*. argumento petito ex Alexandro Tertio Magistro A. de Mandeforde in *cap. litteraturam tuam 3. de voto, & voti redemptione*. ibique *gloss.* verbo *proponens*. Idcirco enim votum ibi non tenuit, quia non fuit deliberata voluntas. sicut fuit de quo loquitur Gregorius ad Venantium in *can. Ananias 3. 17. q. 1*.

Delibertatio excludit errorem. vbi enim ex deliberatione quidquam fit, ibi error non interuenisse ęstimatur. ex Fabiano Papa ad Hilarium Episcopum in *can. si quis iratus 5. 2. q. 3.* ibique Gloss. verbo *tractandi*. argumentum extrahens: *quod ibi non erratur, vbi ex deliberatione aliquid fit*. Delibetatio verò apparet, si iterario actus intercedat. ex eodem *can.* & *gloss.* ibidem verbo *iterare*.

Deliciæ absque desiderio acceptę, non officiunt. ex Augustino in *can. deliciæ qualibet. 2. distinct. 41*.

Delicię ciborum, & nimia saturitas conputrescere faciunt corpus humanum. quin multa peiora facit, quàm fames. *Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita pœnali: Excessus vero ciborum consumit, & putrefacit corpus humanum, & macerat ægritudine diurna: & tunc eum morte crudeli consumit*. Ioannes os aureum in *can. nihil enim sic iucundum est. 28. de consecratione distinct. 5.* nec diuersimodè Hieronymus aduersus Iouinianum in *can. ne tales accipiamus cibos 39. de consecrat. distinc. 5.* dicens: *Vnde & morbi saturitate nimia concitantur*.

Deliciis assueti Ecclesiarum ministri, Christũ prædicare pauperem, & crucifixum non possunt. Confunduntur enim. Hieronymũ excipe in Malachiam in *can. Ecclesiæ Principes 4. dist. 35.* in fine sic loquentẽ *An non confusio, & ignominia est, IESVM Crucifixum, magistrum pauperem, atque esurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubentes tumentiaque ora proferre?*

Delitiæ in superfluitate damnantur, atque in modo. *In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est*. vt Augustinus de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prætereũtibus. 1. dist. 41.* inferens in fine rationem: *Nam in omnibus huiusmodi rebus non earum rerum natura, quibus vtimur: sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandũ, quod facimus*. Non ideo damnandi diuites, & delicati, si delicatioribus vtantur cibis: cum si consuetudinem mutant, ęgrotant. Doleant aliter se non posse. Dent tamẽ inopibus necessaria. ex eodem Augustino in *can. non cogantur diuites. 3. eadem dist. 41*.

Dementia excusat à culpa: eo quod, non voluntate, sed impellente vi nescientes faciunt. *Quomodo enim reus constitueretur, qui nescit quid faciat?* vt Augustinus loquitur in *can. aliquos scimus 5. 15. q. 1.* rationem reddit ibidem Ambrosius in *can. illa cauenda sunt. 6. cad. 15. quæst. 1.* in fine dicens: *Mala enim non*

sunt

*sunt nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant.* & Augustinus in *can. quemadmodum non rectè* 10. 32. q. 7. consequentiam inferens: *Si ergo nescit homo, non peccat.* quia non voluntarie facit. Istis tamen, si ad mentem redierint, post quam sani facti fuerint, imponitur aliqua pœnitentia, sed leuior. ex pœnitentiali Theodori in *can. si quis insaniens* 12. 15. q. 1. ad cautelam tamen. vt *Gloss.* ibidem verbo *pœnitentia.* adnotat. si vero sacerdos fuerit, ordinum executio ei denegatur. vt Gratianus ibidem §. *sed hoc forte. in fine* infert. & *can. sequenti.*

Dementia superueniens vni ex coniugibus, matrimonium antea in sanitate cōtractum, nō dissoluit. ex Nicolao Papa ad Carolum Moguntinensem Episcopum in *can. hi, qui matrimonium* 25. 32. q. 7.

Dœmones, qui contrariæ fortitudines sunt, furor, & ira Dei appellantur, vnde ministri, & vltores iræ Dei sunt in his, qui malum operantur. ex Hieronymo super Ioelem in *can. non solum homines* 27. 23. q. 5. ibique *gloss.* verbo fortitudines. inferens: *& ita est bonum quod dæmones sunt.* ex Gratiano in *can. remittuntur peccata* 49. §. *hinc notandum est. ead.* 23. q. 5. rationem reddēre: *Tales in eo, quod puniunt, Deo seruire dicuntur.* Namque Ministri Dei sunt. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. quicumque percutit malos* 33. 23. q. 8. & eadem causa 23. q. 5. ex Hieronymo *can. qui malos percutit* 29. Nā qui malos percutit minister est Domini. Qua de causa.

Dœmones esse, vtile est, propter malos. vt *gloss.* inquit in *can. Deus quando maledicit* 38. verbo *promit.* 24. q. 3. Siceti, vt Apostolus ait (1. ad Corint. 11.) *oportet. hæreses esse, vt qui probati sunt manifesti fiant.* quo loco vtitur Vrbanus Secundus in *can. saluator prædicit* 8. *in principio* 1. q. 3. vbi *gloss.* verbo *oportet.* exponit. id est vtile est, vt nos excitent. vt vel sic pigritiam excutiamus, & diuinas scripturas nosse cupiamus. vt Augustinus docet in *can. ideo Diuina prouidentia* 40. *siue finali eadem* 24 *quæst.* 3. ipseque met prosequitur Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum* 14. 26. q. 5. in fine, postmodum inferens: *Nec præter suam potestatem Deus ostendit esse, quod ista contingunt; sed quasi quæreretur, cur ea permittat; causam tentationis exposuit, ad cognoscendam vtique corū dilectionem, vtrum eam habeant erga Deum suum: cognoscendam verò ab ipsis potiùs, quàm ab illo, Qui scit omnia ante quàm fiant.* ita Augustinus. vtile est ergo Dœmones esse.

Dœmones acrimonia sensus, mentisque celeritate animalia omnia superant, vnde multo ante cognita prænunciant, vel nunciant, quæ homines pro sensus terreni tardirate mirentur. Accessit enim dœmonibus per tam longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quàm potest hominibus propter breuitatem vitæ prouenire. Augustinus lib. de diuinatione dœmonum in *can. sciendum est hanc esse naturam dæmonum* 2. 26. *quæst.* 4. vbi etiam §. *nunc igitur.* prosequitur: Dœmones futura prædicere, vel quæ ipsi facturi sunt, ex potestate eis à Domino data, vel quæ naturalibus signis futura prænoscunt. *Fallunt autem studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominum errore lætantur.*

Dœmonum tamen voluntas est obstinata in malum, & pœnitere eos non potest amplius peccati sui. *S. Thomas* 1. *parte q.* 64. *art.* 2.

Dœmones secretas hominum cogitationes ex se cognoscere non possunt, quia in animam illapsum non habent, sed solus Deus scit occulta cordium. Nam secretorum, & cognitor Deus, & Iudex est. vti Vrbanus II. Dominico Patriarchæ Grandensi dixit in *can. erubescant impii* 11. *in fine distinct.* 32. Verum ex indiciis quibusdā, cùm signa quædam ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate perdiscunt. sicuti Augustinus se retractans ab his, quæ in *can. sciendum est* 11. §. *nunc igitur.* & ibi *Gloss.* verbo *cogitationibus.* dixerat in sequenti *can. quodam loco dixi* 3. *& finali* 26. q. 4. tradidit lib. 2. retractationū cap. 30. vide *S. Thomam* 1. 2. *q.* 80. *art.* 3. *ad* 1. *Silua nuptialis lib.* 6. *nu.* 16. *Abbas* Panormitanus *in cap. nouit* 13. *in* 1. *notabili de Iudiciis.*

Dœmones amare sanguinem dicuntur: ideoque quotiescunque necromantia fit; cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur. vt Augustinus inquit. in *can. nec mirum* 14. §. *Necromantici sunt.* 26. q. 5.

Dœmones porcis assimilantur, per *gloss.* in *can. non omnes Episcopi* 29. §. *fin.* 2. *quæst.* 7. in illis verbis Hieronymi in fine: *Infatuatum sal ad nihilum prodest, nisi, vt proiciatur foras, & à porcis conculcetur.* verbo *à porcis.* id est dœmonibus, (inquit) qui dominantur malis prælatis, quasi pecori suo. & dixit Gratianus in *can. miramur* 37. §. *his auctoritatibus perspicue monstratur. in fine* 24. q. 1. sic inferens: *sicut & diabolus potest in malis, tanquam in pecore suo.* In hanc itaque dignitatem peruenit, qui *& similis ero Altissimo.* dixerat.

Dœmonum illusionibus sceleratæ quædam mulieres, & phantasmatibus seductæ credunt, & profitentur, se nocturnis horis cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, eiusque iussionibus, velut dominæ, obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari. ex Concilio Anquirensi in *can. Episcopi, eorumque ministri.* 12. §. *illud etiam non est omittendum* 26. q. 5. Sed hæc non corpore, sed mente accidunt, & fiunt per Dœmonum phantasias, vt ibidem. & per infidelitatem hoc euenit, quia credunt Diabolo. Vnde ex permissione Dei hoc faciunt dœmones cum eis, quia à Deo recedunt. ex ratione, quam tradit Augustinus in *can. nec mirum* 14. §. *Auguria autē auiū. eadem* 26. q. 5. qui sic dicit. *Nec ideo quisquam credere debet quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, (qui omnia, quæ fiūt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit.)* An autem diabolus possit necessitatem inferre ad peccandum, & quomodo moneat.

*Sanctus Thomas.1.2.quæst.80.art.3.*

Deomonibus obsessi ad ordines promoueri nõ possunt. ex Gregorio Papa in *can. maritum duarum* 2.in fine.illis verbis:*vel afflictione diaboli vexatus.*ex Pio Papa in *can. comuniter diffinimus* 3.& Nicolao Papa in *can. clerici, qui in adolescentia* 4.*dist.*33.

De non existentibus, & non apparentibus idẽ est iudicium.Quod enim non apparet, æquè se habet,ac quod non est.(veluti non esse factum;vel non posse probari pro eodem æstimatur.ex Eugenio Papa in *cap.si sacerdos sciat.* 2.*de officio Iudicis Ordinarij*. probatur non in erudito indicio ex Paulo lib.6.Quæstionum in *l.duo sunt Titij* 30.*ff de testamentaria tutela.* verba damus.ex illis enim argumenti vis ducitur: *Duo sunt Titij Pater,& filius,datus est tutor Titius:nec apparet,de quo sensit testator,quæro;quid Iuris sit? Respondit: Is datus est,quem dare se testator sensit.Si id non appareat;non Ius deficit,sed probatio.igitur neuter est tutor.* non apparere igitur,& non esse pro eodem æstimãtur. Proinde se ergo habet non probari, atque non esse. sicuti incertitudo personæ, quę datur tutor, vitiat dationem. ex *Bart.* ibidem in summario.*Glossella* marginalis hic allegat *tex.* Innocentii Tertij Helien Episcopo in *cap.pastoralis officij* 14.*de rescriptis*.ibique *gloss.*1.verbo *ambigitur. Nauarrus de oratione, & horis canonicis miscellaneo* 23.*num.*17.

Denunciatio sine præcedente canonica monitione fieri minime debet. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can.accusatio quoque eorum.*15.§.*hæc,& alia periculosa considerantes.* 2.*q.*7. verba sunt Anacleti: *Sed si quis aduersus eos,vel Ecclesias eorum commotus fuerit,aut causas habuerit, priùs ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sananda sunt; & charitatiue emendent, quæ iustè emendanda agnouerint.&c.* vbi etiam *Gloss.* verbo *sed si quis.* circa medium dicit: *Sed denunciationĩ semper præcedere debet canonica admonitio.* Limita si iniuria sit facta Ecclesiæ, quia absolui non debet, nisi facta restitutione. illis verbis in fine: *excomunicentur,& minime absoluantur,antequam per satisfactionẽ(vt iam dictum est.) condignam egerint pœnitentiam.* ibique *gloss.*verbo *per satisfactionem.*& in crimine hæresis. Nam etiam occultè denunciandi sunt heretici,ob fidei fauorem.cum hoc crimen in damnum tendat Reipublicæ Christianæ.ex *S.Thoma* 2.2.*q.*68.*art.*1. *in corpore*. idemque plenè eadem 2. 2.*q.*33.*art.*7. agens in specie: vtrum in correctione fraterna debeat ex necessitate præcepti, admonitio secreta præcedere denunciationem? & distinguit inter peccatum publicum, & occultum.& illud quod tendit in damnum aliorum,vel solius peccantis.*Nauarrus manuali cap.*17.*num.*134.*&* 135.*Lelius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu* 2.*nu.*2.*Ioannes Azorius Instit. moralium part.*1.*lib.*8.*cap.*19.*q.*9.

Deponitur sacerdos,siue etiam Episcopus,qui cũ filia spirituali,quę ei sua fuerit cõfessa peccata,cõmisceri ausus. fuerit si hoc in cõsciẽtiam deuenerit Populi.ex Symmacho Papa in *can. omnes quos* 8. & ex Cęlestino Papa in *can si quis sacerdos* 9. & in *can. non debet Episcopus* 10. qui est finalis 30. *q.*1. Deponi enim nemo debet, nisi pro crimine publico, quod in notitiam populi deuenerit. vt *gloss.* ibidem verbo *in conscientiam* aduocat.ex Nicolao Papa Carolo Archiepiscopo, & eius Suffraganeis in *can. sacerdotes* 33. *distinct.* 50. Manifestus autem dicitur per euidentiam facti. vt *Glossa* ibidem verbo *manifestus* cõmentum agit.

Deponuntur etiam altaris Ministri,Sacerdotes, Diaconi, & subdiaconi,etiam Clerici fœminarum domicilia etiam post admonitionem frequentantes.ex Lucio Papa in *can. ministri altaris* 19.& ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum Calaritanum in *can. archidiaconum tuum* 29.& ex Concilio Africano in *can. Clerici,vel continentes* 32. *distinct.*81.post trinam monitionem præsertim.ex *Gloss. d.can.archidiaconum* verbo *priuatum*.ex decreto Eugenij Papę in *cap si quis eorum sacerdotum.*2. *de cohabitatione clericorum & mulierum.*

Deponitur quoque contumax in obediendo superiorum mandatis,etiam Episcopus, cũ scandalo viuens, neque causam deuitans scãdalorum.ex Nicolao Papa ad Albinum Archiepiscopum in *can quorundam relatione fidelium.*1.*distinct.*34.Sicut etiam.

Deponitur Clericus, etiam Episcopus, aleæ lusu,atque ebrietati deseruiens, nisi his immorari desierit:ex Canonibus Apostolorum in *can.Episcopus,aut presbyter.*1 *dist.*35.

Deponitur Clericus tabernam tenens,ac mercimonia vendens, atque inhonesta alia exercens. ex Sexta Synodo in *can. nulli Clerico licet.*3.*dist.*44.Omnis,enim negotiatio Clericis prohibetur, quam ob causam, si cessare noluerit, deponetur. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam scribente in *can.Clerici,aut ab indignis quæstibus* 1.14.*q.*4.& ibidem ex Concilio Tarraconensi in *can.canonum statis* 3.prohibetur enim ibidem Clericis emẽdi vilius, vel vendendi cariùs studium. Artificium vero non prohibetur.vt *Gloss.*ibidem verbo *vel vendendi.* animaduertit.

Deponitur Ecclesię minister,quisquis ille sit,si cum muliere sanctificata Deo,męchatus fuerit: Quia sponsam Christi corrupit. Laicus vero excomonicatur. ex Sexta Synodo in Trullo in *can si quis Episcopus* 6. 27.*q.*1. & ex Nouellis Iustiniani Cęsaris in *can. si quis capuerit.vel solicitauerit* 20.*eadem* 27.*q.*1.

Deponitur nullus ob solam corporis infirmitatem superuenientem, sed datur illi adiutor. ex Gregorio ad Anatolium Constantinopolitanum Diaconum in *can. scripsit mihi tua dilectio* 1.7. *quæst.*1. & ex eodem *can. cum percussio corporalis.*2. & *can. præsentium latoris* 3. *eodem* 7.*q.*1. Rationem reddit *gloss. d. can. scripsit.* verbo *Et ideo iniustum.* Quia præesse intelligitur, licet sit infirmus.Sicut seruus seruire intelligitur,licet sit infirmus.ex Paulo lib.5.ad Sabinum in *l. cùm hæres* 4. §.*Sticus si heredi meo ff.de statu liberis.*verba sunt Pauli; ser-

*seruire enim nobis intelliguntur etiam ij, quos curamus agros: qui cupientes nobis seruire, propter aduersam valetudinem impediuntur.*

Deponit Summus Romanus Pontifex, & Reges, & Imperatores, tam pro eorum iniquitatibus, quàm quod tantę potestati sint inutiles. vti Zaccharias Papa Regem Francorum deposuit. Gregorius in *can. Alius item Romanus Pontifex* 3. 15. q. 6. & Gelasius Papa Anastasio Imperatori in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste* 10. *distinct.* 96. proponens eidem Anastasio Imperatori Innocentium Papam Arcadiuum Imperatorem. (quia consensit, vt S. Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicasse. Beatum quoque Ambrosium, licet sanctum, non tamen vniuersalis Ecclesię Episcopum, pro culpa, quę aliis sacerdotibus non adeò grauis videbatur, Theodosium Magnum Imperatorem excomunicasse, & ab Ecclesia exclusisse. Quod & asseruit Valentianus Imperator, ex historia Tripartita lib. 7. cap. 8. in *can. Valentinianus Imperator.* 3. *dist.* 63. dum Episcopis, Mediolanensem Episcopum electuris, post Auxentium Arianum sic oratione intulit: *Talem itaque in Pontificali constituite sede; cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tanquam homines delinquerimus, necessario velut curantis medicamenta suscipiamus.* Episcopis subiicitur Imperator, multò vtique magis Episcoporum Episcopo, & ordinariorum Ordinatio, qui totum mundum pro Diœcesi recognoscit.

Deponitur, qui sine examine ordinatus fuerit, & criminosus, etiam si postmodum criminibus irretitus detectus fuerit. Nam hoc sibi, quod irreprehensibile est, sancta Catholica defendit Ecclesia. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter* 7. *sinc finali dist.* 24. & ex Cœlestino Papa ad Episcopos Galliæ in *can. tantis Daniel grauatus testimoniis* 3. & ex Nicæno Concilio in *can. si qui sine examinatione* 4. *distinct.* 81. Rationem reddit Cœlestinus ibi: vt sancto nomini absit iniuria. & ex eodem Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter* 4. 15. q. 8.

Eodem modo Deponitur, qui scienter criminosum ordinauerit. ex d. Cœlestino Papa *d. can. tantis Daniel grauatus testimoniis* 3. *dist.* 81. & ex Innocentio Papa Episcopis in Toletana Synodo constitutis in *can. aliquantos ex his* 1. *distinct.* 51. dicente: vt quicumque tales ordinati sunt, cum ordinatoribus suis deponantur.

Deponitur, etiam Episcopus, qui de rebus Ecclesię, necessitatis ratione nõ cogente, aliquid alienauerit. ex Concilio Martini Papę in *can. si quis Episcopus* 8. 10. q. 2. & ex Concilio Agathensi in *can. diaconi, vel presbyteri.* 35. 12. q. 2. rationem reddit Concilium: Quia res sacratæ Deo esse noscuntur. & ex Concilio Aurelianensi in *can. Abbatibus, presbyteris* 41. 12. q. 2. & ex Symmacho Papa, atque iterum in Synodo Romana in *can. quicumque Episcoporũ* 1. 17. q. 4.

Deponitur, qui per manus alicuius laicę personæ Episcopatum, Abbatiam, vel dignitatẽ aliquã acceperit, nec ad comnnionẽ admittitur, donec resipiscendo acceptã dimiserit dignitatẽ. ex Gregorio Septimo in Generali Synodo præsidente. in *can. si quis deinceps Episcopatum* 12. 16. q. 7.

Deputata ad certum vsum, pium pręsertim, largitione fidelium, ad illum debent, non ad alium (salua quidem sedis Apostolicę auctoritate) conuerti. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. quia contingit* 2. *de religiosis domibus.* ibique *Gloss* verbo *non ad alium.* quę subnectit. *etiam pium.* Decreuit quoque Vlpianus lib. 10. disputationum in *l. 1. ff. de administratione rerum ad Ciuitatem pertinentiũ.* qui sequentibus loquitur: *Quod ad certam speciem Ciuitati relinquitur, in alios vsus conuertere non licet.* Et licebit fortasse, quæ Deo relinquuntur ęterno, ad certos vsus, ad alios conuertere, & quandoque minus pios? Id autem curare debebunt locorum Episcopi, in suis subiectis Iure proprio. in exemptis vero tanquam sedis Apostolicę delegati. vt Clemens V. in *d. Clementina* 2. decreuit. videndus *Calcaneus cons.* 8. *nu.* 21.

Deridentes prælatos suos, eorumque pudenda reuelantes, damnantur, ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit. ex Anacleto Papa in *can. sententia Cham filii Noe.* 12. 2. q. 7. quin imo tales deponuntur. vt *gloss.* ibidem verbo *produnt* aduertit. ex Concilio Carthaginensi in *can. accusatores fratrum* 4. *distinct.* 46. quod Episcopis pręcipit, vt tales excomunicẽt. rescripsit que Stephanus Papa Leoni Episcopo Theanensi in *can. de crimine sibi illato* 2. *in fine* 15. q. 5. dicens eidem: *Et tu commone Ecclesiæ tuę filios, ne sacerdotem Dei vlterius infamare præsumant; timentes, quod Cham maledictus est, qui patris verenda derisit.* Inde Michol filia Saul sterilitate percussa est, quòd Dauidem virum suum deriserit, quòd ante Archam Domini citharam percutiens saltasset. 2. *Regum* 6. 20. perpenditque Gratianus in *can. vt cognouerunt quod nudi essent* 39. §. *opponitur etiam illud. de pœnitentia distinct.* 2. *vers. quomodo charitatem non habebat, qui irrisus à Michol filia Saul &c.*

Deridentes Ecclesiasticos, qui non sericis, sed vilibus, & mediocribus vtuantur vestibus, per vnam hebdomadam suspenduntur. ex Septiyma Synodo in *can. omnis iactantia* 1. §. *à priscis enim vsque temporibus.* 21. q. 4. Nõ tamen vestes indecentes esse debebunt. ex eadem Sexta Synodo in *can. nullus eorum* 2. *eadem* 21. *quest.* 4.

Desidia nimia, ac torpor in Pręlato damnatur à Gregorio Vitalino Sipontino Episcopo scribente. in *can. si custos religiosi habitus* 18. 27. q. 1. dicente illo: *Sed quia nimia desidia, ac torpore deprimeris.* inferens ei demum: *Pręsentia igitur scripta suscipiens, euigila, & excitatus saltem exequere, quod præssus vsque nunc ignauia distulisti.* eodemque modo idem Gregorius Sergio defensori in *can. si homo esses.* 19. *ead.* 27. *quest.* 1. in eodem negotio. *Sed dum*

*te facit nimia stultitia negligentem, non solùm de illis offendimur, sed etiam ad vlciscendam desidiam tuam nihilominus prouocamur.* sic desidia in corrigendis malis ipso Prælato damnatur. vigilandum ergo.

Desipis, si sic sapis. Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano in *cap. nisi cum pridē 10. §. sed dices spiritus vbi vult spirat. de renunciatione.* dicens: *Certe desipis si sic sapis.* nec dissimiliter Paschalis Papa in *can. si quis obiecerit 7.1. q. 3.* sic dicens: *Si quis obiecerit, non consecrationes imi. sed res ipsas, quæ ex consecratione proueniunt, penitus Desipere probatur &c.* duriusque Ioannes Octauus Cœnomantico Vercensi Episcopo in *can. miror minus doctam scientiam tuam 4. distinct. 50.* dicens ei: *Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcunque pænitentiam concedendum, cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium?* Clemens quoque V. in Concilio Viennen in *Clementina pastoralis 2. §. est ò igitur, quod Rex. de sententia & re Iudicata,* ita, & ipse dixit: *Desiperet igitur, qui citationem huiusmodi saperet arctasse citatum.*

Desperandum de nullo est; siue qui intus est, talis appareat, siue qui foris, manifestiùs aduersatur. Augustinus loquitur in *can. recurrat nunc animus vester. 2. in finalibus verbis 32. q. 4.* Rationem reddit ipse met Augustinus in *can. corripiantur itaque à præpositis suis 17. §. neque enim scimus. 24. q. 3.* dicens: *Neque enim scimus quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ huius de aliquo desperandum est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat, & det pænitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti, à reatu, quamuis iustæ damnationis, absoluat, damnatumque ipse non damnet?* sequiturque Gloss. in *can. neque ad Cain munera respexit Deus 3. distinct. 90. verbo in expiabilis* ad verba illa Cypriani in fine dicentis: *Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ nec passione purgatur.* martyrio videlicet. addit gloss. verum est post mortem, aliàs de nemine desperandum est. Namque *nemo desperandus est, quandiu in hoc corpore constituitur: Quia non nunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.* vt Leo Papa ad Rusticũ Narbonensem Episcopum verba facit in *can. ancillam à toro abijcere 11. in fine. 32. q. 2.* qui canon repetitur *de pænitentia distinct. 7. can nemo desperandus 1.* sequiturque gloss. in *can. sicut non est 20. verbo ab oratione. 23. q. 4.* dicens: *De nemine desperandum est, quandiu est in hac vita.* Quia nescitur quis sit de numero prædestinatorum, & quis non. vt enim Augustinus ad Bonifacium in *can. non in vobis mutamus 43. § isti autem cum quibus agimus de consecratione dist. 4.* infert: *Isti autem cum quibus agimus, vel de quibus agimus non sunt desperandi, ad huc enim sunt in corpore.* De Dei enim Benignitate nemo desperare debet, neque de eius Bonitate: *quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expediri desiderat, & liberari.* inferens: *Cùm Deus ad subueniendũ paratissimus, inuitans ad pænitentiam, sic promittat peccatori, inquiens: (Ezecchielis 33.) In quacunque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur.) & iterum (Nolo mortem peccatoris, sed tantùm conuertatur, & viuat.)* vt Cœlestinus Papa ad Episcopos Galliæ scribens protestatur in *can. agnouimus pænitẽtiam morientibus denegari. 13. 26. q. 6.* inferens in fine consequentiam *Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quo vis tempore non est deneganda pænitentia postulanti; cum ille se obliget Iudici, cui occulta omnia nouerit reuelari;* Nemo ergo desperandus est, dum est in hac vita.

Desperatus est, qui putat plus Deum offendisse, quàm sibi possit remittere. sicut Cain. verba sunt gloss in *can. talis mihi crede, talis est. 28. de pænitentia distinct, 3.* verbo *peruenitat malorũ in fine.* canon est S. Ioannis Chrysostomi. qui sic verba facit: *Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei: nunquam spernit pænitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur.* Cain vero desperauit dicens: *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear.* Genesis 4. 14. docet S. Cyprianus *can. neq; ad Cain munera 3. dist. 90.* non itaq; desperandum, sed benignitati Dei confidendum, eumque deprecandum, vt misereatur. Quia Benignus & misericors est, & præstabilis super malitia. ex *Ioele 2. 13.* Quãtulamcumque tamen, & quamlibet breui tempore gestam non respuit pœnitentiam, suscipit etiam ipsam, nec patitur, quamuis exiguæ conuersionis, perdere mercedem. vt idem loquitur Aureum os Ioannes *d. can. talis mihi crede 28. de pænitentia distinct. 3.*

Desperationem facere non debent Prælati suis subditis nimio rigore. Gratianus ex Augustino in *can. vnum orarium oportet leuitam gestare. 3. §. hinc etiam Augustinus ait. distinct. 25.* Mandauit proinde rigorem temperari pœnitentibus Nicolaus Papa in *can. de his verò qui pro criminibus 3. 26. q. 7.* ne propter nimiam hebetudinem, in disperationem cadant, & in peiora dilabantur; & sub graui fasce pœnitentiæ cadentes, scandalizati ampliùs peccent. Melius itaque erit propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem. *vbi enim Pater familias largus est; Dispẽsator nõ debet esse tenax. Si Deus Benignus est, vtquid sacerdos eius austerus?* Ioannes Chrysostomus loquitur in *can. alligant onera grauia. 12. circa finem* eadem 26. *q. 7.* notandaque gloss. ibidem habet ad rem, verbo *melius est.* Nimia quippe austeritas in desperationem periclitantem mittit. vt Hieronymus in *can. recedite inquiunt polluti 16. distinct. 45.* fatur. inferẽs quoque: *Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humiliatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere.*

Despicere, cum quis debeat parere, non mediocre periculum est. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. dispensatio est*

*est nobis 3. in fiae. distinct. 43.*

Detractio, siue detrahere, summa iniquitas est. vnde scriptum est (*1. Ioannis 3.*) Omnes, qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei. Alexander Papa in *can. summa iniquitas est 16. 6. q. 1.* Homicidiorum tria sunt genera: Qua, & qui occidit fratrem suum; & qui odit: & qui de trahit ei, pariter homicidę esse monstrantur. vt ex Diuo Petro testatur Clemens Papa epistola prima ad Iacobum in *can. homicidiorum tria genera 24. de pœnitentia distinct. 1.* ibique optime *Gloss.* verbo *detrahit.* docens: Quare detractores homicidę dicantur? Quia quantum in eis est priuant animam (quæ melior pars hominis est) vita; dum negant virtutes, quibus anima viuit, esse in ea.

Detrahere, & aures præbere detrahentibus, par crimen. ex Antero Papa in *can. ex merito plebis. 13. 6. q. 1.* qui sic omnes admonet: *Caueat vnusquisq; ne aut linguam, aut aures habeat prurientes: id est, aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes.* Detractores enim furibus omnes suntimo peiores: *Ipsi enim ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, fine qui aduersus nos armantur, propriè nos ipsos diripiunt.* verbis dicimus Anacleti Papæ in *can. deteriores sunt 15. eadem 6. q. 1.*

Detractio est alienæ famæ, occulta, seu iniusta denigratio, seu violatio. *S. Thomas 2. 2. q. 72. art. 1. in corpore.* plenè *Lessius de Iustitia & Iure lib. 2. cap. 11. dub. 1. & sequentibus.* vnde: *Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert: sed is, qui aurem citò criminibus præbet.* vt ex Octaua Synodo Gratianus detulit in *can. non solum ille 77. 11. q. 3.* cùm non facile sit credendum, ne ad vindictam te ces accendat incognita. vt Gregorius Ioanni Episcopo Panormitano scripsit in *can. si quid verò 23. distinct. 86.* & ipse met Gregorius Constantio Mediolanensi Episcopo scribens in *can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt 55. prope finem eadem 11. q. 3.* professus fuit: *Vt maiora mala, cum forsitan dicantur, nisi probata, credi non debeant; sed probata citius vlcisci.*

Detractioni linguæ parcendum, atque custodiendi sermones: Quia cuncta, quæ de aliis loquuntur homines, sua sententia iudicabuntur. vt Anterus Papa loquitur in *can. ex merito plebis 13. 5. parcant singuli detractioni linguę 6. q. 1.* verba sunt Anterii *Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur.*

Detrahere maximum malum; cum non minus sit periculum in verbis, lingua mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo. vt Augustinus verba profert in *can. nemo peritorum aut prudentium putet. 81. 11. q. 3.*

Detrahentes nil aliud faciunt, nisi in puluerem sufflant, atque in oculos suos terram excitant. vt vnde plus detractionis perflat, inde magis nihil veritatis videant. verba sunt Gregorii Palladio presbytero in *can. inter verba laudantium 55. 11. q. 3.*

Detrahentes sacerdotibus, qui proprio ore corpus domini conficiunt, & qui aliis benedicunt, in fames æstimantur. quia aduersus proprios patres armantur. Patres autem omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi. vt Telesphorus Papa decernit in *can. sacerdotes. 8. 6. q. 1.* qui in fine sic infert cõsequentiam aduersus eos, qui sacerdotibus detrahunt; *Dei erga accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit.* Arguendi proinde non sunt ii, à quibus benedicuntur, atque instruuntur, & corripiuntur.

Detractionem vero ab ouibus aduersus pastores fieri permittit Deus, vt illi humilientur; & vt, si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. ex Pio Papa in *can. oues pastorem suum non reprehendant 9.* & Gratianus ibidem *§. ipsa autem detractio.* & ex Gregorio ad Theoctistam patritiam in *can. sunt plurimi 11. 6. q. 1.*

Detractores verò huiusmodi grauiter puniuntur, atque vindicibus flammis exurentur. vt Anacletus Papa ad Episcopos Italię scribẽs in *can. accusatio quoque eorum 15. §. si detractores quorumcumque 2. q. 7.* coarcetatur. Verba damns Anacleti. *Si detractores quorumcumque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadant; multo magis laceratores, & detractores atq; accusatores memoratorum Dei famulorum, atque persecutores, damnantur, & in barathrum, (nisi se correxerint, & per coram satisfactionem condignam egerint pœnitentiam) indubitanter cadunt, & vindicibus flammis exurantur.* Ita Anacletus. rationem reddit in finalibus verbis *Quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur.* hoc vt ostenderet Christus, ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit. idem vt perpendit Anacletus ibidem in principio.

Deus Trinitas est, vnus Deus, tres personæ in vnitate. Namque Pater, & filius, & Spiritus sanctus vnius, eiusdemque substantiæ inseparabili equalitate diuinam insinuant vnitatem. Nõ itaque sunt tres Dii, sed vnus Deus; quamuis Pater Filium genuerit; & ideo Filius non sit, qui Pater est; Filiusque à Patre sit genitus & ideo non sit Pater, qui Filius est; Spiritusque sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum Patris, & Filii Spiritus, Patri & Filio etiam ipse coæqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem. Distinctè itaque sunt personę, sed vnus Deus, vna essentia, vna substantia vna diuinitas. Sicut igitur inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur. ex S. Augustino lib. 1. de Trinitate cap. 4. in *can. omnes, quos legere potui 30. siue finali de consecratione dist. 3.* Non tamen Pater incarnatus fuit, sed Filius, neque Spiritus sanctus, sed Filius. vt Augustinus eodem loco prosequitur. & Innocentius Tertius in Concilio generali in *cap. firmiter credimus. 1 de summa Trinitate, & fide catholica extrà.*

Deus solus vnus est Creator, qui causas ipsas, & rationes seminarias rebus inseruit. Insunt enim rebus corporeis per omnia elemen-

menta mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cũ data fuerit opportunitas temporalis, atque casualis protumpunt in species debitas suis modis,& finibus. Nullus itaque præter Deum facere, & creare potest.quamuis vel angeli,etiam mali,poterint præbere quasdam visibiles opportunitates,& causas,vt illa nascantur. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can.nec mirum de magorum prestigijs.14.§.nec ideo quisquam credere debet.26.q.5.* Deus enim solus facere potest, & ex nihilo facere, quod non erat:nam ipse dixit,& facta sunt:ipse mandauit,& creata sunt. poterit itaque,quæ sunt,in id mutare, quod non sunt. *Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas.* Ambrosius docet *can.re vera mirabile est 69. col.3.§ quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret. de consecratione dist.2.*

Deus scit omnia, antequam fiant. Augustinus *in can.nec mirum 14. in finalibus verbis 26. q.5.* Omnia, nuda,& aperta sunt oculis eius.Deus omnipotens, cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam ante quam fiant. Euaristus Papa in *can. Deus omnipotens 30.2.q.1.*& dixit Adamantius, & Hesychius in *can. inter hæc hircum 34. §. quomodo autem poterat. de pœnitentia dist.3.sequentibus: Quomodo autem poterat,vbi ignis alienus erat,peccatum exuri in conspectu Domini, Cui Cuncta aperta sunt?* Nam Cognitori omnium nihil incognitum habetur. vt Bonifacius Papa omnibus Calaritanę Ecclesię cœnobitis. in *can. quam pio mentis affectu 2.in principio 1. q.2.* dixit: *vobis fortasse est incognitum; sed cognitori omnium non incognitum habetur.*

Solus est scrutator cordium. Vrbanus Secũdus Dominico Patriarchę Gradensi *in can. erubescant impii 11. in fine dist.31.* dicens: *De manifestis quidem loquimur; secretorum autem & cognitor Deus, & Iudex est.* Solusque nouit corda filiorum hominum. vt Stephanus V. Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus 20.circa finem.2.q.5* dixit: *Occulta verò, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum.* & solus scit occulta cordium. vt *Gloss.* loquitur in *can.sciendum est hanc esse naturam dæmonum.2. § nunc igitur quoniam de diuinatione dæmonum. 26 q.3.& 4.* verbo *cogitationibus.* quærens, nũ diabolus scire possit cogitationes hominum? & negat.Sicuti & Augustinus in *can.quodam loco dixi 3.fine finali eadem 26.q.3.* & *Neuizanus in silua nuptiali lib.6. nu.16.* & diximus supra verbo Dœmones.

Deus cordis inspector est. Cœlestinus Papa ad Episcopos Galliæ in *can. agnouimus pœnitentiam 13.in fine 26.q.6.* Solusque Deus nouit hominum conscientias; ei namque cor omne patet,& omnis loquitur voluntas.vt *gloss.* ait in *can. diaconi sunt 23.§.virtutum operatione preclari dist.93.* super verbis illis Hieronymi: *Soli Deo colloquentes*,verbo *soli.* ex Origine in libros numerorũ in *can.Deus quando maledicit.38. 24. q.4.* rationem reddente,atque dicente: *vt puta,quem non fallit* (Deũ videlicet) *neq;peccati qualitas,neq;peccantis affectus.* Quin imo Deus cõsciẽtię testis est.vt Isidorus l.2. senteotiarum c.31. testatur in *can. quacumque arte verborum.9.22.q.5.*dicens: *Quacumque arte verborum quisque iurat; Deus tamen,qui Conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur intelligit.* Nam ipse nullius simulatione fallitur.vt Augustinus profitetur in *can. Spiritus sanctus 38.1. q.1.* vbi *Gloss.* verbo *fallatur.* rationem reddens,ac dicens: *Nam mentiri Deo possumus, sed Deum fallere non possumus; omnia enim certa sunt ei.* eundem audi Augunum in *can. panem cœlestem 64.in fine de consecrat.dist.2.* qui sic fatur: *Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est,non venenum. Sed vide,si dimittis:nam si non dimittis,mentiris;& ei mentiris,quem non fallis.Mentiri Deo potes: Deũ fallere non potes.* optime *Gloss.* ibidem. verbo *ipsum fallere non potes.* Nam mentem, propositumque solus nouit,& vidit. ex Origene dicto *can.Deus,quando maledicit 38. 24. q.4.* post principium.

Deus Dominus inspector cordis est magis, quàm operis. Alexander Papa omnibus orthodoxis scribens in *can.si quandoque à sacerdotibus.1.§.confessio ergo in talibus non extorqueri debet 15.q.5.*atque dicens: *Pessimum enim est de suspicione, aut extorta confessione,quemquam iudicare: cùm magis sit inspector cordis Dominus, quam operis.* Rationem habes ex Chromatio in Matthæum in *can. qui peierare paratus est. 13.22.q.5.*qui sic infert: *Quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.* vbi *Gloss.* verbo *non ex operibus.* & ipsa commentum agit: *Deus potius considerat animum, quàm factum vt 15.q.6. c.1. & Deus interrogat cor,& non manum.* ex Augustino in *can.si quid inuenisti.6.14.q.5.*in fine,quis sic fatur & infert: *Deus cor interrogat,non manum.* perpenditque ipse met Augustinus in *can. proposito animi permanente 4 32.q.5.* Lucretiæ Romanæ matronæ factum exagerans. quæ vi oppressa, animum illibatum conseruauit. vnde dixit de ea quidam ibidem: *Mirabile dictu: Duo fuerunt,& adulterium vnus admisit.* cor igitur, nõ factum Deus inquirit.

Deus omnem pœnitentiam recipit,& indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam facta sunt. ex Sexta Synodo in *can. si quis omnem traditionem 2.in principio 1.q.7.*rationem etiam inferens *§.Episcopum, qui per pecuniam ordinatus est &c.* ac dicens: *Deus enim Bonus est in omnibus; & aperta viscera eius omni pœnitenti.* quin addit *Gloss.* verbo *pœnitentiam.* & ipsa subnectens: *Et adeò hoc verum est,quod si quis etiam peruenerat ad summum malorum,subuenia. tur ei per pœnitentiam.* Chrysostomum excipe ad Theodorum Lapsum in *can.talis, mihi crede 28.de pœnitentia distinct.3.*qui talibus illum adhortatur: *Talis,mihi crede,talis est erga homines pietas Dei:numquam spernit pœnitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis peruenerit malorum,& inde tamen velit reuerti ad virtutis viam,suscipit,& libenter amplectitur.* Nec minorem accipe testem Hieronymum in *can. quia Diuinitatis natura*

73. *de pœnitentia dist.* 1. hic enim sic testatur: *Quia Diuinitatis natura Clemens est, & Pia, magisque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona: Quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat: si quis post lapsum peccatorum ad veram pœnitentiam se conuertit; citò à misericorde Iudice veniam impetrabit.* curramus ergo ad illum, quia benignus, & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ. secundum Ioelem 2. *Quia misericordię Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire: apud quem nullas patitur venię moras conuersio, dicente Dei Spiritu per prophetam:* (Esaiæ 30. apud 70.) *Cum conuersus ingemueris; tunc saluus eris.* verba sunt Leonis Papę ad Theodorum in *can. his, qui in tempore necessitatis* 10. 26. *quæst.* 6.

Deus incommutabilis est. Ego Deus, & non mutor. *Malachia.* 3. 6. dicens: *Ego enim Dominus, & non mutor.* Incommutabilis enim, eademque semper existens est Dei natura; patiens tamen sua sæpe in sacris litteris legitur mutasse promissa, & pro misericordia temperasse sententiam. vnde quamliber sit impassibilis, atque immutabilis, eiusdemque Deitatis licet sint dicta firmissima, crebrò tamen eius, & iuramenta leguntur, & pœnitentia. Iurare Dei est, à seipso nullatenus ordinata conuellere; pœnitere verò, eadem ordinata, cum voluerit, immutare. Ex Concilio Toleno 8. in *canone incommutabilis* 9. 22. *q.* 4. ibique *Gloss.* verbo *sententiam.* vbi sententiam, pro comminatione exaudit. Hæc enim, quæ comminando, vel commonendo dicit Deus, reuocat; quæ verò asserendo, non reuocat. Pœnitere namque Deus dicitur per metaphoram, sicuti, & dolore cordis tangi, & irasci: quia habet se ad modum pœnitentis, & punientis ex iracundia. *Henriquez lib.* 4. *summa cap.* 35. §. 5 *in fine.* Vnde est illud Ambrosii in cap. 1. Lucæ relatum *can. nouit Dominus* 64. *de pœnitentia dist.* 1. dicentis: *Nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum.* quam sententiam plenissime explicat *Nauarrus* ibidem præsertim *nu.* 3. 5. *ad opposita autem respondetur.* Duplicem (dicens) esse Dei sententiam de nobis: vna secundum præsentem Iustitiam, quam meremur secundum pręsentem statum, & hæc mutari dicitur. altera secundum statum pręscientię Dei, & hæc est immutabilis. sicque exauditur quod idem Ambrosius in *can. vnusquisque simplicem sermonem* 8. *in finalibus verbis* 22. *q.* 4. profert dicens: *Denique ipse Dominus frequenter suã mutat sententiam. sicut scriptura indicat.* & repetitur ibidem *can. non semper* 12.

Deus omnipotens, dum libenter nostram pœnitentiam suscipit: Ipse suo iudicio, hoc, quod errauimus abscondit. Gregorius in *can. apud misericordem namque Iudicem* 10. *in fine* 32. *q.* 1. Quia Diuina natura clemens est, & pia, & magis ad ignoscendum, quàm ad cõdemnandum prona. ex Hieronymo in *can. quia Diuinitatis natura* 73. *de pœnitentia dist.* 1. Et malos citra condignum punit. bonos verò plus merito remunerat. *S. Thomas.* 1. *part. q.* 21. *art.* 4. *ad* 1. & in 4. *distinct.* 46. *quæst.* 2. *art.* 3. *Nauar. in can.* 1. *nemo desperandus est.* Leonis Papæ *de pœnitent. distinct.* 7. *num.* 2. ex illo psalmi 76. *Numquid obliuiscetur misereri Deus; aut continebit in ira sua misericordias suas?* sequitur *Henriquez in summa lib.* 7. *de Indulgentiis cap.* 4. *num.* 2. *littera D. in allegat.* Per pœnitentiã enim peccatores diuinæ simplicitatis oculos aduersus se complacant. ex Vrbano II. Godefredo Lucano Episcopo in *can. excommunicatorum interfectoribus* 47. *in fine* 23. *q.* 5. ex illo Iob 24. 12. & *Deus inultum abire non patitur.* Quia nullum malum impunitum relinquit. perpenditque *Dionysius Carthusianus* in epistolas Pauli in *ad Galatas* 5. 10. in illis verbis: *Portabit iudicium quicunque est ille.* Iudicium videlicet reprobationis, quia debitã pœnam sustinebit, nisi pœniteat. Deus enim nil mali impunitũ relinquit, iuxta illud Iob. *Deus inultum abire non patitur.* ita Dionysius.

Deus Iudex, & testis in Iudicio erit. ex Symmacho Papa in *can. aliorum hominum causas Deus* 14. 9. *q.* 3. qui sic verba facit: *Nam habet apud illum reus de allegationis rectore subsidium, quando ipsorum factorum vtitur eo teste, quo iudice.* Nihilque potest latere oculos Iudicis cuncta cernentis. vt Innocentius Secundus in Concilio Romę habito protestatus fuit in *can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem* 25 *in fine.* 18. *q.* 2. Qui nouit omnia antequàm fiant. ex Augustino in *can. miramur.* 14. *in finalibus verbis.* 26. *quæst.* 5. & omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad *hæbręos.* 4. 13. dixitque Euaristus Papa in *can. omnipotens Deus* 20. *in principio.* 2. *q.* 1.

Deus, à quo bona cuncta procedunt. Innocentius Tertius Vercellensi Episcopo in *cap. tua nobis fraternitas.* 26. §. *verum si ad Deum. de decimis extra.* Apud quem non est iniquitas, & nouit quid cui fieri debeat. Augustinus in *can. Dominus noster iubet* 2. *in fin.* 23. *quæst.* 2. Imo semper destruit peccata, quæ inuenit, ne soluatur, quod creauit, & corrumpatur quod amauit. vt Augustinus ait in *can. adhuc instant perfidi* 32. *nonm ulto post principium* §. *errant autem. de pœnitentia distinct.* 3. vbi *Gloss.* verbo *soluantur.* infert: *Ex hoc collige, mala non esse creata: iuxta illud: Deus crauit omnia, pręter peccata.*

Deus nullum sine causa punit, & peccato. ex Cypriano in *can. numquid Cain* 26. *de pœnitentia distinct.* 1. dum dicit; Cain à Deo damnatum fuisse antequam homicidium fratris patraret: quia *parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit.* ibique *Gloss.* verbo *damnauit.* Inferens: *si damnauit, ergo commissum fuit.* (Cogitatione videlicet) *Nam nulli Deus immeritam ingerit poenam.* ex Augustino in *can. illud plane non temere dixerim* 87. 11. *q.* 3. inquit enim ipse: *Spiritus enim sanctus habitans in sanctis, per quem quisque ligatur, aut soluitur, immeritam nulli ingerit pœnam.* immeritam. id est sine causa *gloss.* ibi commentum agit.

Deus est vita vitæ nostrę. vt Prosper ait in *can. charitas* 5. *in finalibus verbis de pœnitentia dist.*

*dist*.2.vitæ.id est animæ,qua uiuimus. secundum *gloss.* ibidem verbo *à Deo*. In ipso enim viuimus,mouemur, & sumus. vt Paulus dixit *Actuum* 17.28. & obseruauit Augustinus in *can.non obseruetis dies* 16. *in finalibus verbis*. 26.*q*.7.deducens:*Dicit enim Apostolus:*(1.Corint.10.) Siue manducatis siue bibitis, siue aliquid aliud facitis; in nomine Domini nostri Iesu Christi facite; in quo viuimus, mouemur, & sumus.

Deus est vita infinita,& habet vitam infinitam. ex Augustino in *can. consideret qualitatem criminis.1.col.*3.§.*in his omnibus dolens, aut seculũ derelinquat. de pœnitent. dist*.5. illis verbis: *Quia vitam recuperat infinitam, vt Deus.* vbi *Gloss.*verbo *vt Deus* commentum agit: *Est vita eorum infinita*(Deus videlicet)*vel habet vitam infinitam.*

Deus numquam moritur. vt Augustinus loquitur in *can.licite dimittitur coniunx*. 2. *in finalibus verbis* 32.*q*.7. rationẽ reddens: *Quia nũquã moritur Deus.*Qui vtiq; vitã habet infinitã.*Beatus,& solus potens, Rex regum, & Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem,& lucem inhabitat inaccessibilem.*vt Paulus docet Apostolus 1. *ad Timotheum* 6.16.

Deus misericors,& iustus est: sicut conseruat misericordiam in iustitia; ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordię peccanti peccata dimittere: sed oportet vt iustus misereatur iustè. vt Augustinus verba facit in *can.quem pænitet omnino pæniteat*. 88.§. *Erubescentia enim ipsa partem habet remissionis.de pænitentia distinct*.1. Namque

Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, publicani pręcibus vincitur. Niniue Ciuitas,quæ peccato perijt, fletibus stetit. Christus in paradisum de cruce Latronem intulit; & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, *fecit homicidij pœnam martyrium*. verba sunt Hieronymi Damaso in *can importuna in Euangelio mulier*.58 *de pænitentia distinct*. 1. rationem in fine inferens: *Vbi verò peccator intelligens vulnus suum tradidit medico se curandum;ibi non est virga necessaria, sed spiritus lenitatis.*vbi *gloss.* verbo *lenitatis.*argumentum extrahit: *Iudicem potius debere sequi misericordiam,quàm rigorem*. multo magis vtique Deus,qui Pater est misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. vt Apostolus testatur Doctor Gentium 2. *ad Corinth*.1.3.

Deus Zelotas est. Sic enim ipse *Exodi* 20.5: precipiens enim Populo suo, vt se solum Deum adorarent, nec facerent sibi sculptile,nec omnem similitudinem,quæ est in Cœlo desuper,& quæ in terra deorsum, nec eorum, quæ sunt in aquis sub terra.*non adorabis ea neque coles:*inferens: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis,Zelotes,visitans iniquitatem patrum in filios,in tertiam, & quartam generationẽ eorum,qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia his,qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* & Exodi 34.14. *Noli adorare Deum alienum* (Moyses populo dixit)*Dominus Zelotes nomen eius, Deus est emulator.* & Deuteronomij 6.14.15. *Non ibitis post Deos alienos cunctarum Gentium, quę in circuitu vestro sunt: quoniam Deus emulator Dominus Deus tuus in medio tui.* Dixitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano scribens in *cap. nisi cùm pridem* 10. §.*Personę verò irregularitas. de renunciatione.*Sic & ipse inferens:*Ego sum(inquit) Deus Zelotes, visitans peccata patrum in filios, vsque in tertiam, & quartam generationem his, qui oderunt me. id est in illis, qui contra me paternum odium imitantur.* Zelotes, id est Zelans, & Vlciscens peccata. vt *Gloss.* ibidem verbo *Zelotes* commentum agit. Idolulatriæ presertim. Sicuti vir vxorem suam Zelatur, ne ab alio ametur.

Deus,cuius est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo (*psalmo* 23.1.) deterioris conditionis esse non debet in decimis exigendis, quàm sit Dominus temporalis. vt Innocentius Tertius Vercellensi Episcopo testatur in *cap.tua nobis Fraternitas* 26.§.*verum si ad Deum.de decimis extrà*. dixitque perbellè, satisque concinnè Augustinus in *can.quo iure defendis villas Ecclesię*? 1.*distinct*.8.docens, rerum possessiones iure humano inuentas. sic inferens: *Vnde quisque possidet, quod possidet? non ne iure humano? Nam iure Diuino: Domini est terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit: & pauperes, & diuites vna terra supportat.* vnde Concilium Triburiense in *can. in Ecclesiastico namque libro* 14.13.*q*.2.prohibens ne sepultura vendatur,sic infert: *Recordare, quoniam non hominis est terra: sed vt psalmista commemorat: Domini est terra,& qui habitant in ea. Si terram vendis, inuasione alienę rei reus teneberis.* nec dissimiliter Ioannes Chrysostomus in *can.vbicumque sepeliamur*. 26. *cad*. 13. *q*.2. qui sic fatur: *Vbicumque sepeliamur; Domini est terra, & plenitudo eius.Omnino fit, quod oportet fieri.*Ipse quoque Deus *Exodi* 19.5. sic per Moysen populo suo contestatus fuit: *Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: Mea est enim omnis terra.* Domini igitur est terra,& plenitudo eius.

Deus sine dubio Pater noster est,qui nos creauit: Mater nostra Ecclesia, quę nos in baptismo spiritaliter regenerauit. Anacletus Papa in *can.qui abstulerit aliquid patri*.6.12.*q*.2. Ad ipsum igitur prius est confugiendum, qui nostræ curare possit animę passiones. Verum homines prępostero ordine ante sibi opẽ ab hominibus accersunt, vbi autem humana subsidia defecerint: tunc opinantur diuini postulandam fauoris gratiam. Gregorij septimi verba sunt in *Synodo* Romana anno Domini 1078.in *can.omnis Christianus procuret* 69.*in fine de consecratione distinct*.1.vbi *Gloss.* verbo *est confugiendum*. sic commentum agit:*Orando*(scilicet)*non tentando*.

Deus quod instituit nefas est,crimen appellare.Innocentius loquitur, Ruffo,& Eusebio, & cæteris Episcopis Macedoniæ scribens. in *can. deinde ponitur non dici oportere* 3.*dist*.26.

In-

Innocentium audiamus loquentem, qui tali dilemmate rem enucleat: Dicite mihi (cum pace vestra loquor) crimina tantum remittuntur in baptismo, an & illa, quę secundum Domini pręcepta, ac Dei instituta complentur? Vxorem ducere crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (pręfata venia dixerim) erit auctor in culpa; qui vt crimina committerentur, in Paradiso pręcepit, cùm ipse eos benedixit. Si verò non est crimen; quia, quod Deus instituit, nefas sit crimen appellari; & Salomon addidit (Prouerb. 19.) Etenim à Deo preparatur viro vxor) quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatum? Quid de talium filiis percensetur? inferens demum in 5. quaro, & solicitus quęro. rationem: Cum non possit inter peccata deputari, quod lex pręcepit, & Deus iniunxit.

Deus opus imperfectionis non nouit. vt Innocentius Tertius Arelaten Episcopo scribit in cap. maiores Ecclesię causas 3. 5. sed adhuc quaritur. de baptismo, & eius effectu. qui sic loquitur: Ad hoc est taliter respondendum: quod Dominus, qui totum hominem saluum fecit in sabbato, opus imperfectionis non nouit: & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit. Rationem reddit ibi Gloss. verbo opus imperfectionis. ex Gratiano in can. qui peierare paratus est 13. 5. ex his omnibus colligitur. 22. q. 5. in fine dicente: Deus autem duplicitatis aspernator simplicem intentionem vtriusque considerat. Dei enim perfecta sunt opera. vt dicit S. Thomas 3. part. q. 70. art. 2. sed contra. & ideo opus imperfectionis non nouit. vt sequitur Gloss. in cap. 1. verbo militia: in additione in fine. dicens etiam ex Tullio: quod nihil est in humano genere difficilius, quàm inuenire perfectionem. Deus autem qui initium ponit, & est Alpa, ipse & supplere vsque in finem poterit, atque Omega perficere. ex Zaccharia Papa in Synodo Romana in can. nullus Episcopus 57. in fine de consecrat. distinct. 1. Ipse enim dicit: Ego sum α. & ω. principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Ioannis Apocalypsis 1. 8. Deus igitur opus imperfectionis non nouit.

Deus de malis hominum actibus, bona operari consueuit. Pelagius Papa Ioanni Patritio in can. relegentes litteras 45. post principium 23. q. 5. inferens rationem: Nec enim sine illius prouidentia factum esse credendum est; vt insensati, & peruersi homines adhoc vsque prosilirent; vt suâ diuisionem, catholicam credentes esse Ecclesiam, à sua vos pollutione prohiberent: sic enim per misericordiam Dei, etiam nescientibus illis, hoc factum est: vt à schismaticorum factione eruti, catholicę, quam diligitis, seruari vos contingisset Ecclesia. hoc ipsum sequi videtur Gregorius in moralibus. in can. nerui testiculorum Leuiathan. 2. 5. fin. in fine distinct. 13. dum sic infert: Itaque plerumque neruorum Behemoth istius perplexitas soluitur, dum ad virtutes maximas per commissa minora transitur. Deus itaque de malis hominum actibus bona operari consueuit. Benedictus sit semper Deus noster. vt pluribus Gregorius d. can. nerui &c. Nam Dei Beneuolentia, & circa humanum genus nimia est clementia. vt Iustinianus Cæsar dicit in l. Imperialis beneuolentia proprium 24. paulo post principium C. de nuptiis.

Deus tradere hominem peccato dicitur, aut obdurare, quando illum ob peccata sua deserit, eique subtrahit gratiam, quam recipere contemnit, & negligit. Augustinum excipe in can. vasis ira numquam Dei redderet interitũ 23. 23. q. 4. qui sic fatur: Cũ verò aliquos à Deo traditos desideriis suis, aut obduratos legimus, aut relictos: magnis peccatis suis hoc ipsos meruisse profitemur; Quia talia eorũ crimina pracesserunt, vt ipsi sibi pœnas debuerint, quæ eis etiã supplicium verterent in reatum. Atque ita nec de Iudicio Dei quarimur, quo deserit meritos deseri; & misericordię eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari. vbi gloss. verbo aut traditos commentum agit dicens: tradere dicitur Deus hominem peccato, quando permittit ipsum peccare; vel quia subtrahit ipsi gratiam. quod & Sacrum Tridentinum Concilium declarauit sessione 6. de iustificatione can. 6. permissiue scilicet, & non propriè, ac per se. Quia indigno lumen, aut gratiam non confert, quia peccator ipse vinculis se obstringit peccatorum, & fores cœli obstruit. Henriquez in summa li. 6. cap. 1. §. 5.

Deus enim nulli immerito ingerit pœnam. vt Gloss. ait in can. numquid Cain. 26. de pœnitentia dist. 5. verbo damnauit. ex Augustino in can. illud plane non temerè dixerim 87. 11. quæst. 3. de Spiritu Dei loquente. quod: immeritam nulli ingerit pœnam. deducit S. Thom. 1. 2. q. 87. art. 7. in corpore. Sed super peccatores, quãuis scelestissimos, patientia sua non obliuiscitur. idẽ testatur Augustinus in can. in tantum hominũ iniquitas. 33. post principium de pœnitentia dist. 3.

Deus, sicut nullum bonum irremuneratum, ita nullum malum impunitum dimittit. inquit Gloss. 1. in can. diuinæ retributionis memor 4. dist. 87. ex Augustino in can pium est credere 45. de pœnitentia distinct. 3. dicente ipsomet Augustino in can. nullus debitæ grauioris pœna 42. de pœnitentia dist. 1. atq; inferente: Ita enim impertitur à Deo largitas misericordię, vt non relinquatur etiam Iustitia disciplinæ. ibique per optimè Gloss. verbo non relinquatur. inferens rationẽ, quia quemlibet punit citra demeritum, & remunerat vltra meritum. protestaturque Gregorius in can si peccatum Dauid 81. eadem de pœnitentia distin. 1. inquiens: Sed proculdubio Dominus delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse in se pœnitens punit: aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur. & ex eodem Gregorio refert Gratianus in can. cauendum nobis est. 47. de pœnitentia dist. 3. perpendens illud apud Lucam 16. quod Pater Abraham diuiti dixit: Recepisti bona in vita tua. ita Deus bona remunerat; etiam temporaliter. sequiturque Gratianus in can. remittuntur peccata 49. 5. hinc notandum est. col. 1. vers. Tales in eo, quod puniũt. ibique Gloss. verbo non nisi temporalem. 23. q. 5. docetque S. Thomas 1. part. q. 21. art. 4. ad primum. Nauar. in

*can. nemo desperandus est* 1. *de pęnitentia dist.* 7. *nu.* 2. diximusque in superioribus: *Deus omnipotens dum libenter nostram pœnitentiã suscipit.*

Deus omnia prouidet, atque iudicat. ex Concilio Antiocheno in *can. quæcumque res Ecclesię sunt.* 5. 10. *q.* 1. rationem habes ex Iulio Papa in *can. si presbyter* 12. 26. *q.* 6. dicente illo: *Quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est.* & propterea potest in vltimo tempore vera confessio esse: quia ipse solus nouit. subdens exemplũ: *Sicut latro vnius momenti pęnitentia meruit esse in paradiso in hora vltima confessionis.* quamuis Augustinus in *can. si quis positus in vltima necessitate* 2. *de pęnitentia distinct.* 7. de illo, quem sero pœnitet, dicat: *Si securus hinc exierit ego nescio: pęnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Numquid dico damnabitur? sed non dico liberabitur.* & sequitur *Gloss.* dicto *can. si presbyter* 12. verbo *vltimo.*

Deus vbiq; est per essentiam, per præsentiam, per potentiam. Quia Deus aspicit creaturas per intellectum, per voluntatẽ, & illapsũ. per intellectũ Deus vbique est per præsẽtiã. Per voluntatem Deus vbique est per potẽtiã. per illapsum Deus vbique est per essentiam, quę cuique enti habet illabi. *S. Thomas part.* 1. *q.* 8. *art.* 3. Hinc est quod à facie Dai abscondere se nemo potest. *Sancti autem manducant, & bibunt in conspectu Dei, & omnia, quę agunt, in conspectu eius agunt.* vt Hieronymus in Exodum. in *can. & venit inquit Aaron.* 45. *de pęnitẽtia distinct.* 1. loquitur. Nemo enim se à facie Dei abscondere potest, qui vbique est. vnde refert *Gloss.* ibidem verbo *abscondi* ex Anselmo carmina:

*Quò fugis Encedale? quascumque accesseris oras*
*Sub Ioue semper eris: benè fac si viuere quęris.*

Vnde Sancti ita semper in conspectu Dei sũt, vt & malum, quod fecerint in conspectu eius fecisse dicantur: sicut ille, qui dixit (psalmo 50.) *Tibi soli peccaui, & malum coram te feci.* subditque Hieronymus ibidem. *Quid ergo plus habet, qui malum coram Deo facit? Illud profectò, quod continuo pęnitet, & dicit: peccaui. Qui autem discedit à conspectu Dei, nescit conuerti, & peccatum pęnitendo purgare.* ita Hieronymus. *Marcellus Megalius in promptuario theologico part.* 2. *verbo Deus nu.* 8. *&* 9.

Deus vt omnium rerũ, ita suppliciorum quoque scit mensuras. vt Hieronymus in *Naum* Prophetam in *can. quid ergo ait: contra Dominum cogitatis?* 6. §. *quærat hic aliquis in fine* 23 *q.* 5. repetiturque in *can. Quærat hic aliquis* 44. *de pęnitentia distinct.* 3. quo loco Hieronymus ad verba prophetę: *non iudicabit Deus bis in idipsum.* de illo loquitur, qui depręhensus in adulterio decolletur. quid de eo postea fiat: *Ad quod respondemus:* inquit *Deum vt omnium rerum; ita suppliciorum quoque scire mensuras.* id est, vt *Gloss* ibidem verbo *mensuras* commentum agit: *scire quibus, & quantis flagellis quęlibet peccata sint punienda.* Et certe notanda sententia est pro his, qui per Iustitiam pœna plectuntur, vt parato sint animo, pęnamque libenter de manu Dei suscipiant, qui nõ vindicabit bis in id ipsum. inferente Hieronymo consequentiam in *d. can. quid ergo ait.* ac dicente: *Ergo qui puniti sunt, postea non punientur.* infers in fine: *Quia culpa leuis, præsenti supplicio compensata sit.* rationem reddit *Glossella* marginalis in *d. can. quærat hic aliquis:* Quia temporalis pęna succedit in locum æternæ, quasi in recompensationem. Pet. ita Glossella. illamque partem: *quia culpa leuis.* sic *Glo.* ibidem enucleat: *Omnis culpa dicitur leuis, quę tẽporaliter punitur, respectu illius, quæ æternaliter: sicut quęlibet pęna temporalis dicitur leuis respectu æternę.* ex Augustino in *can. nullus expectet.* 7. *alias finalem fine de pęnitentia distinct.* 7.

Deus veritas est. Qui ergo veritatem pro pecunia negant, Deum (vt Iudas) pecunia vendunt. Ipse enim dixit: (Ioannis 14.) Ego sum veritas. Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant; Deum produnt. Quia:

Deus Charitas est. Qui ergo charitatis, & veritatis iussa spernunt, Deum vtique, qui charitas est, & veritas produnt. vti Beda in *can. Abiit Iudas ad summos sacerdotes* 83. 11. *q.* 3. verbis doctrinam profert.

Drus vero ne dum verbis, sed etiam factis negatur. ad Titum 1. sic nempe Hieronymus in epistolam ad Titum in *can. existimant quidam* 84. 11. *q.* 3. audi illum: *sed Ecce Apostolus omnibus, quæ peruersa sunt. factis Deum asserit denegari. Christus sapientia est, Iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi fortitudo. Et quotiescumque vincimur à vitiis, & peccatis, toties Deum negamus: & è contrario quoties benè quid agimus, Deum confitemur.* sequiturque Augustinus in *can. non solum abnegat* 85. *eadem* 11. *q.* 3. senteutiam satis mente tenendam, dicens: *Quanta enim vita est confiteri Christum: tanta mors est negare Christum.* confiteamur ergo illum, non negemus.

Deus piissimus est, & nos semper expectat. *Moderatio enim Dei, ac pietas solùm nostrum reditum quærit, ac nos cupit sua longa bonitate saluari.* vti Hieronymus de septem ordinibus Ecclesię à Gratiano relatus in *can. diaconi sunt* 23, §. *fin in fine dist.* 93. Si autem duri sumus, nec conuertimur, si in peccatis vsque ad mortem illicitè perdutamus: Assiduè peccãti (sicut scriptum est) Deus non miseretur. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *assiduè:* dicens: *Nam vulnus iteratum tardius sanatur.* accepit ex Augustino in *can. inanis est pęnitentia* 11. *de pęnitentia distinct.* 3. verba sunt Augustini: *Vulnus iteratum sanatur tardius. Frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuo iterare.*

Dei naturæ nocere non potest quisquam. Nec

natu-

natura Dei nocere iniustè cuiquam; vel nocere iniustè patitur quemquam. Augustinus de summo bono in *can. secundum catholicam fidem 47.11.q.3.*

Deus odit; & non solum odit, sed proiicit festiuitates eorum, qui non celebrant festiuitates Dei, sed suas. Verba sunt Hieronymi in Amos prophetam in *can. odi, & proieci festiuitates 28.24.q.1.* Rationem ibidem in fine prodit Hieronymus: *Non enim* (inquiens) *sacrificiorum magnitudinem; sed offerentium merita, causasque diiudicat.* inferens exemplum: *Vnde & vidua, quę in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore præfertur: Quia Dominus non ea, quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.* rationem *Gloss.* ibidem verbo *duo minuta* reddit:

*Affectum dantis pensat natura Tonantis.*

Illud quoque inferens.

*Iuppiter vt centum taurorum sanguine fuso:*
*Sic capitur minimi thuris amore Deus.*

Deus tantò largiora tribuit, quanto per eum religionis suę dignitatem viderit ampliari. vt Gregorius Gennadio Patritio, & Exarcho Africæ scribit in *can. sicut excellentiam vestram 48. in fine 23.q.4.* Quia nimirum Deus se liberalem cum his exhibet, qui sibi, quæ debentur, tribuunt. vt contrà iis, qui decimas suis degant ministris, durum. quod perpendit Hieronymus in commentariis ad Malachiam in *can. reuertimini ad me 65.16.q.1.*

Deum videre nemo potest, nisi cuncta terrena, & mortalia vitia de ponat. rationem reddit Ambrosius in *can. sunt, qui arbitrantur 56.§. dicimus ergo, & agendam pænitentiam. de pœnitent. distinct. 1.* qui sic infert. *Nam si Moysi propriùs accedere gestienti, vt cognitionem mysterii cælestis hauriret, dicitur:* (exodi 3.) *solue calciamentum pedum tuorum; quantò magis nos animæ nostræ pedes exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere?* rationem dicti reddit *gloss.* ibidem verbo *solue* dicens: *Quia nullus digne conspicere, vel Deum videre potest, nisi cuncta terrena, & mortalia vitia deponat.* Pedes equidem animæ affectus sunt, & affectiones. vt *Gloss.* ibidem verbo *pedes.* explicat. *pedes.* id est affectiones. vnde Augustinus super illum locum (*In laqueo illo, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*) dicitur pes animę, amor: & si est bonum, dicitur charitas: si est malum, dicitur cupiditas. ita Glossa ex Augustino.

Deus non personas respicit, sed merita, neque loca attendit, sed cor. vt Gregorius Gennadio Patritio, & Exarcho Africę in *can. sicut excellentiam vestram 48.* circa *finem. 23. q. 4.* scribens sequentibus dixit *Concilium verò Catholicorum Episcoporum admoneri pręcipite, vt primatem non ex ordine loci, pręposititis vitę meritis faciat: Quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur.* quo loco *gloss.* verbo *non ex ordine.* sic infert: *Nec est considerandum quis maior sit in loco, vel ordine: sed quis sit iustior.* accepit ex Gregorio ad Anastasium presbyterum in *can. non loca 4. distinct. 40.* Gregoriũ excipe dicentẽ: *Nõ loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt; sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.*

Deus Spiritus est. nec membris distinguitur: nec corporis mole censetur. sic Christus Dominus noster *Ioannis 4.24.* Magister veritatis nos docuit: *Spiritus est Deus: & eos, qui adorant eum in spiritu, & veritate oportet adorare.* Quæ igitur Dei sunt in proprijs speciebus intelligi per nos non possunt, intelligimus autem in abstractione potentię per res sensibiles. cùm ex propositione Philosophica: Nihil sit in anima, quod non fuerit in sensibus. excipe ex Hieronymo in Amos prophetam, quę dicimus; is, relatus à Gratiano in *can. odi, & proieci festiuitates vestras 28. 24.q.1.* quæ verba Prophetę sunt cap. 5. sequentibus verba illa exponit: *Odisse autem, & proiicere, & non odorari humana loquitur similitudine: vt nos affectum Dei nostri sermonibus cognoscamus.* in illa vero *Glos.* verbo *similitudine.* commentum & ipsa agit: Attribuitur Deo, quod est hominis, scilicet claudere nares: nõ enim Deus habet membra distincta, sicut dicunt quidam hæretici Antropomorphitę, quorũ meminit Gratianus ex Isidoro 8. lib. Etymologiarum cap. 5. in *can. quidam autem hæretici 39.§. antropomorphitæ. 24. q. 3.* ita namque Isidorus: *Antropomorphitę dicti ex eo, quòd simplicitate rustica, Deum habere humana mẽbra, quæ in diuinis libris scripta sunt, arbitrãtur. ἄνθρωπος enim grecè, latinè homo interpratatur. Ignorantes vocem Domini, quę ait* (*Spiritus Deus est.*) *Incorporeus est enim: nec membris distinguitur: nec corporis mole censetur.* non igitur videri potest Deus in essentia in hac vita, *videmus autem nunc per speculum in ænigmate.* vt Paulus *1. ad Corinthios 13.12.* docet. Videbimus autem in alia vita facie ad faciem. Lumine diuinæ Glorię, iuxta illud psalmi: *In lumine tuo videbimus lumen.* docet *S. Thomas 1. parte q. 12. art. 2. in corpore. Nauar. de oratione, & horis canonicis miscellaneo 34. num. 50.* & in *can. libenter ignosco de pœnitentia dist. 1. num. 10.* & in *can. quia diuinitatis est. eadem distinct. num. 56. & sequẽt. S. Thomas eadem part. 1. q. 3. præsertim art. 6.*

Deus non est personarum acceptor. *Deuteronomij. 10.17.* & dixit Petrus *Actuum 10.34.* Cẽturioni, qui ad eum miserat in Ioppen: *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus; sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est ei.* Deduxit Gratianus in *can. tali coniugio generati 17. §. huic Petrus concordans ait: In veritate comperi, quia non est acceptor personarum Deus 1. q. 7.* Dixitque idem Petrus *1. epist. cap. 1.17.* Et si patrem inuocamus eum, qui sine acceptione personarum iudicat secundum vnius cuiusque opus; in timore incolatus vestri tempore conuersamini. Deus enim definitionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus, & relaxandi licentiam sacerdotibus suis sine vlla exceptione concessit. vt Ambrosius fatetur in *can. Deus definitionem non facit 78. de pœnitent. dist. 2.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *sine vlla exceptione.* id est nullum exci-

piendo vel peccatorem, vel peccatum: Quia nullum peccatum est, de quo non possit quis pœnitere. & deducit Augustinus plene in *can. si ex bono in malum 8. paulò post principium de pœnitentia distinct.* 4. perpenditque idem Augustinus in *can. nemo tollit peccata 141. de consecratione dist.* 4. de Christo dicens, qui est Agnus, qui tollit peccata mundi, quia neminem excipit. Respondit que obiectioni Ambrosius in *can. sicut ij, qui per insaniam 8. §. numquid iniquus est Deus? distinct.* 47. qui sic loquitur: *Numquid iniquus est Deus, vt nobis non æqualiter distribuat vitę subsidia? vt tu quidem esses affluens, & abundans: alijs verò deesset, & egerent? An id circo magis, quia & tibi voluit benignitatis suæ experimenta conferre; & alium per virtutem patientię coronare? Tu verò susceptis Dei muneribus, & si in sinum tuum redactis, nihil te putas agere iniquum, si tam multorum vitæ subsidia solus obtineas?* inferens tandem in fine *Tot te ergo scias inuadere bona, quod possis pręstare, quod velis.* nec dissimiliter Augustinus in *d. can. si ex bono in malum 8. de pœnitentia distinct.* 4. Non est ergo personarum acceptor Deus.

Deus non hominibus, sed vitijs irascitur. mutat proinde quod minatur, si peccatum illi mutauerint. deducit Hieronymus in Danielem in *can quam ob rem rex consilium meum placeat tibi. 68. §. si prędixit sententiam Dei. de pœnitentia dist.* 1. respondens enim quare Deus sententiam mutet? sic rationem infert: *Neque enim Deus hominibus, sed vitijs irascitur; quę cū in homine non fuerint, nequaquam punit, quod mutatum est*. & hoc pacto consilium dedit Leo Papa Rustico Narbonensi Episcopo in *can. odio habeantur peccata 2. distinct. 86.* dicens: *Odio habeantur peccata, non homines: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis plectatur animo, sed medentis*. Rationem reddit *Gloss.* verbo *non sæuientis*. inferens: *Quia hoc solum benè agitur. vt vita hominum corrigatur*. vitijs igitur irascitur Deus, non hominibus.

Deus non prius est vltor, quàm quis sit peccator. ex Hieronymo in Naum prophetam in *can. quærat hic aliquis. 44. de pœnitent. distinct.* 3. ex illo Cypriani tract. 4. de mortalitate in *can. nunquid Cain 26. in fine de pœnitentia dist.* 1. dicētis: *Qualem te inuenit Dominus, cùm vocat, talem pariter, & indicat.* in quo canone glos. verbo *damnauit.* sic infert consequentiam: *Si dānauit. ergo commissum fuit. nam nulli Deus immeritam ingerit pœnam.* & *Glossella* marginalis ibidem dicens: *Deus nullum sine causa punit*. ex Augustino in *can. illud planè non temere dixerim 87. 11. q. 3.* dicente de Deo, quod *immeritam nulli ingerit pœnam*. non prius ergo vlciscitur, quàm quis sit peccator.

Deus nullum crimen excipit, sed peccata donat omnia. ex Ambrosio in *can. nemo potest benè agere pœnitentiam 50. in fine de pœnitentia dist.* 1. qui sic fatur: *Deus autem nullum crimen excepit; qui peccata donauit omnia.* vbi *Gloss.* verbo *excepit*; sic commentum agit: *Cum dixit: In quacumque hora conuersus fuerit peccator.* Deus namque salutis, & sanctitatis auctor, & largitor, plerumque hanc prębet suę pœnitentię medicinam inuisibili administratione; plerumque medicorum operatione. vt Theodotus Canthuariensis Archiepiscopus ait. in pœnitentiali suo, relatus à Gratiano in *can. quidam Deo solummodo 90. fine finali de pœnitentia distinct.* 1. vbi *Gloss.* verbo *medicorum*. id est sacerdotum explicat. Semper igitur delet peccata.

Deus nemini dat laxamentum peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata; si non satisfactio congrua negligatur. vt Augustinus ait in *can. sane cauendum est 18. in fine de pœnitentia distinct.* 3. rationem reddit paulò ante: *In melius quippe est vita mutanda: & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi. &c.* Rationem etiam reddit *Gloss.* ibidem verbo *emendus*. dicens. *Remissio enim peccati non dat licentiam delinquendi.* proinde

Deus non est quasi eleemosynis emendus, vt semper valeas impunè peccare; sed eleemosynis de peccatis pręteritis propitiandus. ex Augustino eodem *can. cauendum est 18. dist. 3. de pœnitentia.* vbi gloss. verbo *emendus.* sic cōmentum agit: *id est: non demus ei eleemosynas in pretium, vt maneamus licite in peccato.* alias dicit, eleemosynis peccata tua redime. Ambrosium excipe in *can. medicina misericordia tollit peccata 76. de pœnitentia distinct.* 1. qui sic ait: *Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tuis: redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna (inquit)* (Tobiæ 12.) *à peccato liberat. Crimina ergo eleemosynis redimuntur.* Timeant vero si contrarium fecerint, ne repentina in eos veniat vltio. *Quia Deus respiciet, quæ geruntur ab eis: & si quid egerint per dolum, aut lucrum, aut machinationem, hoc in suis recipient animabus viuentes, ac morientes*. vt admonitione testatur Iustinianus Cæsar in *authentico de Ecclesiasticarum rerum immobiliū alienatione, & solutione collat. 5. tit. 1. §. sancimus igitur. in fine.*

Deus non considerat datum, sed affectum offerentis. ex Gregorio in prętatione in Iob relato in *can. in grauibus peccatis. 5. 3. q. 7.* qui sic rationē infert. *Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quid, sed à quo datur, inspicitur. Hinc est enim quod scriptum est:* (Genesis 4.) *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit.) Dicturus quippè, quia dominus respexit ad munera; pręmisit solicitè, quia respexit ad Abel. ex quare patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus; sed munera ab offerente placuerunt.* propterea *Gloss.* ibidem, verbo *quid*. sic rationem infert *Quia Deus non considerat datum, sed affectum offerentis*. ex ratione, quam ex Hieronymo accepit in *can. odi, & proieci festiuitates vestras 28. §. odisse autem 24. quæst. 1.* verba sunt Hieronymi: *Non enim sacrificiorum ma-*

*magnitudinem: sed offerentium merita, causasque diiudicat.* inferens deinde viduæ exemplum, quę duo minuta in corbonam miserat (Matthæi 12.) quod ea super alios Deus exceperit. dicens: *Quia Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.* vbi *Gloss.* verbo *duo minuta.* hic infert.

*Affectum dantis pensat censura Tonantis.*

& hoc ipsum idem Gregorius Recaredo Regi scribens repetiit in *can. scriptum est* 21. 54. *quæst.* 5. dicens: *Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quod datur, sed à quo detur inspicitur.* Nã dona iniquorum non probat Altissimus.

Deus cor interrogat, non manũ. verba sũt Augustini in *can. si quid inuenisti, & non reddidisti* 6. *in finalibus verbis* 14. q. 5. Testatur id quoque Alexander Papa omnibus orthodoxis scribens in *can. si quandoque à sacerdotibus* 1. *in fine* 15. *quæst.* 6. qui sequentibus rationem reddit: *Nec tantum attendenda sunt, quæ fiunt. quantum quo animo fiant. Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiũt.* Nec diuersimode rationem Chromatius reddidit in Matthæum scribens in *can. qui peierare paratus est* 13. 22. *quæst.* 5. sequentibus loquens: *Quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & corde.* vbi Gloss. verbo *non ex operibus.* sic & ipsa subnectit, probationẽ: *Deus potius considerat animum, quam factum.* dixitque Augustinus in libro de vera, & falsa pœnitentia in *can. qui vult confiteri peccata* 1. *de pęnitentia distinct.* 6. paulo post principium scribens: *Vnde patet, Deum ad cor respicere.* super verbis illis Domini Lucę 17. *Ite ostendite vos sacerdotibus.* nam dum irent, mundati sunt.

Deus cui portio est, nihil debet curare, nisi Deum: ne alterius impediatur necessitatis munere. Ambrosius de fuga seculi in *can. cui portio deus est* 6. 12. q. 1. rationem reddens in fine. dicens: *Vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit.*

Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur ad pœnitentiam, & viuat. ex *Ezechiele* 33. deduxit Alexander Papa in *can. hi, qui Episcopos suos persequuntur.* 9. *post principiũ.* 3. *quæst.* 4. & Concilium Toletanum XI. in *can. his, à quibus Domini sacramenta* 30. *in fine.* 23. q. 8. de quocumque peccatore disponens: *Cui tamen comunio exeunti ex hac vita non est neganda propter Domini misericordiam, qui non vult peccatoris mortem, sed, vt conuertatur & viuat.* & Cœlestinus Papa ad Episcopos Galliæ in *can. agnouimus pęnitentiam morientibus denegari* 13. 26. *quæst.* 6. sic illos hortatur, vt morientibus pœnitentiam non negent: rationem inferens: *Cum Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pęnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens: (Ezechiel. 33.) In quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei.) & iterum Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat.* Nec diuersimode Stephanus Papa V. Hastulpho scribens in *can. admonere te cum lachrymis* 8. §. *nam si uerum (quod absit) fuisset.* 33. *quæst.* 2. testatus fuit dicens: *Non enim vult Deus mortem peccatoris; sed vt conuertatur ad pęnitentiam, & viuat.* Rationemque redit Hieronymus in *can. quia Diuinitatis* 73. *de pęnitentia distinct.* 1. & ipse attestans: *Quia diuinitatis natura Clemens est, & pia, magisque ad indulgentiam, quàm ad vindictam prona. Quia non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.*

Deus Matrimonii fuit institutor, & auctor. dixit Honorius Tertius in *cap. litteræ vestræ nobis exhibitæ* 7. *fine finali.* §. *Muliere autem requirente diuortium. de frigidis, & maleficiatis.* sic enim ipse: *Et sic forte placeret Deo, qui matrimonii fuit Institutor, & auctor.* Etenim à Deo præparatur viro vxor. vti Salomon *prouerbiorum* 19. dixit, & sequutus fuit Innocentius Papa Ruffo, & Eusebio, & cęteris Episcopis Macedonię scribens in *can. deinde ponitur* 3. *dist.* 26. de matrimonio verba faciens, atque matrimoniũ sine crimine contrahi, quod à Deo institum sit, sic argumentum stringẽs: *Si verò non est crimen, quia quod Deus instituit* (Genesis 1.) *nefas sit crimen appellari; & Salomon addit: Etenim à deo præparatur viro vxor. Quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consumatum?* Instituit plane cum (*Genesis* 1. 28.) dixit: *Benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* quod sequitur *Gloss. d. cap. litteræ vestræ* 7. verbo *instituit.* Triplex est enim nuptiarum bonum. *Fides videlicet, proles, & sacramentum.* vti Gratianus dixit in *can. sicut non omnis congregatio* 2. §. *his ita respondetur in fine.* 32. q. 2. qui canon est Hieronymi dicentis: *sic non omne matrimonium, quo non viro suo secundum præcepta Christi vxor iungitur, iure coniugium appellari potest, sed magis adulterium.* Nã prima Institutio coniugii in Paradiso facta est: vt esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ. vt Gratianus *d.* §. *his ita* subnectit: Hinc est quod Ambrosis Deum præsulem, custodemque matrimonii appellauit in *can. nemo blandiatur sibi* 4. *in fine* 32. q. 4. dicens: *Cognoscimus velut Præsulem, custodemque coniugii esse Deum, qui non patiatur alienum thorum, pollui: & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem violet, & gratiam soluat. Et ideo, qui in Deum peccat, sacramenti Cælestis amittit consortium.* sic Ambrosius.

Dei misericordia est vbique, qui peccatoribus nouit parcere. ex Augustino in *can. quem pęnitet* 88. *circa finem* §. *tanta itaque vis confessionis est. de pęnitentia distinct.* 1. loquens de eo, quem pęnitet, sed confessarii opportunitatẽ non habet, ac dicens: *Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire. Sæpe quidem eos quærunt sani, & læti; sed cùm quęrunt, antequàm ad eos perueniant, moriuntur. Sed Dei misericordia est vbique qui, & iustis nouit parcere, & si non tã citò, sicut si soluerentur à sacerdote.*

Dei iudicia occulta quidem sunt, sed iniusta esse non possunt. Vnde permittuntur quandoque occulto quidem Dei Iudicio, sed nunquam iniusto, vt aliqui per sortiarias, atque maleficas diabolo pręparante in matrimoniis impediantur, nè cõcubitus sequatur. Vt

Hinc

Hincmarus Remensis Archiepiscopus scribit, relatus à Gratiano in *can. si per sortiarias, atque maleficas 4. siue finali 33. q. 1.* Dat autem remedium, vt *corde contrito, & spiritu humiliato Deo, & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant, & profusis lacrymis, & largioribus eleemosynis, & orationibus, atque ieiuniis Domino satisfaciant; & per exorcismos, ac cetera Ecclesiasticæ medicinę munia, ministri Ecclesię tales, quantum Dominus annuerit, sanare procurent.*

Dei accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. verba sunt Telesphori Papæ in *can. sacerdotes, qui proprio ore 8. in fine 6. q. 1.*

Dei Filius venit facere voluntatem patris. Sic & nos voluntatem Dei, & Matris nostræ, quę est Ecclesia, facere debemus. Dixit Calistus Papa primus omnibus Episcopis in *can. non decet à capite membra discedere 1. distinct. 12.* Calistum excipe: *Et sicut Dei Filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestrę impleatis Matris, quæ est Ecclesia; cuius caput Romana existit Ecclesia.*

Dei permissione fit quidquid fit. ex Augustino in *can. nec mirum 14. §. Magi sunt. 26. quæst. 5.* de magis loquente ac dicente: *Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominũ minus confidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu, violentia tantum carminis interimunt.* Rationem reddit *§. fin. si autem aliquis mihi opponit, & dicit.* ibidem, dicens: *Quia hoc permissu Dei fit; vt ipsi qui hęc audiunt, & vident, probentur; & appareat, qua fide sint, & deuotione erga Deũ, &c.* nec dissimiliter respondit Hincmarus Remensis Archiepiscopus in *can. si per sortiarias, atque maleficas 4. siue finali 33. quæst. 1.* dicens: *occulto, sed numquam iniusto Dei Iudicio permittente, & diabolo præparante &c.* sequitur *glos.* in *can. non est peccatum 3.* in §. Gratiani *his itaque. distinct. 6.* in fine in *Gloss. finali* verbo *coram Domino.* quæ sic infert; *vel permittente Domino: quidquid enim fit iudicio Dei fit.* allegat dictum textum Augustini *d. can. nec mirum 14. 26. q. 5.* Hinc est, quod.

Deus tradere dicitur hominem peccato, quãdo permittit ipsum peccare; vel quia subtrahit ipsi gratiam. vt *Gloss.* loquitur in *can. vasis iræ 23.* verbo *aut traditos 23. q. 4.* deduximus in superioribus: Deus tradere hominem peccato dicitur. Non propter hoc tamen Deus concurrere in peccatum dicitur, nisi phisicè, vt prima causa, ex qua concurrit cũ omni secunda, vt hæc possit operarati; non tamen moraliter, quatenus sunt peccata, sed vt entia quędam sunt, quæ in se sunt bona. *Nauar in manuali prelludio 7. num. 14. & cons. 6. lib. 5. de pænitent. & remissionib. in fine vers. non enim obstat.*

Deo regnatori vniuersę Creaturę obediendum magis est in omnibus, quæ ille iusserit, quàm Regibus, & Principibus terrę. ex Augustino in *can. quę contra mores hominum sunt 2. in fine dist. 8.* verba sunt Augustini: *Generale quippe pactum est societatis humanæ obedire regibus suis: quanto magis Deo regnatori vniuersę Creaturæ suæ, ad ea, quæ iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendum proponitur; ita Deus omnibus.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *sicut*, sic inferens; *Quia id, quod Deus pręcipit, cùm sit de Iure naturali, præfertur consuetudini, vel constitutioni.*

Deo nemo dicere potest: Cur ita facis? & cur ad huc iterum parcis? ex Augustino ad Macedonianum in *can. quamuis cautè, & salubriter. 22. de pænitentia distinct. 3.* Augustinus fatur: *Quis tamen audeat dicere Deo. quare huic homini, qui post primam pænitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit; ad huc iterum parcis?* quo loco *Gloss.* verbo *Deo.* addit. *vel Papæ.* Rationem in hoc reddit Innocentius Tertius Episcopo, & Petro Scholastico Moguntinen in *cap. quanto personam. 3. in fine principij. de translatione Episcopi.* de Romano Pontifice loquens, ac dicens: *Qui non puri hominis, sed veri Dei vicem gerit in terris.* vbi *Gloss.* verbo *veri Dei vicem.* circa finem. subnectit de Papa: *Nec est qui ei dicat: cur ita facis?* allegat dictum canonẽ Augustini *quamuis caute, & salubriter. 22. de pænitent. distinct. 3.* qui canon est repertus in *can. quamuis cautè, & salubriter 62. distinct. 50.* & rationem reddit in *can. ad huc instant perfidi 32. eadem distinct. 3. de pænitentia.* non multo post principium, contra eos loquens, qui dicunt: Dominum incitatorem mali esse, si semper pœnitentibus subueniret: sic enim prosequitur: *Errant autem: imo constat ei multum peccata displicere, qui semper præsto est ea destruere. Si enim ea amaret, non ita semper destrueret, sed conseruaret, atque vt sua munera foueret. Sẽper destruit peccata, quæ inuenit, ne soluatur, quod creauit, ne corrumpatur quod amauit.* aliam reddens rationem ibidem *§. videmus ad huc quotidie in Ecclesia.* sic dicens: *Quomodo enim corpus, quod vilius est, & ab ipso dissimilius, sæpe sanaret: & animam digniorem, & redemptam, non toties liberaret? Medicum se vocat; & non sanis, sed male habentibus opportunũ. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nescit curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare. Qui ceteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret; memor est sui, qui dixit. Nolo mortem peccatoris; sed vt conuertatur, & viuat:* (Ezzechiel. 33.) *Quem enim peccatorem exclusit?* Benedictus itaque Deus noster, qui adeo pius est, & misericors. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti.

Deo propter Deum seruiendum est principaliter. non temporalia lucra sectando: nam qui sic Deum sequitur, sua quærit, vt dicit Apostolus) non, quæ Iesu Christi. *(ad Philippens. 2.)* deducitque Augustinus in *can. sunt in Ecclesia quidam Prępositi 19. 8. q. 1.* qui sequentibus ait: *Quid est (sua quærentes) non Christũ gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes.* Hæc enim primariò quęrere, & propter hæc Deo seruire, simonia æstimatur. minus tamen principaliter: & vt dicit Gelasius Papa Victori Episcopo scribens in *can. consuluit di-*

lectio

lectio tua 9. distinct. 74. persuadens illi: nonnullos ad clericatum sequendum attraheret, non quidem nolentes, sed, vt ex nolentibus fierent volentes, ob quędam commoda, dicens: *vt hac saltim ratione constricti, & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quęstum.* explicat aptissime *Gloss.* ibidem verbo. *vt hac* consecutiuè scilicet, & secundario; non causatiue, & primario; nam simonia esset, propter quęstum Deo seruire. Deo enim propter Deum seruiendum est, principaliter. notat *Gloss.* in *can. quid proderit per singula 7. in principio* verbo *proderit. in fine. distinct.* 61. ex Zozimo Papa ad Hychium in *can. in singulis gradibus 2. distinct. 77.* notat etiam *Nauar.* in *can. medicina de pœnitentia distinct. 1. num. 3.* diximus *respons.* nostra 9. *num. 29. & 30. part. 1.*

Deum, si charitate perfecta diligimus, quæ nobis ex illo est, & ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus; & charitatem Deo, exhibeamus, & proximo de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; facilè peccato resistimus, bonis omnibus abundamus, seculi blandimenta contemnimus, & omnia, quæ difficilia sunt humanę fragilitati, vel aspera etiam, cum delectatione perficimus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus: nihil erit in nobis, vnde peccati desiderijs seruiamus. ita verbis Prosper lib. 3. de vita contemp. latiua cap. 13. relatus à Gratiano in *can. charitas est, vt mihi videtur 5.5. ergo si charitatem Dei exhibeamus. de pœnitentia distinct. 2.*

Deum recipit, qui ministrorum eius verba recipit; qui autem spernit eos, eum à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipse indubitanter spernetur à Domino. Anacletus Papa ad Episcopos Italię scribit in *can. In nouo testamento post Christum Dominum 2.5. ipsis quoque decedentibus. distinct. 21.*

Deum non fallit, neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. merito quando maledicit, & punit, meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam promit. Origenes in librum Numerorum homilia 15. in *can. Deus quando maledicit 38. in principio. 24. q. 3.* quo loco *Gloss.* verbo *promit.* infert: *vtile est dormones esse, propter malos.* ministri enim sunt Domini, vt Hieronymus sentit in *can. qui malos percutit. 29 23. q. 5.*

Deum tentare nemo debet, dum habet, quod rationabili consilio faciat. Ita Augustinus in Quęstiones Genesis de Abraham verba faciens in *can. quæritur cur. Patriarcha mentiri voluit. 22. in fine 22. q. 2.* inferens de dicto Patriarcha Abraham, dum dixit Saram sororem suam esse: *Fecit quod potuit: quod non potuit Deo commisit, in quem sperauit. nec eum fides, aut spes fefellit.* erat enim Sara soror eius, quia filia fratris erat.

Deum in suis præceptis deserere nemo debet, sed obedire ei tenetur. ex Gregorio in moralibus in *can. nerui testiculorum Leuiathan 5. 6. alius cuncta, quæ mundi sunt deserens. in fine distinct. 13.*

Deum nemo vidit vnquam: Vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. *Ioan. 1. 18.* & in *epist. 1.* eiusdem. 4. 12. Nec eriã Moyses, qui amicus Dei dictus fuit, cui facie ad faciem Deus locutus est. *Exodi 33. à nu. 16. ad finem* deducitque Hieronymus in *can. Moyses amicus Dei 6. 8. q. 1.* vbi *Gloss.* verbo *Deus locutus est.* quę ex dicto loco Ioannis dicit Moysen Deum non vidisse. Nam eidẽ dixit: Deus (dicto 33. Exodi 20:) *Non poteris videre faciem meam. Nemo enim videbit me homo, & viuet.* & in fine. *videbis posteriora mea. faciem autem meã videre non poteris.* quamuis aliqui dicant vidisse eum in specie visibili. Rationem affert *Gloss.* in dictum locum *Ioannis.* quod nullus in mortali carne Dei essentiam videre possit: *Quia corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam* (Sapient. 9.) & ideo impossibile est, vt mens humana corpori vnita Dei essentiam videre possit. *S. Thomas quodlibet. 1. q. 1. art. 1.*

Deus die Dominico cępit facere mundum; & omnia (secundum quosdam) simul creauit. ex illo *Ecclesiastici* 18. 1. dicentis. *Qui viuit in æternum creauit omnia simul.* Nam, quod die Dominico Deus mundum creare cęperit habemus ex Leone Papa Dioscoro Alexandrino Episcopo in *can. quod die dominico 5. in fine distinct. 75.* qui de die Dominico verba faciens, sic demum infert: *In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi. & mors interitum, & vita accepit initium.* sequiturque *Gloss.* in *can. sexto die bestiæ sunt creatę 7. distinct. 35.* verbo *sexto die.* ex Innocentio tertio in Concilio Generali in *cap. firmiter credimus 1. de summa Trinitate, & fide catholica extra.* illis verbis: *Qui sua potenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam spiritualem, & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: & deinde humanam, quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam.* Nam illud simul, non excludit distinctionem dierum, sed ad vniuersam creationem refertur. quia nimirum Deus prima die Angelos creauit, & sexta die creauit homines. vt *Gloss.* ibidem verbo *humanam* perpendit. Quamuis non desint, qui dicant, quod

Deus non prius condidit Angelicam naturã spiritualem, quam corporalem. & probabilẽ hanc existimat sententiam *S. Thomas 1. part. q. 61. art. 3. in corpore.* & si alteram non erroneam existimet ob auctoritatem Sancti Gregorij Nazianzeni. cuius maxima semper fuit auctoritas, vt nullus ei calumniam inferre præsumpserit. & hanc sequitur *opusculo* 25. & refert etiam *Nauarrus can. libenter ignosco de pœnitentia distinct. 1. num. 15.*

Deutoronomium lex secunda interpretatur. vt Innocentius Tertius nobili viro G. Montis Pessulani dixit in *cap. per venerabilem fratrem nostrum 13. 5. rationibus igitur his inducti. in fine. vers. sane cum Deutoronomium. qui filij sint legitimi.*

Deuotio, est prompta voluntas tradendi se ad ea, quæ pertinent ad Dei famulatum, *S. Thomas 2. 2. q. 82. art. 1. in corpore. & ar. 3.* sicuti pieta-

tatis, & deuotionis nomine Abraham laudatus fuit, quod iussus à Deo voluit filium, nequaquam sceleratè, sed obediĕter, occidere. ex Augustino in *can. si non liceat priuata potestate* 9. §. *quasdam vero exceptiones*. 23. *q.* 5. & ibidem *can. lex aeternam* 15. idem Augustinus de eodem Abrahamo dixit: *At iubenti Deo obsecūdans, famulatus est*. nec dissimiliter de Phinees, & Abraamo S. Ioannes Chrysostomus in *can. occidit Phinees hominem* 14. *eadem* 23. *q.*8.

Diabolus antiquus humanæ naturæ hostis, hoc habet proprium sua inuidia, vt quos in prauorum actuum perpetrationē (Deo sibi resistente) deijcere non valet, opiniones eorum, falsa ad præsens simulando, dilaceret. verba sunt Gregorii ad Iustinum Pretorem in *can. habet hoc proprium antiqui hostis inuidia* 6. *in principio* 2. *q.* 5.

Diabolus transfigurat se in angelum lucis 2. *ad Corinthios* 11. 14. vt decipiat. dixit Concilium Anquirense in *can. Episcopi, eorumque ministri* 12. §. *siquidem ipse Satanas* 26. *q.* 5. ita rationem reddens: *Siquidem ipse Satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, cùm mentem cuiuscumque mulierculæ ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit; illico transformat se in diuersarum species personarum, atque similitudines*. nec dissimiliter Augustinus de Ciuitate Dei. in *can. nec mirum* 14. §. *præterea quidam quærendum putant*. eadem 26. *q.* 5. qui sic fatur: *Porrò autem hoc est præstigium satanæ; quo vti plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere cōfingit. Quod Apostolus inter cetera ostendit, dicens: Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis. &c.* dixitque Innocentius Tertius Priori, & Conuentui Dimoliensi scribens in *cap. licet quibusdam monachis*. 18. §. *si vero probabiliter dubitetur. de regularibus, & transeuntibus ad religionem*. illis verbis rationem reddens: *Ne forte Angelus satanæ in lucis angelum se transformet*. Hoc autem fieri potest dupliciter. vt *S. Thomas* in dictum locum Pauli ad *Corinthios* 11. 14. *lectione* 3. *in fine. versic. notandum autem*. commentum agit: Vel visibiliter; vt beato Martino apparuit, vt eum deciperet, & Beato Antonio. &c. & in hoc aduertendum, vt distinguātur apparitiones dæmonis ab apparitionibus Angelorum: quia bonus Angelus in principio hortatur ad bona, & perseuerat in eis. at verò malus in principio quidem prætendit bona, sed postea inducit, & instigat ad mala. Et item bonus Angelus, si terreat in principio, statim consolatur. vt Zacchariæ (Lucæ 1.) *Ne timeas Zacharia*. Malus verò stupefacit, & desolatū dimittit; vt stupefactum facilius decipiat, & persuadest sibi. Vel inuisibiliter, quando ea, quæ mala sunt, facit apparere, vt bona peruertēdo sensus hominis, & inflammando concupiscentiam. ita S. Thom.

Diabolus secreta non nouit, & multa eum latent; sed multo antea cognita, postmodum prænunciat hominibus, quæ homines propter sensus terreni tarditatem mirentur. vel quia per tam longum tempus, quo vita eorū protenditur, rerum longe maiori experientia pollent, quàm possit homo propter breuitatem vitæ. ex S. Augustino in *can. sciendum est hanc esse naturam dæmonum* 2. 26. *q.* 3. Vnde est, quod nesciuit Virginitatem Mariæ, vt illi eius partus cœlaretur. Fefellit enim eum Virginitas Mariæ, dum nupta videt. vt Ambrosius perpendit super Lucam lib. 1. cap. 1. in *can. pudor est feminis* 1. *in fine* 32. *q.* 2. dicēs: *Non mediocris quoq; causa est, vt Virginitas Mariæ falleret principem mundi*. quo loco Glo. verbo *falleret in fine*, sic infert: *Hinc patet, quod multa latent diabolum; & quotidie discit per temporum incrementa*. vt 26. *quæst.* 3. *sciendum*. ita Glossa.

Diabolus nesciuit Christum Filium esse Dei; nam si sciuisset, numquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset. vt *Gloss.* inquit in *can. vtilem simulationem* 22. verbo *simulationem*. 22. *q.* 2. super verbis Hieronymi in Epistolam ad Galatas cap. 2. sic nempè Hieronymus: *Nec mirum, quamuis iustos homines, tamen aliqua simulare pro tempore ob suam, & aliorum salutē: Cùm & ipse Dominus noster, non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit: vt condēnans in carne peccatū, nos in se faceret iustitiam Dei*. Simulationem vt falleret diabolum. *Gloss.* ibidem subnectit. *dicit enim Auctoritas: si diabolus eum filium Dei sciuisset, numquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset*. ita Glossa.

Diabolus extrà Ecclesiam est. ideo ei excommunicatus traditur, quia extra Ecclesiam eiicitur. ex Augustino in *can. omnis Christianus* 32. 11. *q.* 3. quærens. n. quomodo excommunicatus satanæ tradatur? *scilicet* (inquit) *quia extrà Ecclesiam diabolus est, sicut in Ecclesia Christus. ac per hoc quasi diabolo traditur, qui ab Ecclesiastica comunione remouetur*.

Diabolus non per conditionem, (hoc est creationem) sed per arbitrium factus est malus. ex Concilio Carthaginensi in quo Augustinus interfuit in *can. qui Episcopus ordinandus est*. 2. *circa medium dist.* 23. ibique *Gloss.* verbo *non per conditionem*. exponens: id est per creationem. Non enim est creatus malus, sed ex libero arbitrio factus est malus. subdens. imo adhuc habet liberum arbitrium, sed illud est ad malum. notanda ibidem Glossella marginalis ex S. Thoma prima parte q. 62. art. 9. num Angeli mereātur adhuc. & negatiue respondet. quia mereri spectat ad viatores, illi vero sunt comprehensores.

Diabolus, ideirco peccans sine venia damnatus est: Quia magnus sine comparatione fuerat creatus. ita Gregorius in moralibus. in *can. principium enim viarum Dei* 45. non multo post principium. §. *qui idcirco peccans. de pœnitentia distinct.* 2. rationem perpendit *Gloss.* ibidem verbo *venia*. dicens: Cum enim plus potestatis, & pulchritudinis ei commissum fuerat, ideo magis diligi præsumebatur. ideoque tanto magis obsequi tenebatur: & plus puniri debuit, cùm non ferit obsequutus.

Diabolus in hoc nititur, vt tanquam Deus adoretur.

retur: Hoc enim fructum fallaciæ suæ exquirit Satanas. Hoc enim nititur, vt adoretur quasi Deus. vt Augustinus inquit in *can. nec mirum. 14. col. 4. §. Historicus enim menti Saul. 26. q. 5.* & paulo ante §. *Porrò autem hoc præstigium satanę*. super verbis illis Apostoli (2. ad Corinth. 2. 11.) *vt non circumueniamur à Satana: non enim ignoramus. cogitationes eius.* verba sunt Augustini: *De cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinem Satanæ? Quid mirum ergo, si imminentem prope mortem potuit prœuidere; cùm hoc sit vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari?*

Diabolus potest mortem hominis prœuidere; cùm signa quædam soleant apparere morituris. Est enim angelica potestate sublimis, & potest præuidere quędam ex signis, occultis autem nobis. Augustinum profe rimus *d. can. nec mirum 14. §. Præterea quidam quærendum putant. 26. q. 5.* qui sic fatur: *Quasi magnum sit diabolo ante occasum mortem corporis prę uidere: cùm signa quędam soleant apparere morituris, quippè à quibus Dei protectio amota videtur; quanto magis diaboli, quem angelica potestate sublimem prophetica oracula fuisse testantur: de cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinem satanæ? Quid mirum ergo, si imminentem propè mortem potuit præuidere; cùm hoc sit vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari?* ita Augustinus.

Diabolus eam ob causam nos persequitur, quia nos illuc debemus ascendere, vnde ipse cecidit. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in *can. visis litteris charitatis vestrę 1. §. conatur namque à principio ruinæ suæ. 16. q. 2.* verba sunt Ioannis: *Dolet enim satis, & erubescit charitatem, quam in cœlo nequiuit habere, homines constantes ex lutea materia tenere in terra.* sequitur *Gloss.* in *can. qualibet occulta loca. 10. in fine distinct. 40.* verbo *cecidit*. super verbis Gregorii ibidem. *Quid enim paradiso iucundius; quid cœlo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cęlo peccando cecidit.* quę sic infert: *Et hęc est causa quare nos persequitur; quia nos illuc debemus ascendere, vnde ipse descendit.*

Diabolus eos maxime tentat, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eiq; familiares inuenit. Alexander Papa in *can. nulli dubium est. 5. 3. q. 1.* subdens: *familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt; quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt.*

Diabolus auctor dicitur schismatis. vnde qui eos in schismate sequuntur, cum eo in futuro seculo portionem habebunt. ex Gregorio in *can. quoties cordis oculus 9. §. vnde inrans dico. 1. q. 7.*

Diabolus maledictione dignissimus à Hieronymo nuncupatur. in *can. si igitur Michael 10. in ipso initio. 14. q. 3.* Hieronymi verba: *Si Michael non fuit ausus diabolo, & certe maledictione dignissimo, iudicium inferre blasphemię, quanto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus? Merebatur diabolus maledictum: sed per os Archangeli blasphemia exire non debuit.* ita Hieronymus.

Diabolus intrat in hominem per duas portas. vna cupiditas est, altera timor. per easdem è contrario intrat Deus. isti sunt aperiendę, illi claudendæ. *Gloss.* in *can. si enim inquit, omnis qui natus est ex Deo. 40. §. quæ enim communicatio, luci, & tenebris.* verbo *ianuam de pœnitentia distinct. 2.* quo loco sic loquitur Hieronymus. *Si susceperimus Christum in hospitio nostri pectoris, illico fugamus diabolum. Si peccauerimus; & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus, protinus Christus recedit.* ibique Glossella marginalis.

Diaboli inuidia hoc habet proprium, vt quos in prauorum actuum perpetratione (Deo sibi resistente) deiicere non valet; opinionis eorum, falsa ad presens simulando, dilaceret. Gregorius ad Intinum Pretorem in *can. habet hoc proprium 6. in ipso principio. 2. q. 5.*

Diabolus tanquam Leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. 1. Petri 5. 8. dixit Alexander Papa in *can. nulli dubium est 5. 3. q. 1.*

Diabolus Vnitatem Ecclesiæ rescindere; charitatem vulnerare, sanctorum operum dulcedinem inuidiæ felle inficere conatur. Ioannes Papa Isaac Syracusano Episcopo scribens in *can. visis litteris charitatis vestrę 1. §. conatur namque à principio ruinę suæ. 16. q. 2.*

Diabolus pacis est æmulus, atque Zizaniarum sator. vt eum appellat Bonifacius Octauus in *extrauaganti super cathedram. 1. §. ab olim siquidem inter prælatos. de sepulturis, inter communes.* dicens. *Pacis æmulo, Satore Zizania procurante.*

Diabolus si in Iudicio esset, vt reus, non esset ei defensio deneganda: cum sit Iuris, & æquitatis naturalis. Rationem refert Innocentius Tertius Monachis Farfen scribens in *cap. cùm inter Priorem 5. §. Inquisitioni vestrę. de exceptionibus.* dicens: *Cùm non debeat claudicare Iudicium: ac satis videtur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur.* sequiturque *Abbas in pract. cap. 3. num. 2. Speculator lib. 3. de Inquisitione pract. 1. §. vltimo num. 6. Ioannes Segura de Auilos in directorio Iudicum part. 2. cap. 13. num. 13.* notatur in *cap. testimonium 54. de testibus & attestationibus.* illis verbis in fine: *quamuis in hoc casu non excluderetur in causa Ciuili.* ibique *glos.* verbo *in hoc casu.* Quia Iustitia, nec etiam diabolo, deneganda est. *Ancharanus cons. 305. in principio. Marcus Mantua cons. 29. num. 23. lib. 2.*

Diaconus grecè, latinè minister dicitur. Quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerii dispensatio habetur. ex Isidoro lib. 7. Etymologiarum cap. 12. in *can. cleros, & clericos. 1. §. leuita ex nomine auctoris vocati. distinct. 21.* Meminisse autem Diaconi debent; quoniam Apostolos, id est Episcopos, & præpositos Dominus elegit: Diaconos autè post ascensum Domini in cœlos Apostoli sibi constituerunt. Episcopatus sui, & Ecclesiæ ministros. Ita Cyprianus in *can. Dominus noster ipse Iesus Christus. 25. in fine distinct. 93.* inferens: *Quod si nos aliquid audere contra Dominum*

Y

*minum possumus, qui Episcopos facit: possunt & contra nos audere Diaconi, à quibus fiunt.* Diaconi virtutibus ornati esse debent. vt deducit Hieronymus in *can. Diaconi sunt.23.eadem dist. 93.* inferans §. *fine hoc sacerdos.* Hic minister Dei dicitur. Quia scriptum est: Marci 10. (*Quis maior est, q ministrat, an cui ministratur?*) Et sicut in sacerdotio ministratio: ita in ministro est sacramenti dispensatio. ita Hieronymus.

Diaconi, quasi oculi videntur esse Episcopi, & septem esse debent, atque prædicanti Episcopo assistere, vt eum custodiat, ne ipse Episcopus ab insidiatoribus quoquomodo infestetur, aut lædatur à suis. ex Euaristo Papa ad Episcopos Africanos in *can. diaconi, qui quasi oculi videntur esse Episcopi* 11. *distinct.* 93. & ex epist. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini in *can. Diaconi Ecclesiæ* 6. *eadem distinct.* 93. Debet enim ipsi diligentiùs perscrutari, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato, vt referant hæc ad Episcopum, & de peregrinis similiter Episcopo suggerant referendis.

Diaconus præsente Episcopo, vel presbytero baptizare non potest, nisi in necessitatis articulo, necessitas videlicet extrema compellat. ex Gelasio Papa in epistola ad Episcopos per Lucaniam in *can. Diaconos propriam constituimus seruare mensuram* 13. *distinct.* 93.

Diaconus non propria auctoritate, sed de manu Episcopi, vel presbyteri factam recipere communionem debet. nec sedere præsente presbytero. ex Concilio Nicæno in *can. peruenit ad sanctum Concilium.* 14. *distinct.* 93.

Diaconos paucitas honorabiles; presbyteros turba contéptibiles facit. verba sunt Hieronymi ad Euagrium Episcopum. in *can. legimus in Esaia* 24. §. *sed dicis, quomodo Romæ. dist.* 93.

Dialectica arte, qui diebus, ac noctibus torquentur, in vanitate sensus, & obscuritate mentis gradiuntur. ex Hieronymo in epistolam ad Ephesios in *can. non ne vobis videtur* 3. *dist.* 37.

Dialecticorum enim tendicula, non tam vincula sunt appellanda, quàm phantasmata, id est vmbræ quædam, & imagines, quę citò pereunt, atque soluuntur. vt idem ait Hieronymus in Esaiam in *can. vino inebriantur.* 4. *eadē dist.* 37. Quin Origines ciniphes, & ranas, quibus Aegyptii fuot percussi, vanam dialecticorum vanitatem, & sophistica argumēta intelligit. vti Gratiaus in *can. legimus de Beato Hieronymo* 7. §. *hinc etiam filius ille prodigus. eadem distinct.* 37. loquitur. vnde omnem vim uenenorum suorum in dialectica disputatione constituunt hęretici. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis. vti Hadrianus Papa ad Carolum Imperatorem scripsit in *can. omnem vim venenorum suorum* 6. *eadem dist.* 37.

Dicere nemo præsumitur, quod nec nouit, nec cogitauit. ex Augustino in *can. quod si dormierit vir tius.* 13. 21. *q.* 1. qui est finalis ibique *gloss.* verbo *nec nobis definiendum est.* idemque decernit Augustinus in *can. homines falsum iurant.* 3. 22. *q.* 2. quatenus in fine sic infert. *Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit, nisi mens rea.* non igitur quis loquitur, quod nec nouit. Adstipulatur ipse idem Augustinus in *can. queritur cur Patriarcha* 22. *eadem* 22. *quæst.* 2. dum decernit Abraham Patriarcham (*Genesis* 22. 13.) mēdacium non dixisse, neque suasisse Sarai vxori suæ, vt diceret: *quod soror mea sis.* quia vere soror eius erat, filia fratris sui. sed vt celaret esse vxorem eius, ne eum Aegyptii interficerent. Mendacium enim dicere, nec mente agitauit. Cócinitque Modestinus satis ad rem aptè lib. 12. Pandectarum in *l. famosi* 7. *ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* sequētibus docens, atque rationem reddens: *Nam & persona spectanda est,* (inquiens) *an potuerit facere: & an ante quid fecerit, & an cogitauerit.* Neq; porro possibile est, quem facere, quod nec cogitauit, neque cogitare quod non cognouit. Quia nimirum voluntas in incognitum non fertur. ex *S. Thoma* 1. 2. *q.* 3. *art.* 4. & *q.* 12. *art.* 1. Nec longe abire visi fuere Arcadius, & Honorius Cæsares in *l. quisquis cum militibus* 5. *in fine principii. C. ad legem Iuliam Maiestatis.* decernentes namque pœnam in eos, qui contra Principem machinantur, vel eos, qui ad latus eius sunt Consultores: *Nā & ipsi pars corporis nostri sunt.* (inquiens) sequitur: *Vel cuiuslibet postremò. qui nobis militat, cogitauerit.* (*eadem enim seueritate voluntatem sceleris, quā effectum punire iura volunt*) *ipse quidē vt pote Maiestatis reus, gladio feriatur.* Neque profectò, effectum eius rei, quam nec cogitauit, tentare quis potest, vnde nec dicere. Dicere ergo haud præsumitur, quod quis, nec cognouit, neque de eo cogitauit.

Difficile quod est, pro non esse æstimatur. ex Augustino in *can. quantumlibet vigilet disciplina* 9. *in fine distinct.* 47. dum sequentibus loquitur: *Ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasteriis profecerunt.* quo loco *Gloss.* verbo *difficile* id est vix, exponit. *quādoque verò ponitur pro non.* non est ergo, quod difficile est, pariq; modo ex Hieronymo in *can. quicumque dignitatem diuini gradus.* 30. *dist.* 50. verba sunt Hieronymi: *Reuerti enim in primū gradum post lapsum difficile est.* vbi *Gloss.* verbo difficile infert: *alias ponitur pro non.* Nō ergo est, quod difficile est. apertiùs hoc ipsum deducitur ex *can. biduū, vel triduum.* 29. §. *si aduersus absentem fuerit pronunciatum.* 2. *q.* 6. illis verbis in ratione: *Nā si ille non prouocauit, difficile est, vt hic audiatur.* quo loco *glos.* verbo *difficile.* sic sequitur: *diffi. cile id est non. nam alibi ponitur hęc dictio* (*difficile*) *pro vix* 47. *distinct. quantumlibet.* apertius ex Leone Papa ad Mauros Episcopos in *can. principatus, quem aut seditio extorsit* 25. *in fine* 1. *q.* 1. loquente Leone; *Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.* vbi *glos.* verbo *difficile.* id est non quam. commentum agit. additque *Glossella* marginalis ibidem ex Hucone dicens: *Sed Hug dicit difficile, quasi non possibile.* vt quasi impossibile

sibile sit, quod difficile effectum sortitur.

Difficile quod est, & impossibile æquiparantur. ex Augustino in *can. in canonicis scripturis. 6. in fine dist. 19.* illis verbis: *quamuis hoc inueniri vix possit.* ibique *Gloss.* verbo *inueniri.*

Difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tantum apud vos. 5. §. Principatus autem, quem aut seditio. distinct. 61.* & repetitur in *can. Principatus autem 25. in fine 1. q. 1.* vbi *Gloss.* verbo *Principio.* infert argumentum. *Initium spectandum.*

Dies Dominicus à vespere Sabathi incipit, secundum canonicam computationem. vt inquit *gloss. in cap. ministerium Archipresbyteri 2. post principium de officio Archipresbyteri* verbo *à sacrosancto die Dominico.* & decreuit Leo Papa Dioscoro Alexandrino Episcopo scribens in *can. quod à patribus nostris 4. dist. 75.* qui sic loquitur: *Sed post diem Sabathi, eius noctis, quæ lucescit in prima sabathi, exordia consecrandi eligantur.* ibique plenè *Gloss.* verbo *sabathi.* More vero Romano dies incipit à media nocte, & sequentis noctis media parte finitur. Vt inquit Paulus lib. 13. ad Sabinum in *l. more Romano 8. ff. de ferijs & dilationibus.* deduxitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Toletano scribens in *cap. consuluit nos tua fraternitas. 14. §. ne verò Iudicium Ecclesiasticum. de officio Iudicis delegati extrà*: sequitur *Gloss. finalis* verbo *datum in fine. in extrauaganti* Benedicti 12. *Vas electionis vnica. de censibus, & exactionibus, & procurationibus. inter comunes.* dicens: *Adde, quod dies incipit à media nocte more Romano.*

Dies propriè est vigintiquatuor horarum. *Gloss.* in *cap. quæsiuit Fraternitas tua 14. §. festum verò*, verbo *qui duo, quasi pro vno reputantur. de verborum, & rerum significatione.* Nomineque diei nox etiam comprehenditur. Dies autem Mathematicus est quandiù sol est super terram. *Bald. in cap. cum in cunctis. num. 3. & 4. de electione.* plura deducit *Polydorus Ripa de nocturno tempore cap. 3. num. 5. & sequentib. Petrus Antonius Lazarius de monitorijs sectione 2. q. 1. num. 3. Viuius decis. 266. num. 8.* plura tradit *Gloss.* in *cap. quoniam in p. 2. de farüs extra* verbo *prius incipere.* quę deducit, quod dies incipit, & terminatur diuersis horis diuerso respectu. deducit *Nauar de oratione, & horis canonicis cap. 4. & r. 13. n. 34.* & in *can. periculosè de pœnitentia distinct. 1. num. 5.*

Dies autem pro recitandis horis latè sumitur ab occasu solis præcedentis diei, quo recitantur matutinæ, vsque ad sequentis diei mediam noctem. *Henriquez in summa lib. 4. cap. 4. §. 1. littera F.* Missa verò vt celebrari valeat, principium diei non à media nocte accipiendum erit; nec etiam ab ortu solis, quando scilicet substantia solis apparet super terram; sed quando incipit apparere aurora, tunc enim quodammodo dicitur sol ortus, in quo tum claritas radiorum eius apparet. Vnde & *Marci 16.* dicitur; quod mulieres venerunt ad monumentum orto iam sole; cùm tamen veneriot, cùm adhuc tenebræ essent ad monumentum. vt dicitur *Ioann. 20.* sic enim hanc contrarietatem soluit Augustinus in libro de consensu Euāgelistarum. ita *S. Tho. part. 3. quæst. 83. art. 2. ad 4.*

Dies quandoque ab ortu solis accipitur, secūdum mathematicam dimensionem. & ita apud Augustinum super Exodum in *cap. si perfodiens inuentus fuerit fur? 3. de homicidio voluntario, vel casuali.* ibique *Abbas.*

Dies Legalis, siue diera Legalis habita dinumeratione viginti milliū passuum, diurnorū p singulos dies cōputatur. ex Caio lib. 1. ad Edictum Prouinciale in *l. vicena millia passuū. ff si quis cautionibus.* dicente illo: *Vicena millia passuū in singulos dies dinumerari Prætor iubet.* nā mille passus faciunt milliarum. vt *glo.* ibidem verbo *in singulos.* commentum agit. & hanc legem deduxit inter sacros canones Gratianus in *can. habita dinumeratione 23. q. 6.* sequiturque *Gloss.* in *cap. statutum 11. §. cum autem actor, & reus. de rescriptis in 6.* verbo *vnam dietam.* vbi etiam: quod Vulgaris dieta exauditur secundum morē Regionis. *Rota part. 2. in recentioribus decis. 343. num 2.* quæ est impressis apud S. memoriæ *Gregorium 15. decis. 501. nu. 3. Barbosa de officio, & potestate episcopi allegat. 28. num. 65.*

Nemo autem vltra duas dietas ad Iudicium trahi quisquam debet, ne damnis, & laboribus fatigetur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. non nulli gratia sedis Apostolicæ. 28.* ibique plenè *Gloss.* verbo *vltra duas dietas. extrà de rescriptis.*

Dies duo anni bisextilis pro vno computantur die. vt decreuit Alexander Tertius in *cap. quæsiuit Fraternitas tua 14. §. Festum vero beati Matthię. de verborum, & rerum significatione* ibique *Gloss.* verbo, *qui duo quasi pro vno reputantur.* quæ versus refert,

*Bissextum sexta Martis tenuere Calendæ:*
*Posteriori die celebrantur festa Matthiæ.*

Dies termini non computatur in ipso termino. ex Innocentio Quarto. in Concilio Lugdonen in *capit. pia consideratione statuit. 1. §. si quis igitur excommunicationem opponit. de exceptionib. lib. 6.* illis verbis: *Die, in quo proponitur, minime computato.* notat Barbosa in *cap. super eo 12. nu. 4. de appellationibus.*

Dies Dominicus tantis diuinarum dispensationum misterijs est consecratus, vt quicquid est à Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit constitutum. In hac die mundus sumpsit exordium; in hac per resurrectionem Christi, & mors interitū, & vita accepit initium. vt Leo Papa Dioscoro Alexandrino Episcopo scribit in *can. quod die Dominico 5. in fine distinct. 75.* sequitur *gloss.* in *can. sexto die 8.* in *Gloss 1.* verbo *sexto die dist. 35.* Augustinus in *can. quæris à me 129. §. ecce facio quantum possum. de consecrat. distinct. 4.* de resurrectione Domini loquens, ac dicens: *Nempe ipso die Dominico dicimus, hodie Dominus resurrexit.* In hac etiam Die Spiritum sanctum, in discipulos effudit. vt Sacrosancta Tridentina, Synodus *sessione 2.* in decreto de modo

*modo viuendi, & aliis in concilio seruandis,* dixit: *Sacrificium Missæ quolibet saltē Dominico, in quo Deus lucem condidit, & à mortuis resurrexit, ac Spiritum sanctum in Discipulos infudit, peragere satagant.*

Die Dominico, & diebus Pentecostes stantes ad orationem vota Domino reddamus. ex Concilio Niceno. in *can. quoniam sunt in Die Dominica quidam. 10. de consecratione distinct. 3.* Rationem accipe ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter. 17. distinct. 30.* dicente illo: *Quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.*

Die Dominico ieiunandum non est. *Nam qui Dominico die studiose ieiunat, non creditur esse catholicus.* Concilium Carthaginense Quartum in *can. sacerdos pænitentiam imploranti 6. circa finem. 26. q. 7.* & in Concilio Gangrēsi cap. 18. relato *can. si quis tamquam 7. dist. 30.* constitutū fuit, dicēte Cōcilio: *Siquis tāquā hoc cōtinētiæ cōuenire iudicās, die Dominico ieiunauerit in eiusdē diei contēptū, anathema sit.* & ex Cōcilio Martini Papæ in *can. si quis presbiter 17. eadē dis. 30.* idcirco vero dicit: *in eiusdem diei contemptum.* quia si non ex contemptu faceret, non peccaret. ex *Gloss. d. can. si quis tanquam.* verbo *contemptum.* ex Hieronymo in *can. vtinam omni tempore ieiunare possimus 15. §. nec hoc dico. distinct. 76.*

Diœcesis, & Ius diœcesanum probatur ex deputatione Curatorum, & ex eo, quod sacrū oleum ministratur. ex Concilio apud Valentias in *can. presbyteri, qui diœcesanas regunt Ecclesias 123. de consecratione distinct. 4.* & ex Gregorio Victori Archiepiscopo, Neapolitano in *cap. nunc autem 1.* cum ibi notatis *de religiosis domibus, vt Episcopo sint subiecta.* & ex Honorio Tertio Episcopo Baiocen. & Archidiacono Rothomagen in *cap. dilectus filius Abbas monasterii 18. de officio Iudicis ordinarii,* illis verbis: *quo ad legem diœcesanam.* ibiq; pet optimè *Gloss.* verbo *de lege iurisdictionis;* quæ distinguit, & declarat, quæ sit lex Iurisdictionis, & quæ lex diœcesana. ibique *Card. num. 3.* & *Abbas num. 4.* Rota apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis. 434. num. 13.*

Diœcesis appellatione venit etiam, & Ciuitas, quia diœcesis Generale nomen est. deducitur ex Concilio Antiocheno in *can. per singulas prouincias 2. 9. q. 3.* verba sunt Concilii: *Vnumquemque enim Episcopum oportet habere sua Diœcesis potestatem, vt regat, & gubernet secundum competentem singulis reuerentiam, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ sub ipsius est Ciuitate: ita vt etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili Iudicio liceat; & de singulis ipsius regionis causis cū moderatione, & pōuere disceptare.* accedit textus ex Capitulis Caroli, & Ludouici Imperatorum in *can sacrorum Canonum non ignari 34. distinct. 63.* de electione Episcoporum loquentes, atque dicentes: *Vt scilicet Episcopi per electionem Cleri, & populi secundum statuta Canonum de propria Diœcesi, remota personarum, & munerum acceptione ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur; vt exemplo, & verbis sibi subiectis vsque quaque prodesse valeant.* vbi *Gloss.* verbo *Diœcesi* adnotat ex Hug. quod *examinandi sunt omnes de diœcesi prius, quam eligatur extraneus.* multo magis ig tur ex Ciuitate. ex Cœlistino Papa ad Episcopos Galliæ in *can. nullus inuitis detur Episcopus 13. distinct. 61.* in Ratione, quam reddit: *Tunc autem (inquiens) alter de altera eligatur Ecclesia: si de Ciuitatis ipsius Clero, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus (quod euenire non credimus) poterit reperiri.* per quam optimè *Gloss.* ibidem verbo *Ciuitatis.* quæ, ac ad rem nostram loquitur: *Numquid per hoc intelliges, prius Clericos totius Ciuitatis, vel diœcesis esse reprobandos? videtur quod sic. vt infra 63. distinct. sacrorum.* eiusdemque videtur fuisse sensus Bonifacius Octauus Biterren. scribens Episcopo in *capit. licet in tua diœcesi vnico. de rerum permutatione in 6.* notat Abbas in *cap. dilectus filius 26 num. 2. in 2. notabili.* & in *capit. Rodulphus 28. in 1. notabili num. 1. & num. 3. & 11. de rescriptis.* notabilius *Gloss.* in *d. cap. vnico de rerum permutatione in 6.* verbo *diœcesi* respondens obiectioni ex *d. cap. Rodulphus 28.* quod loquatur in rescriptis ad lites, & in materia odiosa, & ita etiam *Abbas* ibidem *n. 3.*

Diœceses pro regione quandoque ponitur. vel pro prouincia. ad Canonem Synodi Constantinopolitanæ primæ in *can. Episcopi, qui extra diœcesim sunt. 8. 9. q. 2.* ibique per optimè *Gloss.* verbo *diœcesim.* Comprehenditur quandoque nomine territorii. ex Clemente V. in Concilio Viennen. in *Clement. ne Romani electioni Pontificis. 2. §. sanè cum iuxta constitutionem prædictam. de electione, & electi potestate.* dicente Clemente: *Districtus, seu territorii nomine, diœcesim, hoc casu intelligendam fore censemus.* ibique *Gloss.* verbo *diœcesim*

Esse autem de Diœcesi, vel esse in diœcesi distinguuntur. secundum *Rotam part. 2. diuersorū decis. 207. nu. 2. & 4. & part. 1. recentiorum per Farinacium decis. 324. num. 1. & sequent.*

Diœceses probatur per enunciationem, locum esse in diœcesi. *Rota part. 1. in recentioribus decis. 156. num. 1.*

Diœcesis assignare, atque diuidere ad solum spectat Romanū Pōtificē. ex Lucio Papa in *can. vrbes, & loca 1.* & Clemente Papa ad Iacobum in *can. in illis verò Ciuitatibus 2.* atque Anacleto Papa in *can. Episcopi non in castellis. 3. distinct. 80. Lucterius de re beneficiaria lib. 1. cap. 24. num. 155. & 156.* dixit Rota apud *Buractum decis. 578. num. 1. & 2.*

Diœcesanum ius, ac diœceses triginta annorū spatio præscribuntur. ex Gelasio Papa ad Siculos in *can. præsulum nostrorum auctoritas. 2.* & ex Concilio Toletano in *can. sicut diœcesim alienam 3.* & *can. quicumque Episcopus 4. 16. quæst. 3.*

Diffinitum quod est, & ratio exegit vtilitatis, vt diffiniretur (nisi forte vbi maior est auctoritas) non debet violari. ex Gregorio Virgilio Arelatensi Episcopo in *can. cum pia desiderii voluntatis 9. in fine 25. q. 2.*

Diffinitiua sententia, quæ condemnationem, vel absolutionem non continet, pro nulla habetur. Gratianus in *can. ei, qui appellat 41. §. dif-*

*diffinitiua quoque sententia* 2.*quæst*.6.

Dignitatis porrò vilibus, & indignis patere non debent iuxta legitimas sanctiones. Innocentius Tertius Archiepiscopo,& Maioris Monasterii, & sancti Iuliani Abbatibus Turonen in *cap. inter dilectos filios* 11 §. *nos igitur attestationibus vtriusque partis inspectis. in fine de excessibus Prælatorum,& subditorum.* idē ex Alexandro Tertio Ludonien,& Vigorien' Episcopis in *cap. querelam R. Canonici* 10. §. *quoniam igitur.de Iure iurando.* verba sunt Alexandri: *Quoniam igitur non merentur Ecclesias reggere, qui sunt crimine periurii irretiti.* ibique *Gloss.* verbo *periurii.* Dixitque decernens Alexander Cæsar in *l. neque famosis,& notatis.* 2. *C. de dignitatibus lib.*12. nec diuersimodè Antonius Augustus in *l. infames personæ vnica C. de infamibus lib.*10.

Dignitates,& loca regiminis,sicut desiderantibus sunt neganda; ita fugientibus offerendę.ex Gregorio in *can. in scripturis vestris* 9.*in principio* 8.*q*.1. ibique *Gloss.* verbo *fugientibus.* dixitque Augustinus ad Valerium in *can. ante omnia peto* 7.*distinct*.40.inferens in fine: *Et eo sempore, quo discere cæperam, vis mihi facta est, merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.*

Dignitati personę deferendum est in coactionibus inferendis. ex Innocentio Tertio Episcopo Hælien in *cap. pastoralis officii* 28.*in fine principii de officio Iudicis delegati.* illis verbis: *In coactionibus inferendis dignitati deferat personę.* Adstipulantur quę habet Vlpianus lib.8. Digestorum in *l.*1. & quę Callistratus lib.6.de cognitionibus in *l. capitalium quoque pœnarum* 28.*ff. de pœnis. Bellencinus de charitatiuo subsidio q.*95.*nu.*1.*vol.*15.*tractatuum.*

Dignitas personarum cum numero compensatur. ex Augustino de doctrina Christiana in *can. in canonicis scripturis* 6.*dist*.19. illis verbis: *præponat eas,quas plures grauioresque accipiunt, eis, quas pauciores, minorisque auctoritatis Ecclesiæ teuent.* ibidemque *Gloss.* verbo *plures.* quę sic dicit: *Nota,his dignitas personarum cōpensatur cum numero.*

Dignus quis debet æstimari, nisi indignus noscatur.ex Innocentio Tertio in *cap. ex parte tua fuit propositum vnico.circa finem de scrutinio in ordine faciendo.* dum rationem reddens sic infert:*Cum illum quem indignum esse non nouit, dignum debeat æstimare.* ibique optimè *Gloss.* verbo *æstimare.* quę in fine reprimit: vbi periculum animæ vertitur,præsumitur in deteriorem partem.& sequuta fuit *Gloss.* in *can. ordinationes Episcoporum* 2. verbo *assensum. in fine distinct.*64.

Dignitatem qui prius acceperunt,illi prępferēdi, secundum ordinationis sue tempus. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustudonēsi in *can. Episcopos secundum ordinationis sue tēpus.* 7. alias *finali dist.* 17. ibique peroptimè *gloss.* verbo *tempus,* quę generalem regulam statuit; quod,qui prius dignitatem receperunt,prępferendi sunt alijs.& decreuit Cabilonense Concilium in *can. placuit* 1.*dist*.18.

Dignus est operarius mercede sua. *Lucę* 10.7. vel cibo suo *Matthæi* 10. 10. & Apostolus Paulus 1. *ad Timotheum* 5.18. Dignus est operarius mercede sua. deduxitque Toletanum Concilium Quartum in *can. quicumque Episcopi* 66.12.*q*.2.ptobans, quod laboranti in Ecclesię vtilitatem debeatur merces, & siquid ei promissum sit seruandum. rationem reddens: *Quia (sicut Paulus ait) Dignus est operarius mercede sua.* Dixitque Bonifacius Octaus in *extrauaganti super cathedram præeminentię pastoralis* 2. §. *verum ne parochiales Ecclesię,& ipsarum Curati. de sepulturis inter comunes.* paulo post principium. illis verbis: *debitis,& necessarijs beneficijs defraudentur;cum operarijs mercedis exhibitio debeatur.* diximus *respons.* nostra 39.*num*.20.*ad* 13.*part*.3.

Digniora,quæ sunt,præferri debent. quia melior præferendus est. ex *can. prima annotatio Ancyranę Synodi* 11. *in ipso principio distinct*.14. ibi que *gloss.* verbo *maiorem.* Rationem habemus ex Gregorio Gennadio Patritio,& Exarcho Africę scribente in *can. sicut excellentiam vestram* 48.*post medium* 23.*q*.4. qui sic illam infert: *Quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur.* & ex eodem ad Anastasium presbyterum in *can. non loca*.4.*distinct*.40.dicente ad illum: *Non loca,vel ordinationes redemptori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.* facit quod notatur in *can. bene quidem Fraternitas vestra* 1.*colum*.2. *in fine* §. *Cumque lecta fuisset. Laurentius Episcopus Mediolanensis Ecclesiæ dixit.distinct*.95. vbi *gloss.* verbo *mediolanensis* notat argumentum: Mediolanensem Ecclesiā prerogatiuam habere antè Rauennatem, cùm ante eum respondeat. Nec diuersimode Bonifacius Octaus in *cap. quorundam oculos* 24. §. *volentes igitur huic pesti salubri remedio obuiare.de electione in* 6. illis verbis: *Vt nulli religioso Prędicatorum, Minorum, Eremitarum sancti Augustini &c.*ibique *Gloss.* verbo *Prædicatorum,*dicens: *Nota semper Prædicatores præmitti. Quia antiquior fuit ipsorum institutio.* Quia nimirum priora, atque digniora prçferri debent.

Dignitates nouas erigere non potest Episcopus,quæ non sunt ex antiquis, vel nouum officium, sed ad sanctam Apostolicam Romanam Ecclesiam spectat. ex Nicolao Papa II. ad Mediolanenses in *can. omnes siue patriarchij* 1.*distinct*.21. *Ioannes Azorius Institut. moralium part*.2.*lib*.5.*cap*.19.*q*.25.

Diis non detrahes,& Principi Populi tui non maledices. *Exodi* 28.28.& *Actuum* 23.5.dicente Paulo. *Nesciebam fratres,quia Princeps est sacerdotū. Scriptum est enim: Principem populi tui non maledices.* Dii namque sacerdotes appellantur. Rationem reddit Gregorius ad Mauritium Imperatorem scribens in *can. sacerdotibus autem*.41.11.*q*.1.post principium dicēs: *Nā in diuinis eloquiis sacerdotes aliquādo Dij, aliquādo Angeli vocantur. Nā & per Moysen de eo, qui ad iuramentū deducēdus est,dicitur:* (Applica illum ad Deos) *(Exodi* 22.*)idest ad sacerdotes.*

tes. *Et rursus scriptum est:*(Diis non derrahes) *Malachiæ 2. scilicet sacerdotibus. Et Propheta ait:* (Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est. *Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus?* nec diuersimodè Innocentius Tertius vniuersis Christi fidelibus tàm in Vrbe Meten, quàm in eius diœcesi constiruris. in *cap. cùm ex iniucto 12. §. licet autem scientia sit valde necessaria. de hæreticis extrà.* qui sequentibus loquitur: *Propter quod Dominus in lege præcepit.* Diis non detrahes: *Sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis, & officii dignitatem, Deorum nomine nuncupantur.*

Dilectionis ordinem illi peruertunt, qui nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum, qui cōtemnendus est, diligunt; aut corpora sua minus diligenda, plus diligunt; aut proximos non sicut se ipsos; aut Deum plusquàm se ipsos fortè non diligunt. Prosper de vita contemplatiua in *can. charitas est. 5. §. ergo si charitatem. de pœnitent. dist. 2.*

Dilectores huius seculi in terrenis fortes sunt, in cœlestibus debiles. Hi quasi aliarum arborum more deorsum valsi sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles: sed longius atque distanctiùs studiosos se Deo exhibent, quàm seculo fuisse meminerunt. Gregorius, in moralibus. in *can. omnes huius seculi dilectores. 3. dist. 47.*

Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. *ad Romanos 8. 28.* etiam mala. Augustinum audi in *can. talibus Deus diligentibus 27. de pœnitentia distinct. 2.* qui subnectit: *vsque adeo prorsus omnia, vt etiam si qui eorum deuiāt, & exorbitant; etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *proficere in bonum.* occasionaliter, (inquiens) quia fortiores resurgunt. vel quia eum pœna affliguntur, se recognoscentes humiliantur. ex ratione, quam *Glossella* marginalis ibidem addit: *Nam sicut dicit Gregorius: Oculos, quos culpa claudit, pœna aperit.* propterea Apostolus ibidem addidit: *his, qui secundum propositum vocati sunt sancti.* sciebat enim nonnullos esse, qui diligunt Deum, & in eo bono vsque in finem non permanent. vt explicat Augustinus in *can. Apostolus sciens non nullos diligere Deum 41. eadem de pœnitentia distinct. 2.* verba damus Augustini: *Apostolus sciens non nullos diligere Deum, & in eo bono vsque in finem non permanere; mox addidit: His qui secundum propositum vocati sunt sancti.* Diligentibus ergo Deum omnia cooperantur in bonum, ipsa quoque mala.

Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Matthæi 22. 38. rationem redit Augustinus in *can. si non licet. 9. §. nec ideo tamen 23. q. 5.* sic dicens: *Quoniam regulam diligendi proximum à se met ipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est:* Deliges proximum tuum sicut te ipsum. Proximos autem tunc diligimus sicut nos; si non propter aliquas vtilitates nostras; non propter sperata beneficia, vel accepta; non propter affinitates, vel consanguinitates; sed propter hoc tantùm, quod sunt naturę nostrę participes diligamus. vti Prosper in *can. charitas est 5. §. proximos autem tunc diligimus. de pœnitentia distinct. 2.* inferens circa finem, ac dicens: *Qua propter hæc est proximi tota dilectio, vt bonum, quod sibi conferri vis, velis & proximo: & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo.*

Diliges Dominum Deum tuum ex toto corda tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. *Deuteronomii 6. 5. Luce 10. 27.* Hoc est maximum, & primum mandatum in lege. *Si tamen Deum charitate perfecta, quę nobis ex illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus: nihil erit in nobis, vnde peccati desideriis seruiamus.* vti Prosper de vita contemplatiua c. 13. loquitur in *can. charitas est. 5. §. ergo si charitatem Deo exhibeamus. de pœnitentia distinct. 2.*

Diligere proinde Deum principaliter propter aliud, non licet: Quia est vltimus finis, & ideo propter se ipsum tantùm amabilis. ex *S. Thoma 2. 2. q. 27. art. 3. & sequentibus.* Non licet proinde Deo summo nostro bono principaliter seruire propter aliud. Esset enim facere de vltimo fine medium. Licet tamen minus principaliter Deum amare propter aliud. vt seruire illi minus principaliter pro. prer remuneratione. iuxta illud *Psalmi 118. 112.* Inclinaui cor meum ad custodiendas iustificationes tuas propter retributionem. Hanc ob Causam sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 6. de iustificatione can. 31.* decreuit: *Si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis bene operatur. anathema sit.* minus principaliter videlicet; vt finis vltimus, & principalis Deo seruire, sit propter se ipsum. adnotat *Nauar. in commentarium de vsuris in can si feneraueris. 14. q. 3. in 10. notabili nu. 30. vers. quarto quod quàm plurima sunt.* eodemque modo.

Diligere Deum præcisè, quia ab eo accipit, vel sperat fore, vt accipiat bona, seu spiritualia, seu tēporalia. mortale est. *Nauar. manuali. c. 11. n. 20. vers. sexto peccat.* sequiturque *Antonius Fernandez in examine Theologiæ moralis part. 5. c. 2. n. 7.*

Diligit proximum, qui eum peccantem corripit, & emendat, vt à peccato exeat, et iam puniendo. Sicut Moyses dilexit vtique Populum cum post Idololatriæ peccatum in aliquos eorum insurrexit, atque occidi eos fecit, Zelum Domini Zelatus. Exodi 32. S. Augustinus contra Faustum in *can. quid crudele Moyses aut mandauit, aut fecit. 44. 23. q. 4.*

Diligens quisquæ præsumitur velle esse in iure suo conseruando, alioquin errare magis pręsumitur. Propter hanc causam corripiuntur ne-

negligentes pastores, & dicitur eis. *(Ezechielis. 34. & Hieremiæ 23.)* Errantem ouem non reuocastis: & perditam non inquisistis? deducitque Augustinus in can. *displicet tibi* 38. §. *si mala voluntas semper suæ permittenda est libertati*, 23. q. 4. & Leo Papa Aquilegiensi Episcopo scribens in can. *inferiorum culpę* 1. *dist.* 86. interiorum culpas, ad desides, & negligẽtes rectores referẽdas esse dixit. *qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.* Diligens ergo in iure suo quærendo esse debet, & ita præsumitur. ex Paulo lib. 3. quæstionum in *l. cum de indebito* 25. §. *qui enim soluit. ff. de probationibus*. qui argumentum ita ex coniectura detrahit, dicens: *Et maxime si is, qui indebitas dedisse se dicit, homo diligens est, & studiosus pater familias, cuius personā incredibile est in aliquo facile errasse.* adiuuatque argumentum *Gloss.* ibidem verbo *diligens*. dum infert: *Nota diligentem non esse verisimile errare.* quod accipisse videtur, sibique mutuatam fuisse ex Alexandro Cæsare in *l. 1. C. qui, & aduersus quos in integrum restitui non possunt.* dum de minore decernit, an restui eum oporteat, & semper? sequentibus philosophatur. *Num is, qui se minorem annis læsum esse dicit, diligens pater familias fuerit, actibusque publicis industrium se docuerit. vt lapsum eum per ętatem verisimile non sit.* Non enim verisimile est errare eum, qui diligens, atque in rebus suis acris ingenii experitur, vt contrà, eum qui deses, atque negligens fuerit. quo argumento vtitur etiam *Rota apud Card. Canaler. decis. 109. num. 10. & apud Duranum decis. 27. num. 17.* & apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 521. nu. 1.* diximus *respons.* nostra *6. nu. 53. ad 56. part. 5.*

Dilemma argumentum cornutũ dicitur, quod ex vtraque parte feriat. Argumentatur Alexander Secũdus omnibus Episcopis & Clericis, nec non Iudicibus per Italiam constitutis. in *can. ad sedem Apostolicam perlata est.* 2. *col. 3. §. quid igitur dicent.* 35. *q.* 5. argumentatem illum excipiamus: *Quid igitur dicent? Computatis namque gradibus sicut isti numerant, aut finitur consanguinitas in sexto gradu; aut non. Si finitur, fallaces erunt leges, quibus isti nituntur, quæ in decimo gradu sibi succedere consanguineos iubent. Quod si non finitur consanguinitas in isto sexto gradu. falsi dicentur isti, qui vltra illum sextum gradum volunt computare consanguinitatem. Igitur, aut leges erunt falsę, aut isti, qui sic fingunt generationem.* Nec dissimili argumento Dilemmate argumentatus fuit Hieronymus contra Iouinianum in *can. si enim inquit.* 40. §. *eligat aduersarius. col. 3. post principium. de pœnitentia distinct. 2.* Hieronymum arguentem audiamus: *Eligat Aduersarius è duobus, quod vult; optionem enim ei damus. Manet in Christo, an non manet? Si manet; ita ergo ambulet, vt Christus. Si autem temerarium est similitudinem virtutum Domini polliceri; non manet in Christo, quia non ingreditur vt Christus. &c.* Dilemma quoque fuit argumentum, quo Callistus Papa vtitur in *can ponderet vnusquisque* 14. *dist.* 50. Sic nempe & ipse: *Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claues disputare, & agere videntur, de quibus dictum est:* (Matthæi 18.) *Quęcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cœlo. Alioquin hæc sententia, aut Domini non est, aut vera est. &c.* diximus quoque in superioribus verbo Argumentum dilemma.

Diluere aliena delicta non valet is, quem adhuc propria deuastant. Gregorius in pastorali in *can hinc etenim superna voce* 1. §. *ponderosus verò est. in fine distinct.* 49.

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. *Matthæi 6. 12.* ad quæ verba sic Augustinus in *can. panem cœlestem spiritaliter manducare* 64. *de consecratione distinct.* 2. commentum agit: *Attende quid dicas: Si dimittis dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris; & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes: Deum fallere non potes.*

Hęc ipsa verba. Dimitte nobis debita nostra: alio sensu perpendit Paschasius Papa in libro de corpore, & sanguine Christi. in *can. iteratur quotidie hæc oblatio* 71 *ad mediũ eadẽ dist. 2. de cõsecratione.* rationẽ reddẽs quare quotidie in sacrificio altaris sacra hostia Deo immoletur, dicẽs: *Et ideo, quia quotide labimur, & quotidie Christus pro nobis mistice immolatur: & passio Christi in mysterio traditur, vt qui semel moriẽdo mortẽ vicerat, quotidie recidiua delictorũ per hæc sacramenta corporis, & sanguinis peccata relaxet. vnde oramus:* Dimitte nobis debita nostra. *Quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 1. Ioannis 1.*

Dionysius Areopagita, ad Pauli Apostoli prędicationem conuersus est. qui videns quendam cœcum transeuntem dixit illi: Si illuminaueris istũ cœcũ, credã tibi, qui statim inuocato nomine Christi illuminatus est, & ille credidit. ita Glos. in *can. Turbat acumen legentium 8. distinct. 37.* verbo *magister in fine*.

Disciplina Ecclesiastica si remittitur, & desidia auget vigorem suum, & animabus fidelium nocetur. ex Calisto Papa ad Episcopos Gallię in *can. Iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata* 9. 23. *q.* 3.

Discipuli sumus humilis, & mitis magistri, dicentis: Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. *Matthæi 11. 29.* verba sunt Leonis Papæ ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum in *can. qui scit se quibusdam esse prępositum.* c4. 2. *q.* 6.

Discretio virtutum omnium mater est. vti Vrbanus II. Alberto Metensi Episcopo scribit in *can. præsentium portitorem.* 3. 1. *q.* 5. & ex libro Romani Ordinis in *cap.* 1. *de officio custodis*: in quo scriptum est: *sed omnia cum discretione agantur: quę noscitur omnium virtutum esse mater.* hinc est, quod in sacris litteris per nasum discretio exprimitur. *Naso quippe odores, fœtoresque discernimus. Rectè ergo per nasum discretio exprimitur: per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus.* vti Gregorius in pastorali relatus in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur.* 1. §. *paruo autem naso est. distinct.* 49. di-

49.dicens.*Paruo autem naso est,qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus nō est.* Naso quippe, &c.

Dissimulatio,& taciturnitas in prælato,|perniciosa. ex Iulio Papa ad Eipscopos Orientales in *can.officii nostri consideratione* 13. 24. q.1. vbi *Gloss.*verbo *dissimulatio.*quæ dissimulationem diuersimodè accipi perpendit. nam quędam pia dicitur,quędam perniciosa,quędam detestabilis. & *Gloss.* in *cap. clericis laicos* 3.§.*à supra dictis autem. de Immunitate Ecclesiastica in 6.* illis verbis Bonifacii VIII. *Cum nostra intentionis existat, tam horrēdum secularium Potestatum abusum nullatenus sub dissimulatione transire.*ad verbum *dissimulatione.*dicēs: *Dissimulatio est peccatum mortale in Prælato.*ex Gregorio in *can. sit rector* 1.*distinct.*43.rationem idem Gregorius reddit in *can.Ephesiis Paulus dicit* 4.*eadem dist.*43.in fine.Inferens: *Quia cū increpare delinquentes uoluerit, eos proculdubio tacendo pastor occidit.* deducitque Cyprianus in *can.quod ad nos actinet.*10.*siue vltimo dist* 47. loquiturque Gregorius Vitaliano Sypontino Episcopo in *can. si custos reliogiosi habitus* 18. 27. q.1. de desidia verba faciens. ibique *Gloss.* verbo *desidia.* inferens: *Quæ in prælato casum inducit depositionis.*videant igitur Prælati,ne aliorum peccata dissimulent.

Discere prius quisquam debet, quàm docere, ne prius magister sit,quam discipulus, & ne miles antequàm tyro. ex Hieronymo ad Rusticum Monachum in *can. si clericatus te titillat desiderium.*27.*in principio* 16.q.1.verba sunt Hieronymi: *si Clericatus te titillat desiderium, discas,quod possis docere: & rationabilem Christo hostiam offeras:ne miles autequam tyro; ne priùs magister sis, quàm discipulus.* Namque vt ipsemet Hieronymus ad eundem scripsit in *can. sic viue in Monasterio* 26.*eadem* 16.*quæst.*1. cōsilium eidem prębens: *Multo tempore disce,quę postmodum doceas: & inter bonos semper sectare meliores.*tradiditque Clemens Papa I.ad suos discipulos.in *can. relatum est nobis.*14.*circa finem distinct.*37.rationem reddens, ac dicens: *Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum,qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit; vt ipse possit ea, quę recte suscepit, conuenienter asserere.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *discere.* nec alienam à veritate: *Prius enim debet discere, quàm docere.* ex alia ratione,quam Gratianus refert in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis.* 2.§. *hinc etiam vectes.distinct.*36. de Episcopis loquens,quod scientiam Dei eos habere oporteat: *Ne tunc quærant discere, cùm ex officio alios debeant docere.* vbi *Gloss.* verbo *quærant.*& aliis, & ipsa refert,dicens: *Nec enim Episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere.* Vt Constantinus Episcopus Cypri in Septima Synodo,In *can. conuenientibus apud Nicęam Bitynia.*4. §. *item Constantinus Episcopus* 1.q.7.& ipse in Synodo fassus est: *Non oportet nos, qui Episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum esse doctores.*

Discere quisque paratus esse debet, etiam à Iuuene, etiam à puero.ex Augustino ad Auxilium Episcopum. in *can. si habes de hac re sententiam* 1.§ *sed si tibi,quod iuste fiat, Dominus reuelauit.*24.q.3. de se dicente: *En adsum senex à iuuene coepiscopo, & Episcopus tot annorum, à collega nec dum anniculo paratus sum discere.&c.* quo loco *Glo.* verbo *senex.*sic argumentum infert:*nulla ætas sera est ad discendum, vsque ad octuagesimum octauum annum.*quod à Pomponio,Magno illo inter Iure consultos accepit lib.7.Epistolarum in *l.apud Iulianum* 20. *ff. de fideicommissariis libertatibus.* qui de se loquens sequentibus verba facit: *Nam ego discendi cupiditate,quam solam viuendi rationem optimam,in octauum, & septuagesimum ann um ętatis duxi;memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur: Et si alterum pedem in tumulo haberem,non pigeret aliquid addiscere.*deduximus respons.nostra 22. *num.*1.2. *& sequentibus part.*5.

Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes.*Isaię* 58. 6. quam sententiam Nicolaus Papa Episcopis Galliæ scribens in *can. auctoritatem venerabilium prædecessorum.*2.15.q.6.in id refert. vt pacta, & obligationes per vim extorta dissoluantur. neque seruare ea teneantur, qui ex vi promiserunt. pluribusque explicat *Gloss.* ibidem verbo *absoluimus.*

Dispendium quis pati non debet,vnde videtur pręmium meruisse. ex Lucio Tertio Eliensi Episcopo, & Archidiacono Horuicen in *cap.peruenit ad nos.*2.§.*ne igitur dispendium. de fideiussoribus.*

Dispensatio peti potest tanquam debita, quia ex misericordia saltim debetur pœnitenti. ex Augustino in *can. noli existimare neminem Deo placere* 3.*in fine.*13.q.1.dicente illo: *Sicut rebellanti,& resistenti violentia redditur; ita victo,& capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur.*vbi *Gloss.* verbo *iam debetur.*quę sic infert: *Argumentatur: misericordiā esse debitam.& ita hic argumentor, quod dispensatio peti potest tamquam debita.* ex Isidoro ad Massanum Episcopum in *can.Domino sancto, meritisque Beato* 28.§.*ecce in quantum valui. dist.* 50. verba damus Isidori: ex Concilio Ancyrano dicentis: *ostendens eum posse restaurari in proprio gradu, qui per pœnitentię satisfactionem nouerit propria delicta deflere.* concinitque Ambrosius in *can.non satis est bene velle* 14 *in fine distinct.*86.illis verbis:*Nam, & si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius.*

Dispensatio omnis,cùm odiosa æstimatur,strictique Iuris,reprimenda magis,quàm dissoluenda, dilatandaque. ex Bonifacio Octauo in *cap* 1.& *cap.*2.*de filijs presbyterorum,& alijs illegitime natis in* 6.& quidem in *cap.*1.§.*finali in fine.*sequentibus: *Quam exorbitatem à iure oportet veluti odiosam restringi.* pręsertim vero si veritas supprimatur.ex eodem *cap.*2.*in fine* illis verbis:*veluti per subreptionem obtenta nullius penitus est momenti.* Maxima igitur cum cautela dispensatio facienda. ex Innocentio Tertio Illustri Regi Aragonię in *cap.quanto. personam tuam* 18.*de Iure iurando.*ibique *gloss.* verbo *absolui* & ex codē Strigonien Archiepi-

pi.

piscopo in *cap. non est voti dicendus transgressor* 3. ibique *Gloss.* verbo *auctoritate sedis Apostolicæ de voto, & voti redemptione.* dixit *Nauarrus de Iubilæo, & Indulgentijs notabili 9. num. 9. in fine ante versiculum sexto infertur. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 45. num. 1. & sequent.* Dispensandi tamen facultas alicui indulta, non inter odiosa, sed inter fauorabilia computanda. *Barbosa de offic. Episcopi allegat. 37. num. 23. & 24.*

Hanc proinde ob causam Cum

Dispensatio stricti Iuris æstimetur, non admittitur in ea argumentum à pari, neque à maioritate rationis. ex Innocentio Tertio Branburgensi Episcopo, & Scholastico Maguntinen. in *cap. licet in tantum 4. §. fine finali de translatione Episcopi.* decreuit *Rota* apud *Verallum* Episcopum Caputaquen. *decis. 8. nu. 6. par. 1.* & *decis. 274. nu. 5. eadem part. 1.* vbi *nu. 8.* infert: quod in materia dispensationis non solum falsitas causæ finalis, sed etiam impulsiuę reddit gratiam ipso iure nullam. ex *Oldrado cons. 256. vers. ad primum videtur.* etiam si sine dolo expressio facta esset. *num. 9.*

Et ideo dispensatus in vno defectu, in alio dispensatus non vtique censetur, quia dispẽsationes in consequentiam non trahuntur. *Verallus d. decis. 8. num. 5. & 6. part. 1.* ex Gregorio Vniuersis Episcopis Numidiæ in *can. nos consuetudinem 8. distinct. 12.* ibique *Gloss.* verbo *de primatibus in fine.* sequiturque *Afflictus decis. 320. nu. 12. & 13. Peregrinus dec. 58. nu. 2. in fine.*

Dispensationes extra Romanam Curiam locorum Ordinarijs delegandę sunt. ex sacro sancta Tridentina Synodo *sessione 22. cap. 5. de reformatione.* Rota apud *Coccinum decis. 346. num. 5. & sequentibus.*

Dispensatio est iuris comunis relaxatio facta cum causę cognitione ab eo, qui *Ius* habet relaxandi, siue dispensandi. *Gloss.* in *canone requiritis de ijs, qui turpissimo lucro 5. §. nisi rigor disciplinę.* qui est Gratiani. verbo. *vt plerisque 1. q. 7.* accedit, quod Augustinus ad Bonifacium scribit in *can. vt constitueretur in Ecclesia 25. in fine distinct. 50.* qui sequentibus verba facit. *Verùm in huiusmodi causis, vbi per graues dissentionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, & maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* vbi *glos.* verbo *detrahendum est.* dicens *cum dispensatio sit quædam misericordia,* qua rigor relaxatur. subnectens in fine: Dispensatio est idem, quod Iuris relaxatio. diximus *respon.* nostra *8. num. 32. & sequentibus part. 5.* & propter necessitatem fieri debet, ex verbis eiusdem Augustini *d. can. vt constitueretur.* vt relaxetur rigor. ex certis quippe causis Dispensandum est, habita ratione rerum, temporum, & personarum, non passim ex arbitrio. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. & si illa non numquam sinenda sunt. 23. 1. q. 6.* ibique per optimè *gl.* verbo. *vel rerũ, tẽporumque.*

Dispensatio vim habet restitutionis in integrum. vt *Glos.* docet in *can. quę de causa Massimi sunt agenda 9. §. & ideo quidquid vobis. 2. q. 5* verbo *quidquid. circa medium:*

Dispensatio ad pluralitatem beneficiorum obtenta non videtur, ex quo in vltima impetratione memoriam quis fecerit aliorum, quæ obtinebat, beneficiorum, nisi apertè Pontifex dispensarit. ex Bonifacio Octauo in *cap. non potest dispensatio 21. §. finali de prębendis, & dignitatibus in 6.* operatur tamen excusationem subreptionis, quia non poterit gratia subreptitia iudicari. vt ibidem in fine & *Gloss.* verbo *subreptitia. Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 22. miscellaneo 16. num. 64. & 65.* sequitur *Gloss.* in *cap. gratia, quam super beneficio 7.* verbo *vitiosa in fine de rescriptis in 6. Gonzalez ad regulam 8. cancellariæ Gloss. 15. nu. 27. & sequentibus.* Verùm contrarium de stylo Curię seruatur; cum Pontifex simpliciter annuat, cùm multitudo eidem narratur beneficiorum, vt dispensasse videatur, & quando nolit, apponere consueuerit clausulam de dimittendo obtenta intra duos menses. refert. *Garsias de beneficijs part. 11. cap. 5. num. 324. & sequentibus.*

Dispensatio indulta super pluralitate beneficiorum illegitimè, non tenet, ni memoria in secunda supplicatione facta fuerit de priori dispensatione super defectu natalium, qua factus est habilis ad vnum. ex Bonifacio Octauo in *cap. 2. de filijs presbyterorum in 6. Nauar. cons. 8 num. 6. de consanguinitate, & affinitate lib. 4. & cons 9. sub. num. 1. eodem.*

Dispensatio petita à Prælato debet fieri ad honorem Christi in cuius persona dispensat. vel ad vtilitate Ecclesiæ, quæ est eius corpus. ex illo Apostoli 2. ad Corinth. 2. *Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos in persona Christi. S. Thomas 2. 2. q. 88. art. 12. in corpore in fine.* Nam dispensare est diuersa pensare, & cum causa fieri debet, vt Iuris rigor relaxetur. secundum. *Glossam* in *can requiritis 5. §. nisi rigor disciplinę.* verbo *vt plerisque 1. q. 7. Nauar. cons. 37. vouens non ludere n. 3. in fin. lib. 3. de voto, & voti redemptione.* Neq; profecto Dispensatio occasionem præbere debebit liberius peccandi. ex Honorio Tertio in *cap. ex parte vestra. 10. de consuetudine.* ibique *Gloss.* verbo *obseruandas.* ex Paulo lib. 7. ad Sabinum in *l. conueniri non potest 5 ff. de pactis dotalibus.* ex ratione quam reddit: *Quia altero pacto ad furandũ mulieres inuitantur: altero ius Ciuile impugnatur.* sequiturque *Nauarr. d. cons. 36. num. 3.*

Dispensatio omnis nisi reseruata sit, Episcopis concessa videtur. secundum regulam comuniter à Doctoribus receptam. ex Alexandro Tertio Salernitano Archiepiscopo in *cap. at si Clerici 4. §. de adulterijs verò.* ibique *Gloss.* verbo *de adulterijs. extrà de Iudicijs. gloss.* in *can. requiritis 5. §. nisi rigor disciplinæ in fine.* verbo *vt plerisque 1. q. 7.* & ipsa dicens; quod dispensatio, quæ non retinetur, concessa Episcopis videtur. ex Alexandro Tertio in *cap. 1. de clericis pugnantibus in duello.* ex ratione, quam refert Innocentius Tertius Vuratislauien Episcopo in *cap. nuper à nobis tua discretio requisiuit 29. §. in secundo verò casu. de*

Z sen-

*sententia excommunicat.* dicens: *Quia tamen Conditor canonis eius absolutionem sibi specialiter non retinuit, eò ipso concessisse videtur facultatem alijs relaxandi.* vbi *Glossa* veebo *non retinuit in fine.* expeesse intulit: *Et est hic argumentum: Episcopos posse dispensare, vbi specialiter dispensatio nõ est inhibita.* sequitue *Sanchez de matrimonio tomo 2. lib. 7. disputat. 17. num. 10. circa medium.* Vnde peobabile satis est, posse Episcopum dispensare, vt in minori ætate constituti matrimonium conteahant, necessitate vrgenti id suadente. ex Nicolao Papa in *cap. vbi non est consensus 2. de desponsatione impuberum.* quia reseenata huiusmodi facultas non inuenitur. *Sanchez de matrimonio d. lib. 7. disputat.* 204. *num.* 12. *Nauar. cons. 5. in fine lib. 4. de desponsat. impuberum. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 35. num. 20.*

Dispensatue facilius cum oedinato, quàm cum oedinando. ex Siricio Papa Himerio Episcopo in *can. quicumque pœnitens. 56. in fine* ibique optime *Gloss.* verbo *inuenitur. distin. 50.* ex eatione: quia turpius eiicitur, quàm non admittitue hospes. vt *gloss.* ibidem verbo *inuenitur.* infert.

Dispensatus ad vnum ordinem recipiendum, non censetur dispensatus ad alios. ex Gregoeio vniuersis Episcopis Numidię in *can. nos consuetudinem 8. distinct. 12.* ibique *gloss.* veebo *prohibemus.* & ex Maetino Papa in *can. lector, si viduam alterius 18. distinct. 34.* vbi etiam *gloss.* verbo *fiat in fine.* concinitque Siricius Papa Himerio Episcopo scribens in *can. quicumque pœnitens. 56. distinct. 50.*

Dispensatio propter necessitatem fieri debet, ne rigor canonum relaxetur. ex Gelasio Papa Episcopis per Lucaniam scribente in *can. necessaria rerum dispensatione constringimur.* 1. q. 7. ibique *Gloss.*

Dispensatio nou est Ius, sed *Iuris* eelaxatio. quandoque tamen dispensatio debetue ex Iusta causa, vel necessitate exigente. ex Cyrillo Archiepiscopo Alexandrino in *can. dispensationes rerum 16. 1. q. 7.* ibique *Gl.* veebo. *à debito.* ex *Ioanne* Chrysostomo in *can. hac ratione, & Apostoli praceperunt. 9. 31. q. 3.* qui ad rem ratione, in fine reddit. *Quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.* & proinde *detrahēdũ est aliquid seueritati.* ex Augustino ad Bonifacium in *can. vt cõstitueretur in Ecclesia 25. in fine distinct. 50.* & supea quoque meminimus.

Dispensatio probanda est per assetentem illam. ex Innocentio Teetio Bisuntinen Archiepiscopo in *cap. fraternitati tua 2. de schismaticis, & ordinatis ab eis.* & dixit *Gloss.* in *can. si qui sine examinatione promoti 4. distin 81.* veebo, *sine examinatione. post medium. vers. debet ergo probari dispensatio.*

Dispensatio tamen semel facta amplius reuocanda non est. ex Alexandeo Tertio Eboeacen Archiepiscopo in *cap. ex tua nobis parte 9:* ibique *Gloss.* veebo *irritari. de filijs presbyterorũ ordinandis, vel non.* sequitur *Oldradus cons. 203. nu. 3. & 4. Sanchez de matrimonio lib. 8. disputat. 32. num. 6.* qui satis ad rem decidit: quod si obtineant aliqui dispensationẽ contrahendi, & conteahant cum alia; si moriatur illa, an conteahere postmodum valeãt cum illa, cum qua vt contraherẽt dispensatum fuerat? Et affiematiuè respondet.

Dispensatio in interstitijs temporum quo ad ordines ad Episcopum ordinarium, quo ad Regulares quoque spectat, non ad Episcopũ ordinantem. ex sacrosancta Teidentina Synodo *sessione 23. cap. 14. de reformat.* ibique *Barbosa in collectanea num. 2.*

Dispensans, licet sit Papa, & dispensatus etiam circa legem humanam sine iusta causa, peccat mortaliter, vel venialiter, pro qualitate scandali magni, vel parui, quod dat ijs, quibus cum viuit, petendo, vel dando dispensationem, imo & vtendo illa. nõ quia contrauenit legi humanę, quam Papa bene, vel male relaxauit; sed quia contrauenit legi naturę illi, qua, *Turpis est pars, quæ suo vniuerso non congruit.* vt inquit Augustinus in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia 2. distin. 8.* Et qua, subditi, iubemue conformare nos in bono iis, quibus cum viuimus: & Prępositi, non solum debent abstineee ab eximendo sine causa subditos à sua lege; sed etiam se subdere illi, quam alijs imponunt, iuxta illud Isidori lib. 3. sententiam de summo bono. in *can. Iustum est Principem legibus obtemperare suis. 2. distinct. 9.* & illud quoque, quod protulit Innocẽtius Tertius Archiepiscopo de Senon. & Episcopo Trecen sceibens in *cap. cum omnes 6. §. cum igitur, quod quisque Iuris. de constitutionibus.* eisque dicens: *Patere legem, quam tu ipse tuleris.* Nec dissimiliter Theodosius, & Valentinianus Augusti prosequuti fuere in *l. digna vox est maiestate regnantis 4. C. de legibus, & constitutionibus principum, & edictis.* dicentes: *Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri.* nec non & illud: *Quod quisque Iuris in alterum statuit, eodẽ ipse vtatur.* toto titulo *ff. quod quisq; Iuris &c.* & illud *Deuteronomij 1. 17.* quod Moyses peotulit; *Nulla erit distantia personarum, ita paruum audietis, vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam: quia Dei Iudicium est.* Respondítque Innocentius Tertius Prælatis per Franciam constitutis resceibens. in *cap. nouit ille, qui nihil ignorat 13. §. cum enim non humana constitutioni, sed diuinæ potiùs innitamur de Iudiciis extrà.* & hanc doctrinam memorandam appellat *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 19. num. 204. vers. quarto quod nemo, &c.* & *in manuali preludio 9. nu. 13. & 14.* nec dissimiliter *tract. de spolijs Clericorum §. 3. num. 8.*

Dispositio interpretanda est ad habilitatem, de quibus loquitue, &, vt nihil superfluat, neque dictio vlla suo vacet officio. quemadmodum Innocentius Tertius Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori in *cap. solita benignitatis affectu 6. de maioritate & obedientia.* scripsit, exponens eidem illud. 1. *Petri 2.* qui dixit: *Subditi estote omni humanę Creaturæ propter Deum, siue Regi tamquam pracellenti; siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefacto-*

lefacto-

*malefactorum, laudem vero bonorum*. quę verba singulatim exponit. perpendens dictionem illam (*tanquam*) quam non sine causa interpositam fuisse significat. notatque ibidem. *Gloss.* verbo *tanquam*. in fine subnectens: *Et est hic argumentum; quod nulla dictio debet vacare in rescripto, alioquin frustra membranas occupat.* vt dixit Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis scribens in *can. si Romanorum Pontificum decreto* 1. §. *si ideo non esse decretales epistolas distinct.* 19. illis verbis; *vt quid membranas occupant postquam non habentur acceptę?* sequiturque *Nauar. de oratione & horis canonicis miscellaneo* 28. *sub num.* 38. *vers. Tum quia fundi pars non dicitur totus fundus.*

Dispositio Generaliter loquens, sicut & Lex, omnes includit species sub illa generalitate comprehensas, quamuis aliqua maior ratio includendi inueniatur in vna, quàm in alia. ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis. in *can. si Romanorum Pontificum decreto* 1. §. *si ideo non esse decretales epistolas. distinct.* 19. ex Innocentio Tertio Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori in *cap. solitę benignitatis affectu* 6. §. *nobis autem in Beato Petro.* qui est finalis. *de maioritate, & obedientia.* Nec longè abitur ex Vlpiano lib. 23. ad Edictum in *l.* 1. §. *quod aut prętor negat ff. de aleæ lusu, & aleatoribus.* illis Vlpiani verbis: *Quod puto verum, Prætor enim simpliciter ait: Si quid subtractum erit Iudicium dabo.* ibique notat *Gloss.* verbo *simpliciter.* dicens, consequentiam inferens: *Generaliter ergo verbum prolatum, generaliter accipitur.* sequitur *Nauarrus de Iubelæo, & indulgentiis notabili* 34. *num.* 4. *vers. sed contrà facit primum.* & *cons.* 2. *num.* 6. *in* 5. *argumento lib.* 4. *de cognatione spiritualdi.* Quamuis dispositio sit odiosa, & pœnalis, quo ad ea, ad quę verba eius ex propria significatione extenduntur. ad Cai sensum lib. 22. ad edictum in *l. cum lege quis intestabilis esse iubetur* 26. *ff. de testamētis, & qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamēta fiant.* ibique *Gloss.* verbo *putant.* & *Aretinus*, ac *Decius.* quatenus lex illa habet, quod qui intestabilis esse iubetur, neque testimoniū dicat, neque ipsi testimonium dicatur. sequiturque *Nauar. cons.* 6. *sub num.* 1. *lib.* 3. *de statu monachorum.* & *eodem tractatu de Indulgentiis notabili* 11. *num.* 18. *vers. tum quia etiam dispositio restringibilis.*

Dispositio Principis non extenditur ad casum iuramento firmatum nisi specialiter iuramento derogatum sit. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Senonen in *cap. constitutus apud sedem Apostolicam* 19. *de rescriptis*, ibique *Gloss.* verbo *Iuramento.* prosequiturque *Gloss.* in *cap. cum non deceat.* 30. in *Gloss. finali post principium de electione in* 6. plura deducit *Afflictus decis.* 5. *num.* 2. & 3.

Disputare de Principis supremi potestate sacrilegium ęstimatur. ex Gratiano in *can. si quis suadente diabolo* 29. §. *qui autem de ecclesia vi aliquem exemerit. in fine* 17. q. 4. & si quidem large accepto sacrilegii nomine. vt inquit *Gloss.* in *can. sacrilegium* 4. *in Gloss.* 1. *eadem* 17. *quęst.* 4. dixitque *Glos.* in *c. eam te decet.* 4. verbo *litterarum; de ętate, & qualitate, & ordine præficiendorum.* & sacrilegii instar esse decreuere Gratianus, Valentianus, & Theodosius Augusti in *l. disputare de Principali iudicio* 3. *C. de crimine sacrilegii.* sequitur *Lapus allegat.* 106. *nu.* 2. qui hæresis instar esse dicit de potentia principis disputare. *Guido Papa cons.* 65. *num.* 9. & 10. *Gaillus singularium obseruationum lib.* 1. *obseruat.* 14. *nu.* 6. Non tamen ita erit de voluntate differere Principis, an ita scilicet voluerit. *eod. num.* 6. *Gaillus. Bald.* in *cap. dudum nu.* 71. *de electione.*

Discordia mentium, & corporum separationē inducit, etiam inter fratres, siue carnales, siue spirituales. ex Augustino in *can. Ismael, vt separaretur à populo Dei* 9. *distinct.* 56. idemque ab eodem in *can. recurrat nunc animus vester.* 2. §. *vnde enim filii Iacob de ancillis nati.* 32. q. 4.

Discordię à diuersitate nascuntur cultus, & inde inter fratres dissentiones, cùm vnus alteri malum machinatur. ad Concordiā proinde reducendi. ex Victore Papa ad Afros in *can. perlatum est ad sedem Apostolicam* 12. *sine finali distinct.* 90. & ex contentionibus Discordiæ nasci consueuere. vt in Cōcilio Sardicensi Ianuarius Episcopus dixit in *can. illud quoque* 1. *dist.* 71. ibique *Gloss.* verbo *contentionibus.* quę rationem reddit: *Nam comunitas mater discordiæ est.* diximus *respons.* nostra 67. *num.* 1. *ad* 5 *part.* 5.

Discordiæ peste qui societatem Fraternitatis commaculant, Deum produnt: quia Deus charitas est. Qui ergo charitatis, & veritatis iussa spernunt, Deum vtique qui charitas est, & veritas produnt. ex Beda venerabili in *can. abiit Iudas ad summos sacerdotes.* 83. 11. *quæst.* 3.

Discordiæ inexpiabilis, & grauis culpa, nec passione purgatur: Tales enim si occisi in cōfessione nominis fuerint, macula illa nec sanguine abluitur. vt neque sacrificia a discordiarum amatore recipienda sint; sicuti neque ad Cain munera respexit Deus. ex Cypriano de vnitate Ecclesię in *can. neque ad Cain munera* 3. *distinct.* 90. vt neque dissidentium fratrum oblationes recipi debeant. ex Concilio Carthaginensi 4. in *can. oblationes dissidentiū fratrum.* 2. *eadem dist.* 90. Quia non respicit in oblationibus, nec in multitudine Sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis Deus. ex Gregorio in *can. in grauibus peccatis quis positus.* 5. §. *hinc est enim in fine.* 3. *quęst.* 7. subdente: *longe est Dominus ab impiis; & orationes Iustorum exaudiet.*

Discordia in pluralitate est. propterea Christus super vnum ædificat Ecclesiam. *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* ex Cypriano de vnitate Ecclesię in *can. loquitur Dominus ad Petrum* 18. *in principio* 24. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *super vnum.* rationem reddens: *Quia vbi pluralitas, ibi discordia.* ex Ambrosio ad Sabinum in *can. quādo Adam.* 33. *de pœnitentia distinct.* 2. dicente: *Quando Adam solus erat, non est prȩuaricatus: quia mens eius adhȩrebat Deo.*

Discordantes igitur per Episcopos sunt ad concordiam reuocandi, vel ratione, vel potestate. ex Carthaginensi Concilio Octauo in *canone discordantes Clericos.1.distinct.90.* ibique *Gloss.* verbo *ratione.* & verbo *potestate.* coactione scilicet. commentum agens.

Discordia humanas res omnes, solito tentatore occultè solicitante, distrahit. ex Bonifacio Papa ad Honorium Augustum in *can. Ecclesia mea.1.§.vobis, inquit religiose imperantibus. distinct.97.* Discordia enim de se pacis est æmula, matee litium, materia iurgiorum, vt loquitur *Gloss.* in *extrauaganti quorundam exigit.1.* Ioannis 22. *col.16.ante §.eodem modo, eisdemque quodammodo rationibus. vers. sic indicans cuncta rimatur.* verbo *discordia. de verborum significatione.*

Discretio necessaria est Prælato in corrigendo. ex Calixto I. ad Episcopos Galliarum in *can. ponderet vnusquisq; sermones suos 14.dist.50.* rationem reddens, ac dicens: *Vnde bene sacra ait scriptura* (Tobiæ 4.) *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias. Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrumpamus. sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, portemus eum, & fraterno corripiamus affectu sicut ait B. Apostolus:* (ad Galatas 6.) *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne, & tu tenteris.*

Discretio in prædicatione sacerdotis magna esse debet, qua si forte caruerit, tanquam torto naso, sacerdotalis officii iudicatur indignus. Gratianus in *can. dispensatio est nobis 5.§. pariter quoque obseruare debet. in fine distinct. 43.* Nasus enim discretionem significat. ex Gregorio in *can. hinc etenim superua voce.1.§. paruo autem naso dist.49.*

Discretione magna in remittendis peccatis vti confessarius debet. ex Gregorio in *can. si is, qui prælatus est 28.23.q.4.* rationem reddens, ac dicens; *Ea namque, quæ in nos committuntur, facile possumus dimittere: ea verò, quæ in Deum commissa sunt, cum magna discretione, nec sine pœnitentia debemus relaxare.* & ex Augustino in *can. quem pœnitet.88.de pœnitentia dist.1.*

Distinctio nominum differentiam rerum declarat. vt *gloss.* inquit in *can. olim idem erat presbyter, qui & Episcopus 5.* verbo *tollerentur.* in fine *d.95.* sic Isidorus lib.7. etymologiarum c.12. in *can. Cleros & clericos 1. distinct. 21.* ex distinctione nominum quorumcumque ministrorum Ecclesiæ differentiam, atque officiũ tradit. Propterea namque res distinguuntur, vt ab inuicem separētur. Nam si idem essent, non vtique diuersis nuncuparentur nominibus. vti Constantinus Cæsar Augustus decreuit in *l. si idem codicilli, quod testamenta possent 7. C. de codicillis.* nec longe Innocentius Tertius abiit in *cap. quia diuersitatem 5. in principio. de concessione præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis.* in ratione, quam affert: *Quia diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorum.* deduximus plura *respons.* nostra 70. *nu.18. ad* 34. *part.5.*

Distingue, siue distribue tempora, & concordabit scriptura. Augustinus in *can. si peccauerit, inquit, in te frater tuus 19.§. ergo ipsa corripienda sunt.2.q.1.* deduxitque *Gloss.* in *can. si Ecclesia vera ipsa est.42.§. quod autem dicunt. 23.q.4.* super verbis Augustini ad Bonifacium Comitem: *Non considerant, aliud fuisse tunc temporis, & omnia suis temporibus agi* in verbo *temporibus.* dicens: *Concorda tempora, & concordabis scripturas.* inferens: *Et ex tempore, loco, & persona debemus concordare canones.* ex Isidoro in *can. sciendum 1.* & Gregorio in *can. Regulæ sanctorum Patrum 2.* & Hieronymo in *can. necesse est.3. dist.29.* Ne alioquin succedat illud, quod Hieronymus *d. can. necesse est 3.* in fine aduertit, dicens: *nec ad instar imperiti medici, vno collyrio omnium oculos vult curare.*

Distributiones quotidianæ fructuum nomine non comprehenduntur, quia ratione dantur ministerij personalis, ac propter operas. quia nimirum horis assistunt diurnis, pariterque nocturnis diuina celebrantes. facit proinde suas illas percipiens, vt etiam testamento de illis disponere valeat, atque ad libitũ eas distrahere. ex Bonifacio Octauo in *cap. consuetudinem. vnico de clericis non residentibus in 6.* & differunt à reditibus, & diuinis interesse, pro qua interessentia distributiones dantur. vt declarauit *Rota apud Cassadorum decis. vnica de clericis non residentibus à nu.2 ad finem vsque.* Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 24. cap.12.§ distributiones verò, qui statis horis interfuerint de reformat.* ibidemque *Barbosa à num.73. Riccius in praxi resolut.384. & 385. de distributionibus quotidianis. Rota apud Cardin. Seraphinum decis.44. num.1. & sequent. Ioannes Azorius Institutionum moralium part 2. lib.8. c.3. q.9. Stephanus Quaranta in summa Bullarum* verbo *distributiones quotidianæ.*

Distributiones Quotidianas lucrantur ij, quos infirmitas, seu iusta, & rationabilis corporalis necessitas, aut euidens Ecclesiæ vtilitas excusat. ex Bonifacio Octauo *cap. vnico §. qui verò aliter. de clericis non residentibus in 6.* Quod exauditur de eo, qui ante infirmitatē, vel necessariam corporalem necessitatem, accedere alias consueuerat, alioquin ex culpa commodum reciperet, videndus *Abbas cons. 70. num.1. part.1. Doctor Marta voto 234. part.2. Gratianus forens. disceptat. lib.1. cap. 166. n.17.* Disposueratque antea Alexander Tertius Præposito, & Capitulo Insulen. rescribens in *cap. significatum est nobis 11.§. quam siquidem institutionem, de præbendis, & dignitatibus extrà.* verba sunt Alexandri: *Quam siquidem institutionem eatenus confirmamus, vt prædictus sacerdos, nisi infirmitate corporis fuerit impeditus, assiduè debeat obsequium suum impendere Ecclesiæ memoratæ.* quod extendito, quamuis ex propria culpa in morbum quis dederit. *Couarruuias variarum resolut. lib.3. cap.13. num.8. in 5. propositione, atque etiam in 7. Rota apud Coccinum decis.21. num.1.* & apud sanctæ memoriæ *Gregorium 15. decis.154. nu.2.* ibique *Beltraminus addens num.7. Barbosa* ad Sacrum Tridentinum *d. cap.12 sess.24. de reformat. à nu.88. cum sequentibus.*

Diſtributiones quotidianę in corpore beneficij non computantur, quia pro ſeruitio dantur, vnde manualia, ſiue victualia nuncupantur, quia nimirum à fructibus beneficiorum diſtinguuntur; & diſtinctè nancnoat eas Bonifacius Octauus in *cap. quia per ambitioſā impetrationem. 15. ſiue finali de reſcriptis in 6.* verba ſunt Bonifacii. *Indulgentias perpetuas multis conceſſimus de percipiendis fructibus beneficiorum ſuorum, diſtributionibus quotidianis dumtaxat exceptis.* vbi *Gloſſ.* verbo *diſtributionibus*. diſtinguuntur igitur fructus beneficiorum à diſtributionibus quotidianis. ſequitur *Oldradus conſ. 118. Geminianus conſ. 85. à num. 18. ad uſque 24. Cæſar de Graſſis deciſ. 120. alias 9. de prębendis. Ioannes Azorius Inſtitut. moralium part. 2. lib. 7. cap. 2. q. 7.* Nec diuerſimode dixerat antea Honorius Tertius Abbati, & Priori Sācte Genofeuæ in *cap. licet vobis direximus 32.* ibique plenè *Gloſſ.* verbo *diſtributiones. de præbendis & dignitatibus extrà.* eodemque modo Bonifacius Octauus in *cap. cum non deceat 30. de electione lib. 6. Rota apud Duranum deciſ 411. num 6. part. 2. & deciſ. 289. nu. 1. apud eundem. Barboſa de officio & poteſtate Epiſcopi allegat. 19. nu. 24.* vbi etiam compræhendi dicit, vt quis promoueri valeat ad titulum beneficii, ſi diſtributiones tantum quotidianas lucretur.

Diſtributiones propterea quotidianę, quas intereſſentes acquirunt, cùm pro ſeruitio, & labore debeantur, ad hæredes tranſmittūtur. proſequitur *Couar. in cap. cum in officiis charitatis 7. num. 4. de teſtamentis.* qui etiam de cōi teſtatur. & *Rota apud Car. Serap. dec. 594. nu. 6.* quāuis exactæ nō adhuc fuerint. vti teſtatur *Gigans conſ. 144. n. 21. & 34.* Camera proinde ratione ſpolii non intrat. *Ioannes Azorius inſtitut. moralium part. 2. lib. 8. c. 3. q. 9. & c. 8. q. 17.*

Diuerſitas corporum diuerſitatem ſequitur, & animorum. Innocentius Tertius in *cap. quia diuerſitatem 5. in principio de conceſſione prębendæ.* nec diuerſimodè.

Diuerſitas vocabulorum effectum quoque diuerſitatem indicat. ex Conſtantino Auguſto in *l. ſi idem codicilli, quod teſtamenta poſſent 7. C. de codicillis.* Cæſarem excipe: *Si idem codicilli, quod teſtamenta poſſent, cur diuerſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur, quæ vis, & poteſtas vnà ſociaſſet?* idcirco diuerſa ſortita ſunt nomina, quia diuerſi quoque ſunt eorū effectus. Diuerſitas igitur nominum, & diuerſitatem arguit effectuum. *Cardin. Zabarella conſ. 58. num. 3.* quemadmodum.

Diuerſitas ſuppoſitionum, actuum quoque diuerſitatem infert. ex *Gloſſ. in extrauaganti* Ioannis XXII. *ſuſcepti regiminis. 1. poſt principium* verbo *vacantium col. 2. in fine. verſ. nam in reſignatione reperitur libera iuris proprii refutatio, & col. 3. in principio. ne ſede vacante aliquid innouetur.* & ex Diuerſitate hominum, ſententiarum quoque diuerſitas oritur. ex Auguſtino in *can ſicut in ſacramentis veteris teſtamenti. 151. 5. ſi poſſent ſinguli diligenter interrogari. de conſecratione diſtinct. 4.* dicente Auguſtino *Si poſſent ſinguli diligenter interrogari, tot diuerſitates opinionum fortaſſis, quot homines numerarentur.* Quia vt prouerbio habetur; *Quot capita, tot ſententiæ.* & vt dixit ille: *Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.* ſequiturque *gloſ. d. cap quia diuerſitatem 5.* verbo *diuerſitatem corporum de conceſſione prębendæ.* plura nos deduximus *reſponſ.* noſtra *70. num 28. ad 34. part. 5. & num 48.*

Diuerſitas igitur vbi eſt, ibi pluralitas conſequenter erit. ex *Bald.* in *l. finali num. 7. verſ. & ratio eſt. C. de impuberum & aliis ſubſtitutionibus.* Quę enim plura ſunt, neceſſario diſtinguuntur, alioquin plura non eſſent. nec diuerſa coniungi poſſunt. *Rota apud Verallū deciſ. 98. num. 4. part. 3.* Diuerſa ſumma facit vt penſiones omnino ſint diuerſæ. *Rota apud Cardin. Seraraphinum deciſ. 267. num 3.*

Diuerſitas capitulorum id operatur, vt dictum in vno, in alio repertum nō cenſeatur. Nam & ipſa capitula ex cauſa, ex perſona, ex loco, ex tempore conſideranda ſunt. vt ex diſtinctione, & diuerſitate eorum, error auferatur. ex Iſidoro relato in *can. ſciendum eſt, quod pleraque capitula 1. diſtinct. 29.* Deduciturque ex Vlpiano lib. 56. ad Edictum in *l. Prætor ait, cuius dolo malo 4. 5. ſi quis aduētu ſuo turbam. verſ. eritque hęc differentia inter hoc edictum.* ibique *Bart. num. 1. ff. vi bonorum raptorum.* ſequitur *Bellencinus de charitatiuo ſubſidio q. 2. nu. 4. vol. 15. tractatuum.*

Diuerſitas namque rerum pro tempore, loco, perſona, & negotio datur. proinde etenim Regulę ſanctorū Patrum pro loco, tempore, & perſona, & negotio, inſtante neceſſitate traditæ ſunt. ex Gregorio in *can. regulæ ſanctorum patrum 2. d. diſtinct. 29.* ſicuti ex Diuerſitate Locorum, & temporum, & hominum ſcripturæ diuerſimode interpretentur. ex Hieronymo in prœmio Epiſtolæ ad Epheſios in *can. neceſſe eſt, vt iuxta diuerſitates locorum eadem diſtinct. 29.*

Diuerſitatem dicens, ipſe diuerſitatis rationē probare debet, & aſſerere, cum diuerſa facta diuerſas indicēt cauſas & diſtinctio intercedere debet; vt nō ſola reſpiciamus opera, ſed tēpus, & cauſam, & voluntatē, & perſonarum differentiam, & quæcumque alia ipſis operibus acciderint diligentiſſimè intelligamus. Nō enim poſſumus ad veritatem aliter peruenire. ex Ioanne Chryſoſtomo in *can. occidit Phines hominem 14. 23. q. 8.* ne ad inſtar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velimus curare. vt Hieronymus admonet in *can. neceſſe eſt. 3. in fine diſtinct. 29.* Nec tantum attendenda ſunt, quæ fiunt, ſed quo animo fiant. ex Alexādro Papa omnibus orthodoxis. in *can. ſi quandoque à ſacerdotibus 1. 5. finali 35. q. 6.* ibique *Gloſſ.* verbo *quæ fiunt.* dicens: *potius reſpicienda eſt cauſa facti, quàm ipſum factum.* Quia probare diuerſitatem rationum nos oportet. ex Vlpiano lib. 7 diſputationū in *l. in exceptionibus dicendum eſt. 19. ff. de probationibus.* Nec diuerſimode reſpondit Antoninus Cæſar in *l. ſi idcirco 2. C. quibus ex cauſis maiores in integrum reſtituantur.* præſertim verò ſi ratio in contrarium reddi haud poſſit,

ex Venuleio libro 11. epistolarum in *l. à Titio 108. ff. de verborum obligationibus. in fine.* illis verbis: *Cur non idem in dote promissa respõdeatur, ratio reddi non potest.* diuersitatis idcirco ratio reddenda erit.

Diuina clementia dimissa peccata in vltionem vlteriùs redire non patitur. Gelasius Papa in *can. diuina clementia 24. siue finali de pœnitẽtia distinct. 4.* & repetita sunt in *can. si illic, vbi hæc acta sunt 29. 23. q. 4.* quo loco idem Gelasius Geruntino, Ioanni, Germano, & Petro Episcopis sic loqtur: *Semel in ablatione remissa punitio, recidiuo dolore non debet iterari: diuinæ scilicet imitatione clementiæ; quæ dimissa peccata in vltionem redire non patitur.* vbi *Gloss.* verbo *non patitur* sequentibus infert. *Est hic argumentum, quod post pœnitentiam non potest quis accusari.*

Diuina consilia nimis alta, sapientique corde diiudicanda non sunt. ex Augustino satis apte differente in *can. Nabuchodonosor pœnitẽtiam meruit 22. 23. q. 4.* vbi *Gloss.* verbo *rationẽ.* inferens: Argumentatur; quod de singulis non est ratio reddenda. deducitque plene Augustinus in lib. de correptione, & gratia in *can. si ex bono in malum 8. de pœnitentia dist. 4.* differens non esse iudicia Dei iudicanda, cũ malum ex nobis sit.

Diuinare futura nemo potest, nec debet, quia humanum non est, sed diuinum. ex Innocentio Tertio Mediolanen Archiepiscopo in *cap. vt nostrum prodeat de vultu Dei iudicium. vnico §. porrò cum donatio. vt Eccesiastica beneficia sine diminutiane conferantur.* dicente illo *Quoniam, & si locum Dei teneamus in terris, non tamen de occultis potuimus diuinare.* ibique *gloss.* verbo *diuinare.* & *gloss.* in *can. gratia, quam super beneficio 7.* verbo *nescires de rescriptis in 6.* super verbis illis Bonifacii VIII. *Cùm tempore impetrationis nescires.* sic rationem infert: *Diuinare enim non tenebatur: quia id humanum non est.* Porrò, quod nemo ad diuini secreta consilii pertingere valeat, licet spiritu Dei plenus. vt Paulus Apostolus, testatur Gelasius Papa in *cap. Beatus Paulus Apostolus 5. 22. q. 2.*

Diuinatio in bonam partem numquam, vel raro accipitur. ex Hieronymo in *can. numquam diuinatio 14. 1. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *numquã.* id est raro, accipit. Diuinationes enim ex operatione dæmonum proueniunt, vel quia expresse dæmones vocantur ad futura manifestanda; vel quia dæmones ingerunt se vanis inquisitionibus futurorum, vt mentes hominum vanitati implicent, vnde superstitiosi euadunt. *S. Thomas 2. 2. q. 95. art. 2. & sequent. & q. 96.* incidũt proinde in idololatriã dæmones adorantes. Torreblanca in practicabilibus iuris spiritualis lib. 1. cap. 7. nu. 21. & sequentibus. diximus *respons.* nostra 97. *num. 8. & sequentibus. part. 5.*

Diuinationum genus à Persis fertur allatum, & quatuor sunt genera, terra, aqua, aer, ignis. Duo autem sunt genera diuinationis ars, & furor. multa prosequitur Augustinus in lib. de natura dæmonum in *can. igitur genus diuinationis 1. 26. q. 4. & 26. q. 5. can. nec mirum 14.*

Diuinationes exercent, vnde diuini nominantur, qui coniectura mentis suæ incerta futurorum, quasi, vera pronunciant absque diuinorum auctoritate verborum. ex Hieronymo in *can. vino inebriantur. 4. §. secundum tropologiam dist. 37.*

Diuinationes adesse permissu Dei fit, vt ipsi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide sint, & deuotione erga Deum. S. Augustinus in *can. nec mirum. 14. §. si autem aliquis mihi opponit. 26. q. 5* Cognoscendam vero illam ab ipsis potiùs, quàm ab illo, qui scit omnia ante quam fiant. vt idem Augustinus ibidem in fine subsequitur.

Diuisa quę sunt ab inuicem, destruuntur. Dixit proinde Christus Dominus noster *Lucæ 11. 17.* vnionem commendans, atque diuisionem abnegans: *Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & Domus supra domum cadet.* omnis igitur scientia, & lex aduersum se diuisa destruetur. vt Gregorius Felici Episcopo testatur in *can. si ea destruerem 4. 25. q. 2.* & *Gloss.* ibidem verbo diuisa: quia ea, quæ diuisa sunt, sibi contraria sunt. ex Augustino in *can. quod autem nobis obiiciũt 3. post principium 23. q. 7.* Augustini sunt verba: *Vsque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, quàm sint inter se contraria, quæ loquuntur.*

Diuisio pluralitatem indicit. vt contrà, quòd vnum est pluralitatem abnuit, atque diuisionem respuit. In vnitate enim scissura esse non potest. Nam quod vnum est diuidi non potest. ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidẽ ipsum 34. in principio. 24. q. 1.* quo loco *Gloss.* verbo *scissura esse non potest.* sic infert. *Inde est, quod vestis Domini, quæ vnitatem significat, remansit indiuisa.* Indiuisum est enim, & sine partibus, quod vnum est. ex Paschali Papa in *can. sicut Domini vestimentum scissum non est. 29. 16. q. 7.* Nec dissimiliter Bonifacius Papa in *cap. si Ecclesiam pollui. vnico de consecratione Ecclesiæ vel altaris in 6. §. non sic quoque.* disponens, quod cœmeterio polluto Ecclesia cõtigua polluta minime sit. inferens in fine: *Non vnum, sed plura cœmiteria esse noscuntur, quę quamuis sibi cohærentia, pariete tamen medio seiunguntur.* pluralitas igitur vnitatem abnuit. & quod vnum est diuisionem abnegat, vt contrà diuisio pluralitatem inducit. vti paries diuisionem inducebat. ex *Glos.* ibidem verbo *paries. Fagũdez de quinque pręceptis Ecclesiæ præcepto 1. lib. 3. cap. 14. num. 44.* Et inter Angelos ipsos, quia diuisio est, æquales non sunt, sed sunt Angeli, & Archangeli, atque proinde pluralitas; & vnum nõ sunt. vt Gregorius prosequitur in *can. adhoc dispensationis diuinę prouisio 7. in fine dist. 89.* qui sic loquitur: *Quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, quia non sunt æquales; sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero.*

Diuitias & virtutes simul possidere nemo potest. vt ex Crate Thebano, homine quondam ditissimo, qui cùm ad philosophãdum Athenas pergeret, magnum auri pondus abiecit, neque putauit se simul posse, & virtutes, & di-

& diuitias possidere. intulit Hieronymus ad nepotianum de vita Clericorum in *can. gloria Episcopi est* 71. §. *Crates ille Thebanus*. 12. q. 1. & dictum exponit *Glossella* marginalis ibidem in verbo *diuitias* dicens: *idest non ponunt amorem, siue animum in diuitiis: aliàs diuites cum bonis operibus non abijcimus*. quod accepit ex Concilio Gangrensi in *can. hęc autem scripsimus* 16. *in fine distinct*. 30. dicente illo: *Et Diuites cum iustitia, et operibus bonis non abijcimus*. vbi *gloss*. verbo *diuites*, exprimit illud Domini: *facilius est camelum per foramen acus transire &c*. quod de talibus exaudiatur, qui in diuitiis spem ponentes, gratiùs intuentur aurū, quàm solem. Cæteroquin habere diuitias peccatum non est, si adsint bona opera; sed tunc est peccatum si propter eas iustitia deseratur. vt inquit *gloss*. in *can. Clericus qui Christi seruit Ecclesiæ* 5. *circa fin*. verbo *si aurū*. 12. q. 1. & docet Augustinus in *can. habebat Dominus loculos*. 17. *eadem*. 12. *q*. 1. qui sic infert illud: non cogitandum esse de crastino: *Non ad hoc fuisse preceptum, vt nihil pecuniæ seruetur à sanctis: sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopię timorem iustitia deseratur*. ibiq; *gloss* verbo *cogitandum*. dicens: *Cautela non prohibetur, sed solicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur*.

Diuitias per fas, & nefas malè quis quærit, & hęreditates capiat alienas, & opes cōgregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat. vt Hieronymus verba facit in *can. non ne vobis videtur*. 3. *in fine distinct*. 37.

Diuites cum iustitia, & operibus bonis abijciendi non sunt, sed suscipiendi. ex Concilio Grangrensi in *can. hęc autem scripsimus* 16. *in fine dist*. 30. & diximus paulo ante. Nam Isidorus in *can. his igitur lege Patrum cauetur* 3. *post principium distinct*. 23. exortatur omnes, Ecclesiasticos pręsertim, dicens: *Amorem pecuniæ, quasi matrem cunctorum criminum fugiant*. quo loco *gloss* verbo *pecunię* sic infert. *Diuites tamen non sunt abijciendi cum bonis operibus*.

Diuites, qui ex diuitijs cecidere in ægestatem, (maxime si non vitio suo) iuuandi. ex Ambrosio in *can. consideranda est etiam* 27. *in fine distinct*. 86. qui sequentibus fatur. *Tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatem: & maximè si non vitio suo, sed aut latrocinijs, aut proscriptione, aut calumnijs, quæ habebat, amisit*.

Diues gratius aurum intuetur, quam solem, vt Ambrosius inquit in *can. sicut ij, qui per insaniam* 8. *post principium dist*. 47.

Diuitias Deus alicui dat, vt benignitatis suę experimenta conferat, & alium, cui nō dedit, per virtutem patientię coronet. non ergo iniquum non agit diues, si eleemosynas non tribuat, & tam multorum vitę subsidia solus obtineat. vt Ambrosius docet in *can. sicut ij, qui per insaniam* 8. §. *numquid iniquus est Deus. distinct*. 47. Nam, vt Augustinus loquitur ad Macedonianum scribens in *can. quid dicam de vsuris* 11. *in fine* 14. q. 4. verbis dicens: *Non ne omnes, qui sibi videntur gaudere licitè conquisitis, eisque vti nesciunt; aliena possidere conuincimus?* inferens: *Omne igitur, quod malè possidetur; alienum est: malè autem possidet, qui male vtitur*. nō vtique eleemosynam tribuendo.

Diuitię Ecclesiarum, pauperum sunt. Nam aurum Ecclesia habet, non vt seruet; sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. vt Ambrosius testatur in *can. aurum Ecclesia habet* 70. 12. q. 2.

Diuortium illud est, quod animo perpetuam constituendi disceßionem fit. Ideoque per calorem misso repudio, si breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur. vt Paulus lib. 35. ad Edictum in *l. diuortium non est verum* 3. *ff. de diuortijs, & repudijs*. deduxit, atque inter sacros retulit canones Gratianus in *can. diuortium non est verum* 21. *de pænitentia distinct*. 1. diximus *respons*. nostra 45. *n*. 21. *&* 22. *part*. 5.

Diuortium inter virum, & vxorem absque iudicio Ecclesię permitti minime potest. est enim separatio. ex Alexandro Tertio Ambianen Episcopo in *cap. porrò de Comite Pontini* 3. *extra de diuortijs*. Quos autē Deus coniunxit, homo non separet. Christus Iudæis respondit *Matthæi* 19. 6. hoc est violenter, sine lege, absque ratione. vt Isidorus commētum agit in *can. quos Deus coniunxit* 18. 33. *q*. 2. diximus *respons*. nostra 33. *num*. 32. *part*. 2.

Diuortij causa, siuè separationis quo ad thorum, & mutuam habitationem, siue dissolutionis matrimonii, Ecclesiastica est, & ad Iudicem spectat Ecclesiasticum. ex Innocentio Tertio Brixien Episcopo in *cap. tuę fraternitati* 5. §. *si verò vir accusare velit. extrà de procuratoribus*. & ipse met Innocētius Abbati Sācti Proculi, & I. Canonico Bononiēsi in *cap. ad hoc Deus* 1. *vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitiuam*. siue de adulterio agatur, siue alia quacunque causa ad diuortium apta, siue in perpetuum, siuè ad tempus, siue etiā de, coniugij fœdere. ex Nicolao Papa ad Carolum Regem in *can. siue de coniugij fœdere* 4. 33. *q*. 2. & ex Alexandro Tertio Cassien Abbati in *cap. ex litteris tuis*. 1. §. *fin*. ibique *Glos. finalis etiam in fine. & Abbas num*. 7. *de consanguinitate, & affinitate*. diximus plenè *respons*. nostra 34. *à num*. 7. *cum sequentibus part*. 2.

Diuortium est disceßio ab inuicem inter coniuges. vt Gratianus loquitur in *can. quod autē interrogasti de his* 29. §. *item si coniuges essent, disceßio ab inuicem esset diuortium*. 27. q. 2. dixitque Paulus lib. 35. ad edictum in *l. diuortium non est verum* 3. *ff. de diuortijs, & repudijs*, & inter sacros retulit Canones Gratianus in *can: diuortium non est verum* 21. *de pænitentia distinct*. 1.

Diuortium vero causat tàm carnalis, quàm spiritualis fornicatio. ex Augustino *can. idololatria, quam sequuntur infideles* 5. & in *can. non solum mechatio* 6. 28 q. 1. inferendo in fine. *Quod si in his factis perseuerat, & pænitentiam non agit, recede ab illa, & noli viuere cum illa. Sin autem, & tu particeps peccati illius eris*. hoc autem fit per diuortium.

Diuortia qui à suis vxoribus propria auctoritate, & non Ecclesiæ iudicio tentant; nec diffidit causas coram Episcopis dixerint, & priuſ-

priusquam in iudicio damnentur, vxores suas abiecerint, à comunione sanctę Ecclesiæ, & populi cætu, pro eo, quod fidem, & cōiugia maculant, excludantur. ex Concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus in *can. seculares, qui coniugale consortium* 1.33.q.2. vt enim Ambrosius loquitur in *can. an, quod in subditos nefas est* 2. eadem 33.q.2. omnino parere quisque cogitur, vt Ecclesię iudicio, ex causa cognita fornicationis, vxorem dimittat, fortassis: *Quia lex humana non prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam qui leges ferunt: Quod Deus coniuxit, homo non separet.* ita Ambrosius.

Diuortium, & repudium differunt: nam diuortium dicitur inter carnaliter commistos; repudium inter sponsos. vt *gloss.* deducit in *can. quod autem interrogasti* 29.§. *item si coniuges essent*. qui est Gratiani 27.q.2. verbo *negatur*. dixitque Modestinus lib. 9. differentiarum in *l. inter stuprum, & adulterium* 101. §. *diuortium ff. de verborum, & rerum significatione*. verba sunt Modestini: *Diuortium inter virum & vxorem fieri dicitur: repudium verò sponte remitti videtur: quod & in vxoris personam non absurde cadit.* Nec dissimiliter Paulus lib. 40. siue 35. ad edictum in *l. inter diuortium, & repudium* 191. *ff. de verbor significat.* in fine concludens: *Quod diuortium ex eo dictum est, quod in diuersas partes eunt, qui discedunt.*

Diuturnitas temporis peccatum non minuit, sed augmentat. Clemens Tertius in *cap. cùm haberet vxorem legitimam* 5. *in fine de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium.* iisdemque verbis Innocẽtius Tertius in Concilio Generali in *cap. non debet reprahensibile iudicari* 8.§. *finali in fine de consanguinitate, & affinitate.* rationem subnectens, ac prosequens: *tantoque sunt grauiora crimina, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam.* quod & restatus fuit Gregorius XI. in *cap. cùm tanta sint grauiora peccata* 11. *sine finali de consuetudine.* Debet proinde qui peccauit, & eum pœnitet, considerare quantum perseuerauerit, & defleat, quod perseueranter peccauerit. vt Augustinus admonet in *can. consideret qualitatem criminis* 1. *post principium* §. *consideret, quantum perseuerauerit de pœnitentia distinct.* 5. rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *perseuerauerit*. dicens: *Nam perseuerantia auget delictum.* ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidem ipsum* 34.§ *si enim etiam ipsi, licet in suo sensu abundãtes.* 24.q.1. qui sequentibus rationem reddit: *Nec enim leuigat crimen eorum: magis verò auget, quod eos diu restitisse dixistis, ne Apostolicis comunicantes sedibus in sua communione reciperent.* nec dissimilem rationem reddit Innocentius Tertius Archiepiscopo, & Maioris monasterii, & sancti Iuliani Abbatibus Turonen scribens in *cap. inter dilectos filios* 11. *col.* 3. *in principio de excessibus prelatorum & subditorum.* qui sequentibus fatur: *Cum in illis magis plectibilis sit offensa, per quos ad excusandas excusationes in culpis, delinquendi actoritas vsurpatur.* Qui enim peccatum suum defendit auctoritate, seu consuetudine, magis peccat, & ideo magis puniri debet. vt *gloss.* ibidem verbo *auctoritas vsurpatur.* commentum agit. videndus *Nauarrus* d *can. consideret* 1. *num.* 121. *de penitentia dist.* 5. Quamuis quidē ex Iuris consultorum pandectis, atque ex Modestino lib. 12. Pandectarum in *l. si diutino tempore* 25. *ff. de penis.* mitius pena feriantur qui diutino tempore in reatu criminis fuit, quàm qui in recenti crimine, atque (vt dicitur) flagranti repertus fuerit. & si *Gloss.* ibidem verbo in reatu textum diuersimode exaudiat, potissimum verbum. *aliquatenus pena eius subleuanda*, hoc est augenda. exaudiat, dato exemplo, *vt pasta, quæ leuatur, id est augetur, & maioratur, cùm debet fieri panis.* aliud tamen erit in conscientia. videndus *Bart.* ibidem. & *Afflictus decis.* 287. *per totam* vbi *num.* 5. affert illud Gregorii Castorio Notario Rauennę in *can. quanto à nobis.* 8. *in fine* 2.q.5. cui scribens, sic rationem refert: *Quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit; sic iterum humiliatis, & penitentibus negare locum veniæ non debemus.*

Doctrina Euangelica non verbis tantum, sed etiã factis confirmanda. ex Beda super epist. Ioannis II. in *can. omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi* 24. 24.q 1. ibique *gloss.* verbo *factis exhibuit*. afferens illud *Lucæ actuũ* 1.1. de Iesu Domino nostro *sermonẽ feci de omnibus, quæ cœpit Iesus facere, & docere.* rationem reddit Gratianus in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis* 2.§. *ecce quod sacrarum scripturarum. in fine distinct.* 36. super verbis illis Apostoli ad Timotheum. 1.4. *Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.* inferens: *Ex quibus omnibus liquidò colligitur, quòd non sufficit prelatis bona conuersatio, & honestas, nisi addatur scientia doctrina.* vt verbis, factisque sibi commissas erudiant plebes.

Doctores Ecclesię in sacro eloquio nonnumquam Prophetæ vocantur: qui dùm fugitiua esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant. Gregorius in pastorali. relatus in *can. sit rector discretus in silentio* 1.§. *Hinc rursus delinquenti populo dicitur. dist.* 43. super verbis Hieremiæ Trenorum. 2. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad penitentiam prouocarent.* dicit. *Prophetę quippè in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiua esse præsentia indicant, quę sunt ventura manefestant, quos diuinus sermo falsa videre redarguit.*

Doctores gratias agere Deo debent de doctrina, quam etiam laboribus acquisiuere, namque ab ipso agnoscere debent, non ex proprio labore, neque ingenio. sic per quam optime Hieronymus in Malachiam in *can. reuertimini ad me* 65.§ *si quis doctus, & eruditus legem Dei.* 16.q.1. verba sunt Hieronymi: *Si quis doctus, & eruditus legem Dei, potest cęteros erudire; non debet sua assignare prudentiæ, ingenioque quod possidet: Sed gratias agat primum Deo, qui cuncta largitur; deinde sacerdotibus eius, & magistris, à quibus doctus*

sit

*est. Si enim non egerit gratias, sed sibi scientiam vendicauerit; in penuria maledicetur. Quod si intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos à Deo eruditus est, humiliauerit se, & in horreum Dei intulerit cibum, hoc est scripturæ sanctæ alimenta in Ecclesia populis ministrauerit, statim aperientur super eum cataractę Cœli, & effundetur pluuia spiritualis: & mandabit Deus nubibus suis, vt pluant super eũ imbrem: & abundantia rerum omnium perfruetur*. ita Hieronymus.

Doctores, & magistri vt in Ciuitatibus constituantur, qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant, curare debent Episcopi: Quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mãdata. ex Synodo Eugenij Papæ II. in *can. de quibusdam locis ad nos refertur. 12. distinct. 37.* & statuit Honorius Tertius in *cap. super specula 5. de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi*. vt dociles ad studia litterarum per prælatos, & capitula mittantur; vt ex his postmodum copia haberi possit doctorum. Decreuitque sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 5. cap. 1. de reformatione*. Magna proinde ratio habenda erit doctorum viuorum. vt notat *Calderinus cons. 2. num. 1. de magistris*. Studendo enim Doctores vniuersali seruiunt Ecclesiæ. *Ioãnes Selua de beneficiis part. 4. q. 2. num. 3. vol. 15. tractat.*

Doctores Iuris licet honeste accipiunt, tamen inhoneste petunt. vt *gloss.* verba facit in *can. de quibusdã locis 21.* verbo, *vt magistri post principium dist. 37.* In fine tamen contrarium sequitur, quia Iuris peritus iure vendit consilium. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sanè quidquid ab initio sumitur. 14. post principium 14. q. 5.* rationem reddente Augustino non posse Iudicem vendere sẽtentiam suam: *Sed non ideo debet Iudex* (inquiens) *vendere iustum Iudicium, aut testis verum testimonium; quia vendit Aduocatus iustum patrocinium, Iuris peritus verum consilium. Illi. n. inter vtramq; partem ad examen adhibentur; isti ex vna parte cõsistunt.* estque repetitum in *can. non licet Iudici 71. 11. q. 3.* vbi plenè *gloss.* verbo *iustum.* quæ rationẽ refert: *Quia nemo de suo cogitur facere beneficium.* ex Concilio Mediomatricis in *can. precariẹ à nemine 4 in fin. 10. q. 2.* quæ rationem reddit. *Cum ratio* (inquiens) *& visus obtineat, neminem, cui non vult, contra vtilitatem, & rationem cogi de proprio facere beneficium.*

Doctores, Theologi presertim, Bellatorum nomine comprehẽduntur. ex Honorio Tertio in *cap. super specula 10. §. quia verò Theologię studium cupimus ampliari. ne clerici, vel monachi secularibus negotijs se immisceant.* vbi etiã *Gloss.* verbo *bellatorum.* id est predicatorum. commentum agit. qui possunt hæreticis resistere auctoritate diuinæ scripturæ.

Doctores, sacræ præsertim Theologiæ, quia multos erudiunt, in Dei Ecclesia velut splendor fulgent firmamenti. vti Honorius Tertius dixit in *cap. super specula 5. de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi*. ex illo *Danielis 12. 3.* dicente eidem Michaele Archangelo Principe magno, qui stabat pro filiis populi sui. *Qui aũt docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates.* Non minimi quippe Ecclesiæ Dei adiumento sunt viri Litterati, quin eis permaximè indiget. vt Bonifacius Octauus testatur in *cap. cùm ex eo 34. de electione, & electi potestate in 6.* & sacrosancta Tridentina synodus *sessione 5. c. 5. de reformatione.* diximus *respons. nostra 25. num. 51. & 52. par. 5.*

Docti viri cautela magna nobis debet esse instructio. Sic infert S. Gregorius ex dictis S. Augustini in *can. Legitur, quod Beatus Augustinus. 25. distinct. 81.*

Doloris mensura in penitente consideranda est, non temporis. Nam vera ad Deum conuersio in vltimis positorum, mente potius est æstimanda, quàm tempore. vt Cœlestinus Papa inquit in *can. agnouimus pœnitentiam morientibus denegari. 13. in fine 26. q. 6.* ibique *Glos.* verbo *mente.* Rationem refert Hieronymus in *can. mensuram autem temporis 86. post principium de pœnitent. distinct. 1.* dicente illo: *Quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quàm doloris.*

Dolor vero non est lęsio, sed læsionis sensus. vnde tantò aliquis magis dolet de aliquo læsiuo, quantò magis est sensitiuum. *S. Thomas in 4. dist. 21. q. 1. art. 1. ad 2. q.* Sequitur *Nauar. in can. finali. §. finali nu. 17. & 23. de pœnit. dist. 7.* Dolor vero de aliquo bono amisso dupliciter potest esse maior. vno modo intensiuè, quoad intensionem; altero modo quoad firmitatem, & æstimationem. intensiue magis quis dolet de morte patris fortasse. sed ęstimatiuè, & quoad firmitatem magis dolet offendisse Deum. *Nauar. in can. quis aliquando de pœnitent. distinct. 1. num. 1. vers. ad quod respondetur 1.*

Dolus, & fraus nemini patrocinium ferre debet. ex Concilio Cabilonensi 2. in *can. dictum est nobis 4. in fine 30. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *fallaciam.* ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis in *can. si quando à sacerdotibus 1. 15. q. 6.* ex Innocentio Tertio Senonensi Archiepiscopo in *cap. sedes Apostolica 15. in fine. & cap. ex tenore litterarum 16. in fin. de rescriptis.* rationem reddens: *Quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent.* Idemque Innocẽtius Altissiodorensi Episcopo in *cap. tuę fraternitatis discretio 12 in fine de clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda.* rationem quoque reddens: *Cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impertiri.* & C. tituli Sãcti Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali in *cap. officii 14. etiam in fine de testamentis.* Nec dissimiliter Alexander Tertius Noruicen Episcopo in *cap. audiuimus 3. etiam in fine de collusione detegenda*. sic rationem inferens à contrario: *Quia satis esset indignum, si fraus, & dolus, quæ in preiudicium tui Iuris, & aliorum nituntur cõmittere, in eorum non redundaret incommodum, & iacturam.* rationem reddit & *Gloss.* ibidem verbo *spoliare.* Ne malitia sit illis lucrosa. & plura alia congerit. nec dissimiliter Vlpianus

decreuit lib. 11. ad edictum, in *l. 1. in principio ff. de dolo malo.* rationem & ipse reddens: *Ne, vel illis malitia sua sit lucrosa; vel istis simplicitas damnosa.* eodemque modo Paulus lib. 11. ad Edictum in *l. ne ex dolo ff. eodem.* Ne ex dolo suo lucrentur. inquiens. Neq; accipiat quis fructum suæ calliditatis. vti Iustinianus Cæsar loquitur in *l. si legatarius 25. C. de legatis.* & sequuti nos fuimus *respons.* nostra 78. *nu. 96. & 97. part. 5.*

Dolus bonus est contra hostem, vt bono dolo eludatur. ex Clemente epistola 3. in fine in *can. in mandatis habemus 2. circa finem dist. 43.* Clementem excipe: *Quod si ingesserit se, & pronocauerit nos dicere, quę eum minus rectè agentem non oportet audire; prudenter eum debemus eludere.* quo loco *gloss.* verbo *eludere*, sic ad rē infert: *nota: dolum esse bonum contrà hostem.* probat hoc ex Hieronymo in *can. vtilem simulationem, & in tempore assumendam. 21. 22. q. 2.* qui post exempla data infert: *Nec mirum quamuis iustos homines, tamen aliqua simulare pro tempore ob suam, & aliorum salutem: Cum, & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit: vt condemndans in care peccatum, nos in se faceret iustitiam Dei* & infert *Glo.* ibidem verbo *simulationem.* nō ab re fecisse hoc Dominum, sed: *vt falleret diabolum dicit enim auctoritas: Si diabolus eum filium Dei sciuisset, numquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset.* & vt dixit ille: Ars deluditur arte. Nec mirū sic Vlpianus lib. 11. ad edictū in *l. 1. §. 1. & 2. ff. de dolo malo.* ex Labeone dolū aliū in malū, alium in bonum diuisit. inferens: *Quoniam veteres etiam dolum bonum dicebant; & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem, latronemue quis machinaretur*, notat plura *Gloss.* ibidem verbo *hostem.*

Dolo facere nō videtur, Iure qui vtitur suo. & sibi proficiat, alteri non noceat. vt Gratianus respondet in *can. queritur cur patriarcha mentiri voluit 22. §. hinc idem Apostolus. 22. q. 2.* verba sunt Gratiani: *Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse nec mentiendo, sed verū dicendo, sibi profuit, alteri non nocuit.* vbi *Gloss.* verbo *nec nocuit.* commentum agens infert: *Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est.* apertissimisque verbis dixit Innocentius Tertius Episcopo Florentino scribens in *cap. cùm Ecclesia Vulterrana 31. §. mandamus quatenus super primo articulo. extrà de electione.* rationem reddens: *Quia* (inquiens) *non videtur iniuriam facere, qui vtititur Iure suo.* quamuis ex hoc alteri damnum sequatur, modò non eo faciat animo, vt noceat. vt *Gloss.* ibidē verbo *iniuriam.* adnotat. ex *can. illud relatum per æque est. 2. 10. q. 1.* quod ex pandectis *l. 3. ff. de iniuriis.* accepit. Dixitque quam manifestè Paulus lib. 2. de testamentis. in *l. nullus videtur 55. ff. de regulis Iuris.* verba faciens: *Nullus videtur dolo facere, qui iure suo vtitur.* Nec diuersimode Vlpianus lib. 71. ad edictum in *l. quod & lex flauia 3. §. is tamen, qui in potestate habet. ff. de libero homine exhibendo.* dum rationem reddit: *Quia dolo malo non videtur habere; qui iure suo vtitur.* Ipseque met Vlpianus cōfirmauit lib. 57. ad edictum in *l. quo naufragiū fit. 3. §. quod ait prætor de damno ff. de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata.* dum tandem infert: *Cum enim defendendarum mearum ædium causa fecerim, vtiq; dolo careo.* & demum rationem reddit: *Nec enim iniuria hoc fecit, qui se teneri voluit, cùm alias non posset.* & nec contra est, quod Paulus lib. 10. ad Sabinum in *l. scientiam hic pro patientia accipimus 46. § qui cū aliter se tueri non possent. ff. ad legem Aquiliā* & Papinianus li. 8. responsorū in *l. cū pater. filios 79. §. Titio fratri suo in fine ff. de legatis 2.* dū sequentibus infert. *Nec videbitur dolo fecisse, cùm fraudem excluserit.* prosequitur *Marcus Mantua cons. 4. num. 38. Rolandus à valle cons. 11. num. 23. lib. 3.* diximus *respons.* nostra 85. *num. 39. part. 4.* & *respons. 95. num. 82. & 83.* & *respons. 105. num. 35. 36. & 37. part. 5.*

Dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus, non desiderat habere consortem. ex Augustino ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obiiciunt 3. §. quis auarus. 23. q. 7.* Augustinus loquitur: *Quis auarus quærit compossessorem? Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel fastu dominationis elatus desiderat habere consortem?* Dominandi igitur cupiditas consortem non desiderat.

Dominus inter iuramentum, & loquęlam nostrā nullam vult esse distantiam. Quia sicut iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum decet esse mendacium. Chromatius in Matthęum in *can. Iuramenti hæc causa est. 12. 22. q. 5.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *distātiam.* quia *solidius subsistit vbi iuramentum interponitur.* tamē firmum est, quod Deo solo verbo promittitur. & siquidem quo ad Ecclesiam aliter se habeat; cùm iuramentorum periurium pariat, si non obseruetur. vt *Glossella* marginalis ibidem obseruat.

Dominus vobiscum, quo sacerdos in missa salutat populum, sumptum est ex veteri testamento. sicut Booz salutauit messores suos. Ruuth. 2. 4. *Dixitque messoribus: Dominus vobiscum. qui respōderunt ei. Benedicat tibi Dominus.* Episcopus tamen cùm primo salutat populum, dicit: Pax vobis. Quia hæc fuit prima vox Christi ad discipulos post resurrectionem. Episcopus est Christi vicarius ex Sotero Papa in *can. Hoc quoque statutum est. 61. in fi.* ibique *Gloss.* verbo *Dominus vobiscum. de consecrat. distinct. 1.*

Dominus quod iubet, seruus, qui bonus est, nec mutat, neque prohibet. ex Augustino in *can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus. 9. in principio 28. q. 1.* verba sunt Augustini: *Nullo enim modo, quod Dominus iubet, seruus bonus fieri prohiberet.* de Apostolo Paulo loquens. vbi *Gloss.* verbo *seruus.* infert rationem: *Nam Apostolus nullo modo faceret cōtra Dominum. Sicut dixit Prętor, quòd contra legem non tuebitur aliquem.* ex Paulo lib. 21. ad Edictum in *l. cum sponsus sponsę 14. §. si res talis sit. ff. de publiciana in rem actione.* in ratione, quam reddit: *Quia his casibus neminem Prętor tuetur, ne contra leges fa-*

*faciat*. Rationem etiã percipe ex Augustino in *can. iam nunc illud videamus*. 8. non longe post principium. *eadem* 28 *q*. 1. dicente: *Quod enim Dominus probibet, fieri omnino non licet.* Patet quoque ex his, quæ habet Augustinus in lib. responsionum ad Ianuarium. in *can. liquidò apparet*. 54. *circa medium de consecrat. dist.* 2. decernens, quod licet post cœnam Christus suo corpore Apostolos cibarit, nõ propter hnc tamen nos eodem modo corpus eius sacratissimum sumere debemus. dicens: *Ex boc enim placuit spiritui sancto, vt in honorem tãti sacramẽti in os Christiani prius dominicum corpus intraret, quàm ceteri cibi*. inferens demum ad rem: *Nam si boc ille monuisset, vt post alios cibos semper acciperetur; credo, quod eum morem nemo mutasset*. Rationem reddit *Glos*. ibidem verbo *mutasset*: dicens: *Quod enim Dominus iubet, bonus seruus non mutat*. 28 *q*. 1. *sic enim circa principium*. Non ergo mutãdum quod Dominus iubet. sicut non reuocantur à filio, quę à patre geruntur. Imperatoribus Diocletiano, & Maximiano decernentibus in *l. ea, quæ à patre geruntur*. 7. *C. de restitutionibus militum, & eorum, qui reipublicę causa absunt*. dicentibus illis: *Ea, quæ à patre geruntur, nõ decet pro disciplina militari à filijs ad irritum reuocari*. & sequuta fuit *Gloss d. can. sic enim*. verbo *seruus*,

Dominus tenetur ad damnum resarciendum, quod eius familia alteri intulit. Si tamen vel mandauit id fieri, vel in culpa fuit, ne non succederet. Quia nimirum tenetur Dominus de facto seruuli, ni illum correxerit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. irrefragabili constitutione sancimus* 13. *de officio ordinarij extra*. ibique notat *Gloss*. verbo *ne sanguis eorum*. & ex Gregorio IX. in *cap. ne religiosi vagãdi occasionem* 24. *siue finali in principio de regularibus & transeuntibus ad religionẽ*. ibique *gloss*. verbo *de prælatorum manibus requiratur*. quæ subdit: *Et ita prælatus tenetur de facto subditi, ni eum correxerit*. *Gloss*. quoque notabilis in *cap. cum ad sedem Apostolicam accessissent* 15. *in fine* verbo *interdictum. ad medium. de restitutione spoliatorum*. quę sequentibus decernit: *Nec enim de facto familię suę tenetur Dominus, nisi mandauerit, vel ratum habuerit; sed si seruus eius deiecerat, tunc tenetur in quantum ad ipsum peruenit*. Quia tenetur Dominus, vel Prælatus subiectum corrigere. ex Gregorio ad Venantium in *can. Ephesiis Paulus dicit*. 4. *distinctione* 43. super verbis Pauli ad Ephesios: *Non enim subtersugi quominus annunciarem omne consilium Dei vobis*. in ratione, quam reddit: *Quia cùm increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo Pastor occidit*. Debet ergo corrigere, alioquin nõ tenetur si emendauerit. vt *gloss*. ibidem subnectit. verbo *annunciarem*. argumentãdo. *Quod si per te non stat aliquid, quò minus fiat, non est tibi imputãdũ*. ex Stephano Papa V. Hallulpho in *can. admonere te cum lachrymis* 8. 33. *q*. 4. *in fine* §. *sin autem aliter feceris*. dicens inferendo: Et sanguis tuus super caput tuum, nos alieni à consortio tuo pro aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni solicitudine nitimur desudare, & Domini misericordiam attentius quotidie implorare. adnotat *Cappella Tholosana q*. 196. ad quam plenè *Aufrerius* in additionibus. *Afflictus decis*. 57. *num*. 5. vbi etiam *Grammatic*. in additionib. notauit *Ioseph. Ludouicus decis. Perusina* 10. *nu*. 15. & 16. *Gratianus* Rotæ Marchię *decis*. 36. *num*. 15. & *Forensium disceptationum part*. 2. *capit*. 395. *num*. 16.

Dominus seruo, siue vassallo suo infidus esse non debet. sed vicem ei reddere fidelitatis, quam eidem seruus, vel vassallus reddere debet. ex forma fidelitatis per Fulbertum Episcopum in *can. de forma fidelitatis aliquid scribere* 18. *in fine* 22. *q*. 5. ibique *Gloss*. verbo *vicẽ*. quæ sic infert: *Eadem fide tenetur quis subdito suo, sicut subditus Domino*. iuxta illud Hieronymi ad Nepotianum in *can. esto subiectus pontifici tuo*. 7. *dist*. 95. qui sequentibus loquitur: *Scitum est illud Oratoris Domitii: Cur Ego te (inquit) habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorem?* vbi *Gloss*. verbo *me* argumentatur: *quòd frustra petit debitum, qui quod debet non impendit*. ex Ambrosio ad Hilarium in *can. si infidelis (dicit Apostolus) discedit*. 7. 28. *quæst*. 1. Hinc infertur quod si Dominus male vtitur vassallo, interdicitur ei exercitium Iurisdictionis. vt *Gloss*. sequitur *d. can de forma fidelitatis* 18. verbo *vicem. in fine* sequiturque *Grammaticus cons*. 10. *Lanarius cons*. 5. *nu*. 12. & 13. Hinc est etiam quod Dominus, qu infirmum seruum expulit, neque curam eius egit, vt vel in Xenonem ducatur, statim Ciuis Romanus efficitur, atque libertate potitur, & Dominus Iura quoque patronatus amittit. ex Iustiniano Cæsare in *l. vnica*. §. *sed scimus hoc etiam esse C. de latina libertate tollenda, & per certos modos in Ciuitatem Romanã transfusa*. sequitur *gloss*. in *can si expositus ante Ecclesiam* 9. siue finali *distinct*. 87. verbo *expositus. circa medium*. sequitur *Angelus in* § *fuerat num*. 9. *in fine Institutionibus de actionibus*. & decreuit Gregorius IX. in *cap si à patre siue ab alio* 1. *de infantibus, & languidis expositis*. amplians etiam in filio. ibique *gloss*. verbo *liberatus*. & *Innocentius. Hostiensis, & Abbas*. Nec diuersimode decernere videtur nona Constitutio in *can. si seruus sciente, et nõ cõtradicẽte domino* 20. *dist*. 54. vide *Cappellã Thelosanã q*. 629. ibique plura addit *Aufrerius*. *Abbas* quoque *cons*. 70. *n*. 1. *part*. 1. an famulo infirmo debeatur salarium? & ad paucos dies deberi moderatas expensas. ex Bonifacio Octauo in *cap. vnico de Clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda* §. *qui verò aliter. lib*. 6. quatenus habet: deberi distributiones quotidianas clerico, vel Canonico infirmo. ibique *Gloss*. verbo *infirmitas*. & *Philippus Franchus*. ex Gregorio Candido Episcopo Vrbeuetanen in *cap. cùm percussio corporalis* 1. *de Clerico ægrotante, vel debilitato. extrà*. ibique *glos*. verbo *ægrotanti*. & *Abbas*. *Couar. lib*. 3. *variarum resolut. cap*. 13. *num*. 8. *in* 5. *conclusione*. *Genuensis in praxi Episcopali Neapolitana cap*. 47. *num*. 1. siue *cap*. 56. *de cappellano infirmo num*. 2. *Na-*

*uar. manuali cap. 17. num. 108.*

Dominus tenetur de damno quod sua animalia dederunt alteri, præsertim si sua id accidit culpa non custodiendo illa. ex Gregorio IX. in *cap. si culpa tua 9. siue finali de iniuriis, & damno dato.* vbi plene quoque *gloss.* verbo *anima lia tua.* ibidem *Abbas.* cōcinit Vlpianus lib. 2. ad edictum ædiliū Curuliū in *l. qua vulgò iter fiat. 42. ff. de ædilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione.* cum lege sequenti, quę est Pauli *l. bouem, qui cornu petit 43.* Iustinianus Cæsar in *§. finali Institutionibus. si quadrupes pauperiem fecisse dicatur*: noster *Maranta consil. 136. per totum* ac præsertim *n. 4.*

Dominus tenetur de culpa ministrorum suorum ex Ambrosio in *can. an putatis illum ieiunare fratres. 13. distinct. 86* ibique glo. verbo *famulos.* & ex Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunen in *cap. Generali constitutione sancimus 13. §. illos verò Clericos. de electione in 6.* illis verbis: *Et suos ministros in eis sollicitè faciant abstinere.* ibique *Gloss.* verbo *ministros.* quæ sic infert: *qui (ministri videlicet) res alterius saluare tenetur: & de facto ministrorum tenetur.* Domini scilicet. subdens *& Culpę reus est, qui malorum vtitur opera* decreuit Iustinianus Cęsar in *§. Item exercitor nauis. Institutionibus. de obligationibus, quę quasi ex delicto nascūtur.* illis verbis in fine: *Et aliquatenus culpæ reus sit, quod opera malorū hominū vteretur; ideo quasi ex maleficio teneri videtur.* Nec dissimiliter loquitur Vlpianus. lib. 14. ad edictū in *l. debet exercitor 7. in principio ff nautę, caupones, & stabularii, vt recepta restituant.* eodēque modo idē Vlpianus lib. 38. ad Edictū in *l. prima siue vnica ff furti aduersus nautas, caupones, & stabularios* concinit Iulia... s lib. ... in ... *l. si quis fundum 10. §. si colonus prędiorum. in fine ff. locati, & conducti* vide *Grammaticum decis. 3. num. 9 & num 12. Afflictum decis. 82. à nu. 5. Rota apud Card. Seraphinum decis. 527. & decis. 537* & apud S. memorię *Gregorium 15. decis. 233.*

Dominiū in Ecclesiam transfertur re quoque non tradita ex Gregorio in *can. moderamine Apostolicæ auctoritatis 29. 16. q. 1. in fine* ibique *gloss.* verbo *sibi vendicent. Rota apud Duranum decis. 364. num. 1. & 2.*

Dominium rei in Ecclesiam transfertur ratione consecrationis. sicut etiam ratione ordinis sacri. ex Gelasio Papa Herculentio, Stephano, & Iusto Episcopis in *can. frequēs equidem, & assidua nos 11. distinct. 54.* ibique *gloss.* verbo *reddi.* quę ponit differentiam inter res inanimatas, consecratas tamen, & res animatas. quia in homine consecratio in anima imprimitur, in rebus verò inanimatis, exterius. Hinc est, quod si res inanimata Deo sacretur contra Domini voluntatem, non res ipsa, sed pretium rei domino erit restituendum, cum dominium iam sit consecratione translatum in Ecclesiam. ex Gregorio in *can. comperimus nullam extitisse causam 2. 14. q. 6.* & ibi *glos.* verbo *eis*: quæ rationem reddit: *Quia res semel consecrata non debet ad prophanos vsus redigi.* ex Ambrosio in *can. aurum Ecclesia habet 70. 12. q. 2.* Idem est ratione Christianitatis, si seruus videlicet Iudæi, vel pagani voluerit fieri Christianus, nam pretium soluetur Iudæo, vel pagano. ex Gregorio Fortunato Neapolitano Episcopo in *can. fraternitatem vestram 15. dist. 54.*

Dominium rerum suarum per peccatum mortale nemo amittit, neque etiam iusta earum possessio tegu arriter, nisi in crimine hæresis. ex Innocentio Tertio in *cap. vergentis in senim 10. de hereticis ex rā.* & ex ... onifacio Octauo in *cap. cum secundum leges ciuiles 19. eodem in 6.* & in crimine læsæ Maiestatis declarauere Imperatores Arcadius, & Honorius in *l. quisquis cum militibus C. ad legem Iuliam Maiestatis* vt dicere contrarium hæreticum existimetur. ex Concilio Constantiense sessione 15. sequitur *Nauar. de eleemosina in e in quiescamus dist. 42 num. 44.* & *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 8. cap 12. q. 2* & *lib. 5. cap. 7. q. 2. eadem par. 1.* Quò ad dominium absolutissimum asserēs admisso crimine hæresis statim quēquam illud amittere; quo ad possessionem verò non nisi post sententiam.

Domitii Oratoris scitum est illud: Cur ego te (inquit) habeam vt Principem, cum tu me nō habeas vt Senatorem? verba sunt Hieronymi ad Nepotianum in *can. esto subiectus Pōtifici tuo 7. post principium § scitum est illud oratoris Domitij distinct. 95.* argumentum ex hoc sumit *glossa* verbo *me. dicens: Quod frustra petit debitum qui quod debet non impendit.* vel dicamus quod, qui non honorat, nec honorabitur.

Domus Dei est Ecclesia, quæ edificata est supra petram. & quæ, vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus cōclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorum: quæ domus etiam Claues accepit, ac potestatem soluendi, & ligandi. Hanc domum, si quis corripientem, corrigentemque contempserit: Sit tibi (inquit) Sicut ethnicus, & publicanus. Augustinus lib. 7. de baptismo cap. 51. in *can. omnibus consideratis puto me 20. 24. quæst. 1.*

Domus Dei. domus orationis & esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potiùs fit latronum spelunca. *Lucę 19.* ex Gregorio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est 2. in fin dist. 88.* Nec diuersimode Vrbanus Secūdus. L. prępofito Ecclesię Sancti Iuuentij apud Ticinum. in *can. saluator predicit in Euangelio. 8. circa finem §. pensandum verò est qua pœna multentur. 1. q. 3.* super verbis *Matthæi 21.* dicente Domino: *Vos fecistis domum patris mei domum negotiationis, & speluncam latronum.* & sequitur Alexander Secūdus Lucensis Ecclesię Clero, & populo in *can. ex multis temporibus 9. eadem 1. q. 3.* & Origines in eundem *cap. 21. Matthæi* in *can. & hoc diximus 9. 16 q. 7.* super verbis, *Domus mea domus orationis vocabitur.* deducens, in hoc loco, in Ecclesia videlicet, non debere homines, Deo sacros emere, & vendere, per simoniam, *Sed orationibus vacare, qui congregantur quasi in domo orationis.* Quia, vt ex Synodo septima in *can.* quo-

quoniam à quibusdã viris 5. in fine 19.q.3.habetur; voci Domum aduersantur, qui dicit. (Marci 9. Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. vnde est, quod ipso initio perniciosi sunt exemplo. Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in can. miramur tantum apud vos 5. post principium §. Principatus autem distinct. 61. & si quidem meminisse debent.

In magna Domo non solum esse vasa aurea, ærea, & argentea, sed vt lignea, & fictilia, vt Hieronymus verba facit in can. qui secundum carnem natus erat 13. in fine 23. q. 4. hoc est, in Ecclesia, non solum bonos, sed malos. vt Gloss. ibidem verbo Domo commentum agit.

Domum præbens ad crimen patrandum, & peccat, & pœna condigna feritur. ex Paulo lib. 5. sententiarum in l. 1. in principio. & §. qui puero stuprum. ff. de extra ordinariis criminibus. quam legem inter sacros canones reduxit Gratianus in can. solicitatores alienarum nuptiarum 15. §. qui puero stuprum de pœnitentia distinct. 1. idemque statuit Papinianus lib. 2. de adulteriis in l. qui domum suam 8. & Vlpianus lib. 4. de adulteriis in l. & si amicis, quis domum præbuisset 9 ff. ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.

Domicilium vbi quis habet, forum quoque sortitur, vt ab eodem ordinari valeat Episcopo. ex Bonifacio Octauo in cap. cùm nullus clericum 3. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in 6. illis verbis: seu habet (licet alibi natus fuerit) domicilium in eadem. ibique gloss. verbo domicilium. & ibidem Philippus Francus. nu. 4.

Domicilium autẽ quis contrahit per quamcũque modicam habitationem, cùm animo tamen ibi perpetuò manendi, & vbi quis larem, rerumq; ac fortunarũ suarũ summam cõstituit. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in l. Ciues quidem. 7. C. de incolis, & vbi quis domicilium habere videtur, & de ijs qui studiorum causa in aliena Ciuitate degunt lib. 10. & ex Paulo lib. 24. quæstionum in l. domicilium re, & facto transfertur. 20. ff. ad municipalem, & de Incolis. Poterit igitur quis domicilium constituere vbi voluerit, modo id eidem prohibitum non inueniatur. ex Martiano, siue alias Marcello lib. 1. Digestorum in l. nihil est impedimento 31. ff. ad municipalem, & de incolis. sequitur Nauar. consil. 2. & conf. 3. num. 8. lib. 1. de temporibus ordinat. Rota part. 2. in recentionibus decis. 188. Gratianus foren. part. 1. cap. 181. num. 26. & sequentib. Barbos. in collectan. ad Sacrum Tridentin sesso 23. cap. 8. num. 34. de reformat. atque transferre illud de loco ad locum. vnde fit subditus ei Episcopo, in quo larem eligit, tam quoad spiritualia, quàm quoad temporalia. ex Cœlestino Tertio in cap. significauit nobis Aconen Episcopus. 5. siue finali de Parochiis, & alienis parochianis. ibique plenè Abbas. Butrius in cap. ad Apostolicæ 20. nu. 7. de decimis. Genuenis in praxi cap. 48. de domicilio Clericorum nu. 1. & sequentibus.

Domicilium filius habere dicitur vbi cum patre demoratur, licet alibi natus fuerit. Nauar. d. conf. . de temporib ordin. vide Quarantam in summa Bullarum verbo ordo vers. circa tertium fol. 373. Rota part. 2. diuersorum decis. 150. n. 8. & meum Marantam conf. 103.

Domicilium Matris, patre iam defuncto, filius prosequitur, quia de familia matris est. ex Paulo lib. 26. ad Edictum in l. pronunciatio sermonis 195. §. familiæ appellatio ff de verborum, & rerum significatione. præsertim vero filius naturalis matris. plene Federicus de Senis q. siue consil. 254. col. 3. vers ista iura non tractant. & in fine etiam quæstionis. & q. 253. vide apud S. memoriæ Gregorium 15. decis. 279. nu. 17. & ibidem Beltraminus Addens. nu. 26. & apud Duranum decis. 19.

Domicilium Clericus habere dicitur vbi ratione beneficii residere debet. & si possit illud alibi sibi constituere, vnde si dua obtinet beneficia diuersis in locis, in vtroque domicilium retinere dicitur. probat Gloss. in can. Primatus Episcopus 6. in fine. distinct. 71. verbo à collega suo. ex Paulo lib. 45. ad Edictum in l. Labeo iudicat 5. in fine. ex Vlpiano lib. 2. opinionum in l. assumptio origis 6. §. Iuris prudentibus placuit ff ad municipalem, & de incolis. Triuisanus decis. 18. num. 5. part. 1. & Beneficium, etiam tenue satis est, vt quis ratione beneficii domicilium sortiatur. sequitur Henriquez in summa lib. 10 cap. 17. §. 3. & patet quis domicilium pluribus in locis sortiri, vt etiam conueniri valeat. ex Gregorio IX. in cap. licet ratione delicti 10. siue finali de foro competenti. illis verbis: siue contractus, aut domicilii. ibique expresse Gloss. verbo aut domicilii. & Glossella marginalis eodem loco. ex Honorio Tertio Archiepiscopo, Decano, & Archidiacono Turonen. in cap. ex parte B. 15. de foro competenti. sequiturque gloss. in cap. cum cappella ducis. 16. §. quo circa mandamus verbo. in quantũ exẽpti in fine de priuilegiis. notat Nauar. conf. 7. nu. 3. lib. 4. de clandestina desponsatione Gunsalez ad 8. regulam cancellariæ Gloss. 43. num. 166. Nam subditus quis efficitur, ratione domicilii, & forum sortitur. vt Gloss. sequitur in clement. vnica col. 4. verbo subditos. in fine. de foro competenti. Rota apud S. memoriæ Gregor. XV. decis. 255. nu. 5.

Domicilium in viuentibus, & ius funerandi in defunctis à pari procedunt. ex Triburiensi Concilio in can. vbicumq; temporum vel locorum 6. 13. q. 2. ibique plenè gloss. verbo. vbicumque Oldradus conf. 25. vers. sed in cõtrarium. Abb. in cap. 1. nu. 5. de sepulturis.

Donatio facta Ecclesiæ, vel monasterio per ingredientem illud, tacitam habet conditionẽ, si perseueret, qui donauit. gloss. in cap. quod à te 3. in fine verbo redire circa medium vers. propter hoc dicunt quidam de Clericis coniugatis. veluti & dos. quæ durante matrimonio & ipsa penes virum perdurat, eo verò dissoluto, restituenda sit. ex Iustiniano Cæsare in l. vnica §. cum autem in actione dotis C. de rei vxoriæ actione. Similique modo ex Innocentio Tertio Archidiacono Sancti Andrææ de Scotia in cap. nuper à nobis tua discretio requisi-

uit

*ult 6. de donationibus inter virum & uxorem, & de dote post diuortium restituenda.*

Donatum non censetur, nec pro donato habetur, quod ab illo datur qui non potest de iure donare. ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. quod autem consulis 5. in finalibus verbis* in ratione, quam reddit. *de Iure patronatus.* & ibidem *gloss.* verbo *pro non dato.*

Donatio omniumbonorum trahitur etiam ad futuras actiones. ex *gloss. in can. statutum est, & rationabiliter 1. in fin. 18. quæst. 1.* verbo *restituat.* dicens, ac rationem reddens: *Qui enim dat omnia bona sua. dat & spem futuræ actionis.* ex Decio Augusto in *l. spem futuræ actionis 3. C. de donationibus. Rota in Cornetana bonorum corã Comitulo 1589. decis. 71. num. 1. post primum volum. consiliorum Farinacii.*

Donatio simpliciter facta, exauditur de Iure, quod in illa re quis habet, quamuis illa pleno Iure sua non fit. ex Innocentio Tertio Episcopo Helien. in *cap. pastoralis officii 7. de donationibus.* & ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. quod autem consulis 5 de Iurepatronatus. Rota apud Duranum decis. 337. nu. 65. part. 2.*

Donata discutienda non sunt, sed gratiosè recipienda. ex Clemente V. in concilio Viennen in *Clement. ad nostrum 2. §. nos igitur super his. de censibus, & exactionibus, & procurationibus.* vbi per optimè *gloss.* verbo *gratiosè* quę sic infert:

*Dicit Prouerbium Italicorum, Non respicientium dentem Equi donati. Vnde quidam:*

*Quadrupedis dentes donati cernere noli.*

cui couenit *ff. de ædilitio edicto ad res donatas.* sic *glo.* quę lex *ad res donatas. est 62.* & est Modestini lib. 8. Differentiarum. Rationem dicit: Quia donans liberalitatem suam donando exercet, & non debet ex sua liberalitate pœnam pati.

Donatus primò fuit catholicus, sed postea in heresim lapsus est. & cõtra Donatistas scripsit Augustinus. *gloss. in can. noli frater contra diuina 9.* qui est Augustini ad Vincentium contra donatistas *distinct. 9.* verbo. *Donati.*

Donationem Ecclesiæ factam quilibet, etiam priuatus acceptare potest ipsius Ecclesiæ nomine. vnde irreuocabilis efficitur *gloss.* notabilis *in can. quoties cordis oculus 9. post principium. 1. q. 7.* in verbis Gregorii: *Et promitto tibi, & per te Sãcto Petro Apostolorum Principi.* verbo *per te.* inferens: *vel hoc fit fauore religionis sed credo iure canonico me teneri, si ego promitto tibi me daturum Titio decem.* ex ratione, quam infert Chromatius in *can. Iuramenti hęc causa est 22. q. 5.* dicens: *& ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram nullam vult esse distantiam.* sequitur Couarruuias *lib 1. variarum resolutionum cap. 14. num. 14. in fine & Ioseph Ludouicus decis. Perusiæ 29. num. 9.* notetque *Tiraquellus* fauore piæ causę, in *tract. piæ causę priuileg. 114. & 115.* Quia Deo donatum censetur, qui vbique præsens est. & ipse acceptat. perpendit *Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ gloss. 5. §. 7. nu. 101. & 102.*

Donatio facta Ecclesię sub modo apposito, quamuis Ecclesia modum non seruauerit, nõ reuocatur. agitur tamen vt modum seruet, nisi expresse dictum fuerit, si non seruauerit modum, vt donatio pro non facta habeatur. ex Alexandro Tertio in *cap. verum, cum alicui Ecclesiæ 4. de conditionibus appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus.* ibique per optimè *gloss.* verbo *conditione donatur.* & ibidem *Cardin. Abb. & Præpositus.* Quia modus causa impulsiua æstimatur; causa vero finalis liberalitas in pium locum; siue magis Deus, cuius intuitu donatio fit. perpenditque *Couarruuias variarum resolutionum lib. 1. cap. 14. vers. quod vero attinet. num. 6. Ioseph. Ludouicus decis. Perusina 29. num. 22.* deduximus *responsa* nostra *15. à n. 44. ad finem part. 1.* & per quam optimè ratio adaptatur ex Concilio Agathensi in *can. Pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis 3. 12. q. 3.* quod sanè sic loquitur, rationem reddens: *Quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis donare probatur.* vt causa finalis Deus & animæ suæ commodum videatur, modus verò causa impulsiua.

Dormiendo nemo vel bene, vel malè mereri potest, cùm nemo dormiendo, sensibus iam impeditis, ratione vtatur; neque iudicio polleat ad merendum sufficienti. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. testamentum veteris legis. circa finem 5. Nam sunt, quibus ita plerunque illusio nascitur. distinct. 6.* ibique *gloss.* verbo *Rea*: nec inconcinne deducitur ex Clemente V. in Concilio Viennen in *element. vnica* cum ibi notatis *de homicidio voluntario, & casuali.* illis verbis: *seu dormiens.* nam furioso, & infanti, dormiens ęquè paratur, quia ratione carent. & *gloss.* ibidem verbo *dormiens. S. Thomas in 4. distinct. 9. q. 1. art. 4. & 2. 2. q. 154. art 5. in corpore. Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 9. num. 4. & num. 7.* & ex Isidoro in *can. non est peccatum quando nolentes. 3. eadem distinct. 6. Sanchez de matrimonio lib. 2. disputat. 11. nu. 32. in 4. quæst. ad 3.*

Dotans Ecclesiam de redditibus Ecclesiasticis Iuspatronatus non acquirit, sed ipsa Ecclesia libera remanet. ex Octaua Synodo vniuersali in *can. apostolicos, & paternos canones 13. in fine 12. q. 2.* sic enim Synodus: *Si autem Episcopus conuictus fuerit construxisse monasterium de reditibus Ecclesiasticis, tradat ipsum eidem Ecclesiæ monasterium.* ibique per quam optimè *gloss.* verbo *construxisse.* & verbo *tradat.* deducitur que ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. ad audientiam nostram 3 de Ecclesiis ædificandis, vel reparandis.* ibique *gloss.* verbo *rectoris.* & *Abbas nu. 12.*

Dotans verò Ecclesiam, vt Ius patronatus in illã acquiratur, debet sibi expresse reseruare Ius patronatus, alioquin benefactor præsumitur & donasse videtur, non vt Ius patronatus sibi acquireret. ex Concilio Lateranen sub Alexandro Tertio in *cap. quoniam in quibusdam locis. 3. in ipso principio de Iure patronatus.* ibique *Gloss.* verbo *fundatores.* prosequiturque ibidem *Abbas n. 10.* concinitque quod: Ho-

Honorius Tertius Reginæ Vngariæ scripsit in cap. cùm sicut ex relatione Capituli 8. de consecratione Ecclesiæ vel altaris. ibique Gloss. verbo consecranda. sequitur Paulus de Cittadinis de Iure patronatus in 3. parte in 2. causa acquirendi q.5. num. 5. 6. & 7. Quia Ius patronatus non præsumitur nisi probetur. sed Lambertin. de Iure patronatus part. 2. lib. 2. art. 22. q. 7. principali num. 5. in fine contrarium infert, volens, quod, & si non expressè sibi reseruauerit Ius patronatus, videtur tamen idcirco fundasse, vel dotasse. & hanc admittit sententiam contra Cittadinum: Maranta noster cons. 70. nu. 2. sequiturque Episcopus Genuensis in praxi Episcopali Neapolitana cap. 63. num. 13. qui ita decisum pluries in Rota fuisse refert; ac signanter in vna Diacen Portionis 16. Decembris 1591. coram Illustrissimo Pamphilio: & rationē habemus ex gloss. magna in can. piæ mentis 26. 16. q. 7. verbo piæ mentis. circa medium. quæ sic loquitur. Si quis autem post consecrationem dat aliquid Ecclesiæ, per hoc non fit patronus: sed qui ante consecrationem dat aliquid Ecclesiæ, fit patronus: hoc ideo, quia ille producit rem de non esse ad esse. & hanc gloss. quoad primam partem, quod dotans Ecclesiam iam fundatam nō acquirat Iuspatronatus, quia donasse videtur sequitur Rota apud Cardin. Caualerium decis. 136. num. 2. & it quuta fuerat prius apud Clementem 8. decis. 457. num. 18 part. 1. diuersorum.

Dotes protegere viduarum Ecclesia tenetur, cōtra iustitiam tamen nō est fauor Ecclesiasticus concedendus. ex Innocentio Tertio Archidiacono Sancti Andreę de Scotia in cap. nuper à nobis tua discretio requisiuit 6. §. quod autem de prima consultatione. de donationibus inter virum, & vxorem, & de dote post diuortium restituenda. nec dissimiliter Idem Innocentius Archiepiscopo, & Archidiacono Genuensi in cap. per vestras 7. eodem titulo simpliciter loquens, presertim vero ad impediendum, peccatum, ibidemque Abbas in 1. notabili. dicēs: quod Ecclesia potest se impedire pro dote, nō solum in fauorem viduarum. sed etiam in fauorem mariti petentis dotem sibi promissam; presertim si fuerit pauper, & miserabilis persona. Nā alias certum est Ecclesiam, quæ de matrimonio principaliter cognoscit, posse de dote, quæ accessoria est, cognoscere. vt si ad diuortium pronunciauerit, poterit consequēter de dote restituenda pronunciare. ex Clemente Tertio in capit. de prudentia vestra 3. eodem titulo de donationibus inter virum, & vxorem, & de dote restituenda post diuortium. ibique gloss. verbo incidens accessoriè. ibique Innocent. & Abbas. pluribus Sanchez de matrimonio lib. 10. disput. 8. num. 15. Marta de Iurisdict. part. 2. cap. 21. num. 15. & 21. Franciscus Molinus de pactis matrimonialibus lib. 1. comparat. 23. nu. 14. & 15. Episcopus Genuensis in praxi Curię Archiepiscophicopalis Neapolitanę c. 27. n. 3. Ioannes Maria Bellettus Episcopus Hieracen disquisitionis Clericalis tit. de fauore Clericorum realt §. 5. num. 54. Molina de hispanię primogeniis lib. 2. c. 15. num. 75. & 76.

Dubia in meliorem partem interpretanda sūt. ex Beda in cap. estote misericordes. 2. extra de regulis Iuris. qui sic fatur: Hoc loco nihil aliud nobis præcipi existimo, nisi, vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. ibique gloss. verbo in meliorem. Nec diuersimode dixit Gregorius Papa in moralibus in can. sunt nonnulli 2. in fine distinct. 46. verba sunt Gregorii: Sed Sanctus vir sicut mala de bonis non æstimat, ita iudicare bona de malis recusat. vbi gloss. verbo non æstimat rationem reddit: Quia dubia in meliorem partem interpretantur. Similique modo Nicolaus Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo scribens in can. indicas Hermanum Episcopum 14. 3. q. 9. significauit illis verbis: Satiusque arbitramur, quamlibet interim infirmitatem &c. & fugiendum æstimauit Anterus Papa Episcopis Hispaniæ scribens in can. absit, vt quidquam sinistrum de his arbitremur. 14. 11. q. 3. ibique per optimè Gloss. verbo sinistrum. quę sic ad rem infert: Si ergo Clericus amplexetur mulierem, interpretabitur, quod causa benedicendi eam hoc faciat. faxit autem Deus. Concinitque Hieronymus in can. nolite recedere à Domino 22. § audi ergo scripturam dicentem eadem 11. q. 3. qui rationem sic reddit: Vbi enim peccatum non est euident eiicere de Ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum. ibique plenè gloss. verbo triticum. inferens: Quia ratione dubitationis vitiosa, & superflua tolerantur. ex verbis Augustini in can. non æstimemus. 19. 13. quest. 2. qui sic ait: Sed quia non discernimus, qui sint; oportet ea pro regeneratis omnibus facere. vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & debeant peruenire. vbi gloss. verbo quia non discernimus ita argumentum extrahit: Quod ratione dubitationis melius est totum, & superfluum facere, quam nihil facere, vel etiam aliquid omittere. sequitur Nauar. cons. 5. num. 6. lib. 4. de desponsatione impuberum & cons. 12. n. 5. in fine. & num. 6. in fine lib. 5. de simonia. vel etiam dubia in turiorem partem accipere nos oportet. vt gloss. infert in can. aliter legitimum non fit coniugium 1. verbo conturbernia 30. q. 5. ex Innocentio Tertio in cap. accepimus litteras 16. sue finali. § ipse vero ad præsentiam nostram. de purgatione canonica. illis verbis. Porrò, cum ab eo non credatur exactum fuisse huiusmodi iuramentum; potius fortè præsumimus, quod alia de causa volebat sub præscripta forma iurare. ibique optimè gloss. verbo præsumimus. inferens: quod ea, quæ dubia sint, quo animo fiant, in tutiorem partem facienda est interpretatio. & glossella marginalis ibidem. quæ affert S. Thomam & ibi plenè Caietanum 2. 2. q. 60. art. 4. vtrum dubia sint in meliorem partem interpretanda?

Dubia, & incerta indicari non possunt, & ideo Diuino iudicio relinquenda. ex Augustino ad Clerum, & vniuersam plebem Hyponensem in can. nomen presbyteri 12. 2. q. 1. verbis illis: Ne diuinę potestati, sub cuius examine causa adhuc pēdet, facere viderer iniuriam, si ipsius iudicium meo vellem iudicio præuenire. & prose-

qui-

quitur pluribus Gratianus in *can. si quis diuinis tactis scripturis iurauerit 9. §. his ita respondetur. 30. q. 5.* proferens etiam ex Theophilo Episcopo, dicente: *Incerta charissime nullatenus iudicemus, quoad usque veniat Dominus, qui latentia producet in lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordium.* Quin ex Gregorio Cõstantino Mediolanẽsi Episcopo in *can graue satis est 84. 11. q. 3.* Sẽtentia his uerbis producitur: *Graue satis est, & indecens, vt in re dubia certa detur sententia.* eodem Gregorio Andreæ Tarentino Episcopo in *can. habuisse te concubinã 7. fine vltimo dist. 33.* dicente, ac rationem reddente: *Sed quia in rebus dubijs absolutum non debet esse iudicium, hoc tuę conscientiæ eligimus committendum.*

Dubiis in rebus humanior, & tutior via est eligenda. ex Augustino contra Manichæos. in *can quid culpatur in bello 4. in fine 23. q. 1.* ibiq; *gloss.* verbo *iniquitas* in fine adnotans: *quod in dubijs humanior, & tutior via est eligenda.* ex Leone Papa in *can. sicut quædam 2. fine finali distinct. 14.* dicente illo: *Dubijs enim in factis, atque obscuris id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium est, nec decretis sanctorum Patrum inuenitur aduersum.* Ratio desumi potest ex his, quæ habet Augustinus ad Ianuarium in *can. illa autem 11. circa finem distinct. 12.* qui sic prosequitur: *Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos viuitur societate, seruandum est.*

Dubiis in rebus recurrendum est ad exempla maiorum, & aliorum probatorum virorum. ex Hieronymo in 1. caput Danielis in *can. qui de mensa regis 11. distinct. 37.* quatenus Danielis exemplo probat, peccatum non esse secularibus litteris erudiri. inferens in fine: *vt probemus ea, quæ à sanctis prophetis ante secula multa prædicta sunt, tàm Græcorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium litteris contineri.* & notat *gloss.* ibidem in principio. verbo *scirent esse peccatum.* docetque idem Hieronymus in *can. ieiunium quarti, & ieiunium quinti 7. post principium §. cogimur igitur distinct. 76.* dum sequentibus infert: *Cogimur autem ad Hebręos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte magis, quam de riuulis quærere.* in quem locum *gloss.* verbo *de fonte* commentum agit dicens: *Collige in dubiis ad rei originem recurrendum, & plus magistro, quam discipulis credendum.*

Dubitationis ratione melius est ex abundanti aliquid facere, quàm dimittere. ex Ioanne Chrysostomo in *can. quiescamus ab hac absurda curiositate 2. in fine distinct. 42.* qui de Abraham loquens subnectit sequentibus: *Sed quoniam omnes excipiebat, suscepit & Angelos. non enim ex vita eorum, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, & bona voluntate.* argumentum extrahit *gloss.* ibidem verbo *sed quoniam omnes*, inferens: *Quod ratione dubitationis melius est ex abundanti aliquid facere, quàm aliquid dimittere.* ex Augustino in *can. non æstimemus 19. 13. q. 2.* qui sic fatur, rationem reddens: *Melius enim supersunt ista eis, quibus nec obsunt, nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt.* vbi *Gloss.* verbo *quia non discernimus.* & ipsa infert argumentum; *quod ratione dubitationis melius est totum, & superfluum facere, quàm nihil facere, vel etiam aliquid omittere.* allegat dictum *can. quiescamus 2. distinct. 42.* pluraque etiam inferens, quæ ratione dubitationis, fieri liceat. notatque *Glossella* marginalis ibidem dicens: *Dubitationis ratione fiunt aliqua.*

Dubio in casu, si articulus dubius est, an corã Iudice Ecclesiastico, vel etiam laico causa agi debeat, vt puta si Clericus quisquam, vel sit laicus coram Iudice Ecclesiastico discuti debet, quia de re ecclesiastica, & spirituali, vocato Iudice seculari, vel alio, cuius interest, ad iudicem Ecclesiasticũ cognitio pertinet. vt Bonifacius Octauus decreuit in *cap. si Iudex laicus 12. in primo responso. de sententia excommunicationis in 6.* sequitur *Ioannes Lupus tract. de libertate Ecclesiastica par. 2. q. 16. num. 7. in fine tom. 13. part. 1. tractatuum.* Semperque dubio in facto pro Ecclesia iudicandum. *Afflict. decis. 23. num. 8.* noster *Maranta cons. 145. num. 14.*

Dubio in facto consuetudini standum erit, quæ optima est legum interpres. ex Alexandro Tertio in *cap. cum dilectus filius 8. §. dictus verò procurator in fine extra de consuetudine.* Nec dissimiliter dixit Paulus lib. 1. quæstionum in *l. si de interpretatione legis quæratur 37. ff. de legibus, & senatusconsultis, & longa consuetudine.* rationem inferens in fine: *Optima enim est legum interpres consuetudo.* & sequitur *Abbas cons. 31. col. 2. in fine lib. 2.* præsertim vero consuetudini, quam Ecclesia Catholica Romana seruat. ex Innocentio I. ad Decentium Episcopum Eugubinum in *can. quis nesciat, aut non aduertat. 11. in fin. distinct. 11.*

Dubium si sit, an, qui presbyterum ordinauit Episcopus fuerit nec ne, ordinatur iterum à vero Episcopo. ex Gregorio Tertio ad Bonifacium Episcopum in *can. Presbyteri, quos ibidem reperisti 2. distinct. 68.* rationem reddit *gloss.* ibidem verbo: *& consecrentur.* Quia in dubio potius pręsumitur non ordinatus, quam ordinatus. sicut in dubio potius præsumitur non baptizatus, quàm baptizatus. ex eodem Gregorio Tertio ad Bonifacium in *can. paruulos, qui à parentibus 110. de consecrat. dist. 4.* rationem reddit *glo.* ibidem verbo *ratio.* dicens: *Nam in talibus certius est tenendũ.*

Dubia in re, ad fidem firmandam, valet auctoritas Ecclesiæ Catholicæ Romanæ. ex Augustino contrà Manichęos in *can. palam est, quod in re dubia 9.* & duobus sequentibus *distinct. 11.*

Dubijs in rebus absolutum non debet esse Iudicium. rescripsit Gregorius Andreę Tarentino Episcopo in *can. habuisse te concubinã 7 fine finali distinct. 33.* qui sic loquitur, & rationem reddit: *Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuę conscientię eligimus committendum.* vbi *gloss.* verbo *ambiguis.* quotupliciter dicatur ambiguitas distin-

diſtinguit, & tripliciter dici docet: nam eſt ambiguitas Iuris, facti, & perſonæ, & in dubio promptiores eſſe debemus in abſoluendo. *Rota in Caſeraguſtana ſtatus* 1588. *coram Bubalo deciſ.* 56. *num.* 12. *in fine poſt* 1. *volumen cõſiliorũ Farinacij.* Quia interpretatio fieri debet ad excludendum delictum. ex Vlpiano lib. 30. ad Sabinum in *l. meritò autem adiectum eſt.* 51. *ff. pro ſocio.* Qui ſic infert ad delicti ſuſpitionem amouendam. *Et ſane plerumque credendum eſt, eum, qui partis dominus eſt, iure potiùs ſuo vti, quam furti conſilium inire.* & ita etiã *Bart.* in ſummario dicens: *In dubio quis vti præſumitur iure ſuo.* & notabilem hanc præſumptionem appellat *gloſ.* ibidem verbo *iure. Rota part.* 2. *in recentioribus deciſ.* 166. *num.* 8. *Farinacius conſ.* 37. *num.* 20. *cum ſequentibus libro* 1. noſter *Maranta conſ.* 69. *num.* 10. ex Innocentio Tertio Archidiacono, & Præpoſito Mediolanen in *cap. dudum Archidiacono* 16. *ſiue finali in fine de præſumptionibus.* illis verbis: *Cũ prima facie præſumatur idoneus: niſi aliud in contrarium oſtendatur.* ibique plenè *gloſſ.* verbo *præſumatur idoneus.* ex Gregorio Ioanni Epiſcopo Panormitano in *can. ſi quid verò de quocunque clerico* 23. *diſtinct.* 86. verba ſunt Gregorij: *Si quid verò de quocunque Clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſtè poſſit offendere, facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita.* ibique *gloſſ.* verbo *non credas.* Rota apud *Card. Caualer. deciſ.* 398. *num.* 5. *Grammaticus conſ.* 13. *num.* 8. & 9. deduxitque Gratianus in *can. Iudicantem oportet cuncta rimari* 11. *ſiue finali* §. *ex præmiſſis manifeſtè colligitur* 30. *queſt.* 5. dicens: *nec in re dubia certa debet eſſe ſententia.*

Dubium ſi ſit, an Eccleſia, vel altare ſit conſecratum; conſecratur. ex Concilio Melden in *can. Eccleſiæ, vel altaria* 18. *de conſecratione diſtinct.* 1. Quia in hac re nulli infertur iniuria & certius eſt tenendum. ex Gregorio Tertio Bonifacio in *can. paruulos, qui à parẽtibus* 110. *de conſecratione diſt.* 4. & *gloſſ.* ibidem verbo *ratio.* idemq; decernitur ex Concilio Carthaginenſi quinto in *can. placuit de infantibus* 111. *eadem diſt.* 4. *de conſecrat.* quod ſi dubium eſt an quis ſit baptizatus, baptizari debet. rationẽ reddens. *Ne iſta trepidatio eos faciat ſacramentorum purgatione priuari.*

Duplicitas à ſacris canonibus reprobatur. Ex Gregorio Maximiano Epiſcopo Syracuſano in *can. cognouimus de redditibus Eccleſiæ* 29. *in fine* 12. *q.* 2. verba ſunt Gregorij: *Incongruum namque eſt vnam, eandemque Eccleſiæ ſubſtantiã duplici quodammodo iure cenſeri, id eſt vſurpationis, & canonum.* vbi *gloſſ.* verbo *duplici.* aduertit: *Nota* (inquiens) *duplicitatem à canone reprobari.* ex Concilio Hiſpalenſi II. cui interfuit Iſidorus in *can. in nona actione didicimus.* 21. 16. *q.* 7. illis verbis: *In vno enim codemque officio non debet diſpar eſſe profeſſio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyſe* (Deuteronom. 22.) *Non arabis in boue, & aſino. Id eſt homines diuerſæ profeſſionis in officio vno non ſociabis.* Pœnitentia proinde pro duplicitatis vitio agenda erit; ne diuinæ ſimplicitatis oculos offendamus: ad Vrbani II. Godefredo Epiſcopo Lucano ſẽſũ in *can. excomunicatorũ interfectoribus* 47. 23. *q.* 5. ſuadendo quibuſdã, vt penitentiam agerent: *Qua diuinæ ſimplicitatis oculos aduerſus ſe complacare valeant; ſi forte quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint.* Nam duplicitas mortale eſt. ex *gloſſ.* ibidem verbo *duplicitatis.* id eſt mortalis peccati. ſubnectens. Rationem reddit *gloſſ.* in *cap. maiores Eccleſiæ* 3. §. *ſed adhuc quæritur. de baptiſmo & eius effectu.* ex Innocentio Tertio de Deo loquente, *qui opus imperfectionis non nouit.* verbo *imperfectionis.* dicens: *Duplicitatis enim Deus aſpernator eſt.* dicente Chromatio in *can. qui peierare* 13. 22. *q.* 5. Quia Deus non ex operibus iudicat, ſed ex cogitationibus, & ex corde. & Gratianus ibidem §. *ex his omnibus colligitur. in fine.* ſic infert: *Deus autem duplicitatis aſpernator ſimplicem intentionem vtriuſque conſiderat: & tàm ex parte recipientis, quàm ex parte præſtantis verborum artem aſpernatur, & odit.* Duplicitas igitur fugienda.

Duplex officium monachus ſuæ profeſſioni contrarium exercere prohibetur. ex Gregorio Ioanni Rauennati Epiſcopo in *can. nemo poteſt* 2. & ex Gelaſio Antoninæ Patriciæ, & Deciæ in *can. de præſentium portitore* 20. & eodem Gregorio Maximiano Syracuſano Epiſcopo in *can. presbyteros, diaconos* 38. 16. *q.* 1. qui in fine ſic rationem reddit: *Satis enim incongruum eſt, ſi cùm vnum ex his pro ſui magnitudine diligenter quis non poſſit explere, ad vtrumque iudicetur idoneus.* & hoc ex Gregorio Papa omnibus Epiſcopis in *can. ſingula Eccleſiaſtici iuris officia* 1. *diſt.* 89. qui exemplũ ducens ex humano corpore: in quo multa ſunt membra, omnia autem non eundem actum habent. ex Paulo ad *Romanos* 12. infert demum in fine; *Et ſicut indecorum eſt, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium ſimulque turpiſſimum, ſi ſingula rerum miniſteria perſonis totidẽ non fuerint diſtributa.*

Duplicatas Eccleſias nullus præsbyter habere debet. ex Alexandro Papa Secundo in *can. per laicos nullo modo.* 20. *in fine* 16. *q.* 7. qui ſic verba facit: *Nullus præsbyter duas habeat Eccleſias.* intitulatas videlicet. vt *Gloſſ.* ibidem verbo *duas.* commentum agit. Rationem reddit Septima Synodus in *can. clericus ab inſtanti tempore* 1. 21. *q.* 1. quæ ſic ait: *Negotiationis enim hoc eſt, & turpis lucri proprium, & ab Eccleſiaſtica conſuetudine penitus alienum.* limitat, comprimitque in fine: *Cæterum in villis quæ foris ſunt, propter inopiam hominum indulgetur.* & hoc ipſum determinatur in Calcedonenſi Concilio in *Canone Clericum* 2. ex Leone IV. in *can. qui plures Eccleſias retinet* 3. *eadem* 21. *q.* 1. & quidem Concilium Calcedonenſe ſic ſtatuit: *Clericum in duarum Eccleſijs Ciuitatum eodem tempore conſcribi non oportet.* Ita quippe vnius eſt Eccleſia ſponſa, ſicut vnius Eccleſiæ vnus presbyter ſponſus eſt. vt in Rhemenſi Concilio in *can. ſicut in vnaquaque Eccleſia* 4. 21. *q.* 2. definitũ fuit. Ratio-

nem reddente Concilio in fine. *Quia Ecclesia Christi uxor, & sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus Papa testatur.*

Duplici honore digni sunt, qui bene præsunt presbyteri. ex Apostolo Paulo 1. *ad Timotheũ* 5.17. dicente: *Qui benè præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur; maxime, qui laborãt in verbo, & doctrina. Dicit enim scriptura* (Deuto ron. 25. 4.) *Non alligabis os boui trituranti, & Dignus est operarius mercede sua.* sequiturque Hieronymus ad Rusticum Narbonensem Episcopum in *can. ecce ego dico 6. post principium. distinct. 95.*

Duplex cor improbatur. vnde nemo loquendo duplex cor habere debet, mentiendo, poterit tamen ex causa veritatem tacere, non autem mendacium proferre. hoc enim duplex est cor. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem.* 14. 5. *duo sunt omnino genera mendaciorum.* 22. q. 2. notatur ex Bonifacio Martyre Zachariæ Papæ. in *can. Antecessor prædecessoris vestri* 10 & 11 q. 3.

Duplex tribulatio non consurget super illos, qui per pœnitentiam emendati sunt. Nec vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione. Decernit quam optimè Hieronymus in Naum prophetam in *can. quid ergo ait, contra Dominum cogitatis* 6. 23. q. 5. sequiturque Gratianus in *can. quamuis cautè, & salubriter* 22. 5. *hac auctoritate, & illud Ambrosij.* & in *can ignis succensus est* 43. 5. *hoc contra illos notandum est. de pœnitentia distinct.* 3. & in *can. sequenti quærat hic aliquis* 44. & *glos.* ibidem verbo *Dominus bis.* dicens: *Non punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo sufficienter eum, semel puniuit.*

Duro corde qui sumus, si non conuertimur, si in peccatis vsque ad mortem illicitè perduramus: assidue peccanti Deus non miseretur. Dùm alias Moderatio Dei, ac pietas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit à longa bonitate saluari. & Hieronymus de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt, quos in Apochalypsi legimus* 23. 5. *certe vt ipse nosti in fine distinct.* 93. vbi *gloss.* verbo *assidue*, id est iterato peccanti, non facile miseretur. Nam vulnus iteratum tardius sanatur. ex Augustino in *can. inanis est pœnitentia* 12 *de pœnitentia distinct.* 3. dicente, ac suadente: *Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardiùs: frequenter peccans, & lugens, vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuò iterare.* Nec dissimiliter Isidorus de summo bono in *can. irrisor est non pœnitens* 11. *eadem de pœnitent. distinct.* 3. qui sic in fine ad verba illa *Isaie* 1. Lauamini mundi estote. infert commentum ogens: *Lauatur itaque, & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec tamen deserit; sed post lacrymas ea, quæ fleuerat, repetit.* Duro itaque cordi non erit bene in nouissimis diebus.

E



A sunt in nostris officiis gratiora, quæ cũ liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Augustinus ad Pollentium lib. 1. de adulteriis coniugiis. in *can. tam nunc illud videamus.* 8. *circa finem* 9. *non enim propter vinculum cum talibus coniugale seruandum* 28. q. 1.

Eadem concurrere debent in destructione, quę in constructione rei. ex regula Sancti Ioannis Chrysostomi relata *cap. 1. extrã de regulis iuris.* quæ sic se habet. *Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur.* exemplum dat *Gloss.* ibidem verbo *omnis res.* dicens: *Quod enim consensu contrahitur, contraria voluntate dissoluitur.* sequiturque *Nauarr. consil. 63. num. 5. lib. 5. de simonia.* Res omnes materia, & forma componuntur, ex eisdem dissoluuntur. cùm forma recedente corrumpitur compositum: & matrimonium quod solo consensu perficitur, sine illo quãuis cetera omnia, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur. vt Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum respondit in *can. sufficiat secundum leges eorum consensus* 2. 27. q. 2.

Eadem res diuerso iure censeri non debet. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. cognouimus de redditibus Ecclesiæ* 29. *in fine* 12. q. 2. in ratione, quam affert, dicens: *Incongruum namque est vnam, eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est, vsurpationis, & canonum.* Exaudi tamen quando eadem ratio, idemque respectus idem suadet; secus verò si alia ratio, diuersusque respectus cõtrarium persuadeat. ex eodem Gregorio in *can. in nullo loco monachos, & monachas permittimus vnum monasteriũ habitare* 22. 28. q. 2. sequitur *Nauarrus consil. 3. num. 6. lib. 2. de foro competenti.* quia diuerso iure censentur.

Ebrii promissio non est firma, nec valet, quia sensu caret, & ratione. ex Ambrosio in *can. vnusquisque simplicem sermonem proferat* 8. *post medium* 22. q. 4. sic inferens de Herode verba faciens: *Si tamen periurium possit dici, quod ebrius inter vina iurauerat.* vbi *gloss.* verbo *quod ebrius.* consequentiam infert: *Ergo promissio ebrij non tenet.* Rationem habes ex eodem Ambrosio in *can. sanè discimus vitandam ebrietatem.* 9. 15. q. 1. dicente: *Nam, quę sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Nesciunt quid loquantur, qui multo vino indulgent: iacent sepulti.* non ergo in sensu sunt, non eorum iurè tenet promissio.

Ebrietas malorum omnium origo. ipsa enim seruituti originem dedit. nam vt Ambrosius lib. de Elia, & ieiunio scribit in *can. sexto die bestiæ sunt creatæ* 8. 5. *sed illius ebrietas. dist.* 35.

de

de Noe loquitur, qui post quam bibit vinum inebriatus fuit: *Manebat* (inquit) *ante quam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas; nemo sciebat à consorte natura sua obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset.* Præterea fuit ebrietas origo incesti. nam vt ibidem 5. *legimus etiam*. Ambrosius prosequitur: *Legimus etiam* (Genesis 19.) *quod patrem Loth inebriauerunt filiæ in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessima regenerationis partus deterior.* concinit Augustinus in *can. inebriauerunt Loth filia eius.* 9.15. *quæst.* 1. Denique Ebrietas omnium vitiorum fomes, & origo, est. vt Concilium Agathense loquitur in *can. ante omnia clericis vitetur ebrietas*, 9. *sine finali eadem distinct.* 35. Iuramentum ab ebrio datum nec tenet. ex Ambrosio in *can. vnusquisque simplicem sermonem proferat* 8. *circa medium* 22. *qua.* 4. de Herode Rege loquente: *Si tamen periurium possit dici, quod ebrius inter vina iurauerat.* ex quo loco *Gloss.* verbo *quod ebrius* consequentiam infert: *Ergo promissio ebrij non tenet*. eodem Ambrosio rationem reddente in *can. sanè discimus vitandam ebrietatem* 7.15. *q.* 1. atque dicente: *Nam, qua sobrii cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus.* Est ergo ignorantiæ mater ebrietas. sequiturque *Glossella* Marginalis ad *d. Gloss.* verbo *quod ebrius.* dicto *can. vnusquisque* 8. allegans *Fulgos. consi.* 80. *in fine.* quod contractus eius, qui ebrietatibus indulget, est ipso iure nullus.

Ebrietas præclara, quæ sobrietatem spiritus operatur. ex Ambrosio lib. 5. de sacramentis in *can. in calicem mittitur vinum* 83. 5. *quotiescunque bibis. de consecrat. distinct.* 2. aurea sunt Ambrosii verba dicentis: *Quotiescumque bibis remissionem accipis peccatorum, & inebriaris in spiritu. vnde & Apostolus ait* (ad Ephes. 5.) *Nolite inebriari vino, sed implemini Spiritu sancto. vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat. Spiritu, qui inebriatur, radicatus in Christo est. Et ideo præclara ebrietas, quæ sobrietatem mentis operatur.*

Ebrietas maledicta suadet, & iurgia: atque irrisiones. Nam ex vino Noe inebriatus fuit, & iacuit nudatus: inde à filio irrisus: postmodum maledicta, & iurgia. (Genesis 9.20.) *Nā in principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit, & dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. Læsa pietas est, dum desidetur ebrietas.* ita Ambrosius mellifluo ore in *can. sexto die bestiæ sunt creatæ* 8. 5. *in principio generis humani. distinct.* 35.

Ebrietas vbi est, ibi libido dominatur, & furor. Hieronymus ad Oceanum in *can. venter mero æstuans.* 5. *distinct.* 35. Nam, vt ipse met contra Iouinianum in *can. luxoriosa res vinum* 3. *ead. distinct.* 35. verba facit: *Luxoriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.* deducitque Augustinus in *can. inebriauerunt Loth filiæ eius* 9.15. *q.* 1.

Ebrietas ex se, nisi data opera fiat, veniale peccatum est. vt *Gloss.* loquitur in *can. inebriauerunt Loth filiæ eius.* 9.15. *q.* 1. verbo *quantum* in fine. ex Gratiano in *can. vnum orarium oportet leuitam gestare* 3. 5. *criminis autem appellatio. distinct.* 25. docente: peccatum esse mortale: atque crimen, quod ex deliberatione procedit: subdens ex Beda super epistolam Iacobi: *Peccata, quæ ex ignorantia, vel infirmitate humana committuntur. dicit, & præcipit alterutrum confiteri, quia facilè dimittuntur; quæcumque verò fiunt ex deliberatione, non nisi per pænitentiam.* subsequens: *Hinc etiam Augustinus ait: Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet.* Nisi ergo ex deliberatione quis inebrietur, mortale non est. Ebrietas enim excusat à tanto, sed non à toto. vt in *d. can. inebriauerunt* 9. & in *can. sane* 7. *eadem* 15. *quæst.* 1. Secus tamen erit si ex consuetudine succedat ebrietas. ex *can. Episcopus, aut presbyter* 1. ex canonibus Apostolorum *dist.* 35. illis verbis: *aut ebrietati deseruiens.* quæ *Gloss.* ibidem exponit: *id est valde seruiens.* Nam illa præpositio (de) augumentum denotat, atque proinde consuetudinem inducit. placet igitur. ex eodem Gratiano *d.* 5. *criminis appellatio* atque proinde peccatum.

Ecclesia fidelium est multitudo in vnitate, & charitate fundata. ex Augustino in *can. multa autem operationes* 38. *in fine.* 1. *quæst.* 1. eius sunt verba: *Charitas, quæ operit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicæ vnitatis, & pacis: nec est in omnibus, quia nec eius sunt omnes.* Heretici enim, & schismatici in Ecclesia nō sunt. Nam schismatici Christi Ecclesiam rumpunt. ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia* 24. *circa medium* 5. *quod autem postea vnus electus est, qui cæteris preponeretur. distinc.* 93. illis verbis: *quod autem postea vnus electus est, qui cæteris praponeretur; in schismatis remedium factum est, ne vnusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet.* Deducitque pluribus Cyprianus de vnitate Ecclesiæ verba faciens in *can. loquitur Dominus ad Petrum* 18. 24. *quæst.* 1. ex illo *Matthæi* 16. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. inferes: *Super vnum ædificat Ecclesiam &c.* referens illud *Canticorum* 6. Vna est columba mea, perfecta mea. vna est matri suæ, electa genetrici suæ. *Hanc Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, tenere se fidem credit? Qui Ecclesiæ renititur, & resistit: in Ecclesia esse confidit? Quando & beatus Apostolus Paulus* (ad phesios 4.) *hoc ipsum doceat, & sacramentum vnitatis ostendat dicens:* Vnū corpus, & vnus spiritus: vna spes vocationis vestræ. vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus. Idem dixit Augustinus in *can. omnibus consideratis* 20.14 *q.* 1. deducens: Ecclesiam ædificari super petram, quæ vnica columba appellatur; quæ sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorum.

Ecclesiam qui non habet Matrem, Deum Patrē habere non potest. ex Cypriano in *can. alienus est,*

nem reddente Concilio in fine. *Quia Ecclesia Christi uxor, & sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus Papa testatur.*

Duplici honore digni sunt, qui bene præsunt presbyteri. ex Apostolo Paulo 1. *ad Timotheũ* 5.17. dicente: *Qui benè præsunt presbyteri duplici honore digni habeantur; maximè, qui laborãt in verbo, & doctrina. Dicit enim scriptura* (Deuteron. 25.4.) *Non alligabis os bovi trituranti, & Dignus est operarius mercede sua.* sequiturque Hieronymus ad Rusticum Narbonensem Episcopum in *can. ecce ego dico 6. post principium. distinct. 95.*

Duplex cor improbatur. vnde nemo loquendo duplex cor habere debet, mentiendo. potерit tamen ex causa veritatem tacere, non autem mendacium proferre. hoc enim duplex est cor. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem.* 14. §. *duo sunt omnino genera mendaciorum.* 22. q. 2. notatur ex Bonifacio Martyre Zacchariæ Papæ. in *can. Anteceſſor prędeceſſoris vestri* 104 11 q. 3.

Duplex tribulatio non consurget super illos, qui per pœnitentiam emendati sunt. Nec vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione. Decernit quam optimè Hieronymus in Naum prophetam in *cau. quid ergo ait, contra Dominum cogitatis* 6. 23. q. 5. sequiturque Gratianus in *can. quamuis cautè, & salubriter* 22. §. *hac auctoritate, & illud Ambrosij.* & in *can. ignis succensus est* 43 §. *hoc contra illos notandum est. de pœnitentia distinct.* 3. & in *can.* sequenti *quærat hic aliquis* 44. & *gloss.* ibidem verbo *Dominus bis.* dicens: *Non punit aliquem pro aliquo facto iterum, pro quo sufficienter eum, semel punuit.*

Duro corde qui sumus, si non conuertimur, si in peccatis vsque ad mortem illicitè perduramus: assiduè peccanti Deus non miseretur. Dùm alias Moderatio Dei, ac pietas solum nostrum reditum quærit, ac nos cupit sua longa bonitate saluari. S. Hieronymus de septem ordinibus Ecclesię in *can. Diaconi sunt, quos in Apochalypsi legimus* 23. §. *certe vt ipse nosti in fine distinct.* 93. vbi *gloss.* verbo *assiduè,* id est iterato peccanti, non facile miseretur. Nam vulnus iteratum tardius sanatur. ex Augustino in *can. inanis est pœnitentia* 11. *de pœnitentia distinct.* 3. dicente, ac suadente: *Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardiùs: frequenter peccans, & lugens, vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta si replicantur peccata. Nihil valet veniam à malis poscere, & mala denuò iterare.* Nec dissimiliter Isidorus de summo bono in *can. irrisor est non pœnitens* 11. *eadem de pœnitent. distinct.* 3. qui sic in fine ad verba illa *Isaiæ* 1. Lauamini mundi estote. infert commentum agens: *Lauatur itaque, & mundus est, qui & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec tamen deserit; sed post lachrymas ea, quę fleuerat, repetit.* Duro itaque cordi non erit bene in nouissimis diebus.

E



A sunt in nostris officiis gratiora, quæ cũ liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Augustinus ad Pollentium lib. 1. de adulteriis coniugiis. in *can. iam nunc illud videamus.* 8. *circa finem* 9. *non enim propter vinculum cum talibus coniugale seruandum* 28. q. 1.

Eadem concurrere debent in destructione, quę in constructione rei. ex regula Sancti Ioannis Chrysostomi relata *cap.* 1. *extrà de regulis iuris.* quæ sic se habet. *Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur.* exemplum dat *Gloss.* ibidem verbo *omnis res.* dicens: *Quod enim consensu contrahitur, contraria voluntate dissoluitur.* sequiturque *Nauarr. consi.* 63. *num.* 5. *lib.* 5. *de simonia.* Res omnes materia, & forma componuntur, ex eisdem dissoluuntur. cùm forma recedente corrumpitur compositum: & matrimonium quod solo consensu perficitur, sine illo quāuis cetera omnia, etiam cum ipso coitu celebrata, frustrantur. vt Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum respondit in *can. sufficiat ferundum leges eorum consensus* 2. 27. q. 2.

Eadem res diuerso iure censeri non debet. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. cognouimus de reditibus Ecclesiæ* 29. *in fine* 12. q. 2. in ratione, quam affert, dicens: *Incongruum namque est vnam, eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est, vsurpationis, & canonum.* Exaudi tamen quando eadem ratio, idemque respectus idem suadet; secus verò si alia ratio, diuersusque respectus cõtrarium persuadeat. ex eodem Gregorio in *can. in nullo loco monachos, & monachas permittimus vnum monasteriũ, habitare* 22. 28. q. 2. sequitur *Nauarrus consi.* 3. *num.* 6. *lib.* 2. *de foro competenti.* quia diuerso iure censentur.

Ebrii promissio non est firma, nec valet, quia sensu caret, & ratione. ex Ambrosio in *can. vnusquisque simplicem sermonem proferat* 8. *post medium* 22. q. 4. sic inferens de Herode verba faciens: *Si tamen periurium possit dici, quod ebrius inter vina iurauerat.* vbi *gloss.* verbo *quod ebrius.* consequentiam infert: *Ergo promissio ebrij non tenet.* Rationem habes ex eodem Ambrosio in *can. sanè discimus vitandam ebrietatem.* 7. 15. q. 1. dicente. *Nam, quę sobrij cauemus, per ebrietatem ignorantes committimus. Nesciunt quid loquantur, qui multo vino indulgent: iacent sepulti.* non ergo in sensu sunt. non eorum iurè tenet promissio.

Ebrietas malorum omnium origo. ipsa enim seruituti originem dedit. nam vt Ambrosius lib. de Elia, & ieiunio scribit in *can. sexto die bestia sunt creatæ* 8. §. *sed illius ebrietas. dist.* 35. de

de Noe loquitur,qui post quam bibit vinum inebriatus fuit: *Manebat* (inquit) *ante quam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas; nemo sciebat à consorte natura sua obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset.* Præterea fuit ebrietas origo incesti.nam vt ibidem §. *legimus etiam*. Ambrosius prosequitur:*Legimus etiam*(Genesis 19.) *quod patrem Loth inebriauerunt filia in monte, ad quem timentes incendium Sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. Fuit itaque ebrietas origo incesti;pessima regenerationis partus deterior.* concinit Augustinus in *can. inebriauerunt Loth filia eius.9.15. quast.1.* Denique Ebrietas omnium vitiorum fomes, & origo, est. vt Concilium Agathense loquitur in *can. ante omnia clericis vitetur ebrietas,9. fine finali eadem distinct.35.* Iuramentum ab ebrio datum nec tenet. ex Ambrosio in *can. vnusquisque simplicem sermonem proferat 8. circa medium 22.qua.4.* de Herode Rege loquente: *Si tamen periurium possit dici, quod ebrius inter vina iurauerat.* ex quo loco *Gloss.* verbo *quod ebrius* consequentiam infert: *Ergo promissio ebrii non tenet.* eodem Ambrosio rationem reddente in *can. sanè discimus vitandam ebrietatem 7.15.q.1.*atque dicente: *Nam,qua sobrii cauemus,per ebrietatem ignorantes committimus.* Est ergo ignorantiæ mater ebrietas. sequiturque *Glossella* Marginalis ad *d.Gloss.* verbo *quod ebrius.* dicto *can. vnusquisque* 8. allegans. *Fulgos.conf.80. in fine.* quod contractus eius, qui ebrietatibus indulget, est ipso iure nullus.

Ebrietas præclara, quæ sobrietatem spiritus operatur.ex Ambrosio lib.5. de sacramentis in *can.in calicem mittitur vinum 83.§.quotiescunque bibis.de consecrat.distinct.2.*aurea sunt Ambrosii verba dicentis: *Quotiescumque bibis remissionem accipis peccatorum, & inebriaris in spiritu.vnde & Apostolus ait* (ad Ephes.5.)*Nolite inebriari vino.sed implemini Spiritu sancto.vino enim qui inebriatur, vacillat,& titubat. Spiritu, qui inebriatur, radicatus in Christo est. Et ideo praclara ebrietas, que sobrietatem mentis operatur.*

Ebrietas maledicta suadet, & iurgia; atque irrisiones. Nam ex vino Noe inebriatus fuit,& iacuit nudatus: inde à filio irrisus:postmodum maledicta,& iurgia. (Genesis 9.) *Nã in principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit, & dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. Lasa pietas est,dum desidetur ebrietas.* ita Ambrosius mellifluo ore in *can. sexto die bestia sunt create* 8. §. *in principio generis humani. distinct.35.*

Ebrietas vbi est,ibi libido dominatur,& furor. Hieronymus ad Occanum in *can.venter mero æstuans.5.distinct.35.* Nam, vt ipse met contra Iouinianum in *can. luxuriosa res vinum 3.ead. distinct.35.*verba facit: *Luxoriosa res vinum,& tumultuosa ebrietas; omnis,qui cum his miscetur, non erit sapiens.* deducitque Augustinus in *can.inebriauerunt Loth filia eius 9.15.q.1.*

Ebrietas ex se,nisi data opera fiat,veniale peccatum est. vt *Gloss.* loquitur in *can. inebriauerunt Loth filiæ eius.9.15. q.1.*verbo *quantum* in fine.ex Gratiano in *can. vnum orarium oportet leuitam gestare 3. §. criminis autem appellatio. distinct.25.*docente: peccatum esse mortale; atque crimen, quod ex deliberatione procedit;subdens ex Beda super epistolam Iacobi: *Peccata, qua ex ignorantia,vel infirmitate humana committuntur,dicit,& pracipit alterutrum confiteri, quia facilè dimittuntur; quęcumque verò fiunt ex deliberatione, non nisi per pœnitentiam.* subsequens:*Hinc etiam Augustinus ait: Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat mortale, dum placet.* Nisi ergo ex deliberatione quis inebrietur, mortale non est. Ebrietas enim excusat à tanto, sed non à toto. vt in *d can.inebriauerunt 9.*& in *can.sane 7.eadem 15. quast.1.* Secus tamen erit si ex consuetudine succedat ebrietas.ex *can. Episcopus, aut presbyter 1.* ex canonibus Apostolorum *dist.35.* illis verbis:*aut ebrietati deseruiens.* quæ *Gloss.* ibidem exponit:*id est valde seruiens.* Nam illa præpositio(de)augumentum denotat, atque proinde consuetudinem inducit. placet igitur.ex eodem Gratiano *d.§.criminis appellatio* atque proinde peccatum.

Ecclesia fidelium est multitudo in vnitate, & charitate fundata.ex Augustino in *can.multa autem operationes 38.in fine.1.quast.1.*eius sunt verba: *Charitas, qua operit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholica vnitatis,& pacis:nec est in omnibus,quia nec eius sunt omnes.* Heretici enim, & schismatici in Ecclesia nõ sunt. Nam schismatici Christi Ecclesiam rumpunt.ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia 24. circa medium §. quod autem postea vnus electus est, qui cateris praponeretur.distinc.93.*illis verbis: *quod autem postea vnus electus est,qui cęteris praponeretur; in schismatis remedium factum est,ne vnusquisque ad se trahens Christi Ecclesiam rumperet.* Deducitque pluribus Cyprianus de vnitate Ecclesię verba faciens in *can. loquitur Dominus ad Petrum 18.24.quast.1.* ex illo *Matthęi 16.* Et ego dico tibi, quia tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. inferes: *Super vnum ędificat Ecclesiam &c.* referens illud *Canticorum* 6. Vna est columba mea, perfecta mea. vna est matri suæ, electa genetrici suæ. *Hanc Ecclesię vnitatem qui non tenet,tenere se fidem credit? Qui Ecclesię renititur, & resistit:in Ecclesia esse confidit? Quando & beatus Apostolus Paulus* (ad phesios 4.)*hoc ipsum doceat,& sacramentum vnitatis ostendat dicens:* Vnũ corpus, & vnus spiritus: vna spes vocationis vestræ. vnus Dominus, vna fides,vnum baptisma,vnus Deus.idem dixit Augustinus in *can. omnibus consideratis 20.14 q.1.* deducens: Ecclesiam ædificari super petram,quæ vnica columba appellatur; quæ sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, paradisus cum fructu pomorum.

Ecclesiam qui non habet Matrem,Deum Patrẽ habere non potest.exCypriano in *can.alienus*

*est, profanus est* 26.24.q.1. qui dicit: *Alienus est, profanus est, hostis est: habere iam non potest Deum Patrem, qui Ecclesiam non habet Matrem.*

Ecclesia Christi coniux est, quę fidei, spei, & charitatis integritate, non in solis virginibus sacris, sed etiam in viduis, & cōiugatis fidelibus tota virgo est. Augustinus in *can. nuptiarum bonum* 41. §. *qui hoc dicunt, acutè quidem mouentur*. 27. *q*.1. Nos enim omnes Ecclesiæ membra sumus. ibidem si in fide, & vnitate stemus. Grauiter enim Deus offenditur, cum debita ei denegatur fides. ex eodem Augustino ibidem §. *finali*. verba damus Augustini. *Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet, cùm membrum eius fidē non seruat marito; quantò grauius offenditur, cum illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisque, non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit: tanto magis fraudati voti auget iniquitatem, quanto minus habuit vouendi necessitatem.*

Ecclesia mater nostra est, quæ nos in baptismo spiritaliter regenerauit. Pater noster Deus est, qui nos creauit. Anacletus Papa in *can. qui abstulerit aliquid fratri* 6.12. *quæst*.2. Anacletum excipe *Pater noster sine dubio Deus, qui nos creauit: mater verò nostra Ecclesia, quę nos in baptismo spiritualiter regenerauit*. & ab Augustino in *can. ipsa pietas, veritas, charitas*. 24. *in fine* §. *verum in huiusmodi causis*. 23. *q*.4. Ecclesia Christi vera. & mater catholica nūcupatur. dicente illo: *veniant ad Ecclesiam Christi veram, id est matrem catholicam &c.*

Ecclesia amatrix est pudicitiæ. *Rota* apud *Card. Seraphinum decis*.45. *num*.2. & vt dixit eadem *Rota apud Duranum decis*.251. *num*.12. *part*.2. Ecclesia est nobilis, & speculum prudicitæ.

Ecclesia fundata est supra firmam petram. id est super Fidei confessionem: *Tu es Christus filius Dei viui*. Ergo super se ipsum fundauit Deus Ecclesiam. dixit enim Petro Christus *Matthæi* 16. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Vt æterni ędificatio templi mirabili munere gratiæ Dei in Petri soliditate cōsisteret, hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere, nec portæ contra illam inferi pręualerent.* vti Leo I. ad Episcopos Viennēses scribit in *can. ita Dominus noster Iesus Christus* 7. *distinct*.19. ibique *Gloss.* verbo *& super hanc petram* id est super fidei confessionem: *Tu es Christus filius Dei viui.*

Ecclesia cultrix est Iustitię, & mater æquitatis. nihil proinde contra iustitiam facere debet. ex Innocentio Tertio Archidiacono S. Andreæ de Scotia in *cap. nuper à nobis tua discretio* 6. §. *quod autem de prima consultatione. de donationibus inter virum, & vxorem, & dote post diuortium restituenda.* verba damus Innocentii: *Nam licet Ecclesia in causis viduarum se fauorabilem debeat exhibere: contra iustitiam tamē non eis fauor Ecclesiasticus concedendus.* ibique *Gloss.* verbo *fauorabilem*. dixitque idem Innocentius Archidiacono, & Thesaurario Turonen in *cap. ex tenore litterarum*. 11. §. *nos igitur attendentes de foro competenti*. sequētibus loquens: *Quod sic sumus viduis in iustitia debitores, quod alijs iniustitiam facere non debemus*; notatque ibidem *gloss.* verbo *iniustitia*. notatur in *cap. suam ad nos* 9. ibique Doctores. *de pœnis*. Rationem venamur ex Gregorio ad Bonifacium Episcopum in *can. sicut Ecclesia* 49.12.*q*.2. Qui sic fatur: *Sicut Ecclesia proprias res amittere non debet: ita eam rapacitatis ardore inuadere alienas non oportet.* Nec debet inhonestis quæstibus anelare, nec modestię obliuisci. ex eodem Innocentio Spoletano Episcopo *d. cap. sua ad nos* 9. §. *quia igitur de pęnis*. expressissimisque verbis dicitur in *cap. vnico* §. *sed diuersum obseruatur. in Ecclesia. de alienatione feudi. in vsibus feudorum*. dum rationem sequentibus reddit: *Ecclesia enim cultrix, & amatrix iustitiæ non patitur contra iustitiam aliquid fieri in se, vel in alterum.* Rota apud *Duranum* Episcopum Vrselien *decis*.156 *num*.8. *part*.2. *Gratianus Forens. disceptationum part*.5. *c*. 896. *num*.4. diximus *respons*. nostra 20 *num*.6. & 7. & *respons* 27. *num*.1. & *sequentibus. part*.5.

Ecclesiam maxime decet peccatorum misereri, sed pœnitentium, & cum iustitia. ex Ambrosio in *can. est iniusta misericordia* 33. *circa finem* 23. *q*.4. verba sunt Ambrosij: *In ipsa Ecclesia, vbi maximè misereri decet, teneri quàm maxime debet forma iustitiæ: ne quis à communionis consortio abstentus, breui lachrymula, atque ad tempus parata; vel etiam vberioribus flectibus, communionem, quam pluribus debet postulare temporibus, facilitate sacerdotis extorqueat. Nonne, cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi.* Nam vt *gloss.* loquitur in *can. Fraternitas tua* 11. *in fine*, verbo *cum augmento circa medium* 23. *q*.3. de Ecclesia: eidem *sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit*. quod sane accepit ex dictis Archadij, & Honorij Augustorū in *l. si quis in hoc genus sacrilegii* 10. *in fin principii. C. de Episcopis & clericis* eisdem verbis dicens: *Cui sanctitas ignoscendi gloriam dereliquit.* cuius meminit *gloss.* in *cap. cum sit Generale* 8. *in fine* verbo *malefactores de foro competenti*. & *Glossella* marginalis in *d. l. si quis in hoc sacrilegij genus.*

Ecclesia non debet propria auctoritate, neque fiscali modo titulos imprimere rebus, quæ iuri suo competere æstimantur, sed iudicio; non manibus, neque per vim petere. ex Concilio apud Diuum Gregorium acto in *can. consuetudo noua in Ecclesia* 1.14. *q*.6. contra faciens anathemati subiicitur, ibidem.

Ecclesia numquam moritur. ex Concilio Toletano in *can. liberti Ecclesiæ, quia numquam moritur* 65. *in principio* 12. *q*.2. Ecclesia enim semper est, & nulla esse non potest. vt ex verbis Augustini Pelagius Papa infert in *can. pudenda, vt ita dicam* 33. *in fine* 24. *q*.1.

Ecclesia vna est, vt ei in *canticis canticorum* 6. dicitur: *vna est columba mea*, nec vlla alia esse constat, nisi quæ in Apostolica est radice fūdata. Nec vllo modo, ex Augustino, dici potest Ecclesia, in qua schisma est. Quamob

cau-

causam, quoniam Ecclesia nulla esse non potest, sequitur, vt ea sit Ecclesia, quæ in sedis Apostolicæ per successiones Episcoporum, radice constituta, nullorum hominum malitia vllo modo extinguere valuit, nec valet. ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam, rapina 33. circa finem §. Etenim, cùm sicut diximus,* 24. q. 1.

Ecclesia ex latere Christi lancea perforati profluxit; *vt ex inde profluentibus vndis aquæ, & sanguinis, formaretur vnica, & immaculata, ac virgo sancta mater Ecclesia, coniux Christi.* Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. vnica. paulo post principium. §. & quod in hac assumpta natura. de summa Trinitate, & fide catholica.*

Ecclesia, quos in suam recipit fidem, tuetur. ex Gelasio Papa Fortunato Episcopo in *can. irreligiosum prorsus* 5. *distinct.* 87.

Ecclesia ad antidora tenetur. ex Gregorio Theodoro Consiliario in *can. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes* 67. ibique *gloss.* verbo *voluntarijs. in fine* 12 q. 2. ex Concilio Lateranen in *cap. cum in officijs charitatis* 7. *de testamentis.* ibique *gloss.* verbo *teneamur.* Nec diffugit Vlpianus lib. 25. ad edictum in *l. sed & si lege commissoria* 28. §. *consuluit Senatus. ff. de petitione hareditatis.* ibique *Glossella* marginalis. concinitque *S. Thomas* 2. 2. q. 106. art. 1. & 3. *Rota apud Duranum decis.* 18. *num.* 19. & 20. *part.* 1. diximus *respon.* nostra 51. *num.* 45. 46. & 47. *part.* 3. & *respons.* 34. *num.* 28. *part.* 5.

Ecclesia in plures presbyteros diuidi non potest, nisi fit abundans. ex Concilio Rhemensi in *can. sicut in vnaquaq; Ecclesia* 4. 21. *quæst.* 3. rationem reddit in fine: *Quia Ecclesia Christi vxor, & sponsa debet esse, non scortum, sicut Calixtus Papa testatur.* ibique *gloss.* verbo *diuidere.* ex Toletano Concilio in *can. plures baptismales Ecclesiæ* 54. 16. q. 1. vnde est, quod Ecclesia Parochialis in Collegiatam per Episcopum erigi non potest, sed benè per Romanum Pontificem. *Rebuff. in praxi part.* 1. *tit. de erectione in collegiatam mihi f.* 210. *Fuscus de visitatione lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 6. *Garsias de beneficiis part.* 12. *cap.* 5. & *vltimo. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat* 68. *nu.* 8. 9. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 5. *c.* 29. *q.* 25. & *lib.* 6. *cap.* 30. *q.* 2.

Ecclesia verò si est receptitia, in illa non datur vacatio: vnde non potest de ea fieri resignatio. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancelleriæ Gloss.* 9. §. 3. *nu.* 10. & 19. *Rota apud Card. Manticam decis.* 229. *num.* 1. nisi exprimatur Summo Pontifici, & ipse annuat. *Rota in Basilien. Canonicatus* 17. *Martij* 1631. *coram Dunozetto* in manuscriptis: quæ est 27. *nu.* 5. *par.* 6. *in recentioribus per Rubeum.*

Ecclesia pia dicitur mater omnium Christianorum, pauperum præsertim. ex Concilio Lateranen sub Alexandro Tertio in *cap.* 1. *in principio de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.* hanc proinde ob causam.

Ecclesia nulli claudit gremium redeunti. vt Alexander IV. Inquisitoribus hæreticæ prauitatis verba facit in *cap. super eo, quod scriptū legitur* 4. *in principio de hæreticis in* 6. sequitur *Gloss.* in *cap. vt officium inquisitionis* 11. qui est Clementis IV. eisdem Inquisitoribus. *in fine principij.* verbo *Ecclesiæ eodem de hæreticis in* 6. In Ecclesiis proinde in quibus peccatorum venia imploratur, ita nos esse oportet, vt in eis de peccatis tractare admittendis caueamus. vt Imperator Iustinianus perpendit in §. *Quia vero ita comperiuntur aliqui impij.* in *authentico vt liceat matri, & auiæ, & alijs parentibus &c. collatione* 8. circa finem authentici. Qui sic exagerat: *Vt etiam in venerandis domibus præsumant in talibus se miscere sceleribus, & ibi de peccatis tractare, vbi consueuerunt Deum timentes peccatorum veniam postulare.* vbi *Gloss.* verbo *peccatorum veniam.* notat: *In Ecclesia potius, quàm alibi orandū: quæ gremium non claudit redeuntibus.*

Ecclesia nulli persecutionem facit, dùm vel ea, quæ committuntur peccata reprimit, vel animarum salutem quærit. Non enim persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui verò malū, vel factum iam punit, vel prohibet ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. vti Pelagius Papa tradit in *can. non vos hominum vaniloquia retardent* 42. *in principio* 23 q. 5. inferens ex Augustino §. & *Beatus Augustinus.* illo dicente: *Multa enim cum inuitis benigna quadam asperitate plectendis agenda sunt, quorum potiùs vtilitati consulendum est, quàm voluntati. Nam in corripiendo filio, quantumuis asperè, numquam paternus amor amittitur: fit tamen quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.* subditque Pelagius ex suo: *Ecce videtis quēadmodum tanti testimonio Patris non persequatur coercendo talia, sed diligat emendando tales sēper Ecclesia.*

Ecclesia gladium non habet, nisi spiritualē: non occidit, sed viuificat. Nicolaus Papa Albino Archiepiscopo in *can. inter hæc sanctitas vestra* 6. *in fine* 23. q. 2. & mundanis numquam constringitur legibus. ibidem. & ex Ambrosio ad Marcellinam sororem in *can. conuenior ipse à comitibus* 21. §. *Allegatur, Imperatori licere omnia* 23. q. 8. ibique *Gloss.* verbo *Imperialem.* inferens: *Nec potest Imperator condere aliquod statutum de rebus Ecclesiasticis.*

Ecclesia sicut detrimentum pati non debet ex causa alterius: ita nec alius quisquam sub obtentu Ecclesiæ damnum sustinere debet. ex Canonibus Apostolorum in *can. sint manifestæ res propriæ Episcopi* 21. *in fine* 12. q. 1. nec dissimiliter Gregorius in *can. sicut Ecclesiæ* 49. 12. q. 2. meminimusque in superioribus *Ecclesia cultrix est Iustitiæ.* & proinde Ecclesia nec iniustum agere, nec iniustum pati debet: præsertim vero circa diuidendas Reipublicæ vires. ex *Baldo in cap. Clericinum.* 3. *de Iudicijs* ex Innocentio Tertio in *cap. nuper à nobis* 6. §. *quod autem. de donationibus inter virum, & vxorem, & dote post diuortium restituenda.* diximusque dicto loco.

Ecclesia persecutionem patitur, non facit. hæc est libera mater nostra Cælestis Hierusalem, & persequitur à serua. vt Augustinus perpendit ad Bonifacium Comitem scribens in *can. si Ecclesia verò ipsa est* 42. *in princ.* 23. q. 4.

Ec-

Ecclesia Dei inspiratione instituitur. Augustinus contra Donatistas in *can. qui contempta veritate 6. in principio distinct. 8.*

Ecclesia cogit ad bonum. iuxta illud Domini Lucæ 14. *Exiu vias, & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* perpendit Augustinus Donato presbytero in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. §. finali Repetis, sicut audio, quod in Euangelio scriptum est. 23. quæst. 4.*

Ecclesia non iudicat de occultis. Innocentius Tertius Abbati Iemblacen in *cap. sicut tuis litteris intimasti 33. in fine* & Decano Beluacen in *cap. tua nos duxit discretio consulendos 34. in fine de simonia.* Rationem reddit Vrbanus Secundus Dominico Patriarchæ Grandensi in *can. erubescant impii 11. in fine dist. 32.* subnectens: *De manifestis quidem loquitur: Secretorum autem, & cognitor Deus, & Iudex est.* Nec diuersimode Stephanus Quintus Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus 20. in fine* a q. 5. dicens & ille, ac rationem reddens: *Occulta vero, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorũ hominum. 3. (Regum 8.)* sequitur *Gloss.* in *can. Christiana Religio 23. siue finali in fine* verbo *conquiescit. 32. q. 5.* rationem reddens: *Ecclesia enim non iudicat de occultis.* deducit Pater *Thesaurus de pœnis Ecclesiasticis part. 1. cap. 5. in 1. sresponsione.*

Ecclesia iudicat de his etiam, qui foris sunt, quoad pœnam temporalem, vt nota de Iudæis. ex Toletano Concilio 4. in *can. constituit sanctum Concilium 31. 17. q. 4.* ibique *Gloss.* verbo *cadibus.*

Ecclesia non solum peccata commissa punire debet, sed etiam committenda prohibere. vt si videat aliquem vicinum præcipitio, vel paratum ad peccandum. alioquin consentire videtur. ex Alexandro Tertio Pictauen Episcopo in *cap. ex litteris Siluani Episcopi. 10. §. quia igitur. de sponsalibus & matrimoniis.* ibique notat *Gloss.* verbo *compellas .circa medium.* ex Hieronymo in *can. Diaconi sunt 23. §. hinc propter sacerdotum auaritiam in fine distinct. 93.* rationem habes ex Augustino in *can. ipsa veritas, charitas 24 præsertim §. si duo aliqui 23. q. 4* qui sic philosophatur: *Si duo aliqui in vna domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram, nobisque id prænunciantibus nollent credere, atque in ea manere persisterent. Si eos inde possemus eruere vel inuitos, quibus imminentem illã ruinã postea demonstraremus, vt redire vlteriùs sub eius periculũ non auderẽt; puto, nisi faceremus, non immerito crudeles iudicaremur.* Nec dissimile est quod idem tradit Augustinus in *can. hoc videtur dicere 8. circa finem 22. q. 5.* Hinc est quod Ecclesia quandoque voluntatem punit. ex Hieronymo in *can. vouentibus virginitatem 4. distinc. 27.* verba sunt Hieronymi: *Vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiã velle, damnabile est.* vbi *Glos.* verbo *velle.* & notat *Glossella* Marginalis Ioannis Andreæ in d *cap. ex litteris Siluani Episcopi 10.* verbo *compellas de sponsalibus, & matrimoniis.* declarauitque Innocentius Tertius Episcopis & prælatis per Franciam constitutis in *cap. nouit ille, qui nihil ignorat 13. §. cum enim non humanæ constitutioni de Iudiciis.* ibique *Innocentius 4. nu. 3.* plures retulimus *respons.* nostra *20. num. 48. & 49. part. 1.*

Hinc est illud, quod *gloss.* inquit in *can. eos, qui ad Ecclesiam confugerint. 6. in fine distinct. 87.* verbo *coerceatur.* ex argumento ex eodem textu sumpto; *Quod omne crimen est Ecclesiasticum.* quatenus videlicet vti peccatum sub Episcopi correctione subiicitur, vt illud emendet. ex Eutychiano Papa in eius Synodo in *can. Episcopus in Synodo residens 7. 35. q 6.* illis verbis præsertim: *Synodalem causam esse, & ad ministerium Episcopi pertinere.* saltim indirectè. vt *Glos.* ibidem verbo *synodalem* aduertit, deducens eundem textum Innocentii in *d. cap. nouit 13. de Iudiciis.*

Ecclesia habet carceres, atque relegationis pœnam infert. ex Vrbano Papa ad omnes Episcopos in *can. attendendum est omnibus 13. in fine. 17. q. 4.* illis verbis: *perpetua damnetur infamia, & carceri tradatur, aut exilio perpetuæ deportationis vtatur.* ibique *Glo.* verbo, *& carceri* inferens: *Ergo Ecclesia habet carcerẽ, & infligit pœnam relegationis.* ex Gregorio Ioanni defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est 7. post principium 2. q. 1.* illis verbis: *Vt ex hoc colligere valeas vtrum adhuc in exilio demorari, aut certe in Ecclesia sua, & officio suo debeat reuocari.* Damnat igitur Ecclesia in exilium.

Ecclesia Dei scindi non debet, quia in vnitate tota consistit. Sicut Domini vestimentum scissum non est. sed de eo sortiti sunt. vti Paschalis Papa Secundus loquitur in *can. sicut Domini vestimentum 19. 16. q. 7.*

Ecclesia autem vna est, & proinde diuidi nõ potest. Nec enim, vt Cyprianus Magno scribit in *can. didicimus omnes 31. post principium 24. q. 1.* foris esse potest, dicens: *Ecclesia vna est, quæ vna & intus esse, & foris non potest. Si enim apud Nouatianum est; apud Cornelium non fuit. Si verò apud Cornelium fuit, qui Fabiano Episcopo legitima ordinatione successit, & quem præter sacerdotii honorem, martyrio quoque Dominus glorificauit; Nouatianus in Ecclesia non est, nec Episcopus computari potest, qui Euangelica, & Apostolica traditione contempta, nemini succedens à se ipso ortus est: Habere namque, atque tenere Ecclesiam nullo modo, potest, qui ordinatus in Ecclesia non est.* idemque eadem *24. q. 1. can. Pudenda, vt ita dicam rapina 33. circa finem.* Pelagius Papa docuit: Ecclesiã vnam esse, & quæ in Apostolica est radice fundata, vnde ex Augustino ibidem; Ecclesia dici non potest in qua schisma est. quia schisma diuidit: & Ecclesia nulla esse non potest. Ea igitur est quæ in sede Apostolica fundata est; & vna est, nõ diuisa. Schisma enim scissuram sonat. vestis autem domini scissa non fuit. in vnitate autem scissura esse non potest. vt idem Pelagius docet *can. schisma siquidem ipsum 34. eadem 24. quæst. 1.* Omnes Christi fideles vnum corpus Christi sunt in vna Ecclesia fundati *tenendo vnam fidem, vnam*

*spem,*

*spem, indiuiduam charitatem*. ex Augustino in *can. quia passus est Dominus pro nobis 36. paulo post principium de consecratione distinct. 2.* ibique *Gloss.* verbo *vnum.* dicens: *cuius figuratum est Ecclesia sacrosancta, quæ ex pluribus personis adunatur*.

Ecclesia, id est Catholicorum collectio, nuncupatur à Nicolao Papa Electo, & Clero Nonensis Ecclesiæ in *can. Ecclesia, id est 8. in ipso principio de consecratione distinct. 1.* sequiturq; *Gloss.* in *can. nullus laicorum principum 1. in fine* verbo *Ecclesia distinct. 63.* super verbis illis Hadriani Papæ in octaua Synodo Constantinopoli sub ipso celebrata: *Quidquid Ecclesia de electione, & ordinatione proprij præsulis se velle monstrauerit*: subnectens: *Ecclesiam hic vocat viros Ecclesiasticos. quandoque vocatur congregatio fidelium.* plures & varias nominis huius, Ecclesiæ, acceptiones enumerat *Gloss.* in *cap. finali.* qui est Alexandri Tertii Exonensi Episco. verbo *præfatam Ecclesiam. ne prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant*. deducitque *Petrus Gregorius Tholosates syntagmatum Iuris vniuersi tom. 1. lib. 2. cap. 1. per totum. & num. 3.* & Ecclesia ex pluribus adunatur, quia Christus nos fecit corpus suum. ex Augustino in *can. quia passus est Dominus 36.* ibique *gloss.* verbo *quod etiam fecit* & verbo *vnum. de consecrat. dist. 2.* idemque in *can. commendauit nobis Christus. 62. ead. dist. 2. de consecrat.*

Ecclesia Christi, templum dicitur Dei ex lapidibus viuis constructum. Origenes in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum 9. §. nunc autem arbitror templum Dei. 16. q. 7.* Iniqui templum Dei speluncam faciunt latronum. vt ibidem.

Ecclesia catholica Christi corpus dicitur. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. pro membris Christi 4. 23. q. 3.* dicente illo: *Vos similes estis serui sacerdotis Iudæorum; quia seruientes principibus vestris, aduersus Ecclesiam catholicam, id est aduersus Christi corpus armamini. Isti autem tales sunt, qualis tunc Petrus fuit, qui pro Christi corpore, id est pro Ecclesia etiam corporaliter pugnauit.* Idemque Augustinus lib. de vnitate Ecclesiæ in *can. si vos contra Ecclesiam Christi 35. 23. q. 5.* illis verbis: *Et corpori Christi, quod est Ecclesia toto orbe diffusa.* Ecclesia igitur corpus Christi est, quia fideles membra sunt corporis Christi, hoc est Ecclesiæ. ex Pelagio Papa Narsę Patritio, & Duci in Italia in *can de Liguribus, atque Veneticis. 41. eadem 23. q. 5.* dicente illo: *Et non clausis oculis corpus Christi Dei nostri, hoc est sanctam Ecclesiam lacerare.* Non igitur potest quis cum corpore ipsius Ecclesię conuenire, qui cum vniuersa fraternitate non conuenit. ex Cypriano in *can. alienus est, profanus est, hostis est. 19. in fine 24. q. 1.*

Ecclesia Dei Paradiso comparatur. ex Augustino de baptismo *can Ecclesia paradiso comparata 45. de consecratione distinct. 4.* intercedo in fine. *Sic ergo baptismus Ecclesiæ potest esse extrà Ecclesiam: munus autem beatę vitæ, non nisi intra Ecclesiam reperitur.*

Ecclesia dicitur Thronus Dei, à qua procedunt fulgura miraculorum, voces mandatorum, & suasionum, & tonitrua comminationum. Ioannes enim in *Apochalypsi 4. 5.* dicit: *Et de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua: & septem lampades ardentes ante thronum, qui sunt septem spiritus Dei.* Tronum ergo Dei rumpunt, qui per schisma Ecclesiam Christi ad se trahere, & rumpere tentant, quæ aliàs in vnitate fundata est. ex Hieronymo in *can. Legimus in Esaia 24. circa medium. § quod autem postea vnus electus est. distinct. 93.* Sequitur Nicolaus Boerius tract. de potestate legati in principio. de trono Dei. Adeò quidem, vt Cœlo, & Angelis, & omni creatura singularior, & honorabilior Ecclesia habeatur Dei. *quæ vnica columba appellatur, quæ sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium, paradisus cum fructu pomorum*, dicitur ab Augustino in *can. omnibus consideratis 20. post principium. 20. q. 1.* deducitque *Augustinus Triumphus de potestate Ecclesiæ q. 1. art. 5. in resolutione 9. secundo quantùm &c. in fine & art. 4. sed contrà.*

Ecclesia Christi gloriosa est, non habens maculam, neque rugam, aut aliquid huiusmodi. Hieronymus in *can. Ecclesia Christi gloriosa est 70. de pœnitent. distinct. 1.* habuit tamen prius rugam, & maculam, sed in iuuentutem, & munditiam postea restituta est: *ita peccator currat ad medicum; quia non habent opus sani medico, sed malè habentes, vt curentur vulnera eorum; & fiant de Ecclesia, quę est corpus Christi.* ita Hieronymus ibidem.

Ecclesia archa est, in qua ex diluuio animæ, quæ intra illam fuerunt, saluæ factæ sunt. Qui ergo in Ecclesia non inuenitur, extra arcam est, & peribit aquis diluuii. *Sola enim est, quæ intra se positos valida charitatis compage custodit. Vnde & aqua diluuij arcam quidem ad sublimiora sustulit: omnes autem, quos extra arcam inuenit, extinxit.* vt Gregorius in moralibus loquitur in *can. quia ex sola Ecclesia catholica 22. in fin. 24. q. 1.* nec diuersimode Hieronymus in *can. quoniam vetusto oriens. 25. eadem 24. q. 1.* circa finem inferens: *Si quis in arca Noe non fuerit; peribit regnante diluuio.* cōcludeos in fine *Qui Christi non est, Antichristi est.*

Ecclesiæ catholicę fides nullam hæresim vnquam fouit, sed omnes quidem hæreses destruit. omnes proinde conatus nostros impendere debemus, vt causas omnes in quibus vniuersalis Ecclesiæ fides infestatur, oppugnemus, Episcopi præsertim. ex Sixto Papa II. ad Gratum Episcopum in *can. memor sum* 10. 24. q. 1.

Ecclesia namque Domus est in qua Christus inhabitat, & extra hanc domum non inuenitur. ex Ambrosio in *can. quæ dignior domus 26. eodem 24. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *in qua*, scilicet Ecclesia; quia Christus in Ecclesia habitat. vt *Glossella* marginalis ibidem adnotat.

Ecclesia vna est, & immaculata sponsa Iesu Christi. Qui ergo ab eius se vnitate discernit, non saluatur, nec illuminatur. ex Cypriano in tractatu de vnitate Ecclesiæ in *can. lo-*

qui-

*quitur Dominus ad Petrum.* 18. 24. *q.* 1. qui sic demũ infert: *Illius* (Ecclesiæ scilicet) *fætu nascimur: illius Lacte nutrimur: spiritu eius animamur. Adulterari non potest sponsa Christi incorrupta est & pudica. Vnam domum nouit: vnius cubiculi sanctitatem casto pudore custodit.* Rationẽ habes ex Concilio Rhemensi in *can sicut in vnaquaque Ecclesia* 4. *in fine* 21. *q.* 2. quod illam sic infert: *Quia Ecclesia Christi vxor, & sponsa debet esse, non scortum.* nec dissimiliter dixit Augustinus in *can. nuptiarum bonum* 41. §. *qui hoc dicunt, acutè quidem mouentur* 27. *q.* 1. docẽs quod Ecclesia coniux est: *quę fidei, spei, & charitatis integritate non solum in virginibus sacris, sed etiam viduis, & coniugatis fidelibus tota virgo est.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *virgo.* sub inferens: *Quia sine macula, & ruga peccati.* Hanc proinde Ecclesiæ vnitatem qui non tenet, neque fidem tenet. & qui ei renititur in Ecclesia non est. Nam vt Paulus ad *ephesios* 4. 4. docet: *Vnum corpus, & vnus spiritus, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & Pater omnium; qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.* prosequiturque Cyprianus eodem *can. loquitur Dominus ad Petrum* 18. 24 *q.* 1. nec diuersimode, sed vnanimiter, & pluribus Bonifacius Octaus in *extrauaganti vnam sanctam* 1. *de maioritate, & obedientia inter communes.*

Ecclesia ad suum regimen viris litteratis permaxime indiget. vt Bonifacius Octauus loquitur in *cap. cum ex eo quod fælicis recordationis Gregorius Papa* 34. *de electione in* 6. cuius sunt verba: *In grande vniuersalis Ecclesię* (*quæ ad sui regimen viris litteratis permaxime noscitur indigere*) *dispendium, & iacturam.* Nam illi, vt Honorius Tertius decernit in *cap. super specula* 5. *siue finali de Magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi. extrà* Cum docti fuerint in Dei Ecclesia velut splendor fulgent firmamenti. vnde, vt Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. de multa prouidentia in Lateranen. Concilio* 28. *in fine de præbendis, & dignitatibus.* respondit: huiusmodi homines sublimes, & litteratos maioribus esse honoribus, ac beneficiis honorandos. vt inferat ibidem *Gloss.* verbo sublimes, & *litteratas in fine.* Scientiam nobilitate, quæ pretio numeratio comparari nõ potest. & prosequuta fuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 5. *cap.* 1. *in fine de reformatione.* vnde propter hanc causam in cathedralibus seminaria puerorum discentium institui præcepit, *sessione* 23. *cap.* 18. *de reformat.* prosequiturque *Gloss* in *Clement. vnica de baptismo, & eius effectu.* verbo *necessitas.* dum nobilitatem necessitati similem haberi perpendit, & nobilitatem, & litteraturam æquat. sequiturque *Barbosa d. cap. de multa nu.* 21. *Gigant cons.* 144. *nu.* 1. & 2. *Rota in Milten Canonicatus* 9. *Martii* 1595. *coram Card. Mellino apud Marchesanum part.* 1. *decis.* 12. *num.* 2. *fol.* 612. quæ est etiam in impressis apud *Farinacium post* 1. *volumen consiliorum decis.* 104. *num.* 2. diximus *respons.* nostra 55. *num.* 2. *part.* 4. & *respons.* 67. *num.* 41. *parte quinta.* & vt ex Hieronymo habetur in *can gloria Episcopi* 71. §. *multi ędificant parietes* 12. *q.* 2. illis verbis: *multi ædificant parietes, & columnas Ecclesiæ subtrahunt.* columnas Ecclesiæ. id est peritos *Glos.* ibidem verbo *columnas* interpretatur. quia vere ipsi sua doctrina Ecclesiam, vti ædificium columnę, substentant.

Ecclesia est domina bonorum suorum, siue magis Deus. sed Dei nomine Ecclesia possidet. ex Prospero de vita contemplatiua, *can. expedit facultates Ecclesiæ possideri* 13. 12. *q.* 1. ibidemque *Gloss.* verbo *communes.* decreuitque Innocentius Papa in *can. inter memoratos fratres nostros* 6. 16. *q.* 3. illis præsertim verbis: *Ecclesiæ, cuius est ius retentionis, sit æternum dominium.* habet ergo Dominium bonorum Ecclesia. sicut & *Gloss.* ibidem verbo *Ius retentionis,* & ipsa concinit, dum *retentionis.* id est possessionis exprimit, quæ scilicet Ecclesia in possessione est. Possidet vero Ecclesia idcirco bona, vt elargiri valeat ministris, & alijs indigentibus necessaria. vti Vrbanus Papa perpendit in *can. videntes summi sacerdotes.* 16. 12. *q.* 1. subdens in §. *ipsę enim res,* quare oblationes vocentur, dicens: *Ipse enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur.* pro Domino vero Ecclesia possidet. quod & probatur ex Agathensi Concilio in *can. Castellas, vel mancipiola* 10. *q.* 2. Hinc est quod

Ecclesiæ bona diripiens perpetuo subijcitur anathemati, nisi redderit. ex Symmacho Papa in sexta Synodo Romana in *can. in canonibus in Gangrensi Ecclesia* 57. §. *generaliter verò quicumque* 16. *quæst.* 1. quia res Dei sunt. vt ibidem illas appellat. illis verbis: *nisi cito res Dei, admoniti à Pontifice, agnita veritate, reddiderint; perpetuo anathemate feriantur.* Res ergo Ecclesię, Dei sunt.

Ecclesia, quæ pro derelicta habita est, potest re integra, repeti. ex Damaso Papa ad Paulinũ Anthiocenum in *can. eos sacerdotes, qui ab Ecclesiis* 43. 7. *q.* 1. ibidemque *gloss.* verbo *ordinatus.* vnde est, quod Ecclesia, quæ rem possidet, etiam si Prælatus pro spoliato se habeat, poterit tamen manutentionem sui met nomine petere. ex *Rota* apud sãctę memorię *Gregorii XV. decis.* 246. ibidemque *Beltraminus* Addis. Hinc est etiam quod

Ecclesia minori æquiparatur, eique enormiter læsa ob lapsum temporis competit restitutio. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. vnica* ibique *gloss.* verbo *lapsum temporis de restitutione in integrum.* & Vniuersitati quoque comparatur ex *l. finali C. de sacrosanctis Ecclesijs. Rota* apud *Duranum.* Episcopum Vrgellen *decis.* 402. *num.* 14 & 15. *part.* 2. *Gaillus practicarum obseruationum lib.* 1. *obseruat.* 32. *num.* 16. *Mastrillus decis.* 110. *n.* 2. *part.* 2.

Ecclesia quælibet celebrare tenetur suæ dedicationis festum. ex Felice Papa omnibus orthodoxis in *can. solemnitates dedicationum* 16. & Gregorio etiam Papa in *can. solemnitates dedicationum* 17. *de consecratione distinct.* 1. ipso Domino exemplum dante, qui ad festum de-

di-

dicationis templi, omnibus id faciendi dans formam, cum reliquis populis, eandem festiuitatem celebraturus accessit. & ex Concilio Lugdunen in *can. pronunciandum est. 1. de consecrat. dist. 3.* in quo inter solemnitates, quę anno quolibet celebrandæ erunt, *Dedicationis cuiuscumque oratorij* festum enumeratur. nec dissimilter Gregorius IX. in *cap. conquæstus est nobis 5 fine finali de ferijs. Abb. in rub. de consecratione Ecclesiæ num. 3.* nec poterit prohiberi, ne fiat. *Rota* apud S. memoriæ *Gregorii XV. decis. 472. & in eadem Causa decis. 493.* Si vero dubium fiat, an Ecclesia consecrata fuerit, nec certa scriptura, nec certi testes existant, à quibus consecratio sciatur, erit dubitatione omni semota consecranda. *Quoniã non monstratur esse iteratum, quod nescitur factũ.* vt idem decernit Felix Papa eodem *can. solemnitates dedicationum 16. §. de Ecclesiarum consecratione.* & ex Concilio Meldensi in *can. Ecclesiæ, vel altaria 18. eadem dist. 1. de consecratione.* & ex Concilio Carthaginen Quinto in *can. placuit de infantibus. 111. in fine de consecratione distinct. 4.* dicente Concilio. *Similiter de Ecclesijs quoties super earum consecratione hæsitatur, agendum est, vt sine vlla trepidatione consecrentur.*

Ecclesia quidquid habet pauperum est, vt inde pauperes alantur. ex Concilio Agathensi in *can. casellas, vel mancipiola Ecclesiæ. 1. 10. q. 2.* ibique *Gloss.* verbo *pauperes.* ex Hieronymo Damaso Papę scribente in *can. quoniam quid quid habent clerici 68. 16. q. 1.* nec dissimili modo Ambrosius in *can. aurum Ecclesia habet 70. 12. q. 2.* qui sequentibus fatur: *Aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. Quid opus est custodire, quod nihil adiuuat?* subdens circa finem principii: *Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguinis eius operatum est. Nemo enim potest dicere, cur pauper viuit? nemo potest quæri, quia captiui redempti sunt. &c.*

Ecclesia dedicari, vel consecrari non debet, nisi dos eidem assignetur, vnde & Rectori, & vni saltim Clerico, atque pro luminarijs necessaria suppeditentur. ex Concilio Bracharensi secundo in *can. Placuit, vt quoties ab aliquo fidelium 1. §. hoc tamen vnusquisq; episcoporum 1. q. 2.* vt neque primarius Lapis pro Ecclesia ædificanda ponendus sit, nisi dos Ecclesiæ detur. ex Concilio Aurelianensi in *can. nemo Ecclesiam 9. de consecrat. distinct. 1.* vbi etiam *Gloss.* verbo *custodum*, quę dicit, *quod erunt ad minus duo clerici. & Gloss. d. can placuit.* verbo *Dotem.* decreuitque Gelasius Papa Senecioni Episcopo scribens in *can. pię mentis amplectenda deuotio est. 26. 16. q. 7.* ibique *Gloss.* verbo *collata.* Rota apud *Cardin. Caualer. decis. 498. num. 2.* Ecclesiam, qui cœpit ædificare poterit per Episcopum cogi illam perficere, vel si decesserit, eius hæredes. decreuit hoc Iustinianus Cæsar in *authentico de Ecclesiasticis titulis, & priuilegiis, alijsque capitulis, collat. 9. §. si quis autem voluerit fabricare venerabile oratorium.*

Ecclesiam in proprio quoque territorio sine Episcopi loci consensu ædificare nemo potest. non debet tamen ædificari in antiquiorũ damnum. ex Vuormaciensi Concilio in *can. quicunque voluerit 44. 16. q. 1.*

Ecclesiam reficere, & instaurare tenetur Rector Beneficii, & Prælatus illius, prouiso tamen sibi priùs de victu necessario. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios constitutos in *can. quatuor autem tam de reditu 27. 12. q. 2.* nõ erunt proinde laici cõpellẽdi ad hoc, sed Clerici. vt *Gloss.* ibidem verbo *doceat.* in fine concludit. ex Concilio Tarraconen in *can. decreuimus, vt antiqua consuetudinis ordo 10.* ibique *Gloss.* verbo *ordinatori. 10. q. 1.* de bonis videlicet, quæ sunt eiusdem Ecclesiæ. vt Alexander Tertius Lexouiensi Episcopo respondit in *cap. de his, qui parochiales Ecclesias. 4 de Ecclesiis ędificandis, vel reparandis.* videndus *Surdus conf. 62. lib. 1.* per totum, presertim *num. 5.* Eodem modo Ecclesia Cathedralis si reparatione indigeat, per Episcopum reparari debebit; si verò fructus sint tenues, qui vix sufficiant Episcopo, Capitulum supplere tenebitur, quod si nec ita compleri valeant, poterunt redditus Beneficiorum vacantium applicari, licet attendatur consuetudo locorum, si præsertim ad Capitulum spectet. *Rota part. 1. in recentioribus decis 627. num. 1. & sequentibus. Barbosa ad sacrum Tridentinum sess. 21. cap. 7. num. 11. 12. & 13. de reformat.*

Ecclesia destructa superioris auctoritate, omnia eius Iura, & priuilegia amittuntur, neque vllus amplius Ecclesiæ eiusdem Clericus vocari, aut nuncupari poterit. ex Innocentio Tertio Cantuarien Archiepiscopo in *cap. cũ ex iniuncto 2. de noui operis nunciatione.* Rationẽ reddit Innocentius ibidem in fine principii dicens: *Cum enim amodo non teneat principale, quidquid ex eo, vel ob id secutum est, sub pramissa districtione decernimus irritandum.* rationem enim reddit ibidem *Gloss.* verbo *non tenet principale* & ipsa dicens: *Destructa enim re, destruuntur priuilegia.* ex Origine in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum 9. paulo post principium 16. q. 7.* de Domo, siue templo Iudæorum loquens: *Et illa æstimabatur Domus orationis, qua destructa necesse est, vt Iudæi, quasi non iam habentes domum orationis, iam non habeant priuilegium speculationis Dei, nec possint secundum legem Deo seruire.* prosequitur *Petrus de Vbaldis de canonica Episcopi c. 4. §. quoad secundam quæstionem num. 29. & 30.* videndus *Cepola in Consilijs Ciuilibus cons. 49. lib. 2.*

Ecclesia tamen translata sua retinet Iura. *Barbosa in collectan.* ad sacrum Tridentinum *sess. 21. de reformat. cap. 7. n. 7.* Sicut etiam Ecclesia vnita retinet sua primęua iura. ex Gregorio Agapito Abbati in *can. quoniam monasterium 2. de religiosis domibus, & vt episcopo sint subiecta.* ibique optimè *Gloss.* verbo *cuius est diæcesis.* & *Innocentius* ibidem *Rota apud Duranum decis. 14. num. 9.*

Ecclesiastica Hierarchia necessaria in Ecclesia est, vt confusio euitetur. Ecclesia enim est vt castrorum acies ordinata. datur proinde ordinum

dinum distinctio à primo ad vltimum. vt distinguit Isidorus lib. 7. Etymologiarum in *can. Cleros, & clericos 1. distinct. 21.* Sacrosancta Tridentina Synodus *sess. 23, cap. 4 de sacramento ordinis*. ex ratione Pauli ad *Romanos* 13. 1. dicente illo: *Cum omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sint*. Est autem Hierarchia sacer Principatus. Principatus verò nomine duo exaudiuntur. Princeps ipse, & multitudo ordinata sub principe. ex *S. Thoma 1. part. q. 108. art. 1. in corpore*. deduximus *respons*. nostra 17. *num. 5. & sequentibus part. 5.*

Ecclesia Catholica sola veros sacerdotes habet, qui ligare, & soluere possunt, hæresis vero non habet. ex Ambrosio lib. 2. de Cain, & Abel in *can verbum Dei dimittit peccata* 51. *de pænitentia distinct. 1.* qui rationem sic reddit: *Ius enim hoc solis permissum est sacerdotibus. Rectè igitur Ecclesia vendicat, quæ veros sacerdotes habet: heresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet.*

Ecclesia Dei dicitur sine macula, & ruga esse. ab Augustino in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham 2. in fine §. itaque sine intus versari videantur.* 32. q. 4. illis verbis; *Et semper ab illius Ecclesia, quæ est sine macula, & ruga, vnitate diuisus est.* sine macula. id est sine mortali peccato. vt *Gloss.* ibidem verbo *sine macula* commentum agit. idemque Augustinus in *can. omnibus consideratis* 20. 24. q. 1. de Ecclesia loquens: *Quę vnica columba appellatur quæ sponsa pulchra sine macula & ruga &c.* sine macula mortalis peccati. & ruga, id est dupl citate. *Gloss.* ibidem exprimit. & ex Gelasio Papa Episcopis omnibus orthodoxis in *can. quamuis vniuersa per orbem 3. in fine distinct. 21.* dicente illo consequentiam: *Est ergo Prima Petri Apostoli sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi.*

Ecclesia est Columna Dei viuentis, & Sagena summi Piscatoris. Nicolao Papa Tertio in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini nostri 1. post principium §. nouit beatitudo vestra distinct. 23.* attestante, ac dicente: *Hęc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniaca heresis trapezitas repetitis malis, crebrisque tunsionibus subiacuerit, adeo vt Columna Dei viuentis iam iam pene videretur concussa nutare; & sagena summi Piscatoris procellis intumescentibus cogeretur in naufragii funda submergi.*

Ecclesia mundanis legibus nō astringitur. Nicolaus Papa Albino Archiepiscopo in *can. inter hæc sanctitas vestra 6. in fine* 33 q. 2. cuius sunt verba: *Sed sancta Dei Ecclesia mundanis numquam astringitur legibus: gladium non habet, nisi spiritualem; non occidit, sed viuificat.* & dixerat idem Nicolaus Papa scribens Episcopis in Concilio apud Conuicinum congregatis in *can. lege Imperatorum nō in omnibus 1. circa medium distinct. 10.* illis verbis: *Non visum est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei Ecclesiam commutari, honoresque, aut diuisiones perpeti.* ibique *Glos.* verbo *Ecclesiam* rationem reddit: *Quia Ecclesia non astringitur mundanis legibus, nec etiam de rebus Ecclesiasticis potest Imperator legem concedere.* ex Symmaco Papa Romanæ Synodi præsidente in *can. benè quidem fraternitas vestra 1. in fine §. sancta synodus. distinc. 96.* illis verbis: *Ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur.* & ita etiā in §. *Eulalius Episcopus.*

Ecclesia Romana sola incorruptam Patrum seruat hæreditatem. Sanam scilicet Doctrinam. ex Hieronymo in *can. quoniam vetusto* 25. §. *neque verò tanta vastitas elementi.* 24. q. 1. verba sonant Hieronymi: ad Damasum Papā: *Profligato à sobole mala patrimonio, apud vos solos incorrupta Patrum seruatur hereditas.* Patrimonium, id est fide, vel patrum doctrina. *Gloss.* ibidem commentum agit. Idemque cōtestatur Hieronymus ad Damasum eundem in *can. hæc est fides Papa Beatissime* 14. *in fine eadem* 24. q. 1. sequentibus dicens: *Sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino providente, & beato Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit, sine vlla hereticorum insultatione firma, & immobilis omni tempore persistet.* insultatione scilicet præualente *glos.* ibidem aduertit. Ipsa omnium Ecclesiarum est mater, & magistra. ex Calixto Papa in *can. non decet. 1. distinct. 12.* Nam eam posuit Deus totius orbis terrarum Magistram: vt quidquid vbique locorum dubitatur, ab ea ratio eiusdem requiratur. vt Benedictus Papa Grandensi Patriarchę scripsit in *can. lex diuinæ constitutionis 18 in principio* 27. q. 2. Quamob causam si lem violat, qui aduersus illam agit, quæ Mater est fidei, & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prętulisse videtur. Nam illam solus ille fundauit, & supra petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitę clauigero terreni simul, & cœlestis imperii iura commisit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod factum est cœlum, & terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit Ecclesiam. Nicolaus Papa II. Mediolanensibus scribit in *can. omnes, siuè patriachii. 1. distinct. 22.*

Ecclesia Romana (disponente Domino) cunctorum fidelium mater est, & magistra. Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. damnatus. 2. in fine §. si quis igitur. de summa Trinitate, & fide catholica.* & Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. fideli. vnico. eodem tit. in 6.* sic dicens: *Hoc firmiter tenet, & prædicat, profitetur, & docet Sacrosancta Romana Ecclesia, mater omnium fidelium, & magistra.* Huic Romanæ Ecclesiæ, adminiculante gratia diuina, datum est, vt ad eam cuncta maiora Ecclesiastica negotia referri debeant, vt ab ea regulariter disponantur, à qua sumpsere principia. ita Marcellus Papa vniuersis Episcopis per Antiochiam constitutis in *can. rogamus vos fratres. 15. 24. q. 1.*

Ecclesia Romana sponsa dicitur Papæ. ex Bonifacio Octauo in *cap. quoniam, vt intelleximus*

4. post

4. *post principium* 5. *nos iustitiam nostram.de Immunitate Ecclesiarum,cæmcteriorum,& aliorum locorum religiosorum in* 6. verba damus Bonifacii:*Nos iustitiam nostram , & Ecclesiæ sponsæ nostræ nolentes negligere , qui alios in sua iustitia confouemus: statuimus &c.*

Ecclesia Romana confugium est aliarum Ecclesiarum, & omnium Christianorum.vnde qui ad Ecclesiam Romanam confugit, & eius implorat auxilium,ab ea defendi debet. vt Gregorius scribit omnibus per diuersas prouincias in *can.decreto nostro vestram rogantes charitatem* 11.2. *q*.6. Nam ad eam quasi ad matrem omnes confugere debent , atque ad eam appellare,vt inde recipiant tuitionem. ex Sixto Papa in *can.omnes episcopi* 5. & ex Marcello Papa ad Episcopos Antiochenæ Prouinciæ in *can.ad Romanam* 6.2.*q*.6. & ibidem *can. si quis vestrum pulsatus fuerit*.4. idem Sixtus Papa omnibus Rectoribus Ecclesię dicit , scribitque, vt siquis aliqua fuerit aduersitate pulsatus *licenter hanc sanctam , & Apostolicam sedem appellet , & ad eam quasi ad caput suffugium habeat, ne ipse innocens damnetur,aut Ecclesia sua detrimentum patiatur.*

Ecclesię Romanę priuilegia,qui aufert e conatur,hæreticus dicitur, quia in hæresim labitur. ex Nicolao Papa Secundo ad Mediolanenses in *can.omnes ; siue patriarchii*.1. *in fine distinct*.22.

Ecclesia dicitur vacans,quæ Episcopum non habet , sicut mulier virum non habens. ex Concilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus vacans* 8.ibique *Gloss.*verbo *Episcopus dist*.92. Et Ecclesia dicitur viduata, quę licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere . vt Innocentius Tertius Decano,& Capitulo Andegauensi scribit in *cap. inter corporalia,& spiritualia* 2.§. *sed neque illud quod in canone legitur.de translatione Episcopi*.ibique *Gloss.*verbo *inutilem*.asserens quod pro mortuo inutilis reputatur . ex Prospero de vita contemplatiua in *can, facilius Deum sibi placabunt* 32. *de pænitentia distinct*.1. illis verbis: *Vitam suam tanquam mortuam plangunt*. Quia non operantur.& mortui sunt qui non operantur.diximus *respons*.nostra 79.n.47.*part*.5.

Ecclesia Romana totius orbis terrarum magistra est.dixit Benedictus Papa Grandensi Patriarchę scribens in *can. lex diuinę constitutionis* 18.27.*q*.2.Quia caput est.ipso dicente Domino Apostolorum Principi:*Tu es Petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* . ex Alexādro Papa omnibus orthodoxis per vniuersas Prouincias Christo Domino Famulantibus in *can.relatum est ad huius sanctę, & Apostolicæ sedis apicem*.14. 11.*q*.1.vnde propterea ad ea recurri debet in difficultatibus omnibus.ex Alexandro IV. Inquisitoribus hereticæ prauitatis in *c. super eo , quod scriptum legitur* 4. *de hæreticis in* 6. Quia Ecclesiæ Romanę in omnibus causis reuerentia debetur,& auctoritas . vt Innocentius Papa ad Victricium Rothomagensem Episcopum scribens dixit.*can non liceat cuiquam* 14.3.*q*.6. Et satis indignum est, quemquem vel Pontifici. vel ordinum subsequentium regulam refutare , quam Beati Petri sedem & sequi vident,& docere.vt Iulius Papa contestatur ad Episcopos orientales scribens in *can nolite errare fratres mei charissimi* 3.*in fine distinct*. 11. Ab omnibus proinde seruari debet,quod Romana seruat Ecclesia.ex Innocentio I. ad Decentium Episcopum Eugubinum in *can. quis nesciat, aut non aduertat*. 11. *distinct*. 11. Quisquis igitur Ecclesiæ sententiam contempserit obseruare,excomunicari debet.ex Innocentio Tertio G. nobili viro Montis Pessulani in *cap. per venerabilem fratrem* 13.§. *sunt autem sacerdotes leuitici generis. qui filii sint legitimi* . Rationem venamur ex Iulio Papa Orientalibus Episcopis *can. dudum à sanctis Apostolis* 9.2. *q*.6. dicente: *Quoniam sanctam Romanam Ecclesiam primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt*.(Sancti scilicet Apostoli) *Et sicut beatus Petrus Apostolus primus fuit omnium Apostolorum;ita & hæc Ecclesia suo nomine consecrata(Domino instituente)prima,& caput sit cæterarum;& ad eam,quasi ad matrem,atque apicem omnes maiores Ecclesiæ causæ, & iudicia Episcoporum recurrant,& iuxta eius sententiam terminum sumant ; nec extra Romanum quicquam ex his debere decerni Pontificem*.Nam Ecclesia Romana omnibus Ecclesiis prælata est. Nō quidem Synodicis constitutionibus, sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit:*Tu es petrus,& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam , & portæ inferi non præualebunt aduersus eam* . ex Gelasio Papa omnibus orthodoxis Episcopis in *can.quamuis vniuersę per orbem* 3.*dist*.21. & Columna vocatur Dei viuentis, à Nicolao Papa III. in Concilio Lateranensi in *can. in nomine Domini nostri* 1.*post principium*.§. *nouit beatitudo vestra dist*.23.

Ecclesia Romana in speculum,& in exemplum posita est. Quare ab omnibus quidquid statuit,quidquid ordinat,perpetuò,& irrefragabiliter obseruandum est . Stephanus Papa decernit in *can. cuim vero, quia in speculum* 4. *distinct*. 19. & fundata est super cathedram Petri. Qui igitur eam deserit,in Ecclesia se esse non confidat . vti Cyprianus de vnitate Ecclesiæ verba facit in *can.qui cathedram Petri* 3. *dist*. 93. Nam fidem violat,qui aduersus Ecclesiam Romanam agit , quę mater est fidei. vti Nicolaus II.Mediolanensibus scribit in *can.omnes.siue patriarchii* 1.*in fine dist*.22 & vbi Dominus Ecclesię totius posuit principatum . vt Gelasius Papa Episcopis per Lucaniam scripsit in *can. Basilicas nouiter institutas* 6.*in finalibus verbis. de consecratione distinct*.1.

Ecclesia Romana numquam errasse probatur. vt Lucius Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniæ scribit in *can. à recta ergo fide* 9. 24. *q*. 1. Ipsa enim semper immaculata mansit,& Domino prouidente , & beato Petro Apostolo opem ferente,in futuro manebit. vt Hieronymus ad Damasum in expositione Symboli loquitur in *can. hæc est fides Papa beatissime* 14.*in fine eadem* 14. *q*.1.Nec Deus vnquam

permittit. vt *gloss.* perpendit in *can. quodcumque ligaueris super terram* 6. verbo *reconciliat eadem*. 24. *q.* 1.

Ecclesiæ vacanti defensor dandus est. ex Innocentio Tertio Priori, & Conuentui Glaston, in *cap.* 1. §. *attendentes igitur*. ibique *Gloss.* verbo *sede vacante*. & ex Honorio Tertio Episcopo Burginen in *cap. constitutis coram I. prædecessore nostro*. 3. *siue finali in fine. ne sede vacante aliquid innouetur*. ibique *gloss.* verbo *vacante*. Quia legitimo tunc caret Ecclesia defensore. ex Innocentio IV. in *cap. dudum*. 1. §. *quia verò in concessione. de rebus Ecclesiæ non alienandis in* 6. ibique *gloss.* verbo *defensore*. *Gaillus practicarum obseruationum lib.* 1. *obseruat.* 30. *num.* 15.

Ecclesiæ tamen vacantis custodia ad Episcopū pertinet, quamuis illa de iure sit patronatus laicorum, vel vniuersitatis. secus verò si de iure sit patronatus Ecclesiasticorum. *Rota apud Cardin. Manticam decis.* 107. *nu.* 6.

Ecclesiæ baptismales, quia renascimur per baptismum, Matrices vocantur. *Gloss.* in *clemēt. vnica de baptismo*, *& eius effectu* post principiū. verbo *deputati*. ex eodem Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina ex frequentibus*. 1. §. *nos igitur in sancta Dei Ecclesia. de sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti*. illis verbis: *cum Cathedralem, vel Matricē, seu Parochialem, loci Ecclesiam* ibique plenè *gloss.* verbo *matricem*. nam Ecclesia Matrix, nedum Cathedralis, verùm etiam, & Parochialis intelligitur, respectu aliarum inferiorum: *Barbosa in collectan. ad Sacrum Tridentinum sessione* 21. *cap.* 7. *num.* 5. *in fine de reformatione*. *Zerola in praxi part.* 1. verbo *matrix*. Quod verò sit Matrix dignoscitur, præsertim per recognitionem Ecclesiarum filiarum erga matrem, & Parochialem totius plebanatus, per accessus processionales, receptionem sacri olei, & Chrismatis, & vocationem ad Synodum. *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 105 *nu.* 1. *& sequentibus*. & *in recentioribus part.* 1. *decis.* 178. *nu.* 3.

Ecclesia propter vnius delictum interdici non debet, sed is, qui deliquit, puniri. ex Cœlestino Tertio Claremon Episcopo in *cap. quæsiuit* 2. *de his, quæ fiunt à maiori parte capituli*. rationem reddens in fine: *Cùm peccata suos auctores tenere debeant; nec pæna sit vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum*. & notat *Gloss.* 1. ibidem verbo *Ecclesiam tuam*, comprimens dictum: *nisi ille, qui deliquit, sit dominus loci, quia tunc propter delictum eius terra supponitur interdicto*. ex Alexandro Tertio Archiepiscopis & Episcopis, & aliis Prælatis per Angliam constitutis in *cap. non est vobis (sicut arbitramur) incognitū* 11. *de spōsalibus, & matrimoniis*.

Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica dignum est remuneratione gaudere. vt qui se voluntariis obsequiorum dignitatibus sponte subiiciunt, digne pontificiis prouisionibus consolentur. Gregorius verba facit Theodoro Consiliario scribens in *can. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes* 67. 12. *quæst.* 2.

Ecclesiasticis per status mutationem, incipit eis non licere, quod antea licuit. ex Leone Papa Rustico Narbonen Episcopo in *can. lex continentiæ eadem est altaris ministris* 10. *dist.* 32. ibique *Gloss.* verbo eis non licere. quę hic infert: *nota, quod propter commutationem status incipit aliquid non licere, quod prius licuit*. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem* 14. 12. *q.* 2.

Ecclesia territorium habere simpliciter non dicitur, nisi quoad Clericos, atque respectu administrationis sacramentorum. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. omnis vtriusque sexus fidelis* 12. *de pænitentiis, & remissionibus Abbas in cap. cùm contingat.* 13. *num.* 18. *de foro competent.* & in *cap. cum sit Generale* 8. *num.* 27 *vers. addo etiam, & alium casum, eodem tit.* Poterit tamen ratione sacrilegii in Ecclesia patrati, iuris acrimonia per excommunicationem aduersus eos procedere, qui in Ecclesiam deliquere. ex Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunensi in *cap. decet domum Domini sanctitudo* 2. §. *finali. de Immunitate Ecclesiarum, cæmeteriorum, & aliorum locorum religiosorum in* 6. ibique *gloss.* verbo *acrimoniam*. videndus *Farinacius in appendice de immunitate Ecclesiastica cap* 16. *nu.* 234. 235. *&* 236. *& de carceribus & carceratis quæst.* 28. *ampliat.* 8. *num.* 62. vide *Marantam cons.* 75. *nu* 7. *&* 11. diximus *respons.* nostra 18. *num.* 96. 97. *&* 98. *part.* 5.

Ecclesiis duabus vnitis potest Episcopus in vnaquaque eorum, vbi commodius atque vtilius esse perspexerit, habitare; ita tamen vt alteram Ecclesiam, cui corporaliter præsens non est, solicita prouidentique cura disponat, quatenus diuina illic mysteria solemniter peragantur. Gregorius Benenato Misenaten Episcopo in *can. & temporis qualitas* 48. 16. *q.* 1. Nam Ecclesia vnita habetur vti prædium, seu membrum Ecclesiæ, cui fuit facta vnio. ex *Rota part.* 2. *in recentioribus decis.* 710. *num.* 2. *& apud Duranum decis.* 303. *num.* 3. *part.* 2. Quia efficitur de Iurisdictione, & diœcesi Ecclesiæ, cui fuit vnita. vt idem decernit Gregorius eodem *can. & temporis qualitas* 48. *in fine*. & *gloss.* in *clement.* 1. §. *volumus* verbo *diœcesanis de foro competenti*. ibidemque *Cardin. q.* 4. *num.* 2. *Imola nu.* 38. *Vitalinus num.* 27. *Rota apud Duranum d. decis.* 303. *num.* 4.

Ecclesia tenetur pro bonis, eius in vtilitatem conuersis. ex Alexandro Tertio Londonien Episcopo in *cap. grauis illa quærimonia* 1. *post principium de deposito*. ibique *gloss.* verbo *vtilitatem*.

Ecclesia quælibet censetur esse in aliqua diœcesi, nisi probetur habere territorium separatum. ex Aurelianensi Concilio I. in *can omnes basilicę*. 10. 16. *quęst.* 7. ibique *gloss.* verbo *potestate*. & Bonifacio Octauo in *cap. cum personę* 7. *post principium de priuilegiis in* 6. separatio vero non nisi per Papam fieri poterit. ex Innocentio Tertio Beluacen Episcopo in *cap. cum contingat* 13. ibique *Butrius num.* 11. verbo *de consuetudine*. & *Abb. n.* 18. *de foro competenti. Rota in recentioribus part.* 1. *decis.* 324. *nu.* 2. &

2. & dictum fuit in *Marsicen Iurisdictionis 29. Nouembris 1621. eorum Buratto decis. 578. num. 1. & 2.*

Ecclesia, quæ est in confinio diœcesis, de Iurisdictione præsumitur esse diœcesani Episcopi. ex Bonifacio Octauo in *cap. cùm Episcopus 7. de officio Iudicis ordinarii in 6. Gloss.* in *can. alia causa est monachorum 6. in fine.* verbo *si peccauero in fine 16. quæst. 1. Marta voto 162. num. 2. Bellencinus* videndus *de charitatiuo subsidio quæst. 52.*

Ecclesia polluitur, si excomunicati corpus in ea humatum fuerit, extracto verò cadauere, reconcilianda erit aqua solemniter benedicta. ex Innocentio Tertio Senonen Episcopo in *cap. consuluisti 7. de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris.* eodem modo, & cœmeteria. ibique *gloss.* verbo *cæmeteria*. sicuti etiam ex humatione infidelis. Nam debet extrahi, & Ecclesia reconciliari. ex Concilio Aurelianen in *can. Ecclesia, in qua 27.* & ex Concilio Agrippinensi in *can. Ecclesia, in qua mortuorum cadauera 28. de consecrat. distinct. 1.* sed *gloss* in *d. can. Ecclesia in qua 27.* verbo *celebrare.* in fine perquirit: *quid dices de muliere pregnante mortua? quidam dicunt, quod sepelietur in Ecclesia; quia fætus est pars ventris. Consueuit tamen aperiri, & fætus extrahi, & extra cæmeterium sepeliri.* ex Innocentio Tertio Nidrosien Archiepiscopo in *cap. sacris est canonibus institutum 12. de sepulturis extrà.*

Ecclesiam Christi vehementer destruit, meliores laicos esse, quàm Clericos. Hieronymus in *can. qualis enim ædificatio erit 21. in fine, 8. q. 1.* sufficit tamen Clerico si est bonus. vt *gloss.* ibidem verbo *meliores* concludit. Debēt autē esse meliores, conuersatione, sermone, & sciētia. vt ibidem.

Ecclesiastica sacramenta, medicinæ sunt animarum. Sanant enim vulnera peccatorum. ex Isidoro in *can. his igitur lege Patrum cauetur. 3. distinct. 23.* verbis illis: *pro beneficiis medicina Dei, munera non accipiant.* ibique *gloss.* verbo *pro beneficiis.* includens: *& pro sacramentis Ecclesiasticis, quæ dicuntur medicina. quia sanant vulnera peccatorum.* ex Gregorio Papa Secundo in *can. anima defunctorum 22. 23. q. 2.*

Ecclesia iure minoris fungitur, atque propterea restituitur. ex Innocentio Tertio Helien & Floren Episcopis in *cap. auditis, & intellectis causæ meritis 3. §. licet autem vtrinque. de in integrum restitutione.* ibique plenè *gloss.* verbo *iure minoris.*

Ecclesiasticæ personæ ad Christum pertinet. vnde illis iniuria illata ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ. in *can. accusatio quoque 55. §. hæc & alia. 2. q. 7.* rationem reddente, atque inferente: *Quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur.*

Ecclesia sanguinis, vel etiam seminis effusione polluitur. ex Nicæno Concilio in *can. Ecclesiis semel Deo consecratis 20. de consecratione distinct. 1.* ibique *gloss.* verbo *semine.* quæ explicat: *per coitum emissum per adulterium, vel per fornicationem. nam si per somnum, vel coitum cū vxore emittitur, non ideo reconsecrabitur Ecclesia. secundum Hugonem.* Ita etiam polluitur propter homicidia, & vulnera. ex Innocentio Tertio Compostellano Archiepiscopo in *cap. proposuisti 4. de consecratione Ecclesiæ, vel altaris extrà.* Hoc ipsum habet Bonifacius Octauus in *cap. vnico. de consecrat. Ecclesiæ, vel altaris in 6.* extendens ad cœmeterium contiguum, vt polluta Ecclesia, sit quoque cœmeterium pollutum, non verò e contra. Oportet autem, vt sanguis sit humanus, atque iniuriosè effusus. vt pluribus *gloss.* ibidem verbo *sanguinis.* Effusio autem quantitatem significat, vt plenè per doctores. plura *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 26. q. 13.* Eodemque modo polluitur Ecclesia, si aliquis occidatur vi, vel suffocetur in Ecclesia, etiam si sanguis nullo modo fundatur. & hoc propter criminis acerbitatem. secundum *Gloss.* eodem *cap. vnico* verbo *sanguinis. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 8. num. 7. & 11.* vbi etiam *Victorellus* Addens. *Barbosa* pluribus *de officio, & potestate Episcopi allegat. 28. per totam. num.* verò 35. addit: quod & si quidem non polluatur Ecclesia ex contusione, vel fractura in aliqua corporis parte facta sine sanguinis effusione; si tamen percussio tumorem causauerit, aut liuorem, vt aperitione opus fuerit ad contusum emittendum sanguinem, polluta nihilominus Ecclesia dicitur: Quia percussio iniuriosa fuit, atque efficax causa effusionis sanguinis, quæ deinde consequuta est. Effusio verò seminis si occulta fuerit, nō polluitur Ecclesia. ex Alexandro Tertio in *cap. significasti nobis 5. de adulteriis, & stupro.* in argumentum perpenso. vnde deducunt etiam in sanguinis effusione occulta. refert *Barbosa dict. allegat. 28. nu. 37.* Iniuriosa autem fieri debet percussio, vnde sanguis affluxerit; quia si non ex iniuria, sed vim vi repellendo, atque se defendendo fiat, Ecclesia non polluitur. *Card. Toletus d. libro 5. cap. 8. num. 11.* plenè *Ferdinandus à Castro Palao moralium tom. 2. tract. 11. de religione disputat. 1. puncto 1. nu. 1. & sequentibus.*

Ecclesia Dei finaliter errare non potest: Quia Christus pro ea orauit, vt non deficiat fides eius. sicut Dominus (*Luc. 22. 32.*) dixit Petro: *Ego aute rogaui pro te, vt non deficiat fides tua.* perpenditque Innocentius Tertius Arelatē Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesiæ causas 3. in principio de baptismo, & eius effectu.* ibique *Gloss.* verbo *ne deficiat.* dicens: *Ex hoc patet quod Ecclesia non potest esse nulla.* de qua Lucius Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniæ in *can. à recta ergo fide 9. in fine 24. q. 1.* sic testatur *Hæc sancta & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia: quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis nūquam errasse probatur: nec hæreticis prauitatibus deprauata succubuit.* & ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam rapina 33. in fine eadem 24. quæst. 1.* deducit *Federicus de senis q. siue cons. 131. num. 2.*

Esse-

Effectus indicat causam, vnde maior effectus maiorem causam fuisse ostendit. Quia nimirum effectus maior maiorem, atque potentiorem exquirit causam. argumento sumpto ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. licet ex quadam necessitate 47. post principium de testibus, & attestationibus*: illis verbis: *Quia tamen pluribus exemplis, & certis experimentis didicimus ex hoc multa pericula contra legitima prouenisse coniugia.* exempla enim. & experimenta effectus fuere à causa dependentes, quo igitur maiores fuerunt effectus; maiorē consequenter, atque potentiorem ostenderunt causam. Ratio est; quia effectus à causa pendet, & in causato non potest esse plus virtutis, quàm ab influente causa pendet. ex *Baldo in l. consulari 1. num. 3. ff. de senatoribus*, qui argumentum rettahit ex *cap. 1. §. hoc autem notandum est. de his, qui feudum dare possunt, & qui non, qualiter acquiratur, & retineatur. in* vsibus feudorum. quatenus habet; quod remotis fœminis à successione feudorum, similiter, & earum filii remouentur. Quia nimirum effectus à causa pendet, neque maior vis in effectu, & causato produci potest, quā in causa sit, & à causa influatur. sequitur *Nauar. de oratione & horis canonicis cap. 3. n. 71.*

Effectus enim causam producentem indicat, vnde tale quid dicitur, quale ex effectu, qui causam supponit, perpenditur. vt idem sequitur *Baldus cons. 344. Super eo, quod queritur post principium lib. 1.* Rationem habes quoq; ex *S. Thoma quodlibet. 12. q. 20. art. 31.* qui docet, quod: Effectus habens virtutem causæ, potest in ea, in quę potest causa, licet nō habeat semper totam virtutem causæ.

Effectus causam non mutat, neque mutare potest, cum ab illa pendeat, & ab illa influatur. quid quid alias ex legum subtilitate decernatur. ex Iustiniano Cęsare in *l. in rebus dotalibus 30. in fine principij C. de Iure dotium.* dicente Cæsare, ac rationem reddente: *Non enim quod legum subtilitate transitus earum rerum in patrimonium mariti videatur fieri: ideo rei veritas deleta, vel confusa sint.* Quia effectus causam non mutat. Sicuti fictio veritatem non mutat. vti Papinianus li. 12. quæstionū, & ipse deducit in *l. filio, qui pater 23. in fine principij ff. de liberis, & posthumis hęredibus instituendis.* docens: Filium adoptiuum in locum naturalis subrogari quidem; numquam tamen naturalem esse: *Vt veri patris* (inquiens) *adoptiuus filius numquam intelligatur: Ne imagine naturę veritas obumbretur.* Non igitur à Causa effectus variabit, & secundum illam determinabitur. Vnde potius attendi debet effectus, quàm modus. vt dicit *Minadous decis. 4. nu. 4. Rota part. 4. diuersorum collecta per Farinacium decis. 272. num. 11.* Et hoc argumento ducto ex Vlpiano lib. 5. disputationum in *l. mulier, quę duobus filiis 22 ff. ad senatus Consultum Trebellianum.* in fine principii. illis verbis: *Decreuisse igitur Diuum Marcum refert; fideicommissum eis repręsentandum intellecta matris voluntate; quæ, quia non crediderat patrē eos emancipaturum, distulerat in mortem eius fideicommissum, non dilatura id in mortalitatem, si eum emancipaturum sperasset.* magis igitur effectus attendeneus erit, quam modus dicendi.

Effectus causam, à qua pendet, superare non potest: Quia semper causa suo effectu potentior est, ipsa enim effectum producit, illeq; à causa profluit. *S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 3. in 1. argumento, & 3. part q. 54. art. 3. in respons.* ex nostratibus verò ex Florentino lib. 7. Institutionum in *l. in agris 16. ff. de acquirendo rerum dominio.* Quatenus habet; in agris limitatis ius alluuionis locum non habere; quia effectus causam superare non potest, cū ipse suæ causę limitibus retentus sit. nec diuersimode ex Vlpiano lib. 11. ad Sabinum in *l. moribus introductum est. 2. §. prius autem sibi quis debet haredem scribere. ff. de vulgari, & pupillari.* ex ratione, quam in fine adducit, dicens: *Constat enim vnum esse testamentum, licet duæ sint hareditates; vsque adeò, vt quos quis sibi faciat necessarios, eosdem etiam filio faciat.* non ergo causam effectus superabit. nec maior sua causa erit. *Cenallos communium contrà communes q. 606. nu. 45.* Quia ex Causa effectus perpenditur, & secundum illam ponderator. ex Innocentio Tertio Episcopo Narmarinen in *cap. cùm dilectus filius Abbas. 2. de ordine cognitionum.* sequitur *Rota decis 33. num. 14. de prębendis in antiquis.* Hanc ob causam

Effectus non potest esse suę causæ causa. ex *Aristotele. 2. phisicorum*, sequitur *Nauar. cons. 4. n. 2. in 6. argumento lib. 4. de clandestina desponsatione.* & effectus probat causam. *Grammaticus voto 24. num. 9.* vnde est, quod dato effectu causa necessario datur, cum sine causa effectus sequi minime possit. data itaque rei essētia, quæ in actu sit; datur & effectus. deducit hoc Vlpianus li. 70. ad edictum in *l. vnde etiā illud Labeo scribit. 3. §. hoc autem à superiore distat. ff. de itinere, actuque priuato.* quatenus probat: Ius reficiendi ei videri esse, cui seruitus debetur. quia effectus est à causa (seruitute videlicet) proueniens. inferens dicens: *Itaq; qui hoc interdicto vtitur, duas res debet docere; & hoc anno se vsum, & ei seruitutem competere.* Quia si causa non sit, nec effectus adesse poterit. docuitque idē Vlpianus lib. 31. ad edictū in *l si remunerandi gratia 6. §. 1. si cui fuit mandatum ff. mandati, vel contrà.* eum (docens) negotiorum gestorum actione teneri, cui mādatum fuit. inferens: *nec enim ideo est obligatus, quod negotia gessit. verùm idcirco, quod mandatū suscepit.* vbi Bart. in summario dicens: *illa vera est causa, qua existente res existit, & ea deficiente res deficit.* sequiturque *Signorolus de Amodeis cons. 75. num. 6. Cęsar. Bartius decis. Bononien. 70. num. 16. & 17.* docens quod sicut per causas cognoscimus effectus; ita per effectum (à posteriori) cognoscimus causam. nam effectus manifestat causam. Arguit id ex Innocentio Papa Exuperio Toletano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat 2. in principio distinct. 82.* illis verbis: *Incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt.* ex effectu causam inferens. vt *gloss* ibidem verbo *filii.*

di-

dicens: *Filius enim est argumentum ambulans super terram de incontinentia patris*. nec dissimiliter Gregorius Papa Clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis scribens in *can. priusquã ad nos 4. distinct.* 28. illis verbis de Ioanne diacono, qui ad Episcopatum Neapolitanũ electus fuerat, inferens: *Nam qua præsumptione ad Episcopatum audeat accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola teste conuincitur non habere*. ex effectu causam argumentans.

Effectu malo sequuto, dolus præsumitur. Cuius enim effectus malus est, eius quoque voluntas mala præsumitur. ex Baldo in *l. 1. num. 9. in vltimo quæsito C. si omissa sit causa testamenti* sic dicens. *Vnde eo ipso quod quis repudiat ex testamento, vt possideat magis libere ab intestato, inest ipsi actui tacitus dolus; quia rei effectus habet in se fraudem. vnde cuius rei effectus malus est, & intentio præsumitur mala, & hoc tenet hic Cynus*. probaturque ex ipso contextu *l. primæ*. illis verbis Imperatorum Seueri, & Antonini. *vtilis actio aduersus eum eum quo fraudis consilium participatum est, sibi competit*. Quia nimirum ex malo effectu malus præsumitur animus, ac pessima voluntas. sequitur *Antonius Monachus decis. Bonenien. 63. num. 31.*

*Effuge dum poteris, ne consensisse pateris.*

*Nam si persliteris illius vxor eris.*

Consilium est *Gloss.* in *cap. ad id quod 21. verbo per annum de sponsalibus, & matrimonijs*. sequitur *Neuizanus conf. 46. num. 24.* Non enim nisi fuga victoria paratur in his sensualibus. argumento sumpto ex Innocentio Papa ad Episcopos Macedoniæ in *can. constat multos vim passos. 111. 1. q. 1.* illis verbis: *Si comunioni eorũ participatus non est. si statim discedentibus illis, pessimo conciliabulo eorum renunciauit, & ad Ecclesiam rediit*. ibique *Gloss.* verbo *Si statim*.

Aegenis est subueniendum, omnibus, maximè verò Senibus, qui sibi iam nequeunt victum quærere, ac debilibus, cùm verò ijs, qui à diuitijs in egestatem ceciderunt, maximè si non suo vitio. ex Ambrosio in *can. consideranda est etiam in largiendo 17. distinct. 86.* vbi *Gloss.* verbo *in egestatem*. refert illud *Boetij*, dignum tale viro dictum: *Inter omnes aduersitates fortunæ infelicissimũ genus infortunij est, fuisse felicem*. Maximè verò consanguineis; cùm maior pietas exerceri debeat in sanguine nobis iunctos. ex eodem Ambrosio in *can. non satis est bene velle. 14. eadem dist. 86. Tiraquellus de priuilegijs piæ causæ in præfatione vers. & facit pro prima parte. Afflict. decis. 290. nu. 10. Calcaneus cons. 8. num. 42. & 43.* Maximè verò dandum erit eiusdem parochiæ pauperibus. ex Gregorio Septimo in *can. peruenit ad nos fama 13. 1. q. 3.* ibique *Gloss.* verbo *grauius*. sequitur *Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 27. num. 1.* argumento petito ex Iustiniano Cæsare in *l. si quis ad declinandam legem Falcidiam 47. §. & si quidem captiuos scripserit heredes Ciuitatis. C. de Episcopis, & Clericis.* Quarenus illos Ciuitatis, in qua testator larem fouere, ac degere noscitur, eligendos esse disponit.

Ego sum via, veritas, & vita. Christus Dominus (Ioannis 14. 6.) dixit. explicat Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. in principio in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo 40. col. 2. 5. quæ enim comunicatio luci, & tenebris. de pœnitentia distinct. 2.* qui sequentibus fatur: *Si peccauerimus, & per peccati ianuam ingressus fuerit diabolus; protinus Christus recedit: vnde, & Dauid post peccatum: (Psalmo. 50.) Redde mihi (ait) lætitiam salutaris tui scilicet, quam peccando amiseras. Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est. Christus veritas appellatur. Ego sum inquit via, & veritas, & vita. Frustra nobis in eo plaudimus, cuius mandata non facimus*. sequamur igitur Christum; quia ipse via, veritas, & vita est.

Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. *Ioann. 6. 51.* quæ verba explicans Ambrosius lib. 6. de sacramentis cap. 1. in *can. sicut verus est Dei filius Dominus noster 84. de consecratione distinct. 2.* sequentibus infert: *Sed caro non descendit de cœlo, hoc est, carnem in terris assumpsit ex Virgine. Quomodo ergo descendit panis de cœlo, & panis viuus? Quia idem Dominus noster Iesus Christus consors est diuinitatis, & corporis. Et tu, quia accipis panem, diuinæ illius substantiæ participaris alimento.* idest: Corpus Christi accipis diuinæ substantiæ vnitum. vt *Gloss.* ibidem verbo. *& tu, quia accipis.* commentum egit.

Aedificium in solo Ecclesiæ factum, solo cedit. vnde si clericus de pecunia Ecclesiæ in proprio solo ædificat, solum cedit edificio. *gloss.* in *can. Apostolicos, & paternos canones 13. in fine* verbo *construxisse in fine 12. q. 2.* in fauorem enim Ecclesiæ solum quoque ædificio cedit: ex Gregorio Ioanni Episcopo Scyllacæno in *can. questi nobis sunt 41. 17. q. 4.*

Eiica Ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac. Sara dixit ad Abrahã *Genesis 21. 10.* quem locũ Paulus ad *Galatas 4. 30.* sic explicat: *Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ. Itaque fratres non sumus Ancillæ filii, sed liberæ: qua libertate Christus nos liberauit.* quem etiam locum Ambrosius perpendens de Sancto Ioanne sermone, relatus in *can. dicat aliquis vxorem non habeo 9. 32. q. 4.* quod non ideo, quod quis vxorem non habeat, concubinam retinere valeat, sic fatur: *Audi, quid dicat scriptura ad Abraham: Eiice ancillam, & filium eius non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ: si igitur Ancillæ filius hæres non est, ergo nec filius est.* & Augustinus Clero, & populo Hipponensi scribens in *can. quantumlibet vigilet disciplina domus meæ 9. distinct. 47.* sic infert. *Nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quàm Arca Noe: vbi tamen inter octo homines vnus reprobus inuentus est: aut melior sit, quàm domus Abrahæ, vbi dictum est: Eiice ancillam: & filium eius: aut melior sit, quàm domus Isaac, cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Malachiæ 1. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *odio*: Quia scilicet

præ-

prævidi, quod esset futurus malus.

Electio ad prælaturas Ecclesiasticas, non ex munerum datione, neque potentium patrocinio conualescere debet. *Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cùm fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compelletur. Sicque fit, vt & res illius minuantur Ecclesię, & ordo Ecclesiasticus non seruetur.* vti Antonino subdiacono scribens Gregorius testatur Papa in *can. illud quidem præ omnibus tibi curę sit.* 1. 8. *q.* 2. reprimit *gloss.* ibidem verbo *patrocinia.* nisi dignus sit ille, pro quo petitur. Rationem reddit Symmacus Papa ad Cæsarium in *can nullus itaque per ambitum* 118. 1. *q.* 1. dicens: *Nam cùm hic excessus in laica conuersatione culpetur: quis dubitat, quia religiosis, & Deo seruientibus incutiat opprobrium?* & testatus fuit Alexander Papa secūdus Lucensis Ecclesię Clero, & populo in *can. ex multis temporibus.* 9. *circa medium §. Quapropter ego Alexander.* 1. *quæst.* 3. dicens eis inter alia: *Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecunię conferant; sed eos, qui moribus & disciplina, atque scientia diuites pro officio suo ipsam valeant sustentare Ecclesiam.*

Electio facta per sortes non tenet. ex Beda in *can. non exemplo Matthiæ* 4. 26. *q.* 2. ibique *Gloss.* in casus figuratione. & ex hoc reprobatur *Gloss.* in *can. Cleros, & Clericos.* 1. *in principio distinct.* 21. verbo *primum in fine.* dicens: quod in electionibus tempore necessitatis possumus secundum sortem procedere. ex ratione, quam ex Hieronymo refert Beda eodem *can. non exemplo Matthiæ.* Cum priuilegia singulorum comunem legem facere omnino non possint. addit tamen *Gloss.* eodē verbo *primum* in fine dicens: *vel dic tunc esse vtendum sorte, cùm est vtrobique paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, vt cum est contentio de electione.* & hoc non nisi collecto fratrum coetu, & præcibus ad Deum fusis. vt Apostoli fecerunt in electione Matthię. d. can. non exemplo Matthiæ. in fine. sequitur *gloss.* in *can. obeuntibus sanè episcopis* 35. §. *nunc ergo quæritur.* qui est Gratiani *distinct.* 63. verbo *nunc ergo quæritur. in fin.* vers. *vel forte dirimatur, vt in Matthia.*

Electio facta ad clamorem populi confirmari per Superiorem non debet, cùm pecunijs corrumpi potuerint multi, vt clamarent. ex Concilio Sardicensi in *cap. Osius Episcopus dixit* 2. *de electione extrà.* vbi *Gloss.* ibidem verbo *populi.* ex Hieronymo in *can. si ergo tantus ille* 26. 8. *q.* 1. ibique *gloss.* verbo *clamoribus.* & dixit *Gloss.* in *can. post quam pretio victus est Aphron.* 23. verbo *cogente* 13. *q.* 2. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur: tantum apud vos.* 5. §. *principatus autem distinct.* 61. rationem reddit *Gloss.* in *can. in loco benedictionis considentes.* 3. 5. *q.* 4. verbo *tumultus.* inferens: *Sic præsumitur de iniusta electione illius, qui per clamorem est electus.*

Electio per timorem facta est nulla; etiam per timorem verborum: quia sine voluntate est. ex Symmacho Papa Cęsario Episcopo in *can. si quis autem Episcopatum* 1. *in fine* 1. *q.* 6. illis verbis: *vel ciues ad subcribendum adhibito cuiuslibet generis timore compellat.* notat ibi *Gloss.* verbo *timore.* ex Ambrosio in *can. conuentor ipse à comitibus, & tribunis.* 21. 23. *q.* 8. merito coactio omnis ab electione abesse debet, vt illa libere fiat. ex Innocentio Tertio Decano Salesberien in *cap. cum dilectus filius* 8. §. *finali in fine de consuetudine.* illis verbis: *Vt sic de cætero liberam habeant facultatem &c.* & sequitur *Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 65. *num.* 6.

Electio per Cardinales facta; si contra fas facta fuerit; Quis Iudex erit ad cognoscendum? Nam Cardinales esse non poterunt cum sint partes. *Glo.* in *can. si duo forte contra fas.* 8. *dist.* 79. verbo *contrà fas. in fine* respondet, quod: Concilium conuocabitur, dicens: *vel dic, quod concilium conuocabitur.*

Electio nō ex nobilioribus, sed ex sanctioribus fieri debet. *Quia qui præstantior est ex omni populo, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium.* vt Hieronymus docet in *can. licet ergo Dominus* 25. 8. *q.* 1. diximus *respons.* nostra 2. *num.* 21. *part.* 3. & optime *glos.* in *can. quoniam vetusto oriens* 25. qui est Hieronymi *circa finem* 24. *quæst.* 1. verbo *inuidia.* quę sic loquitur: *Vnde cum duo certarent de electione, & vnus allegaret de ignobilitate alterius, alius ex aduerso respondit:* Piscatori Petro, Fabri filio successorem quærimus, nō Augusto. subiungens:

*Nobilitas Fastum: fastus litem parit, armat*
*Lis odium: capiunt hęc tria mortis iter.*

Electionem proinde meliorum deseruisse trāsgressio est. vt Leo Papa ad Rusticum Episcopum scripsit in *can. propositum monachi* 1. *in fine* 20. *q.* 3.

Electio legitima nō erit, si fiat per singulos singulariter, sed debet fieri per maiorem partē omniū legitimè cōgregatorum. ex Gregorio Nono in *cap. in Genesi legitur.* 55. *de electione extrà.* ibique *gloss.* verbo *nec ex singularibus.* idemque disposuit Capitulo Cathalanen scribens in *cap. Ecclesia vestra* 57. *eodem titulo.* ea ratione: *Cum vbi maior numerus est, Zelus maior præsumatur.*

Electio autem, vt legitima sit per vota debet fieri secreta. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *Sess.* 25. *de regularibus cap.* 6. ibique *Barbosa in collectanea num.* 4. & 5. inferens: simplicem ostensionem cedulæ secreto factam ab aliquo ex electoribus, vt videat quem ipse eligat, non tollere quin electio subsequens sit secreta; ni fortasse ostensio illa realis esset causa, vt electio sequeretur.

Electio verò, vt legitima sit, debent etiam absentes vocari. ex eodem Gregorio IX. Capitulo Cathalanen *d. cap. Ecclesia vestra* 57. *de electione.* & notat *gloss.* in *can. Aurelius Episcopus dixit.* 5. verbo *si Episcopus in fine* 26. *quæst.* 6. ni tamen in remotissimis essent, vel sine periculo conuocari non valerent. ex Innocentio Tertio I. tituli S. Stephani in Cœlio Mōte Presbytero Cardinali Apostolicę sedis legato in *cap. quod sicut ex litteris tuis* 28. *in* 1. *responso de electione.* ibique *gloss.* verbo *sine periculo*

riculo. & pluribus gloss. in can. factus est Cornelius Episcopus. 5.7. q.1. verbo quæ tunc.

Eligere, verbum, importat etiam præsentationem, secundum subiectam materiam, vt puta de Iure patronatus, abusiue enim eligere præsentare significat. ex Innocentio Tertio Clericis Sanctę Agatæ in cap. quęrelam, quam G.24. §. nos igitur rationibus. de electione. qui sic infert: Cùm nobis constiterit, quod populus in quasi possessione præsentandi Clericum existebat, quãdo ipsum presbyterũ ad illã elegit. nec dissentire videtur Bonifacius VIII. in c. si his cõtra quos 2. siue finali circa finẽ vt lite pẽdẽte nihil innouetur in 6. illis verbis: nec ad eã eligatur quisquã, vel etiam præsentetur. notat Rota in Comen Iurispatronatus 1595. corã Card. Mellino decis. 103. nu. 8. post 1. volum. consiliorum Farinacii. & apud Coccinum decis. 426. num. 2. Vinianus in praxi iuris patronatus lib 6. cap. 5. nu. 3. Hanc ob causã textus Bonifacii Octaui in cap. finali de electione in 6. de electione verba faciens, in pręsentatione quoque procedit. vt decreuit Rota apud Verallum, Episcopum Capuraquen decis 37. num. 3. & 4. part. 2. & apud Card. Caualerium decis. 297. num. 1. & 2.

Electio periculo remanet eligentium. qui enim malum nominat, de omni damno tenetur, & dispendio, quod per eum accidit. ex historia tripartita lib. 7. cap. 8. in can. Valentinianus Imperator 3. §. hac cum dixisset Imperator. distinct. 63. illis verbis: At ille, super vos est (inquit) talis electio. ibique gloss. verbo super vos. probat ex Gordiano Cæsare in l. 1. C. de periculo nominatorum lib. 11. & ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ in can. quid proderit 7. distinct. 61. dum prohibet ex laicis ad Prelaturas eligi. quod & confirmauit Gregorius Papa Barbaro Episcopo scribens in can. obitum victoris Panormitanę Ciuitatis antistitis 16. eadem distinct. 61. ibique gloss. verbo. & in periculum. In electione verò tria perpendenda erunt. Auctoritas, numerus, & bonus Zelus. deducit plene gloss. in can. obeuntibus sane Episcopis 35. §. nunc ergo quæritur. qui est Gratiani distinct. 63. verbo nunc ergo quæritur. & si vota æqualia fuerint, is alteri præferatur, qui maioribus studiis iuuatur, & meritis. ex Leone Papa ad Anastasiũ Thessalonicen Episcopũ in can. si forte 36. qui est finalis eadem distinct. 63. Nam melior, & dignior est eligendus ad curam animarum. Si autem minus dignus eligatur, electio tenet, modo sit dignus. Nauar. cons. 8. num. 1. & sequentibus lib. 5. de simonia. & si peccat, qui sic eligit. ex ratione, quam Leo Papa ad Rusticum Episcopum attulit in can. propositum monachi 1. in fine 20. q. 3. illis verbis: Electionem tamen meliorum deseruisse, transgressio est. Hanc ob causam eligens eum, quem licet quidem in foro exteriori ab omnibus dignum estimari nouit, cum tamen ex auditis in confessione indignum scit, si aliter absque periculo fractionis sigilli reiicere non potest, tuta conscientia eligit, nec peccat omnimodo: prosequitur Corlianus de casibus reseruatis part. 1. selitione 4. art. 6. per totum.

Eligens quippe dignum prætermisso digniore in actu existente, & si quidem peccet ipse, electio tamen firma est, neque nullitate vacillabit, quia sufficit, quod sit dignus. ex Gloss. in can. licet ergo Dominus 15. verbo, qui præstantior. 8. q. 1. & sequitur Gloss. in can. Episcoporum etiam. 5. distinct. 74. verbo Episcoporum. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in can. ordinationes presbyterorum 7. siue finali in fine distinct. 75. illis verbis: nec cuiuslibet vtilitatis causa seu presbyterum, seu diaconum his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati. vbi Gloss. verbo præferre. quæ in fine sic infert. Hodie sufficit si electus à maiori parte capituli sit bonus. vt extra de electione cũ nobis. qui est Innocetii Tertij Archidiacono, et Capitulo. Capuano & est 19. numero. §. his igitur, & aliis allegatis. ex quo apparet suffecisse electũ fuisse dignũ. & hanc sentiantiam admittit S. Thomas 2. 2. q. 63. art. 2. ad. 3. & quodlibeto 6. art. 9. & quodlibet. 8. art. 6. Couarruuias in regula peccatum. 2. parte relectionis §. 7. num. 3. & sequentib. & Rota part. 1. in recentioribus. decis. 65. num. 8.

Electio verò facta scienter de indigno nulla est. ex Gregorio IX. Episcopo Siluanecten in c. congregato Niuernen Capitulo 53. de electione. ibique gloss. verbo in litteratura. sequitur Rota in Laurinen Canonicatus coram Seraphino decis. 22. num. 3. post 1. volumen consiliorum Farinacii:

Electionem de se factam, cum dignus sit, si acceptare negligit, Deum non amare conuincitur, atque proinde peccat. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in can. in scripturis vestris 9. 8. q. 1. in ratione, quam non longe à principio affert. super verbis illis (Ioannis 21.) Domini ad Petrum: Simon Ioannis amas me? Pasce oues meas. inferens: ex quibus verbis colligitur: Quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime amare. ex quibus verbis. Gloss. ibidem verbo minime. sic consequentiam deducit. Ergo qui se dignum credit, & prælaturam sibi oblatam non recipit, mortaliter peccat. ex Augustino contra Faustum Manichæum in can olim iussus est frater. 8 eadem. 8. q. 5. qui sic & ipse infert: At verò qui electus ab Ecclesia ministerium Euangelizandi renuerit, ab Ecclesia ipsa meritò, digneque contemnitur. ex verbis Augustini eiusdem in can. qui Episcopatum desiderat 11. eadem. 8. q. 1. qui in fine sic demum infert: Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem. Poterit proinde electus si consentire renuerit electioni de se factę, si dignus sit, cõpelli. ex eiusdem Gregorii verbis eodẽ can. in scripturis vestris 9. 8. quæst. 1. rationem reddentis. Quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus. Non sanè simpliciter cogendus, sed vt ex nolente fiat volens. vt scilicet consentiat. ex Gloss. verbo fugientibus. ex Augustino ad Valerium in can. ante omnia peto 7. distinct. 40. qui rem cognoscens periculosam sic ait: Item nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. &

prænidi, quod esset futurus malus.

Electio ad prelaturas Ecclesiasticas, non ex munerum datione, neque potentium patrocinio conualescere debet. *Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cùm fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compelletur. Sicque fit, vt & res illius minuantur Ecclesię, & ordo Ecclesiasticus non seruetur.* vti Antonino subdiacono scribens Gregorius testatur Papa in *can. illud quidem præ omnibus tibi curę sit.* 1. 8. *q.* 2. reprimit *gloss.* ibidem verbo *patrocinia.* nisi dignus sit ille, pro quo petitur. Rationem reddit Symmacus Papa ad Cæsarium in *can nullus itaque per ambitum* 118. 1. *q.* 1. dicens: *Nam cùm hic excessus in laica conuersatione culpetur: quis dubitat, quia religiosis, & Deo seruientibus incutiat opprobrium?* & testatus fuit Alexander Papa Secūdus Lucensis Ecclesię Clero, & populo in *can. ex multis temporibus.* 9. *circa medium* §. *Quapropter ego Alexander.* 1. *quæst.* 3. dicens eis inter alia: *Nec eligant in domo Domini, qui maiores sacculos pecunię conferant; sed eos, qui moribus & disciplina, atque scientia diuites pro officio suo ipsam valeant sustentare Ecclesiam.*

Electio facta per sortes non tenet. ex Beda in *can. non exemplo Matthiæ* 4. 26. *q.* 2. ibique *Gloss.* in casus figuratione. & ex hoc reprobatur *Gloss.* in *can. Cleros, & Clericos.* 1. *in principio distinct.* 21. verbo *primum in fine.* dicens: quod in electionibus tempore necessitatis possumus secundum sortem procedere. ex ratione, quam ex Hieronymo refert Beda eodem *can. non exemplo Matthiæ.* Cum priuilegia singulorum comunem legem facere omnino non possint. addit tamen *Gloss.* eodē verbo *primum* in fine dicens: *vel dic tunc esse vtendum sorte, cùm est vtrobique paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, vt cum est contentio de electione.* & hoc non nisi collecto fratrum coetu, & præcibus ad Deum fusis. vt Apostoli fecerunt in electione Matthię. d. can. non exemplo Matthiæ. in fine. sequitur *gloss.* in *can. obeuntibus sanè episcopis* 35. §. *nunc ergo quæritur.* qui est Gratiani *distinct.* 63. verbo *nunc ergo quæritur. in fin.* vers. *vel sorte dirimatur, vt in Matthia.*

Electio facta ad clamorem populi confirmari per Superiorem non debet, cùm pecunijs corrumpi potuerint multi, vt clamarent. ex Concilio Sardicensi in *cap. Osius Episcopus dixit* 2. *de electione extrà.* vbi *Gloss.* ibidem verbo *populi.* ex Hieronymo in *can. si ergo tantus ille* 16. 8. *q.* 1. ibique *gloss.* verbo *clamoribus.* & dixit *Gloss.* in *can. post quam pretio victus est Aphron.* 73. verbo *cogente* 13. *q.* 2. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur: tantum apud vos.* 5. §. *principatus autem distinct.* 61. rationem reddit *Gloss.* in *can. in loco benedictionis considentes.* 3. 5. *q.* 4. verbo *tumultus.* inferens: *Sic præsumitur de iniusta electione illius, qui per clamorem est electus.*

Electio per timorem facta est nulla; etiam per timorem verborum: quia sine voluntate est. ex Symmacho Papa Cęsario Episcopo in *can. si quis autem Episcopatum* 1. *in fine* 1. *q.* 6. illis verbis: *vel ciues ad subscribendum adhibito cuiuslibet generis timore compellat.* notat ibi *Gloss.* verbo *timore.* ex Ambrosio in *can. conuenior ipse à comitibus, & tribunis.* 21. 23. *q.* 8. merito coactio omnis ab electione abesse debet, vt illa libere fiat. ex Innocentio Tertio Decano Salesberien. in *cap. cum dilectus filius* 8. §. *finali in fine de consuetudine.* illis verbis: *Vt sic de cætero liberam habeant facultatem &c.* & sequitur *Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 65. *num.* 6.

Electio per Cardinales facta; si contra fas facta fuerit; Quis Iudex erit ad cognoscendum? Nam Cardinales esse non poterunt cum sint partes. *Glo.* in *can si duo forte contra fas.* 8. *dist.* 79. verbo *contrà fas. in fine* respondet, quod: Concilium conuocabitur, dicens: *vel dic, quod concilium conuocabitur.*

Electio nō ex nobilioribus, sed ex sanctioribus fieri debet. *Quia qui præstantior est ex omni populo, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium.* vt Hieronymus docet in *can. licet ergo Dominus* 15. 8. *q.* 1. diximus *respons.* nostra 2. *num.* 21. *part.* 3. & optime *glos.* in *can. quoniam vetusto oriens* 25. qui est Hieronymi *circa finem* 24. *quæst.* 1. verbo *inuidia.* quę sic loquitur: *Vnde cum duo certarent de electione, & vnus allegaret de ignobilitate alterius. alius ex aduerso respondit:* Piscatori Petro, Fabri filio successorem quærimus, nō Augusto. subiungens:

*Nobilitas Fastum: fastus litem parit, arma*
*Lis odium: capiunt hęc tria mortis iter.*

Electionem proinde meliorum deseruisse trāsgressio est. vt Leo Papa ad Rusticum Episcopum scripsit in *can. propositum monachi* 1. *in fine* 20. *q.* 3.

Electio legitima nō erit, si fiat per singulos singulariter, sed debet fieri per maiorem partē omniū legitimè cōgregatorum. ex Gregorio Nono in *cap. in Genesi legitur.* 55. *de electione extrà.* ibique *gloss.* verbo *nec ex singularibus.* idemque disposuit Capitulo Cathalanen. scribens in *cap. Ecclesia vestra* 57. *eodem titulo.* ea ratione: *Cum vbi maior numerus est, Zelus maior præsumatur.*

Electio autem, vt legitima sit per vota debet fieri secreta. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *Sess.* 25. *de regularibus cap.* 6. ibique *Barbosa in collectanea num.* 4. & 5. inferens: simplicem ostensionem cedulæ secreto factam ab aliquo ex electoribus, vt videat quem ipse eligat, non tollere quin electio subsequens sit secreta; ni fortassis ostensio illa realis esset causa, vt electio sequeretur.

Electio verò, vt legitima sit, debent etiam absentes vocari. ex eodem Gregorio IX. Capitulo Cathalanen *d. cap. Ecclesia vestra* 57. *de electione.* & notat *gloss.* in *can. Aurelius Episcopus dixit.* 5. verbo *si Episcopus in fine* 26. *quæst.* 6. ni tamen in remotissimis essent, vel sine periculo conuocari non valerent. ex Innocentio Tertio I. tituli S. Stephani in Cœlio Mōte Presbytero Cardinali Apostolicę sedis legato in *cap. quod sicut ex litteris tuis* 28. in 1. *responso de electione.* ibique *gloss.* verbo *sine periculo*

*riculo.* & pluribus *gloss.* in *can. factus est Cornelius Episcopus.* 5.7. q.1. verbo *quo tunc.*

Eligere, verbum, importat etiam præsentationem, secundum subiectam materiam, vt puta de Iure patronatus, absque enim eligere præsentare significat. ex Innocentio Tertio Clericis Sanctæ Agatæ in *cap. querelam, quam G.* 24. §. *nos igitur rationibus. de electione.* qui sic infert: *Cùm nobis constiterit, quod populus in quasi possessione præsentandi Clericum existebat, quãdo ipsum presbyterũ ad illã elegit.* nec dissentire videtur Bonifacius VIII. in c. *si his côtra quos* 2. *fine finali circa finẽ vt lite pẽdẽte nihil innouetur in* 6. illis verbis: *nec ad eã eligatur quisquã, vel etiam præsentetur.* notat *Rota in Comen Iurispatronatus* 1595. *corã Card. Mellino decis.* 103. *nu.* 8. *post* 1. *volum. consiliorum Farinacii.* & apud *Coccinum decis.* 426. *num.* 2. *Vinianus in praxi iuris patronatus lib* 6. *cap.* 5. *nu.* 3. Hanc ob causã textus Bonifacii Octaui in *cap. finali de electione in* 6. de electione verba faciens, in præsentatione quoque procedit: vt decreuit Rota apud *Verallum*, Episcopum Caputaquen *decis.* 37. *num.* 3. & 4. *part.* 2. & *apud Card. Cavalerium decis.* 297. *num.* 1. & 2.

Electio periculo remanet eligentium. qui enim malum nominat, de omni damno tenetur, & dispendio, quod per eum accidit. ex historia tripartita lib. 7. cap. 8. in *can. Valentinianus Imperator* 3. §. *hac cum dixisset Imperator. distinct.* 63. illis verbis: *At ille, super vos est (inquit) talis electio.* ibique *gloss.* verbo *super vos.* probat ex Gordiano Cæsare in *l.* 1. *C. de periculo nominatorum lib.* 11. & ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ in *can. quid proderit* 7. *distinct.* 61. dum prohibet ex laicis ad Prælaturas eligi. quod & confirmauit Gregorius Papa Barbaro Episcopo scribens in *can. obitum victoris Panormitanæ Ciuitatis antistitis* 16. *eadem distinct.* 61. ibique *gloss.* verbo. & *in periculum.* In electione verò tria perpendenda erunt. Auctoritas, numerus, & bonus Zelus. deducit plene *gloss.* in *can. obeuntibus sanè Episcopis* 35. §. *nunc ergo quaritur.* qui est Gratiani *distinct.* 63. verbo *nunc ergo quæritur.* quod si vota æqualia fuerint, is alteri præferatur, qui maioribus studiis iuuatur, & meritis. ex Leone Papa ad Anastasiũ Thessalonicen Episcopũ in *can. si forte* 36. qui est finalis *eadem distinct.* 63. Nam melior, & dignior est eligendus ad curam animarum: Si autem minus dignus eligatur, electio tenet, modo sit dignus. *Nauar. cons.* 8. *num.* 1. & *sequentibus lib.* 5. *de simonia.* & si peccat, qui sic eligit. ex ratione, quam Leo Papa ad Rusticum Episcopum attulit in *can. propositum monachi* 1. *in fine* 20. q. 3. illis verbis: *Electionem tamen meliorum deseruisse, transgressio est.* Hanc ob causam eligens eum, quem licet quidem in foro exteriori ab omnibus dignum æstimari nouit, cùm tamen ex auditis in confessione indignum scit, si aliter absque periculo fractionis sigilli reiicere non potest, tuta conscientia eligit, nec peccat omnimodo: prosequitur *Corilianus de casibus reseruatis part.* 1. *sectione* 1. *art.* 16. *per totum.*

Eligens quippe dignum præter misso digniore in actu existente, & si quidem peccet ipse, electio tamen firma est, neque nullitate vacillabit, quia sufficit, quod sit dignus. ex *Gloss. in can. licet ergo Dominus* 15. verbo, *qui præstantior.* 8. q. 1. & sequitur *Gloss.* in *can. Episcoporum etiam.* 5. *distinct.* 74. verbo *Episcoporum.* ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. ordinationes presbyterorum* 7. *siue finali in fine distinct.* 75. illis verbis: *nec cuiuslibet vtilitatis causa seu presbyterum, seu diaconum his præferre, qui ante ipsos fuerint ordinati.* vbi *Gloss.* verbo *præferre.* quæ in fine sic infert. *Hodie sufficit si electus à maiori parte capituli sit bonus.* vt *extra de electione cũ nobis.* qui est Innocentii Tertij Archidiacono, et Capitulo Capuano & est 19. *numero.* §. *his igitur, & aliis* allegatis. ex quo apparet sufficisse electũ fuisse dignũ. & hanc sententiam admittit *S. Thomas* 2. 2. *q.* 63. *art.* 2. *ad.* 3. & *quodlibeto* 6. *art.* 9. & *quodlibet.* 8. *art.* 6. *Couarruuias in regula peccatum.* 2. *parte relectionis* §. 7. *num.* 3. & *sequentib.* & *Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 65. *num.* 8.

Electio verò facta scienter de indigno nulla est. ex Gregorio IX. Episcopo Siluanecten in *c. congregato Niuernen Capitulo* 53. *de electione.* ibique *gloss.* verbo *in litteratura.* sequitur *Rota in Laurinen Canonicatus coram Seraphino decis.* 22. *num.* 3. *post* 1. *volumen consiliorum Farinacii.*

Electionem de se factam, cum dignus sit, si acceptare negligit, Deum non amare conuincitur, atque proinde peccat. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris* 9. 8. q. 1. in ratione, quam non longe à principio affert. super verbis illis (*Ioannis* 21.) Domini ad Petrum: *Simon Ioannis amas me? Pasce oues meas.* inferens: *ex quibus verbis colligitur: Quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime amare.* ex quibus verbis. *Gloss.* ibidem verbo *minime.* sic consequentiam deducit. *Ergo qui se dignum credit, & prælaturam sibi oblatam non recipit, mortaliter peccat.* ex Augustino contra Faustum Manichæum in *can olim iussus est frater.* 8 *eadem.* 8. q. 5. qui sic & ipse infert: *At verò qui electus ab Ecclesia ministerium Euangelizandi renuerit, ab Ecclesia ipsa meritò, digneque contemnitur.* ex verbis. Augustini eiusdem in *can. qui Episcopatum desiderat* 11. *eadem.* 8. q. 1. qui in fine sic demum infert: *Si autem imponitur, suscipienda est propter charitatis necessitatem.* Poterit proinde electus si consentire renuerit electioni de se factæ, si dignus sit, cõpelli. ex eiusdem Gregorii verbis eodẽ *can. in scripturis vestris* 9. 8. *quæst.* 1. rationem reddentis. *Quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus.* Non sanè simpliciter cogendus, sed vt ex nolente fiat volans: vt scilicet consentiat. ex *Gloss.* verbo *fugientibus.* ex Augustino ad Valerium in *can. ante omnia peto* 7. *distinct.* 40. qui rem cognoscens periculosam sic ait: *Item nihil esse in hac vita, & maximè hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, presbyteri, aut diaconi officio, sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet.* & *gloss.*

*gloss.* ibidem verbo. *mihi*. quę ait: *Et si aliquis patest cogi, vt fiat Episcopus. quod verum est, si ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens: sed si perseuerat in voluntate, non est cogendus. &c.*

Electus, qui ante confirmationem Electionis se ingerit in administratione Ecclesiæ, ad quam electus est, & si iure œconomatus, vel procuratoris deputari se faciat, est ipso iure priuatus. ex Gregorio X. in Concilio Lugdunē in *cap. auaritia cęcitas. 5. de electione in 6.* qui sene textus de dignitatibus loquens, exauditur, vt ad alia quoque Beneficia Ecclesiastica extendatur. Quid verò si nominatus ante pręsentationem, & institutionem possessionē cupiat, missas celebret, & aquam benedicat, & aspergat super sepulturam fundationis, & ipse compræhendatur in dispositione dicti *cap. auaritię 5. & cap. finali de electione in 6.* Affirmatiuè respondit *Rota apud Crescentium decis. 6. siue 187. de Iure patronatus.* deducit *Algodus in praxi Episcopali cap. 3. num. 65. & sequentibus.*

Electus, si habet duas electiones, qua ex eis vti velit, declarare tenetur; ne in incerto vagetur. ex Bonifacio Octauo in *cap. vt quis duas electiones 25. de electione in 6.* Rota apud *Card. Caualer. decis. 297.* extenditque in præsentatione quoque; quia præsentatio electio est. & sequitur Rota apud *Coccinum decis. 426. nu. 2.* & meminimus in superioribus etiam. *Eligere verbum.*

Eligentium vota debent esse certa, & explicita, alioquin si vota conditionalia, alternatiua, vel incerta fuerint, electio nulla erit. ex Innocentio Quarto in Concilio Generali Lugdunen in *cap. in electionibus 2. de electione, & electi potestate lib. 6.* ibique pluribus *gloss.* videndus *Vincentius de Franchis decis. 438. nu. 4.* Hinc est, quod electionis vocem habens, dicere haud poterit eligo eum, quem maior pars elegerit, quia electio incerta est, nec ipse ex se ullum eligit. ex Innocentio in *cap. cū in Iure peritus existas 33. de electione. extra.* sequitur *Angelus in l. 2. ff de procuratoribus.* & *Lāfrancus ab Oriano singulari 56. inter singularia Doctorum fol. mihi 994.*

Eligere se met ipsum nemo potest: & quod inter eligantes, & electum distinctio debet esse; & quod nemo assumit sibi honorem, nisi, qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quia sicut locus regiminis desideràntibus denegādus est; ita fugientibus offerendus. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris 9. in principio 8. q. 1.* nec diffitetur Augustinus in *can. qui Episcopatum 11. in fine eadem 8. q. 1.* illis verbis: *Quam sarcinam, si nullus imponit, percipiendæ, atque intuendę vacandū est veritati: si autem imponitur; suscipienda est propter charitatis necessitatem.* Nullus itaque se ipsum eligere debet. vt notat *gloss.* ibidem *can. qui Episcopatum 11.* verbo *appetitur.* secus tamen esset si omnes in eum compromitterent, vt eum eligeret, quem ipse vellet, nam poterit tunc se ipsum eligere; quia aliorum nomine non suo eligeret: vt fecisse dicunt Ioannem XXII. refert *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 4. cap. 2. q. 8.* vide *Nauarrum in can. quiescamus distinct. 42. de eleemosyna nu. 69.*

Electus semel, & approbatus, non debet postmodum reprobari. ex Gregorio ad Clerum Mediolanum in *can. dilectissimi filii 2. siue finali in fine 8. q. 2.* qui sic rationem infert: *Iudicari namque à vobis vltrà non debet semel prælatus.* vbi *gloss.* verbo *Iudicari.* argumentatur: *Quod electum, quem semel comprobasti, non potes postea reprobare.* ex Ambrosio in *can. horrendus, & inculsus est vir 17. 32. q. 5.* Nisi tamen ex causa noua, vel de nouo ad eorum notiam veniēte. ex eadem *gloss.* verbo *Iudicari* in fine. eodem *can. dilectissimi filii.*

Electionē præcedere debet tractatus, alioquin electio nulla erit. ex Nicolao Papa II. in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini. 1. 5. nouit beatitudo vestra distinct. 23.* vbi *Gloss.* quę hoc notat verbo *tractantes.*

Electores verò licet tractatum habere possint de electione facienda; conuentio tamen de tali eligendo, est illicita. ex *Innocentio in cap. bona.* qui est 2. *num. 5. & 16.* & ibidē *Card. q. 6. de electione. Rota in Laurinen canonicatus coram Cardin. Seraphino decis. 22. num. 1. post primum volum. consiliorum Farinacii.*

Eleemosyna est, veniam petēti homini ignoscere. Augustinus in enchiridion cap. 72. in *can. de quotidianis, breuibus, & leuioribus peccatis 20. in fine de pœnitentia distinct. 3.* Eleemosyna enim est dimittere, à quo læsus fueris. ex eodem Augustino in *can. & qui emendat verbere 32. distinct. 45.* & qui corripit peccantem. idemque Augustinus ibidem in *can. duæ sunt eleemosynę 13.* Nam *tria sunt genera eleemosynarum. vna corporalis, egenti dare quidquid poteris: altera spiritualis, dimittere, à quo læsus fueris: tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.* vt Albinus ait in *can. tria sunt genera eleemosynarum 12. eadem dist. 45.*

Eleemosyna non secundum quantitatem, sed secundum mentem dantis perpedenda est. *Respexit enim Dominus ad Abel, & ad munera eius.* Genesis 4. sed prius respexit ad Abel, quàm ad munera eius. Sumens enim mentem, quam cognouit humilem, & puram, remunerauit eius largitatis munera. Ad Cain verò non respexit, nec ad eius munera. Mentem enim eius, quam viderat, quoniam non cognouit, eius munera non recepit. In iudicio enim cordis consideranda est eleemosyna tribuentis: nec iam considerandum est, quantum, sed qua mente qua affectione dat, quod potest. Vidua enim duobus, quæ habuit, larga minutis, plus omnibus misit. (*Matthæi* 12.) Qui ergo vult sua peccata redimere temporalium oblatione, caueat, vt offerat mentem prius. Augustinus lib. de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis. 1. col. 3. 5. in his omnibus dolens. de pœnitentia distinct. 5.*

Eleemosyna à morte liberat. *Tobiæ* 4. Et non vtique ab illa morte, quam semel Christi sāguis extinxit, & à qua nos salutaris Baptismi, & Redemptoris nostri gratia liberauit.

sed

sed ab ea, quę per delicta postmodum serpit. vti Cyprianus Episcopus ad Antonianum scribit in can. miror autem quosdam. 57. in fine de pœnitentia distinct. 1. vbi gloss. verbo ab ea. sic commentum agit: id est à morte actualium peccatorum. & hoc ipsum explicat gloss. ibidē verbo eleemosyna. dicens: id est à peccato occasionaliter, quia citiùs illustratur. ex Hieronymo in can. quam ob rem rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime. 68. eadem distinct. 1. de pœnitentia. ibique gloss. verbo eleemosynis. inferens rationem: Eleemosyna namque à morte liberat peccatorem, qui per delicta subruerat. ex Ambrosio in can. medicina misericordię 76. eadem distinct. 1. de pœnitentia. verba sunt Ambrosii ambrosiam ore proferentis: Pecuniam habes, redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis venundatus es: redime te operibus tuis; redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna (inquit) à peccato liberat. Crimina ergo eleemosynis redimuntur. & vt Gregorius Augustino Anglorum Episcopo scribit in can. quia tua fraternitas. 8. in fine 12. q. 1. dicens: Domino, & magistro omnibus dicente: (Lucæ 11.) Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.

Eleemosyna, quæ pluribus prodest, maiori charitate suffulta videtur. ex Gregorio Secundino seruo Dei in can. fratrem nostrum Marianū Episcopum 6. distinct. 86. illis verbis: Sed largam manum habeas; necessitatem patientibus concurrat: alienam inopiam suam credat. ibique Gratianus § in ipsa autem liberalitate modus adhibendus est rerum, & personarum. & gloss. ibidem in casus figuratione. & tradit Ambrosius in can. pulchra etiam liberalitas est. 18. eadē 86. dist. inferens circa finem: Compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus iuuemus, & plus interdum, quàm possumus. perpenditque Gaspar Antonius Thesaurus Forensium quæstionum part. 1. q. 44. nu. 3.

Eleemosynam qui vult ordinate dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare. Est enim eleemosyna opus misericordiæ: verissimeque dictum est: (Eccles. 30.) Miserere animæ tuæ placens Deo. vt Augustinus loquitur in can. qui vult eleemosynam 19. de pœnitent. dist. 3. In melius est quippè vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi. vt Augustinus verba facit in can. sanè cauendum est 18. eadem distinct. 3. de pœnitentia

Eleemosynam, qui alterius nomine distribuere tenetur, poterit vtique si ipse illa indigeat, eam sibi applicare. ex Augustino in can. si non licet priuata potestate. 9. §. neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris. 23. q. 5. ex ratione, quam affert: Quoniam regulam diligendi proximum à se met ipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est: (Matthæi 22.) Diliges proximum tuum sicut te ipsum. vbi gloss. verbo semetipso. sic & ipsa infert: Vnde quilibet primò sibi faciat eleemosynam, deinde proximo. ex Augustino in can. qui vult eleemosynam ordinate dare, à se ipso debet incipere, & eam primo sibi dare. 9. de pœnitentia distinct. 3. rationem refert gloss. ibidem verbo se ipso. ex Claudio Cęsare in l. pręses prouincia 6. C. de seruitutibus, & aqua. qui sequentibus loquitur: Cùm sit durum, & crudelitati proximum, ex tuis prędiis aqua agmen ortum, sitientibus agris tuis, ad aliorum vsum vicinorum, iniuria propagari. vbi gloss. post casus figurationē sic & ipsa infert: nota istā legem, quę semper allegatur adhoc, quod ordinata charitas incipit à se ipso. & ita Bald. & Salicetus in summario: Ordinata charitas incipit à se ipso. deducitque gloss. in can. quiescamus ab hac absurda curiositate 2 distinct. 42. verbo postulat. Inferens: Ergo indistinctè omnibus dāda est eleemosina ergo sibi, si indigeat. & explicat illud Canticorum: Ordinauit in me charitatem. & Gloss. in cap inter opera charitatis 20. verbo reuocare: de sponsalibus, & matrimoniis. prosequitur S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 1. & 4. & q. 64. art. 7. nos respons nostra 41. num. 35. & 36. & respons. 83. num. 42. & 43. & sequentibus. & respons. 93. num. 11. 12. & 13. part. 5. pluribus. hanc prosequitur partem Molina de Iustitia & iure tom. 3. disputat. 747. num. 1. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib 4. cap. 27. q. 2. Vasquez in opusculis de restitutione cap. 5. §. 4. dub. 1. num. 10. Abbas cons. 34. col. fin. ad 4 circa finem par. 1. Petrus Binsfeldius in cap cum tu 5. de vsuris quæst. 6. conclus. 6. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 31. num. 2.

Eleemosyna putanda non est, si pauperibus dispensetur, quod ex illegitimis rebus accipitur: quia qui hac intentione male accipit, vt quasi benè dispenset, grauatur potiùs, quàm iuuatur. Gregorius Syagrio & aliis Episcopis in can. non est putanda eleemosyna 27. in principio 1. q. 1 Rationem reddit in fine inquiens: Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere. Nec diuersimode Alexander Secundus Lucensis Ecclesię Clero, & Populo in can. ex multis temporibus 9. circa finem. §. constituimus, & eodem modo firmamus. 1. quæst. 3. in ratione, quam reddit, dicendo: Quia sic te scriptura; Qui aliquid male accipit, vt quasi bene dispenset, potiùs grauatur, quàm iuuatur. pluraque tradit gloss. d. can. non est putanda. verbo ex illicitis rebus. & verbo facere. quo loco opponit illud Domini Lucę 16. 9. Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis &c. sed exponit illud (iniquitatis) id est de diuitiis, solicitudinibus, & laboribus acquisitis. vel quibus abstulisti, sua restituas. Quia non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. ex Augustino in can. si res aliena 1. 14. quęst. 6. & refertur à Bonifacio Octauo in regula peccatum non dimittitur. 4. de regulis iuris in 6. & S. Thomas. 2. 2. q. 62. art. 2. diximus respons. nostra 44. num. 11. part. 5. Cœteroquin Eleemosyna de illicitè acquisitis, vt puta de rapina, facienda non erit, cùm dominium in ita acquirentem non transferatur; sed restitutio facienda est iis, à quibus ablata fuere bona.

*gloss.* in summa 14. *quæst.* 5. verbo *quod verò.* contrarium inferens in acquisito ex meretricio: quia licet male agat meretricando, nõ illegitime accipit, quia meretrix est. plura habes ex Augustino ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab initio sumitur.* 15. eadẽ 14. q. 5. ibique in fine *gloss.* verbo *tamquam sud.* inferens: quod de rebus illicitè acquisitis, dumtamen transferatur dominium in accipientem, fit eleemosyna. ex eodem Augustino in *can. qui habetis de malo.* 24. eadem 14 q. 5. notanda quæ *S. Thomas* detert. 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 7.

Eleemosynas qua retributione, remuneratione que retribuat Deus, ex eo deducitur, quod mortuis quoque exhibitæ Deo placent. ex Gregorio II. Bonifacio Episcopo, in *can anima defunctorum* 22. 13. q. 2. inferens in fine dicens: *Vbi & illud salubriter discitur, quanta possit esse remuneratio pro eleemosynis, quas viuentibus, & sentientibus exhibemus; si neque hoc apud Deum perit, quod exanimis hominum membris officiu diligenti eque persoluitur.* vbi *gloss* verbo *exanimis* infert: *Et est hic argumentum, quod magis meretur homo impendendo aliquid viuis, quam mortuis.*

Eleemosyna secundum modum fieri quoque debet, vt pro possibilitate conditionis humanæ mensura seruetur, vt nõ sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet cum paupere partiatur. ex Ambrosio in *can. in singulis quoque generibus hominum* 19. *in fine distinct.* 86. Quod enim superest dandum est, vt *glos.* ibidem verbo, *vt conferant*, adnotat. deducitque *Glos.* in *can. quiescamus* 2. verbo *postulat dist.* 42. Nam sub reatu mortalis non tenetur, nisi in casu necessitatis, aliàs non tenetur, nisi sicut ad alia opera pia. ex Clemente Tertio in *cap. inter opera charitatis* 20. *de sponsalibus, & matrimonijs.* ibique *Gloss.* verbo *reuocare*, quia ordinata debet esse charitas. subdens in fine. Ad hoc enim præcipuè tenentur Prælati. *S. Thomas* 2. 2. q. 32. *art.* 5. videndus *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 12. *cap.* 7. q. 4. & *cap.* 9. q. 1. vbi ex communiori sententia dicit: eleemosynam esse, id, quod gratis datur ad subueniendum alterius indigentiam; ac proinde eleemosynæ præceptũ non implere eum, qui in extrema necessitate mutuum dat, repetiturus. Eleemosyna vero, vt vitæ æternæ frugifera sit, comites habere debet charitatem, & pœnitentiam; in peccato verò facta ad vitam non proficit æternam ex condigno, quamuis ex congruo proficiat, vt Deus eius misereatur. idem *Azorius d. lib.* 12. c. 13. q. 4.

Eleemosina actus est misericordiæ, Nam ex nomine, eleemosyna in græco à misericordia deriuatur. ex Ambrosio in *can. in singulis quoque generibus hominum* 19. *distinct.* 86. dicente: *Misericordia comunis est virtus.* & de eleemosina loquitur, traditque *S. Thomas.* 2. 2. q. 32. *art.* 1. videndus Nauar. in *can quam ob rem.* & in *can. medicina de pœnitentia distinct.* 1. Non tamen relinquenda sunt quædam humanitatis officia, quę certo loco, ac tempore debentur, vt eleemosyna detur. Nõ erit proinde relinquendum conuiuium nuptiale, vel politicũ conuiuium, vel sepulturę officium. modo tamen moderatæ huiusmodi sint expensæ, nisi tamen extrema esset proximi necessitas. vt *Nauarrus* notabiliter tradit *de Iubilæo, & indulgentijs notabili* 6. *num.* 3. 4 & 5. & in *tractatu de eleemosyna* in *can. quiescamus distinct.* 42. *nu.* 21. ex illo *Matthæi* 26. quo Dominus respondit dicẽtibus: *Vt quid perditio hæc? poterat enim vnguentum istud venundari plusquam trecentis denarijs, & dari pauperibus. Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. nam semper pauperes habetis vobiscum; me autẽ non semper habebitis.*

Eleemosynam proinde si quis accipit simulans se pauperem, cum non sit, neque indigeat, restituere vtique tenetur, quia qui dedit errauit, consequenterque non dedit, atque propterea contra voluntatem domini accepit. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 18. q. 5. *circa finem* §. *Item si quis alteri eleemosynam eroget.* & *part.* 3. *lib.* 4. *cap.* 25. *quæst.* 8. deducitur ex *gloss.* in *can. hæc autem vna* 25. 9. *ex his omnibus colligitur.* qui est Gratiani 23. q. 4. super verbis Pauli ad Romanos 12. *Si esurierit inimicus tuus ciba illum: si sitit potum da illi.* verbo *ciba* dicẽte: *Item si potest laborare, & se immisceat eleemosynis, redigendus est in seruitutem.* ex Gratiano, Valentiniano, & Theodosio Augustis in *l. vnica C. de mendicantibus val. dis. lib.* 11. tradit Nauar. in *manuali cap.* 17. *num.* 107. vbi dicit, restituere hunc teneri alijs pauperibus, non Domino, qui dedit, hic enim cũ amore Dei dederit, iam recepit mercedem suam & sequitur. *Aegidius de Conink disput.* 31. *dub.* 1. *num.* 8. *vers* *infertur tertio.* vide Card. *Toletum Instructionis sacerdotalis lib* 8. *cap.* 9. *in fine* & ibidem *Victorellum* addentem. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. Pastor Ecclesię* 7. 1. q. 2. *Barbosa de officio Episcopi allegat.* 109. *nu.* 12.

Eleemosynas pauperibus debitas subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. ex Hieronymo ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. Gloria Episcopi est.* 71. §. *amico quidquam rapere* 12. *quæst.* 2. Qui hoc agunt inhumaniter facere dixit Clemens V. in Concilio Viennen in *clement. quia contingit* 2. non multo post principium *de religiosis domibus vt Episcopo sint subiecta.* Merito, qui Hospitalibus præsunt, cogi possunt per Episcopos, vt iniunctas exequantur eleemosynas, atque prosequantur, quæ in erectione illorum demandata fuere. ex eodem Clemente ibidem. In non exemptos auctoritate propria, in exemptos vero Apostolica auctoritate. Non tamen poterit aduersus prædictos relaxari mandatum exequutiuum personale. *Rota apud Coccinum decis.* 398. *nu.* 5. & 6. Furtum tamen faciunt, quia id, vnde pauper victurus erat, accipiunt. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. pastor Ecclesiæ* 7. 1. *quæst.* 2. ibique *Glos.* verbo *pauper.* ex ratione, quam affert *Ecclesiasticus cap.* 34. relatus *can. Immolans ex iniquo* 2. 14. *quæst.* 5. dicente: *Panis egentium*

vna

*vita pauperis est. Qui fraudat illum homo sanguinis est.*

Eleemosyna enim Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur, sed quæ de rebus concessis, & bene acquisitis impenditur. vt Gregorius ad Siagrium verbis facit in *can. eleemosyna redemptoris nostri oculis* 7. 14. q. 5. & ibidē Augustinus in *can neque enim si agentes. vod.* 14. q. 5. Nam ex Concilio apud Tansiacum acto in *can. iniustum videtur & impium* 55. *in fine* 12. q. 2. cauere hoc debent omnes, etiam Ecclesiarum rectores: *ne vnius eleemosyna alterius peccatum fiat*.

Eleemosyna prius iustis, deinde peccatoribus etiam largienda est. ex Gratiano in *can fratrem nostrū Marinianum* 6. §. *in ipsa autem liberalitate*. & Ambrosio in *can. in singulis quoque generibus*. 19. *distinct.* 86. ea ratione, quia, *misericordia communis est vsus. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus: diues, & pauper, omnes in commune admonentur, vt conferant non habenti*. Præferendi sunt autem parentes. ex eodem Ambrosio in *can. ceterum Dei traditio* est 20. *eadem distinct.* 86.

Emendare in melius, quæ prauè gesta sunt, laudabile. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. sententiam Romanæ sedis* 6. 35. q. 9. Nec abnuisse videtur Bonifacius Octauus in *cap. quia per ambitiosam importunitatem* 15. §. *nos volentes emendare. de rescriptis in* 6. dicens: *nos volentes emendare præterita, & quantum possumus aduersus futura cauere*. Emendare igitur, quę perperam gesta fuere laudabile. notatque *gloss.* ibidem verbo *emendare*. ex Augustino in *can. magnę sapientia est.* 10. 22. q. 4. dicente illo: *Magna sapientia est, reuocare hominem, quod male loquutus est*. notatque ibidē *gloss.* verbo *reuocare*. ibidemque Glossella Magistralis notans: Cessare ab eo, quod perperam quis loquutus est, vt facere, hec exequi, laudabile, atq; virtutis opus. Ne sine iudicio volet irreuocabile verbū. vti Gratianus loquitur in *can. dispensatio est nobis* 5. § *pariter quoq; obseruari debet. distinct.* 45. ibique *Gloss.* verbo *irreuocabile*. referens illud Horatii.

*Nam semel emissum manet irreuocabile verbū.*

Vnde de se ipso fatetur Iustinianus Augustus in *Authentico de nuptiis* post principium §. *nos autem. collatione* 4. sequentibus rationē reddens: *Non enim erubescimus, si quis melius etiam horum, quæ ipsi prius diximus, adinuenientes, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correptionem, nec ab aliis expectare corrigi legem*. Si Imperator, & nos, neque erubescere debebimus, in melius emendare corrupta.

Emendatio præsumitur per pœnitentiam, & confessionem sacramentalem, præsertim vero si peccatum fit occultum. ex Rabano Archiepiscopo ad Heribaldum in *can de his verò visum est nobis scribendum* 23. *in fine dist.* 5. illis verbis: *Si se per ieiunia, & eleemosynas, vigiliasque, & sacras orationes purgare certauerint, his etiam gradu seruato spes veniæ de misericordia Dei promittenda est*. ibique plene *gloss.* verbo *seruato*. dixitque Gratianus in *can. presbyteros, qui immolauerunt*. 32. §. *sed illud Hormisdę Papæ. eadem distinct.* 50. verba sunt Gratiani in fine: *Quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secreta secundum sacerdotis edictum purgata; in propriis ordinibus retinere possunt*. Quippe per pœnitentiam præsumitur emendatio. sequiturque *Felinus. in cap. testimonium* 54. *num.* 36. *de testibus, & attestationibus* ex eodem met tex. in fine, qui est Gregorii IX. illis verbis: *licet egerit pœnitentiam &c*. Felinum refert *Genuensis* Hiernensis Episcopus in *praxi Neapolitana de denunciatione hæreticorum cap* 23. *num.* 6. probaturque ex *S. Thoma* 2. 2. *q.* 33. *art.* 7. *in corpore*. noster *Maranta conf.* 53. *num* 26 & 28. & *num.* 36. Et Ænonz dario per triennium sufficit. vt præsumptio abrogetur regulę *semel malus* 8. *de regulis iuris in* 6. ex *Alciato de præsumptionib. regula* 2. *præsumptione* 7. sequiturq; idem *Genuensis* in eadem *praxi de heretico reconciliato. cap.* 53. *num.* 6 *circa finem. Mascardus de probationibus tom.* 1. *conclus.* 221. *n.* 12. & *n.* 12. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 43. *n.* 22. & 23. Et quod per quadriennium emendatio præsumatur, nisi perdutet conuersatio. dixit *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 54. *nu.* 4 & 5.

Emere, & vendere correspectiui sunt termini, ac relatiui, se ipsos inuicem respicientes, ac referentes, vt vnum sine altero esse minime possit. Si enim est emptio & venditio erit; cū id ematur, quod venditur, nec emptio esse posit nisi venditio detur. Sicut itaque Donum Dei vĕdere simoniacum est, ita, & emere. ex Gregorio Papa vniuersis Episcopis Hispanis scribente in *can. audiuimus dilectissimi* 1. 1. q. 3. verba sunt Gregorii rationē reddentis: *Iste enim vterque corripiendus est, & à sanctę liminibus Ecclesiæ submouendus, & qui pro Ecclesiæ ambitu munera largitur, & qui, vt Ecclesiam adeat, quidquam præsumit accipere. Iste quippè donum Dei emere, hic autem præsumit vendere*. Sunt ergo emere, & vendere correspectiui termini, ac relatiui. merito vterque sacrilegus est. vt ibidem Gregorius definit. *Quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium non interuenire peccatum* vt Leo Papa ad Rusticum Episcopum respondit in *can. qualitas lucri* 2. *in fine de pœnitentia distinct.* 5. Nam Emptio & venditio sine mendacio, & periurio esse non possunt. ex Chrysostomo in *can. eiiciens Dominus vendentes, & ementes*. 11. *in principio distinct* 88. Nec diuersimode Augustinus in *can. quoniam non cognoui litteraturam* 12. *eadem dist.* 88. illis verbis: *Sed ait mihi negotiator. Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam, peto. Dignus est operarius mercede sua. De mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere, tanto emi, tanto vendam: si placet eme*. Sunt ergo correspectiui termini emptio, & venditio, et vnum sine altero esse non posit. diximus *respons.* nostra 66 *nu.* 10. & *sequentibus part.* 5.

Emens iuspatronatus, vt in eo postmodum filios, & nepotes præsentet, ab eo cadit, atque simoniam committit. quia Ius est spirituali-

tati

cati annexum: ex Alexandro Tertio Exonien Episcopo in *cap. quia clerici quidam 6. de iure patronatus extra.* Secus tamen, si cum vniuersitate emat bonorum. ex *gloss.* ibidem verbo *comparant.* ex eodem Alexandro Tertio Herforden Episcopo, & Abbati de Forde in *cap. ex litteris I. Salabrien Episcopi 7. eodem de Iure patronatus.*

Emens rem, dominus eius volens esse, quod emerit, per pretium pecuniæ illud acquirit. Tarasius Constantinopolitanus Episcopus in Epistola ad Hadrianum Papam in *can. eos, qui per pecunias manus imposuerunt 21. paulo ante medium. 1. quæst. 1.* Res itaque aliena prætio emitur, non sua. *Dominus enim quod habet, si vult, vendit, siue seruum, siue aliquid aliud eorum, quę possidet.* vti ibidem Tarasius.

Emphyteuta Ecclesię si per biennium canonem non soluat, nisi celeri satisfactione sibi consulat, iustè potest expelli. ex Gregorio IX. in *capit. potuit amphiteuta 4. siue finali. §. emphyteuta quoque de locato & conducto.* propria auctoritate etiam. vt *gloss.* ibidem verbo *expelli.* adnotat. & dixit quoque Imperator in *authent. qui rem huiusmodi conductam C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* quam inter sacros canones Gratianus retulit in *can. ea enim. 2. siue hoc Ius porrectum. § qui rem huiusmodi conductam. 10 q. 2.* vt neque meliorationes recipiat; neque opponere valeat, quòd interpellatus non fuerit, cum dies ipsa pro homine interpellet. vt ibidē. Quin vltrò se offerre debeat. vti Iustinianus edixit Cæsar in *l. emphyteuticariis contractibus 2. §. siu autem nihil super hoc C. de iure emphyteutico.* videndus *Afflictus decis. 97.* vbi etiam *Vrsillus nu. 2. Clarus §. Emphyteusis q. 11. Rota* apud Sanctę memorię *Gregorium XV. decis. 105 nu. 11 & sequentibus. Ioseph. Ludouicus. decis. Lucensi 9. & decis.* Perusina *22. nu. 1. ad 7. & decis. 35. per totum. & decis. 54. num. 1. & sequentib.* Rota apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 402. n. 3. 4. & 5 part. 2.* Excusabitur tamen Emphyteuta, si ob pauperratem non soluit: Quia non potuit. *Rota* apud *Card. Caualerium decis. 94. nu. 2. & 5. Barbosa in d. cap. potuit 4. de locato & conducto num. 108.* diximus *respons.* nostra *58. nu. 58. & 59. part. 4.*

Encęniare est nouam rem in vsum ducere. vnde dicta sunt Enencænia. Ioannis X. *Facta sunt encænia in Hierosolymis, & hiems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis.* deducitque Gregorius Papa in *can. solemnitates dedicationum Ecclesiarum. 17. de consecrat. distinct. 1.* vbi *gloss.* verbo *Encania.* id est innouationes. deducit. & declarat Augustinus in dictū caput X. Ioannis tract. 48. in initio dicens: *Encęnia Festiuitas erat dedicationis templi. Gracè enim cęnon dicitur nouum. Quandocumque nouum aliquid fuerit dedicatum, encænia vocantur. Iam & vsus habet hoc verbum: si quis noua tunica induatur, encæniare dicitur. Illum enim diem, quo templum dedicatum est, Iudæi solemniter celebrabant: ipse dies festus agebatur. cum ea, quæ lecta sunt locutus est Dominus.* ita Augustinus. & *gloss. d. can. solemnitates.* verbo *Encęnia.* rationem reddit, dicens: *Nam encęniare est nouam rem in vsum ducere. & est vulgare Campania iuxta Romam* sic Glossa.

Energumeni dicuntur Lunatici, atque à dęmonibus obsessi. ex Concilio Carthaginensi 4. in *can. exorcista cùm ordinatur. 17. distinct. 23.* vbi *gloss.* 1. sequentibus loquens: *Energumeni dicuntur lunatici, & obsessi à dæmonibus. ab eo, quod est in. & ergè. id est labor; & menè, quod est defectus: quod est quasi opere deficiens. Archidiaconus.* ita Glossa.

Entia multiplicanda non sunt. Frustra enim fit per plura, quod paucioribus fieri potest. ex Aristotele 1. Phisicorum. & dixit *Glossa in clemētina Fidei catholicæ fundamento. 1. in principio* verbo *vnigenitum. in fine & §. finali* verbo *sanctorum, ac Doctorum modernorum in fine de summa Trinitate, & fide catholica.* Deducitur que ex Alexandro Cęsare in *l. 1. C. de dotis promissione, & nuda pollicitatione.* ex *Saliceto.* ibidē in summario dicente, quod: Duo specialia in idem non possunt concurrere. & ex Paulo lib. 17. ad Plautium in *l. cum fundus. vel homo 31. §. seruum tuum imprudens emi ff. de rebus creditis, & si certum petatur. Vincentius de Franchis decis. 207. num. 7. Griuellius* Senatus Dolani *decis. 40. nu. 11. Rota apud Merlinum de legitima decis. 57. nu. 7.* diximus *respons.* nostra 12. *num. 55. & 56. part. 1. & respons. 22. num. 87. ead. part. 1.*

Entia secundum propriam eorum naturam agunt, & secundum solitum, & comunem eorum morem. ex Arriano lib. 2. de re militari in *l. non omnes desertores 5. §. à barbaris remissos milites ff. de re militari.* verba excipe Arriani. *Sed licet hoc liquidò constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. Et si bonus miles ante existimatus fuerit, prope est, vt affirmationi eius credatur: si emansor, aut negligens suorum, aut segnis, aut extra contubernium agens, non creditur ei, si post multum temporis redit.* ex qualitate igitur sua agere quisque præsumitur. secundum propriam itaque naturā entia agunt. deducit *Ioannes Campegius de dote. q. 9. num. 1. vers. 2. pręsumptio. tom 9. tractatuum.* Emansor est, qui diù vagatus ad castra reuertitur. verba sunt Modestini lib. 4. de pœnis in *l. desertorem 3. §. emansor est. ff. eodem. & Gloss. d. §. à barbaris.* verbo *emansores.*

Episcopus personam habet Christi. ex Ambrosio in *can. mulier habet. 19. 33. q. 5.* qui de muliere verba faciens, subnectit: *Nec habet potestatem loquendi:* (in Ecclesia videlicet) *Quia Episcopus personam habet Christi.* subnectens consequentiam: *Quasi ergo ante Iudicem, sic ante Episcopum, qui Vicarius Domini est, propter peccatum originale, subiecta debet videri.* Vbicumque igitur fuerit Episcopus. siue Romæ siue Eugubii, siue Constantinopoli, siue Regii, siue Alexandriæ, siue Tanis: eiusdem meriti, eiusdem est sacerdotii. Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel humiliorem Episcopum non facit: cæterum omnes Apostolorum successores sunt. verba sunt Hieronymi ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia 24. 9.* sed & *Petrus in prima Epistola. circa finem. distinct. 93.*

Ra-

Rationem reddit ibidem *Gloss.* verbo *eiusdem meriti.* dicens: *Nam idiotę, & vulgares Episcopum parua Ciuitatis contemnere solent.* ex Anacleto Papa in *can. Episcopi non in castellis 3. distinct.* 80. ex quo argumentum sumitur, quod non minima æstimatur Ciuitas, in quo Episcopus deputatur. Episcopus enim est quocumque in loco sit, atque personam habet Christi, Domini Vicarius, eodemque modo omnes consecrantur.

Episcopus quilibet maior est presbytero Cardinali. vt inquit *Gloss.* in *can. quamquam 34. 2. q. 7.* verbo *secundum vocabula.* vbi *Glossella.* Marginalis sequentibus infert: *Ista Glossa reputatur à Doctoribus singularis ad hoc, quod dicit: Episcopum maiorem presbytero Cardinali; scilicet Dignitate, respectu ordinis Episcopalis. Vnde Episcopi dicuntur summi sacerdotes. vt ca. 1. post medium de sacra vnctione. & æquiperantur Illustribus; seu Præfecto Pratorio.* vt notat *Gloss.* in *l. episcopali C. de Episcopali audientia. Et non habent maiorem dignitatem Cardinales, quàm Episcopi; sed habent maius officium.* vt inquit *Bartolus in l. 1. §. si quis. in 1. colum. ff. de appellat.* facit tex. *in cap. si Abbate. de electione lib. 6.* & notatur per *Abbatem in cap. Ecclesia vestra Lederniens de electione in penult. & vltima Columna.* Ita Glossella Marginalis.

Episcopi propter sacerdotium, quamuis mali, honorandi sunt: sicut Christus honorauit Pontifices, quamuis pessimos. ex Cypriano in *can. Dominus noster Iesus Christus. 25. distinct.* 93.

Episcopum virtutibus ornatum esse oportet. nam ornaments Episcoporum virtutes debent intelligi, quæ à Domino eis promittuntur, cum dicitur (psalmo 131.) *Sacerdotes eius induam salutari.* Vnde in veteri testamento variis vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur: Quia multimodis virtutibus debet splendere vita Pontificis, vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos. verba sunt Gratiani in *Summa dist. 30.* plura deducit Gregorius part. 2. pastoralis cap. 4. in *can. sit rector discretus in silentio 1. distinct.* 43. præsertim vero col. 2. §. *sacerdos namque ingrediens.* de vestimentis sacerdotis sic inferens: *Vestimenta autem sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? Propheta testante, qui ait:* Sacerdotes tui induãtur iustitia. *Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent: vt vitę viam cum lingnę sonitu ipsa quoque bona opera sacerdotis clament.* rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *opera.* dicens: *Nam opera probant.* Hanc ob causam Deterius in populis prælati deliquunt, ac per hoc crudelius puniuntur. vt Nicolaus Papa ad Lotharium Regem scribit in *can. pracipue Gualdrada pellicis tuę 3. 11. q. 3.* referens ex Gregorio: *Scire etenim Prælati debent, quia si peruersa vmquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad proximos suos perditionis exempla transmittũt. vnde necesse est, vt tantò se cautius à culpa custodiant, quantò per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur.*

Episcopum nomen non facit, sed vita. Gratianus in *can. plerumque boni viri 27. §. de his etiam illud Anacleti intelligitur. in finalibus verbis 2. q. 7.* dicens: *Non omnes Prælati pro Prælatis habentur. Nomen enim non facit Episcopum, sed vita.*

Episcopi apud Deum intercessores pro populis sunt. Tunc vero liber pro aliis apud Dominum intercessor est Episcopus, si non obligatus pro suis, ad locum intercessionis venit. ex Gregorio Salone existentibus scribente in *can. ego autem & vestræ dilectioni 2. 1. q. 6.* Patres sunt, & legatione Dei funguntur. ex Clamente ad Iacobum in *can. qualis condẽnatio eis immineat. 9. 2. q. 7.* Sine peccato igitur esse debent: *Quia cum is displicet, qui ad legationem mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur: Hinc est enim, quod scriptũ est: (Genesis 4.)* Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. *Dicturus quippe quia Dominus respexit ad munera, præmisit solicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur, quia non offerens à muneribus, sed munera ab offerente placuerunt.* Gregorius præfationis in Iob. in *can. in grauibus peccatis. 5. 3. q. 7.* Episcopi igitur, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiant, satis repręhenduntur per Moguntinum Conciliũ in *can. constituit sane. 5. siue finali 20. q. 3.* Festinare proinde debent Episcopi tota mentis intentione lucrum animarum Deo facere. vti Gregorius ad Agnellum Episcopum scribit in *can. Relatio Cleri simul, & Populi Terracinensis 5. 21. q. 1.* sic subnectens, eumque ad monens: *Tota igitur mentis intentione ita lucrum animarum Deo nostro facere festinato; vt digna te merces ante eius conspectum in die retributionis inueniat.*

Episcoporũ arma sunt dolor, fletus, orationes, lachrymæ. ex Ambrosio in *can. non pila quęrunt ferrea. 3. 23. q. 8* Ambrosium excipe: *Coactus repugnare nõ noui: sed dolor, fletus, orationes, lacrimę fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt sacerdotis.* Rationem habes ex Nicolao Papa ad Ludouicum, & Carolum Reges in *can. reprehensibile valde constat esse 19. eadem 23. q. 3.* non debere Episcopos, neque Ecclesiasticos armis secularibus militare: *Cum militum Christi sit Christo seruire.* inferens in fine: *Quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus?* Nam vt idem Ambrosius ore ambrosiam profert ad Marcellinam Sororem in *can conuenior ipse à Comitibus. 21. §. quid ergo turbamini? eadem 23. q. 8.* dicens: *lacrimæ mea mea arma sunt. Talia enim sunt munimenta sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere.*

Episcopi oculi sunt Ecclesiarum. Hinc enim in Canticis canticorum V. Oculi, per quos prelati Ecclesiæ intelliguntur, assimilentur columbis, quæ resident iuxta fluenta plenissima. vt Gratianus fatur in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis 2. §. Ecce quod sacrarum litterarum in fine §. Hinc etiam in canticis. distinct. 36.* vbi *gloss.* verbo *plenissima.* commentum agens

sic

sic infert: *Sic semper Prælati sedebunt iuxta fluenta Euangeliorum, & sacræ scripturæ: & sicut columba sedet ex natura iuxta aquam. vt videat in ipsa aqua vmbram superuenientis accipitris, & sic sibi praecauere consueuit: sic Prelatus sibi per scripturam præcauebit contra hæreticos*. ex Iulio Papa ad Episcopos Orientales in *can. nolite errare fratres mei charissimi 3. distinct. 11.* Non itaque Episcopus] egere debet doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere. & sacrarum litterarum debet Episcopus habere peritiam. *Vnde in veteri testamento inter cætera ornamenta Pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: Quia in peccatore Pontificis debet esse cognitio veritatis*. vt Gratianus verba facit *d. can. qui Ecclesiasticis 2.5. Ecce quod sacrarum distinct. 36.* ibique *gloss.* verbo *quærant*. Vnde Constantinus Episcopus Cypri dixit: *Non oportet nos, qui Episcopi sumus indigere doctrina, sed aliorum esse Doctores*. in Synodo septima actione prima in *can. conuenientibus apud Niceam Bitiniæ. 4.5. Item Constantinus Episcopus Cypri. 1. q. 7.*

Episcopi Principes sunt Ecclesiarum. ex Hieronymo in Micheam cap. 1. in *can. Ecclesiæ Principes. 4. in principio dist. 35.* qui in fine sequentibus infert: *Si in Apostolorũ loco sumus, nõ solũ sermonẽ eorũ imitemur, sed & conuersationẽ quoque, & abstinentiã amplectamur.* Et Colũnæ Sãctæ Dei Ecclesiæ dicũtur, & successores Apostolorũ. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. accusatio quoque eorũ 15. 5. hæc & alia periculosa considerantes. 2. q. 7.* & Christi legatione funguntur. ibidem in fine. quin in principio perpendit dicens: *Dominus sacri sui corporis tractatores à vilibus, & reprobis, ac non idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit: sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à tẽplo eiecit. Vnde liquet, quod summi sacerdotes, id est Episcopi, à Deo sunt iudicandi, non ab humanis, aut praua vita hominibus lacerandi; sed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum, & non per aliũ vendentes, & ementes eiecit de templo.* plura nos deduximus in nostro *Apologetico* pro Ecclesia nostra Iuuenacen. *à num. 335. ad finem vsque. parte tertia nostrarũ responsionũ.* & in alio, *Apologetico* pro Iuribus Ecclesiæ, quẽ Romę tipis pręssimus *respons. 1. à n. 23. cũ sequentib.*

Episcopi vti Ecclesiarum Principes omnibus superiores sunt, omnesque eis parere tenentur, siue Presbyteri, siue Diaconi, & subdiaconi, & reliqui Clerici, omnesque Principes tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi. quod si non fecerint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, & à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ erunt. Clemens Papa omnibus Episcopis scribens in *can. si autem vobis Episcopis 11. 11. q. 3.* vbi *gloss.* verbo *Principes.* sic infert. *Ergo Imperatores subsunt Episcopis, & ab eis possunt excomunicari. 96. dist duo. Mitiùs tamen cum eis agendum est, quam cum aliis*. ita Gloss. Gelasius enim Papa *d. can. duo sunt quippè Imperator 10. distinct. 96.* Anastasio Imperatori scribens, duo detulit exempla: *Beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem (quia consensit, vt S. Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excomunicauit. Beatus etiam Ambrosius. licet sanctus. non tamen vniuersalis Ecclesiæ Episcopus pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non ita grauis videbatur, Theodosium magnum Imperatorem excommunicans ab Ecclesia exclusit: qui etiam suis scriptis ostendit, quod aurum non tam pretiosius sit plumbo, quàm regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis.* inferto; in fine cõclusionem; *Quippe cũ videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorum dextera: orationibus eorum credant se communiri.* & ibidem *gloss.* verbo *excomunicauit.* & ipsa adnotat: *nota Principem posse excomunicari etiam a quouis Episcopo*.

Episcopus remittere potest iniuriam sibi factam; non tamen Ecclesiæ, vel Deo. ex Gregorio Papa ad Constantiam Augustam in *can. Salonitanę Ciuitatis Episcopus 24. distin. 63.* ibique *gloss.* verbo *laxam*. ex Gregorio eodem in *can. si is, qui prælatus est 28. 23. quæst. 4.* inferente: *Ea namque, quę in nos committuntur, facilè possumus dimitter: ea vero, quę in Deum commissa sunt; cum magna discretione, nec sine pænitentia debemus relaxare.* ibique plenè *gloss.* verbo *possumus*. Non debet tamen pro iniuria personali sibi facta aliquem excomunicare. ex eodem Gregorio Ianuario Episcopo in *can. inter querelas multiplices 27. eodem 23. q. 4.* loquitur tamen de iniuria Episcopo facta. & aduertenda quę *gloss.* ibidem adnotat. verbo *propria*. secus verò si in canonem dedisset *si quis suadente.* quia hæc iniuria tangit Ecclesiam. ex Siluerio Papa ad Amatorem Episcopum in *can. Gulisarius patritius 30. eadem 23. quæst. 4.* ibique *glos.* verbo *anathematizaui*.

Episcopus iracundus esse non debet, neque citò, & aspere aduersus subiectos commoueri, ne innocens fortasse damnetur. ex Cõcilio Sardicensi in *can. si episcopus quis fortè iracundus. 4. 11. q. 3.*

Episcopus idem est, qui olim presbyter nuncupabatur. ex Hieronymo in *can. legimus in Esaia 24. in principio dist. 93.* qui id optimè comprobat. sequiturque in *can. olim idem erat presbyter 5. in principio dist. 95.* Episcopi a Melchiade Papa io *cap. de his verò super quibus. 3. de consecratione distinct. 5.* Summi Pontifices nũcupantur. Rationem reddit *glos.* ibidem verbo *à summis.* dicens: *id est Episcopis: qui sũmi dicuntur; Quia vltrà eos non est Ordo. nam Metropolitani Episcopi vocantur*. ex Concilio Agathensi in *can. si Episcopus Metropolitanus 13. distinct. 18.* Quin & summi sacerdotes, & Apostolorum locum tenere dicuntur ab Eusebio Papa ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ in *can. manus quoque impositionis sacramentum 4. eadem distinc. 5. de consecrat.* quo loco de Sacro Confirmationis sacramento verba facit, quod per impositionis manuum Episcopi datur, vt à nullo alio, nisi ab ipso validè fieri possit.

Episcopus pontificalis modestiæ obliuisci minime debet, vnde in honestis quæstibus cum

aliena

aliena factura, vt dicetur anhelare non debet. ex Innocentio Tertio Spoletano Episcopo in cap. *suam ad nos rectores* 9. §. *quia igitur. de pœnis*. Dignum est enim, vt sicut gratis Episcopatum accipit, ita membra eiusdem Episcopatus gratis distribuat. vt verbis infert Gregorius VII. Papa in Synodo in *can. si quis Episcopus præbendas* 3. *in fine* 1. q. 3.

Episcopus cum iurat per se ipsum, propositis tantùm, sed non tactis Euangeliis, sicut, & in dicendo testimonio, iuramentum præstare tenetur. ex Gregorio IX. Episcopo Beluacẽ in *cap. cum in causa pecuniaria* 7. *sine finali in fine de Iuramento calumniæ*. Limita, cum fidelitatis præstat Iuramentum. ex Gregorio Papa in *can. quoties cordis oculus*. 9. *post principium* 1. q. 7. illis verbis: *Vnde Iurans dico per Deum Omnipotentem, & hæc sancta quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo &c.* ibique *Gloss.* verbo *salutem*.

Episcopos malos Deus permittit propter populorum demerita. Quia pro meritis subditorum disponitur à Deo vita Rectorum. vt Enaristus Papa Episcopis per Aegyptum testatur in *can. non est à plebe* 1. 2. *quæst.* 7. vnde euenit, vt fiant lupi custodes, qui videbantur esse Pastores. secundum Nicolaum Papam ad Michaelem Imperatorem in *can. contra ritum Ecclesiasticum* 3. *sine finali in fine* 4. q. 4. Nam ex merito plebis quandoque Episcopi deprauantur: quatenus procliuiùs cadant, qui sequuntur. Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur. Anterus Papa loquitur in *can. ex merito plebis*. 13. 6. q. 1. eisdemque verbis Anacletus Papa in *can. deteriores sunt* 15. *eodem* 6. q. 1. *in fine*. & ipse consequentiam inferens: *Pro meritis ergo plebis sæpè Pastores deprauantur Ecclesiæ, vt procliuius corruant, qui sequuntur.* & vt inquit Hieronymus in *can. audacter fortassis aliquid dicimus* 18. *in ipso principio* 8. q. 1. sequentibus verba faciens: *Non semper Princeps populi, & Ecclesiæ Iudex per Dei arbitrium datur, sed pro vt merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini; dantur nobis Principes secundum cor nostrum. &c.* inferens in fine: *Tale ergo aliquid intelligimus etiam in Ecclesiis fieri: quòd pro meritis Populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector Ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini; talis Ecclesiæ Iudex datur, sub quo famem, & sitim populus patiatur; non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Dei*; ita Hieronymus. optimè *Gloss.* ibidem verbo *arbitrium*. vbi etiam *Glossella* Marginalis affertens locum *Iob*. 34. 30. Facit Deus regnare hyppocritam propter proteruitatem populi. verba sunt Iobi: *Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi*. subintelligitur puniendam, vel vindicandam. vt Glossella subnectit.

Episcopus debet exemplo, & verbis sibi subiectis vsquequaque prodesse, atque is eligi, qui hoc præstare valeat. ex primo libro capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum. in *can. sacrorum canonum non ignari* 34. *distinct.* 63. Rationem infert *Gloss.* ibidem verbo *vt exemplo* dicens. *Nam cœpit Iesus facere, & docere.* vnde Valẽtinianus Imperator Mediolani Episcopum electuris dixit: *Nostis apertè; eruditi quippè diuinis eloquiis, qualem oportet esse Pontificem; & quod non deceat eum verbo solo, sed etiã conuersatione gubernare subiectos, & totius semet ipsum imitatorem virtutis ostendere; testemque doctrinæ conuersationem bonam habere.* fuit autem electus Ambrosius. ex Tripertita historia lib. 7. cap. 8. in *can. Valentinianus Imperator.* 3. *eadem dist.* 63. & Gregorius Syagrio Episcopo Augustodunensi in *can. rationis ordo omnino nos admonet*. 9. *distinct.* 100. sequentibus eum admonẽs, scripsit: *Oportet, vt enixius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructia, & vita magistra sit.* Nam, vt Clemens Papa ad Iacobum Fratrem Domini scripsit in *can. te quidem oportet* 29. 11. q. 1. loquiens: *Te quidem oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias*, sequiturque sequẽti *can. sicut enim tibi*. 30. *eadem* 11. q. 1.

Episcopus debet etiã publicè bonis operibus inherere, sicut *Matthæi* 5. Dominus noster rationem reddit: *Vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cœlis est*. Quia oportet præsenti testificatione prædicari, & bonæ famæ præconiis non taceri. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios in *can. quatuor autem* 27. *in fine* 11. q. 2. rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *testificatione*. Argumentans: *Quod res semper sunt gerenda in illorũ præsentia, quorum interest*. ex Hieronymo in Leuiticum in *can. licet ergo Dominus* 15. 8. q. 1. referens illud Apostoli 1. *ad Timot.* 3. dicentis. *Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt. Quia colligere omnes animi, & in vnum congregare virtutes oportet*. Debet enim ipse præcipue apprimè esse eruditus, & doctus, irrepræhensibilis, maturus, pauidus. vt Petrus dixit relatus in *can. oportet eum, qui docet* 12. 8. q. 1.

Episcopi lectioni, & orationi vacare debent, vt secundum Apostolum, & Sanctorum Patrum instituta possint irreprehensibiles inueniri. vt Paschalis Papa inquit in *can. Episcopi lectioni, & orationi* 60. *sine finali* 2. *quæst.* 7. Nam, vt Euaristus Papa omnibus Episcopis in *can. sicut vir non debet adulterare* 11. *in fine* §. *Episcopum vero oportet*. 7. q. 1. testatur scribens: *Episcopum oportet opportunè, & importunè, atque sine intermissione Ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt à vitijs se abstineat, & salutem consequi possit aeternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere, vt legatum Dei, & præconem veritatis.* vbi notat *Gloss.* verbo *vt legatum Dei*. ibidem; quod: *Episcopus est legatus Dei, & tamen est Iudex ordinarius.*

Episcopum proinde non oportet indigere doctrina, cum aliorum Doctorem esse oporteat. vt in septima Synodo actione prima Constantinus Episcopus Cypri respondit

In can. *conuenientibus apud Nicæam Bitiniæ* 4. 5. *Item Constantinus Episcopus Cypri dixit* 1. q. 7 debet propterea.

Episcopus lectioni studere, & exhortationi inuigilare. ex Gregorio Natali Episcopo in *can. multis ab vrbe tua venientibus* 5. *in fine dist.* 44. hæc enim sunt opera pontificis, vt *Glos.* ibidem verbo *inuigiles* subnectit. ex Hieronymo in *can. si quis vult Pontifex* 3. *dist.* 36. dicente: *Hæc duo sunt Pontificis opera. vt aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sępiùs meditando; aut populum doceat: sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex propio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus sanctus docet*: ita Hieronymus.

Episcopum sagacem esse oportet, ne si solùm simplicitati studeatur, disciplina negligatur Ecclesiastica. Ex Gregorio Ianuario Episcopo Caralirano in *can. fratris, & coepiscopi nostri filius* 40. *in fine* 11. *q.* 1. Rationem idem reddit Gregorius Clero, & nobilibus Neapolitanis scribens de quodam Petro Diacono in Episcopum electo in *can. Petrus Diaconus* 1. *seu vnico. distinct.* 39. dicens: *Quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.* quo loco *Gloss.* verbo *simplex.* sic subnectit. *Hic vocat simpliditatem negligentiā, siue stultitiam.* Nam, vt Gratianus adnotat in *summa distinct.* 36. dicens: oportet ordinandum esse prudentem. *Prudentem autem Episcopum oportet intelligi, non solùm litterarum peritia, verum etiam secularium negotiorum dispositione.* exponit id *Gloss.* ibidem verbo *secularium*, & ipsa subnectens: *Cum enim Episcopus sit Iudex, & corporum, & animarum, oportet ipsum, tàm spirituali, quam seculari scientia ornari.* Nam qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat. vt Zozimus Papa ad Isichium Episcopum Salonitanum scribit in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis* 2. *dist.* 36.

Episcopus, vniuersique sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituuntur. debet proinde vnusquisque eorum, iis intendere, non bumanis lucris; ne dum humana lucra attendunt, æterna præmia perdant. ex Anacleto Papa in *can. quia Episcopus* 3. 5. *q.* 3.

Episcopus vilissimus computandus est, nisi pręcellat scientia, & sanctitate, qui est honore præstantior. vti Symmacus Papa Laurentio Mediolauensi Episcopo post Sextam Synodum Romanam scribit in *can. vilissimus computandus est.* 45. 2. *q.* 1.

Episcopus debet esse prudens, continens, ac solicitus, & vigilans circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionē monasteriorum. vt Gratianus tuetur in *summa distinct.* 84. ibique *gloss.* verbo *solicitum.* vbi etiam *Glossella* Marginalis. quę inquit: *Prudentia consistit in scientia litterarum.* debet proinde consilia sapientum, & recta suadentium suscipere; vt quod à se nequit attendere, ab altero saltem possit addiscere. vti Gregotius Athemio Subdiacono Cāpaniæ de Pascbaso Episcopo scribit in *can. peruenit ad nos.* 1. *distinct.* 84.

Episcopum Doctorem esse oportet, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accepit, quod exequi nescit, vel negligit. Gratianus in *summa distinct.* 86. vbi *gloss.* verbo *Doctorem* sic commentum agit: *Hæc autem doctrina debet consistere in disciplina correctionis, & in sermone prædicationis. In disciplina, vt corrigat ex charitate, & cum lenitate, nō ex odio: nec modum excedat in correctione. sed si excesserit, veniam non cogitur à subditis postulare. In sermone prædicationis: scilicet vt prędicet scientiam sacrę scripturæ, non humanę.* ita Glos. Quod autem Episcopus si modum excesserit in corrigendo, etiam verbis, veniam petere non debeat, dixit Augustinus eadem *distinct.* 86. *can. quando necessitas disciplinæ.* 4. rationem referens: *ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dùm nimia seruatur humilitas, regendi frangatur authoritas.* rationem dicti refert *Gloss.* ibidem. verbo *frangatur authoritas.* dicens: *Quia sæpè nimia familiaritas contemptum generat.* ex Vlpiano lib. 2. de officio Proconsulis in *l. nec quidquam est in prouincia* 9. §. *circa aduocatos patientem esse proconsulem oportet. ff. de officio proconsulis, & legati.* illis verbis: *sed cum ingenio, ne contemptibilis videtur.*

Episcopus, qui ordinandus est, ante oīa examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si moribus tempetatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cauens, si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus Ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia si fidei documenta verbis simplicibus asserat. vt in Concilio Carthaginensi quarto, cui Augustinus interfuit, definitum fuit in *can. qui Episcopus ordinandus est* 2. *distinct.* 23.

Episcopi, sacerdotes se esse nouerint, non dominos; honorent clericos, quasi clericos, vt & ipsis à Clericis, quasi Episcopis, honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitii: *Cur ego te* (inquit) *habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorem?* Hieronymus. ad Nepotianum in *can. esto subiectus pontifici tuo* 7. *distinct.* 95. subdens: Recordemur semper quid Apostolus Petrus præcipiat sacerdotibus: (1. Petri. 5.) *Pascite eum, qui in vobis est, gregem Domini, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum; neque vt turpis lucri gratia, sed voluntariè; neque vt dominantes in Clerum, sed forma facti gregis ex animo, vt cum apparuerit Princeps pastorum, percipiatis immarcessibilem gloriæ coronam.*

Episcopi debent secum viros litteratos habere. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. esto subiectus pontifici tuo* 7. *distinct.* 95. rationem in fine reddente. *Gloria Patris est Filius sapiens.* Prouerbiorum. x. & 13. Gaudeat Episcopus iudicio suo cùm tales Christo elegerit sacerdotes. ibique *glos.* verbo *inuideant*, quæ subnectit:

ctit: *argumentum contra Episcopos, qui malunt habere illiteratos, quàm litteratos, circa se.*

Episcopus omnis est par Apostolico, quantũ ad ordinem & ratinnem consecrationis. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italię in *can. in nouo testamento 2. distinct. 21.* illis verbis: *Cæteri autem Apostoli cum eodem* (Petro videlicet) *pari consortio honorem, & potestatem acceperunt. &c.* ibique *gloss.* verbo *pari.* ex Cypriano tractatu de vnitate Ecclesiæ in *can. loquitur Dominus ad Petrum 18. 24. q. 1.* ibique *gloss.* verbo *Petrus pari.* dicens: *Puto verum esse, quod pares fuerunt in ordine, & dignitate consecrationis; secus in administrationis plenitudine, quæ satis differt ab aliis.*

Episcopi pars corporis Papæ sunt, tanquam membra de membro. ex Paschali Papa Panormitano Archiepiscopo in *cap. significasti reges, & regni maiores 4. in fine de electione, & electi potestate.* dicente illo: *Iustum est, vt vos quoque sedi Apostolicæ subiectionis debitę signa soluatis, quę vos cum beato Petro tamquam membra de membro habere, & catholici capitis vnitatem seruare declarent.* sequitur *Alzedus in praxi Episcopali cap. 1. num. 20.*

Episcopi propter sacerdotium honorandi sũt, quamuis mali ipsi fuerint, sicut Christus honorauit Pontifices, quamuis pessimos. deducit Cyprianus in *can. Dominus noster ipse Iesus Christus 25. in principio distinc. 93.*

Episcopi à Deo sunt Iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut prauæ vitę hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi. vt Pius Papa loquitur in *can. oues pastorem suum non reprehendant 9. 6. q. 1.*

Episcopi secundum ordinationis suę tempus, siue ad considendum in Concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca debent, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare. S. Gregorius Syagrio Episcopo Augustodunen in *can. Episcopos secundum ordinationis suæ tempus. 7. siue finali distinct. 17.* idemque decernitur èx Cabilonensi Concilio in *can. placuit. 1. distinct. 18.* vt *Cæteri Episcopi secundum ordinationis suæ tempus alius alii deferat locum.* Quia nimirum. vt *gloss. d. can. Episcopos.* verbo *tempus* rationem reddit: *Generale est, vt, qui prius dignitatem acceperunt, præferendi sint aliis.* ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam, in *can. ordinationes presbyterorum 7. siue finali in fine distinct. 75.* & *Gloss.* ibidem verbo *præferre.* dicens: Ecce hic habes, quod prius ordinati præferũtur aliis, vt in habendis honoribus, & aliis.

Episcopos Papa fratres appellat, & cœpiscopos, atque beatitudinis nomine decorat. Nicolaus Papa II. in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini nostri. 1. post principium. §. nouit Beatitudo vestra dilectissimi fratres. dist. 18.* & hoc quidem ex eiusdem sacramenti participatione, vnde propterea Cardinalibus in dignitate præferuntur. *Alzedus in praxi Episcoporum. cap. 1. num. 35. 36. & 37.* & *cap. 8. n. 16. & sequentibus.*

Episcopis animæ commissę sunt. aliis verò gubernatoribus laicis corpora. ex Valentiniano Augusto, vt Tripartita narrat historia in *can. Valentinianus Imperator 3. circa finẽ distinct. 63.* qui videns Ambrosium sanctum in Episcopum electum Mediolanen. *Gratias* (inquit) *ago tibi Domine Deus omnipotens, & Saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora, tu autem animas; & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire.* Quia nimirum.

Episcopo totius plebis animæ videntur esse commissę. Ex Concilio Anthiocheno in *can. quæcumque res Ecclesiæ 5. in fine 10. quæst. 1.* & ex canonibus Apostolorum in *can. pręcipimus, vt in potestate sua Episcopus. 24. 12. quæst. 1.* rationem reddentes illi: *Si enim animæ hominum pretiosiores illi* (Episcopo videlicet) *sunt creditę, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere.* Quiue pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem. vti Gregorius Valentino Abbati scribit in *can. cognouimus, quod monasteria seruorum Dei 19. in fine 18. q. 2.* In lucris igitur animarum quærendis oportet eum operam dare. ex Concilio Cabilonensi in *can. cauendum est 7. paulo post principium. 10. q. 3.*

Episcopos suos secerdotes, & reliquos Ecclesiæ ministros, omnesque plebes diligere oportet, & eorum præceptis obedire, etiam, quod ipsi aliter agant, nisi in fide errauerint. ex Clemente Papa ad Iacobum in *can. sacerdotes, & reliqui Ecclesiæ ministri 8. 2. quæst. 7.* atque decreuit Euaristus Papa omnibus Episcopis scribens in *can. sicut vir non debet adulterare 11. §. finali in fine 7. q. 1.* dicens de Episcopo: *Eumque amare, & diligere, vt legatum Dei, & præconem veritatis.*

Episcopus optimus esse debet perspector, & ita prospicere, vt vniuersæ sibi oues commissæ à se maximè alantur, atque in necessitatibus adiuuentur, non illicitis exactionibus opprimãtur. Quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris, vel auaritiis delectari. in Concilio Leonis Papæ IV. in *can. nulli Episcoporum liceat 62. 16. q. 1.* Nam ex Isidoro lib. 7. Etymologiarum in *can. cleros, & clericos 1. §. Episcopatus autem vocabolum. distinct. 21.* qui sequentibus fatur: *Episcopatus autem vocabulũ inde ductum, quod ille, qui efficitur Episcopus, super intendat, scilicet curam gerens subditorum: Σκοπεῖν enim Græce, Latinè intendere dicitur. Episcopi autẽ grecè, latinè speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in Ecclesia dictus, eoquod speculetur, & perspiciat populorũ intra se positorum mores, & vitam.* & ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia. 24. §. sed & Petrus in prima Epistola dist. 93.* Qui & ipse verbis loquitur: *Quod quidem græcè significantius dicitur. ἐπισκοποῦντες id est super intendentes: unde & nomen Episcopi tractum est.* deduximus *respons.* nostra 83. *nu. 9. part. 4.* & *respons. 7. num. 56. part. 5.* Merito iure proinde prædordinator in cunctis Episcopus vocatur ab Isidoro ad Ludifredum

in *can. perlectis ſanctitatis tuæ litteris.* 1. §. *ad Epiſcopum pertinet diſt.* 25. ſequiturque *gloſſ.* in *can. ſanctorum canonum ſtatutis* 2. *in fine.* verbo *præpoſito diſtinct.* 70. deduxitque Auguſtinus in *can. qui Epiſcopatum deſiderat.* 13. 8. *quaeſt.* 1 dicens: *nomen eſt oneris non honoris. Græcum eſt enim, atque inde dictum vocabulum, quod ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur, ſuperintendit, curam eorum ſcilicet gerens. ἐπὶ, quippe ſuper: σκοπὸς verò, intentio eſt. ergo Epiſcopos, ſi velimus, latinè ſuperintendentes poſſumus dicere: vt intelligat, non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.*

Epiſcopus, qui peccantium cimina non corrigit, magis dicendus eſt canis impudicus, quàm Epiſcopus. Gregorius paſtoralium part. 1. cap. 4. in *can. nemo quippe in Eccleſia nocet amplius* 2. *in fine diſtinct.* 83. Rationem *Gloſ.* reddit ibidem verbo *redarguere* dicens: *Quia vult magis placere ſilendo, quàm diſplicere coarguendo.* & dicti rationem habes ex Auguſtino in *can. quiſquis Chriſtianum* 52. *in fine.* 23. q. 4. dicente: *An verò ſi non perſequantur, non rei negligentiæ merito tenebuntur?* Nec diuerſimode idem Auguſtinus in *can. qui nec regiminis in ſe rationem habuit* 32. 2. q. 7. ſequentibus dicés: *Qui nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus eſt magis, quàm Epiſcopus.*

Epiſcopus nihil meliùs exequi debet, quàm ſi nutrire ea curauerit, quæ recta ſunt, & corrigere, quæ profectum virtutis impediunt. ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in *cap. cum, & plantare ſacram religionem* 3. *poſt principium. de priuilegiis, & exceſſibus priuilegiatorum.* dixitque Innocentius Quartus in Concilio Generali Lugdunen in *cap. pro humani redemptione generis* 1. *paulo poſt principiũ. de homicidio lib.* 6. verba ſunt Innocentij: *ſolicitè excitari vigilias, & animarum ſaluti iugis attentione cogitationis intendere, ſummouendo noxia, & augendo profutura debemus, vt excuſſo à nobis negligentiæ ſomno, noſtriſque cordis oculis diligentia ſedula vigilantibus, animas Deo lucrifacere, ſua nobis cooperante gratia, valeamus.* hoc eſt enim Epiſcopi officium. Quare ab

Epiſcopo non ſeruante canones poteſt recedi, vt ab excommunicato. notauit *Gloſ.* in *can. ſacerdotes, & reliqui Eccleſię miniſtri* 8. verbo *agant* 2. q. 7. ibique *Gloſſella* Marginalis, quæ ſingularis reputata fuit verba præfata dicens. Quia nimirum.

Epiſcopus ſub peccato curare tenetur, vt ſeruentur ſacri Canones; alioquin periurus habebitur. ex Gregorio ad Petrum ſubdiaconum in *cap. ego N. Epiſcopus* 4. *de iureiurando* §. *Papatum Romanę Eccleſiæ, & regulas Sanctorum Patrum adiutor ero ad defendendum, & retinendum.* ibique *Innocentius. Sà* verbo *Epiſcopus nu.* 5. *Armilla* verbo *Epiſcopus num.* 24. *Silueſter eodem nu.* 12.

Epiſcopus malus lixiuio comparatur, quod lauat, & non lauatur. Gratianum excipe in *can. nihil illo eſt paſtore miſerius* 6. *ſiue finali* §. *quamquam ſacerdotem diſtinct.* 83. qui ſic inquit: *Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à ſordibus peccatorum.* vbi *Gloſſ.* in additionibus ſic & ipſa infert: *Et nota hic, malum prælatum lixiuio comparari: alibi lapideo canali, alibi monetario.* nec diſſimiliter *gloſſ.* in *can. non omnis, qui dicit.* 30. 2. q. 7. in verbis Auguſtini: *Corui de morte paſcuntur.* verbo *Corui,* quæ commmentum agens infert: *Coruo aſſimilatur malus prælatus, vel præsbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, ſcilicet mortuorum oblationum, & in fætore ſpiritus, & in garrulitate, & in furto.* ad Auguſtini ſenſum in *can. tres perſonas dicit Dominus* 12. 23. q. 4. dum perpendit tres perſonas, quæ propoſuit Dominus in Euangelio *Ioannis* X. Paſtoris, mercennarii, & furis, ſiue latronis concludens in fine: *Diligendus eſt Paſtor, tolerandus eſt mercenarius, cauendus eſt latro.*

Epiſcopus debet prodeſſe pariter, & pręeſſe. ex Innocentio Tertio Priori, & Conuentui Dimolienſi in *cap. licet quibuſdam monachis.* 18. §. *ſi verò probabiliter dubitetur. in fine de regularibus, & tranſeuntibus ad religionem.* qui ſic infert: *Vnde quando poteſt Epiſcopus pręeſſe pariter, & prodeſſe, non debet cedendi licentiam poſtulare, aut etiam obtinere.*

Epiſcopus propterea cùm creatur, vel conſecratur, vero corde, mundaque conſcientia quibus pręficitur prodeſſe velle intendere debet. Namque cætera ſacramenta vnicuique propter ſe dantur, iſtud ſolùm, non propter ſe ſolùm, ſed propter alios datur. ex Hieronymo in *can. hi quoſcumque, de aſſeclis* 44. ibique Gratianus §. *re vera enim* 1. q. 1. qui ſic loquitur: *Re vera enim, qui adhoc eliguntur, vt cæteris pręſint, ſicut pręordinantur dignitate, ſic pręeminere debent ſanctitate.* Nam vt Symmacus Laurentio Mediolanenſi Epiſcopo poſt Sextam Synodum Romanam in *can. viliſſimus computandus eſt* 45. *eadem* 1. q. 1. dixit: *Viliſſimus computandus eſt, niſi pręcellat ſcientia, & ſanctitate, qui eſt honore præſtantior.* ibique *glo.* verbo *præcellat.* ex Auguſtini conſequentia in *can. qui Epiſcopatũ deſiderat* 11. 8. q. 1. qua ſic intulit. *Ergo Epiſcopos ſi velimus, latinè ſuperintendentes poſſumus dicere: vt intelligat, non ſe eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe.* ſequiturq; *Petrus Gregorius Tholoſates ſyntagmatum Iuris vniuerſi part.* 2. *lib.* 17. *cap.* 17. *n.* 19.

Epiſcopi conſecratio Dominica die, hora tertia celebrari debet. ex Anacleto Papa ad Epiſcopos Italię in *can. ordinationes Epiſcoprorũ* 5. *diſt.* 75. iter miſſarum ſolemnia vt *gloſſ.* ibidem verbo *tertia.* ſubnectit. Quia eadem hora tertia Chriſtus dominus crucifixus eſt; & ſuper Apoſtolos Spiritus ſanctus deſcendiſſe legitur. ex Teleſphoro Papa VII. à Petro in *can. nocte ſancta natiuitatis* 48. *in fine de conſecratione diſt.* 1. & in Apoſtolorũ locum ſuccedunt Epiſcopi. vt *gloſſ.* eodem verbo *tertia.* adnotat. In alio verò die, quàm Dominico niſi ex Papę diſpenſatione Epiſcopus conſecrari non debebit. *Barboſa in collectanea ad Sacrum Tridentinum ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 2.

& *Al-*

*& Alzedas in praxi Episcoporum in præfatione.*

Episcopus, qui suo non fungitur officio, ueque populos erudit, & præuaricationes excusatione tegere procurat, cum positus sit ad gubernationem populorum, efficitur ruina multorum. ex Nicolao Papa Lothario Regi in *can. ita corporis tui cedere motibus consensisti* 96. 11. *q.* 3.

Episcopus in sua diœcesi potest creare notarios. ex Gregorio IX. l. tabellioni scribente in *cap. cùm P. tabellio* 15. *de fide Instrumentorum* ibique *gloss.* verbo *auctoritate ordinarii.* & *Hostiensis. Oldrad. cons.* 75. incipiente. *Quis possit creare notarium num.* 1. qui allegat Leonem Quartum Epistola ad Episcopos Britaniæ in *can. regenda est vnaquæque parochia* 4. 10. *q.* 1. in quo omnia generatim Episcopo demandatur. *cui iure pertinere videtur, & circuire, vt sibi necessariũ visum fuerit Ecclesiastica vtilitate cogente.* & ex Concilio Antiocheno. in *can Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem* 23. & ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus vt in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat.* 24. 12. *q.* 1. sequitur *Alzedus in praxi Episcopali cap.* 12. *n.* 62. *Aimon Crauetta cons.* 122. *num.* 1.

Episcopus diœcesim peregrans ad consignandos pueros moderatas expensas recipere potest. vt in Concilio Cabilonensi II. dictum fuit. in *can. cauendum est.* 7. & ex Gregorio Papa Episcopis Siciliæ in *can. relatum est nobis.* 9. & ex Pelagio Grisconio illustri in *can. illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare* 10. *siue finali.* 10. *q.* 3.

Episcopus extra suã diœcesim potest exercere ea, quæ sunt Iurisdictionis voluntariæ. ex *gloss.* in *cap. nouit ille, qui nihil ignorat* 7. verbo *terminos. de officio legati.* ibique *Glossella* marginalis: explicans: Iurisdictionem voluntariam dici, quæ exercetur in volentem, ad differentiam contentiosæ, quæ redditur in inuitum. Poterit proinde extra diœcesim beneficia conferre Ecclesiastica. vt *gloss.* ibidem d. verbo *terminos in fine.* deducit *Geminianus in cap. finali circa finem de officio vicarii lib.* 6. noster *Maranta cons.* 43. *nu.* 13. *Riccius decis.* 188. *part.* 2. *Barbosa in collectanea ad Tridentinum sessione* 6. *cap.* 5. *de reformat. num.* 20. *& num.* 21. *Alzedus in praxi Episcopali part.* 2. *cap.* 3. *nu.* 50. *&* 51. *Nauar. cons.* 14. *num,* 3. *de clandestina desponsatione lib.* 4. *Diana tractat.* 1. *miscellaneo resolut.* 51. *par.* 1. *Rota apud Coccinum decis.* 405. *per totam. Zerola* Episcopus Minoren in *praxi Episcopali part.* 1. verbo *Iurisdictio in* 2. *notabili.*

Episcopos cum magna animi constantia oportet vigilare super dominicas oues, ne lupinis morsibus, diaboli videlicet stimulis, lanientur. Gregorius in *can. oportet sacerdotes.* 23. *in principio distinct.* 81. Quod si ipsi audire noluerint, qui corrigantur, alieni ipsi erunt ab eorum malo. ex Stephano Papa V. Hastulpho in *can. admonere te cum lachrymis.* 8. *in fine* 33. *q.* 2. ibique *gloss.* verbo *alieni.* Quæ argumentum ex contextu deducit: *Quod nõ imputatur Prælato subditorum malitia, ex quo per eum non stat, quò minus corrigantur.*

Episcopum non idcirco, quod persecutionem patitur, & subsannatur, cessare eum oportet à dicendo, & prædicando, atque veritatem manifestare, peccatoresque corrigere. scientes, quia Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. ex Anacleto Papa omnibus Episcopis in *can. scimus autem multos* 3. *distinct.* 43. ibique *gloss.* verbo *recedere.* In hoc enim dare operam debemus, ne quis culpa nostra de Ecclesia depereat: si quis autem virtò, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos futuros credimus. qui consuluimus sanitati. verbis dicimus Cypriani Cornelio Papæ scribentis in *can. quod ad nos attinet.* 10. *siue finali distinct.* 47. vbi in fine infert: *Nec mouere nos debent conuitia perditorum, quò minus à via recta, & à recta regula non recedamus; quando, & Apostolus instruat dicens:* (ad Galtas 1.) *si hominibus placerem Christi seruus non essem.*

Episcopus enim propter persecutionem Ecclesiam suam desecere non debet, sed pro ouibus sibi commissis laborare. ex Liberio Papa omnibus Episcopis in *can. suggestum nobis est.* 46. 7. *quæst.* 1. *S. Thomas* 2. 2. *quæst.* 185. *art.* 5.

Episcopus Ecclesiam suam defendere tenetur, atque patrocinium pro illa præstare. ex Ioanne Papa in *can. si Imperator catholicus est* 11. ibique *glo.* verbo *beneficia distinct.* 96. & secuta fuit *gloss.* in *can. nulli dubium est* 5. §. *qui autem ex vestro collegio fuerit.* verbo *vestro.* 3. *quæst.* 1. ibidemque *Glossella* Maginalis dicẽs: *Ecclesiam suam quilibet defendere tenetur.* ex Gregorio Nono in *cap. cùm sacerdotis sit officium* 3. *siue finali de postulando.* illis verbis: *Nõ nisi pro se ipso, vel Ecclesia sua.* ibique *gloss.* verbo *pro se ipso.* Quia sponsa eius est. ex Euaristo Papa omnibus Episcopis in *can. sicut vir non debet adulterare vxorem suam* 11. 7. *quæst.* 1. Quio etiam Ecclesiæ suæ bona recuperare tenetur. ex Africano Concilio in *can. placuit, vt quicumque Episcopi* 15. 16. *quæst.* 3. etiam ex proprio commodo. Quia non debet Prælatus vtilitatem propriam vtilitati præponere Ecclesiæ suæ. ex Concilio Carthaginensi V. in *can. placuit, vt nemini sit facultas* 21. *in fine.* ibique *gloss.* verbo *propriæ.* 7. *quæst.* 1. subdens: *& si in hoc passa sit Ecclesia damnum, illud de proprio resarciet.* ex Concilio Bracharensi Tertio in *can. quicumque sub hoc neglectu* 2. ibique *gloss.* verbo *aut neglectum.* 12. *q.* 4.

Episcopus enim procurator est bonorum Ecclesiæ, & ideo illius conditionem deteriorem facere non potest. vt dixit *Gloss.* per illum textum in *can. si is, qui prælatus est* 28. verbo *possumus in fine* 23. *q.* 4.

Episcopi tenentur vassallos Ecclesiæ defendere. Rationem affert Leo Papa in *canon. scire vos oportet* 8. *in fine.* 23. *quæst.* 8. dicens: *Quia nostri gregis in omnibus vltores esse debemus, & præcipuè adiutores,* ibique *gloss.* verbo *præsentialiter.* & ipsa rationem reddens: *Nec enim* (inquiens) *tantùm debent Episcopi esse custodes ca-*

*thar-*

*tharum, sed etiam defensores Ecclesiarum.* ex Symmacho Papa in Synodo Sexta Romana in *can. in canonibus in Gangrensi Ecclesia* 57. 16. q. 1. Vassallos igitur suos Episcopi defendere tenentur, defendendo, non vlciscendo iniurias. vt *gloss.* d. verbo *præsentialiter* in fine subnectit.

Episcopus non potest eximere Ecclesiam aliquam suæ diœcesis, vt nihil Iurisdictionis in ea remaneat. Quia non potest alium Iudicem facere Ordinarium in Diœcesi sua. nec potest ita plenè remittere Ius Episcopale. Nam quantumcumque generaliter Episcopus eximat aliquam Ecclesiam, semper retinet correctionem, visitationem, procurationem, & cathedraticum. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo scribente in *can. visis litteris charitatis vestræ* 1. 16. q. 2. ibique plenè *gloss.* verbo *tradita*. ex Innocentio Tertio Priori S. Stephani in *cap. cùm venerabilis frater noster* 21. *de censibus, exactionibus, & procurationibus.* ibique *gloss.* verbo *causa correctionis*.

Episcopi à sancta sede Apostolica tueri, atque defendi debent, atque liberari, vt sicut Apostolorum dispositione, ordinante Domino, primitus sunt constituti, & ordinati; sic huius sanctæ sedis (cuius dispositioni eorum causæ, & Iudicia referuantur) protectione sint ab omnibus peruersitatibus liberi. vti Sixtus Papa I. disposuit in *can. quilibet fratrũ pulsatus*. 1. 8. q. 5.

Episcopus Iudex est competens in Causa suæ Ecclesiæ, neque suspectus propterea declarari potest. Quia nimirum non personæ, sed Ecclesiæ causa est. ex Alexandro Papa in *can. si quis erga Episcopum* 16. *in fine*. ibique peroptimè *glos.* verbo *priuetur*. 2. *quæst.* 7. & ex Pio Papa in *can. prædia diuinis vsibus* 5. & Anacleto Papa in *can. qui abstulerit aliquid patri* 6. 12. q. 2. sequiturque *gloss.* in *can. consuetudo nona* 1. verbo *Ecclesia in fine* 16. q. 6. euidentissimeque Innocentius IV. in Concilio Lugdunen decreuit in *cap. Dilecto filio Decano Aurelianen.* 6. *de sententia excommunicationis in* 6. *Rodoanus de rebus Ecclesiæ* q. 78. *cap.* 8. *num.* 5. *Marius Antoninus Maceraten variarum resolutionũ lib.* 1. *resolut.* 48 *num.* 8. amplians: etiam in causa suæ mensæ. ex *Capicio decis.* 12. *num.* 11. & *decis.* 137. præsertim verò si eorum Iurisdictio impedimento afficiatur, vel eorum ministris inferatur iniuria. eodem Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. Romana Ecclesia* 1. *de pœnis in* 6. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 12. *quæst.* 5. *vers. Item non impedit. Clarlinius controuersiarum Forensium part.* 1. *cap.* 65. *num.* 24. *Alzedus in praxi Episcopali cap.* 11. *num.* 42. & 43. Poterit proinde Episcopi procurator coram vicario comparere Episcopi, vt sibi in causa Ecclesiæ, vel etiam pauperum iustitia ministretur. ex *Bald.* in *l. si quis ad declinandam legem falcidiam* 47. *C. de Episcopis, & clericis: Genuensis* Episcopus Isernien in *practicabilibus Ecclesiasticis* q. 527. *Rota apud Puteum decis.* 210. *num.* 3. *part.* 2. Quia nimirum tenetur Episcopus iura tueri suæ Ecclesiæ, & Clericos defendere. ex Gregorio Anthemio subdiacono Campaniæ in *can. peruenit ad nos* 1. *cum sequentibus distinct.* 84. & *gloss.* in *can. si quis ab Episcopo suo* 20. verbo *conuicii. in fine* 2. q. 7. d. *cap. Romana Ecclesia* 1. ibique *gloss.* verbo *puniri. de pœnis in* 6. *Bellencinus de charitatiuo subsidio* q. 15. *nu.* 2.

Episcopus, qui non potest ad suam accedere Ecclesiam ob populi malitiam, vel propter scandalũ, vel hostilitatem, ad aliam transferri Ecclesiã debet. ex Concilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus ordinatus* 5. *cum aliis sequentibus*. ibique *gloss.* verbo *si quis. dist.* 92.

Episcopos vi à propria Ecclesia pellentes anathemati subiiciuntur. quacumque dignitate is prædictus fuerit. ex Alexandro Papa Secundo in *can. si quis deinceps priorum* 22. 17. q. 4. ibique *gloss.* verbo *tradantur*. atque decreuit Innocẽtius Tertius in Concilio Generali in *cap. In quibusdam prouinciis* 12. *extrà de pœnis*. Rationem reddit Pelagius Papa Secundus Benigno Archiepiscopo scribens in *can. omnis, qui gemebat* 36. *post principium* 7. *quæst.* 1. Quia profectò, *Qui persequuntur Domini Episcopos, eosque de Ciuitatibus ad Ciuitates transire compellunt, non eos tantùm persequuntur, quantũ Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur. Nec ipsi hoc peccant Episcopi, quoniam non sponte, sed coactè hoc agunt; sed illi, qui eos persecuntur; nec ipsis Episcopis hoc imputari potest, sed illis, qui eos hoc agere cogunt.* ita Pelagius.

Possunt proinde expulsi Episcopi à suis sedibus in vicinioribus locis aduersus expulsores procedere ad formam constitutionis Clementis V. in Concilio Viennen in *Clemẽtina* 1. *de foro competenti*.

Episcopus spirituale contrahit matrimonium cum Ecclesia, ad quam præficitur, statim vtique atque electus, & confirmatus est. ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Andegauensi in *capit. inter corporalia* 2. & *spiritualia* 2. 5. *sicut enim Episcopus. de translatione Episcopi.* In signum proinde coniugii annulum defert. Promittit enim eidem inuiolatam fidem. *Abbas. consil.* 101. *num.* 5. *Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 475. *num* 7. *in fine* & *num.* 11. *Dionys. sius Carthusianus de regimine Episcoporum art.* 3. *col.* 3. *circa medium. vers. denique. Barbosa in collectan. ad Sacrum Concilium sessione* 7. *cap.* 1. *de reformatione num.* 7. *in fine*. Quod si male erga sponsam suam se gerat Episcopus, eamque adulterina fœditate maculauerit, adulter, atque infamis æstimatur. ex Euaristo Papa in *can. audiuimus quosdam à vobis infamatos* 4. 3. q. 2. Non debet proinde illam dimittere absque ineuitabili necessitate. ex eodem Euaristo omnibus Episcopis in *can. sicut vir non debet adulterare vxorem suam.* 11. 7. q. 1. Quia nimirum eidem matrimonio coniugitur spirituali, & quandiu viuit, eidem alligatus est, vt eam deserere non possit. ex Calixto Papa omnibus Galliarum Episcopis in *can. sicut alterius vxor* 39. *eodem* 7. q. 1.

Episcopus proinde adulterium committere dicitur fornicando. ex Innocentio Tertio in

*in cap. accepimus litteras 16. aliàs finali de purgatione canonica.* ibique *Abb. col. penult. sub nu. 5. vers. & ideo quidam dicunt.* & in sua ponere gloria maculam, fœmora sua mulieribus inclinare non erubescens. vti Ioannes 22. de Hugone Geraldi Canturcense Episcopo dixit. in *extrauaganti diuinis exemplis. vnie a col. fin, circa principium de pœnis. inter communes &c.*

Episcopi duo eiusdem Ecclesiæ eodem tempore esse non possunt. poterit tamen Episcopus si necessitas id exigat coadiutorem habere Episcopum à sancta Sede Apostolica sibi designatum. ex Epistola Paulini vnica ad Romanianum, de Sancto Augustino loquentis, qui Valerio Hipponensis Ecclesiæ Episcopo coepiscopus fuit, in *can. Non autem tantùm hoc scribimus* 12. ibique plene *Glos.* verbo *vt non succedere 7. q. 1.* & ex Zaccharia Papa Bonifacio Moguntino Archiepiscopo in *can. petisti, vt cum nostro consulto 27. eadem 7. q. 1.* Roma, vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccę vtero Esau, & Iacob bella gesserunt. Singuli Ecclesiarum Episcopi. Hieronymus ad Rusticum monachum in *can. in apibus princeps vnus est 41. eadem 7. q. 1.*

Episcopi Summi Sacerdotes dicuntur, & Apostolorum locum tenent. ex Eusebio Papa ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ in *can. manus quoque impositionis sacramentum 4. de consecrat. distinct. 5.* Eorumq; sunt Vicarii. vt Innocentius Tertius dixit in *cap. vnico §. per frontis chrismationem. de sacra vnctione.* Apostolis enim decedentibus in locum eorum successerunt Episcopi. vt Anacletus testatur Papa ad Episcopos Italiæ scribens in *can. in nouo testamento. 2. circa finem distinct. 21.* nec diuersimode Vrbanus Secundus in *can. quorum vices in Ecclesia habent episcopi 6. siue finali dist. 68.* ex Sancto Augustino dicens: *Et quis eis hanc dignitatem dare debeat S. Augustinus ostendit, inquiens:* Pro patribus tuis nati sunt tibi filii? *Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filij nati sunt tibi. constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum.* Eiusdem & sententię Hieronymus est ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia 24. col. 2. in fine §. nec altera Romanę vrbis Ecclesia. distinct. 93.* sequentibus dicens: *Potentia diuitiarũ, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit: cæterum omnes Apostolorum successores sunt.* Quin locũ tenent Apostolorum. ex Vrbano Papa in *can. videntes autem summi sacerdotes 16. §. ipsa verò res. 12. q. 1.* verbis illis: *Episcoporum, qui locum tenent Apostolorum.* ibique *gloss.* verbo *Apostolorum* dicens: *Episcopi tenent locum Apostolorum. scilicet quo ad dignitatem.* sequitur *glos. in can. ex auctoritate huius decreti 24.* verbo *Apostolorum 16. 1. q. 1.* Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 23. c. 4. de sacramento ordinis. Bellencinus de charitatiuo subsidio. q. 66. num. 11. Troilus Maluetius de canonizatione sanctorum dub. 2. num. 3.* prosequutique nos fuimus in nostro *Apologetico* pro Ecclesia Iuuenacen. *num. 127. & à num. 343. ad finem vsque tractatus post 3. partem nostrarum responsionum.* Adeo quidem quod, vt Augustinus contra Manichęos loquitur in *can. palam est, quod in re dubia 9. distinct. 11.*

Episcoporum successio ab ipsis Apostolis firmissimum est Ecclesię Dei indicium, quod apud hæreticos non est. verba sunt Augustini: *Palam est, quòd in re dubia ad fidem valeat auctoritas Ecclesię, quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibi met Episcoporum serie, & tot populorum consensione firmatur.* videndus *Alzedus in praxi Episcopali cap. 7. num. 3.* Sunt enim instituti iure diuino. *& cap. 11. num. 46. & 47.*

Episcopi quasi signum ad sagittam positi sunt. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. qualiter, & quando. 24. § licet autem hoc sit obseruandum. extrà de accusationibus.* de Episcopis loquens; *Licet autem hoc sit obseruandũ in subditis, diligentius tamen est obseruandum in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere, cum ex officio suo teneantur non solum arguere, sed etiam increpare, quin etiam interdum suspendere, non numquam verò ligare, frequenter odium multorũ incurrunt, & insidias patiuntur.*

Episcopi Columnæ dicuntur Ecclesię. Ideo maximè æstimandi: *ne concussis columnis corruat ædificium.* vt Innocentius Tertius in Concilio Generali dixit in *cap. qualiter, & quando 24. §. & ideo Sancti Patres prouide statuerunt. de accusationibus.* eodemq; modo eos nuncupauit Hieronymus in *can. Moyses amicus Dei 6. in fine 8. q. 1.* de his loquens, qui Episcopos ex affectu eligere tentant, non ex merito, dicens: *Vt non quęrant eos in Ecclesia erigere Columnas, quos plus cognoscant Ecclesiæ prodesse: sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit, & (vt deteriora taceam) qui, vt Clerici fierent, muneribus impetrarunt.*

Episcopi, quia officio suo defungi eos oportet. vt paulo antè ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. qualiter, & quando 24. §. licet autem hoc sit obseruandum. de accusationibus.* diximus, quandoque accusantur, ex odio videlicet eorum, qui reprehenduntur. ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus 23. §. Hinc propter sacerdotum auaritiam.* ibique *Gloss.* verbo *accusantur. distinct. 93.* & ex Synodo Romana in *can. si quis Episcopus, præsbyter, aut diaconus 50. 2. q. 7.* quo loco accusationem, illaudabilis intẽtionis. genus appellat. ibique *gloss.* verbo *illaudabilis intentionis.* dicens: *præsumitur semper, quod inuidię causa fiat accusatio.* ex Anacleto Papa in *can. si omnia in hoc seculo 7. 6. q. 1.* dicente: *& plus inuidiæ stimulis agitantur, quam charitatis.* qui accusant.

Episcopus nullam secũ habere debet mulierẽ, nec etiam consanguineam, Augustini exemplo dicentis, rationemque reddentis: Quæ

cum

cum sorore mea sunt, sorores meæ non sũt. vt sequitur Gregorius in *can. legitur*, *quod beatus Augustinus 25. distinct. 81.* qui in fine sic infert consequentiam: *Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.*

Episcopus caput est sui Capituli. vnum enim corpus efficiunt. ex Alexandro Tertio Hierosolymitano Patriarchæ in *cap. nouit tuæ discretionis prudentia 4. in principio de his, quæ fiũt à prelatis sine consensu capituli.* & dicit *gloss.* in *cap. irrefragabili constitutione sancimus 13.* qui est Innocentii Tertii in Concilio Generali *3. excessus tamen Canonicorum.* verbo *per capitulum. paulo post principium vers. sed quomodo deuoluitur potestas indicandi. de officio Iudicis ordinarii. Bellencinus de charitatiuo subsidio q. 66. n. 51. Rota* apud Sanctæ memoriæ *Gregorium 15. decis. 284. nu. 2.*

Episcopus malus, nomen tantum habet Episcopi, non rem. præsertim schismaticus. ex Pelagio Papa in *can. quali nos de gloria vestre sinaus iudicio gratulemur. 44. post principium 23. q. 5.* Quam ob causam, Episcopi nomen io vacuom tenet, qui non curat subuenire pauperibus, & necessitatem habentibus. ex Gregorio Secundino seruo Dei in *can. fratrem nostrum Marinianum Episcopum 6. distin. 86.* qui de Episcopo sequentibus verba facit: *Non sibi credat solam lectionem, & orationem sufficere, vt remotus studeat sedere, & de manu minime fructificare: sed largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: Quia si hæc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet.* Equidem nomen non facit Episcopum, sed vita. vti Gratianus in *can. plerumque boni viri 27. §. de his etiam illud Anacleti intelligitur. 2. q. 7.* in nouissimis verbis infert, dicẽs: *His ita respondetur non omnes prelati pro pralatis habentur. Nomen enim non facit Episcopum, sed vita.* Rationem tene ex Hieronymo ad Heliodorum de vita solitaria in *can. non omnes episcopi 29. eadem 2. q. 7.* dicente: *Non omnes Episcopi sunt Episcopi. Attendis Petrum; sed Iudam considera* inferens demum. *Infatuatum sal ad nihilum prodest, nisi vt proiiciatur foras, & à porcis conculcetur.* Quare omnia, quę habet Episcopus, sunt pauperum. ex Ambrosio ad Marcellinam sororem in *can. conuenior ipse à comitibus 21. post principium. 23. q. 8.* illis verbis: *Quamquam omnia, quæ mea sunt, essent pauperum.*

Episcopus pater est pauperum, atque viduarum, & oppressorum defensor. ex Gelasio Papa Gerontio, & Petro Episcopis in *can. licet omnibus de nobis sperantibus. 1. cum aliis sequentibus. distinct. 86.* sequitur *Baldus in l. pracibus 8. num. 48. C. de Impuberum, & aliis substitutionibus.* Ad ipsum igitur, tamquam ad patrem, cura filiorum pertinet. & hoc propter ipsam naturam, & leges, quæ à parentibus alendos esse liberos imperauerunt. vt Iustinianus expterit Cesar in *l. cum non solum in maternis rebus 8. sine finali §. ipsum autem filium C de bonis, quæ liberis in potestate patris constitutis, ex matrimonio, vel alias acquiruntur, & eorum administratione. Ioannes Bertachinus de Episcopis lib. 4. part. 4. num. 50. Fuscus de visitatione lib. 1. cap. 13. num. 7.* ex Innocentio Tertio Comiti Tolosanen. in *cap. super quibusdam mandatorii articulis 26. in finalibus verbis de verborum significatione.* ibique *gloss.* finalis verbo *viduis.* diximus plene *respons.* nostra *20. nu. 22. & sequentibus part. 1.* vnde Pauperum Procuratores Episcopi vocantur per Augustinum ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obiiciunt. 3. circa finem 23. q. 7.* qui sic fatur: *Si autem priuatim, quæ nobis sufficiunt, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, nos proprietatem nobis vsurpatione damnabili vendicamus.* ibique *glos.* verbo *procurationem.* vnde est, quod

Episcopus nomine pauperum venire potest, ac venit in his, quæ spectant ad pauperes. Institutis itaque pauperibus Episcopus in possessionem mitti debet bonorum eis relictorum, sicuti eorum procurator. *Bald. in l. si quis ad declinandam legem Falcidiam 47. num. 6. C. de Episcopis, & clericis. Menochius de adipisc. possessione remedio 4. nu. 259. 262. & sequentibus. & nu. 267.* plura deduximus *d. respons.* nostra *20. num. 38. & sequentib part. 1.* Poterit proinde episcopus tempore caritatis annonæ diuites cogere, vt pauperibus eleemosynas erogent, atque ad vendendum bona peregrinis aduenientibus ex Concilio apud Valentiam in *cap. 1. de emptione, & venditione, Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 82. num. 4. & 5.* plura deduximus *respons.* nostra *18. d num. 70. cum sequentibus part. 3.* ex Concilio Aurelianen. 1. in *can. Episcopus pauperibus, vel infirmis. 1. distinct. 82.* Debet enim Episcopus in sua ditione inquirere eos, qui necessitatem habent, vt eis subueniat, in quantum facere poterit. & sequitur Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 35. num. 2. vers. vnde Episcopus. & cap. 38. num. 2.* vbi etiam *Victorellus* addens. Quia nimirum Episcopus maioris charitatis vinculo tenetur. *Alzedus in praxi Episcopali cap. 5. nu. 100. ad 107.*

Episcopus dispensator est bonorum Ecclesię. poterit proinde capere pro suis necessitatibus, atque alijs distribuere. ex Vrbano Papa in *can. videntes autem summi sacerdotes 16. 12. q. 1.* & ex Cõcilio Martini Papę in *can. Episcopus habeat potestatem 7. 10. q. 2. Abbas consil. 34 col. finali ad quartum in fine par. 1.*

Episcopus Illustris dicitur persona. vnde propter dignitatis prærogatiuam ampliori conuenit honore prefulgere. ex Bonifacio Octauo in *cap. & si sententia diffinitiua 5 sine finali* ibique *Glos.* verbo *illustrium de sententia, & re indicata in 6.* & à Leone Cæsare in *l. nulli licere decernimus 28. C. de episcopis, & clericis.* Vir reuerendissimus Episcopus nuncupatur. & à Iustiniano Augusto in *l. generaliter sancimus omnes viros reuerendissimos episcopos 50. eodem de episcopis, & clericis.* Quin Serenissimus dicitur Episcopus ex Clemente Quinto in Cõcilio Viennen. in *Clementina in plerisque Ecclesijs 5. de electione:* Serenitatem Pontificalis dignitatis Episcopatum appellans. ibique

Cat-

Cardinalis: quia nihil ea dignitate clarius, nihil dilucidius, nihil beatius esse potest. Sequiturque *Bernardinus Bonuinus de præstantia episcoporum par.1. nu.60. & par.2. num.3. & 7.* Habetur enim Episcopus pro Marchione, Comite, & Rege, & nobilitat suos consanguineos, & est maior presbytero Cardinali, quò ad ordinem. vt *Gloss.* Inquitur in *can. quãquam secundum honorum vocabula* 34. verbo *Augustinus in fine* 2. q.7. ibique *Glossella* Marginalis rationem reddens: Quia *Episcopi dicuntur Summi Sacerdotes*. sequitur *Gratianus forensium disceptationũ par.3. cap.590. n.15.16. & n.24.* & à Leone Papa ad Episcopos Africæ in *can. illud sanè 4. in fine dist.80.* Sacerdotale fastigium nuncupatur. Maximus proinde debetur eis honor, etiam per Reges, & Imperatores. diximus in nostro *Apologetico* pro iuribus Ecclesiæ, Romæ presso *respons.1. nu.22.23. & sequentibus. Alzedus in praxi Episcopali cap.10. nu.55.56. & sequentibus.* eosque etiã Illustrissimos nuncupari dicit *nu.66. Episcopi enim dicuntur Sanctissimi. Christi legati existunt, spirituales sunt patres, nostrique fratres, & coepiscopi, Columna comprobantur Ecclesia.* verbis dicimus Clementis V. in Concilio Viennen. in *Clement. t.5. nec super hęc quisquã miretur de pęnis.* Ne vilescat igitur Dignitas Episcopalis curare debet summus Romanus Põtifex. vti fecit Innocentius III. in Concilio Generali in *cap. accedentibus ad nos 12. de excessibus Prælatorum, & subditorum.* Meritò, ne vilescat auctoritas dignitatis Episcopalis idem Innocentius Tertius in *cap. qualiter, & quando 17. de accusationibus.* Episcopo Versellen, & Abbati de Tileto delegatis Apostolicis mandauit sequentibus: *Ita videlicet, vt inueniatis occasionem aliquam congruentem, per quam, ne vestra vilescat auctoritas, quantò cautius, & prudẽtius poteritis, supersedeatis ad pręsens: quoniam ex his, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi.* Ita, quoq; Bonifacius Octauus in *extrauaganti debent superioribus suis 1. de officio Iudicis ordinarii inter extrauagantes communes*, qui circa finem §. *attendentes quoque* sic ad rem infert nostram: *Attendentes quoque quod id Episcopali non modicum detrahit Dignitati, si ab Episcopo, qui dignitatem propriam suo ingenio augere debet, comites honoris sui causa adhibiti abducantur.* Curare itaq; debent Episcopi, ne Episcopalis Dignitas, quæ Dei est, vilescat.

Episcopus de bonis propriis, & ante Episcopatum acquisitis, & quę non ratione dignitatis acquisiuit, testari licitè potest, atque ad sui libitum voluntatis, cui magis placuerit, relinquere. ex Gregorio IX. Antonio Subdiacono de Episcopo Atellarum scribente in *cap.1. de testamentis.* ibique plene *Couarruias nu.7. & 9.* Poterit proinde bonorum suorum inuentarium conficere. & ita decretum fuit in Concilio Agathensi in *can. Episcopi de rebus propriis 19. 12. q.1.* Nam ex Concilio Martini Papæ in *can. manifesta autem debent esse 20. eadem 12. q.1.* Res propriæ Episcopi importunitatem pati non debent pro rebus Ecclesiæ: *Vt nec Ecclesia incurrat damnum, nec Episcopus in suis rebus pro rebus Ecclesiæ proscribatur.* pariterque ex Canonibus Apostolorũ statutum fuit in *can. sint manifestę res propriæ Episcopi 21. eadem 12. q.1.* Ne sub occasione Ecclesiasticarum rerum ea, quæ Episcopi esse probantur, intercidant. & ita quoque statutum fuit in Concilio Carthaginen Tertio in *can. placuit, vt Episcopi 1. cum aliis sequentibus 12. q.3.* respondit que Gregorius Deusdedit Episcopo in *can. nulli dubium est 1. & sequentibus. 12. q.5.* notatque plene *gloss. d. can. si manifestę res propriæ Episcopi 21.* verbo *probantur. 12. q.1.* Probabit ergo Inuentarium ab Episcopo factum de bonis antè Episcopatum. ex *Innocentio in cap. cum in officiis 7. nu.4. de testamentis.* præsertim verò si inuentarium fiat cum licentia Nuntii Apostolici, & cum iuramento Episcopi. *Rota apud Card. Caualeriũ decis. 606. in principio & num.11. Gamma decis. 913. sub nu.2. Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat. 114. num.15. Alzedus in praxi Episcop. cap.14. nu.14.*

Episcopus itaque, si de rebus patrimonii sui expensas fecit in Curia, vel alibi pro vtilitate Ecclesię, poterit illud totum repetere ex bonis Ecclesię. *Bellencinus de charitatiuo subsidio q.49. nu.5.* Quemadmodum Episcopus testari poterit de bonis, quæ acquisiuit ex his, quæ sibi dantur ab his, qui sacris ordinibus initiantur. ex *Couarruuias d. cap.1. de testamentis sub nu.11. vers. sed si rationem in fine. Barbosa d. allegat. 114. num.10. Alzedus d. cap.14. in praxi. num.4. & nu.42. & 43.*

Episcopus ex proprio tenetur Ecclesiæ, si illa ex sua negligentia damnum passa est aliquod. ex Concilio Bracharensi Tertio in *can. quicumque sub hoc neglectu 2.* ibique *glos.* verbo *neglectu 12. q.4.*

Episcopi, quia eos quotidie vel celebrare, vel missam audire decet, & sine ea, causa alias nõ disponente, transire diem non oportet, iter facientes possunt in altare portatili celebrare, vel facere celebrare. ex Bonifacio Octauo in *cap. quoniam Episcopi 12. sine finali de priuilegiis in 6.* Neque decreto huic derogatum fuisse per Sacrosanctam Synodum Tridentinam in decreto de obseruandis, & vitandis in celebratione missarum *sessione 22.* per sacram Congregationem responsum fuit. refert *Pater Ioannes Valerus Carthusianus de differentiis inter vtrumque forum* verbo *Missa. differentia 2.* amplians etiam ex causa valetudinis. Poterit proinde Episcopus, vel ante auroram, vel post meridiem dicere missam, vel coram se celebrari facere. secundum *Gloss.* eodem *cap. finali.* verbo *indulgemus in fine* ibique *Barbosa nu.5. in fine de priuilegiis in 6.* Idem *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 23. nu.5.* hoc verò ex Concilio Triburiensi in *can. missarum solemnia 12. de consecratione dist.1.* sequentibus nempè Sacrum Concilium: *Missarum solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebrãda esse censemus.* & ex eodem Concilio in *can. concedimus etiam 30. eadem de consecrat. distinct.1.* dicente Concilio: *In itinere verò positis, si*

*Ecclesia defuerit, sub dio, seu in tectoriis, si tabula altaris consecrata, cęteraque sacra misteria ad id officium pertinentia ibi adfuerint, missarum solẽnia celebrari concedimus*. prosequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.1. lib.10. cap.25.quęst.5.* vide *Alzedum in praxi Episcopali cap.13. num.1. cum sequentibus. Nauar manuali cap.25.nu 85. decimo nono peccat &c. Herriquez in summa lib 9.cap.24.§ 5.*

Episcopus, & si modum excesserit in corrigendo, non propter hoc petere debebit veniã à subditis, quos correxit, ne vilescat eius auctoritas. ex Augustino de vita Clericorum in *can. quando necessitas disciplinæ 4. distinct.86.* verba sunt Augustini: *Non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regẽdi frangatur auctoritas*. Rationem defert *gloss.* ibidem verbo *frangatur auctoritas*. Quia sæpè nimia familiaritas contemptum generat sequutaque fuit *gloss.* in *can. qui peccat, non peccat legis auctoritate 40. in fine 23.q.4.* verbo *modus* super verbis illis Augustini: *Culpantur etiam, qui prohibent à malo: si modum peccati modus corrections excedas.* dicens & ipsa: *non tamen propter hoc debet petere veniam à subditis, quos correxit. vt 86. distinct. quando.*

Episcopus in administratione suæ Ecclesiæ magis est, quam tutor; quia nimirum inter se differunt, licet analogiam, atque proportionem aliquam inter se habeant. Tutor enim est temporalis; Episcopus vero perpetuus est, donec videlicet vixerit: tutor pupilli bonis non vtitur, Episcopus vero bonis Ecclesiæ vtitur. Tutela est onus. Prælatura vero honor, & Episcopatus dignitas, atque suprema dignitas. Episcopus præterea liberã habet, & generalem administrationem in bonis Ecclesiæ, & potest ex fructibus disponere, atque donare. prosequitur *glo.* in *can. quia Episcopus 3.* verbo *quia Episcopus. 5.q.3. in fine*. Accedit, quod respõdit Alexander Tertius Vigorien. Episcopo scribens in *cap. cęterum si Abbatem 3 de donationibus.* ibique *gloss.* verbo *ratum*. de Abbate verba facientes.

Episcopus potest cogere Clericum vt ad maiorem transeat locum. *gloss.* in *can. Episcopus de loco ignobili.37. in fine* verbo *gradus in fine.7. q.1.* ex Cœlestino Tertio Faustino Episcopo in *cap sicut vnire Episcopatus.8. de excessibus prælatorum & subditorum.*

Episcopus in Ecclesia est, & Ecclesia in Episcopo, dictum ergo de Ecclesia & de Episcopo exauditur. ex Cypriano ad Florentium Puerppianum in *can. scire debes Episcopum in Ecclesia esse 7.* ibique *gloss.* verbo *in Ecclesia 7. q.1.* deducitur ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina quamuis ex sacris canonibus sit.1. paulo post principium. de foro competenti*. Quatenus iniuriam factam Episcopo Ecclesiæ factam exaudit. ibique *Cardinalis*. & *Bonifacius Vitalinus*. plura deducit Episcopus *Gennensis in sua praxi Episcopali cap.22. de immunitate Ecclesiarum. nu 8.*

Episcopus in dubio sequi debet, quod Romana Ecclesia seruat, vel sequi potest, quod laudabiliter eius prædecessores sequuti fuere. ex Innocentio I. ad Decentium Episcopum Eugubinum in *can. quis nesciat, aut non aduertat. 11. sine finali distinct. 11.*

Episcopi scripto stabitur in his, quę ad eius spectant officium, si scriptura eiusdem subscriptione roboretur. ex Concilio Africano in *can. placuit, vt si quando Episcopus 3. sine finali 6.q.2.* ibique *gloss.* verbo *sibi soli*. ex Decreto Honorii Papæ in *can. Cur ẽ sit omnibus Episcopis 20.11. q.3.*

Episcopi proinde affectioni in litteris ordinũ asserentis se alienum diœcesanum ordinasse cum sui Episcopi dimissoriis, stabitur. notatur in *cap. Albericus miles 43.* ibique *Cardin. col.1. & 2. de testibus & attestationibus. Carolus de Grassis de effectibus Clericatus effectu 1. num. 638.* sequiturq; *Barbosa de officio, et potestate Episcopi allegatione 8. num.19. Alzedus in praxi Episcopali cap.12. nu.43. & nu.41.* vbi docet, quod in causis Ciuilibus, etiam sine Iuramento, creditur Episcopo. In Criminalibus verò soli Episcopo non creditur. ex *gloss.* in *summa* verbo *quod autem, & can. si tantum Episcopus 2.6.q 2.*

Episcopi sibi inuicem mutuum debent præstare auxilium, & pacem inuicem firmiter tenere. ex Innocentio Secundo in *can. pręcipimus, vt Episcopi 11. distinct.90.* ibique *gloss.* verbo *præcipimus*. ex Alexandro Papa in *can. nulli dubium est.5. §. qui autem ex vestro collegio fuerit 3.q.1.* refertque *gloss.* in *d. can præcipimus. d.* verbo *præcipimus*. Quod mortuo Episcopo, vel infirmo vicini Episcopi tenentur supplere defectum Episcopi. ex Nicolao Papa Aluino Iannensi Archiepiscopo in *can. Pontifices, qui aliqua occupantur infirmita e 4. 7. quæst 1.*

Episcopus habet intentionem fundatam de iure quoad quartam decimarum, ex Parochialibus Ecclesiis sibi debitam. ex Honorio Tertio Episcopo Assisiaten in *cap. conquęrente œconomo Monasterii 16. §. nos autem inspectis probationibus. de officio Iudicis ordinarii* ibi: *Quartam decimationum*. ibique *gloss.* verbo *decimationum*. colligitur ex Alexandro Tertio Salernitano Archiepiscopo in *cap. de quarta decimæ 4. de præscriptionibus*. Quatenus probat potuisse quartam decimæ Episcopo debitæ præscribi per Clericum quadragenariæ pręscriptione. habet igitur Episcopus fundatã intentionem suam quoad quartam decimarum, nisi quadragenaria pręscriptione impediatur. Nec diuersimode ex Innocentio Tertio Cæsaraugusten. Episcopo in *cap. cum olim 19. de censibus, exactionibus. & procurationibus.* ibique *gloss.* verbo *quartæ omnium*. paterque. ex Gelasio Papa ex Epistola ad Episcopo per Lucaniam, & Brutios in *can. quatuor autem tã de reddito. 27. 12.q.2.* sequitur *Rota* apud Sanctę memoriæ *Gregorium 15. decis.519.* ibique *Beltraminus* Addens *num.4.* & *part.1. in recentioribus decis.485. nu.1.* & apud Card. *Caualer. decis 289 in principio. & decis.487. nu.1.* & apud *Duranum decis.320. num.2. part.2.*

Episcopus verò intentionem suam fundatam habet

habet directè decimas exigendi ex prędiis, quę in nullius Parochialis finibus sunt. ex Alexandro Tertio Brixien Episcopo in *cap. quoniam à nobis solicitudo tua requisiuit* 13. *de decimis*. §. *alioquin ipsas &c.* ibique *Doctores*. *Rota in recentioribus part.* 2. *decis.* 262. *nu.* 4. *& apud Coccinum decis.* 237. *num.* 2. & *decis.* 254. *nu.* 1. *& sequentibus*. & *decis.* 485. *nu.* 1. & apud *Card. Caualer. decis.* 648. *per totam*.

Episcopus dicitur habere coæquale ius ad decimas pro sua quarta cum Rectoribus Ecclesiarum, & dicitur Ius reale fundatum in ipsis terris cum iuris assistentia. ex *Rota part.* 1. *in recentioribus d. decis.* 485.

Episcopus fundatam, intentionem sua habet quoad Iurisdictionem, & potestatem visitandi quoad omnes, qui in sua sunt diœcesi, & quoad omnes Ecclesias. ex Aurelianensi Cōcilio I. in *can. omnes basilicæ, quæ per diuersa loca*, 10. 16. *q.* 7. Rationem reddit Bonifacius Octauus in *cap. cum personæ Ecclesiasticæ* 7. *de priuilegiis in* 6. in fine sic inferens: *Cùm de iure comuni Ordinariorū intentio sit fundata, sua iurisdictione vti posse liberè in eosdem; donec de præscriptione canonica (vt pręmissum est) fecerint plenam fidem.* Ius comune autem est in *d. can. omnes Basilicæ*. vt *gloss.* ibidem aduertit verbo *iure comuni*. In hoc enim sufficit Episcopo possessio vniuersalis ob iuris assistentiam, vt mādatum obtineat de manutenendo. ex eodem Concilio Aurelianen 1. in *can. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant* 16. 18. *q.* 2. ibique *gloss.* verbo *in Episcoporum*. quæ sic infert rationem. *Ad Episcopum enim pertinet omnis cura diœcesis, tam in monasteriis, quàm in aliis Ecclesiis*. ex Concilio Antiocheno in *can. per singulas prouincias Episcopos* 2. 9. *quęst.* 3. dicente Concilio Rationem: *Vnumquemque enim Episcopum oportet habere suæ diœcesis potestatem, vt regat, & gubernet secūdum competentem singulis reuerentiam, quę sub ipsius est Ciuitate: ita vt etiam ordinare ei presbyteros, & diaconos probabili iudicio liceat, & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione, & pōdere disceptare.* Nec diuersimode disposuit, respondítque Episcopo Assisaten Honorius Tertius in *cap. conquærente œconomo Monasterii* 26. §. *nos autem de officio Iudicis ordinarii*. atque Innocentius Tertius Abbati, & Conuentui Farfen in *cap. cùm venerabilis frater noster*. 7. §. *quia igitur nobis constitit. de religiosis domibus, vt Episcopo sint subiecta*. Rota *part.* 1. *in recentioribus decis.* 171. *nu.* 7. *& decis.* 156. *num.* 4. & apud *Card. Mantica decis.* 322. *nu.* 1. *&* 2. Reprimetamen, si in dubium vertatur, an in diœcesi sit locus, de quo dubium venit. ex Rota *apud Cardin. Seraphinum decis.* 1278. *nu.* 1. *& num.* 4. vel si exercitium Iurisdictionis turbidum fuerit, *Rota apud Card. Caualer. decis.* 194. *& in Burgen Iurisdictionis coram Otauo decis.* 105. *nu.* 1. *& sequentibus post primum volum. consiliorum Farinacii*. Rota apud *Gregorum* 15. *decis.* 304. ibique *Beltraminus*. *Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 736. *num.* 3. *cum sequentibus*. Etiam quoad Cappellanos Regios, & Cappellanos triremium, quia absolutam Iurisdictionem suam obtinet in omnes, qui in sua sunt diœcesi Ordinarius. *Nauar. cons.* 4. *lib.* 2. *de foro competenti*. sequutusque fuit Regens *Constantius in tres libros Codicis in l. vnicam C. de classicis lib.* 11. *num.* 16. *&* 17. *& in l. vnicam C. de palatiis, & domibus dominicis. num.* 20. 21. *Ricius in praxi Cappellaniarum resolut.* 346. *num.* 3.

Episcopus diebus Dominicis, & festis solemnibus diuinis interesse debet, nisi infirmitate præpeditus fuerit. ex Concilio Aurelianen primo in *can. Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus* 5. *de consecratione distinct.* 3. ibique *gloss.* verbo *deesse*. *Abbas in cap. magnæ deuotionis* 7. *col.* 5. *nu.* 11. *de voto, & voti redemptione Viuius decis.* 88. *num.* 2.

Episcopus quoque debet per se ipsum ordines conferre, atque pontificalia exercere, vt residere dicatur, atq; pręcepto diuino, ad quod tenentur, facere satis. Ex Gregorio Anthemio Subdiacono de Pimenio Amalphitanæ Ciuitatis Episcopo in *can. peruenit ad nos* 20. 7. *q.* 1. *Sanctarellus variarum resolutionum q.* 1. *nu.* 7. *vers. obiicies sexto, & q.* 2. *nu.* 3. *in* 4. *obiectione*. Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 4. *nu.* 5. *&* 6. *Barbosa in collectanea ad Tridentinum sessione* 23. *cap.* 3. *de reformatione.*

Episcopus in quacumque Ecclesia suę diœcesis, etiam exempta, pontificaliter celebrare potest, atque populo benedicere, atque corā se celebrari facere. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina Archiepiscopo per quæuis loca exempta* 2. §. *simili modo concedimus Episcopo. de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum*. ibique *glos.* verbo *etiam celebrare*. ibidemque *Cardinalis Zabarella num.* 5. *vers. quinto quæro. & Imola num.* 4. *&* 10. Poterit proinde sedem Pontificalem ad diuina celebranda ibi constituere. sequitur *Bonifacius Vitalinus* ibidē *n.* 30. *vers. ratio decidendi*. & ita decretū fuit per Rotam in vna *Mediolanen. Iurisdictionis* 30. *Ianuarii* 1609. *coram Pegna part.* 2. *in recentioribus decis.* 238. *num.* 2. *&* 3. pro Eminētissimo Cardinali Federico Borromeo Sancti Caroli fratre Consanguineo aduersus Abbatem, & Monachos Monasterii Sancti Ambrosii.

Episcopus intentionem fundatam habet quoad beneficiorum collationem in sua diœcesi existentium. ex Aurelianensi Concilio in *can. omnes Basilicæ, quæ per diuersa loca* 10. 16. *q.* 1. Alexander Tertius Cantuariensi Archiepiscopo, & eius suffraganeis in *cap. ex frequentibus querelis didicimus* 3. *de Institutionibus*. Quod sane procedit etiam quoad Beneficia secularia in Ecclesiis regularium existentia. ex eodem Concilio Aurelianen Primo in *can. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant* 16. 18. *q.* 2. Rationem reddit *gloss* ibidem verbo *in Episcoporum*. dicens: *Ad Episcopum enim pertinet omnis cura diœcesis, tam in monasteriis, quam in aliis Ecclesiis*. & de iure comuni Beneficiorum omniū collatio ad Episcopum spectat. *Abbas in cap. cum Ecclesia Vulterrana* 31. *nu.* 8. *in fine de electione*. *Rota pars.* 2. *in recentioribus decis.* 138. *nu.*

2.& 5.& *decis.*628.*num.*1. & *decis.*756. *num.*4. Qnisquis igitur aduersum venire voluerit, probatione id ostendere debebit. *Rota apud Coccinum decis.*385.*nu.*2.Ideo, qui ab Episcopo beneficiũ obtinet, manuteneri interim in possessione debet,donec ille alter de iure docuerit eius,qui contulit. *Rota apud Cardin. Caualerium decis.*193. quæ est etiam in *recentioribus part.*2.*decis.*382. & apud eundem *Caualer.decis.*523. *num.*2. *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.*53.*nu.*1. *& sequentibus.* Rota apud *Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.*14.*num.*4. Reprime in Beneficiis in Collegiata existentibus,si illa fuerint exempta.*Rota in Gerũden. Cappellania* 4.*Iulii* 1646. *coram Bichio decis.*150.*num.*4.*&* 5.*in nouis additis ad praxim Viuiani de Iure patronatus.* Nec poterit Episcopus beneficia quęcumque in Curia Romana vacantia cõferre.ex Clemente Tertio, siue quarto in *cap. licet Ecclesiarum* 2. *de præbendis, & dignitatibus in* 6. sequitur *Alzedus in praxi Episcopali part.*2.*cap.*9.*nu.*26. Limita si beneficia sede Romana vacante vacauerint. quia tunc omnia cessant impedimenta.*num.*27.28.*&* 29.*eodem cap.*9 *apud Alzedum.*

Episcopi non quæ sua sunt,sed quæ Iesu Christi quęre debent. ex Concilio Lateranen in *cap. cum Apostolus se, & suos,*6. *in fine de censibus,exactionibus, & procurationibus.* meminitq; Stephanus Papa Archiepiscopo Rauennati scribens;in *can. nosse tuam fraternitatem volumus* 12. *distinct.*63. Nam Episcopi non dominantes in Cleris esse debent, sed forma facti gregis ex animo.vti *Petrus* 1.5.3. nos docuit. & dixi Gratianus in *can. duæ sunt eleemosynę* 13 5.*ex his omnibus apparet.in fine distinct.*45. & sequitur ex Gregorio in *can. sunt namque non nulli* 14. *& sequentibus eadem distinct.*45. admonuitque Episcopos Cabylonense Concilium eadem Petri verba proferens in *can. dictum est* 3.*distinct.*94. deducitque Hieronymus ad Nepotianum in *can. esto subiectus Pontifici tuo* 7.*distinct.*95.dicens: *Episcopi sacerdotes se esse nouerint,non Dominos,honorent clericos quasi clericos,vt & ipsis à Clericis,quasi Episcopis, honor deferatur.* & Concilium Bracharense secundum in *can. placuit vt nullus Episcoporum* 1.*in fine* 10.*q.*3.verba damus Concilii: *Similiter & parochiales Clerici seruili modo in aliquibus operibus Episcopo seruire non cogantur; quia scriptum est: Neque vt dominantes in Clero.*quin

Episcopus debet portare, atque suscipere infirmitates populi,easque alleuare,atque abolere. ex Ambrosio in *can. quæ dignior domus* 26.*circa finem* 5.*nam sicut corporeas infirmitates.* 24.*quæst.*1.Quia Episcopus est caput, pastor, & Dominus omnium presbyterorum, & Clericorum suæ diœcesis. *Vitalinus in Clement.*1.5.*adhuc.num.*24. *de præbendis. Triuisanus decis.*18.*num.*10.*part.*1.*Alzedus in praxi cap.*9.*num.*39.*&* 40.*num.*57.*& cap.*10.*num.*2. Debent proinde Episcopi presbyteros,quasi filios, & fratres benigna, atque fraterna charitate fouere. ex Alexandri Tertii monitione in *cap.*1.*in principio de excessibus prælatorum & subditorum.*& rursus cum charitate corrigere: Decetque eos inferre humiliter,quod docent,& paterna subiectos dilectione fouere. vti Bonifacius Octauus verba facit in *extrauaganti debent superioribus suis* 1.*in principio. de officio Iudicis Ordinarii inter comunes.* Hinc est illa ratio, Cur Episcopus ad altare accedens mitram deponit, & baculum, cum verò se iterum conuertit ad populum comminationis suę resumit insignia? Respondet Gregorius in moralibus in *can. disciplina, vel misericordia multum destituitur* 9.*circa finem* 5. *tanta fuit pietas.distinct.*45.sic dicens; *Vtrobiq. legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deum precibus,causam Dei apud populum gladiis allegauit.* de Mose loquens.ibique *Gloss.* verbo *allegauit.* in fine. concinitque Zaccharias Papa in Synodo Romana in *can. nullus Episcopus.*57. ibique *gloss.*verbo *præsumat de consecrat.distinct.*1.Vnde non decet Clericos suæ Iurisdictioni subiectos beneficiis suis sine manifesta causa,& rationabili spoliare,quibus tenetur paterna prouisione consulere. vt Alexander Tertius Cantuariensi Arhiepiscopo respondit in *cap. conquerente nobis R. Clerico* 7.*de restitutione spoliatorum.* Non idcirco debet ipso sedente stare presbyterum permittere.vt in Concilio Carthaginensi 4.dictum fuit in *can. Episcopus in quolibet loco* 9. *distinct.*95. Sed deber subditos valde honorare,vt filios. Nõ debet tamen pati, vt contemnatur.in *can. Episcopus in Ecclesia* 10.*dist.*95.ibique *gloss.* verbo *collegam se.* Sunt enim honorabiliora membra Episcopi. ex Concilio Bracharensi Tertio in *can.cum beatus Apostolus* 8.*in fine dist.*45. *Alzedus in praxi Episcopali cap.*5.*num.*53.54.*&* 55.*& cap.*6.*num.*21.*& cap.*12.*nu.*6.

Episcopus, qui Clericos non corrigit, populũ corrigere non potest. ex Ambrosio in *can. quid autem ego vos arguo.* 23, 8. *quæst.*1. dicent enim: *Quomodo possum corrigere filios, cum fratres emendare non possim? aut qua fiducia succenseam laicis, cùm à consortibus timoris verecundia conticescam?* Non tamen debet propterea Episcopus odio, vel inuidia quemquam ex Clero humiliare, nec alios gratia fauoris sublimare.ex Hispalẽsi Concilio secũdo, cui Isidorus interfuit in *can.sexta actione comperimus* 1.*circa medium* 15.*quæst.*7.Nam ex decreto Sacri Tridentini Concilii *sessione* 23.*c.*1. *de reformatione.* Episcopi *se pastores,nõ percussores esse meminisse oportet, vt non in eis dominentur, sed illos tamquam filios, & fratres diligant, elaborentque,vt hortando,& monendo, ab illicitis deterreant: ne, vbi deliquerint,debitis eos pœnis coercere cogantur.*

Episcopatus non honor, sed onus est, neque statim, quod quis ad Episcopatum eligitur, statim aliis melior est. Debet itaque humiliter de se sentire.ex Hieronymo in *can. illud inferendum est* 10.8.*q.*1.

Episcopi aduertere debent,si nimis indulgentes fuerint,ne cùm ante Tribunal Christi illi pro tantis peccatis damnandi aduenerint,

Con-

contra nos causam dicturi sint, dicentes: Quod dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis eis inutiliter indulsimus, aut ipsa peccata augere permisimus: non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: (Numerorū 16.) Quia vno peccante contra omnes ira deseuit. ex Hormisda Papa in *can. si quis diaconus* 29. *in fine.* §. *verè dico distinct.* 50. timendū proinde.

Episcopus à Rege vocatus ire tenetur. ex Cōcilio Agathensi in *can. si Episcopus.* 13. *distinct.* 28. ibique *Gloss.* verbo *præceptione regia.* & verbo *regia.* Nec diuersimodè *glos.* in *can. qui resistit* 97. 11. *quæst.* 3. verbo *potestati* in fine. cuius sūt verba: *Item adhuc obiicitur de Episcopo, qui potius obedit Regi, quàm suo Metropolitano.* 18. *dist. si Episcopus. sed ibi loquitur cum præuenit mādatum Regis.* ita Gloss. licet Gloss. d. *can. si Episcopus* verbo *regia.* dicat hunc canonem loqui, *si habet feudum à rege, vel si vocetur propter negotium regni.* non, quod possit compelli, vt Hispani volunt, etiam contrà mandatum Papæ, & in pœnam. Pensanda enim sunt verba Osij Episcopi in *can. si vobis fratres charissimi placet* 28. 23. *quæst.* 8. in Sardicensi Concilio, qui petijt dicens: *Decernite; ne Episcopi ad comitatum accedant; nisi forte hi, qui à religiosis Imperatoribus, vel inuitati, vel vocati fuerint.* Quod videtur ex Alexandro Tertio Zamoren. Episcopo in *cap. cum parati essemus tuas petitiones* 19. *de appellationibus.* ibique plenè *Gloss.* verbo *in legatione Regis.* ad Papam igitur eundum est, eique parendum.

Episcopus aruspices, & sortilegos, atque idolorum cultores potest verberibus castigare, si serui sunt; si vero liberi, inclusione digna, districtaque sunt in pœnitentiam redigendi. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. contra idolorum cultores* 10. 26. *q.* 5. ibique *gloss.* verbo *verberibus.*

Episcopus venator esse non debet. Nam (vt Beatus ait Hieronymus) Venatorem numquam legimus sanctum. ita Nicolaus Papa in *can. quorundam relatione fidelium* 1. *dist.* 34.

Episcopi pro defensione gregis voce libera huius mūdi potestatibus contraire debēt, eisque ex aduerso stare. ex Gregorio in *can. sit rector discretus* 1. §. *hinc namque eos distinct.* 43. Et pro suarum Ecclesiarum defensione quæcumque pericula subire. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen. eodem Sacro præsente Concilio, ad memoriam sempiternam in *cap. ad Apostolicę dignitatis* 2. ibiq; *Gl.* 1. *in additionibus de sententia & re Iudicata in* 6. Dum Federicum Secundum Imperatorem imperiali dignitate priuauit. hoc enim sub pręcepto Domini continetur: Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis. *S. Thomas* 2. 2. *q.* 185. *art.* 5. *in corpore.*

Episcopatum desiderare valde periculosum. quia nomen est oneris, non honoris. ex Augustino in *can. qui Episcopatum desiderat* 11. 8. *quæst.* 1. illis verbis circa finem: *tamen non decenter appetitur.* sequiturque *Gloss.* in *can. ante omnia peto* 7. ex eodem Augustino *dist.* 40. verbo *periculosius.* verba sunt Augustini eodem *can.* circa finem. §. *item nihil esse:* qui sic infert: *Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, aut presbyteri, aut Diaconi officio: sed apud Deū nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet.* & Sanctus Ioannes Chrysostomus in *can. multi sunt sacerdotes* 12. *eadem distinct.* 40. §. *finali.* ab experto sic & ipse infert: *Quicumque desiderauerit primatum in terra inueniet confusionem in Cælo; nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit; nec vnusquisque eorum festinet, quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non, qui maior fuerit in honore, ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.* Ita Chrysostomus. videndus *Nauar. de oratione, & horis canonicis miscellaneo* 42. *nu.* 68.

Episcopalis character per manuum impositionem, non per vnctionem imprimitur. Ponitur enim Euangeliorum codex super caput, & ceruicem eius, & vno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangūt. vt in Concilio Carthaginensi quarto in *can. Episcopus cum ordinatur* 7. *distinct.* 23. ibique *Gloss.* verbo *Codicem. Victorellus ad Toletum in Instructione sacerdotali lib.* 1. *cap.* 50. *nu.* 20. *littera B. in fine.*

Episcopus eligi debet trigesimum habens ætatis annum completum, ex legitimo matrimonio natus, grauitate morum, & litterarum scientia prædictus, quia ad curam aliorum positus in se ipso debet ostendere qualiter alios in domo Dei oporteat conuersari. ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen. in *cap. cùm in cunctis sacris ordinibus* 7. *de electione, & electi potestate.* quam constitutionem Alexandri innouauit Sacro sancta Tridentina Synodus *sessione* 7. *cap.* 1. *de reformatione. & sessione* 23. *cap.* 2. *de eadem materia. & sessione* 23. *cap.* 1. *de eadem materia, & sessione* 24. *c.* 1. Debent proinde Episcopi, etiā quoad principes seculares, etiam Regulos, & Barones tàm in Ecclesia, quàm foris suum gradum retinere, & ordinem præ oculis habere, & vbiq; se Patres, & Pastores esse meminerint. vti eadem Sacrosancta Synodus sacros canones renouando disponit *sessione* 25. *cap.* 17. *de reformatione. Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib* 6. *cap.* 5. *quæst.* 1. Card. *Toletus lib.* 1. *cap.* 61. *& lib.* 5. *cap.* 79. *num.* 3.

Episcopus ante consecrationem non dicitur verus Episcopus, sed electus, & cōfirmatus. ex *Gloss.* in *clementina dignum prorsus, & congruum* 2. verbo *Pontificum de celebratione missarum. Nauar. in man. cap.* 27. *sub num.* 67. *vers. octaua, quod Episcopus dicitur.* qui Glossam prædictam solemnem appellat. plura deducit *Felinus in cap. eam te* 7. *num.* 1. *de rescriptis. Addens* ad *Stephanum Quarantam in summa Bullarum* verbo *Concilium prouinciale sub nu.* 3. *vers. quinto quæro.* quæ additio incipit *Intel-*

lige

*lige hoc non procedere fol. mihi 174.*

Episcopus vero intra tres menses consecrationis munus suscipere debet. ex Chalcedonensi Concilio in *can. quoniam quidam Metropolitanorum 2. distinct. 75.* & innouauit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 7. cap. 9. de reformatione* addens: *& prorogationes vltrà sex menses, non suffragentur*. etiam per amissionem Episcopatus, *sessione 23. cap. 2. de reformatione.* & decreuerat antea Pelagius Papa in *can. quoniam quidam Metropolitanorum 1. distinct. 100.*

Episcoporum autem officium cõsistit in Chrismatis confectione, in frontis chrismatione, ordinum collatione, Ecclesiarum, & altariũ consecratione. vt *Glossa* deducit in *cap. quia periculosum est 4.* verbo. *quia periculosum in fine de sententia excomunicationis, suspentionis, & interdicti in 6.*

Episcopus non includitur in interdicto, vel suspensione Iuris, nisi de Episcopis expressa mẽtio habeatur. Hoc autem propter executionem pontificalis officii. vt decreuit Innocentius IV. in Concilio Lugdunen. in *capit. quia periculosum est. 4. de sententia excomunicationis, suspensionis, & interdicti in 6* Secus tamen est in excomunicatione. vt *gloss.* ibidẽ verbo *suspensionis* deducit. quia in illa priuilegiati non sunt. sequiturque *Nauar manuali cap. 27. num. 165. vers. tertio quod Episcopus non incurrit suspensionem. Lelius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis. casu 1. num. 16. versic. suspensio autem. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 3. cap. 32. quæst. 8.* Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 9. sub num. 3. & cap. 44. num. 2. & cap. 52. sub num. 1.* Hanc ob causam non compræhendetur in Constitutione in Concilio Generali Lateranen per Innocentiũ Tertium in *c. sacro approbante Concilio 48. de sententia excomunicationis extra.* neque in illam Innocentii IV. in *cap. cũ medicinalis. 1. de sententia excomunicationis in 6.* tuetur etiam *Aegidius de Conink de censuris disputat. 13. dub. 9 num. 80. & num. 85.* deduximus nos *responsione* nostra 98. *à num. 32. part. 5.* tuentes in *d. cap. cum medicinalis* compræhendi expresse Episcopos: dicẽte: *Caueant autẽ Ecclesiarum Prælati, & Iudices vniuersi.* Episcopi verò Ecclesiarum Prælati sunt. præsertim verò ex Nicolao Papa in *can. nihilo Episcopus 11. 3. quæst. 1.* vide proinde, & perpende, quæ diximus dicta nostra responsione.

Episcopus potest ex causa commutare pœnitentiam, quam Papa iniunxit. ex Leone Papa ad Nicetum Episcopum in *can. tempora pœnitudinis 2. 26. q. 7.* Rationem reddit *Glos.* ibidem verbo *tuo iudicio.* ex eo, quia *pœnitentiæ omnes sunt arbitrariæ.* & *Glossella* Marginalis ibidem dicens: *Glossam esse singularem.* ex Nicolao Papa Rhatoldo Episcopo Sanctæ Ecclesiæ Argentoratensis in *can. Latorem præsentium 15. in fine 33. q. 2.* ibique *gloss.* verbo *conuersionem.* Quod sane exaudi in foro interiori, non vero exteriori. vt sequitur *Genuensis in praxi* Curæ Archiepiscopalis Neapolitanæ *cap. 20. siue 25. de dispensationibus matrimonialibus. nu. 1.* ex *Detio in cap. at si Clerici 4. §. de adulteriis verò num. 31. de Iudiciis. & Felin. ibidem. Lodouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part. 3. casu 1. in 2. casu. vers. corroboratur hæc opinio. Ioannes Azorius Institutionum moralium par. 2. lib. 3. cap. 52. quæst. 1. Ioannes Maria Bellettus* Episcopus Hieracen *disquisitionis Clericalis tit. 1. de disciplina clericali §. 4. nu. 60.* peroptimè *Nauar.* in *manuali cap. 26. num. 22. circa medium.* ex *Glos.* supra relata *d. can. tempora pœnitudinis.* quam singularem, atque receptam appellat. *Capcauilla de casibus reseruatis part. 1. c. 12. quæst. 5.* Sicut potest Episcopus absoluere ab excomunicatione Papæ reseruata, si crimen sit occultum. ex decreto Concilij *sessione 24 cap. 6. de reformat. Lelius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu 1. num. 10. versic. 2. sciendum fol. mihi 34.* non tamen poterit absoluere vigore dicti Concilii à Casibus in Bulla Cœnæ reseruatis, cum in ipsa Bulla excepti omnino sint. Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 41. num. 7. Lodouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part. 4. casu 37. vers. vtrum autem hac. Molina de Iustitia & Iure tract. 5. disputat. 18.*

Episcopos occidentes, verberantes, mutilantes, bannientes, carcerantes, detinentes, eiicientes è suis sedibus. & hæc mandantes, aut facta ab aliis, rata habentes, vel socij in his fuerint facientis, aut consilium in his dederint, aut fauorem, seu scienter defensauerint. sunt ipso facto excomunicati, excomunicatione reseruata summo Romano Pontifici. & Ciuitas interdicto supposita. per Clementẽ V. in Concilio Viennen in *Clemẽtina si quis suadente diabolo 1. de pœnis.* & innouata fuit in *Bulla* in *Cœna Domini. §. 16.* Decreuerat Innocentius Tertius in *cap. ad aures nostri Apostolatus 10. de pœnis extra.* ibique *gloss.* verbo *restituantur.* Quo verò ad S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, atque eorundem familiares, & Papæ familiares disposuit Bonifacius Octauus in *cap. fœlicis recordationis 5. de pœnis in 6.* Exaudiendum tamen est de Episcopis consecratis, quamuis possessionem non adhuc ceperint, non de electis, & confirmatis. ex *Caietano in summa verbo excommunicatio. cap. 10.* sequitur *Capeauilla de casibus reseruatis part. 2. cap. 3. quæst. 3.* Card. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 25. num. 4. & lib. 5. cap. 8. nu. 3.* An autem, quod Episcopi Principes sint Ecclesiarum, eos ita offendentes, sicuti & S. R. E. Cardinales in crimen dedisse videantur læsæ maiestatis in personam Principis, & immunitate propterea non perfruantur Ecclesiarum, si ad illas se receperint? Affirmant non nulli apud *Farinacium de Immunitate Ecclesiastica* ad constitutionem Gregorij XIV. *cap. 14. in 1. ampliatione nu. 184. & 185.*

Episcopi, & Prælati, si sunt de aliquo collegio, locum sortiũtur, non secundum dignitatem Episcopalem, sed secundum ordinem dignitatis collegialis. ex Innocentio Tertio in *cap. postulastis 15. in fin. de cõcessione prabendæ, & Ecclesiæ non vacantis extra.* illis verbis: *nisi fortè Archiepiscopus non vt prælatus, sed vt Canonicus*

vo-

*vobiscum Ius habeat conferendi*. ibique *gloss.* verbo *sed vt canonicus*. ibique *Abbas num.8.* & ex Bonifacio Octauo in *cap. à Collatione beneficii.11. in fine de appellationibus in 6.* illis verbis: *Aliàs, si vt canonicus interfuisses in ea &c.* ibique notabiliter *gloss.* verbo *prælatus.* & ibidem *Geminianus num.6. & Francus num. 4. Rota apud Cardin. Seraphinum decis.716. & decis.1058. num.7.* nisi fortassis Canonicatus sit Episcopali dignitati connexus; secundum *Gloss. d. cap. postulastis. & d. cap. collatione. Capicius decis.27. num.27.* ibique *Petra* Addens *littera K.* sicut nos vous sumus ex Canonicis Cathedralis nostræ Ecclesiæ Iuuenacen. & in Ecclesia Capuana Archiepiscopus vnus est ex Canonicis. Distributiones vero quotidianas non lucrabitur, nisi canonicis horis interfuerit vt canonicus. ex *Gloss. d. ca. à collatione. Piasecius in praxi Episcopali part.2. cap.3. de visitatione num.12 fol. mihi 131.* vide *Mastrillum decis.130 num.1.2. & 3. & num.33. Vincentius de Anna singulari 6.* vbi *Fabius de Anna Filius.* Regens *de Ponte decis.8 num.7.* In reliquis verò Episcopi sedere debent secundum ordinationis suæ tempus. ex Gregorio Papa Sergio Episcopo Augustudunensi in *can. Episcopus secundum ordinationis suę tempus 9. sine finali distinct.17.* Rota apud *Card. Seraphinum d. decis.1058. num.7. Alezedus in praxi episcopali part.2. cap 1. nu.61.62. & 63.*

Episcopi liberam habent bonorum, atque Ecclesiæ reddit,uum administrationem. ex Innocentio Tertio Archidiacono, & Capitulo Capuano in *cap cum nobis olim,19. de electione, & electi potestate in fine.* illis verbis: *liberam administrationem ei tàm in temporalibus, quam in spiritualibus committentes.* ibique *gloss.* verbo *liberam.* ex Gregorio ad Agnellum Episcopum in *can. relatio Cleri simul, & populi Taracinensis 5. in fine 21. quæst.1.* dicente Gregorio: *Quid quid verò de prędictę rebus Ecclesiæ, vel eius patrimonio, seu Cleri ordinatione, promotioneue, & omnibus generaliter ad eum pertinentibus solerter, atque canonicè ordinare, facereque prouideris: liberam habebis (quippè vt sacerdos proprius) modis omnibus facultatem.* & ex Hieronymo ad quendam suum Leuitam in *can. duo sùt genera Christianorũ 7.12.q.1.* ibique *glos.* verbo *proprietatem. Abbas cons.31 paulo post principium. lib.1.* Dominium habet Episcopus portionis, quæ ad eum spectat redditũum. ex *S. Thoma 2.2. q.185. art.6. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.5. cap.4. num.8.9. & 10.* tenetur proinde facere eleemosynam, de his, quæ supersunt ex ad sui vsum deputatis. ex *S. Thoma eadem q.185. art.7.* Cad. Toletus paulo ante relatus *d. cap.4.*

Episcopus potest in acquirendo conditionem Ecclesiæ deteriorem facere, non verò in acquisitis, alioquin tenetur de proprio. *gloss.* notabilis in *can. illud statuendum censuimus.7. §. si ergo delictum.* verbo *meliorum in fine 16.q.6.* quæ sic infert: *Et hoc verum est in acquisitis, secus in acquirendis.* ex Iustiniani Cæsaris mente in *l. ex libris Sabinianis 12. §. fin autem ne cũ sub manibus C. de acquirenda. & retinenda possessione.* Nam aliud est non acquirere, aliud acquisita alienare. sequitur *Abbas cons.31. post principium. vers. idem dico, quod prædictis rationibus. lib.1. Federicus de Senis cons.8 sine 9.* Quid vero in legato facto Ecclesię an valeat illud Episcopus repudiare? et receptior negat posse. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.2. lib.9. cap.1. quæst.12.* Quia ex legato ipso facto dominium transit in Ecclesiam, etiam illa ignorante: & dixit *Verallus decis. 359. num.1. & 2. part.2. Sanchez de matrimonio tom.1. lib.6. disputat.4. num.13.* sequitur *Diana resolut. moraliũ part.1. tract.4. de paupertate religiosa resolut.6. vers. sed ego.* & in acquisitis loquitur *Verallus decis.128. num.3. part.2. Rota apud Card. Seraphynum decis.1417. num.3. Beltraminus ad decis.156. Gregorii XV. num.5.* neque in acquirendis, post acceptationem. *Rota apud Coccinum part.2. in recentioribus decis.262. num.5.* videndus *Paulus Comitolus* ex Illustrissima societate Iesù *responsorum moralium lib.1. q.84.*

Episcopus poterit iure Beneficium conferre filio alias ex legitimo matrimonio nato, siue nepoti, dummodo tamen dignus sit. ex Ambrosio in *can. non satis est bene velle 14.* ibidemque *gloss.* verbo *domesticos distinct.86.* & ex Leone IX. contra Epistolam Nicetæ Abbatis in *can. omnino confitemur 11. distinct. 32.* Rationem refert *gloss.* ibidem verbo *vt de mercede.* quia nemo vmquam carnem suam odio habuit. ex Augustino in *can. non ęstimemus 19. 13. quæst.2.* sequiturque *Abbas. in cap. quia Clerici 6. num.6. de Iure patronatus. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.5. cap.4. nu. 12. Parisius de resignat. beneficiorum lib.9. quæst. 17. num.123. Barbosa de offitio, & potestate Episcopi part.1. tit.2. Gloss.9. num.30.* Non debeat tamen Episcopi hos ipsos ex redditibus Ecclesię ditare. vt Sacrosancta Tridentine Synodus admonet *sessione 25. cap.1. de reformatione.* deduximus *respons.* nostra 18. *nu.19. part.2. S. Thomas 2.2. q.63. ar.2. ad 1.*

Episcopus potest Beneficium absenti concedere, & extra suam diocesim, quia actus est iurisdictionis voluntariæ, & non contentiosæ: modo temen sit, qui nomine absentis recipiat. ex Bonifacio Octauo in *cap. si tibi absenti per tuum Episcopum 17. de prębend. in 6.* ibique *gloss.* verbo *habueris. Calderinus cons.1. in fine de præbendis.* noster *Maranta cons.48. nu. 13.* vide supra verbo Episcopus extra suam diœcesim.

Episcopus, cum gratuitò, siue charitatiue hospitio à Monasteriis excipitur, non potest de appositis sibi large eleemosynam dare, & si fragmenta eleemosonaliter tribuere valeat, non tamen de panibus integris: sicuti & cum pro visitatione excipitur, ne onorosus existat. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina ad nostrum 2.5. nos igitur super his volentes. in fine de censibus exactionibus, & procurationibus.* ibique *Gloss.* recepta verbo *fragmenta.* quam commendat *Nauarr. in can. quiescamus. distinct.42. de eleemosyna num. 80.*

Epi-

Episcopus, qui ius patronatus haber in Ecclesia extra suam diœcesim præsentare quidem poterit vacante Ecclesia rectore, Institutio verò ad Episcopum spectat, in cuius diœcesi est beneficium. ex Nicolao Papa in *can. si quis Episcoporum* 1.16.q.5. ibique *gloss.* verbo *ordinet. Abbas in cap. præterea* 4. *num.* 1. *de Iure patronatus*.

Episcopus si antequam ad Episcopatũ assumatur religionis votum vouerit, Episcopatu se abdirare tenetur, atque emissum adimplere votum, nisi Papa cum ipso dispensauerit. ex Innocentio Tertio Gratianopolitano Episcopo in *capit. per tuas nobis litteras* 10. *de voto, & voti redemptione.* ibique *gloss.* verbo *reddas altissimo vota. S. Thomas.* 2.2. q.189 *art.* 2. *ad* 1. *Ioannes Azorius Institutionum moralium par.* 2, *lib.* 3. *cap.* 32. *quæst.* 10. Nec illius exequutionem differrè potest prætextu futuri Episcopatus, quem sperat. ex Alexandro Tertio in argumẽtum Exenonẽ Episcopo scribente in *cap. commissum* 16. *de sponsalibus, & matrimoniis. Henriquez in summa lib.* 5. *cap.* 17. §. 4. *in fine. Lessius de Iustitia, & iure lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 16. *num.* 103.

Episcopus proretę nauis, rectori scilicet, similis haberur. Sicut itaque periculosum est proretam in tranquillitate nauim desere, ita multòque magis influctibus. Sed quod præcipue Episcopi, qui tanquã Arietes gregibus ducatum prębere debent, eorumque pastores sunt, cum ouibus in periculis persistere tenẽtur. ex Nicolao Papa Humifrido Moriẽsis Ecclesiæ Episcopo in *can. sciscitaris itaque* 47.7.q.1. merito quoque vt *gloss.* ibidem verbo *arietes.* Episcopi Canes appellantur, quia contra lupos stare eos oportet. ex Augustino in *can. qui nec regiminis* 32.2.q.7. & ex Gregorio in *can. oportet* 22. *dist.* 81. Iure merito Petrus Damianus Sanctus, & Cardinalis lib. 2. Epist. 1. verba illa Apostoli: *Qui Episcopatũ desiderat bonũ Opus desiderat.* sic exprimit: *Hinc euidẽter ostenditur, nihil aliud esse Pontificẽ, quàm bonorũ operũ sectatorẽ.* sequiturque Sanctus *Thomas* ex Gregorio 2.2. *q.*185. *art.* 1. *ad primum.* & Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 2. c. 1. §. *& quoniam Episcopos* ibique *Barbosa in collectanea num.* 4. plura referr *Alzedus in praxi Episcopali in prefatione, & cap.* 3. *a num.* 33. *& cap.* 6. *num.* 31. & eadem Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 25. *in decreto de delectu ciborum* dicit. quod Episcopi tanquam Pastores & boni milites curare debent, vt quæ à Sancta Romana Ecclesia ordinata sunt, seruentur. *Riccius decis.* 397. *num.* 1. *part.* 4. Episcopos ferro æquiperari dicit ob fortitudinem, qua constantes esse debent in regendo sibi commissam Ecclesiam.

Episcopus Pręconis officio fungitur. ex illo Esaiæ 58. *Clama ne cesses, quasi tuba exulta vocẽ tuam.* quem locum exponens S. Gregorius part. 2. pastoralis cap. 4. relatus *can. sit rector discretus in silentio* 1. *col.* 2. *in principio distinct.* 43. sequentibus aperit: *Præconis quippe officiũ suscipit quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est, præco mutus?*

Episcopus ex monacho factus, suæ religionis habitum gestare debet. ex Concilio Tarraconensi in *can. monachi à monasterio foras egredientes* 35. 16. *q.* 1. & ex Concilio Hispalen 2. cui interfuit Isidorus in *can. in nona actione dicimus* 22. ibique *Gloss.* verbo *nec habitu in fine.* 16. *q.* 7. et ex Innocentio Tertio Liuonien Episcopo, et eis, qui cum ipso sunt, fratribus in *cap. Deus, qui Ecclesiam suam* 11. et *Gloss.* ibidem verbo *professi. in fine de vita & honestate Clericorum.* et expressissime in Concilio Generali in *cap. Clerici officia, vel commercia secularia* 25. §. *pontifices autem eodem de vita, & honestate clericorum.* verba sunt Innocentii in Concilio: *Pontifices autem in publico, & in Ecclesia, superindumentis lineis omnes vtantur: nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem.* vbi *gloss.* verbo *nisi Monachi* argumentatur, quod Monachus factus Episcopus non pœnitus absoluitur à regula monachali. *S. Thomas* 2.2. *q.*185. *art.* 8. deduximus nos plenè *responsione* nostra 19. *nu.* 5. *& sequentibus par.* 3. differentes etiam an monachus episcopus effectus, si suæ religionis habitum excusserit, & cleriorum secularium induerit, atque etiam rochetum, num in excomunicationem det per Bonifacium VIII. in eos inflictam monachos, qui habitum dimiserint, vt ad scholas accedant. in *cap. vt periculosa religiosis* 2. *ne clerici, vel monachi secularibus negotijs se immisceant in* 6. & male eos facere, atque mortaliter peccare respondimus, quamuis in excomunicationẽ non dederint.

Episcopus, qui renunciauit episcopatui, & ex sanctę sedis Apostolicæ permissione monachus est effectus, ad Pontificatum numquam vlterius transibit. ex Gratiano in *can. temporis qualitas admonet* 44. §. *item cum aliquis.* referens ex Quinta actione Constantinopolitana in *can. hoc nequaquam apud nos habetur.* 45. 7. *q.* 1. rationem reddente in fine Concilio, dicendo: *Monachorũ enim vita subiectionis habet verbum, & discipulatus, non docendi, vel pręsidendi, vel pascendi alios.* ibique plenè *gloss.* verbo *vlterius.*

Episcopalis Dignitas, est onus Angelicis etiam humeris formidandum; quia inreprehensibiles esse oporter, quos pręesse necesse est corrigendis. vt Hormisda Papa Episcopis per Hispaniam scripsit constitutis in *can. in sacerdotibus eligendis* 2. *distinct.* 61. vt eligi non debeat, nisi quem multò ante notam, probabilisque vita commendat. ex Concilio Laodicensi in *can. Episcopum non oportet* 6. *eadem distinct.* 61. & Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 6. *cap.* 1 *de reformatione.* Quia res periculosa, & difficilis est. ex Augustino ad Valerium in *can ante omnia pete, vt cogitet* 7. *distinct.* 40. & *Gloss.* ibidem verbo *periculosius* vbi *Glossella* Marginalis infert: *Episcopatum desiderare valde periculosum est.* sequiturque

Bar-

*Barbosa in collectanea ad dictum cap.1. Sacri Tridentini num.3.* & *sessione 25. cap.17. num.5.* vbi Episcopatus culmen dignitatum dicitur. & *de officio parochi cap.3. Alzedus in praxi Episcopali cap.1. num.39. & 40. & cap.3. num. 50. & cap.8. num.4. & 16. & 33. & cap.12. num. 2.* Adeoque præfulget

Episcopalis dignitas, vt ne dum ipsum nobilitet Episcopum, verùm etiam, & in patrem transfundatur. *Gamma* Lusitanus *decis.112.* vbi *Flores de Mena*. plures refert *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione 1. num.22. Alezus cap.12. num.17. Bombinus de preeminentia Episcoporum part.1. num.58.* qui dicit Episcopum, si de crimine fuerit accusatus, ob dignitatem Episcopalem non debere stare erectum, sed debere sedere cum cognitore causæ. ex Alexandro Quarto in *c. quia pontificali dignitate præditis 2. de officio Iudicis delegati in 6.* ibique *Gloss.* verbo *quia pontificali*. quæ sic infert: *In coactionibus, & pænis pontificali dignitati defertur.* ex Innocentio Tertio Helien Episcopo in *cap. pastoralis officii 28. in fine principii de officio delegati extra*: decernente illis verbis: *In coactionibus inferendis dignitati deferat personæ.* Nec imperpensum dimiserunt Thodosius, & Palladius Cesares in *l. nullus, qui nexu generis 60. C. de decurionibus, & filijs eorum. lib. 10.* atque disposuit Zeno Imperator in *l. quoties forte viro patritio 3. in fine principii. C. vbi senatores vel clarissimi ciuiliter, vel criminaliter conueniantur.* dicente Imperatore: *Et eo, qui in crimen vocatus erit, ne quas ante probationem iniurias patiatur, sedendi, neque in aliqua secretarii parte, quę Iudicibus inferior, altercantibus verò superior esse videatur, habituro licentiam.* ibique *gloss.* verbo *sedendi*. quæ rationem refert, dicens: *speciale propter nobilitatem, vt sedeant, & non dicant*. ibique *Baldus*. & non multo magis in Episcopo hoc seruabitur, cuius dignitas culmen dicitur dignitarum?

Epileptici, siue arreptitii sacris ordinandi non sunt, si verò initiati fuerint a sacris altaribus remouendi, nisi per annum, vel alias Episcopi arbitrio, probati fuerint, eò morbo illos carere. ex Pio Papa in *can. communiter diffinimus 3. distinct. 33.* ibique *gloss.* verbo *de iis*. decreuitque Alexander Secundus Gebonardo Viuariensi Archiepiscopo scribens in *can. in tuis litteris 1.* & Gelasius Rustico, & Fortunato Episcopis in *can. nuper Foropopulensis Ecclesiæ 2. 7. q.2.* plenè *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.1. cap.59. num.5. Nauarrus manuali cap.25. num.72.* post quàm autem liberatus à morbo fuerit, irregularis nõ est; & promoueri poterit. *Rota* apud S. memoriæ *Gregorum 15. decis.125. num.12. & 13. ac per totam.*

Aequiparata à iure, quod in vno disponitur eorum, & in altero dispositum videtur. ex Innocentio Tertio in *cap. miramur non modicum 7. de seruis non ordinandis, & eorum manumissione.* ibique *gloss.* verbo *mentio. in fine. Felinus in cap. non dubium 5. num.3. de sententia excommunicationis.* Quia eorum idem est Iudiciũ. Quod ergo in vno eorum disponitur, & in altero dispositum censetur. Cum votum altero minoris efficacię non debeat esse, ex eadem causa procedentium. ex Innocentio Tertio Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesiæ causas 3. §. cum ergo circuncisio tam adultis, quàm paruulis. de baptismo, & eius effectu*. Concinit in argumentum Vlpianus lib. 67. ad Edictum in *l.1. ff. de legatis 1.* dicens: *Per omnia exequata sunt legata fideicommissis.* commune est ergo eorum Iudicium. *Dectus in capit. translato 3. in 1. lectura num.7. & sequentibus de constitutionibus, Cencius de censibus part.3. cap.1. q.2. nu.7.*

Errans, ignorans, & deceptus, consentire non videntur. Quia error voluntatem tollit, & sine voluntate consensus non procedit. Gratianum excipe in summa *29. quæst.1. §. his ita respondetur*. qui de consensu in matrimonio præstando, quod mulier illa, de qua controuersia agebatur, non consensisset, sic verba faciens argumentum satis concinne infert: *Consensus est duorum, vel plurium sensus in idem. Qui autem errat nõ sensit, non ergo cõsensit: id est simul cum aliis sensit. Hæc autem errauit. non ergo cõsẽsit. Non itaq; coniux est appellanda: quia non fuit idem consensus vtriusque, sine quo nullum matrimonium esse potest.* Ita Gratianus. Nec diuersimode Vlpianus lib.2. de omnibus Tribunalibus in *l. si per errorem 15. ff. de Iurisdictione omnium Iudicum*. argumentum duxisse videtur. Illum dicentem audi: *Si per errorem alius pro alio Prætor fuerit aditus, nihil valebit quod actum est. Nec enim ferendus est, qui dicat, consensisse eos in præsidem: Cùm (vt Iulianus scribit) non consentiant, qui errant. Quid enim tàm contrarium est consensui, quàm error, qui imperitiam detegit?* Rationem reddere videntur Diocletianus, & Maximianus Cęsares Augusti in *l. non id circo 9. C. de Iuris, & facti ignorantia.* dicentes verbis apertissimis: *Cum nullus sit errantis consensus. Nec videtur consentire, qui errat.* idemque dixit Vlpianus lib.11. ad Edictum in *l. nihil consensui 117. in fine ff. de regulis iuris.* ibique *glos.* verbo *si per errorem*. diximus *respons.* nostra 51. *num.6.7. & 8. & respons.70. num.53. & sequentibus part.5.* vt neque peccare videatur, qui errat, cùm sine voluntate faciat, & sine voluntate deliberata peccatũ non sit. Cum nemo teneatur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. ex Ambrosio in *can. non est 10. 15. quæst.1. S. Thomas 1. 2. q. 108. art.4.* diximus eadem *respons.70. num.54. part.5.*

Errantem ab erroris sui semita reuocare, inter præcipua charitatis opera numeratur. vt Clemens Tertius in *cap. inter opera charitatis 20. de sponsalibus, & matrimonijs.* Alcuinus enim in *can. tria sunt genera eleemosynarum 12. distinct. 45.* tria enumerans genera eleemosynarum, in fine concludit: *tertia delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.* ad hoc autem præcipuè tenentur Prælati. vt *Gloss.* inquit *d. cap. inter opera* verbo *reuocare in fine.* ex Augustino lib.2. contra epistolam Parmeniani in *can. Ita plane, si sociatur*

*quis malis* 6.23 *q*.4.illis verbis: *Si eã personam gerit,& ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat, vt cæteri timeant &c.* ibique *Gloss*.verbo *personam*.quæ sic ad rem infert: *argumentum est hic, quòd solis prælatis dictum est hoc, si peccauerit &c.* ex eodem Augustino *can.forte in populo Dei stat*.11. *eadem*. 23.*q*.4.*in fine*.sic inferente: *Sanè si Iudex es, si Iudicandi potestatem accepisti, si apud te accusatur, si veris documentis, testibusque conuingitur; coerce, corripe, excommunica, degrada.*

Errauimus Iuuenes, emendemus senes, iungamus gemitus, lachrymas copulemus. Hieronymus ad Pammachium, & Oceanum in *can.secunda post naufragium tabula* 72. *de pœnitentia distinct*.1.inferens etiam: *Imitati estis errantem: imitamini & correptum.*

Errant, qui talia excogitant, et mente vesana potiùs, quàm recta sentientes, hæc audent. Fabianus Papa loquitur in *can.litteris vestris*. 18.§.*errant.de consecrat.distinct*.3. & Dominus (*Matthei* 22.29) Sadduceis dixit: *Erratis nescientes scripturas.*

Erroris in labyrinthũ nõ nolli intricãdo impingũtur, cùm antè iudicãt, quã intelligant, ante inculpant, quàm iterando lecta, perquirant. Quamobrem ex causa, ex persona, ex loco ex tẽpore pleraq; cõsiderãda sũt. ex Isidoro *can.sciẽdũ est* 1.*dist*.29.& Leo Papa in *can. sicut quædam sunt* 2.*siue finali distinct*.14.verba sunt Leonis: *Sicut quędam sunt, quæ nulla possunt ratione conuelli, ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum oportet temperari. &c.* hoc itaque si non fiat in erroris labyrintũ incidere facile erit.

Errorum cunctorum mater ignorantia est, & in sacerdotibus Dei maxime vitanda, qui docendi officium in populis susceperunt. vt in Concilio Toletano IV. in *can. ignorantia mater cunctorum errorum*.1. *distinct*.38. dictum fuit.

Errore veritas rerum non mutatur. cum error contrarium sit veritati. ex Hieronymo in *can.ego solis eis*.5.*distinct*.9. nec diuersimode Vlpianus loquutus fuit lib.2.Quæstionum in *l.assumptio* 6 *ff.ad municipalem, & de incolis.* qui sequentibus veritatem aperit: *Errore* (inquiens) *veritas originis non amittitur: nec mendacio dicentis se esse, vnde non sit, deponitur.* Mendacium enim veritati contrarium est. Pręualet autem mendacio veritas. Nam veritas est, vt quod est dicas. ex Augustino in *can. cum humilitatis causa* 9. 22. *quæst*.2. alioquin veritas non est, nisi ita, vt dixeris, esse cognoscas. vt idẽ ibidẽ dicens: *Veritas in te non est: nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipsa est, vt quod es, dicas. Nam quomodo est humilitas vbi regnat falsitas?* Qui autem errat, non id dicit, quod est. ergo mendacium. contrarium proinde veritati. Nam mendacium est, cum aliquis exteriùs significat contrarium veritati. ex *S. Thoma* 2.2.*q*. 93.*art*.1.*in corpore*. deduximus *respons*. nostra 78.*n*.55.*ad* 60.*part*.5. Mẽdacio proinde, & errore veritas rerũ nõ mutatur, nec vitiatur. ex Vlpiano li.1. opinionũ in *l. illicitas exactiones* 6.§.1.*veritas rerũ. ff. de officio præsidis Augustalis* sequiturque *Gloss*. in *capit.cum inter vos*.15. in §.*finali*. verbo *sermonibus præualente. de sententia, & re iudicata.* ad verba Innocentii ibidem: *veritate gestorum sermonibus præualente.*

Error, cui non resistitur, approbatur, & veritas, cùm minime defenditur, opprimitur. vt Innocentius Papa dixit in *can. error, cui non resistitur*.3.*in principio distinct*.83. Qui vero aliorũ defendit errorem, molto amplius damnabilior est illis, qui errant: Quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat. vnde qui magister erroris est; non tantùm hæreticus, sed hęresiarcha dicendus est. verba sunt Vrbani Papæ in *can. qui aliorum defendit errorem* 32. 24. *q*.3. & sequitur *gloss*. in *can. si custos religiosi habitus*. 18.*in fine*.verbo *suspendere*.27.*q*.1.

Error probatur, probando rem aliter se habere. Cum enim conformitas non est rei ad id, quod asseritur, error est. ex Gratiano in *summa* 29.*q*.1.§.*bis ita respõdetur. ad finem vsq;* varia distinguens erroris genera. Qui enim errat, aliter dicit, quàm res sit, vnde venia dignus æstimatur, nisi dolo se errasse deducatur. ex Vlpiano lib.22.ad edictum in *l.de ætate quoque interrogatus* 12.§.*penultimo. qui iusto errore ductus ff.de interrogatorijs in iure faciendis, & de interrogatorijs actionibus.* Nec dissimiliter Paulus lib.3.Quæstionum in *l.cùm de indebito* 25.§.*sin autem is, qui indebitum quærit. in fine ff.de probationibus, & pręsumptionibus*. illis verbis: *Sin autem pro parte quæritur, quod pars pecuniæ soluta debita non est, vel quod ab initio quidem debitum fuit, sed vel dissoluto debito postea ignarus iterum soluit; vel exceptione tutus, errore eas pecunias depẽdit: ipsum hoc omnino ostendere, vel quod plus debito persoluit, vel iam solutam pecuniam per errorem repetita solutione dependit, vel tutus exceptione, suam nesciens proiecit pecuniam, secundum generalem regulam, quę eos, qui opponendas esse exceptiones affirmat, vel soluisse indebita contendunt, hæc ostendere exigit.* hoc ipsum etiam Diocletianus, & Maximianus Cæsares ostendere in *l.si post diuisionem factam C. de Iuris & facti ignorantia* Iulianæ mulieri respondentes: *ostende igitur apud Rectorem virum clarissimum, amicum nostrum, testamentum vel fide veri deficere, vel iuris ratione stare non posse &c.* vbi *Gloss*. verbo *fide veri*. Quia est falsum, subnectit. sequiturque *Aymon Crauetta cons*. 157. *num*. 8. & *cons*.188. *num*.9.*vers.probatur autem*. *Calderinus cons*. 1. *de confessis*. *Rota apud Card. Seraphinum decis*. 501. *num*. 2. *Ioseph Ludouicus decis. Lucensi* 26. *num*.29.

Error tamen non præsumitur, in facto præsertim proprio. quam ob causam, de errore dicens, probare illum tenetur euidentissimis, & indubitatis rationibus. ex Paulo *d. l.Cum de indebito* 25.§.*penultimo de probationibus*. *Rota apud Duranum decis*. 337.*n*.15.& *nu*.30. *part*.2. Pręsertim vero si ex deliberatione, dataque opera quid fiat. ex Fabiano Papa ad Hilariũ Episcopum in *can. si quis iratus crimen aliquod*

5.ibi-

3. ibique notat *Gloss.* verbo *tractandi* 2. q. 3. dicens: *& per hoc est argumentum, quod ibi non erratur, ubi ex deliberatione aliquid fit.* Hinc est, quod error non præsumitur contra propriam confessionem, præsertim ex causa factam. Debebit proinde de errore clare constare. ex *Rota apud Duranum decis.* 319. *nu.* 19. *part.* 2. Error tamen in facto proprio excusat, cum de damndo agitur vitando, atque proprio amittendo. *Rota apud Crescentium decis.* 14. *num.* 5. *de rescriptis*. *Gratianus. disceptationum forensium part.* 3. *cap.* 501. *numero.* 6. quamuis adfuerit Iuramentum. *num.* 7. *Ioseph. Ludouicus dict. decis. Lucensi* 26. *num.* 28.

Errare est aliud pro alio putare. Pro vero quippe approbat falsum; quod est erroris proprium. et Augustinus in enchiridion ad Laurentium cap. 17. loquitur. relatus *can. quamuis errare* 11. *distinctione* 38. ibique *gloss.* verbo *errare*. ex eodem Augustino in eodem Enchiridion cap. 21. in *can. in quibus rebus* 6. 22. q. 2. illis verbis: *In his errare, idest aliud pro alio putare, non arbitrandum est esse peccatum, aut si est, minimum esse, atque leuissimum*. ibique *gloss.* verbo *aliud*. dicens: *nota diffinitionem erroris*. allegat d. *can. quamuis* 38. *distinct.* deduciturque ex Augustino in *can. homines falsum iurant* 3. *eadem* 22. *quæst.* 2. rationem reddit: Quia nimirum fallitur, qui errat. Iure proinde excusatur. ex Vlpiano lib. 50. ad Edictũ in *l. si quis in graui valetudine* 3. §. *si quis ignorans occisum, aperuerit ff. de Senatus Consulto Syllaniano. & Claudiano, & quorum testamenta non aperiantur.* & ex Paulo lib. singulari ad Senatus Consultum Iulianum in *l. Iuris gentium* 68. *sine finali in fine ff. de ritu nuptiarum Nauar. cons.* 28. *quidam Prælatus num.* 3. *& num.* 7. *in fine lib.* 5. *de sententia excommunicationis.*

Error quandoque peccatum mortale est, cum scilicet putat quis id opus esse bonũ, quod est malum, & e conuerso, quia nimirum quilibet adultus tenetur scire hoc esse bonum, hoc malum. ex Hieronymo super Epistolam Pauli ad Philemonem in *can. si quis dixerit iustum* 57. 11. *quæst.* 3. ibique notanter *gloss.* verbo *abominabilis*. ibique *Glossella* marginalis inquiens: *Error quandoque est peccatum mortale*. pluribus *Aegidius de Conink disputat.* 31. *dubio.* 1. *num.* 2. *& sequentib.* distinguens, quod error dupliciter perpendi potest, vel antecedenter, vel consequenter. antecedenter antecedit omnem errantis voluntatem liberam, & dicitur inuincibilis, & inculpabilis. consequens verò dicitur, quod consequitur aliquam errantis voluntatem, eique est aliquo modo voluntarius, & vincibilis. videndus quoque *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 4.

Error, etiã iniustus, excusat à dolo, à pœna videlicet, non à culpa, si negligentia aliqua præcessit. ex Hieronymo ad Rusticũ Narbonensem Episcopum in *can. Ecce ego dico, præsentibus Episcopis tuis.* 6. §. *sed oderunt hoc sacerdotes superbi distinct.* 95. illis verbis: *Propterea hec scribo, vt si præteriti temporis error non potest iam reuocari, vel ad præsens in Ecclesiis seruetur humilitas.* ibique *gloss.* verbo *error in fine*. concinitque Vlpianus lib. 55. ad Edictum in *l. igitur sciendum est* 12. §. *potest & seruus sine dolo. ff. de liberali causa.* verba sunt Vlpiani generaliter loquentis; *Et generaliter, quoties quis iustis rationibus adductus, vel non iustis, sine calliditate tamen, putauit se liberum, & in libertate moratus est.* Ipseque Vlpianus lib. 25. ad edictum in *l. sed & si lege commissoria* 28. §. *scire autem ad se non pertinere ff. de petitione hæreditatis*. Quatenus habet, etiam ex summario *Bartoli*, quod error Iuris non inducit malam fidem. sequitur *Aymon Crauetta cons.* 365. *num.* 35. *Rota apud Gregorum* 15. *decis.* 439. *num.* 10. Facile quippe est, vt errantibus succurratur, non sane stultis. ex Paulo lib. singulari de Iuris & facti ignorantia in *l. regula est, Iuris quidem ignorantiam cuique nocere* 9. §. *si quis ius ignorans. ff. de Iuris & facti ignorantia. in fine.* dicente illo: *Sciant ignorantiam facti, non Iuris prodesse, nec stultis solere succurri, sed errantibus.* deduciturque ex Honorio Tertio Maiori. & Burgen de Rupella in *capit. ex parte vestra* 10. *in fine* ibique *gloss.* verbo *incuria de consuetudine* meminitque *Glossella* marginalis in *d. l. regula.* § *si quis Ius* in fine ad verbum *nec stultis*.

Error tamen Iuris dubii inducit bonam fidem, saltim ad euitandam pœnam. ex *Rota decis* 26. *num.* 2. *in fine post* 2. *volumen consiliorum Farinacii.* & *part.* 4. *diuersorum per eundem decis.* 652. *num.* 2. Quia nimirum error Iuris probabilis, facto æquiperatur, & excusat. *Rota apud Card. Manticam decis.* 78. *num.* 7. *&* 9. Vel si error Iuris ipsius facti misturam habeat, vel sit error Iuris satis dubii. *Rota apud Coccinum decis.* 295. *num.* 8. *&* 9. *& decis.* 356. *nu.* 3.

Error cõmunis facit ius. axioma cõmunis. ex Gratiano in *can. infamis persona* 1. §. *verum tamen si seruus.* 3. *quæst.* 6. ibique *gloss.* verbo *dum putaretur*. ex Alexandro Tertio Abbati Sancti Alberti in *cap. consultationibus* 19. *extrà de Iure patronatus*. illis verbis: *Qui eiusdem Ecclesię credebatur esse patronus.* ibique *Gloss.* verbo *credebatur. Gloss.* notabilis in *cap. ad probandum, quod procurator dominæ.* 24. *de sententia & re Iudicata* verbo *Immodatus*. ex Vlpiano lib. 28. ad Sabinum in *l. Barbarius Philippus* 3. *ff. de officio prætoris*. ibique, præter scribentes omnes, *Glossella* marginalis in principio. concinitque *Gloss* in *cap sciscitatus es à nobis* 13. verbo *seruum de rescriptis extrà*. *Rota parte* 2. *in recentioribus decis.* 608. *num.* 12. Hoc tamen reprime, ne procedat in merè spiritualibus. secundum *Rotam parte* 1. *diuersorum decis.* 731. *num.* 17. sequitur *Parisius de resignatione Beneficiorum lib.* 11. *quæst.* 1. *num.* 13. *& sequentibus.* peroptime *Gloss.* in *cap. dudum Ecclesię Rothomagensi* 54. *in fine principii*: verbo *accepta de electione, & electi potestate*. Vel nisi forte error ab habente potestate procedat. ex dicta *l. Barbarius Philippus*. à Populo enim Romano ille cum seruus esset, & nesciretur, Prætor constitutus fuerat. sequiturque *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 147. *num.* 1.

*& sequentibus Nauar.cons. 1.lib.1. de officio Iudicis ordinarii. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat, 25. à num.38. cum sequentibus. Gonzalez ad regulam 8. Cãcellariæ Gloss.45.§.2. num.26.*

Error, cui non resistitur, approbatur: & veritas cum minime defensatur, opprimitur. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Innocentius Papa in *can.error,cui non resistitur 3 distinct.83.* & Ioannes Octauus in *can. præterea deuotionis tuę studium 11.23. q.8.*

Ermenegildus Sanctus Martyr Regis Leouigildi filius, à Patre interfici iussus fuit, quod Arianam hęresim abnegasset, atque Arianam comunionem ab Episcopo Ariano recipere noluisset, eiusque perfidiam dignis increpationibus repulisset. vt S. Gregorius lib.3. dialogorum cap.31. scribit à Gratiano relatus *can. superueniente paschalis festiuitatis die 72. 1.q.1. & can. cæpit Ermenegildus rex 42. 24.q.1.* Digne ergo honorandus tantus rex Martyr, qui terrenum regnum forti animo despicere nouit, vt cœleste quæreret, quod propria data anima, quæsiuit.

Erubescere quisque debet post peccati opus: & post confessionem pro admissis scelcribus verecundam frontem humi prostratam demergere, pro eo, quod dignum confusione perpetrauit opus. Isidorus loquitur ad Massanum Episcopũ scribens in *can. Domino sancto, meritisque beato 28 §. quod dixit Confundere distinct.50.*

Erubescentia ipsa partem habet remissionis. vt qui per vos peccastis, per vos erubescatis. ex Augustino de vera, & falsa pœnitentia in *can. quem pænitet, omnino pæniteat 88. post principium. de pænitentia distinct* 1. subdens: *Ex misericordia enim hoc præcepit Dominus, vt neminem pæniteret in occulto. In hoc enim, quod per se ipsum dicit Sacerdoti, & erubescentiam vincit timore offensi, fit venia criminis. Fit enim per confessionem veniale, quod criminale erat in operatione; & si non statim purgatur, fit tamen vitale, quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentiæ dominans, nihil eorum, quæ commisit, nuncio Dei denegauit.* ita Augustinus super verbis illis Domini *Lucę 17.14.* quibus mundandis à lepra imperauit: *Ite ostendite vos sacerdotibus.* videndus *Nauarrus* ad dictum *can. quem pænitet.* noster *Maranta cons.33.num.9.*

Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram fodis: Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare, quod velis. Neque enim minus est criminis habenti tollere, quàm cùm possis, & abundes indigentibus denegare. verba sunt Ambrosii in *can. sicut ii, qui per insaniam mente translati sunt. 8. §. numquid iniquus est Deus in fine distinct.47.*

Aetatem habet, ipse de se loquatur. Parentes cæci nati responderunt Iudæis, quem Iesus sputo illuminauerat ex luto, quando lutu linuit oculos eius. *Ioannis 9.21.* hæc verba Augustinus perpendit *can. cum pro paruulis 77. de cons. erat distinct.4.* quod adultus, qui baptizatur, ipse pro se respondere debet. inferens: *Ex qua regula illud in Euangelio dictum est, quod omnes cum legerint, naturaliter mouet: Aetatem habet: ipse pro se loquatur.*

Ethnicus dicitur, id est Gentilis. ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. non ne sodomitæ ethnici erant, id est Gentiles 37. in principio 1.q.1.* & ex Innocentio Tertio Genuen. Archiepiscopo in *capit. quemadmodum si vir mulieri iurasset 25.§. quod si expresse non essit.* extrà de iure Iurãdo illis verbis: *Dicendũ esset Ecclesiæ, vt tanquam ethnica, & publicana deinde vitaretur.* quo loco *gloss.* verbo *ethnica.* sic infert: *Ethnos, id est gens, inde ethnica, id est Gentilis.* ex illo Christi Domini *Matthæi 18.17.* ad Discipulos. *Quod si non audierit eos: dic Ecclesię. Si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.*

Euangelio Christi ne detur impedimentum, omnia tolerãda sunt. ex Apostolo (1. ab Corinthios 9.12.) *Sed omnia toleramus* (dicente) *ne quod impedimentum demus Euangelio Christi.* deducit Augustinus ad Pollentium in *can. iam nunc illud videamus 8. §. finali in fine 28. quæst.1.*

Eucharistia Græcè, Latinè bona gratia interpretatur. ex Gregorio in *can. multi secularium hominum 84.§. sacramentum verò est. in fine 1.q.1.* dicente illo: *Cum panis & calicis sacramentum grœce Eucharistia dicitur, Latinè Bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore, & sanguine Christi?* εὐχαριστία Grecè, latinè gratiarum actionem significat, quia propter illam Christo Domino perpetuas gratias agere debemus. Card. Toletus *Institutionis sacerdotalis lib. 6.cap.12.num.1.*

Eucharistię sacramentũ in pane, & vino à Christo Domino institututum est, nec mutari potest, vel in aliud offerri. Ab ipso enim Christo ordinata sacramentorum mysteria processerunt. ex Iulio Papa ad Episcopos per Aegyptum constitutos in *can. cum omne crimen, atque peccatum 7. de consecratione distinct.* 2. In hoc enim sacramento Dominus, qui pro nobis passus est, commendauit corpus, & sanguinem suum: quod etiam fecit & nos ipsos. Nam & nos ipsius corpus facti sumus, & per misericordiam eius, quod accipimus, nos sumus. ex verbis Augustini in *can. quia passus est Dominus pro nobis 56. in principio eadem de consecrat. distinct.2.*

Eucharistiæ sacramentum cum conscientia peccati mortalis sumi non debet, alioquin peccat peccato falsitatis, & sacrilegii. ex illo Apostoli (1. ad Corinthos XI.28.) *Probet autẽ se ipsum homo: & sic de pane illo edat, & bibat. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini.* Iudicium, hoc est condemnationem S. *Thomas* explicat *3. part. quæst 80. art.4.* Qui enim habet adhuc voluntatem peccandi, grauatur magis Eucharistiæ susceptione, quàm purificatur, vt Augustinus respondet *can.* quo-

*quotidie Eucharistiæ communionem percipere 13. in principio de consecratione distinct.2.* inferens doctrinam, ac modum percipiendi fructuosæ: *Et ideo* (dicens) *quamquis quis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cætero voluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrymis, & orationibus: & confidens de Domini miseratione, qui peccata pia confessioni condonare consueuit, accedat ad Eucharistiam intrepidus, & securus. Sed hoc de illo dico, quem capitalia, & mortalia peccata non grauant.* ita Augustinus. & *Gloss.* ibidem verbo *mens sine affectu.* quando, interrogans, mēs sine affectu peccandi erit? *Credo, quod quando proponit firmiter abstinere à quolibet peccato mortali. nisi sit ergo in tali proposito, numquam debet accipere Corpus Christi.* hoc autem fit, vt Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.6.cap.13.nu.4.* deducit duobus carminibus.

*Lotus, discretus, sanus, ieiunus, & aptus,*
*Contritus, fassus, mundus, recteque paratus.*

Et ita locum illum Apostoli: *Probet autem se ipsum homo &c.* exaudit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 13. de eucharistiæ sacramento cap.7.* Vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione, accedat. *Ioannes Azorius Institut. moralium part.1. lib 10. cap.31. q.2. Nauarr. cons.7. nu.2. de diuortiis lib.4.*

Eucharistię sacramentum medicina est, ideoque frequentandum, vt peccatis medeatur. Ambrosium ore ambrosiam proferentem in *can. si quotiescumque effunditur 14. de consecratione distinct.2.* dicentem excipe: *Si quotiescumque effunditur Sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.* quod *gloss.* ibidem verbo *debeo.* sic exprimit: *Debeo semper præparare me habilem, & dignum ad accipiendum.* modo videlicet, quod idem Ambrosius *eadem distinct.2. de consecrat. can. non iste panis est 56. in fine.* describit, dicens: *Iste panis quotidianus est: accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit: sic viue, vt quotidie merearis accipere.* & *Gloss.* ibidem verbo *accipere.* alioquin ex Hilario in *can. si non sunt. 15. eadem distinct.2. de consceratione.* qui sic loquitur: *Si non sunt tanta peccata, vt excommunicetur quis, non se debet à medicina corporis, & sanguinis Domini separare.* Quia vt *gloss.* ibidem verbo *excomunicetur* subnectit: *Omne peccatum mortale dignum est excommunicatione.* a mortalibus igitur abstinere debebit, vt medicinam accipiat, *& non prius ad Domini corpus accedat, quàm confortetur bona conscientia.* vt Augustinus loquitur in *can. cōsideret qualitatem criminis 1. col. vltima §. cautus sit, ne verecundia ductus de pænitentia distinct.5.* Nam separatio à corpore Christi, damnatio quædam est, vt *gloss.* ibidem subnectit verbo *terribilius.* Ne igitur à Christi corpore separemur, & vt in Christo viuamus, & quotidie egemus, vt remittantur nobis peccata nostra, & Christus quotidie immolatur pro remissione peccatorum, quotidie sumere debemus, vt medicina non careamus. ex Paschasio Papa in *can. iteratur quotidie hęc oblatio 71. eadem de consecrat. distinct.2.* Nam Prouidens nobis Dominus dedit hoc sacramentum salutis, vt quia nos quotidie peccamus, & ille iam mori non potest; per istud sacramentum corporis sui peccatorum remissionem cōsequamur. vt Gregorius in *can. quid sit sanguis Agni 73. §. Mysterium fidei dicitur. ead. de consecrat. dist.2.* verba facit: Sicut in primitiua Ecclesia, alii quotidie communicant corpori, & sanguini Dominico: alii certis diebus accipiunt. vt Augustinus ad Ianuarium scribit in *can. illa autem, quæ non scripta, sed tradita 11. §. alia verò, quę per loca terrarum distinct.12.* Sacerdotis vero consilio, vel abstinere, vel accedere debet. ex *Gloss.* in *can. qui sanctus sacerdos est 66.* verbo *peccator. de pænitentia distinct.1.* Melius tamen accedere, digne tamen, quod fieri potest, vt *Dionysius* Carthusianus comendat ad *1. ad Corinthos 11.29.* illis verbis, *non diiudicans corpus Domini.* Quia actus charitatis dignior est actu timoris. *Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.6. cap.19. num.2.* vbi etiam *Victorellus. Ioannes Sanchez in selectis disputat.27. num 13.* deducens Eucharistiæ sacramentum auxilia conferre ad vincendas tentationes quolibet tēpore oblatas. & *disputat.23. num.16.*

Eucharistiæ sacramentum vita est, & vitam nobis confert. vt ipse inquit: (Ioannis 6.59.) *Et qui manducat me, & ipse viuet propter me. Qui manducat hunc panem viuet in æternum.* vnde Augustinus in *can. inuitat Dominus seruos 70. in principio de consecrat. distinct.2.* verba prædicta enucleans, sic infert: *Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur, vt manducetur: Sed mortuos viuificat. Quando manducatur reficit; Sed non deficit. Non ergo timeamus fratres manducare istum panem, ne forte finiamus illum, & postea quid manducemus, non inueniamus. Manducatur Christus: viuit manducatus, quia surrexit occisus, nec quando manducamus, partes de illo facimus.* idemque repetit *can. qui manducat me 75. eadem distinct.2. de consecrat.*

Eucharistia, sacramentum pietatis est, signum veritatis, vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat: accedat, credat, incorporetur, vt viuificetur. Augustinus *can. hoc sacramentum pietatis 63. de cōsecrat. distinct.2.* Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salutem patitur, & eius sanguis non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pēsemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra passionem vnigeniti filij semper imitatur. Quia enim fidelium habere dubium possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocem cœlos aperiri? In illo Iesu Christi mysterio Angelorū choros adesse; summa, & ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnumquemque, ex inuisibilibus, atque visibilibus fieri. vti Gregorius in *can. quid sit sanguinis agni 73. §. hęc salutis victima. eadem distinct.2. de consecratione.* prosequitur. ex homilia Paschali 22. in Euangelia.

Eu-

Eucharistiæ hoc sacramentum semper esse paratum in Ecclesia debet, vt quando quis infirmatus fuerit, statim comunicari valeat, ne sine comunione moriatur. ex Concilio Votmaciensi in *can. presbyter Eucharistiam semper habeat paratam* 93. *de consecrat. distinct.* 2.

Eucharistiæ sacramentum gaudere immunitate firmissime tenendum: quia, si propter ipsũ Ecclesia gaudet, multò magis, & ipsum. & si gaudet immunitate, qui ad Principis statuã cõfugit. multò vtiq; magis gaudere, ac perfrui debebit, qui ad ipsum met Principem confugerit. Firmatur hoc ex Honorio Tertio *in cap. sanè cum olim* 10. *de celebratione missarum, & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officiis extrà.* ibique per optime *Abbas Panormitanus. nu.* 1. *& Addens* ibidẽ. ex *gloss.* in *can. quæsitum est ab aliquibus* 30. *versic. In patribulis* 13. *quæst.* 2. ibique *Archidiaconus. Nauar. manuali cap.* 25. *num.* 18. & *consilio* 40. *nu.* 4. *lib.* 5. *de pœnitent. & remissionibus. Franciscus Marchius decis.* 10. *part.* 2. *num.* 2. *Ioannes Maria Belletus* Episcopus Hieracen *disquisitionis clericalis part.* 1. *titulo de fauore Clericorum reali* §. 4. *num.* 38. *Ferrerius in Additionibus ad Guidonem Papa decis.* 121. *circa medium. Ambrosin. de Immunitat. Ecclesiastica cap.* 10. *num.* 9. *Farinacius de Immunitat. cap.* 17. *ampliat.* 12. *num.* 175. de comuni verba faciens: *Carolus de Graffis de effectibus Clericatus effectu* 1. *num.* 625.

Eucharistiæ Sacramentum, Corpus videlicet Christi, in speciebus sacramentalibus tandiu perseuerat in stomacho percipientis illud, quandiù durant accidentia panis, & vini, secundum quosdam. quamuis aliqui aliter dicant. Sicut itaque ante sumptionem ieiunus quis esse debet, ita post sumptionem tandiu ieiunus esse perseuerare debet, nec statim ad comedendum accedere, quandiu species illæ perseuerauerint. ex Clemente Papa *in can. tribus gradibus commissa sunt sacramenta* 23. §. *tanta in altario certè holocausta offerantur de consecratione distinct.* 2. ibique plene *Gloss.* verbo *miscere* ibique *Glossella* Marginalis. ex *S. Thoma* 3. *part quæst.* 77. *art.* 4. 5. & 6. & q. 80. *art.* 8 *Abbas in cap. ex parte* 5. *num.* 5. *de celebratione missarum. Nauar. cons.* 40. *num.* 3. *lib.* 5. *de pœnitent. & remissionibus.* & *de oratione, & horis canonicis cap.* 22. *miscellaneo, num.* 11. *vers. pro parte. &c. Henriquez in summa lib.* 8. *cap.* 22. §. 4. *ad finem.* & *cap.* 23. §. 2. & *cap.* 28. §. *in fine.* Consumptionem verò specierum dimidia quartæ horæ fieri, docet *Card. Toletus. Instructionis sacerdotalis lib.* 2. *cap.* 29. *num.* 5. & *lib.* 6. *cap.* 15. *in fine* vbi etiam *Victorellus.* addens.

Eucharistiæ verò hoc sacramentum ad infirmum deferendum non esse, si ille sumere illud ex aliqua infirmitate non valeat, etiam ob deuotionem adorandi illud. ita declarauit Sacra Congregatio. refert *Rodriquez in summa part.* 1. *cap.* 64. *num.* 3. *in fine. Card. Tolet. d. lib.* 6. *cap.* 17. *in fine. Victorellus* in additionibus ad *Nauarrum in manuali cap.* 21. *num.* 59. verbo *Eucharistia ad ægrotum. Barbosa in collectanea ad Sacrum Tridentinum sessione* 13. *de sacramento eucharistiæ cap.* 6. *num.* 6. & 7.

Eucharistiæ sacramentum ministrare peccatori, si ille palam petat, poterit, ne illum in publicum prodat, sicut Dominus Iudæ, cui cũ tradidurus erat, sanguinem suum, & corpus tradidit, ne eum proderet. tuetur *Gloss. in can. non prohibeat dispensator* 67. *de consecrat. distinct.* 2. verbo *timore in fine.* sequitur que *S. Thomas* 3. *part. quæst.* 80. *art.* 6. *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 6. *cap.* 17. *nu.* 2. *vers.* 6. *si ministres.*

Eucharistiæ sacramentum figurabatur in panibus propositionis, qui sub vmbra legis erant. ex Damaso Papa *in can. hanc consuetudinem* 15. *post pincipium* 10. *quæst.* 1. Et in manna, quod Dominus Deus de cœlo pluit. S. Ambrosius *in can. re vera mirabile est; quod manna Deus pluit Patribus* 69. *de consecrat. distinct.* 2.

Eucharistiæ sacramentum ministrari poterit infirmo, qui paulo ante contritionis ostendit signa, illudque petiit, si antequam deferatur eidem, infirmitate oppressus obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, & dent testimonium, qui eum audierunt, quod eum pœnituerit, signaque dederit pœnitentiæ, & sacramentum petierit; quamuis alias antea in peccatis vixerit. ex Concilio Carthaginẽsi 4. *in can. is, qui pœnitentiam in infirmitate petit.* 8. & ex Leone Episcopo ad Theodorum *in can. his, qui tempore necessitatis* 10. 26. *quæst.* 6. & ibidem ex Concilio Arausicano *in can. qui recedunt de corpore* 7. *in fine.* ibique *Gloss.* verbo *amentibus.* & ibidem *Glossella* marginalis. modo quidem nulla sit dubitatio vel irreuerentiæ, vel vomitus. sequitur *Petrus Sotus. de sacramento Eucaristiæ lectione* 9. *de necessitate Eucharistiæ col.* 3. §. *secundum. nec tamen putamus damndandum esse eum fol. mihi* 78. verba referens dicti Concilii Carthaginensis 4. *Nauar. manuali cap.* 26. *nu.* 17. Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 6. *cap.* 15. verbo *discretus.* & *cap.* 17. *num.* 2. & *Victorellus* addens ibidem. *vers. quod si non sunt à natiuitate. Henriquez in summa lib.* 8. *de eucharistia cap.* 42. §. 3. deducitque *S. Thomas* 3. *part. quæst.* 80. *art.* 9. *in corpore.* ex eodem Concilio Carthaginensi 4. videndus *Barbosa in collectanea ad Sacrum Tridentinum Concilium sessione* 13. *de sacramento Eucharistiæ cap.* 7. *num.* 2. & *cap.* 9. *num.* 2. & *sequentibus.* & *sessione* 21. *cap. num.* 3.

Vexatis tamen à Demone si petant, nullumque timeatur periculum irreuerentiæ, dari poterit. *Victorellus* ad *Toletum* vbi supra, & *Suarius disput.* 69. *sect.* 2. §. 4. videndus *Naldus in summa* verbo *Eucharistia num.* 6.

Eucharistiæ sacramentum, vel vnctionis extremæ, siue etiam matrimonia solemnizare, sine speciali Parochialis presbyteri licentia ministrare haud possunt religiosi, præter quã in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis Apostolicæ. Quod si præsumpserint, excomunicationis incurrunt sententiam, ipso facto, per sedem Apostolicam dumtaxat absoluendi. ex Clemente V. in Concilio Viennen *in Clem.* 1. *religiosi, qui Clericis, aut laicis.* 1. *de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum.*

Eu-

Eucharistiæ sacramentum panis est ante consecrationem,& vinū: vbi verò Christi verba accesserint,fit corpus,& sanguis Christi: hoc autem consecratione. *Quia sermo Christi creaturam mutat, & sic ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calice mistum fit sanguis consecratione verbi cœlestis.* Ambrosius lib.4.de sacramentis in *can.panis est in altari.55.de consecrat.distinct.2.* & prosequitur pluribus lib. de his,qui mysterijs initiantur *can.re vera mirabile est.69.eadem distinct.2.de consecrat.* ibidemque ex Augustino *can.vtrum sub figura 72.* vbi in fine subdit. *Vnde & Sacerdos dicit prius Euangelistarum verba,assumens* (Qui pridie, quam pateretur &c.) *Porrò deinceps sunt verba Dei, potestate, & omni efficientia plena* (Accipite, & manducate,hoc est corpus meum.) *In hoc ergo creatur illud corpus.* ita Augustinus.nec minori modo Eusebius Emissenus *can. Quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris. 35.&. quanta itaque & quàm celebranda beneficia. eadem distinct.2.de consecrat.* qui sic fatur: *Et vt tibi nouum, & impossibile videri non debeat,quod in Christi substantiam terrena, & mortalia conuertuntur,te ipsum, qui iam in Christo es regeneratus, interroga &c.* concludens denium: *Ita cùm reuerendum altare cœlestibus cibis satiandus ascendis,sacrum Dei tui corpus,& sanguinem fide respice,honora,mirare,mente continge,cordis manu suscipe,& maximè haustu interiore assume.*

Eucharistiæ sacramentum à ieiunis sumendum. *Ex hoc enim placuit spiritui sancto,vt in honorem tanti sacramenti in os Christiani prius dominicum corpus intraret,quàm cæteri cibi.* post cibos verò Christus hoc sacramētū instituit,*quo vehementius commendaret mysterij huius altitudinem, vltimum hoc voluit infigere cordibus, & memoriæ discipulorum,à quibus ad passionem digressurus erat; Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, vt Apostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat,seruare hunc locum.* Augustini verbis loquimur ad Ianuarium in *can. liquido apparet 54.de consecrat. distinctione 2.* Ecclesiæ itaque ordinandum reliquit Dominus, sacramentū hoc à ieiunis accipiendum.

Eucharistiæ sacramentum ter in anno percipi debere Fabianus Papa decreuit in *can. & si non frequentius 16.de consecrat. distinct.2.* in Pascha videlicet, & Pentecoste, & Natali Domini. Soter verò Papa in *can. in cœna Domini 17.eadem distinct.2.de consecrat.* In cœna Domini percipiendum esse ex Ecclesiastico vsu præcepit: rationem reddit inferens: *Cùm etiam pænitentes eadem die ad percipienda corporis, & sanguinis Domini sacramenta reconcilientur.* Innocentius verò Tertius in Concilio Generali Lateranen in *cap.omnis vtriusque sexus fidelis 12. de pænitentiis,& remissionibus extra.* ad minus in Pascha sumendum esse decreuit; *alioquin & viuens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura.* Ad minus dixit. quod perpendit ioidem *Gloss.* verbo *ad minus* referens dictum canonē Fabiani Papæ *d.can.& si non frequentius.* Card. Toletus *Instructionis sacerdotalis lib.6.cap. 18.* Instante tamen morte arctat vnumquemque fidelium, vt sacramentum hoc Eucharistiæ suscipere teneatur, vt Deo se coniungat, & contra hostes se tueri valeat. ex verbis Domini (Ioannis 6.57.) *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,in me manet, & ego in illo.* & paulo ante dixerat. num. 55: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem,habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in nouissimo die.* deducitque pluribus *Aegidius de ConinK q.80.art.11. dub.3.nu.91 ad 99.de sacramento Eucharistiæ.*

Eucharistiæ sacramentum in consecratione altaris, si sanctorum reliquiæ presto non fuerint,reponi posse,dixit *Gloss.in can.placuit vt altaria 26. de consecrat. dist.1.* verbo *reliquiæ.* quæ super verbis Concilii Africani: *aut reliquiis martyrum condita probantur.* sequentibus dicit: *arguitur sine reliquiis Ecclesiam non esse consecrandam. vt supra ead.d.st.fabrica. Et tamen sufficit corpus Domini.* ita Glossa ibique Ioannes.& Hostiens.in *summa de consecrat. Ecclesiæ vel altaris.* §. *dicunt etiam.* & probatur. ex Doctrina *S.Thomæ 3.part. quæst 83.art.6.ad 3.* quam in praxi refert Dominus Episcopus Genuensis in *prax. Curiæ Episcopalis cap.60.de miraculis aliqua festu digna iue in aliis 49 sub num.1. in fine.* si videlicet in Calicem consecrato vino venenum immissum fuerit, debet diligenter in aliquo vasculo ad hoc apto cū reliquiis conseruari. sequiturque *Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part.3.casu 39.mihi fol.149. Syluester* verbo *Altare num.4. quæst.4.* & *Armilla* eodem *num.7.* & quidem Syluester non videtur probare. nam sententia Sancti Thomæ in illo casu dumtaxat est, qui sanè necessatis est. verum factum quod refert Beia satis mirandum est: nam, post 247. annos hostia integra, & incorrupta reperta fuit, atque panis odorem,saporemque habens.

Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt subditi suis Prælatis. Quæ vt non sunt rationabiliter querendæ;ita nec virrò delatæ respuēdæ.ex Leone IV.ad Episcopos Brittaniæ in *can. de Eulogiis ad Sacra Concilia deferendis.8.* ibidemque *Gloss. dist.18.*

Eunuchos alios natura facit, alios vis hominum. Mihi illi eunuchi placent,quos castrauit,non necessitas, sed voluntas: libenter illos in meos sinus recipio,qui se castrauerunt propter Regna cœlorum, & ob mei cultum noluerunt esse,quod nati sunt. ita Hieronymus lib.1.aduersus Iouinianum in *can. qui sitit veniat,& bibat.9.circa finem 33.quæst.5.*

Eunuchi proinde, & alii impotentes ad seminandum,fornicando duplex mortale crimen admittunt. vnum videlicet fornicationis. nō fornicaberis: alterum verò contra naturam; quia inutiliter fœmineum semen in eius dispendium prouocant. *Sanchez de matrimonio lib.9.disputat.19. num.8.*

Examinatores, qui fauoris gratia,aut muneris cupiditate allecti indignum admiserunt; vt qui donum Spiritus sancti vendere conati sunt, coram Deo iam condamnati, Ecclesiastica dignitate carebunt. ex Concilio Nanaten-

natensi in can quando Episcopus ordinationes facere 5. distinct. 24. in fine. Quid si modicum illud fuerit? modo non eo accipiant pacto, vt faueant examinando, & grati animi ergo accipiant, in simoniam non dabunt. Nauar. consil. 50. lib. 5. de simonia. Zerola in praxi Episcopali part 1. verbo Parochia §. 10. in fine.

Examinari non debet notoriè Doctus. Examen enim ad dignoscendam fit illius doctrinam, qui ignotus est. ex Gregorio Clero, & Ciuibus Neapolitanis in can. de Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite 4 distinct. 47. illis verbis: Quia eius persona nobis ignota est. ibidemdemque Gloss. verbo ignota. Qui ergo notus est, non examinatur: Quia de eius actibus doctrinaque dubitari non potest. ad eiusdem Gregorii sensum ad Episcopos Siciliæ in can. valde necessarium esse perspeximus. 1. dist. 94. illis verbis in fine: Nec enim de eius actibus dubitare possumus &c. ex Concilio Carthaginense Tertio in can. nullus ordinetur clericus, nisi probatus fuerit 2. distinct. 24. ibique gloss. verbo testimonio. & Glossella Marginalis ibidē. dicens: Ignoti sunt examinandi, non alii. Deduciturque ex Clemente V. in Concilio Vienē in Clement. Romani Principes. vnica §. nos eodem mandato, & decreto electionis eiusdem Henrici. de iure iurando. illis verbis: Cuius etiam nos, & fratres nostri aliqualem priùs notitiam habebamus, propter quod faciliùs transiuimus in examine huiusmodi. notatque gloss. ibidem verbo aliqualem. quæ rationem reddit: quasi non plenam: Quia tunc non videtur examinatio personæ necessaria. sequiturque Gloss. in can. qui Episcopus ordinandus est 2. distinct. 23. in principio verbo examinetur. quæ inquit ad rem: ista examinatio non est facienda, nisi circa ignotos prosequiturque Boerius decis. 350. num. 6. Ambrosinus de Immunitate Ecclesiastica ad constitutionem Gregorii XIV. cap. 15. num. 8. vers. verum in casu nostro. Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ in Gloss. 4. à num. 84.

Reperime tamen in parochialium prouisione, quæ ex decreto Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi sessione 24. cap 18. de reformat. per concursum dari debent, vnde ex forma perquiritur examen, quantumcumque persona idonea fuerit, cum concurrentes admitti debeant, non vnus, ni vnus tantummodo concurrat, & nihilominus examinari debebit. ex Constitutione quoque Pii V. quæ aliter factam collationem nullam reddit. & ita declarasse sacram Congregationem refert Quaranta in summa verbo Beneficiorum Parochialium Collatio. in additionib. 9. circa examen per concursum. fol. mihi 93. & refert quoque Zerola in praxi Episcopali verbo Doctor part. 2. Cochier de permutatione beneficiorum part. 2. cap. 30. post principium.

Exanimatum dici non potest, si adhuc animam non habeat. ex Augustino in lib. Quæstionū in can. quod verò non formatum puerperium 8. 32. q. 2. verba sunt Augustini: Hic de anima quæstio solet agitari, vtrum. quod formatum non est, nec animatum quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habeat. Quia nimirum quod non est, rumpi non potest. vti Gloss. ibidem verbo si adhuc animam. subnectit.

Excellens in arte mori non debet. vulgatum axioma ex Paulo lib. 3. de pœnis in l. ad bestias damnatus 35. in principio ff. de pœnis. illis Pauli verbis: Sed si eius roboris, & artificii sint, vt digne Populo Romano exhiberi possint, Principem consulere debent. vbi Glossella Marginalis sequentibus adnotat: Nota quod excellenti in arte sua decapitando, parcendum est, si reus mortis sit optimus artifex, & valde vtilis Reipublicæ. per istum textum. Rationem quoque reddit: Hieronymus de Federicis resolutionum criminalium resolut. 23. n. 47. impressorum post 2. volum. consiliorum Farinacii. Nam tamquam vtilis Reipublicæ seruari debet.

Ex duobus malis, minus est eligendum. ex Cōcilio Toletano Octauo in can. duo sunt mala 1. distinct. 13. deducitque diffusius Gregorius in moralibus in can. neruis testiculorū Leuiathan pplexi. 2. eadē dist. 13. & Augustinus in can. iuraui David temere 4. 22. q. 4. dicens: De duobus peccatis, elegit minus: Sed minus fuit illud in comparatione maioris. & Gloss. in can. hi, qui de paginis Euāgelicis 3. verbo peiùs 26. q. 2. dicens: Quia permittitur minus malū, vt euitetur maius. deducitq; pluribus Sanchez de matrimonio li. 2. disputat. 42. nu. 45. & lib. 9. disputat. 19. num 2.

Exceptus qui non reperitur, inclusus intelligitur. ex Augustino lib. 1. de Ciuitate Dei, in can. si non licet priuata potestate. 9. §. neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris. 23. q. 5. verba sunt Augustini: Quanto magis intelligendū est, non licere homini seipsum occidere, cùm in eo, quod scriptum est (Non occides) nihilo deinde addito, nullus, nec ipse vtique, cui præcipitur, intelligitur exceptus. (Non occides) nou alterū. ergo nec te. ibique optimè Gloss. verbo exceptus. dicēs in argumentum: Quod eo ipso, quod quis non excipitur, intelligitur includi. ex Gelasio Papa Ruffino Episcopo scribente in can. si euangelica admonitio 13. in fine distinct. 55. loquitur Gelasius: Nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret. fuis excepisse regulis inuenimus. &c. quo loco Gloss. verbo excepisse. argumentum educit dicens: Quod vbi Canon non excipit, nec nos excipere debemus. ex Stephano Quinto Humberto Episcopo Moguntino in can. consuluisti de infantibus 20. 2. q. 5. dicente: Quod sanctiorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum.

Exceptio litis finitæ per rem Iudicatam, de qua in processu, aduersus Delegatum Apostolicum obiecta vlteriorē processum impedit. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in cap. 1. de litis contestatione in 6. illis verbis: Nisi de re Iudicata, transacta, seu finita excipiat. ibidemque Gloss. in vno quoque eorum verborum. Huiuscemodi proinde exceptio, cum præiudicialis sit, reseruari non poterit per Iudicem, alioquin grauat, & pars excipiens appellare poterit. ex Honorio Tertio Archidiacono Remensi, & Decano

Bri-

Brimensi Colonien diœcesis in *cap. exhibita nobis R. Virdunensis electi 19. de Iudicijs extrà*. ibidemque *Antonius de Butrio, & Aretinus*. Reprime, si exceptio ipsa dubia adhuc esset. *Ioannes Baptista Ferrectus cons. 165. lib. 1.*

Excessus viam alijs aperit Episcopus, qui negligenter, quę male vsurpantur, corrigere omittit. ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in *can. peruenit ad nos 21. distinct. 93. in fine*. qui sequentibus fatur: *Nam si negligenter ea, quę malè vsurpantur, negligimus, excessus viā alijs aperimus*. hoc autem fieri non debet.

Excomunicatio disciplina est, non eradicatio. Vrbanus Papa in *can. notandum est, quod quidam. 37. in finalibus verbis. 24. q. 3.* Quin medicinalis, non mortalis, disciplinans, non eradicans. vt Innocentius quartus in Concilio Lugdunen decreuit, rationem reddens in *c. cū medicinalis 1. de sententia excomunicationis in 6.* Est enim Gladius spiritualis Ecclesię Dei, quo non occidit, sed viuificat. ex Nicolao Papa Albino Archiepiscopo in *can. inter hac sanctitas vestra 6. in finalibus verbis 33. q. 2.* & est actus potius Iurisdictionis, quàm ordinis. Est mucro Episcopalis. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in *can. visis litteris charitatis vestra 1. in finalibus verbis 16. q. 2.* illis verbis: *& Felici Mucrone Episcopi sacerdotū piacula resecentur*. & est maxima pœnarum. quæ damnatio nominatur, qua pœna in Ecclesia nulla est maior. ex verbis Augustini in *can. corripiantur itaque à præpositis suis subditi 17. 24. quęst. 3.* ibique *gloss.* verbo *Episcopale*. dicitur enim Episcopale iudicium. deduciturque *glos. in can. nemo Episcopus. 11.* verbo *excomunicet. 2. q. 1.* Sicut ergo nō sine causa Iudex gladiū portat; ita nō sine causa claues Ecclesię sacedotes accipiūt. Ille portat gladiū ad vindictā malefactorū, laudē verò bonorū; isti habent claues ad exclusionem excomunicādorum, & reconciliationem pœnitentium. verba sunt Gratiani in *can. nos si incompetenter aliquid egimus 41. §. sicut enim non sine causa Iudex gladium portat. 2. quæst. 7.*

Excomunicatio, quo quidem ad originem, institutionem, ac potestatem, de Iure est diuino, Ecclesiæ à Deo tradita, quò verò ad modū, & formā ferendi illā de Iure est positiuo ab ipsa Ecclesia fulminata. probatur id ab ipso Domino nostro (*Matthæi 18. 17.*) Apostolos docente, de correptione loquente: *Quod si non audierit eos: dic Ecclesia. Si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus*. deduciturque per quam optime ex Bonifacio Octauo in *extrauaganti vnam sanctam Ecclesiam a. in fine §. Est autem hęc auctoritas. de maioritate, & obedientia inter comunes*. verba sunt Bonifacij: *Est autem hæc auctoritas (& si data sit homini, & exerceatur per hominem) non humana, sed potius diuina, ore diuino Petro data, sibiq; suisq; successoribus in ipso, quē cōfessus fuit, petra firmata: dicente Domino ipsi Petro: Quodcumque ligaueris, & cętera*. probatque contra Lutherum: *Sotus* in *4. distinct. 22. q. 1. art. 1.* sequiturque *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 22. Miscellaneo 2. num. 9. & de spolijs Clericorum §. 2. num. 4. vers. 4. noto ex prædictis. Couarruuias in relectione cap. alma mater, de sentēt. excomunicat. in 6. in principio*. Optime *Sayrus in Thesauro de censuris lib. 1. cap. 4. num. 8. Victorellus* ad Cardinalem *Toletum lib. 1. cap. 4. nu. 4.* ad verbum *similiter vers. Matthæi 18. tradita est à Christo*.

Excomunicatio suspendi non potest ab inferioribus Iudicibus, etiam ab Episcopo, nisi à solo Papa. Quia excomunicatio sola absolutione remouetur, & qui excomunicatus est, & perdurat, non fieri potest, vt non sit excomunicatus. ex Clemēte Tertio in *c. cum desideres 15. de sent. excom. extrà*. & ibidem ex Innocentio Tertio Strigonien Archiepiscopo in *cap. quod in dubijs 30. eodem*: *Sayrus in Thesauro de censuris lib. 4. cap. 10. num. 1. & num. 5. Marius Antonius variarum resolutionum lib. 1. resolut. 72. num. 10. & 11. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 38. num. 5.* Episcopus *Gennensis in praxi Episcopali cap. 28. de excomunicatione, an, & quando suspendatur per appellationem num. 5.*

Excomunicatio ob violentas manus in clericū iniectas contracta, in *can. si quis suadente diabolo 29. 17. q. 4.* quamuis summo Pontifici reseruata, potest per absolutionem ab Episcopo relaxari in casibus non nullis, vt puta in mortis articulo, vel qui illa tenetur, paupertate, aut infirmitate, vel senectute tanta grauetur, quod ad Ecclesiam Romanam laborē subire non valeat veniendi. præstito tamen iuramento, vt resumptis viribus, & opportunitate concessa, Romanam Ecclesiam in propria persona debeat visitare. Decernit Clemens Tertius in *cap. quod de his 26. extra de sentent. excomunicationis*. decreuitque Gregorius IX. diffusius loquens in *cap. quamuis incidens in canonem. 58. eodem de sentent. excomunicat.* loquens sequentibus: *Nisi imminente mortis articulo, infirmitate, inimicitia, aut inopia, puerili, vel senili ætate, fragilitate sexus, seu alia corporis impotentia, siue quolibet impedimento canonico retrahatur, quominus Romanum Pontificem possit adire, vel nisi Iuris beneficio à labore huiusmodi excusetur*. Hoc tamen priuilegium ad alias censuras ex alia causa haud extendi dixere *Ancharan. & Abbas* etiam ex comuni in *dicto c. quamuis*. Verùm diffundi ad omnes alios casus ex benignitate tuetur *Henriquez in summa lib. 6. cap. 10. §. 1. in fine. Nauar. manuali cap. 27. num. 89.* Quia nimirum eadem videtur ratio impedimento existente; ne quis in excomunicatione demoretur; & succurri debet impeditis; & quia generaliter loquuntur canones illi, causam afferentes, non restrictè. vti *Nauar. d. cap. 27. num. 89. vers. ad primam vero septem quęstionum*. docet probatque *Peregrinus de duello q. 37. num. 6. Sanchez de matrimonio lib. 2. disputat. 40. num. 3. in 3. ratione.* & in opere morali *lib. 2. cap. 13. num. 36.* Limitat tamen *nu. 37.* in hęresi. sequiturque *Auila de censuris part. 2. cap. 7. dubio 6. in 3. conclusione*.

Excomunicatio ab vno ad alium casum protendenda non est. ex ratione, quia temperandę, non exacerbandę, neque dilatandæ sunt pœ-

næ ex Digestis in *can. pœnę legum interpretatione. 18. de pœnitentia distinct.* 1 ibique *Gloss.* verbo *molliendę*, & verbo *exasperandę*. accepit Gratianus ex Hermogeniano lib. 1. Iuris epitomatum in *l. interpretatione legum 42. ff de pœnis.* qui sequentibus texit verba: *Interpretatione Legum pœnæ molliendę sunt potius, quam exasperandę*. prosequitur *Gloss.* in *Clement. vnica de consanguinitate, & affinitate.* verbo *cognati.* & verbo *contrahere*. concinitque regula Bonifacii VIII. *in pœnis 49. de regulis Iuris in 6.*

Excomunicatio priuat ab omni participatione sacramentorũ, & suffragiorũ. Verum si quem verè se pœnitet, atque pro viribus absolutionem procurat, non priuatur suffragijs generalibus Ecclesiæ, quia coram Deo est in statu gratiæ. ex Dauide in *can. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam 4.* & ibidem Augustinus in *can. magna pietas Dei 5. de pœnitentia distinct.* 1 deducit *Nauar. manuali cap. 27. n. 17. & 18. & conf.* 1. *num.* 4. *de pœnitentiis, & remissionibus lib.* 5. Card. Toletus *Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 4. *nu.* 4. probabilius tamen dicit *Aegidius de Conink tom.* 2. *disputat.* 14. *de censuris dub.* 6. *num.* 49. excomunicatos, non quidem toleratos, sed publicè denunciatos, participes haud fieri suffragiorum Ecclesiæ, quamuis eos peniteat, nisi absolutionem obtinuerint. probat autem ex Innocentio Tertio Abbati Sancti Andreæ in *cap. à nobis est sæpe quæsitum 28. de sententia excommunicat. extra*, qui exemplo vtitur Lazari dicens: *Quod in suscitatione Lazari sermo Euangelicus manifestat; quem prius Dominus suscitauit, & Apostolis præcepit postmodum soluere suscitatum*. soluendus est ergo, quamuis eum pœnituerit. ex eodem Innocentio Strigonien Archiepiscopo in *cap. sacris est canonibus institutum 38. eodem de sententia excommunicationis.* vbi etiam *Gloss.* verbo *consentiendi.* sic infert: *Cum fuerit absolutus, tunc orabit Ecclesia pro eo, & recipiet oblationem pro eo, sicut pro aliis defunctis.* Priorem verò receptiorem sententiam dicit *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 22. *q.* 3. quandiu viuit licet per eum non steterit, quin absoluatur, cumque admissorum iam pœnitet. Quia, vt diximus, reconciliatus per pœnitentiam iam Deo est. Canones verò illi, *à nobis 28. & sacris 38.* loquuntur de eo, qui in articulo mortis signa ostendit penitentiæ, sed absolutionem obtinere non potuit. quia morte præuentus fuit. nam poterit etiam post mortem absolui ab excomunicatione ad finem obtinendi sepulturam Ecclesiasticã.

Excomunicatio non liberat excomunicatum Clericum beneficiarium, vel in sacris constitutum ab obligatione soluendi pensum diuinarum horarum, quamuis cum aliis orare non possit, vel illas persoluere. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis Episcopus in Concilio excomunicatus 7.* 11. *q.* 3. Quia comunicare cum aliis, neque orando potest. ex Isidoro in regulis monachorum in *can. cum excommunicato neque orare, neque loqui 18. eadem* 11. *q.* 3. deducit hoc ipsum apertissime *Gloss.* recepta in *can. presbyterum per ignorantiam 16. in fine* verbo *priuatus distinct.* 28. quę sequentibus loquitur. *Videtur hic, quod si sacerdos est excomunicatus, vel suspensus quod non debet priuatim dicere horas suas: quod non est verum: imò ad hoc tenetur, dummodo non faciat hoc officiando suam Ecclesiam vt colligitur* 11. *q.* 3. *si quis Episcopus.* nec diuersimode *Gloss.* in *cap. si quis presbyter* 2. verbo *præsumpserit in fine.* & in *cap. illud Dominus in beato Petro* 5. verbo *officia. de clerico excomunicato, deposito, vel interdicto ministrante.* ibidemque *Glossella* marginalis rationes reddit *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap.* 7. *num.* 16. *vers. Vndecimo excomunicatum*: Tùm quod excomunicatio non tollit ordinem, neque beneficium, neque professionem. Tum quod excomunicatio non liberat debitorem à soluendo. Ne videatur de sua malitia commodum reportare. vt Alexander Tertius Episcopo Paduano respondit in *cap. intellectimus 7. in fine de Iudiciis.* *Couarruuias in cap. alma mater part.* 1. §. 1. *de sentent. excomunicat. in 6.* *Aegidius de Conink de censuris disputat.* 14. *dub.* 7. *num.* 53. *&* 54.

Excomunicatus diabolo traditur, & extra Ecclesiam deiicitur: quia sicut extra Ecclesiam diabolus est, ita extra Ecclesiam, & à comunione Ecclesiastica excomunicatus eijcitur, atque iumentũ efficitur diaboli. ex illo Apostoli (1. *ad Corinthios* 5. 5.) dicẽtis: *iam iudicaui, vt præsentem eum, qui sic operatus est, tradere huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, vt Spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi.* quia scilicet excomunicauit eum. tradit Augustinus de verbis Apostoli in *can. omnis Christianus, dilectissimi.* 32. 11. *quæst.* 3. Iumentum enim diaboli efficitur, quia eandem potestatem habet in excomunicatum diabolus, atque rusticus in suo pecore, in suo Asino. ex *Abbate in rubrica de sententia excomunicationis. Royas. singulari* 77. *num.* 2. *Nauar. manuali cap.* 27. *num.* 18. ex Hieronymo in libros Iudicum in *can. audi denique Apostolum dicentem* 21. *eadem* 11. *q.* 3. ibique in fine *Gloss.* verbo *Satanæ.* quæ sic agit commentum: *Satanæ dicitur tradi, quia diabolus in eum habet potestatem, quasi in pecore suo.* & dixit Gratianus in *can. miramur, quomodo excomunicati* 39. §. *his auctoritatibus perspicuè monstratur. in finalibus verbis 24. quæst.* 1. cuius sunt verba: *sicut & diabolus potest in malis, tanquam in pecore suo.* sequiturque *Lazarius de monitoriis quæst.* 19. *sectione* 1. *nu.* 9. *&* 11. Vnde.

Excomunicatus æquiperatur bannito. Hanc ob causam potest per Iudicem Ecclesiasticum præcipi Iudici seculari, vt excomunicatum perseuerantẽ, & contemnentem expellat ab illo loco. Episcopus *Gennensis in praxi cap.* 8. *de excomunicato puniendo intra annum num.* 3. *Sayrus plura in Thesauro de censuris lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 13. 14. *&* 15. *Segura in directorio Iudicum part.* 2. *capit.* 13. *num.* 26. *&* 27.

Excomunicatio a comunione priuat Ecclesiæ, & fidelium. Quam ob causam vitare excomunicatos debemus, neque cũ eis comunicare, & in diuinis quidem iure diuino legis Euangelicæ. apud *Matthaum* 18. 17. dicente Domino: *Si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut*

Et-

*Ethnicus, & publicanus*: in humanis autem lege tantum humana. deducit *Couarruuias in capit. Alma mater de sententia excomunicat. in 6. §. 1. num. 1. vers. hinc deducitur.*

Excomunicatos illos tantum vitare tenemur, qui fuerint notorii Clericorum percussores, & publicè denunciati, alios verò vitare non tenemur, ex Constitutione Martini V. in Concilio Constantiensi, ad sedandos conscientiarum timoratatum scrupulos. *Nauar. manuali cap. 27. num. 35. in 3. notabili. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 13. num. 1. & 2. Sayrus in Thesauro de censuris lib. 1. cap. 4. nu. 8. Lalius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu. 1. fol. mihi 26. vers. sic etiam triplex est. Couarruuias in cap. alma mater §. 2. num. 7. ad 10.*

Extende etiam in hæretico, nisi publicè fuerit excomunicatus per cedulones. Nam, & si hæreticus dicatur notoriè excomunicatus notorietate Iuris, nō tamen notorietate facti; quamuis esset declaratus hæreticus, non tamen publicè excomunicatus. tuetur *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 22. miscellan. 2. num. 6.* & licet quidem in Concilio Basilien quod post Constansiense fuit, aliter decretum fuerit, in toto tamen Christiano orbe illa Constansiensis sub Martino V. recepta fuit. *Couarruuias d. §. 2. à num. 7. ad 10.*

Excomunicatus tamen, quamuis non denunciatus, nullo fruitur priuilegio quoad se ex dicta extrauaganti Martini V. ad euitanda, &c. cum illa de comunicantibus verba faciat ad sedenda scrupula conscientiarum, non de excomunicatis, qui in culpa fuerunt peccando, vnde excomunicati fuere. *Nauar. cons. 21. Quid Iuris? num. 3. lib. 5. de hæreticis. Campanilis in diuersorio rubrica 2. 1. 6. 15. nu. 45.*

Excomunicati, si in excomunicatione vltra annum perseuerent, cum contemnere videantur, possunt citari ad dicendum quid sentiāt de fide. ex Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi ordinatione *sessione 25. cap. 3. in fine de reformat.* Sicut etiam intra annum temporaliter pœna plecti valent: deducit Episcopus *Genuens. in praxi Episcopali cap. 8. num. 1. 2. & 3.* Inuocato etiam auxilio brachii secularis. ex Innocentio Tertio in *cap. postulasti 21. de homicidio voluntario, vel casuali*: ibiq; Doctores. præsertim *Ioannes Andreę, & Felinus*. Et num clericus insordescens possit priuari beneficio? *Gratianus Forensiū disceptationū part. 2. c. 129. n. 1. 2. & 3.* Quod verò interim iustè excomunicatus possit priuari fructibus beneficii, deducitur ex Innocentio III. Episcopo Helien in *cap. pastoralis officii. 53. verum quia multotiens quis in fine de appellationibus*. Rationem reddit Innocentius ibidem dicens: *Et illi prouentus Ecclesiastici meritò subtrahuntur, cui Ecclesia comunio denegatur.* Rationem reddit gloss. ibidem verbo *subtrahuntur*, dicens: *Qui enim extra Ecclesiam est, nihil nomine Ecclesiæ potest possidere.* & est comunis Doctorum sententia. *Nauar. manuali cap. 25. nu. 124. vers. decimo quinto peccat. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 14. q. 9. & part. 2. lib. 8. cap. 11. quæst. 9.*

Excomunicatus testamentum condere haud poterit; & quia comunio eidem denegatur; & quia actus legitimi excomunicatis interdicuntur; & quia excomunicatus deportat, similis extimatur. Deportatus verò intestabilis habetur. ex *Glossa* notabili in *cap. decernimus, vt iudices seculares 8. de sententia excomunicationis, suspensionis, & interdicti in 6.* in dicto namque textu Alexander Quartus decernit, vt iudices seculares repellere teneantur excomunicatos ab agendo, patrocinando, & testificando in suis Curiis. vbi *glos.* verbo, *& testificando*. paulo ante relatas rationes refert.

Excomunicatio duas habet species; quædam est simplex siue minor, quę separat à sacramētis, & ab ingressu Ecclesiæ. Alia solemnis, quę propriè dicitur anathema, quæ separat etiam à comunione fidelium. Maior excomunicatio imponitur, vel pro maiori crimine; vel pro contumacia. Minor infligitur pro quolibet mortali. ita *Gloss. in can. si inimicus est iste Clemens. 15.* verbo *si inimicus 11. q. 3.*

Excomunicatus à Christi Domini corpore separatur; & Sathanę, vel Zabulo traditur, atque per Sacerdotes ab Ecclesia pellitur. ex Hieronymo in librum Iudicum in *can. audi denique Apostolum dicentē 21. 11. q. 3.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *Sathanę*. dicens: *Sathanę dicitur tradi, quia diabolus in eo habet potestatem, quasi in pecore suo.* Quia diabolus extra Ecclesiam est. Christus autem in Ecclesia. ex Augustino in *can. omnis Christianus 32. eadem 11. q. 3.* & Excomunicatus, ab Ecclesia proiectus dicitur, & quasi hæreticus habetur. ex Nicolao Papa ad Michaelē Imperatorem in *can. quod autem hi, qui iam fato 2. 4. q. 1.* dicēte: *Hæreticos autem (inquiens) dicimus tam eos, qui olim ab Ecclesia proiecti sunt, quàm qui post hæc à nobis anathematizati sunt.* quo loco *glos.* verbo *ab Ecclesia*. & ipsa infert: *Scilicet ab Ecclesia. Nota, quod omnis excomunicatus dicitur hæreticus.* Namque Excomunicatos constat condemnatos esse à Patre, & Filio, & Spiritu sancto, vt deputentur vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. vt ex Synodo Septima dicitur in *can. quoniam à quibusdam viris 5. 19. q. 3.* Quia nimirum, quòd à Christi vnitate disiunctus est, (excomunicatus videlicet) non habebit vitā, sed Dei ira manet super eū. verba sūe Augustini in *can. si quis à Catholica Ecclesia fuerit separatus 7. 23. q. 4.*

Excomunicatio (maior quidem, quæ anathema dicitur) semper supponit peccatum mortale, atque graue, præcedens. Ex Meldensi Concilio in *can. nemo Episcoporum 41. 11. q. 3.* in fine rationem reddens: *Quia anathema est æterna mortis damnatio, & non nisi pro mortali debet imponi crimine; & illi, qui aliter non poterit corrigi.* & ita quoque sequitur Concilium Aruernense in *can. nullus sacerdotum 42. eadem 11. q. 3.* sequitur *Nauar. in manuali cap. 17. nu. 3. & cons. 9. obnixe rogatus num. 6. vers. certum item, quod hæres lib. 3. de emptione, & venditione.* Vnde

de dicitur causa proxima excomunicationis peccatum mortale: causa vero remota, & materialis, homo. Card. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.8.cap.19.n.3.* Neque pro quolibet peccato mortali excomunicatio est ferenda, vti *Gloss.* inquit in *can. de viduis sub nulla benedictione velandis 42. in fine verbo laqueum 27. q.1.* vnde si pro re leui, & non peccaminosa feratur, nulla erit. *Auila de censuris part.1. dub. 9.* & de comuni testatur. Ad impediendum tamen peccatum futurum poterit excomunicatio imponi, & ex tunc supponitur in träsgrediente etiam peccatum contumaciç. *Binsfeldius in Enchiridion Theologia pastoralis part.5. de censuris cap.1.§.1. fol mihi 405.* Quam ob causam nulla excomunicatio est, quamuis Generaliter lata, quæ includat eum, qui non peccat mortaliter. *Nauarr. cons.52. nu.2. in fine lib.5. de simonia & cons.29. num.3. in fine eodē de simonia.*

Excomunicatio ferri potest absque citatione, si Prælatus procedat vim vi repellendo, tanquam pars. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. dilecto filio Decano Aurelianensi 6. de sententia excommunicationis in 6. Felinus in cap cum sit Romana §. num. 16 in 3. notabili de appellationibus.* Quia tunc non procedit vt Iudex, sed vt pars vim repellendo vi. Episcopus *Genuensis in praxi cap.18. de Episcopo quomodo debeat procedere &c nu.2.* transcripsit *Riccius decis.241. part.2.* idem *Felinus in cap. sacro 48. num.6. in 4. limitatione de senten. excomunicat.* videndus *Cauar. in cap. alma mater part.1.§.9. num.6. vers. hinc denique* aleduximus nos latè in nostro *Apologetico* pro Iuribus Ecclesiæ *a n.271. cum sequentibus.* quem etiam impressimus ad calcem *part.3.* nostratum *responsionum.* Neq; perquiritur citatio, quando factum est notorium notorietate facti. *Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.1. cap. 12. num.3. in fine.* Vel quando fuit quis malè absolutus, agiturque de illum reducando in pristinam excomunicationem. idem *Toletus eod. lib. 1. cap. 10. num.3.*

Excomunicatio fieri non debet, neque proferri, nisi qui incidit in illam citetur, ad dicendam causam, quare; & causa exprimatur, atque probetur. ex libro Constitutionum in *can. nemo Episcopus, nemo presbyter. 11. 2. q. 3.* dictumque fuit in Meldensi Concilio in *can. nemo Episcoporum quemlibet 41. in principio, 11. q.3.* dicente Concilio: *Nemo Episcoporum quemlibet sine certa, & manifesta peccati causa communione priuet Ecclesiastica.* Si verò sine citatione, vel post appellationem interpositam, excomunicetur, excomunicatio nulla erit. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Senonen in *cap. per tuas litteras 40. de sententia excomunicat. extrà.* decreuitque expressè Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. constitutionum Fœlicis recordationis Innocentii. 9. de sententia excomunicationis in 6.* ibique *Speculator num.6. Sallustius Tiberius in praxi Iudiciaria lib.1. cap.33. de censuris fulminandis nu.3.* videndus *Sperellus lib.1. decis.48. num.3. & 7.* Quando verò sententia excomunicationis nulla ex defectu dicatur; duodecim enumerat causas *Gloss. in cap. præsenti generali declaramus edicto 1. eod. tit.* eadem. Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunen. verbo *ad Cautelam. de sententia excomunicat: in 6.* cum primis autem defectus est Iurisdictionis, si à nō suo Iudice proferatur, vt neque seruari debeat. ex Cœlestino Tertio Claremonē Episcopo in *cap. quæsiuit 2. de his, quæ fiunt à maiori parte capituli.* ibique *Gloss.* verbo *assensu.* rationem reddens: *Quia talis sententia non tenet, cùm lata sit ab eo, qui non habet Iurisdictionem.* ex Gregorio Papa Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est. 7. circa finem §. de persona Stephani Episcopi hoc attendendum est. 2. q. 1.* videndus Cardin *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.1. cap.9. nu.6. & cap.10. num.4.*

Excomunicatio, Ecclesiasticæ animaduersionis mucro nuncupatur ab Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. pro humani redemptione generis 1. §. cum igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate. de homicidio in 6.* verba sūt Innocentii: *Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam nefarias præsumptiones Ecclesiasticç animaduersionis mucrone feriri, vt metus pœnæ meta huiusmodi præsumptionis existat. &c. excomunicationis &c.* Equidem (Excomunicare) opus est Spiritus sancti, & virtus Christi. Gratianus hoc probat in *can. audiuimus, quod Henricus §.3. vnde: non esse congregatis in vnum dictum est. 24. q. 1.* sequentibus verbis faciens: *Cùm ergo peccata dimittere vel retinere, excomunicare, vel reconciliare opus sit Spiritus sancti, & Virtus Christi; apparet, quod, qui extra Ecclesiam sunt, nec ligare possunt, nec soluere; nec reconciliando Ecclesiastica communioni reddere; nec excomunicando eius societate priuare, quia ipsi hæresi, vel schismate polluti, sine sententia notati, penitus carere probantur.*

Excomunicari potest etiam absens, si eius crimen sit notorium. sicut Paulus (*1. ad Corinth. 5.3.*) Corinthiū; illum, qui nouercam publicè pro vxore habebat, absens excomunicauit: *Ego quidem* (inquiens) *absens corpore, præsens autem spiritu iam iudicaui, vt præsens, eum, qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu, tradere huiusmodi Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi.* eodemque exemplo Stephanus Papa V. Leoni Episcopo Theanensi rescripsit in *can. de manifesta & vero in pluribus causis 7. 2. q. 1.* ibique *Glossa* verbo *iudicaui,* dicens consequenter ista: *Ergo absens excomunicatur.* & amplexus fuit Alexander Tertius Rhemensi Archiepiscopo scribens in *cap. cum sit Romana §.§. finali in fine de appellationibus, recusationibus, & relationibus extrà.* dicens: *Sicut ille, quem absentem, & irrequisitum, Apostolus excomunicauit.* vbi *Glos.* verbo *irrequisitum* consequentiam infert: quod in notoriis non est aliquis vocandus in Ius. allegat. q. 1. de manifesta.

Excomunicatus iniustè potest agere, vt ante omnia restituatur ad comunionem pristinam,

ex

ex Iulio Papa in Epistola ad Orientales in *can. nullus potest conuocari, aut iudicari* 5. 2. q. 2. ibique peroptime *gloss.* verbo *omnia iura.* quę sic infert: *Et etiam comunio hominum est restituenda si est iniustè excomunicatus, vel suspensus.* ex Alexandro Papa Rainaldo Cumano Episcopo in *can. super causa Gnillandi presbyteri* 31. in *fine eadem* 2. q. 5. & ex Augustino in *can. illud planè non temerè dixerim* 87. 11. q. 3. & *gloss.* ibidem verbo *iniuriam.* consequentiam inferens: *potest ergo agere contra excomunicatorem actione iniuriarum; quod est verum, cum dolo excomunicauit, alias non.* sequitur *gloss.* in *cap. cùm inter Priorem,* & *conuentum.* 5. §. *inquisitioni vestrę duximus respondendum.* verbo *legitima defensio.* in *fine de exceptionibus.* Abbas in *cap. querelam* 24. *num.* 13. *de electione. Afflictus decis.* 395. *num.* 3. *Rota in Vicun Prioratus* 1610. *coram Pamphilio decis.* 283. *num.* 2. *in fine post* 2. *volum. consiliorum Farinacii. Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis quęst.* 706. *num.* 1. *in principio.*

Excomunicatus, etiam publicè denunciatus, si in articulo mortis ostendit euidentia signa pœnitentiæ, tamen quia caruit sacerdote absolui non potuit, poterit post mortem absolui, vt Ecclesiasticæ tradatur sepulturæ, atque pro eo rogetur: ex Innocentio Tertio Abbati Sancti Andreæ in *cap. à nobis est sæpe quæsitum* 28. *de sententia excomunicationis extrà.* Si verò per sacerdotem quemcumque etiam in mortis articulo absoluatur, nulla alia indigebit mortuus absolutione. ex Gregorio IX. in *cap. parochiano tuo* 12. *fine finali de sepulturis.* ibique *glos.* verbo *denegari.* rationem reddens: *Quia ex quo comunicauimus ei viuo, & mortuo comunicare debemus.* eodemque modo respondit Alexander Tertius Claremonten Episcopo in *cap. in litteris tuis* 5. *de raptoribus,* & *incendiariis,* & *violatoribus Ecclesiarum.* ex Sacrosancta Tridentina Synodo *de sacramento pænitentiæ sessione* 16. *cap.* 7. *in fine.* Quia in articulo mortis omnis cessat reseruatio, & cuicumque sacerdoti facultas traditur absoluendi. *Nauar. in manuali cap.* 27. *num.* 272. *Rodriquez in summa part.* 1. *cap.* 59. *num.* 18. *in conclusione. Suarez tom.* 5. *disputat.* 12. *sectione* 4. deduximus nos latè *respons.* nostra 48. *per totam part.* 4.

Num verò, qui in mortis articulo pilis peritus plumbea ex tormento bellico excussa, excomunicatione notatus, bis Beatissimam Virginem, vt sibi præsto esset, inuocauit, signa ostendisse pœnitentiæ videatur, vt potuerit absolui, & postmodum Ecclesiasticæ tradi sepulturæ? Affirmatiuè pluribus respondimus *responsione* nostra 2. *eadem part.* 4. & ita sacram quoque declarasse Congregationem in vna Nolana 19. Iulii 1619. ex Barbosa de officio.

Excomunicatus si cedat alteri non excomunicato iura sua, quæ habet in aliqua re, tenet cessio, iureque Cessionarius interim agere poterit vi cessionis sibi factæ. ex cessione namque mutata persona est: *Glossa* per quę optime in *cap. si laicus.* vnico §. *verum licet patroni laicus.* de *Iure patronatus in* 6. verbo *semestre.* ex Bartolo Brixien in *quæstione veneriali.* *Quidam cum esset.* rationem reddit: *Quia illud vitium excomunicationis, personæ adhærens, ad successorem non transit.* ex Vlpiano lib. 3. Disputationum in *l. in vitium auctoris* 5. *ff. de diuersis,* & *temporalibus præscriptionibus,* & *de accessionibus possessionum.* sequitur *Socinus regula* 152. *excomunicatus regulariter agere non potest. fallentia* 3. & ita quoque *Gallesius de obligat. Camerali quæst.* 72. *num.* 3. & 4. secundum ordinem *Zacchiæ.* Reprime si cedens ipse excomunicatus ex cessione commodum percipiat, & fortasse in fraudem facta fuerit. ex *Nouario Forensis part.* 1. *quæst.* 118. *num.* 3. & 4.

Excomunicatus celebrans fit irregularis, à solo Papa dispensabilis, ex Concilio Anthiocheno in *can. si quis Episcopus damnatus à Synodo* 6. 11. *quæst.* 3. ibique *Gloss.* verbo *ab alia Synodo.* & ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis Episcopus in Concilio excomunicatus fuerit* 7. *eadem* 11. *quæst.* 3. *Nauar. conf. ginum.* 4. *lib.* 5. *de simonia.*

Excomunicatus, quamuis non denunciatus, euitari debet si factum fuerit notorium propter quod excomunicatione à iure notatus fuit. & sufficit per publicam famam vt excomunicatum haberi. ex Concilio Toletano primo in *can. si quis laicus abstinetur* 16. 11. q. 3. ibique peroptimè *gloss.* verbo *comunicet.* concinuntque quæ Innocencius Quartus in Concilio Lugdunen proposuit ad excomunicationis effectum tuendum aduersus excomunicatos, vt ita robore sustentatur & absolutionem petant, in *cap. pia consideratione statuit mater Ecclesia* 1. *de exceptionibus in* 6. quem textum perpendit *Genuensis* Episcopus Isernien in *practicabilibus Ecclesiasticis q.* 761. dicens, quod Excomunicatus occultus potest repelli à limine iudicii parte opponente. Quia constitutio Martini V. in Concilio Constantiensi nihil excomunicatis concedit. allegat *Ferrettum conf.* 551. deducit *Felinus in cap. Rodulphus Clericus.* 35. *num.* 33. *vers. sedaa tamen de rescriptis.* quem sequitur *Sylvester excomunicatio* 6. *num.* 9. *Rota decis.* 167. *num.* 4. *post* 2. *volumen consiliorum Farinacii. Thesaurus in praxi Ecclesiastica part.* 1. *cap.* 7. *in quæstione.* Quia nimirum in his, quæ tendunt ad fauorem excomunicati nulla est differentia inter occultum, & denunciatum, siue manifestum. *Franciscus Marcus decis.* *Delfinatus* 918. *num.* 2. *in fine part.* 1. & *Card. Toletus instructionis sacerdotalis lib.* 12. *per totum.*

Excomunicatio siue iusta, siue iniusta timenda est. Secundum Gregorium in *can. sententia pastoris* 1. 11. *quæst.* 3. qui verbis dicit: *sententia Pastoris siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est.* nisi forsitan post appellationem lata fuerit; vel manifestum contineat errorem. ex *Gloss.* ibidem verbo *timenda est.* ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Senonensi in *cap. per tuas litteras* 40. 5. *nos igitur credimus distinguendum. de sententia excomunicat. extrà.* Nemo proinde contemnat vincula Ecclesiastica: Non enim homo est, qui ligat, sed Christus, qui nobis hanc potestatem dedit, & Dominos fecit homines tanti honoris. verbis dicimus

San-

Sancti Ioannis Chrysostomi in *can. nemo contemnat vincula* 31. *eadem* 11. *quæst.* 3. Separatur enim à corpore Christi. si vero separatur à Christi corpore, non est mẽbrũ eius. si nõ est brum eius, non vegetatur Spiritu eius. idem vt dicit Chrysostomus in *can. nihil sic debet formidare Christianus* 33. *eadem* 11. *quæst.* 3. & cùm contemnitur, statim incipit ligare. vt *gloss.* ibidem verbo *quam separari* adnotat. Iusta autem quando dicatur, & quando iniusta, deducit Gratianus in *can. Episcopus, presbyter, aut Diaconus* 65. §. *si ergo iniustè deiecti eadẽ* 11. *quæst.* 3. & *ibidem in can. non solum ille reus est* 77. §. *cum ergo sententia ex ordine iniusta est.*

Excomunicatus inimicus putatur excomunicãtis. ex Beato Petro Principe Apostolorum in ordinatione Clementis, populum alloquens. in *can. si inimicus est iste Clemens* 1. *distinct.* 93. ibique *Gloss.* verbo *si inimicus est*. quæ sic infert: Inimicus dicitur hic quoad opinionem excomunicati; sicut Iudex dicitur crudelis latroni. ex Hieronymo super Esaiam in *can. non est crudelis* 18. 23. *quæst.* 5. qui sic fatur: *Non est crudelis, qui crudeles iugulat: sed crudelis ideo vocatur, quod crudelis patientibus esse videatur. Nam & latro suspensus patibulo crudelem Iudicem putat.* ita Hieronymus.

Excomunicatus contemnens, tardius ad veniã recipitur. ex Concilio Hilerdensi in *can. qui iubente sacerdote* 39. 11. *q.* 3. ibique *gloss.* verbo *tardius*.

Excomunicatis non comunicandum, vt erubescant, quia non comunicamus eis, & facilius ad cor redeant. ex Ioanne Chrysostomo in *can. ad mensam quippe paganorum* 24. ibique *Gloss.* verbo *permittimus in fine* 11. *q.* 3. ibidemque Gratianus §. *aliquando enim arcetur quis*. dicens: *Hæc sententia excomunicatio vocatur, quia à comunione corporis, & sanguinis Christi notatum prohibet. Sicut & Adam ab esu ligni vitæ excomunicatus est, Domino dicente (Videte, ne fortè sumati de ligno vitæ) Genesis 3.) Qua sententia non separatur quis à consortio fidelium. Est & alia sententia, quæ anathema vocatur, qua quisque separatur à consortio fidelium, de qua supra: Cum excomunicatis nolite communicare:* Namque cum excomunicatis nec in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo comunicare quis debet, nec aue eis dicat. ex Calixto Papa in *can. excommunicatos quoscumque.* 17. & *alijs sequentibus* 11. *q.* 3. & si quidem plures sint, qui excusentur, dicente, ac decernente Gregorio VII. in Concilio Romæ habito in *can. quoniã multos, peccatis nostris exigentibus* 103. *eadem* 11. *q.* 3. sequentibus verbis: *Apostolica itaque auctoritate ab anathematis vinculo hos subtrahimus; videlicet Vxores, liberos, seruos, ancillas seu mancipia, nec non rusticos seruientes, & omnes alios, qui non adeo Curiales sunt, vt eorum consilio scelera perpetrentur, & eos, qui ignoranter excomunicatis comunicãt.* Hi autẽ minori excomunicatione feriuntur ex Vrbano II. in *can. sanctis quippe canonibus cautũ constat* 110. *siue finali eadem* 11. *q.* 3. Isti vero à simplici sacerdote confessario absoluuntur, nisi in crimine comunicauerint. ex Concilio Carthaginensi in *can. qui merito facinorum suorum ab Ecclesia pulsi sunt* 49. *eadem* 11. *q.* 3. ibidemque *Gloss.* verbo *pari*. Nec salutare igitur excomunicatos publicè debemus, nec resalutare illos caput aperiendo, quamuis personæ alias in dignitate sint constitutæ, & si alii affirment ad euitanda scãdala. sed pro negatiua est Pater *Ioannes Valerus de differentiis inter vtrumque forum verbo remissio. differentia* 2. *num.* 4. refert pro se textum in *d. can. sanctis quippe canonibus* 110. *siue finali* 11. *q.* 3. quo can. expressè salutatio excomunicatis inhibetur, sicut & conuictus, & oratio. Nullo verò modo cum excomunicatis orare permittimur, ergo neque illos salutare permitti videmur.

Excomunicatus pro crimine in contumaciam, quia non comparuit, si intra annum comparuerit auditur, post verò annũ, quòd in excomunicatione p annũ perseuerauit, pro cõfesso habetur, & cõuictõ. ex Cõcilio Carthaginẽsi V. in *can. rursus constitutum est* 36. ex Gelasio Papa in *can. quicumque intra anni spatium* 37. 11. *q.* 3. & *Gloss.* in vtroque, in casus figuratione. sequitur *Gloss. finalis* verbo *hæreticus in cap. cum contumacia* 7. *in fine de hæreticis in* 6. *Calderinus consi.* 9. *Diaconus professus col.* 3. *in principio de hæreticis*. *Card. Toletus lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 10.

Excomunicatus, ex quõ comunicare cum aliis non potest, non idcirco liberatur ab oneribus, quibus antea tenebatur. ex Ambrosio in *can. Iulianus Imperator* 94. 11. *q.* 3. ibique *Gloss.* 1. verbo *obediebant*. Quam ob causam, Excomunicato Domino, non ideo vassalli absoluti censentur, ne ei pareant in rebus iustis, vti *Gloss.* dicto verbo *obediebant*. per pendit. *Bellencinus de Charitatiuo subsidio q.* 33.

Excomunicatus insordescens per annum in excomunicatione potest etiam priuari beneficio. ex Cœlestino Tertio in *cap. cum bonæ memoriæ Clemens Papa* 8. §. *respondemus, quod non licet eis de ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum*. ibique notanter *Gloss.* verbo *spoliare*. ex Concilio Carthaginensi in *can. rursus constitutum est* 36. ex Gelasio Papa in *can. quicumque intra anni spatium* 37. 11. *q.* 3. decreuitque Alexander Quartus Inquisitionibus rescribens hæreticæ prauitatis in *cap. cum contumacia* 7. *de hæreticis in* 6. Nec diuersimode Honorius Tertius Præposito, Archidiacono, & H. Canonico Suessionen. in *cap. Grauem Capituli Lugdunen recepimus quæstionem* 13. *siue finali de pœnis extra.* vt possit etiam contra huiusmodi contumacem insordescentem procedi ad interrogandum eum, quid sentiat de censuris ex *gloss.* ibidem verbo *hæreticæ prauitatis*. nam Alexander Quartus *d. cap. cùm contumacia* non se fundat primario in causa hæresis, sed generaliter loquatur de excomunicato in contumacia (in causa presertim fidei.) nam si omnes suspecti euadunt, præsertim tamen isti in causa fidei contumaces, & excomunicati, si per annum insorduerint: ex tunc *velut hæreticus condemnetur*. videndus *Barbosa ad d. cap. cum Contumacia*. *Cardin. Toletus lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 10. & 11. Ro-

*ta in vna Oscen Archidiaconatus* 4. *Maij* 1602. *coram Pamphilio decis.*132. *num.*7. *part:* 1. *in recentioribus* . dicens,requiri animum pertinacem;& in collectis per *Farinacium part.*4. *diuersorum decis.*612.*num.*1. *& num.*7. videndus *Marcus Antonius de Amatis decis.*9.*nu.*5. & deducit per optime *Mandosius de casibus annalibus num.*92. *vol.*17. *tractatuum. fol. mihi* 213. quod excomunicatus,licet non in Causa hæresis,insordescens,& si non possit,vt hæreticus puniri,habetur tamē vt suspectus, quod malè sentiat de censuris, & potestate Ecclesiæ,& potest contrà eum inquiri, & poterit citari vti leniter suspectus . *Eymericus in* 2. *parte directorii quæst.*56. *col.*2. *versiculo secundo quia fol.*381. & ibidem *Pegna commentario* 72. 9. *quidam vero fol.*362. *Farinacius de hæresi q.* 192 §.2.*nu.*23. *&* 24. *Graffiis decisionum aurearum part.*4.*cap.*14.*num.*4.

Excomunicatio iniusta causat iustum metum; quia per illam violentia infertur , quæ incōstantem cadit virum , cum excomunicatio à fidelium comunione priuet,atque à sacramētorum participatione.ex Innocentio Tertio Massilien,& Agathens Episcopis in *cap. cùm dilectus filius* 6. *de iis , quę vi , metusque causa fiunt.*ibique *gloss.*verbo *violentia in fine.Cauarruuias in lib.*4. *decretalium part.*2. §.4. *num.*11. sequiturque *Genuensis in praxi cap* 14. *num.*3. *in annotationibus.* Si pręsertim superior adiri nō possit ad remouendum timorem illū cōminatę excomnnicationes . *Romanus consil.* 369. *Circam primum propositę num.*10: *Beltraminus* ad Sanctę memorię *Gregorii XV. decis.* 365 *num.*4.*Cardin.Seraphnus decis.*826. *num.*4. Hanc ob Causam solutio facta metu excomunicationis iniustę fugiendæ, possessionem non causat. *Riccinllus de Iure personarū extra gremiū li.*4. *c.*1.*n.*11.*&* 12.Quia excomunicatio iustū causat metū, & cadentem in coltētem virum.ex Innocentio Tertio in *cap.olim inter te pro Abbatia tua* 17.*de restitutione spoliatorum* ibique *gloss.* finalis verbo *timore in fine.* quę sic refert : *Nota timorem excomunicationis æquiperari metui, qui cadit in constantem virum. vnde non pręiudicat.* Rota apud *Achillem decis.*425. *aliàs* 11.*de pensionibus in regulam Cancellariæ.*

Excomunicationis exceptio si in Iudicio proponatur,proponens speciem illius,& nomen excomunicatoris exprimat ; sciturus eamrem se deferre debere in publicam notionem, quam infra octo dierum spatium(die in quo proponitur minime computato)probare valeat apertissimis documentis . alioquin in expensis damnabitur.Ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. pia cōsideratione statuit.*1. §. *si quis igitur excomunicationem.de exceptionibus lib.*6. Rationem reddit *gloss.*in *can. non ne directa sunt verba canonum* 1.8.*quæst.*4. verbo *sententia* Quia sola accusatio,non constituit aliquem reum, vel criminosum. Deducit *Gratianus Forensium disceptationum part.*2.*cap.*255.*nu.*16. *Rota in recentioribus part.*1.*decis.*534. *num.*3.

Excomunicationis vero exceptio,quamuis lata sententia, opponi potest, & executioni impedimento est, ne exequatur sententia pro excomunicato lata. ex eodem Innocentio IV. eodem *cap.*1. §. *finali de exceptionibus in* 6.*Gigans tractatu de intruso num.*20.qui tractatus est ad calcem suorum respunsorum.

Excomunicationis sententia nulliter lata, nullum producit effectum,nec quoad Deum.nec quoad Ecclesiam.ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. ad præsentiam nostram* 16.& ex Innocentio Tertio Sancti Augustini, & Sancti Gregorii Prioribus in *cap. dilecti filii I. & H* 52. *de appellationibus extra.* vtputa si sententia post appellationem legitimam feratur,vel ex erronea causa,namque nulla est. ex Felice Secundo ad Episcopus in Alexandrina Synodo congregatos in *can. quoties Episcopi se à suis* 16. ibique *Gloss.*verbo *appellent.*2.*q.*6.*S Thomas in* 4. *distinct.*18. *q.*2. *art.*1. *ad* 4. *quęstionem.* concinitque Bonifacii Octaui *regula , non præstat impedimentum* 52.*de regulis Iuris in* 6.*Couar. in cap. Alma mater de sentent.excomunicat in* 6.*part.*1.§.7. *nu.*5. *& nu.*7. *Nauar. in manuali cap.*17. *num.*3.*in fine.Sayrus in Thesauro lib.*1.*cap.*16.*num.*32.*cum sequentibus. Bellenimus de charitatiuo subsidio q.* 24.*num.*2. Episcopus *Campanilis in diuersorio rub.*11.*cap.*15.*num.*45.46. *&* 47.

Excomunicandi sunt, qui sacerdutali admonitione non corriguntur. ex Symmacho Papa in Synodo Sexta Romanana in *can. in canonibus in Gangressi Ecclesia* 57. *in fine.* §. *ferro enim abscindenda sunt.*16. *q.*1. verba sunt Papæ: *Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur . dicente Domino: Auferte malum ex vobis.* Nec ab hoc sensu discedere,visus est Gregorus X.in Generali Concilio Lugdunen in *cap decet domum Domini sanctitudo.*2.§.*finali de immunitate Ecclesiarum,cœmeteriorum , & aliorum locorū religiosorum in* 6. Qui sequentibus loquutus est : *Qui vero pręmissas inhibitiones animo petulanti contempserint &c.diuinæ vltioni,& nostra poterunt acrimoniam formidare* . per excomunicationem videlicet,vt *gloss.*ibidem verbo *acrimoniam* . perpendit . Quia à gremio Ecclesiæ expellendi erunt.

Excomunicationis sententia à Iudice recusato lata,nulla est , quia interim Iurisdictione caret , ex Felice Secundo ad Episcopos in Alexandrina Synodo congregatos in *can quoties Episcopi se à suis comprouincialibus* 16.2.*q.*6. ibique per quàm optime *gloss.* verbo *appellent.Sayrus in Thesauro lib.*1.*cap.*5.*num.*40.*& cap.*16.*num.*14.

Excusatur is, qui iuste impeditur à suo superiore . ex Innocentio Tertio Consulibus & populo Tudertino in *cap. venientes ad sedem Apostolicam* 19.cum sua materia *de Iure Iurando.* sequitur Proauus noster *Robertus Maranta cons.*145. *num.*11. *in fine.*

Executor Apostolicus,Delegatus Papę dicatur, & exequitur gratiā quamuis interim moriatur Papa.ex Bonifacio Octauo in *cap. si super gratia cuiquam* 9. *de officio Iudicis Delegati in* 6.

Car-

*Cardin. Zabarella in clement. si plures obtinens dignitates 3. de præbendis, & dignitatibus nu. 3.*

Exequutor Apostolicus in eo, quod est sibi iniunctum, maior est quocumque Episcopo, vnde poterit contra eos procedere, seruato tamen gradu, & modestia, ob reuerentiam sacri officii, ac dignitatis. ex Alexandro IV. in *cap. Quia Pontificali dignitate præditis 2. de officio Iudicis Delegati in 6.* Rota *part. 4. diuersorum collecta per Farinacium decis. 366. in fine num. 4.*

Executor duplex, merus, & mixtus, hic assumit partes iudicis, non ille, qui simpliciter commissa exequi debet. ex Gratiano in *can. dicenti sacras iussiones se habere 16. §. Et, si non cognitio, sed executio mandatur. 25. q. 2.* ibique peroptime *gloss* verbo *cognoscatur.*

Executor autem merus, & si nullam habet causę cognitionem, potest tamen excomunicare eum impedientes exequi suum ministerium. *Gloss.* in *cap. finali §. finali* verbo *commissum de officio Iudicis delegati extra.* ibique *Abbas num. 5.*

Executor merus non tenetur assumere partes Iudicis, neque aliquem citare. *Imola* in *Clement. vnica ad medium de officio Delegati.* & in *cap. finali num. 9.* vbi *Abbas num. 13. & sequentib. de præsumptionib. Rota in Neapolitana legati 1. Februarii 1631. coram Ghisilerio decis. 11. num. 29. part. 6. in recentioribus per Rubeum.* vt contra.

Executor mixtus propter clausulam (*vocatis vocandis*) assumit partes Iudicis. ex Honorio Tertio Archidiacono Remensi, & Decano Brimensi Colonien Diœcesis in *cap. exhibita nobis R. Verdunensis electi petitio 19. de Iudiciis.* ibique *Gloss.* verbo *euocandi.* & *Felinus num. 4.* ex hoc proinde ab eius sententia datur appellatio, cui deferre tenetur. ex eodem *cap. exhibita 19. § finali* Idemque *Felinus* in *cap. de cætero noueris. 5. num. 2. in fine de sententia, & re Iudicata. Rota in recentioribus part. 1. decis. 215. num. 3.* & apud *Cardin. Caualer. decis. 211. num. 2. 3. & 4. & decis. 274. num. 1. & sequentib.* & *decis. 359. num. 8.* eadem Rota in *Auersana Beneficii 1593. coram Seraphino decis. 94. nu. 1. & sequentib. post primum volum. consiliorum Farinacii.*

A mero tamen Executore non datur appellatio, nisi modum excederet in exequendo. ex Innocentio Tertio Illustri Regi Francorum in *cap. nouit ille, qui nihil ignorat. 43. de appellationib.* quamuis ipse repulerit contradictorem non legitimum. *Rota apud Card. Caualer. d. decis. 359 num. 8. 9. & 10. Parisius de resignatione beneficiorum li. 10. q. 6. n. 64.* Decreueruntq; Valens, Gratianus, & Valentinianus Augusti in *l. ab executione appellari non posse 5. C. quorum appellationes non recipiuntur. Maranta* noster in *speculo 6. parte in vltimo actu de executione num. 55. Rota parte 1. diuersorum decis. 100. num 7. & 8.* & apud *Coccinum decis. 144. num. 12. & decis. 251. num. 1. & decis. 225 num. 1. & 2.* dicens, quod: Executor mistus, post Iustificationem litterarum Apostolicarum, fit merus executor: non potest tamen Executor mistus dare gratiam pro iustificata, nec eidem creditur gratiam esse Iustificatam, ni ex actis comprobetur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. quoniam contra falsam assertionem. 11 de probationibus. Crescen. decis. 5. nu. 2. de fide instrumentorum. Rota* apud S. mæmoriæ *Gregorium XV. decis. 413.* ibique plene *Beltraminus num. 4.*

Exequutores vltimarum voluntatum tenentur præcisè, & ad vnguem seruare voluntatem testatoris. ex Beato Gregorio in *can. vltima voluntas defuncti 4. 13. q. 2.* quia Lex est voluntas eius. vt *Gloss.* ibidem verbo *vltima voluntas.* aduertie. ex Iustiniano Cæsare in *Anthentico de nuptiis § disponat. collat. 4.* vnde executores contra mentem testatoris facere nullo possunt modo. *Landerchius Imolen cons. 171. sub num. 1. Beltraminus* ad sanctæ memoriæ *Gregorii XV. decisionem 179. sub. num. 1. littera A.*

Exempla, quæ præiudicium aliquod afferre possunt in Ecclesia Dei, respuenda, quamuis aliàs essent vtilia, Si præsertim facultas detur Laicis faciendi aliquid, & disponendi in Ecclesia. ex Symmacho Papa in Synodo Romana præsidente in *can. benè quidem Fraternitas vestra. 1. in fine §. sancta Synodus dixit. dist. 96. in fine.* dicente Synodo rationem: *Ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus, in quacumque Ciuitate, quolibet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus; quarum solis Sacerdotibus disponendi indiscussè à Deo cura commissa docetur.* & alias.

Exemplo quod est perniciosum fieri, nec permitti debet. ex Galieno Cæsare in *l. exemplo perniciosum est 7. C. de probationibus.*

Exemplo quæ sunt perniciosa reprobantur. ex Leone Papa ad Maueos Episcopos in *can. Principatus, quem aut seditio extorsit 25. 1. q. 1.* illis verbis: *Ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo. Et difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio:* ibique peroptimè *Gloss.* verbo *exemplo.* & *Glossella* marginalis ibidem dicens: *Reprobantur multa, ne sint exemplo perniciosa.* Nec diuersimode disposuit Innocentius Tertius Abbati sancti Victoris, & Decano Parisiensi, & Magistro R. Decorton Canonico Morinen in *cap. Dilectus filius Archidiaconus Morinen 32. §. nos vero attendentes, quia res perniciosa esset exemplo. de electione extra.*

Exempla verò Prælatorum mala, & Senum facilius corrumpunt, atque proinde vitanda, magisque punienda. ex Gregorio Ianuario Episcopo in *can. Paulus dicit: Seniorem ne increpaueris. 28. 2. q. 7.* Rationem reddens, ac dicens: *Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum est: Laqueus iuuenum omnes vos.* (Esaiæ 42.) ibique *Gloss.* verbo *seruanda.* rationem reddens: *Exempla enim Prælatorum, & senum facilius corrumpunt, & ideo magis sunt punienda.* Nam superiores exemplo nocent, aliosque inquinant. ex Gregorio in moralibus in *can. homini, qui similis tui est. 9. 1. q. 4.* illis

ver-

verbis: *Humana impietas illi nocet.* exẽplo, videlicet *Gloss.* verbo *nocet.* subnectit. Nam superioris error in subditis cum augumento propagatur. ex eodem Gregorio vniuersis Episcopis per Elledem prouinciam constitutis in *can. quibusdam narrantibus agnoui* 117. §. *qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur.* 1. *quæst.* 1. Rationem reddit *Gloss.* in *can. ex merito plebis non numquam* 13. 6. *quæst.* 1. in ipso principio, ad verba Anteri Papæ dicentis: *Ex merito plebis nonnunquam Episcopi deprauantur, quatenus proclinius cadant, qui sequuntur.* in verbo *cadant* dicens: *Quia componitur orbis Regis ad exemplum.* Deterius enim in populis Prælati delinquunt: ac per hoc ipsi crudelius, quam ceteri puniuntur. verba sũt Nicolai Papæ ad Lotharium Regem in *can. præcipuè Gualdradæ pellicis tuæ* 3. *post principium.* 11. *quæst.* 3. vnde 1. *Regum* 2. 17. de filiis Heli sacerdotis sacer textus sic infert consequentiam: *Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino; Quia retrahebant homines à sacrificio Dei.* Exempli quippe pernicies improba. ex Innocentio Tertio in *cap. nisi essent viri prouidi, & honesti* 21. *in principio. de prębendis, & dignitatibus.* Sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, saltim reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit, ita illi, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiunt. ex Prospero lib. 2. de vita contemplatiua in *can. ecce autem crimina quorumlibet* 18. *in fine* 24. q. 3. Propter hanc causam, quod mali exempli est, quamuis non dolo fiat, pœna feritur. ex Paulo lib. 5. sententiarum in *l. si quis aliquid ex metallo Principis* 38. §. *qui abortionis, aut amatorium poculum ff. de pœnis.* illis verbis: *Tamen quia mali exempli res est; humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulam, amissa parte bonorum, relegantur.* Nec dissimiliter Marcellus lib. 14. Institutionum in *l. eiusdem legis Corneliæ de sicariis* 3. §. *adlectio autem ista. ff. ad legem Corneliam de sicariis, & veneficiis.* dicens & ipse: *Sed ex Senatus Consulta relegari iussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed mala exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat, decessit.* Sic semper, quæ malo exemplo sunt, odio prosequuntur sacræ leges. Scire etenim Prælati debent, quia si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad proximos suos perditionis exempla transmittunt. vt idem Nicolaus Papa loquitur ex verbis Beati Gregorii *d. can. prępcipuè Gualdradæ pellicis tuæ.* 3. 11. q. 3. subdens cautelam: Vnde necesse est, vt tantò se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur. Rationem venamur ex Innocentio Tertio Trecensi Episcopo in *cap. magnæ deuotionis* 7. §. *præterea non videbatur expedire. de voto, & voti redemptione.* dicente illo, ac rationem reddente: *Quod enim agitur à Prælatis, facile trahitur à subditis in exemplum: iuxta quod Dominus inquit ad Moysen in leuitico: Si sacerdos, qui est vnctus peccauerit, faciet delinquere populum.* & glo ibidem verbo *agitur à prælatis.* referens & ipsa illud, supraquoque relatum: *Componitur orbis Regis ad exemplum.*

Exempla maiorum nos prouocant ad agendum. Probat Hieronymus in primum caput Danielis relatus à Gratiano in *can. qui de mensa regis, & de vino potus eius* 11. *distinct.* 37. exemplo eiusdẽ Danielis, & sociorum eius, qui de mensa regis noluerunt comedere; doctrinam tamen, & scientiam Babiloniorum non respuerunt. ibique *gloss.* verbo *scirent.* sic infert: *Ex eo, quod Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur argumentum, quod in dubiis recurrendum est ad exempla maiorum, & aliorum.* ex decreto Bonifacii Papæ in *can. sunt non nulli nullo dogmate fulcti.* 25. §. *neque enim Beatus Benedictus.* 16. *quæst.* 1. qui sic fatur: *Nos vero tantorum patrum instituti exemplis, (quibus periculosissimum est refragari) credimus &c.* Antecessorum itaque nostrorum exemplis in dubio insistendum.

Exempla præsentia cauere nos pręmonent in futurum. vti Syricus Papa ad Himerum Tarraconen Episcopum scribens in *can. quia aliquanti, de quibus loquimur* 4. *in fine distinct.* 82. nos admonet. ibique *Gloss.* verbo *cauere.* argumentatur: *ex præsentibus futura pręsumi.*

Exemplis iudicandum est partum, vbi neque lex, neque Canon reperitur. ex Innocentio Papa in *can. de quibus causis, nulla soluendi.* 3. *sine finali distinct.* 20. ibique *gloss.* verbo. *exempla.* volens: per exempla posse iudicari. cùm Ius scilicet certum non habetur. vnde.

Exempla aliarum Ecclesiarum sequi possumus in his, quæ indifferentia sunt. ex Augustino ad Ianuarium in *can. illa autem, quæ non sunt scripta* 11. §. *alia vero, quę per loca terrarum. distinct.* 12. *in fine.* Nam de matre sua verba faciens, quæ eum Mediolanum sequuta fuerat, & inuenerat Ecclesiam Sabato non ieiunantem; cœperat fluctuare quid ageret, *Tunc ego (inquit) consului de hac re beatissimæ memorię virum Ambrosium. At ille ait: Cùm Romam venio ieiuno sabbato: Cùm Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quem forte Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum Matri renunciassem, libenter amplexa est.* & rationem habes ex verbis antecedentibus: *Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum: & pro eorum, inter quos viuitur, societate, seruandum est.*

Exempla illa sequendaq; sunt, quæ rationi sunt innixa, & quæ digniora sunt imitatione, atq; pietate excellentiôra. alioquin sana ratio exemplis anteponenda est. ex Augustino ad Marcellinum de Ciuitate Dei lib. 1. cap. 23. in *can. sana quippe ratio* 11. *sine finali distinct.* 9. Nam vt *gloss.* ibidem verbo *sed illa exempla* infert: *non semper imitanda sunt exempla.* & vt *Glossella* Marginalis ibidem verbô *excellentiora.* concludit: *vbi exemplum non concordat rationi, non est sequẽdum.* Sicut exemplum Lu-

cretiæ Romanæ, quod nõ cõcordat rationi, sequẽdũ nõ vtiq; erit. de quo exẽplo idẽ Augustinus de Ciuitate Dei li. 1. c. 18. meminit, relatus à Gratiano in *can. proposito animi permanente* 4. §. *Lucretiam certè matronam nobilem* 32. *q.* 5. videndus *Oldradus cons* 228. *quod fratres Prædicatores. nu.* 6. *in fine.*

Exẽpla diuina nostrorũ debent esse actuum regula. ex Ioanne 22. in *extrauaganti diuinis exẽplis. vnica in ipso principio de pœnis. inter communes* sicuti

Exampla Papæ sequenda. vt *Gloss.* in *can. sana quippe ratio* 11. *distinct.* 9. verbo *sed illa exempla.* Quod enim Papa facit, quid sequendum in cæteris cognitionibus formam præscribit. ex Gelasio Papa ad Maximum & Eusebium Episcopos in *can. licet in regulis contineatur antiquis* 5. *circa finem* 16. *q.* 3. Nam quod Papa facit, *faciendo formam, exemplumque dat.* vt Sixtus Papa III. ad Orientales Episcopos in *can. mandastis, vt scriberem vobis* 10. 2. *q.* 5. in finalibus verbis contestatus fuit.

Exempli mali temeritate crescente, confusio in rebus nascitur, non ordo. ex Gelasio Papa Massimo, & Eusebio Episcopis scribente in *can. licet in regulis contineatur antiquis.* 5. *post principium* 16. *q.* 3.

Exemplo igitur quod perniciosum est, fieri, nec permitti debet. ex Gallieno Cæsare in *l. exemplo perniciosum* 7. *C. de probationibus.*

Exemplis bonis, quamuis à gentilibus profectis, argumentum sumere quandoque licet, in dubio prçsertim. vt Augustinus contra Faustum Manichæum scribens in *can si quid verò de Deo Sybilla* 13. *dist.* 37. argumentatus conspicitur. ibique *gloss.* verbo *valet quidem.* nec diuersimode Gregorius Papa Ianuario Sardiniç Episcopo scribens in *can. questa est nobis Hereida femina clarissima* 12. 13. *q.* 2. argumentatus conspicitur ab exemplo Filiorum Ephron, hoc est Seor, qui ab Abraaham pretium accipere noluerunt pro terra ad humandum corpus Coniugis suæ Saræ. (Genesis 23) ne commodum viderentur de cadauere consequuti. vt neque nos accipere debeamus. concludit enim consequentiam Gregorius dicens: *Si ergo tanta considerationis paganus vir fuit; quantò magis nos, qui sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus?*

Exemptus delinquẽs in diœcesi Episcopi, à quo exemptus est, criminis ratione subiectus eidem efficitur, vt ab eo puniri valeat. ex Cõcilio apud Compendium in *can. placuit pro comuni vtilitate* 4. ibique peroptimè *Gloss.* verbo *parochianum* 6. *q.* 3. Decreuitque Fabianus Papa Hilario Episcopo scribens in *can. ibi semper causa agatur* 1. 3. *q.* 6. ac dicens: *Ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur.* ibique *Gloss.* 1. verbo *ibi semper.* Idem decreuit Concilium Meldense in *can. de illis autem, qui intra parochiam* 5. *eadem* 6. *q* 3. ibique *Gloss.* verbo *excomunicentur.* scilicet (inferens) ab ipsius loci Episcopo, vel in cuius loco deliquerunt.

Exempta quamuis Ecclesia sit, non propterea est exemptum Beneficium, in illa existẽs. ex Bonifacio Octauo in *cap. per exemptionem Ecclesiæ concessam* 9. *de priuilegiis in* 6. *Rota apud Duranum* Episcopum Vrgellen *decis.* 92. *num.* 18. vnde est etiam, quod

Exemptus ratione loci alicuius, non est exemptus à Iurisdictione Ordinarij ratione aliorum Beneficiorum, quæ possidet. quamuis familiaris fuerit Cardinalium. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 24. *cap.* 11. *in fine* §. *quæ vero priuilegia. Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 736. *num.* 2. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 74. *nu.* 30. *cum sequentib.* Sicuti exemptio personarum, locum exemptum non facit. *eod. cap. per exemptionem. Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 156. *num.* 6. Ecclesia tamen exempta de diœcesi esse non desinit. ex Bonifacio Octauo in *cap. cùm Episcopus in tota sua diœcesi* 7. *de officio ordinarij in* 6. *Rota d. decis.* 156. *num.* 6. *part.* 1. *in recentioribus.*

Exemptionem prætendens contra suum Ordinarium, cui ius resistit, docere debet de titulo, si sit inferior. ex Bonifacio Octauo in *cap. cum persona ecclesiastica* 7. *de priuilegiis in* 6. Rota in *Corduben redecimarum* 28. *Octobris* 1595. *coram Illustrissimo Seraphino decis.* 55. *num.* 2. *&* 3. *apud Marchesanum part.* 1. *fol.* 654. Interim verò manuteneri haud poterit: secus verò, si non contra suum superiorem. vt ibidem.

Exemptio præsupponit subiectionem, nec sine illa exemptio datur. Exemptio enim priuationem importat; priuatio vero habitum præsupponit. ex Innocentio Tertio de Costa, & de sancto Donato Prioribus in *cap. cùm non liceat à capite membra recedere* 12. *de præscriptionibus* ibique *Glos.* verbo *suę diœcesis. Oldradus consil.* 254 *circa principium. Rota parte* 2. *diuersorum decis.* 207. *num.* 3. videnda Rota apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV.* *decis.* 325. *nu.* 2. *& sequentib. & decis.* 509. Exemptio quippe præsupponit locum esse in diœcesi. Rota in *Marsicen Iurisdictionis* 29. *Nouembris* 1621. *coram Buratto decis.* 578. *num.* 14. Vnde differunt exemptum esse, & nullius Iurisdictionis. *Rota d. decis.* 207. *part.* 2. *diuersorum.*

Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Matthæi. 7. 16. Dominus discipulos suos admonuiti. quod sanè Venerabilis Beda relatus in *capit. estote misericordes* 2. *de regulis Iuris extra.* de manifestis exaudit, non de occultis, dicens: *De manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri; vt stuprum, blasphemię, furta, ebrietates, & similia, de quibus nobis permittitur iudicare.* Rationem reddit ibidem *Gloss.* verbo *de manifestis;* Quia secretorum Deus iudex est, & cognitor. eademque *Gloss.* ibidem in casus figuratione, quærens: quare de manifestis iudicare nobis permittitur? *De quibus* (dicens) *cùm certum sit illa esse mala, nobis permissum est iudicare, & ideo ad bonum reduci non possunt.*

Exigere, est ab inuitis extorquere. dixit *Gloss.* in *extrauaganti* Benedicti 11. *quod olim per felicis recordationis Bonifacium Papam Octauum, vnica post principium de immunitate Ecclesiastica inter comunes.* verbo *ad exigentes.* deducitque *gloss. finalis* verbo *exegerit. in cap. Iuris esse ambiguum non videtur* 1. *de Iudiciis in* 6. plura hoc

ver-

verbum exigere significare. deducitque ex versu

*Exigo, perficio, peto, diuido, cogo, repello.*

plura videre poteris de hoc verbo apud Vlpianum lib. 2. de fideicommisso in *l. fideicommissa quocumque sermone relinqui possunt 11. §. si rem suam testator alicui lagauerit. ff. de legatis 3.*

Ex iis, quæ in ordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter quidquam agi. dicit *I*nnocentius Tertius Versellen Episcopo, & Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando 17. circa finem principii de accusationibus.* deducitur ex Augustino in *can. neque enim si agris inquè, ac perperam inuasis 9. 14. q. 5.* concludens in fine: *Aliud est nãque iniusta potestate iustè velle vti: & aliud est iusta potestate, iniuste valle vti.*

Exitus acta probat. ex Claudio saturnino lib. singulari de pœnis in *l. aut facta puniuntur, vt furta. 16. §. euenctus spectatur. ff. de pœnis.* & inter sacros retulit Canones Gratianus *can. aut facta puniuntur, vt furta, eędesque 19. §. euectus spectatur. de pœnitentia distinct. 1.* deduciturque ex Vlpiano lib. 77. ad Edictum in *l. iã tamen fideiussore, qui iudicium acceperat 5. §. in hac stipulatione hoc tractatur ff. Iudicatum solui.* Fuitque originale dictum Phillis ad Demophontem per Ouidium epist. 2. col. 3.

*Exitus acta probat: careat successibus opto*
*Quisquis ab euentu facta notanda putat.*

Deducitque *Rota* apud *Duranum* Episcopũ Vrcellen *decis. 286. num. 11. part. 2.*

Exorcizare est adiurare. & Exorcismus, id est adiuratio. ex Concilio Bracharensi secundo in *can. ante viginti dies Baptismi 55.* ibidemque *glo.* verbo *exorcismi.* id est adiuratione. *de consecratione dist. 4.* Quia nimirum, exorcizantur, hoc est adiurantur dœmones, vt exeant ab homine illo baptismatis aqua abluendo. deduxitque idem Gratianns ex eodem Concilio in *can. placuit omnibus Episcopis 12.* ibique *Gloss.* verbo *purgationem 10. q. 1.* docetque Augustinus de Symbolo in *can. sicut nostis fratres charissimi 62. de consecratione distinct. 4.* qui sequentibus loquitur: *Sicut nostis Fratres charissimi, & paruuli exufflantur, & exorcizantur, vt pellatur ex eis diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem, vt possideret homines. Nõ ergo Creatura Dei in infantibus exorcizatur, aut exuflatur, sed ille, sub quo sunt omnes, qui sub peccato nascũtur.* ita Augustinus. ibique *gloss* verbo *Creatura.* inferens: Nec *diabolus in quantum est creatura, sed in quantum est vitiosus.* Exorcizare itaque adiurare est, vt discedat ab illa creatura Dei diabolus inimicus. Vnde Exorcistæ ex Græco in Latinum adiuratores, siue increpantes vocantur. ex Isidoro in *can. Cleros, & Clericos 1. in fine §. exorcistę. dist. 21.* & ex eodem Isidoro in *can. perlectis sanctitatis tuæ litteris 1. §. ad exorcistã pertinet. dist. 25.*

Exorcizare autem non possunt, tàm in Ecclesiis, quam in domibus, nisi ii, qui ad eos gradus sunt consecrati, quibus fungi debent. ex *can. tabernaculum enim Moysen Deo præcipiente fecisse 2. in fine §. si autem vt legitur in Concilio Laodicensi. de consecratione dist. 1.*

Expectamus beatam illam spem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Apostolus loquitur Paulus ad Titũ 2. 13. quibus in verbis Augustinus super Ioannẽ tractatu 17. in *can. Ieiunium autem magnum 25. §. in hoc ergo seculo. de consecratione distinct. 5.* sic infert, & commentum agit: *In illa spe, cùm fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. Nam in hoc seculo, quasi Quadragesimam abstinentiæ celebramus, cùm benè viuimus, cùm ab iniquitatibus, & ab illicitis voluptatibus abstinemus; sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit, expectamus beatã illam spem, & reuelationem glorię magni Dei & Saluatoris Iesu Christi.* ita Augustinus.

Expedit facere, quæ nocere nequeunt, licet nõ prosint. ex Augustino in lib. de agenda cura pro mortuis, in *can. non ęstimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus. 19. 13. quæst. 2.* non longe post principium. verba damus Augustini: *Sed quia non discernimus, qui sint; oportet pro regeneratis omnibus facere: vt nul lus eorum pertermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & debeant peruenire. Melius enim supererunt ista eis, quibus nec obsunt, nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt.* ita Augustinus. expedit igitur facere, quæ nocere nequeunt, licet non prosint. concinit *gloss.* ibidem verbo. *Quia non discernimus.* & *Nauar. de Indulgentiis notabili 22. num. 50.*

Experientia efficax, est rerum Magistra, & ipsa manifestat omnia. deducit id Gregorius X. in Generali Concilio Lugdunen. in *cap. quam sit Ecclesiis eorum dispendiosa vacatio 6. in principio de Electione lib. 6.* dicens: *non solum iura testantur, sed etiam magistra rerum efficax experientia manifestat.* ibique *gloss.* verbo *Magistra rerum.* quæ & ipsa fatur: *Dicit philosophus: Natura potentem, ars facilem; vsus promptum reddit artificem: & cuilibet artificio prębet experientia nutrimentum.* Nam experimento anima ipsa docetur. ex S. Augustino lib. de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore. 1. §. cautus sit, ne verecundia ductus diuidat. de pœnitentia distinct. 5.* animam admonens, ac dicens: *Tanto igitur magis sibi caueat, & cohibeat se anima, quæ sæpe, vel semel corrupta est, & rapta: timeat iam docta Experimento, quod ignorauit virgo.* quo loco *gloss.* verbo *experimẽto* illud refert Ouidii:

*Qui semel est captus fallaci piscis ab hamo,*
*Omnibus vnica cibis æra subesse putat.*

Et *Glossella* Marginalis ibidem sic & ipsa adnotat: *Deceptus semel, cautius sibi cauet.* Quia nimirum experientia didicit. & omne artificium ab experientia incrementum recipit. ex Martiano lib. 7. Institutionum in *l. legatis seruis, exceptis negotiatoribus 63. §. ornatricibus legatis, Celsus scribit ff. de legatis. 3.* illis verbis *cùm omnes adhuc discere possint, & omne artificiũ incrementum recipiat.* plura notat *Neurzanus in silua nuptiali lib. 3. num. 6. in fine & num. 7.* diximusque *respons.* nostra 105. *nu 5. part. 5.*

Expressũ vbi nõ nocet, nec tacitum. veluti è cõtrà tacitum pro expresso habetur, quia ex tacita quoque voluntate quis tenetur. ex

Augustino in *can. plerumque boni viri* 27.2. q.7. ibique per optimè *gloss.* verbo *& tacent.* & taciturnitas ipsa magnum damnum operatur, in prælatis præsertim ex Eleutherio Papa in *can. negligere cum possis* 55. ibique *gloss.* verbo *deturbare.* & ex Hieronymo in *can. sancta quippe rusticitas* 56. ibique etiam *gloss.* verbo *quippe. eadem* 2. q. 7. Nec diuersimode dixit Vlpianus lib. 1. disputationum in *l. quoties filius familias* 2. *in principio ff. ad municipalem, & de incolis.* sat enim est patrem velle filium esse Decurionem, vt obstrictus pro eo videatur vniuersis muneribus, quæ decurioni filio iniunguntur, quasi fideiussor pro filio. & Paulus lib. 1. responsorum in *l. Lucius Titius cum esset in patris potestate* 21. §. *Imperatores Verus, & Antoninus eodem ad municipalem.* in ratione, quam reddit: *Cùm ad ea, quę mandari possunt, voluntatē dedisse videaris.* Perpenditur enim tacita voluntas, quamuis, quod expresse quis non posset, neque tacitè poterit. ex Gloss. ibidem verbo *videaris.* dicens illa: Aliàs hic expressè mandare non poterit. nec ergo tacitè. Neque ab hoc sensu aberrasse videtur Vlpianus lib. 2. ad Edictum in *l. eius, qui in prouincia* 27. §. *Celsus lib. 1. Digestorum scribit ff. ad municipalem, & de incolis.* illis verbis, de eo loquens, qui duobus locis equaliter demoratur: *neque hic minus, quàm illic frequenter commoretur, vbi domicilium habeat, existimationem animi esse accipiendam.* Quia nimirū ex tacita voluntate se declarare potest. Cōcinere videntur Imperatores Seuerus, & Antoninus in *l. secundum rationem Iuris existimas* 2. *C. soluto matrimonio: quemadmodum dos petatur.* in fine. in ratione, quam reddunt: *Cum & ipse pater siue voluntate tua, nec exigere, nec accipere dotem poterat.* vbi *gloss.* verbo *cùm & ipse.* sic infert: *benè dico tacitam exactionem non præiudicare filię, quia nec expressa. vt hic.* Expressum igitur vbi nō nocet, nec tacitum nocebit. *Andreas de Isernia in præludiis feudorum num.* 26. *in fine.*

Expressum autē illud dicitur, & certū, quod de iure certam habet interpretationem. *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 275. *num.* 15.

Extra territorium Ius dicenti, non paretur impune. ex Bonifacio Octauo in *cap.* 2. *siue finali in fine de constitutionibus in* 6. Quia nimirum Iurisdictione caret. ex Paulo lib. 1. ad Edictū in *l. finali ff. de Iurisdictione omnium Iudicum.* Paulum excipe dicentem: *Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem, & si supra Iurisdictionem suam velit Ius dicere.* Cùm, vt Calixtus Papa scribit ad Episcopos Gallię in *can. nullus alterius terminos* 7. 9. *quæst.* 2. atque sequentibus decernit: *Nullus alterius terminos vsurpet, nec alterius parochianum iudicare, vel ordinare, vel excomunicare præsumat: Quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excomunicatio, vel dānatio rata non erit, nec vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur.* Cæteroquin peccabit Iudex sine Iurisdictione Ius dicens: Quia alterius terminos vsurpat. ex *S. Thoma* 2.2. *quæst.* 66. *art.* 1. *in corpore. Nauar. manuali cap.* 12. *num.* 71. *versi.* 2. *qui habens tantùm potestatem.* & *cons.* 77. *num.* 2. *lib.* 3. *de regularibus.* diximus *respons.* nostra 78. *num.* 58. *part.* 3. *& respons.* 53. *nu.* 2. *part.* 4. Aestimatur enim tunc, vti persona priuata. *respons.* 70. *nu.* 13. *part.* 3.

Extincta nō reuiuiscunt. Quia in esse non sunt. Ex Innocentio Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. ad supplicationem Ragusien Archiepiscopi* 9. *in principio de renunciatione.* quatenus habet absolutum Episcopum a iuramēto, quo tenebatur Ecclesiæ, eiusdem Ecclesiæ Episcopum amplius non esse. concinitque idem met Innocentius Decano & Capitulo Andegauen in *cap. inter corporalia. & spiritualia* 2. *in fine* §. *nos intuentes, quod licet sibi munus consecrationis. de translatione Episcopi.* Dixitque, neque ab re Paulus lib. 15. Quæstionum in *l. qui res suas obligauit* 98. §. *Aream promisi alienam ff. de solutionibus, & liberationibus.* qui sic rationem reddens, rem nostram tuetur: *In perpetuum enim sublata obligatio, restitui non potest.* Quia à priuatione ad habitum, non datur regressus, nisi per diuinam potentiam, quæ sola facere potest, vt quæ non sunt, sint, & esse incipiant. *Quoniam Ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt.* David *psalm.* 32. 9. Concinitque Papinianus lib. 17. Quæstionum in *l. Meuius fundum mihi, ac Titio* 68. §. *duobus testamentis, ff. de legatis* 2. & ipse dicens: *neque postea parte alienata, reuocari actionem semel extinctam.* sequitur que *Ioseph Ludouicus decis. Perusina* 17. *num.* 10. & nos *respons.* nostra 81. *nu.* 15. *& sequentibus part.* 3. & *respons.* 09. *num.* 32. *par.* 4. *Nauar. cons.* 6. *num.* 12. *in fine lib.* 3. *de donationibus.* & *cons.* 32. *num.* 1. *in fine lib.* 5. *de simonia.*

Extrema præsumptionē faciunt ad medium. ex Gregorio in *can. quia sunt culpæ* 10. §. *sed quoniam iste dist.* 28. illis verbis: *Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens nec eam virginem ad eum venisse: denique nec religiosam mutasse vestem, post quam ille in ordine sacro promotus est.* ibique *Gloss.* verbo *nec eam virginem* dicens: *Hic per duo extrema colligitur medium: ex eo enim, quod ab initio non erat virgo, & postea iste promotus fuit in diaconum, colligitur eam non fuisse vxorem.* ita *Gloss.* ex eodem Gregorio Episcopis Siciliæ de lege Mauritii Augusti in *can. legem, quam piissimus Imperator dedit.* vnico *distinct.* 53. in illa ratione: *Quia dū in Ecclesiastico habitu non dissimiliter, quàm vixerant, viuunt, nequaquam student seculum fugere, sed mutare.* Quia profectò probatis extremis media præsumūtur. vt dixit Rota apud Card. Seraphinum *decis.* 1141. *num.* 3. & sequuta fuit in Lauden Iurispatronatus 12. *Nouembris* 1640. *coram Merlino dec.* 129. *n.* 4. in nouis additis ad *Viuianum in praxi Iuris patronatus*, quæ est *decis.* 850. *num.* 4. in nouiter impressis apud ipsum *tom.* 2. *Rota apud Card. Cauallerium decis.* 408. *num.* 7. & *Rota part.* 2. *diuersorum decis.* 107. *num.* 25. Quoniam ex *Aristotele* 5. *phisicorum.* Si est ponere extrema componibilia. ergo & medium, quod componitur, ex extremis. *Bonauentura in* 2 *distinct.* 1. Quando-

documque igitur constabit de duobus extremis bonis, præsumere etiam debemus de medio bono. vt dicit *Rota decis. 413. sine 10. num. 2. de Iure patronatus in nouis*. Rota Bononien. *de Benintendis decis. 43. num. 8.* & apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 350. num. 9.*

Exurgere qui præcipitur, vtique cecidisse cõstat. ex Cypriano ad Antonianum in *can. miror autem quosdam. 57. de pœnitentia distinctione 1.* verba sunt Cypriani ad verba illa Apocalypsis. 2. *Memento vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac.* sic inferens: *Quod vtique ei dicitur, quem constat cecidisse, & quem Dominus hortatur, per opera rursus exurgere.* exurgit ergo, qui iam ceciderat. deducitque peroptime Isidorus ad Massanum Episcopum in *can. Domino sancto, meritisque beato 28. distinct. 50.*

Extremæ vnctionis sacramentum à Christo Domino institutum fuit. ex *Marco 6. 14.* loquente de Apostolis, quod miserat Dominus ad prædicandum, dicit enim: *Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eiiciebant: & Vngebant oleo multos ægros, & sanabantur:* à Beato Iacobo Apostolo promulgatum 5. 14. dicente illo: *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, Vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis est remittentur ei.* Sequiturque Gratianus in *can. presbyteros vltra suum modum 2. §. prohibitio verò Leonis, & Gelasii. distinct. 95.* ibique plene glo. verbo *sanctificato.* quæ sic infert: *Et est duplex causa quare infirmi inunguntur: scilicet, quia venialia delentur, & præstat augumentum virtutibus. & quia infirmus citius liberatur ab infirmitate corporali. vt hic. Sed quid si quis non habet oleum, & inungit chrismate, tenet vnctio? videtur quod sic, quia prope eadem vsia est: quia chrisma non est nisi oleum balsamo admistum. extra de sacra vnctione cap. 1. Sicut, & tenet emptio, cum acetum venditur pro vino, quia est prope eadem vsia. vt ff. de contrahenda emptione l. in venditionibus. Sed forte secus, quia non est forte propè eadē vsia.* ita *Gloss.* sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 14. de sacramento extremę vnctionis cap. 1. & sequentibus.* & *can. 1.* de eodem. dicens, atque disponens: *Si quis dixerit extremam vnctionem non esse verè, ac propriè sacramentum à Christo Domino nostro institutum, & à beato Iacobo Apostolo promulgatum; sed ritum tantum acceptum à Patribus, aut figmentum humanum: anathema sit.* meminit S. Thomas *3. part. quæst. 65. art. 1. in corpore.*

Ex nolente quis fit volens. vt volens iam teneat, quod nolebat. ex Augustino ad Vincentium in *can. vides, vt opinor 3. post principium 23. q. 6.* ibique *Gloss.* verbo *&* *volens.* dicens: *Sic ex nolente fit volens.* ex Gelasio Papa Victori Episcopo in *can. consuluit dilectio tua 9. post principium distinct. 74.* dicente illo: *Qua propter, quia inuitos fieri Ecclesiastica moderatio, gratuitasque non patitur: Vt ex nolentibus fiant volentes; Ordinatio illa potest perficere.* Sine enim voluntate libera neque damnatur quisquam, neque saluatur. ex Augustino Donato presbitero in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. post principium. §. dicis Deum dedisse liberum arbitrium. 23. quæst. 4.* verba sunt Augustini: *Dicis Deum dedisse liberum arbitrium; ideo non deberi cogi hominem nec ad bonum. Quare ergo illi, de quibus supra dixi, coguntur ad bonum? Attende ergo quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis; nec liberari nisi bonam habuerit voluntatem.* cogitur itaque vt ex nolente fiat volens.

## F



Fabulas poetarum prædicando moraliter exponere; non multum laudabile, quia magis reprehensione dignū. rationem reddit Gregorius Desiderio Episcopo scribens in *can. cùm multa nobis bona 5. in fine distinct. 86.* atque dicens, *Quia in vno se ore cum Iouis laudibus, Christi laudes non capiunt.* docetque *gloss.* ibidem verbo *grammaticam.* atque Glossella Marginalis dicens, quod in initio: *Fabulas poetarum prædicando, moraliter exponere, non multum laudabile.* Prædicare igitur debemus Christum, & hunc Crucifixum. ex Apostolo Paulo 1. *ad Corinth. 1. 23.* dicente: *Nos autem prædicamus Christum Crucifixum.* vt nihil sciamus aliud nisi Christum, & hunc Crucifixum. sicuti ipse met *1. ad Corinth. 2. 2.* dixit: *Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc Crucifixum.* Hunc sciamus, vt benè sciamus.

Fabricæ Ecclesię nomine, ea quoque comprehenduntur, quæ ad ornatum ipsius Ecclesiæ faciunt, & ad diuinū cultum perquiruntur. & de iis Episcopus quartam percipere non potest. nisi in fraudem hoc fieret. ex Gregorio IX. in *cap. de his, quę in ornamentis 20. sine finali de sepulturis, extra.* ibique *Couarruuias num. 4.*

Facere potest quis, quod sibi prodest, licet ex eo vicino damnum enascatur. neque ex hoc peccat. ex Ambrosio à contrario ducto argumento in *can. si quis verò non obediat Episcopo 13. 11. q. 3.* dicente illo: *Quoniam veritatis ea est regula, vt nihil facias commendandi tui causa, quò minor alius fiat.* ibique *gloss.* verbo *commendandi in fine* dicens: *si tamen facias aliquod, eo proposito, vt tibi prosit, licet alii noceat, non peccas. argumento. l. 1. §. denique ff de aqua pluuiæ arcendæ.* Vlpiano lib. 53. ad Edictum rationem reddente, dicenteque: *Et sane non debet habere,* (de dolo videlicet actionem) *si non animo nocendi vicino, sed suum agrum meliorem faciendi, id facit.* ibique *gloss.* verbo *habere.*

Fa-

Facere id dicor, quod iure possum facere. Nam solum illud dicimur posse facere, quod iustè facere possumus. Et id attenditur, quod rectè fit. ex Augustino libro contra mendaciū in *can. faciat homo 15.22. quæst.2.* ibique *gloss.* verbo *quod potest*. Et Glossella Marginalis ibidem, quę sic verba facit: *Consueuit dici, quod quatuor modis dicitur aliquid posse fieri: scilicet facultate naturæ. Iuris permissione. vitæ merito. Officii debito. de hoc notat Innocent. extrà de concessione præbendæ accedens.* ita Glossella. vnde est, quod, qui facere aliquid tenetur, facere debet, vt actus valeat. alioquin fecisse non videtur. ex *Iasone* in *l. huiusmodi in principio nu. 27. ff. delegatis 1. Nauar. consf 5. n.7. lib.4. de consanguinitate, & affinitate.* Quod sane consilium alterius est Doctoris, probatur tamen à Nauatro. deduximus *respons.* nostra 78. *nu. 39. & 40. part.5.*

Facies hominis vibicibus, & cicatricibus deformāda nō est, cū diuinæ ad instar imaginis facta sit. & imago, & Gloria Dei est. vt Paulus *1. ad Corinthos 11.7.* dicit, de viro loquens: *Quoniam imago, & Gloria Dei est.* Et Imago Dei est in homine, vt Augustinus inquit in *can. hæc imago Dei est in homine 13.33. quæst.5.* referens illud Genesis 1. & sapientiæ 2. *Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum.* Imaginem. id est similitudinem. *gloss.* ibidem verbo *imaginem.* exprimit. & dixit *gloss.* 1. in *can. propter Gloriam muneris, & operis 69. de consecrat. distinct.4.* referens Ouidianum illud.

*Proneque cùm spectent animalia cætera terrā.*
*Os homini sublime dedit, cælumque videre.*
*Iussit, & erectos: ad sidera tollere vultus.*

Disposuit proinde Constantinus Imperator in *l. si quis in metallum fuerit 17. C. de pœnis.* Faciem hominis, quamuis damnati, describendam non esse: *Quò facies,* (inquiens) *quę ad similitudinem pulchritudinis cælestis figurata, minimè maculetur.* vbi *gloss.* verbo *cælestis figurata.* infert: *Et sic nota, non esse quem bullandum in fronte.* & sequitur *gloss.* in extrauaganti 1. Bonifacii Octaui *in fine.* verbo *ipso facto. de sepulturis inter comunes.* & ex Vrbano Tertio *in cap. ad audientiam nostram 3. in fine* ibique *gloss.* verbo *characterem extrà de crimine falsi.* sequitur *Baldassar de Amescua de potestate in se ipsum lib.1. cap.13. num.8. Maranta* noster in *speculo in 2. distinct. Iudiciorum num.8. & nu.9. part.4.* Hinc sane est quod facies prænuncia cordis est. & vt quidem dixit:

*In facie legitur secreta mentis voluntas.* Quia nimirum ex Innocentio Tertio P. Sanctæ Mariæ in via lata Presbytero Cardinali in *cap. Quia diuersitatem 5. in ipso initio de concessione præbendę.* Diuersitatem corporum, diuersitatem sequitur animorum. Dixitq; nec obscurè Callistratus lib.1 de cognitionibus in *l. obseruandum est ius reddenti 19. ff. de officio præsidis.* Iudicem instruens qualiter se cum subiectis gerere debeat, atque inter cętera: *neque* (inquiens) *precibus calamitosorum collacrimari oportet: id enim non est constantis, & recti Iudicis, cuius animi motus vultus detegit.* Franciscus Muñoz de *escobar de ratiocinitis administratorum cap.32. num.1. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.42. num.4. & 5.*

Facito vobis amicos de mammona iniquitatis. Dominus (Lucę 16.9.) de villico loquens dixit: Et ego dico vobis: facite vobis amicos de mammona iniquitatis: vt cum defeceritis, recipiant vos in ęterna tabernacula. Non quidem quod furandum sit, vt eleemosynas facias. *Nam aliud est propter peccata eleemosinas facere: aliud propter eleemosynas peccata committere.* vt Gregorius Syagrio, & aliis Episcopis scripsit in *can. non est putanda eleemosyna 27. §. ne ergo sub obtentu eleemosynæ 1. q.1. in fine* ibique peroptimè *gloss.* verbo *facere.* Deducens oppositionem: *Fac tibi amicos de mammona iniquitatis.* Sed sic exponitur: *id est de diuitiis, solicitudinibus, & laboribus acquisitis. vel, quibus abstulisti, sua restituas, vel eorum parentibus: vel illis mortuis sacerdotibus offeras & isti omnes facti tibi amici orabunt pro te Dominū.* & optime verbū illud (iniquitatis) pro solicitudine *Gloss.* quoque exaudit in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis 2.12. quæst.1.* verbo *sed per iniquitatem.* dicens; *Vel per iniquitatem.* idest per solicitudinem. vt ibi: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* id est de pecunia, quæ per solicitudinem acquisita est. ex Gratiano in *can. qui habetis de malo 14. §. sed hoc multipliciter intelligitur. 14. quęs.5.* verba sunt Gratiani: *De malo ergo bonum facit, qui pauperibus dispensat, quod cum labore, & solicitudine acquisiuit, iuxta illud Euangelii: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Mammon verò, dicitur dœmon, qui præest diuitiis. vt *Gloss.* ibidem exprimit. non quod in eis potestatem habeat; sed quia homines tentat per eas. Archidiaconus. ita Glossa.

Facientis culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emēdare. Ioannes Papa Octauus in *can. facientis 3. dist.86.* rationem reddit ex Paulo ad Romanos 1. dicens: *Scriptum quippe est:* (Non *solum qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus) participes iudicantur.* subsequens: *Et negligere, cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* nec discedit Gregorius Papa ad Bonifacium in *can. viduas à proposito discedentes 2. in fine. 27. q.2.* referens dictum locum Pauli *non solum qui faciunt &c.*

Facientem igitur, & consentientem par pœna constringit. verba sunt Nicolai Papę Gerardo Turonensi Archiepiscopo in *can. notum sit tuę Fraternę charitati 10. in fine 2. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo. *& consentientem.* ex Innocentio Tertio in *cap. cum ad sedem Apostolicā accessissent 15. §. nos prioris acta Iudicii recensentes. de restitutiane spoliatorum.* illis verbis: *quod Cumanen Episcopus hospitalarios spoliauerit, vel mandauerit spoliari, vel spoliationem factam ratam saltim habuerit.* nec diuersimodè Symmachus Episcopus Catholicæ Ecclesiæ vrbis Romæ Synodo præsidens in *can. benè quidem fraternitas vestra 1. §. item Hormista diaconus distinct.96.* in sequentibus verbis: *Si quis verò aliquid eorum alienare voluerit, ineffieax, atque irrit,*

*ritum iudicetur: sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema*. Nam, qui peccat, & qui peccato consentit, vterque reus est. ex Nicolao Papa Lothario Regi in *can. ita corporis tui cedere moribus consensisti* 96. & Augustino in *can. qui resistit potestati* 97. 11. q. 3. & ex Isidoro in *can. qui consentit peccantibus* 100. eadem 11. q. 3. nec diffitetur Lucius Episcopus ad Galliæ, & Hispaniæ Episcopos in *can. omnes Ecclesiæ raptores* 5. *in fine* 17. q. 4. Rationem reddens: *Quia non solum, qui faciunt, rei iudicantur; sed etiam qui consentiunt facientibus. Par enim pœna, & agentes, & consentientes comprehendit*. ibique *Gloss.* verbo *consentiunt*. Gratianus in *summa* 22. q. 5. dicens: *Si enim consentiens pari pœna cum faciente puniendus est, multò magis ille, qui cogit, reus admissi criminis probatur*. & ex Gregorio Papa in *can. quidam maligni spiritus* 2. 5. q. 1. dicens ille *Quisquis ille sit, qui hoc agere præsumpsit, vel consensum in tanta iniquitatis consilio præbuit*. &c. nec diffentitur Calixtus Papa in *can. conspirationum crimina* 22. *in fine* 11. q. 1. dicens: *Non solum facientes, sed & eis consentientes*.

Quinimo quandoque consentiens maiori pœna constringitur, quàm faciens. ex Gelasio Papa Anastasio Imperatori in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste*. 10. §. *talibus igitur institutis. distinct.* 96. illis verbis. *Beatus Innocentius Papa Archadium Imperatorem (quia consensit vt S. Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit*. quo loco *Gloss.* verbo *consensit*. dicens: *Nota; consentientem maiori pœna astringi, quàm facientem*. Quia profectò magis peccat, quandoque. ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. consanguineorum coniunctiones* 4. *circa finem* 3. q. 4. in illatione quam ipse facit: *Non solum ergo hi reijciendi sunt, & infames efficiuntur; sed etiam omnes eis consentientes*. ibique *Gloss.* verbo *consentientes*. declarans hoc fieri: *approbando, defendendo, patrocinium præstando: quo casu non minus peccat, quàm faciens*. imo magis peccat. ex Vrbano Papa in *can. qui aliorum defendit errorem* 32. 24. q. 3. dicente illo: *Qui aliorum defendit errorem; multò magis damnabilior est illis, qui errant. Quia non solum errat, sed alijs offendicula erroris præparat, & confirmat*. Quotupliciter autem quis consentire dicatur. adeas *Glos. d. can. notum sit* 10. verbo *consentientem* 2. q. 10.

Faciens per alium, fictè, & per quandam foris interpretationem per seipsum facere videtur. Bonifacius Octauus regula, *qui facit* 72. *de reg. Iuris in* 6. dicens pro regula, *Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum*. Similique modo tradidit Vlpianus lib. 17. ad Plautium in *l. quod iussu alterius* 141. *ff. de regulis Iuris*. & ipse dicens. *Quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset*. A pertrusque idem Vlpianus lib. 69. ad Edictum in *l.* 1. §. *deiecisse autem etiam is videtur. ff. de vi, & vi armata*. rationem reddens: *Parui enim referre visum est, suis manibus quis deiiciat, an verò per alium*. Idemque Vlpianus lib. 71. ad Edictum in *l. certè, si interim Dominus* 6. §. *si procurator meus ff. de precario*. verba sunt Vlpiani: *Si procurator meus me mandante, vel ratum habente, precario rogauerit, ego precario propriè habere dicor*. præsertim vero vbi agitur de acquirendo, & lucro captando. vt *Glossella* Marginalis ibidem adnotat. ex *Bald.* in *l. vnica* §. *nec autem in finali* col. C. *de caducis tollendis*. sequiturque *Rota* apud *Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis.* 266. *num.* 3. & 4. & *num.* 7. & 8. *part.* 2.

Factum alienum, licet vt proprium quandoque reputetur, tamen non est verè factum proprium, sed fictè. *Gloss.* dicta regula *qui per alium* 72. verbo *proinde de regulis Iuris in* 6. sequitur *Nauarr. de oratione & horis canonicis miscellaneo* 25. *num.* 25. *vers. tum denique quod licet factum*.

Facilè ne credat Episcopus, nec ad vindictam eum res accendat incognita; sed diligenter est veritas perscrutanda. ex Gregorio Ioanni Episcopo Panormitano in *can. si quid de quocunque Clerico* 2. 25. q. 7. qui canon est iam 23. *si quid verò distinct.* 86. Verbis nimis factus credulus. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in *can. visis litteris charitatis vestræ* 1. *circa finem* §. *sic itaque priuatur mercede, quam consequutus fuerat*. 16. q. 2. vbi *Gloss.* verbo *credulus*. argumentum deducit: *quod imputatur alicui, quod nimis est credulus*. ex Octaua Synodo in *can. non solum ille reus est*. 77. 11. q. 3. disponente illa: *Non solum ille reus est, qui falsum de alio profert: sed & is, qui aurem cito criminibus præbet*.

Facilius inuenitur, quod à pluribus senioribus quæritur. dixit Innocentius Papa in *can. de quibus causis*. 3. *sine finali in fine distinct.* 20. subinferens. *Verus enim repromissor Dominus ait*: (Matth. 18.) *Si duo ex vobis, vel tres conuenient super terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint. fiet illis à Patre meo*. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *pluribus*. & ipsa dicens: *Nam per ampliores homines manifesta veritas reuelatur*.

Facilitas veniæ incentiuum est delinquendi. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *c. vt clericorum mores* 13. §. *ne verò facilitas veniæ. de vita & honestate clericorum*. Hoc non est curare; sed, si dicere verum volumus, occidere. ex Epistola Cleri Romani in *can. absit à Romana Ecclesia* 26. *in fine distinct.* 50. ibique *gloss.* verbo *properata*. & dixit Sixtus Quartus in *extrauaganti, & si Dominici gregis* 5. *post principium. de pœnitentiis, & remissionibus*. verbis apertissimis; *aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum*. vnde multas iam indultas reuocauit, indulgentias, quas concesserat. Quia nimirum *Quod facilè sanatur, non multum cauetur*. vt Anselmus super psalmum 5. loquitur, eumque refert Poliantbea verbo *mendacium* in sententiis Patrum. Et Ne medicina nimis vtilis, vilis habeatur. vt Augustinus loquitur ad Macedonium in *can. quamuis cantè, & salubriter prouisum sit* 62 *distinct.* 50. & facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi. vt Ambrosius rationem reddit in *can. est iniusta misericordia*. 33. *in fine* 23. *quæst.* 4. Nec dispar similiter Gregorius Ioani Episcopo Syracusano in *can. peruenit ad nos* 21. *in fi-*

ne

ne distinct. 93. dicens rationem: *Nam si negligenter ea, quæ malè vsurpantur, omittimus, excessus etiam aliis aperimus.* Reprimuntur proinde. ex Innocentio Tertio ad Genuensem Archiepiscopum in *cap. quemadmodum* 25. §. *quod si expressè. de Iure iurando*, qui sequentibus disponit: *Ne per hoc liberaci præbeatur peccandi facultas, propter impunitatem peccati.* & Hincmarus Remorum Episcopus in *can. si mala fama de presbytero exierit* 16. 2. *quæst.* 5. & ipse rationem reddit: *Nam securiores presbyteri existentes licentiùs in peccatum prolabantur.* Quamuis alias Peccati venia non det licentiam delinquendi. vt Leo Papa Episcopis Africæ respōdit in *can. exigunt causæ, vt non solum in tales præsules* 18. *in fine* 1. *quæst.* 7. Quod sanè ex indulgentia exauditur, & quandoque aliqua ratione conceditur. vt ibidem Leo subnectit. iuxta illud quod Augustinus in *can. sane cauendum est* 18. *in fine de pœnitentia distinct.* 3. de Deo, qui misericors est, dixit: *Nemini enim dat laxamentum peccandi; quamuis miserando deleat iam facta peccata: si non satisfactio congrua negligatur.* Remissio enim peccati, non dat licentiam deliquendi. vt *gloss.* ibidem finalis verbo *emendus* loquitur.

Facinus quos par coinquinat, & æquat, vtrosque similis pœna comitari debet. ex Leone, & Anthemio Augustis Armasio Præfecto prætorii in *l. si quemquam. vel in hac regia vrbe* 29. §. *Tantum ab ambitu in fine C. de Episcopis, & Clericis*, verba sunt Imperatorum: *Nec hoc solùm deinceps honore priuari, sed perpetuæ quoque nota infamiæ damnari decernimus: vt eos, quos par facinus coinquinat, & æquat, vtrosque similis pœna comitetur.* legem hanc inter sacros retulit canones Gratianus in *can. sane quisquis hanc sanctam, & venerandam antistitus sedem* 4. 15. *quæst.* 3. & *gloss.* in d. *l. si quemquam.* verbo *par facinus*, quæ est finalis sic infert: *Nota æquale delictum æqualem exigere pœnam, vt hic.*

Facere nō debo, à quo teneor alium prohibere. ex Gregorio in *cap. vnico in fine. extrà de natis ex libero ventre.* ibique *gloss.* verbo *à qua tueri.* ex Ambrosio lib. 1. de officiis in *can. vna tantum, nec repetita nobis culpa* 4. *in fine distinct.* 26. illis verbis: *Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniungia frequentauerit?* Nec dissimiliter Hieronymus in *can. primum itaque sine crimine iubetur esse Episcopus.* 6. *sub finali distinct.* 25. rationem reddens, ac dicens: *Quomodo enim potest Præses Ecclesiæ auferre malum de medio eius, qui in delicto simili corruerit? aut qua libertate corripere peccantem potest; cùm tacitus sibi ipse respondeat, eadem admisisse, quæ corripit?* Facere igitur non debet ea, a quibus alios prohibere tenetur.

Factum alienum potest quis promittere, & obligatur ex eo, saltim curare adimplementū. ex Pelagio Papa in *can. Eleutherius Frater, & Coepiscopus noster* 2. *distin.* 93. illis verbis: *Et id, quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione promisit, vt quatedranis diebus vigiliæ in eius celebrarentur Ecclesia, illis contemnentibus implere non posse.* potuit ergo se obligare Episcopus ad factum alienum. & respondet *gloss.* ibidem verbo *vigiliæ* dicens: *Sed dic quod benè potuit, cùm ad eius officium spectaret, eos ad hoc cogere, & ita sua interfuit.* An autem possit quis venire contra factum suum? videtur posse, ex Augustino sermone de comuni vita clericorum in *can. Ecce ego sum, qui statueram* 18. 12. q. 2. qui sic ait: *Ecce in conspectu Dei, & vestro, muto consilium.* potest ergo quis venire contra factum suum mutandò consilium. sequiturque *gloss.* ibidem verbo *Ecce.* quæ respondet pro, & contrà. demū soluit: *Quilibet potest venire contra factum suum, vbi est expressum in Iure, non aliàs.* ex Hilario in Concilio Romano in *can. pœnitentes, vel inscii litterarum* 3. *distinct.* 55. *in fine.* dicente: *Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet.* vbi *gloss.* verbo *dissoluet* in fine concludens: *De Iure comuni non potest aliquis venire contra factum suum, nisi in casibus expressis in Iure.* Quia nimirum contrà ius fecit, & emendare debet, quòd malè factum est. deducit *Bart.* per illum textum in *l. post mortem* 25. *ff. de adoptionibus.* quæ lex est Vlpiani lib. 5. opinionum. Illis verbis: *Aduersus factum suum, quasi non iure eam, nec præsentibus testibus emancipauerit, pater mouere controuersiam prohibetur.* vbi *gloss.* verbo *factum suum.* in notabili: quem non posse venire contra factum suum. demū soluit. *Refert* (inquiens) *an aliquis faciat, quod est prohibitum à lege, an quod non est prohibitum, vt emacipare non solemniter.* & demum dissoluit contraria: *quod ibi fuit factum contra legem hic autem præter*, *secundum Bart.* & habetur hęc materia in *can. vbi non est consensus vtriusque* 1. qui est Nicolai Papę 30. q. 2. de parentibus loquens, qui aliorum nomine nuptias cōtrahunt. inferens: *Ergo qui pueris dant puellas in cunabulis, & è conuerso, nihil faciunt, nisi vterque puerorum, post quam venerit ad annos discretionis, consenserit, etiam si pater, & mater hoc voluerint, & fecerint.* Quia vbi non est consensus vtriusque, non est coniugium. & ibi plenè *gloss.* verbo *nihil.* venit itaque quis contra factum suum, vbi quod promiserat, impleri non potest, nec debet. & Ius repugnat.

Factum infectum fieri non potest. probatur. ex Hieronymo ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis* 11. 32. *quæst.* 5. qui § *caue, quæso.* sic verba facit: *Caue, quæso, ne quando de te dicat Deus:* (Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam.) Amos. 1. *Audenter loquar: Cùm omnia possit Deus, suscitare Virginem non potest post ruinam; valet quidem liberare de pœna: sed non vult coronare corruptam.* vbi *gloss.* verbo *suscitare*, sic & ipsa infert: *Quidam sic intelligunt, quod Deus non potest facere, quin fuerit corrupta: quia factum non potest non esse factum.* ex Triphonio lib. 4. Disputationum in *l. in bello post liminium est* 12. *ff. de captiuis, & postliminio reuersis, & de redemptis ab hostibus.* §. *factæ autē causæ.* verba sunt Triphonii: *Factæ autem causæ infectæ nulla constitutione fieri possunt.* Quia nimirum repugnat in adiecto, vt quod factū est, factum non sit; & factum, contradictoria

sunt,

sunt, quæ simul eodem tempore stare non possunt. cum vnum verum, alterum sit falsū. Verum autem, & falsum stare non possunt, quia cōtradictoria sunt. vnde nō iniuria, sed iure Iustinianus Cæsar A. Hermogini Magistro officiorum in *l. raptores virginum. vnica in fine principii C. de raptu virginum, seu viduarum, nec non sanctimonialium.* rationem reddens dixit: *Maximè cum virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit.* vbi gl. verbo *restitui non possit.* addit: *etiam à Deo, secundum Augustinum, licet omnia Deo sint possibilia.* sequiturque *gloss.* in *cap. 2.* verbo *dispensare in fine vers. nam cum Deus cætera possit. de bigamis non ordinandis extrà.* Quę sane propositio rectè exaudiri potest in sensu diuiso, quia potest Deus Virginem reparare, non in sensu composito, vt virgo sit, quæ iam corrupta est, vt scilicet corrupta non sit, quod contradictionem implicat. ex *gloss.* in *can. vasis iræ nunquam Dei redderet interitum 23. §. quamuis ergo conuenienter.* qui est Gratiani, verbo *quamuis 23. quęst. 4.* sequiturque quam optime *Nauarr. in can. si quis iratus num 2. de pœnitentia distinct. 1.* docuitque *S. Thomas* doctor Angelicus *part. 1. quęst. 25. art. 4. in corpore.* diximus *respons.* nostra *21. nu. 36. & 37. part. 1.* & in nostro *apologetico* pro Iuribus Ecclesię nostrę Iuuenacen *num. 92.* post *3. partem nostrarum responsionum. Nauar. cons. 2. num. 2. lib. 4. qui filii sint legitimi.* Nec inconcinnè ex Vlpiano li. 42. ad Sabinū in *l. verum est 32. ff. de regulis Iuris.* dum sequentibus tradit: *Verum est, neque stipulationes factum posse tollere. Quod enim* impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi, vt vtilem actionem, aut factū efficere possit. Rationem reddit Gloss. 1. ibidem: *Quia est impossibile, vt quod est, non sit.* licet quandoque reputet lex pro non facto, quod factum est. Nam impossibilè est: factū pro infecto haberi; vel quod est, non esse. sequiturque *Dynus.* ibidem. Nec diuersimodè Iustinianus Cæsar in *authentico. de qualitate dotis, & propter nuptias donationis. post principium §. quæ igitur priùs exposita sunt. collatione 7.* rationem & ipse reddens, ac dicens: *Quod enim factum est, infectum manere impossibile est.* Nam vt *S. Thomas* inquit *d. quæst. 25. art. 4. in corpore part. 1.* Pręterita non fuisse, non subiacet diuinę potentiæ. Nam non potest Deus facere, vt ea, quæ vera sunt, eo ipso, quod vera sunt, falsa sint. & Philosophus dicit 6. Ethicorum: quod hoc solo priuatur Deus, ingenita facere, quæ sunt facta. Quia vt idem *S. Thomas* in opusculis *quodlibeto 5. quæst. 2. art. 3.* inquit: *Potentia Dei se extendit ad totum ens. vnde solum id à Dei potentia excluditur, quod repugnat rationi entis. Et hoc est simul esse, & nō esse.* diximus *respons.* nostra *28. à nu. 25. cum sequentibus part. 4.*

Factum non semper imputatur vbi culpa præcedit. Rationem reddit Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum scribens in *can. ad eius verò concubitum 4. sine finali §. finali in fine distinct. 5.* dicens: *Quia sæpe sine culpa agitur, quod venit ex culpa. vnde etiam cū esurimus, sine culpa comedimus; quibus ex culpa primi hominis factum est, vt esuriremus.* argumētumque extrahit *gloss.* verbo *sine culpa.* quod non semper imputatur factum vbi culpa præcedit: probat ex Ambrosio in *can. sane discimus vitandam ebrietatem 7. 15. q. 1.* qui sic de ebrietate loquens verba subnectit: *Nam quæ sobrii cauemus, per ebrietatem ignoranter committimus. Nesciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent: iacent sepulti: ideoque, si qua per vinum deliquerint, apud sapientes iudices, venia quidē facta donantur, sed leuitatis damnantur auctores.* Non enim punitur quis de eo, quod ebrius fecit; sed tantum pro eo, quod leuis erat ad inebriandum se. vt *gloss.* ibidem verbo *damnantur.* infert.

Factum non dicitur, si non perseuerauerit factum. ex Paulo lib. 35. ad Edictum in *l. diuortiū non est verum 3. ff. de diuortiis, & repudiis.* qui sic exemplificat verbis dicens: *Itaque quicquid in calore iracundiæ, vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit, iudiciū animi fuisse.* quem textum inter sacros retulit canones Gratianus in *can. diuortium non est verum 21. de pœnitentia dist. 1.* ibique *gloss.* verbo *ratum est.* argumentum educens: non dici quid factum, si non perseuerauerit. ex Hieronymo in *cap. nam, & ego 3. de verborum significatione extra.* vnigenitum dici illum, qui post alium natus est, qui natus statim periit: rationem reddit: *Quia ille mox natus sine nomine, quasi nunquam esset, de vita decessit.* vbi *gloss.* verbo *quasi numquam esset.* sic infert: *Et ita non videtur fuisse, qui non durauit.* ex Gregorio Ioanni subdiacono scribente in *can. quanto Apostolica sedes 10. distinct. 63.* illis verbis: *sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio.* Factum igitur non dicitur, quod non fuit legitimè factum: Quia perseuerantiam non habet. ex Sceuola lib. 2. Digestorum in *l. inter Castellianum, & Seium 49.* ibique summarium *ff. de receptis arbitris, & qui arbitrium recipiunt, vt sententiam dicant.* sequitur *Vincentius de Franchis decis. 50. num. 8. Rota apud Card. Manticam decis. 2. num. 5.*

Factum non dicitur, quod aliter est factum, quam fieri debuit. ex Augustino in *can. qui ex timore 8. de regulis Iuris extrà.* verba sunt Augustini: *Qui ex timore facit pręceptum, aliter, quàm debeat facit, & ideo iam non facit.* Rationē reddit *gloss.* ibidem verbo *iam non facit. Quod non dicitur factum. quod legitimè non fit.* ex Augustino in libro contra mendacium in *can. faciat homo etiam pro temporali hominum salute 15. 22. quęst. 2.* illis verbis: *iam se existimet non habere quid faciat: quando id reliquum esse perspexerit, quod rectè est faciat.* quo loco *gloss.* verbo *quod potest.* sic infert: *Ex hoc capit. habes, quod solum illud dicimur posse facere, quod iustè facere possumus.* Quid simile habetur ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam, rapina 33. 24. quæst. 1.* decernens: consecratum illum dici Episcopum non posse, qui secundum Ecclesiā Catholicam consecratus non fuerit. inferens: *Iurè ergo execratus tantum, non consecratus poterit dici, quem simul sacrare in*

vnitate cunctis membris non agnoscit Ecclesia. Hanc ob causam in consideratione habendū non est, quod de facto, non autem fit iure. ex Iasone in l. licet Imperator noster 78. sub num. 3. ff. de legatis. 1. & sequitur Rota apud Coccinum decis. 238. num. 5. Quia factum non dicatur, quod aliter, quàm fieri debuit, factum fuit. Siluester verbo restitutio. 8. q. 5. circa finem vers. 3. quando.

Factum legitime retractandum non est. ex Bonifacio Octauo in regula factum legitimè 73. de regulis Iuris in 6. sequitur Rota decis. 62. quæ incipit: si lata vna diffinitiua sententia, num. 1. in fine. & nu. 3. circa finem de appellatione in nouis Barbosa axiomate 93. nu. 38. Ex hoc procedit principio, & aliud, quòd, Factum, quod si factū non fuisset, iterum faciendum esset, reuocari non potest. Rota apud Verallum Episcopum Caputaquen. decis. 175. num. 2. & sequentibus part. 3. sequtaque fuit Rota apud Coccinum, decis. 97. num. 2. quę est etiam apud Marchesanum tom. 3, fol. 91. in Romana Sancti Thomæ in Formis 21. Februarii 1603.

Factum magis, quàm verba præualere debent, atque proinde attendi. facta enim sermonibus pręualent. ex Innocentio Tertio Abbati, & Conuentui Sancti Zenonis Veronen 10 cap. cum inter vos. 13. §. quamuis forte dicto Instrumento donationis in fine de sententia, & re iudicata. verbis illis: Veritate gestorum sermonibus pręualente. Quia nimirum veritas rerum, errore gestorum non vitiatur. vt Gloss. ibidem verbo sermonibus praualente. subnectit, eodemque teste Innocētio Sancti Augustini, & Sancti Gregorij Prioribus in cap. Dilecti filij 52. §. finali de appellationibus. qui sic fatur: Cum autem plus sit ad Sedem Apostolicam facto prouocare, quàm verbo &c. Rationem reddit Glos. ibidem verbo facto prouocare. dicens: Quoniā plus est factis demonstrare, quam verbis dicere. Et factis mentimur, sicut & verbis. Et factis negamus Deum, sicut & verbis, quin imo magis factis, quàm verbis. vt Paulus testatur Apostolus ad Titum 1. 16. de quibusdam dicens: Confitentur se nosse Deum, factis autem negant. exprimitque Hieronymus in commentariis, relatus can. existimant quidam 84. 11. q. 3. Nec minus verbis, quàm factis mentimur; multoque magis nos factis, simulatisque operibus mentimur Deo. Mendacium namque est, Christianum se dicere, & opera Christi non facere. ex Ambrosio in can. cauete fratres mendacium 20. ibique Gloss. verbo operibus 22. q. 5. Nec diuersimodè ex Valeriano, & Galieno Augustis in l. 1. totoq; titulo C. plus valere quod agitur, quàm, quod simulate concipitur. Quia veritas potius, quàm verba, quam, ipsamet scriptura, attendi debet. & dixit Rota in Pampilonen de Ianzi 14. Decembris 1598. coram Litta apud Tiberiū Salustium in praxi A. C. lib. 3. fol. 342.

Factum ipsum, qualis quisque pro præterito fuerit, probat. ex Gregorio Clero, & nobilibus Ciuibus Neapolitanis in can. priusquam ad nos scripta vestra discurrerent 4. distinct. 28. verba excipe Gregorii de Ioanne verba faciens diacono, qui ad Episcopatum electus fuerat: Nam qua pręsumptione (inquiens) ad Episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola teste conuincitur non habere? vbi Gloss. verbo filiam. notat, quod per factum ipsum probatur aliquid. ex Innocentio Exuperio Tolosano Episcopo in can. proposuisti, quid de his obseruari debeat 2. in principio distinct. 82. in hac ipsa materia incontinentiæ, illis verbis: incontinentes esse, aut fuisse, generati filii prodiderunt. vbi glos. verbo filii. rationem reddit: Filius enim argumentum est ambulans super terram de incontinentia patris. referēs: d. can. priusquam 4. distinct. 28. Deduciturq; ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniā, & Brutios in can. quatuor autem tam de reditu 27. 12. q. 2. in verbis, quæ dicit de bonorum diuisione Ecclesiasticorum per Episcopum facienda: Ea vero, quę Ecclesiasticis ędificiis attributa sunt, huic operi veraciter prę rogata, locorum doceat instauratio manifesta sanctorum. vbi gloss. verbo doceat. inquit. per vnum factum probari aliud, & causam probari per effectum. Ex facto itaque probatur quid sit aliquid. & qualis quis sit. ex Gregorio Natali Episcopo in can. multis ab vrbe tua venientibus 5 distinct. 64. dicente illo: Quę audita non crederem; nisi hac actionum tuarum experimentis adprobarem. vbi Gloss. verbo actionum notat argumentum: Præsumitur contra aliquē quandoque propter crimen præteritum.

Factum vnum probat aliud. ex Gregorio Natali Episcopo in can. multis ad vrbe tua venientibus. 5. distinct. 44. Cui sic loquitur scribens Gregorius: Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum Ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiam nescis. Vnum igitur factum probat aliud. Gloss. ibidem verbo in testimonium. infert. Probatur ex Innocentio Papa ad Episcopos Macedonię in can. constat multos vim passos. 111. 1. q. 1. & sequitur Gloss. in can. quatuor autem, tam de reditu 27. 12. q. 2. verbo doceat. dicens: Per vnum factum probari aliud. Et causam probari per effectum.

Factum qualificatum si prohibeatur, non ex hoc tamen simplex factum prohibitum censetur. ex Bonifacio Octauo in cap. 2. de constitutionibus in 6. & ex Gregorio X. in Generali Concilio Lugdunen. in cap. decet domum Domini sanctitudo 2. de immunitate Ecclesiarum, cæmoteriorum, & aliorum locorum religiosorum in 6. & ex Gregorio IX. in capit. conquestus est nobis 5. siue finali de ferijs extrà. concinitque Paulus li. 1. ad Edictum in l. finali ff. de iurisdictione omnium iudicum. Prohibitus enim extra territorium Ius dicere, vel in locis sacris, vel diebus feriatis, Ius dicere simpliciter minime prohibetur. sequitur Nauarr. de iubileo, & indulgentiis notabili 28. nu. 10.

Facti causa magis attenditur, quàm factum ipsum. ex Ioanne Chrysostomo super Matthęum in can. occidit Phinees 14. 23. q. 8. sic dicente: Non solam igitur inspiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam. Rationem reddit ibidem Gloss.

*Gloss.* verbo *& causam*. inquiens: *Quia causa facti potius est inquirenda, quam ipsum factum*. ex Isidoro in *can. sciendum est, quod pleraque capitula ex causa 1. distinct. 29.* notat *Felinus* in *cap. dilectus 26. num. 10. in fine de rescriptis*:

Facta pastorum oris gladio ferienda non sunt, quamquam rectè reprehendenda videantur. ita Eusebius Papa ad Episcopos Alexandriæ in *can. oues, quæ pastori suo commissæ sunt 13. 2. q. 7.* eisdemque verbis Gratianus in *can. plerumque boni viri 27. col. 3. §. item per Saulem prælati intelliguntur. eadem 2. q. 7.* super illud, quod Dauid præcidit clamidem Saulis dum ventrem purgaret. dicens: *Hanc præcidit, qui Prælatum sententia damnationis ferit: quod nulli subditorum licet. Facta enim pastoris, oris gladio, id est sententia damnationis, à subditis ferienda non sunt.*

Facta ad reprimendum, siue restringendum, nõ operantur ampliationem, neque e contrario. ex Gregorio IX. Decano, & Sacristæ Engo. in *cap. transmissæ nobis litteræ 34. sine finali de verborum significatione.* Nec diuersimodè Modestinus lib. 8. differentiarum in *l. rem legatam 18. ff. de adimendis, vel transferendis legatis, vel fideicommissis*. quatenus Modestinus habet; quod ex necessitate factum, ex liberalitate factum non videtur: *Cùm nemo in necessitatibus liberalis existat.* ibique *Gloss.* verbo *liberalis existat.* rationem reddens: *Quia, qui dat ex necessitate, donare non dicitur.* sequiturque *Nauar. cons. 38. an per bullam num. 6. lib. 5. de homicidio voluntario, vel casuali.*

Faciens quod in se est, meretur de congruo, & ideo Deus misericors, & benignus adiuuat eum ad resurgendum à peccato, conferendo ei gratiam gratum facientem, iuxta illud Zachariæ 1. 2. *Hæc dicit Dominus exercituum: Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum; & conuertar ad vos, dicit Dominus* exercituum. Illudque Iacobi 4. 8. *Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores, & purificate corda, duplices animo.* & illud Apocalypsis 3. 20. *Ecce ego sto ad ostium, & pulso: Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illũ, & cœnabo cum illo, & ipse mecum.* & illud Ezecchielis 18. 21. *Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium, et iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius, quas operatus est, non recordabor: in iustitia sua, quam operatus est, viuet. Numquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, & non, vt conuertatur a vijs suis & viuat?* Quæ transtulit Calixtus Papa I. ad Episcopos Galliarum, quod venientes ad pœnitentiam recipiendi sint, etiam Clerici. in *can. pŏderet vnusquisque sermones suos. 14. §. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit: dist. 50.* loquens: *Et Dominus per Prophetam* (Ezecchielis 18.) *peccantibus pollicetur dicens: (Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor ampliùs.)* Nec diuersimode Dauid psalmo 31. 5. *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.* quæ transtulit Gratianus in *can. dixi confitebor aduersum me 4. de pœnitentia distinct. 1.* quæ verba Augustinus in *can.* sequenti *magna pietas Dei 5. eadem distinct. 1. de pœnitent.* explicat dicens: *Magna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit. Non dum pronunciat ore: & tamen Deus iam audit in corde. quia ipsum dicere, quasi quodam pronunciare est. Votum enim pro opere reputatur.* sequiturq; *Nauar de Iubilæo, & indulgentiis notabili 17. num. 11. vers. contra tamẽ illam Glossam. & num. 12.* & in *manuali cap. 9. n. 18. in fine. ex can. conuertimini ad me 34. de pœniten. distinctione 1.* ibique *Nauar. nu. 4.* quærens ibi. ex *Card.* An Deus ex necessitate teneatur id facere? concluditque, quod non de necessitate absoluta. De necessitate Benignæ promissionis tenetur id facere. per illud psalmi 88. 35. *Neque profanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis non faciã irrita.* & Deus sua promissione obligatur. Vnde *S. Thomas in 4. distinct. 20. art. 1. quæst. 2. in respons.* dicit: Quod Deus, qui dat omnibus abundanter, nulli gratiam denegat, qui quod in se est, facit, vt se ad gratiã præparet. sequiturque *Henriquez lib 4. summæ cap. 28. in fine.*

Facientis, consentientisque vna, parque pœna est. Quia nimirum *Digni sunt morte non solùm; qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus.* ex Paulo Gentium Doctore ad *Romanos. 1. 32.* vsurpauitque Ioannes VIII. in *can. facientis culpam 3. distinct. 86.* Rationem addens, ac dicens: *Et negligere cùm possis, deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Nec diuersimode Nicolaus Papa Girando Turonensi Archiepiscopo in *can. notum sit tuæ fraternæ charitati 10. 2. q. 1.* in finalibus verbis *Quia* (inquiens) *facientem, & consentientem par pœna constringit.* ibique *gloss.* verbo *& consentientem*. quæ plura deducit. deducitque Alexander Tertius Londonien Episcopo in *cap. quia quæsitum est 1. de officio, & potestate Iudicis delegati extrã.* ibique *gloss.* plené verbo *graui pœna*. sequiturq; *S. Thomas 2. 2. q. 40. art. 2. in 3. argumento*. diximus plura referentes. *respons.* nostra 36. *num. 56. ad 60. part. 3. & respons. 2. num. 30. part. 5.* idem est:

Facinus, quos par coinquinat, & æquat, vtrosque similis pœna comitetur. ex Leone Cæsare in *l. si quemquam 29. C. de Episcopis, & clericis. in fine.* quam legem Gratianus inter sacros retulit canones in *can. sanè quisquis. 4. in fine 15. q. 3.* Similis. dixit, non eadem. secundum *gloss.* ibidem verbo *quos*. & meminimus supra.

Falcem in alienam messem nemo debet mittere. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. scriptum est in lege 1. 6. q. 3.*

Falli, vitium est. ex Hieronymo ad Paulinum de institutione monachi in *can. si cupis esse, quod diceris. 5. 16. q. 1.* qui sequentibus infert: *Non multùm distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi.* vbi *gloss.* verbo *non multum*. quæ &

ipsa fatur: *Tamen quandoque minus est falli, quam fallere.* Est ergo vitium, falli. ex Augustino in enchiridion. in *can. in ipsarum consideratione rerum.7. 22. quæst.2.* Qui sequentibus verba facit, rationem reddens: *Quia siue quis fallatur, siue mentiatur; vtcumque falli, quàm mentiri, minus est malum, quantùm pertinet ad hominis voluntatem: tamen longè tolerabilius est in his, quę à religione seiuncta sunt, mentiri; quàm in his, sine quorum fide, vel notitia Deus coli non potest, falli.* Falli tamen, in vniuersum, vitium est. Minus tamen malum est, fallere in contractibus, quàm falli in fide. vt *gloss.* ibidem verbo *seiuncta sunt* adnotat. Vitium est ergo falli. & pessimum in his, quę spectat ad fidem. *gloss.* in *can. Beatus Paulus Apostolus 5. §. ille ergo falsum iurando mentitur.* verbo *fallere 22. q. 2.*

Falsum est ex eo, quod dicitur, vel videtur aliquid esse, quod non est; vel non esse, quod est. ex Philosopho 4. metaphisices. deducit peroptimè Augustinus de verbis Apostoli in *can. homines falsum iurant. 3. 22. q. 2.* verba sunt Augustini: *Fac illum iurare, qui verum putat esse pro quo iurat: Verum putat esse, & tamen falsum est: non ex animo iste peierat, fallitur. Hoc pro vero habet, quod falsum est; non pro re falsa, sciens, iurationem interponit.* Falsum igitur est, quod verum non est. Quia nimirum, sicut verum ponit acceptionem adæquatam rei; ita falsum adæquationem rei non adæquatā. verum igitur, & falsum, sunt contraria. *S. Thomas 1. parte q. 17. art. 4. in corpore.* Habet tamen falsum veritatis imitationem. ex Iustiniano Cæsare §. 1. *in autentico de instrumentorum cautela & fide. collat. 6.* qui dicit: *falsum nihil est aliud, nisi veritatis imitatio.* ni magis dixeris, *mutatio.* vt *gloss.* ibidem verbo *imitatio.* subnectit. ex Innocentio Tertio Abbati, & Capitulo Castellionis in *cap. Et si Christus præcepent. 26. §. quadam enim prohibentur. extrà de Iure iurando.* ibique *gloss.* verbo *confirmatio.* quæ sic infert: *sic falsitas est immutatio veritatis.* Idemque sequitur *Glossella* Marginalis in d. §. 1. *in authentico.* Falsum ergo est, quod verum non est, sed veritati opponitur, quàmuis veritatem ipsam imitari adaptetur. ex Paulo lib. singulari de pœnis in *l. quid sit falsum queritur. 23. ff. ad legem Corneliam de falsis, et de Senatus Consulto Liboniano.* exemplificante, ac dicente: *Et videtur id esse falsum; si quis chirographum alienum imitetur.* imitatur igitur verum, sed verum non est. falsum proinde. argumento etiam petito ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. nec exemplum editionis prætum 20. C. ad legem Corneliam de falsis.* ibi, enim falsum dicitur, quod aliter scriptum est, atque in exemplo fit. notatque *gloss.* ibidem. *S. Thomas 2. 2. q. 93. art. 1. in corpore.* deduximus *respons.* nostra 41. *nu. 5. & respons. 78. nu. 21. ad 26. part. 4.*

Falsum testimonium contra seipsum dicens, contra diuinum peccat præceptum: *Falsum testimonium non dices aduersus proximum tuum.* Quoniam regulam diligendi proximum à semet ipso dilector accepit. quandoquidem scriptum est: (Matth. 22.) Diliges proximū tuum sicut te ipsum. vt Augustinus differit lib. 1. de Ciuitate Dei in *can. si non licet priuata potestate 9. 5. neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris. 23. q. 5.* ibique *gloss.* verbo *semet ipso:* inferens: *Vnde quilibet primo sibi faciat eleemosynam, deinde proximo.* ex eodem Augustino in *can. qui vult eleemosynam ordinate dare 19 de pœnitentia distinct. 3.*

Falsarius dicitur, qui allegat leges, quarum non habetur Auctor. dicit *gloss.* in *can. sed illud non otiosè transmittendum est. 17. §. hinc etiam alibi dicitur. qui est Gratiani* verbo *hinc etiam alibi. in fine distinct. 45.* ex Modestino lib. 3. de pœnis in *l. vltima ff. ad legem Corneliam de falsis.* verba damus Modestini. *Si qui (inquientis) falsis constitutionibus nullo Auctore habito vitur, lege Cornelia aqua, & igni ei interdicitur.* deportetur scilicet. ex *gloss.* finali ibidem. Quia nimirum, sicut ex errore non nisi error; ita ex falso, non nisi falsum sequitur. ex Paulo lib. 21. ad Edictum in *l. & ex diuerso 36. §. 1. ff. de rei vendicatione.* illis verbis: *Eodem enim errore, & de fructibus condemnaturum.* Quia profectò Error errorem sequitur. & falsum infertur ex falso.

Fallere, & falli, & si quidem inter se distent, non nimis tamen inter se differunt. Fallere enim voluntatis est. Falli tū quandoq; infirmitatis, quandoq; temeritatis; grauius aūt est, quod ex voluntate, quàm quod ex temeritate, vel ex infirmitate procedit. ex Gelasio Papa in *can. Beatus Paulus Apostolus. 5.* ibiq; Gratianus *§. ille ergo falsum iurando mentitur. 22. q. 2.* & ibidem *Gloss.* verbo *fallere.* Falli siue ignorantia, siue calliditate parum interest, modò quis fallatur. ex Vlpiano lib. 1. ad Edictum in *l. 1. §. Causa huius edicti. qui est 25. ff. de Aedilitio Edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione,* illis verbis in fine: *Neque enim interest emptoris, cur fallatur ignorantia venditoris, an calliditate.* vndequaque enim fallitur. Fallere autem dolum, & malitiam importat. ex Valentiniano, & Valente Imperatoribus in *l. fallaciter incusantibus 3. sinc finali C. de abolitionibus. Sanchez de matrimonio lib. 6. disputat. 37 num. 2.*

Falsi crimine tenetur, qui alterius documenta, seu scripturas supprimit. Ecclesiæ præsertim. atque ad damnorum refectionē ex proprio tenetur. ex Concilio Agathensi in *can. si quis de clericis documenta 33. 12. q. 2.* ibique per optimè *Gloss.* verbo *supprimere.* ex Marciano lib. 14. Institutionum in *l. 1. §. 5. is, qui deposita instrumenta ff. ad legem Corneliam de falsis, & de Senatus Consulto Liboniano.* ibique *gloss.* verbo *falsi potest.* illis verbis Martiniani: *Accusare eum falsi potest.* si videlicet alterius scripturas aduersario prodiderit, quæ apud eum deposita fuerant.

Falsitas in exprimendo veritatem in supplicatione, ita perniciosa æstimatur, quod etiam si sine tali expressione Papa concessisset gratiam, nihilominus gratia subreptitia censetur, atque propterea nulla. eoque magis, si ob talem expressionem Papa facilius indulserit. ex Innocentio Tertio A. Canonico Pi-

Cta-

stauen in c. super litteris 20. extra de rescriptis, rationem reddens, Cùm mendax precator carere debeat penitùs impetratis. ibique gloss. verbo carere. & Innocentius 4. ibidem atque Doctores. concinitque Pelagius Papa Ioanni Comiti scribens in can. dicenti sacras iussiones se habere 16. in fine 25. q. 2. dicens. Ea vero, quæ subreptione, vel falsis precibus impetrantur: nullum supplicantibus ferre remedium. Nec diffitetur Gratianus ibidem §. Et, si legibus consentaneum. ibique Gloss. verbo consentaneum. Rota dec. 2. de rescriptis in nouis n. 8. & 9. quod reprimit; si nihilominus ex certa scientia Papa gratiam concessisset. idque constat.

Famam negligere propriam crudelitatis vitium æstimatur. ex Augustino sermone de comuni vita Clericorum in can. nolo, vt aliquis de vobis. 10. 12. q. 1. verba sonant Augustini: Propter nos conscientia nostra sufficit nobis; propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete, quod dixi, atque distinguite. Duæ res sunt conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ, negligit famam suam, crudelis est. Ita Augustinus. Nec diuersimode ipse idem in can. non sunt audiendi 56. in fine 11. q. 3. qui sequentibus fatur: Proinde quisquis à criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam suam custodit, Sibi benè facit: quisquis autem etiam famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra. Quare nemo debet famæ suæ prodigus esse, propriique persecutor honoris. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in cap. 1. §. si quis autem Iudex Ecclesiasticus, de sententia, & re Iudicata in 6. ibique gloss. verbo prodigus. meminitque Gregorius IX. Episcopo Cister de Alde, & de Salen Abbatibus in cap. prælatorum excessus. 27. siue finali extrà de accusationibus. qui de Episcopo Frisigien verba faciens, vt eum reprimat, sic depromit: Verum etiam famæ suæ prodigus, & salutis, vitam ducit enormiter dissolutam. Hanc ob causam qui suam famam lædit, etiam peccatum suum occultum prodendo, quia famam suam prodigit, consequenterque Gloriam, peccat quia se ipsum infamat. ex Sacro Ioanne Chrysostomo in can. quis aliquãdo vidit Clericum. 86. ibique gloss. verbo Gloriã. id est famam, exponens de pœnitentia distinct. 1. ibique Gratianus §. Non tibi dico, vt te prodas in publicum. ibique Nauar. num. 9. 10. & 11. ex Augustino in can. si peccauerit (inquit) in te frater tuus. 19. in principio 2. q. 1. Quia nimirum scandalizat tunc proximum. ex Concilio Ilerdensi in can. presbyter si à plebe sibi commissa 13. ibique plenè gloss. verbo suspendatur. 2. q. 5. Et debet purgare famam suam, vt scãdalum auferatur, si clericus fuerit. Dixitque etiam Hincmarus Remorum Episcopus in can. si mala fama de presbytero exierit 16. eadem 2. q. 5. agit S. Thomas de scandalo 2. 2. q. 43. art. 2. & per totam quæstionem. Et quàm sit graue hoc facinus, in Clerico præsertim, se ipsum infamare, quasi glorians de peccato perpetrato, deducitur ex Innocentio Tertio Archipresbytero Sancti Andreæ de Pall in cap. quàm sit graue crimen 9. ibique Gloss. verbo publicè confiteri. de excessibus prælatorum, & subditorum. quia suspendi clericum illum mãdauit. Rota decis. 1. de accusationibus num. 4. in nouis.

Famæ bona altioris sunt ordinis, quàm bona rei familiaris, iuxta illud Salomonis (prouerbiorum 22. 1.) Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. deducitque Nauar. manuali cap. 16. num. 44. & cap. 17. num. 89. ex Caiet. in 2. 2. q. 62. art. 2. Concinitque & illud Ecclesiastici 41. 15. dicentis: Curam habe de bono nomine; hoc enim magis permanebit, quàm mille thesauri pretiosi, & magni. prosequiturque idem Nauarrus ibidem respondẽs dictis Ioannis Maioris contra Caietanum & num. 90. Potest tamen aliquo modo fama pecunia compensari, non quidem quoad se; quia altionis est ordinis, & inæstimabilis, sed ratione damni illati. ex S. Thoma eadem q. 62. art. 2. ad 2. & 2. & eadem 2. 2. q. 129. art. 1. in corpore. vt prosequitur idem Nauar. ibidem. Couarrunias eius discipulus lib. 1. variarum resolut. cap. 2. num. 8. col. 2. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 66. & cap. 68. num. 2. videndus Lessius de Iustitia & Iure lib. 2. dub. 1. cap. 11.

Famam verò suam tueri maxime decet Superiores, & qui curam aliorum gerunt, maximè vero Prælati, ob scandalum, quod inde oriri potest subiectis, & vt faciliùs in peccata relabantur. ex Augustino in d. can. non sunt audiendi 56. 11. q. 3. deducit S. Thomas quodlibeto 11. q. 6. art. 13. & vt assolet doctissime Nauarrus de finibus humanorum actuum num. 74. & 75. & in manuali cap. 18. nu. 27. & 28. & nu. 61. Lessius de Iustitia, & Iure lib. 2. cap. 11. dubio 6. num. 29. & num. 33. & sequentibus. & dub. 24. num. 124. & sequentibus. quærens an possit quis famam condonare suam? & affirmatiuè respondet, nisi in quibusdam casibus, qui in damnum redundant alterius, vel Reipublicæ. Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 68. Antonius Fernandez in medulla casuum conscientiæ, siue in examine Theologiæ Moralis part. 1. cap. 3. §. 3. num. 36.

Fames morte grauior est. vt inquit Ambrosius in can. cetcrum Dei traditio est. 20. distinct. 86. dicens: Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quæ morte grauior est? & ipse met dixit in can. pasce fame morientem 21. eadem distinct. 66. sequentibus loquens: Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo, hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti. Namque fame laborare, pessimum. ex eodem Ambrosio in can. non satis est benè velle. 14. eadem distinct. 86. illis verbis: Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat; si scias eum sine sumptu esse, Fame Laborare, ærumnam perpeti.

Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita pœnali. vt inquit Ioannes Chrysostomus in can. nihil enim sic iucundum est, sicut cibus benè digestus. 28. in fine de consecrat. distinct. 5.

Fames enim maximum est malum hominibus, vt Menander testatur:

Fa-

*Fames maximus dolor hominibus est.*
*Fami enim nullum est contradicere verbum.*

Vltimum supplicium humanorum fames. Titus Liuius *decade 3.lib.*10. dixit.& Fames quàm pestilentia tristior.*decade 1.lib.*4. Ammianus quoque Marcellinus *lib.* 17. Fames immanissimum mortis genus. & in prouerbiis apud Platonem: Miserum fame mori.& Homerus odisse M.

*Dura quidē miseris mors est mortalibus omneis.*
*At periisse fame, res vna miserrima longè est.*

Familia nomen est, quæ comprehendit eos omnes, qui de vna sunt congregatione, & comunitate. vt accepisse videtur illam Innocentius Tertius Rectori, & fratribus Hospitalis Sancti Bartholomæi Lucani in *cap. cùm olim super eligendis in hospitali vestro.* 7.*de arbitris.* ea ratione, quod, qui *similem cum aliis vitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam.* vt Alexander Tertius Abbatibus,& Conuentibus Cistercienfis Ordinis. in *cap. recolentes qualiter hæc sancta plantatio.* 3. *§.si n. relictis originalibus de statu monachorum, & canonicorum regularium.* Cum aliàs incongruum sit, vnam, eandemque Ecclesiæ substantiam, duplici quodammodo Iure censeri.ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can.cognouimus de redditibus Ecclesiæ* 29.*in fine* 12.*q.*2.

Familia quoque dicitur cotum, qui in numero familiariū sunt alicuius, ēt laici, seruiētes ei, maximè verò si in aliquo exercitio vixerint. ex Vlpiano lib.60. ad Edictum in *l. Prætor ait* 1.*§.familiæ nomen hic non ad seruos. ff. de publicanis,& vectigalibus, & commissis.* ibique *Bart.* in summario. Idemque Vlpianus lib. 69. ad Edictum in *l.* 1. *§.familia appellatione ff. de vi, & vi armata.* eademque acceptione de familia prophana loquuti fuere Gratianus, Valentinus, Theodosius, & Archadius Augusti in *l.si forte mulier marito 9 siue finali C.ad legem Corneliam de Sicariis.* quam legem inter sacros retulit Canones Gratianus in *can. si fortè mulier marito* 11.*de pœnitentia dist.* 1.ibique *gloss.*verbo *familiæ.*

Familiæ nomine denique comprehenduntur, qui de familia sunt Papę, vel Cardinalium. ex constitutione Bonifacii Octaui in *cap. Felicis recordationis Honorii Papę Tertii* 5. *§. præmissis etiam dignum censuimus. de pœnis in* 6. & in *cap.licet vobis concessum existat.* 11.*§.cum cōceditur singulari personæ de priuilegiis in* 6. ibique *Glossella* Marginalis. & plenè *Archidiaconus num.* 2. Qui hanc distinctionem prosequitur.

Familiæ Dominus familiam suam regere dicitur, atque in illam Iurisdictionem exercere. ex Augustino in *can.duo ista nomina, cùm dicimus.*35.*a*3.*q* 4.Augustinum excipe post principium. *Huic officio nominis inurgdet disciplina, sicut cuique regenti apta, & accomedata est, non solùm Episcopo regenti plebem suam; sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam; marito regenti coniugem suam; patri regenti prolem suam; Iudici regenti prouinciam suam; Regi regenti gentem suam.* sequiturque *gloss.in cap.cum contingat interdum* 13.qui est Innocentis Tertii Beluacen Episcopo.in fine, verbo *vel consuetudine de foro competenti.* ex Concilio Toletano primo in *can.placuit, vt si quorumquumque clericorum.*10.33.*quæst.*2. Dat enim Concilium potestatem Clerico vxorem suam emendandi, etiam per ieiunia, eamque in domo ligandi.

Familia Episcopi eodem potitur fori priuilegio, quo clerici, quo ipsi Episcopi. Nam de familia dicuntur Episcopi omnes, qui ei inseruiunt, quique præsertim expensis viuunt Episcopi, quocumque nomine censeantur. ex Brucardo Vormaciensis Ecclesiæ Episcopo ad Vualterium Spirensem Episcopū in *can.in nomine Patris,& Filii,& Spiritus Sancti* 1. *§. Ideo notum facimus fraternitati vestræ distinct.*73.illis verbis: *Eò quod ex familia nostra fuit.* ex Cœlestino Tertio in *cap. cùm non ab homine* 10. *de Iudiciis.* & ex Honorio Tertio Abbati Ariminen Trecensis diœcesis, & Decano Sācti Stephani Trecen in *cap. dilecto filio* 10. *siue finali* 5. *petiit insuper, ne de cætero facerent.de officio Archidiaconi.* illis verbis: *Specialibus ipsius Archiepiscopi,& hominum, ac Familiæ suæ causis dumtaxat exceptis.* deducit plenè *Abb in cap.*2. *num.*6. *de foro competenti.* qui textus est ex Concilio Parisiensi, & incipit nullus Iudicum. præsertim verbo. *aut minores Ecclesiæ.* ibique *glos.* verbo *minores.* qui textus est ex Caio Papa ad Felicem Episcopum relatus est à Gratiano in *can. nullus Iudicum* 2. 11. *q.*1. plura deducit *Carolus de Grassis de effectibus Clericatus effectu* 1. *num.*128. *Maceraten variarum resolutionum lib.* 1. *resolutione* 75. *Capicius decis.*12.*num.*1. sequiturque *Thesaurus decis.*22. per totam, præsertim *num.*4. & *num.*6.*Alzedus in praxi Episcopali cap.*12.*num.* 73.& 74.

Familiaritas nimia contemptum parit. id circo Prælati subiectis, quamuis quandoque verba dura, necessitate exigēte disciplinæ, eis dixerint, veniam petere haud debent. ex Augustino de vita clericorum in *can.quando necessitas disciplinæ* 4. *distinct.*86. verba damus Augustini: *Si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis: non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dùm nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.* sequiturque *gloss.* ibidem verbo *frangatur auctoritas.* rationem reddens: Quia sæpe nimia familiaritas contemptum generat.& *Glossella* Marginalis. quæ & ipsa fatur: *familiaritas nimia parit contemptum.*

Familiaris dicitur, & commensalis, etiam qui non semper actu comedit, si possit semper comedere. illudque, continuo, ciuili modo exauditur. ex Bonifacio Octauo in *cap. sicut nobis significare curasti* 5. *siue finali. in fine. de verborum significatione in* 6. illis verbis: *vere tui Clerici familiares existant, & in tuis expensis continuè domestici commensales: etiam si quos ex illis aliquando pro tuis gerendis negotiis abesse contingat.* ibique *gloss.* verbo *continue.* Nam ciuili modo intelligendum esse, comminiscitur. ex Hieronymo ad Rusticum monachum

de

de viuendi forma lib *can. numquam de manu sua* 33. *de consecrat. dist.* 5. nam *gloss.* verbum illud *numquam*. horis constitutis, interpretatur & illud: *Facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum*. iuxta illud eiusdē Hieronymi in *can. si quis vult pontifex* 3. *sine finali distinct.* 36. de Moyse, & Aarone loquēte, quod non discedunt de tabernaculo Domini. *Erat ergo Moyses* (inferens) *indesinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus erat eius? vt, aut à Deo aliquod disceret, aut ipse populum doceret*. sequiturque *Crescentius decis.* 16. *de rescriptis*. quæ alias simpliciter numeratur. 224. Nec oportet vt familiaris habitet in domo Episcopi. *Henriquez lib.* 10. *summa cap.* 12. §. 1. *D.*

Familiarem suum Episcopus, qui secum per triennium commoratus fuerit, præsens scilicet suis obsequiis, poterit absque dimissoriis proprii Episcopi, ordinibus insignire. modo tamen illi statim (omni fraude cessante) Ecclesiasticum conferat beneficium. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 23. *cap.* 9. *de reformatione*. Non poterit tamen Episcopus, qui eum familiarem habet, cum hoc dispensare in temporum interstitiis, neque, si illegitimus fuerit, ad minores habilitare ordines. *Nauar. cons.* 12. *& cons.* 13 *lib.* 1. *de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum. Quaranta summa Bullarum* verbo *Ordo fol.* 325. *vers. limita in eo.* Sat autem erit si triennium prædictum cœperit, antequam esset Episcopus. vt sacra declarauit Congregatio. refertque *Pater Fornarius tractatu de ordine cap.* 5. *in fine ad Toletum Instructionis sacerdotalis.*

Episcopi verò Titulares, quia Diœceses non habent, in qua familiaris domiciliatius euadat, & quia Beneficium illi conferre non poterunt, familiares promouere haud poterunt, sine dimissoriis suorū ordinariorum. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 24. *cap.* 2. *de reformatione*. *Henriquez d. cap.* 12. *lib* 10. §. 1. *D.*

Familiares Dei diuntur, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit. Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt; quia precibus suis, & oblationibus delent, atque consumut. verba sunt Alexandri Papæ in *can. nulli dubium est.* 5. *post principium*. 3. *q.* 1.

Fatis, & Parcis maledicendum non est. Nam Fatum est inherens rebus mobilibus dispositio. per quam prouidentia suis quæque nectit ordinibus. & à fando dictum videtur, id est à loquendo, vt ea fato fieri dicantur, quę ab aliquo determinante sunt antea prę-loquuta. quę autem sunt præuisa, non sunt fortuita, neque casualia, ex *S. Thoma* 1. *parte q.* 116. *art.* 1 *& per totam q.* Obseruanda autem fata non sunt per dies, & tempora. vt Augustinus deducit in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci* 16. 26. *q.* 7. Quia nimirum omnia in caussis creatis, & eorum effectibus, Iustissima Dei prouidentia, potestas omnipotens, & voluntas sanctissima constituit. Malè igitur credit, qui Fatis tribuit, quę accidunt hominibus, quasi non ea omnia iustissima Dei prouidentia eueniant, qui orbem, & suas creaturas, & opera dirigit, et gubernat. *Nauar. de oratione, & horis canonicis. cap.* 19. *nu.* 23. *vers. octauo, quod ob nullam caussam maledicendum sit fatis.*

Fatalium tempus est annus, & si iusta causa intercesserit, alius annus; quo transacto, lite non completa, rata manet sententia. ex Iustiniano Cæsare in *authentica et; qui appellat. C. de temporibus, & reparationibus appellationum, seu consultationum*. Quam inter Sacros Canones retulit Gratianus in *can. et, qui appellat.* 41. 2. *q.* 6. ibique plene *glo.* verbo *alius*. Quod verò sententia in Iudicatum transeat fatalibus elapsis, exauditur si ritè, rectèque sententia prolata fuerit. *Rota apud Card. Caualer. decis.* 588. *num.* 1. *&* 2.

Fatalium tempus interim non currit, si prosecutio per compromissum, vel alias de partium expresso consensu differatur. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *clementina quandiù appellationis prosecutio* 4. *de appellationibus*. Expressus tamen exquiritur consensus, nec tacitus sufficit. ex *gloss.* ibidem verbo *expresso* Rota in *Assisen Canonicatus* 1595. *coram Iusto decis.* 208. *num.* 1. *in fine. & num.* 2. *post primum volumen consiliorum Farinacci.*

Fatuus fatua loquitur. ex *Isaiæ* verbis 32. 5. dicente illo: *Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem*. quę verba deducit plenè Hieronymus ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia*. 24. *distinctione* 93. ex quibus *gloss.* verbo *fatua loquetur*. sic argumentū infert: *Nota argumentum, quod, qui fatua loquitur, fatuus est*. Sed tamquam vna ex stultis mulieribus loquuta es. Iob vxori respondit, quę dixerat ei: Benedic Deo, & morere. *Iob.* 2. quæ verba perpendit Ambrosius ad Marcellinam sororem scribens in *can. conuenior ipse à Comitibus*. 21. *post principium*. §. *mandatur trade basilicam* 23. *q.* 8. dicens: *vrgemur præceptis realibus; sed confirmamur scripturæ sermonibus, quæ respondit: Tamquam vna ex insipientibus locuta es.*

Fatuitas arguitur ex inordinata, & non cohærente sibi locutione, cum varia simul commisceat, nec scit, neque intelligat, quæ dicat; vnde demens dicitur. ex Bonifacio Octauo in *cap. pastoralis officij debitum* 1. §. *Si vero Episcopus demens fuerit, & quid velit, aut nolit exprimere nesciat, aut non possit. de Clerico ægrotante, aut debilitato in* 6. & ex Nicolao Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo in *can. indicas Hermannum Episcopum* 14. 3. *q.* 9. illis verbis; *nec, vtrum sane mentis erat idem antistes nec ne; cum ipsas excessus perpetrabat*. concinitque Innocentius Tertius Mutten Episcopo in *cap. cum dilectus filius* 3. §. *sufficienter intelleximus. in fine de successionibus ab intestato*. illis verbis: *tamquam phreneticus alienatus erat mente, vnde non valuit, quod expressit*. plura deducit *Grammaticus decis.* 2. *num.* 1. *ad* 4.

Fauori pro se introducto renunciare quilibet potest. ex Innocentio Tertio Pisano Archiepi-

piscopo in cap. ad Apostolicam sedem.16. de regularibus, & transeuntibus ad religionem. illis verbis: vterque renunciare videtur ei, quod pro se noscitur introductum. ibique Gloss. verbo monasterii. dixitque Gregorius IX. in c. statuimus nouitios in probatione positos.23. eodem de regularibus. rationem reddens. Cùm quilibet renunciare valeat ei, quod pro se noscitur introductum. Ratio pricipij esse videtur, quoniam, quod in fauorem alicuius inductum est, eius in odiũ retorqueri non debet. vt gloss. d. cap. ad Apostolicam sedem 16. verbo monasterij. perpendit. Nec diffitentur Theodosius, & Valentinianus Cæsares in l. quod fauore quorundam constitutum est.6. C. de legibus, & constitutionibus Principium, & edictis. verba sunt Cæsarum: Quod fauore quorundam constitutum est, quibusdam casibus ad lęsionem eorum nolumus inuentum videri. Hoc autem esset, si voluntate libera, quis fauori suo renunciare minime posset. Quam perpensionem, nec dereliquit Iustinianus Cœsar in l. si quis in conscribendo instrumento 49. C. de Episcopis, & Clericis, neque Bonifacius Octauus in regula quod ob gratiam alicuius cõceditur.61. de regulis Iuris in 6. Reprime tamẽ, in tertii damnum. vt ibidem Iustinianus decernit. & repetit in l. si quis in conscribendo instrumenta 29. C. de pactis. ea ratione, quia nemini licet aduersus pacta sua venire, & contrahentes decipere. veluti etiam nemo poterit renunciare fauori publico: Quia ipse solus fauori in publicam vtilitatem inducto nuncium mittere haud potorit. ex Innocẽtio Tertio Pisano Archiepiscopo in cap. si diligenti 12. §. immemor constitutionis. de foro cõpetẽti. rationem dicente: Pacto priuatorum Iuri publico minime derogari. deducunt Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 3. nu. 75. & cons. 61. num. 1. & sequentibus lib. 3. de regularibus. Hyppolitus de Marsiliis singulari 361. extat Iuris regula. Marius Antoninus Maceratesis variarum resolutionum lib. 1. resolut. vltima casu 13. in fine. Marius Giurba decis. 42. num. 8. Renunciatio vero expresè fieri debet. ibidem, & Marius Antoninus resolut. 100. num. 9. lib. 1. Card. Tuscus tom. 6. littera, E. conclus. 170. & 171. Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ casu 7. part. 4. vers. respondemus quod post. & c. Ambrosinus de immunitate Ecclesiastica in constitutionem Gregorij XIV. cap. 16 nu. 13. vide Rotam part. 1. diuersorum decis. 170. num. 4. vers. nec obstat. Quod fauori suo renunciare quis non possit, si ex renunciatione tertio necessariò præiudicium pareturr, & sit pręiudicium inseparabile à fauore, cui quis nuncium mittit. ex Bart. in l. penultima C. de pactis num. 3. vers. 20. casu. vbi etiam Iason. num. 16. Fauorabilis dicitur materia; & fauorem continet statutum, rescriptum, lex, testamentũ, siue similia, quando eorum conditor per ea intendit alicui fauere, idque in omni eo, in quo facere intendit, quamuis illud idem sit alteri odiosum. pręsertim vero si fauor ab odio distingui non valeat. ex gloss. in cap. statutum felicis recordationis 3. qui est Gregorii X. in Concilio Lugdunen. verbo numerandum. de præbendis & dignitatibus lib. 6. Conar. lib. 1. variarum resolutionum cap. 11. num. 5. sequitur Sanchez de matrimonio lib. 1. disputat. 1. num. 4. Hinc sanè est, textum Alexandri Tertij in cap. si verò alicuius potestatis 3. de sententia excommunicationis extra §. finali. Quo respondet Alexander, illum, qui Clericum percussit, cũ vxore, matre, sorore, vel filia propria turpiter inuentũ, nõ esse ad sedem Apostolicam compellendum venire; quamuis odiosum Clericis videatur; esse tamen percutienti fauorabilem; quia profectò intendit Summus Pontifex iusto percutientis dolori, fauere. perpendit Aegidius de Conink de censuris disputat. 21. dub. 1. num. 5. Sanchez d. disputat. 1. num. 4.

Fauor Ecclesiis debetur. non tamen ex hoc aliis iniuria inferenda erit. ex Innocentio Tertio Archidiacono, & Thesaurario Turonen in cap. ex tenore litterarum Comitis Britanniæ 11. §. nos igitur attendentes. de foro competenti. qui verbis respondet: Nos igitur attendentes quod sic sumus viduis in iustitia debitores, quòd aliis iniustitiam facere non debemus. ibique Gloss. verbo in iustitia. deducitque Gratianus ex Augustino de vita Clericorum in can. quicũque vult exhæredato filio 43. siue finali 22. q. 4. quatenus habet: Ecclesiam remittere donationem ab illo factam, qui filios non habebat, si postea contracto matrimonio filius suscepit: dicens verbis auteis: Quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam; quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum. daducitque Gregorius IX. in cap. propter eius ingratitudinem 10. siue finali de donationibus. in fine. vide ibidem Gloss. verbo propter. Abbas cons. 27. in fine lib. 1. In dubio tamen pro Ecclesia Iudicandum. ex Alexandro cons. 35. col. 3. volum. 3. & cons. 92. in fine vol. 4. sequitur Afflictus decis. 23 in fine num. 7. Carocius decis. 99.

Fauorabilia sibi tacens, & pręsens acceptare videtur. ex Bonifacio Octauo in regula. Qui tacet, consentire videtur. 43. de regulis Iuris in 6. ibique Dynus. ex Martino Papa in can. Diaconus, qui eligitur. 1. ibique plenè Gloss. verbo tacuerit distinct. 27. & ex noua constitutione Iustiniani Cæsaris in can. si seruus sciente, & nõ contradicente Domino 20. distinct. 54. plura deducit Ioseph Ludouicus decis. Perusina 9. num. 23. 24. & sequent. & nu. 29. Troylus Maluetius de canonizatione sanctorum cap. 2. à num. 20. cum sequentib. tomo 14. tractatuum.

Fax cerea accensa sibi detrimentum præstat, aliis verò in tenebris lumen administrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium prębet; sic mali sacerdotes, qui lucere aliis debent, bona administrando, setantummodo lędunt. ita Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in can. sciscitantibus vobis 5. siue finali 15. q. 8.

Facibus solem adiuuare certat, & superuacuis impendiis laborat, qui Deo in hoc placere se putat, & Zelum habere Dei, si in corrigẽdo, quos debet, deficit, et nisi stimulis charitatis hoc agat. ex Anacleto Papa in can. si omnia

*nia in hoc seculo vindicata essent.7.6.q.1.*

Felix, quem faciunt aliena pericula cautum. iuxta illud Regii Psaltes *psal.57.11.* dicētis: *Lætabitur iustus cū viderit vindictā: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* quem locum perpendit Gregorius in Epistola ad Bonifaciū relatus *can. viduas à proposito resiliētes 2. in fine 27.q.1.* ibique *Gloss.* verbo *manus suas Lauant in sanguine peccatoris.* dicens: *Id est in pœna. id est propter pœnam, quam videt: quia cum stultus punitur, sapiens fit astutior.* ex Augustino ad Vincentium in *can. vides, vt opinor 3.23. q.6.* illis verbis: *non quod quisque bonus possit esse inuitus, sed timendo, quod non vult pati.* vbi in fine refert illud Salomonis Prouerbiorum. 9.9. *Da occasionem sapienti, & addetur ei sapientia.* Decernitque Gregorius in *can. citius ad hoc respondemus 44. circa finem de pœnitentia distinct. 1.* verba damus Gregorii. *Ita nimirum sunt, qui non perseueraturi, viam sanctitatis arripiunt. Idcirco enim virtutis iter non peruenturi inchoāt, vt eis, qui peruenturi sunt, viam, qua gradiantur, ostendant: quorum etiam casus vtilitate non modica electorum prouectibus seruit; quia illorum lapsum dum despiciūt, de suo statu contremiscunt, & ruina. quæ illos damnat, istos humiliat: discunt enim in superni adiutoris protectione confidere, dū plerosque conspiciunt de suis viribus præsumentes cecidisse.* vbi *Gloss.* verbo *lapsum* refert eos dictum superius:

*Felix, quem faciunt aliena pericula cautum.*

Deducit locum Senecæ: *Ruina præcedentium solet esse doctrina sequentium,* Et infert non inconcinne Hieronymus contra Iouinianū in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo. 40. eadem de pœnitentia distinct. 2.* in finalibus verbis: *Et similium ruina stantium metus fit.* vbi *gloss.* verbo *stantium* commentum agit: *id est stantes timeant, ne scilicet simili cadant ruina.* Concinitque quod Bonifacius Octauus in extrauaganti *super cathedram 2. col. 3. §. nos autē pii patris more. de sepulturis inter communes* dixit: *Solicite reuoluentes, quam sit plena periculis, quā onusta dispendiis, quamque in diuinæ Maiestatis conspectu reddatur exosa, discordia supradicta.* vbi *gloss.* verbo *periculis.* refert assumptum in initio: *felix, quem faciunt.* & illud aliud:

*Non vadit peritum, qui vult audire peritum.*

inferens: *Et curare debemus de periculis, vt illa euadamus, seu præuideamus, non, vt ea incurramus.* Felix ergo, quem faciunt aliena pericula cautum.

Felicitate peccantium nihil infelicius est. ex Sancto Augustino in *can. paratus debet esse homo iustus 2. §. Ac per hoc, si terrena ista respublica. 23. quæst. 1.* dicente illo: *Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur: quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur.* nihil ergo infelicius esse potest felicitate peccantium.

Fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit. Quia non potest toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. hospitiolum tuum 17. distinct. 32.* inferens: *Numquam de formis mulierum disputes. Fœminæ nomen tuum nouerint: vultum tuum nesciant.* inferens deniq; consequentiam: *Si bonum est mulierem non tāgere. malum est ergo tangere.* Abstinendum igitur à mulierum congressu.

Fœminę, dum maritantur, ideo velantur, vt nouerint se semper maritis suis subditas esse, & humiles. Isidorus lib. 2. de officiis. cap. 19. in *can. fœmina dùm maritantur 7. in ipso initio. 30. quæst. 5.*

Fœmina criminis ratione, fornicationis videlicet cum persona Ecclesiastica, de foro efficitur Ecclesiæ. ex decreto Eugenii Papę in *can. si quispiam sacerdotum 22. in fine distinct. 81.* illis verbis Eugenii: *Fœmina verò canonicè indicetur.* ibique *gloss.* verbo *indicetur.* & ipsa adnotans, & dicens: *Nota, quod ratione delicti mulier efficitur de foro Ecclesiæ. Archidiaconus.* & canon ipse repetitus est ex eodē Eugenio in *cap. si quisquam sacerdotum. 2. extra de cohabitatione clericorum, & mulierum.* ibique *gloss.* verbo *canonicè.* quia poterit in monasterio deponi. vel etiam excomunicari. ex Gregorio IX. Astoricēsi Episcopo in *cap. si concubinæ publicę clericorum 55. de sententia excommunicat. extra.*

Fœminę propter verecundiam sexus, nisi in sua, & suorum causa, pro aliquo in iudicio esse, atq; aduocare non permittitur. ex Gratiano in *summa 15. q. 3.* & quatuor canonibus sequentibus. Neque etiam aduersus sacerdotem accusare, & testificari. nisi in crimine lęsę Maiestatis diuinę, & humanæ, vt in causa hæresis. in *can. certis de causis. 3. eadem 15. q. 3.* Augustinus in *can. mulierem constat 17. 33. q. 5.* ibique *gloss.* verbo *nec testis.*

Fœmina, siue Mulier, quamuis docta, & sancta viros in conuentu docere non præsumat. ex Concilio Carthaginen 4. in *can. mulier, quamuis docta. 29. distinct. 23.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *docere non præsumat.* dicens: *Hoc est enim sacerdotale officium.* ex Leone Papa ad Theodoricum Episcopum Cypri in *can. adiicimus illud etiam 19. 16. q. 1.* dicente illo: *vt præter Domini sacerdotes, nullus audeat prædicare, siue monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuslibet scientiæ nomine glorietur.* decernitque Augustinus in *can. mulierem constat subiectam 17. 33. quæst. 5.* illum dicentem excipe: *Mulierem constat subiectam dominio viri esse, & nullā auctoritatem habere: nec docere enim potest, nec testis esse; neque fidem dare, nec iudicare: quanto magis non potest imperare?* ita Augustinus. Rationem reddit quoque Ambrosius *eadem 33. q. 5. can. mulier debet velare caput 19.* dicens: *Sed vt ostendatur subiecta, & quia præuaricatio per illam inchoata est.* & *can. mulier quamuis docta 20.* repetitum est *de consecrat. distinct. 4. can. mulier. 20.*

Fœminæ, quamuis sacræ, & moniales sacra vasa, vel sacratas pallas contingere, & incensū circa altaria deferre prohibitum fuit, & tāquam pestis æstimatum per Soterum Papam scribentem omnibus Episcopis Italiæ in *can. sacras Deo fœminas 25. dist. 23.*

Fœmina ordinari non poteſt, nec ſi de facto ordinetur characterem recipit, impedimento ſexus, atque Eccleſiæ conſtitutione. Abbatiſſa vero creari poteſt, ſed non minus annos quadraginta nata. ex Concilio Calcedonenſi in *can. diaconiſſam non debere.* 25.27. *q.* 1. ibique peroptimè *gloſſ.* verbo *ordinari*. & ex Gratiano in *ſumma* 15. *q.* 3. dicitur vero ordinati diaconiſſam. hoc eſt Abbatiſſam. ex *gloſſ.* ibidem. ſed impropriè.

Fœminarum acceſſibus qui copulatur, non poteſt toto corde cum Deo habitare. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. hoſpitiolum tuum* 17. *diſtinct.* 32. inde ipſe dicebat: *Hoſpitiolum tuum, aut rarò, aut numquam mulierum pedes terant.* Iure proinde merito in Concilio Carthaginenſi 3. in *can. cum omnibus omnino clericis* 27. *diſt.* 81. prohibitum fuit

Fœminas extraneas cum clericis habitare. Sed ſolæ matres, auiæ, & materteræ, amitæ, ſorores, filiæ fratrum, & ſororũ. Quin imo Gregorius in *can. legitur, quod Beatus Auguſtinus.* 25. *eadem diſt.* 81. eiuſdem Auguſtini exemplũ refert, quod nec cum ſorore habitare conſenſerit; dicens: *Quæ cum ſorore mea ſunt, ſorores meæ non ſunt.* inferens, Gregorio dignã illationem: *Docti ergo viri cautela, magna nobis debet eſſe instructio.*

Fœminarum collocutio Clericis vitanda, præſertim ſi ſolus cum ſola colloquitur, vt excludatur omnis nefanda ſuſpitio. ex Septima Synodo in *can. in omnibus obſeruare conuenit* 26. *diſtin.* 81. Rationem inferens, ac dicẽs: *Certe ſolum, & ad ſolam accedere, nulla religionis ratio permittet.* Quãdo verò neceſſe fuerit cum fœmina loqui; *per modica, & compendioſa verba in breui ab ea diſcedat.* ex eadem Septima Synodo in *can. diffinimus minime duplex monaſterium fieri* 21. in finalibus verbis 18. *q.* 1. & ex Concilio Hiſpalenſi 2. in *can. in decima actione* 24. *eadem* 18. *q.* 2. habetur; vt neque Abbas cum Abbatiſſa Monaſterii loqui poſſit, niſi ſub teſtimonio duarum, vel trium ſororum: *ita vt rara ſit acceſſio, & breuis omnino locutio.*

Fœminæ cum viris comunia lauacra habere minimè debent. præſertim verò miniſtros altaris. ex Concilio Laodienſi in *can. non oportet miniſtros altaris* 28. *diſt.* 81.

Fœmina ſubiectionis, & verecundiæ in ſignum velata incedere debet. & hoc propter peccatum, quod ipſa induxit. ex Ambroſio in *can. mulier debet velare caput ſuum.* 19. 33. *q.* 5. rationem reddens: *Quia non eſt imago Dei. Sed vt oſtendatur ſubiecta; & quia præuaricatio per illam inchoata eſt.* dixitque Gratianus in *ſumma* §. *his ita reſpondetur.* 15. *q.* 3.

Fœmina autem dicitur non facta ad Imaginem Dei: quia non habet imperium dominandi, & hæc imago Dei eſt in homine, & vnus factus ſit, quaſi dominus. ex S. Auguſtino in *can. hæc imago Dei eſt* 13. *eadem* 33. *q.* 5. ex Paulo Apoſtolo 1. *ad Corinthios* 11.7. dicente *Vir quidem non debet velare caput ſuum: quoniã imago, & Gloria Dei eſt; mulier autem gloria viri eſt. Non enim vir ex muliere eſt, ſed mulier ex viro.* Rationẽ reddit *gloſ. d. c. an. hæc imago mulier.* dicens in fine. *Nam per mulierem præuaricatio eſt inducta.*

Fœminæ virilem habitum induere, & cum eo incedere ſub anathemate per Gangrenſe Concilium prohibetur in *can. ſi qua mulier ſuo propoſito vtile iudicans.* 60. *diſtinct.* 30. Quia magis eſt habilis, & magis parata in ſciſſa veſte, quàm in clauſa ad meretricandum. vt *gloſſ.* ibidem rationem reddit.

Fœmina nec votum ſeruare tenetur viro nolente, quia ſub viri poteſtate eſt conſtituta. ex Auguſtino in *can. noluit itaque lex mulierẽ* 16. 33. *q.* 5.

Feriatis diebus, vt eſt dies dominica, aliique feſti dies, à litibus abſtinendum eſt. ex Tarraconenſi Concilio in *can. nullus Epiſcoporum* 1. & *can.* 2. 15. *q.* 4. & plura notat *gloſſ.* in *ſumma* ibidem verbo. *quod verò.* Reprimit in cauſis matrimonialibus, ob periculum peccati, adulterii videlicet, & inceſtus. vel ſi agatur de electione Epiſcopi, vel Prælati, propter periculum moræ. Quia non debet Eccleſia vacare vltra tres menſes. videndus tex. Gregorii IX. in *cap. finali, de feriis in fine.*

Fariæ ad ieiunandum aptæ æſtimantur, feria ſecunda, quarta, & ſexta. ex Ioanne Octauo Clero, & Ordini Salonitano in *can. de illis presbyteris.* 109. *in fine* 12. *q.* 3. Legitimæ enim feriæ ad ieiunandum hæ tres aſtimantur. in Concilio Hybernienſi in *can. presbyter ſi fornicationem fecerit* 5. *circa finem* §. *deinde verò diſtinct.* 82. illis verbis: *tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada in pane, & aqua ieiunet.* ibique *gloſſ.* verbo *tres legitimas ferias.* ſcilicet ſecunda, quarta, & ſexta feria. ex dictis Sancti Appollonii in *can. ieiunia ſanè legitima* 16. *de conſecrat. diſtinct.* 3. & rationem reddit: *Quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauit: & feria ſexta crucifixus eſt Saluator.*

Feriandi tempora per annum, ſunt omnis Domica à veſpera vſque ad veſperam, & per totum annum. enumerat ex Concilio Lugduneo rex in *can. pronunciandum eſt laicis* 1. *de cõ de conſecratione diſtinct.* 3. enumeratur inter alios, dies ſancti Martini. & Gregorius IX. in *cap. conqueſtus eſt nobis* 5. *ſiue finali de feriis.* & Innocentius Papa ad Decentium in *can. ſabbato vero ieiunandum eſſe* 13. *de conſecrat. diſtinct.* 3.

Ferrum noſtræ mentis ad acumen non poteſt peruenire veritatis, niſi hoc alterius eraſerit lima prauitatis. verba ſunt Gratiani in *can. aduerſitas, quæ bonis votis obiicitur* 48. §. *cum autem vitiis ſubditorum prælatus affligitur* 7. *quæſt.* 1.

Ferro abſciẽdẽda ſunt vulnera, ne putreſcant, quæ fomẽta non ſentiunt. ex Simmaco Papa in Synodo ſexta Romana in *can. in canonibus in Gangrenſi Eccleſia* 57. §. *ferro enim abſcindenda ſunt vulnera* 16. *q.* 1. Similitudinem profert Proſper de vita contemplatiua in *can. ecce autem crimina quorumlibet* 18. *in fine* 24. *q.* 3. ſequentibus verba faciens: *Sicut caro morbis emortua, ſi abſciſſa non fuerit, ſalutem reliqua carnis putredinis ſuæ contagione corrumpit;*

ita

*ita isti, qui emendari despiciunt; & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ perditionis inficiunt*. Nec diuersimodè Hieronymus in *can. resecandæ sunt putrida carnes*. 16. eadem 24. q. 3. cuius sunt verba: *Resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda; ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arius in Alexandria vna scintilla fuit: Sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est*. totum orbem. Quia eius sequaces erant per totum orbem. *Gloss.* ibidem commotum agit. Ferro enim resecanda sunt vulnera. vt *Gloss.* sequitur in *can. docendus est populus*. 2. *in fine* verbo *per seueritatem distinct*. 62. & similibus verbis loquutus fuit Syricius Papa ad Himerum Terraconen Episcopum in *can. quia aliquanti, de quibus loquimur* 4 *in finalibus verbis distinct*. 82. dictorum ab eo rationem reddens: *Quia ferro necesse est, vt abscindantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam*.

Feria sexta Parasceues consecrare non licet, quia ea die præsens fuit verum Christi sacrificium in Cruce. Decenter propterea noluit Ecclesia eo die adesse memoriale sacrificium, & vetat sacramenta Eucharistiæ penitus celebrari. ex Innocentio Papa epistola prima ad Decentium in *can. sabbato verò ieiunandum esse*. 13. *in fine de consecrat. distinct*. 3. dicente illo: *vt Ecclesiæ traditio habeat, isto biduo sacramenta penitus non celebrari*. sacramentum videlicet corporis, & sanguinis Domini. vt in aliis diebus omnibus. ex Concilio Cabilonense secundo in *can. visum præterea nobis est*. 72. *de consecrat. distinct*. 1. ibique *Gloss.* verbo *excipitur*. deducit *Gloss. d. can. sabbato verò*. verbo *non celebrari*. sequitur *S. Thomas 3. part. q. 83. art. 2. ad 2. Nauar. in manuali cap. 25. num. 88. Henriquez lib. 9. summæ cap. 9. §. 6. & cap. 24. §. 3.* Peccaret proinde, qui ea die celebraret contra constitutionem Ecclesiæ. Pater *Ioannes Baptista Scortia de missæ sacrificio lib. 2. cap. 5. num. 9. Marolus de irregularitate lib. 3. cap. 24. num 6. Sà* verbo *missa num. 23. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 2. cap. 10. col. 4. in principio*.

Festum natiuitatis Domini nostri, si sexta feria celebrari contingat, ob tanti celebris diei Lætitiam carnibus vesci ob antiquam, satisq; vetustam Ecclesiæ consuetudinem, licet omnibus, qui vel regulæ obseruatione, vel voti, contra non facere, tenentur. quibus verò ab illis abstinere visum ex iusta causa, vel ob deuotionem fuerit, non ob id notandi erunt. respondit Honorius Tertius Pragen Episcopo in *cap. explicari per sedem Apostolicam* 3. *siue finali de obseruatione ieiuniorum*.

Festi dies incipiunt à vespera ad vesperam. ex Concilio Lugdunen in *can. pronunciandum est laicis* 1. *in principio de consecratione distinct*. 3. ibique *Gloss.* verbo *vsque ad vesperam*. & ex Concilio apud Compendium in *cap. 1. de feriis extra*. & in illis ab omni illicito opere abstinendum est; etiam à Iuramento præstando, nisi pro pace, vel alia necessitate præstetur. ibique *Gloss.* verbo *nisi pro pace*. Licet tamen dare operam rebus ad victum necessariis, tempore perituris. præsertim tempore vindemiarum, ac messium, & recollectionis fructuum, & vbi necessitas vrget, aut pietas suadet. vt declarasse sacram Congregationem Concilii 22. Aprilis 1599. refert *Farinacius part. 4. decisionum decis.* 239. & eam refert *Quaranta in summa Bullarum* verbo *dies festus. fol. mihi 214. vers. Congregatio Concilii censuit*. verum an hæc concurrant, Ordinariorũ Iudicio remisit. refert *Piasecius in praxi Episcopali part. 2. cap. 3. de visitatione Ecclesiæ Parochialis. num. 23. fol. 142. Barbosa in collectanea Doctorum ad sacrum Concilium sessione 25. de reformat. cap. 21. de delectu ciborum in ieiuniis & diebus festis. nu. 3.* vide *Gratianum* decisionum Rotæ Marchiæ *decis. 21. num. 3, & sequentibus*. pertractans materiam nundinarum diebus festis.

Festis diebus ne spiritualiter quidem, sed corporaliter quoque possumus honestè lætari in cibis, & vestibus ad solemnitatem diei. argumento desumpto ex Honorio Tertio Episcopo Pragen in *cap. finali de obseruatione ieiuniorum. Syluester in summa* verbo *ieiunium q. 10. nu. 27. vers. primum comedere carnes*. Non tamen est commessationibus vacandum. Non enim hoc est dies festos celebrare sanctorum. ex Augustino ad Aurelium Episcopum in *can. commessationes & ebrietates*. 1. *distinct*. 44. Sicuti neque saltationibus, & turpibus canticis inuigilare, & hoc prohibendum. ex Concilio Toletano Tertio in *can. irreligiosa consuetudo est* 2. *de consecrat. distinct*. 3.

Festos dies potest Episcopus in sua diœcesi cum Clero, & populo solemniter venerari, indicere. ex Gregorio IX. in *cap. conquestus est nobis* 5. *siue finali extra de ferijs. in fine*. & ex Concilio Lugdunen in *can. pronunciandum est laicis* 1. *in fine de consecrat. distinct*. 3. dicente Concilio: *Et illæ solemnitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerint*. Hodie verò seruanda est Constitutio nouissima sanctæ memoriæ Vrbani Papæ Octaui. Indictos vero festos dies seruare Regulares, & exempti in diœcesi existentes cogi poterunt. ex decreto sacri Tridentini Concilii *sessione* 25. *de regularibus cap.* 12. *in fine*. videndus *Nauar. manuali cap. 13. nu. 5. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 1. cap. 26. q. 1. Troylus Maluetius de canonizatione sanctorum cap. 2. num. 18. & num 25. tom. 14. tractatuum. Lodouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ casu 3. part. 4.*

Festiuitates sanctorum, & anniuersariorum dies, summa cum veneratione à Clero celebrari debent; neque potationibus inebriari, vel iocis, & risibus, siue inanibus Fabulis narrandis intendere, hoc enim diabolicum est. ex Concilio Nannetensi in *can. nullus presbyterorum*. 7. *distinct*. 44. & ex Concilio apud Erphesfurt habito præsente Rege Henrico in *can. placita secularia dominicis diebus*. 2. 15. q. 4. & ex Origine in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum* 9. 16. q. 7.

Fœtus, qui in vtero eſt mulieris antequam ſit animatus, antequam videlicet anima in illum infundatur, animal dici non poteſt rationale, conſequenterque nec homo. quia nimirum, quod formatum non eſt, nec animatum poſſit intelligi: & ideo non ſit homicidium: quia nec exanimatum diei poteſt, ſi adhuc animam non habeat. Ideo lex noluit ad homicidium pertinere: quia non dum dici poteſt anima viua in eo corpore, quod ſenſu caret. ex Auguſtino in *can. quod vero nõ formatum puerperium* 8. 32. q. 2. ibique *gloſſ.* verbo *nec animatum*. rationem reddens: *quia ante quam lineamenta corporis habet non infunditur anima*. ex eodem Auguſtino in *can Moyſes tradidit* 9. *eadem* 32. q. 1. rationem & ipſe reddens: *quia iam formatum corpus accipit animam*. Nec diuerſimode loquutus Vlpianus videtur lib. 46. ad Edictum in *l. hęc bonorum poſſeſſio* 1. §. *ſi quis proximior cognatus ff. vnde cognati. in fine*, in ratione, quam reddit: *Quia non fuerit proximus cognatus es, quo viuo, animal non dum fuerit.* Animal enim ex anima conſtat, & corpore, ſed corpore non organizato, non infunditur anima. homo ergo non eſt. Quia in rerum natura non eſt. ex Iuliano lib. 59. Digeſtorum in *l. Titius exhęredato filio* 6. *in finalibus verbis ff. de ſuis & legitimis hęredibus*. Deducit peroptime *Nauar.* in *can. ſi quis necandi infantis piaculum de pœnitnet. diſt.* 1. *num.* 2. *in fine & nu.* 3. docens: occidentem fœtum animatum irregularem eſſe, quia hominem occidit ex anima, & corpore conſtantem. non æquæ verò ſi non animatum fętum occidat: quia homo non eſt, nec conſequenter homicidium. ex Innocentio Tertio Priori & fratribus Carthuſien in *cap. ſicut ex litterarum veſtrarum tenore accepimus* 20. *in fine de homicidio voluntario, vel caſuali* ibique *gloſſ.* verbo *viuificatus*. & *Abb. num.* 2. *Card. Toletus Inſtructionis ſacerdotalis lib.* 1. *cap.* 76. *num.* 5. *Lælius Zecchius de caſibus Epiſcopo reſeruatis caſu.* 9.

Fidei vnitas per mala punica deſignatur. Nam ſicut in malo punico, vna exterius cortice multa interius grana muniuntur; ſic innumeros Sanctę Eccleſiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuerſitas meritorum tenet. Gregorius part. 2. Paſtoralis in *can ſit rector diſcretus in ſilentio* 1. *col.* 2. *in fine* §. *hinc in ſacerdotis veſte iuxta diuinam vocem diſt.* 43.

Fides omnia vincit. Fides eſt enim quæ hunc mundum vincit. Ex illo (1. Ioannis. 5. 4) *Et hæc eſt victoria, quę vincit mundum, fides noſtra.* Nicolaus Papa ad Conſulta Bulgarorum in *can. ſciſcitantibus vobis* 5. *ſine finali circa mediũ*, 15. *q.* 8. Quin omnia fide Chriſti purgantur. *ibidem.*

Fides murus eſt. vt dixit Auguſtinus ad Bonifacium in *can. miror quomodo tam ſubitò* 8. *in ipſo initio* 27. *quæſt* 4. ſic loquens: *Miror quomodo tam ſubitò fidei murum aries ruperit inimici.* aries, ideſt impetus diabolicę ſugeſtionis. ad ſimilitudinẽ inſtrumenti, quo frangitur murus *gloſſ.* ibidem verbo *aries* commentũ agit.

Fides non eſt liberi arbitrii tantum, ſed donum Dei. Auguſtinus de gratia & libero arbitrio ad Valentinum in *can. gratia, qua per Chriſtum datur* 145. *in fine de conſecrat. diſtinct.* 4. ex illo Apoſtoli ad (*Epheſios* 2 8.) dicente illo: *Gratia enim eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex vobis: Dei enim donum eſt, non ex operibus; vt ne quis glorietur.*

Fides verò eſt habitus illuminatiuus reſidens in intellectu. *S. Thomas* 2. 2 *q.* 4 *art.* 2 & 8. *Ioãnes Sanchez in ſelectis diſputat.* 7. *num.* 1.

Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, quia fides non eſt de re viſa: & inde eſt meritum fidei. Auguſtinus in *can. in domo Patris mei manſiones multę ſunt* 11. §. *ſi quo minus confirmat eſſe. de pœnitentia diſtinct.* 4. ibique *gloſ.* verbo *de re viſa* afferens: *& hic innuit illud: fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum.* quia nobis non per ſigna, ſed per fidem veritas eſt colligenda. vt Ambroſius inquit in *can. venit ſacerdos ad fontem* 71. *in finalibus verbis de conſecratione diſtinct.* 4. Fides enim eſt de re non viſa. vt *gloſſ* loquitur, & rationem reddit in *dicto can. in domo Patris mei.* 11. verbo *ſi quo minus in fine.* ex verbis Auguſtini ibidem ſuper verbis Domini (Ioãnis 14.) *Et ſi abiero, et pręparauero.* inferendo: *Abiens, ſed non relinquens, parat; quia ſubtrahit ſe, & latet, vt ſit fides, quæ nõ eſt de re viſa: & inde eſt meritum fidei.* & deduxit *gloſſ.* in *can. forte dicas, quomodo vera caro.* 43. *in fine de conſecrat. diſtinct.* 2. verbo *ne igitur plures hoc dicerent.* afferens rationem: *quia fides non habet meritum, cui humana ratio prębet experimentum.* allegat argumento *de pœnitent. diſtinct.* 4. *in domo.* iam in ratio allato ex Auguſtino.

Fides ſine operibus mortua eſt. *Iacobi* 2. 17. qui ſic ait: *Sic & fides, ſi non habet opera, mortua eſt in ſemet ipſa.* Gregorius Papa Theodorico. & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur ſimoniaca hęreſis* 28. *poſt principium* 1. *q.* 1. rationem reddens: *Cum in ſacerdotibus fides ſit eligenda cum vita. Si enim vita deeſt, fides meritum non habet, beato Iacobo atteſtante, qui ait:* Fides ſine operibus mortua eſt.

Fides ſine charitate nihil prodeſt. ex illo Doctoris Gentium 1. *ad Corinthios* 13. 2. exagerante illo: *Et ſi habuero omnem fidem ita, vt mõtes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum:* quæ verba ponderat Auguſtinus in *can. ſolet etiam quæri.* 31. §. *veruntamen ſi quis forte me in eo concilio conſtitutum. de conſecrat. diſtinct.* 4. ibique *gloſſ.* verbo *fidem*. & *Gloſſella* marginalis ibidem dicens: *fides poteſt haberi ſine charitate, & eſt vera fides, quamuis non vera virtus. Concilium Tridentinum ſeſſione* 6 *cap.* 15. & *can.* 28.

Fides, & ſpes in Deum fallit neminem. ex Auguſtino in *can. quæritur cur Patriarcha* 21. *in fine principii* 22. *q.* 2. de Sancto Patriarcha Abraham loquente: *Fecit, quod potuit; quod non potuit Deo commiſit, in quem ſperauit: nec eum fides, aut ſpes fefellit.*

Fides non eſt, ſi ad peccandum præſtetur. Au-

gustinus in can. si ad peccatum faciendum 20. 22.q.4. qui sic fatur: Si ad peccatum faciendum fides adhibeatur; mirum si fides appellanda est. Sicuti malè seruauit fidem Herodes Rex, qui puellę saltanti caput Prophetę dedit. Vnde Ambrosius in can. vnusquisque 8. circa finem eadem 22. quęst. 4. eruditissimè dixit: Infertur disco Prophetę caput, et hoc æstimatum est, fidei esse, quod amentia fuit.

Fides, quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur: quantò magis Amico? Augustinus ad Bonifacium in can. noli æstimare neminem Deo placere posse 3 §. hoc ergo primum cogita. 23.q.1. verbis loquitur Augustinus: Fides enim, quando promittitur, etiā hosti seruāda est, cōtra quē bellū geritur: quāto magis amico, pro quo pugnatur. Pacē habere debet volūtas, bellū necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. ibique gloss. verbo hosti. dicēs cōsequētiā: Hosti ergo fides seruanda est. probat ex Iosue, qui, quamuis deceptus, Gabaonitis fidem seruauit. deducit Ambrosius in can. innocens credit omni verbo. 23. in fine 22.q.4. dicens: Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandā non cēsuit; quia firmata erat sacramenti religione: ne, dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solueret. Probatque exēplo Loth idem Ambrosius in can. offerebat Sanctus Loth filiarum pudorem 12. 22. quæst. 4. dicens: Pręferebat domus sua verecundiæ hospitalem gratiam, etiā apud barbaras gentes inuiolabilem. Rationem reddit gloss. ibidem verbo apud barbaras. inferens: Nam & hosti fides est seruanda. & hospes tenetur hospitem defendere.

Fides est illi seruanda, qui illam nō vult seruare. argumento petito ex Gregorio Papa Palladio presbytero in can. inter verba laudantiū 55. in fine 11. quęst. 3. super verbis Apostoli (ad Romanos 12.) Si fieri potest, quod ex vobis est, cū omnibus hominibus pacem habentes. inferens: Quia si nos in mente charitatem erga odientes seruare cupimus, & illi nobiscum pacem non habent; nos tamen cum illis sine dubio habemus. quo loco gloss. verbo cum illis. sic argumentū deducit: argumētatur, quod fides est illi seruanda, qui eam non vult seruare. ex Augustino ad Ecditiam in can. quod Deo pari consensu 4. in principio 33. quæst. 5. dicente illo: A quo proposito si lapsus est ille, tu saltem instantissime persevera. vbi gloss. verbo instantissimè. argumentatur, quod fides seruanda est ei, qui contra fidem venit. ex Ambrosio in can. Innocens credit omni verbo 23. in fine 22.q.4. quem textum in superioribus paulò ante perpendimus. Et hanc ob causam non seruans, de præuaricatione fideli, à communione, & conuiuio Catholicorum extraneus habetur. ex Concilio Aureliamensi in can. id constituimus obseruandum. 36. §. seruus etiam, qui ad Ecclesiam confugerit. 17. quęst. 4.

Fides est fundamentum omnium bonorum. Frustra igitur truncato capite fidei, cætera membra habere se quisq; iactat. ex Hieronymi verbis in can. illi offerunt panē sacrilegū 63. in fine 1.q.1. ibique gloss. verbo truncato capite. id est fide, quę est fundamentū omniū bonorum. ex Gregorio in can. cum Paulus 26. eadem 1.q.1. in ratione, quam reddit in fine: Quia vbi Christus non est fundamentum, nullū boni operis est super ædificium.

Fidei proinde fundamento, præter quod (teste Apostolo 1. ad Corinthios 3.11.) nemo potest aliud ponere, firmiter inhęrere debemus. ex Clemente V. in Concilio Viennen. in Clemēt. 1. de summa Trinitate, & fide catholica.

Fidem recipere catholicam nemo inuitus cogendus est; susceptàm verò retinere cogi potest, & debet. ex Concilio Toletano IV. in can. de Iudæis autem præcipit Sancta Synodus 5. distin. 45. in fine. inferens: Oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogātur; ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quā susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur. eodemque modo Augustinus ad Bonifaciū Comitem in canon. Quis nos potest amplius amare, quam Christus. 43. circa finem 23.q.4. qui sic verba dat: Vbi est, quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere, vel non credere: cui vim Christus intulit? quem coegit? Ecce habent Paulū Apostolum: agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem: prius ferientem, & postea consolantem. vbi gloss. verbo cogentem. Rationē refert, quod in Paulo fuit sola diuina voluntate factū: Nā nullus cogitur recipere fidē, sed receptā cogitur retinere. allegat Ambrosiū in can. integritas corporis 13. 32.q.1. in fine de virginitate concludentē: Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari nō potest: res magis voti, quàm præcepti. & vt gloss. ibidem verbo voti in fine infert. magis liberę voluntatis, quàm coactionis. & dixit Augustinus contra litteras Petiliani in can. ad fidem nullus est cogendus inuitus 33. 23.q.5. Rationem inferens circa medium, dicensque: Nam bene facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate. Hinc est etiam, quod fidem fallere, graue æstimatur. ex Vlpiano lib. 55. ad Edictum in l. 1. in fine principii. ff. de constituta pecunia. dicente illo: Quoniam graue est fidē fallere. concinit Gregorius in can. si infidelis discedit odio Christianæ fidei. 2. 28.q.2. diximus respons. nostra 59. num. 40. ad 44. part. 4.

Fidem non seruat, qui in illam violat, qui aduersus illam agit, quę Mater est fidei (Ecclesiam scilicet Romanam) & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Ecclesiis prætulisse cognoscitur. Nicolaus Papa Secundus Mediolanensibus per Petrum Diaconum legatum suum scribens in can. omnes, siue patriarchæ cuiuslibet apices 1. in fine dist. 22.

Fidem frangenti, fides frangatur eidem. Quia fides non est seruanda non seruanti. ex Hieronymo ad Nepotianum in can. esto subiectus Pontifici tuo 7. in ipso Principio distinct. 95. ibique Gloss. verbo deferatur. referens rationem, ac dicens: & fides non est seruanda, non seruanti. ibidemque glossella marginalis dicens; Frāgenti fidem, fides frangatur eidem. ex ratione, quam scitè Hieronymus ibidem refert: Scitum est illud Oratoris Domitij: Cur ego te (inquit) habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorē? Nec in aduersum Regula facit Bonifa-

nifacij Octaui in *regula frustra 75. de regulis Iuris in 6.* dicit enim in illa: *Frustra sibi fidem quis postulat ab eo seruari, cui fidem, à se præstitam, seruare recusat.* conclusitque Gregorius Regi Francorum scribens in *cap. peruenit ad nos 3.5. nec tu ei. de iure iurando.* Gregorium excipe: *Nec tu ei, etiam si promissum tuum, iuramento, vel fidei obligatione interposita conditione firmasses, aliquatenus teneris, si constat eu, conditioni minimè paruisse.* optimeque gloss. ibidem verbo *paruisse.* quæ infert: *argumentum expressum hic: fidem non seruari ei, qui contra fidem versatur.* Concordat Paulus lib. 11. responsorum in *l. quaro, an fideiussor conductionis 57.5. inter locatorem fundi ff. locati, & conducti.* ibi enim promissio de non expellendo, intelligitur si colonus in solutione pensionis per biennium non cessauerit, secundum Bart. in summario. Nec à placitis discessere Diocletianus, & Maximianus Cæsares in *l. cum proponas inter vos 21. in fine C. de pactis.* dicentes: *Nec aduersario tuo transactione uti concedendum est, nisi ea, quæ placita sunt, adimplere paratus sit.* vbi glossella marginalis: *fidem frangenti, nec iuramentum seruatur, cui in est tacita conditio, si ipse fidem seruauerit.* Idemque Cæsares in *l. cum proponas ab ea, contra quam supplicas 17. C. de transactionibus.* concinit Ancaranus *cons. 360. ex serie pacti num. 3. 4. & 5.* rationem reddens: *Quia à fide præstita cessare non dicitur, cum promissa seruare non teneatur.* nec discedit *Hyppolitus de Marsiliis singulari 42. incipiente frageati. Socinus regula 149. frangenti fidem. Rota apud Card. Manticam decis. 1. num. 3. Nauar. cons. 1. sub. num. 1. in 3. argumento lib. 4. de diuortiis.*

Fidelis à credendo nomen est. Augustinus in *can. Mater Ecclesia os maternum paruulis præstat 139. de consecratione distinct. 4.* de paruulis verba faciens, dicensque: *Nec ideo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cunctatur: quod à credendo utique nomen est.* à credendo. *id est, quia credunt,* nomen est. *scilicet hoc nomen fidelis. credere enim est, fidem habere.* vt gloss. ibidem comentum agit. dixitque idem Augustinus in *can. nihil est aliud credere, quàm fidem habere 76. eadem distinct. 4. de consecratione,* inferens rationem: *Paruulum, & si nondum fides illa, quæ in credentium voluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit.*

Fidelis hominis totus mundus diuitiæ sunt, infidelis nec obulus. ita Augustinus ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris 11. 14. q. 4.* ex Salomone *prouerbiorum 17. 16.* sed in vulgata, verba sunt Salomonis: *Qui prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit?*

Fideles Christi, qui in charitate existũt, in gratia videlicet, participes sunt bonorum omnium, quæ in Ecclesia fiunt à fidelibus Christianis fine aliqua applicatione; nam, vt membra corporis, totius corporis bono participant. iuxta illud (*psalmi 118. 63.*) *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua.* & probat etiam articulus fidei: *Sanctorum communionem.* exponitque S. Thomas. in articulo fidei prædicto. & in *4. distinct. 20. q. 1. art. 4. q. 1.* probaturque ex Concilio Cabilonensi secundo in *can. visum præterea nobis est. 72. de consecratione distinct. 1.* & ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant 24. de consecratione distinct. 5.* deducitque *Nauarrus de Iubelæo & Indulgentiis, notabili 21. nu. 48 col. 4. vers. septimo facit quod illud psalmi &c.* & Latius *de oratione, & horis canonicis cap. 20. in 14. erotema. num. 50. & sequentibus ad erotema 16.* & *S. Thomas in 4. distinct. 45. q. 2. art. 1. q. 1.* sequitur etiam *Gregorius Sayrus in Thesauro lib. 1. cap. 4. num. 12.*

Fidelis quisque articulos fidei, qui in simbolo continentur, scire sub mortali tenetur, sicut etiam & decalogi præcepta, quorum obseruatione salus acquiritur, atque orationem Domicam. ex Augustino in *can. vos ante omnia, tàm mulieres, quàm viros. 105. in fine de consecratione distinct. 4.* dicente illo: *Ante omnia symbolum, & orationem Dominicam, & vos ipsi tenete, & illis, quos suscepistis de sacro fonte, ostendite.* Nec deuiat Sacrosanctæ Tridentinę Synodi dispositio *sessione 24. cap. 4. in fine de reformatione.* dum præcipit Episcopis, vt curent *Dominicis saltim diebus, & aliis festiuis pueros in singulis Parochiis fidei rudimenta, & obedientiã erga Deum, & parentes diligenter ab iis, ad quos spectabit,* doceantur. & si opus fuerit etiam per censuras Ecclesiasticas cõpellãtur. Si hi compellendi sunt, vt doceant, & illi vtique addiscere tenebuntur. An autẽ memoriter eo ordine, quo scripta sunt addiscere sub mortali teneantur? sunt qui dicunt non diuino, sed humano iure teneri addiscere. *Ioannes Azorius Institutionum moraliũ part. 1. lib. 8. cap. 7. q. 5.* sufficere putat scire credenda, & si ea memoriter ordine, quo scripta sunt, non retineat, quia non aptus sit; licet de articulis interrogati respondere nouerint. saltim sub veniali dicit *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 20. num. 20.* & *manuali cap. 21. num. 22. vers. septimo peccat, qui non edidicit.* quamuis *Ludouicus à Bea responsionum casuũ conscientiæ par. 3. casu 27.* mortaliter peccare asserat. & *part. 4. casu 1.*

Teneatur tamen saltim in genere credere, quicquid tenet, & credit sancta mater Ecclesia Catholica, & Apostolica Ramana, quę numquam errauit. ex Lucio Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniæ in *canone à recta ergo fide, & Apostolico tramite 9.* & ex Hieronymo ad Damasum in expositione symboli in *can. hæc est fides Papa Beatissime 14. 24 q. 1. Nauar. manuali c. 11. n. 22. vers. quinto peccat mortaliter. in fine & de oratione, & horis canonicis miscellaneo 31. num. 44. in fine.* videndus *Ioannes Azorius d. part. 1. lib. 8. cap. 6. per totum. & cap. 8. q. 5.*

Fidelis, qui quamuis non sponte, sed terrore victus, negat exterius voce Deum, vel fidem, corde tamen eam retinens, & credens, licet grauiter peccet, tamen venia dignus est, & debet recipi. Secus qui voluntariè. Quia nimirum non solum corde, sed etiam ore oportet confiteri Deum. iuxta illud (ad Romanos 10. 10.) *Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem.* ex Ambrosio in *can.*

*can. potest fieri, vt aliquis victus suppliciis 52. in principicipio de pœnitentia distinct.* 1. ibique per optime *Nauar.nu.*1.

Fidelis esse in substantia Dei quomodo quis potest, qui carnali domino fidem exibere nō potuit. Contradictor enim, atque fraudator, in nullo fidem bonam ostendit. Hieronymus in *can. si apud carnales dominos* 24. *in fine* 23. *q.* 5. & ex Concilio Toletano IV. Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis. in *can. non potest erga homines* 24. 2. *q.* 7. inferens in fine: *nec est eis credendum, qui veritatis à se fidem abiecerunt.*

Fidicularum tormentum. cordarum dicitur, quę ligantur circa frontem hominis; & stringitur caput per eas. & est fides, idem, quod corda, vt ibi.

*Me fide; perspicuus Troię munitor amauit.*

ita *gloss.* in *can. nullus omnino* 23. *fine finali* 6. *q.* 1. *fidicularum.* id est cordarum. quem canonē Gratianus excepit à Valentiniano, Valente, & Gratiano Augustis. in *l. nullus omnino* 4. *C. ad legem Iuliam Maiestatis.* Verba sunt Imperatorum: *Nullus omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidicularum tormenta inferuntur, militiæ, vel generis, aut dignitatis vti defensione prohibeatur; excepta tantum Maiestatis causa, in qua soli omnibus ęqua conditio est.* quo loco *Glossella* Marginalis *Godofredi*, sequentibus fatur. *Ob id fidiculas dici Isidorus putat,* (5. Etymologiarum 27.) *quod eis rei in equuleo torqueantur, vt fides inueniatur. vngulas etiam vocari putat. fidicularum meminit Prudentius in hymno Stephani.* sic Glossella Marginalis.

Fidelitatem seruare quis excomunicato minime debet. ex Gregorio VII. Romanę Synodi Pręsidente. in *can. nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes.* 4. 15. *quæst.* 6. Nū autem quis excomunicato debitum soluere debeat? *gloss.* ibidem verbo *constricti sunt.* affirmatiue dicit: quamuis probabiliter dici possit, quod excomunicato non sit soluendum, cùm nemo debeat participare cum eo. ita Glossa.

Fidelis malus, licet numero, & materialiter intra Ecclesiam, sit, & toleretur, vere tamen, & formaliter, extra Ecclesiam est, & extra corpus, cui est caput Christus. ex Augustino in *can. vt euidenter hoc ostenderet Dominus* 82. *in fine* 1. *q.* 1. dixitque idem Augustinus in *can. de illis, qui sunt ab Ecclesia segregati* 8. 24. *q.* 3. verba sunt Augustini: *Sed nec ille dicendus est esse in Ecclesia, & ad istam societatem spiritus pertinere, qui ouibus Christi ficto corde miscetur. Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictum.* (Sapientię 1.) *Neque n. solum ad Ecclesiam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt: sed etiam illi, qui in eius vnitate corporaliter misti, per pessimam vitam separantur.*

Fidelis malus plus nocet Ecclesiæ, quam infidelis. Nā infidelis extra est, malus verò fidelis neque extra est vt infidelis, neque permanet, vt fidelis, sed conculcat, & aliis damno est. ex Hieronymo in *can. nolite recedere à Domino* 22. *circa finem.* 11. *q.* 3. Imo est infideli deterior. ex Augustino in *can. quęro ergo, quis peccat grauius* 21. 6. *q.* 1. quia nimirum ęquat illum hæretico: *Vt hæreticus nesciens auaro scienti æquetur.* Nec audet pręcipitare sententiā, au catholicus pessimis moribus, alicui hæretico, cuius vita, pręter id, quod hæreticus est, nō repręhenditur, pręponatur. adeo quidē pessimus est malus fidelis. Qui grauius peccare dicitur, quam infidelis. nā *qui non est fidelis, nec credit in Christo: sua membra facit mēbra meretricis: qui credit, & fornicatur: Christi membra facit membra meretricis.* ita Hieronymus in *can in eo fornicator maior est criminis,* 12. 32 *q.* 2. inferens: *Hoc vnum scio, quod, qui post fidem Christi fornicatur, violat templum Dei.* Ideo grauiori pœna ferietur, quàm infidelis. ex August. in *can. non ne sodomitæ ethnici erant* 37. 1. *q.* 1 & ex Vrbano Papa omnibus catholicis in *can. scimus vos non ignorare* 9. 12. *q.* 1. *in fine.* qui verbis loquitur manifestis, dicens: *Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt; aut in malis vitam finierunt, quam illi, qui vitam sine voto finierunt: aut sine fide mortui sunt; & tamen bona egerunt opera.*

Fidelis malus, si non corrigitur, interim tolerandus est, quandiù iuste emendatus non fuerit. ex Augustino in *can. forte in populo Dei stat iuxta te auarus.* 11. & *can. infideles non possumus Christi Lucrari* 17. 23. *q.* 4. & hoc sane, ne pax violetur, & ne scandalum sequatur. ex Gratiano *d. can. infideles.* 5. *hinc etiam cum propheta dicit.*

Fidelitatis forma, quę habenda sit à Vassallo ad dominum, & quæ contineat, docet Gratianus ex epistola Fulberti Episcopi in *can. de forma fidelitatis aliquid scribere monitus* 18. 22. *q.* 5. & infra: Iuramentum fidelitatis.

Fieri quod aliquid soleat, caueri ex eo debet. notat Gloss. in *can de Syracusanæ vrbis antistite* 13 *distinct.* 28. verbo *solet.* dicens. nota: *caueri debere ex eo, quod solet aliquid fieri.* Nec enim omne, quod solet, rectè fit. ex Stephano Papa Archiepiscopo Rauennaten in *can. nosse tuam Fraternitatem volumus* 12. *dist.* 63. & ex Gregorio Squillatino Episcopo in *can. Afros passim, vel incognitos peregrinos* 3. *distinct.* 89 quos textus allegat etiam *Gloss.* in *d. can. de Syracusanæ.* verbo *solet.* Quemadmodum; quod non recte fit, fieri quoque dicitur. & è contra, dicitur nō posse fieri, quod de iure non fit. vt inquit *Gloss.* in *can. nullus autem illorum negat* 40. verbo *non potest. de consecratione distinct.* 4. fieri dicitur materialiter, non sane formaliter, quia non recte fit.

Fieri frustra dicitur, quod nihil operatur factum, nullumque producit effectum. ex Innocentio Tertio Rothomagensi Archiepiscopo in argumentum ducto in *cap. cum contingat interdum* 36. §. *verum si proponat se simpliciter de officio Iudicis delegati.* & ibi *Gloss.* verbo *nihilominus.* dicens: *quod non debet quis admitti ad probandum illud, quod probatum non prodest.* ex Diocletiano & Maximiano Augustis in *l. ad probationem domini* 3. a 2. *in fine C. de probationibus.* dicentibus illis. *Ergo probationem*

nem

nem laborare non conuenit. Siquidem huiusmodi, licet probetur factum, tamen intentioni nullum prabet adminiculum. Frustra ergo euentus illius rei expectatur, qui nihil operari valebit. probatur ex Caio lib. 9. ad edictum prouinciale in l. aliquando, licet alienam obligationem suscipiat mulier. 13. §. finali ff. ad Senatus Consultum Velleianum. ibique Gloss. verbo quod enim bonum est. & Bart. in summario dicens: Frustra expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. Idemque Caius lib. 2. de testamentis ad Edictum Pretoris Vrbani in l. si quis ita scripserit. Titius ex parte dimidia. 33. ff. de heredibus instituendis. ibique etiam Bart. in summario dicens: Non expectatur conditio, cuius euentus nihil operatur. notat Abbas in cap. laudabilem. 5. num. 2. de Frigidis & maleficiatis. Cassaneus cons. 1. in 2. parte num. 9. Nauarrus cons. 5. cum quidam nobilis. num. 4. in fine lib. 4. de consanguinitate, & affinitate. Ioseph Ludouicus decis. Perusina 18. num. 7. Flaminius Carthanus Rotę Genuæ decis. 1. nu. 12. & finali.

Filius ergo hæres. ex illo Pauli ad Romanos 8. 17. dicente illo: Si autem filii & hęredes quidē Dei, cohęredes autem Christi. & ex Ambrosio sermone de S. Ioanne in can. dicat aliquis vxorem non habeo 9. 32. q. 4. qui super verbis Genesis 21. 10. Eijce ancillam, & filium eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. quem locum perpendit Paulus ad Galatas 4. dicens nu. 30. Sed quid dicit scriptura? Eijce ancillam, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ. sic consequentiam infert: Si igitur ancillę filius hęres non est. ergo nec filius est. Cur autem quæritur tale coniugium, de quo susceptus filius nec successionis possit hæres esse, nec sanguinis? Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegiū. Est ergo hęres, qui filius est. iure ergo filius. ergo hæres.

Filius non portabit iniquitatem patris; & pater non portabit iniquitatem filii. Anima, quæ peccauerit ipsa morietur. Ezecchielis 18. 20. deducitque ex Concilio Toletano IV. in can. Iudæi Baptizati 7. 1. quæst. 4. Gratianus, docens: Fideles filios non excludi à successione patris Iudęi, quod patres eorum post baptismum à Christo pręuaricātes pœna dānati fuere. Quia scriptum est: Filius non portabit iniquitatem patris. Quoniam non imputantur filiis peccata parentum, quæ post eorum natiuitatem à parentibus committuntur nec pro peccatis parentum spirituali pœna filii sunt plectendi. Augustinus vero loquitur in can. non imputantur filii peccata parentum 10. eadem 1. q. 4. Hanc ob causam locum illum Exodi 20. Ego sum Deus Zelotes, qui visito peccata patrum in filios vsque ad tertiam, & quartam generationem. Gratianus in can. homini, qui similis sui est 9. §. è contra Dominus ad Moysen eadem 1. q. 4. ex Augustino sequentibus explicat, dicens: Augustinus asserit: In tertiam, & quartam generationem peccatum patrum se Dominus comminatur in lege filiis redditurum. non in æqualitate iudicii, vt alii peccent, & alii puniantur; sed magnitudine Clementię: dum semper expectat ad pœnitentiā; & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat; nisi & tertia, & quarta generatio venerit. ita Gratianus ex Augustino. & ex Septima Synodo actione prima in can. conuenientibus apud Nicæam Bithyniæ 4. cal. 2. §. item verè vox Dei est 1. q. 7. sic Synodus loquitur: Item verè vox Dei est, quoniam non moriuntur filii pro patribus; sed vnusquisque in peccato suo morietur. addatur, quoniam ex Deo est ordinatio. vbi gloss. verbo morietur. sic intelligit: quasi dicat, tandiu morietur, quandiu pœnitentiam non agit. Filius ergo non portabit iniquitatem patris: iustitia iusti super eum erit, & impietas impii erit super eum. eodem Ezechielis 18. 20.

Filii nomen non meretur, qui criminibus se addicit. ex Stephano Papa V. Hastulpho in can. admonere te cum lachrymis 8. in ipso principio 33. q. 2. illis verbis: sed non filius debet dici, qui tàm crudeliter infelix homicidium perpetrasti. vbi gloss. verbo dici. adnotat: quem priuari nomine, ratione criminis. iuxta illud; Si re priueris, nec nomen habere mereris. ex Hieronymo in can. postquàm pretio victus est Ephron. 13. 23. q. 2. cum nomen perdiderit Ephron in Ephran, quod quamuis inuitus, pretium accepit ab Abraham pro loco, quem vendidit eidem, pro sepulchro. Iure ergo filii nomen amittit, qui pro filio se non gerit. Cuius enim opera quisque facit, eius filius esse perhibetur. vnde quibusdam Dominus ait (Ioannis 8.) Si filii Abrahę estis, opera Abrahæ facite. Gratianus in can. resuscitatus corpore viuit absente suscitatore 35. §. cùm enim Deus sit vita animæ in fine de pœnitentia distinct. 1.

Filius Dei, & diaboli nemo esse potest. Nam nemo duobus Dominis seruire potest. Matthęi 6. 24. sequiturque Gratianus in can. Resuscitatus corpore 35. §. cum enim Deus sit vita animæ in fine de pœnitentia distinct. 1. referens ex (Ioanne epist. 1. cap. 3. 9.) Omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit. in can. qui natus est ex Deo non peccat 36. eadem de pœnitentia dist. 1. inferens: ergo non est filius diaboli. Solo enim peccato diaboli filii sumus. Non ergo filius Dei, & diaboli quis esse eodem tempore potest.

Filii diaboli sunt omnes iniqui, non nascendo, sed imitando. iuxta illud Domini Ioannis 8. 44. ad Iudęos Vos ex parte diabolo estis: & desideria patris vestri vultis facere. deducitque Gratianus in can. quæritur, cur Patriarcha mētiri voluit 22. §. Item opponitur. post principium 22. q. 2. dicens: Vnde à Domino meruerunt audire: si filii Abrehę estis, opera Abrahę facite: nunc autem quæritis me interficere, hominem, qui veritatem locutus sum vobis. Hoc Abraham non fecit. vos ex patre diabolo estis: & desideria patris vestri facere vultis. rationem reddit Ambrosius in can. cito turpem sequitur lepra mercedem 16. circa finem 1. q. 1. dicens: Nam & Iudęi ex patre diabolo, non vtique carnis successione, sed criminis. Quin & vasa apta diaboli dicuntur ab Augustino de Ciuitate Dei in can. nec mirum de magorum præstigiis. 16. col. 1. in fine §. his ergo potestas 26. q. 5. sic fatur: Hæc potestas immundis spiritibus ideo datur, vt per vasa sibi apta,

apta, prauos homines seducant illos, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio. Vasa ergo diaboli sunt praui homines. & vasa vitiorum nuncupantur à Siricio Papa Himerio in can. illud quoque nos par fuit prouidere 66. in finalibus verbis dist. 50. dicente illo; Nulla tamen debent gerendorum sacramentorum instrumenta suscipere, qui dudum fuerunt vasa vitiorum.

Filii diaboli sunt, omnes mẽdaces. ex Ambrosio in can. cauete fratres mẽdaciũ 20. in ipso principio 22. q. 5. verba sunt Ambrosii: Cauete fratres mendacium, quia omnes, qui amant mendacium, filii sunt diaboli.

Filii quoque perditionis nuncupantur à Concilio Arelatensi in can. sciendum est omnibus 37. in fine 27. q. 1. ex Paulo. 2. ad Thessalonicenses 2. 3. de antichristo loquẽte: nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuit homo peccati, filius perditionis &c. sic enim Concilium, de violatoribus virginum Deo sacratarum verba faciens: Et ideo violatores earum sacrilegi, & iuxta Apostolum, filii perditionis esse noscuntur.

Filii ex illegitimo coitu nati, non filii sunt matrimonii, sed testes sunt adulterii. ex Ambrosio in can. dicat aliquis vxorem non habeo 9. 32. q. 4. verba damus Ambrosii: Cur inquam quæritur tale contubernium; de quo nati non filii sint matrimonii sed testes sint adulterii? Cur autẽ huiusmodi suscipiuntur adulterini, qui patri pudori sint, non honori? Dicit scriptura (Sapient. 3.) Adulterorum filii in consumatione erunt: & ab iniquo toro semen exterminabitur. Nec sensum hunc diffugere visus est Augustinus in can. quid est 1. in fine 35. q. 7. qui sic fatur: An hoc intelligendum est lege Dei constitutum, vt quicumque ex eis nati fuerint, non deputentur filii. id est, nullo parentibus iure succedant? exponit enim verba illa Leuitici 20. Quicumque dormierit cum cognata sua, sine filiis morietur. vbi gloss. verbo sine filiis. commentum aggens dicit: sine filiis. scilicet legitimis. Dicuntur enim non esse filii, qui non sunt boni.

Filii non debent thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. Sic Gentium Doctor Paulus 2. ad Corinthios 12. 14. dicens: Non enim quæro quæ vestra sunt; sed vos. Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. deduxitque ex Septima Synodo Gratianus in can. prædicator veritatis Paulus 64. 16. quæst. 1. loquens de Episcopis, qui non debent expetere aurum, vel argentum, vel aliam speciem à clericis, vel monachis, qui sub ipso sunt. Ait enim Apostolus (1. ad Corinth. 6.) Iniqui regnum Dei non possidebunt. nec debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis. Quia vt gloss. ibidem verbo parentibus. infert: Quia omnia, quæ nostra sunt, ex voto filiis paramus. vt dixit Triphonius lib. 17. disputationum in l. nihil interest 50. in fine principii ff. de bonis libertorum. satis concinne rationem reddens: Cùm omnia, quæ nostra sunt, liberis nostris ex voto paremus. & Papinianus lib. 26. Quæstionum in l. scripto hærede deliberante. 6. in fine ff. vnde liberi. nec ineruditè dixit: Non sic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas. Cum parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittat, liberos natura simul, & parentum commune votum. Hæreditas ergo parentum debetur filiis. vt Glossella marginalis in d. can. prædicator 64. verbo parentibus. adnotat. & ex Concilio Lateranense relato in capit. cum Apostolus 6. §. prohibemus etiam, ne subditos suos de censibus exactionibus, & procurationibus. Ex hoc ipso principio prohibetur Episcopis, ne graues sint subiectis. inferens: Cum enim dicat Apostolus: Non debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis, multum longe à paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere. ibique gloss. verbo parentes filiis. rationem referens: Ordine enim naturæ filius succedit patri, & non è conuerso. pertractat S. Thomas 2. 2. quæst. 26. art. 9. vtrum homo ex charitate magis debeat diligere filium, quam patrem. & distinguit: vno modo ex parte obiecti, & tenetur diligere patrem, vt rationem principii. altero modo ex parte ipsius diligentis; & sic magis diligitur quod est coniunctius.

Filium non amat pater, quem non corrigit, neque ei dat disciplinam. ex Augustino in can. non putes tunc te amare 36. 23. q. 1. excipe illum: Non putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non cædis; aut tunc te amare filium tuum, quando ei non das disciplinam; aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis. Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, & emendandum. Nec dissimiliter idem Augustinus in can. duo ista nomina cùm dicimus. 25. eadem 23. q. 4. dicens: Huic officio nominis iungitur disciplina sicut cuique regenti apta, & commendanda est; non solum Episcopo regenti plebem suam &c. parenti regenti prolem suam &c. inferens: Ita nulli homini claudenda est misericordia: nulli peccatori impunitas relaxanda est. Nam vt Apostolus Paulus (ad Hebræos 12. 6.) loquitur: Quem enim diligit Dominus castigat: flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tamquam filiis vobis offert se Deus: quis enim filius, quem non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis; cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis. Adulteri ergo æstimantur filij, quos non corrigit pater. Vt enim Salomon prouerbiorum 13. 24. instruit nos: Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit.

Filiorum causa, Ecclesiastica solet periclitari substantia. ita Pelagius Cathego Patritio in can. de Syracusanæ vrbis antistite 13. distinct. 28: Ideo Episcopi vxores non habentes eliguntur. Sed nunc temporis nepotes operantur. Ne putes igitur, quod bonum sit. & filiorum appellatione nepotes continentur. gloss. in can. presbyterorum filios 1. distinct. 56. verbo filios. ex Callistrato lib. 2. Quæstionum in l. liberorum appellatione nepotes 220. ff. de verborum, & rerum significatione.

Filij, alii quidem per carnis propagationem, alii per morum imitationem dicuntur. Sicuti filii Abrahæ per carnis propagationem Iudæi dicuntur, per morum imitationem gen-

tiles, qui ad fidem venerunt. Gratianus in *can. quæritur cur patriarcha* 12. §. *item opponitur* 24. q. 2. qui sic verba subnectit: *Sic, & Iudæi, cũ essent filii Abrahæ carne, quia non fuerunt filii eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahæ, sed dicuntur filii diaboli: cuius filii sunt, non nascendo, sed imitando. E contra gentiles, cùm secundum originem carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei, & iustitiæ successerunt in filios Abrahæ. unde ab Apostolo dicitur eisdem* (1. ad Corinthios 4.) *Si autem Christi. ergo Abrahæ semen estis.*

Filii Dei dicuntur tripliciter: prædestinatione tantum, siue denominatiue tantum. prædestinatione, & spe beatitudinis æternæ; quia in finem vsque filii Dei perseuerant. & tandem merito fidei, & præsentis iustitiæ. per optimè Augustinus in libro de correctione, & gratia cap. 8. & 9. relatus à Gratiano in *can. si ex bono in malum* 8. *col.* 2. §. *nec nos moueat. ad finem de pœnitentia distinct.* 4.

Filii Dei, qui prædestinati sunt in vitam æternam, Christo Dei filio dari dicuntur. Quemadmodum ad Patrẽ dicit Ipse (Ioannis 6.) *Vt omne, quod dedisti mihi, non pereat, sed habeat vitam æternam.* ex Augustino in *can. si ex bono in malum* 8. *col.* 3. §. *Ac per hoc tales filii de pœnitentia distinct.* 4. inferens: *Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus perit, ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam sic est ordinatum, & ideo Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Filii spirituales dicuntur, vel per baptismi immersionem, vel per baptismi Leuationem, vel per sacramenti pœnitentiæ ministrationem. ex Ioanne Papa VIII. Anselmo Leuomicinæ Ecclesiæ Episcopo in *can. ad limina Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum* 7. de eo qui proprium filium in mortis articulo necessitate cogente in sacro baptismate leuauit, & mersit. & ex Symmacho Papa in *can. omnes quos in pœnitentia suscipimus* 8. 30. *q.* 1. Ita etiam in sacramento confirmationis. ex decreto Leonis Papæ in *can. non plures ad suscipiendum de baptismo* 101. *de consecrat. distinct.* 4. & decreuit Sacrum Tridentinum. *sessione* 24. *de reformatione matrimonii cap.* 2.

Filia spiritualis efficitur, quæ cõfessa fuit peccata. qui ergo cum illa fornicatus fuerit, graue adulterium committit. ex Cœlestino Papa in *can. si quis sacerdos cum filia spirituali* 9. & in *can. non debet episcopus* 10. 30. *q.* 1.

Filij, alij ex legitimo matrimonio orti sunt. hi legitimi, & naturales dicuntur. Nam filij ex libero, & ancilla, seruilis conditionis sunt. Semper enim, qui nascitur, deteriorem partẽ sumit. Naturales autẽ dicuntur ingenuarum concubinarum filii. quos sola natura genuit, non honestas coniugii. Isidorus Etymologiarum lib. 9. cap. 5. in *can. liberi dicti* 15. *siue finali* 31. *q.* 2. vbi *gloss.* verbo *liberi* Quatuor genera filiorum enumerat. Naturales tantũ, vt concubinarum. naturales, & legitimi, vt vxoris. legitimi tantùm, vt adoptiui. Spurii, vt sacrarum virginum, & consanguinearum. ita Glossa.

Filii legitimi, & naturales dicuntur, qui ex matrimonio, ẽt ante baptismum cõtracto, suscepti fuere, sicuti, & qui post baptismum. Quia profecto matrimonium est; nec potest inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iunxit. ex Innocentio Papa Rufo, & Eusebio Episcopis Macedonibus in *can. numquid non erunt admittendi* 1. 28 *q.* 1.

Filii, vt sint legitimi, sufficit bona fides vnius ex coniugibus. ex Innocentio Tertio H. & R. Canonicis Beneuentanis in *cap. ex tenore litterarum vestrarum* 14. ibique *Gloss.* verbo *legitimum. qui filii sint legitimi. Nauar. cons.* 2. *num.* 9. *in fine lib.* 4. *Qui clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possunt.*

Filius sapiens est Gloria patris. ex Salomone *prouerbiorum* 10. & 13. Nam *cap.* 11. 1. dicit: *Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mæstitia est matris suæ.* & cap. 13. 1. *Filius sapiẽs doctrina patris: qui autem illusor est, non audit, cum arguitur.* & Hieronymus ad Nepotianũ in *can. esto subiectus pontifici tuo* 7. *in fine dist.* 95. inferens: *Gloria patris est filius sapiens.* inferens: *Gaudeat Episcopus iudicio suo, cùm tales Christo elegerit sacerdotes.* sunt enim eidem honori.

Filii presbyterorum à sacris altaribus remouẽtur. ex Vrbano Papa Secũdo in *can. presbyterorum filios* 1. *dist.* 56. rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *presbyterorum*. Quia timentur in eis exempla paterni criminis. ex *can. si quis cum militibus* 22. 6. *q.* 1. quem textum ex libro *Codicis ad legem Iuliam maiestatis in l. quisquis* 5. accepit Gratianus in ratione, quã Arcadius, & Honorius Cæsares deferunt dicentes: *Paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hæreditarii criminis exempla metuuntur.* iuxta illud: *Sæpe solet similis filius esse patris.* refert *gloss.* ibidem in *can.* verbo *metuuntur*. & ideo in Concilio Toletano IX. in *can. multæ super incontinentia ordinis Clericorum* 3. *in fine* 15. *q.* 8. statutum fuit sequentibus: *Proles autem aliena pollutione nata, non solùm hæreditatem numquam accipiet, sed etiam in seruitutem eiusdem Ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.*

Filii patris vilis, seu etiam infamis irregulares non sunt, nisi iure exprimantur. ex Hieronymo ad Damasum in *can. quoniam vetusto Oriens* 25. §. *quamquam igitur tui me terreat magnitudo* 24. *q.* 1. verba sunt Hieronymi: *A sacerdote victima salutem, à pastore præsidium ouis flagito. Facessat inuidia Romani culminis, recedat ambitio. Cum successore Piscatoris, & discipulo Crucis loquor.* quo loco *gloss.* verbo *inuidia.* quæ sic agit commentum. inuidia. *id est extollentia: vnde inuidia sæpe nascitur. Vnde cùm duo certarent de electione, & vnus allegaret ignobilitatem alterius; alius ex aduerso respondit: Piscatori Petro, Fabri filio, successorem quærimus. non Augusto.*

*Nobilitas fastum, fastus litem parat, armat*

*Lis odium:capiunt hac tria mortis iter.*

Filii igitur patris vilis, etiam infamis, irregulares non sunt. Facit ad rem tex. Innocentii Tertii Magistro, & fratribus militiæ templi in Italia constitutis in *cap. cum deputati 16. de Iudicijs*. ibique notat *Felinus in fine num.10.* qui allegat *Glossam d.* verbo *inuidia*. sequitur *Maiolus de irregularitate lib.3. cap.1. nu.6.& 7.* & Pater *Martinus Fornarius de sacramēto ordinis cap.4.nu.9. ad Toletum in Instructione sacerdotali* ad calcem. ex *Suario disputat.48. sect.3.*

Fines Episcopatuum, & Parochiarum præscribi non possunt, na prouinciarum termini confundantur. ex Concilio Toletano IV. in *can. quicumque Episcopus 4.* & ex Gelasio Papa Maximo, & Eusebio Episcopis scribente in *can. licet in regulis contineatur antiquis 5.* & Innocentio Papa in *can. inter memoratos fratres nostros 6. 16. q.3.* decreuitque Vrbanus Tertius in *cap super eo vero, quod 4. de parochiis,& alienis parochianis.* ibique *gloss.* verbo *per canones.* Fines verò diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam. ex Honorio Tertio Aurelianen & Lameten Episcopis in *cap. cum causam 13. de probationibus. Menochius consil.147.num.44. lib.2. Misingerius centur.6.obseruat.28. Sayrus in Claui Regia lib.9.cap.12.nu.7.vers. octauo limites.*

Finis est, à quo actus indefferens, vel bonus, vel malus specificatur. ex Augustino de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prætereuntibus.1.distinct.41.* illis præsertim verbis: *In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est.* vbi *gloss.* verbo *libido*.. quæ sic commentum agit: *Quasi dicat, potius considerabimus causam facti, quàm ipsum factum.* Quia nimirum finis est, qui specificat actum. Rationem venamur ex eodē Augustino ibidem in fine, qui sequēntibus infert: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.* Ex fine igitur actus specificatur, & speciem recipit. Deducitur ex Septima Synodo in *can. omnis iactantia, & ornatura corporalis 1.21.q.4.* quem textum refert *gloss.* in *d. can. quisquis rebus* in fine verbo *sed ex causa.* Probatur id peroptime ex Chrysostomo super Matthęum in *can. occidit Phinees hominem 14.23.q.8.* inferens enim ille, sic loquitur, de operibus, quę fiunt. Nam phinees occidit hominem. *Non solum igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam: & quæcunque alia in ipsis operibus acciderint, diligentissimè inquiramus.* rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *& causam.* dicens: *Quia causa facti potius est inquirenda, quàm factum.* ex Isidoro in *can. sciendum est 1. distinct.29.* & duobus canonibus sequentibus. ex Gregorio, & Hieronymo. Cōcinitque Cladianus Saturnius lib. singulari pœnarum in *l. aut facta puniuntur.16.ff. de pœnis.* quam legem inter Sacros canones Gratianus retulit in *can. aut facta puniuntur.19. de pœnitentia dist.1.* notat *Felinus in cap. dilectus filius 26.nu.10. in fine de rescriptis.* diximus *respons.* nostra 53. *num. 32. & 33. part.5.* Nam

Finis est, qui dat speciem in moralibus. *S. Thomas 2.2.q.43.art.3. in corpore.* Vnde si quis martyriū ob fidem pateretur, sed ob vanam gloriam; vt eius reliquię ab hominibus honorarentur: huic operi, non tam præmium, quàm pœna deberetur. ex Hieronymo in *can. vide quantum bonum sit charitatis 65.1.q.1.* ibique *Gloss.* verbo *operi.* & verbo. *quàm corona Nauar. de oratione, & hori canonicis.cap.6. num.10.* vbi etiam *num.25.* ex *S. Thoma 1.2.q.15.art.4.& 7.* concludit: quod cęteris paribus, tantò est melius, & sublimius opus, quātò finis eius est melior, & sublimior, & cęteris paribus, eo opus est peius, & deiectius, quò eius finis est peior, & deiectior. & plura deduximus *respons.* nostra *9.num.5. & sequentibus part.1.*

Finis est proprium obiectum voluntatis, & ideo ratio boni, vel mali, quam habet actus exterior ex ordine ad finem, per prius inuenitur in actu voluntatis, & ex eo deriuatur ad actum exteriorem. vnde finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. *S. Thomas 1.2.q.20.art.1.in corpore, & ad 2.* Finis est ergo propter quem vnusquisque operatur. In finem enim dirigitur voluntas. ex voluntate verò, & proposito distinguuntur operationes, siue in malum, siue in bonum. ex Gregorio IX. in *cap. cum voluntate, & proposito 54.* in *principio de sententia excommunicationis extrà.* ibique *Gloss.* verbo *voluntate, ac proposito maleficia.* docuitque id peroptimè Paulus lib.39. ad Edictum in *l. qui iniuria causa 55. in principio ff. de furtis.* Paulum excipe: *Qui iniuria causa ianuam effregit, quamuis inde per alios res amota sint, non tenetur furti. Nam maleficia voluntas, & propositum delinquentis distingunt.* ex fine ergo speciem operationes sortiuntur humanæ. Rationem habes ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis scribente in *can. si quandoque a sacerdotibus.1.§.confessio ergo in talibus 15.q.4.* dicente illo: *Cùm magis sit inspector cordis Dominus, quàm operis.* inferens proinde in fine canonis: *Nec tantum attendenda sunt, quę fiunt, quantùm quò animo fiunt. Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt.* Quia profectò, vt *glos.* ibidem verbo *quæ fiunt.* deducit rationem: *potius respicienda est causa facti, quàm ipsum factum.* Finis proinde inspiciendus erit, qui est causa facti. vt enim Augustinus in *can. si quid inuenisti, & non reddidisti 6. in fine 14.q.5.* loquitur: *Deus cor interrogat: non manum.* Quia finem respicit, non opus. deduximus nos *d. respons.* nostra *9. d num.5. cum sequentibus part.1.*

Finis propterea, efficaciter haberi non potest, vbi desiderium deest operandi. ex Iustiniano Cęsare in *proemio Institutionum* qui *Cupidę legum Iuuentuti* scribit. ibique notat *Aretinus.* & *Grammaticus in §. finali proœmii.* Desiderium verò adesse non potest sine voluntate. volūtas enim desiderat. Sine ergo voluntate, & desiderio finis haberi non potest.

tiles, qui ad fidem venerunt. Gratianus in *can. quæritur cur patriarcha* 22. §. *item opponitur* 24. q. 2. qui sic verba subnectit: *Sic, & Iudæi, cũ essent filii Abrahæ carne, quia non fuerunt filii eius imitatione, non deputantur inter filios Abrahę, sed dicuntur filii diaboli: cuius filii sunt, non nascendo, sed imitando. E contra gentiles, cùm secundum originem carnis ab Abraham essent alieni, tamen imitatione fidei, & iustitię successerunt in filios Abrahæ. unde ab Apostolo dicitur eisdem* (1. ad Corinthios 4.) *Si autem Christi. ergo Abrahæ semen estis.*

Filii Dei dicuntur tripliciter: prædestinatione tantum, siue denominatione tantum. prædestinatione, & spe beatitudinis æternæ; quia in finem vsque filii Dei perseuerant. & tandem merito fidei, & pręsentis iustitiæ. per optimè Augustinus in libro de correctione, & gratia cap. 8. & 9. relatus à Gratiano in *can. si ex bono in malum* 8. *col.* 2. §. *nec nos moueat. ad finem de pœnitentia distinct.* 4.

Filii Dei, qui prædestinati sunt in vitam æternam, Christo Dei filio dati dicuntur. Quemadmodum ad Patrē dicit Ipse (Ioannis 6.) *Vt omne, quod dedisti mihi, non pereat, sed habeat vitam æternam.* ex Augustino in *can. si ex bono in malum* 8. *col.* 3. §. *Ac per hoc tales filii de pœnitentia distinct.* 4. inferens: *Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi prædestinati, & secundum propositum vocati, quorum nullus pène, ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam: quoniam sic est ordinatum, & idea Christo datus, vt non pereat, sed habeat vitam ęternam.*

Filii spirituales dicuntur, vel per baptismi immersionem, vel per baptismi Leuationem, vel per sacramenti pœnitentiæ ministrationem. ex Ioanne Papa VIII. Anselmo Leuomicinæ Ecclesię Episcopo in *can. ad limina Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum* 7. de eo qui proprium filium in mortis articulo necessitate cogente in sacro baptismate leuauit, & mersit. & ex Symmacho Papa in *can. omnes quos in pœnitentia suscipimus* 8. 30. *q.* 1. Ita etiam in sacramento confirmationis. ex decreto Leonis Papæ in *can. non plures ad suscipiendum de baptismo* 101. *de consecrat. distinct.* 4. & decreuit Sacrum Tridentinum. *sessione* 24. *de reformatione matrimonii cap.* 2.

Filia spiritualis efficicitur, quæ cōfessa fuit peccata. qui ergo cum illa fornicatus fuerit, graue adulterium committit. ex Cœlestino Papa in *can. si quis sacerdos cum filia spirituali* 9. & in *can. non debet episcopus* 10. 30. *q.* 1.

Filii, alii ex legitimo matrimonio orti sunt. hi legitimi, & naturales dicuntur. Nam filii ex libero, & ancilla, seruilis conditionis sunt. Semper enim, qui nascitur, deteriorem partē sumit. Naturales autē dicuntur ingenuarum concubinarum filii. quos sola natura genuit, non honestas coniugii. Isidorus Etymologiarum lib. 9. cap. 5. in *can. liberi dicti* 15. *siue finali* 32. *q.* 2. vbi *gloss.* verbo *liberi* Quatuor genera filiorum enumerat. Naturales tantū, vt concubinarum. naturales, & legitimi, vt vxoris. legitimi tantùm, vt adoptiui. Spurii. vt sacrarum virginum, & consanguinearum. ita Glossa.

Filii legitimi, & naturales dicuntur, qui ex matrimonio, ēt ante baptismum cōtracto, suscepti fuere, sicuti, & qui post baptismum. Quia profectò matrimonium est; nec possit inter peccata deputari, quod lex pręcepit, & Deus iunxit. ex Innocentio Papa Rufo, & Eusebio Episcopis Macedonibus in *can. numquid non erunt admittendi* 1. 28 *q.* 1.

Filii, vt sint legitimi, sufficit bona fides vnius ex coniugibus. ex Innocentio Tertio H. & R. Canonicis Beneuentanis in *cap. ex tenore litterarum vestrarum* 14. ibique *Gloss.* verbo *legitimum. qui filii sint legitimi. Nauar. cons.* 2. *num.* 9. *in fine lib.* 4. *Qui clerici, vel vouentes matrimonium contrahere possunt.*

Filius sapiens est Gloria patris. ex Salomone *prouerbiorum* 10. & 13. Nam *cap.* 11. 1. dicit: *Filius sapiens lætificat patrem: filius verò stultus mestitia est matris suæ.* & cap. 13. 1. *Filius sapiēs doctrina patris: qui autem illusor est, non audit, cum arguitur.* & Hieronymus ad Nepotianū in *can. esto subiectus pontifici tuo* 7. *in fine dist.* 95. inferens: *Gloria patris est filius sapiens.* inferens: *Gaudeat Episcopus iudicio suo, cùm tales Christo elegerit sacerdotes.* sunt enim eidem honori.

Fili presbyterorum à sacris altaribus remouētur. ex Vrbano Papa Secūdo in *can. presbyterorum filios* 1. *dist.* 56. rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *presbyterorum*. Quia timentur in eis exempla paterni criminis. ex *can. si quis cum militibus* 22. 6. *q.* 1. quem textum ex libro *Codicis ad legem Iuliam maiestatis in l. quisquis* 5. accepit Gratianus in ratione, quā Arcadius, & Honorius Cæsares deferunt dicentes: *Paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hęreditarii criminis exempla metuuntur.* iuxta illud: *Sæpe solet similis filius esse patris.* refert *gloss.* ibidem in *can.* verbo *metuuntur*. & ideo in Concilio Toletano IX. in *can. multę super incontinentia ordinis Clericorum* 3. *in fine* 15. *q.* 8. statutum fuit sequentibus: *Proles autem aliena pollutione nata, non solùm hæreditatem numquam accipiet. sed etiam in seruitutem eiusdem Ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.*

Filii patris vilis, seu etiam infamis irregulares non sunt, nisi iure exprimantur. ex Hieronymo ad Damasum in *can. quoniam vetusto Oriens* 25. § *quamquam igitur tui me terreat magnitudo* 24. *q.* 1. verba sunt Hieronymi: *A sacerdote victima salutem, à pastore pręsidium ouis flagito. Fatiscat inuidia Romani culminis, recedat ambitio. Cum successore Piscatoris, & discipulo Crucis loquor.* quo loco *gloss.* verbo *inuidia.* quę sic agit commentum. *inuidia. id est extollentia: vnde inuidia sępe nascitur. Vnde cùm duo certarent de electione, & vnus allegaret ignobilitatem alterius; alius ex aduerso respondit: Piscatori Petro, Fabri filio, successorem quærimus. non Augusto.*

*Nobilitas fastum, fastus litem parat, armat*

*Lis odium:capiunt hae tria mortis iter.*

Filii igitur patris vilis, etiam infamis,irregulares non sunt. Facit ad rem *tex.* Innocentii Tertii Magistro, & fratribus militiæ templi in Italia constitutis in *cap. cum deputati 16. de Iudicijs*. ibique notat *Felinus in fine num.10.* qui allegat *Glossam d.* verbo *inuidia.* sequitur *Maiolus de irregularitate lib.3. cap.1. nu.6.& 7.* & Pater *Martinus Fornarius de sacramēto ordinis cap.4.nu.9. ad Toletum in Instructione sacerdotali* ad calcem.ex *Suaria disputat.48. sect.3.*

Fines Episcopatuum, & Parochiarum præscribi non possunt, ne prouinciarum termini confundantur. ex Concilio Toletano IV. in *can. quicumque Episcopus* 4. & ex Gelasio Papa Maximo, & Eusebio Episcopis scribente in *can. licet in regulis continéatur antiquis* 5. & Innocentio Papa in *can. inter memoratos fratres nostros 6. 16. q.3.* decreuitque Vrbanus Tertius in *cap super eo vero, quod 4.de parochiis,& alienis parochianis.* ibique *gloss.* verbo *per canones*. Fines verò diœcesum probantur per libros antiquos, adminicula, testes, & famam. ex Honorio Tertio Aurelianen & Lameten Episcopis in *cap. cum causam 13. de probationibus. Menochius consl.147.num.44. lib.2. Misingerius centur.6.obseruat.28. Sayrus in Claui Regia lib.9.cap.12.nu.7.vers.octauo limites.*

Finis est, à quo actus indifferens,vel bonus,vel malus specificatur. ex Augustino de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prætereuntibus. 1.distinct.41.* illis præsertim verbis: *In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est.* vbi *gloss.* verbo *libido*: quæ sic commentum agit: *Quasi dicat, potius considerabimus causam facti, quàm ipsum factum*. Quia nimirum finis est, qui specificat actum. Rationem venamur ex eodē Augustino ibidem in fine, qui sequēntibus infert: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi,& modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.* Ex fine igitur actus specificatur, & speciem recipit. Deducitur ex Septima Synodo in *can. omnis iactantia,& ornatura corporalis* 1.21.q.4. quem textum refert *gloss.* in *d. can. quisquis rebus* in fine verbo *sed ex causa.* Probatur id peroptime ex Chrysostomo super Matthæum in *can. occidit Phinees hominem* 14.23.q.8. inferens enim ille, sic loquitur, de operibus, quę fiunt. Nam phinees occidit hominem. *Non solum igitur respiciamus opera, sed tempus,& causam,& voluntatem, & personarum differentiam : & quæcunque alia in ipsis operibus acciderint, diligentissimè inquiramus.* rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *& causam.* dicens : *Quia causa facti potius est inquirenda, quàm factum.* ex Isidoro in *can. sciendum est 1. distinct.29.* & duobus canonibus sequentibus ex Gregorio,& Hieronymo. Cōcinitque Cladianus Saturnius lib. singulari pœnarum in *l. aut facta puniuntur.16.ff.de pœnis.* quam legem inter Sacros canones Gratianus retulit in *can. aut facta puniuntur.19. de pænitentia dist.1.* notat *Felinus in cap. dilectus filius 26.nu.10.in fine de rescriptis.* diximus *respons.* nostra 53. *num.* 32.& 33. *part.5.* Nam

Finis est, qui dat speciem in moralibus. *S.Thomas 2. 2.q.43. art.3. in corpore*. Vnde si quis martyriū ob fidem pateretur, sed ob vanam gloriam; vt eius reliquię ab hominibus honorarentur: huic operi, non tam præmium, quàm pœna deberetur. ex Hieronymo in *can. vide quantum bonum sit charitatis 65.1.q.1.* ibique *Gloss.* verbo *operi.* & verbo. *quàm corona Nauar. de oratione, & hori canonicis.cap.6. num.10.* vbi etiam *num.25.* ex *S. Thoma 1.2.q.35.art.4.& 7.* concludit: quod cæteris paribus, tantò est melius,& sublimius opus,quātò finis eius est melior,& sublimior, & cæteris paribus, eo opus est peius, & deiectius, quò eius finis est peior,& deiectior. & plura deduximus *respons.* nostra *9.num.5.& sequentibus part.1.*

Finis est proprium obiectum voluntatis, & ideo ratio boni, vel mali, quam habet actus exterior ex ordine ad finem, per prius inuenitur in actu voluntatis, & ex eo deriuatur ad actum exteriorem. vnde finis est prior in intentione, sed est posterior in executione. *S.Thomas 1.2.q.20.art.1.in corpore,& ad 2.* Finis est ergo propter quem vnusquisque operatur. In finem enim dirigitur voluntas. ex voluntate verò, & proposito distinguuntur operationes, siue in malum, siue in bonum ex Gregorio IX. in *cap. cum voluntate, & proposito 54. in principio de sententia excommunicationis extra.* ibique *Gloss.* verbo *voluntate, ac proposito maleficia*. docuitque id peroptime Paulus lib.39. ad Edictum in *l. qui iniuriæ causa 53. in principio ff. de furtis.* Paulum excipe: *Qui iniuriæ causa ianuam effregit, quamuis inde per alios res amotæ sint, non tenetur furti. Nam maleficia voluntas,& propositum delinquentis distingunt.* ex fine ergo speciem operationes sortiuntur humanæ. Rationem habes ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis scribente in *can. si quandoque à sacerdotibus.1.§.confessio ergo in talibus 15.q.4.* dicente illo : *Cùm magis sit inspector cordis Dominus, quàm operis*. inferens proinde in fine canonis: *Nec tantum attendenda sunt, quę fiunt, quantùm quò animo fiunt. Amplius autem respicit Deus ad cogitationes,& spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt*. Quin profectò, vt *glos.* ibidem verbo *quæ fiunt.* deducit rationem: *potius respicienda est causa facti, quàm ipsum factum*. Finis proinde inspiciendus erit, quiest causa facti. vt enim Augustinus in *can. si quid inuenisti,& non reddidisti 6.in fine 14.q.5.* loquitur: *Deus cor interrogat: non manum.* Quia finem respicit, non opus. deduximus nos *d. respons.* nostra *9. à num.5. cum sequentibus part.1.*

Finis propterea, efficaciter haberi non potest, vbi desiderium deest operandi. ex Iustiniano Cęsare in *proemio Institutionum* qui *Cupidę legum Iuuentuti* scribit. ibique notat *Aretinus*, & *Grammaticus in §. finali proæmii.* Desiderium verò adesse non potest sine voluntate. voluntas enim desiderat. Sine ergo voluntate, & desiderio finis haberi non potest.

Finis,& effrctus attendendus est rerum, non ipse conatus. ex Vlpiano lib. 3. ad Edictum in *l. 1. § finali ff. quod quisque Iuris in alterum statuerit, vel obtinuerit, ipse eodem iure vtatur.* verba sunt Vlpiani: *Quid enim obfuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectũ?* Hinc est, quod confessio ipsa compulsa, & necessitate, non voluntate facta, non operatur. ipso attestante (*Matthæi* 15. 19.) qui ait: *Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blasphemiæ.* & notat Alexãder Papa omnibus orthodoxis in *can. si quandoque à sacerdotibus 1. § cõfessio vero in talibus. in fine* 15. *q.* 6. *Carthar ius decis.* 62. *num.* 8.

Finis proportionatur principio. *S. Thomas. 3. parte q. 35. artic. 6. in 2. argumento.* & finis debet conuenire principio. *Crauetta cons. 9. num. 31. Surdus decis. 43. num. 15.* Vnde finis attribuitur suo principio. vt inquit *Baldus in cap. quia propter 42. num. 25. circa medium de electione, & electi potestate.*

Finis entem oportet, vt sit pręcognitus ab eo, qui suas intentiones, & actiones debet ordinare ad finem. ex *S Thoma 1 part. q. 1. art. 1. in corpore.* alioquin non præordinabit ad finem non cognitum suas operationes.

Fiscus hoc tollit, quod non accipit Christus. Augustinus in *can. maiores nostri 8. in fine* 16. *q.* 7. de iis loquens, qui decimas non soluunt, Deo debitas, eiusque ministris; dicens quoque: *Modo autem, quia discessit deuotio Dei, accessit indictio fisci. Hoc tollit fiscus, quod non accipit Christus.* Idemque in *can. decimę tributa sunt egentium animarum 66. circa mediũ* 16. *q.* 1. sic loquens: *Hęc est enim Dei iustissima consuetudo: vt si tu illi decimam non dederis; tu ad decimam reuoceris. Dabis impio militi, quod non vis dare sacerdoti.*

Fisco vindicantur res conuictorum, & vnitati fidei pertinaciter resistentium. vti Constantinus Imperator primus constituit. & Augustinus Vincentio scripsit in *can. nimium sunt inqueti Donatistæ 37. circa finem § Constantinus Imperator primus constituit.* 23. *q.* 4.

Flagella immittit Deus, vel propter negligentiem Pastoris, vel etiam propter peccata aliquorum. ex Nicolao Pepe Humifrido Morinensis Ecclesiæ Episcopo in *can. sciscitaris itaque 41. 7. q. 1.* & dixit Gregorius Brunichildæ Reginæ Francorum scribens in *can. si quos igitur violentos 47.* ibique *Gloss.* verbo *flagellum.* & Augustinus in *can. si ea, de quibus vehementer Deus offenditur. 50. 23. q. 4.*

Flagellatis afflictio addenda, non est. Nam ipse flagella quandoque Deus ad purgationem immittit, quandoque ad vindictam; hoc vero ex Dei Iudicio iustissimo pendet, quod à nobis ignoratur. ex Gregorio ad Candidũ Episcopum in *can. cùm percussio corporalis imminet 2. 7. q. 1.* Cauẽdum proinde, ne nos culpæ offensa respiciat. Cum magis consulendum sit, & compatiendum, quàm puniendũ, vel aliquo modo feriendum. vt Nicolaus Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo scripsit in *can. iudicas Hermandum Episcopum 14. in fine* 3. *q.* 9. Ne duplici damno quis puniatur. vt *gloss.* inferet in *d. can. cum percussio corporalis.* verbo *flagellatis.* Namque temporalia mala infliguntur in pœnam impiis, in quantum per ea non adiuuantur ad consecutionem vitæ æternę: Iustis autem, qui per huiusmodi mala iuuantur, non sunt pœnæ, sed magis medicinæ. vt docet *S. Thomas 1. 2. q. 114. art. 10. ad 3.* videndus *Henriquez lib. 5. summæ. cap. 19. § 5. in fine: Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientia part. 3. casu 7. vers. hoc ipsum dicendum est.* vnde per temporales flagellationes e Deo inflictas, & à nobis patienter toleratas, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere pro peccatis nostris valemus. vt Sacrosancta definiuit Synodus Tridentina *sessione 14. de sacramento pœnitentię cap. 9.* iuxta illud Prophetæ (Naum. 1.) *Non Iudicabit Deus bis in idipsum.* excludit enim Hieronymus de his, quos præsentia supplicie in melius commutant: super quos non consurgit duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est; pręsentibus æterna connectuntur, vt temporale supplicium sit eis æternę damnationis initium. vt Gratianus verba facit in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse 42. § auctoritas illa Naum prophetę. in fine. de pœnitentia distinct. 3.* explicatque Augustinus ibidem in *can. ignis succensus est 43.* qui sic fatur: *Ignis succensus est? Hoc est, hic incipiet, & ardebit vsque ad extremam damnationem:*

Flagello pastor errantia pecora ad gregem reuocat; & fur auertendis pecoribus pabulum spergit. ex Augustino in *can. nimium sunt iniqui Donatistæ 37. § & nouerit aliquando furem.* 23. *q.* 4. vnde Ezechielis 34. dicitur corripiẽdo pastores: *Errantem ouem non reuocastis, perditam nõ inquisistis.* Deducitque idem Augustinus Donato presbytero scribens in *can displicet tibi 38. per totum eadem 23. q. 4.* & in *can.* sequenti *quando vult Deus 39. ibidem.* de Agar Ancille Sarę loquens, quę à Domina sua aufugerat, & occurrit ei Angelus, & dixit: (Genesi 21.) *Reuertere ad Dominam tuam.* subiungit: *Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur; atque vtinam reuertatur: quia proles eius, sicut Filij Iacob cum fratribus hæreditatem tenebit.*

Flagellatio, vt proficiat, debet esse discreta: nedum incaute subdite Prælatus percutit mẽbre, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud, quod quidam Sapiẽs dixit: Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correptionem recipit, nec salutem. ex Concilio Bracerensi 8. in *can. cum beatus Apostolus 8. circa medium distinct. 45.* vbi *gloss.* verbo *subtrahat.* argumentum deducit: *Quod ex quo Prælatus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare.* ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. esto subiectus Pontifici tuo 7. distinct. 95.* inferente illo consultationem: *Sed Episcopi sacerdotes se esse nouerint, non dominos: honorent Clericos, quasi clericos, vt & ipsis à Clericis, quasi Episcopis honor deferatur. Scitum est illud Oratoris*

*Domi-*

*Domitii: Cur ego te inquit, habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorē? Quod Aaron, & filios eius, hoc Episcopum & presbyteros esse noueris.* Ita Hieronymus.

Flagitia qui potest emendare, & non emendat, innoxius non habetur. scriptum est enim: *Qui crimina, cùm potest emendare, non corrigit, ipse committit.* Ioãnes Octauus Demago Duci Glorioso in *can. preterea deuotionis tuæ studium exhortamur* 12. 23. *q.* 8. & Innocentius Papa in *can. error, cui non resistitur, approbatur.* 3. *distinct.* 83.

Flamines dicti sunt sacerdotes Gentilium. Hi in capite habebant pileum, in quo erat breuis virga desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœperunt. Nam nudis penitus eos capitibus incedere nefas erat. vnde à filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotii eminentia. Isidorus lib. 7. Etymologiarum cap. 12 in *can. cleros, & clericos.* 1. §. *Sacerdos autem nomen habet compositum. distinct.* 21. Loco vero Flaminum S. Petrus precepit Patriarchas cõstitui. Loco Archiflaminum, Archiepiscopos, & in singulis Ciuitatibus Episcopos. vnicuique Ciuitati Episcopum. ex Clemente Papa ad Iacobum in *can. in illis vero Ciuitatibus.* 2. *distinct.* 80.

Flens dico, gemens denuncio, verba sunt Gregorii Papę Vniuersis Episcopis per Elladem Prouinciam constitutis in *can. quibusdam narrantibus agnoui.* 117. 1. *q.* 1. contra quosdam loquens, qui ordines pretio vendebant: *Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio, quia cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diù stare non poterit.*

Flere non licet immoderatè mortuos amicos, atque parentes nostros, qui nos præcessere accersione Dominica, & à seculo liberati, qui in Domino dormierunt; cùm sciamus, non eos amisisse, sed præmissos esse. velutí recedentes pręcedere, proficiscentes, & nauigantes solent. Cyprianus sermone de mortalitate. in *can. quàm præposterū est, quãq; peruersum* 25. *in fine* 13. *q.* 2. Rationē reddit Chrysostomus in *can. vbicumque sepeliamur* 26. *ibidem* dicens: *Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.* ex desperatione videlicet futuræ resurrectionis. vt Gratianus ibidem §. *hoc autem* subnectit, inferens in fine: *Pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: sicuti non nulli sanctorum, aliorum exequijs pias lacrimas impendisse legimus.* vnde dixit Apostolus (1. ad Thessalonien. 4.) *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt nō contristemini sicut & cæteri, qui spem non habent.* & sequutus fuit Anastasius Papa ad Nerianum in *can. habent forsitan illi* 37. *eadem* 13. *quæst.* 2.

Flere mortuos cum funebribus carminibus, quæ vulgo defunctis cantari solent, vetuit Concilium Toletanum Tertium in *can. qui diuina vocatione ab hac vita recedunt* 28. 13. *q.* 2. inferens in fine exemplum: *Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad vitæ huius plorauit ærumnas resuscitandum.* imperans: *Si autē potest; hoc Episcopus omnes Christianos prohibere, agere non moretur.*

Flere omnes debemus peccata nostra, sicut Petrus doluit, & fleuit; quia errauit, vt homo. vt Ambrosius loquitur in *can. Petrus doluit* 1. *de pœnitentia distinct.* 1. addens: *Non inuenio quid dixerit, inuenio, quod fleuerit: lacrymas eius lego, satisfactionem non lego.*

Flere quisque debet peccata sua, quod ingratus Deo extitit; qui tot ei beneficia contulit, magis autem qui iustus erat. ex Augustino in libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis.* 1. *de pœnitentia dist.* 5. pręsertim §. *defleat etiam quoniam. col.* 2. *in fine.* dicente illo: *Defleat etiam, quoniam in vno offendens, factus est omnium per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilier, quò est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit.*

Flere quoque debet peccator, quod exemplum extitit mali in operatione sui criminis. & quod magis profuisset, si aliis fuisset causa conuersionis. vt docet Augustinus d. *can. consideret qualitatem criminis.* 1. *col.* 3. §. *animaduertere etiam oportet. de pœnitentia distinct.* 5. Rationem habes ex origine homilia 7. in Iosua. in *can. sed illud non otiose transmittendum est.* 17. *in fine distinct.* 45. qui sic verba dat: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. sicuti ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente plebs vniuersa polluitur.*

Flumina de fonte paradisi sicut scriptura testatur (Genesis. 4.) etiam foras largiter manauerunt. Nec tamen in Mesopotamia, & Aegypto, quo illa flumina peruenerunt, est felicitas vitæ, quæ in paradiso commemoratur. Ita fit, vt cum paradisi aqua sit extrà paradisum, beatitudo tamen non sit extra paradisum. Sic ergo baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam: munus autem beatæ vitę non nisi intra Ecclesiam reperitur. Augustinus de baptismo lib. 4. cap. 1. in *can. Ecclesia paradiso comparata,* 45. *de consecratione distinct.* 4.

Fomes est languor naturę, qui carnis concupiscentia appellatur, & verius animæ infirmitas dici potest. sed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corruptę cõiunctione. Et ipsa animi infirmitas duplex est: vna, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo separatur, vt est ira, odium, & alia huiusmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipsa non sit peccatum, est tamen pœna, & causa peccati, vt est obliuio, & ignorantia. Furor, cum non sit peccatum, est tamen pœna peccati. vt febres, & cęteræ passiones, quas propriè carnis esse dicimus: quarum motus, id est ea, quę illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. ita Gratianus 15. *q.* 1. *can. illud relatum peræquè est.* 2. §. *Itaque vt*

ex

*ex præmissis apparet.*

Fomes non est propriè originale peccatum, sed ab originali peccato procedit, à concupiscentia, quæ carnis infirmitas dicitur. Purro infirmitas alia est animi, alia carnis. Infirmitas animi, est ignorantia. Carnis infirmitas, est concupiscentia. vt Gracianus loquitur 15. *q.* 1. *in summa.* §. *ex voluntate itaq; peccata procedunt.* vbi *gloss.* verbo concupiscentia. id est fomes originalis peccati. Nõ, quod verè, & propriè peccatum sit fomes, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Manet autem in baptizatis fomes, siue concupiscentia, quia ad agonem relicta est, vnde nocere non consentientibus non potest, sed viriliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus, inuat; quia qui legitime certauerit, coronabitur. Sacrosanta Tridentina Synodus *sessione 5 in decreto de originali peccato* §. *penultimo. si quis per Iesu Christi Domini nostri gratiam, quæ baptismate confertur.* & refert Glossella marginalis d. §. *Ex voluntate itaque peccata procedunt* 15. *q.* 1. *in summa:*

Fomes enim peccati in Baptismate non tollitur, sed debilitatur, vt habeat cum quo pugnet, & concupiscentiam, adiuuante Deo, superet. ex Augustino in *can. per baptismum Christi id agitur 2. de consecratione distinct.* 4. & ibidem *can. ex quo instituta est circumcisio* 6.

Fomes semper repugnat legi mentis, etiam in perfectis. vnde dicebat Paulus (ad Romanos 7. 23.) *Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.* & explicat Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis* 11. 32. *q.* 5.

Fons signatus, puteus aquarum viuentium, Ecclesia nuncupatur. ex *Canticorum* 4. 12. verba sunt: *Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tuę paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus* & paulo post: *Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.* & deducit Augustinus lib. 7. de baptismo, relatus *can. omnibus consideratis puto me non temere dicere* 20. 24. *q.* 1. vbi *glos.* verbo *fons signatus* rationem reddit: *Quia spiritualis sensus indignis absconditur.* ideo etiam dicitur signatus, *quia hæreticus inde non bibit. Nam est proprius fons, cui non communicat alienus.* & Hieronymus ad Damasum in *can. quoniam vetusto oriens* 25. *paulo post principium eadem* 24. *q.* 1. Ecclesiam fontem signatum appellat: dicens: *Vbi fons signatus, & hortus ille conclusus sit.* exprimit *Gloss.* ibidem verbo *signatus,* & ipsa comminiscens: *In Ecclesia Dei. supra eodem omnibus.* Fons itaque est Ecclesia & in vnitate consistit, quamuis riuuli multi sunt; *Et cum de fonte vno riui plurimi defluunt, numerositas licet diffusa videatur exundantis copiæ largitate: Vnitas tamen seruatur in origine.* Cyprianus de vnitate Ecclesię loquens in *can. loquitur Dominus ad Petrum.* 18. §. *Episcopatus vnus est.* 24. *q.* 1. prosequitur inferens: *A fonte pręcide riuum: præcisus arescet.* Sic qui ab vnitate Ecclesię pręcisus fuerit. nam *hi spiritum non habent.* vt ex S. Iuda Apostolo in sua canonica loquitur Pelagius Papa in *can. schisma siquidem ipsum. post principium.* eadem 24. *q.* 1. & Augustinus in *can. de illis, qui sunt ab Ecclesia segregati* 8. 24. *q.* 3. & ipse dicit: *Sed dictum est: spiritum non habentes.*

Fons baptismatis in Ecclesia est, et Baptisma ipsum Fons dicitur, quia ex illo exurgunt bona omnia. ex Gregorio Secundino Episcopo in *can. pridem pręcepimus* 7. 58. *q.* 2.

Fons dilectionis charitas dicitur. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris* 9. §. *quies itaque nobis ex corde appetenda est.* 8. *q.* 1. verbis dicentis: *Sed non à diuerso dilectionis fonte manauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis: Dei videlicet amor, & proximi.* Fons itaque dilectionis est charitas.

Fontes sine aqua dicuntur prælati, et nebulę turbinibus exagitatæ, qui verba salutis populis non prædicant, neque operibus exhibēt. de quibus Apostolus Princeps Apostolorum *Petrus 2. epist.* 2. 17. sic fatur. *Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.* in quod comminiscitur Beda relatus *can. Secuti sunt viam Balaam* 31. *in fine.* 2. *q.* 7. Perpendant itaque Prælati, et pastores; quia non omnes Episcopi sunt Episcopi. vt Gracianus ibidē infert §. *quia ergo non omnes Episcopi sunt Episcopi.* timendum proindeine ipsi viam sequātur Balaam, qui mercedem iniquitatis amauit, et correptionem habuit suæ vesaniæ.

Fons dicitur sacra scriptura. Scientię igitur veritatem, de fonte magis, quàm de riuulis quærere debemus. ex Hieronymo in *can. ieiunium quarti, & ieiunium quinti.* 7. *post principium* §. *cogimur igitur ad Hebręos recurrere dist.* 76. verba sunt Hieronymi: *Cogimur igitur ad Hebręos recurrere, & scientia veritatem de fonte magis, quàm de riuulis quærere.* ex quo loco *glos.* verbo *de fonte.* argumentum venatur dicens: *Collige in dubiis ad rei originem recurrendum; & plùs magistro, quàm discipulis credendum.* consonat idem Hieronymus in *can. vt veterum librorum fides* 6. *distinct.* 9.

Forma debent esse Prælati sibi commissi gregis: Nam vt Apostolus 1. *Petri* 5. 3. docet, Episcopi non, *vt dominantes in cleris,* esse debent: *Sed forma facti gregis ex animo.* & Cabylonense Concilium pręcepit *can. dictum est, quod in plerisque locis* 3. *sitæ finals distinct.* 94. ex animo. id est ex dilectione, vt non velit. dominari. *Gloss.* ibidem verbo *ex animo.* commentum agit. Nec diuersimode Hieronymus ad Nepotianum in *can. esto subiectus pontifici tuo.* 7. §. *recordemur semper, quid Apostolus Petrus pręcipiat. distinct.* 95. & dictum fuit in Septima Synodo in *can prædicator veritatis Paulus* 64. §. *pręcepit enim & Petrus Apostolorum sum mu.* 16. *q.* 1. Quia non debent episcopi theusaurizare sibi à Clericis, sed forma esse gregis. Nam forma, & exemplum esse debent aliorũ. vt Innocentius *Papa* II. in Concilio *Latera-*

ra-

ranensi precepit in *can. precipimus, vt tam episcopi. §. alias vltimo* 21. q. 4.

Forma Ecclesiasticæ vitę, est in Clericorum castitate. ex Innocentio Papa ad Exuperium Tolosanum Episcopum in *can. proposuisti, quid ex his obseruari debeat* 2. §. *finali dist.* 81.

Forma perfecta virtutis omnibus est proposita. quæ quidem in misericordia sita est. *Nā misericordia communis est virtus. & ideo commune preceptum. Misericordia enim plenitudo virtutū est: & ideo omnibus est proposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis, alimētisque suis parcant.* Ambrosii sunt verba in Lucam ad verba Ioannis Baptistæ *Generatio viperarum* in *can. in singulis quoque generibus hominum* 19. §. *sed hęc, & alia officiorum precepta. dist.* 86.

Forma verborum, qua transubstantiatur corpus, & sanguis Christi, est, quam Christus tradidit, ita dicens: *Accipite, & comedite. Hoc est corpus meum.* & sanctificatione repetita: *hic est sanguis meus.* Eusebius Emissenus in *can. quia corpus assumptum ablaturus erat.* 35. §. *recedat ergo omne infidelitatis ambiguum. de consecrat dist.* 2.

Forma dat esse rei. dicit *gloss.* in *can. si motum fuerit altare* 19. verbo *altare. de consecratione dist.* 1. Hinc est, quod mutata forma interimitur substantia rei. vt dixit *gloss.* in *can. Ecclesiam, in qua mortuorum cadauera infidelium sepeliuntur* 28. verbo *& rasis.* eadem *distinct.* 1. *de consecratione.* ex Vlpiano lib. 24. ad Edictum in *l. Iulianus scribit* 9. §. *si quis rem fecerit ad alium peruenire. in fine ff. ad exhibendum.* verba excipe Vlpiani: *Sed hoc ita vtique verum est, si dolo malo in aliud corpus res sit translata: veluti si ex scypho massa facta sit: quamquā enim massam exhibeat, ad exhibendum tenebitur. Nam mutata forma, propè interimit substantiam rei Marcellus scribit.* ibidemque *Baldus* in summario dicens: *Forma est, quæ dat esse rei: & commutata forma substantiali, res non dicitur eadem, sed diuersa.* ibidemque *Glossella* Marginalis, quæ & ipsa sic infert: *Nota istum textum ad quod semper allegatur, quod licet sit identitas materia, si est diuersitas formæ, res dicetur esse diuersa. concordat infra de pignoribus. ac si conuenerit.* § *si quis sit.* sed lex est Pauli lib. 29. ad Edictum in *l. si conuenerit, vt nomen debitoris mei pignori tibi sit* 18. §. *si quis cauerit ff. de pignoratitia actione, vel contra.* determinat enim ibi Paulus, quod licet sylua sit tibi pignori obligata; *Nauem tamen ex ea materia factam non esse pignori obligatam Cassius ait: quia aliud sit materia, aliud nauis.* Quia mutata est forma, & sylua desinit esse sylua. vt *Gloss.* ibidem verbo *aliud nauis. in fine.* infert: rationem habes ex *gloss.* in *cap. in Ciuitate tua diris* 6 verbo *forma extra de vsuris.* Quia omne esse est ex forma. plura diximus *respons.* nostra 31. *num.* 33. *ad* 37. *part.* 5.

Forma secundum, quod recepta est in materia, est posterior via generationis, quàm materia, licet sit prior natura. secundum verò quod est in causa agente est omnibus modis prior. Formale ergo, quod est, posterius est, nam forma aduenit materiæ. *S. Thomas* 1. 2. q. 20. *art.* 1. *in* 3. *argumento & ad* 3. vide *Afflictū decis.* 355. *num.* 4. 5. *&* 6.

Forma data in rescriptis seruanda est. alioquin quidquid fit irritum, & inane redditur. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo, & Magistro V. V. Canonico Magdeburgen in *c. cum dilecta in Christo filia* 22. §. *dictum iu super scholasticum. extrà de rescriptis.* ibique *gloss.* verbo *transponentes.*

Forma proinde data in fundatione Iuris patronatus seruanda erit. Quia profectò, quæ de forma sunt, ni seruentur, irritum euadit, quod fit, vnde dimitti non possunt. ex *Baldo* in *authentica matri, & auiæ. num.* 3. *C. quando mulier tutelę officio fungi potest. Alba Mandellius cons.* 488. *per totum.* de forma loquens in fundatione data. *Beccius cons.* 12. *nu.* 18. *ad* 23. *Gratianus Forensium part.* 5. *cap* 961. *num.* 10. *Marius Antoninus Maceraten variarum resolutionum lib.* 1. *resolut.* 26. *num.* 3. *Rota part* 1. *in recentioribus decis.* 624. *num.* 1. *&* 2. *& apud Card. Caualerium decis.* 288. *num* 3. diximus *respons.* nostra 28. *num.* 50. *&* 51. *part.* 3. & *respons.* 61. *nu.* 19. *&* 20. *part.* 5. *Rota apud Card. Seraphinū decis.* 357. *num.* 6.

Forma data in cōmissis seruāda. ex Cœlestino Tertio in *cap prudentiam tuam* 21. *in fine principij de officio Iudicis delegati.* ibique *gloss.* verbo *citra formam.* Alioquin, quod fit forma, data non seruata, nullum euadit. ex Gregorio IX. Episcopo Lucanen in *cap. Pisanis, ac Lucanis ciuibus.* 19. §. *porrò duo in nostro continebantur mandato.* ibique *gloss.* verbo *fuit tamen in modo peccatum. de restitutione spoliatorum.* Quia qui facit aliter, quam debet, facere non dicitur. ex regula Augustini in *cap. qui ex timore facit* 8. *extrà de regulis Iuris.* concinitque regula Bonifacii Octaui *quę contra Ius fiunt* 64. *de regulis Iuris in* 6. *gloss.* cōiter recepta in *Clement.* 1. verbo *inhibentes de Iure patronatus. Felinus in cap. ex parte Episcopi Eduensis* 12. *col.* 4. *num.* 4. *de constitutionibus.* plura tradit *Calcaneus cons.* 8. *num.* 27. *&* 29. *Marcus Antonius de Amatis decis.* 64. *num.* 40. meus *Maranta cons.* 42. *num.* 4. *ad* 8. *& cons.* 84. *num.* 6. *in fine. Nauar. cons.* 9. *num.* 5. *vers. ad sextum lib.* 3. *de celebratione missarum.* Alioquin forma omissa vitiat actum. *Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 126. *num.* 2. & apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis.* 23. *nu.* 2. & *decis.* 518. *num.* 3. *&* 4. *Vinius decis.* 334. 335. *&* 336.

Formæ defectus maior est, quàm defectus materię, quia forma dat esse rei, & à forma res denominatur. argumento textus ex Paulo lib. 3. ad Edictum in *l. si vnus ex argentariis sociis* 28. §. *si acceptilatio inutilis fuit ff. de pactis* verba sunt Pauli: *Si acceptilatio inutilis fuit, tacita pactione id actum videtur, ne peteretur.* acceptilatio pro forma habetur. illa itaque si inutilis fuerit, nihil actum esse dicitur. defectus itaque formæ maior est, quàm materię. Materia enim fuit contractus, qui ex defectu formæ inutilis euasit. notat *Gloss.* ibidem verbo *inutilis fuit.* ibique *Paulus de Castro num.* 2. qui expressè notat, quod defectus formæ maior est, quam defectus materię-

teriæ. vnde est, quod Forma noua adueniens dat nouum esse. de Amatis *d. decis.64.num. 39.& 40.*

Forma iuramenti fidelitatis, quam tradit Filbertus Episcopus in *can. de forma fidelitatis* 18.22.*quæst.5.* sex habere comites debet. *Incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile.* prosequiturque ibi canon. & *gloss.* ibidem verbo *honestum*.

Fornicatio duplex perpenditur; vna corporis, altera animæ. Nam idololatria; & quælibet noxia superstitio, fornicatio est. Augustinus in *can. idololatria, quam sequuntur infideles.5.* 28.*q.1.* Fornicatio est auaritia, quia idololatria auaritia est. argumentatur ita Augustinus §.*si infidelitas.* sequentibus loquens: *Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas; & auaritia idololatria; nõ est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse. Quis ergo iam quamlibet illicitam concupiscentiam potest rectè à fornicationis genere separare; si auaritia fornicatio est?* & Isidorus lib.2. de summo bono cap.39. in *can. non solum de commissa fornicatione* 15. 32.*q.7.* sequentibus rem enucleat: *Fornicatio carnis adulterium: fornicatio animæ idolorum est seruitus. Est autem & spiritalis fornicatio: de qua Dominus ait:* (Matthæi 5.) *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quisque diuersa turpitudinis voluptate prostituatur.*

Fornicationis vitium, maximum scelus est, inter cætera septem vitia: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Christi facit membrum meretricis. Isidorus in *can. non solum de commissa fornicatione* 15. §.*inter cætera septem vitia* 32.*q.7.* Maximum. scilicet commune. vel maximum; quia habet sub se multas species. *Gloss.* ibidẽ verbo *maximum*. commentum agit. & dixit Hieronymus in *can. in eo fornicator* 12. 32.*q* 4. super verba Apostoli ad Galatas: *Manifesta sunt autem opera carnis.* dicens: *In eo fornicator maioris est criminis; quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis.*

Fornicatio ex sola etiam voluntate consumatur. nisi enim ex voluntate sola, fornicatio consumaretur, numquam Dominus diceret: (Matthæi 5.) *Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* Ergo voluntas sine opere frequenter peccat. Ioannes Chrysostomus in opere imperfecto, in *can. sicut enim peccatum sine voluntate* 10.32.*q.5.* inferens: *Illa est gloriosa continentia, non quam transgredi non potest necessitas debilitati corporis: sed quam complectitur voluntas sancti propositi.*

Fornicatio aliud, aliud stuprum, aliud adulterium, aliud incestus, aliud raptus. Fornicatio autem, licet videatur esse genus cuiuslibet illiciti coitus, qui fit extra vxorem legitimã, tamen specialiter intelligitur in vsu viduarum, vel meretricum, vel concubinarum. prosequiturque alias distinctiones Gratianus in *can. Lex illa præteritorum principum* 2. §.*cum ergo hæc illicito coitu sit corrupta* 37.*q.1.*

Fornicatio non ideo diuersa est, si mulier sit pulchra, aut deformis, ancilla, aut ingenua, paupercula, aut opulenta; sed qualiscumque illa fuerit, vna est fornicatio. verba sunt Hieronymi in *can. sit autem 4.§.iac finali* 14.*q.* 6. vbi *Gloss.* finalis verbo *fornicatione* ex Hugone, dicit: magis peccari cum pulchra, quã cum deformi; quia magis voluptuosè cognoscit pulchram. quod tamen ex accidenti est. Verùm prosequitur; magis peccari cum deformi; quia plura sunt, quæ suadent committi pulchræ, quàm deformi; scilicet pulchritudo, & eius libido. Quod tamen exauditur cęteris paribus. ex *Nauarro. cap.1 de pœnitentia distinct.5. num.87. vers. tertio infertur. & num.118.* Ex accidenti enim potest esse maior affectus cum illa deformi, & maior à Deo auersio. quod sæpissimè accidit. Diaboli artes plures sũt; & dicit ipse peccantibus, quod Christo Domino: (Matthæi 4. 3.) *Dic, vt lapides isti panes fiant.* vult homines peccare, & vt ipsi sibi occasiones quærant.

Fornicatio simplex, quæ est soluti cum soluta, prohibetur. Non enim prodest, si dicas: vxorem non habeo, ideo ancillam mihi sociaui. vt inquit Ambrosius in *can. dicat aliquis, vxorem non habeo.9.32.q 4.* inferens: Audi quid dicat scriptura (*Genesis 21.*) ad Abraham: *Eiice ancillam, & filium eius.* Namque nomine moechiæ, omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus, prohibitus debet intelligi. vt Augustinus decernit *can. meretrices esse* 11. *eadem 32.q.4.* idemque Augustinus de conflictu vitiorum, & virtutum in *can. nubendi licentia quibusdam conceditur* 22. *in fine* 27.*q.1.* inferens: *Fornicatio autem nulli impune conceditur.* adnotatur ex eodem Augustino in *can. fornicari omnibus semper non licet.* 10. *distinct.*88. ibique *gloss.* verbo *semper non licet*, id est numquam. Quia nulli licet scire mulierem, præter vxorem. vt inquit Ambrosius in *can. nemo blandiatur sibi* 4. §.*nulli liceat scire* 32.*q.*4.

Fornicationẽ cũ filia spirituali confessionis cõmittens sacerdos, graui pœna feritur. Quia omnes, quos in pœnitentia accipimus, ita filii nostri sunt, vt in baptismate suscepti. eritque per dignitatis honoris amissionem. vt Symmachus Papa decreuit in *can. omnes, quos in pœnitentia suscipimus* 8. & Cœlestinus Papa in *can. si quis sacerdos.9.* & *can. non debet Episcopus.* 10. 30. *q* 1. Episcopus quidem quindecim annis pœniteat, presbyter duodecim, & deponatur; si tamen in cõscientiam populi deuenerit. quia, vt *gloss.* ibidem verbo *in conscientiam* inquit consequentiam inferens: *Non est ergo quis deponendus, nisi pro publico crimine, quod in notitiam populi deuenit.* ex Nicolao Papa Carolo Archiepiscopo, & eius suffraganeis in *can. sacerdotes, si in fornicationis laqueum* 53. *dist.*50.

Fornicatio causa est, vt vir ab vxore, quæ fornicata fuerit, discedere possit. Dicente Domino (Matthæi 19.) *Quicumque dimiserit vxorem, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moecha-*

*chatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur.* vbi Hieronymus relatus in *can. dixit Dominus in Euangelio. 2. 32. q. 1.* sequentibus prosequitur: *Sola fornicatio est, quæ vxoris vincat affectum: imo cùm illa vnicā carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito; non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat, dicente scriptura: (Prouerbiorum 18.)* Qui adulteram tenet, stultus, & impius est. *Vbicumque est igitur fornicatio, vel fornicationis suspitio, libere vxor dimittitur.* ita Hieronymus. & ex Innocentio Tertio Genuen. Archiepiscopo in *cap. quemadmodum, si vir mulieri iurasset 25. eod. 3. de Iure iurando* in ratione quam reddit: *Nam, si post contractum coniugium, vir propter fornicationem, licitè potest vxorem à sua cohabitatione dimittere &c.* propter fornicationem igitur iure fit diuortium quò ad cohabitationem.

Fornicatio, siue amissa virginitas ante matrimonium contractum, Adulterium non dicitur, quamuis fit sponsa, hoc est promissa: Quia potest recedere, ne ducat illam. decernit Innocentius Tertius Genuen Archiepiscopo respondens in *c. quemadmodum si vir mulieri iurasset. 25. de Iure iurando. Nauar. cons. 3. num. 6. lib. 4. de clandestina desponsatione. & cons. 1. sub num. 1. eodem libro de donatione inter virum & vxorem. & cons. 2. n. 1. de diuortiis.*

Fornicarius, qui rem habet veneream cum honesta muliere, vnde illa à consanguineis morte appetitur, ob violatam eorum honorē, irregularis efficitur: Quia est proxima deformationis mulieris illius causa, & qui non remouet causam, ex qua sequitur homicidium, quam debebat remouere, homicidiū, quodāmodo voluntarium, videtur admittere, cum det operam rei illicitæ, & scire debebat ex causa illa, & iniuria debere sequi homicidiū. *S. Thoma 2. 2. q. 64. art. 8. in corpore.* & tuetur *Nauar. manuali cap. 27. num. 238. in fine* dicens: eius opinionem à fœlicis recordationis Pio Papa V. fuisse approbatam, cùm in sacra Pœnitentiaria id controuerteretur. & refert se *cap. 15. num. 7. ex S. Antonino 3. part. tit. 5. cap. 8. §. 1.* docens etiam, quòd, qui agressus à marito cum muliere rem habens, virum ipsum, se quidem defendendo, occidit, non solum peccat id agrediendo, sed est etiam homicida: quia nimirum opus illud illicitum, est via ad homicidium perpetrandum; veluti, qui mādat aliquem verberari, licet expressè inhibeat ne occidatur, si moriatur ille, homicida est, atque consequenter irregularis: *Cùm mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare.* decreuit Bonifacius VIII. in *cap. is, qui mandat aliquem verberari 3. siue finali de homicidio in 6.* vbi *gloss.* verbo *culpa* pro regula statuit: *quod vbi culpa præcessit, quis tenetur de casu.* nec discedit *Caietanus d. art. 8. q. 64. 2. 2. Nauar. eodem cap. 27. manuali num. 220.* definiens quid sit causa propinqua homicidii, & deformationis: Dictum, vel factum illicitum directum sufficienter in deformationē inde sequutam. prosequiturq; *Ludouicus à Beia responsionum casuum Conscientiæ p. 1. casu 40.* quidquid alias dixerit *Sotus de Iustitia & Iure lib. 5. q. 1. art. vltimo.* videndus *Ioannes Azorius part. 3. lib. 2. cap. 1. q. 8.* cum Soto vbi supra dicens, quod licet det operam rei illicitè, non propterea perdit ius se ipsum defendendi.

Fortitudo, quælibet mala potiùs tolerare, quàm malo consentire, decernit. Augustinus de Ciuitate Dei in *can. ita, ne aliquem polluat. 3. 32. q. 5.* Cum nec etiam occisores corporis sint timendi, contra iustitiam hominem impellentes. vt Nicolaus Papa Rodoaldo Prouensi, & Ioanni Ficolensi Episcopis respondit in *can. Lotharius Rex 4. 31. q. 2.*

Fortitudo corporalis, si in defensionem patriæ, vel aliorum oppressorum exerceatur, Laudabilis vtique æstimatur. Ambrosium excipe in *can. fortitudo, quæ vel in bello. 5. 23. q. 3.* qui sequentibus verba facit: *Fortitudo, quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à Latronibus socios, plena iustitia est.* Hinc priùs sanctus Moyses orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebrœum ab Aegyptio iniuriam accipientem, defenditur, vt Aegyptium prosterneret, atque in arena absconderet. *Exodi 2.* Salomon quoque ait: (Prouerbiorum 24.) *Eripe eum, qui ducitur ad mortem.* idem Ambrosius in *can. non in inferenda sed in depellenda 7. ead. 23. q. 3.* Fortitudinem proinde, qui eneruat, latronis, vel piratæ, ne alios opprimant, peroptime operatur. ex Hieronymo in *can. si quis fortitudinem latronis 6. eadem 23. quæst. 5.*

Fortes in terrenis rebus sunt huius seculi dilectores, in cœlestibus debiles. Cum enim pro terrenis rebus laborare non desinant, pro cœlestibus adipiscendis ne tantillum quidē laboris sustinent. Gregorius in moralibus. in *can. omnes huius seculi dilectores. 3. distinct. 47.* Fortuna caput sequitur. dixit *Baldus in l. monumenta 14. in fine C. de legatis.* argumento sumpto ex Papiniano lib. 13. Quæstionum in *l. qui ex liberis meis 21. §. testamento facto Titius arrogandum se præbuit. ff. de bonorum possessione secundum tabulas.* illis verbis; *Cum capite fortunas quoque suas in familiam, & domum alienā transfert.* & dixit *Gloss.* in *l. digna vox est. 4. C. de legibus, & constitutionibus principum, & edictis.* verbo *principatum.* dicens; *Imperium est de fortuna.* vnde dicitur:

*Si fortuna volet fies de Rethore Consul.*
*Si volet hæc eadem, fies de Consule Rethor:*

Forus exercendarum litium locus est. quilibet verò in foro suo prouocari ad Iudicium debet, Clericus potissimum. ex Hadriano Papa in *can. Clericus, siue laicus 48. 11. q. 1.* Forus enim exercendarum litium locus est, à fando dictus; siue à Foraneo Rege, qui primus Grecis legem dedit. Isidorus libro Etymologiarum in *cap. forus 10. in principio extrà de verborum significatione.*

Forum rei, siue pulsati actor sequi debet. Si quis ergo Clericum pulsare in Iudicium voluerit laicus apud Episcopum loci vocare eum debet. sicuti Clericus laicam perso-

nam apud Prouinciæ iudicem vocabit.ex regula manifesta: Actor sequitur forum rei. Pelagius Papa Sergio Cancellario in *can. si quisquam clericus*.16. 11.*quæst*. 1. ex Romana Synodo in *can. neminem exhiberi de prouincia ad prouinciam* 16.3.q.6. dicente Synodo: *Ita vt actor rei forum sequatur*.Cæterò quin ex Diocletiano,& Maximiano Augustis in *l.Iuris ordinem* 2.C.*de Iurisdictione omnium Iudicũ, & de foro competenti*. respondentibus illis A. A.Alexandro,atque dicentibus:*Iuris ordinem conuerti postulas,vt non actor rei forum;Sed reus actoris sequatur.Nam vbi domicilium reus habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit ibi tantùm eum conueniri oportet*. dixitque Sixtus Papa in *can. si quis Clericus* 17. *eadem* 3.q.6.

Foro pulsari in propria Prouincia quisque debet Clericus,non in aliena.ex Sixto Papa in *can.si quis Clericus super quibuslibet criminibus* 17.3.q.6.Quia nemo debet in messem alienam falcem mittere. ex Gregorio ad Augustinũ Anglorum Episcopum in *can. scriptum est in lege*.1.6.q.3.

Forum quis in loco sortitur, vbi crimen patratum est. ex decreto Hadriani Papæ in *can.qui crimen obiicit*.18.*siue finali* 3.q.6. dicente Hadriano: *Re vera ibi causa agatur, vbi crimen admittitur*. Hanc ob causam,ratione criminis admissi, efficitur quis de foro alieno. Alioquin peregrina iudicia sequi nemo debet. ex Sixto Papa III.ad Orientales Episcopos in *can.Peregrina iudicia* 12. 3. q. 6. nisi aliter Romana,& Apostolica iudicaret Ecclesia. vt ibidem. & in canon Anacleti Papæ in *can.leges Ecclesiæ* 13.*eadem*.3.*quæst*.6.

Quod si domicilium quisquam mutauerit, ibi forum iudicii subibit,vbi habitare elegit. ex Triburiensi Concilio in *can.vbicumque tẽporum,vel locorum facultas tulerit* 6. & ibidem Gratianus §.*quia ergo decimam*.13.q. 2. Qui vero ad alterius fidei Iudicis forum appellauerit,excomunicandus erit. ex Concilio Carthaginensi IV.in *can.catholicus, qui causam suam*.32.2.*q*.6.Rationem reddit *Gloss*.ibidem verbo *fidei Iudicis*. Quia infidelibus sunt interdicta officia publica.præsertim Iudæis ex Concilio Toletano Quarto in *can. constituit sanctum Concilium* 31.17.q.4.

Forum si quis mutauerit sui Episcopi,ab eo correptus, & Clericum ad secularem Iudicem appellauerit, confugeritque, illeque eodem defensionis solatium impenderit, vterque est excomunicandus, & Ecclesiæ communione pellatur.ex Agathensi Concilio in *can.placuit,vt Clericus*.1.& *can. finali* 21.q. 5. Etiam,si quis ad alienos episcopos confugerit Iudicandus.excepta tamen sancta Romana Ecclesia,cui in omnibus causis reuerẽtia, & auctoritas debetur,is deponitur.ex Innocentio Papa ad Victricium Rothomagensem Episcopum in *can.non liceat cuiquam* 14.3.q.6. ibique *Gloss*. verbo *expetere*. Imo Clericus qui Clericum apud secularem Iudicem vocauerit,anathemate feritur. à Sylvestro in epilogo Cõcilii Romani in *can. si quis Clericus accusans clericum* 10.11.q.1.& *can. sequenti* ex Concilio Carthaginensi VIII.Adeo quidem,vt etiam causam perdat in ciuilibus. & excomunicatione feriatur.ex Concilio Mileuitano in *can. molita præsumptio* 42.ibique *Gloss*.verbo *pontifice*. & ex Concilio Carthaginensi III.in *can.placuit vt quisquis Episcopum* 43.& *can.de diuersis ordinibus*.44.*eadem* 11.q.1. & innouauit Innocentius Tertius Pisano Archiepiscopo scribens in *cap.si diligenti* 12. *extrà de foro competenti*.& innouauit postmodum Martinus Papa V. constitutione sua, quę incipit:*Ad reprimendas insolentias*. de qua re disseruimus nos latè *respons*.nostra 38. *per totam part*.3.

Frangenti fidem fides frangantur eidem. diximus supra. fidem frangenti fides frangatur eidem.

Fragmenta,quę de mensa Episcoporum, eorumque familiarium excipiuntur cum Episcopi ad visitandum accedunt, potest eleemosynarius ibidem pauperibus erogare. ex Clemente V.in Concilio Viennen in *Clementina ad nostrum*.2.§.*nos igitur super his in fine. de cẽsibus,exactionibus, & procurationibus*. vbi *Gloss*. verbo *fragmenta*. Fragmenta dicit dicta à frãgo,frangis,quia panes integros, qui de mensa leuantur,dare non debet inuitis dominis.

Frater quis dicitur fide,non carne. iuxta Apostolum 1.*ad Corinth*.5.11.dicentem: *Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is, qui frater nominatur,est fornicator &c*. & sequitur: *Quid enim mihi de iis, qui foris sunt iudicare? Non ne de iis,qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos,qui foris sunt,Deus iudicabit*. Frater itaque fide est. perpenditque Augustinus in *can. multi corriguntur*.18.§.*& ideo sequitur Apostolus,& adiungit*.2.q.1. deducitque apertissime Chrysostomus relatus *can.ad mensam quippe paganorum*. 24.11.q.3.dicens: *Fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, non monachum tantùm. Quid autem est, quòd facit fraternitatem, nisi lauacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum patrem?*

Frater quoque dicitur consanguinitate. item quoque fratris, & sororis; sed duorum fratrum filii,filięue,fratres dicuntur.Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can.quadam lex terrenam Romana republica* 20. *in principio* 35. q. 3. Fratres enim sunt, qui ex eodem patre, & matre orti sunt, quamuis non ad huc essent fideles; quia etiam inter infideles matrimonium est. ex Innocentio Papa Rufo, & Eusebio Episcopis Macedonibus in *can.numquid non erunt admittendi* 1.*paulò post medium* 28.q.1.

Fratres sunt Papæ Episcopi, ex pręeminentia dignitatis. vnde fratres Episcopos appellat Innocentius Papa Victricio Episcopo Rothomagensi scribens in *can.præterea frequenter quidam ex fratribus nostris*.3.*distin*. 51.& Innocentius Papa II. in Concilio Romano in *can.fratres nostros Episcopos* 8. *de pœnitentia distinct*.5.

Fratres quoque dicuntur religione. Augustinus ad Eudoxium in *can.vos autem fratres ex hor-*

*hortamur in Domino.* 30.16.q.1.sicuti, qui eiusdem sunt professionis, fratres nuncupantur. ex Concilio Mattini Papæ in *can. Episcopus habeat potestatem.* 7. 10.q.2. illis verbis: *Sic tamen ipse, aut qui cum ea sunt fratres, indiguerint.*

Frater quoque perpenditur nomine naturę, quia omnes eiusdem naturæ filii sumus, consequenterque fratres. iuxta illud Dauid (Psalmo 49. 20.) *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hæc fecisti, & tacui.* & ita exaudit Anterus Papa in *can ex merito plebis non numquam Episcopus.* 13.6. q. 1. dum sequentibus admonet: *Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes id est ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes.* Sedens *(inquit)* aduersus fratrem tuum loquebaris, *detrahendo.* Et aduersus filium matris tuę ponebas scandalum. Fratrem ibi exaudit generaliter de omnibus. quia filii eiusdem matris naturę sumus omnes. & infert Anterus: *Parcant singuli detractioni linguę, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, qua de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur.* & concinit Clemens Papa epistola prima ad Iacobum. in *can. homicidiorum verò tria genera esse dicebat beatus Petrus* 24. *de pœnitentia distinct.* 1.

Fratres dicuntur per analogiam attributionis, & similitudinis. iuxta illud *Ecclesiastici* 34. relati in *can. immolans ex iniquo* 2. 14. *q.* 5. sic enim ibi: *Qui effudit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario. fratres sunt.* vbi *Gloss.* verbo *fratres.* id est pares, siue similes in peccato. ex Hieronymo ibidem. in *can. multi sine peccato putant esse.* 8. *eadem* 14. q. 5. concinitque Clemens Papa ad Iacobum. in *can. homicidiorum verò tria genera esse.* 24. *de pœnitentia dist.* 1.

Fraternitatem facit Lauacrum Regenerationis, quia per regenerationem filii Ecclesię sumus, quod lauacrum facit posse vocari Deum Patrem. ex Ioanne Chrysostomo in *can. ad mensam.* 24.11.q.3. & meminimus supra.

Fraus, & dolus nemini debet patrocinium impertiri. Innocentius Tertius Altissiodorensi Episcopo scribens in *cap. tuę Fraternitatis discretio* 12. *in fine de clericis non residentibus*, rationem reddente: *Cum fraus, & dolus nemini debeat patrocinium impartiri.* Idemque Innocentius Eboracen Episcopo, & Luc. & de Monte molli Abbatibus in *cap. ex insinuatione prioris* 50. 5 *finali de appellationibus extra.* rationem quoque reddens: *Quia verò fraus, & dolus alicui patrocinari non debent. mandamus &c.* Rationem venamur ex Iustiniano Cæsare in *l. si legatarius, vel fideicommissarius* 25. *C. delegatis*, qui sic infert: *vt nō accipiat fructū suæ calliditatis, qui voluit haredē hæreditate sua fraudare.* subsequēs: *Vt qui aliis nocēdū esse existimauit, ipse suā sētiat iacturā.* dixitq; Alexāder Tertius Episcopo Paduano respondens in *cap. intelleximus* 7. *in fine de Iudiciis.* Ne videatur de sua malitia commodum reportare, quod contra naturæ principium est. vt dixit Innocentius Tertius C. tituli S. Laurentii in Lucina Presbytero Cardinali in *cap. officii* 14. *in fine de testamentis.* rationem reddens: *Quia fraus, & dolus alicui patrocinari non debent.* Nec diuersimode Paulus li. 11. ad Edictum in *l. ne. ex dolo* 13. *ff. de dolo malo.* rationem reddens: *Ne ex dolo suo lucrentur.* Nec discedit Vlpianus lib. 2. responsorum in *l. 1. ff. de natalibus restituendis* in fine. diximus *respons.* nostra 82. *num.* 17. & 18. *part.* 4. & *respons.* 105. *num.* 83. *part.* 5.

Fraus est, quod prius fucate moliebatur lucra rips; post, detecta fraude, conatur quadā vsurpatione ex toto auferre. ita Ioannes Papa Isaac Syracusano Episcopo scribens in *can. visis litteris charitatis vestra.* 1. *in fine* 16. q. 2.

Fraudantes decimas Domino Deo debitas, eiusque ministros, fruguum penuria puniuntur. Ita fraudari dicitur Deus, si in pauperibus non accipiat eleemosynam. ex Hieronymo in *can. reuertimini ad me, & reuertar ad vos* 65. 16. *q.* 1. Hanc ob rem fraudare dicitur, qui res ad suos vsus destinatas renuit, vel peruenire impedit. Impedit enim ne decimę ad Deum, & ministros eius perueniant, neq; ad pauperes eleemosynę; hic fraudare dicitur. ibidē. Nam ex Hieronymo in *can gloria episcopi est* 71. 5. *amico quidpiam rapere* 12. *q.* 2. Accepisse, quod pauperibus erogandum sit; & esurientibus pluribus, vel cautum esse velle, vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat.

Fraudare Ecclesiam, Sacrilegium est. Nam amico quidquam rapere furtum est. Hieronymus ait in *can. gloria Episcopi est.* 71. 5. *amico quidquam rapere* 12. *q.* 2. subdens in fine: *Quomodo possumus aliena fideliter distribuere, si nostra timide reseruamus?* Idem ipsum ex Concilio Vasensi primo in *can. qui oblationes defunctorum retinent.* 10. 13. *q.* 2. *in fine* dicente Concilio: *Vnde & quidam Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: Amico quidpiam rapere, furtum est; Ecclesiam vero fraudare sacrilegium.* quo etiam loco habetur, quod: *Qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur; vt infideles sunt ab Ecclesiis abiiciendi.*

Fraudare egentes pane, vitam illis eripere est. Sapiens dixit *Ecclesiastici* 34. & deduxit Gratianus in *can immolans ex iniquo* 2. 14. *q.* 5. sequentibus loquens: *Panis egentium, vita pauperis est. Qui defraudat illum homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem; quasi qui occidit proximum. Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* id est pares, siue similes in peccato; vt *gloss.* ibidem subnectit.

Fraudem qui faciunt Ecclesię, sacrilegium committunt, atque perpetrant. Nam Amico quidpiam rapere, furtum est: Ecclesiam vero fraudare sacrilegium. vt in Concilio Varensi 1. cap. 4. definitum fuit in *can. qui oblationes defunctorum retinent.* 10. *in fine* 13. *q.* 2. accepit autem ex Hieronymo ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperum inopia prouidere* 71. 5. *amico quidpiam*

*rapere furtum est.* 12. q. 2. & Concilium Carthaginense IV. in *can. qui oblationes defunctorũ* 9. *eadem* 13. *q.* 2. hoc ipsum decreuit: *Qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesiis, aut difficulter reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur.* Namque ex eodem Concilio Varense in *d. can. qui oblationes* 10. vt infideles sunt ab Ecclesia abiiciendi: *Quia & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, pauperes consolatu alimoniæ, & necessaria sustentatione defraudantur. Hi enim tales quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt.* In quadruplum proinde restituet quæ Ecclesiæ defraudauit. iuxta illud Publicani: Lucæ 19. *Si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum.* Dixit, decreuitque Ioannes Papa Primus ad Zachariam Archiepiscopum in *can. in antiquis Ecclesiæ statutis* 7. 12. *q.* 2. iie determinauit Eusebius Papa in *can. in legibus seculi cantum habetur* 10. *eadem* 12. *q.* 2.

Fraudem qui facit rebus Ecclesiæ Episcopus, & pauperes fraudat, & fame conficit, corripi debet. Necessaria tamen sibi accipere debet, vt necessitatem nullo modo patiatur. Ex Concilio Martini Papæ in *can. Episcopus habeat potestatem* 7. 10. *q.* 2. Quod si res vendiderit Ecclesiæ, & restaurare tenetur, & in Iudicio Episcoporum deiiciatur auditus, & conuictus, suoque priuetur honore. ex eodem Concilio Martini Papæ in *can. si quis Episcopus* 8. *sine finali eadem* 10. *q.* 2.

Fraudis socius esse conuingitur, & criminis, qui ad se fugiẽtem, quantum honestè potest, ad restituendum non compellit. Non enim opem fert qui ad peccandum adiuuat. Augustinus ad Macedonium in *can. si res aliena, propter quam peccatum est* 1. §. *illud vero fidentissime dixerim* 14. *q.* 6. Maxime Episcopi de quibus ibidem loquitur Augustinus, si non aduertant, quod restituant, qui tenentur.

Frequenter quod fit, præsumptionem vel boni, vel mali præbet animi. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis lib. 2. cap. 2. in *can. his igitur lege Patrum cauetur.* 3. *distinct.* 23. tradens enim vitæ normam, quam sequi debent Ecclesiastici, post multa, sic infert: *Viduarum & Virginum frequentationem fugiant.* quo loco *gloss.* verbo *frequentationem.* sic & ipsa infequitur. *Nota solum frequentationem prohiberi. Ex eo enim, quod frequenter fit, præsumitur quod malè fiat.* & hoc animaduertit ex Lucio Papa in *can. Clericus solus ad fæmina tabernaculum* 20 *distinct.* 81. qui de Archidiacono verba faciens, sic dicit: *Nec Archidiaconus sub prætextu humilitatis, aut officii frequenter intret domicilia matronarum.* vbi *gloss.* verbo *frequenter.* adnotat: *Ratione frequentiæ pro aliquo, vel contrà aliquem præsumitur, similiter, & ex longa mora.* notat ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorũdam relatione fidelium.* 1. *distinct.* 34. de Lanfredo quodam Episcopo, qui nimiam familiaritatem cũ quadam filia sua habebat. Accedit *gloss.* in *can. vidua quidem, quæ capiti sacrum velamen imposuit* 34. verbo *oblationes.* 27. *q.* 1. quæ sequentibus infert: *Argumentatur Præsumptionem haberi de aliquo facto per frequentationem, & exercitium eorum, quæ adhærent, & conueniunt illi facto.* sic frequentatio operatur.

Frigiditas est perpetuum impedimentum. vt neque per remedia immutari possit. quia frigiditas, quæ est naturalis proprietas, per accidentia non immutatur. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in *can. requisisti de his.* 2. 33. *q.* 1. in ratione, quam reddit: *Nam si huic non potuit concordare naturaliter; quomodo alteri conueniet.* id est naturali frigiditate impediente. vt *gloss.* ibidem verbo *naturaliter* subnectit. notatur etiam toto titulo *de frigidis & maleficiatis* extrà.

Fructus bonus ex infecta radice non producitur. Gregorius Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur simoniaca hæresis* 28. §. *hinc igitur. in fine* 1. *q.* 1. qui sequẽtibus verba facit: *ant qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est?* Fructum proinde ex sua calliditate nemo accipere, nec referre debet. ex Iustiniano Cæsare in *l. si legatarius, vel fideicommissarius* 25. *C. de legatis.* decernante, ac pœnam statuẽte: *vt non accipiat fructum suæ calliditatis, qui voluit hæredem hæreditate sua de fraudare.* & paulo post: *vt qui alii nocendum esse existimauit, ipse suam sentiat iacturam.* & ex radice pessima fructum accipiat deturpatum.

Fructus diu expectatus gratior est. ex Augustino in *can. institutum est, vt iam pactæ sponsæ* 39. *in ipso principio* 27. *q.* 2. qui sic loquitur, rationem reddens: *Ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauit sponsus dilatam.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *ne vilem.* Nam gratior est fructus, quem spes productior adit.

Fructum misericordiæ percipere is debet, qui post peractum peccatum pœnitentiæ lamentis insistit, vt sic postea pœnitentia credatur esse fructuosa ex Gregorio Secundino Episcopo in *can. quia sanctitas tua* 16. *distinct.* 50. Rationem quoque reddente: *Quid enim, prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illuc habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse reddi honorem.* & rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *gaudeo.* Quia post pœnitentiã fortior resurgit homo. ex Ambrosio sermone 47. de fide Petri. In *can. fidelior factus est Petrus* 54. *eadem distinct.* 50. verba sunt Ambrosianæ linguæ: *Fidelior factus est Petrus, postquã fidem se perdidisse defleuit: atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit.* Omnium vero peccatorum debet homo dolere, vt pœnitentia fructuosa esse valeat. nam: *Qui totam legem obseruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus:* (Iacobi 2.) scilicet quantum ad vitam æternam. sicut enim si peccatis esset omnibus inuolutus; ita si in vno tantum maneat, æternæ vitæ ianuam non intrabit. Nicolaus Papa Secundus in Concilio Romano loquitur in *can. fratres nostros Episcopos.* 8. *sine finali de pœnitentia distinct.* 5.

Fruges nouæ, sicut & vuæ benedici possunt ob populi deuotionem, & eis tradi. non tamen benedictione sacramentali. ex Sexta Synodo

in

in *can. didicimus, quod in quibusdam Ecclesiis* 6. *in fine de consecratione dist.* 2. ibique *gloss.* verbo *benedictas.* inferens: Benedictiona vulgari, non illa speciali appropriata Eucharistiæ. Solet vua benedici in festo Sancti Sixti.

Frustra Ecclesiæ implorat auxilium, qui in ipsam committit Ecclesiam. dixit Clemens Tertius in *cap. in audientia nostra talis fuit.* 25. *de sententia excommunicatis extrà.* pluraque deducit *gloss.* ibidem verbo *frustrà.* ex Gelasio Papa Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, & Timotheo Episcopis in *can. frater, & coepiscopus noster Epiphanius* 10. 17. q. 4. in ratione, quam illis reddit, dicens: *Nec enim iurè ad supplicandum debet admitti, qui admittere sacrilegium non dubitauit.* vbi *glos.* verbo *nec enim* rationem affect ex Innocentio Tertio in *cap. quia frustra* 14. *extrà de vsuris* dicente: *Quia frustra legis auxilium innocat, qui committis in legem.*

Frustrà nemo operari velle præsumitur. argumento textus in Concilio Agathensi in *can. si quos de seruis Ecclesiæ benemeritis* 57. 12. q. 2. & ibiden *gloss.* verbo *amplius.* & ex Gregorio Mariniano Episcopo Rauennati in *can. Quia Ioannes quondam decessor tuus* 3. *in fine* 2. q. 5. illis verbis: *Hæc itaque sic sollicite fraternitas vestra implere festinet, quatenus, & quæ in supra scripta Monasterio constituit, & à nobis sunt firmata seruentur; & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suæ decreuit Ecclesiæ, nullam (prohibente nempe lege) obtineant firmitem.* Concinitque Innocentius Tertius Episcopo, & Cantori Atrebaten in *cap. Abbate sancti Siluani Alciaten.* 25. §. *Contra quod fuit ex aduerso responsum de verborum significatione.* illis verbis: *Vt res, de qua agitur, valere possit potius, quàm perire.* notatque *gloss.* ibidem verbo *valere.* nec diuagatur quod Vlpianus lib. 2. ad Sabinum in *l. si miles, qui destinauerat.* 3. *ff. de militari testamento.* respondit: verba sunt Vlpiani: *Neque enim, qui voluit iure communi testari, statim beneficio militari renunciauit. Nec credendus est quisquam genus testandi eligere ad impugnanda sua iudicia: sed magis vtroque genere voluisse, propter fortuitos casus: quemadmodum plerique pagani solent, cum testamentum faciunt, per scripturam adiicere: velle hoc etiam vice codicillorum valere.*

Frustra petit debitum, qui quod debet, non impendit. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. esto subiectus Pontifici tuo* 7. paulò post principium *distinct.* 95. verba sunt Hieronymi satis concinna: *Scitum est illud Oratoris Domitii: Cur ego te (inquit) habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorem?* quo loco *gloss.* verbo *me.* sic argumentum extrahit: *argumentatur quod frustra petit debitum, qui, quod debet, non impendit.* ex Ambrosio ad Hilarium in *can. si fidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat* 7. 28. q. 1. cum sequentibus dictum Apostoli prosequitur: *id est si infidelis noluerit esse cum coniuge fideli, hic agnoscat fidelis libertatem; ne ita se subiectum deputet seruituti, vt ipsam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem.* & plura prosequitur *gloss.* d. verbo *me.*

Frustra quis opponit id, cuius ipse causam præbuit. ex Innocentio Tertio Mediolanen Archiepiscopo in *cap. vnico* §. *Porrò cum donatio fuisset occulta. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* vers. *quod etiam de modo canonico fidem nobis fieri mandauimus, tu causam præstitisti mandato, qui sæpe nobis per litteras tuas intimasti, & tandem probasti per testes &c.* & prosequitur: *te maxime causam, & occasionem præstante, inquisitionem commisimus faciendam.* Accedit Paulus lib. 11. ad Edictum in *l. cum mandato patris* 24 *ff. de minoribus viginti quinque annis.* Quatenus habet, quod in iis, quæ minor facit, vt procurator non restituitur ad commodum dominii, rationem reddit finalibus verbis: *Imputari debet hoc Domino, qui tali commisit sua negotia idque & Marcello placet.* Nec diuersimode Vlpianus prosequutus fuit lib. 24. ad Edictum in *l.* 1. §. *si omnes vel plures renunciauerint, prægnantem non esse ff. de ventre inspiciendo, custodiendoque partu.* de muliere verba faciens, atque inferens: *vel ipsa eum* (virum videlicet) *illexerat, vt crederet, quod constante matrimio hoc omnino fingebat, æquissimum erit ignosci marito.* vbi *gloss.* verbo *illexerat.* sic commentum agit: *Quasi dicat, induxit eum ad credendum, quod esset prægnans, dùm vellet forte placere, vel vellet pellem, vel vestem.* Accursius. sequitur *Signorolus cons.* 141. *num.* 5. *Aymon Crauetta cons.* 83. *nu.* 2. *Rota apud Card. Manticam decis.* 78. *nu.* 4.

Frustra velociter currit, qui priusquā ad metas veniat, deficit. Gregorius in moralibus in *can. in cassum quippe* 17. *de pænitentia dist.* 3. verba excipe Gregorii: *Incassum quippe bonū agitur, si ante terminum vitæ deseratur, quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit.* concinit Alexander Tertius Londonien Episcopo in *cap.* 1. *in fine de renunciatione.* in ratione, quam reddit Episcopo illi scribens, qui ob senectutem relinquere Ecclesiā amabat: *Quia indecens omnino probatur.* (inquiēs) *prius soluere militiæ cingulum, quā cedat victori aduersitas præliorum.* ibique perõptimè *gloss.* verbo *militiæ.* & *Glossella* Marginalis Ioannis Andreæ quæ affert illud Hieronymi ad Lucinum: *Cœpisse multorum est, ad culmen peruenisse paucorum.*

Fundamentum aliud nemo ponere potest præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Paulus Apostolus 1. *ad Corinth.* 3. 11. deduxitque Gregorius Antiocheno Episcopo scribens in *can. cum Paulus dicat.* 26. 1. q. 1. inferens consequentiam, ac dicens: *consequenter probatur, quia vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est super ædificiū,* eodemque modo Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. vnica in ipso principio de summa Trinitate, & fide catholica* incipiens: *Fidei catholicæ fundamēto, præter quod (teste Apostolo) nemo potest aliud ponere, firmiter inhærentes &c.* & ideo vbi fundamentum non est, superædificari non potest. vt dixit Innocentius Tertius Ferrarien Episcopo in *cap. veniens ad Apostolicam sedem* 3. *fine finali.* §. *cumque super ordinibus, de presbytero non baptizato.*

Fun-

Fundamento sublato deficit fundatum, & ędificium cessat, atque subruitur. ex Gregorio Antiocheno Episcopo in *can. cum paulus dicat* 26.1.q.1. Rationem etiam retulit Innocẽtius Tertius Ferrarien Episcopo in *cap. veniens ad Apostolicam sedem* 3. *siue finali* §. *cumque super ordinibus fuisset diutius disputatum de presbytero non baptizato.* sequentibus dicens. *Quoniam vbi fundamentum non est, superædificari non potest.* Concinit Africanus lib. 9. Quęstionum in *l. egi tecum* 26. *in fine principii. ff. de exceptionibus rei Iudicatę.* & ipse rationem dicti inferens: *Cum aliter superior pars iure haberi non possit, quàm si inferior quoque habeatur.* cõcordatque Paulus Castrensis in summario: *Vbi deficit fundamentum super ædificari non potest.* nec diuersimode *Baldus* in *cap. 1. §. marchio. de his, qui feudum dare possunt in vsibus feudorum num* 8. & ipse rationem reddens: *Quod vbi est defectus fundamenti, non solum deficit ordo rei, sed esse, & substantia rei.* argumento textus Innocentii Quarti in *cap. 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis in 6.* in illa ratione. quam reddit: *Quia verò in concessione huiusmodi prædicta Ecclesia (cum vacaret) legitimo caruit defensore.* Non fuit proinde fundamentum. non ergo potuit superædificari sequitur *Gonzalez ad Octauam regulam Cancellariæ. Gloss. 31. num. 30. & 31.*

Funeris curatio, conditio sepulturæ, pompa exequiarum magis viuorum consolatio sunt, quam subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa, oberit pio vilis, aut nulla. ita Gregorius Papa Secundus Bonifacio Episcopo Epistola vltima in *can. animę defunctorum* 22. 13. q. 2. subnectens: *Nec ideo tamen contemnenda, & abiicienda sunt corpora defunctorum, maxime iustorum, ac fidelium.* plura deduximus nos *respons.* nostra 18. *per totam part.* 5.

Funiculus hæreditatis dicitur. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesię* 5. *circa finem* 12. q. 1. verbis illis: *Si autem ego pars domini sum, & funiculus hæreditatis eius; nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis, & altari seruiens, altaris oblatione sustentor. Habens victum, & vestitum, his contentus ero, & nudã crucem nudus sequar.* vbi *gloss.* verbo *funiculus* commentum sequentibus facit: *Funiculus hic dicitur mensura quædam, qua diuidebatur hæreditas post funus defuncti, secundum illud:* Funes ceciderunt mihi in præclaris: *(psalmo 15.6.)* etenim hæreditas mea pręclara est mihi. *& dicitur à funere.* ita Glossa.

Funiculus triplex difficile rumpitur. *Ecclesiastes. 4. 12.* deduxitque Alexander Tertius in Coocilio Lateranen io *cap. 5. §. & quoniam funiculus triplex. de tregua & pace.* Episcopos exortans ad pacem firmiter tenendam, & vt mutuum inter se consilium, & auxilium prębeant, neque hoc alicuius odio, vel amore pretermittant. vbi *gloss.* verbo *funiculus in fine* sic infert: *& ideo quanto fortior est, difficilius rumpitur.* Vnde est etiam quod: Duo vincula magis ligant, quàm vnum. & propterea ex vtroque latere, ex vtroque coniugio iuncti in successione præferuntur. ex Iustiniano Cęsare in *l. sancimus quemadmodum* 11. *C. communia de successionibus.* & in *authentica sequenti Itaque mortuo quoque parente.* ibidem. & vnde summitur in §. 1. *in authentico de consanguineis, & vterinis fratribus collat.* 6. verba sunt Iustiniani. *Vult autem hæc lex, vt ex vtroque decoratos, & simul quidem consanguineos, simul autem veterinos fratres ad successionem morientis meliores esse, quàm illos, qui solummodo consanguinei, aut solummodo vterini sunt.* Quia nimirum: Duo vincula magis ligant. deducit noster *Maranta de multiplici alienatio. num. 118. Gloritius cons. 5. nu. 26. Nauarrus cons. 8. nu. 2. lib. 4. de sponsalibus, & matrimoniis.* & nos *respons.* nostra 28. *nu. 23. part. 5.*

Fuga vera sacerdotis est abdicatio domesticorum, & quędam alienatio charissimorum: vt suis is abneget, qui seruire Deo elegerit. Ambrosius de fuga seculi in *can. cui portio Deus est. 6. 12. quęst. 2.* quia profecto: *Cui portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum; ne alterius impediatur necessitatis munere.* necessitatis. hoc est solicitudinis. *Glos.* ibidem subnectit. Abdicatio enim esse debet quoad carnalem affectum. ex *gloss.* ibidem verbo *abdicatio.*

Fugiendi sunt honores, & fugiendus locus regiminis: tamen *sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus.* Gregorius Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris 9. in principio* 8. q. 1. Per amorẽ tamẽ Dei debet quis oblatum recipere onus, vt proficiat, non vt præsit. Neque secretum nostrum vtilitati pręponere proximorum debemus. vt ibidem. & *gloss.* verbo *fugientibus.*

Fugere Pręlatus potest, cùm specialiter quæritur. exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum. Fugiat exemplo Pauli, qui à fratribus per murum submissus est in sporta. ex Gratiano in *can. aduersitas, quę bonis vobis obiicitur* 48. §. *hoc tunc seruandum intelligitur.* 7. q. 1. prosequiturque. *Vnde Augustinus ait:* Fugiat minister Christi sicut ipse Christus in Aegyptũ fugit, fugiat & qui specialiter quæritur, dum per alios firma est Ecclesiæ salus. & paulo post: *Cùm verò non Pręlatorum tantum, sed totius Ecclesię salus quæritur: fides impugnatur: necesse est, vt ex aduerso ascendãt, & in die belli se ipsos murum opponant pro domo Domini, & animas suas pro ouibus suis. vt exemplo suę passionis accendant. quos sermone doctrinę diutius confirmare non valent.*

Fugiens iudicium, dat indicium, se de sua iustitia diffidere. vt Gelasius Papa scribit Ezechię Comiti in *can. Christianis gratum semper debet esse.* 12. 11. q. 1. in finalibus verbis dicens rationem: *Quia, qui iudicium refugit, apparet eum de iustitia diffisum.* eundemque sensum ostendit Gregorius Antonino subdiacono scribens in *can. Honoratus Archidiaconus* 8. *circa finem distinct.* 74. illis verbis de Natali Salonitanę Ecclæsię Archiepiscopo dicens: *Sed ipse suorum sibi actuum conscius, personam ad Iudicium post posuit destinare.* vbi *Gloss.* verbo *conscius* argumentum extrahit: *Quod qui vocatus non*

ve-

*vtnit, hoc ipso videtur diffidere de causa.* Rationem habes ex Bonifacio Papa ad Gallos in *can. decernimus vestram debere intra prouinciam* 10. *in fine* 2. q. 9. qui sic loquitur: *Nam manifestum est confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi se occasione non vtitur.*

Fugientes ad Ecclesiam tutandi sunt. Ex Concilio Arausicano primo in *can. eos, qui ad Ecclesiam confugerint* 6. *distinct.* 87. verba sunt Concilii: *Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere: Sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi.* & ex libro capitularium 5. in *can. Reum ad Ecclesiam confugientem nemo extrahere audeat* 9. 17. q. 4. rationem reddens: *Vt honor Dei, & sanctorum eius conseruetur.*

Fugiendi sunt inimici veritatis, & hæretici, exemplo Sancti Ioannis, de quo Beda in *can. omnis, qui recedit* 24. §. *narrat enim de illo.* 24. q. 5. ex sancto Polycarpo Smyrneorum antistite narrat, *quod tempore quodam, cùm apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum, exiuerit continuo, & discesserit non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne balneę ipsę corruant, in quibus Cerinthus lauat, inimicus veritatis.* subnectens: *Etiam Polycarpus Marcioni aliquando cùm occurrisset; dicenti sibi, agnoscis nos? Respondit: Agnosco primogenitum Satanæ.* Fugiendi igitur inimici Veritatis sunt, & hæretici.

Furor non imputatur. Neque enim si per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti est: quin etiam ipsius diuinę legis oraculo, si per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis spem, refugii facultatem, vt possit euadere. ita Ambrosius in Hæxameron in tractatu primi diei in *can. illa cauenda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeunt.* 6. *post principium* 15. q. 1. vbi optimè *Gloss.* verbo *legis.* explicans locum *Deutoronomii* 4. & 19. de lege Mosayca. & in eadem causa & q. in *can. si quis insaniens.* 12. ex pœnitentiali Theodori.

Furor in Prelatis reprimendus, neque faciendum quidquam in furore, quamuis ex Zelo procedatur. ex Gregorio ad Guidiscalcum in *can. illa præpositorum solicitudo* 67. 11. q. 3. Nam *illa præpositorum solicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum agit ratio, & furor sibi nihil vendicat. Restringenda sub ratione potestas est; nec quidquam agendum prius, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit.* & *Gloss.* iure ibidem verbo *commotionis.* consequentiam infert: *Iudex ergo cum offenditur, debet dare inducias.* probatur etiam ibidem in eadē causa, & q. *can. cum apud Tessalonicam* 69. ex Ecclesiastica historia Rufini. vnde à Theodosio Imperatore lege sancitum fuit: *Vt sententia Principum super animaduersione prolata, in diem vigesimam ab exequutoribus differreutur, quo locus misericordiæ, vel si res tulisset, pœnitentiæ non periret.* & plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *animaduersione.*

Furor non nisi pœnitudinem post se parit, temperandum proinde à furore. ex libro vndecimo Ecclesiasticæ historiæ Rufini in *can. apud Thessalonicam seditione exorta* 69. 11 q. 3.

Furore, aut leuitate duci haud Iudices debent, cum sententias proferunt, sed causis prius diligenter ventilatis, cùm res, quę ignorabatur, plenitet ad notitiam venerit; tunc diuina, & humana lex resoluatur. ex dictis Gregorii in *can. summopere præcauere debent* 70. 11. q. 3. inferens: *Hinc est, quod Moyses querelas populi semper ad Dominum, tabernaculū ingressus, referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat. Nimirum nos instruens, vt non ex corde nostro, sed ex pręcepto diuino condemnationis, vel iustificationis sententiam proferamus.* An autem Iudex secundum probata, vel secundum conscientiam Iudicare debeat? Secundum probata *Gloss.* ibidem verbo *& tunc secundum in fine* respondet. & dicemus suo loco infra.

Furere qui cœpit, ante quam promoueretur ad sacerdotium, promoueri non potest. si vero postquam promotus fuit, sacerdotio non carebit. exprimit Gratianus in *can si quis non iratus* 13. *fine finali*, qui est Hieronymi. §. *sicut ergo qui propter disciplinam* 15. q. 1. verba damus Gratiani: *Non omnia, quę ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt. Non enim potest ad sacerdotium promoueri, qui aliquando insaniuit. Veruntamen si post sacerdotium furere cæperit; non id circo sacerdotio carebit: nisi fortè numquam ad sanę mentis officium redire contingat.*

Furti nomine intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienę, ex Augustino in *can. pœnale est occultè auferre* 13. 14. q. 5. comprehenditur etiam & rapina. *Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit.* Augustinus ibi infert. *Quidquid scilicet illicite rerum proximi aufertur.* Nam omnis raptor est fur. Et rapina furti species est. vt *Gloss.* ibidem verbo *à parte enim* infert. & vt Hieronymus in epistola ad Titum ad cap. 2. relatus in *can. fur autem* 4. *eadem* 14. q. 6. docet: *Fur non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. Non enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Quantumcumque* itaque *quis abstulerit, furti crimen incurrit.* nam

Furtum committit, qui rem alienam inuito domino contrectat. Dixit Gregorius IX. Siluanecten episcopo, & Ioanni de Monte mirabili Archidiacono, & Succentori Parisiensi in *cap. dudum Ecclesia Rothomagensi* 54. paulo ante §. *verum procurator eorum de electione, & electi potestate.* inferens: *rem contrectauit, per cōsequens alienam; & sic furtum commisit.* plura deducit ibidem *Gloss.* verbo *furtum.*

Furtum generale nomen est, omnes sub se species comprehendens, quare rapinam quoque comprehendit. *Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit; sed vtique furti nomine in lege veteris testamenti, & rapinam intelligi voluit. A parte enim totum significauit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur.* ita Augustinus in *can. pœnale est occultè auferre* 13. 14. q. 5. vbi *Gloss.* verbo *A parte enim.* & ipsa commentum agit dicens: est autem furtum pars rapinæ, eodem modo, quo genus est pars speciei.

Ra-

Rapina enim est species furti, nam omnis raptor est fur. vt *Institutionibus vi bonorum raptorum in principio.*

Furtum committere dicitur, qui furandi quidem animum retinet, verum ne videatur abstinet se. Augustinum excipe in *can. si propterea non facis furtum 29. de pœnitentia distinct.* 1. sic nempe faiut: *Si propterea non facis furtũ, quia times, ne videaris; intus fecisti, in corde fecisti, furti teneris, & nihil fecisti.* vbi gloss. verbo teneris. inquiens: quoad Deum, non quoad hominem, cùm rem non contrectaueris. Nõ enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur. Hieronymus inquit in *can. fur autem non solum in maioribus 4. siue finali. 14. q. 6.* Siue multum, siue parum quis furetur. vt ibidem. Nam furti nomine & parum comprehenditur. & ex Vlpiano lib. 40. ad Sabinum in *l. vulgaris est quæstio 21. ff. de furtis.* quam legem inter sacros retulit Canones Gratianus in *can. vulgaris est quæstio 16. de pœnitentia distinct. 1.* inferens: *sed verum est in tantum eos furti actione teneri, quantum abstulerunt.* furtum ergo est siue multum, siue parum fureris.

Furtum voluntas, non facit necessitas. ex dictis Apollonii in *can. discipulos, cum per segetes transeundo 26. de consecrat. distinct. 5.* Apollonius loquitur: *Discipulos, cùm per segetes transeundo vellerent spicas, & ederent, ipsius Christi vox innocentes vocat; quia coacti fame hoc fecerunt.* vbi gloss. verbo *fame.* sic infert: *Necessitas famæ, excusat à furto. Quia necessitas non habet legem. & quia in necessitate omnia debent esse communia.* id est communicanda. *Nauar. manuali cap. 17. nu. 61.*

Furtum quoque facit, qui a Diuite ideo rapit, vt ex rapto eleemosynam tribuat. Augustinus in *can. forte aliquis hoc secum cogitat. 5. 14. q. 5.* Rationem in fine reddens: *Nam etiam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerit, addit potius peccata, quam minuit.* Rationem reddit gloss. ibidem verbo *non habeo.* dicens: *non enim propter bonum est faciendum malum.* ex eodem Augustino ad Claudium contra Iulianum in *can. sic non sunt facienda adulteria 10. 32 q 4.* dicente illo: *Quemadmodum nec furta facienda sunt, etiam voluntate pascendi pauperes sanctos: quod tamen faciendum est, non perpetrando furta, sed benè vtendo mammona iniquitatis.*

Furtum non est, ab inuito sibi debitum accipere. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sanè 15. in ipso principio 14 q. 5.* dicente: *Nõ sane quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur.*

Furti species est, de alieno largiri. Ex *Ecclesiastici 31.* relato à Gratiano in *can. Immolans ex iniquo 2. 14. q. 5.* subnectens: *Qui offert sacrificiũ de substantia pauperum: quasi, qui victimas filiũ in conspectu patris sui.* vt enim Gregorius ad Syagrium scribit relatus *can. eleemosyna 7. eadem 14. q. 6.* dicens: *Eleemosyna Redemptoris nostri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur; sed quæ, de rebus cõcessis, & benè acquisitis, impenditur.*

Furtum committere dicitur, qui plura incompatibilia beneficia possidet, ex Gregorio IX. Siluanecten Episcopo, & Ioanni de Monte Mirabili Archidiacono, & Succentori Parisiensi in *cap. dudum Ecclesia Rothomagensi 54. paulo ante 5. verum procurator eorum de electione, & electi potestate.* verba sunt Gregorii: *Et retinendo beneficia, quæ non spectabant ad ipsum, (cùm post receptionem alterius priora beneficia vacauerint ipso iure) rem contractauerit per consequens alienam; & sic furtum commisit quodammodo, vel rapinam;* ibique gloss. verbo *furtum* rationem reddens: *Nam furtum committit, qui rem alienam inuito Domino contrectat.*

Furtum ex auaritia commissum grauius punitur, quàm quod fit ex inopia. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. si autem ita tua ex persona furis pensare potest 11. 12. q. 2.* vbi gloss. verbo *ex inopia.* dicens argumentum, quod *in delictis non excusat inopia.* Summa tamen necessitas excusat. ex Beda in regula siue *cap. quod non est licitum 4. de regulis Iuris extrà* dicente illo: *Quod non est licitũ in lege, necessitas facit licitum.* vbi gloss. verbo *necessitas* rationem reddit, inquiens. *Hoc ideo dicit, quia necessitas legi non subiicitur.*

Fur est Prælatus, qui non curat de ouibus. iste enim fur est, & latro, nec intrat per ostium, sed ascendit aliunde. Augustinus in *can. tres personas dixit Dominus 12. 23. q. 4.* Inferens in fine: *Diligendus est pastor, tolerandus est mercenarius, cauendus & latro.* Non enim venit nisi, vt furetur, & mactet.

Fur æstimatur Episcopus, qui res Ecclesiæ dilapidat, & restituere tenetur, necnõ honore priuatur. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis episcopus. 8. siue finali 10. quæst. 2.* præter quàm quod, vt sacrilegus diiudicatur. ex Eusebio Papa in *can. in legibus seculi cautum habetur. 10. in fine 12. q. 2.*

Furtum non commiserunt Israelitæ quando sub mutui nomine Aegyptiatorum diuitias acceperunt, quia, Domino ibente hoc fecerunt. ex Augustino libro Quæstionum Exodi in *can. dixit Dominus ad Moysen 10. 14. q. 5.* in fine sic inferente: *Nec Israelitæ furtum fecerunt: sed Deo iubenti ministerium præbuerunt.* & in pœnam hoc iussit Deus peccatorum Aegyptiorum. Ne ex hoc exemplum quisquam capere præsumat. eodem Augustino ibidem dicente. *Non hinc quisquam sumendũ exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim Deus iussit, qui nouerat quid quemque pati oporteret.*

Furtiua vsurpatio præiudicium non generat. ex Gregorio Ioanni Rauennari Episcopo in *can. illud autem 22. in fine distinct. 93.* dicente illo: *nec sitentatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari.* vsurpatio ergo furtiua præiudicium non generat.

Furti tenetur, qui furi auxilium præbet. ex ratione Vrbani Papæ in *can. qui altorum defendit errorem 32. 24. q. 3.* illis verbis: *Quia non solum errat, sed etiam aliis offendicula erroris præparat.* vbi gloss. verbo *præparat.* sic infert: *Sic, qui scalam, vel ferrum, vel aliud auxilium præstat furi, tenetur furti.* ex Caio lib. 13. ad Edictum Prouin-

uinciale in *l. si pignore creditor utatur, furti tenetur* 56. §. *qui ferramenta sciens commodauerit. ff. de furtis*. verba Caii sunt apertissima: *Qui ferramenta sciens commodauerit ad effringendum ostium, vel armarium, vel scalam sciens, (cuius rei gratia id fieret) commodauerit ad ascendendu, licet nullum eius consilium principaliter ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur*. ita Caius.

Furans bona Ecclesiæ, etiam sacra, siue non sacrata, sacrilegium committit. & licet non sit ipso facto excommunicatus, potest tamen usque ad condignam satisfactionem excommunicari. ex Gregorio IX. Fratri Palmerio Canonico sanctæ Trinitatis in *c. conquestus est nobis* 16. ibiq; *gloss.* verbo *Inuasores ipsaru reru, de foro competenti*. & de Clerico, qui calicē furatus fuerat ab Ecclesia, illumq; retinuerat, & postmodum sponte confessus furat, facta restitutione, atque pœnitentia peracta, vel parte illius, modò crimen sine infamia fuerit, quòd possit promoueri, Cremonen Episcopo respondit Alexander Tertius *in cap. ex litteris tuis*. 5. *sine finali de furtis*. Secus autem est in eo, qui cum effractione res furatur ab Ecclesia, namque est ipso facto excommunicatus. ex Clemente Tertio in *cap. conquesti sunt nobis* 22. *de sententia excommunicationis extrā* ibique *gloss.* verbo *excommunicatos nunciatis*. concinitque Arausicanum Concilium in *can. canonica Instituta* 107. 11. *q*. 3. decernens de violatoribus Ecclesiarum. ibique *gloss.* verbo *violatores* referens & hoc *caput conquesti sunt*. 22. Eodemque modo Lucius Papa ad Galliæ, & Hispaniæ Episcopos scribens, disposuit *in can. omnes Ecclesiæ raptores*. 5. 17. *q*. 4. Namq; sunt isti sacrilegi, & anathemati suppositi. ibique *gloss.* verbo *anathematizamus*.

Futura præscire solius Dei est; qui in sui contemplatione etiam Angelos illa præscire facit. verba sunt Gratiani in *summa* 26. *q*. 5 §. *futura enim præscire*. subnectens: *Vnde Esaias* (45.) *ait: Priora, & nouissima annunciate mihi, & dicam, quia Dii estis*.

Futura non sunt sortibus inuestiganda. neque exēplo Ionæ, neque Apostolorum, qui Matthiam sorte elegerunt, ad similia declinandū est. ex Augustino in *can. sors non aliquid mali est* 1. 26. *q*. 2. & ibidem Gratianus §. *his ita respondetur*. & ex Hieronymo in *can. non statim debemus sub exemplo Iona sortibus credere*. 2. & *sequenti*. & *can. non exemplo Matthiæ* 4. qui est Bedæ. eadem 26. *q*. 2. & ex Hieronymo rationem reddit: *Cum priuilegia singulorum (ut Hieronymus ait) communem legem facere omnino non possint*. Neque futura inuestiganda erunt per auguria, vel aliarum artium magicarum documenta. ex Augustino in *can. illud, quod est secundum institutiones hominum* 6. 26. *q*. 2. §. *neque illi*. de mathematicis loquēs, sic rationem reddit: *Nam, & ipsi, quamuis ueram stellarum positionem, cum quisque nascitur, consectentur: & aliquando etiam peruestigent: tamen quod inde conantur, vel actiones nostras, vel actionum euenta prædicere, nimis errant. & uendunt imperitis hominibus miserabilem seruitutem*.

Futura à dæmonibus scire perniciosum. Nam ipsi futura, non utique sciunt: sed acrimonia sensus, & celeritate motus multo ante cognita prænunciant, vel nunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirentur. Accessit etiam dæmonibus per longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longe maior experientia, quàm potest hominibus propter breuitatem vitæ prouenire. verba sunt Augustini de natura dæmonum cap. 3. in *can. sciendum est hanc esse naturam dæmonū* 2. 26. *q*. 4. Propterea fugiēdum, ne instigante vitio curiositatis propter amorem felicitatis falsæ, atque terrenæ, & excellentiæ temporalis, hæc perquiramus.

Futura per inspectionem scripturarum quærenda non sunt; qui fecerit, siue Clericus, siue laicus ab Ecclesia habeatur extraneus. ex Concilio Agathensi in *can. aliquanti clerici, siue laici*. 5. 26. *q*. 5. Sicut etiam futura perquirere per obseruationem auguriorum, & stellarum cursus, & euentus, & seruare somnia; nam hæc omnia ad Idololatriam tendunt. ex Hieronymo in *can. sed & illud adde* 9. §. *est & illud opprobrium Aegypti*. 26. *quæst*. 2. Sicuti per aruspicia, vel augurationes. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. qui sine Saluatore* 7. *in fine* ead. 26. *q*. 2.

## G



Galenus vir fuit doctissimus, & Hippocratis interpres. utriusq; meminit Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 2. relatus in *can. ne tales accipiamus cibos* 29. *de consecratione distinct*. 5.

Gaudent breuitate moderni. verba sunt *gloss.* in *can. omnia talia, quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus* 12. *circa finem. dist*. 12. super verbis Augustini: *ipsam tamen religionem, quàm paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis, misericordia Dei esse liberam voluit*. verbo *quàm paucissimis*. dicens: argumentatur contra illos, qui nimias fundunt orationes: quia *gaudent breuitate moderni*. argumento textus Vlpiani lib. 11. ad Edictum in *l. 1. in fine ff. de eo, quod metus causa gestum erit*. dum definitionem metus referens, subnectit: *Sed postea detracta est, vis, mētio, ideo, quia quodcumque vi atroci fit, id metu quoque fieri videtur*. gaudent igitur breuitate moderni.

Gazophilacium, arca, siue locus est, in quo reponuntur fidelium oblationes. à Gaza, quod est, diuitiæ, & philactain, quod est seruare, dictum. ita *Gloss.* in *can. oblationes dissidentium fratrum*. 2. *distinct*. 90. in verbis Concilii Carthaginensis dicentis, atque præcipientis: *Oblationes dissidentium fratrū neque in sacrario, neq; in Gazophilacio recipiantur*. verbo gazophilacio.

Gelasius Papa facundissimus, hæreticorum expugnator fortissimus appellatur à Nicolao Papa Michaeli Imperatori scribente in *can. quod suspecti, & inimici Iudices esse non debeant. 15. §. veniat, & facundissimus noster. 3. q. 5.* verba sunt Nicolai: *Veniat & facundissimus noster Papa Gelasius, hæreticorum expugnator fortissimus &c.* & ipse met Nicolaus Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis scribens in *can. si Romanorum Pontificum decreto 1. circa finem. §. consonat autem huic beatissimo. distinct. 21.* sequentibus dicens: *Consonat autem huic Beatissimo Papæ Leoni sanctus, & facundissimus in decretis suis Papa Gelasius, ita inquiens. &c.* fuit itaque facundissimus homo, & Pontifex Gelasius Papa.

Generaliter quod dicitur, generaliter exaudiendum erit. Nam generalitas omnes comprehendit, nihilque secludit. ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis in *can. si Romanorum Pontificum decreto. 1. §. ne quid verò sit, quod prætermissum à nobis. distinct. 19.* verba sunt Nicolai: *Dicendo verò (omnia decretalia constituta) nullũ de decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo (omniũm decessorum nostrorum) nullum Põtificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit, cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri: vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari.* ita Nicolaus Papa. vbi *Gloss.* verbo *dicendo.* sequitur: argumentatur, quod *verbo generali omnia debent comprehendi. vt hic.* Similiter ex Gregorio in Euangelio, homilia 4. in *can. sunt non nulli. 1. 14. 1. q. 1.* super verbis illis *(Psalmi 33.) Qui excutit manus suas ab omni munere.* sequentibus inferens: *Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solum omnem pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.* vbi *Gloss.* verbo *ab omni.* & ipsa deducit: *Vt omnia particularia, & singularia comprehenderet.* Nec dissimiliter Vrbanus II Proposito Ecclesiæ Sancti Iuuentij apud Ticinum in *can. saluator prædicit in Euangelio 8. §. sed & Beatus prædecessor noster Paschalis. 1. q. 3.* inferens in fine ex Augustino: *Attende superius Augustinum, non determinantem locum emptionis, & venditionis præpositorum, sed tantum indefinitè dicentem: (Circuit aliquis emere columbam; vnusquisque præpositum suum laudat, quod vendit) non adiiciens in templo, vel extra templum* vbi *Gloss.* verbo *indefinitè.* infert: *nota ex indefinita colligi vniuersalem.* Itaque ex Hieronymo in *can. putant quidam 2. 14. q. 3.* qui sequentibus fatur: *Putant quidam vsuram tantum esse in pecunia. Quod præuidens scriptura diuina, omnis rei aufert superabundantiam, vt plus non recipias, quàm dedisti.* Nec diuersimode Augustinus in *can. adhuc instant perfidi 32. §. Et quod omnibus promisit indulgentiam. de pœnitentia distinct. 3.* super verbis illis Matthæi. 10. *(Qui me confessus fuerit coram hominibus.)* id est omnis quantumcumque, & quotiescumque peccator, cuiuscumque ordinis, etiam si fuerit sacerdos &c. eiusdemque sensus Innocentius Tertius *Illustrissimo* Constantinopolitano *Imperatori* in *cap. solitæ benignitatis affectu 6. §. nobis autem in beato Petro de maioritate, & obedientia.* super verbis Matthæi 16. *Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælis &c. nihil excipiens, qui dixit, quodcumque &c.* vbi *Gloss.* verbo *quodcumque.* & ipsa commentum agit: *Qui dicit omnia, nihil excipit.* Generalis ergo propositio generaliter exaudienda erit. argumento etiam petito ex Paulo lib. 71. ad Edictum in *l. procurator, cui generaliter 58. ff. de procuratoribus, & defensoribus.* Nam procurator generaliter cum libera, omnia potest. & ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. à procuratore dolum, & omnem culpam 13. C. mandati, vel contra.* ibique *Gloss.* verbo *omnem culpam.* diximus *respons.* nostra 15. *nu. 42. parte 5.* Augustinus in *can. vt ostenderet Apostolus 133. de consecratione dist. 4.* illis verbis: *Nullo enim excepto dictum est &c.* & sequitur *Gloss.* in *cap. quoniam nemini licet. 2. in fine* verbo *generali præcepto. de coniugio leprosorum.* vbi etiam reprimit; *Nisi constet contrahentem, vel testatorem aliter intellexisse de quibusdam. vel nisi sensus non patiatur.*

Generale pactum est societatis humanæ, obedire regibus suis; quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ ad ea, quæ iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus. Augustinus lib. 3. confessionum cap. 8. in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia 2. in fine distinct. 8.* vbi *Gloss.* illud: Generale pactum. *generalis Lex.* explicat.

Generi per speciem derogatur. Quia generis Laxitudo, amplitudo, siue potentialitas, vt philosophi loquuntur, per speciem comprimitur, temperatur, atque restringitur. animal scilicet genus, per hominem, Equum, Leonem, & alias species temperatur, atque comprimitur. ex Bonifacio Octauo in *regula generi per speciem derogatur 34. de regul. Iuris in 6.* deducitur ex Cœlestino Tertio in *cap. studuisti à nobis quærere 2. de officio legati.* dicente illo: *Respondemus, quod cùm mandatum speciale derogat generali &c.* dixit Pomponius lib. 34. Quæstionum in *l. in toto iure 81. ff de regulis Iuris.* sequentibus inferens: *In toto Iure generi per speciem derogatur: & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.* plura deducit *Barbosa axiomate 107. num. 1.* & nos *respons.* nostra 15. *num. 43. part. 5.* & *num. 44.* vbi dilatamus, in materia præsertim odiosa. ex Bonifacio Octauo in *regula. Quæ à iure communi exorbitant, non sunt ad consequentiam trahenda 28. de regulis Iuris in 6.* & *num. 45.*

Genus species omnes sub se complectitur, & de omni specie prædicatur, ex *Aristotele 1. Topicorum* 4. ex nostratibus. ex Venuleio lib. 6. stipulationum in *l. si duo, pluresue tutores 52. in fine ff. de administratione, & periculo tutorũ, vel curatorum, qui gesserunt, vel non, & de agentibus, vel conueniendis, vno, vel pluribus.* il-

lis

lis verbis: *Quantum enim facit in totum denegata, tantūdem valet, si in ea re, de qua agitur, denegata sit*. Quia videlicet genus species omnes sub se complectitur. concinit Anastasius Cęsar in *l. omnes nocendi quibuslibet modis artes.4. in principio C. de præscriptione 30. vel 40. annorum.* illis verbis : *omnes &c. tamquam si per hanc legem specialiter, ac nominatim fuissent enumeratæ.* Gratianus in *summa distinct.1.* deferens locum Euangelii Matthæi 7. *omnia quęcumque vultis, vt faciant vobis homines, & vos facite illis.* & *ibidem* Isidorus. *can. omnes leges.1.* sequitur *Barbosa axiomate 107. num. 29.* nos *respons.* nostra 106. *nu.43. part.5.*

Generalium est scientia. vnde à Generalibus est inchoandum, vt ad scientiam peruenire valeamus. vt 1. *phisicorum* habetur. & à Generalibus ad particularia descendere iubet Plato, apud Porphirium in suis vniuersalibus. Cum tota scientia virtute contineatur in principiis, & subiectū sciētię sint principia. ex *S. Thoma 1. parte q.1. art.7. in corpore. Frater Bernardinus de Busto tom.3.2. partis. sermone 4. de natiuitate Beatę Virginis parte 2. in fine fol.161.* Principia vero rebus generalibus continentur.

Generale Concilium legitime congregatum errare non potest in his, quę sunt ad fidem, quia Spiritū sanctum habet, quo ductore errare non potest. Ita *actuum* 15. 28. Apostoli in primo Concilio Congregati: *visum est Spiritui sancto, & nobis.* rescripserunt. ita quoque cum aliquid determinat, an sit peccatum, nec ne. ex Gelasio Papa ad Episcopos Dardaniæ in *can. maiores nostri diuina inspiratione cernentes.2.24.q.1.* Vnde, quod bené semel constitutum est, nulla debet iteratione retractari. ex Nicolao Papa ad Carolum Regem in *can. quod bené semel definitum est 6.6.q.4.* Quia quod definitum est, non debet violari. ex Gregorio Virgilio Arelatensi Episcopo in *can. cùm piæ desiderium voluntatis 9. in fine 25. q.1.* & deducit *gloss.* in *d. can. maiores nostri 2.* verbo *non fiuerent.24.q.1.* & decreuit Imperator Martianus in *l. nemo clericus, vel militaris 4. C. de summa Trinitate, & fide catholica, & vt nemo de ea publicè contendere audeat.* prohibens, ne de iis, quę in sacris Conciliis definita sunt, disputare quis audeat, siue Clericus, siue quiuis alius fuerit. videndus *Villadiego de hęreticis q.7. tom.4. tractatuum. Nauar. in cap. si fæneraueris 14.q.3. de vsuris num. 60. vers. secundo quod &c.* amplians, etiam si acta illius Concilii recepta non essent, inquantum ad declarationem legum humanarum: siquidem non ob id, quod non suscipiantur, desinunt esse vera, nec obligare quoad declarationes legum diuinarum. vide *Henriquez in summa lib.6. cap.5.§.9. littera* V.

Generatio duplex, carnalis, & spiritualis; illa per carnem, hęc fit per spiritum. illa per ancillas, hæc fit per spiritum: Eiice ancillam & filium eius. dictum est de illa *Genesis* 21. de ista: Ego sum Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob. *Exodi* 3. Augustinus super Ioannem tract.11. in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham.1.32.q.4.* vnius tamen populi societate continentur. & frumentum cum palea mistum est. & in Ecclesia boni cum malis mixti. Mater nostra est Ecclesia, quæ nos in baptismate regenerauit. vt *Gloss.* ibidem verbo *societate* perpendit. ex eodē Augustino de baptismo paruulorum in *can. regenerante autem carne 126. de consecratione distinct.4.* & melius lib.1. de baptismo in *can. sicut in sacramentis veteris testamenti 151. eadem de consecrat dist.4.*

Generatione carnali quandoque de bonis nascuntur mali, & ex malis boni. sic ex Augustino in *can. recurrat nunc animus vester 2. paulo post principium 32.q.4.* qui sequentibus fatur: *In omnibus enim Christianis (fratres intendite) aut per malos nascuntur boni, aut per bonos mali, aut per bonos, boni, aut per malos mali. Ampliùs istis quatuor generationibus non potestis inueniri.* idē Augustinus in *can. quantumlibet vigilet disciplina domus meæ 9. dist.47.* sic rem hanc cōplectitur: *Nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quā arca Noe; vbi tamē inter octo homines vnus reprobus inuentus est; aut melior sit, quàm domus Abrahę, vbi dictum est: Eiice ancillam, & filium eius: aut melior sit, quàm domus Isaac, cui de duobus genitis dictum est: Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Nec dissimiliter Hieronymus ad Pammachium contra errores Ioannis Hierusolymitani in *can. nasci de adulterio 5. distinct.56.* dicens, & rationem reddens: *Quomodo in seminibus, non peccat terra, quę fouet; non semen quod in sulcis iacitur; non humor, & calor, quibus temperata frumentu in germen pullulant; sed, verbi gratia, fur & latro, qui fraude, & vi eripit semina &c.* concludens in fine: *Quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutum.*

Generantis culpa est, non nascentis, quòd ex adulterio quis nascatur. ex Hieronymo ad Pammachium in *can. nasci de adulterio 5. dist. 56.* verba damus Hieronymi: *Nasci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat.* inferens: *Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est enim Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero Virginis ædificauit sibi domum:* & tandem rationem reddit: *Quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutum.* Nam vt Augustinus ait in *can. vndecumque homines nascantur 3. eadem distinct. 56.* verbis sequentibus: *Vndecumque homines nascuntur, si parentum vitia non sectentur, & Deum rectè colant, honesti, & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est, & eo male vtentibus malè erit, non ipsum aliquando malum erit.* eodemque modo Hieronymus in *can. Dominus noster Iesus Christus 8. eadem distinct.56.* in fine concludens: *Ideoque si filii eius sumus: quæ ipse fecit, nos imitari debemus.* Ita quidem, quod multi præsbyterorum filii ad summum Romanum Pontificatum peruenerunt, quos enumerat Damasus Papa in *can. Osius Papa 2. eadem distinct. 56.* & Isai, qui fuit pater Dauid, ex Iuda Patriarcha, qui concubuit cum Thamar nuru sua

originem traxit, & ex progenie Dauid Dominus noster. vt perpendit Hieronymus d. can. *Dominus noster Iesus Christus.*

Generationis peruersę successio non nisi ad quartam generationem purgatur. ex Ambrosio in can. *cito turpem sequitur lepra mercedem*. 16. 5. q. 1. verba sunt Ambrosii: *Denique Moabitæ, & cæteri non intrabunt Ecclesiam vsque ad tertiam, & quartam generationem; tamdiù videlicet (vt simpliciùs interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis successio generationis aboleret.* ibique glos. verbo *Moabitæ.*

Generatione spirituali, siue regeneratione, quę fit per baptismum, omnia peccata delentur, nam non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum. ex Augustino in can. *regenerante autem carne* 136. de consecrat. distinct. 4. vbi glos. verbo *originalium* sic notat: *Quod licet baptismus ad delendum originale peccatum fuit institutus: delet tamen etiam actualia cum originali.*

Generatio spiritualis baptismo Ioannis non fiebat. dicente Augustino in can. *non regenerabantur* 135. de consecrat. distinct. 4. qui sic loquitur: *Non regenerabantur, qui baptismo Ioannis baptizabantur: Sed quodam precursorio illius ministerio, qui dicebat:* (Parate viam Domini) *huic vni, in quo solo, renasci poterant, parabantur.* vbi glos. verbo *non regenerabantur.* rationem reddit: *Quia non fiebat remissio peccatorum.* Nam Christi solus Baptismus est, nō in aqua tantum, sicut fuit Ioannis, verum etiam in Spiritu sancto, vt de illo spiritu regeneretur quisquis in Christum credit. vt idem Augustinus ibidem subnectit.

Genus humanum consistere non posset, nisi quidam essent maiores, & alii minores, sicut est in Angelis. verba sunt glos. in can. *de Constantinopolitana Ecclesia* 4. in fine verbo *humilitatis* in fine distinct. 22. & dixerant Gregorius Primus, & Bonifacius II. summi Romani Pontifices in can. *ad hoc dispensationis diuinę prouisio* 7. sine finali distinct. 89. *Nam in hoc vera concordia fit.* subdentes: *Neque enim Vniuersitas alia poterat ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentię ordo seruaret.* deducit ibidem glos. verbo *& potiores.* sequentibus verba faciens: *Hoc erit vsque in diem Iudicii tantum. Dicit enim Apostolus: Dum mundus iste durabit, homines pręerunt hominibus, dæmones dæmonibus, Angeli Angelis. Cum autem Deus erit omnia in omnibus, cessabit omnis prelatio, non tamen ordo, vel maioritas; aliquis enim maior erit alio. Nam in domo Patris mei &c.* de pænitent. dist. 4. in domo. *Sed non pręerit ei. & hac diuersitas ordinum propter maiorē concordiā est statuta.* Ex Leone Papa ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem in can. *licet non vnmquam accidant* 6. distinct. 45. docens ex superbia oriri distinctionem: *Dum dominari magis, quàm consulere subditis quęrunt, placet honor, inflat superbia, & quod prouisum est ad concordiam, tendit ad noxam.*

Gentiles ipsi, si quid diuinum, & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbarunt Sancti nostri; Quamuis illi per suas superstitiones, & idololatriam, & superbiam, cęterosque perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur diuino iudicio puniendi. ita Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 6. cap. 44. à Gratiano relatus in can. *non nc sodomitæ* 37. in fine 1. q. 1. ex quo loco Gloss. verbo *& rectum.* argumentū extrahit: *Propter personæ detestationem non reprobari dicta illius.* ex eodem Augustino contra Faustum Manichæum in can. *si quid veri de Deo Sybilla, vel Orpheus* 13. distinct. 37. Nam, quod illi dixerunt, *valet ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam.* vbi gloss. verbo *valet quidem.* adnotat: *Esse argumentandum ab exemplis paganorum, & in dubiis ad ea recurrendum.* ita argumentatus fuit Grégorius Ianuario Episcopo Sardinię scribens in can. *questa est nobis Nereida fœmina* 12. 13. q. 2. argumentum inferens, atque consequentiam ex facto pagani deducens: *Si ergo tantæ considerationis paganus vir fuit; quanto magis nos, qui Sacerdotes dicimur, hoc facere non debemus?*

Genua in oratione non flectimus per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsque ad Pentecosten; sed recto vultu ad Dominū fungimur orationis officio: *Quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.* ex Concilio Martini Papę in can. *si quis presbyter* 17. fine finali distinct. 30. & dixit quoque Ambrosius in can. *scire debet sanctitas vestra* 8. distinct. 76. rationem referens: *Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festiuitas. ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus. Resurrectio enim Dominica est.* & ex Concilio Niceno prohibitū fuit istis diebus ad orationem genua flectere in can. *quoniam sunt in die Domica quidam* 10 de consecratione dist. 3.

Genua tamen flectere debemus diebus ieiuniorum. ex Concilio Carthaginense Quarto in can. *sacerdos pænitentiam imploranti* 6. 26. q. 7. dicente Concilio: *Omni autem tempore ieiunii manus pęnitentibus à sacerdotibus imponantur. Diebus autem remissionis pęnitentes genua flectant.*

Gestus corporis qualitatem indicat mentis. *Incompositio enim corporis* (vt Augustinus ait) *inęqualitatem indicat mentis.* vnde mandauit Concilium Carthaginense Quartum in can. *Clericus professionem suam* 8. qui est finalis dist. 41. vt *Clericus professionem suam & habitu, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.* ibique Gratianus §. *sicut ergo in cibis.* merito ex Concilio Gangrensi in can. *parsimoniam* 5. eadem dist. 41. Parsimonia cum veste humili non improbatur. sicut *Dissolutos,* (intulit) *& fractos in vestibus incessus non recipimus.* Gestus equidem huiusmodi dissoluti lasciuiam indicant, sicut gressus citus, & fractus superbiam demonstrat. vti Gratianus eodem § *sicut ergo in cibis.* ex Salustio de Catilina refert dictum: *Citus modo, & modò tardus incessus.* dicens etiam: *In incessu autem debet esse Sacerdos ornatus, vt grauitate*

iti-

*itineris mentis maturitatem ostendat.*

Gibbus est, quem terrenę solicitudinis pondus deprimit, ne vnquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat. qui & si quando aliquid ex bono patriæ cœlestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem non attollit: Quia cogitationis statum erigere non valet, quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Gregorius in Pastorali part. 1. cap. 11. relatus *can. hinc etenim.* 1. §. *gibus verò est. dist.* 49.

Gladium Ecclesia duplicem habet, spiritualē & temporalem. ad verba illa Apostolorum *Lucæ* 22. 38. Domino respondentium: *At illi dixerunt: Domine ecce duo gladii hic. At ille dixit eis: satis est.* vtrumque vibrat, cum necessariū fuerit. Nicolaum Papam Episcopis Galliæ scribentem in *can. auctoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum* 2. *in fine* 15. q. 6. dicentem excipe: *Quin etiam præfato Fratri nostro, filiisque Treuerensis Ecclesię, illiusque defensoribus hæc in mandatis damus; vt spirituali simul, & materiali gladio tandiù malignos illos, eorumque fautores insequantur, quo vsque cum integritate possessiones, vel quęcumque res Ecclesiasticę hoc facto, vel quocumque pacto distractæ, seu direptę sunt, reuocentur.* vbi *gloss.* verbo *materiali.* duo educit argumenta. *Quod Iudex Ecclesiasticus bene potest indicere bellum, & in bello insequi hostes.* deinde: *quod Iudex Ecclesiasticus potest præcipere Iudici seculari, vt puniat maleficos.* & deducit Gratianus in *summa* 23. q. 8. in fine tamen affert illud Ambrosii: Arma Episcopi lachrimæ sunt, & orationes. & refert ipse in *can. non pila quærunt ferrea* 3. *eadem* 23. q. 8. verba sunt Ambrosii: *Coactus, repugnare non noui: sed dolor, fletus, orationes, lacrimæ fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim munimenta sunt Sacerdotis.*

Gladiū Christus mittere venisse dicitur (*Matthæi* 10. 34.) dicens ipse *Non veni pacem mittere, sed gladium.* quod sane non de materiali exauditur gladio, sed spirituali. sequitur namque: *Veni enim separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: & inimici hominis domestici eius.* Spirituali scilicet gladio, per discordiam, & separationem à malis. & ita Gratianus in *can. interfectores suarum coniugum.* 5. qui est Nicolai Papę Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo scribentis. §. *in hoc capite videtur Nicolaus.* 23. *quæst.* 2. verba sunt Gratiani: *Sed Ecclesiastica disciplina spirituali gladio, non materiali criminosos feriri iubet: illo videlicet gladio, quo Petrus* (Actuum 10.) *iubetur mactare, & manducare. De quo etiam Christus ait in Euangelio: Non veni pacem mittere in terram, sed gladium.* Id est discordiam, & separationem à malis. id est charitatem, quę separat vitia. vt *gloss.* ibidem verbo *sed Gladium.* commentum agit. & ita Ecclesia

Gladium non habet, nisi spiritualem: non occidit, sed viuificat. vt idem Nicolaus Albino Archiepiscopo respondit in *can. inter hęc sanctitas vestra* 6. *in fine eadem* 33. q. 2. & ita quoque Ambrosius in *can. si Petrus volens percussit aurem* 17. *circa finem* 24. q. 1. dicens de Petro: Tollit *aurem male audientis; tollit autem gladio spirituali aurem interiorem malè intelligentis.* Nec diuersimode Ioannes Papa Isaac Syracusano Episcopo scribens in *can. visis litteris charitatis vestræ.* 1. *in finalibus verbis* 16. q. 2. loquutus fuit, dicens: *Si contra sacerdotiū agere præsumpserint, mulctentur, & felici mucrone Episcopi sacerdotum piacula resecentur.* gladio videlicet spirituali, non vero materiali mucrone.

Gladius materialis Prælatis Ecclesię prohibetur, & se armis defendere materialibus, sed magis per patientiam vincant iniquitatem persequentium. Gladio autem vtantur verbi Dei. Gratianus in *summa* 23. q. 1. possunt tamen Prælati Ecclesiæ auctoritate Papæ, eiusque mandato res Ecclesiæ materiali gladio defendere. ex Nicolao Papa Episcopis Galliæ in *can. auctoritatem venerabilium prędecessorum nostrorum.* 2. *in fine* 15. q. 6. illis verbis. *Vt spirituali simul, & materiali gladio, tandiù malignos illos, eorumque fauctores insequantur, quousq; cum integritate possessiones, vel quęcumque res Ecclesię, hoc facto, vel quocumque pacto distractę, seu direptæ sunt, reuocentur.* ex quo loco *glos.* verbo materiali. argumentum elicit: *Quod Iudex Ecclesiasticus bene potest indicere bellum, & in bello sequi hostes.* vt fecit Leo IV. Ludouico Augusto scribens aduersus saracenos in *can. igitur cùm sæpè aduersa à saracenorum partibus* 7. 23. q. 8.

Gladium ille pessimè accipit, qui nulla superiori, ac legitima potestate, vel iubente, vel concedente, in sanguinem alicuius armatur. ex Augustino in illud Euangelii: *Qui gladio vsus fuerit, gladio cadet.* contra Faustum, & Manichęum in *can. ille gladium accipit* 36. 23. q. 4. rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *potestate.* dicens: *Nam potestas gladij tantum à Principe habetur.* ex eodem Augustino in *can. militare non est delictum.* 5. 23. q. 1. & ex Isidoro in *can. iustum est bellum* 1. 23 q. 2. ibique *glos.* 1. dicens: *illud bellum est iustum, quod fit ex pręcepto principis de rebus repetendis, vel propter iniuriam repellendam.* ex eiusdem Isidori verbis ibidem.

Gladium non sine causa ministri, & potestates seculares portant, sed vt vltores irę Dei in his, qui malum operantur. ex Hieronymo in *can. non solum homines ministri sunt.* 27. 23. q. 5. & ibidem Haymo super epistolam ad *Romanos* in *can. sunt quædam enormia flagitia* 39. in fine concludens: *Sunt enim maximè constituti propter Latrones, homicidas, raptores; vt & illos damnent, & alios suo timore compescant.* & dixit Innocentius papa ad Exuperium Episcopum Tholosanum in *can. quęsitum est etiam super his.* 45. 23. q. 4. verba sunt Innocentij: *Meminerant enim à Deo potestates has fuisse cōcessas, & propter vindictam noxiorum gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum, vindicem in huiusmodi datum.* Peccat proinde minister secularis cum gladium non exercet in pessimos. ex Ambrosio in *can. est iniusta misericor-*

*ricordia* 33.23.*q*.4. rationem in fine inferens: *Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.*

Gladii duo potestatis Ecclesiasticæ, & secularis, sibi inuicem adiumento esse debent. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *capit. dilecto filio Decano Aurelianen* & in fine *de sententia excommunicationis in* 6. qui sequentibus decernit: *Sicque vtrumque quodammodo gladium, & temporalem, & Ecclesiasticum, alterum videlicet altero adiuuare: maximè quia hi duo gladii coniunxerunt exigente necessitate sibi ad inuicem suffragari, & in iuuamen alterius subuentione mutua frequentius exerceri*. ita Innocentius. ibique *Gloss*. verbo *suffragari*. ex Augustino ad Macedonium in *can. prodesse, & seueritas vestra* 4.23.*q*.5. Quia nimirum, ex Paulo Apostolo, potestates seculares, & ipsæ ad dispensationem diuinę prouidentiæ pertinent. inferens: *Quia & plectendo, & ignoscendo hoc solùm bene agitur, vt vita hominum corrigatur*. sequitur *Bellencinus de charitatiuo subsidio q.* 56.*num*.4.*tom*.15.*tractatuum*.

Gloria patris est filius sapiens. (*Prouerbiorum* 10.1.) quo loco Salomon *Filius sapiēs lætificat patrem: filius verò stultus mæstia est matris suæ*. & 13.1. *Filius sapiens doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cùm arguitur*. Priori dicto vsus fuit Hieronymus ad Nepotianum epistola 2. relatus in *can. esto subiectus pontifici tuo* 7. *in fine distinct*. 95. docens, quod Episcopus gloriari debet de suis presbyteris, qui sapientes fuerint, dicens, *Gloria patris est filius sapiens. Gaudeat Episcopus iudicio suo, cùm tales Christo elegerit sacerdotes*.

Gloria Episcopi est pauperum inopię prouidere: ignominia Sacerdotis est propriis studere diuitiis. Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. gloria episcopi est* 71.12.*q*.2.

Gloria Episcopi, & sacerdotis est prædicare Christum, & hunc crucifixum propter Gloriam Dei, & animarum salutem, non propter propriam vtilitatem, vel inanem gloriam. ex Prospero in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est* 9. §. *de talibus dicere videtur Apostolus*.1.*q*.2. Exagerans namque quid sit de Euangelio viuere: dicit: *nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitæ percipere. Apostolus tamen, qui sic Euangelium prædicauit, vt nec de Euangelio viueret; sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter loquitur*. (1. *ad Corinthios* 9.) Ego autem nullo horum vsus sum. *Et quare hoc dixerit, secutus aperuit, dicens*: (*Expedit mihi mori magis, quàm, vt gloriam meam quis euacuet.*) *Euacuari dicit gloriam suam si ab eis, quibus prædicabat, voluisset accipere vitę temporalis expensam. Nolebat quippe in præsēti laboris sui fructum, sed in futuro recipere*. ita Prosper. & *gloss*. ibidem verbo. *Gloriam*. inferens, commeotum ageos: *Quam habeo apud Deum de hoc, quod non accipio; vel si acciperem cum scandalo, vel vltra, quam deberem; vel si prædicarem eo obtentu, vt acciperem sic Glossa*.

Gloria Regis est in lata gente; in diminutione plebis contritio Principis. Gratianus in *can. Ecclesia, quę pactione consecrata fuerit* 11. *circa finem* §. *Item Dauid populum*.1.*q*.4. de Dauid verba faciens, qui numerauit populum, atque sequentibus dicens: *Item Dauid populum numerauit*: (2. Regum vltimo) *quo peccato gladius Domini deseuit in populum. Sed in lata gente gloria regis est, in diminutione plebis contritio Principis. Qui ergo de numerositate suæ gentis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est*. Rationē reddit *gloss*. ibidem verbo *in diminutione*. argumentum extrahens: *Quod in eo punitur quis, in quo peccauit*.

Gloriari de laudibus luporum, nihil illo Pastore peius. Anacletus Papa Episcopis omnibus. in *can. nihil illo est pastore miserius*.6.*dist*. 83. sic enim Anacletus: *Nihil illo est Pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hoc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere lupis, & gregibus ouium potest*. Quinimo quandoque hoc operatur diabolus, vt oues pastores vituperent, vt illi ab obiurgationibus cesseot, ipsi vero oues diripiant. ex Gregorio in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum* 11. ibique Gratianus §. *verum hoc auctoritate*.6.*q*.1. inferens in fine: *Peius malum fore non existimo, quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus*.

Gloriatio superba in bonis factis mala, melior tamen in malis factis confessio humilis. Calixtus Papa ad Benedictum Episcopum in *can. iniustum iudicium* 89. *in fine* 12.*q*.3. verba sunt Calixti: *Melior est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio*.

Gradus est, vt de minori ad maius quisque promoueatur. ex Hieronymo in *can. legimus in Esaia*.24. §. *finali in fine distinct*. 93. dicente: *Qui prouehitur de minori ad maius prouehitur*. Quia gradatim prouehitur. vt *gloss*. ibidem verbo *de minori* commentum agit. Ex dispensatione quippe diuina gestum est, gradus diuersos, & ordines esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret, & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. vti Gregorius loquitur Papa in *can. ad hoc dispensationis diuinę prouisio* 7. *distinct*. 89. minores equidem gradus, & ordines maioribus reuerentiam debent, vt statutum fuit in Synodo Romana S. Siluestri in *can. à subdiacono vsque ad lectores* 5. *distinct*. 93.

Gradus singulis ordinum certis sunt temporibus conferendi. vti Zozimus Papa ad Isychium scribens decreuit in *can. in singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda* 2. *distinct*. 77. & ita per totam distinctionem illam. Et in singulis ordinibus ætas determinata est obseruanda. & decreuit sacrosancta Tridentina synodus *sessione* 23. *cap*. 12. *nullus in posterum de reformatione*. ad Gradum autem diaconatus, et supra, nemo promouebatur, nisi præeunte continentia fuisset approbatus. ex Syricio Papa ad Hymerium Tarraconensem Episco-

piscopum in *can. quicumque itaque* 3. *eadem distinct.* 77. nam subdiaconus vnica vxore contentus esse poterat. sed ex Sacrosancta Tridentina Synodo eadem *sessione* 23. *cap.* 13. subdiaconi, & diaconi ij ordinari possunt, qui spetent, Deo auctore, se continere posse.

Gradus seruari debet in promouendis sacerdotibus, vt ab inferiori gradu gradatim ad superiora ascendatur, ad summum quoque sacerdotium, qui Episcopatus dicitur. contrarium facientes, & ordinator caret potestate conferendi ordinem illum, quem nō gradatim contulit, & ordinatus quoque suspensus est. Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis* e. *cum aliis sequentibus distinct.* 59. Sacrum Tridentinum *sessione* 23. *cap.* 8. *de reformat.*

Gradus altior non est in consideratione apud Deum, sed melioris vitæ actio comprobatur. ex Gregorio Gennadio Patritio, & Exarcho Africæ in *can. sicut Excellentiam vestram* 48. *post medium* 23. *quæst.* 4. Rationem reddit Gregorius: *Quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprabatur.* Nam vt idem docet Gregorius ad Anastasium presbyterum in *can. non loca, vel ordines* 4. *dist.* 40. qui sequentibus fatur: *Non loca, vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt: sed eos nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.*

Gradus inter peccata quinque dantur, nam gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, consensione, & tres peccati sūt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine. vnde tres suscitauit Christus mortuos. ex Augustino in *can. sicut tribus gradibus* 21. & Gregorio in *can. sciendum quippe est, quod peccatum* 22. *de pœnitentia distinct.* 2. & *gloss.* in *d. can. sicut tribus.* 21. verbo *tamquam.* carmina refert.

*Tumba, puella, puer, Lazarus ista notant.*
*Hanc verbo: hunc motu: lacrimando suscitat illum.*
*Christus, & in medico nascitur æger homo.*

Gradus in virtutibus dantur. ex Gregorio super Ezecchielem in *can. cum sanctam Ecclesiā Dominus suscipit* 15. *de pœnitentia dist.* 2. verba damus Gregorii post principium: *Si quidem gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista nō diceret* (psalmo 83.) Ambulabunt de virtute in virtutem.) *Nec mirū si de virtute in virtutē gradus sint; quando vna quæque virtus quasi quibusdam gradibus agitur, & sic per incrementa meritorū ad summa perducitur.* multa deducit *gloss.* ibidem verbo sunt itaque gradus in §. antecedenti Gratiani *hæc, qua de charitate. in fine.* dicit enim ipse Gratianus: *Sunt itaque gradus non solum inter virtutem, & virtutem, sed in eadem virtute.* & refert Gregorium *d. can. cum sanctam Ecclesiam.*

Gradus dantur consanguinitatis, & affinitatis, in quibus inter coniunctos matrimonia cōtrahere prohibitum est. & olim vsque ad septimum gradum matrimonia prohibebantur. ex Concilio Meldensi in *can. de affinitate consanguinitatis* 1. *cum sequentibus* 35. *q.* 2. & 3. multa statuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 24. *de reformatione matrimonii*, & *cap.* 2. & *sequentibus.* hodie quintum gradum non excedit. ex Gregorio IX. in *cap. vir, qui à stipite* 9. *siue finali de consanguinitate, & affinitate.* quin ipse quintus gradus non impedit matrimonium.

Grāmaticā nosse, vel dialecticā, vt rationē rectē loquendi habeat quis, & inter falsa, & vera diiudicet, non improbamus. dixit Hieronymus in Epistolam ad Titum relatus *can. si quis artem grammaticam nouerit* 10. *distinct.* 37. inferens in fine: *Grammaticorum autem doctrina etiam potest proficere ad vitam; dum fuerit ad meliores vsus assumpta.*

Grammaticam verò, & quæ ad illam spectant, relicto Euangelio populis exponere, Episcopo, seu Prælato abominabile est. vti Gregorius Desiderio Episcopo exprobrauit in *can. cum multa vobis bona* 5. *dist.* 86. non tamen improbatur ex secularibus litteris ea noscere, quę vtilia sunt, & ad profectum sacræ doctrinæ iuuamen tribuere valent. ex Beda in *can. turbat acumen legentium* 8. *dist.* 37. ibique Gratianus *g. cur ergo legi prohibentur.*

Grammaticam autem nescientes Ecclesiastici, non ita improbandi sunt, si in aliquem grammaticæ errorem legendo inciderint, vt eos laici despiciant: Quia morum vitia magis, quàm verborum sunt præcauenda. vti Gratianus dixit in *can. quamuis errare* 11. qui est Augustini: §. *sed licet per ignorātiam grāmaticę. dist.* 38. Non, quia ista minimè corrigenda sunt: sed quia pie toleranda sunt ab eis, quę didicerunt, vt sono in foro, sic voto in Ecclesia benedici. vt Augustinus libro de catechizandis rudibus in *can. sedulò monendi sunt scholastici* 12. *eadem distinct.* 38. dicit, inferens: *Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum.* vnde dicebat Gregorius ad Leandrum Episcopum Hispalensem in præfatione moralium scribens: *Indignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati.* relatus à Gratiano in *can. indignum vehementer existimo* 13. *eadem. distinct.* 38. nec dissimiliter Hieronymus in *can. Marcion, & Basilides* 64. 1. *q.* 1. Rationem reddens: *Nec putemus in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in superficie, sed in medulla: non in sermonum foliis, sed in radice rationis.*

Grammaticę error in prolatione sacramentorum, modo intentio recta sit, neque errorem introducere gestit, etiam si ex ignorantia grammaticæ hoc accidat, non vitiat sacramentum, neque etiam Baptisma. vt, de quodā sacerdote, qui latinam linguam penitus ignorabat, & dum baptizabat, dicebat, Baptizo te in nomine Patria, & Filia, & Spiritu sancta; quod non propterea baptismus reiterandus fuerit. Bonifacio Episcopo respondit Zaccharias Papa in *can. retulerunt nuntii.* 86. *de consecratione distinct.* 4.

Grandis culpa, si sciente te fidelis egeat; si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ęrumnam perpeti: quę præsertim egere erubescat,

ſcat: ſi in cauſa ceciderit, aut captiuitatis ſuorum, aut calumnię, & non adiuues: ſi ſit in carcere, & pœnis; & ſuppliciis propter debitum aliquod iuſtus excrucietur. (Nam ſi omnibus debeatur miſericordia, tamen iuſto amplius.) Si tempore afflictionis ſuę nihil à te impetret. Si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri, non eſt leue peccatum. ita Ambroſius lib. 1. de officiis in *can. non ſatis eſt benè velle* 14. *diſt.* 86.

Gratus quiſque benefacienti debet eſſe. ex Concilio Lateranen in *cap. cum in officiis charitatis* 7. *in principio de teſtamentis.* rationem reddens: Quia illis tenemur obnoxii à quibus beneficium nos cognoſcimus recepiſſe. Nec ab hac deflexit ſententia Vlpianus lib. 6. ad Edictum *in l. ſi non ſortem quis, ſed vſuras* 26. *§. libertus cum ſe putaret. ff. de conditione indebiti*. in ratione, quam reddit: *Natura enim, operas patrono libertus debet.* eiuſdemque ſententię eſt S. Doctor *Thomas* Aquinas 2. 2. *q.* 78. *art.* 2. *ad* 2. & *Nauar. conſ.* 15. *nu.* 3. *in fine lib.* 5. *de ſimonia*.

Gratis quod accepimus, gratis etiam dare mãdamur. *Matthæi* 11. 8. Domino mandante diſcipulis: *Gratis accepiſtis, gratis date*. deduxitq; Gelaſius Papa ad Epiſcopos per Lucaniam ſcribens in *can. baptizandis, conſignandiſque fidelibus* 99. 1. *q.* 1. dicens, atque pręcipiens: *nec illationibus quibuslibet impoſitis exagitare cupiant renaſcentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis dare mandamur. Et ideo nihil à prædictis prorſus exigere moliantur.* idemque ex Concilio Toletano 11. ſtatutum fuit in *can. quid quid inuiſibilis gratiæ conſolatione* 101. *eadem.* 1. *q.* 1. præcipit enim, nihil omnino pro ſacramentorum adminiſtratione recipi, dicente Domino: *Quod gratis accepiſtis gratis date*. niſi voluntarie oblatum quid fuerit. & Gregorius vniuerſis Epiſcopis per Elladem prouinciã conſtitutis. in *can. quibuſdam narrantibus agnoui* 117. *eadem* 1. *q.* 1. de collatione ordinum loquens. Et de ordinibus ſtatuit Sacroſãcta Tridentina Synodus *ſeſſione* 21. *cap.* 1. *de reformatione*. vt *nihil pro collatione quorumcumque ordinum etiam clericalis tonſurę, nec pro litteris, dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, nec pro ſigillo, nec alia quacumque de cauſa, etiam ſponte oblatum Epiſcopi, & alii ordinum collatores, aut eorum miniſtri quouis prætextu accipiant* Sicuti nihil etiam pro beneficiis, vel Eccleſiaſticis officiis diſtribuendis accipere debet: *Dignum eſt enim, vt ſicut gratis Epiſcopatum accepit, ita mẽbra eiuſdem Epiſcopatus gratis diſtribuat.* verba ſunt Gregorii VII. io Synodu in *can. ſi quis Epiſcopus præbendas* 3. 1 *quæſt.* 3. Vt neque pro terræ ſepultura ſit aliquid accipiendum. ex Concilio Triburienſi in *can. in Eccleſiaſtico namque libro ſcriptum eſt.* 14. *in fine* 13. *quæſt.* 2. dicente Concilio rationem: *Gratis accepiſti à Deo gratis da pro eo*. deduximus nos late hanc materiam, num ſepulchra, & cappellę vendi valeant, & negatiuè reſpondimus *reſponſ.* noſtra 26. *part.* 1.

Gratis dare, & gratis datum accipere, differt ab exactum dare, & accipere. Nam multa gratis dantur, gratiſque accipiuntur, & licite, quę nec exigi, nec exacta recipi poſſunt. Exigere namque eſt ab inuito extorquere. vt dixit Gloſſ. in *cap. exigit peruerſorum audacia* 2. qui eſt Gregorii Decimi in generali Concilio Lugdunen verbo *exigere. de cenſibus, exactionibus, & procurationibus in* 6. probat autem ex Vlpiano lib. 2. fideicommiſſorum in *l. fideicommiſſa quocumque ſermone relinqui poſſunt* 11. *§. ſi rem ſuam teſtator alicui legauerit ff. de legatis* 2. illis verbis: *Maximè, quia non ipſe exegerat, ſed debitor vltrò pecuniam obtulerat.* vbi optime *gloſ.* verbo *exegerat.* quæ ſequentibus infert: *Nota ergo exigere; id eſt ab inuito extorquere.* & Gloſſam priorem norabilem, atque notandam exprimit *Nauar. de oratione, & horis canonicis. miſcellaneo* 5. *num.* 22. *verſ. circa hoc ſtatutum dubitant quidam*. ex hoc probans; quòd ſi ſtatutum prohibeat, vt non poſsit petere, neque exigere; non cenſetur prohibitum, ne quis gratis dare poſſit, & ille gratis datum accipere. quia qui ſic accipit, non exigit, quod eſt ab inuito extorquere: *Et aliud eſt gratis dare, & gratis datum accipere; & aliud exactum dare, & exigere.* Nauarrus loquitur. quæ ſane doctrina adnotanda erit.

Gratia Dei maioris eſt potentiæ, quàm natura. ex Ambroſio in *can. re vera mirabile eſt* 69. *§. ſub Eliſeo propheta de conſecratione diſt.* 2. Heliſeus propheta lignum in aqua miſit, & ferrum, quod in aqua merſum fuerat (4. *Regũ* 6.) enatauit. ſubdit Ambroſius; *Vtique & hoc præter naturam factum eſſe cognoſcimus. Grauior eſt enim ferri ſpecies, quàm aquarum liquor. Aduertimus igitur, maioris potentię eſſe Dei gratiam, quàm naturam, & adhuc tamen propheticæ benedictionis numeramus gratiam.*

Gratiã non niſi per ſe ipſũ dat Deus. ex Auguſtino in *can. quomodo exaudit Deus homicidã deprecantẽ* 41. paulò poſt principium. *§. qua propter ſacramentum gratię de conſecratione diſt.* 4. verba ſunt Auguſtini: *Qua propter ſacramentum gratię dat Deus per malos: ipſam verò gratiam non niſi per ſeipſum. & per ſanctos ſuos. Et ideo remiſſionem peccatorum, vel per ſe ipſum facit, vel per illius columbę membra, quibus ait: Si cui dimiſeritis, dimittentur: & ſi cui retinueritis, tenebuntur.* vbi *gloſ.* verbo *per ſanctos.* ſic infert: *Imo per ſe ipſum ſemper, numquam per miniſtrum hominem: Sed neque per ſacramentum, quod bonus miniſtrat, magis, quàm malus. Nam ſemper ſuum effectum habet omne ſacramentum, niſi ſuſcipientis malitia impediatur. Sed forte dicitur per ſanctos dimittere peccata; Quia, quæ prędeſtinata ſunt, ſanctorum pręcibus obtinentur. Vel ſolus Chriſtus dat remiſſionem peccatorum per auctoritatem: bonis dat per adminiſtrantis meritum: malis per miniſterium.* ſic Gloſſa.

Gratia generaliter ſumpta poteſt dici quodcumque donum, quod non debetur ſuſcipienti, ſed voluntate donatur. ex illo Pauli. *Si ex operibus, iam non eſt gratia.* Specialiter gratia, quædam gratum faciens: quædam

vetò

verò dicuntur gratiæ gratis datę. Gratia gratum faciens est, per quam homo ipse Deo cōiungitur, & formaliter fit amicus, & Deo gratus, ac iustificatur. (ad Romanos 3.) *iustificati gratis per gratiam ipsius*. Gratiæ gratis datæ sunt dona illa, quæ non in bonum suscipientis, sed aliorum vtilitatem magis, vt vnus alteri cooperetur, conferuntur à Deo, vt alii ad ipsum reducantur (1. ad Corinthios 12.) *Vnicuique datur manifestatio spiritus ad vtilitatem*. & nihil vetat quin prauis quoque hominibus donentur quandoque huiusmodi gratiæ gratis datę, quæ conceduntur supra naturam, & supra merita personæ. *S. Thomas 1.2. q. 111. art. 1. Couarruuias in cap. alma mater de sententia excomunicat. in 6. §. 4. num. 2. Nauar. in manuali pręlud. 7. num. 2.*

Gratia gratum faciens est donum Dei supernaturale infusum à Deo creaturę rationali, quo est illi ad vitam æternam accepta. ex *S. Thoma 1.2. q. 10. & 11. Nauar. manuali præludio 7. num. 2.* & est maius donum minimum quid gratiæ gratum facientis, quàm omnia naturalia à Deo nobis donata. *S. Thomas. 1. 2. q. 113. art. 9. ad 2. Nauar. manuali præludio 7. num. 22.* et *tractatu de silentio in diuini officiis loco 15. num. 21.* et in *can. noli putare de pœnitentia distinct. 1. num. 3.*

Gratiæ Diuinæ largitate homo peccator mundatur. Prius enim Dominus leprosos mundauit, *(Matth. 8.)* & postea ad sacerdotes misit. Gratianus in *can. conuertimini ad me in toto corde vestro 34. §. hinc etiam, vt Dominus ostenderet de pœnitentia distinct. 1.* verba sunt Gratiani: *Hinc etiam, vt Dominus ostenderet, quod non sacerdotali iudicio, sed largitate diuinæ gratiæ peccator emundatur, Leprosum tangendo mundauit, et postea sacerdoti sacrificiũ ex lege offerre pręcepit Leprosus. n. tangitur, cũ respectu diuinę pietatis mens peccatoris illustrata compungitur*. Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 6. cap. 5. de iustificatione.* in fine dicens: *Vnde in sacris litteris cum dicitur:* Conuertimini ad me, & ego cõuertar ad vos. *Libertatis nostrę admonemur. Cùm respondemus:* Conuerte nos, Domine ad te, & conuertemur: *Dei nos gratia pręueniri, confitemur.* ita sacrosancta synodus.

Gratia sine, gloriam æternam mereri nemo vmquam poterit, vnde nemini dabitur æterna gloria, cui nõ concessa fuerit gratia, quæ Deo gratum facit iuxta illud (Psal. 83.) *Gratiã, & gloriã dabit Dominus*. priùs quidẽ gratiã, postmodũ gloriã. Quia nemo sine gratia meretur vitã æternã. ex illo (ad Roman. 6.) *Gratia Dei vita ęterna. S. Thomas 1. 2. q. 114. art. 2.* & in *1. parte q. 23. art. 5. in fine corporis.* docens: Gloriam ex meritis, merita ex gratia, gratiam ex diuina manare voluntate. sequitur *Nauar. in can si quis positus 2. de pœnitentia distinct. 7. num. 17. & 18.*

Gratiam primam nemo mereri potest. quia datur à Deo. *Gloss.* in *can. conuertimini ad me 34. in Gloss. 1. de pœnitentia distinct. 1.* & sequitur *gloss.* in *can. gratia, quæ per Christum datur 145.* verbo *non petita. de consecrat. dist. 4.* dicens: *nam primã gratiam quis mereri non potest.* ex Concilio Mileuitano in *can. placuit, vt quicumque dixerit 156. siue finali eadem distinct. 4. de consecratione.* & ibidem *Gloss.* verbo *gratiam*. Duplex est enim gratia prima, & secunda. Prima, quæ datur homini, qui erat in peccato, vel non erat Dei amicus. Secunda, quæ datur iam existenti in gratia. augetur enim gratia per additionem noui gradus gratiæ. *Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 2. cap. 16. nu. 8 & 9.*

Gratiam Christus suo nobis pretiosissimo sanguine acquisiuit. ex Stephano Papa V. Hastulpho in *can. admonere te cũ lacrymis. 8. in fine 33. q. 2.* qui exhortans Hastulphum ad pœnitentiam peragendam, sic infert: *Vt per ipsius gratiam, qui eam suo sanguine acquisiuit, solutus, sis in cœlis.*

Gratiæ plenitudo adiectione non indiget. Anacletus Papa in *can. si omnia in hoc seculo vindicanda essent. 7. in fine 6. q. 1.* dicens: *Quoniam gratię plenitudo adiectione non indiget; nec vlla requirit commendationis augumenta.*

Gratia gratis datur, alioquin gratia non est. Leo Papa in *can. gratia 1. 1. q. 1.* cui sic fatur: *Gratia si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est.* Nam non confertur gratia nisi gratis. vt *Gloss.* ibidem verbo *gratia* infert. alioquin merces esset, non gratia. Apostolum excipe ad *Romanos 11. 6.* dicentem, atque docentem: *Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non est gratia.* gratia est igitur, quia gratis datur.

Gratia Dei cum peccato esse non potest. Non potest propterea quis gratiam doni cœlestis accipere, nisi prius purgatus fuerit ab omni sorde peccati. vt Sanctus Chrisostomus docet in homilia de pœnitentia in *can. non potest quis gratiam doni cælestis accipere 41. de pœnitentia distinct. 1.* qui est etiam repetitus in *can. nõ potest quis. 4 de consecratione distinct. 4.*

Gratia Dei omnes æqualiter respicit, & in omnes æqualiter diffunditur, ac sine personarũ acceptione. Nam si dies omnibus æqualiter nascitur: & si sol super omnes pari, & æquali luce diffunditur: quanto magis Christus sol, & dies verus in Ecclesia sua lumen vitę æternę pari æqualitate largitur? Cyprianus verba facit ad Magnum scribens in *can. nec quemquam mouere debet 127. §. spiritus verò sanctus non dimensuratur, sed super credentes totus diffunditur. de consecrat. distinct. 4.* & ita *gloss.* ibidem verbo *ęqualiter*. id est non differenter propter sexum, vel annorum diuersitatem. quia sine acceptione personarum datur.

Gratia nõ loci, nõ ex generis nobilitate, sed virtute cõparatur. Nã homo extra paradisũ creatus fuit, & mulier intra paradisũ, & tamẽ intra paradisũ mulier peccauit. Rationẽ reddit Ambrosius: *Vt aduertas, quod nõ loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat.* in libro de paradiso. relatus *can. illud autem animaduerte 9. distinct. 40.* Quemadmodum neque occulta loca animam sine gratia Dei saluare possunt. *Quid enim paradiso iucundius; quid cælo securius? Et tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit.* Gregorius verba facit in *can. quęlibet oc-*

*culta loca* 10. *eadem distinctione*. 40.

Gratia Dei dat fidem, & ipsa quoque facit, vt Lex impleatur, & vt peccata dimittantur, neque dominentur in nobis. *Nam fides non est liberi arbitrii tantum, sed donum Dei*. Augustinus de gratia & libero arbitrio ad Valentium in *can. gratia, quæ per Christum datur*. 145. *de consecratione distinct*. 4. & sine Gratia mandata Dei adimplere non possumus. ex Concilio Mileuitano in *can. placuit, vt quicumque dixerit* 156. *sine finali de consecrat. distinct*. 4. vbi *glos*. verbo *gratia*. dicens, quod *per liberum arbitrium homo habilem se reddere potest, vt ei Deus gratiam infundat*. Sine vero gratia Dei mandata adimplere haud possumus. vt ibidē.

Gratias agere debemus Deo de beneficiis acceptis, quia ipse cuncta largitur, ita pariter & sacerdotibus eius, atque etiam magistris nostris. Qui autem gratias non egerit, in penuria maledicetur. ex Hieronymo in commentariis Malachie, relato in *can. reuertimini ad me* 63. §. *si quis doctus, & eruditus legem Dei* 36. *q*. 1. verba sunt Hieronimi: *Sed gratias agat primum Deo qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus eius, ac magistris à quibus doctus est. Si enim non egerit gratias; sed sibi scientiam vendicauerit; in penuria maledicetur*. vbi *Gloss*. verbo *à quibus* argumentum infert: *Quod discipuli debent referre gratias magistro, non tantum verbis, sed rebus*.

Gratias agere omnipotenti Deo debemus in aduersitatibus nostris, peccatis nostris deputantes illas. ex Gregorio Constantinę Augustæ in *can. si Episcoporum causę* 6. *sine finali* 21. *q*. 5. vbi *Gloss*. verbo *gratias ago*. ad verba Gregorii: *Omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo*. sic infert: *Non de facto ipsorum; quia ipsi peccant; Sed pro pæna, quam ego substineo. Sicut Iob egit gratias Deo pro sua pæna; non pro persecutione malorum, cum sic dixit: Sit nomen Domini benedictum*. ita Glossa

Gratia anterior posteriori pręfertur. ex Bonifacio VIII. in *cap. si eo tempore, quo tibi* 9. & *cap. duobus super prouisione simili* 14. *de rescriptis in* 6. & *cap. cum, cui canonicatus* 7. *de prabēdis, & dignitatibus in* 6. Nisi aliter de voluntate appareat concedentis Pontificis. *d. cap. duobus*. *Rota apud Coccinum decis*. 350. *num*. 1. Et attenditur data, non autem expeditionis tempus. *Rota apud Card. Seraphinum decis*. 318. *num*. 1. Debet tamen iustificari ipsa temporis prioritas, alioquin non iustificata, non attenditur. *Rota in Fesulana Parochialis* 1. *Iunii* 1644. *coram Otthobono decis*. 142. *num*. 6. *in nouis additis ad Praxim Viuiani de Iure patronatus*.

Gratificatio Ordinarii locum sibi facit, cùm duo æqualiter fuerint per laicos patronos pręsentati, & æquè idonei sint. ex Lucio Tertio Noruicen Episcopo in *cap. cùm autē aduocatus* 24. *de Iure patronatus extrà*. dicente Lucio: *Quis eorum alteri præferatur, iudicio Episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui Ius competit pręsentandi*. vbi *gloss* verbo *Iudicio Episcopi* in fine infert, dicens: *Cum dubitatur quis potior sit in Iure, locus est gratificationi*. & ita etiam gratificationi locus est in paritate vocum. ex Bonifacio Octauo in *cap. duobus super prouisione simili* 14. §. *quod si forsam ambo simul. de rescriptis in* 6. illis verbis: *ex eis alterū, quem voluerint, eligere teneantur*. ibique *gloss*. verbo *voluerint*. quæ consequentiam infert: *Datur ergo eis optio*. sequiturq; ibidem *Probus ad Monachum nu*. 6. Rota in *Baren Iuris patronatus* 27. *Ianuarii* 1645. *coram Pentingero decis*. 141. *num*. 11. & in *Fesulana Parochialis* 1. *Iunii* 1644. *coram Otthobono decis*. 142. *nu*. 5. quę sunt in nouis additis *ad praxim Viuiani de Iure patronatus*. Non tamen locum habet gratificatio, si voces non sint æquales. *Rota in Cæsaragustana Beneficii de Linares* 4. *Decembris* 1643. *coram Bichio, decis*. 133. *num*. 9. in dictis nouis additis ad *praxim Viuiani*. Gratificatio tamen quando fieri debet, regulanda erit secundū prudens Episcopi arbitrium, sicut melius secundum Deum Ecclesiam viderit ordinandam. ex Concio Lateranen in *cap. quoniam in quibusdam* 3. §. *si autem hoc sine scandalo. de Iure patronatus*. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat*. 72. *num*. 200. deduximus *respons*. nostra 61. *num*. 72. & 73. *parte* 5.

Grauiùs quod vindicatum est, sceleratiùs cōmissum esse dignoscitur. ex Augustino in *can. non afferamus stateras dolosas* 21. *in fine* 24. *q*. 1. verba sunt Augustini: *Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratiùs commissum, quod est grauius vindicatum?* Rationem reddit *Glos*. ibidem verbo *sceleratiùs* sequentibus verba faciens; *Nam dicit lex, quod maiora delicta maioribus pænis, minora minoribus sunt punienda*. & in fine *Nam quanto maior est contemptus, tantò maiùs scelus committitur*. ex Ioanne Ghrysostomō in *can. homo Christianus* 5. *distinct*. 40. qui sic fatur: *Homo Christianus fortiter cadit in peccato propter duas causas: aut propter magnitudinē peccati; aut propter altitudinem dignitatis*. vbi plura deducit *gloss*. verbo *cadit*. inferens: quod *augetur peccatum dignitate peccantis*.

Grex languente Pastore insidiatoris laniandus dentibus exponitur. Gregorius ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis tristè nobis sit valdè* 14. *non longe post principium* 7. *quęst*. 1. verba damus Gregorii, rationem reddentis, atque inferentis: *Ne ergo languente pastore grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel Ecclesiæ ipsius vtilitates depereāt, cauta nos necesse est prouisione tractare*. Sic inuigilare pastorem oportet, ne dilanietur relictus grex. Quinimo Pastores tamquam arietes ducatum gregibus præstare debent, & in periculis pro viribus cum eis persistere: & gregem requirere, & in vnum colligere. ex Nicolao Papa Humifridn Moriensis Ecclesiæ Episcopo in *can. sciscitaris itaque* 47. *eadem* 7. *quæst*. 1. rationem illo reddente in principio: *Quod si perniciosum est, proretam in tranquillitate nauem deserere; quanto magis in fluctibus!* Prôreta, nauis est rector, à prora, quæ est anterior pars nauis. secundum *Gloss*. ibidem verbo *proretam*.

Grex vniuersus inficitur ex vna oue morbida. & polluitur ex vno peccatore populus.

ex

ex Origine homilia 7. in Iosue in can. *sed illud non otiose transmittendum est*. 17. in fine distinct. 43. qui sequentibus verba exprimit: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente plebs vniuersa polluitur*. Rationem habes ex Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in can. *fertur simoniaca haeresis* 28. circa finē 1. q. 1. dicente illo: *Vulnerato nāque Pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam?* Merito dixit Hieronymus in epistolā ad Galatas in can. *resecādę sunt putridæ carnes* 16. 24. q. 3. verbis satis aptis: *Resecādę sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant*. hoc itaque curandum à Pastoribus.

Gressus hominis à Dominō diriguntur, nec sunt in homine eius viæ: corripere quidem potest, corrigere autem non valet: pulsare potest, non aperire. manus comprimere, non animum mutare. verba sunt Gratiani in can. *sicut il, qui per insaniam* 8. §. *quod tunc fiet. qui est finalis dist*. 47.

Gubernaculorum loca multi suscipere debemus Quia nihil in hac vita, difficilius, & maxime hoc tēpore, laboriosius, periculosius, Episcopi officio. ex Augustino ad Valerium in can. *ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua* 7. §. *item nihil esse. distinct*. 40. qui in fine sic infert de se verba faciens: *Et eo tempore, quò discere cœperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram*. sic Augustinus. vbi gloss. verbo *vt secundus locus*. sic exprimit: *Quia primus locus est Papatus, secundus locus est Episcopatus. vel ideo dixit, quia factus est Episcopus alteri*. Nam incolumi Valerio Hipponensi Ecclesiæ Episcopo, coepiscopus Augustinus est. vt rationem reddit Paulinus in Epistola ad Romanianum in can. *non autem tantum hoc scribimus* 12. in fine 7. q. 1. & diximus suo loco verbo Augustinus.

Guerras Deus permittit, ad Populorum peccata punienda. vt Bonifacius Martyr Echeldobaldo Regi Anglorum testatur in can. *si gens Anglorum* 10. dist. 56. in fine sic inferens: *Donec Iudex omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes legem Dei, id est per Saracenos, venire, & sæuire permisit*. vbi gloss. verbo *permisit* infert: *nota, quod propter delicta permittit Deus inferri pœnas*. & dixit Ambrosius in can. *remittuntur peccata*. 49. §. *puniuntur peccata* 23. q. 5. verba sunt Ambrosii: *Puniuntur peccata etiam per populos; sicut legimus, quia sępè ab alienigenis Dei iussu excitatis, propter diuinæ Maiestatis offensam subactus est populus Iudæorum*. & plenè deducit Gratianus ibidem §. *hinc notandum est*.

Gula de Paradiso regnantem expulit; abstinentia ad paradisum reuocauit errantem. Ambrosius libro de Elia & ieiunio in can. *sexto die bestię sunt creatæ* 8. §. *cousque nemo præuaricari nouerat distinct*. 35. loquentem accipe ex apum fauo Ambrosium: *Indictum ieiunium, abstinentię Lex à Domino Deo; pręuaricatio legis à diabolo, culpa per cibum, latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo; virtus firmitatis in ieiunio. Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque Gula de paradiso regnantem expulit: abstinentia ad paradisum reuocauit errātem*. sic Ambrosius.

Gula morborum fomes. vnde & morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulæ vomitu remediantur; & quod turpiter ingesserunt, turpiùs egerunt. Hieronymi verba aduersus Iouinianum lib. 2. in can. *ne tales accipiamus cibos* 29. *de consecratione distinct*. 5. Nec diuersimode Ioannes os aureū *eadem distinct can. nihil enim sic iucundum est* 28. dicens: *Abundantia morbum facit & molestias ingerit, & ęgritudines generat*. Quin hoc operatur, ex Gratiano in *summa dist*. 44. qui sic fatur: *Ventris namque ingluuies ad luxuriam prouocat facilè, & omne opus bonum dissoluit. Vnde venter, & genitalia sibi met ipsis vicina sunt, & ex vicinitate membrorum confœderatio intelligitur vitiorum*. fugienda igitur Gula, ne eius malis absorbeamur.

Gula sic in vilibus, sicuti in pretiosis damnabilis. nam fieri potest vt pręciosissimo cibo sapiens vtatur; insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat. loquitur Augustinus lib. 3. de doctrina Christiana in can. *quisquis rebus prętereuntibus* 1. §. *quid igitur locis, & temporibus, & personis conueniat. distinct*. 41. rationem in fine reddens: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur; sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus*. sequiturque idem Augustinus in can. *delicia quælibet* 2. *ead. distinct*. 41. dicens rationem: *& viles cibi adpetenter accepti impediunt profectum abstinentię*.

Gulę vitium quinque modis nos tentat, vel ex temporis pręuentione, vel cibos lautiores quærit, vel in exquisitis modis præparandi, quæ comedenda erunt. vel in quantitate sumendi, vel demum nimium cibos ęstuare, quamuis viles alioqui illi sint. ex Gregorio in moralibus relato can. *quinque modis nos gulæ vitium tentat* 22. *de consecratione dist*. 5.

Gula crassum sensum generat. *Venter enim pinguis* (vt Hieronymus ait) *crassum sensum generat*. Epistola ad Nepotianum. eum refert Gratianus in can. *non liceat sacerdotes, vel clericos* 12. *sine finali* §. *si ergo laicis commessationes damnabiles sunt. dist*. 44. Hoc autem fugere sacerdotes debent. Illos enim de altari viuere, non luxuriari decet. vt Hieronymus ait: *Tibi, ò sacerdos* (inquiens) *de altario viuere, non luxuriari permittitur*. in Michæam. & detulit Gratianus in *summa eadem dist*. 44. qui sic in fine concludit: *Sunt autem commessationes nō solùm sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ; qui festos, & solemnes dies non aliter se dignè celebrare putant; nisi commessationibus deseruiant*. Fugienda proinde gula, & commessationes quoque. sequitur Augustinus ibidem can. *commessa-*

tiones, & ebrietates 1. propter hanc rem Ecclesiasticis prohibitum est tabernas intrare. ex Concilio Laodicensi in *can. non oportet clericos. 2. & sequentibus eadem dist. 44.*

Gula corpus frangit, & animam, ut contra, parsimonia, atque ciborum tenuitate quidam morbo articulari, & podagrę humoribus curari sunt. testatur Hieronymus cōtra Iouinianum in *can. legimus quosdam morbo articulari. 30. de consecratione dist. 5.* & monuit Horatius:

*Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas:* & alibi

*Me pinguē, & nitidum bene curata cute vises. Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

refert *Gloss.* ibidem verbo *irridet*. Nam Hieronymus sic in fine ibidem infert: *Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam.* Quia nimirum morbos generant; & inde dolores.

## H



Habere. hoc verbum suas habet distinctiones. ex Augustino cōtra Epistolam Parmeniani in *can. quod quidā dicunt 97. col. a. 5. sicut autem habent in baptismo. 1. q. 1.* qui sic distinguit: *Sed tamen aliud prorsus non habere; aliud perniciosè habere; aliud salubriter habere. Quid quid non habetur, dandum est, cum opus est dari: quod verò perniciosè habetur, per correctionem de pulsa pernicie, agendum est, ut salubriter habeatur.*

Habere dupliciter item accipitur, quandoque iure dominii: quia habere est idem, quod esse dominum rei. Quandoque idem est, quod possidere. ita *gloss.* in *can. quòd autem nobis obiiciunt 3.* verbo *habebant. 23. q. 7.* accepit ex Vlpiano lib. 20. ad Edictum in *l. habere 188. ff. de verborum, & rerum significatione.* Vlpianum excipe: *Habere duobus modis dicitur: altero iure dominii: altero obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit.* vbi *gloss.* verbo *emerit.* sic cōmentum agit: *vel ex alia causa habet, sine possideat sine non*

Habere potest Ecclesia proprium, exemplo Domini, qui loculos habuit. ex Augustino in Ioannem in *can. exemplum Domini accipe. 12. 12. q. 1.* qui dicit: *Quare habuit loculos, cui Angeli ministrauerunt; nisi, quia Ecclesia ipsius, loculos suos habitura erat? Quare furem admisit; nisi vt eius Ecclesia fures patienter toleret,* vbi *gloss.* verbo *exemplum.* quæ sic infert: *Ab hinc ostendit, quod Ecclesia possit habere proprium.*

Habere qui nihil proprium volunt; qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores, hi perfecti sunt. Et de Euangelio viuere dicuntur, quia laborantes inde, vbi laborant, necessaria vitę percipiunt. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est 9. 5. de talibus dicere videtur Apostolus 1. q. 2.*

Habentibus eleemosynam dare, nil aliud, quàm perdere est. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. pastor Ecclesię 7. 1. q. 2.* qui sic fatur: *Quando nihil aliud sit, habentibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt.* vbi *gloss.* verbo *pauper.* sic infert: *Panis egentium, vita pauperis est. qui fraudat illum homo sanguinis est.* ex Ecclesiastici 34. relato in *can. immolans ex iniquo 2. 14. q. 5.*

Habere proprium non possunt, qui paupertatem professi sunt, alioquin pollicitationem suam irritam faciunt. ex Vrbano Papa omnibus catholicis in *can. scimus vos non ignorare 9. 12. q. 1.*

Habentes victum, & vestitum his contenti simus. 1. *ad Timotheum 6. 8.* verba sunt Pauli: *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.* ad quę verba Hieronymus ad Neporianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesię 5. in fine 12. q. 1.* sic commentum agit: *Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partem inter cæteras tribus, sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens altaris oblatione substentor. Habens victum, & vestitum his contentus ero, & nudam crucem nudus sequar.* & ex Concilio Antiocheno meminit Gratianus in *can. Episcopus Ecclesiasticarum rerum. 23. eadem 12. q. 1.* illis verbis: *Ita, vt in nullo qualibet occasione fraudetur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem: Habentes victum, & tegumentum his contenti simus.*

Habitatio Christi est Ecclesia, in qua per fidem habitat. ex Ambrosio in *can. quæ dignior domus Apostolicę prædicationis ingressu 26. 24. q. 1.* Nulla enim domus Apostolicæ prædicationis ingressu dignior inuenitur, quàm sancta Ecclesia. inferens: *Fides igitur in primis Ecclesię, quærenda mandatur, in qua si Christus habitator sit, haud dubie sit legenda. Sin vero populus perfidus, aut præceptor hæreticus deformet habitaculum, vitanda hæreticorum communio, fugienda Synagoga censetur, excutiendus pedum puluis &c.* Quam ob causam Gratianus in *can. Audiuimus, quod Henricus 4. 5. sin autem ex corde suo nodam hæresim, eadem 24. q. 1.* super verbis illis Domini (Matthæi 18.) *Si duo ex vobis consenserint super terram ex omni re &c.* & iterum: *Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum.* sic ipse commentum facit, inferens: *Nimirum cunctis ostendens, sa non habitare in cordibus eorum, qui superbiæ singularitatem sequuti, à corporis Christi compage sese ipsos abrumpunt. In quibus autem Christus non habitat; in eis spiritus sanctus mentium scissuras refugiens locum non habet.* Non ergo habitat Christus vbi superbia regnat.

Habitare cum Deo toto corde non potest, qui fœminarum accessibus copulatur. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum in *can.*

*can hospitiolum tuum* 17.*distinct.* 72. Hieronymum excipe: *Hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. Quia non potest toto corde cum Deo habitare, qui fœminarum accessibus copulatur. Fœmina conscientiam secum pariter habitantis exurit.*

Habitare monachos, & monachas vnum monasterium, prohibuit expresse Gregorius Papa in *can. in nullo loco monachus, & monachas.* 21.18.*q.*2. Inde ex Concilio Agathensi in *can. monasteria puellarum* 23. *eadem* 18.*q.*2. sancitum fuit: *Monasteria puellarum longius à monasteriis monachorum, aut propter insidias diaboli, aut propter collocutiones hominum, collocentur.* Vnde ibidem per Innocentium II. in Concilio Romę habito in *can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem* 25. *in fine* decretum fuit: *Simili modo prohibemus, ne sanctimoniales cum Canonicis, vel monachis in Ecclesia in vno choro conueniant ad psallendum.*

Habitare possunt boni cum malis dum pręsens vita perdurat. Nec enim separari possunt ab inuicem, ne in eadem Ecclesia sint, permissiuè, modo hæretici non fuerint. ex Hieronymo in *can. noli te recedere à Domino* 22. 11.*q.*3. sunt Hieronymi verba de Hiebusæis loquens, quos eiicere non potuere filii Iuda de Hierusalem. inferens: *Ergo, quia non possumus eijcere istos qui nos conculcant;* (Hiebusæus enim conculcans interpretatur) *eos saltem, quos possumus, quorum peccata manifesta sunt, eijciamus. Vbi enim peccatum non est euidens, eijcere de Ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes Zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum.*

Habitus non facit Monachum, sed professio regularis. ex Concilio Carthaginensi in *can. clericus professionem suam* 8. *siue finali distinct.* 41. Clemens Tertius in *cap. porrectum* 13. *de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* expressissimis verbis dicens, rationem reddens: *Cùm monachum non faciat habitus, sed professio regularis.* plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *non faciat habitus.* idemque disposuit Honorius Tertius Veneten Episcopo respondēs in *cap. ex parte tua fuit propositum* 22. *in fine. eodem titulo de regularibus.* & deducitur ex eodem Concilio Carthaginensi Quarto in *can. sicut bonum est castitatis premium* 1. 27.*q.*1. illis verbis: *sub testimonio Episcopi, & Ecclesię religioso habitu apparuerint.* vbi *Glossa* verbo *apparuerint.* Quia nimirum solus habitus non sufficit, neque solemnizat votum. & disposuit sacro sancta Tridentina Synodus *sessione* 14. *cap.*6. *de reformatione* dixit *Rota apud Card. Manticam decis.* 68. *num.*4. & 5. & nos *respons.* nostra 51. *num.*3. *part.*4. & *respons.* 19. *num.* 12. *part.*5.

Habitus Clericalis non dissolutus esse debet, sed proprio congruens ordini non enim in vestibus, & calceamentis decorem quærere debet, & si quidem professionem suam Clericus habitu, & incessu probare debeat. ex Concilio Carthaginensi Quarto *can. clericus professionem suam* 8. *siue finali distinc.* 41. Rationem reddit ibidem Gratianus in §. *sicut ergo in tibus.* ex Augustino dicens: *Incompositio enim corporis inæqualitatem indicat mentis.* & Concilium Grangrense in *can parsimoniam* 5. *eadem distinct.* 41. Parsimoniam cum veste humili non improbauit. ornatum verò pręter corporis diligentiam infucatum laudauit. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipit. & sacrum Conciliū Tridentinum vestes proprio congruentes ordini esse mandauit *sessione* 14. *cap.*6. *de reformatione.* rationē reddens: *Vt per decentiam habitus extrinseci, morum honestatem intrinsecam ostendant.* Clerici. Vnde omnia iactantia & ornatura corporalis improbatur. Neque fulgidis nimis vestibus vtantur, in septima Synoda statutum fuit, in *can. omnis iactantia & ornatura.* 1. & in sexta Synodo in *can. nullus eorum* 2. *cum sequētibus* 21.*q.*4. Nō enim debent offendere aspectum intuentium, vt Innocentius II. in Concilio Lateranen decreuit in *can. pręcipimus, vt tàm Episcopi, quam Clerici.* 5. *siue finali eadem* 21.*q.*4.

Habitus religiosorum conueniens esse debet, & apta religionis professioni. & eo etiam in lecto vti; Nec diuersi coloris esse debebit. & ita quoque in monialibus. ex Concilio Toletano 10. in *can. Vidua, quæ sanctę religionis obtinere propositum voluerit* 16. *siue finali* 20.*q.*1.

Habitum virilem si mulier induerit, anathemati subijcitur. ex Gangrensi Concilio in *can si qua mulier* 6. *distinct.* 30. commentum agit *Gloss.* ibidem verbo *suo proposito* dicens: *Quia magis est habilis, & magis parata in scissa veste, quàm in clausa ad meretricandum.*

Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Christus Dominus noster scribis, & Pharisæis (*Matthęi* 23. 23. & *Lucę* 11. 42.) exprobrauit, dicens: *Vę vobis scribę, & Pharisęi hypocritę: qui decimatis mentam, & anethum, & cyminum, & relinquitis, quę grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam; & fidem. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci: excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est. Hieronymus in *can. legant Episcopi, atque presbyteri.* 5. *in fine distinct.* 37. vbi *Gloss.* verbo *sed quia filios.* triā enumerat. *talis repellitur à testimonio. item nec potest esse Episcopus. imò potiùs dicitur canis, quàm Episcopus.* ita Glossa ex Augustino in *can. qui nec regiminis in se rationem habuit* 33. 2.*q.*7. dicente illo: *Qui nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus est magis, quàm Episcopus.*

Heli filiis peccantibus, sicut malo eorum exēplo retrahebantur homines à sacrificiis Deo offerendis Altissimo; sic sanè nunc prauo ministrorum exemplo retrahuntur fideles à Diuino famulatu. ex Rabano Archiepiscopo ad Heribaldum in *can. de his verò visū est nobis scribendum* 34. *dist.* 50.

Heli filiorum peccato populus in manus philistinorum corruit; sic peccato pręsidentiū populus quandoque flagellatur. perpendit Gratianus in *can. Ecclesia, quæ passione conse-*

cra-

*crata fuerit* 11. §. *Item peccato filiorum Heli*. 1. q.4.) verba sunt Gratiani: *Item peccato filiorũ Heli, populus in manu Philistinorum corruit. Peccato quoque plebis, Electi eorum sæpè sunt impediti, & tandem cum eis prophetę ducti sunt captiui.* & circa finem §. *item populus* sequentibus infert. *Item populus, qui peccato Achan, & Filiorum Heli in manibus hostium traditus est; significat subditos, corporaliter flagellari, vt inter ipsa flagella, peccata prælatorum feriantur. Sicut Achan sorte deprehensus, lapidibus obrutus est.*

Helias, vt ostenderet eum, quem ipse colebat, verum Deum esse, orauit, vt descenderet ignis de cœlo, atque quinquaginta viros, qui ad eum iussu regis Idololatrę vocandum accesserant, deuoraret; *& statim ignis descendit de Cœlo, & consumpsit eos*. 4. Regum 1. Gratianus in *can. sic ille, vbi hæc acta sunt*. 29. §. *sed obiicitur illud Ambrosii*. 23. q. 4. Non semper tamen Helię Zelus imitandus est, vt alios occidamus, vel vt occidi petamus. sicut Dominus noster increpauit Apostolos (*Lucę* 9. 54.) quando *Iacobus, & Ioannes dixerunt: Domine vis dicimus, vt ignis descendat de cęlo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos dicens: Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare.* & perpẽdit Augustinus in *can. ea vindicta, quæ valet ad correctionẽ*. 51. §. *magni autem, & sancti viri. eadẽ* 23. q. 4. dicens: *Reprehendit in eis Dñs non exẽplum prophetę sancti, sed ignorantiã vindicãdi, quæ adhuc, erat in rudibus: animaduertens eos, non amore correctionem; sed odio desiderare vindictam*. & perpendit eodem modo Ambrosius in eundem locum Lucę in *can. quod Christus discipulos increpauit*. 26. *eadem* 23. q. 4. inferens: *ostenditur nobis, non semper in eos, qui peccauerint, vindicandum: quia non numquam amplius prodest clementia, tibi ad pęnitentiam, lapso ad correctionem.*

Heliæ præcibus clausum est cœlum annis tribus, & mensibus sex ne plueret super terrã. meminit Gratianus *can. sic ille, vbi hæc acta sunt*. 29. §. *sed obiicitur illud Ambrosii*, 23. q. 4.

Helias culturam Baal vindicauit, sacerdotes, & prophetas eius interficiendo, morte auctorum expians peccata imitantium populorum. 3. *Regum* 18. refert Gratianus in *can. Guilisarius patritius noster mandauit* 30. §. *sed & hic non suam; sed Ecclesiæ iniuriam vltus est. in fine* 23. q. 4.

Helisæus propheta sale consperso sterilitatẽ aquę sanauit. 4. *Regum* 2. perpendit Alexander Papa V. à Petro in *can. aquam sale aspersã populis benedicimus* 20. *de consecratione distinct.* 3. dicens: *Et si sale asperso per Helisęum prophetam sterilitas aqua sanata est: quãtò magis diuinis precibus sacratus sal sterilitatem rerum aufert humanarum, & coinquinatos sanctificat, atque mundat, & purgat, & cetera bona multiplicat, & insidias diaboli auertit, & à phantasmatũ versutiis homines defendit?* ita Alexander Papa.

Hellisæus propheta boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit: vt nulla cura teneretur domestica; sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret: sic & qui perfecti esse desiderant. ex Ambrosio in *can. Dominus non vult simul effundi opes*. 15. *distinct*. 86.

Helisęus propheta misit lignum in aqua, & enatauit ferrum. 4. Regum 6. Ambrosium excipe in *can. rę vera mirabile est* 69. *post medium* §. *numquid non preter naturam operata est gratia. de consecrat. distinct.* 2. qui sequentibus apũ ambrosiã ex labiis profert: *Sub Heliseo propheta vni ex filiis prophetarũ excussũ est ferrum de securi, & statim mersũ est: rogauit Helisæũ, qui amiserat ferrũ; misit etiã Helisæus lignũ in aquã & enatauit ferrum vtique & hoc præter naturã factum esse cognoscimus. Grauior est enim ferri species, quàm aquarum liquor. Aduertimus itaque maioris potentię esse Dei gratiam, quàm naturam: & adhuc tamen prophetica benedictionis numeramus gratiam.*

Hęres Christi non est, qui pacem eius testamẽto relictam non habet: ita dicit *gloss. in cap. ad Apostolicæ dignitatis* 2. §. *sed licet sic apud eum pro pace paternis monitis. in fine* verbo *pacem. de sententia & re iudicata in* 6. ipse enim (*Matthæi* 10. 10. & 14.) dicit: *Pacẽ relinquo vobis, pacem meam do vobis*. Principes autem maxime tenentur ad hanc pacem seruandam. Nam Bellum ex necessitate indicitur, vt pax habeatur. Augustinus hoc docet ad Bonifaciũ scribens in *can. noli æstimare neminẽ Deo placere posse* 3. §. *hoc ergo primum cogita*. 23. q. 1. eius excipe verba: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum exerceatur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur.*

Hęres institutus Clericus pro rebus hæreditariis post quam adhiit hæreditatem, quia bona in eius transiere patrimonium, coram Ecclesiastico Iudice conueniendus erit. Quia profectò Clericum nullus apud secularem Iudicem pulsare debet. quin si pulsatus fuerit, nõ respõdere eum oportebit. ex Agathensi Concilio in *can. clericum nullus præsumat apud secularem Iudicem* 17. 11. *quæst.* 1. ibique *gloss.* verbo *secularem*. deduximus nos pluribus hanc tuentes sententiam, & ita obtinuimus *respons.* nostra 20. *per totam part.* 3. Et quid in Iudicio cœpto cum defuncto? affirmatiue ibidem respondimus. quamuis non nulli contrarium afferant. plura deducit *Carolus de Grassis de effectibus clericatus effectu* 1. *ad num.* 278. *cum sequentibus. Marius Antoninus Maceraten variarum resolutionum lib.* 1. *resolut.* 49. noster Proauus *Robertus Maranta in speculo part.* 5. *principali.* verbo *& omnia fiant durante instantia num.* 13. expressissime docens non continuari contra Clericum instantiam; Quia ratione priuilegii iam finẽ vidit instantia contra defunctum cepta. & hanc magis comunem appellat, & pro Ecclesia est. facit *Rota in antiquis de foro competenti decis.* 5. videndus *Ambrosinus de Immunitate Ecclesiastica in* Bullam Gregorii XIV. *cap.* 20. *num.* 43. *Cenedus q.* 31. *num.* 9. *Surdus decis.* 110. *num.* 9. & si ipse simpliciter contrariæ adhæreat sententiæ. *D Franciscus del Castillo*

Sicu-

*Siculus decis.200.part.2.* In causa vero feudali contrarium dicendum. ex *Mastrillo decis.131.num.21.part.2.Giurba decis.82.nu.2.Marta de Iurisdictione part.4.centuria 1..casu 33.per totum.* respondes rationibus *Surdi d.decis.110. Molfesius ad consuetudines neapolitanas tom.1. part.2. titulo de personis q.8. Sempronius Astia determinat.77.Franciscus de Ponte cons.18. à nu.9. cum sequentibus ad finem lib.1.* Secus verò erit si laicus Clerico hęres fuerit, nam in Iudicio coram Clerico cæpto, apud laicum Iudicem conueniri debebit, quia per hæreditatem bona proprium sunt effecta patrimonium. vt ibidem *de Ponte.* Quę sane sententia, & ratio omnino conuincit in Iudicio cępto cum defuncto laico, cui Clericus hæres successit.

Hæres non tenetur ex delicto defuncti vltra vires hæreditarias. & quid in vsuris? ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can.si episcopum talem culpam admisisse consliterit 3.16.q.6.* qui in fine sic rescribit, inferens rationem: *Si enim, vt dicunt, Comitulus defunctus est; ab hærede eius, quæ iniustè ab illo ablata sunt, sine excusatione reddantur.* vbi *Gloss.* verbo *reddantur.* docet: hæredem teneri ex maleficio defuncti, quatenus tamen in hæreditate fuerit, nam vltra vires non tenetur, si tamen inuentarium confecerit. ex Concilio Agathen in *can.Episcopus, qui filios, aut nepotes non habuit.34.12.q.2.* illis verbis in fine: *Qui verò filios habet; de bonis, quæ reliquerit, ab hæredibus eius, indemnitatibus Ecclesia consulatur.* de bonis (inquit) quæ reliquerit. quatenus videlicet in hæreditate fuerit. & aduertit *Gloss.* ibidem verbo *ab hęredibus.* Probatur ex Alexandro Tertio Claremonten Episcopo in *cap.in litteris tuis continebatur 5.§.qua propter, si ita res se habet. de raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum.* illis verbis: *Et hæredes eius moneas, & compellas, vt his, quibus ille per incendium, vel alio modo damna contra iustitiam irrogauerat, iuxta facultates suas, digne satisfaciant, vt sic à peccato valeat liberari.* iuxta facultates suas dixit Alexander. Quia *vltra vires hæreditatis non tenentur si fecerint inuentarium.* vt *Gloss.* ibidem verbo *iuxta facultates suas.commentum agit.* sequiturque *Abbas cons.34. col. finali in 2. dubio.vers. nam de iure canonico part.1.& Federicus de Senis.cons 26.*

Hæreditas est successio in vniuersum ius, quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod superest deducto ære alieno. ita *Gloss.* in *can. Ius Quiritum 12.* verbo *de legitimis hæredibus distinct.1.*

Hæreditas, contra auctoris suis factum venientibus, vti indignis successoribus, legibus aufertur. Nec eis licet hęreditatem capientibus, contra auctoris sui prosilire iudicium. Gelasius Papa Cryspino, & Sabino Episcopis in *canone Siluester, & Faustinianus 13. 11.q.1.* ibique peroptime *Gloss.* verbo *patris.* Quod expediat, voluntates impleri defunctorum. ex eodem Gelasio in *can.illud statucudum censuimus.8.16.q.6.*

Hæreditatem Ecclesiæ relinquere, exhæredato filio non licet. ex Augustino sermone 2. de vita clericorum in *can. quicumque vult exhæredato filio 43.siue finali 17. q. 4.* verba referimus Augustini: *Quicunque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam; quęrat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: imò (Deo propitio) nullum inueniet.* dat autem remedium in *can. si quis irascitur filio suo 8. 13. q. 2.* sequentibus loquens: *Sed planè sic faciat; quod sæpè hortatus sum. Vnum filium habet; putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decem habet, Christum vndecimum faciat; & suscipio.* ita Augustinus consilium dat, non quod ex necessitate teneatur; cùm ex legis dispositione non nisi legitimam filio dare pater teneatur. vt post Gratianum ibidem *§.hac nimirum auctoritate mensura testatori præfigitur.* ibique per optime *Gloss.* in casus figuratione, & verbo *prohibetur.*

Hęreditatem de rebus suis, proprijs videlicet, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent Episcopi, non autem de bonis Ecclesiæ, hæredibus suis relinquere possunt. ex Agathensi Concilio in *can. Episcopi de rebus propriis 19.12.q.1.*

Hæreditatis Christi funiculus sunt Clerici, & pars Domini. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can.Clericus, qui Christi seruit Ecclesię 5.12.q.1.* qui in fine consequentiam sic infert: *Si autem ego pars Domini sum.* (Psalmo 15.) (Pars mea Dominus) *& funiculus hæreditatis eius; nec accipio partem inter ceteras tribus; sed quasi Leuita, & Sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione substentor. Habens victum; & vestitum, his contentus ero, & nudam Crucem, nudus sequar.* Funiculus autem dicitur, mensura quędam, qua diuidebatur hæreditas post funus defuncti, secundum illud. *Funes ceciderunt mihi in præclaris.* & dicitur à Funere. ita *Gloss.* ibidem verbo *& funiculus.*

Hermaphroditus, qui in vtroque sexu prę ualet, irregularis censetur, vt ad ordines promoueri valeat. quod corpore vitiati dicantur, & inter corpore vitiatos agnoscantur. Ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos 1.distinct.36.* Rationem habes ex Hieronymo super Malachiam in *can. sacerdotes nomen Domini despiciunt 2. siue finali distinct. 49.* dicente illo in fine super verbis: *Si offeras cæcum ad immolandum non ne malum est?* ac rationem reddente: *Indignum est enim dare Deo, quod dedignatur homo.* vnde Hermaphroditus, ex se etiam, à testimonio ferendo repellitur, secundum quod qualitas incalescentis sexus ostenderit. ex *can. si testes omnes 3. col.5.§. Hermaphroditus. 4. q.3.* quem ex *l. 23. ff.de testibus* Gratianus accepit. in quo autem sexu magis pręualuerit perpendendum erit. deducit peroptime *Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.1.cap.63.nu.6.vers.vnum superest dubium.* ibidemque *Victorellus* Addens. verbo *vnum superest.*

Heremitæ, qui verè, pureque solitariam eligunt vitam, digni sunt conuenienti honore. ita Concilium Chalcedonense in *can. qui verè, pureque*

reque 12.16. q. 1. Solitariam, id est Heremiticam exprimit Gloss. ibidem verbo solitariam.

Heremitæ, qui nullo se certo monasterio vel regulę tradiderunt per professionem, propriũ habere possunt, & de illo testari. Gratianus in can. perlatũ est ad nos 8. qui est Gregorij Papę Cypriano Diacono. & cõtra Paulus primus Heremita. 19. q. 3. & notat gloss. ibidem verbo Heremita, inferens consequentiam: Ergo heremitę habent propria. sunt ergo imperfectiores in hoc, quàm sint Monachi, quibus proprium non licet habere.

Heremitæ, ne Acephali, hoc est sine capita, dicantur, sub Episcopi loci cura esse debent. ex Concilio Parisiensi in can. nulla ratione clerici, aut sacerdotes 8. ibique gloss. verbo acephalos. in fine distinct. 93. Rationem habes ex Clemente Papa in can. qui suis Episcopis 9. eadem dist. 93. dicente, atque docente: Qui suis Episcopis non obediunt, indubitanter rei, & improbi existunt. & ideo & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, atque à liminibus sanctę Dei Ecclesię alieni erunt. vt idem loquitur Clemens omnibus Episcopis scribens in can. si autem vobis Episcopis 11. 11. q. 3. quia in obedientia maximum crimen est.

Hæresis grecè ab electione dicitur, quod scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinã, quam putat esse meliorem. Quicumque igitur aliter scripturam intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, quo scripta est, licet de Ecclesiã non recesserit, tamen hęreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens, quę peiora sunt. ita Hieronymus in can. hæresis gracè ab electione dicitur. 27. 24. q. 3. sequitur S. Thomas 2. 2. q. 11. art. 1.

Hæresis prima in discipulis Christi, velut à duritia eius sermonis, facta est. Cùm enim diceret: (Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum; non habebit vitam ęternam.) illi non intelligentes, dixierunt ad inuicem: (Ioa. 6. 60. 61.) Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Dicentes, quia durus est hic sermo, separauerunt se ab illo: remansit cum duodecim. verba sunt Augustini in psalmum 54. relati can. prima quidem (inquit) hęresis 44. de consecrat. dist. 2. hæc igitur prima fuit hæresis, non simonia, & si illa pręcipua fuerit. vt gloss. ibidem verbo prima aduertit.

Hæreses omnes, & hæresum nomina deducit ex Isidoro lib. 8. Etymologiarum in can. quidã autem hæretici 39. 24. q. 3. Gratianus inter hos col. 4. §. Ariani. enumerat Arianos dicens: Ariani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt, qui coeternum Patri Filium non agnoscens diuersas in Trinitate substantias asseruit contra illud, quod ait Dominus (Ioannis 10.) Ego, & Pater vnum sumus. sequuta fuit glos. in can. hi, qui baptismum ab hæreticis 51. §. sed notandum est. qui est Gratiani 1. q. 1. verbo quorum. Pessimi fuerunt Sabelliani, qui vnam personam Patris, & filii, & Spiritus sancti adstruunt; ex Isidoro eodem can. quidam autem hæretici 39. col. 4. §. Sabelliani. & gloss. d. can. hi qui baptismũ verbo personarum. Arius damnatus fuit in Sexta Synodo Nicęna coram 318. Patribus tempore Siluestri Papę, ex Beda in can. Sexta Synodus vniuersalis 9. §. Prima enim vniuersalis Synodus, distinct. 16.

Hæreses diuersę inde in Ecclesia exortę fuerunt, & Christianitas in diuersas hęreses scissa; quia persecutione feruente non erat licentia Episcopis in vnum conueniendi, congregauere se postmodum tempore Constantioli Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis liberè se congregãdi. deducitur ex Gratiano, qui ab Isidoro accepit in can. Canones generalium Conciliorum 1. in ipso principio dist. 15.

Hæresis simonia prima fuit tempore Apostolorum. Prima enim contra Dei Ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso exordio suo zelo Apostolicę vltionis percussa, atque damnata est. vt inquit Gregorius Papa Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum scribens in can. fertur simoniaca hæresis. 28. 1. q. 1. idemque Gregorius Syagrio, & aliis Episcopis in can. cùm liqueat hanc hæresim 13. eadem 1. q. 1. ibique gloss. verbo ante omnes. quod fuit prima hæresis post resurrectionẽ Domini. vel prima hoc est, prę omnibus aliis: quia (vt Gregorius ibibem in fine rationem reddit) benedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc, vt fiat hęreticus promouetur. In hoc enim maximè hi simoniaci delirant hæretici; quod Spiritum sanctum eorum efficere seruum tentant per pecuniã. vt dixit Tarasius Constantinopolitanę Ecclesiæ Episcopus Hadriano Papæ scribens, relatus in can. eos, qui per pecunias manus imposuerunt 21. non multo post principium eadem 1. q. 1.

Hęreses ideo permittit esse Deus, vt prudentiores euadamus, atque probatiores, & negligentiam à nobis excutiamus, firmemurque in solidiori doctrina, diuinasque scripturas nosse cupiamus. vnde dixit Apostolus (1. ad Corinthios XI.) oportet hęreses esse, & c. vt, qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. & deducit Augustinus in can. ideo diuina prouidentia 40. sine finali 24. q. 3. eodemque modo Vrbanus II. in can. Saluator prædicit in Euãgelio 8. post principium. 1. q. 3. Quia oportet vos (inquiens) cum propheta ex aduerso consurgere, & murum opponere pro domo Israel; & cum eodem Apostolo per multas tribulationes intrare in domum Dei. & simile est illud Augustini in can. & sancta malis possunt obesse. 66. de consecrat. distinct. 2. verba proferimus Augustini: Et sancta malis possunt obesse, bonis sunt ad salutem, malis ad Iudicium. Occasionaliter scilicet sancta malis obsunt. vt gloss. ibidem verbo obesse. commentum agit.

Hęresis, & schisma in hoc differunt: quod hęresis peruersum dogma habet; schisma propter Episcopalem dissentionem ab Ecclesia pariter separat. Ceterum nullum schisma non aliquam sibi confingit hæresim, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur. ex Hieronymo in can. inter hæresim, & schisma 26. 24. quest. 3. Est illa differentia, quæ est inter speciem, & genus.

nus. vt *gloss.* ibidem verbo & *schisma.* rationē reddit. maximè cùm schisma non possit esse sine hæresi. vt inquit *gloss.* in summa 24. q. 1. verbo *qui verò in fine.*

Hęresis flagitio nihil impiùs, nihil iniquiùs. vnde hæretici magistri erroris existunt, quia veritatis discipuli non fuerunt. ex Leone Papa ad Flauianum in *can. quid autem iniquiùs est* 30. 24. q. 3. & ex Epistola prima Clementis ad Iacobum in *can. quid in omnibus peccatis* 16. 32. q. 7. in ratione, quam reddit dicens: *Quoniam quidem primum illi habent, qui aberrant à Deo, etiam si sobriè vixerint.* nam primū est capitale mendacium, longeque fugiendū, quod fit in doctrina religionis, ad quod mēdacium nulla conditione quisquam debet adduci. Magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacii. verba sunt Augustini in libro de mendacio relati *can. primum est capitale mendacium.* 8. 32. q. 2. Idemque Augustinus de baptismo contra Donatistas in *can. quæro ergo, quis peccet grauiùs.* 21. 6. q. 7. hæresim, sceleris magnitudinem appellauit. Quęrens, quis peccet grauius: *an qui nesciens in hęresim incurrerit, an qui sciens ab auaritia, id est ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illam regulam, qua peccata sciētium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cum scientia vincit in scelere.* coequatur nihilo minus in hęresi, sceleris magnitudo, quod facit in auaritia sciētis admissio, facit, vt hæreticus nesciens auaro scienti coęquetur. fugienda proinde hęresis.

Hęresis crimen ita grauissimum est, vt cum Papa à nullo mortaliū redargui possit (Quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus: nisi depręhendatur à fide deuius. si enim ipse à fide aberrauerit accusari poterit ex dictis Bonifacii Martyris in *can. si Papa suę fraternę salutis negligens depręhenditur* 6. *dist.* 40. ibique pluribus *gloss.* verbo *a fide deuius.* quę ex Hugone exaudit: *Cùm Papa non vult corrigi. Si enim paratus esset corrigi, non posset accusari.* videndus *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 4. cap. 7. q. 4.* Propterea vniuersitas fidelium tantò instantius pro Papa orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere. vt idem Bonifacius martyr ibidem in fine concludit.

Hęresim qui relinquunt, & ad unitatem fidei reuertuntur, scripto negare debent hæresim suam, & confiteri catholicam fidem. vt dixit Basilius Episcopus Ancyrę in Septima Synodo actione 1. in *can. conuenientibus apud Nicæam* 4. *post principium* 9. *Item Basilius Episcopus Ancyræ.* 1. q. 7. ibique *gloss.* verbo *scripto.* traditque modum abiurationis Gregorius Papa in *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus* 9. *eadem* 1. q. 7. & in eadem causa & q. dictum, statutumque fuit in Nicęno Concilio in *can. si qui voluerint venire* 8. dicente Concilio, atque præcipiente in fine: *Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, vt fateantur, se communi consensu Ecclesia Catholica, & Apostolica statuta obseruaturos.* & meminit Leo Papa ad Theodorum in *can. his, qui tempore necessitatis* 10. *in fine* 26. q. 6. ibique *gloss.* finalis verbo *fide.* dicens: *tales enim non sunt recipiendi sine reconciliatione solēni, aut iuramento.* 1. q. 7. *conuenientibus. & can. quoties.*

Hęresim manifestam sapit, dœmones consulere, & eorum responsa suscipere pro sciendis occultis. ex Augustino ad inquisitiones Ianuarii in *can. hi, qui de paginis Euangelicis* 3. 26. q. 2. & in libro de natura dœmonum in *can. igitur genus diuinationis* 1. 26. *quęst* 4. Gregorius IX. Inquisitionibus hęreticę prauitatis in *c. accusatus de hęresi* 8. §. *sanè cum negotium. de hæreticis in* 6. illis verbis: *nisi hæresim saperent manifestam.* ibique notat *gloss.* verbo *saperent.* dixit *Rota* in *Oscen Hæresis coram Simonetta apud Farinacium decis.* 13. *post* 2. *volum. consiliorum.*

Hæreticus non dicitur, qui, quamuis erret, paratus est tamen corrigi. ex Hieronymo ad Damasum in expositione *Symboli* in *can. hęc est fides Papa Beatissime* 14. 24. q. 1. dicente illo verbis: *In qua, si minus peritè, aut parum cautè fortè aliquid positum est: emendari cupimus à te, qui Petri, & fidem, & sedem tenes.* ibique *Gloss.* verbo *emendari.* commentum agens, & dicens: *Et ita licet quis erret; si tamen paratus est corrigi, non est hęreticus.* & dixit Augustinus Glorio, Heusio & aliis scribens in *can. dixit Apostolus, hæreticum hominem* 29. 24. q. 3. sequentibus loquens: *Sed qui sententiam suam, quamuis, falsam, atque peruersam nulla pertinaci animositate defendunt &c. quærunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cum inuenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.* Quia hęresis cum pertinacia est. *gloss.* ibidem verbo *pertinaci.* dicens consequētiam: *Licet ergo teneat aliquis ea, quæ sunt contra fidem, dummodo paratus sit corrigi; non est habendus hæreticus.* ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidem ipsum.* 34. §. *non autem nobis nunc* 24. q. 1. rationem dum reddit Pelagius: *Si enim etiam ipsi, (inquiens) licet in suo sensu abundantes, intra materna tamen positi viscera, quærerent veritatem, à nobis repellendi non erant, donec apud eos ratione duce rei veritas claruisset.*

Hæretici diuisionem quærunt, cum tamen Ecclesia in vnitate fundata sit; sicuti panis Christi vnitatem indicat, & vinum in multis racemis fuit, postmodum vnum fit in suauitate calicis post pressuram torcularis. Augustinus in *can. quia passus est Dominus pro nobis* 36. *paulo post principium.* verbo *hæretici quando hoc accipiunt. de consecrat. distinct.* 2.

Hæreticus omnis, est excomunicatus, quantumcumque sit occultus. ita *gloss* in summa 24. q. 5. verbo *qui vero.* & decernit Gelasius Papa in *can. Achatius non est factus inuentor noui erroris* 1. & Fœlix Papa in *can. Achatius non fuit noui* 3. & Alexander Secundus in *can. Audiuimus, quod Henricus* 4. 24. q. 1. vt etiam post mortem declarari valeant excomunicati, vtpote in sua impietate mortui. ex prima actione Quintæ Synodi in *can. sanè profertur à quibusdam* 6. 24. q. 2.

Hæreticorum, atque schismaticorum cōsortiu vitanda. Qui enim cum Ecclesia Romana non conueniunt; quamuis Dei fidē teneant, schismatici tamen sunt, ideirco vitandi. Nam non videtur ab his exhiberi Christo fides, a quibus euacuetur passio eius, corpusque, quę est Ecclesia, distrahitur. ex Ambrosio in *can. aduocauit ad se Cyprianus* 23. & *can.* sequenti, qui est Bedę incipiens *omnis, qui credit* 24. 24. q. 1. Eorum equidem Conuenticula non Ecclesia, sed Conciliebule appellande sunt. ideo cum eis nequa orandum est, neque psallendum. ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. Clericus hæreticorum*. 35. 24. q. 3.

Hæreticorum sacramenta, si in forma Ecclesię catholicæ facta sunt, bona æstimantur, quia non sunt humana, sed diuine. Rationem reddit Augustinus ad Festum in *can. quid faciet hic Ecclesię medicina*. 25. 23. q. 4. in fine sic dicens: *Neque enim sacramenta eorum nobis inimica sunt, qua cum illis nobis sunt communia: quia non humana sunt, sed diuina. Proprius error eorum est auferendus, quem malè imbiberunt, non sacramenta, quę similiter acceperunt: quę ad pœnam suam portant, & habent, quantò indignius habent: sed tamen habent*. & vt idem declaret Augustinus ad Donatistes in *can. non in vobis mutamus* 43. *de consecrat. dist.* 4. afferens locum illum (psal. 54.) *Quoniam in multis erant mecum*. dicens: *Habent foris sacramentum, sed rem ipsam non cenent intus, cuius est illud sacramentum; & ideo sibi iudicium manducant, & bibunt*. Rationem reddit gloss. ibidem verbo *in multis*. dicens: *in omnibus sacramentis, sed non in charitate, sine qua nihil sunt omnia*. ex eodem Augustino in *can quomodo exaudit Deus homicidam* 41. §. *qua propter*. eadem *dist. 4. de consecrat.* verbis dicens: *Qua propter sacramentum gratię dat Deus, etiam per malos; ipsam verò gratiam non nisi per se ipsum*. ibique gloss. verbo *per sanctos*.

Scientes tamen recipi non debent, nisi in necessitate, vt si quis in necessitatis articulo, mortis videlicet, ab hæretico baptismi recipiat sacramentum. ex Augustino in *can. si quem forte coegerit extrema necessitas* 40. 24. q. 1. duobusque canonibus sequentibus, qui sunt penultimus, & vltimus. Quemadmodum neque à catholicis dande sunt hæreticis sacramenta, nisi hæresim ebnegauerint, & ad catholicam Ecclesiam transierint. ex Gelasio Papa vniuersis Episcopis per Dardeniam, siue per Illiricum constitutis in *can. nec quisquam omnino vobis persuadeat* 4. 24. q. 2.

Hæretici non hebent potestatem in se, nec consequenter in alios: Quia Deus potestatem absoluendi, atque ligendi dedit Petro, & in Petro Ecclesię. Extra Ecclesiam proinde neque ligandi, neque soluendi potestas est. ex Augustino super Ioannem in *can. quodcumque ligaueris super terram* 6. 24. q. 1. qui in fine hæc infert: *Sic in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, In Iudę persona significati sunt in Ecclesia mali*.

Hæretici testimonio contre catholicos standum non est: Quia sicuti in fide Christi suspecti sunt; ite & in testimonio humeno dubii habentur. Infirmari ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docentur; nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abiecerunt. Concilium Toletanum Quartum in *can. non potest ergu homines esse fidelis* 24. 2. q. 7. vnde nec possunt christianos accusare, sue pagani fuerint, vel hæretici, siue Iudæi. Caius Papa Felici Episcopo in *can. pagani, vel heretici*. 25. *eadem* 2. q. 7. Hæretici verò testimonio contra hæreticum pro orthodoxo fferut. *can. si hæreticus contra hæreticum* 26. *eadem* 2. q. 7. Nec etiam accusare possunt. Sicuti & infamiæ maculis aspersi. ex Cōcilio Carthaginensi Septimo in *can. diffinimus eum rectè* 1. 4. q. 1. Nam quod ab infidelibus, vel hæreticis factum fuerit, omnino cassabitur. Marcellus Papa dixit in *can. omne, quod irreprehensibile est*. 8. *in fine*. 25. q. 1. & Febianus Papa in *can. nos sequentes patrum vestigia* 19. 6. q. 1. Hæreticos verò eccusare etiem infames possunt. ibidem Gratianus §. *sed licet infames*. & ibidem *can. quæro ergo* 21. qui est Augustini. ibique Gratianus §. *verùm hoc Augustini*.

Hæreticos persequi debent Reges, & Principes terræ, atque Catholicam tueri Ecclesiam. ex Augustino ad Vincentium in *can. non inuenitur exemplum* 41. & ex Gregorio Gennadio Patritio, & Exarcho Africę in *can. sicut excellentiam vestram*. 48. 23. q. 4. Rationem reddit Gregorius ibidem in fine: *Cum enim (inquiēs) largita munera ad nominis sui gloriam respicit reuocari; tantò largiora tribuit, quantò per eum religionis suę dignitatem vident ampliari. Persoluentes pręterea paternæ charitatis affectū, Dominum petimus, quòd brachium vestrum ad comprimendos hostes forte efficiat, & mentem vestram fidei zelo, veluti mucrone gladii vibrantis, exacuat*. ita Gregorius.

Hęretici cogēdi sunt ad fidei, quā reliquerunt, receptionem, pœnisque compellendi. plura deducit Augustinus Vincentio scribens in *can. nimium sunt inquieti Donatistæ*. 37. 23. q. 4. dicens rationem. *Numquid ideo negligenda est medicina; quia nonnullorum insanabilis est pestilentia?* & peulò post: *Putas neminem debere cogi ad institiam, cùm legas Patrem familias dixisse seruis. (Lucę 14.) Quoscumque inueneritis cogite intrare. Cùm legas ipsum primo Saulum, postea Paulum ad cognoscendam, & tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis esse compulsum* (Actuum 9.) etiam per rerum corporalium spoliationem. ex eodem Augustino in *can. ipsa pietas, veritas, charitas* 24. & *can. qui peccat*. 40. 23. q. 4. Non tamen vt eorum habeentur, sed, vt ipsi. ex eodem Augustino *d. can. ipsa pietas*. rationem reddēs in fine: *Quia non res eorum sed ipsos quærimus*.

Hæręticj, qui ab eorum erroribus redire voluerint, recipiendi sunt. *Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam exigi oportet, vt fateantur se communi consensu Ecclesię Catholicæ, & Apostolicæ statuta obseruaturos*. ita Sacrū statuit Nicęnum Concilium in *can. si quis voluerit venire* 8. 1. q. 7. & ibidem modum statuit

tuit Gregorius in *can.* ſequenti. *quoties cordis oculus*. 9. & Leo Papa in *can. Maximum quoque ex laico* 19. *eadem* 1. *q.* 7. & idem Leo ad Theodorum in *can. his, qui in tempore neceſſitatis*. 10. 26. *q.* 6. & ex actis Synodi Romanę ſub Nicolao in *can. Ego Berengarius indignus*. 42. *de conſecratione diſtinct.* 2. quo in canone forma traditur abiurationis. Non ſunt tamen ad priſtinos gradus ordinationis de rigore admittendi, quamuis ex diſpenſatione Eccleſiæ recipiantur. ex Sancto Cypriano in *can. ſi qui presbyteri, aut diaconi* 5. ibique *gloſſ.* verbo *ordinatione*. 1. *q.* 7. Secus verò ſi ab hęreticis ordinati fuerint. ex Synodo Septima actione prima in *can. conuenientibus apud Nicæam Bithyniæ* 4. *eadem* 1. *q.* 7. ex neceſſitate tamen tolerantur per Leonem Papam, & cum eis diſpenſatur. in *can. Maximum quoque ex laico* 19. *eadem* 1. *q.* 7. Non verò promouentur ad ſuperiora. ex Ianuario Epiſcopo Aquilegienſi in *can. ſaluberrimum* 21. *eadem* 1. *q.* 7.

Hæretici ideo ſiunt, & Magiſtri erroris, quia veritatis diſcipuli non ſunt. vt Leo Papa ad Flauianum ſcribens dixit in *can. quid autem iniquiùs eſt*. 30. 24. *q.* 3. dicens: *Non ad propheticas voces, non ad Apoſtolicas litteras, nec ad Euãgelicas veritates, ſed ad ſemet ipſos recurrunt; & ideo magiſtri erroris exiſtunt, quia veritatis diſcipuli non fuerunt.*

Hęretici facies quidem diuerſas habent, ſed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in id ipſum. Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. excommunicamus itaque* 13. *in fine principij*. eiſdemque verbis Gregorius IX. Archiepiſcopo Mediolanen in *cap. excomunicamus, & anathematizamus* 15. *de hæreticis extrà*. Quia in eundem finem tendunt deceptionis. vt *glo.* ibidem verbo *conueniunt*. explicat.

Hęreticum hominem poſt vnam, & ſecundam correptionem deuita; ſciens, quia ſubuerſus eſt, qui eiuſmodi eſt, & delinquit, cum ſit proprio iudicio condemnatus. *ad Titum* 3. 10. ſequiturque Ambroſius in *can quæ dignior domus Apoſtolicę prædicationis* 26. *in fine*. 24. *q.* 1. eiſdemque verbis Auguſtinus in *can. dixit Apoſtolus* 29. 24. *q.* 3. & Concilium Anquirenſe in *can. Epiſcopi, eorũque miniſtri* 12. *poſt principium* 26. *q.* 5.

Hęreticus eſt, qui Romanam Eccleſiam negat eſſe caput Eccleſiarum. Rationem reddit Nicolaus Papa Secundus Mediolanenſibus ſcribens in *can. omnes, ſiue patriarchi*. 1. *in fine diſt.* 22. dicens: *fidem quippe violat, qui aduerſus illam agit, quę mater eſt fidei, & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis Eccleſiis prętuliſſe cognoſcitur*. inferens: *Vnde & ipſe S. Ambroſius ſe in omnibus ſequi Magiſtram Sanctam Romanam profitetur Eccleſiam.*

Hæreticus ne dum eſt, ſed Hæreſiarcha dicendus, qui magiſter erroris eſt; *Quia non ſolum errat, ſed etiam aliis offendicula erroris præparat, & confirmat*. aliorumque defendit errores. ex Vrbano Papa in *can. qui aliorum defendit errorem*. 32. 24. *q.* 3.

Hiebulæus, conculcator interpetratur. Hieronymus in *can. nolite recedere à Domino*. 22. §. *audi ergo ſcripturam dicentem* 11. *q.* 3.

Hieronymus ſanctus ab Angelo verberatur, quia Ciceronis libros legabat: eo quod vir Chriſtianus paganorum figmentis intenderet. Rabanus de preſſuris Eccleſiaſticis in *can. legimus de beato Hieronymo* 7. *diſt.* 37. Rationem reddit *gloſſ.* ibidem: *Quia legebat eos cauſa delectationis, non cauſa eruditionis.*

Hieronymus fuit presbyter Cardinalis. hoc dicit *Gloſſ.* in *can. quamquam ſecundum honorũ vocabula* 34. 2. *q.* 7. qui canon eſt Auguſtini ad Hieronymum dicentis: *Quamquam ſecundũ honorum vocabula, quæ iam Eccleſiæ vſus obtinuit, Epiſcopatus maior presbyterio ſit; tamen Auguſtinus in multis rebus Hieronymo minor eſt.* vbi *Gloſſa* ſequentibus commentum agit: *Auguſtinus fortè hoc credebat. Non enim licuit ei mentiri pro humilitate*. 22. *q.* 2. *cum humilitatis, & cùm Hieronymus fuit Presbyter Cardinalis, patet, quod quilibet Epiſcopus maior eſt presbytero Cardinali*. diximus etiam nos ſupra verbo Epiſcopus. ibique plura adnotat *Gloſſella* Marginalis.

Hieronymo magis credendum eſt in translationibus linguarũ; Auguſtino in diſputationibus; Gregorio in moralibus. verba damus *gloſſ.* in *can. vt veterum librorũ fides* 6. verbo *Græci*. *diſtinct.* 9. quę circa medium ſic infert: *Vel dic, quod in hoc magis credendum eſt Hieronymo, quàm Auguſtino. Quia inter iſtos tres, Hieronymum, Auguſtinum, & Gregorium: Auguſtino magis credendum eſt in diſputationibus. Hieronymo in hiſtoriis, & translationibus. Gregorius in moralibus præponitur. quia non omnes in omnibus, ſed certi per certa.* ita Gloſſa. & alia *gloſſ.* in *can. ſceleratior omnibus ò Iuda* 39. qui eſt Leonis Papæ ſermone 3. de paſſione domini *de pœnitentia diſt.* 3. verbo *diſtuliſſes*. dum perquirit; num Iudas Chriſtum Dominum morte pręuenerit, cùm deſperatus laqueo ſe ſuſpẽdit ſequentibus infert: *Reſpondeo magis in hoc credendum eſt Hieronymo, quàm Leoni*. nam Hieronymus ſuper Marcum innuere videtur, Iudam poſt Chriſti mortem laqueo ſe ſuſpendiſſe.

Hiſtriones infamiæ maculis aſperſi ſunt. idcirco non eis creditur, & accuſare non poſſunt. ex Concilio Carthaginenſi Septimo in *can. diffinimus eum rectè* 1. *in fine* 4. *q.* 1. vnde nec comunione digni ſunt. ex Cypriano Eucratio ſcribenti in *can. pro dilectione tua* 95. *de conſecratione diſtinct.* 2. nam reſpondẽs quæſito: *an talis debeat comunicare nobiſcum*. infert: *Quod ego puto, nec Maieſtati diuinę, nec Euangelicę diſciplinæ congruere, vt pudor, & honor Eccleſiæ tam turpi & infami contagione fœdetur.* vbi *Gloſſ.* verbo *infami*. commentum agit: *tales enim infames ſunt*. probatur id ex Vlpiano lib. 6. ad Edictum in *l. quod ait Prætor*. 2. *ff. de iis, qui notantur infamia* §. *ait Prætor*. verba damus Vlpiani: *Ait Prætor. Qui in ſcenam prodierit, infamis eſt. Scena autem eſt, (vt labeo definit) quę ludorum faciendorum Cauſa, quolibet loco, vbi quis conſiſtat, moueaturque, ſpectaculum ſui præbiturus, poſita ſit in publico, priuatoue, vel*

*vico: quo tamen loco passim homines spectaculi causa admittuntur. Eos enim, qui quæstus causa in certamina descendunt; & omnes propter præmiū in scenā prodeūtes: famosos esse Pegasus, & Nerua filius responderunt.* Histrionibus proinde donare res suas vitium est immane, non virtus. vt Augustinus tradit relatus *can. donare res suas histrionibus. 7. dist. 86.* ibique *gloss.* verbo *talibus.* & verbo *histrionibus*. Propterea quod infames prohibentur promoueri ad ordines. decreuit Beatus Gregorius in *can. Maritum duarum post baptismum matronarum 2. dist. 33.* inter reliquos, qui ordinari prohibentur, enumerans: *Nec illum, qui vsuras accepisse conuincitur; aut in Scena lusisse dinoscitur.* Ita quidem, vt his repręsentationibus interesse omnes Ecclesiastici prohibeantur, per Concilium Agathense in *can. presbyteri, diaconi, subdiaconi 19. distinct. 34.* rationem reddens: *Ne auditus, aut obtutus sacris misteriis deputati, turpium spectaculorum, atque verborum contagione polluantur.* Et continit dispositio Innocentii Papę Episcopis in Tolerana Synodo constitutis in *can. aliquantos ex his 1.* & eiusdem Victricio Episcopo Rothomagensi in *can. præterea frequenter 3. distinct. 51.* illis verbis: *Constat eos in ipsis muneribus etiam voluptates exhibere, quas à diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum, & mimorum apparatibus, aut præesse, aut fortasse interesse.* videndus *S. Thomas 2. 2 q. 168. art. 3. ad 5.*

Hoc facit in hominibus mors, quod in Angelis casus. Quia sicut per casum, & peccatum Angeli in sua obstinatione firmati sunt; ita in morte, qui in peccato decedunt, obstinati euadunt. Gelasium Papam vniuersis Episcopis per Dardaniam, siue per Illirycum constitutis scribentem in *can. nec quisquam omnino vobis persuadeat 4. 24. q. 2.* audiamus. *Cæterum, iam de eo, qui in diuino est iudicio constitutus nobis fas non est aliud decernere præter id, in quo eum dies supremus inuenit.* Quia nimirum qualem te inuenit Deus cùm vocat; talem pariter & iudicat. vt inquit Cyprianus in *can. numquid Cain, cùm Deo munus offerret. 26. in fine de pœnitent. distinct. 1.* & ex Damasceno *S. Thomas 1. parte q. 64. art. 2. in corpore in fine* dicente illo: Hoc est enim hominibus mors, quòd Angelis casus. vt Damascenus dicit. Dionysius Carthusianus in *Ecclesiasten cap. 11. num. 3.* super illud: *In quocumque loco ceciderit lignum, ibi erit &c.* & ita *Lorinus* in eundem locum. Quia, siue in turpi scelerum statione, siue in honesta virtutum depręhendatur cum moritur, in ea permanebit in æternum, & vel requiescet cum Iustis, & Christo in lumine felicitatis æternę, vel in tenebris cruciari cum iniquis, & diabolo.

Holocaustum spirituale est ieiunare, eleemosynas dare, pudicitiam polliceri. quę holocausta sunt vera. ex Hieronymo in Amos prophetam in *can. odi, & proieci festiuitates vestras 28. 24. q. 1. §. odisse autem.* verba sunt Hieronymi: *Et si obtulerint holocausta, vt videantur ieiunare, dare eleemosynas, pudicitiam polliceri, (quę holocausta sunt vera) non ea suscipit Dominus, nec dignatur aspicere pinguissimas hostias eorum. Non enim sacrificiorum magnitudine, seu offerentium merita, causasque diiudicat.* in fine inferens: *Quia Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.* vnde vidua, quæ duo minuta in corbonam miserat, omnibus à Saluatore præfertur. *Marci 12.* propterea *gloss.* ibidem verbo duo *minuta.* Affectum dantis pensat censura Tonantis. vnde illud.

*Iuppiter vt centum taurorum sanguine fuso:*
*Sic capitur minimi thuris amore Deus.*

Homicida non est, qui abortum procurat fœtus non dum adhuc animati; quia homo nō est. Nam, quod formatum non est, nec animatum potest intelligi, nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habeat. Augustinus in lib. Quęstionum Exodi q. 80. in *can. quod verò non formatum puerperium. 8. 32. q. 2.* inferens in fine: *Quia non dum dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret.* Rationem reddit *glos.* ibidem verbo *nec animatum.* Quia, ante quā lineamenta corporis habeat, non infunditur anima. & dilucidius dixit idē Augustinus in *can.* sequenti *Moyses tradidit 9. eadem 32. q. 2.* & *Gloss.* ibidem verbo *det animam.* quamuis occasionaliter homicida dici valeat; Quia occasio fuit, ne animatum esset. ex Cōcilio Guarmacien in *cap. si aliquis causa explendę libidinis. 5 de homicidio voluntario, vel casuali.* ibique *glos.* verbo vt *homicida. in fine.* & infra. Sicuti etiam homicida est.

Homicida est, qui hominem ad peccandum trahit; imo vincit homicidam, quia iste corpus occisurus est, ille animam; imo duas animas, & eius, quem peccare procurauit, & suam. ex Augustino in *can. ille, qui hominem prouocat ad iurationem 5. 22. q. 5.* Maius enim damnum facit ex *Gloss.* ibidem verbo *vincit*. rationem reddente: *Quia maius damnum est in amissione vnius animę, quàm mille corporum.* ex eodem Augustino ad Auxilium Episcopum in *can si habes de hac re sententiam 1. circa finem. §. quid dicam de Virgine? 24 q. 3.* idem Augustinus in *can. noli putare te non esse homicidam 27. de pœnitentia distinct. 1.* verba sunt Augustini: *Noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. Si fratri tuo mala persuades; occidis.* est ergo homicida.

Homicidiorum tres sunt species. manu hominem interficere. Odisse fratres. & detractores eorum. vti S. Petrus Apostolorum Princeps docebat. retulit S. Clemens in epistola 1. ad *Iacobum* in *can. homicidiorum vero tria genera esse dicebat Beatus Petrus 24. de pœnitentia distinct. 1.* cum quatuor sequentibus. verba sunt Clementis: *Sicut enim homicidas interfectores fratrum; ita & detractores eorum, eosque odientes, homicidas esse manifestabat: quia, & qui occidit fratrem suum, & qui odit; & qui detrahit ei, pariter homicidę esse monstrantur.* ita Clemens de detractoribus rationem reddit ibidem *glos.* verbo *detrahit.* dicens: *Quia quantum in eis est, priuant animam, (quę melior pars est hominis) vita; dum negant virtutes, (quibus anima viuit) esse in eo.*

Ho-

Homicida est, qui dat consilium, vt homo occidatur, vel exhortationem, vel eius fraude occiditur. ex Augustino in *can. perniciosè decipiunt* 23. *de pænitentia distinct.* 1. & ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis viduam* 8. *distinct.* 50. dicente illo: *Similiter si homicidit, aut facto; aut precepto, aut consilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit*. plura ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in *cap sicut dignum* 6. § *illi autem, & per totum. de homicidio voluntario, vel casuali.* inferens etiam rationem; *Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberauit, eum occidit.*

Homicida est, qui non habens publicam potestatem, quamuis malefactorem occidit: *Et tantò acriùs, quantò non sibi à Deo concessam potestatem abusiuè vsurpare non timuit.* ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. quicumque percutit malos* 33. 23. q. 8. & ex eodem Augustino in *can. ille gladium accipit* 36. 23. q. 4. rationem refert *gloss.* ibidem verbo *potestate*. dicens: *Nam potestas Gladii tantum à Principe habetur*. Sicuti etiam Homicida est, qui sterilitatis venena procurat, & conceptos fœtus aliquo modo intrà viscera extinguit, ac fundat, volendo suam prolem priùs interire, quàm viuere: aut si in vtero iam viuebat, occidi antequam nascatur. ex Augustino de nuptiis, & concupiscentia in *can. aliquando eousque peruenit* 7. 32. q. 2.

Homicida est, qui sponte sua eum occidit, quẽ scit à Iudice debuisse occidi. Augustinus in *can. cum minister Iudicis* 14. 23. q. 5. verbis ita profert Augustinus: *Cùm minister Iudicis occidit eum, quem Iudex iussit occidi; profectò si id sponte facit, homicida est, etiã si eum occidat, quẽ scit à Iudice debuisse occidi.*

Homicida dicitur, si quis amputauit sibi virilia, vnde Dei conditionis inimicus æstimatur. ex Canonibus Apostolorum in *can si quis abscidit semet ipsum* 4. *distinct.* 65. vbi *Gloss.* verbo *homicida* sequentibus commentum agit: *Non quod homicida tunc sit factus sed propter homicidii periculum, quod sequi poterat sectionem*. An autem ob castitatis periculum effugiendum occidere se liceat? quidam ex Hieronymo in *can. non est nostrum mortem arripere* 11. *in fine* 23. q. 5. affirmare visi sunt illis verbis Hieronymi *(absque eo vbi castitas periclitatur.)* sed *Gloss.* negat explicans aduerbium illud *absque*, inclusiue, pro etiam ad illud canticorum

*Pulchræ sunt genæ tuæ, absq; eo quod intrinsecus latet.*

Et sancta Pelagia Martyr, vt periculum effugeret, virginitatis, se præcipitem dedit. eamque martyrem tuetur S. Ioannes Chrysostomus. Sed instinctu spiritus Sancti fecit, ne se periculo exponeret. meminitque *Baronius* in martyrologium Romanum die 9. Iunii. littera D. de S. Pelagia virgine, & martyre apud Antiochiam. Veluti nec Sampson homicidii imputatur, *quòd se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit. nisi quia spiritus latenter hoc iusserat: qui per illum miracula faciebat*. Augustinus vt fatur lib. primo de Ciuitate Dei cap. 17. & 18. relatus *can. si non licet priuata potestate.* 9. § *non occides. circa finem.* 23. q. 5.

Homicida est, qui se ipsum qualicumque modo occiderit, mortemque oppetierit, etiam si ad mala aliqua cogeretur. ex Augustino Donato presbytero scribente in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem* 38. § *noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dicere.* 23. q. 4. & ex eodem in *can. si non licet priuata potestate* 9. 23. q. 5. dicente illo in principio; *profectò etiam qui se ipsum occidit, homicida est: & tantò fit nocentior cum se occiderit, quantò innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit.*

Homicida fuit sui ipsius Iudas, cum laqueo se suspendit, & sceleratæ illius traditionis auxit potius, quàm expiauit commissum: *Quoniam de Dei misericordia desperando exitiabiliter pænitẽs, nullum sibi salubris pænitentiæ locum reliquit.* & nihilominus *Iudas, cùm se occidit, sceleratũ hominẽ occidit: & tamen non solum Christi, verum etiam suæ mortis reus, finiuit hanc vitã.* Augustinus in *can. si non licet priuata potestate* 9. *post principium* 23. q. 5. Pro his itaque, qui sibi voluntariè mortem consciuerunt, cum in peccato moriantur, orandum non est, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducenda. ex Concilio Bracharensi primo in *can. placuit, vt qui sibi ipsis voluntariè* 12. *eadem* 23. q. 5.

Homicidia, Ecclesiasticorum potissimum, per Principes seculares mortis pœna damnanda sunt. ex Haymone in *can. sunt quædam enormia flagitia* 39. 23. q. 5. plura ex Concilio Moguntinen sub Rabano in *can. qui presbyterum occiderit* 24. & sequentibus. & *can. qui subdiaconum occiderit* 27. 17. q. 4. Quin Ciuitati, quæ proprium occiderit Episcopum, dignitas ei subtrahitur Episcopalis. decreuit Gelasius Papa in *can. ita nos, Scyllacenorũ cædes geminata Pontificum* 25. 25. q. 2.

Homicidium ad colpam non imputatur Principi, vel Iudici iustè decernenti, vel militi in bello iusto pugnanti. Quia tunc non Iudex, vel miles, vel Princeps, sed Lex occidit. & hostem pugnantem necessitas perimit, non voluntas. ex Augustino ad Bonifacium in *can. noli existimare neminẽ Deo placere* 3. 23. q. 1. & in *can. sequenti, quid culpatur in bello.* 4. qui est eiusdẽ contra Manichæos. sic inferẽte: *Vnde neque Ioannes ab armis iubet discedere milites: & Christus tributa Cæsari monet reddi: quia propter bella necessariò militi stipendium præbetur.* Idemque Augustinus ad Publicolam in *can. de occidendis hominibus.* 8. 23. *quæst.* 5. exponens verba illa (Matthæi 5.) *Non resistamus malo.* dicens: *Hinc autẽ dictũ est* (Nõ resistamus malo) *ne nos vindicta delectet, qua alieno malo animum pascit, non vt correctionem hominum negligamus.* & eodem 23. q. 5. idem Augustinus *can. miles cum obedient potestati* 13. & quatuor sequẽtibus. Quia lege facit iubente. inferẽs. *Itaque vnde punitur, si fecerit iniussu, inde punitur, nisi fecerit iussu.* Est autem Homicida, qui sine publica auctoritate, malefactorem occidit; & tantò acrius peccat, quantò non sibi à Deo concessam auctoritatem abusiuè vsurpare

pare non timet. ex eodem Augustino de Ciuitate Dei in *can. quicumque percutit malos* 33. *sine penultimo* 23.q.8.

Homicidæ non arbitrantur, qui aduersus excomunicatos zelo catholicę matris ardētes, aliquos eorum trucidasse contigerit. Est autem eis pœnitentia iniungenda, ne si forte, quid duplicitatis pro humana fragilitate in eodem flagitio incurrerint. vt inquit Vrbanus Secundus Godefredo Lucano Episcopo scribens in *can. excommunicatorum interfectoribus* 47.23.q.5. veluti

Homicidę nō æstimantur, qui contra inimicos Sanctæ Ecclesiæ in Bello pugnant, eosque interimunt. Quin qui in dicto moriuntur bello ab inimicis interfecti: quòd pro veritate fidei, & saluatione patriæ, ac defensione Christianorum moriuntur, à Deo præmiū cœleste consequentur. ex Leone Quarto Exercitui Francorum in *can. omni timore, ac terrore deposito* 9.23.q.8.

Homicida æstimatur, qui fame morientem, cū possit, non pascit. *Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti.* Ambrosius libro de officiis in *can. pasce fame morientem*.21.*distinct*.86. ibique plura cumulat *gloss*. verbo *occidisti*. & ex Sapiente Ecclesiastici 34. relati *can. immolans ex iniquo* 2. *in fine*.14.q.5. dicente Spiritu sancto: *Qui aufert in sudore panem; quasi qui occidit proximum.* Sicuti, qui decimas defraudat, homicidium patrare dicitur: Quia *quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus ante tribunal ęterni Iudicis apparebit; quia rem à Deo pauperibus delegatā, suis vsibus reseruauit.* Augustini sunt verba in *can. Decimę tributa sunt egentium animarum* 66. *in fine* 16.q.1.

Homicida pariter æstimatur, qui Christi pecunias, & Ecclesię aufert, vel rapit. ex Stephano Papa in *can. qui Christi pecunias*. 1.12. q.2. Quia, vnde famem patientibus, subueniatur, deficit; consequenterque occidit. vnde etiā sacrilegus euadit. ex *glossa* ibidem verbo *homicida*. ex Bonifacio Papa in *can. nulli liceat ignorare* 3. *eadem* 12.q.2.

Homo imago Dei est, & imago Dei est in homine. vnde dicebat Apostolus (1. ad Corint. 11.) Vir non debet velare caput suum, quia imago, & gloria Dei est. Augustinus in *can. hæc imago Dei est in homine*.13.33.q.5. Hominē ergo occidens, imaginem Dei exterminat, quamuis paganus, vel Iudæus fuerit occisus, quia spem futuræ conuersionis aufert. ex Cōcilio Marsicen *can. qui verò odii meditatione* 40 *dist*.50.

Homo dicitur imago Dei, quia in eo, veluti in pecunia, charagma Dei impressa est. *Sicut vero numus habet charagma Cęsaris sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cęsaris, reprobus est; ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur.* verba sunt Ioanni Chrysostomi in *can. eiiciens Dominus* 11. 5. *sed nec est stabilis substantia eorum. circa finem dist*.88.

Homo ad similitudinem Dei creatus est: Angelo tamen quasi maius aliquod Deus tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum; sed ipsum signaculū Dei similitudinis (Ezechiel propheta 28. dixit:) (*Tu signaculum similitudinis Dei, plenus sapientia, & perfectus decore in deliciis paradisi Dei fuisti*) vt quo subtilior est natura, eo in illo similitudo Dei plenius credatur expressa. Gregorius in moralibus in *can. principium enim viarum Dei* 45. *col*.1. *circa finem* 5. *hinc ei rursum per eundem prophetam dicitur de pœnitentia dist*.2.

Homo dignissima Creaturarum Dei. *Glossella* Marginalis ad *gloss*. in *can. propter Gloriam muneris*.69. qui est Ambrosii *de consecrat. dist*.4. in *Gloss*.1. referens illud Ouidii:

*Pronaque enim spectent animalia cetera terrā,*
*Os homini sublime dedit, cælumque videre*
*Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.*

subnectens & rationem: *Gloriosius quippe, & excellentissimum in humano corpore hominis os deprehenditur: per quod Deus glorificatur, & benedicitur, & prędicatur.* Non debet proinde homo tàm dignissima Creatura Dei, se ad vilissima abiicere, & à Deo, cuius est imago, recedere, sed ei seruire, cui seruire regnare est.

Homo licet abstinere possit à mortalibus, tamē puluere terrenæ habitationis inuoluitur, id est venialibus; vnde pœnitentia magis, quàm baptismus est necessarius. verba sunt *gloss*. in *can. quando ab Hierasolymis exiit Iesus* 147. *in fine*. verbo *pedes lauet. de consecratione dist*.4. ad verba Augustini; *Respondit Dominus Petro* (*Ioan*.13.) (Qui lotus est non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.) *Vbi intelligitur, quod iam Petrus baptizatus fuerat.* & Glossæ verba. *vnde pœnitentia magis &c.* explicat *Glossella* marginalis: *Id est sæpius necessaria. Absolutè enim magis necessarius est baptismus*. post baptismum equidem, necessaria est pœnitentia Quia vt *Gloss*. in *can. si eos, de quibus scriptum est* 148 *in fine. eadem dist* 4. *de consecrat*. in verbo *nisi vt pedes lauet*. id est sordes venialium. explicat. per pœnitētiā ergo lauanda peccata sunt quæ post baptismum perpetrantur.

Homo extrà paradisum creatus est, mulier intra paradisum: *Vt aduertas, quòd non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiā sibi comparat.* Ambrosius de paradiso in *can. illud autem animaduerte*.9. *dist*.40.

Homo post mundum perfectum creatus fuit à Deo: Quia primum oportebat domum compaginari, & sic habitatorem induci. ex Augustino in *can. Moyses tradidit* 9. *in fine* 32. *quęst*.2.

Homo, qui animal est rationale, ratione vti debet. vnde ratione non vtens, homo dici non potest. ex Gregorio Sergio Defensori in *can. si homo esses, aut aliquam discretionem habuisses* 19.27.q.1. vbi *gloss*.1. sic infert. *argumentatur; quod homo nō est homo si ratione caret.* rationem infert Gregorius in fine: *Quia, si, vt diximus, intellectum hominis habuisses, hæc, quæ modo facere præciperis, à te debueramus etiam cum vltione ante facta cognoscere.* exemplum habes ex

Na-

Nabuchodonosor, qui in superbiam elatus in bestiã mutatus dicitur. ex Gratiano in *can. remittuntur peccata*.49. *seu finali*. §. *Nabucodonosor* 13.q.5. Gratianum excipe dicentem: *Cùm autem in corde suo superbiens postea diceret: (Daniel.4.)* Non ne hæc est Babilon, quam ego condidi, in robore regni mei &c.) *statim immutauit Deus rationabilem mentem eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab hominibus fugiens cum bestiis viueret*. Quisquis igitur ratione non vtitur, homo non est, & cum bestiis computatur. Vnde dicebat Augustinus:

Homo sum, & inter homines viuo. Clero & Populo Hipponensi scribens in *can. quantumlibet vigilet disciplina*.9. *in principio distinct*.47. Augustini sunt verba: *Quantumlibet vigilet disciplina domus mea, homo sum, & inter homines viuo: nec mihi arrogare audeo, vt domus mea melior sit, quam arca Noe: vbi tamen inter octo homines, vnus reprobus inuentus est &c.*

Homo tamen cuius causa omnia creauit Deus non debet ita vili haberi, vt inanimatis, & brutis preferatur. *Absurdum enim videtur, hominem in fructu esse; cùm omnes fructus rerum Natura gratia hominum comparauerit*. Iustinianus Cæsar verbis expressit in §. *in pecudũ fructu*. *Institutionibus de rerum diuisione*. perpendit *Parladorus rerum quotidianarum, siue quotidianarum differentiarum different*. 130. *nu*. 1. *part*. 2.

Homo est compositum constans ex anima, & corpore. hac de causa corpus non est homo, quia pars compositi est. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. charitas est, vt mihi videtur* 5. §. *corpus nostrum, quia pars nostri est. de pænitentia dist*. 2. ibique *gloss*. verbo. *quia pars*. inferens rationem: *Quia nihil est id, quod sui ipsius sit pars*. concinit Paulus lib. 2. ad Edictũ Ædilitii Curulis in *l. si dictum fuerit vendendo*. 56. §. *in stipulatione dupla ff. de euictionibus, & duplę stipulationibus*. verba sunt Pauli: *In stipulatione duplæ, cum homo venditur, partis adiectio necessaria est; quia non potest videri homo euictus, cum pars eius euicta est*. Quia nimirum pars totum non est. ex Vlpiano lib. 28. ad Sabinum in *l*. 1. *ff. eodem*. & *gloss*. ibidem verbo *pars*. Quia pars homo non est, cum non sit compositum ex anima & corpore, quod cõpositum homo est.

Homo in hominem sæuire minime debet. quod inhumanum est. Sicuti inhumanum non æstimatur, hominem pro homine etiam criminoso intercedere, non sane, vt non puniatur, sed ne nimium vexetur. ex S. Augustino ad Macedonium in *can. si res aliena* 1. §. *sed inhumanum non est*. 14. q. 6. Hanc ob causam homo in hominem sæuiens, pręsertim in sanguine iunctum, crudelior omni bestia æstimatur. ex Stephano Papa V. Hastulpho in *can. admonere te cum lacrymis* 8. *paulo post principium* 33. q. 2. quin

Homo diuinam clementiam imitari debet, qui peccatoribus parcit. ex Iustiniano Augusto in *l. Imperialis beneuolentię proprio* 24. *C. de nuptiis*. verba sunt Cæsaris: *Nam ita credimus Dei beneuolentiam, & circa genus humanum nimiam clementiam (quantum nostrę naturę possibile est) imitari, qui quotidianis hominum peccatis semper ignoscere dignatur, & pænitentiam suscipere nostram, & ad meliorem eam statum deducere*. quo loco *Gloss*. verbo *imitari*. rationem reddit: *Quia in sola pietate possumus esse Deo pares*. sicut dicitur:

*Sola Deos æquat Clementia nobis.*

& *Glossella* marginalis ibidem: *Pietas nos Deo parificat*.

Homo neque propositum, neque mentem alterius scire, vel videre potest. Solus autem Deus nouit abscondita cordis. homo vero cordis affectum ignorat, nec videre potest. ex Origine in librum *Numerorum* in *can. Deus, quando maledicit* 38. 24. q. 3. vbi in fine: quod veritas homines latet, quod nõ illi videant penetralia cordium.

Homo mutabilitati subiectus. idcirco necessaria est homini demptio, vt rursus habeat in quo possit crescere: Non enim manere in vno statu natura corporum potest; sed aut crescere semper, aut decrescere oportet. nec potest viuere animal, nisi crescendi capax sit. vt ex Hippocrate dixit *H*ieronymus aduersus Iouinianum in *can. ne tales accipiamus cibos* 29. *circa finem de consecrat. distinct*. 5.

Homo solus mutabilitatis est capax. Vnde omnis homo mendax dicitur & vanitati similis factus. ex Gratiano in *can. principium enim* 45. §. *charitas autem, quæ in aduersitate deseritur, de pænitentia distinct*. 2.

Homo nouus dicitur post baptismum. Incipit enim noua vita viuere. ex Hieronymo ad Oceanum in *can. vnius vxoris virum*. 1. *distinct*. 26. ibidemque *Gloss*. verbo *nouo homini*. Quemadmodum Seruus post manumissionem nouus dicitur homo, quia noua viuit libertatis vita. ex Paulo lib. 12. Quæstionum in *l. si seruus legatus est* 27. §. *seruo legato in fine ff. de adimendis legatis*. in ratione, quam reddit: *Nouus enim homo videtur esse*. inquiens. & nouus homo videtur esse in baptismate. Quod in baptismate totum, quidquid in vetere homine gestum est, sit solutum. Quia per baptismum totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri. ex verbis Innocentii Papæ Ruffo, & *Eusebio*, & ceteris Episcopis Macedonię in *can. deinde ponitur*. 3. *eadem distinct*. 26. Non ergo in eo debet despici quod fuit, quia iam incipit esse, quod non fuit. verba sunt Gregorii in moralibus in *can. Ferrum de terra tollitur* 18. *in fine distinct*. 50. Quia nouus est homo per baptismum. ex *Gloss*. ibidem verbo *quod non fuit*. & nouum hominem appellauit Augustinus in *can. res sunt actiones* 81. *in principio de pænitentia distinct*. 1. qui post pœnitentiam Deo parturitur. verba sunt Augustini. *Vna est, quæ nouum hominem parturit*. per pœnitentiam, scilicet, præteritorum. ex Gloss. ibidem verbo parturit. Vnde Induere nouũ hominem dixit Apostolus ad *Colossenses*. 3. 9. verbis inferens: *Expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem eius*,

qui

qui creauit illum: & sequutus est Augustinus in can quomodo renouari dicimur 32. de pœnitentia distinct. 2. vbi glos. verbo veterem. id est habitum peccatorum, & vsum. Homo enim vetus nil aliud est, quàm vetus vita, quæ est in peccato, quod contraximus ab Adam, nouũ hominem id est rationabilem mentem. Gloss. ibidem verbo nouum subnectit. Et se ipsum sibi homo abneget, & totus mutetur. Ambrosius loquitur in can. sunt, qui arbitrentur 56. §. facilius autem inueni. de pœnitentia distinct. 1.

Homo per pœnitentiam fortior resurgit. Ambrosius in can. fidelior 54. dist. 50. de Petro loquens, ac dicens: Fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maiorem gratiam reperit, quam amisit. Rationem reddit gloss. ibidem verbo gratiam. & ipsa dicens: Nam infirmus fortior resurgit. ex eodem Ambrosio in can. potest fieri, vt aliquis victus suppliciis. 51. de pœnitentia distinc. 1. Nec diuersimode Gregorius Secundino scribens in can. quia sanctitas tua 16. §. ad fontem misericordiæ recurrentes eadem distinct. 50. locum deferens Luc. 15. dicere Domino: Gaudeo (inquit) super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia Rationem defert gloss. ibidem verbo gaudeo. dicens: Quia post pœnitentiam fortior resurgit, vt infra eodem fidelior. & consequentiam dat Idem Gregorius in moralibus in can. ferrum de terra tollitur 18. in fine eadem distinct. 50. hic inferens: Non ergo in eo debet despici, quod fuit: Quia iam incipit esse quod nõ fuit. ex quo argumentum eruit Gloss. ibidem verbo incipit: Quod post pœnitentiam reuertitur quis ad priores actus. ex Ambrosio in can. cum renunciatur improbitati 9. 32. q. 1. verba sunt Ambrosii: Cum renunciatur improbitati statim addiscitur virtus. Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. plura cumulat glos. ibidem verbo cum renunciatur. Quod Bonus, & malus simul aliquis esse non potest.

Homo non damnatur, nisi merito malæ voluntatis: nec liberatur, nisi bonam habeat voluntatem. ex Augustino Donato presbytero scribente in can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. post principium §. dicis Deum dedisse liberum arbitrium 23. q. 4. inferente hic: Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat, nec damnari hominem sine merito malæ voluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem?

Homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo modo potest tenere spiritum iustitiæ, etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. Quemadmodum membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore, non potest tenere spiritum vitæ. verba sunt Augustini ad Bonifacium in can. quemadmodum membrum 4. siue finali 23. q. 7.

Homo, peccator; non vtique frustra dicuntur. Quia peccator est, corripe; quia homo est, miserere: nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Augustinus verba facit. in can. Duo ista nomina, cum dicimus. 35. 23. q. 4. inferens: Ita nulli homini claudenda est misericordia: nulli peccatori impunitas relaxanda est. & in fine consequentiam infert: Non ergo suscipiamus peccatores, propterea, quòd sunt peccatores; sed tamen eos ipsos, quia homines sunt, humana consideratione tractemus: persequamur in eis propriã iniquitatem, misereamur communem conditionem.

Homo sanctificat locum, non locus hominem. Ex Ambrosio de virginibus lib. 2. in can. tolerabilius est mentem. 1. in fine 32 q. 5. dicente rationem: Nec Lupanaria infamant castitatem: sed castitas, etiam loci abolet infamiam. rationem reddit glos. ibidem verbo, nec lupanaria & ipsa dicens: Homo enim sanctificat locum, non locus hominem. ex Gregorio ad Anastasium presbyterum in can. non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: Sed eis nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt. ex eodem, Gennadio patritio, & Exarcho Africæ in can. sicut excellentiam vestram 48. circa medium 23. q. 4. rationem reddente: Quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. & glos. ibidem verbo non ex ordine. inferens: Non est considerandum quis maior sit in loco, vel ordine; sed qui sit iustior. 40. distinct. non loca. ex Ioanne Chrysostomo in can. multi sacerdotes 12. in fine eadem dist. 40. cõsequentiam inferente: Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

Hominis appellatio vtrumque sexum comprehendit, tàm videlicet masculum, quam fœminam. Quia & fœmina, vt animal est rationale, hominis nomine compræhenditur. dixit Caius lib. 10. ad legem Iuliam, & Papiã in l. hominis appellatione 152. ff. de verborum, & rerum significatione. verbis excipe proferentem Caium: Hominis appellatione, tàm fœminã, quàm masculum contineri, non dubitatur. & ibidem Glossella Marginalis. & notat gloss. in can. cùm multa nobis bona 5. verbo grammaticã distinct. 86. deduciturque per quam optimè ex Augustino in can. hæc imago Dei est in homine. 13. 33. q. 5. ibique gloss. verbo in homine. in fine dicẽs: alias communis est generis. nomen, scilicet, hoc, Homo.

Homo non ita simplex, quin magis præsumitur stultus, vt sibi per scripturam præiudicium parari voluisse existimetur. ex Iustiniano Cæsare in l. veteris Iuris præsumptione 13. siue finali. §. sint autem inuentario publico in fine C. arbitrium tutela. verba sunt Iustiniani. Neque enim sic homo simplex, (imo magis stultus) inuenitur, vt in publico inuentario, scribi contra se aliquid patiatur. Quod nemo præsumitur velle iactare suum. vt Glossella Marginalis ibidem aduertit.

Homines praui, vasa apta diaboli, nuncupantur; quibus vtitur, vt seducant illos, qui spernunt veritatem, & credunt mendacio. & iuxta Pauli sententiam, sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacceruabunt sibi magistros prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent; ad fabulas autem conuertentur. ex Augu-

stino

stino de Ciuitate Dei. in *can. nec mirũ de magorũ præstigiis*. 14. §. *Auguria autem anni*. 26. q. 5.

Homines mali in Ecclesia sunt, vt in corpore humano humores mali, qui interdũ exeũt ex corpore. Augustinus in *can. est vnitas Ecclesiæ* 49. *in fine de consecratione distinct*. 4.

Homines peruersos, siue peruersi spiritus homines, praua seminantes, nuncupauit Gregorius dilectissimis Ciuibus Romæ scribens in *can. peruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homines* 12. *de consecratione distinct*. 3. & ibidem in fine *à peruersis hominibus esse prædicatum*. dixit. & Nicolaus Papa Frontario Archiepiscopo Burdegalien scribens in *can. de viro nefando, Burgando nomine* 17. *in ipso principio* 12. *q*. 2. Burgandum ipsum, virum nefarium nuncupauit.

Hominem inuitum iubere facere quod facere non potest. inciuile, dixit Vlpianus lib. 70. de officio proconsulis in *l. moris est in vocationibus* 9 §. *sunt autem & aliæ pęnæ ff. de pęnis*.

Homo liber verberibus cædi nõ debet. ex Augustino in *can. parans debet esse homo iustus* 2. §. *nec Paulus Apostolus*. 23. *q*. 1. ex illo *Actuũ* 25. quãdo iubẽte Principe Sacerdotũ Paulus in faciẽ percussus fuit, nã dixit Paulus: *Percutiet te Deus paries dealbate: sedes iudicare me secundũ legem: Et contra legem iubes me percuti?* vbi *gloss*. verbo *& contra legem*. rationem refert: *Lex enim dicit, quòd liber homo non debet verberibus cædi*. ex Theodosio, & Valentino Augustis in *l. consensu licita matrimonia* 8. *in fine C. de repudiis, & iudicio de moribus sublato*. illis verbis: *si se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) sufficientem probauerit*.

Hominem, & pœnam habere, iniquum æstimatur. ex Vlpiano libro 76. ad Edictum in *l. apud Celsum*. 4. §. *Labeo ait ff. de doli mali, ac metus exceptione*. rationem dum reddit dicit: *Iniquum esse* (inquiens) *& hominem possidere, & pęnam exigere*. Concinitque Innocentius Tertius in *cap. quoniam frequenter in dubium reuocatur* 5. *sine finali* §. *quoque finali vt lite non contestata, non procedatur ad receptionem testium, vel ad sententiam diffinitiuam*. Qui de contumace verba faciens sequentibus infert: *Vel in contumacem est Ecclesiastica sententia proferenda: ita videlicet, quòd alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, Iudex à principio sit contentus: ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis*. Non enim duplici pœna vexari quemquam oportet. *Quia plectendo, & ignoscendo hoc solum benè agitur, vt vita hominũ corrigatur*. ex Augustino Macedonio scribente in *can. prodest, & seueritas vestra* 4. *in fine* 23. *q*. 5. Nam ea vindicta, quæ valet ad correptionem, non est prohibenda. Ex eodem in *can. ea vindicta* 51. *eadem* 23. *q*. 4. vide *Grammaticum decis*. 95.

Homines sunt nonnulli ita obstinati in malo, qui si semper viuerent; semper peccarent: quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit. ex Augustino in *can. hoc tamen intelligendum est*. 5. 23. *quæst*. 5. concinitque proinde eiusdem consequentia in *can. quem ergo pęnitet peccasse* 42. *de pęnitent. dist*. 3. *in fine* dicens: *Quem ergo pęnitet, omnino pęniteat*. concinit cum *can. quem ergo pęnitet* 88. *de pænitent. distin*. 1. qui est eiusdem Augustini de vera, & falsa pœnitentia dicentis: *Quem pęnitet omnino pęniteat, & dolorem lacrymis ostendat*. Sic faciamus omnes.

Homines ab initio natura liberos protulit. Ius verò gentium iugo substituit seruitutis. Gregorius Montanæ, & Thomæ scribens in *can. cum redemptor noster* 68. 12. *quæst*. 2. ex Iure gẽtium equidem prodierunt *bella, captiuitates, & seruitutes*. Isidorus in *can. Ius gentium est*. 9. *dist*. 1. dixitq; apertissimè Iustinianus Cæsar §. 1. *Institutionibus de libertinis*. doctrinam tradens: *Quę res à iure gentium originem sumpsit: vtpotè, cùm Iure naturali omnes homines liberi nascerentur; nec esset nota manumissio, cùm seruitus esset incognita Sed post quam iure gentium seruitus ingenuitatẽ inuasit, secuta est beneficium manumissionis*. Natura itaque homines liberi nascuntur.

Homines, quia rationales facti sunt; & de se, & de omnibus rebus, quas in vsum vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuum qualitate recipient aut pœnam, aut gloriam. verba sunt Augustini relata per Gratianum in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites* 3. §. *ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis. in fine* 15. *quæst*. 1.

Homines forum exterius secundum ea iudicant, quę apparent exterius: Deus verò forum conscientię secundum ea iudicat, quæ verè, & realiter sunt in veritate. Quia nouit ipse secreta cordium. ex Gregorio in *can. humana aures* 11. 22. *q*. 5. deducit *Nauar. cons*. 14. *num*. 8. & *cons*. 15. *num*. 3. *lib*. 5. *de simonia*.

Homini religioso parum esse debet inimicitias aliorum non exercere, vel non augere malè loquendo; nisi etiam eas extinguere benè loquendo studuerit. Verba sunt Calixti Papæ ad Benedictum Episcopum in *can. iniustũ iudicium, & definitio iniusta* 89. 11. *q*. 3. inferens in fine: Melior *est in malis factis humilis confessio, quàm in bonis superba gloriatio*.

Hominum natura prona est ad dissentiendum. ex Concilio Toletano Sexto in *can. procliuis cursus est ad voluptatem*. 2. *in principio* 20. *q*. 3. dicẽte: *Procliuis cursus ad voluptatẽ & imitatrix natura vitiorũ*. dixitq; *glo*. in *can. si forte* 36. *sine finali dis*. 63. verbo *se diuiserint*. rationẽ reddẽs *Quia natura hominis prona est ad dissentiendum*. Rationẽ habes ex Concilio Toletano Quarto in *can. omnis ętas*. 1. 21. *q*. 1. dicente Concilio: *Omnis ętas ab adolescentia in malum prona est. Nihil enim incertiùs, quàm vita adolescentiũ*. & sequuta fuit sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 23. *cap*. 18. *de reformat*. dixitque Iustinianus Cæsar. §. *si verò is quidem qui dicit. in authentico de monachis coll*at. 1. rationem reddens: *Humana enim natura quodammodo labitur ad delicta*. & dixit in §. antecedenti *Sancimus ergo sacras sequentes leges*: rationem quoque reddens: *Non enim facilis est vitę hominũ*

mutatio; sed cum animę sit labore.

Homousion Trinitatem. iurans per sanctam, & homousion Trinitatem. ex actis Synodi Romanę sub Nicolao Secundo in can. Ego Berengarius indignus 42. post medium. de consecratione distinct. 2. Homousion. id est eiusdem substantię. Tres personę enim sunt Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, sed vnius, eiusdē sunt substantię, Vnus Deus. ex glos. ibidē. Homon enim grecè idē est quod idē, vel vnū. vsia. id est substātia. ideo dicitur Trinitas homousion. id est vnius substantiæ. ita Glossa.

Honestatis sub colore cogi homines de rebus suis inuitos aliquid facere, non debent. dixerunt Valentinianus, Theodosius, & Archadius Augusti in l. dudum proximis, consortibusque concessum erat 14. C. de contrahenda emptione, & venditione. dicentibus illis: Sed quia grauis hęc videtur iniuria, quę inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti. Vnde dixit non immeritò Augustinus contra Litteras Petiliani in can. ad fidem nullus est cogendus. 33. 23. q. 5. rationem reddens: Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate. Si quæ igitur aduersus vos leges constitutę sunt: non eis benefacere cogimini, sed male facere prohibemini. notat glos. ibidem verbo cogimini. Quia, qui ex timore benefacit, reputatur non facere. vt dixit etiam Augustinus relatus in cap. qui ex timore facit 8. extra de regulis Iuris. verba sunt Augustini Qui ex timore facit preceptum, aliter, quàm debeat facit; & ideo iam non facit. de materia pertractat S. Thomas 2. 2. q. 19. vbi art. 2. distinguit de timore. Et Marcellus Papa in can. illud autem 10. in fine 20. q. 1. decreuit: neminem cogi ad præstandum beneficium. rationem reddens: Quia satis inutile est, vt coacta seruitia Domino pręstentur.

Honora Dominū de tuis iustis laboribus. refert Gregorius Syagrio, & aliis Episcopis scribēs in can. non est putanda eleemosyna 27. §. ne ergo sub obtentu eleemosynę 1. q. 1. sequētibus verba subnectens: Hinc rursum scriptum est: (Honora Dominum de tuis iustis laboribus.) Qui ergo male tollit, vt quasi bene prębeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. locus verò Salomonis (prouerbiorum 3. 9.) quem detulit Gregorius, est: Honora Dominum de tua substantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei: & implebuntur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. De substantia itaque propria honorandus est Dominus: Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata committere. vt Gregorius ibidem in fine subnectit. vbi Gloss. verbo facere. explicat illud Domini: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis. id est de diuitijs, solicitudinibus, & laboribus acquisitis.

Honores mundi non ambiendi, sed cum metu suscipiendi, vt prius quis vires suas cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, vt si impar est, abstineat; & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat. ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in can. non est putanda eleemosyna 27. in fine 1. q. 1. vbi gloss. verbo prius vires suas. illud refert Horatii in arte:

*Sumite materiam vestris, qui scribitis equam,*
*Viribus: & versate diu quid ferre recusent,*
*Quid valeant humeri.*

Quod apparet ex his, quę ex Tripertita historia in can. Valentinianus Imperator 3. distinc. 63. de deligendo pontifice dixit, atque Ambrosio Mediolanensi Episcopo electo protulit: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit; & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem decet) semper existam.

Honores dignitatum fugientibus, non ambientibus dandi: Quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus. ex Gregorii sententia Cyriaco Episcopo in can. in scripturis vestris 9. in principio 8. q. 1. vnde Augustinus ad Valerium scribens in can. ante omnia peto 7. distinct. 40. de se electo sic infert: Vis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram. Quia nimirum Valerio coadiutor in Episcopatu Hipponen datus fuit. vt Gloss. finalis ibidem aduertit. & ex Paulino Episcopo defertur in can. non autem tantum 12. 7. q. 1. dicente: Nam in columi Valerio Hipponensis Ecclesię Episcopo, coepiscopus Augustinus est.

Honores, præsertim Ecclesiastici, fugientibus dandi: dicente Gregorio Syagrio Episcopo Augustodunensi, & aliis Episcopis in can. sicut is, qui inuitatus renuit 3. 1. q. 6. atque verbis contestante: Sicut is, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris est altaribus admouendus: sic qui vltrò ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus. plura notat Gloss. verbo refugit, id ipsum explicans, quid sit refugere. id est timere, ne forte non sit sufficiens: Nam non est putandus ille honor legitimus, qui fuerit contra diuina precepta collatus. verbis expressit Leo papa ad Episcopos Africanos in can. miramur tantum apud vos 5. §. sicut enim boni operis sibi comparat fructum. distinct. 61. & rationem reddit ipse idem eisdem scribens eadem distinct. 61. can. statuimus, vt in aliquo 8. in fine ac dicens: Cùm valdè iniquum sit & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes praeferantur emeritis.

Honor vitę æquiperatur, ita vt vna æquaque incedant via, honor, & vita. ex Martiano lib. 13. Institutionum in l. iusta causa 9. in principio ff. de manumissis vindicta. verba sonāt Martiani. Iusta causa manumissionis est; si periculo vitæ, infamiæque dominum seruus liberauerit. notat Gloss. ibidem verbo infamiæque inferens: Quod simile est periculo vitę. & apertius Glossella Marginalis ibidem. & ipsa adnotans: Infamia vitæ periculo comparatur. & tamen pro mundi honore per quàm pluria perferunt homines, & in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus verò debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt; & pro Spe perpetua, nec parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerāt.

&

*& pro cœlesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno Iudicio toto etiam die assistere fortes sunt, in oratione verò coram Domino, vel vnius horæ momento lassantur.* Verbis deducimus Gregorii in moralibus in *can. omnes huius seculi dilectores 3. in ipso principio distinct. 47.*

Honoris proprii persecutor dicitur, famæque propriæ prodigus, qui contra conscientiam, & contra Iustitiam operatur, maleque agit. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap. 1. §. si quis autem. de sententia, & re Iudicata lib. 6.* ibique *glos.* verbo *prodigus*. Vnde Crudelis dicitur, qui famam suam negligit, quamuis ipse conscientiæ suę confidat. ex Augustino in *can. nolo. vt aliquis de vobis 10. 12. q. 1.* inferente illo: *Propter nos conscientia nostra sufficit nobis: propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis.*

Honorem nemo sibi sumere debet, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron. ex Paulo (*ad Hebræos 5. 4.*) dicente illo: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron. Quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris 9. in principio 8. quæst. 1.*

Honorem indebitum alteri offerens, sibi debitum honorem subtrahit. ex Pelagio II. omnibus Episcopis à Ioanne Constantinopolitano illicitè vocatis in *can. nullus Patriarcharum 4. in fine distin. 99.* disponit enim ibi Pelagius, vt nullus Patriararcharũ vniuersalitatis vocabulo vtatur. & quod nemo tali titulo alterum vocet: rationem inferens in fine: *ne sibi debitum subtrahat, cùm alteri honorem offerat indebitum.* Vnde Gregorius Eulogio Patriarchę Alexandrino in *can. Ecce in pręfatione Epistolæ 5. eadem 99. dist.* scribens reprehẽdit eum, quod ipsum vniuersalem Papam vocasset, inferens: *Quia vobis subtrahitur, quod alteri plusquam ratio exigit præbetur.* subdens: *Meus namque honor est, honor vniuersalis Ecclesię: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor.* Dicitur tamen vniuersalis Ecclesia Romana, quæ de vniuersis constat Ecclesiis, quæ græco sermone Catholica nominatur. ex Innocentio Tertio lib. 2. epistola 206. quę incipit Apostolicæ sedis. & refertur in adnotatione ad eundem Canonem in fine.

Honor per ambitionem susceptus vergit ad culpã. Quicũq; enim desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in Cœlo, nec inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit; nec vnusquisque eorum festinet, quomodo aliis maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam non, qui maior fuerit in honore, ille est iustior; sed, qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, nõ dignior gradus. verba sunt Chrysostomi in *can. multi sacerdotes 12. §. quicumq; desiderauerit distinct. 40.* & vt Gregorius Syagrio Episcopo Augustodunensi in *can. sicut is, qui inuitatus renuit 3. siue finali 1. q. 6.* testatur, rationem reddens: *Nam. qui sic nititur ad altiora conscendere; quid agit, nisi, vt crescendo decrescat; & ascendendo exterius, interius ad profunda descendat?* Hi, qui sunt: *Sua quærunt, non quę Iesu Christi.* ad Philippenses. 2. Hęc ergo quando amantur à præposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est, inter filios se non computet. verba sunt Augustini in *can. sunt in Ecclesia quidam prępositi 19. 8. q. 1.* Non ergo honores per ambitionẽ quærantur. Secundario tamen potest seruiri pro temporalibus. vt *gloss.* ibidem verbo *propter hęc.* adnotat.

Honorem non suum, sed Ecclesię debet cupere prælatus. iuxta illud Gregorii Eulogio Patriarchę Alexandrino in *can. Ecce in pręfatione epistolæ 5. siue finali distinct. 99.* dicentis: *Meus namque honor est, honor vniuersalis Ecclesiæ.*

Honore, qui maior est aliis; & sanctitate, atque perfectione debet alios pręcedere. vt eius illis exemplum instructio, & vita magistra sit. Quia cum honoris augumento, cura quoque solicitudinis debet accrescere. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustodunensi in *can. rationis ordo omnino nos admonet. 9. distinct. 100.* Nam ad quem pertinet honor, & onus. *gloss.* ibidem verbo *cura admonet.* Namque *Vilissimus computandus est, nisi pręcedat scientia, & sanctitate, qui est honore præstantior.* Symmachus Laurentio Mediolanensi Episcopo post Sextã Synodum Romanam in *can. vilissimus computandus est 45. 1. q. 1.*

Honori sacro mysterium Dei pronida cauendum solicitudine est. Merito mysteria ipsa diuina, quæ summa veneratione censentur, nec minimo præsumptionis actu soluenda erunt. ex Concilio Toletano Septimo in *can. nihil contra ordinis statutum 16. in ipso principio 7. q. 1.* Si ergo, quæ cępta sunt diuina mysteria, per sacerdotem, quod defecerit, perfici non potuerint, per alium complenda sunt sacerdotem. rationem reddit Concilium dicens: *Cùm enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format; vbi efficaciam prosperitatis vnitas fide repręsentat.*

Honori maiori quò quisque fuerit prępositus, eò grauiori corruit casu, si peccat, & eò amplius grauiori feriendus pœna. Chrysostomum excipe in *can. homo Christianus 5. dist 40.* qui sequentibus rem aperit: *Homo Christianus fortiter cadit in peccato; propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.* plura cumulat *gloss.* ibidem verbo *cadit*. & ex dictis Bonifacii martyris in *can. si Papa. 6. eadem distin. 40.* dixitq; Vrbanus Tertius Archiepiscopo Pisano scribens in *cap. cùm quidam 12. in fine principii de Iure iurando.* verba sunt Vrbani: *Est tantò grauiùs vindicandum, quantò maiori præeminet dignitate, & eorum exemplo faciliùs alii poterunt ad similia prouocari.* vbi *gloss.* verbo dignitate notando infert: *sic patet, quod dignitas delinquẽtis aggrauat peccatum:* ex Nicolao Papa ad Lotharium Regem in *can. pręcipuè Gualdra-*

*de pellicis tuę* 3.11.q.3. admonens namque illum, sic eidē rationem infert: *Deterius quippe populis prælati delinquunt: ac per hoc ipsi crudelius, quam cæteri puniuntur, vt ait Beatus Gregorius: Scire enim Prælati debent: quia si peruersa vmquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla trāsmittunt. Vnde necesse est, vt tantò se cautius à culpa custodiant, quantò per praua, quę faciunt, non soli moriuntur.* videant ergo, qui honore pręeminent, quomodo viuant. plura nos deduximus *respons.* nostra 68. *num.*99. & 100. *part.*3. vbi ex Ouidio 6. Fastorum intulimus.

*Sic igitur censura, & sic exempla parantur,*
*Cùm Iudex alios, quod monet, ipse facit.*

Honore afficiendi sunt Sacerdotes, propter eum, cuius serui sunt: ab Imperatoribus ipsis: *Nam in diuinis eloquiis sacerdotes aliquando Dii, aliquando Angeli vocantur.* plura deducit Gregorius Mauritio Imperatori scribens in *can. sacerdotes autem* 41.11.q.1. inferens; *Quid ergo mirum si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus?* Idémque Gregorius ad Iustinum prætorem in *can. habet hoc proprium antiqui hostis inuidia* 6. *circa medium* 2.q.5. Sacerdotes ideo honorandos dicens, quia Dei personam repræsentāt; *Pro qua te gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem sacerdoti debet, exhibeat; ne qua in cordibus remaneat, de his, quę sunt iam purgata, dubietas. Sed ita suprescripto vos Episcopo deuotissimè oportet in omnibus adhęrere, vt congruè, decenterque Deum in eius persona cuius minister est, videamini honorare.* Honore igitur afficiendi sacerdotes sunt, quia Deum repręsentant.

Hortator non potest esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit. ex Ambrosio de officiis in *can. vna tantum* 4. *in fine distinct.* 26. verba damus Ambrosii: *Quomodo autem potest hortator esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit?*

Hospitalitas cum omnibus exhibenda: Abraham omnes hospitio recipiebat. Meritò Angelos etiam hospitio recepit. ex Ioanne Chrysostomo in *can. quiescamus ab hac absurda Curiositate* 2. *distinc.* 42. sic inferente, dicenteque: *Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset. Sed quoniam omnes recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorum, quos accipis mercedem tibi retributurus est Deus: sed ex voluntate tua, ex liberalitate, & honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate.* Ita Aureum os Antiochænus Episcopus. Nam hospitalitas quoad omnes exercenda est; & quia Christus eam commēdauit. (Matthęi 25.) *Hospes eram, & collegistis me.* & quia sancti Patres eam sequuti fuere. Gratianus in *summa* eadem *distinct.* 42. ita vt ex Concilio Gangrensi anathematizentur qui hospitalitatem sectantes despiciunt. eadem *distinct.* 42. *can.* 1.

Hospes hospitem defendere tenetur. exemplo Sancti Loth. de quo S. Ambrosius in *can. offerebat sanctus Loth filiarum pudorem* 12. *in fine* 32.q.7. verbis infert: *Pręferebat domus suæ verecundiæ hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inuiolabilem.* ibique *gloss.* verbo *offerebat.* & verbo *barbaras.* rationem reddens: *Nam & hosti fides seruanda est.* ex Augustino ad Bonifacium in *can. noli existimare, neminem Deo placere posse* 3. *post principium* 23.q.1. dicente, atq; contestante: *Fides enim quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur; quanto magis amico, pro quo pugnatur?* plura cumulat *gloss.* ibidem verbo *hosti.*

Hospitalitas quammaximè à Prælatis, atq; religiosis seruari debet. vnde Episcopus vicedominum, & Oeconomum habere debet, vt expeditior esse valeat ad hospitalitatem seruandam. ex Gregorio Anthemio Subdiacono in *can. volumus, vt frater noster Paschasius* 2. *distinct.* 89. Rationem damus ex eodem Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. quia tua fraternitas.* 8. *in fine* 12.q.1. dicente de Episcopo: *Cùm omne, quod superest, in causis piis, ac religiosis erogandum est. Domino, ac Magistro omnibus dicente:* (Lucæ 11.) *Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.* idemque Gregorius eidem Augustino Anglorum Episcopo in *can. mos est Apostolicæ sedis* 30. 12 q.2. illis verbis: *vna videlicet Episcopo, & familiæ eius, propter hospitalitatem, & susceptionem.* Ita quidem prælatis hospitalitas decet, vt ab Episcopatus electione repulerit quendam Gregorius, quod ita tenax esset, vt in domo eius amicus ad charitatem numquam introierit. Ioanni Episcopo scribens in *can. Archidiaconum Florentinum* 1. *distinct.* 85.

Hospites illi pessimi, qui hospitio excepti hospitantium bona surripiunt. Hi namq; tunc veluti Gratianus argutè satis in *can. Ecclesias singulas* 1. *circa finem.* §. *item præcipit Dominus discipulis suis.* 13.q.1. aduertit, dicens: *Mus in pera, ignis in sinu; serpens in gremio male suos remunerāt hospites. Vnde in prouerbiis dicitur: Qui serpentē in sinu suo nutrit, percutitur ab eo. Tales inuenatis vobis hospites, quales nobis esse vultis.* perpendens scite, quod *Dominus pręcepit Discipulis suis, vt comederent, & biberent ea, quę apud auditores suos erant; sed non iussit eis, vt Dominos è domibus suis eiicerent, & rebus suis spoliarent.* inferens; *Non facilè inuenietis, qui tales hospites libenter suscipiant.* eisdemque verbis tali prouerbio vsus fuit Innocentius Tertius Archiepiscopo Senonen, & Episcopo Parisien scribens in *cap. & si Iudæos* 13. *in fine principii de Iudæis, & Sarracenis, & eorum seruis.* de Iudæis dicens: *Nobis illam retributionem impendunt, quam (iuxta vulgare prouerbium) Mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu cōsueuerunt hospitibus exhibere.*

Hospitalitatem seruari, & sanctorum necessitatibus comunicandum esse dicebat Apostolus ad Romanos 12.13. *Necessitatibus sanctorū communicantes: Hospitalitatem sectantes.* & ex Nicæoa

cęna Synodo retulit Gratianus in *can. in nomine Patris.1.in principio distinct.72.*

Hospitalarii, quamuis clerici non fuerint, inter Ecclesiasticas tamen personas agnoscuntur; sicuti & Templarii, nam Deo deuoti dicuntur, & inter Ecclesiasticas personas numerantur. ex Hieronymo in *can. duo sunt genera Christianorum 7.12.q.1.* Nã cum clericis, Deo deuotos numerat, dicens: *Vt sunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet Conuersi.* ibique *gloss.* verbo *conuersi.* dicens & ipsa: *Conuersi omnes dicuntur Ecclesiasticæ personę.* Ex Ioanne Papa Octauo omnibus Episcopis in *can. quisquis inuentus fuerit 21.§.sacrilegium committitur.17.q.4.* Enumerans enim, quis nam sacrilegium committat, sequentibus prosequitur. *Seu, qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit Clericis arma non ferentibus, vel monachis, siue Deo deuotis, omnibusque Ecclesiasticis personis.* vbi *gloss.* verbo *Ecclesiasticis.* commentum sic agit; *Vt sunt Conuersi, & pœnitentes, templarij, & hospitalarij, qui gaudent priuilegio Clericali.* & dixit *glos.* in *can. mulier, quamuis docta 29. distinct. 23.* verbo *laicus.* quæ sic infert: *argumentum contra templarios & hospitalarios; sed illi non dicuntur laici, cum sint Deo deuoti. vt 12.q.1.duo.* traditque *glos.* in *cap. sciant cuncti, qui clericos 12. de electione in 6.* verbo *Ecclesiasticas.* quæ & ipsa commentum agit: *Vt Conuersos, Templarios, vel hospitalarios: qui licet non sint Clerici, sunt tamen Ecclesiasticę personę 17.q.1. quisquis in glos. penultima.* Quia Deo consecrati sunt. vt dicit *glos.* in *can. Tributum in ore piscis 22. 23. q.8.* verbo *de exterioribus. Ripa de remedijs ad curandam pestem §.1.num. 40. Socinus in cap. si quis Clericus 1.num.15.in fine de foro competenti.* quem sequitur *Vasquius illustrium controuersiarum tom.1.lib.3. cap.105.num.53.in fine. Ioannes Lupus de libertate Ecclesiastica part.2.q.16.& finali num.7.* docens, quod Hospitalarij Ecclesiasticæ dicantur personę. *tom.13.tractatuum part.1. Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis lib.1.cap.38.num.3. Barbosa, de officio, & potestate episcopi allegat.12. nu.40. Gratianus decision.* Rotæ Marchiæ 233. *num.* 13. & gaudent priuilegijs Hospitalis. *Oldradus cons.11. thema tale est.* refert *Decius in l. in omnibus 68. num.9. ff de regulis Iuris.* vide Royam *de hereticis singulari 101.num.2.*

Hospitalarii verò, qui curam subeunt hospitalium, ad instar tutorum & Curatorum iuramentum pręstare; ac de locorum ipsorum bonis inuentaria conficere, & Ordinatiis, seu alijs; quibus subsunt loca huiusmodi, vel deputandis ab eis, annis singulis de administratione sua teneantur reddere rationem. decreuit Clemens V. in Concilio Viennen in *Clementina Quia contingit interdum 2.§. vt autem præmissa promptius obseruentur de religiosis domibus.* innouauitque Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 22. cap. 8 & 9. de reformatione.* & *sessione 25.cap 8. de reformatione. Aluarus Valascus consideratione 105. per totam. & nu. 51.& sequentibus. Nauar. de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 18. num. 2. Gratianus* Rotæ Marchiæ *decis.188.nu.10.* & *disceptationum forensium part.3. cap.491.num.23.& sequentibus. Gennens. in praxi Episcopali cap.17.*

Hostiæ impiorum abominabiles, quia offerũtur ex scelere. Salomon *prouerbiorum 21. 25.* refertur à Gratiano in *can. non est putanda eleemosyna 27.1.q.1.* qui est Gregorij Syagrio, & alijs Episcopis *§.ne ergo sub obtentu eleemosinę.* cuius damus verba: *Ne ergo sub obtentu eleemosynę cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra Scriptura nos prohibet, dicens;* Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offerũtur ex scelere. *Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat.* ita Gregorius.

Hostem pugnantem exterius necessitas debet præmere, non mala voluntas. ex Augustino ad Bonifacium in *can. noli existimare 3. §. hoc ergo primum cogita.23.q.1.* qui sic fatur: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas; vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace.* Inferens in fine. *Itaque hostem pugnantem necessitas perimat, non voluntas.* Quin

Hosti fides, si promittitur, est seruanda. ibidem rationem reddente eodem Augustino: *Fides enim, quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur.* Sicuti & Iosue de quo Ambrosius in *can. innocens credit omni verbo 23. in fine 22.q.4.* verbis enunciat: *ne dũ alienã perfidiam redargueret, suam fidem solueret.* quod exaudi ex *gloss. d.can. noli existimare.* verbo *hosti.* dicente. *Quod verum est, si ipse nobis seruat fidem, alias non tenemur ei seruare.* ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. esto subiectus pontifici tuo 7. distinct.95.* qui verbis sic fatur: *Solitum est illud Oratoris Domitii: Cur ego te (inquit) habeam vt principem, cum tu me non habeas, vt Senatorem?* vbi *gloss.* verbo *me.* argumentum format: *Quod frustrà petit debitum, qui, quod debet, non impendit.*

Hosti etiam capto misericordia debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur. Augustinus *can. noli existimare 3. in fine 23.q.1.* ex quo loco *glos.* verbo *iam debetur* in fine consequentiam infert; quod aliquis tenetur parcere hosti. dum tamen non timetur periculum. ex Gregorio Castorio Notario Rauennæ in *can. quanto à nobis 8. in fine 2.q.5.* in ratione, quam refert: *Quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit; sic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.* addit *Gloss. finalis.* Qui tamen de rigore est deponendus.

Hostis interior est mala voluntas. ex Augustino in *can. paratus debet esse homo 2. circa finem §.ac per hoc 23.q.1.* verba sũt Augustini: *Quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur.*

Hostis, quo cum iusto bello pugnatur, vtrum aperta pugna, vtrum insidijs vincatur, nihil ad iustitiam interest. Augustinus in *can. Dominus noster iubet 2. circa medium 23.q.2.* verba damus: *Cum autem iustum bellum susceperit; vtrum aperta pugna, vtrum insidijs vincat, nihil ad iustitiam interest.* vbi *glos.* verbo *insidijs.* infert: *Sic ergo per insidias, & per dolum possumus licitè*

vin-

*vincere hostes nostros, dũ tamen fidẽ non rũpamus hosti.* ex Hieronymo in *can. vtilem simulationem* 21. 22. *q.* 2. Domini exemplo inferens: *Cum & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationẽ peccatricis carnis assumpserit: vt condemnans in carne peccatum, nos in se faceret iustitiam Dei.* secundum *glos.* ibidem verbo *simulationem* quę commentum agit. *vt falleret diabolum. dicit enim auctoritas: Si diabolus eum filium Dei sciuisset, numquam eum à Iudęis crucifigi passus fuisset.*

Humana dies ab Apostolo nuncupatur (1. *ad Corinthios* 4. 30.) illo dicente: *Mihi autem pro minimo est, vt à nobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico.* humano die, hoc est humano iudicio. vti *Cornelius à Lapide* ibidem explicat. & sequitur Clemens Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo scribens in *can. Beatus Petrus* 5. §. *infames etiam omnes. in fine* 5. *q.* 1. de sancto Petro inferens: *Cunctorũ sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque, ac discretam à secularibus, & laicis hominibus esse; & spirituales quosque, atque Sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat; quoniam pro minimo nobis esse debet, vt à talibus arguamur, & iudicemur, vel ab humano die.* vbi *glos.* verbo *ab humano die.* id est, qui tantum humana, non diuina quærunt. *Ioannes Marianę* è societate Iesu doctissimus, scholion in eundem locum Pauli: ab humano die. hoc est ab homine iudicari dicit: nam dies Domini, & humanus dies opponuntur.

Humana mens, licet nequeat plenè rationis inuestigatione professionem diuinæ Generationis comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur. verbis exprimit Ambrosius in Lucam. in *can. non turbatur nauis, quæ Petrum habet* 7. *in fine.* 24. *q.* 1. nam solo Petro dicitur: *Duc in altum.* & à aliis imperetur, vt laxent retia sua, in profundum scilicet disputationum. *Quid enim tàm altum, quàm altitudinem diuitiarum videre, scire Dei filium, & professionem diuinæ generationis, assumere? quam licet mens nequeat humana plenè rationis inuestigatione comprehendere, fidei tamen plenitudo complectitur.* iuxta illud: Generationem eius quis enarrabit? vt *glos.* ibidem verbo *nequeat.* commentum agit.

Humanum est tentationem in corde perpeti; demoniacum verò est in tentationis certamine in operatione superari. ex Gregorio in moralibus in *can. hinc etenim superna voce* 1. *col.* 2. §. *Iugem verò habet scabiem. distinct.* 49. afferens illud Pauli (1. ad Corinthios 10. 13.) *Tentatio vos non apprehendat nisi humana.* ac si aperte diceret: Humanum quippè est tentationem in corde perpeti; demoniacum verò est, in tentationis certamine, in operatione superari.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrę. Paulus ad *Romanos* 6. 19. quæ vsurpauit Gregorius Ioanni Episcopo Rauennati scribens in *can. requisisti de his, qui matrimonio iuncti sunt* 2. *in fine* 33. *q.* 1. dum infert: *Tunc videtur mulierem secundas nuptias cõtrahere posse: Humanum dico propter infirmitatem carnis eorum.* vbi *gloss.* verbo *humanum.* commentum agit: *ea humanitate, qua Apostolus permisit secundas nuptias.* ex Ioanne Chrysostomo in *can. hac ratione & Apostoli præceperunt secundas adire nuptias* 9. 31. *q.* 1. inferens: *Propterea bene dixit, quia Moyses hoc permisit, non pręcepit. Aliud est enim præcipere, aliud permittere. Quod enim permittimus; nolentes præcipimus: Quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.* Nam

Humanæ societatis vinculum non permittit, vt alteri simus damno, & nocumento; sed vt prosimus. ex Papiniano lib. 6. Quæstionum in *l. seruus.* 7. *ff. de seruis exportandis.* in ratione, quã in fine ipse infert: *Cum beneficio affici homines, interest hominis.* vbi *gl.* verbo *affici* sic notat: *Quod quibilat debet esse intentus, vt alteri prosit, & non noceat.* sequitur *Mascardus de probationibus lib.* 2. *conclus.* 621. *num.* 6.

Humanum iudicium quatuor modis peruertitur, timore, cupiditate, odio, & amore. ex Gregorio in *can. quatuor modis* 78. 11. *q.* 3. verba sunt Gregorii: *Quatuor modis peruertitur humanum iudicium: timore, dum metu potestatis alicuius loqui pertimescimus: cupiditate, dum pręmio animum alicuius corrumpimus: odio dum contra quemlibet aduersarium molimur: amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus.* Fugiamus itaque, ne his quatuor nostrum peruertatur iudicium.

Humanus status instabilis est, & ideo mutabilis. Quia in humano statu nihil est stabile. ex Gregorio. 1. & ex Bonifacio II. in *can. ad hoc dispensationis diuinę prouisio* 7. *siue finali. in fine dist.* 89. illis verbis: *Quia verò vnaquęq; creatura in vna eademq; qualitate gubernari, vel viuere nõ potest; cælestiũ militiarũ exemplar nos instruit, quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli; liquet quia non sunt æquales, sed in potestate, & ordine (sicuti nostis) differt alter ab altero.* & qualitas corporum non potest manere in vno statu. vt *gloss.* ibidem verbo *qualitate* subnectit. ex Hieronymo aduersus Iouinianum in *can. ne tales accipiamus cibos* 29. *circa finem de consecrat. distinct.* 5. ex Hippocrate rationem inferente: *Non enim manere in vno statu naturam hominum, sed aut crescere semper, aut decrescere: nec posse viuere animal, nisi crescendi capax sit.* docuitque non ab re Iustinianus Cæsar in *authentico de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiasticis immobilibus. collat.* 2. §. *vt autem lex ad humanę natura varietatem.* verba sunt peroptima Iustiniani: *vt autem lex ad humanæ naturæ varietatem, & quòd semper venit moderata, per omnia immota permaneat, (quid enim erit stabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem; cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?) necessarium existimauimus; quasdam exceptiones dare legi cũ multis vigiliis, & subtilitate adinuentas &c.* Est itaque instabilis humanus status, & mutationi subiectus.

Humano, aut seculi sensu in Dei rebus loquẽdum non est; neque per violentam, atque impudentem prędicationem dictorum cœlestium sanctitati, alienæ, atque impiæ intelligen-

gentiæ peruersitas est extorquenda. Quæ scripta sunt legamus; & quæ legerimus intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fungemur. Verba sunt Hilarii de Trinitate. in can. *in Christo Pater, & Christus in nobis*. 82. *paulo post principium de consecrat. dist.* 2.

Humilitas sola est officii sacerdotalis erectio. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in *can. non multum temporis 7. in fine distinct.* 100. Dum nihil in Episcopali ceruice splendidiùs fulget, quàm humilitas. Idem vt fatur Gregorius eidem Ioanni in eadem epistola describens in *can. contrà morem quippè Ecclesiasticum est* 8. *in fine* § *decorari pallio volumus eadem distinct.* 100. Vt ad venerandi gradus summam perductos, quis sit fructus humilitatis ostendat. verbis loquimur Horsmidæ Papæ Episcopis per Hispaniam constitutis in *can. non negamus esse in laicis Deo placidos mores* 3. *in fine princip. . distinct.* 61. quo loco *gloss.* verbo *humilitatis*. rationem reddit: *Quia nihil ita splendet in Pontifice sicut humilitas*. Non tamē debent esse prælati ita humiles, vt contemnantur. docet *Gloss.* in *can. Ecce in præfatione epistolę* 5. verbo *præbetur distinct.* 99. ex Augustino de vita Clericorum in *can. quando necessitas disciplinæ* 4. *distinct.* 86. prælato loquente: *Non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas*. Quia sæpe nimia familiaritas contēptum generat. *Gloss.* ibidem verbo *frangatur auctoritas* subnectit.

Humilitatis ratione omnes ęquales sumus. Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano in *can. de Constantinopolitana Ecclesia* 4. *in fine distinct.* 22. Nam, vt *gloss.* ibidem verbo *humilitatis*. adnotat: Culpa est causa subiectionis. Nā non peccātes, legi non subiiciuntur. Et aliter non posset consistere genus humanum, nisi quidam essent maiores, & alii minores. Quia verò aliqui peccare volunt, necesse est & aliqui sint maiores, qui peccata puniant eorū. sic Glossa.

Humilitatis causa mentiri nō licet. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas? Augustinus de verbis Apostoli in *can. cùm humilitatis causa mentiris*. 9. *in fine* 22. *q.* 2. Rationē reddit *gloss.* ibidem verbo *falsitas*. subnectens: *Quia duo contraria non possunt esse in vno subiecto*. ex Ambrosio in *can. cum renunciatur improbitati*. 9. 32. *q.* 1. ratione reddente: *Egressus enim malitię, virtutis operatur ingressum: eodēque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur*. Nam ficta Humilitas superbiæ mista inuenitur. ex Gregorio Papa Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris* 9. *in finalibus verbis*. 8. *q.* 1. ibi: *sub humilitatis specie superbè contradicat*.

Humilitate quisque à malis curatur peccatorum. ex Octaua Synodo in *can. si quis semel notatus fuerit* 1. *de pœnitentia distinct.* 2. verba sunt sanctę Synodi: *Oportet ergo eum per contraria, atque aduersa curari, idest per humilitatis exercitium. Exercitia verò humilitatis sunt, si se vilioribus officiis subdat, & ministeriis indignioribus tradat. Ita namque arrogantię, & humanæ gloriæ vitium curari poterit, vt consuetudine humilitatis affectus vltra iam non incidat in arrogantię, & vanę glorię delictum*.

Humilitas cum castitate, seu virginitate commendabilis. ex Gangrensi Concilio in *can. hæc autem scripsimus*. 16. *In fine distinct.* 30. dicente Concilio: *Nos autem Virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate, & religione Deo acceptissimam dicimus: & renunciationem secularium negociorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus*.

Humilitatis, & patientię exempla nos docuit Dominus noster Iesus Christus. Cyprianus in *Canone Dominus noster ipse Iesus Christus* 25. *distinct.* 93. qui (Matthæi 20.) dixit: *Non veni ministrari, sed ministrare*. Proposuitque Calixtus Papa Episcopis Galliæ in *can. nullus primas, vel metropolitanus 7. circa finem* 9. *q.* 3.

Humiliter qui vult ab aliis sibi obediri, & ipse suis obedientiam prestet superioribus: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat. *Discipuli enim sumus humilis, & mitis Magistri dicentis:* (Matthæi 11.) *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde*. Leo Papa ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum in *can. qui scit se quibusdam esse præpositum* 14. 2. *q.* 6. Hinc sane est, quod Gregorius in *can. admonendi sunt subditi* 57. 2. *q.* 7. admonet, ne subditi plus quàm expedit, sint subiecti, ne cum hominibus plus, quam necesse est subiiciuntur, compellantur vitia eorum venerari. Rationē reddit *gloss.* ibidem verbo *admonendi* in fine. *Quia malum numquam fieri debet*. ex Gregorio in moralibus in *can. quid ergo mirum* 99. 11. *q.* 3. rationem reddente: *Quod numquam per obedientiam malum fieri; aliquando per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti*.

Humores quatuor sunt in corpore, qui constāt ex quatuor elementis. Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. non debet reprehensibile iudicari* 8. §. *cum ergo prohibitiones de coniugio. in fine de consanguinitate, & affinitate*. Aptiusque explicat ipsemet Ferrarien Episcopo scribens in *cap. in quadam nostra decretali* 8. § *restat autem, vt qualiscumque fuerit illa aqua. de celebratione missarum*. audias illum: *Cum autem ad compositionem humani corporis, quatuor elementa concurrant, videlicet, terra, aqua, aer, & ignis; & ad vegetationem eiusdem corporis, quatuor humores illis consimiles conueniant, videlicet sanguis, cholera, phlegma, & malencholia: vt veritatem humani corporis expressius demonstraret, vnum ex illis, & vnum ex istis Ioannes expressit &c.* ita Innocentius.

Hydromantici dicuntur ab aqua. ex Augustino in libro de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorū prestigiis. 14. col. 2. 5. Hydromantici* 26. *q.* 5. qui sequentibus verba inserit: *Hydromantici ab aqua dicti. Est enim hydromantia in aque inspectione vmbras dęmonum euocare, & imagines ludificantes eorum videre, ibique ab eis aliqua audire, vbi adhibito sanguine etiam inferos perhibentur suscitare*. Ita Augustinus. Decipiūtur autem, qui hæc faciunt.

Hym-

Hymnos S. Hilarius, & Ambrosius ediderunt, & Ecclesia approbauit. Nam & ipse Dominus hymnum dixisse perhibetur, Matthæo Euangelista attestante: (Matthæi 24) *Et hymno dicto exierunt in montem Oliueti*. Et Paulus Apostolus (ad Ephesios 5.) scribit dicens: *Implemini spiritu sancto, loquentes vobis metipsis in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus*. ex Concilio Toletano IV. in *can. de hymnis canendis 54. de consecratione distinct. 1*, hymnus enim est Laus Dei cum cantico. vt *gloss.* ibidē verbo *de hymnis canendis*. in casus figuratione in fine.

Hymnos duos in nouo testamento Angeli decantauerunt: Alleluia: atque Gloria in excelsis Deo. *Quos pariter in septuagesima intermittimus: Quia peccato hominis veteris à consortio angelicæ iubilationis expulsi, in huius miseræ vitæ Babilonem super flumina eius sedemus, & flemus; dùm recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus. Quod nouem hebdomadibus Alleluia intermittimus; non incongrue per nouem hebdomadas, nouem ordines Angelorum accipimus: quorum decimus ordo per superbiam corruens angelicum numerum minuit, & à felicitate perturbauit &c. Quem & nos pro modulo nostro imitantes, à septuagesima, quando Lapsus protoplasti in Ecclesia recitatur, Alleluia, nouem hebdomadibus intermittimus, scilicet, vsq; in Pascha: vbi Christus resurgens à mortuis, tristitiam nostram in gaudium vertit, & alleluia nobis reddi*. ita Leo nonus Papa in *can. hi duo solummodo hymni 55. de consecrat. distinct. 1*.

Hypocrita qui est, mortuus est. Augustinus in sermone de communi vita Clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis 10. §. qui habere voluerit proprium 12. q. 1.* dum rationem reddit: *Qui enim hypocrita est, mortuus est*. Quia peiùs est per hypocrisim peccare, quàm manifestè delinquere. ex eodem Augustino in *can. certè ego sum, qui statueram. 18. eadem 12. q. 1.* dicente: *Nolo habere hypocritas. Malum enim esse quis nesciat? Malum est cadere à proposito: sed peius est simulare propositum*. Rationem habes ex *gloss.* ibidem verbo *malum*. vbi *Glossella* marginalis: *Hypocrita plus peccat, quàm manifestè delinquens*.

Hypocritæ, sicut hæretici, non habent Spiritū Sanctum. Quia ab Ecclesia sunt separati. & Sapientiæ 1. *Sanctus Spiritus disciplinæ effugiet fictum*. Rationem habes ex Augustino in *can. de illis, qui sunt ab Ecclesia segregati 8. 24. q. 3.* inferente in fine: *Neque enim solùm ad Ecclesiam nō pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt: sed etiam illi, qui in eius vnitate corporaliter misti, per pessimam vitam separantur. &c. Quia omnibus Christi ficto corde miscetur. &* *gloss.* ibidem verbo *scientiæ*. explicans rationem: quod hæretici, & hypocritæ ab Ecclesia sunt segregati, nec Spiritum sanctum habent.

Hypocrita, quod velatæ sanctitatis imagine ex eleemosynis acceperit, restituere tenebitur. Quia alterum dolo malo induxit ad dandū. ex *Gloss.* in *can. hæc autem vita 15. §. ex his omnibus*. qui est Gratiani verbo *cibo 23. q. 4.* dicens: *quod si potest laborare, & se immiscet eleemosynis, redigendus est in seruitutem*. Dicitur enim illegitime acquisitum. argumento petito ex Cœlestino Tertio in *cap. ex transmissa querela 23. de decimis, extra*. Quatenus habet, quod decimas soluere quis tenetur ex licitè acquisitis, non verò ex illicitè. vt *gloss.* ibidem verbo *licite* pluribus perpendit. meliusque ex Innocentio Tertio in Concilio Generali, in *cap. quia plerique prælati 8. in fine de immunitate Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium extrà* illis verbis: *Quod si quis forte præsumpserit, & sic extorta restituat; & tantundem cogatur pauperibus elargiri*. ibique *gloss.* verbo *pauperibus*. & *Abbas num. 36. Nauar. in manuali cap. 17 nu. 107. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib. 4. cap. 21. q. 8. Aegidius de Coninck disputat. 21. dub. 1. nu. 8. vers. infertur 3. Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis q. 649. Lapus alleg. at. 18. nu. 2.*

I



Iacob Patriarcha, dicēdo se esse Esau primogenitum, non est mentitus. Non enim dixit se esse primogenitum, nascendo, sed ius primogenituræ, illo vendente, rite adeundo. verba sunt Gratiani in *can. quæritur, cur patriarcha mentiri voluit 22. §. item opponitur quod Iacob mentiendo 22. q. 2.*

Iacob in Liam non consensu præcedenti, sed subsequenti consensit, vt eam in vxorem acciperet. Gratianum percipe in *summa 29. q. 1. §. sed obiicitur*. Iacob non consenserat in Liam, sed in Rachel; septem siquidem annis pro Rachele seruierat: Interēs: *Iacob ergo, & Liam non fecit coniuges præcedens consensus, sed subsequens: nec tamen ex primo concubitu fornicarii iudicantur, cum ille maritali affectu eam cognouerit, & illa vxorio affectu sibi debitum persolueri; putans lege primogenitarum, & parentis imperiis se sibi iure copulatam*.

Iacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit; Quia videlicet rectores Ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetūt; sed & deorsum quoque ad membra ipsius miserando descendunt. Et Domini Sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt; Et subditorum onera portant. Melchiades Papa in *can. decreuit sancta Synodus. 1. distinct. 88. §. sed Iacob*.

Iacob Filios habuit, & de ancillis, & de liberis. bonos filios habuit natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum, & cōsequenter regnum cum fratribus tenuerūt. &c. ex Augustino in *can. recurrat nunc animus vester 2. §. inuenis ibi bonos filios Iacob. 32. q. 4.*

qui

qui in fine sic infert: *De nullo tamen desperandum est; siue qui intus talis apparet, siue qui foris manifestè aduersatur.* similibusque verbis Leo Papa ad Rusticum Narbonensem Episcopū in *can. ancillam à toro abiicere 11. in fine 32. q. 2.* qui sic fatur rationem: *Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia non nunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur.*

Iacobus frater Domini, qui iustus dicebatur, & secundum carnem, Domini nuncupatus est Frater, Hierosolymitarum primus Archiepiscopus à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus. Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ scribens. in *can. porrò, & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus. 3. dist. 66.* mandans, quòd non minus, quàm à tribus Episcopis, debet Episcopus consecrari.

Iactantię studium fugere debent Ecclesiastici. Neque vllo iactantię studio semet ipsos attollant. Isidorus de Ecclesiasticis officiis in *can. his igitur lege Patrum cauetur 3. circa finem. dist. 23.* in fine sic inferens: *Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere; scilicet, vt dùm scientia operā dant, doctrinæ gratiam populis administrent.*

Iactare se nemo debet. exemplo Petri, qui Tertio Dominum negauit. vt Ambrosius perpēdit in *can. imitare Petrum 10. 6. q. 1.* cuius inferimus verba: *Hæc autem ideo dicta sunt, vt sciatis neminem iactare se debere. Nam si Petrus lapsus est, qui dixit:* Et si alii scandalizati fuerint in te, sed non ego. *Quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid, quia dixerat:* Ego dixi in mea abundantia non mouebor in æternū: *eam sibi iactantiam obfuisse profitetur, dicens:* Auertisti faciam tuam à me, & factus sum conturbatus. *abundantia*. id est confidentia bonitatis meę. ex *Gloss.* ibidem commentum agente.

Idem ius est in toto, quod & in parte, & in maiori, quod in minori. ex Gregorio Septimo Papa in Synodo. in *can. si quis Episcopus prębēdas 3. in fine 1. q. 3.* in ratione, quam reddit: *Dignum est enim, vt sicut gratis Episcopatum accepit, ita membra eiusdem Episcopatus gratis distribuat.* quibus ex verbis *gloss.* verbo *membra* argumentum educit, quod *Idem iuris est in toto, quod in parte; & in minore, quod in maiori.* argumento eorum, quę habet Fulbertus Episcopus in Epistola relata in *can. de forma fidelitatis 18. in fine 22. q. 5.* dicens: *Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, merito censebitur malefidus; sicut ille, qui in eorum præuaricatione vel faciendo, vel consentiendo deprehensus fuerit perfidus, & periurus.* vbi *gloss.* verbo *vicem* concludit: *Et sic eadem fide tenetur quis subdito suo, sicut subditus Domino.* ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. esto subiectus Pontifici tuo 7. post principium dist. 95.* referens illud oratoris Domitii Iciтum dictum: *Cur ego te (inquit) habeam vt Principem, cum tu me non habeas, vt Senatorem?* sequitur *gloss.* in *can. non decet à capite membra discedere 1.* verbo *membra distinct. 12.* argumentum & ipsa faciens: *Idem Iuris esse in toto, quod & in parte.* allegat dictum *can. si quis Episcopus 3. 1. quæst. 3.* videndus *Nauar. de Indulgentiis notabili 15. num. 4. Afflictus decis. 267. num. 6.*

Idem quoque Ius erit, vbi par in vtroque viget ratio. ex Hieronymo ad Oceanum de morte Fabiolę in *can. apud nos. 20. 32. q. 5.* verba sunt Hieronymi: *Apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris: & eadem seruitus pari conditione censetur.* vbi *gloss.* verbo *pari.* sic commētum agit, argumentum educens: *De quibus par ratio attenditur, simile debet esse iudicium.* ex Augustino in *can. Apostolus dicit 3. circa finem 32. q. 7.* illis verbis: *Nisi quia similem formam vult intelligi, vt si dimiserit &c.* ibique *gloss.* verbo *similem.* Nec dissimiliter Vrbanus Tertius in *cap. super eo vero, quod apud vos. 4. in fine de Parochiis, & alienis parochianis.* verbis illis intuitis: *Respondemus, quòd benè videtur in vtroque seruandum, si fines legitima probatione, vel aliàs indubitata fide constiterit Ecclesiastica ordinatione statutos.* vbi *gloss.* verbo *in vtroque* duo infert argumenta, primum: *Quod idem iuris est in minoribus, quod in maioribus.* secundum verò: *Quod de similibus simile debet esse iudicium.* & quod *vbi est eadem ratio, idem debet esse Ius.* Rota apud *Duranum* Episcopum Vrgellen. *decis. 99. num. 6.* diximus *respons.* nostra *96. num. 73. part. 5.*

Idololatria fornicatio est spiritualis. *Nam Idololatria, quam sequuntur infideles, & qualibet noxia superstitio, fornicatio est.* Sicut enim vir ab vxore fornicatur aliam mulierem ad concubitum adhibendo, ita & vxor virum alium admittendo; ita, parique modo concupiscentię, quæ animam corpore malè vtentem à lege Dei aberrare faciunt, & perniciosè, turpiterque corrumpunt, fornicari illam à Deo faciunt. Fornicationis namque nomen genericè, & vniuersaliter intelligitur. ex Augustino in *can. idololatria, quam sequuntur infideles 5. 28. q. 1.* vbi *gloss.* verbo *vniuersalem.* argumentum facit: *Quod indefinitè dicitur, generaliter debet intelligi.*

Idololatria auaritia est. Quia infidelitas est. argumentum format Augustinus eodem *can. idololatria, quam sequuntur infideles. 5. §. si infidelitas 28. q. 1.* audi Augustinum argumentantem, & time: *Si infidelitas fornicatio est, & idololatria infidelitas, & auaritia idololatria; non est dubitandum, & auaritiam fornicationem esse.* ibique *gloss.* verbo *Auaritia.* quæ sic format argumentum: *Auaritia est idololatria: & Idololatria, est infidelitas, & infidelitas est fornicatio: ergo Auaritia est fornicatio.* Nam Auaritia ipsa idololatria est. Quia pecuniam pro Deo veneratur. vnde Auarus hæretico similis est. ex Augustino in *can. quæro ergo, at. 6. q. 1.* dicente illo: *Quæro quis peccet grauius, an qui nesciens in hæresim inciderit, an, qui sciens ab auaritia, id est ab idololatria, non recesserit?* est ergo Idololatria, Auaritia. Et dixit Gratianus in *summa 26. q. 5.* Auarus, quia cultum Deo debitum, nemini impendit, Idolorum cultor ab Apostolo nominatur.

Idololatria, idolorumque culturam dæmones

subtilitate sua in homines inuexerunt, vt ab vnius Dei, & veri Dei cultura abstraherent, seq; adorari, ve Deus facerent. Nam *Fallunt studio fallendi, & inuida voluntate, qua hominũ errore lętantur*. Augustinus de diuinatione dœmonum in *can. sciendum est hanc esse naturã dæmonum* 2.26.q.4.

Idololatria committitur, si sacrificia, siue de area, siue de torculari offerantur Dœmonibus. & qui talia permittit; vel cùm prohibere valeat, non prohibeat, in peccatum incidit Idololatriæ. ex Augustino ad Publicolam in *can. si de area, vel torculari* 10.16.q.2. ex ratione, quam refert Ambrosius in *can. non inferenda* 7.23.q.3. dicens: *Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tàm est in vitio, quàm ille, qui facit*. Hinc est, quod satiùs est fame mori, quã idolothytis vesci. ex Augustino de bono cõiungali in *can. sicut satiùs est mori fame* 8.32.q.4. quod ex *gloss.* ibidem verbo *fame in fine*. exauditur, formaliter, non materaliter: modo videlicet non fiat ad idoli venerationem, quod formaliter procedit: sed ad excludendam famem, materialiter dumtaxat. quia non habet aliunde, vnde famem sedet.

Idololatriã commisit Salomon, & idolis templa extruxit, qui summo Deo templum ante cõstruxerat, atq; idolis immolauit, immoderato vsu, atque assiduitate mulierum, & libidinis. ex Gregorio in moralibus in *can. Salomon quippè* 13.32.q.3.

Idololatriæ scelus æstimatur, nolle acquiescere. ita Samuel Propheta Sauli Regi (1. *Regum* 15.) respondit: *Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatrię, nolle acquiescere*. & protulit Gratianus in *can. preter hęc autem* 6 §. *porro ad hęc, quę tibi sillogisticè in eadem epistola obiiciuntur*. *distinct.* 32. sicuti ibidem. Idololatra dicitur, qui communionem non rite confectam recipit. dicente illo: *vt verè idololatræ sint, cum talibus & ordinationum. & sacramentorum confectio, & aliter, quam permissum est, scienter susceptio*. Quia nimirum. Quasi ariolandi peccatum est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. & *Sola est quę fidei meritum possidet, obedientia: sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Obedientia quippe victimis iurè pręponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur*. Gregorius fatur in moralibus in *can. sciendum summopere est* 10. §. *obedientia quippe* 8.q.1.

Idololatrię simile quid habetur, sortibus incũbere. ex Augustino in *psalmum* 30. ad verba illa: *in manibus tuis sortes*. in *can. sors non aliquid mali est* 1.26.q.2. verba sunt Augustini: *Sors nõ aliquid mali est; sed res est in dubitatione humana diuinam indicans voluntatem*. vbi *gloss.* prima verbo *mali* subsequitur: *In sui natura non esse mala: tamen prohibetur; quia propter assiduitatem labitur talis in idololatriam, sicut in iuramento*. & ibidem Gratianus. §. *his ita respondetur*, in fine. qui & ipse verbis infert: *Sic & sortibus nihil mali inesse demonstratur: prohibetur tamen fidelibus, ne sub hac specie diuinationis, ad antiquos cultus idololatrię redirent*. & ibidem Hieronymus *can. sed & illud adde* 9. §. *est, & illud opprobium Aegypti*. videlicet: *obseruare auguria sequi, et stellarum cursus, & euentus ex iis futurorum rimari, seruare somnia, ceterisque huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatrię namque mater, est Aegyptus*. ita Hieronymus. & tradit Gratianus in *summa* 26.q.5. rationem dicens: *Est enim quodam genus culturę idolorum ex dæmonum consultationibus futura prędicere. Futura enim prescire, solius Dei est: qui in sui contemplatione, etiam Angelos illa prescire facit*. & multa deducit eadem q.5.

Ieiunium duplici modo perpenditur, & spirituale, & corporale. *Ieiunium autem magnum, & generale est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi; quod est perfectum ieiunium*. Augustinus in *can. ieiunium autem magnum* 25. *de consecratione distinct.* 5.

Ieiunium corporale à Deo indictum in paradiso terrestri. & *primã illic legem constituit de ieiunio*. vt Ambrosius fatur in *can. sexto die bestia sunt creatę* 8. *distinct.* 37. inferens: *Indictum ieiunium; abstinentię lex à Domino Deo, preuaricatio legis à diabolo: culpa per cibum; Latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. Serpens gulę persuadet: Dominus ieiunium decreuit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit; abstinentia ad paradisum reuocauit errantem*.

Ieiunium à sanctis patribus, & ab Ecclesia constitutum. & ideo ieiunia constituta, sine necessitate rationabili, non soluenda. ex Eusebio Papa in *can. ieiunia in Ecclesia* 17. *de consecrat. distinct.* 5. Rationem ibidem reddit Hieronymus *can. sint tibi ieiunia pura* 20. *in fine* dicens: *Curat enim vulnera delinquentis; curatosque sanctificat ieiunium*.

Ieiunium magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi; quod est perfectum ieiunium. Augustinus in *can. ieiunium autem magnum, & generale est* 25. *de consecrat distinct.* 5.

Ieiunium verò quod non est ab Ecclesia pręceptum, si in aliquo loco seruetur, secundum loci illius morem seruari debebit. sicuti S. Ambrosius Augustino respondit in *can. illa autem, quę non scripta* 11. *in fine distinct.* 12. de eius matre Monica interrogante: *Cum Romã venio ieiuno sabbato: cùm Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam fortè ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cum matri renunciassem, libenter amplexa est*. ex ratione, quam *glos.* ibidem verbo *societate* infert, dicens: *Quod quilibet tenetur viuere secundum consuetudinem illorum, inter quos versatur*. iuxta illud:

*Si fueris Romę romano viuito more:*
*Et si sis alibi viuito sicut ibi*,

& præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. vt Hieronymus ad Lucinium scribit in *can. vtinam omni tempore ieiunare possimus* 11. *in fine distinct.* 76.

Ieiunium quatuor temporum statutum, vt sicut

cut annus per quatuor voluitur tempora; sic & nos quaternum solemne agamus ieiunium per anni quatuor tempora. ex Calixto Papa Benedicto Episcopo in *can. ieiunium quod ter in anno* 1. *dist.* 86. *Primum* quidem in initio Quadragesimæ. secundum in hebdomada Pentecostes. Tertium in Septembri. Quartum in Decembri more solito fiat. ex Vrbano in Concilio Placentino in *can. statuimus etiam* 4. *eadem distinct.* 76. & duobus canonibus sequentibus.

Ieiunium Quadragesimale ab omnibus seruãdum, nec ante soluendum, quàm vespertinũ celebretur officium, ex Concilio Cabilonensi in *can. solent plures* 50. *de consecrat. distinctione* 1. Quia ipsi dies decimæ sunt anni. Iubemur autẽ ab Omni potenti Deo, omnium bonorum nostrorum decimas dare. ex Gregorio Papa in homiliis in *can. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda* 16. *de consecrat. dist.* 5. Celebratur autem cum labore Quadragesimã ante Pascha. ex Augustino in *can. ieiunium autem magnum & generale* 25. §. *denarius ergo eadẽ distinct.* 5. *de consecrat.* meminitque Vrbanus Papa in Concilio Placentino in *can. statuimus etiam* 4. & Leo Papa in *can. huius obseruantiæ vtilitas* 6. *distinct.* 76.

Ieiunium seruabatur in Rogationibus, idest in litaniis, tribus diebus ante Ascentionem Domini. Ex Concilio Aurelianensi in *can. rogationes, idest, litanias* 3. *de consecrat. distinct.* 3. in fine subnectens: *Quo triduo omnes abstineant, & quadragesimalibus cibis vtantur.* Sed ieiuniũ hoc non præcipitur, sed suadetur. vt *gloss.* ibidem verbo *ieiunium* respondet. *A die quippe Dominicę resurrectionis, vsque in diem Pentecostes non indicuntur obseruanda ieiunia.* verbis dicimus Gratiani in *can. ieiunium quarti, & ieiunium quinti* 7. §. *non autem videntur ieiunia. dist.* 76. ex Ambrosio ibidem *can. scire debet sanctitas vestra* 8. Per hos quinquaginta dies nobis est ingis, & continuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genua succedamus. ita Ambrosius.

Ieiunium tamen in sabbato Pentecostes seruatur, non ex præcepto, sed ex consuetudine, sicuti in sabbato sancto ante Pascha ieiunamus. ex Ambrosio in *can. nosse credo vos fratres* 9. *in fine. distinct.* 76. illis verbis: *Vnde necesse est similem obseruantiam similis lętitia subsequatur.* ibique *gloss.* verbo *necesse est.* & *gloss.* in *cap.* 1. verbo *paschalem de obseruatione ieiuniorum.* *Nauar. consi.* 1. *de obseruatione ieiuniorum lib.* 3. *Ioannes Azorius Institutionum part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 13. *q.* 2.

Ieiunium feria Quinta in cœna Domini soluẽdum non est. esset enim omnem exhonerare Quadragesimam. ex Concilio Marini Papæ Bracharensis in *can. non liceat Quinta feria* 7. *de consecratione dist.* 3.

Ieiunium vero Dominici diei, & Feriæ Quintæ nemo celebrare debet. ex Melchiade Papa ad Episcopos Hispaniarum in *can. ieiunium Dominici diei* 14. *de consecrat. distin.* 3. Si quis vero die Dominico in contemptum ieiunauerit, anathemate feritur. ex Gangrensi Concilio in *can. si quis tamquam* 7. *distinct.* 30. & ibidem ex Concilio Martini Papæ *can. si quis presbyter* 17.

Ieiunium autem Sabbati, & Sextę Feriæ, illud in memoriam sepulturæ, istud verò propter passionem Domini, olim celebrabatur. ex Innocentio Papa ad Decentium in *can. Sabbato vero ieiunandum esse* 13. *de consecratione distinct.* 3. erat autem consilium, non præceptum. vt *gloss.* ibidem verbo *ieiunandum.* aduertit. & in *can. illa autem, quæ non scripta* 11. *distinct.* 11. verbo *liberas.* vt vnaquęque Prouincia abundet in sensu suo. ex Hieronymo in *can. vtinam omni tempore ieiunare possimus* 11. *in fine distinct* 76. vt morem obseruet in ieiuniis. ex *gloss.* ibidem verbo *in suo.* Dies vero sabbati, qui apud Sanctos Petres in abstinentia celebris est habitus, nunc seruatur, vt ab esu carnium abstineamus. ex Gregorio Sexto in Synodo celebrata Romæ. in *can. quia dies Sabbati* 31 *de consecrat. dist.* 5.

Ieiunium post Pascha vsque ad Pentecostem, licet traditione Ecclesiæ sit relaxatum, si qui tamen voluerint ieiunare, non sunt prohibẽdi, quia Antonius, & Paulus, & cæteri Patres etiã his diebus in Eremo ieiunauerunt. tradit Isidorus in *can. post Pascha* 10. & Hieronymus in *can. vtinam omni tempore* 11. *distinct.* 76.

Ieiuni esse debent, qui dant, & suscipiunt sacros ordines. quamuis in dominico die ordinatio fiat. ex Leone Papa Dioscoro Alexandrino Episcopo in *can. quod à Patribus nostris* 4. *dist.* 75. præsertim verò cum Episcopus cõsecratur. ex eadem *can. quod die Dominico* 5. *eadem dist.* 75.

Ieiuni debent comunicari, non vero post cibum, nisi infirmitas extrema hoc suadeat aliter fieri. ex Augustino in libro responsionũ ad Ianuarium in *can. libidò apparet* 54. *de consecrat. distinct.* 2. & ex Concilio Martini Bracharensis in *can. si quis de corpore exiens* 6. 26. *quæst.* 6.

Ieiunium æstimatur moderatio ipsa ciborum. Ieiunare proinde quotidie dicitur, qui moderato vtitur cibo. ex Hieronymo in *can. non dico hebdomadas* 18. *de consecratione distinct.* 5. & ex eodem ad Eustochium de virginitate in *can. sint tibi quotidiana ieiunia* 19. *eadem dist.* 5. *de consecrat.*

Ieiunium enim debet esse mundum. vt Nicænũ Concilium loquitur in *can. habeatur semel Concilium* 3. *dist.* 18. verba sunt Concilii: *Vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus amputatis mundũ ieiuniũ, et solemne Deo cossit offerri.* Nam parum est abstinere cibis, & errare peccatis. secundum Ambrosium in *can. quid prodest ieiunare* 12. & *can.* sequenti. *dist.* 86. Exhortabatur proinde Hieronymus in *can. sint tibi ieiunia pura* 20. *de consecrat. dist.* 5. verbis dicens: *Sint tibi ieiunia pura, & continua, moderataque, id est quotidie esurire, & quotidie prandere.*

Ieiunium curat vulnera delinquentis, curatosque sanctificat. ex Hieronymo ad Eustro-

chium in *can. sint tibi ieiunia pura 20. in fine de consecrat. dist.5.* Satisfacit pro commissis. ex Leone Papa in *can. igitur post sanctę lętitię dies 5. in fine dist. 76.* dicente illo, ac rationem reddente: *Vt si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligens libertas, & licentia inordinata præsumpserit, hoc religiosę abstinentię censura castiget.*

Ieiunia viuentium sunt defunctorum auxilia, etiam pro defunctis satisfacientia. ex Gregorio Secundo Bonifacio Episcopo in *can. animę defunctorum 22. 13. q. 2.* illis verbis: *aut ieiunio cognatorum.*

Ieiunium ex causa necessaria eleemosynis tedimitur. ex Concilio Hybernensi in *can. presbyter, si fornicationem fecerit 5. paulo ante finem dist. 82.* dicente Concilio: *Sané sciendum est, quod secundam feriam unum psalterium canendo aut unum denarium pauperibus dando (si opus est) redimere poterit.* Quo ex loco argumentum educit *gloss.* ibidem verbo *redimere*. commutationem pœnarum fieri posse.

Ieiunia multiplicata duobus, vel pluribus diebus absque cibo, prohibentur. ex Hieronymo in *can. non dico hebdomadas 18.* ibique *gloss.* verbo *duplicata*. ac duobus canonibus sequentibus *de consecratione distinct. 5.*

Ieiuniorum doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre, confusio, & ignominia est. ex Hieronymo in Micheam in *can. Ecclesiæ principes 4. prope finem dist. 35.*

Ieiunus quis dicitur celebrata digestione, quamuis non dormierit. ex Concilio Afriano in *can. sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur 49. de consecrat. dist. 1.* & ibidem *gloss.* verbo *à ieiunis* in fine. ex Clemente Papa in *can. tribus gradibus commissa sunt sacramenta 24. §. tanta in altario certe holocausta offerantur. de consecrat. dist. 2.*

Iesus Dominus noster exemplum singulare fuit patientiæ. ex Augustino sermone de puero Centurionis in *can. paratus debet esse homo iustus 2. §. hinc liquidò ostenditur. 23. q. 1.*

Iesum Crucifixum, Magistrum pauperem, & esurientem fartis prædicare corporibus, confusio, & ignominia est. ex Hieronymo in Michæam in *can. Ecclesiæ principes 4. circa finē dist. 35.*

Iesus Dominus noster Sacerdos Dei Patris dictus est, non secundum Diuinitatem, sed secundum humanitatem: in qua se pro nobis per passionem, & mortem suā acceptabile sacrificium Deo Patri obtulit, vt ipse esset Sacerdos, qui & sacrificium. Hieronymus in *can. Sacerdos Dei patris 89. de consecratione distinct. 2.*

Iesus Dominus noster ipse conuiua, & conuiuium, ipse comedens, & qui comeditur, dedit nobis panem verum. Hieronymus ad Hedibiam in *can. Nec Moyses dedit nobis panē verum 87. de consecratione dist. 4.*

Iesus Christus Dominus noster, sicut verus est Filius Dei, non quemadmodum homines per gratiam, sed quia filius ex substantia Patris: ita est vera caro, quam accipimus, & verus eius sanguis, quem potamus. Quia concors est diuinitatis, & corporis. ex Ambrosio lib. 6. de sacramentis in *can. sicut verus est Dei Filius 84. de consecratione dist. 2.*

Iesus Christus Dominus noster per lauacri regenerationem omnibus remissionem dedit peccatorum. Ambrosius in *can. cito turpem sequitur Lepra mercedem 16. §. denique Moabitæ, & cęteri, circa medium 1. q. 1.* Quia nemo habet vitam ęternam, nisi pro Christi nomine quis fuerit baptizatus sanguine. vt *gloss.* ibidem verbo *per lauacri* commentum agit; quod exaudi de adultis Secundum Augustinum de paruulis in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites 3. 15. q. 1.* & reperitur in *can firmissime tene 3. de consecratione dist. 4.*

Iesus non reuocat beneficia; imò cumulo suæ liberalitatis amplificat. Ambrosius in *can. quantuslibet ergo mortui fætor sit 53. circa finem de pœnitentia dist. 1.*

Iesu Christi Domini nostri sanctissimum nomen vbi profertur, genua cordis nostri flectere debemus; quod & capitis inclinatione testari debemus. quando non est aliud nomē nobis datum in cœlo, in quo nos oporteat saluos fieri, & decretum est vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. vti Gregorius X. in Concilio Lugdunen statuit in *cap. decet Domum Domini 2. de immunitate Ecclesiarum, cœmeteriorum, & aliorum locorum religiosorum in 6.*

Iesus hæbraicè, dicitur latinè saluator. *Gloss.* ibidem. verbo *Iesu Christi.*

Iesum Dñm nostrum Iudæi propriis manibus non occiderunt; sicut scriptum est (Ioa. 18.) *Nobis non licet interficere quemquam.* sed tamen illis Domini mors imputatur: quia ipsi lingua eum interfecerunt, dicentes: *Crucifige, Crucifige eum.* Vnde vnus Euangelista dixit: Dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta: Quia Iudæi eum crucifixerunt hora tertia lingua; milites hora sexta manibus. S. Augustinus in *can. perniciosè se decipiunt 23. de pœnitentia distinct. 1.* & ex Telesphoro Papa Sexto à Petro in *can. nocte, sancta 48. in fine de consecrat. dist. 1.* illis verbis: *Quia & eadem hora Dominus crucifixus est.* Tertia videlicet. Sed linguis, non manibus. vt *gloss.* ibidem verbo *crucifixus.* adnotat.

Iezabel Regina, vxor Achab, stupro propriē corporis ad immolandum Idolis, consequēterque dæmonibus, non nullos prouocabat. ex Gratiano in *can. si illic, vbi hæc acta sunt. 29. §. sed obiicitur illud Ambrosii 23. q. 4.* ex eodē Ambrosio.

Ignis nomine, charitas quandoque exauditur. vt in illis verbis (*Ioannis 1.*) de Christo Domino: *Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto, & igne.* id est charitate. exprimit Gloss. deducitque Anastasius Secundus ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesiæ catholicę consuetudinem 8 non multo post principium dist. 19.* Inferens, quod non polluuntur sacramenta, quamuis à pollutis ministris administrentur: *Nam si visibilis solis istius radii cum per loca fœtidissima transeunt; nulla contactus inquinatione*

ma-

*maculantur; multò magis illius, qui istum visibile fecit, virtus, nulla ministri indignitate constringitur.*

Ignis quandoque pro concupiscentiæ ardore accipitur, ex illo Gregorii ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. vir cum propria coniuge dormiens* 7. §. *oportet itaque legitima carnis copula* 33. q. 4. de viro loquens, qui continens est, ne ad diuina misteria prohibeatur accedere: dicens: *Quia à nobis prohiberi non debet accipere, qui in igne positus nescit ardere.* vbi *gloss.* verbo *in igne.* commentum agit: *Id est in ardore concupiscentiæ. id est in amplexibus vxoris igneis.*

Ignis Purgatorii, & si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis passus est in hac vita, vel pati potest. Augustinus lib. de vera, & falsa pœnitētia in *can. qui in aliud seculum distulit.* 5. *distinctione* 25. relatus etiam in *can. nullus expectet, quando iam non possit peccare* 6. *in fine de pœnitentia distinct.* 7. addens: *Numquam in carnē tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sint martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt supplicia.*

Ignis Purgatorii quod ante Iudicium sit, credendum est. ex Gregorio Dialogorum lib. 4. in *can. qualis hinc quisque egreditur* 4. *in principio distinct.* 25. verba sunt Gregorii: *Sed tamen de quibusdam leuibus culpis esse ante Iudicium purgatorius ignis, credendus est.* eodem modo Augustinus in *can. nullus expectet* 6. *circa finem de pœnitentia, distinct.* 7. de pœnitentia sera verba faciens: *Si quis est igitur, qui veram tunc quærat pœnitentiā, expectet Dei clementiam, maiorem sentiens Dei bonitatem sua nequitia. Sed si etiam sic conuersus euadat, vita viuat, & non moriatur; non tamen promittimus quod euadat omnem pœnam. Nam priùs purgandus est igne purgationis, qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis.*

Ignis est intensæ deuotionis, qui sacrificia comburit offerentium. vt puta *quòd ad Hieroboam preces, ignis descendit de Cœlo; & rursus præcante Helia ignis est missus, qui sacrificia consumeret: Datur intelligi, quod Deus non merita personarum considerat, sed officia sacerdotum.* Ambrosius in *can. cum scriptura tibi testetur.* 83. 1. q. 1. inferens: *Ignis illis visibilis mittebatur, vt crederent: nobis inuisibilis operatur, qui credimus.*

Ignis est etiam purificatorius pœnitentiæ in præsenti vita. iuxta illud ex Triburiensi Cōcilio in *can. impudicas, detestabilesque personas* 11. *circa finem.* 27. q. 1. ex hortante Concilio peccatores: *tantum facinus lamentatione continua deflentes purificatorio possint igne pœnitudinis decoqui.* Nam secundum *gloss.* ibidem verbo *pœnitudinis* in fine. *sunt duo ignes purgatorij, vnus in futuro, alter in hoc seculo, vt pœnitentia.*

Ignis indebitæ vltionis non est exercendus, quandiu per fructum pœnitentiæ emendatio expectatur. dicente Gratiano in *can. quid faciet hic Ecclesia medicina* 25. §. *ecce quod crimina sunt punienda. in fine* 23. q. 4. rationem inferente: *Hinc, cùm discipuli cælesti ignē* (Lucæ 9.) *Samaritanos vellent cōsumere; prohibiti sunt: Et Samaritani ad pœnitentiam sunt expectati, vt Christo prędicante conuerterentur ad fidem.* sequiturque ibidem Ambrosius in *can. quod Christus discipulos increpauit* 26. *ead.* 23. q. 4. dicens rationem: *Ostenditur nobis, non semper in eos, qui peccauerunt, vindicandum. Quia non numquam amplius prodest clementia, tibi ad pœnitentiam, lapso, ad correctionem.*

Ignis alienus dicitur, libido, auaritia & omnis praua cupiditas. Hic ignis exurit, non mundat. In quibus enim est, si offerant in conspectu Domini, ignis eos cœlestis absumit, sicut Nadab, & Abiù, cum his, quæ pro peccato fuerant oblata. Qui ergo emundari vult ignē alienum remoueat, & illi igni se offerat, qui culpam exurit non hominem. Hic ignis siccauit hæmorroissæ sanguinem profluentem; hic siccauit culpam latronis. Ignis enim consumens est. Sanat enim simpliciter, & pure confitentes. verba sunt Adamantij, & Hesychii in Leuiticum in *can. inter hęc hircum, qui oblatus fuerat exustum* 34. *col.* 2. §. *quomodo autem poterat. de penitentia distinct.* 3. Subdens ibidem de Iuda: *Iudas inquit:* ( Matthęi 27. ) Peccaui tradens sanguinem iustum) *sed in pectore habuit ignem alienum, quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit; quia non pura mente pœnituit.*

Ignorans ignorabitur. ex Apostolo (1. *ad Corinthios* 14. 38.) dicente: *si quis ignorat, ignorabitur.* quæ sic perpendit Gregorius in pastorali part. 2. in *can. qui ea, quæ Dei* 10. *destinctione* 38. dicens: *Qui ea, quę Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur: & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, à Deo nesciuntur. Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur.* quod præcipuè Gratianus in *can. ideo prohibetur Christianus* 15. §. *vt itaq; ex præmissis apparet circa finem distinct.* 37. de sacerdotibus exaudit, dicens: *Elaborandum est itaq; sacerdotibus, vt ignorantiam à se, quasi quandam pestem abiiciant; licet enim seruus nesciens voluntatem Domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis; nō tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur: Ait enim Apostolus:* (Qui ignorat, ignorabitur) *Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, vt benè ageret.* & refert idem Gratianus. *in summa* 15. q. 1. §. *ex vtraq. autem infirmitate.* ibiq. *gl.* verbo *ignorat.* de eo exponēs; qui appetit ignorare, vel qui contemnit scire; vel qui negligit scire, cùm possit quærere à peritioribus. & *glos.* in *cap. finali* verbo *naturali iuri in fine. de consuetudine.* Ignorantia triplex perpenditur per *Glossam.* d. verbo *ignorat* in *summa* 15. q. 1. videlicet: quædam ex simplicitate: quędam ex culpa: quędam ex negligentia.

Ignorantia mater est cunctorum errorum. Maximè verò in Sacerdotibus Dei vitanda est; qui docendi officium in populis susceperūt. ex Concilio Toletano Quarto in *can. ignorantia mater est cunctorum errorum* 1. *distinct.* 38. rationem reddit Gratianus in *can. ideo prohibetur Christianus* 15. §. *vt itaq; ex præmissis distinct.* 37. sequentibus dicens: *Vt itaq; ex præmissis apparet, imperitia sacerdotibus semper debet esse aduersa. Quia cùm per ignorantiam cæcati aliis ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt.*

Igno-

Ignorantia triplex : Bona, mala,& indifferens. ex Augustino in enchiridion in can. *quamuis errare* 11.*distinct*.38. ibique *Gloss*. verbo *quàm scire*. Bona dicitur,quod bonum sit ignorare malum,& bonũ est scire mala, vt ea vitemus, & hæc dicitur indifferens . Mala cum quis nescit,quod scire debet.vnde errat,& in culpã cadit.Nam vt Augustinus in fine infert: *sunt quædam,quæ nescire, quam scire sit melius*. Mala ignorantia est eorum, qui ea, quæ Dei sunt nesciunt.vnde *qui ea,quæ Dei sunt nesciunt,à Domino nesciuntur*.vt inquit Gregorius *in can.qui ea, quę Dei sunt sapiunt*.10.*eadem distinct*. 38. Bona ignorantia est, quę ignorat mala,ne illa admittat. ex Hieronymo in *can. hospitiolum tuum* 17.*distinct*.32.Indifferens dicitur ignorantia, de quibus nihil interest ad regnum Dei,an sciantur,vel non sciantur.ex Augustino in *can. in quibus rebus nihil interest ad capessendum Dei regnum* 6.22.q.2.exemplificat *glos*.ibidem verbo *rebus*.subnectens: *Sicut hoc,an planetę moueantur contra firmamentum, vel cum ipso: an homo,& non homo, eandem speciem significet*.& Dixit Ambrosius in *can.innocens creat omni verbo* 23 *in principio* 22.q.4. sequentibus : *Hoc est innocens esse, ignorare quod noceat*.

Ignorantia prętereà alia facti,alia Iuris. distinguit per optime Gratianus in *can.turbatur nauicula Petri*.12.§.*notãdũ quoq; est,quod nõ omnis ignorantia aliquem excusat* 1.q.4. Ignorantia facti,alia simplex, alia probabilis, alia crassa, siue supina.vt ibidem.& ex Ambrosio in *can. Innocens credit omni verbo* 23. 22. q.4.Simplex est illius, quod non oportuit scire . ex eodẽ Gratiano in *can. si quis in tantam furoris audaciam* 13.*siue finali* 9 *in hoc autem non fuit ignorantia iuris,sed facti* 1.q.4.& hi mitius puniũtur.Nam *aliud est ex necessitate aliud ex ignorantia, aliud , quod ex studio delinquitur;istudq; posterius duobus prioribus districtius esse puniendum* . ex Nicolao Papa Hincmaro Remorum Archiepiscopo in *can. excellentissimus rex Carolus* 102.11.q.3.inferens: *Quatenus,qui ex necessitate,aut ignorantia delinquunt , auctoritate nostra per te absoluantur : si tamen ipsa eorũ ignorantia,vel necessitas vera , & non simulata, vel non ex voluntate processerit : quia vt benè nosti , plerique sunt,qui possunt quidem , sed nolunt recta nosse.vnde Psalmista(psalmo 35.)*Noluit (inquit)intelligere, vt benè ageret.prosequiturque Gregorius Septimus in Cõcilio Romæ habito in *can.quoniam multos, peccatis nostris exigentibus* 103.*eadem* 11.q.3.& de ignorantia simpliciter, & absoluta loquitur Ambrosius in *can.licet aliquid* 11.*siue finali* 26.q.2. verbis loquens:*licet aliquid pollutũ sit per accidentia.id est oblationẽ idoli; cùm hoc tamẽ nescit, qui emit,nullũ patitur scrupulũ,et apud Deũ immunis est*.De ignorãtia probabili,si probari videlicet possit, te nescisse. verba facit Vrbanus Papa in Cõcilio Placẽtino in *can.si qui à simoniacis* 108.1.q.1.de iis disponẽs,qui à simoniacis,nõ simoniace ordinati sunt,si probare possunt,nescisse eos simoniacos esse.Nam tales ordinationes misericorditer sustinet. nõ eos,qui scienter se à simoniacis consecrari permiserint.Ignorantia Crassa,& Supina,est cum non potuerit ignorare,quod facit . ex Gelasio Papa Maiorico,Sereno,&Ioãni Episcopis in *can.qui,& diuinis, & humanis legibus* 24.*in fine* 22. q 2. illis verbis in ratione: *Cùm non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis*. Affectauit igitur ne sciret,ac cõsequenter ignorantiam . notatque *Gloss*.ibidem. verbo *ignorare*.& videtur Augustinus in *can. paratus debet esse homo iustus*.2. §.*nec Paulus Apostolus*. 23.q.1.cùm Apostolus dixit(Actuum 23.)*Nesciui fratres , quia Princeps est:scriptum est enim: Principi populi tui non maledices*.non enim non sciebat:*Sed admonere eos voluit, quid dixerit,vt qui saperent,intelligerent , tam destruendum esse aduentu Christi,parietem dealbatum,hoc est hypochrisim sacerdotii Iudęorum* . Quia non erat apud eum duraturus principatus . vt *gloss*. ibidem adnotat verbo *destruendum*. & verbo *nescire* dicens: *Quod non potest quis se excusare prætextu ignorentiæ de re,quæ facta est inter vicinos suos*. cocordat Hieronymus in *can.licet ergo Dominus*.15.8.q.1. illis verbis: *vt sciant omnes , & certi sint,quia,qui pręstantior est in omni populo &c*.nec porro excusare se potest de ignorantia, qui præsens est . ex Nicolao I. Photio in *can. si decreta Romanorum Pontificũ* 2 *distinct*.20. dilemmate vtens: *Si decreta Romanorum Pontificum non habetis: de neglectu,atque incuria estis arguendi; si vero habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi , & increpandi*. Quia nulli est licitum ignorare canones. vt *gloss*. ibidem verbo *de neglectu* . rationem reddit .

Ignorantia non præsumitur in iis, quæ passim obuia sunt.ex Gelasio Papa Maiorico , Sereno, & Ioanni Episcopis in *can. qui, & diuinis, & humanis legibus* 24 *in fine* 22.q.2.in ratione, quam reddit:*Cùm ignorare non potuerit sententiam proprii sacerdotis Gloss*. in *can. quod dictis* 14. *siue finali distinct*.16. ex illo textu,qui est Stephani Papæ Clero Constantinopolitano,illis verbis:*Maxime cùm Sardicense Concilium , quod penes vos in vestris regionibus actum est,& omnis Ecclesia recipit. &c* verbo *regionibus*.inferens: *Item argumentur quod nulli liceat ignorare ea,quę publicè facta sunt*.Ita quidem,vt non probet ignorantia,quando potuit scire per se,vel per alium.dicit *Gloss*.in *can. peruenit ad nos , fratrem , & coepiscopum nostrum*. 1. verbo *consilia*. *in fine dist*.84. *Cardinalis Paleottus de Sacri Consistorii consultatione part*.1. q.1. *fol*.4.*littera*.*B*.

Ignorantia iuris excusat. quando ignorantia fuit inuincibilis. ex Cypriano in epistola ad Pompeium contra Epistolam Stephani in *can.consuetudo , quæ apud quosdam obrepserat* 8. §. *ignosci potest simpliciter erranti dist*.8. ex illo Apostoli(1. *ad Timotheum* 1.) dicentis: *Qui primo fui blasphemus,& persecutor,& iniuriosus; sed misericordiam merui , quia ignorans feci*. vbi *gloss*. verbo *ignorans* . argumentum educit: *Quod ignorantia iuris excusat.vt hic*.ad Nicolai Papæ Ridoldho Bituricensi Episcopo in *can. de his, qui filiastros suos* 6.30.q.1. referens

rens illud psalmi 24. *Delicta ignorantiæ meæ, ne memineris.* videndus *S. Thomas* 1.2.q.6 *art.* 3.*&* 8.*Nauar.conf.*13.*num.*1. *lib.*4. *de sponsalibus.*

Ignorantia tamen Iuris non excusat in articulis fidei, quos omnes scire tenentur. ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidem ipsum* 34. §. *non autem nobis nunc illa quæstio est.* 24.*q.*1. dicente Pelagio: *Sed nec illud eis prodest, quod eos in eisdem litteris, vel ignorantia rationis, vel simplicitate intellectus sui à nostra se comunione suspendisse perhibetis.* ibiq; peroptime *glossa* verbo *ignoratia.* rationem reddens: *Ignorantia enim Iuris non excusat in articulis fidei.*

Ignorantia cæcitati similis habetur. ex Gratiano in *can. illud relatum per ęqué est* 3.§. *sed obijcitur de Lamech, qui cum cæcus esset* 15.*q.*1. dicente: *Sed cæcitas ignorantia similis est.* Quia sicuti cæcitas oculos offendit, ita ignorantia intellectum, & mentem.

Ignorantia facti, simpliciter excusat. quando si sciuisset, non fecisset. ex Concilio Triburiensi in *can. in lectum mariti absente vxore* 6. 34. *q.*1. Fecit autem, quia nesciuit rem ita se habere. illis Concilii verbis: *Super hoc visum est; Si ipse per securitatem veram probauerit, quod inscius fecerit hoc scelus. &c.* Ignorantia verò hæc per iuramentum probatur. vt *gloss.* ibidem verbo *per securitatem.* perpendit. ex Alexandro Tertio in *cap. si verò aliquis in clericum* 4. extra *de sententia excomunicationis* ibique *glos.* verbo *ignorauerit.* & verbo *propria manu.* Decretum enim non ligat ignorãtes. ex Innocentio Papa Exuperio Tholosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat* 2. paulò ante finem *distinct.* 82. illis verbis: *his ignorantibus venia non negabitur.* ibique *Gloss.* verbo *ignorantibus.*

Ignorans se debere continere per receptionẽ ordinis sacri, vtputa subdiaconatus, si de facto recipit, continere nihilominus debet, nec ignorantia eidem suffragatur. ex Sexta Synodo in Trullo in *can. presbyterum per ignorantiam non legalibus* 16. *distinct.* 28. vbi *Gloss.* verbo *ignorantię*, argumentum deducens: *Quod, licet aliquis ignoret se debere continere, qui ordinatur: tamen ex eo, quod recipit ordinem, tenetur continere.*

Ignorans se beneficium obtinuisse per simoniam, vtputa, quod pater eius illud emisset; tenetur nihilominus beneficium dimittere, & si valeat cum eo dispensari, vt iterum via legitima assequatur. Gratianus in *canon. eos, qui Ecclesiam emerunt* 2.§. *ex hac itaque authoritate colligitur.* 1 *q.*5.

Ignoranter bis baptizatus, pænitere non indiget, ordinari verò non poterit, nisi magna aliqua necessitas cogat. ex pœnitentiali Theodori in *can. qui bis ignoranter baptizati sũt* 117. *de consecrat. distinct.* 4. vbi *Gloss.* verbo *ordinari.* excludit de ignorantia Iuris, siue de ignorantia facti, quæ omnino excusat.

Ignorantiam, qui allegat, ipse probare tenetur, ex Vrbano Papa Secundo in Synodo Placẽtina in *can. ordinationes, quę ab hęresiarchis* 5. *post principium* 9.*q.*1. illis verbis: *nisi probare valuerint, se, cum ordinarentur, eos nesciisse damnatos.* ibique *Glossa* verbo *nisi probare.* & *glos.* in *can. qui & diuinus* 24. *in fine* 12. *q.* 2. verbo *ignorare.*

Ignoratis principiis, cetera quoque ignorantur. ex Gregorio Episcopo Antiocheno in *can. cum Paulus dicat.* 26.1.*q.*1. consequentiam inferente, ac dicente: *consequenter probatur, Quia vbi Christus non est fundamentum, nullũ boni operis est super ædificium.* nec dissentire videtur Caius lib. 1. ad legem duodecim tabularum in *l.* 1. §. *& certè ff de origine Iuris.* quisequentibus fatur, de Iuris doctrina rem agens: *Et certè, cuiusque rei potissima pars principium est.* Ignoratis ergo principiis, & quę subsequentur ex illis, pariter ignorabuntur. ex Iustiniano Augusto in §. *finimus autem in fine in Authentico de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesiasticis collat.* 2. illis verbis: *Ipsa enim rei principia perimentes, & prohibentes quod fit; nequaquam perscrutatione deinceps indigebimus.* sequitur *Abbas in rubrica extrà de Iure iurando.* ex illo Leonis Papæ ad Muros Episcopos. in *can. principatus, quem aut seditio extorsit* 25.1.*q.*1. dicentis: *Ipsius tamen initii sui est perniciosus exemplo;* subdens: *Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quę malo sunt incohata principio.* vbi *gloss.* verbo *principio.* Argumentatur. *Initium spectãdum.* & verba Leonis deducta quoque leguntur in *can. miramur tantum apud vos.* 5. §. *principatus autem, quem aut seditio extorsit distinct.* 61. diximus nos *respons.* nostra 75. *num.* 40. *& sequentibus part.* 5.

Ignoscendum est illi, qui prouocatus, voluit se vlcisci. ex Innocentio Tertio Monachis Farensibus in *cap. cum inter priorem, & conuentũ* 5. §. *inquisitioni vestę duximus respondendũ de exceptionibus extrà.* illis verbis: *Quod prædicto nobili legitima defensio in Iudicio reseruatur, & maxime Iudicis recusatio.* vbi peroptimè *glos.* verbo *legitima defensio.* refert verba supra allata. ex Vlpiano lib. 45. ad Edictum in *l. qui cum natu maior esset* 14. §. *si libertus ff. de bonis libertorum.* inferente verbis rationem: *Ignoscendum est enim ei, qui voluit se vlcisci, prouocatus.*

Illatio à diuersis, & separatis, atque diuisis non iure fit. ex Innocentio Papa Exuperio Tholosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat* 2. *circa finem.* §. *sed ea planè dispar, & diuersa sententia est. dist.* 82. ibidemque *glos.* verbo *& diuersa.* Nam recipit diuisionem, id est distinctionem; dicens ergo à distinctis, non recte infertur. argumento etiam petito ab Alexandro Tertio in *cap. ad audientiam nostrã* 12. *in fine de decimis, primitiis, & oblationibus.* dicente Alexandro. *Nam si intelligeremus tantummodo de noualibus, vbi ponimus de laboribus, de noualibus proponeremus.* non ergo à diuersis illatio infertur. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *intelligeremus:* Quod à forma verborum sine certa scientia non est recedendum. ex Leone IX. contra epistolam Nicetę Abbatis in *can. omnino constituimus non licere episcopo* 11. *distin.* 32. Nec diuersimode inferre videtur Vlpianus lib. 14. ad Edictum

ctum.in *l. Papinianus exuli 21. in fine principii. ff. de minoribusviginti quinque annis.* in ratione, quam intulit: *Quid enim commune habet delictum cum venia ætatis?* Sūt ergo diuisa nomina.non itaque iure ab eis infertur,quæ sunt diuersa. & ex eodem Vlpiano lib 7.ad Edictum in *l.naturaliter videtur possidere 12. §. nihil commune ff. de acquirenda,vel amittēda possessione.* in ratione,quam in fine reddit: *Nō enim videtur possessioni renunciasse, qui rem vendicauit.* Quia de proprietate egit. & diuersa sunt proprietas, & possessio. Non ergo rectè ab vno ad aliud infertur, cum diuersa sint. Dixitque non ab re Papinianus lib.2. de adulteriis in *l. de seruo,qui accusatur 9.§.fine finali ff. de calumniatoribus in fine* verbis illis. *Separatum est enim calumniæ crimen à damno, quod in seruo propter quæstionem domino illatum est.* vbi *Bart.in* summario: *Separatorum* (inquit) *separata debet esse ratio.* Concinitque & ratio, quā Diocletianus, & Maximianus Augusti detulere in *l.neque natales tui 10.in fine C. de probationibus.* verbis illam proferentes: *Cùm nihil prohibeat, & te ingenuum, & eam ancillam esse.* Quia non probat hoc esse,quod ab hoc contingit abesse.vt *Gloss.* ibidem verbo *cùm nihil.* subnectit. A separatis enim, & à se inuicem differtis nulla fit recta illatio. *Rota part.6. in recentioribus per Rubeum decis. 6. num. 11.* diximus *respons.nostra 6.num.4.& 19.part.5. Nauarrus cons.6. num 9.lib.4.de cognatione spirituali.& cons.66.num 5.lib.5.de simonia.*

Illegitimi, qui ex iustis nuptijs nati nō sūt nō deputātur filii, & nullo parētibus iure succedunt. Augustinus in *can quid est quicumque dormierit cum cognata sine filiis morietur. s.& finali 35.q.7.* quia dicuntur non esse filii, qui non sunt boni. *Gloss* ibidem. verbo *sine filijs* scilicet legitimis.

Illicita perpetrari non debent, neque vt ea perpetrentur pati nos oportet. ex Gregorio ad Maximum Salonitanum Episcopum in *can. quemadmodum illicita perpetrari.9. distinct. 12.* dicente illo: *Quemadmodum illicita perpetrari non patimur: sic quę sunt consuetudinis, non negamus.*

Illicita qui per libertatem arbitrii commisit,à multis etiam licitis abstinebit. ex Augustino de pœnitentia in *can.consideret qualitatem criminis 1. col.3.§. in his omnibus dolens, aut seculum derelinquat.de penitentia distinct.5.* verba sunt Augustini consilium dantis: *Abstineat à multis licitis, qui per libertatē arbitrij commisit illicita Semper offerat Deo mentem, & cordis contritionem, & deinde, quod potest de possessione, tunc quod offert,securus offerat.* concinitque Leo Papa ad Rusticum in *can.aliud quidem est, debita iusta reposcere.14. 1. q.1.* verbis illis iatis aptis ad rem: *sed illicitorum veniam postulantem, oportet etiam à multis licitis abstinere. dicente Apostolo:* (1.ad Corinth.6.) *Omnia mihi licent.sed non omnia expediunt.*

Imago Dei est homo, & vnus factus est, quasi Dominus, ex quo ceteri oriuntur, habens imperium Dei,quasi vicarius eius. Ideoque mulier non est facta ad imaginē Dei. Augustinus in *can. hæc imago Dei est in homine 13. 33.q.5.* Quia sicut Deus principium est omnium per creationem;sic homo primus aliorum, est principium per propagationem. pluta deducit *Gloss.in can.si sacerdos peccauerit 59. §. sed huiusmodi interrogationes*, qui est Gratiani, verbo *Deus quis.de penitentia dist.1.* docens: Imaginem tripliciter dici. vnam identitatis, secundum quam tantum filius Dei,est imago Patris. Imitationis, secundum quam dicitur, quod magna nauis est imago alicuius domus,& discipulus magistri. & expressionis, siue similitudinis expressę. vt sigillum in cera depingitur.

Imaginem Dei habet illa anima, quæ habet in se virtutum gratiam renitentem, splendoremque pietatis. Illa anima benè picta est, in qua elucet diuinæ operationis effigies. Secundum hanc imaginem Adam ante peccatum depictus fuit; sed vbi lapsus est,deposuit imaginem cœlestis; sumpsit terrestris effigiem. Ambrosius in Hexameron. in *can.illa anima a Deo pingitur 35. de pœnitentia distinct. 2.*

Imago Christi Crucifixi ideo depingitur, vt gratia nobis præteriti beneficij repræsentetur in memoriam, quod pro nobis, nostrorumque omnium salute se obtulit Deo Patri immolandum. ex Hadriano Papa Tharasio Patriarchæ in actione secunda Septimę Synodi in *can.Sextā Sanctā Synodum recipio 26.in fine de consecratione distinct.3.*

Imagines sanctorum non violādę, nec adorandæ, sed venerandæ. *Aliud est enim picturam adorare: aliud per picturę historiam, quid sit adorandum, addiscere. Nam quod legentibus scriptura,hoc idiotis præstat pictura cernentibus: quia in ipsa etiam ignorantes vident, quid sequi debeant:in ipsa legunt:qui litteras nesciunt. Vnde,& præcipuè gentibus,pro lectione pictura est.* Verba sunt Gregorii Seuero Episcopo Massiliēsi in *can. perlatum ad nos fuerat 27.de consecratione distinct.3.* Non,quod imagines ipsæ sint adorādæ,sed res per ipsas repræsentatæ, ad memoriam, & recordationem primitiuorū, qui Deo seruierunt. ex Septima Synodo actione sexta in *can. venerabiles imagines 28. de consecrat.distinc.3.* Non sane honore latriæ, qui soli Deo debetur, sed duliæ.vt *Gloss* ibidem aduertit verbo *Cultu.* ex Gregorio X.in Generali Concilio Lugdunen in *cap. si canonici à diuinis cessare voluerint 2.§.finali de offici. ordinarij in 6.* ibique *Gloss.* verbo *indeuotionis.* quæ sequentibus rationem refert: *Nam Imagines propter reuerentiam illorum, quos imago figurat,adorare debemus: quod.n. facit scriptura legentibus,hoc pictura cernentibus idiotis, Ita tamen adorare debemus, ne duliam,in latriam vertamus.* & decreuit Sacrosancta Tridētina Synodus *sessione 25.* initio in decreto *de inuocatione,& veneratione, & reliquijs sanctorum, & sacris imaginibus §. illud verò diligenter doceāt Episcopi.* videndus *S. Thomas. 2.2 q.84, art.1. ad 1 argumentum,& q.103.art.3.*

Imitatorem totius virtutis seipsum debet Episcopus quilibet populis ostendere, testem-

stemque doctrinę, conuersationemque bonā habere. vti Velentinianus Imperator dixit Episcopis congregatis Mediolani, vt Episcopum eligerent. Fuit antem electus Ambrosius. in *can. Valentinianus Imperator* 3. paulo post principium. *distinct*.63.

Imitatio Christi necessaria nobis est, ne ab illius corpore separemur. Nam si filii eius sumus: quæ ipse fecit, nos imitari debemus. ex Hieronymo in *can. Dominus noster Iesus Christus* 8. *in fine distinct*.56. & dixerat iure Deus (Leuitici 11.& 20.& Numer.18.) *Sancti Estote, quia & ego sanctus sum, Dominus Deus vester.* perpenditque Innocentius Papa Exuperio Tolosano Episcopo scribens in *can. proposuisti* 2. *distinct*.82.

Imitationis exemplum nobis dedit Christus in humilitate, & patientia. ex Cypriano in *can. Dominus noster ipse Iesus Christus*.25. *circa finem distinct*.93. qui super verbis illis (Ioan. 18.) *Si male locutus sum, testimonium peribe de malo: si autem bene, quid me cadis?* sic infert: *Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, atq; patienter, vt nos humilitatis, ac patientię haberemus exemplum.*

Imitari in bono parati esse debemus, etiam inferiores nostros. ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in *can. de Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt* 4. *distinct*.22. verba sunt Gregorii: *Ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quę viderit, discere contemnat.* vbi *Gloss.* verbo *discere* in fine sic adnotat: *Item habes hic; quod maiores tenentur sequi exempla minorum si bona sunt.*

Illiterati inhabiles sunt, qui ad ordines assumatur, ac prę sertim ad beneficia ecclesiastica. Ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos*. 2. *distinct*.36. rationem reddit: *Quia litteris carens sacris non potest esse aptus officijs.* Sufficit tamen mediocris scientia. vt *Gloss.* ibidem verbo *illiteratos*. subnectit. & disposuit Bonifacius Octauus in *cap. nullus Episcopus, vel quiuis alius* 4. *sine finali. de temporibus ordinationū, & qualitate ordinandorum in* 6. illis verbis: *seu illiterato*. De prima quoq; tonsura disponēs. concordat Gregorius Squilatino Episcopo scribens in *can. præcipimus, ne vmquam illicitas ordinationes facias* 10. *distinct*.34. illis verbis: *aut ignorantem litteras*. vbi *gloss.* verbo *ignorantem* commentum agit, dicens: *scilicet prorsus vt 36. distinct. illiteratos*. Eodemque modo idem Gelasius Papa Episcopis per Lucaniam, & Brutios constitutis in *can. priscis igitur*. 1. *in fine distinct*.55. illis verbis: *vel illiteratus*. Sufficit autem illa scientia, quæ idoneum ministrum reddit ad suum munus obeundum. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part*.1. *lib*.6.*cap*.6.*q*.5. *Nauarrus* in *cap. si quando. exceptione* 14. *nu* 8. *de rescriptis. Rosa apud Card. Seraphinum decis*.968. *nu*.7. *Menochius de arbitrariis Iudicum casu* 425. *num*.56.

Immoderata, atq; indiscreta corporis afflictio damnanda. ex Hieronymo in *can. non mediocriter* 24. *de consecratione distinct*.5. audi illum: *Non ne rationabilis homo dignitatem amittit, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati, vt propter abstinentiam immoderatā, aut indiscretam, psalmorum, vel officiorum decantationem, aut amentię, aut tristitię notam incurrat?* in fine inferens: *Audiant itaque, qui ea, quæ necessaria sunt, corpori subtrahunt, illud, quod per prophetam Dominus loquitur: (Esaia 61.)* Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum. *De rapina verò holocaustum offert, qui ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderatè affligit. Videat itaque quid Apostolus dicat:* (ad Romanos 13. ad *Galatas* 5.) Carnis curam ne feceritis in desideriis. *Quasi dicat superflua prohibet, non necessaria.* vt *gloss.* ibidem verbo, *ne feceritis*. subnectit. ex Gregorio dilectissimis Ciuibus Romæ in *can. peruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homines*. 12. *de consecratione distinct*.3. in fine inferente: *Si autem pro necessitate corporis; hoc nec die Dominico prohibemus*. lauari videlicet die Dominico. *Abbas in cap. & si Christus* 26. *de Iure Iurando num*.3. *versic. ibi nota modico vino*. vt etiam peccare videatur. ex *Caietano* 2. 2. *q*. 146. *art*. 1. *Couarruuias variar. resolutionum lib*. 1. *cap*. 2. *num*. 9. *vers. quarto hinc colligi poterit. Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib*. 5. *cap*. 5. *num*. 14. diximus in superioribus verbo Abstinens.

Immutandum non est, quod certam de iure habuit determinationem. ex Innocentio Tertio in *cap. cum accessisset ad Apostolicam sedem* 8. *de constitutionibus. in fine* illis verbis: *Ac statutum ipsum Auctoritate sedis Apostolicę fuisse postmodum (sicut dicitur) confirmatum, vos illud faciatis in suo robore permanere.* Quia immutandum non est, quod certam de iure habuit determinationem. Quin imo *faciliùs immutatū reducitur ad pristinū statū, quàm quod immutetur.* vt *glos.* loquitur ibidē in casus figuratione in *vltimo notabili*. & docuit Paulus li. 4. ad Pauluriū in *l. minime* 23. *ff. de legibus, & Senatus Consultis*. loquētibus respōdens: *Minime sunt immutanda, quæ interpretationem certam semper habuere.*

Immunitas Ecclesiis conceditur, quia loca Deo altissimo dicata sunt, ne dum Ecclesiis ipsis, sed per circuitum quadraginta passibus. Cappellis vero, vel minoribus Ecclesiis per triginta. Qui autem confinia earum confringere tentauerit, aut personam hominis, vel bona eius inde subtraxerit. quo vsque emendet, & quod rapuerit reddat, excomunicetur. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can. sicut antiquitus à Sanctis Patribus statutum est*. 6. 17. *q*. 4. Quin & Concilium Toletanum duodecimum, vt Ecclesiasticæ excomunicationi subiaceat, qui hoc decretum tentauerit violare, disposuit. in *can. diffiniuit sanctum Concilium*. 35. *eadem* 17. *q* 4. Idemque & Triburiense Concilium statuit, in *can. si quis contumax, vel superbus* 20. *eadem* 17. *q*. 4. Diffundens etiam in adhærentibus Ecclesiæ, siue atrio, siue porticibus, vt nemo ab illis extrahi valeat, quamuis seruus. vt nec etiam

reus, qui ad illam confugerit, possit inde extrahi, vt honor Dei, & Sanctorum eius conseruetur. ex libro capitularium in *can. reum ad Ecclesiam confugientem* 9. *eadem* 17. q. 4. nisi fuerit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum. ex Gregorio Romano Defensori in *can. hi, qui furtis publicis implicati sunt*. 3. 14 q. 6. ibique *glos.* verbo *iniustè*. & disposuit Innocentius Tertius Regi Scotiæ respondens in *cap. inter alia* 6. *extra de immunitate Ecclesiarũ, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium*. Nunc verò Constitutio attenditur Gregorii XIV. vulgatissima, in quam plures commentaria dederunt. Ecclesia namque defendere tenetur confugientes ad eam, ne effusione sanguinis particeps fiat. ex Gregorio in *can. reos sanguinis defendat Ecclesia* 7. 23. q. 5. ibique *gloss.* verbo *defendat*.

Immunitas, siue emmunitas Ecclesiastica dicitur priuilegium, quo gaudet Ecclesia, vt in ambitu suo non fiat pugna, vel insultus, vel rapina per quadraginta, vel triginta passus. vt 17. q. 4. sicut antiquitus. sic *Gloss.* in *can. cum deuotissimam dominam sciam*. 8. qui est Gregorii ad Constantiam Reginam Galliæ. circa *finem* 12. q. 2. verbo *pro violata emmunitate*. super verbis Gregorii: *Et dum iidem maligni iuxta nostri prædecessoris Bonifacij decreta pro violata emmunitate illud emendare noluerint*. Hęc autem immunitas Ecclesiis, Ecclesiasticisque personis, non solum iure humano, quin immo, & Diuino, à seculariũ personarum exactionibus, & potestate debetur, & immunes sunt. ex Bonifacio Octauo in *cap. quamquam pedagiorum exactionem* 4. paulo post principium *de censibus, exactionibus, & procurationib. lib.* 6. ibique peroptime *gloss.* verbo *diuino*. referēs locum (*Genesis* 47. *vltra medium*. & 1. *Esdræ* 7) docuitque Gregorius Mauricio Imperatori scribens in *can. sacerdotibus autem* 41. 11. q. 1. ex Constantini Augusti dicto Episcopis in Synodo adunatis: *Vos Dii estis à verò Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, vt iudicemus Deos*. prosequuta que fuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 25. *cap.* 20. *de reformatione*. seculares Principes contestans: *Ne Ecclesiæ, & personarum Ecclesiasticarum Immunitatem, Dei ordinatione, & canonicis sanctionibus constitutam, aliquo cupiditatis studio, seu cõsideratione aliqua violent. &c.* prosequiturque pluribus *Farinacius de Immunitate Ecclesiastica cap. 2. num. 9. & sequentibus*.

Immunitate gaudet Ecclesiastica Domus Episcopi. ex Concilio Aurelianensi primo in *can. id constituimus obseruandum*. 36. 17. *quæst.* 4. siue intra passus, siue extra passus sit constituta. ex *gloss.* ibidem verbo *vel domo*.

Immunitas Ecclesiastica, & Ecclesiasticarum personarum à Diuina ordinatione constituta est, ita vt Imperatores ipsi Dei ordinatione Sacerdotibus subdantur, ne alioquin, *dum mensura cælestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis*. vti Felix Papa disposuit in *can. certum est hoc rebus vestris esse salutare*. 3. & Nicolaus Papa I. ad Michaelem Imperatorem *distinct.* 10. Imperans ei: *Non vsurpare, quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt*. Hanc ob causam, nec Papa ipse huic immunitatis iuri cedere poterit. ex Cypriano Episcopo, & Martyre ad Iubianum in *can. quam periculosum sit in diuinis rebus*. 8. 7. q. 1. dicens, atque contestans: *Quam periculosũ sit in diuinis rebus, vt quis cedat iuri suo, & potestatis, scriptura sancta declarat, cum in Genesi, Esau primatus suos inde perdiderit; nec recipere id postmodum potuerit, quod semel cessit*. prosequitur *Ioannes Lupus de libertate Ecclesiastica par.* 2. q. 24. *num.* 6. refert dictum Clementis V. in Concilio Viennen. in *Clement. pastoralis cura solicitudinis* 2. in principio *de sententia, & re Iudicata*. verba sunt Clementis: *Pastoralis cura solicitudinis nobis diuinitus super cunctas Christiani populi nationes iniuncta, nos inuigilare remediis subiectorum, eorundem periculis obuiare, & scandala remouere compellit*. Non itaque renunciabit Immunitāti, quæ diuinitus est Ecclesiis, atque Ecclesiasticis indulta personis.

Impediens Iudicem Ecclesiasticum ne suo fungatur officio, suaque vtatur Iurisdictione, de illius efficitur Iurisdictione, vnde ab eo excommunicationis mucrone feriri poterit. ex Alexandro Tertio Noruicco Episcopo in *cap significasti nobis*. 7. *in fine. extrà de officio Iudicis delegati*. illis verbis: *Et si qui illis restiterint, eos sententia Ecclesiastica coercero*. ibique *gloss.* verbo *restiterint*. Ex eodem Alexandro Londonien Episcopo in *cap. quæsitum est* 1. *eodem de officio Iudicis delegati*. verbis imperante: *Si eos manifestè cognoueris iustitiam impedire, districtione Ecclesiastica poteris coercere*. Quia Iudex omnia potest. quæ ad ipsam Iurisdictionem pertinent, & sine quibus causa expediri non potest. *gloss.* ibidem verbo *impedire*. cõmentum agit.

Impedimentum publicę honestatis primum gradum hodie non excedit. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 24. *de matrimonio cap.* 3. deducit *Nauar cons.* 11. *à num.* 2. *lib.* 4. *de sponsalibus, & matrimoniis*. Vnde frater spõsam fratris, etiam post mortem fratris, antequam illam cognouerit, vxorem habere non poterit, ex canonibus in *can. si quis desponsauerit sibi aliquam* 11. 27 *quæst.* 2. & Alexander Tertius Papiensi Episcopo in *cap. ad audientiam nostri Apostolatus* 4. *de sponsalibus, & matrimoniis extrà. S. Thomas in additionibus ad* 3. *parte q.* 55 *art.* 4.

Imperator Catholicus filius est, non præsul Ecclesiæ. Quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere. Ioannes Papa in *can. si Imperator catholicus est* 11. *distinct.* 96. subdens in fine, & absolutè: *Imperatores Christiani subdere debent executiones suas Ecclesiasticis Præsulibus, non præferre*. Et inocere episcopis caput submittere. vti Valentinianus Augustus protestatus fuit, in *can. Valentinianus Imperator*. 3. *distinct.* 63. Episcopis Mediolani coactis ad eligendum Episcopum loquēs. *Talem itaq; in pontificali constituite sedi, cui & nos qui gubernamus Imperium, sincerè*

no-

*nostra capita submittamus, & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessario, veluti curantis medicamenta, suscipiamus*. Fuit autem diuino instinctu electus Ambrosius. Nec dissimiliter Regi scribens Felix Papa loquutus fuit in *can. certum est hoc rebus vestris esse salutare 3. distinct.* 10. subdens in fine: *Ne dum censura cœlestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis*. Poterit proinde excomunicari ab Episcopo etiam Imperator. Quia subiectus est, vt *glos.* ibidem verbo *submittere* adnotat. ex Septima Synodo in *can. quoniam quidem regula est 6. distinctione* 18. disponente illa: *Et si quisquam Princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione priuetur*. ibidemque *gloss.* verbo *communione*. adnotans, & dicens: *Nota. Principes posse excommunicari. quod verum est etiam à sacerdotibus*. Deducitque Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste* 10. *distinct.* 96. exemplo ostẽdens Sancti Ioannis Chrysostomi, & Beati Ambrosii. Et contestatus fuit Clemens Papa omnibus Episcopis in *can. si autem vobis Episcopis non obedierint* 11. 11. q. 3. illis verbis: *Omnesque principes tam maioris ordinis, quàm inferioris; atque reliqui populi*. ex quo loco *Gloss.* verbo *Principes*. consequentiam infert: *Ergo Imperatores subsunt Episcopis: & ab eis possunt excommunicari*. Quid enim honorificentiùs, quàm vt Imperator Ecclesię filius esse dicatur? vti contestatur Ambrosius ad Marcellinam sororem in *can. conuenior ipse à comitibus* 21. *col.* 2. §. *tributum Cæsaris est, non negatur* 23. q. 8. inferens rationem: *Imperator enim bonus, intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam. Bonus enim Imperator quærit auxilium Ecclesiæ, non refutat*. & in principio etiam rationem reddidit: *Verùm ea, quę diuina sunt, Imperatoriæ potestati non esse subiecta*. vbi *Gloss.* verbo *diuina*. rationem & ipsa reddit: *Diuina enim ab homine dari non possunt*. est Ergo Imperator subiectus. ergo Principes inferiores.

Imperator Constantinus quarta die sui baptismatis omnem Principatum super vniuersum orbem summo Romano Pontifici Dei Vicario, & Petri successori concessit. in *can. Constantinus Imperator* 14. *distinct.* 96.

Imperator aduocatus, & defensor debet esse Ecclesię, nõ in illam dominari. *Idcirco* enim gladium portat. ex Bonifacio Papa Honorio Augusto scribente, & auxilium postulante in *can. Ecclesia mea, cui Deus noster* 1. *distinct.* 97. Iurat proinde Imperator in manibus Pontificis fidelitatem Papæ, atque Ecclesiæ iura defendere secundum suum posse. ex Constitutione Othonis in *can. tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho* 33. *distinct.* 63.

Imperiali Iudicio non possunt Ecclesiastica iura dissolui. Nicolaus Papa scribit Episcopis in Concilio apud Conuicenum congregatis. in *can. lege Imperatorum* 1. *distinct.* 10. *per totam*. Sed ita temperauit omnia Omnipotens Deus, *vt Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus subiacerent, & indigerent, & pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum, Imperialibus legibus vterentur: quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incursibus*. Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem epistola 7. in *can. quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus* 8. *eadem distinct.* 10.

Imperator potest interesse Synodo Generali vbi agitur de rebus ad fidem catholicam spectantibus, & hoc sanè ad confirmandam fidem, non verò ad potentiam ostendendam. dictum fuit in Sexta actione Chalcedonensis Concilii. *can. nos ad fidem confirmandam* 2. *distinct.* 96. Quia nimirum fides, & vbi de fide catholica agitur, res vniuersalis est, quæ omnium comunis est, & ad omnes pertinet Christianos. Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem in *can. vbi nam legistis* 4. *eadem distinct.* 96.

Imperfectio in operibus diuinis non datur. Ipse enim opus imperfectionis non nouit. Innocentius Tertius Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesiæ causas* 3. §. *sed adhuc quæritur de Baptismo, & eius effectu*. Quia nimirum, vt *Gloss.* ibidem verbo *opus imperfectionis*. commentum agit: *Duplicitatis enim Deus aspernator est*. ex Chromatio in Matthæum in *can. qui peierare paratus est* 13. 22. q. 5. Rationem reddens: *Quia Deus nõ ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde*. & *Glossa* ibidem verbo *non ex operibus*. dicens. *Deus potius considerat animum, quàm factum*. Opus itaque imperfectionis Deus non nouit. *Et ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit*. vt Innocentius eodem *cap. maiores* 3. *d.* §. *sed adhuc quæritur*. subnectit. & *glos.* ibidẽ verbo *ex parte* in fine versua refert:

*Larga Dei pietas veniam non dimidiabit:*
*Nam nihil, aut totum te lachrymante dabit.*

Imperfecta duo faciunt vnum perfectum. Gloss. loquitur in *can. nihil contra ordinis statutum* 16. *circa medium* 7. q. 1. verbo. *vel presbytero in fine*. ex Augustino in *can. tres sunt actiones pœnitentię* 81. §. *est etiam pœnitentia bonorum, & humilium fidelium pœna quotidiana. de pœnitentia distinct.* 1. illis verbis: *Sed illa vtique quæ humanę fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt, & oppriment, sicut vnum aliquod grande peccatum*. vbi *glos.* verbo *collecta*. refert axioma illud vulgatum.

*Et quę non prosunt singula, multa iuuant.*

Quia imperfecta duo faciunt vnum perfectum. Hinc docet *S. Thomas* 2. 2. q. 64. *artic.* 1. *in corpore*. In rerum ordine imperfectiora esse propter perfectiora. Sicut in generationis via, natura ab imperfectis ad perfecta procedit. dixitque *eadem parte q.* 66. *art.* 1. *in corpore*. & *d. q.* 64. *art.* 2. dicens: Sicut imperfectum ordinatur ad perfectum. & omnis pars ordinatur ad totum. vt imperfectum ordinatur ad perfectum; & omnis pars naturaliter est propter totum.

Impœnitens qui moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur. Qui enim impœnitens finitur, si semper viueret, semper peccaret. At Dei miserentis, qui operatur finem

peccantis: ob hoc etiam sine fine torquebitur, quia numquam ditabitur virtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate, torquebitur sine fine. Augustinus de pœnitentia in *can. nullus expectet, quando iam non possit peccare. 6. in fine de pœnitentia distinct. 7.*

Imperitia culpæ annumeratur *gloss. in can. si homicidium est hominem occidere 41. 23. q. 5.* verbo *imprudenti.* accepit à Caio lib. 7. ad Edictum prouinciale in *l. imperitia 175. ff. de regulis iuris.* dicente illo: *Imperitia culpæ adnumeratur.* exemplificauit *Gloss.* ibidem, in Medico, in Iudice, & in quolibet artifice.

Impetus cuncta mala ministrat. Nam *irrationabilis impetus præuenit, & flamma celerrimi motus animam depascitur, & exurit eius innocentiam.* Adamantius, & Hesychius dixerunt super Leuiticum in *can. inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat 34.* paulò post principium. *de pœnitentia distinct. 3.* & deduxit *Gloss.* in *can. sane si communi omnium consensu 2.* verbo *animositate distinct. 63.* rationem reddens, ac dicens: *Quia cuncta mala ministrat impetus.* vitiorum videlicet. vt Gloss. commentum agit *d. can. inter hæc hircum* verbo *impetus.*

Impia est promissio, quę scelere adimpletur. Isidorus in Synonimis lib. 2. relatus *can. in malis promissis rescinde fidem 5. in fine 22. q. 4.* Consonat ibidem Beda in *can.* sequenti *6. Si aliquid forte. in fine.* de Dauid verba faciens, qui iurauerat per Dominum occidere Nabal, virum stultum, & impium: *Sed ad primam intercessionem Abigail fœminę prudentis mox remisit minas, reuocauit ensem in vaginam, neque aliquid culpæ se tali periurio contraxisse doluit.* notat *Gloss.* ibidem verbo *peiorem.*

Impietas pietatis prętextu committenda non est. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap. ad Apostolicam audientiam 42. in fine principii extra de simonia.* illis verbis: *Sub prętextu canonicę pietatis.* ibique *gloss.* verbo *pietatis.* dicens: *Prætextu pietatis non est impietas committenda.* ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna 27. 1. q. 1.* Deducit Augustinus de bono coniugali in *can. neque enim si agris iniquè, ac perperam inuasis. 9. 14. q. 5.* & in *can. 1.* ibidem dixit: *Nolite velle eleemosynas facere de fœnore, & vsuris.* Quia immolans ex iniquo oblatio est maculata. vt ex *Ecclesiastici 34.* sequitur ibidem in *can. Immolans 2.* Dixit proinde iure Dauid Sauli (1. Regum 24. 14.) *Sicut & in Prouerbio antiquo dicitur: Ab impiis egredietur Impietas.*

Impii non resurgent in iudicio. (Psalmo 1. 5.) *Ideo non resurgent impii in iudicio: neque peccatores in Concilio iustorum.* & vsus fuit Nicolaus Papa II. in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi 1. col. 2. in fin. § quisquis autem huius nostræ decretalis sententiæ temerator extiterit. distinct. 23.* verba sunt Nicolai in Concilio: *Quisquis autem huius nostræ decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam Ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tentauerit. perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur; & cum Impiis, qui non resurgent in iudicio, reputetur.* Non ergo resurgent impii in iudicio, quia cum impii sint, & in peccato, damnabuntur. diximus paulo ante verbo impœnitens. ex Augustino.

Impossibile est, quod duo eandem rem in solidum, & eodem tempore, ac modo possideant. ex Innocentio Tertio in *cap. licet causam. quæ inter Ecclesiam 9. §. ex præmissis igitur euidenter apparet. circa finem. de probationibus.* in ratione, quam reddit: *Cum duo insimul eandem rem, (inquiens) & eodem modo in solidum possidere non possint.* Deduxitque Paulus lib. 67 ad Edictum in *l. possideri autem 3. §. ex contrario. ff. de acquirenda, vel amittenda possessione.* Rationem & ipse reddens, dicensque: *Ex contrario plures eandem rem in solidum possidere non possunt. Contra naturam quippe est; vt cum aliquid ego teneā, tu quoque id tenere videaris.* inferens quoque deinceps: *Non enim magis eadem possessio apud duos esse potest; quàm vt tu stare videaris in eodem loco, in quo ego sto; vel in quo ego sedeo, tu sedere videaris.* ita Paulus. Poterit tamen vnus Ciuiliter, alter naturaliter eandem rem possidere. vt *Gloss.* eodem *cap. licet causam 9. §. ex premissis igitur.* verbo *eodem modo.* perpendit. *Rota* apud S. memorię *Gregorium XV. decis. 14. num. 4.* & apud *Cardin. Caualerium decis. 48. in principio. & decis. 158. nu. 2.* diximus *responsione* nostra *7 num. 17. part. 5.*

Impossibilium nulla est obligatio. Impossibile quippe est, quod fieri nō potest. Quod autem fieri non potest in obligationem deduci non potest. ex Bonifacio VIII. in regula *nemo potest ad impossibile obligari 6. de regulis Iuris in 6.* ibique *Gloss.* argumento deducto quoque ex Gregorio IX. Decano & I. Canonico Tullen in *cap. Odoardus clericus 3. de solutionibus extra.* illis verbis: *Sed propter rerum inopiam soluere non valentem.* ibique *glos.* verbo *non valentem.* ex Marcello lib. 8. Digestorum in *l. impossibilium 145. ff. de regulis Iuris.* quia: *Impossibilium nulla est obligatio.* Vt neque Deus obliget quemquam ad impossibile. ex Hieronymo. quem sequitur *Nauar cons. 4. num. 3. lib. 4. de desponsatione impuberum. & cons. 2. num. 1 lib. 4. de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ. Et cons. 5. num. 3. eod. lib. de consanguinitate, & affinitate.* Argumēto ex Vlpiano lib. 272. ad Edictum in *l. inter stipulantem, & promittentem 83. §. sacram rem, vel religiosam. ff. de verborum obligationibus.* pecito, in ratione, quam reddit: *Et ea dumtaxat, quæ natura sui possibilia sunt, deducuntur in obligationem.* Quia impossibilium nulla est obligatio. Impossibile autem pluribus modis perpenditur per *gloss.* in *can. Catanensis Ecclesię visitationem 17. distinct. 61.* verbo *impossibile.* ex Augustino in libro contra mendacium in *can. faciat homo 15. 22. q. 2.* vbi *glos.* verbo *quod potest,* adnotat: *Quod solum illud dicimur posse facere, quod iustè facere possumus.* Nec ab re perpendit *Baldus in l. filium cū definimus 6. num. 11. vers. & nota ff. de his, qui*

sunt

sunt sui, vel alieni Iuris. quod: Impossibili posito in esse, nullum sequitur contingens. ex Vlpiano in eodem tex. in secundo responso illis verbis: Non tamen ferendum Iulianus ait: Eum, qui cum vxore sua assiduè moratus, nolit filium agnoscere, quasi non suum.

Impossibile autem dicitur, quod commodè fieri non potest. ex Proculi regula lib. 5. epistolarum in l. nepos Proculo suo salutem. 125. in fine ff. de verborum, & rerum significatione. Notatque Glossella marginalis ibidem. & Alciatus. ex Augustino in can. faciat homo etiam pro temporali hominum salute 15. 22. q. 2. sequiturque Menochius de arbitrariis iudicum lib. 2. casu 234. num. 24.

Impositio manus est oratio super hominem, & ideo repeti potest. ex Augustino in can. manus impositio 74. 1. q. 1. plura distinguit glos. ibidem verbo impositio. referens illud Domini: super ægros manus imponent, & bene habebunt. Alioquin si manus impositio pro consecratione accipiatur; repeti vtiq; non poterit. ex eodem Augustino in can. quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem 41. de consecratione distinct. 4. & Glossella marginalis in d. can. manus impositio refert locum illum Apostoli (ad Timotheum 5.) Nemini cito manus imposueris. Id est nullum cito consecrabis; ex Ioanne de Fano: Et hanc ob causam.

Impositio manus dumtaxat fit baptizatis ab hæreticis. ex Leone ad Nicetam Aquilegiēsem Episcopum in can. hi, qui baptismum ab hæreticis acceperunt. 51. 1. q. 1. Quod sola inuocatione Spiritus Sancti per impositionem manuum confirmandi sunt: quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. vt ibidem Leo rationem reddit. vt quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis sacerdotibus consequatur.

Impositio manus fit ab aliis duobus Episcopis assistentibus, cum Episcopus consacratur: & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicem eius. ax Concilio Carthaginense quarto in can. Episcopus cum ordinatur 7. distinct. 23.

Eodemque modo cùm presbyter ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manus Episcopi super caput illius teneant. ex eodem Concilio in can. presbyter cum ordinatur 8. eadem distinct. 23.

Diaconus autem dum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius imponit: Quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. ex Gregorio Aregio Episcopo Francorum in can. Diaconus dum ordinatur 11. distinct. 23.

Subdiacono vero manus non imponitur. ex eodem Gregorio in can. quia iuxta canonicas patrum sententias 3. 5 q. 6. ibique Gl. verbo manus. Quia vero manus impositionem non accipit, patenam de manu Episcopi accipit vacuam, & calicem vacuum: de manu vero Archidiaconi accipit vrceolum cum aqua, manice, & manutergium. ex eodem Concilio Carthagininense Quarto in can. subdiaconus cum ordinatur 15. dist. 23.

Impositio manus per Episcopum fit Abbati, secundum morem præficiendorum Abatū, dumtamen constet illum esse presbyterum. ex Septima Synodo in can. quoniam videmus sine manus impositione 1. §. lectori autem manus impositione dist. 69. vnde poterit in proprio monasterio Lectori manus imponere.

Impostor dicitur, qui falsum aliquid alicui imponit, vt glo. loquitur in can. pænitentes (si tamen estis pænitentes. 10. (de pænitentia distinct. 3. super verbis Augustini ibidem super verbis illis Domini (Matthæi 16.) Petro: Quę ligaueris in terra, erunt ligata, & in cœlo, dicentis: Audis ligaturam, & Deo putas facere imposturā? pænitentiam agis, genua figis, & rides, & subsannas patientiam Dei? Si pænitens es, pænitet te, si non pænitet, pænitens non es. Facere imposturā. Glossa ibidem commentum agit: Id est ei falsum imponere, quod scilicet iniuste ligaris ab illo. Impostor autem dicitur, qui falsum aliquid alicui imponit. ex Vlpiano lib. 1. ad Edictum Aedilium Curulum in l. ob quę vitia negat redhibitionem esse ex empto 4. §. item aleatores, & vinarios. ff de ędilitio edicto, & redhibitoria & quanto minoris actione. illis verbis: Quēadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. Impostores gloss. ibidem exprimit, qui imponunt aliquid alicui.

Impudicus oculus, impudici cordis est nuncius. Augustinus de communi vita Clericorum sermone 3. in can. nec solo tactu, sed affectu quoque 12. 32. q. 5. qui sequentibus fatur: Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius: & cùm se inuicem sibi, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore; etiam intactis ab immūda violatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus. vbi gloss. verbo tacente lingua. adnotat: quod operibus loquimur, sicut & verbis,

Imputari non debent, quæ per coactionem fiunt absolutam. Quod nimirum non debet dici quis perpetrasse, quod nolens fecit, vel passus fuit. ex Augustino de Ciuitate Dei in can. ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur? 3. 32. q. 5. Quia profecto nullus magnanimus, & pudicus in potestate habet, quid de sua carne fiat, sed tantum quid annuat mente, vel renuat; quis tandem sana mēte putauerit se perdere pudicitiā, si forte in apprehensa, & oppressa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua. ibique Gloss. verbo putauerit. ex Concilio Ancyrano in can. presbyteros, qui immolauerunt 32. §. qui autē fugientes distinc. 50. Et hanc ob causam Imputari non debet ei, qui prohibuit, si contra prohibitionem quid sequatur. ex Innocentio Tertio in cap. Petrus diaconus, & monachus 17. in fine de homicidio voluntario, vel casuali. qui sequentibus rationem reddit: Cum ei non debeat imputari, quod contra prohibitionem eius expressam, eo causam, & occasionem non dante,

ausu

ansu sacrilego fuit ab ipsis consanguineis attentatum. notat ibidem gloss. verbo contra prohibitionem. ex Leone Quarto Ebrunio, & Adelfido Episcopis in can. quia præsulatus nostri 5. in fine 1. q. 4. dicente Leone: Tamen ipse sæpè dictus sacerdos dicit, quod absque sua voluntate, & sine eius consilio hoc sit peractum. Non ergo ei imputabitur. argumento sumpto ex Gregorio Venantio in can. Ephesis Paulus dicit 4. dist. 34. illis Apostoli verbis (Actuum 20.) Non enim subterfugi, quo minus annunciarem omne cõsilium Dei vobis. ibique gloss. verbo annunciarẽ quę argumentum extrahit: Quod si per te non stat aliquid, quo minus fiat, non est tibi imputandũ. Concinitque Cyprianus Cornelio Papę scribens in can. quod ad nos attinet, conscientię nostra conuenit 10. sine finali distinct. 47. dicens: Si quis autem vltrò, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos futuros credimus, qui consuluimus sanitati. vbi gloss. verbo inculpatos infert: Si per aliquem non stat, quo minus aliquid fiat. id non est ei imputandum. ex Augustino cõtra mendacium in can. facias homo etiam pro temporali hominum salute 15. 22. q. 2.

Imputet sibi, qui est sibi ipsi causa, vel causam dedit, vt aliquid aduersus ipsum fiat. ex Gelasio Papa Ioanni Episcopo Viennen in can. vxor Felicis, & filiæ 33. circa finem 17. q. 4. verbis illis ipse sibi met imputaret, atque Domini ordinationi congruę subiaceret. vbi Gloss. verbo imputaret. sic infert: Nota argumentum, quod imputet sibi, qui de iure suo confisus, noluit vti beneficio canonis. & ibidem Glossella Marginalis dicens: Beneficium iuris spernens sibi debet imputare. Concinitque Hieronymus ad Amandum presbyterum in can. non satis animaduertere potui 3. in principio. 34. q. 1. illis verbis: legat libros Moysi, & inueniet: desponsatam viro, si in Ciuitate fuerit oppressa, & non clamauerit, puniri, quasi adulteram. Rationem reddi gloss. ibidẽ verbo si in ciuitate. dicens: Quod imputatur alicui, si non fecerit id, quod ei prodesse possit. Quia præsumitur consentire, cùm potest reclamare. Imputet igitur sibi, quia nimirum ipse sibi causam dixit: ex Innocentio Tertio Mediolanen Archiepiscopo in cap. vnico. §. quia ergo contra illud, quod prima facie iste præsumebatur pro nobis. extra. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. illis verbis: Tu causam præstitisti mandato, qui sæpe nobis per litteras tuas intimasti &c. & paulo post: te maxime causam, & occasionem præstante, inquisitionem commisimus faciendam. Concinitque idem Innocentius Tertius Conuentui sancti Leodii scribens in cap. inter Monasterium Sancti A. 20. paulò ante finem de sententia & re iudicata. illis verbis: Alioquin illam obiicientibus imputetur, cùm sub prætextu nouorum instrumentorum lites non debeant instaurari. ibidemque glos. verbo alioquin. quia eis imputatur. Nec diuersimode Clemens V. in Concilio Viennen perpendit in Clemet. vnica in finalibus verbis de concessione præbendę. qui sic loquitur: Imputet quidem sibi, si hoc casu, quode eius commodo agitur, id, quod per se, vel per alium scire potuerit ignorauerit. Accedit his omnibus quoque Vlpianus lib. 33. ad Edictum in l. si non fuerit remissum Ius iurandum 37. in fine ff. de Iure Iurãdo, siue voluntario, siue necessario, siue Iudiciali. Rationem reddẽs, dicenique: Sibi enim imputet, qui processit ad delationem Iuris iurandi, nec prius de calumnia iurauerit: vt sit iste remittenti similis. Nec refragatur Bonifacii Octaui regula damnum, quod quis sua culpâ patitur. 86 de regulis Iuris in 6. Rota apud Card. Seraphinum decis. 1258. in principio. & apud Cardin. Caualeriũ decis. 3. num. 5. in fine. diximus respons. nostra 94. nu. 17. part. 5.

In actibus ex animo dependentibus intentio magis, quàm factum attenditur. deducitur id ex Alexandro Papa omnibus Orthodoxis scribente in can. si quando à sacerdotibus. 1. in fine 15. q. 6. illo dicente: Nec tantum attendenda sunt, quę fiunt, quantum quo animo fiunt. nam vt gloss. ibidem verbo quo fiunt. rationem reddit: potiùs respicienda est causa facti, quàm ipsũ factum. ex Ioanne Chrysostomo in can. occidit Phinees hominem 14. 23. q. 8. dicente illo consequentiam: Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem, & personarum differentiam: & quantacumque alia ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. Concinitque Augustinus in can. quisquis rebus prętereuntibus. 1. in fine distinct. 41. qui sequentibus fatur: Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex eorum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, ex modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus. Namque vt Martinus lib. 14. Institutionum in l. 1. §. diuus Hadrianus ff. ad legem Corneliam de sicariis. tradit, sequentibus rationem reddens: Diuus Hadrianus rescripsit: eum, qui hominem occiderit, si non occidendi animo id admiserit, absolui posse: & qui hominem nõ occiderit, sed vulnerauerit, vt occidat, pro homicida damnandum. ita Martinus. Quia animum magis inspicimus, quã factum. Cõcinitque Pomponius lib. 46. ad Sabinum in l. etiam filios. 19. §. 1 ff. soluto matrimonio: verba sunt Pomponii: Quamuis nihil dolo fecisset, qui minus soluendo esset: perinde tamen eum damnandum eius rei dotalis nomine, in qua dolum fecisset, atque si dolo eius factum esset, quo minus facere posset. ibique Baldus §. 1. & Alexãder in 4. notabili. Nec diuersimode Claudianus Saturnius in libro. singulari pœnarum in l. aut facta 16. ff de pœnis. quam inter sacros canones retulit Gratianus in can. aut facta 19. de pœnitentia distinct. 1. sequitur Felinus in cap. dilectus filius. 26. nu. 10. in fine de rescriptis. Rotas de hæreticis part. 1. num. 100. diximus respons. nostra 53. num. 33. part. 5.

In ambiguis rebus absolutum non debet esse iudicium. ex Gregorio Andreæ Tarentino Episcopo in can habuisse te concubinam 7. siue finali distinct. 34. verba sunt Gregorii Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuę conscientię eligimus committendum. ibique peroptime glos. verbo ambiguis. tripliciter ambiguitatem distinguens; vt alia Iuris, alia sit facti: & demum personæ ambiguitas. concinitque, quod Leo Papa ad Ru-

sti-

sticum Narbonensem Episcopum in can. sicut quędam sunt 2. siue finali in fine dist. 14. scripsit dicens: *vt in iis, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec pręceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum*. Nã alioqui: Graue satis est & indecens, vt in re dubia certa detur sententia, Gregorius respondit Constantio Mediolanensi Episcopo in can. graue satis est 74. 11. q. 3. Iure merito proinde Clemens Tertius cap. ad audientiam Apostolatus nostri 12. de homicidio voluntario, vel casuali extra. satis ad rem respõdit: *Quia verò (inquiens) vtrum occasione vulneris decessisset dubium habetur: vestrę discretioni duximus respondendum, quod, cùm in dubijs semitam debeamus eligere tutiorem, vos conuenit iniungere &c.* notatque Gloss. ibidem verbo in dubijs. vt dubia in meliorem, & tutiorem interpretemur partem. ex Beda in cap. estote misericordes 2. de regulis Iuris extra. Qui sic exponit: *Hoc loco nihil aliud nobis pręcipi existimo, nisi, vt ea facta, quę dubiũ est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* Vt videlicet res potius valeat, quam pereat. Et benigniorem interpretationem sequi debemus in re dubia. vel expone in meliorem. id est in securiorem, pro eo, quod in altero nullum, in altero magnum periculum timeamus. gloss. ibidem verbo in meliorem partem. commentum agit. concinitque Augustinus in can. non æstimemus ad mortuos 19. 13. q. 2. qui post principium de re dubia loquens sic infert: *Melius enim supererunt ista eis, quibus, nec absunt, nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt.* plura meminit gloss. eodem canone verbo. *Quia non discernimus.* inferens: *quod ratione dubitationis melius est totum, & superfluum facere, quam nihil facere, vel etiam aliquid omittere.* & notat Glos. in can. nolite recedere à Domino in hodierno die 82. 11. q. 3. verbo triticum. rationem reddens: *Quia ratione dubitationis vitiosa, & superflua tolerantur.* ex d. can. non ęstimemus 19. 13. q. 2. & in dubio non debet esse certum Iudiciũ ad malum affirmandum. ex Gregorio IX. in cap. nauiganti, vel eunti ad nundinas 19. siue finali de vsuris. verbis illis. *verisimiliter dubitatur, nõ debet ex hoc vsurarius reputari.* ibique gloss. verbo verisimiliter dubitatur. deducit Afflictus decis. 13. num. 29. & decis. 251. num. 8. in fine. amplians, vbi de præiudicio tertii agitur. plura deduximus respons. nostra 60 num. 16. & sequentibus part 5. S. Thomas. 2. 2. q. 60. art. 4. in corpore in fine. Rota apud Duranum decis. 396. nu. 1. part. 2.

Inanis est actio, quam inopia debitoris excludit. Innocentius Tertius in cap olim vobis dedisse meminimus in mandatis 16. de restitutione spoliatorum. ibique glo. verbo inanis. Rationem excipe ex Vlpiano lib. 29. ad Sabinum in l. itaque fullo, qui curanda, poliendaque vestimenta accepit. 12 ff de furtis. ita nempe ipse: *Nam qui non habet, quod reddat, eius periculo nihil est.* sequitur Rota apud Coccinum decis. 423. nu. 3. diximus respons. nostra 80. num. 17. 18. & 19. part. 3.

Incantatio omnis ex magicis artibus, siue ex characteribus prouenient, siue ex consultationibus dæmonum, damnabilis. ex Augustino lib. 2. de doctrina Christiana in can. illud, quod est secundum institutiones hominum 6. 26. q. 2. rationem in fine reddens, ac dicens: *Omnes igitur artis huiusmodi vel nugatoriæ, vel noxię superstitionis ex quadã pestifera societate hominum, & dæmonũ, quasi pacta infidelis, & dolosę amicitię constituta penitus sunt repudianda, & fugienda Christiano.*

Non licet proinde Christiano obseruare, vel colere elementa, neque lunæ, aut stellarum cursus, aut inanem signorum fallaciam pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plãtandas, vel coniugia socianda. Nec in collectionibus herbarum, quæ medicinales sunt, aliquas obseruationes, aut incantationes liceat attendere: nisi tantum cũ Symbolo diuino, aut oratione Dominica, vt tantum Deus creator omniũ, & Dominus honoretur. ex Concilio Martini Papæ in can. non liceat Christianis 3. 26. q. 5.

Incantationes quoque dicuntur, & malę sunt, quas matres, quando pueris caput dolet, ligaturas sacrilegas, & incantationes quęrũt. ex Augustino in can. quoniam non cognoui litteraturam 12. post medium dist. 88.

Incantationes enim illę nihil remedii infirmitatibus hominum afferre possunt. Sunt enim laquei, & insidiæ antiqui hostis, quibus ille perfidus genus humanum decipere nititur. ex Augustino in can. admoneant sacerdotes fideles populos 15. 26. q. 7. vnde est etiam, quòd in agendis rebus neque anni, neque tempora, neque certi dies, vel menses obseruandi erunt. neque à mathematicis regendi. vt adnotat Augustinus in can. quis ęstimaret, quam magnum peccatum sit dies obseruare, & menses. 17. eadem 26. q. 7. Qui autem huiusmodi obseruant, ab Ecclesia proiiciuntur. ex Concilio Lendiensi in can. non oportet 4. 26. q. 5. & ibidem ex Concilio Carthaginensi in can. auguriis, vel incantationibus seruientem 11. Et huiusmodi infames ęstimantur, malefici videlicet, & venefici, ex Stephano Papa in can. infames esse eas personas dicimus 17. 6. q. 1.

Gemmę vero, vel herbæ sine tamen incantatione ab infirmis possunt portari. ex Hieronymo in can. dæmonium sustinenti 18. siue finali 26. q. 7.

Indictio est spatium trium lustrorum ex Nicolao Papa Secondo in Concilio Lateranensi in can. In nomine Domini nostri & saluatoris 1. in ipso principio distinct. 23. ibi: Indictione. 12. ibique gloss. verbo indictione. dicens: *Indictio dicitur spatium trium lustrorum.*

Iniustitiam facit, qui aliena rapit, & si ex illis eleemosynam tribuat: Nam immolans ex iniquo, oblatio est maculata. Ecclesiastici 34. refert Gratianus in can. immolans ex iniquo 2. 14. q. 5. Quamuis id totum in eleemosynas daret. Addit enim potius peccata, quàm minuit. ex Augustino in can. forte aliquis hoc secum cogitat 3. eadem 14. q. 5. Quin, nec potest saluari, nisi restituerit, si habet vnde reddat.

ex

ex Hieronymo in *can. nemo, qui rapit, moriens q.eadem* 14.q.5.

Iniustitia namque est quid quid nocumentum alteri infert, quod peccatum est. ex *S. Thoma* 2.2.q.55.*art*.4. diximus *respons*. nostra 53. *nu.* 57.*part*.5.

Iniustitiam Prelatorum, qui peccata grauia nō corrigunt, Deus communibus flagillat afflictionibus, & bellis, & pestis. Sicuti dr iniquorum correctione placatur. ex Gregorio Brunichildæ Reginæ Francorum in *can. si quos igitur violentos*.47.23.q.4. vnde *Gloss*. verbo *flagellum* argumentum infert: *Quod propter negligentiā Pastoris, vel etiam propter peccata aliquorū mittit Deus flagella*. ex Nicolao Papa Humitrido Morinensis Ecclesiæ Episcopo in *can. sciscitaris itaq* 47. ante mediū 7.q.1. illis verbis: *Et ob multitudinem delictorum nostrum nocendi facultatem diuinitus assequuntur*. vbi optime *Gloss*. verbo *diuinitus* commentū agit dicēs: *Deus propter peccata hominum mittit flagella & persecutiones.*

Initium cuiuique rei spectandum. Nam alias dificile est *vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio*. Leo Papa ad Mauros Episcopos in *can. principatus, quem aut seditio extorsit* 25.1.q.1. ibique *Gloss*. verbo *principio*. argumentum educit: *Initiū spectandum*. ex Toletano Cōcilio Nono in *can. sacerdotes, vel ministri* 10. *in fine* 16.q.3. in ratione, quam reddit: *Quia status contractuum initia sumpsit ab origine æquitatis*. vbi *Gloss*. verbo *ab origine* infert idem argumentum: *Initium spectandū*. ex eodem Leone reperito in *can. miramur tantum apud vos*.5.§. *principatus autem distinct*.61.

In malis promissis rescinde fidem. Isidorus in Synonimis in *can. in malis promissis* 5.22.q.4. quibus sequentibus verba profert: *In malis promissis rescinde fidem. In turpi voto muta decretū, quod incaute vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur*. vbi *Glos*.1. distinguit dicēs: *Aliud in malis promissis; et aliud in malè promissis: primum nō est seruādū, secūdū sic*. ex Augustino in *can. Iurauit Dauid temere, sed nō impleuit iurationē* 4. eadē 22.q.4. *Idē* decreuit Vlpianus lib.42. ad Sabinum in *l. generaliter nouimus* 26.*ff. de verborum obligationibus*. verbis regulam statuens generalem: *Generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momenti*. vbi plenè *gloss*. verbo *turpes*.

Innocentis est nulli nocere, & peccantem punire. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. non est innocentia* 37.23.q.5. Augustinum in medium afferamus dicentem: *Non est innocentia parcendo sinere, vt in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad Innocentis officium, non solum nemini malū inferre, verùm etiam cohibere à peccato, vel punire peccatum; vt aut ipse, qui plectitur, corrigatur experimento, aut alij corrigantur exemplo*. ita Augustinus.

Innocens de omnibus benè iudicat, nemini que damnum infert. ex Ambrosio in libris officiorum in *can. Innocens credit omni verbo* 23. 22 q.4. loquentem excipe: *Hoc est Innocentem esse, ignorare, quod noceat: & si circumscribitur ab aliquo: & omnibus tamen benè iudicat, qui fidem esse in omnibus arbitratur*. In hoc autem Innocentis est officium, *vt nec faciat malum, nec factū approbet*. Hic enim plenissimum officiū, non solum castissimę Innocentię, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. ex Augustini verbis contra epistolam Parmeniani in *can. ita plane sic sociatur quis malis* 6. *in fine* 23.q.4. Hoc vero facit cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi. vt ibidem.

Innocentiæ primus gradus est odisse nefanda. Ioannes XIII. in *can. facientis culpam procul dubio habet* 3. *in fine distinct*.86. verba sunt Ioannis: *Et primus innocentię gradus est odisse nefanda*. Nam vt *Gloss*. ibidem verbo *& primus*. commentum agit: tres sunt innocentię gradus. Primus est malum non facere. Secundus est, facientibus non cōsentire. Tertius peccantes, si potest, corrigere. ex Augustino contra epistolam Parmeniani in *can. ita plane, si sociatur quis malis* 6. 23.q.4. verba proferens: *Id est si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet. si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porrò si addit tertium, vt non sit in vindicando piget.*

Innocentię qui fulcitur auxilio, grauari in aliquo non debet, quin indignum est, vt grauetur. ex Gregorio ad Brunichildam Reginam Francorum in *can. Mennam vero reuerendissimum Fratrem, & Corepiscopum nostrum* 7. *circa medium* 2.q.4. in ratione, quam reddit: *Quia sicut dignum erat, vt si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus: ita dignum non fuit; vt cum, adiuuante innocētia, diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus*. Rationem etiam habes ex Concilio Toletano Sexto in *can. dignum est, vt Innocentis vita* 9.3.q.9. Quia nimirum dignum est, vt Innocentis vita nulla maculetur pernicie accusatorum. vbi *glo* *s*. verbo *innocentis*. & ipsa rationem profert: *Sanctius est enim nocentem impunitum remittere, quam innocentem condemnare*. ex Vlpiano lib. 7. de officio Proconsulis in *l. absentem in criminibus* 5. post principium *ff. de pœnis*. qui sic refert: *Sed nec de suspicionibus debere aliquē damnari Dinus Traianus Aufidio Seuero rescripsit. Satius enim esse, impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.*

Innocentes præferri debent in electionibus prælatorum alijs lapsis pœnitentibus. ex Augisto ad Aurelium in *can. legi epistolam benignitatis tuæ* 36. post principium 16.q.1. Reprehendit enim ipse, si contrarium fiat, verbis dicens: *Nihil mihi aliud occurrere poterit, nisi non esse istam viam dandam seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores*. Rationem reddit *Gloss*. ibidem verbo *deteriores*. & ipsa dicens: *Nam nemo ex delicto suo facit conditionem suam meliorem*. ex Gregorio vniuersis Episcopis Numidię in *can. nos consuetudinem* 8. *distinctione* 12. Nam prohibuit Donatistas, quamuis conuersos, ad dignitates prouehi. Et si quidem quandoque expedit eos, qui pœnitentiam egerunt, prouehi, exemplo Petri, de quo Gregorius

tius in *can. considerandum nobis est 53. distinct. 50.* sic infert: *Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit cæteris: vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret.* Nam fidelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit, atque ideo maiorem gratiam reperit, quàm amisit. Ambrosius fatur in *can. fidelior factus est Petrus 54. eadem distinct. 50.* ibique *glos.* verbo *gratiam* Nam infirmus fortior resurgit.

Inobediens, contrarius, & inimicus sui Prælati agnoscitur. ex Hormisda Papa omnibus Episcopis per Vniuersas Prouincias in *can. si quis diaconus, aut presbyter 29. §. ecce manifestè constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum distinct. 50.* inferente illo: *Et ideo aut prompta voluntate præceptis illorum consentiant: aut si non fecerint, omnibus illis contrarios se, & inimicos agnoscant.* quo loco *glos.* verbo. *& inimicos* adnotat: *Quod eò ipso, quod aliquis non obedit Prælato suo, eius est inimicus.* ex Hieronymo ad Damasum in *can. quoniam vetusto oriens 25. 24. q. 1.* inferente illo circa finem: *Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit; peribit regnante diluuio.*

Inobedientia idololatriæ scelus est. (*1. Reg. 15. 23.*) Samuele Sauli Regi dicēte: *Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare; & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.* Nec diuersimode Gregorius Septimus in generali Synodo præsidens in *can. si quis deinceps episcopatum 12. 16. q. 7.* sic nempè Gregorius: *Insuper ei, & gratiam Beati Petri, & introitum Ecclesiæ interdicimus; quousque locum, quem sub crimine tàm ambitionis, quam inobedientiæ (quod est scelus idololatriæ) cæpit, resipiscendo, non deserit.* Idemque Gregorius VII. omnibus per Regnum Italicum, & Theutonicorum debitam S. Petro obedientiam exhibentibus in *can. si qui sunt presbyteri, diaconi, vel subdiaconi 15. in fine distinct. 81.* verba sunt Gregorii: *Qui vero huic saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, Samuele testante, & beato Gregorio astruente: (Peccatum ariolandi est non obedire, & quasi scelus idololatriæ non acquiescere.) Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis, dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit.* Paganitatis. id est Infidelitatis *glos.* commentum agit. Rationem reddit Gregorius in moralibus in *can. sciendum summoperè est, quòd obedientia 10. §. obedientia quippe. 8. quæst. 1.* sequentibus verba faciens. *Obedientia quippe victimis iurè præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. &c.* & infrà: *Quò contrà ariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus obedientiæ demonstretur.*

Inobedientia omnis in promptu vlcisci debet. ex Paulo (*2. ad Corinthios 10. 7.*) dicente, atque loquēte: *In promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam.* per excomunicationē scilicet, ex Gregorio ad Natalem Episcopum in *can. de excomunicationis articulo 15. 24. q. 3.* Nec nouum est, vt in obedientia iuncta contumaciæ, excomunicatione feriatur. ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorundam relatione fidelium 1. in fine distinct. 34.* de Lanfredo Episcopo disponente, & demum inferente: *Quod si parere contempserit, & tàm pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ suæ conuersatione vitanda, vestris admonitionibus obedire distulerit: à vestro collegio excomunicatus abscedat. Quod si in hoc contumax adhuc apparuerit, à ministerio cessare oportebit.* Et intulit Anterus Papa episcopis Hispaniæ scribens in *can. absit, vt quidquam sinistrum de his arbitremur. 14 in fine 11. q. 3.* sequētibus loquens: *Nunc verò inobediens spiritali animaduersione truncatur, & eiectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.* Quia traditur Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. ex eodem Apostolo (*1. ad Corinthios 5. 5.*) & exprimit Hieronymus in *can. audi deni que Apostolum dicentem 21. eadem 11. q. 3.* Nec diuersimodè protestatus fuit Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Senonensi scribens in *cap. 1. § nos igitur de postulatione prælator.* verba subnecteos: *Nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci.* vlcisci igitur debet omnis Inobedientia.

Inobedientes Clerici, & Sacerdotes, qui sub nullius Episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur, *acephali*, id est sine capite, dignoscuntur. ex Concilio Parisiensi in *can. nulla ratione Clerici 8. distinc. 93.* Quin indubitanter rei, & reprobi æstimantur. per Clementem Papam in *can. qui suis Episcopis non obediunt 9 eadem distinct. 93.*

Inobediens non agnoscitur, qui non paret ei, qui non iusta præcipit. & vbi maior diuersa mandat. Ita, qui non paret Imperatori cōtraria præcipienti, quam quod Deus præcepit. Quia Deo parendum est. ex Augustino in *can. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit 97. 11. q. 3.* excipe illum in fine dicentem. *Ergo, si aliud Imperator, aliud Deus; quid iudicatis? Solue tributum: esto mihi in obsequium: rectè, Sed non idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem; ille gehennam minatur.*

Inobedientes, qui diuina contemnunt mandata, & Patrum iussionibus non obtemperant, seuerioribus corriguntur vindictis. ex Calixto ad Episcopos Galliæ in *can. iustum est, vt qui diuina contemnūt mandata 9. 23. q. 3.* per excomunicationem. vt in superioribus ostendimus. & dictum fuit in Concilio Toletano XVI. in *can. decernimus, vt dum in qualibet prouincia. 17. in fine distinct. 18.* & Clemens omnibus Episcopis scribens in *can. si autem vobis Episcopis non obedierint 11. in fine 11. q. 3.* inferens, atque decernens: *Non solùm infames, sed extorres à Regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt.* Corporalique pœna feritur. ex Pio Papa in *can. si quis sacerdotum 18. 11. q. 1.* & *can. Absit, vt quid-*

*quam finisterum* 14. *in fine*, qui est Anteri Papæ 31. q. 3. Ita quidem, vt Propheta nõ obediens à Leone occisus fuerit. deducit Gratianus ex Cypriano ad Magnum in *can. denique, quàm sit inseparabile* 9. 7. q. 1.

Inordinatum omne, peccatum est. Quia nimirum omne inordinatum confusum est. à Deo consequenter non est. Quæ enim à Deo sũt, ordinata sunt. ex Paulo (ad Romanos 13. 1.) qui de potestatibus loquẽs, dicit: *Nõ est enim potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinatę sunt*. quæ verba exprimens Bonifacius VIII. in *extrauaganti vnam sanctam Ecclesiam catholicam* 1. 5. *in hac, eiusque potestate duos esse gladios. de maioritate & obedientia inter communes*. sequentibus enucleat: *Nam cùm dicat Apostolus: Non est potestas nisi à Deo: quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Non autem ordinata essent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per alium in suprema*. Quę ergo à Deo sunt ordinata sunt. Inordinatum ergo, à Deo non est: quia confusum. Nec potest ordinabiliter quidquam agi ab eo, quod inordinatum est, & confusum. ex Innocentio Tertio Versellen Episcopo, & Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando* 17. *circa finem principii de accusationibus extrà*. rationem reddente: *Quoniam ex his, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi*. deducitur ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna* 27. 1. q. 1. Quia non fit ordinata. & ex Augustino in *can. forte aliquis hoc secum cogitat* 3. & *can. neque enim si agris iniquè* 9. 14. q. 5. Iure proinde Iustinianus Cæsar in *authentico de hęredibus, & falcidia, & si heres legata soluere noluerit. collatione* 1. 6. *inordinatum vero nihil, neque confusum*. Nihil inordinatum, neque confusum fieri mandauit. Rationem reddit glo. ibidem verbo *confusum*. Nam omne inordinatum est confusum; sed non conuertitur. Hinc est, quod irritum æstimatur, quod contra Iurisordinem attẽtatur. ex Innocentio Tertio in *cap. cum dilecta in Christo filia* 22. *in fine extrà de rescriptis*. illis verbis: *Contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem attentatum, irritum decernimus, & inanem*. ibiq; *glos.* verbo *Iuris ordinem*. & verbo *irritum*. defert *Glossella Marginalis ad dictum* §. *inordinatum vero nihil*. notat plura *Nauarrus de finibus humanorum actuum in principio num.* 8. *in fine*, & in *can. quiescamus* 42. *distinct. de eleemosyna num.* 45.

In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum. vnde præcepit Dominus (*Deuteronomii* 17. 6.) mandans: *In ore duorum, aut trium testium peribit, qui interficietur. Nemo occidatur vno contra se dicente testimonium*. & ibidem 19. 15. *Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati, & facinoris fuerit: Sed in ore duorum, aut trium testium stabit omne verbum*. Testatusq; fuit Dominus noster Iesus Christus Filius Dei viui (*Matthæi* 18. 16.) qui de Fraterna correptione doctrinam tribuens, & præceptum, sic infert: *Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum*. Paulus quoque Doctor gentium (2. *ad Corinthios* 13. 1.) Corinthios admonens dicit: *Ecce tertia venio ad vos: In ore duorum, vel trium testium stabit omne verbum*. Dominus quoque Pharisæis testatus fuit (*Ioannis* 8. 17.) de se loquens: *Ego non iudico quemquam; & si iudico ego iudicium meum verum est, quia solus nõ sum: sed ego, & qui misit me Pater. Et in lege vestra scriptum est; Quia duorum hominum testimoniũ verum est*. Quæ loca vsurpauit *Pascalis Papa in cap. in omni negotio* 4. *extrà de testibus, & attestationibus*. & eodem titulo Alexander Tertius in *cap. licet vniuersis* 23. §. *mandamus quatenus*. mandans: *Vt in qualibet causa Christiani, & maximè Clerici, non minus, quàm duorum, vel trium virorum, qui sunt probatæ vitę, & fidelis conuersationis testimonium admittatis: iuxta illud Dominicum: In ore duorum, vel trium testiũ stat omne verbum*. inferens: *Quia licet quędam sint causæ, quæ plures, quàm duos exigant testes, nulla est tamen causa, quę vnius testimonio (quamuis legitimo) terminetur*. ita Alexander. ibique *gloss.* verbo *duorum*. nos *respons.* nostro 103. *num.* 26 *parte* 5.

Inquietos sub disciplinę vinculo restringere debet Prælatus. ex Gregorio ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis tristè nobis sit valde, quod loquimur*. 14. *in fine* 7. q. 1.

Impotentia cœundi, si ante carnalem copulam inuenta fuit, contractum dissoluit matrimonium: Si vero post carnalem copulam superueniat, matrimonium firmum erit. Scribit Gregorius Venerio Calaritano Episcopo *can. quod autem, interrogasti de his* 29. & ibidem Gratianus §. *ecce impossibilitas cœundi* 27. q. 2. Idemq; respondit Gregorius Ioanni Rauennati Episcopo in *can. quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt* 1. 33. q. 1. inferens in fine: *Si potest probare per iustum iudiciũ, quòd verum sit; accipiat alium. Si autem ille aliã acceperit, separentur*. ibiqueglos. verbo *iudicium*. Vir vero cuius impotẽtia detecta fuit, ad sacros ordines transire poterit: Quia apparet illos non fuisse cõiuges. ex *Gratiano d.* §. *ecce impossibilitas cœundi*.

Impotentia naturalis, siue perpetua, matrimonium, etiam contractum, soluit. temporalis verò, quæ fit per maleficium, si cessarit, matrimonium non soluit. ex Gregorio *d. can. quod autem interrogasti* 1. *in fine*, & duobus sequentibus 33. q. 1.

Impunitas culpæ viam facit aliis delinquendi. ex Stephano Papa V. Paulo Episcopo Placentino in *can. loci nostri consideratio nos admonet*. 2. *in fine* 35. q. 9. Sic etenim Papa: *Ecclesiastici quippe vigoris ordo confunditur, si aut temere illicita præsumantur, aut non concessa impune tententur. Proinde si negligenter ea, quæ male vsurpantur omittimus, excessus viam proculdubio aliis aperimus*. vbi *Gloss.* 1. in casus figuratione in fine infert: *& qui delicta non punit, peccandi viam aperit*. Nec diuersimode Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano in *can. peruenit ad nos*. 21. *in fine distinct.* 93. Rationem reddens: *Nam si negligenter ea, quę malę vsurpantur omittimus, excessus viam aliis aperimus*.

plura

plura deduximus supra verbo *facilitas veniæ.* deduciturque ex Gelasio Papa in *can. quæ propter nec clericorum quisquam 47. circa finem 1.q.7.* illis Gelasii verbis: *vt transgressionis vitio fiat, & cæteris interdictio delinquendi.*

Inquisitio facienda est electorum antequam confirmentur, vt innocens confirmetur. ex Concilio Carthaginen. Tertio in *can. illud statuendum est, vt quando ad eligendum Episcopum 5. distinct. 23.* decreuitque Gregorius Clero, & Ciuibus Neapolitanis scribens in *can. de Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite 4. distinct. 47.* inferens: *Si vero subtili habita inquisitione, hoc falsum esse patuerit. &* infra: *vt vitam, moresque illius solicitus inquirentes, sensum quoque pariter agnoscamus, vt si huic iudicio aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus.*

Inquisitio facienda est priùs, antequam quidquam de oblectis alicui nobis subiecto, fidem præstemus. ex Euaristo Papa in *can. Deus omnipotens. 20. 2. q. 1.* Exemplo quippe Domini Dei (*Genesis 18.*) qui ad Abraham dixit: *Descendam, & videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita, vt sciam.* sequentibus argumentum format: *Deus omnipotēs, cui nihil est absconditum, sed omnia ei manifesta sunt, etiam ante quam fiant; non ob aliud hęc, & alia multa, (quę hic prolixitatem vitantes non inseruimus) per se inquirere dignatus est: nisi, vt nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotijs essemus: & ne mala quorumcumque prius quisquam præsumat credere, quam probare.* Nec diuersimode Eleutherius Papa in epistola ad Galliæ Prouincias in *can. Iudicantem oportet cuncta rimari 11. siue finali 30. q. 5.* qui in fine sic infert: *Et tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur. Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conuenit.*

Inquisitio facienda est, ante quam ad puniendum quemquam descendamus, & subtili omnino inuestigatione omnia perquirantur, ne falsa accusatio subiectum in aliquo prægrauet. vti Gregorius decreuit in *can. quia sunt culpę 10. distinc. 28* vnde idem Gregorius Ioanni Episcopo Panormitano scribens in *can. si quid vero de vno quoque Clerico 13. distinc. 86.* dicens eidem, eumque instruens: *Facile non credas nec ad vindictam te res accendat incognita: sed præsentibus senioribus Ecclesiæ tuę diligenter est veritas perscrutanda; & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis.* Idemque ostendit Ianuario Episcopo Caralitano scribens in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit 24. eadem distinct. 86.*

Inquisitio fiebat bis in anno per Metropolitanos, tàm clericorum, quàm Episcoporum, quàm populorum ad corrigendos mores. ex Septima Synodo in *can. quoniam quidem regula est 7. dist. 18.* Fiunt tamen hodie concilia Prouincialia, siue fit Synodus prouincialis tertio quoque anno ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione 26. cap. 2. de reformat.* & Synodus diœcesana singulis annis. eodem in fine, & *cap. 2. sessione 25. de reformatione.*

Inquisitores debet Episcopus deputare in Synodo; quibus iuramentum præstet, quod propalabunt, quæ correptione digna apparuerint siue in Clero, siue in populo, vt emendari postmodum valeant. ex Euthichiano Papa in *can. Episcopus in Synodo residens 7. 35. q. 6.*

Inquisitio ad veritatem facti peruenire non potest aliàs, nisi opera, & tempus, & causam respiciamus, & voluntatem, & personarum differentiam: & quantacumque alia in ipsis operibus acciderint, diligentissime inquiramus. ex S. Ioanne Chrysostomo in *can. occidit Phinees hominem 14. 23. q. 8.* Proinde Confessarius peccatorum diligens esse debet in inquirenda veritate à pœnitentibus. *Oportet enim vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare. Iudicaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare prius discernat. Diligēs igitur inquisitor, & subtilis inuestigator sapiēter, & quasi astutè interroget à peccatore, quod forsitan ignorat, vel verecundia velit occultare &c.* ex Augustino in *can. qui vult confiteri peccata 1. §. sacerdos itaque verò. caneat spiritualis Iudex. de pœnitentia dist. 6.*

Inquisitionis contra hæreticam prauitatem officium, magna pietatis negotium esse dicitur. à Clemente Quarto Inquisitoribus hereticę prauitatis in *cap. vt officium inquisitionis 11. §. deniq; vt circa præmissa in fine de hæreticis in 6.* illis verbis: *Nullum vobis in tanta pietatis negotio volumus obstaculum interponi.*

Inquisitores hęreticæ prauitatis Episcopum excomunicare non possunt, veluti neque Episcopi Inquisitores excomunicare possunt. ex Bonifacio Octauo Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in *cap. statuta quædam felicis recordationis. 20. siue finali. § et vt eorundem accusatorum, & testium periculis efficacius occurratur. de hęreticis in 6.* Barbosa in *collectanea* ad Sacrum Tridentinum Concilium *sessione 24. cap. 5. nu. 4. de reformat.*

Inquisitores hæreticæ prauitatis, vel etiā eius ministri ab ipsis deputati, si odii, gratiæ, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam, & conscientiam suā, omiserint contra quemquam procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate; vel obtentu eodem, prauitatem ipsā, vel impedimentum officii sui alicui imponendo, eum super hoc præsumpserint quoquomodo vexare; (præter alias pœnas pro qualitate culpę imponendas eisdem) Episcopus, aut superior suspensionis ab officio per triennium; alii verò excomunicationis sententias eo ipso incurrant. &c. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina multorum querela 1. §. verum, quia nimis est graue. de hæreticis*, meminit *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 36. num. 2. & lib. 4. cap. 5. nu. 2.*

Inquisitores in his, quę spectant ad executionem, & piorum legatorum implementum, ab Episcoporum iurisdictione pro exequēdis legatis piis exempti minime sunt. Illi

 enim

enim vti delegati Apostolici procedunt. ex decreto Sacri Tridentini Concilii *sessione* 22. c. 8. *de reformat. Barbosa* in collectanea *ad cap. nos quidem* 3. *nu.* 8. *de testamentis* . qui Sacram Congregationem ita declarasse refert: & *de officio, & potestate Episcopi allegat.* 82. *nu.* 13. & 14. *Thesaurus fori Ecclesiastici Francisci Leonis* Episcopi Thelesini *part.* 2. *cap.* 2. *nu.* 82. in nouis Romæ impressis. nos *respons.* nostra 20. *nu.* 78. *part.* 1.

In quo maior est culpa grauior exercetur vindicta. Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. excommunicamus itaque, & anathematizamus* 13. §. *credentes præterea, receptatores, defensores de hæreticis extra.* in ratione, quam reddit de Clericis verba faciens: *vt in quo maior est culpa, grauior exerceatur vindicta.* ibique *Gloss.* verbo *grauior exerceatur.*

In quo quis deliquit, in eo & puniri debet. ex Innocentio Tertio Episcopo, & Petro scholastico Moguntinen in *cap. quanto personam Hildesemen Episcopi.* 3. §. *cæterum quoniam de translatione Episcopi.* qui sic decernit: *Volentes (sicut dignum est) vt in eo puniantur, in quo peccauerunt.* ibique *gloss.* verbo *in quo peccauerunt.* ex eodem Innocentio Tertio Episcopo Mutinen in *cap. litteras vestras recepimus* 13. *in fine de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum* extra. decernente illo: *Præfatum itaque Bononien Episcopum (vt puniatur in quo deliquit) à collatione ordinum &c.* ibique *Gloss.* verbo *deliquit.* Idemque Innocentius in Concilio Generali in *cap. ad liberandam terram sanctam* 17. §. *finali. de Iudæis, & Saracenis, & eorum seruis.* Rationem reddens: *Vt æquo iudicio, in quo deliquerint, puniantur.* ibique *glo.* verbo in quo deliquerint. Concordat textus Nicolai Papæ Frontario Archiepiscopo Burdegalen scribenti in *can. de viro nefando, Burgando nomine* 17. 12. *q.* 2. plura deducit *glos.* in *can. si qui Episcopi talem consecrauerint sacerdotem* 43. 1. *q.* 1. illis Leonis verbis: *nec illi vmquam sacramento intererunt.* verbo *vmquam.* argumentum educens: *In eo puniendum esse aliquem in quo deliquit.* Concinit Gratianus in *can. Ecclesia, quæ pactione consecrata fuerit* 11. §. *sic & nauicula Ionæ periclitatur.* 1. *q.* 4. illis verbis in consequentia, quam intulit: de Dauid verba faciens: *Qui ergo de numerositate suæ gentis superbiuit, iure in eius diminutione punitus est.* vbi *Gloss.* verbo *in diminutione* inferens, & ipsa: *Quod in eo punitur quis,* in quo deliquit. concordando textui Sancti Cypriani in *can. si qui presbyteri, aut diaconi* 1. *in fine* 1. *q.* 7. qui inferi rationem: *Nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus contra nos rebellauerint.* notatque *gloss.* ibidem verbo *quibus.* dicens: *Nota puniri aliquem in eo, in quo deliquit.* Concinitque Gelasius Papa Maiotico, Sereno, & Ioanni Episcopis scribens in *can. qui, & diuinis, & humanis legibus* 24. paulo post medium 12. *q.* 2. sequentibus decretum inferens: *Vt huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui.* Quatenus puniantur in eo, in quo ipsos nō est dubium, deliquisse. vt Innocentius Tertius Elien Episcopo respondit in *cap. pastoralis officii* 29. *in fine* extra *de Iurepatronatus.* vbi *Gloss.* verbo *in quo.* consequentiam infert: *Sic ergo punitur aliquis in eo, in quo deliquit.* Dixitque Iustinianus Cæsar in *authentica omnes peregrini, & aduenæ C. communia de successionibus in fine.* Rationem reddens: *Vt in eo puniantur, in quo deliquerunt.* vbi *Gloss.* notabiliter nota (inquit) quem puniri in eo, in quo deliquit. Nec dissentiri visus est Gelasius Papa in *can. frater, & coepiscopus noster Epiphanius* 10. *in fine* 17. *q.* 4. illis verbis: *Merito consequatur pro facti sui qualitate vindictam.*

In quocumque loco ceciderit lignum, siue ad austrum, siue ad aquilonem ibi erit. Sapiens (*Ecclesiastes* 11. 3.) dicente Spiritu sancto: *Si ceciderit lignum ad Austrum, siue ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* plura adnotat *Lorinus* in hunc locum. Concinitque, quod Gelasius Papa vniuersis Episcopis per Dardaniam; siue per Illyricum constitutis in *can. ne quisquam omnino vobis persuadeat* 4. post medium 24. *q.* 2. contestatus fuit, loquens: *Cæterum iam de eo, qui in diuino est iudicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere præter id, in quo eum dies supremus inuenit.* siue ad beatitudinis assecutionem, siue ad Gehennæ tormentum. vt ex Patribus *Lorinus* desert. deduximus nos *respons.* nostra 23. *nu.* 37. & 38. *part.* 1. Rationem reddit *Gloss.* ibidem. verbo *inuenit.* inferens: *Nam in eo loco quis conuenitur, in quo reperitur.* Quia nimirum: *Qualem te inuenit Dominus, cum vocat, talem pariter, & iudicat.* Cypriani sunt verba tractatu 4. de mortalitate in *can. numquid Cain, cum Deo munus offerret* 26. *in fine de pœnitentia distinct.* 1. & dixit Gregorius in dialogis in *can. qualis hinc quisque egreditur.* 4. *distinct.* 25. verba sunt Gregorii: *Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur.* ibique *Gloss.* 1.

Inrepræhensibile quod est, Sancta defendit Ecclesia. ex Concilio Nicæno in *can. si qui sine examinatione promoti presbyteri sunt.* 4. *in fine dist.* 81. dicente Sacro Concilio: *In omnibus enim, quod irreprahensibile est, sancta defendit Ecclesia.* Similique modo verba fecit Marcellinus Papa in *can. omne, quod irreprehensibile est.* 8. *in ipso initio* 25. *q.* 1. & ipse dicens: *Omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia.*

Insania si quis laborauerit, quod insaniens fecerit, non ei imputatur ad culpam. ex pœnitentiali Theodori in *can. si quis insaniens aliquem occiderit* 12. 15. *q.* 1. & ibidem ex Digestis refertur in *can. illud relatum per æquè est* 2. sequiturque Gratianus ibidem §. *itaque vt ex præmissis apparet.* & decreuit Clemens V. in Concilio Viennen in *Clementina si furiosus vnica de homicidiis.*

Insania qui laborant, mente translati dicuntur, vt non res ipsas, sed passionis suæ phantasias videant. ex Ambrosio in *can. sicut ii, qui per insaniam* 8. *distinct.* 47. Verba damus Ambrosii: *Sicut ii, qui per insaniam mente translati sunt non iam res ipsas sed passiones suæ phantasias vident. Ita etiam mens auari semel vinculis cupidi-*

*piditatis adstricta, semper aurum, semper argentum videt semper redditus computat; gratius aurum intuetur, quam solem: ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominum aurum quærit.*

Insania qui laborant, sicuti qui nimio feruore passionis mente alienati fuerint, vt quid agant non videant; si quid vouerint, vel promiserint, nisi ad mentem redeuntes ratum postea habuerint, firmum non stabit. ex Alexandro Papa Secundo in *can. Gonsaldus presbyter* 1.17.q.2.

Insania qui aliquando laborauit ad sacerdotiũ non promouetur; si verò post quàm promotus fuerit, ad mentem redierit, sacris operari permittitur. ex Gratiano in *can. si quis nõ iratus* 13 *siue finali* §. *sicut ergo, qui propter disciplinam* 15.q.1. dixitque Gregorius in *can. Maritum duarum post baptismum matronarum* 2.dist.33.

Insania laborans Episcopus Episcopatui renunciare non potest, nisi ad mentem redierit, vt sciat, quid faciat. ex Gregorio ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis triste nobis sit valde* 14.7.q.1.

Incarnatio Domini Nostri Iesu Christi in purissimo Virginis Mariæ vtero præter naturæ ordinem fuit. ex Ambrosio in *can re vera mirabile est* 69. *col.*3. *ante finem* §. *sed quid argumentis vtimur? de consecratione distinct.*2. verba afferamus Ambrosii: *Sed quid argumentis vtimur? suis vtamur exemplis, incarnationisque exẽplo astruamus misterii veritatẽ. Numquid naturæ vsus præcessit, cum Dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus viro mista fœmina generare consueuerat. Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc, quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine?* ita Ambrosius.

Incarnationis dominicæ testimonium ex Vergilii illo.

*Iam noua progenies cœlo demittitur alto.*

refert *Gloss. in can. qui de mensa regis, & de vino potus eius.* 11. *in fine distinct.*37. Qui canon est ex Hieronymo in Danielem. probante: ex litteris secularium tàm Græcorum, quam latinorum, & aliarum gentium, veritatem probari posse. verbo *prædicta*.

Incendia domorum faciens, vel iubens, vel si consenserit facienti, quousque emendauerit, excomunicari Iudiciali authoritate meretur. ex Decretis Euthychiani Papæ in *can. si quis membrorum truncationes, domorum incendia fecerit.* 31.23.q.8.

Incendiarios quoque excomunicat Innocentius Secundus in vniuersali Concilio in *can. pessimam quidem* 32.*eadem* 23.q.8. Præsertim verò si fuerint incendiarii nocturni, atque bonorum Ecclesiasticorum. ex Gregorio ad Constantiam Reginam Galliæ. in *can. cum deuotissimam Dominam sciam* 8.12.q.2. illis verbis: *atque nocturnis incendiis.* Quia sacrilegium est. ex Pio Papa in *can sicut, qui Ecclesiam Dei vastat* 12. & ex Igino Papa in *can. si quis Ecclesiã igne combusserit* 14.17.q.4. & respondit Alexander Tertius Claremonten Episcopo in *cap. in litteris tuis continebatur* 5. *de raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum*. de eo loquens: *Qui Ecclesiarum incedia diabolo instigante commiserat; & tandem in ægritudine constitutus, accepta pœnitentia de commissis, de manu Cappellani sui fuit à sententia anathematis absolutus*. ibique gloss. verbo *anathematis.* inferens: quod postquam sunt publicati, excomunicatio est sanctæ Sedi reseruata. vt decreuit Clemens Tertius in *cap. tua nos duxit fraternitas consulendos* 19 *de sententia excommunicationis.* Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.*1.*cap.*56.*num.*10.*in* 3. *casu.* & *cap.*35. *nu.*3. *&* 5. & *lib.*3.*cap.*54.*nu.*3.

Incendiarius verò an immunitate gaudeat Ecclesiæ, si ad eam se recipiat: negant quidam. verum affirmat *Farinacius de Immunitate cap.* 6.*in* 1.*limitatione nu.*103.104. *&* 105. Quia hic casus in Constitutione Gregorii XIV. exceptus non inuenitur.

Inceptio, siue bonæ vitæ inchoatio sine charitate fieri minime potest. vnde dixit Dominus (Matthæi 10.) *Nõ q incęperit, sed qui pseuerauerit vsq; in finẽ saluus erit.* ex quibus verbis Gregorius in moralibus relatus *can. multi bene incipiũt* 43. *de pœnitentia dist.*2. sic affatus est: *Multi bene incipiunt, qui in malo vitam finiunt.* vbi Gratianus §. *non autem bene incipit.* sic prosequitur rationem: *Non autem benè incipit, qui numquam ex charitate operatur. Quod si ex charitate aliquando aliquid agit; & charitatem aliquando in ipso necesse est esse.* Sine charitate igitur bene incipere nemo potest.

Incerta iudicanda non sunt, sed Diuino iudicio reseruanda. ex Gratiano in *can. si quis diuinis tactis scripturis.* 9. §. *his ita respondetur.* 30.q.5. verba sunt Gratiani: *Incerta (vt Sixtus Papa scripsit Episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum iudicare præsumat: Et quamuis vera sint; tamen credenda non sunt; nisi quæ certis indiciis comprobantur; nisi quæ manifesto indicio conuincuntur; nisi quæ iudicario ordine publicantur. Hinc etiam victor Papa scribit Theophilo Episcopo: Incerta charissime nullatenus iudicemus, quousque veniat Dominus, qui Latentia prodet in Lucem, & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* ita Gratianus. Nam ex Eugenio Papa in *capit. Iuuenis, qui puellam non dum septennem* 3. *de sponsalibus, & matrimoniis.* Quæ dubia sunt, & incerta, non affirmanda, sed quod certius est in illis sequendum. vt *Gloss.* ibidem verbo *dubia* animaduertit. & hunc textum, & Glossam sequitur *Glossella* marginalis in §. *illud quæsitum est, an si fera bestia. Institutionibus de rerum diuisione.* In fine dicens: *Et sic in rebus incertis non posse ferri sententia certa. vt hic, & in cap. Iuuenis iuncta Gloss.* s. *post principium de sponsalibus, & matrimoniis.*

Incestus est consanguineorum, vel affinium abusus. Gratianus in *can. lex illa præteritorum Principum* 2. §. *Cùm ergo hęc illicito coitu sit corrupta circa finem* 36.q.1. Speciatimque meminit quibus cum personis incestus committatur ex Concilio Agathensi Gratianus in *can.*

*can. de inceſtis coniunctionibus* & Gregorius Papa ad Feluem Meſſanæ Ciuitatis Epiſcopum in *can. nec eam, quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit* 10. 35. q. 3. Ita inceſtum committit, qui ſponſam fratris ſui, quamuis ab eo non cognitam, vxorem duxerit. ex Canonibus in *can. ſi quis deſponſauerit ſibi aliquam* 11. 27. q. 2.

Inceſtus autem adulterii malum vincit. Quia grauius peccatum eſt. *Peius eſt enim cum matre, quàm cum aliena vxore concubere.* Auguſtinus de adulterinis coniugiis in *can. Adulterii malum vincit fornicationem, vincitur autem ab inceſtu* 11. 32. q. 7.

Inceſtę ſunt Virgines, quæ poſt conſecrationem nupſere. Hieronymum excipe contra Iouinianum in *can. virgines, quæ poſt conſecrationem* 9. *ſiue finali diſtinct.* 27. qui ſequentibus verba facit: *Virgines, quę poſt conſecrationem nupſerunt non tam adulteræ ſunt, quam inceſtæ.* Quin & ſacrilegę. *Quia vaſa domini, id eſt ſe ipſas, contaminant.* vt *Gloſſ.* ibidem infert.

Inceſti macula pollutus infamis eſt. Et non ſolum infames efficiuntur ipſi, ſed etiam omnes eis conſentientes. ex Calixto Papa ad Epiſcopos Galliæ in *can. conſanguineorum coniunctiones* 4. 3. q. 4. & inter infames inceſtuoſos numerat Stephanus Papa Hilario ſcribens in *can. infames eſſe eas perſonas dicimus* 17. 6. q. 1. dicens: *Similiter & inceſtuoſos, homicidas, periuros, raptores &c.* & Euſebius Papa ad Epiſcopos Thuſciæ in *can. conſtituimus iterum.* 9. *eadem* 3. q. 5.

Inceſtuoſi ſi in ſcelere manent, à comunione fidelium ſunt ſeparandi, & inter gentiles reputandi, atque proinde excommunicandi. ex Concilio Aurelianenſi in *can. Inceſtuoſi dum in ipſo deteſtando, atque nefando ſcelere manent* 3. *ſiue finali* 35. q. 8. & ex Concilio Agathenſi in *can. de inceſtis coniunctionibus* 8. *eadem* 35. q. 3. *in fine.*

Inceſtuoſi, qui inceſtum commiſere, matrimonium contrahere prohibentur. ex *Canone quadam cum fratre viri ſui dormiuit* 19. 32. q. 7. & ſequentibus canonibus. & ex Concilio Triburienſi in *can. in lectum mariti abſente vxore* 6. 34. q. 2. in fine, vbi ſic infert Conciliũ: *Illa verò* (quę inceſtum commiſerat) *vindicta digna affligatur, & in æternum coniugio priuetur.* & in canonibus ſequentibus.

Filij tamen ex his coniunctionibus ſuſcepti, pro filiis non æſtimantur. id eſt nullo parentibus iure ſuccedunt. ex Auguſtino in *can. quid eſt* 1. *& vltimo* 35. q. 7. Quia dicuntur nõ eſſe filii, qui non ſunt boni. ex *Gloſſ.* ibidem verbo *ſine filiis.*

Incompoſitio corporis inęqualitatem indicat mentis. ex Auguſtino Gratianus in *can. clericus profeſſionem ſuam* 8. §. *ſicut ergo in cibis mores eorum cum quibus viuimus. diſtinct.* 41. Debet proinde in inceſſu eſſe ſacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem oſtẽdat. *Incompoſitio enim corporis* (*vt Auguſtinus ait*) *inæqualitatem indicat mentis.* ita Gratianus.

Incompoſibilia ſe ſe inuicem non compatiuntur. ex Innocentio Tertio Arelaten. Archiepiſcopo in *cap. maiores Eccleſię cauſas* 3. §. *ſed adhuc quęritur, quare non ſaltem originale peccatum in fine de baptiſmo, & eius effectu.* inferente pontifice; *Sed hæc tamquam incompoſſibilia ſeſe minime patiuntur, immo mutuo aduerſantur.* Rationem reddit *Gloſſ.* ibidem verbo *incompoſſibilia* dicens: *quod eadem res non operatur contrarios effectus.*

Inconſtantia in vouentibus virginitatem, & non ſeruantibus, improbatur. ex Hieronymo in *can. vouentibus virginitatem* 2. 17. q. 1. qui ſic fatur: *Vouentibus virginitatem, non ſolum nubere, ſed etiam velle, damnabile eſt.*

Inconſtatia eſt, ſi qui meliora agere deliberant, deliberata non faciunt, quàmuis bona agant. ex Gregorio in *can. qui bona agunt* 4. 17. q. 1. ſi videlicet deliberate, ac firmiter proponant. ſecundum *Gloſſ.* ibidem verbo *deliberant.* Ita quidem, vt moraliter peccare dicantur. ſecundum Hugonem. & ſi alii venialiter peccare dicant; verùm Hugonis ſententiam magis probare aſſerit *Gloſſella* marginalis ibidẽ.

Inconſtantia perpenditur animi ſi Epiſcopus, vel presbyter de vna in aliã transmigret Eccleſiam. ex Nicæno Concilio in *can. non oportet epiſcopum* 19. *cum aliis canonibus ſequẽtibus.* 7. q. 1. vel ſi propter tribulationem à commiſſo ſibi grege ſe elongat. ex Liberio Papa omnibus Epiſcopis in *can. ſugeſtum eſt nobis, quod pro prȩteritis laboribus* 46. & ex Nicolao Papa Humifrido Motienſis Eccleſię Epiſcopo in *can. ſciſcitaris itaque* 47. *eadem* 7. *queſt.* 1.

Inconſtantia quoque perpenditur ſi monachus in rigore non perſeuerat monachali, & vrbes frequentet, vel in presbyterio ordinetur, vt à rigore ſe eximeat. ex Hieronymo ad Paulinum de inſtitutione monachi in *can. ſi cupis eſſe, quod diceris monachus* 5. & ex Eugenio Papa in *can. placuit communi noſtro Concilio* 8. & ex Alexandro Secundo in *can. iuxta Chalcedonenſis tenorem optimi concilii* 11. 16. q. 1. Rationem reddit Eugenius Papa in dicto *can. placuit. in fine.* monacho ſuadens, ac dicens: *Sedeat itaque ſolitarius, & taceat: quia mũdo mortuus eſt, Deo autem viuit. Agnoſcat nomen ſuũ. Monos enim grȩcè, latine eſt, vnus: achos grȩcè, latine triſtis ſonat. Inde dicitur monachus, id eſt, vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio ſuo vacet.* vbi *gloſ.* verbo mortuus adnotat: *Hic vides, quod ingreſſus religionis æquiperatur morti naturali.*

Inconſtantia ergo erit, ſi à ſuo deficiat inſtituto. Et in ſancta Nicæna Synodo in *can. placuit omnibus reſidentibus in ſancta Nicana Synodo* 1. *eadem* 16. q. 1. dictum fuit, atque perpenſum. *Monachus enim grȩcè, latine ſingularis dicitur. Vnde Monachum per omnia ſingulariter agere oportet.*

Incorrigibilitas, in Epiſcopo prȩſertim, deteſtabilis. Ita quidem, vt ſi admonitionibus nõ acquieſcat, excommunicari valeat. ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiſcopum de quodam Lanfredo Epiſcopo in *can. quorundam relatione fidelium noſtris eſt auribus intimatum.* 1. *diſtinct.* 34.

In-

Incorrigibiles, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, excomunicari debent. Ex Symmacho Papa in Synodo sexta Romana in can. in canonibus in Gangrensi Ecclesia 57. in fine 5. similiter illi. 16. q. 1. verba sonant Symmachi: *Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur, dicente Domino.* (Deuteronomii 13. & 1. ad Corinth. 5.) *Auferte malum ex vobis.*

Incrementum ab infimis sumendum, non à summis. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in can. statuimus, ne in aliqua Apostolica, & canonica decreta 8. distinct. 61. verba dicunt Leonis: *Ignari, non ab infimis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium. Cum valde iniquum sit & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis, & rudes præferantur emeritis.* Rationē excipe ex Gregorio Syagrio Episcopo, & aliis Episcopis in can. sicut neophytus tūc dicebatur 2. fine finali dist. 48. qui sic eos alloquitur, rationem reddēs: *Nam casum appetit, quiad summi loci fastigiu postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.*

Indecens omnino probatur, prius soluere militiæ cingulum, quàm cedat victori aduersitas prælīorum. Alexander tertius Londoniē Episcopo in cap. litteras tuas 1. in fine de renunciatione. Rationem reddit Glos. ibidem verbo militiæ dicens: Quia frustra velociter currit, qui priùs, quàm ad metas perueniat, deficit. ex Gregorio in moralibus in can. incassum quippe bonum agitur 17. de pœnitentia distinct. 3. verba damus Gregorii:

*Incassum quippe bonum agitur, si antè terminum vitæ deseratur: Quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas veniat, deficit.*

Indefinita oratio vniuersaliter exauditur. Indefinita enim æquipollent vniuersali. ex Vrbano II. dilecto filio L. proposito Ecclesiæ sancti Iuuentii apud Ticinum. in can. Saluator prædicit in Euangelio 8. in fine 5. & ne quis insanus obijciat, meritò hoc Dominum 1. q. 3. verba damus Vrbano. *Et ne quis insanus obijciat, meritò hoc Dominū tam acerbè vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur: Ecclesiastica vero res modò extrà templum distrahuntur: attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis, vel emptionis præpositorum; sed tantum indefinitè dicentem: (Circuit aliquis emere columbam; vnusquisque præpositum suum laudat, quod vendit) non adiiciens in templo, vel extra templum.* ergo indefinite. Vniuersaliter proinde. ex Gloss. ibidem verbo indefinitè. quæ infert: *Nota ex indefinita colligi vniuersalem.* ex Epistola Tarasii Constantinopolitani Episcopi Papæ Hadriano in can. eos, qui per pecunias manus imposuerunt 21. in fine 1. q. 1. verbis illis. *Accipere enim est quandocumque accipere.* Nam indefinita loquutio vniuersali æquipollet. Cōcinit Augustinus in can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere 9 col. 2. §. neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris. 23. q. 5. in fine, qui sequentibus verba profert: *Quanto magis intelligendum est, non licere homini se ipsum occidere, cum in eo, quod scriptum est (non occides) nihilo deinde addito, nullus nec ipse vtique, cui præcipitur, intelligitur exceptus?* Rationem reddit Gloss. ibidem verbo exceptus. in fine: Quia verbum indefinitè prolatum generaliter intelligendum est. Probat ex eodem Augustino in cap. quod si dormierit vir eius. 13. fine finali 31. q. 1. qui sequentibus rem aperit manifestè: *Quod si dormierit vir eius. Non dicit primus, vel secundus, vel quotus: nec nobis definiendum est quod non definit Apostolus.* Cōcordat Gregorius X. in Generali Concilio Lugdunen in cap. vt circa electiones 4. post principium de electione, & electi potestate in 6. illis verbis: *vel personatuum Dignitatum, vel aliorum Ecclesiasticorum beneficiorum prouisio.* vbi plena Gloss. verbo. aliorum Ecclesiasticorum. commentum agens: omnium vniuersaliter. Rationē reddens: *Dici enim solet, quòd indefinita canonis, vel legis regulam tradere intendentis, æquipollet vniuersali.* ibique plura deducit. prosequiturque Gloss. in cap. accusatus de hæresi 8 §. 1. cum vero, qui in vna hæresis specie de hæreticis in 6. verbo. simpliciter. dicēs *Et nota: quod indefinita æquipollet vniuersali.* Cōcordat Iulianus lib. 1. ex Minutio in l. qui ædificium 21. ff. de seruitutibus vrbanorum prædiorum. Quatenus habet, quod seruitutem imponens ædificio, non solum de his luminibus, quę in præsentia sunt, sed etiam de his, quę postea fuerint, caueat. Rationem reddit Bartolus. ibidem in summario, dicens: *& in dubio indefinita locutio æquipollet vniuersali.* Nec diuersimode Pomponius lib. 5. ad Quintum Mutium in l. si pluribus hæredibus institutis. 45. in principio ff. delegatis 2. ibique Bartoli summarium: *Indefinita æquipollet vniuersali.* plura deducit Hyppolitus de Marsilius singulari 171. audistis aliàs. Reprime tamen in odiosis. apud Decium conf. 347. num. 2. & apud Surdum bene vbique audientem conf. 430. num. 21. 22. & sequentib. vol. 3. Reprime quoque in testibus. Eorum quippe idefinita locutio, vniuersali non adaptatur. per Rotam part. 1. diuersorum decis. 787. num. 5. & apud Cardin. Seraphinum decis. 69. num. 8. apud Farinacium post primum volum. Consiliorum. Nauar. conf. 2. sub nu. 1. versiculo secundo quod lib. 4. de clandestina desponsatione. Lotterius de re Beneficiaria lib. 1. q. 24. num. 68. Roccha de Campanis cap. 13. in fine fol. mihi 107. dicens: Propositio indefinita, sine signo vniuersali, pro vniuersali sumitur. teste Aristotele in 1. priorum. cap. 1.

Indefinitæ igitur, & generali promissioni satisfiet per vnum suppositum. ex dicta Glossa celebri in cap. vt circa 4. de electione in 6. verbo aliorum Ecclesiasticorum. Qui enim promittit indefinitè hominem, vel seruum. vnum præstando liberatur. Nauarrus conf. 7. num. 2. lib. 3. de voto, & voti redemptione.

Indifferenter est habendum, quod neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur: & pro eorum, inter quos viuitur, societate seruandum. Ex Augustino ad Ianuarium in can. illa autem quę scripta, sed non tradita custodimus 11. §. alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque variantur distinct. 12. vnde Gloss. verbo societate. argumentum educit: quod qui-

*quilibet tenetur viuère secundum consuetudinem illorum,inter quos versatur.* vnde versus;

*Si fueris Romæ romano viuito more:*
*Et si sis alibi,viuito sicut ibi.*

Indignatio Dei non vltionis executio, sed magis absolutionis operatio est. Ambrosius de pœnitentia. in *can. sed continuo, qui dixerat 46. de pœnitentia distinct.* 3. verba sunt Ambrosij: *Non ne apparet, quod ideo nobis peccantibus indignetur Dominus Iesus, vt indignationis suę nos terrore conuertat? Indignatio ergo eius non vltionis executio,sed magis absolutionis operatio est.*

Indignum est dare Deo, quod dedignatur homo. Hieronymus in *can. sacerdotes nomen Domini despiciunt 2. siue finali. in fine distinct.* 49. super Malacchiam in caput 1. in verba illa: *Si offeratis cæcum ad immolandum, non ne malum est?*

Indignum se aliena ope reddit, qui sibi ipsi opitulari tenuit, cùm possit. *Glossa* recepta, atque comuniter approbata in *cap. quam Ecclesiarum 7. extra de constitutionibus*. verbo *ad inopiam. in fine* ex Honorio tertio Maiori, & Burgen de Rupella in *cap. ex parte vestra fuit propositum 10. in principio. de consuetudine*. illis verbis: *prodigalitatis vitio, vel incuria.* vbi *Gloss.* verbo *incuria.* id est negligentia, & ideo non est subueniendum: Quia vigilantibus, & non negligentibus iura subueniunt. argumento ex Ambrosio libro de officiis in *can. non satis est bene velle, sed etiam benè facere 14. §. perfecta liberalitas. distinct.* 86. illis verbis: *si in causā ceciderit, aut captiuitatis suorum; aut calumnię, & nō adiuues: si sit in carcere, & pœnis, & supplicijs propter debitum aliquod iustus excrucietur. &c.* Quia subueniendum est iis, qui ex causa in aliquod infortunium inciderunt. Non enim dat, sed accipit, qui beneficiū facit. ex Ioanne Chrysostomo in *can. quiescabus ad hac absurda curiositate 2. distinct.* 42. illis verbis rationem reddens: *Non enim das, sed accipis. Si verò pro nutrimento postulat, nihil in his examines.* ibique *glos.* verbo *postulat.* plura cumulat concinitque illud Pauli (2. ad Thessalonicenses 3. 10.) *Quoniam si quis non vult operari, nec manducet.* Et coincidit cum Triphonio lib. 9. Disputationum in *l. bona fides, quæ in contractibus exigitur 31. in fine principij ff. depositi, vel contrà.* in ratione, quam reddit: *Nam malè meritus publicè, vt alijs exemplo ad deterrenda maleficia, sit, etiam egestate laborare debet.* prosequiturque *Nauarrus de Indulgentijs notabili 21. n. 4.*

Indiuiduum dicitur, quod in se indiuisum est, & ab omni alio diuisum. ex Aristotele *1. phisicorum 3. & 5. metaphisices. 6.* In partes itaque secari non potest; quia indiuisum est, atque indiuisibile ex *S. Thoma 3. part. q. 77. art. 2. in corpore.* Diuisio namque corruptionem generat. ex Iginio Papa in *can. si motum fuerit altare 19. de consecrat. distinct.* 1. ibique *glos.* verbo *altare.* Concinitq; Caius lib. 3. de Legibus ad Edictum Pretoris in *l. si is, qui quadringenta 79 §. quędam legata ff. ad legem falcidiam.* quatenus probat: quędam legata, (vt si indiuiduum legetur) diuisionem non recipere; quia vnum sunt compositione.

Si vero diuidatur corrumpitur. ex Vlpiano lib. 20. ad Edictum in *l. stipulationes non diuiduntur 72. ff. de verborum obligationibus.* in ratione quam reddit, quare stipulationes non diuidantur: *Horum enim diuisio corrumpit stipulationem.* dicens. Eiusdemque sensus Paulus videtur lib. 29. ad Edictum in *l. stipulationum quædam in dando 2. §. ex his igitur stipulationibus. ff. de verborum obligationibus*: dicens, & rationem reddens: *Et ideo si diuisionem res promissa non recipit, veluti via, hęredes promissoris singuli in solidum tenentur.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *in solidum.* commentum agens: *Quod sui natura non recipit diuisionem, vt via, vel etiam debitum in genere.* quod indiuiduum est, & diuisionem non recipit. plura deduximus nos *respons.* nostra 15. *num. 66. 67. & 68. part. 4.* & *respons. 67. num. 30. 31. & 32. part. 5.*

Indiuiduum proinde dicitur, quidquid ad solemnitatem actus pertinet, vt nec diuidi, nec separari ab actu possit, vt vnus dicatur, idemque actus; vt puta testamentum. ex Iustiniano Cæsare in *l. cùm antiquitas 27. C. de testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.* illis Iustiniani verbis: *Si quid autem necessarium euenerit, & in ipsum corpus laborantis respiciens contingerit; id est vel victus necessarij, vel potionis oblatio, vel medicaminis datio, vel impositio, quibus relictis ipsa sanitas testatoris periclitetur, vel si quis necessarius naturæ vsus ad depositionem superflui ponderis immineat, vel testatori, vel testibus, non esse ex hac causa testamentum subuertendum, licet morbus comitialis (quod & factū esse comperimus) vni ex testibus contingerit: sed eo, quod vrget, & imminet, repleto, vel deposito, iterum solita per testamenti factionem adimpleri.* adhuc equidem, vno contextu dicitur fieri testamentum, & vnum est testamenti indiuiduum, quia nullus alienus actus testamento immiscetur. Est enim pertinens adhuc ad testamentum. ex Vlpiano lib. 2. ad Sabinum in *l. hæredes palam, ita, vt exaudiri possint, nuncupandi sunt 21. §. finali ff. de testamentis, & qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant.* sequitur *Barbosa de officio, & potestate episcopi allegat.* 32. *num.* 1. Indiuiduum autem dici potest quatuor modis ex *Bart.* in *l. grecè fideiussor ita accipitur. 9 §. illud commune est in vniuersis num. 4. ff. de fideiussoribus, & mandatoribus. Rota apud Card. Seraphinum decis. 125. num. 2.* & apud *Coccinum decis. 402. num. 5. 6. & 7.*

Infamia ex inimicis orta purgationem non inducit. quod sæpissime, suadente antiquo hoste, sacerdotibus crimina diuersa obiiciūtur. ex Leone Papa ad Carolum Regem, in *can. omnibus vobis visu, aut auditu notum esse non dubitamus 19. in principio 2. q. 9.* & ex Gregorio Constantio Mediolanensi Episcopo in *can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt 52. 11. q. 3.* illis verbis: *De vestra igitur sanctitate absit à Christianorum iudicio, vt ea, quę maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo suspicionis adduci.* ibique per optimè *glos.* verbo *maledicorum.* ex Innocen-

centio Tertio in *cap. cùm in Iuuentute sua* 12. §. *Cæterum, quia procurator instabat de purgatione canonica*.

Infames sunt, qui fratres calumniantur, & accusant, & non probant; vel qui contra innocentes Principum animos ad iracundiam prouocant. Stephanus Papa Hilario scribens in *can. infames esse eas personas dicimus* 17. *circa finem* 4. q. 1. quo textu enumerantur omnes personę infames, & quæ sint.

Induciæ tam actori dandæ sunt, quàm reo, ne præpropere agi à quacumq; parte videatur. Per subreptionem quippe multa proueniunt. Ex Eleutherio Papa ad Gallię prouincias in *can. inducię non modicę* 3. 3. q. 3.

Induciæ verò accusatis in criminalibus causis sex mēsium, vel eò amplius, si necesse fuerit, concedendæ sunt. ex Damaso Papa ad Stephanum Archiepiscopum in *can. induciæ accusatis in criminalibus* 4. *eadem* 3. q. 3. Discuti enim causę (quò ad Ecclesiasticos præsertim) non præcipitari debent. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. si autem presbyteri, vel diaconi fuerint accusati* 5. 25. q. 7. Termini nos vero dilationum ex libro Codicis enumerat Gratianus *d. can. inducia accusatis* 4. §. *spatium verò dilationum eadem*. 3. q. 3.

Indulgentia peccatorum per pœnitentiam indulgetur. *Deus enim Bonus est in omnibus, & apertæ viscera eius omni homini pœnitenti*. ex Septima Synodo in *can si quis omnem traditionem Ecclesiasticam* 2. §. *Episcopum, qui per pecuniam ordinatus est*. 5. *qu. 1*. 7. & in principio §. *sed dicunt fortasse*. sic rationem reddit: *Quia omnem pœnitentiam recipit Deus, & indulget per pœnitentiam peccata, quæ iam facta sunt*. vbi gloss. verbo *pœnitentiam* commentum agens infert: *& hoc adeò verum est, quod si quis etiam perueniat ad summum malorum, subuenitur ei per pœnitentiā*. Chrysostomū excipe de reparatione lapsi in *can. talis mihi crede* 28. *de pœnitentia distinct. 3*. verba sunt eius: *Talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei; numquam spernit pœnitentiam si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum, & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam; suscipit, & libenter amplectitur*.

Indulgentiam equidem peccatori conuertenti se præstat Deus, & qui vltrò crimen agnoscunt. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. facilius Deum sibi placabunt illi*. 32. *de pœnitent. distinct*. 1.

Indulgentia Principis in consequentiam trahi non debet. ex Zacharia Papa Bonifacio Moguntino Archiepiscopo in *can. petiisti, vt cum nostro consulto* 17. §. *de eo autem, quod tibi successorem* 7. q. 1. Iustinianus Cæsar in §. *planè ex his, quædam sunt personales. Institutionibus. de Iure naturali, gentium, & Ciuili*. Rationem reddens: *Nam quod ob meritum indulsit alicui, vel si quam pœnam irrogauit; vel si cui sine exemplo subuenit, personam non transgreditur*. & secuta fuit gloss. in *proœmio decretalium* in fine verbo *in Iudiciis*. post principium, dicens: *& Indulgentia non debet trahi ad consequentiam*.

Indulgentias concedere actus est Iurisdictionis. Quam ob causam nō subiectis indulgentias concedere Episcopus non valet, quāuis illi laborauerint in opere aliquo. ex Alexandro Tertio Archiepiscopo Cantuariensi in *cap. quod autem consuluisti 4. de pœnitentiis, & remissionibus*. Rationem reddit in fine: *Cum à non suo Iudice, ligari nullus valeat, vel absolui*. uidendus *Nauarr. de Indulgentiis notabili* 20. *num*. 6. Qua de causa poterit indulgentias concedere Episcopus electus, & confirmatus. quamuis non adhuc consecratus: Quia actus est Iurisdictionis, non ordinis. ex *Felino de indulgent. num*. 43. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 3. cap. 19. q. 8*. & ita Capitulum sede vacante; cùm in Iurisdictione succedat. idem *Azorius eodem lib. 5. cap. 38. q. 9*. Tutius tamen erit si Capitulum alicui Episcopo concedat vt illam nomine sui indulgeat, Capituli videlicet.

Indulgentiam, quamuis plenissimam, potest quis minus consequi, si tepidè, ac minus vtiliter ad propositum finem opus iniunctum peragat. ex Bonifacio Octauo in *extrauaganti antiquorum habet fida relatio* 1. *in fine*. §. *vnusquisque tamen plus merebitur. de pœnitentiis, & remissionibus inter comunes*. Verba sunt Bonifacii: *Vnusquisque tamen plus merebitur, & indulgentiam efficaciùs consequetur, qui basilicas ipsas amplius, & deuotiùs frequentabit*. deducit *Layman Theologia moralis tom. 2. lib. 5. tract. 7. cap. 5. nu. 2. fol. mihi* 155.

Infamia non facile debet credi, sed probata citiùs vlcisci. ex Gregorio in *can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt* 52. *circa finē* 11. q. 3. Nam probata puniri debent quàm citiùs fieri potest. secundum *Glossam* ibidem verbo *vlcisci*. vt non dormiat seueritas disciplinæ. ex Augustino contra Epistolam Parmeniani in *can. cùm quisque fratrum* 19. *in finalibus verbis*. 23. q. 4.

Infamiam quandoque viri quoque laudati, probatęque vitę incurrunt, & hoc permittit Deus, vt humilientur, neque ex bono se efferant opere. ex Gregorio ad Theotistam patriciam in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum* 11. 6. q. 1. qui in fine infert: *Hinc est ergo, quod Doctor Gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam, & bonam famam: qui etiam dicit, vt seductores, & veraces*.

Infamia, qua nos infamant homines, constantię causa nobis esse debet, vt si in iis incidetimus, quæ nobis obiiciuntur, emendemus, sin minus, Deum laudemus, quod non peccauerimus. ex Gregorio Papa Palladio presbytero in *can. inter verba laudantium* 55. 11. q. 3. Fama tamen negligenda non est. *Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra*. Augustinus infert in *can. non sunt audiendi* 56. *in fine eadem* 11. q. 3.

Infamia duplex. & Iuris canonici, & Iuris Ciuilis. Iuris canonici infamia ex peccato oritur, & excommunicatione. Iuris vero Ciuilis ex delicto, vel alio modo. deducit Gratianus ex Gregorio in *can. Euphemium, atque Thomā* 7. §. *hinc colligitur clericorum infamiam*. 2. q. 3. & *can. infames non possunt esse procuratores* 2. 3. q. 7.

ex libro Digestorum Ciuilium.

Infamis non est mulier, quę intra annum luctus nubit, de Iure canonum, & si Infamis æstimatur de Iure Ciuili. ex Gratiano d. *can. Euphemium, atque Thomam 7. §. de ea verò quę intra tempus luctus nubit. 2. q. 3.*

Infames esse decreuit omnes, qui suam, aut Christianam præuaricantur legem, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem. Dionysius Papa ad Seuerum Episcopum in *can. alieni erroris socium 23. in fine 2. q. 7.*

Infames sunt hętetici, qui Christianæ legis normã abiiciunt, & statuta Ecclesiastica cõtemnũt; sacrilegi, & oẽs capitalibus criminibus irretiti, sepulchrorum quoq; violatores: similiter incestuosi, homicidæ, periuri, raptores, malefici, venefici, adulteri. ex Stephano Papa in *can. infames esse eas personas dicimus* 17. 6. *q.* 1. & ex Concilio Carthaginensi Septimo in *can. diffinimus eum rectè* 1. 4. *q.* 1.

Infamis dicitur si quis à suo proposito retrorsum exorbitauerit (vt sunt Apostatæ) & infsum Apostolicę sedis libenter transgressus fuerit. ex Pio Papa *can. si quis verò à suo proposito 3. in principio* 3. *q.* 4.

Infamis est omnis incesti macula pollutus. ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. consanguineorum coniunctiones* 4. 5. *quis quis ergo* 3. *q.* 4.

Infamis est quoque omnis simoniacus. ex libro Codicis inter sacros canones à Gratiano relatus in *can. sanè quisquis hanc sanctam* 4. 15. *q.* 3.

Infames sunt quoque omnes, quos leges seculi infames appellant, & qui irregulares sunt. ex Hadriano Papa in *can. omnes verò infames esse dicimus* 2. 6. *q.* 1. & eodẽ loco ex Stephano Papa in *can. infames esse eas personas dicimus* 17. *eadem* 6. *q.* 1.

Infames sunt, qui superiores suos calumniosè impetunt. ex Calixto Papa ad Episcopos Gallię in *can. consanguineorum coniunctiones* 4. *in fine* 3. *q.* 4.

Infamis est Clericus, qui Episcopum suum calumniose accusauerit, aut ei insidiator extiterit. ex Stephano Papa in *can. clericus vero, qui Episcopum suum* 8. 3. *q.* 4. ibique *glos.* verbo *accusauerit.* commentum agens, ac dicens; *calumniosè.* Ita, vt etiam consentientes, ne dum in Episcopos conspirantes, infames æstimẽtur. ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. conspirationum crimina* 22. 21. *q* 1. Sicuti qui aduersus Patres spirituales armantur, vt sunt sacerdotes, Infames sunt. ex Thelesphoro Papa in *can. sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt* 8. *in fine* 6. *q.* 1. Rationem reddens: *Patres enim omnes venerandi sũt, non respuendi, aut insidiandi.*

Infames sunt histriones, ac turpitudinibus subiectæ personæ. ex Concilio Carthaginẽsi Septimo in *can. diffinimus eum rectè ad accusationem non admitti* 1. *in fine* 4. *q.* 1.

Infames quoque sunt, qui falsa crimina, quę probare non potuerint, aliis intulerint. ex Hadriano Papa in *can. omnis, qui aliis falsa intulerit* 1. 5. *q.* 6. ad probationem vero, secundũ præceptum Pauli Apostoli, duo, vel tria testimonia requiruntur. ex Concilio Bracharẽsi Secundo in *can placuit, vt si quis aliquem clericorum* 1. 2. *q.* 4. Et si accusatus Clericus fuerit, accusans, qui non probauerit, excommunicationem incurrit. ibidem in fine. Quia nimirum infamatores excomunicandi sunt. ex Gregorio Papa in *can. quidam maligni spiritus* 2. 5. *q.* 1.

Infamiam loci abolet Castitas. ex Ambrosio libro 2. de virginibus in *can. tolerabilius est mentem virginem.* 1. *in fine.* 32 *q.* 5. verba sunt aurea Ambrosii. *Vbicumque Dei Virgo est: templum Dei est: nec lupanaria infamant castitatem; sed castitas etiam loci abolet infamiam.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo. *nec lupanaria* dicens: *Homo enim sanctificat locum, non locus hominem.*

Infamis dicitur locus ratione criminis. ex Ambrosio in *can. tolerabilius* 1. *in fine* 32. *q.* 5. illis verbis: *Sed castitas, etiam loci abolet infamiam.* Ratione ergo criminis locus infamis efficitur. Vitari proinde debet turpis locus: ex *Gloss.* ibidem verbo *nec lupanaria.* in fine. argumento ex Septima Synodo in *can. in omnibus obseruare conuenit* 26. *distinct.* 81. ibique *glos.* verbo *loco.*

Infamantes homines siue mortuos, siue viuos sunt etiam corporaliter affligendi, præsertim vero qui libellos conficiunt infamatorios. ex Hadriano Papa in *can. qui in alterius famam* 1. 5 *q.* 1. vt etiam excomunicari valeãt. ex Gregorio in *can. quidam maligni spiritus* 2. *eadem* 5. *q.* 1. Quin capite puniuntur. ex eodẽ Hadriano in *can, delatori autem lingua capuletur* 5. & ex Octaua Synodo in *can. si quis falsũ dixerit* 7. *eadem* 5. *q.* 6. Et sane, quod neque defunctos infamare debeamus, manifestè probatur; quia, & ipsi ius habent, ad suę famæ cõseruationem. iuxta illud Sapiẽtis (*Ecclesiastici* 7. 37.) dicentis, exortantisque. *Et mortuo non prohibeas gratiam.* Quam sententiam perpendit Concilium Triburiense in *can. in Ecclesiastico namque libro scriptum est* 14. 13. *q.* 2. disponens: Sepulturam mortuo non esse vendendam. deducitque *Ioannes Sanchius in selectis disputationibus disputat.* 4. *num.* 6. & nos *respons.* nostra 18. *num.* 33. *part.* 5.

Infantes lecto dormientes opprimentes, etiam si parentes fuerint, homicidæ sunt, & excomunicationi subiiciũtur. ex Stephano Quinto Homberto Episcopo Moguntino in *can. consulisti de infantibus, qui in vno lecto dormientes* 20. 2. *quęst.* 5. Etiam si vnius diei puer fuerit. ibidem. Disposuit Clemens Tertius in *cap. quæsitum est, vtrum sacerdotibus Græcis* 7. *de pœnitentiis, & remissionibus extra.* videndus *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 82. *num.* 18. ibique *Victorellus* Addens.

Infelicissimum genus infortunii est, fuisse felicem. ex Boetio. Hanc ob causam dixit Ambrosius in libris de officiis relatus in *can. consideranda est etiam in largiendo ętas* 17. *in fine distinct.* 86. ore ex ambrosia pleno: *Tam*

*si*

*si quis ex diuitiis cecidit in egestatem : & maximè si non vitio suo, sed aut latrocinijs, aut proscriptione, aut calumnijs, quæ habebat, amisit.* vbi *Gloss.* verbo *in egestatem.* sequentibus commentum agit: *Dicit Boetius: Inter omnes aduersitates fortunæ, infelicissimum genus infortunij est, fuisse felicem.*

Infernus sub terra est, in centro terræ, in eo loco, vbi nullus splendor solis peruenire potest. ita *glos.* in *can. hæc autem vita* 15.23.*q*.4. verbo, *quæ inter cœlum.* Infernum vocauit Dominus tenebras exteriores (*Matthæi* 22. 12.) de illo loquens, quem in nuptias intrasse inuenerat Rex, non habentē vestem nuptialē. *Et ait illi: Amice quomodo huc intrasti non habēs vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit Rex ministris; ligatis manibus, & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium.* retulimus *respons.* nostra 13.*num.* 108. *part.* 5. Probatur autem hoc ex (*Iob*.10.21.) qui sequentibus plangit: *Antequā vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine. Terram miseriæ, & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.* Locus est enim vbi

*Præcipites scopuli, tenebris horrenda vorago,*
*Orcus atrox, ignis fluuii, sæuosque furore*
*Dæmones ardentes, animarum pœna malorum,*
*Vltioque æternos, quæ se protendat ad annos.*

vti Gregorius, Magnus ille Theologus Nanzianzenus in carmine *Necoboli* patris col. 3. in fine cecinit. & nos deduximus in *Apologetico* pro Iuribus Ecclesiæ *num*.251. & 252.*fol.* 93. & ibidem *respons.* 3.*num*.139. & *num.* 344. & *sequentibus.* Caueamus ergo, ne in hunc locū tormentorū descendamus. quod & ille diues perpēdit, qui mortuus sepultus est in inferno, de fratribus, qui remanserant, sollicitus: *vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Lucæ 16.28.

Interior insolescere aduersus maiorem natu, & dignitatis, non debet. Si quis vero tumidus, vel contumeliosus in maiorem fuerit, arguatur. ex Concilio Carthaginensi Primo in *can. si quis tumidus, vel contumeliosus extiterit* 3.15.*q*.7.

Interior superioris legem tollere nullo potest modo. Clemens V. in Concilio Vienneo in *clementina ne romani* 2. *post principium de electione, & electi potestate.* verba sunt Clemētis: *Nos inter cætera præcipuè attendentes, quod Lex Superioris per inferiorem tolli non potest.* Scripsitque Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. inferior sedes.* 4. *distinct.* 21. Rationem reddens: Quia *non potest Iudicio inferior potiorem ligare.* & dixit Innocentius Tertius Eboracen Episcopo in *cap. ex insinuatione Prioris, & Canonicorum* 50. *paulo post principium de appellationibus, recusationibus, & relationibus extra.* illis verbis: *Licet nobis non potuerit legem imponere. &c.* sequitur *Nauarrus de lege pœnali in can. fraternitas* 12.*q*.2.*num*.30. *Barbosa* in *cap. finali de hæreticis in* 6.*num*.17.

Infidelitas est mulierum quarundam, quæ scelerataæ, & retrò post sathan conuersæ dæmonum illusionibus, & phantasmatibus seductæ credunt, & profitentur, se nocturnis horis cum Diana Dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire; eiusque iussionibus velut dominæ obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari: Sed decipiuntur, & à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur: Cùm aliquid Diuinitatis, aut numinis extra vnum Deum arbitrantur. Debent itaque curare Episcopi, & prædicare, hæc omnia falsa esse; & nō à diuino, sed à maligno spiritu talia phantasmata mentibus fidelium irrogari. Deludunt enim diaboli mentes, quas captiuas, tenent, & in somnis deludūt. Omnibus igitur publicè annunciandum est, quod qui talia, & his similia credit, Fidem perdidit. ex Concilio Anquirensi quarto in *can. episcopi, eorumque ministri* 12.26.*q*.5.

Infirmitas alia corporis, animæ alia. infirmitas corporis propriè carnis dicitur: qua elementorum, seu humorum concordia turbata, ipsa caro afficitur, & tandem dissoluitur. Animæ infirmitas duplex est: Vna, quæ vitiū appellatur, qua anima à Deo separatur, vt est ira, odium & alia huiusmodi. Alia infirmitas animi; quæ, cum ipsa non sit peccatum, est tamen pœna, & causa peccati, vt est obliuio, & ignorantia. prosequitur Gratianus in *can. illud relatum peræquè est* 2. §. *itaque vt ex præmissis apparet* 15.*q*.1. Enumerat multas infirmitates, quas moraliter explicat Gregorius in pastorali, relatus *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur* 1. *distinct*.49.

Infirmitas à Deo sine causa non immittitur, & si quidem ab homine ea ignoretur. ex Gregorio ad Candidum Episcopum in *can. cùm percussio corporalis imminet* 2.7.*q*.1.

Infirmitas corporalis excusat à pœna Iudicis. ex Concilio Carthaginensi quinto in *can. placuit, vt quotiescūque congregandum est Conciliū* 10.*distinct*.18. Ita quidem, vt vocatus, nec cōparendo, contumax haberi non debeat, sed excusari. ex Concilio Agathensi in *can. si episcopus metropolitanus* 13. *in fine eadem distinct.* 18. & ex Hadriano Papa in Synodo Romana in *can. si ægrotans fuerit Episcopus* 1.5.*q*.3.

Infirmitas mentis, cum quis sanæ mentis non est, excusat à culpa, consequenterque à pœna. ex Nicolao Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo in *can. indicas Hermannum Episcopum* 14. *in fine.* 3.*q*.9. Similique modo Gratianus in *can. illud relatum peræque est* 2. §. *itaque, ut ex præmissis, apparet. in fine* 15.*q*.1. qui sequentibus verba facit: *Mens verò alienata furore, cùm sui compos non sint, eorum, quæ admittit, reatum non contrahit: Quia facultatem deliberandi non habuit.*

Infirmitas corporalis Episcopum suo non priuat honore, sed est dandus ei Adiutor. ex Gregorio Papa ad Anatolium Constantinopolitanum Diaconum in *can. scripsit mihi tua dilectio* 1.7. *quæst*.1. cum aliis sequentibus

Infirmitas morbi comitialis suspendit ordinatum à sacrificio missæ, quamuis Episcopus sit. si frequenter videlicet hoc morbo tangatur. vt Alexander Secundus Gebonardo Viuarien Archiepiscopo scribit in can. in tuis litteris continebatur. 1.7.q.2. Ideo dixit frequenter, quia si raro accidit, poterit celebrare, modo tamen habeat socium. vt Gloss. ibidem verbo frequenter. commentum agit.

Infirmitatibus subditorum compati propriū debet esse Prælatorum. ex Ambrosio in can. quæ dignior domus Apostolicæ prædicationis 26. circa finem. versic. Nam sicut corporales infirmitates. 24.q.1.

Infirmis in periculo mortis positis, non illis imponenda quantitas pœnitentiæ, sed innotescenda, & cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studiis pondus pœnitentiæ subleuandum. Si autem conualuerit, pœnitētiæ modum sibi impositum diligenter obseruet. ex Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in pœnitentiali suo in can. ab infirmis in periculo mortis positis 1.26.q.7.

Infirmus non quærit medicum eloquentem, sed curare scientem. ex Seneca. dixit Gloss in can. sedulo monendi sunt scholastici 12. circa medium distinct. 38. verbo quàm formosiores. in verbis Augustini dicto canone dicente, & monēte: Ex quo fit, vt ita malle debeāt veriores, quàm disertiores audire sermones: sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores habere amicos. vbi Glossa infert: vnde Seneca: Infirmus nō quęrit medicum eloquentem, sed curare scientem.

Infirmus, sicuti & eius custodes, si inobedientes fuerint medico in his, quę ad illius salutem spectant, vnde alias mors sequatur, vel graue damnum illius saluti, peccant; quia in mortē cooperari videntur; quoniam, sicut nō licet priuata auctoritate hominem occidere; ita etiam, qui se ipsum occidit, homicida est; & à sua nece quisque se abstinere debet. ex Augustino lib. 1. de Ciuitate Dei relato can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere. 9.23.q.5. qui §. neque enim frustrà in fine sic infert: Quanto magis intelligendum est, non licere homini se ipsum occidere, cùm eo, quod scriptum est (non occides) nihilo deinde addito, nullus, nec ipse, cui pręcipitur, intelligitur exceptus? inferens: (Non occides) non alterum: ergo nec te: Neque enim, qui se occidit, alium, quàm hominem occidit. Idemque decretum fuit in Concilio Bracharensi primo, in can. placuit, vt qui sibi ipsis, voluntariè, aut per ferrum 12. eadem 23.q.5 & rationem reddit idem Augustinus eodem can. si non licet. §. neque enim frustra: Quoniam regulam diligendi proximum à semet ipso dilector accepit, quandoquidem scriptum est: (Matth. 22.) (Diliges proximum tuum sicut te ipsum.) Secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. idem vt dicit Augustinus in can. non æstimemus ad mortuos 19. §. corpori autem humando quidquid impenditur. 13.q.2. Ripa de remediis ad curandam pestem §.2. num 37. Concinit Innocentius Tertius in cap. tua nos duxit fraternitas consulendos 19. §. ad vltimum fuit ex parte tua propositum. de homicidio voluntario, seu casuali. ibique Abbas num. 5. videndus Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib. 1. cap. 3. q. 11. & 12. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis libro 5. cap. 6. nu. 8. in 4. conclusione.

Infirmitas ex senectute arguitur. dixit Rota apud Card. Seraphinum decis. 283. nu. 3. Probatur ex Zaccharia Papa Bonifacio Moguntino Archiepiscopo in can. petiisti, vt cum nostro consulto, pro superueniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate 17. in principio 7.q.1. Senectus enim ipsa morbus est. Concordat Innocentius Tertius Trecensi Episcopo scribens in cap. magnæ deuotionis 7. §. prętereà nō videbatur expedire. de voto, & voti redemptione. dicens, atque rationem reddens: Verum ętatis tuę canescentis defectus, atque canities, quę vix labores, & dolores suos tolerare possunt. Est ergo senectus, defectus, & morbus. Nam ætatem infirmam vocat eam Paulus lib. 3. Regularū in l. Ciuitatibus legari potest 125. in fine principii ff. de legatis 1. verba damus Pauli: Hoc amplius, quod in alimenta ętatis infirmę, puta Senioribus, vel pueris, vel puellis relictum fuerit: ad honorem Ciuitatis pertinere videtur. & infertur ex Innocentio Tertio Cenadien Episcopo, & Abbati Deciquorum in cap. cum in iuuentute sua 15. post principium de præsumptionibus illis verbis: Non est de leui credendum, quod postquam ad senilem peruenit ętatem, turpiter abiurauerit iugum Domini, fœtores libidinis amplexando. vbi gloss. verbo ad senilem. inferens. Item pręsumitur pro senili ętate potius, quàm pro iuuenili. ex Pelagio Papa Florentino Episcopo in can. fraternitatis tuę relatione suscepta 7. circa finem distinct. 34. illis verbis: Et ętas istius, de quo agitur futurę incontinentię suspitionem auferre dinoscitur. Quia senectus ipsa morbus est.

Infirmitas iustam præbet absentię causam. ex Leone Papa Anastasio Episcopo Thessalonicensi in can. multum stupeo frater charissime. 8. post principium 3.q.6. illis verbis Et excusationē infirmitatis obtenderet. vbi gloss. commentum agit, dicens: hæc est iusta causa absentię. Concinitque Hadrianus Papa in Synodo Romana in can. si ægrotans fuerit Episcopus 1.5.q.3. ibique plene Gloss. verbo legatum. Concordat Vlpianus lib. 22. ad Edictū in l. si longius spatiū intercessurum erit 18. in fine principii. ff. de Iudiciis, & vbi quis agere, vel conueniri debeat. illis verbis: Incidente infirmitate; vel necessaria profectione. Nec ab eodem discedit sensu Iulianus lib. Digestorum, siue idem Vlpianus in l. quæsitum est, cum alter ex litigatoribus febricitans discessisset 60 ff de re iudicata, & effectu sētentiarum, & interlocutionibus Iudicum. sequitur Lazarius de monitoriis quæst. 6. sectione 2. num. 1. Deduciturque ex Innocentio Tertio in cap. cum in tua diœcesi 6 siue finali §. super quo sic diximus. qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. respondente illo: Vel alias denunciatio non potuit ad eius notitiam peruenire, vtputa si nimiæ infirmitatis feruore laborans sanæ mentis patiebatur exilium.

Infirmitas ergo absentię æquiperatur. ex Ambro-

broſio in *can. illa cauenda ſunt* 6. *in fine* 15. q. 1. proſequitur *Caſſadorus deciſ.* 6. *nu.* 2. 3. & 4. *de appellationibus.* & *Benintendis deciſion. Bononien* 26. n. 2. vbi etiam, quod infirmitas, & paupertas à pari procedunt.

Ingratitudinis vitio laborat, qui, poſt acceptũ beneficium, negligit, & eſt inobediens. ex Concilio Toletano Quarto in *can. liberti Eccleſiæ* 61. 12. q. 2. *in fine.* Rationem reddente: *Quia per inobedientię contemptum ingrati actione tenentur.* vbi *Gloſſ.* verbo *ingrati actione* commentum agit, dicens: *Id eſt, actione in factum, quę datur propter ingratitudinem.* idem ex Cōcilio Hiſpalenſi Secũdo in *can. octaua diſcuſſio agitata eſt* 62. *eadem* 12. q. 2. vnde libertus in ſeruitutem reuocatur; *Vt qui ſuperbire nouerunt adepta libertate proditi, diſcant obedire ſubiecti.* ibidem in fine.

Ingratus exiſtit, qui plenus virtutibus, peccando, Deum omnino non metuit. Auguſtinus in *can. conſideret qualitatem criminis* 1. *colu.* 2. *in fine.* § *defleat etiam, quoniam in vno offendens, factus eſt omnium per ingratitudinem reus. de pœnitentia diſtinct.* 5. Rationem reddens: *Ingratus enim exiſtit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quò eſt Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit.*

Ingratitudinis vitium eſt, reddere mala pro bonis. ex Auguſtino in *can. ſex differentię ſunt* 1. 23. q. 3. Non mirum ergo ſi propter Ingratitudinem priuatur quis beneficio accepto. ex Epiſtola Fulberti Epiſcopi in *can. de forma fidelitatis* 18. *in fine* 22. q. 5. vnde male fidus dicitur: *qui non ſufficis abſtinere à malo, niſi fiat id, quod bonum eſt.* vt ibidem Fulbertus. Concinit Concilium Toletanum Quartum in *can. Epiſcopus, qui mancipium* 58. *in fine* 12. *quæſt.* 2.

Ingreſſus es vt aduena; Numquid, vt Iudices? ita Sodomitę dixerunt Loth. (*Geneſis* 19. 9.) dicentes: *Ingreſſus es (inquiunt) vt aduena; numquid vt iudices?* Cum ille exhortaretur eos ne mali quidquam facerent vitis (Angelis videlicet) qui domum eius ingreſſi fuerant. quæ verba viurpauit Anacletus Papa in *can. leges Eccleſiæ Apoſtolica firmamus auctoritate* 23. *in fine* 3. q. 6.

Inimici nolentes ſe ipſos ad concordiam reuocare, admoniti ab Epiſcopo, excomunicari poſſunt. ex Concilio Agathenſi in *can. placuit etiam, vt (ſicut plerumque fit)* 9. *in fine diſtinct.* 90. Preſertim vero, ſi alter pacem petat, & ſatisfactionem offerat, & alter renuat. ex Fabiano Papa in *can. ſi quis contriſtatus noluerit reconciliari fratri ſuo* 10. *eadem diſtinct.* 90. Quod exauditur, quò ad rancorem, quem tenetur dimittere; ſecus verò quoad actionem iniuriæ. ſecundum *Gloſſam* ibidem verbo *ſatisfacientę.* diſſeruiſſimus autem nos plenè *reſponſ.* noſtra 5. *part.* 2. *per totam.*

Inimico familiari, nulla peſtis eſt efficacior. ex Boetio. Probatur ex Vlpiano lib. 50. ad Edictum in *l.* 1. *in principio ff. de Senatus Conſulto Syllaniano, & Claudiano, & quorum teſtamenta non aperiantur.* verba ſunt Vlpiani: *Cum aliter nulla domus tuta eſſe poſſit, niſi periculo capitis ſui dominus cuſtodiam tam à domeſticis, quàm ab extraneis præſtare ſerui cogantur.* vbi *gloſſ.* verbo *à domeſticis.* ſic commentum agit: *id eſt, iis, qui ſunt de familia. Nam vt ait Boetius: Nulla peſtis efficacior eſt ad nocendum, quàm familiaris inimicus.* iuxta illud *Michęæ* profetæ (7. 6) *Et inimici hominis domeſtici eius.* Deduxitque Dominus (*Matthæi* 10. 36) dicens: *Nolite arbitrari, quia pacē venerim mittere in terram; non veni pacem mittere, ſed gladium. veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum, & filiam aduerſus matrem ſuam, & nurum aduerſus ſocrum ſuã: & inimici hominis domeſtici eius.* Vnde etiam prouerbio locus factus eſt: *Inimici hominis domeſtici eius.* deducit *Cornelius à Lapide* in dictum locum Michęæ.

Iniquitas omnia præcipitat. ex Adamantio, & Hyſichio in *can. inter hæc bircum* 34. non multò poſt principium. §. *ſed irrationabilis impetus preuenit de pœnitentia diſtinct.* 3. verba exaudi Adamantij, ſiue alias Origiois ſuper Leuiticum: *Velox enim iniquitas, quę ad nocendum occaſionem ſuggerit: Lenta virtus, & cunctatrix, ante iudicat, quàm incipit, quid decorum, quid honeſtum: Iniquitas omnia præcipitat.* perpendit *gloſſ.* in *can. ſacerdotale officium veſtris in partibus* 1. *diſtinct.* 61. verbo *ſubitò.* ſuper verbis Gregorii ad Brunichildã Reginã Francorum: *vt ſacerdotes ſubitò, quod graue nimis eſt, ex laicis ordinentur.* vbi *Gloſſ.* & ita inique, & male. Iniquitas enim omnia præcipitat.

Iniquitatis licentia cui eripitur, vtiliter vincitur. Eripitur enim ei peccandi occaſio. Quoniam nihil eſt infelicius felicitate peccantium. Ex Auguſtino ſermone de puero Centurionis in *can. paratus, debet eſſe homo iuſtus* 2. §. *Ac per hoc, ſi terrena iſta reſpublica.* 23. q. 1. loquitur Auguſtinus, & bene, Cicero Eccleſiæ: *Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur. quoniam nihil eſt infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hoſtis interior roboratur.* Vincamur itaque, vt hæc nobis iniquitatis eripiatur licentia.

Iniquè quis aliquid geſſit, recipiat, quod iniquè geſſit, eſt Iuſtum. ex Pio Papa in *can ſi quis ſacerdotum, vel reliquorum Clericorum* 18. *in fine* 11. q. 1. verbis dicente: *Mox depoſitus, Curiæ tradatur, & recipiat, quod inique geſſit.* quod apud Anſelmum ſic legitur: *Qui autem facit iniuriam, recipiat hoc, quod iniquè geſſit.* vt adnotat ibidem Annotator verbo *recipiat.* & hoc ſane iuſtum eſt. Concinitque Vlpianus lib. 11. ad Edictum in *l. ſed, & partus ancillarum* 12. §. 1 *quæri poterit. ff. de eo, quod metus cauſa geſtum eſt.* ſequentibus enim ipſe: *Quæri poterit, an etiam ei, qui vim fecerat, paſſo vim, reſtitui Prętor velit, per hoc edictum, ea, quæ alienauit; & Pomponius ſcribit libro* 28. *non oportere ei Prętorem opem ferre. Nam cum liceat (inquit) vim, vi repellere, quod fecit paſſus eſt.* deduximus nos pluribus *reſponſ.* noſtra 31. *num.* 4. & *ſequentibus. part.* 4. infrà. Iniuſtè qui quidquam facit.

Iniqui regnum Dei non poſſidebunt. Apoſtolus

(1.*ad Corinth*. 6. 9.) Corinthios admonente; *An nescitis, quia Iniqui regnum Dei non possidebunt?* Vsuroauit Gratianus ex Septima Synodo in *can. prędicator veritatis Paulus diuinus Apostolus* 64. circa medium 16.*q*.1. Rationem ferendo, quare Episcopi aurum, & argentum quærere non debeant; *Ait enim Apostolus: Iniqui regnum Dei non possidebunt, nec debent filii thesaurizare parentibus, sed parentes filiis.*

Iniqui voluissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. ex Gregorio in dialogis in *can. voluissent iniqui. si potuissent* 60. *de pænitentia distinct*. 1. & infert *Gloss*. ibidem in casus figuratione: *Vnde ad magnam pertinet iustitiam Iudicantis, vt perpetuò sint in suppliciis, qui in hac vita semper voluissent esse in peccato.* Deduciturque ex Augustino in *can. nullus expectet quando iam non possit peccare* 6. *sine finali in fine de pænitentia distinct*. 7. qui verba infert horrenda, sed perpendeda: *Qui autem impænitens moritur, omninò moritur, & æternali cruciabitur. Qui enim impænitens finitur; si semper viueret, semper peccaret. At Dei est miserentis, quod operatur finem peccantis: ob hoc etiam sine fine torquebitur, quia numquam ditabitur virtute: semper plenus iniquitate, semper sine charitate, torquebitur sine fine.* sic Augustinus. Timendum ergo. ac dum tempus est cogitandum, vt pœnitentiam agamus condignam. Nè nos imparatos mors offendat.

Iniuriam non facit, qui iure suo vtitur. ex Innocentio Tertio Episcopo Florentino in *cap. cum Ecclesia Vulterrana* 31. *de electione, & electi potestate*. cui sic rationem reddit. *Non videtur iniuriã facere, qui vtitur iure suo*. ibique *Gloss*. verbo *iniuriam*. Concinit Gratianus in *can. queritur, cur patriarcha mentiri voluit*. 22.§. *Hinc idem Apostolus scribens* 22.*q*.2. qui de Iacob verba faciens sequentibus fatur: *Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse: nec mentiendo, sed verum dicendo sibi profuit, alteri verò non nocuit: quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienum subripuit*. vbi *gloss*. verbo *non nocuit*. & ipsa infert: *Et sic iniuriam non fecit: quia iure suo vsus est. vt extrà de electione cum Ecclesia*. vnde est, quod:

Iniuriam committere nemini licet; iura verò sua tueri licebit. ex Vlpiano lib. 71. ad Edictũ in *l*. 1. *in fine principii ff. quod vi, aut clam gestum est*. Vlpiani excipe verba, rationem reddentis: *Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam committere*. diximus *respons*. nostra 95. *num*. 82. & 83. *part*. 5.

Iniuria non ex opere,, sed ex voluntate perpenditur. ex Hieronymo in *can. si quis non iratus sed propter disciplinam* 13 *sine finali* 15 *q*. 1. Rationem inferens: *Quia voluntatem non opus requirit*. Concinit Augustinus in *can. si quid inuenisti, & non reddidisti; rapuisti* 6. *in fine* 14.*q*.5. sic inferens: *Deus cor interrogat, non manum.*

Iniuriam alterius ita abhorret Deus, vt neque sibi obsequium pręstari amet cum alterius iniuria. Hanc ob causam neque eleemosynam probat ex furto factam; vnde dixit (*Ecclesiasticus* 34.) relatus *can immolans ex iniquo* 2. 14. *q*. 5. Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis. & Augustinus eadem 14.*q*.5. *can*. 1. paucis sic refert: *Nolite velle eleemosynã facere, de fœnore, & vsuris*. Quia qui offert sacrificium de substantia pauperum: quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. eodem *can. Immolans*. Nulli ergo cũ alterius iniuria subueniendũ. *Nam etiam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerit; addit potius peccata quam minuit*. Augustinus *can. forte aliquis hoc secum congitat* 3. *eadem* 14. *quæst*. 5. Equidem *commodius est neutrum iuuari, quam grauari alterum*. ex Ambrosio. *can. denique si non potest subuenire alteri* 10 *eadem* 14. *q*. 5.

Iniuriam non facit, qui etiam ab inuito aufert, quod suum est. ex Augustino ad Macedoniũ in *can. non sanè quidquid ab inuito sumitur iniuriosè aufertur* 15. *in principio* 14. *q*. 5.

Iniuria bonis quandoque dispensatione Diuina infertur, vt purgentur. Ex Gregorio ad Theotistam Patriciam in *can. sunt plurimi, qui tam bonorum* 11. 6. *quæst*. 1. Inferens sequentibus. *Hinc est ergo, quod Doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam, & bonam famam. Qui etiam dicit; vt seductores, & veraces.*

Iniuriam propriæ personæ factam vicisci, nec Episcopum decet. Deo vero illatam persequi, iustum. ex Gregorio Iannario Episcopo in *can. inter querelas multiplices Isidorus vir clarissimus* 27. 23. *q*. 4. & ibidem Gratianus §. *hinc idem in homiliis*. & *Gloss*. ibidem verbo *proprię* rationem reddit: *Nec enim potest esse Iudex in causa sua*. videnda, quia distinguit.

Iniuria ex affectu facientis consistit. Nam pati quis iniuriam etiam si non sentiat, potest: facere nemo, nisi qui scit se iniuriam facere, & si nesciat cui faciat. Vlpianus lib. 56. ad Edictum in *l. illud relatum per æquè est* 3. §. *sanè sunt quidam ff. de iniuriis. & famosis libellis*. quã inter sacros retulit canones Gratianus in *can. illud relatum peræquè est* 2. 15. *q*. 1.

Iniurię nasci non debēt, vnde Ius oritur. Quod sane cauendum est; *ne inde nascantur iniurię vnde iura nascuntur*. vt dixit Innocentius Tertius Vrsellen Episcopo, & Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando* 17. paulò post principium *extrà de accusationibus*. pariterque Gratianus, Valentianus & Theodosius dixere Augusti in *l. meminerint cũcti* 6. *in fine principii C. vnde vi*. Rationem reddentes: *Ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde iura nascuntur*. Concinit ex Carthaginensi Concilio primo in *can. peruenit in Sanctã Synodum* 1. & *can. credo placere suggestionem meam*. 2. 21. *q*. 3. Quatenus per istam rationem Sacrum Concilium prohibet Ecclesiasticis, ne secularium possessiones conducant, & secularium negotiis se se ingerant. Ne inde nascãtur iniurię, vnde iura oriri debent. *Barbosa assiomate* 125. *num*. 2.

Iniurias exemplo Christi, & Sanctorum patienter tolerare nos oporter. vnde dixit Apostolus (1. ad Corinth. 6. 7.) *Quare non magis iniuriam accipitis? quare, non magis fraudem patimini.*

*mini* . Et dixit Gregorius in *can.nisi bella ista carnalia*. 1. *& sequentibus*.23.q.1. & Hieronymus in *can. qui secundum carnem natus erat*, 13. 23.q.4. Rationem reddens, ac dicẽs: *Nũquam enim spiritualis carnalem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticano fratri. Scit enim eum posse proficere per tempus.* & paulò post: *& in magna domo non solum esse vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia* . & ex eodem Hieronymo In Ionam. in *can. non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter. excipere* 11. 23. *quęst*. 5.

Iniuriam non Heliæ , sed Dei illatam gloriæ, vindicauit propheta , quando ignis descendit de cœlo , & consumpsit quinquaginta viros , qui Heliam nomine Reginæ Iezabel vocabant. (4. *Regum* 1.) Meminitq; ex Ambrosio Gratianus in *can. si illic, vbi hęc acta sunt.* 29. §. *sed obiicitur illud Ambrosii. in fine* 23.q.4. qui sic infert consequentiam: *Iniuria ergo prophetę non alia, quam iniuria Domini ipsius intelligitur: quæ in paucis vindicanda est, vt cæteri terreantur.*

Iniuriam qui iustus est, iniuste sibi illatam patienter sustinet, præmium consequetur ęternum. ex Augustino in *can. qui iustus est, & iniustè maledicitur*. 90. 11.q.3. Nam paratus esse debet homo iustus , & pius pariter, eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit. ex Augustino in *can. paratus esse debet homo iustus*. 2. *in principio* 23.q.1.

Iniuriam dimittere, eleemosynę species æstimatur . ex Gregorio Paschasio Episcopo Neapolitano in *can. qui sincera intentione* 3. *& duobus capitibus sequentibus distinct*. 45.

Iniuria semel dimissa , punitio recidiuo dolore non debet iterari. Diuinæ scilicet imitatione Clementiæ, quę dimissa peccata in vltionem redire non patitur . ex Gelasio Papa Gerumtio, Ioanni, Gerumano, & Petro Episcopis in *can. si illic, vbi hęc acta sunt* 29.23.q.4.

Iniuriam pœna sequi debet conueniens, non vltra condignum . Et quem maior sequitur culpa, maiore plectatur vindicta . Ex Gregorio Secundino in *can. quia sanctitas tua à nobis requisiuit* 16. ante medium *distinct*. 50. & ex Digestis in *can. vulgaris est quęsito* 16. *de pœnitentia distinct*. 1. Quia pœnę molliendæ sunt potiùs, quàm exasperandę. ex Digestis in *can. pœnæ legum interpretatione* 18. *eadem de pœnitentia distinct*. 1.

Iniurians competenti satisfactione iniuriato compensare debet, nisi iniuria ipsa illi donetur . ex Gelasio in allato superius *can. si illic, vbi hæc acta sunt* 29. §. *sin verò nihil, vel de satisfactione probabitur* 23.q.4. Nec cogitur quis indulgere superbo , antequam humilietur. ex eodem in fine . & *gloss*. ibidem verbo *irremissibiliter*. & notat *Gloss*. in *can. si is, qui prælatus est* 28. verbo *possumus. ead*. 23.q.4. & ex Fabiano Papa in *can. si quis contristatus noluerit reconciliari* 10. *distinct*. 90. vbi plene *Gloss*. verbo *satisfaciente*. *Nauarrus cons*. 1. *num*. 1. *lib*. 5. *de accusationibus*. *S. Thomas* 2.2.q.108. *art*. 1. docens : Quod potest expeti vindicta ad bonum finem, sed amendationem peccatis, atque peccatorum cohibitionem.

Iniustè qui quidquam facit, ipse iustè vt patiatur idem , iustissimum æstimatur. ex libro Constitutionum in *can. nemo episcopus , nemo presbyter excommunicet aliquem*. 11. *in fine* 2. q. 1. Sequentibus enim ratio ibi infertur: *Vt quod iniustè fecit, ipse iuste patiatur* . deduximus in superioribus: Iniquè, qui aliquid gerit.

Iniusti ideo quęruntur , ne in iniustitia permaneant . ex Augustino ad Bonifacium in *can. quemadmodum membrum si præcidatur ab hominis viui corpore* 4. §. *sed hoc est, inquiunt, quod nos monet*. 23.q.7. Augustinum excipe scribentẽ: *Sed hoc est, inquiunt, quod nos monet: si iniusti sumus; quare nos quæritis? Quibus respondemus: quærimus vos iniustos , ne permaneatis iniuste perditos, vt de inuentis gaudere possimus, dicentes: Mortuus erat frater & reuixit, perierat, & inuentus est*. Lucæ 15.

In Sepulturis Christianorũ requies defunctorum est. Ambrosius ore ambrosia pleno in *can. aurum Ecclesia habet* 70. §. *nemo enim potest dicere; cur pauper viuit?* 12.q.2.

Inspiratio Spiritus sancti, quæ à lege statuta sunt, soluit. Ipse enim lex est priuata, quę instinctu Sancti spiritus in corde scribitur ; sicut de quibusdam dicit Apostolus ( ad Romanos 2.) Qui habent legem Dei scriptam in cordibus suis . Vrbanus Papa Secundus in Capitulo Sãcti Ruffini in *can. duæ sunt (inquit) leges* 2. §. *lex verò priuata est*. 19. q.2. Vbi vero Spiritus spirat, etiã Prælato suo cõtradicẽte, potest quis ad meliorem vitam transire. *Iusto enim lex non est posita: Sed vbi Spiritus Dei, ibi libertas . vnde si Spiritu Dei ducimini, non estis sub lege*. ibidem Vrbanus in fine, dicit.

Inspiratione diuina fecerunt Sancti Patres ea, quæ aliquando gesserunt , quę nobis non ita irrepręhensibilia videntur; sunt tñ irrepræhensibilia, quia diuina illa gesserunt inspiratione. ex Augustino de Ciuitate Dei libro. 1. in *can. si non licet priuata potestate* 9. §. *non occides. non alterum. ergo nec te*. 23.q.5. Dat exempla. & demum Sampsonis, dicens : *Nec Sampson aliter excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit : nisi, quia spiritus latenter hoc iusserat; qui per illum miracula faciebat.*

Inspiratione occulta Deus reuocat nos à malis sine minando, siue corripiendo, siue damnis , siue laboribus , siue per suas occultas admonitiones, vel visitationes ; siue per potestatum temporalium leges. Docet Augustinus ad Donatistas in *can. quod erraueras (inquit Dominus ) non reuocastis*. 2. 25. q.6. Qui ergo post inspirationem diuinam, & correctionẽ, in malis adhuc perseuerat , obstinatus dicitur . ex Cypriano in Epistola ad Pompeium contra Epistolam Stephani in *can. consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat* 8. §. *ignosci potest simpliciter erranti. in fine distinct*. 8. Qui sequentibus verba infert: *Post inspirationem verò, & reuelationem factam , qui in eo, quod errauerat perseuerat, prudens, & sciens, sine venia ignorantia peccat; præsumptione enim . atque obstinatione quadam nimirũ ratione superetur.*

Inspiratione Diuina Ecclesia instituitur . Au-

gustinus lib.3. de baptismo cōtra Donatistas in *can. qui contempta veritate præsumit 6. in fine principii distinct.* 8.

Inspiratione diuina homines castitatem promittunt. ex Concilio Toletano Secundo in *can. de iis, quos voluntas parentum* 5. non multo post principium *distin.* 28. dicit Conciliū: *Quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, & promissionem castimoniæ suæ absque coniugali necessitate spoponderint seruaturos: hi tamquam appetitores arctissimæ viæ, Leuissimo Domini iugo subdantur.*

Insolitum est, & graue exemplo. dixerunt Imperatores Seuerus, & Antoninus in *l. insolitum est, & graue exemplo, audiri seruos aduersus tutores* 2. *C. de quæstionibus.* deduxitque legem inter sacros canones Gratianus in *can. insolitum est, & graue exemplo* 60. 12. *q.* 2.

Insolita quæ sunt, fraudi suspitionem faciunt. Cauendum igitur ab his, quæ insolita sunt. Ibi enim fraus. Iudas osculo Dominum tradidit (*Matthæi* 26. 48. 49.) Iudæis dicens: *Quemcumque osculatus fuero ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum. dixit: Aue Rabi. Et osculatus est eum.* Quæ ergo à Iuri communi sunt dissona, non approbanda. ex Innocentio Tertio Heliensi Episcopo in *cap. pastoralis.* 8. 5 *finali de fide Instrumentorum.* dum eidem præcipit, de rescripto verba faciens, siue decretali epistola: *Verum si Iuri communi sit dissona, secundum ipsam non iudicet, sed superiorem consulat super eam.* ibique *Gloss.* verbo *dissona.* Quia nimirum; *Ex his, quæ inordinatè sunt acta, non potest ordinabiliter agi.* Idem vt tradit Innocentius Tertius Vercellensi Episcopo, & Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando* 17. *circa finem principii de accusationibus.* Quia, qui inordinate agit addit potius peccata, quam minuit. ex Augustino in *can forte aliquis hoc secum cogitat,* 3. in fine & *can. neque enim si agris inique* 9. 14. *q.* 5. Concinitque Gregorius Syagrio, & aliis Episcopis scribens in *can. non est putanda eleemosyna* 27. 1. *q.* 1. de eleemosyna verba faciens, quæ ex illicito acquisito erogatur, ac rationem reddens: *Quia qui hac intentione malè accipit, vt quasi bene dispenset, grauatur potius, quàm iuuetur.* Inordinata ergo non iuuant. Dant ergo suspitionem insolita. Finis enim inspici debet operantis. Vnde est quod impossibilis conditio ab Institutione remouetur. ex Vlpiano lib. 9. ad Sabinum in *l. si quis ita institutus sit* 6. *ff. de conditionibus institutionum.* conclusionem infert Vlpianus: *Dicendum est conditionem euanescere, quasi impossibilem.* Eodemque modo Pomponius lib. 3. ad Sabinum in *l. si quis sub conditione hæredes instituisset* 7. *ff. eodem de conditionibus institutionum* loquitur *Neuizanus conf.* 52. *num.* 56. *Gonzalez ad* 8. *regulam Cancellariæ Gloss.* 36. *num.* 86. *Barbosa de clausulis clausula* 73. *num.* 1. plura deduximus *responsi.* nostra 84. *num.* 1. 2. 3. *& sequentibus part.* 3. & *respons.* 41. *num.* 44. *&* 45. *part.* 5.

Instrumento cancellato liberatur debitor. ex Ambrosio in *can. scire debet sanctitas vestra.* 8. *in fine,* §. *hunc numerum quinquagesimum. distinct.* 76. illis verbis: *Remisso culpæ totius debito, chirographo quoque euacuato, ab omni nexu liberi.* ibique *Gloss.* verbo *euacuato.* Nisi forte fuisse debitor contrarium probauerit. ex Modestino lib. 4. Regularum in *l. si chirographum cancellatum fuerit.* 24. *ff. de probationibus.*

Instrumenta chartacea confici debent de rebus Ecclesiæ, si quid ematur, siue vendatur, ne bona diminuantur Ecclesiæ. ex Concilio Toletano nono in *can. sacerdotes, vel quicumque illi sunt* 1. 12. *q.* 4. Sicut & chartarum scripturæ debent cōfici de præcariis, aliisque beneficiis, quæ ab Ecclesia quis obtinet, ne temporis incuria negligantur. ex Concilio Toletano sexto in *can longinquitate sæpè fit temporis* 64. & *can. sæpè fit, vt proprietati originis* 72. 12. *q.* 2. Veluti etiam, Episcopo ab intestato defuncto, presbyteri, & diaconi bonorum eius inuentarium fideliter scribere debebūt. ex Tarraconensi Concilio in *can. sicubi defunctus fuerit Episcopus* 6. 12. *q.* 5.

Instrumenta, siue scripturæ à sacerdotibus, & auctoribus Ecclesiæ per metum, aut fraudē, aut per vim extorræ, firmitatem nullā obtinent. ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis in *can. si quandoque à sacerdotibus* 1. approbauitque Nicolaus papa Episcopis Galliæ scribens in *can. auctoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum* 2. 15. *q.* 6.

Instrumenta, & attestationes si pro parte inueniantur falsæ, in totum reprobantur. ex Augustino in *can. si ad scripturas sanctas* 7. *distinct.* 9. illis verbis: *Quid in eis remanebit auctoritatis?* ibique *glos.* verbo *quid in eis,* ex Isidoro in *can. canones, qui dicuntur Apostolorum* 1. *in fine distinct.* 16. illis verbis: *quamuis in eis vtilia inueniantur.* Rationem reddit *glo.* ibidem verbo *vtilia,* quod vtile vitiatur per inutile. ex Ioāne Papa Vuliberto Agrippinēsi Episcopo in *can. quantum tibi pallium* 4. *distinct.* 100. ibique *gloss.* verbo *minus.* Et eodem modo ex Hieronymo in Naum prophetam in *can. quid ergo, ait, contra Dominum cogitatis* 6. non multò post principium. 23. *q.* 5. illis verbis: *Si autem falsa sunt, & falsum est, quod dicitur &c.* vbi *glos.* verbo *falsum.* argumentum extrahit. *quod Instrumentum, vel testamentum si falsum est in vno, ergo in omnibus.* Nam potest instrumentum, & scriptura in vna parte esse falsum, & in alia verum. vt *glossa* adnotat in *can. constat multos vim passos.* 1. 11. 5. *tales plerumque.* qui est Gratiani in *fine* verbo *cognoscantur* 1. *q.* 1. In vno tamen falsum in toto præsumitur falsum.

Instrumentum, seu paginam condere testamēti Ecclesiæ seruus prohibetur. prælertim vero si eius ratiocinijs fuerit implicatus. Gelasius Papa Honorio Episcopo in *can. illud etiam sinceritatem tuam volumus non latere* 5. 13. *q.* 2.

Instrumentis conficiendis de rebus, seu negotiis secularibus sacerdotes non rogentur, neque testes in illis intercedant. Si nulli autem suppetunt seculares, ne veritas occultetur, poterunt intercedere. ex Synodo habita Romæ sub Eugenio Papa II. in *can. quāquam sacerdotum testimonium* 2. 14. *q.* 2.

In-

Inſtrumenta ideo conficiuntur, non quod vis contractus perficiatur per Inſtrumentum, ſed, vt facilius poſſit per illud probari. verba ſunt *Gloſſa* in *can. poſtea quam Eccleſię iura* 21. verbo *documentorum* 25. q. 2. ex verbis Pelagii Papæ Armentario magiſtro militum ibidem dicentis: *Poſtquam Eccleſiæ iura, documentorum quoque intercedentium fuerint auctoritate firmata.* Sunt ergo de probatione Inſtrumenta. ex Diocletiano, & Maximiano Auguſtis in *l. cũ res* 12. *C. de probationibus*. qui rem teſtificãtur, dicentes: *Cùm res, non inſtrumentis gerantur: ſed in hac re geſta teſtimonium conferatur.* Probant proinde, non quod Inſtrumenta de eſſentia ſint contractuum.

Integritas præſidentium ſalus eſt ſubditorum: & vbi eſt incolumitas obedientiæ, ibi ſana eſt forma doctrinę. Leo Papa ad Epiſcopos Africanos in *can. miramur tantum apud vos* 5. *in fine principii diſtinct.* 61.

Integrum eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur. Innocentius Papa ad Victricium Epiſcopum Rothomagen in *can. extra conſcientiam metropolitani Epiſcopi* 5. *diſt.* 64. Rationem reddit *gloſ.* ibidem verbo *plurimorum* ſequentibus inferens: Nam dicit Lex, quod per ampliores homines perfecta veritas reuelatur. Dixit Iuſtinianus Cęſar in *l. quæſtionem ex facto emergentem* 32. *ſiue finali.* §. *Lex etenim, ne quid falſitatis incurrat C. de fideicommiſſis.* Rationem reddens, quare ſancitum fuerit, vt in teſtamentis plures, quam duo, teſtes perquirantur: *Vt per ampliores homines* (inquiens) *perfectiſſima veritas reueletur.* Cum (ſicut canones atteſtantur) integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur. Cœleſtinus Tertius reſpondit in *cap. prudentiam tuam* 21. *in fine principii de officio, & poteſtate Iudicis delegati.* & *gloſ.* ibidem verbo *plurimorum.* & ipſa rationem reddit: *Quod enim à pluribus quæritur ſapientibus, facilius inuenitur.* ex Innocentio I. in *can. de quibus cauſis nulla ſoluendi, ligandique auctoritas* 3. *in fine diſtinct.* 20. qui rationem ſic reddit: *Facilius enim inuenitur, quod à pluribus Senatoribus quæritur.* notatque *Gloſſ.* ibidem verbo *pluribus.*

Intellectum habere bonum nemo poteſt, iam reprobus factus. ex S. Auguſtino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum pręſtigiis* 14. *col.* 4. *circa medium* 5. *ſed ſi quis propter hiſtoriam, & ea, quæ verbis expreſſa ſunt.* 26. *q.* 5. de Saule verba faciens, dicensque: *Neque enim reprobus factus, poterat bonum intellectum habere.*

Intellectum proprium præferre quis non debet decretis ſanctorum Patrum. ex Salomone (*prouerbiorum* 3. 5.) qui ſequẽtibus nos inſtruit: *Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuę. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos. Ne ſis ſapiens apud te met ipſum: time Deum, & recede à malo.* ex Hieronymo ibidem relato in *cap. ne innitaris prudentię tuæ* 5. *de conſtitutionibus.* & ibidem *gloſ.* in caſus figuratione in 1. notabili dicens: *Nota, quod proprium intellectũ non debet aliquis præferre decretis ſanctorum Patrum.* vnde ariolandi peccatum inobedientia dicitur: Nam: *Quaſi ariolandi peccatum eſt repugnare; & quaſi ſcelus idololatrię nolle acquieſcere.* ex 1. Regum 15. & deducit ex Gregorio in moralibus Gratianus in *can. ſciendum ſummopere eſt* 10. 8. *q.* 1.

Intellectus informatur rationibus, quę ſunt veluti eius nerui; & oſſa iudiciorum ſunt probationes. vti *Baldus* inquitur in *cap. cùm cauſam, quę inter Columbricen* 13. *ſub. num.* 2. *de probationibus.* Nam ratio æquiualet canoni. ex Hieronymo in *can. Ego ſolis eis ſcriptorum* 5. *in fine diſtinct.* 9. illis verbis: *Sed quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod a vero non abhorreat perſuadere potuerunt.* ibique *Gloſſ.* verbo *probabiles.* dicens argumentum: *Quod ratio ęquiualet canoni.* Nam ex Auguſtino in *can. ſana quippe ratio* 11. *ſiue vltimo eadẽ diſt.* 9. verba ſunt Auguſtini: *Sana quippe ratio etiam exemplis anteponenda eſt. cui quidem & exempla concordant.* Rationibus itaque intellectus informatur.

Intentio bona malum factum excuſat quandoque. ex Ambroſio de patriarchis lib. 1. de Abraham in *can. dixit Sara ad Abraham* 3. *in fine* 32. *q.* 4. illis verbis, de filiabus Loth verba faciente: *Denique, & Loth Sancti filiæ hanc cauſam quęrendę poſteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit.* vbi *Glo.* finalis verbo *prętexuit* commentum agit. *id eſt diminuit, & extenuauit; non autem extinxit. & eſt argumentum: quod malum factum excuſatur propter bonam intentionem.* & *Gloſſella* Marginalis ibidem dicens: *Intentio bona malum factum excuſat.* Quod tamen exaudi quando dubium eſt de malo. Alioquin bona intentio malum expreſſum, & peccatum non excuſabit. ex Gregorio Syagrio, & aliis Epiſcopis in *can. non eſt putanda eleemoſyna* 27. 1. *q.* 1. verba ſunt Gregorii: *Non eſt putanda eleemoſyna, ſi pauperibus diſpenſetur, quod ex illicitis rebus accipitur; quia qui hac intentione malè accipit, vt quaſi benè diſpenſet, grauatur potiùs, quàm iuuetur.* Quod ſane firmatur ex Ioanne Papa Octauo Anſelmo Lemouicinæ Eccleſiæ Epiſcopo in *can. ad limina beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum* 7. 30. *q.* 1. illis prętertim verbis: *Dicimus omittẽdum eſſe, & inculpabile Iudicandum, quod neceſſitas intulit.* Ex quo tex. *Gloſ.* d. verbo *prætexuit.* in fine, argumentum infert: *Quod excuſatur malum, ſi bono zelo ſit, propter bonum.* vel exauditur de opere indifferenti. *In omnibus enim talibus non vſus rerum, ſed libido vtentis in culpa eſt.* vt Auguſtinus verba facit in *can. quiſquis rebus prętereuntibus* 1. *in fine principii diſtinct.* 41. vbi *Gloſſ.* verbo *ſed libido* ſic infert: *Quaſi dicat: potiùs conſiderabimus cauſam facti, quàm factum ipſum.* & in fine rationem infert Auguſtinus: *Nam in omnibus huiuſmodi rebus, non ex earum rerum natura, ſed ex cauſa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandũ, quod facimus.* Videturq; probari ex Septima Synodo in *can. omnis iactantia, & ornatura corporalis* 1. *circa finem* 21. *q.* 4. quę ſic fatur: *Omne*

*quippe, quod non propter necessitatem suam, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniã quemadmodum magnus ait Basilius.* verba equidem facit canon de vestibus, quæ quid indifferens videntur, ni ex causa, vt puta in Ecclesiasticis, improbentur. Concinitq; Augustinus in Epistolam Ioannis in *can: delitię quęlibet* 2. & in *can. quod dicit Dominus in Euangelio* 4. *eadem. distinct.* 41. dicens: *Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo cõgruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuẽdum est.* Potest ergo ex intentione bonum, vel malum fieri, quod indifferens est.

Intentio depravata opus, quod alias sine peccato fieri, potest, peccatum esse operatur. ex Augustino in *can. cũ minister Iudicis* 14. 23. *q.* 5. verba excipe Augustini: *Cum minister Iudicis occidit eum, quem Iudex iussit occidi; profecto, si id spontè facit, homicida est, etiam si eum occidit, quem scit à Iudice debuisse occidi.* Quia sponte sua occidit illum, quem, si vt minister occidisset, non ipse, sed lex occidere videretur.

Intentionem magis respicit Deus, quam operationem. *Cum magis si inspector cordis Dominus, quam operis.* Alexander Papa testatur scribens omnibus orthodoxis in *can. si quando à sacerdotibus* 1. 5. *confessio ergo in talibus* 15. *q.* 6. & in fine: *Nec tantum attendenda sunt, quę fiãt, sed quo animo fiant.* inferens: *Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quàm ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt.* vbi glos. finalis: Potius respicienda est (inquit) causa facti, quam ipsum factum. ex Chromatio in *can. qui peierare paratus est.* 13. 22. *q.* 5. Rationem reddente: *Quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.* ibique glos. verbo *non ex operibus.* ex Augustino in *can. si quid inuenisti* 6. *in fine* 14. *q.* 5. dicente: *Deus cor interrogat, non manum.* Qui in *can. proposito animi permanente* 4. 5 *Lucretiam certè matronam nobilem* 32. *q.* 5. de Lucretiam nobili Romana verba faciens refert illud cuiusdam. *Egregie quidam ex hoc, veraciterque declamans, ait: Mirabile dictu, duo fuerunt, & adulterium vnus admisit.* Ex diuersitate scilicet voluntatum.

Intentio perpenditur atque voluntas loquentis, non verba. ex Gregorio in *can. humanę aures verba nostra talia iudicant.* 11. 22. *q.* 5. Rationem reddit in fine: *Quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.* Rationem habes ex glos. ibidem verbo *verbis.* quę sic istam profert: *Cùm sæpe bona verba mala intentione proferantur: & è conuerso.* ex Augustino ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit amicus est; nec omnis, qui verberat inimicus.* 2. 5. *q.* 5. Interest enim, quemadmodum verbum procedat ex animo. *Ream linguam non facit nisi mens rea.* ex Augustino in *can. homines falsum iurãt* 3. *in fine* 22. *q.* 2. & duobus canonibus sequẽtibus. Hanc ob rem est, quod ea, quæ præter intentionem euenirunt, non imputantur. ex Augustino ad Publicolam in *can. de occidendis hominibus* 8. *in fine* 23. *q.* 5. verba damus Augustini dicentis: *Absit, vt ea, quæ propter bonum, aut licitum facimus, aut habemus; Si quid per hæc pręter nostram volũtatem cuiquã mali acciderit, nobis imputetur.* inferens in finalibus verbis: *Quid enim est in vsu hominum bono, ac licito, vnde non possit etiam pernicies irrogari?*

Intentio in animo retenta, nihil operatur. Non enim cognoscitur, quod in occulto iacet. Merito quippe dicitur, quòd verba intentioni deseruiunt. ex Augustino in *can. humanę aures* 11. *in fine* 22. *q.* 5. Rota apud *Card. Seraphinum decis.* 313. *num.* 9.

Intentio vna, atque eadem debet esse delegati, qualis est delegantis ex Gregorio IX. in *cap. cum olim Priori sanctę M.* 39. *sine finali* §. *finali* ibique plenè *Gloss.* verbo *ad talia: de præbendis, & dignitatibus extra.*

Intercessio prodest, cuius ministerio seueritas temperatur. Hinc est, quod intercessoris religio contemni non debet. ex Augustino, ad Macedonium in *can. prodest, & seueritas vestra* 4. 23. *q.* 5. verba sunt Augustini: post principium: *Prodest & intercessio nostra, cuius ministerio seueritas temperatur, & vestra.* & in fine ita inquit, *Ita formidetur vltio cognitoris, vt nec intercessoris religio contemnatur: quia, & plectendo, & ignoscendo hoc bene agitur, vt vita hominum corrigatur.*

Intercedere qui apud alium debet, gratus ei debet esse, non infensus: *Quia cùm is, qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur.* ex Gregorio in Pastorali part. 1. capite 11. quem refert Gratianus in *summa distinct.* 49 Idemque Gregorius in prefatione in Iob. relatus in *can. in grauibus peccatis quis positus* 5. 3. *q.* 7. Gregorium excipe: *Cuncti enim liquidò nouimus, quia cùm is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus procuidubio ad deteriora prouocatur.* vbi *Gloss.* verbo prouocatur. sic infert; *Est hic argumentum: orationes malorum his, pro quibus orant, nocere.* ex eodem Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur simoniaca hæresis* 28. *in fine* 1 *q.* 1. qui sic argumentum infert: *Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam prouocant, quam per se met ipsos populis placare debuerant.*

Intercedere non debẽt sacerdotes in præiudicium alicuius. Intercedere hoc est, Aduocati officio defungi. ex Ambrosio in *can. denique si nõ potest subuenire alteri, nisi alter lędatur.* 10. 14 *q.* 5. qui sic infert: *Ideoque in causis pecuniariis interuenire non est sacerdotis: in quibus non potest fieri, quin frequenter lędatur alter, qui vincitur: quia intercessoris beneficio se victum arbitratur.* ibique gloss. verbo *non est sacerdotis.* argumentum format: quod sacerdotes non possunt aduocare in causis pecuniariis in damnum videlicet alterius. Quod exaudi coram Iudice seculari. non verò Ecclesiastico. vt ibidem Glossa.

Intercedere pro criminosis, nõ ad hoc vt aliena minime restituantur, sed ne frustra homo in hominẽ sæuiat, inhumanũ nõ est. ex S. Augustino

stino ad Macedonium in *can. si res aliena propter quam peccatum est* 1. §. *sed inhumanum nõ est*.14.q.6.& ex Gregorio Romano Defensori in *can. hi, qui in furtis publicis* 3. eadem 14.q.6. vt illis opem feramus, non vt eorum iniquitates protegamus; admonendo videlicet, & verbum intercessionis adhibendo. Hinc est, quod fugientes ad Ecclesiam reos defendere Ecclesia debet. ex Gregorio in *can. reos sanguinis defendat Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat* 7.23.q.5.

Intercipere est auferre, cõsumi. ex Leone Papa Leoni Augusto in *can. manifestum est per crudelissimam, insanissimamque sæuitiem* 69.1.q.1. illis verbis: *Intercepta est sacrificii oblatio.* vbi *Gloss.* verbo *intercepta.* id est prorsus, quoad effectum, consumpta. & ita dicit Ouidius sexto Metamorphoseos in fabula canarum:

. . . . . . *colla intercepta videntur.*

Interdicti sententia non suspenditur per appellationem sequentem. ex Lucio Tertio Normiceo Episcopo in *cap. ad hæc quoniam sub interdicto* 37. *de appellationib., recusationibus, & relationibus.* plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *interdictum.* Idẽ decreuit Bonifacius Octauus in *cap. is, cui est Ecclesiæ interdictus ingressus* 20. §. *finali de sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti in 6.* verba sunt Bonifacii: *Sane sicut excomunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ecclesiæ late suspensio, aut ipsius effectus per appellationem sequentem minime suspenditur. gloss.* ibidem verbo *sequentem*. *Sayrus lib. 1. in Thesauro cap 2. num. 2. in tertia conuenientia.*

Interdicto generali supponi minime potest Prouincia, Ciuitas, Castrũ, villa, locus, territorium, vel Districtus, neque ordinaria, neque delegata potestate, nisi solius Sanctæ sedis auctoritate, pro pecuniario debito, vel pro cuiusuis monetę, vel pecuniæ quantitate, quacumque occasione, vel causa, seu quouis quæsito colore. alioquin sit ipso iure nullum. ex Bonifacio Octauo in *extrauaganti prouidè attendentes, quod, vt frequentius* 2. §. *pręsentis constitutionis prouidemus edictio. de sententia excommunicationis inter communes.* Si tamen prius feratur excomunicatio, & nihilominus contemnatur, poterit tunc proponi interdictum Generale: Quia non iam pro re pecuniaria, sed pro contemptu, & contumacia proponitur. *Bellencinus de charitatiuo subsidio q. 25. num. 2. & sequentibus.*

Interpretatio canonum spectat ad eum, qui sua condendi ea obtinet, vt est Papa. ex Gratiano in *can. ideo permittente Domino pastores hominum sumus*.16. §. *His ita respondetur. Sacrosancta Romana Ecclesia* 25.q.1. Ipsa enim est Sancta Romana Sedes, & Ecclesia, quæ Ius, & auctoritatem sacris canonibus impertitur, sed ipsa non eis alligatur. vt ibidem. Cõtinetque Paschalis Papa Panormitano Episcopo scribens in *cap. significasti, Reges, & regni maiores* 4. *circa finem de electione, & electi potestate.* in ratione, quam reddit, dicens: *Cum omnia Concilia per Romanę Ecclesię auctoritatem, & facta sint, & robur acceperint, & in eorum statutis Romani Pontificis patenter excipiatur auctoritas.*

Interpretatio Ecclesiastica non in eloquii venustate, sed in rei veritate fũdata esse debet; vt non otiosis philosophorum scholis, paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi. ex Hieronymo ad Pammachium in *can. Ecclesiastica interpretatio* 15. *distinct.* 38. Nam, vt ibidem Gregorius profatur in præfatione moralium ad Leandrum Episcopum Hispalensem in *can. indignum* 13. sequentibus loquens: *Indignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati.* Nam locutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque linguæ proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua sua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda. verba sunt Augustini in *can. locutio diuinarum scripturarum* 14. *eadem dist.* 38.

Interpretari sacram scripturam non aliter debemus, quàm Spiritus Sanctus eam dictauit. *Quicumque igitur aliter scripturam intelligit; quàm sensus Spiritus Sãcti flagitat, quo scripta est, Licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest; & de carnis operibus est, eligens quę peiora sunt.* sanctus Hieronymus in *can. hæresis grecè ab electione dicitur* 27. 24. q. 3. & dixit Clemens Papa I. ad discipulos in *can. relatum est nobis* 14. *distinct.* 37. circa medium dicens: *Et ideo diligenter obseruandum est; vt Lex Dei cùm legitur, non secundum propriam ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur.* inferens: *Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit; vt ipse possit ea, quę rectè suscepit, competenter asserere.* Alioquin, vt Hieronymus in Esaiam loquitur in *can. vino inebriantur* 4. *eadem distinct.* 37. verbis dicens; *Vino inebriantur, quando scripturas sanctas malè intelligunt, atque peruertunt.* Sacras itaque scripturas secundum sensum sanctorum Patrum interpretari debemus. *Et secundum sensum, quem tenet, & tenuit sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu & interpretatione Scripturarum sanctarum.* Vt sacrosancta Tridentina firmauit Synodus *sessione 4 in decreto de editione, & vsu sacrorum librorum.* §. *pręterea ad coercenda petulantia ingenia.* videndus *Ioannes Azorius Institutione moralium part. 1. lib. 8. cap. 2. q. 1 & 2.*

Intrusio committitur, & Intrusus æstimatur, qui à Principibus secularibus dignitates, vel Beneficia acceptat Ecclesiastica, etiam Episcopatum. ex Septima Synodo, quę est secunda Nicena 350. Episcoporum in *can. omnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi* 7. *distinct.* 63. Scripsitque Leo Papa Rustico Narbonensi Episcopo in *can. nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur.* 1. *distinct.* 62. & ex Concilio Parisiensi primo in *can. si per ordinationem regiam.* 5. *distinct.* 63. Peruadit enim tunc temeritate dignitatem, non assequitur; vt ibidem dicitur, & indebitè ordinatus æstima-

matur. Merito prædicti, vti intrusi, & schismatici à Domino temporaliter, & æternaliter pœna feriuntur. ex Cypriano Martyre ad Magnum in *can. denique quàm sit inseparabile vnitatis sacramentum* 9.7.q.1.

Intrusus non habet Ecclesiæ ordinationem. vnde, quæ ab intruso fiunt, non tenent. ex Cypriano ad Antonianum in *can. factus est Cornelius Episcopus* 5.7.q.1. ibique *Gloss.* verbo *ordinationem*. Et pro nihilo habentur, & cassantur. ex Constantinopolitana Synodo sub Damaso Papa in *can. propter totius indisciplinationis eius doctrinam* 10. *sine finali distinct.* 19. ibique *gloss.* verbo *quæ circa eum*. & habetur ex Marcello Papa in *can. omne, quod irreprehensibile est* 8. *in fine*. ibique *Gloss.* verbo *ab infidelibus* 25.q.1. vt neque contractus ab intruso facti firmitatem obtineant. ex Vrbano Papa in *can. alienationes omnes per intrusionem* 37.12.q.2. sequitur *Parisius de resignatione lib.* 11.q.1. *num.* 23. ita sane vt

Intrusus spiritualia iure conferre minime possit. ex eodem Vrbano in *d. can. Alienationes* 37.12.q.2. illis verbis: *Nec non & ordinationes personarum ab eisdem sine communi consensu clericorum Ecclesiæ, siue per simoniam itidem factas irritas iudicamus.* Quia nimirum Intrusus spiritualia ministrare minime potest. Concinitque Alexander Tertius Cantuariens Archiepiscopo, & eius Suffraganeis in *cap. ex frequentibus querelis didicimus* 3. ibique notat Doctores *de Institutionibus*. Neque in hoc communis error suffragatur, quia comuni error in spiritualibus non suffragatur. sequitur *Parisius d. lib.* 11. *de resignatione beneficiorum q.* 1. *num.* 11.12. *& sequentibus*. Cõcordat ex Cõcilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus vacans* 8. *distinct.* 92. ibique *gloss.* verbo *desideret*, Rationem referens. *Quia quæ malo sunt inchoata principio, non conualescunt.* & si alij contrarium dicant, vt apud *Henriquez in summa lib.* 5 *cap.* 14. §. 4. & *lib* 6. *cap.* 6. §. 2. *Aegidium de Conink. part.* 2. *disputat.* 14. *dub.* 10. *nu* 88 *&* 89. & ad materiam *Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 731 *num.* 17. *Gonzalez ad regulam* 8. *cancellariæ Gloss.* 45 §. 2. *num* 26. *Barbosa* in collectaneis ad sacrum Tridentinum *sessione* 23. *cap.* 15. *de reformat. num.* 19.

Intrusus dicitur, qui propria auctoritate in Ecclesiam se ingerit. ex Antiocheno Concilio in *can. si quis episcopus vacans.* 8. *distinct.* 92. Quid autem si intrusus quid Ecclesiæ contulerit, num illud recuperet? Affirmat *Gloss.* ibidem verbo *inuenit*. Namque Intrusus dicitur, qui absque titulo eius, qui dare potest, beneficium obtinet, siue Ecclesiam. *Rota de causa possessionis, & proprietatis dec.* 23. *in antiquis*. Et Intrusus dicitur qui licet possideat, tamen non canonice possidet. ex *regula* 1. Bonifacij Octaui *de regulis Iuris in* 6. noster *Marauta cons.* 48. *num.* 12. *Cacheranus* Ossaci Dominus *decis.* 55. *nu.* 4. *& sequentibus*. vel qui est prouisus lite pendente: quia nimirum prouisio, vt attentata, est ipso iure nulla. ex Bonifacio Octauo *cap.* 1. *&* 2. *vt lite pendente nihil innouetur. in* 6. Etiam in beneficio de Iure patronatus. ex *Cassadoro decis.* 3. *nu.* 5. *vt lite pendente*. plura refert *Garsias de beneficijs part.* 6. *ca.* 4. *nu.* 39. *&* 41. *& sequentibus.*

Intrudens se in beneficio, est ipso iure illo priuatus. ex Bonifacio Octauo in *cap. cum, qui beneficium* 18. *de præbendis & dignitatibus in* 6. *Rota apud Seraphinum decis.* 66. *nu* 1. *& sequent. post primum volumen consiliorum Farinacij.*

Inuasores sanctæ sedis Apostolicæ, etiam si tentauerint, perpetuæ anathemati subiiciuntur. ex Concilio Stephani Papæ Tertii in *can. si quis ex Episcopis, vel presbyteris* 5. *distinct.* 79. Perpetuæ, hoc est donec pœniteat eos. ex *Gloss.* ibidem verbo *perpetuum*. Nec dissimiliter statuit Nicolaus Papa Secũdus in Cõcilio Romano, de inuasore, verba faciens, Sãctæ Romanæ Ecclesiæ siue per pecuniam, vel gratia humana, quod anathemati sit suppositus, & à Sede Apostolica repellatur. in *can. si quis pecunia, vel gratia humana.* 9. *eadem distinct.* 79.

Inuasor dicitur Episcopus, qui plenam Ecclesiam occupauerit. vt non iam secundus, siue successor, sed nullus sit. quia non est. ex Cypriano Episcopo & Martyre ad Antonianũ in *can. factus est Cornelius Episcopus* 5.7.q.1. Inuasor enim dicitur, qui alienum occupat locum nulla superiorioris auctoritate legitima. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est.* 7.2.q.1. & ex eodem Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. præsentium latoris Adeodati querelam.* 5.7.q.1. Rationem reddens, quod in hoc sola comprobatur ambitio. Quam ob causam vt adulter, atque infamis æstimatur, quia alienam sponsam adulterina fœditate occupauit. Eici proinde, atque arceri debebit. ex Euaristo Papa in *can. audiuimus quosdam à vobis infamatos, & dilaceratos Episcopos* 4.3.q.1. Hic ergo si admonitus parere contempserit, & in contumacia perseuerauerit, Iudicis quoque secularis auctoritate, & brachio poterit expelli. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. petimus, vt dignemini dare fiduciam* 19.11.q.1.

Inuentarium dicitur scriptura, in qua bona omnia, quæ reperta fuerint Ecclesiæ, mortuo Episcopo, vel eo remoto, diligenter, atque subtiliter describuntur. ex Gregorio Maximiano Syracusano Episcopo in *can. charitatem tuam commonere curauimus* 45. 12.q.2. Debent tamen conficientes salarium habere, nisi aliàs ex publico illis sit constitutum. vt nota *Gloss.* ibidem verbo *pro faciendi*. Debent autem illud conficere presbyteri, & diaconi Ecclesiæ. ex Terraconensi Concilio in *can. si vbi defunctus fuerit Episcopus intestatus* 6.12.q.5.

Inuidia ipsius diaboli vitium est. Augustinus ad Vincentium in *can. quam magnum est crimen.* 19. *in fine* 23.q.4. verba sunt Augustini: *Sicut tolerauerunt Apostoli eos, qui per inuidiam (Quod ipsius diaboli vitium est) Christum annunciabant.* ad Philippenses.1.

Inuidia inter pares, vel quasi pares est. ex Accursio in *Gloss.* in *l. si cum exceptione aduersus te* per-

perpetua tutus essem. 14. circa finem 5. eum, qui inuidum fecit, de dolo teneri ff. de eo, quod metus causa gestum erit verbo teneri circa finem. quo loco Glossella Marginalis sic ad rem verba facit: Inuidia enim est tristitia quaedam de alienis bonis, in quantum est diminutiuum propriae gloriae, vel propriae excellentiae. Damascenus lib. 2. Est ad illos tantum est, quibus homo vult se aequari. Gregorius lib. 6. moralium. Hinc inuidi sunt similes, aut secundum genus, aut speciem, vel secundum aetatem. Aristoteles lib. 2. Rhetoricorum. Ita Glossella. Est enim Inuidia odium felicitatis alienae, diximus respons. nostra 46. nu. 46. part. 3. & respons. 67. nu. 1. & sequentibus part. 5. & iane Gratianus in can. tantum erarium oportet leuitam gestare 5. distinct. 25. §. Alias autem ea demum significant. Inter grauia, consequenterque mortalia peccata Inuidiam agnoscit:

Rapina, superbia, Inuidia, auaritia &c.

& in Octaua Synodo in can. si quis semel vota-rius fuerit Inuidiae, vel contentionis tam. 1. de poenitentia distinct. 1. Inuidia contentioni finitima habetur, & in interioribus medullis reconditur, & humilitatis exercitio curatur.

Inuidia ab excellentia saepe nascitur, & ambitione. ex Hieronymo ad Damasum in can. quoniam vetusto oriens 25. §. à sacerdote victimae salutem. 24. q. 1. illis Hieronymi verbis: facescat inuidia Romani culminis, recedat ambitio. vbi gloss. verbo Inuidia, sic commentum agit: id est, extollentia: vnde inuidia saepe nascitur. Dixit proinde non ab re Gratianus in can. sunt plurimi, qui vitam bonorum amplius 12. §. verum hac auctoritate prohibentur in fine 6. q. 1. verbis satis ad rem aptis: Pleni mali fuerunt ensiformes quidam Christiani suis Inuidere sacerdotibus. Inuidia enim ab ambitione, & superbia est. vnde Augustinus Steuchius Episcopus Eugubinus de perenni philosophia lib. 8. cap. 38. littera D. ex Augustino super Genesim deducit: Daemonis peccatum fuisse inuidiam felicitatis humanae. retulimus respons. nostra 46. nu. 46. parte 3.

Inuidiae stimulis, quam charitatis plus agitatur, qui seruos Dei accusat, vt meliores fiant. ex Anacleto Papa in can. si omnia in hoc saeculo vindicata essent. 7. in fine 6. q. 1. & ita magis praesumitur. vt Gloss. quoque ibidem verbo. inuidiae perpendit. Quin genus illaudabilis intentionis dicitur. ex Synodo Romana in can. si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus. 50. in fine 2. q. 7. ibique Gloss. verbo illaudabilis intentionis.

Inuidiam fugere debent Clerici, sicut & caetera vitia. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis in can. his igitur lege patrum cauetur 5. paulò ante medium distinct. 23. sequentibus enim ipse: Odium, aemulationem, obtrectationem, atque Inuidiam fugiant.

Inuidus circa fratres, & malignus est, qui contempta veritate praesumit consuetudinem sequi. ex Augustino lib. 3. de baptismo contra Donatistas in can. qui contempta veritate 6. distinct. 8. Quia Christus veritas est. & ipse dixit: Ego sum veritas. Ioannis 14.

Inueniens rem alterius, & eam non restituens furti tenetur. Imo rapere videtur. ex Augustino in can. si quid inuenisti, & non restituisti 6. 14. q. 5. ibique plene Glo. verbo si quid inuenisti. & Hieronymus ibidem in canon. multi sine peccato putant se esse 8. eadem 14. q. 5. in fine ita inferens: Discant ergo peccatum hoc esse simile rapinae, si quis inuenta non reddat. videas Ioannem Koppen decis. Germaniae 9. n. 5. part. 1.

Inuenta restituenda esse pauperibus, vel impendenda in pios alios vsus, facta diligenti inquisitione, nec inuento domino, nec posse vti derelicta ea sibi retinere; quicquid Sotus de Iustitia, & Iure lib. 5. q. 3. art. 3. ad 2. dixerit, prosequitur Molina de Iustitia & Iure tract. 2. tom. 3. de restitutione disputat. 746. nu. 1 & 3. ad finem.

Inuitus nemo cogi potest ad aliquid faciendum, quia iniuria infertur eidem. expende ex Vrbano Secundo Sancio Regi Aragonum in can. de neptis tuae coniugio 3. in medio 31. q. 2. verba sunt eius: Nequaquam eam inuitam, & renitentem eiusdem viri cogas coniugio sociari. Quorum enim vnum corpus est, vnus debet esse & animus. Rationem excipe ex Concilio Mediomatricis in can. precariae à nemine 4. §. decreuit etiam sancta Synodus 10. q. 2. dicente Concilio: Cum ratio, & vsus obtineat, neminem, cui non cadit contra vtilitatem, & rationem cogi, de proprio facere beneficium. & sequitur Gloss. in can. omnis, qui gemebat 36. 7. q. 1. verbo minor. Nemo ergo inuitus cogi potest ad aliquid faciendum. Sed grauis haec videtur iniuria, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti. vti Valentinianus, Theodosius, & Arcadius decreuere Caesares in l. dudum proximis, consortibusque concessum erat 14. C. de contrahenda emptione, & venditione. deducit Hartmanus Pistoris obseruat. 10. nu. 12.

Inuitus quod quis patitur, praeiudicium eidem inferre minimè potest. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in can. ad eius verò concubitum vir suus accedere non debet 4. non multo post principium dist. 5. loquitur Gregorius: Quae tamen mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non potest: Quia ei naturae superfluitas in culpam non valet imputari: Et per hoc, quod inuita patitur, iustum non est, vt Ecclesiae ingressu priuetur. deducit Glossa ibidem verbo inuita dicens: Hoc est regulare, vt quod quis inuitus patitur, non afferat ei praeiudicium. ex Concilio Ancyrano in can. presbyteros, qui immolauerant 32. §. quia autem fugientes. distinct. 50. De coactis loquens, atque inferens: Hos veluti extra delictum constitutos à communionis gratia non prohiberi decreuimus. & superquistum est autem: Placuit ergo & hos, tanquam qui non peccauerunt; si & praecedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium prouehi. Rationem reddit Glos. in can. audacter fortassis aliquid dicimus 18. verbo. & non per me in fine 8. q. 1. inferens: Quod, qui inuitus aliquid facit, potius dicitur pati, quàm facere. Ex Pelagio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in can. scias frater dilectissime 35. 7. q. 1. qui sequentibus fatur: Aliud est enim mutare, & aliud mutari. Nam aliud est sponte transire, & aliud est

coacte,

*coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutāt Ciuitates, sed mutantur: quia non sponte, sed coactè hoc agunt.* & idem in *can.* sequenti. *Omnis qui gemebat, & vexabatur* 36. *eadem* 7. q. 1. verba sunt: *Nec ipsi in hoc peccant Episcopi, quoniā non sponte, sed coacte hoc agunt; sed illi, qui eos persequuntur. nec ipsis Episcopis hoc imputari potest, sed illi, qui eos hoc agere cogunt.* Vt à suis Ecclesiis fugiant. & probatur ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. testamentum veteris legis* 1. §. *sed in eadem illusione distinct.* 6. illis verbis; *Quia hanc animus nesciens pertulisse magis dolendus est, quam fecisse.* vbi *Gloss.* verbo *pertulisse.* commentum agit: *Quasi dicat: potiùs intelligitur tunc pati, quàm facere.* Nec dissimiliter Illustrissima illa Virgo Syracusana, & Martyr Lucia Paschasio respondit, qui eidem dixerat minando: *Iubebo te ad Lupanar duci, vt te Spiritus Sanctus deserat.* Cui virgo: *Si inuitam iusseris violari, Castitas mihi duplicabitur ad Coronam.* in eius actis. & prosequitur Gratianus in *summa* 32. q. 5. inferens: *Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. De sensibus enim, & voluntatibus iudicat Deus.*

Inuitus nemo cogitur esse bonus. Potest tamen persuasionibus quasi compelli, vt quærat verum, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat. ex Augustino ad Vincentium in *can. vides, vt opinor, non esse considerandum quod quisque cogitur* 3. 23. q. 6. Vt ex nolēte fiat volens. vt *Gloss.* ibidem verbo *& volens.* animaduertit, ex Gelasio Victori Episcopo scribente in *can. consuluit dilectio tua* 9. *distinct.* 74. atque verbis proferente: *Quapropter, quia inuitos fieri Ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur; vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere.* & exprimit Augustinus Donato presbytero scribens in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem* 38. 23. q. 4. inferens in fine ex illo (Lucæ 14.) *Exi in vias, & sapes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea.* ac dicens: *Vide nunc, quemadmodum de his, qui prius venerunt, dictum est;* introduc eos: *nunc dictum est,* compelle. *Ita significata sunt Ecclesiæ primordia adhuc crescentis, vt essent vires etiam compellendi.*

Inuitos ordinare Episcopus non potest. Si verò Ecclesia ministris indigeat, poterit eos cohortationibus, & ex commodis propositis, ex nolentibus volentes facere, atque minores in ordine maioribus præferre contemnentibus. ex Gelasio Victori episcopo in *can. consuluit dilectio tua* 9. *distinct.* 74.

Inuitum qui ad bonum cogit, non vtique illum persequitur, sed diligit. ex Augustino ad Bonifacium in *can. ipsa pietas, veritas, charitas.* 24. §. *molestus est medicus* 23. q. 4. qui rem exemplis illustrat: *Molestus est medicus furenti phrenetico, & pater indisciplinato filio; ille ligando, iste cædendo: sed ambo diligendo. Si autem illos negligant, & perire permittant; ista potiùs falsa mansuetudo crudelitas est.* inferens: *Non quia coguntur reprehendant, Sed quare cogantur, attendant.* Nec dissimiliter Pelagius Papa in *can. non vos hominum vaniloquia retardent* 42. 23. q. 5. dicens & ipse: *Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem Ecclesia faciat, dùm vel ea; quę committuntur, reprimit; vel animarum salutem requirit. Non persequitur, nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum, vel factum iam punit, vel prohibet, ne fiat; non persequitur iste, sed diligit.* Rationem reddit ex Augustino: *Nam in corripiendo filio, quantumuis aspere, numquam paternus amor amittitur; fit tamen, quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.*

Inuitus cogitur ad fidem redire, qui ab ea recessit voluntariue. ex Augustino Donato presbytero in *can displicet tibi, quia traheris ad salutem* 38. 23. q. 4. sequentibus namque illum admonet: *Attende ergo, quod considerare non vis. Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat nec damnari hominem, nisi merito malę voluntatis; nec liberari, nisi bonam habeat voluntatem? Non tamen ideo, qui diliguntur, malę suę voluntati impunè, & crudeliter permittendi sunt; sed vbi potestas datur, & à malo prohibendi, & ad bonum cogendi.* & in §. *repetis sicut audio.* sic infert: *Quod vtique quanto magis impletur, tanto maiore vtitur Ecclesia potestate, vt non solum inuitet, sed etiam cogat ad bonum.* Nec dissimiliter Augustinus ipse ad Bonifacium in *can. schismatici dicunt, cui vim Christus intulit?* 1. 23. q. 6. qui paulo post principium sic rationem reddit: *Cur ergo non cogeret Ecclesiā perditos filios, vt redirent, si perditi filii coegerunt alios, vt perirent?* Et sacrum Concilium Toletanum quartum in *can. de Iudæis autem præcepit sancta Synodus* 5. *in fine distinct.* 45. dicens: *Oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur.*

Inuitus Iudæus non est cogendus, ad fidei veritatem venire, sed exhortandi, vt veniant. Ex Concilio Toletano IV. in *can. de Iudæis autem* 5. *distinct.* 45. Rationem reddit sacrum Concilium: *Sicut enim homo proprii arbitrii voluntate serpenti obediens periit: sic vocante se gratia Dei, propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate, vt conuertantur, suadendi sunt, non potiùs impellendi.* Si autem semel illam susceperint, seruare cogendi erunt. Interim, dum in Iudaismo sunt, eorum festa seruare prohibendi non sunt. vti Gregorius Paschasio Episcopo Neapolitano rescripsit in *can. qui sincera intentione* 3. *distinct.* 45. inferens circa finem: *Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere, vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quę dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ, Deo possimus adiuuante, conuertere.* Rationem reddit Augustinus ad Vincentium in *can. vides, vt opinor, non esse considerandum* 3. *in principio* 23. q. 6. loquens sequentibus: *Non quod quisque bonus possit esse inuitus, sed timendo, quod non vult pati, vel relinquit impedientem animositatem, vel ignoratam cōpellitur cognoscere veritatem; & timens, vel respuat falsum, de quo contendebat, vel quærat ve-*

rum

*rum quæ nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat.*

Inuitis multa bona præstantur, quando eorum consulitur vtilitati, non voluntati; quia sibi ipsi inueniuntur inimici. Augustinus in Enchiridio in can. *& qui emendat verbere* 11. *in fine distinct.* 45. & rationem sic reddit Vincentio scribens in can. *nimium sunt inquieti Donatistę* 37. §. *at enim quibusdam ista non prosunt* 23. q. 4. dicens: *Numquid ideo negligenda est medicina; quia non nullorum insanabilis est pestilentia? Non omnis, qui parcit, amicus est; nec omnis, qui verberat, inimicus: Meliora sunt vulnera amici, quam blanda oscula inimici.* & plura deducit Donato presbytero in can. *displicet tibi* 38. eadem 23. q. 4. nam in §. *dicis Deum dedisse liberum arbitrium:* sic eum alloquitur: *Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solùm verbis corripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur?* paulo post inferens: *Non ideo vobis displiceamus; quia reuocamus errantes, & quærimus perditos.*

Ioannes Baptista cognouit quando Christum baptizauit, veritatem baptismi in Christo tendere, non in ministris. ex Augustino in can. *aliud est baptizare per ministerium* 39. *de consecratione distinc.* 4. qui sic dicit: *Non erat, quia ipse babtizabat in spiritu sancto: sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transiret in alterum, quamuis eo donante.*

Ioannes Bapta cum Herodem ab incestu prohibuit, dicens: *Non licet tibi habere vxorem fratris tui.* (Matthęi 14.) euidẽter ostendit inter infideles coniugia esse. Gratianus in can. *vna tantum, nec repetita nobis copula permittitur.* 4. §. *Ioannes etiam Baptista dum Herodem ab incestu probiberet. distinct.* 26. Rationem reddit Ambrosius eodem canone. *Sed intelligere debemus* (inquiens) *quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed Lex. Quod culpa est igitur in baptismo relaxatur: Quod legis est, in coniugio non soluitur.*

Ioannes Euangelista docuit, schismaticos, & hæreticos, & verbis, & factis esse detestandos. *nec Aue eis dixeritis*, inquiens, (2. Ioan. 5.) *qui enim dicit illis Aue, communicat operibus eorum malignis.* Beda super Epistolam Ioannis secundam in can. *omnis qui recedit* 24. 24. q. 1.

Ioannes Euangelista tuba dicitur Euangelica, filius tonitrui, quem Iesus amauit plurimum; qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit. à Hieronymo ad Euagrium Episcopum in can. *legimus in Esaia* 24. col. 2. §. *sed & Petrus in prima epistola. distinct.* 93. Hieronymum excipe: *Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Euangelica, filius tonitrui; quem Iesus amauit plurimùm; qui de pectore Saluatoris doctrinarum fluenta potauit: Presbyter Electæ Dominæ, & filiis eius, quos ego in veritate diligo.* 2. (Ioannis.) Hic sanctus Euangelista balneas quandoque ingressus, vt lauaret; videns ibi esse Cherintum hæreticum, abscessit dicens: *Fugiamus hinc, ne balnea ipsę corruant, in quibus Cherintus lauat, inimicus veritatis.* ex Beda in 2. Ioannis epistolam in can. *omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi* 24. 3. *narrat enim de illo auditor illius sanctissimus, & martyr fortissimus Polycarpus* 24. q. 1.

Ioannes Chrysostomus sanctus à sua sede pulsus fuit, consentiente Archadio Imperatore, qui propterea à Beato Innocentio Papa excomunicatus fuit. testatur Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens in can. *Duo sunt quippè Imperator Auguste* 10. §. *talibus igitur Institutis. distinct.* 96. verba sunt Gelasii: *Nam si speciale aliquod de personis Principum requiratur exemplum: Beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit, vt Sanctus Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excomunicauit.* Hic Sanctus Ioannes Chrysostomus græcè, latinè Os aurum, nuncupatur. Nicolaum Papam Michaeli Impratori scribentem in can. *quod suspecti, & inimici Indices esse non debent* 15. *in finalibus verbis.* 3. *quæst.* 5. qui sic fatur: *Hinc Sanctus Ioannes os aureum Concilii contra se congregati renuit intrare collegium.* Os aureum Latine, Grece Chrisostomus.

Ioseph Marię sponsus, cum esset vir Iustus, & sanctus, videns illã pregnantem, voluit occulte dimittere eam. (*Matth.* 1.) Augustinus sermone 16. de verbis Domini in can. *si peccauerit, inquit, in te frater tuus* 19. *post principium* 2. q. 1. sic de eo loquitur: *Attende quemadmodum vir iustus Ioseph tanto flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit: ante quam sciret vnde illa conceperat, quam grauidam senserat, & se ad illã non accessisse nouerat. Restabat itaque certa adulterii suspitio: & tamen, quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat, quid de illo ait Euangelium (Ioseph autem cum esset vir iustus, & nollet eam diuulgare.) Mariti dolor, non vindictam quæsiuit: voluit prodesse peccanti, non punire peccantem: Cum (inquit) nollet eam diuulgare; voluit eam occulte dimittere.* Et Ioannes os aureum in can. *priusquam conuenirent* 42. 27. q. 2. sequentibus: *Neque enim eam voluit de domo expellere, sed dimittere. Hunc quippe morem seruabat antiquitas; vt sponsæ in sponsorum domibus haberentur. Iam enim illam mente dimiserat.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *dimiserat*. Quia suspicatus de ea fuerat adulterium.

Ioseph, & Maria coniuges fuerunt, mente, non carne. secundum Augustinum. Et sicut Ioseph, pater Domini dictus est, non effectu geniture, sed officio, & cura prouidendi; sic & coniux matris eius appellatur, non coniugii effectu, sed subministratione necessariorum, & indiuiduæ mentis affectu. Gratianus in can. *institutum est, vt iam pacta sponsa* 39. §. *Inter Mariam, & Ioseph fuit perfectum coniugium* 27. *quæst.* 2. Idemque Gratianus ex Ambrosio in can. *quod autem interrogasti de bis, qui matrimonio iuncti sunt* 29. §. *item si coniuges esscut eadem* 27. q. 2.

Ioseph tempore passionis domini, iam mortuus erat. Proinde Matrem suam Dominus

Ioan-

Ioanni commendauit: *Ecce Mater tua.* ex Petro Commestore. *Gloss.* in *can. si enim cognouisset eam.* 43. verbo *vxoris* 27. q. 2.

Ioseph Patriarcha enucho venditus fuit: sic qui gratiam Spiritus sancti pretio mercatur viuum semen non habet, siccis genitalibus; quia eunuchus. ex Augustino in *can. sicut eunuchus fuit, qui Ioseph comparauit.* 29. 1. q. 1. & appropriat Gratianus ibidem §. *quid in his similitudinibus.* Quia Sacramenta simoniacorũ (sicut reterorum) licet sint vera quantum ad formam; inania tamen, & falsa sunt quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere, vel accendere cœlestem gratiam. & dicit in fine Augustinus eodem canone. *Quod significauit Spiritus Sancti ignem non lucere in simoniacis sacramentis.*

Ioseph quando Fratribus suis iurauit: (Per salutem Pharaonis non exibitis hinc) *Genesis* 42.) non vtique per creaturas iurauit, sed creaturarum auctorem. docet Gratianus in *can. mouet te, vtrum eius fide vtendum sit* 16. §. *sed obiicitur, quod Ioseph vir sanctus per creaturas iurauit.* 22. q. 1. sequentibus verba faciens: *Sed sciendum est, quod sancti; non tam per creaturas, quam per Auctorem creaturarum iurabant: nec in creaturis aliud, quàm Creatorem ipsum venerabantur: sic Ioseph, qui per Pharaonem iurando, hoc in eo veneratus est, quod Dei iudicio positus erat in infimis.*

Ira Dei non est, vt hominis, id est perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti supplicii constitutio. Augustinus *can. productior est enim pœna* 7. *in fine de pænitentia distinct.* 3. vnde Gratianus in *can. Episcopus, presbyter, aut diaconus* 65. §. *si ergo iniustè deiecti.* 11. q. 3. in fine ad verba illa (*Iacobi* 1.) dicentis: *Ira enim viri Iustitiam Dei non operatur.* sic rationem refert, atque commentum agit: *Quia, qui iratus in alium sententiam profert, & si ille, quantũ ad te iustam reportet sententiam; iste tamen, qui non amore iustitiæ, sed liuore odii in eum sententiã dedit, iustitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.* ita Gratianus.

Iræ Dei vltiores non solum homines Ministri sunt in his, qui malum operantur, (vnde nõ sine causa gladium portant) sed etiam contrariæ fortitudines, quę appellãtur furor, & ira Dei. Hieronymus super Ioelem in *can. non solum homines ministri sunt* 27. 23. q. 5. Fortitudines. id est dæmones *Gloss* ibidem commẽtum agit. Vt auertatur igitur Dominus ab indignatione iræ suæ, castigandi sunt homines peruersi, qui nec timent dominum. ex Cypriano libro de exhortatione martyrii in *can. si audieris in vna ex ciuitatibus* 32. 23. quę. 5. Nam quandoque vt scriptum reperitur: *Vno peccante contra omnes ira Dei desęuit.* vt perpẽdit Origenes in *can. sed illud nõ otiosè transmittendum est* 17. *distinct.* 45. vbi in fine de pastoribus, qui negligunt emendare peccantes: sic infert: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur: sic in vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente plebs vniuersa polluitur.* Hinc Hieronymus in *can. reuertimini ad me, & reuertar ad vos.* 65 § *si quando fames, & penuria* 16. q. 1. verbis apertissimis prosequitur dicens: *Si quando fames, & penuria, & rerum omnium egestas opprimunt mundum; sciamus hoc ex Dei ira descendere: qui in pauperibus, si non accipiant eleemosynam, fraudari se loquitur.* Ab ira Dei propterea, & fames, & penuria, & rerũ omnium egestas descendit. Fugiamus itaque peccata, quæ Dei in nos iram excitant.

Irę filii natura omnes nascimur. De qua dicit Apostolus (ad Ephesios 2.) *Eramus enim & nos natura filii iræ, sicut & cæteri.* A qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei, & hominum, hominis Iesu Christi. Augustinus ad Petrum Diaconum in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites.* 103. *de consecratione dist.* 4. Per fidem ergo in Christum Iesum ab ira liberamur Dei.

Ira si longo tempore teneatur, est mortale. ex Gratiano in *can. vnum orarium oportet leuitam gestare* 3. §. *aliàs autem ea demum significat dist.* 25. Qui inter peccata grauia, & mortalia numerat dicens: *Et si longo tempore teneatur iracundia: Ebrietas si continua sit &c.*

Irę dandus est locus, vt magis transeat, quàm ab ea accensi nos vindicemus. ex illo Apostoli (*ad Romanos* 12.) quo dicit. *Non vos defendentes charissimi, sed date locum irę.* Nam prohibemur propriæ personæ iniuriam repellere. ex Gratiano in *in summa. in principio.* 23. q. 1. Exprimitque Ambrosius in libro de Sancto Ioseph in *can. ira sæpe etiam innocentes in crimen abducit* 68. 11. *quæst.* 3. commentum agens: *Hoc est declinemus eam: ne nos illa corripiat.*

Ira, si non frenetur, facit committere, quod nec dolore postmodum corrigi potest. In Principibus præsertim viris. Iure proinde quã meritissimo Theodosius Imperator statuit, legeque sanxit, vt *sententiæ Principium super animaduersione prolatæ, in diem vigesimum ab executoribus differrentur; quo locus misericordię, vel si res tulisset, pęnitentiæ non periret.* ex Ecclesiastica historia Rufini in *can. cùm apud Thessalonicam seditione exorta* 69. 11. q. 3.

Iracundiæ calore quod fit, non imputatur, nisi iteratò repetatur. ex Fabiano Papa ad Hilarium Episcopum in *can. si quis iratus crimen aliquod* 3. 2. q. 3. ibique *Gloss.* verbo *iterare.* quæ rationem reddit: *Quia si iterauerit conuitium, non videtur ex iracundia, sed ex deliberatione dixisse.* ex Iustiniano Cæsare in *l. si mulier perfectæ ętatis constituta* 22. §. *si autem post bienniũ. C. ad Senatus Consultum Vellianum.* Rationem equidem reddit ibi Iustinianus: *Videtur etenim ex huiusmodi temporis prolixitate, non pro aliena obligatione se obligare: sed pro sua causa aliquid agere, & tamen secunda cautione se obnoxiã facere.* adiungit *gloss* ibidem verbo *cautione.* consequentiam. *plus ergo duę confessiones operantur, quàm vna.* Magis ergo deliberato facit, q iterat. Accedit ex Digestis Gratianus in *can diuortium non est verum* 21. *in fine de pęnitentia dist.* 1. verba sunt textus: *Itaque quidquid calore iracundię vel fit, vel dicitur; non prius ratum est, quam si perseuerantia apparuit, iudi-*

ciũ

*cium animi adfuisse.* vbi *gloss.* verbo *ratum*. argumentum infert: *Non dici quid factum, si non perseuerauerit.*

Iram super omnia diffugere debent, qui iudicant alios. *Quia dùm iusto amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, grauiora peccata committimus.* ex Ambrosio in *can. ira sæpè etiam innocentes in crimen abducit.* 68. 11. q. 3. & dixit Gratianus in *can. Episcopus, presbyter, aut diaconus* 65. §. *ira enim viri Iustitiã Dei non operatur.* eadem 11. q. 3. Aduertendum proinde Iudicibus Gregorii consilium ad Guiditcalcum in *can. illa præpositorum solicitudo* 67. eadem 11. q. 3. quod sic defert: *Restringenda sub ratione potestas est, nec quidquam agendum priùs, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit.* & consequentiam infert *gloss.* verbo *commotionis.* & ipsa dicens: *Iudex ergo, cùm offenditur, debet dare inducias.* ex Damaso Papa ad Episcopos Italiæ in *can. relatũ est ad sedem Apostolicam* 3. *in fine* 5. q. 2. admonente omnes, atque dicente: *Curandum namque est, ne ira quemquam subripiat, faciatque citius omne, quod non licet.* Quia tempore iræ non discernit homo, quod iustum est. *Gloss.* ibidem verbo *ira* rationem reddit. Summopere proinde curare debẽt, qui publica iudicia exercent, vt in dandis sententiis nullatenus leuitate, aut furore ducti, fint præcipites. ex dictis Gregorii in *can. summopere præcauere debent.* 70. 11. q. 3.

Irati est, vt nocere cupiat. & læsi, vlcisci se velit. ex Symmacho Papa in Quinta Synodo Romana in *can. accusatoribus verò inimicis* 3. *in principio* 3. q. 5. dicens inimicis non esse credendum: *Ne irati nocere cupiant, ne læsi, vlcisci se velint.* Ideò Apostolus ait (ad Romanos 12.) *Non vos ipsos vindicantes charissimi; sed date locum iræ.*) hoc est declinemus eam: ne nos illa corripiat. Ambrosius verba facit in *can. ira sæpe etiam innocentes* 68. 11. q. 3.

Ira ne quemquam subitò corripiat, curandum; faciatque citiùs omne, quod non liceat. ex Damaso Papa ad Episcopos Italiæ in *can. relatum est ad sedem Apostolicam* 3. *in fine* 5. q. 2. dicente: *Curandum est, ne ira quemquam subripiat, faciatq; citius omne, quod non liceat.* Rationẽ reddit *Gloss.* verbo *ira.* verbis inferens: *Quoniam tempore iræ non discernit homo, quod iustum est.* & hinc sequi, quod Iracundiæ subitus calor, atque furor in delictis pœnam minuit. ex Paulo lib. 30. ad Edictum in *l. quidquid calore iracundiæ.* 49. *ff. de regulis Iuris.* verba sunt Pauli: *Quidquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit. iudicium animi fuisse. Ideoque breui reuersura vxor, nec diuertisse videtur.* iisdemque verbis repetiit in lib. 35. ad Edictum in *l. diuortium non est verum* 3. *ff. de diuortijs, & repudijs.* vbi *gloss.* 1. adnotat: *Iracundia excusat à culpa.* & infra, *Item minuit delictum.* & legem inter Sacros canones retulit Gratianus in *can. diuortium non est verum* 21. *de pænitentia dist.* 1. regulamque pluribus illustrem reddit. *Nauarrus* ibidem *nu.* 10. & *can.* sequenti *nu.* 4. & meminimus etiam in superioribus.

Irascitur iustus pro peccatis palearum, non tamen odit, in quo extingueretur oculus. Gratianus ex Augustino in *can. aduersitas. quæ bonis votis obijcitur* 48. §. *hinc idem in psalmum* 30. *Irascitur iustus pro peccatis palearum, non tamen odit.* 7. q. 1. Non odit homines, sed peccata eorum *gloss.* ibidem verbo *odit.* commentum agit. ex Leone Papa Rustico Narbonensi Episcopo in *can. odio habeantur peccata* 3. *dist.* 86. verbis insinuante. *Odio habeantur peccata, non homines. Corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis plectatur animo, sed medentis.*

Irregularitas nomen ab ipsa regula accepit, quam Apostolus tradidit seruandam quo ad ordinandos, & ordinatos. Contrarium ergo eius irregularitas dicitur, hoc est contra regulam. Nam dixit Apostolus, regulam Thimoteo, & Tito tradens (*Oportet Episcopũ irrepræhensibilem esse.*) hoc est non obnoxium repræhensioni. hoc autem ad Thimoteum. ad Titum verò. *Oportet Episcopum sine crimine esse.* & prosequitur Gratianus in *can. vnum orarium aportet leuitam gestare* 3. §. *nunc autem per singulos gradus.* paulo post principium dist. 25. Decreuitq; Nicænum Concilium in *can. quoniam multa, siue per necessitatem* 1. *dist.* 48. in fine concludens: *Si quis verò contra hæc fecerit, tamquam contraria statutis Sancti Concilii gerens, ipse præcipitabitur de statu sui Cleri.* irregularis videlicet habebitur, quod contra regulam fecerit statutam.

Irregularitatis multæ sunt causę, vtputa bigamia, corporis vitium. vsuræ, si quis in scena lusit. qui publica pœnitentia mortalia crimina defleuit. ambitiosus, Simoniacus. ex Gregorio in *can. maritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum* 2. *dist.* 33. Idemque Gregorius Squilatino Episcopo in *can. præcipimus ne vmquam illicitas ordinationes facias* 11. *dist.* 34. Adiiciens, ignorãtem litteras, corpore vitiatum, pœnitentiæ, vel curiæ obnoxium, siue etiam conditioni. & ex Concilio Neocesariensi in *can. si cuius vxorem* 11. *eadem dist.* 34. Si videlicet cum esset laicus eius vxor adulterium commiserit, & hoc euidenter fuerit comprobatum. Eodem modo qui corruptam ab alio vxorem duxerit, vel etiam viduam, aut repudiatam. ex Leone IX. contra Epistolam Nicetę Abbatis in *can. seriatim, & apertè prosequemur* 14. *dist.* 32. Plures alios defectus, quibus quis irregularis euadit, ne ordinari valeat. ex Concilio Tolerano Quarto enumerat Gratianus in *can. qui in aliquo crimine detecti sunt, qui infamiæ nota aspersi sunt* 5. *dist.* 51. & in canonibus Apostolorum in *can. si quis viduam, aut eiectã acceperit, aut meretricem* 25. *dist.* 34. Itẽ hæreticus. eodem *can. qui in aliquo crimine* 5. *dist.* 51. Presbyterorum filii, & illegitimè nati. nisi monachi fiant. ex Vrbano Secundo in *can. presbyterorum filios* 1. *dist.* 56. & ex Concilio Pictauen in *cap. vt filii presbiterorum* 1. *de filijs presbyterorum ordinandis, vel non.*

Irregularitas iure positiuo Ecclesiastico inducta est. Quam ob causam, cum in Iure non exprimitur, in irregularitatem non datur. ex Bonifacio Octauo in *cap. si, qui in Ecclesia sanguinis, aut seminis effusione polluta 18. in principio de sententia excommunicationis in 6.* illis verbis: *Irregularitatis tamen (cùm id non sit expressum in Iure) laqueum non incurrit.* Quia nimirum irregularitas iure Ecclesiastico est instituta, secundum comunem. *Aegidius de Conink de censuris disputat. 18. dub. 2. nu. 9. & dubio 14. conclus. 4. nu. 110. Nauar. in can. si quis autem de pœnitentia dist. 7. nu. 39. Rota apud Farinac. vol. 1. consiliorum decis. 51. nu. 1. & sequent. Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis lib. 1. cap. 57. num. 14.*

Irregularitas verò, vt dicatur in iure expressa, non sufficit, si ex eo possit obscure colligi, sed vt expresse exprimatur, perquiritur. ex Suario Conink dicta disputat. 18. dub. 9. nu. 86.

Irregularis iam celebrans nouam irregularitatem non contrahit. ex *Innocentio 4. in cap. si celebrat 10. fine finali num. 3. de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.* Quia nimirum irregularitas non est vera suspensio, nec censura Ecclesiastica, neque inter censuras numeratur. *Sayrus in Thesauro lib. 1. cap. 1. num. 7. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 72. nu. 8. Nauarrus de rescriptis exceptione 17. nu. 8. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 6 cap. 3. q. 25. & cap. 7. q. 1.*

Irregularitas tollitur per monachatum. ex Authenticis. in *can. non liceat parentibus liberos 10. 19. q. 3.* illis verbis: *Quamuis dum laici fuerant in causam ingratitudinis incidissent*, ibique gloss. verbo *ingratitudinis*, quę commentum sic agit: *Ecce quod ingratitudo aboletur per ingressum monasterii. similiter & Irregularitas.* ex Vrbano Secundo in *can. presbyterorum filios 1. distinctione 56.* verba sunt Vrbani: *Presbyterorum filios à sacris altaris ministerijs remouemus: nisi, aut in cœnobijs, aut in canonicis religiose probati, fuerint conuersati.* Diximusque in superioribus ex Concilio Pictauen. in *can. 1. de filijs presbyterorum ordinandis, vel non. extra.*

Irreuerentia à locis Deo sacris arcetur, atque ab oratoriis. Nec licet ibi proinde in Ecclesiis, & oratoriis conuiuia, siue manducationes facere. ex Laodicensi Concilio in *can. non oportet in basilicis, seu in Ecclesijs 4. distinct. 42.* Quia nimirum oratorium hoc esse debet, quod dicitur. ex dictis Beati Benedicti Abbatis in *can. oratorium hoc sit, quod dicitur 6. eadem dist. 42.* Ab orando quippe dicitur Oratorium, nihil ergo aliud in eo nisi quod oretur, & psallatur, fieri debet. ex gloss. ibidem verbo *oratorium.* ex Augustino de regula monachorum *can. in oratoria 7. fine finali eadem dist. 42.* Quod si quis per superbiam Ecclesias esse contemnendas, congregationesque, quę in illis fiunt, spernendas, memoriasque sanctorũ Martyrum contemnendas putauerit, & irreuerentiam fecerit, anathemati subiicitur. ex Gangrensi Concilio in *can. si quis per superbiã 9. & can. si quis docet domum Dei contemptibilem esse debere 10. distinctione 30.*

Irreuerentia erga proprios pastores abiicienda, Quia facta pastoris oris gladio ferienda non sunt, nec oues pastorem emendare oportet, nisi à recta fide exorbitauerit. ex Eusebio Papa ad Episcopos Alexandriæ in *can. oues, quæ pastori suo 13. 2. q. 7.* Ex ratione quam refert Hieronymus in *can. si apud carnales dominos 24. in fine 23. q. 5.* dicẽs, atque verbis proferens: *Quomodo enim potest fidelis esse in substãtia Dei, qui carnali Domino fidẽ exhibere nõ potuit?* Irreuerẽtia ergo erga proprios pastores abiiciẽda. Ita quidem, vt ex Pio Papa in *can. si quis sacerdotum, siue reliquorum Clericorum 18. 11. q. 1.* quisquis eorum proprio suo Episcopo inobediens fuerit, eique insidias parauerit, & contumeliam, aut calumniam fecerit, depositus curię seculari traditur. idemque ex Concilio Chalcedonensi in *can. coniurationum, & conspirationum 21.* Et ex Calixto Papa Episcopis Galliæ in *can. conspirationum crimina 11. 11. q. 1.* & duobus aliis sequentibus.

Iteratò quod quis facit, grauius punitur. Ex Concilio Ilerdensi in *can. hi, qui altario Dei seruiunt. 2. in fine 15. q. 8.* verba sunt Concilij: *Quod si iteratò, velut canes ad vomitum, reuersi fuerint; non solum dignitate officij careant; sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.* vnde ergo verbo iteratò argumentum extrahit: *grauius puniri iteratum delictum.* ex Gelasio Papa in *can. ita nos Scyllacenorum cæde geminata pontificum 25. 23. q. 2.* & ex Cypriano ad Pomponium de virginibus in *can. quod si pœnitentiam huius illiciti concubitus sui egerint 5. 27. q. 1.* dicente illo, atque exagerante: *Vt si ad eosdem masculos postea reuersæ fuerint & c. grauiore censura eiiciantur, nec in Ecclesiam postmodum facile recipiantur.* vbi gloss. verbo *reuersę* sic infert: *Peccata iterata grauius esse punienda.* ex eodem Ilerdense Concilio in *can. hi, qui altario Dei deseruiunt.* repetito in eodem *can. hi, qui altario Dei deseruiunt. 52. dist. 50. in fine.*

Iteratum non intelligitur, quod nescitur factum. ex Felice Papa omnibus orthodoxis. in *can. solemnitates dedicationum Ecclesiarum 16. in fine de consecratione distinct. 1.* dicente rationem Felice: *Quoniam non monstratur esse iteratum, quod nescitur factum.* Rationem reddit Gloss. ibidem verbo *iteratum*: Quia, quod non apparet, non dicitur esse. & Innocentius Tertius Ferrarien. Episcopo in *cap. veniens ad Apostolicã sedem 3. §. finali de presbytero non baptizato.* dicens: *Quia non intelligitur iteratũ, quod ambigitur esse factum.* Nec dissimiliter Leo Papa Leoni Rauennati Episcopo, respondit in *can. cum itaque baptismi sui nihil recordetur 112. de consecratione distinct. 4.* Rationẽ reddens: *Quoniam non potest in iterationis crimen venire, quod omnino factum esse nescitur.* Idemque ad Rusticum in *can. si nulla extant indicia. 113. eadem distinct. 4. de consecratione*, verbis respondens, ac dicens: *In quibus quod non ostenditur gestum, ratio non sinit, vt videatur iteratum.* Iteratum igitur non dicitur, quod factum nescitur. Si vero male factum fuerit, reiterari debebit.

Ite-

Iteratum quippe non dicitur, qnod vel non factum, vel malefactum est. ex Vrbano Secundo Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrosę in *can. Daibertum à Nezelone licet simoniaco.24.in fine 2.q.7.* verba damus Vrbani: *Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantùm integram diaconij dationem: Quoniam, vt prędiximus, Qui nihil habuit, nihil dare potuit.* & regula Damasi Papæ ibidem: *Reiterari oportet, quod malè factum est.*

Iteratur ordinatio etiam presbyteri, si constet eum, qui ordinauit illum Episcopum non fuisse. ex Gregorio Tertio ad Bonifacium Episcopum in *can. presbyteri, quos ibidem reperisti 2.distinct.68.* & quatenus esset dubium, præsumitur potius non ordinatus, quàm ordinatus. *Gloss.* ibidem verbo *& consecrentur.*

Iterari consecratio semel facta Ecclesiæ non debet, nisi aut ab igne exusta, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine fuerit polluta. ex Nicæno Concilio in *can. Ecclesiis semel consecratis Deo 3.distinct.68.* & repetitur in *can. Ecclesiis semel Deo consecratis 20. de consecratione distinct.1.* Exustę, pro maiori videlicet parte. vt *glos.* ibidem verbo *exustæ.* commentum agit.

Iterari nec potest baptisma, neque sacramentum confirmationis, semel rite, recteque in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti collatum. ex eodem *can. Ecclesiis semel Deo consecratis 3.distinct.68. & 20. de consecrat. distinct.1.* Nisi fortasse in dubium reuocetur, an verè quis baptismum susceperit, vel sacramentum confirmationis. Cæteroquin qui bis scienter baptizatus fuerit, quasi iterum crucifixisse Christum videtur. Ex pœnitentiali Theodori in *can. qui bis ignoranter baptizati sunt. 117. de consecrat. distinct.4.*

Iteratur quotidie oblatio corporis, & sanguinis Domini. non est tamen noua passionis iteratio, sed commemoratio passionis, & mortis Domini semel in ara Crucis pro nobis factę. ex Paschasio in libro de corpore, & sanguine Christi in *can. iteratur quotidie hæc oblatio 71. de consecratione distinct.2.*

Iterari non debet solemnis pœnitentia semel facta. ex Gratianò in *can. nihil prodest homini ieiunare 21. §. ex persona huiusmodi pænitentis. in fine de pænitentia distinct.3.*

Iterari non debent sacramenta ab hæreticis data, modo illa in forma Ecclesię dedderint. Non enim est, quod non sit datum, quamuis illegitimè datum. ex Augustino contra epistolam Parmeniani in *can. quod quidam dicunt 97.1.q.1.* & repetiit Gratianus in *can. Et si illa nonnumquam sinenda sunt 23. §. item sacramenta, quæ ab hęreticis. 1.q.7.* verba sunt Gratiani: *Item sacramenta, quæ ab hæreticis in forma Ecclesia ministrantur (sicut Augustinus testatur) reiterari non debent; ne, non homini, sed sacramento videatur iniuria fieri.* Atque testatur Innocentius Papa Rufo, & aliis Episcopis in *can. ventum est ad tertiam quæstionem 18. eadem 1. q. 1.* in fine decernens, atque mandans: *Sed nostrę lex Ecclesię est, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem, laicam tantum tribuere communionem; nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum, subrogare.* Rationem habes ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. manus impositio non. 74. eadem 1.q.1.* dicente: *Quid enim est aliud, (manus videlicer impositio) nisi oratio super hominem?* vnde manus impositio potest repeti. vt *Glossa* ibidem verbo *manus.* commentum facit. Quamuis manus impositio multipliciter accipiatur ex *gloss.* ibidem verbo *impositio.* Hinc est, quod ordnati ab hæreticis reuertentes, in suis remanent ordinibus; si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. vt Leo Papa Ianuario Episcopo Aquilegiensi respondit in *can. saluberrimum enim 21. in fine. 1. q. 7.* & decretum fuit in Septima Synodo actione prima in *can. conuenientibus apud Nicaam Bitinia 4. eadem 1. q. 7.*

Iudas omnium redemptorem vendidit; mox laqueo suspensus, eandem redemptoris gratiam non obtinuit; & merito, quia nemo potest retinere, quod vendidit. Gregurius Nanzianzenus in *can. qui studet donum Dei pretio mercari 11. circa medium 1.q.1.* quo loco *Gloss.* verbo *Iudas.* sic notanter commentum profert. *Sed numquid Iudas commisit simoniam? Certum est. Et quidem plagium commisit in eo, quod liberum hominem vendidit. ff. ad legem Flauiam de plagiis l.1. Simoniam etiam commisit in eo, quod rem sacram vendidit.* ita *Glossa*, & probatur ex Anastasio secundo ad Anastasium Augustum in *can. secundum ecclesia catholica consuetudinem 8. distinct. 19.* illis verbis: *Nam Iudas cùm fuerit sacrilegus, atque fur.* Sacrilegus fuit, quia Christum vendidit, & simoniam patrauit. Idemque Augustinus in *can. quid ergo voluit Dominus. 3. 23. q. 1.* Iudam & sacrilegium, & peculatus crimen admisisse docens.

Iudas proditor Iudæis Dei occisoribus Christum vendidit. Tarasius Constantinopolitanus Episcopus in epistola ad Hadrianum Papam in *can. eos, qui per pecunias manus imposuerunt. 21. post medium 1. q. 1.* de simoniacis loquens: *Atque, vt verius dicamus, Iuda comparantur proditori, qui Iudais Dei occisoribus Christum vendidit.*

Iudas, qui laqueo se suspendit, de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentiæ locum reliquit. Augustinus lib. 1. de Ciuite Dei in *can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere 9. 23. q. 5.* qui paulò post rationem infert dicens: *Iudas enim cùm se occidit, sceleratum hominem occidit: Et tamen non solum Christi, verum etiam sua mortis reus finiuit hanc vitam: quia licet propter suum scelus, alio tamen scelere suo occisus est.* Et quidem potuisset Iudas veniam mereri, si apud Christnm pœnitentiam egisset. Ambrosium excipe in *can. iis potestatis sua gratiam negat 54. §. quid mirum si salutem de pænitentia distinct.1.* qui sic rationę reddit: *Arbitror enim, quod etiam Iudas potuisset tanta Dei miseratione non excludi à venia, si pænitentiam non apud Iudaos, sed apud Christũ*

*gessisset*. magis ergo peccauit desperando, quam Christum tradendo. Quia si non desperasset, potuisset misericordiam consequi. testificatur hoc Augustinus in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam* 1. §. *laboret itaque pœnitens in Ecclesiaesse*, *de pœnitentia distinct.* 6. qui de Iuda verbis exprimens sic infert: *Iudas enim pœnitens iuit ad Phariseos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilij, sed augumentum desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos? tu videris. Si peccasti, tibi sit, non tibi succurrimus.* & paulo post. *Iuit ad diuisos, & diuisus periit.* Non enim habuit ignem charitatis. Merito consomptus periit. vt Adamantius, & Hesychius super Leuiticū testantur in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat* 34. *paulo ante finem de pœnitētia distinct.* 3. verba facientes: *Ignis enim consumens est: sanat enim simpliciter, & purè cōfitentes. Iudas inquit: Peccaui tradens sanguinem iustum. Sed in pectore habuit ignem alienum: quo inflammante cucurrit ad Laqueum. Indiguus autem remedio fuit; quia non pura mente pœnituit.* Testaturque Ioannes Chrysostomus in *can. Iudas pœnituit* 36. *in principio eadem dist.* 3. *de pœnitentia.* eius sunt verba: *Iudas pœnituit, sed male: Laqueo namque se suspendit.* inferens in fine: *Magnum bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria.* Non hanc memoriam habuit Iudas, vt se verè pœniteret, proinde *Nihil Iudę profuit egisse pęnitentiam, per quam scelus corrigere non potuit. Hoc est quod in psalmo* (108.) *de eodem infęlicissimo Iuda dicitur* (Et oratio eius fiat in peccatum) *Vt non solum emendare nequiuerit proditionis nefas, sed proprij homicidij scelus addiderit.* Verbis dicimus Hieronymi super Matthęum in *can. nihil Iudę profuit egisse pęnitētiā* 38. *de pęnitētia dist.* 3., & in *can.* sequēti 39. ibidē Leo Papa perpēdit dicēs: *Sceleratior omnibus ô Iuda, et infelicior extitisti; quem non pœnitentia reuocauit ad Dominum, sed desperatio ad Laqueum.*

Iudas statim desperatione ductus laqueo se suspendit. Pręuenit itaque Christi mortem. & hanc sequitur sententiam *Glossa* varia referens, sed magis hæc textui concordat. in *Gloss.* 1. verbo *distulisses*. in *d. can. sceleratior omnibus o Iuda* 39. *de pęnitentia distinct.* 3.

Iudas baptizauit, & eius baptisma verum fuit; nam quos baptizauit Iudas, Christus baptizauit, Quia vt Christi minister baptizauit, & in forma Christi. Augustinus super Ioannem in *can. aliud est baptizare per ministerium* 39. *de cōsecr. dist.* 4. Rationē habes ex Anastasio II. ad Anastasiū Augustū in *can. secundū Ecclesię Catholicę consuetudinem* 8. *dist.* 19. qui sequentibus verba exprimit; *Nam & Iudas cùm fuerit sacrilegus, atque fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt.*

Iudam furem esse sciebat Dominus noster Iesus Christus: sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Eleutherius Papa ad Episcopos Gallię in *can. nihil contra quemlibet accusatum.* 4. *in fine* 2. *q.* 1. & eisdem verbis ex S. Ambrosio Stephanus *Papa* V. *Leoni* Episcopo Theanensi in *can. de manifesta, & nota pluribus causa* 17. *paulo post principium eadem* 2. *q.* 1. Nam Iudas decimam partem furari consueuerat eorum, quę dabantur. testaturque S. Ioannes (12. 6.) *Sed quia fur erat, & loculos habens, ea, quę mittebantur, portabat.* Merito tristabatur de effusione vnguenti. (eodem *Ioannis* 12. 5.) dicens: *Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum; sed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat.* Hanc ob causam illud vt compensaret damnum, Dominum triginta argenteis vendidit, quæ sunt decima pars tercentorum. perpendit *Gloss.* in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus* 1. §. *arguitis nos, quod ea, quę vobis debentur, subripere quærimus.* qui est Gratiani. verbo *recompensare* 13. *q.* 1.

Iudas vbi est perfidus, turbatur nauis. Ambrosium excipe in *can. non turbatur nauis* 7. 24. *q.* 1. qui sic loquitur: *Non turbatur nauis, quæ Pętrum habet: turbatur illa, quæ Iudam habet. Etsi multa illic discipulorum merita nauigabant; tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem: ne per vnum fluctuemus plurimi.*

Iudam Dominus non prodidit, cum (*Matthei* 26. 23.) discipulis per contantibus respondit: *Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet.* Quia neque hoc illi perceperunt: Nam: *Respondens autem Iudas, qui tradidit eum, dixit: Numquid ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.* Non vtique intellexerunt, si enim intellexissent, malè pro Iuda fuisset. Voluit autem Dominus nos docere, ac si diceret; *Et si ego eum per occulti iudicii sententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam sustinete.* ex Augustino in *can. vnus ex vobis me traditurus est* 6. *in fine* 2. *q.* 1. sequiturque *Gloss.* In *can. si peccauerit, inquit, in te frater tuus* 19. *post principium* verbo *sed proditor. eadem* 2. *q.* 1.

Iudam traditorem suum tolerans Dominus Iesus, vsque in finem, etiam ad Euangelizandum cum cœteris misit. Fabianus Papa Episcopis orientalibus in *can. significastis insuper* 85. *in fine* 1. *q.* 1. Quem etiam diabolum appellauit (*Ioannis* 6. 71.) discipulis dicens: *Non ne ego vos duodecim elegi: & vnus ex vobis diabolus est?* Et nihilominus traditorem suum tanta patientia pertulit, vt ei primam Eucharistiam confectam manibus suis, & ori suo commendatam, sicut ceteris Apostolis, traderet; & cum cæteris Apostolis ad prędicandum Euangelium miserit. Voluit enim demonstrare dona Dei peruenire ad eos, qui cum fide accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit. ex Augustino in *can. Christus quid fecit vobis?* 88. *eadem* 1. *q.* 1. eodemque sensu in *can. quid ergo*

vo-

*voluit Dominus noster Iesus Christus* 3. 23. q. 4. eam rationem inferens: *nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus.* idemque in *can. quam magnum est crimen* 10. *eadem* 23. q. 4.

Iudę buccellam Dominus tradidit (*Ioannis* 13. 27. dicente) *Et cum intinxisset panem dedit Iudæ Simonis Iscariotę. Et post buccellam introiuit in eũ satanas.* de quo Gratianus in *can. quod quidã dicunt* 97. §. *quamuis possit generaliter di.* 1. q. 1. dici sequentibus verba infert. *Nec mirũ. Ipsa enim Salus nostra buccellam Iudę dedit: statim cum buccella, non bonus, sed malignus spiritus intrauit. quare? non quia bonus non daret bonum; sed quia malus male accepit bonum; sicque bonum, effectum bonum non habuit; quia vbi illud faceret, non inuenit.* Nec dissimili sẽsu Augustinus in *can. sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus* 68. *de consecratione distinct.* 2. Augustinum excipe: *Sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus, non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo prębuit: sic indigne quisque sumens Dominicum sacramentum &c.* exemplũq; tradit ex hoc Augustinus ad Vincentium scribens in *can quam magnum est crimen* 10. 23. q. 4. circa finem dicens: *Sicut ipse Dominus nocentem Iudam vsque ad condignum eius exitum tolerauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit: sicut tolerauerunt Apostoli eos, qui per inuidiã (quod ipsius diaboli vitiũ est) Christum annunciabant.*

Iudę comparatur, qui rem Ecclesiæ furatur. ex Augustino in *can. quid ergo voluit Dominus noster Iesus Christus* 3. *in fine* 23. q. 4. qui sequẽtibus rem exprimit: *Qui aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perdito cõparatur.* Veluti si quod subtraxit de Ecclesia, vendidit, Iudę Iscariotis similis æstimatur. ex Clemente Papa ad Iacobum in *can. si forte quispiam presbyter, siue diaconus* 15. 17. q. 4. inferens: *Qui propter cupiditatem fecerit hoc opus; nouerit se supradicti Iudæ suscepturum pœnam.* scilicet æternam, vt Gloss. ibidem commentum agit.

Iudę cõparatur pessimo, & sacrilego qui Spiritus sancti gratiam vendit. Quam ob causam eiusdem omnino & ipsi portionis erunt, vti Tarasius Constantinopolitanus Episcopus ad Hadrianum Papam in *can. eos, qui per pecunias manus imposuerunt* 21. *per totum* 1. q. 1.

Iudæi vmbrę legis deseruiebant. Quia omnia in figura contingebant illis. ex Felice Papa in *can. tabernaculum enim.* 2. §. *fecit ergo Salomon in tempore illo. de consecratione distinct.* 1. verbis dicens; *Si enim Iudæi, qui vmbrę legis deseruiebant, hæc faciebant; multò magis nos, quibus veritas patefacta est &c.*

Iudæi obedientes, & vbique seruire parati à Christianis molestia non sunt afficiendi. ex Alexandro Papa Secundo omnibus Episcopis Hispanię in *can. dispar nimirum est Iudæorum, & saracenorum causa* 33. q. 8. qui de Iudæis concludit: *Hi vero vbique seruire parati sunt.* non ergo molestia afficiendi.

Iudæi festa eorum colere permittuntur, modo non ea, in odium fidei Christianæ celebrent. rescripsit hoc Gregorius Papa Paschasio Episcopo Neapolitano in *can. qui sincera intentione* 3. *distinct.* 45. inferens; *Agendum ergo est, vt ratione potiùs, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quę dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuertere.*

Iudæis publica officia iniungi nullo debent modo. ex Concilio Toletano Tertio in *can. nulla officia publica Iudæis iniungantur,* 14. *distinct.* 54. dilaxauit idem Concilium Toletanum quartum in *can. constituit sanctum Concilium* 31. 17. q. 4. etiam in iis, qui ex Iudæis sũt. *Qui a sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt,* Si quis permiserit, *velut in sacrilegum excommunicatio proferatur.*

Iudæorum cum Christianis habitatio, & manducatio prohibita est, atque simul ne Christiani in infirmitatibus suis Iudæos vocent, ab eisque remedia accipiant aut cum eis balneo lauent: Si clericus est deponatur, si laicus excommunicetur. ex Sexta Synodo in *can. nullus eorum, qui in sacro sunt ordine* 13. 27. q. 2. cum aliis & precedentibus & sequentibus. Hanc ob causam mancipia Christiana si Iudæus comparauerit, ad libertatem perducuntur. *Ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita, polluatur.* ex Gregorio Libertino Præfecto Siciliæ in *can. mancipia Christiana quæcumque* 13. *distinct.* 54. & ex Concilio Toletano Quarto in *can. plerique ex Iudęis* 94. *in fine de consecratione distinct.* 4.

Iudæi ad fidem Christi suscipiendam vi cogendi non sunt: sed ratione ex eorum codicibus prouocandi. ex Gregorio Paschasio Episcopo Neapolitano in *can. qui sincera intentione* 3. & ex Concilio Toletano Quarto in *can. de Iudæis autem præcipit sancta Synodus* 5. *distinct.* 45. inferens consequentiam: *Ergo non vi, sed liberi arbitrii facultate, vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi,* Quin imo Iudæi si ad fidem catholicam venire voluerint, (cum eorum perfidia frequenter ad vomitum redeat) octo mensibus inter cathecumenos habendi sunt, & si perseuerauerint, tunc baptismatis gratiam mereantur. Si autem necessitas exquisierit, baptizentur. ex Concilio Agatensi in *can Iudæi, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit* 93. *de consecrat. distinct.* 4. ex Gregorio vero Papa Fantino Defensori in *can. ne quod absit longa dilatio* 97. *eadem dist.* 4. *de consecratione.* Ne longa dilatio Iudæorum animos retro possit reuocare, quadraginta dierum est eis pœnitentia iniũgẽda, postea vero aut die Dominica, aut si celeberrima fortassis solemnitas occurrerit, baptizandi sunt.

Iudęi propterea ad fidem conuersi nullam cũ infidelibus conuersationem habere permittendi sunt, & cum ipsis Iudæis; ne forte eorum participatione subuertantur. ex Concilio Toletano Quarto in *can. sæpè malorum consortia etiam bonos corrumpunt* 12. 28. q. 1.

Iudæorum seruus, siue etiam paganorum, si Christianus esse voluerit, potest Dominus intra tres menses ad vendendum cogi, non ve-

rò Iudæo; quod si noluerit,& ille perseuerauerit esse Christianus, ad Ecclesiam confugiat, & libertatem consequatur. Ex Gregorio Fortunato Neapolitano Episcopo in *can. Fraternitatem vestram de his oportet esse sollicitam.* 15. *distinct.* 54. & ibidem ex Concilio Toletano 13. in *can.* & *si Iudęorum serui* 17. *eadem distinct.* 54. & ex Cōcilio Toletano Quarto in *can. plerique ex Iudæis*. 94. *in fine de consecrat. distinct.* 4.

Iudæorum filii si baptismum receperint, ne patentium inuoluantur erroribus, ab eis separandi sunt. ex Concilio Toletano Sexto in *can. Iudæorum filios, vel filias* 11. 28. q. 1. & ex eodem *can. plerique ex Iudæis* 94. *de consecratione distinct.* 4. Si autem vnus ex parentibus siue vir, siue vxor fidelis fuerit, cum fideli filii Christiani effecti permaneant. ex eodem Concilio in *can. Iudæi, qui Christianas mulieres in coniugio habent* 20. *in fine* 28. q. 1.

Iudæi, post quam ad fidem conuersi fuerunt, si ab illa apostatauerint, ad fidem reuerti compelli debent: *Ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis, & contemptibilis habeatur*. ex Concilio Toletano Sexto in *can. de Iudæis autem præcipit Sancta Synodus distinct.* 45. & in *can. plerique ex Iudæis*. 94. *de consecratione distinct.* 4. rationem reddens: *vt quos propria voluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat.*

Iudæus, antequam baptizetur, vsuras acceptas restituere debet; quia obligationes bonorū in baptismate non tolluntur. & qui quod aliorum iniustè detinet, & bona, quæ iniustè abstulit, restituere debet, sicut quilibet alius pœnitens. ex Gregorio Sexto in Synodo Romana in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *de pœnitentia distinct.* 5. notat *Gloss.* in *can. plerique ex Iudæis*. 94. verbo, & *si pura. de consecratione distinct.* 4.

Iudex dictus, quasi ius dicens populo, siue quod iure disceptet. Iure autem disceptare est iustè iudicare. Non est autem Iudex, si non est in eo iustitia. Isidorus Etymologiarū libro 18. capite 1. in *can. iustum est bellum, quod ex edicto geritur* 1. 23. q. 2.

Iudex non est auctor sceleris, si neque homines vinciendo. Hieronymus super epistolam ad Galatas. in *can. Iudex non est auctor sceleris*, 30. 23. q. 5.

Iudex constitutus est vt malefactores damnet, & alios suo timore compescat. Non enim sine causa Gladium portat. ex Haymone super epistolam ad Romanos in *can. sunt quędam enormia flagitia* 39. 23. q. 5. de regibus loquens sic inferens: *Ergo non sine causa gladiū portant, qui talia scelera diiudicant. Sunt enim maximè constituti propter latrones, homicidas, raptores: vt & illos damnent; & alios suo timore compescant.*

Iudex ne quis fiat, tria prohibent: natura, lex, mores. Natura, vt si surdus, mutus, perpetuò furiosus, & impubes; qui iudicio caret. Lex, qui senatu amotus est. Mores fœminę, serui: non quia non habeant iudicium, sed quia receptum est, vt ciuilibus officiis non fungantur. Gratianus in *can. infamis persona* 1. § *tria sunt, quibus aliqui impediuntur, vt iudices non fiant*. 3. q. 7.

Iudex qui extra territorium suum, vel potestatem sibi concessam aliquid facit, male iudicat, & peccat, & actus facti nulli sunt. Quia nullus alterius terminos vsurpare debet. & *Nullus alterius Iudicis, nisi sui sententia teneatur, aut damnabitur*. ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. nullus alterius terminos vsurpet* 1. & *can. nullus primas* 3. 9. q. 2. Decreuitque Bonifacius Octauus in *cap. vt animarum periculis* 2. siue *finali in fine de constitutionibus in* 6. Cùm Extra territorium Ius dicenti non pareatur impune. *id est sine pęna*. id est, *non parens ex eo pęnam non patitur*. vt *Gloss.* ibidem verbo *impune* commentum agit. & dixit Paulus lib. 1. ad Edictum in *l. extra territorium* 20. *fine finali ff. de Iurisdictione omnium Iudicū.* verba sunt Pauli: *Extra territorium ius dicenti impunè non paretur. Idem* & *si supra iurisdictionem suam velit iudicare*. Peccat proinde, quia quod alienum est, vsurpat. *S. Thomas*. 2. 2. q. 66. *art.* 1. *in corpore* & *q.* 8 *8. art.* 2. ibiq; *Caietanus. Nauar manuali cap.* 12. *num.* 71. *vers secundò, qui habens.* & *conf.* 7 7. *quæritur primo. num.* 2. *lib.* 3. *de regularibus*, & *transeuntibus ad religionem*. diximus *respons.* nostra 106. *nu.* 99. & 100. *part.* 5. Hinc est, quod Iudicis, qui sine iurisdictione processit, acta, ita se habent, ac si iocose, & extraiudicialiter à persona priuata gesta fuissent. ex Clemente V. in Cōcilio Viennen in *clement. vt calumniis* 1. *de re Iudicata*. *Triuisanus decis.* 68. *nu.* 4. *lib.* 1.

Iudices iustos, & non iniquos vnaquęque debet habere Prouincia, neque extraneos, nisi Apostolicæ sedis aliter decreuerit auctoritas. ex Anacleto Papa in *can. vnaquęque Prouincia* 15. 3. q. 7.

Iudex nullus esse debet, Ecclesiasticus præsertim, nisi scientiā, atque peritiam iudicandi habeat. ex Gratiano in *summa distinct.* 20. § *sed aliud est causis terminum imponere*. Qui sic rationem reddit: *In negotiis definiendis, non solum est necessaria scientia, sed etiam potestas*. vbi *Gloss.* verbo *scientia*. ex Augustino in *can. vt euidenter hoc ostenderet Dominus* 82. *in fine* 2. q. 1. illis verbis: *si quis pastoris præiudicio compellitur foris esse*. Præiudicio. id est prauo Iudicio *Gloss.* ibidem commentum agit. ex Hieronymo in *can. si quis non recto iudicio eorum*, *qui præsunt Ecclesiæ, depellatur*. 4. 24. q. 3. Quia nimirum causę per Iudices discretos, qui potestatem habeant Iudicandi, & statuta canonum non ignorent, tractandæ sunt. ex Alexandro Tertio Canien Abbati in *cap. ex litteris tuis accepimus* 1. *in fine de consanguinitate*, & *affinitate*. sequiturque *Gloss.* in *capit. sciscitatus* 13. §. *nos verò ita sentimus*. verbo *impedimento extrà de rescriptis*.

Iudex bonus duos sales in mente habere debet, Sal utique scientiæ legum; & Sal bonæ, securęque conscientię. Hanc ob causam non habet timere conscientiam, si sequitur conscientiam legis, cùm lex nulli faciat iniuriam. ita *Baldus* in *l.* 1. *C. de sententiis ex breuilo-*

miloque recitandis. refert Henricus Goeden in processu iudicis ordinarii part. 2. rub. 14. num. 12. quod est ad calcem Roffredi de libellis fol. 783. verba Baldi in d. l. 1. nu. 10. in fine. sic sonant: Scias, quod in mente Iudicis debent esse duo sales; scilicet scientia, aliàs est insipida, & sal secera cõscientię, aliàs est diabolica. vt in cap. cum aeterni de reindicata. ita Baldus. qui sane textus est Innocentii Quarti in Concilio Lugdunen. incipit: cum ęterni tribunal Iudicis 1. de sententia, & re Iudicata in 6. disponens, vt in omnibus quę in causis agenda fuerint, praesertim in concipiendis sententiis, & ferendis, prę oculis habeant solum Deum: illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat, vt secundum eius imperium iudicaret. Et prosequitur ex dictis Gregorii Gratianus in can. summopere cauere debēt rectores Ecclesiarũ 70. 11. q. 3. & Innocentius Tertius Episcopo Vercellen, & Abbati de Tileto in cap. qualiter, & quando 17. circa finem de accusationibus extrà. stateras dolosas ad iudicandũ deferre Iudex haud habet, neq; appendere in illis quod voluerit, & quomodo voluerit pro suo arbitrio; sed afferre stateram de scripturis sanctis, tamquam de thesauris Dominicis, & in illa quid sit grauius appendere. ex Augustino in can. non afferamus stateras dolosas 21. 24. q. 1. Omnis enim, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque iusto penso iustitiam, & misericordiam portat. ex Isidoro lib. 3. sententiarum de summo bono in can. omnis qui iuste iudicat 10. dist. 45. & meminit Gloss. in d. cap. cum aeterni tribunal Iudicis 1. verbo stateram. de sententia, & re iudicata in 6. videndus Cacheranus decis. 1. sub nu. 34.

Iudex animi motus sub rationis dictamine habere debet. ex Gregorio Papa ad Guidiscalcũ in can. illa propositionum solicitudo 87. 11. q. 3. rationem in fine reddens: Nam commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit. Iure ergo quam meritissimo proinde cum iudicat animi sui motus temperare debet. Imò cum Iudex offenditur debet dare inducias. vt Gloss. ibidem verbo commotionis. commentum agit. ex Marcellino Papa in can. panis illorum 2. 23. q. 5.

Iudex moueri non debet ad lachrymas calamitosorum, sed iustum iudicium iudicare. Nam Innocentes tradit exitio, qui liberat multorũ exitia cogitantem. Non enim potest dici iusta misericordia, si iudex dum miseretur rei, damnet probantem, aut dum accusatori fauet, qui probare non possit, addicat Innoxiũ. Teneri proinde quàm maximè debet forma iustitiae. ex Ambrosio in can. est iniusta misericordia 33. 23. q. 4. in fine rationem inferente: Nonne cum vni indulget indigno, plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? facilitas veniae, incentiuum tribuit delinquendi. notat Gloss. ibidem verbo & lachrymis. ex Callistrato lib. 1. de cognitionibus in l. obseruandum est 19. ff. de officio praesidis. Qui de Iudice verba faciens, sic illum instruit: Sed & in cognoscendo, neque excandescere aduersus eos, quos malos putat: neque precibus calamitosorum illacrumari oportet. Id enim non est constantis, & recti Iudicis, cuius animi motus vultus detegit. Et summatim, ita ius reddere debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. deduximus respons. nostra 36. nu. 9. part. 5.

Iudex in Iudicando Deum solum prę oculis habere debet, ac via reggia incedere, & sine personarũ acceptione in negotio procedere. ex Innocentio Tertio Episcopo Vercellen, & Abbati de Tileto in cap. qualiter, & quando 17. circa finem de accusationibus extrà. Via reggia hoc est à Iustitia non declinando. vt Gloss. ibidem verbo via reggia iudicantes. commentum agit. & meminimus in superioribus. Rationem reddit Gregorius in can. summopere praecauere debent 70. in fine 11. q. 3. exemplum afferens Moysi qui tabernaculum Domini ingressus iudicia depromebat: Nimirum nos instruens, vt non ex corde nostro, sed ex praecepto diuino condemnationis, vel iustificationis sententiam proferamus. Iudex propterea, Ecclesiasticus praesertim, nullum indiscussum potestate tyrannica, sed auctoritate canonica damnare debet: neque gratia fauoris alios sublimare, alios odio, inuidiaque humiliare, neque ad leuem opinionis auram damnare. ex Hispalensi secundo Concilio, cui interfuit Isidorus in can. sexta actione cõperimus 1. circa medium 15. q. 7. Tradiditque Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen in cap. cum ęterni tribunal Iudicis. 1. de sentent. & re iudicata in 6. Iudices admonens, Ecclesiasticos potissimum: Sed stateram gestent in manibus, lances appendant aequo libramine, vt in omnibus, quę in causis agenda fuerint, praesertim in concipiendis sententiis, & ferendis, prae oculis habeant solum Deum &c. Nec dissimiliter Bonifacius Octauus in extrauaganti declarationes, quas in negotio decimarũ, circa finem 9. tu ergo in his solum Deum. de decimis. inter communes, Collectori praecipiens, diceusque: Tu ergo in his solum Deum, & iustitiam pro praemissis prę oculis habens &c. Deum ergo prae oculis Iudex habere debet.

Iudex prius se ipsum iudicare, & corrigere debeat, vt alios postmodum delinquentes iustè iudicet, & emendet. ex Gregorio in moralibus in can. qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat 3. in fine 3. q. 7. verba sunt Gregorii: Quid est, quod in vltionem sceleris inflammatur, & tamen prius ipse prosternitur? nisi quod prius ipsi purgandi sunt, per quos aliorum culpae feriantur, vt ipsi iam mundi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. Prosequiturque Ambrosius in can. iudicet ille de alterius errore 4. 3. q. 7. sic nempè Ambrosius: Iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in se ipso condemnet. vnde Gloss. in can. Dominus noster iubet ad Iesum Naue 2. 23. q. 2. verbo Ciuitas. adnotat, quod Iudex, qui non facit iustitiã, potest conueniri, ex illo textu. & ex dicto textu allato in can. qui sine peccato est vestrum 3. 3. q. 7. inferens quoque quod: Iudex facit litem suam non solum si per dolum, vel gratiam, vel inimicitiam iudicat, sed etiam si aliq; sordes interueniant. Concordat Innocentius

Quar-

Quartus in Concilio Lugdunen in *cap. cum æterni tribunal Iudicis* 1. §. *si quis autem Iudex de sententia & re Iudicata in* 6. dispones, quod Iudex Ecclesiasticus siue ordinarius, siue delegatus, qui contra Iustitiam, & contra conscientiam in grauamen partis alterius in Iudicio quidquam fecerit per gratiam, vel per sordes, ab executione officii per annum est suspensus.

Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere. & *Frequenter interrogare oportet, ne aliquid prætermissum forte remaneat, quod annecti conueniat*. ex Eleutherio Papa ad Galliæ prouincias in *can. Iudicantem oportet cuncta rimari* 11. *siue finali* 30. *q.* 5. Rationem habemus ex Innocentio Papa Episcopis per Macedoniam constitutis in *can. graue non oportuit videri piissimis mentibus* 7. 35. *q.* 9. dicens: *Quia veritas sæpius exagitata, magis splendescit in luce; & pernicies reuocata in iudicium grauius, & sine pœnitentia condemnatur. Nam fructus Diuinus est iustitiam sæpius recenseri*, notatque *Gloss.* ibidem verbo *in luce*. dicens: quod *Iudex potest sæpius interrogare testes, cùm dubiè aliquid dixerint*. ex Ioanne Chrysostomo in *can. occidit Phinees hominem* 34. 23. *q.* 8. in fine rationem reddens: *Non enim possumus ad veritatem aliter peruenire*. Nisi tempus, causam, & voluntatem, & personarum, & personarum differentiam, & alia quæcumq; diligentissime inquiramus. Decreuitque Ioannes XXII. in *extrauaganti quorundam exigit* 1. *col.* 2. §. *sic iudicans cuncta rimatur. de verborum significatione*. ibique *Gloss.* verbo *cuncta rimatur*. Debet proinde Iudex partium Aduocatos diligenter audire. Noster *Maranta consi.* 34. *in principio*. Quia nimirum oportet Iudices plene esse instructos in tota causa, atque proinde vtramque partem sæpiùs interrogare. ex Constantino Cæsare in *l. Iudices oportet in primis* 9. *C. de Iudiciis. Rota par.* 4. *diuersorum decis.* 235 *nu.* 3. & proinde qualitercunque potest, veritatem inquirere debet Iudex vt *Gloss.* docet in *cap. cum clamor validus* 93. §. *verum quia de testibus, & attestationibus*. verbo *ita deposuere confusè*. circa finem. ex *d. can. Iudicantem*.

Iudex Bonus nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis; sed iuxta leges, & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat; nihil indulget propriæ voluntati, nihil paratum, & meditatum domo defert; sed sicut audit, ita iudicat; & sicut se habet negotii natura, decernit; obsequitur legibus non aduersatur, & examinat causæ merita, non mutat. verba sunt Ambrosii super Beati Immaculati. in *can. iudicet ille de alterius errore* 41. 5. *bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit*. 3. *q.* 7. Non ergo Iudex secundum conscientiam suam iudicare debet, sed ex his, quæ percipit in exercitio causæ, quæ ante eum agitur. vt *Glos.* sequitur in *can. alieni erroris socium* 23. verbo *non possumus circa finem* 2. *q.* 7. Vnde non secundum opinionem suam, sed secundũ allegata iudicare oportebit. quãuis aliter in veritate esset, sed in allegatis actibus aliter apparet. secundum Augustinum in *can. quãuis vera sint quædam*. 75. 11. *q.* 3. Augustinum excipe: *Quamuis vera sint quædam, non tamen Iudici sunt credenda, nisi certis indiciis demonstrentur*. ibique *Gloss.* 1. dicens *argumẽtum quod iudicandum est secundum allegata, non secundum opinionem Iudicis*. Quia profecto nisi ex actis apparuerit, secundum propriam conscientiam, notum sibi esse non poterit, vt iudicare valeat. ex Nicolao Papa Salomoni Constantiensi Episcopo in *can. Presbyter, aut diaconus* 2. *siue finali* 14. *q.* 5. ibique *glos.* verbo *sed mirandum est*. Rationem reddit Gratianus in *can. si quis diuinis tactis scripturis*. 9. § *his ita respondetur. circa medium* 30. *q.* 5. verba deferimus Gratiani: *Incerta enim (vt Sixtus Papa scribit Episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum iudicare præsumat: Et quamuis vera sint; tamen credenda non sunt; nisi quæ certis indiciis comprobantur: nisi quæ manifesto iudicio conuincũtur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur*. ex quo *Gloss.* ibidem verbo *credenda*. infert: Quod Iudex non secundum conscientiam, sed secundum allegata debet iudicare. ex Dydimo de Spiritu sancto contra errores Græcorum in *can. Saluator, qui & veritas ait* 42. *siue finali de consecratione distinct.* 5. & sequitur *glos.* in *can. non prohibeat dispensator* 67. verbo *non prohibeat. de consecrat. distinct.* 2. inferens argumentum; *quod non debet Iudex secundum conscientiam iudicare*. Probaturque ex Synodo Ioannis Papæ in *cap. perniciosam* 1. *de officio Iudicis ordinarii extra*. illis verbis: *discisti, & iudicare, secundum, quod canones censent*. vbi *gloss.* verbo *secundum quod canones censet*. circa medium infert: *Quod Iudex debet iudicare secundum allegata, & secundum canones, & leges, & non secundum conscientiam*. ex dictis Gregorii in *can. summopere præcauere debent rectores Ecclesiarum* 70. 11. *q.* 3. Namque dupliciter cognoscit iudex, vno modo, vt persona priuata scientia priuata, & in hoc tenetur sequi veritatem; altero modo, vt Iudex, & scientia publica, & in hoc tenetur stare actis, siue in ciuili, siue in Criminali. ex *S. Thoma* 2. 2 *q.* 64. *art.* 2. & *q.* 67. *art.* 2. ex Vlpiano lib. 1. opinionum in *l. illicitas exactiones, & violentia factas*. 6. §. *veritas rerum ff. de officio præsidis*. verba damus Vlpiani: *Veritas rerum erroribus gestorum non vitiatur. Et ideo Præses Prouinciæ id sequatur, quod cõuenit eũ ex fide eorũ, quæ probantur, sequi*. prosequiturque *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 79. *num.* 5. & *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 21. & *cap.* 57. *num.* 3. vbi *Victorellus* addens. *Ioannes Sanchez in selectis disputat.* 8. *num.* 4. & *num.* 16. & 18. *Rota apud Card. Manticam decis.* 78. *num.* 1. & *post* 2. *volumen consiliorum Farinacii decis.* 145. *num.* 3. *Cacheranus decis.* 1. *num.* 39. & *sequentibus. Triuisanus decis.* 23. *num.* 9. & 1. *lib.* 2.

Iudex tamen ex suo officio potest aliquid supplere de facto, quod sibi non constat tamquam Iudici. argumento petito ex Gregorio Clero, & Nobilibus Ciuibus Neapolitanis in *can. prius quam ad nos scripta vestra discurrerent* 4. *distinct.* 28. de Ioanne diacono loquens:

quens: *qui ab altera parte electus paruulam habere filiam ex quorundam relatione cognouimus.* ibique peroptimè *Glo.* verbo *filiam.* Nam potest moueri Iudex ex veritate, de qua etiã in processu non apparet. ex *Felino in cap. cum venerabilis frater noster 6. col. 12. num. 42 de exceptionibus.* sequitur *Cotta in memorabilibus.* verbo *Iudex debet Iudicare. Neuizanus conſ. 20. num. 34. verſ. vnde iſta ſolicitudo. & conſ. 41. n. 11.*

Iudex, qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat: Quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ, vendidit. Gregorii ſunt verba in *can. qui rectè iudicat. 66. 11. q. 3.* Quia non licet Iudici vendere iuſtum Iudicium. ex Auguſtino ad Macedonium in *can. non licet Iudici vendere 71. eadem 11. q. 3.* Iudex ergo, qui pretium accipit pro Iudicio, & omnia pro muneribus facit, Iudicium ſubuertit, non facit. ex Hieronymo in *can. quando ergo vir Eccleſiaſticus 23. eadem 11. q. 3.* Tenetur ergo Iudex pecuniam reſtituere, quam pro iuſto ferendo Iudicio, accepit; quia rem inuendibilem vendidit. pluribus *Conarruuias in regula peccatum. in 2. parte relectionis §. 3. num. 1.* ex Auguſtino ad Macedonium in *can. non ſane quidquid ab inuito ſumitur 15. 14. q. 5.* Auguſtinus infert: *Sed non Ideo debet Iudex vendere iuſtum Iudicium; aut teſtis verum teſtimonium; quia vendit Aduocatus iuſtum patrocinium, Iuris peritus verum Conſilium: Illi enim inter vtramque partem ad examen adhibentur; iſti ex vna parte conſiſtunt.*

Iudex nemo eſſe poteſt in cauſa, in qua ipſe habet intereſſe, vt pars, vel vt teſtis. Quoniam in omni Iudicio quatuor perſonas neceſſe eſt ſemper adeſſe, id eſt Iudices electos, accuſatores idoneos, defenſores congruos, atque teſtes legitimos. ex Fabiano Papa ad Epiſcopos Orientales in *can. nullus vmquam prȩſumat 1. 4. q. 4.* Deducitur ex Alexandro Tertio Cantuarien Archiepiſcopo in *cap. conquerente nobis R. Clerico accepimus 7. §. finali de reſtitutione ſpoliatorum.* dicente illo: *Si quid aduerſus eum ſuper prȩſcripta Eccleſia proponere volueris: coram Exonen Epiſcopo Delegato à nobis &c. ordine iudiciario poteris experiri.* vbi *Gloſſ.* verbo *volueris.* rationem reddit: *Ex quo enim aduerſarium ſe ſibi conſtituit, non debet eſſe Iudex in facto ſuo.* Deducit ex Valente, Gratiano, & Valentiniano Auguſtis in *l. generali lege. vnica C. ne quis in ſua cauſa iudicet, vel Ius dicat:* Decernunt Cæſares: *Generali Lege decernimus, Neminem ſibi eſſe iudicem, vel ius ſibi dicere debere. In re enim propria, iniquum admodum eſt, alicui licentiam tribuere ſententiæ.*

Iudex Eccleſiaſticus poteſt præcipere Iudici ſeculari, vt malefactores puniat, ſi negligens fuerit; ne diuinȩ vltionis iracundia ſceleratorum fuerit actione commota, & belli, peſtis interimat, quos delinquentes ad rectitudinis viam Dei precepta non reuocant. ex Gregorio Brunichildȩ Reginȩ Francorum in *can. ſi quos igitur violētos 47. 23. q. 4.* Nec diſſimiliter Pelagius Papa Ioanni Patritio in *can. relegentes litteras excellentiæ veſtrȩ 45. 23. q. 5.* qui circa medium ſic præcipit: *Quamuis igitur veſtra per illorum ſcelus vtilitas facta ſit; nolite tamen impunitam prȩſumptionem iniquorum hominum graſſari permittere &c.* Ex hoc enim vtilitas reſultat Reipublicæ, quam procurare prælatus debet. ex Gregorio Veloci Magiſtro militum in *can. vt pridem expreſſimus glorię veſtrȩ 17. 23. q. 8.* & ex Nicolao Papa Epiſcopis Galliæ in *can. auctoritatem venerabilium prȩdeceſſorum noſtrorum 2. in fine 15. q. 6.* ibique *Gloſſ.* verbo *materiali.* in fine, quæ ſic infert: *Item argumentum: Quod Iudex Eccleſiaſticus poteſt prȩcipere Iudici ſeculari, vt puniat maleficos.* Intereſt enim Reipublicæ delicta puniri. Ex Innocentio Tertio Londonien Epiſcopo in *cap. vt famæ tuȩ 35. §. reſpondemus, quod, cum Prȩlati exceſſus corrigere debeant ſubditorum. de ſententia excomunicationis extrà.* Rationem inferente: *Et publicȩ vtilitatis interſit, ne crimina remaneant impunita.* Eandemque rationem Iulianus lib. 86. Digeſtorum in *l. ſi ita vulneratus eſt ſeruus 52. §. æſtimatio autem perempti. circa finem. ff. ad legem Aquiliam.* refert dicens: *Cum neque impunita maleficia eſſe oporteat.* & *Gloſſ* ibidem verbo *impunita* adnotans: *Maleficia non eſſe impunita dimittēda.* Quod ſuum ergo eſt facit Iudex Eccleſiaſticus id curans. & notat *Gloſſella* marginalis ibidem & ipſa adnotans: *Nota, quod delicta non debent remanere impunita: Nam expediens eſt Reipublicȩ, vt maleficia puniantur.* ita Gloſſella.

Iudex Eccleſiaſticus poteſt delinquentes ſibi ſubiectos in exilium mittere. ex Alexandro Papa in *can. his, qui epiſcopos ſuos perſequuntur. 9. 3. q. 4.* illis verbis: *& exilio digni iudicantur finitimo.* ibique *Gloſſ.* verbo. *& exilio.* ex Leone Papa in *can. in Synodo congregata Romȩ 23. diſtinct. 63. in fine.* ibi: *irreuocabili exilio puniri.* notatque *Gloſſ.* ibidem verbo *exilio.* dicens: *nota Eccleſiam poſſe aliquem mittere in exilium.* allegat *d. can. hi qui 3. q. 4.* & ex Symmacho Papa in quinta Synodo Romana ſub ipſo habita in *can. accuſatoribus verò inimicis 3. in fine 3. q. 5.* decernente illo: *penitus abiiciantur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis) perpetuò tradantur.*

Iudex Eccleſiaſticus auxilium petens, ſeu brachium ad malefactores puniendos, illoſque à malis frenandis à Iudice ſeculari, à Principe quoque, ſi negligens ille fuerit, excomunicatione ſeritur. ex Ioanne Octauo in *can. adminiſtratores planè ſecularium Dignitatum 26. 23. q. 5.* verba adnota Ioannis in fine: *Quod ſi Dei timorem præ oculis non habentes, negligere poſt ſecundam, & tertiam admonitionem inuenti fuerint; omni ſe nouerint communione vſque ad condignam ſatiſfactionem priuatos.* vbi *Gloſ.* verbo *priuatos.* ſic commentum agit. *Videtur ergo quod ipſo iure ſit excomunicatus Princeps, qui non facit iuſtitiam clerico.* Concinit Nicolaus *Papa* ad Michaelem Imperatorem ſcribens in *can. cum ad verum ventum eſt 6. diſtinct. 96.* illis maxime verbis: *& Pontifices pro curſu temporalium tantummodò rerum imperialibus legibus vterentur.* & decreuit Gregorius Nonus in *cap. ſtatuimus, vt ſi quis contra Deum, vel aliquē*

*sanctorum suorum.* 2.5. *per temporalem præterea potestatem extra de maledicis.* ibique *Gloss.* verbo *potestatem.* adnotans. & *ita habes hic, quod si Iudex secularis negligit facere iustitiam, potest compelli per Ecclesiam.* 23. q. 5. *administratores.* 96. *distinct. cum ad verum.* Concordat Bonifacii Octaui dispositio in *cap. cùm quidam seculares Iudices* 2. *siue finali de exceptionibus in* 6. dicens: *Decernimus, vt per censuram Ecclesiasticam ab iniquitate coerceantur huiusmodi, Et ad admittendam exceptionem eandem (vbi aliàs de iure debet admitti) à locorum ordinariis compellantur.* & adnotant. *Gloss* in *cap.* 1. *in fine* verbo *præiudicandum. de officio iudicii Ordinarii extrà.* vbi etiã *Abbas & Decius.* Notat *Cancerius variarum resolutionum lib.* 3 *cap.* 15. *nu.* 4. & *nu.* 6. addens; quod tenetur propterea ad interesse damnorum parti. Pater *Diana resolutionum moralium parte.* 1. *tract.* 2. *de immunitate Ecclesiastica resolut.* 108. Dicens, quod Iudex Ecclesiasticus petens brachium seculare non tenetur ostendere processus, sed Iudex secularis simpliciter tenetur parere. alioquin poterit excomunicari. *Barbosa in collectanea ad sacrum Tridentinum sessione* 24. *de reformatione matrimonii cap.* 8. *num.* 10. & *sessione* 25. *cap.* 5. *num.* 21. *de regularibus. Alzedus in praxi episcopali cap.* 12. *nu* 68. 69. Notatur ex Concilio Carthaginensi quinto in *can. ab Imperatoribus vniuersis visum est* 10. 23. q. 3. ibique *Gloss.* prima inferens: *Et si Imperatores vel Principes nolunt defendere Ecclesiam, possunt excomunicari ab Episcopis.* & ex Augustino in *can. quãdo vult Deus concitare potestates* 39. 23. q. 4. ibique *gloss* verbo *pacatam.* Et hanc ob causam.

Iudex Ecclesiasticus si non habet carceres securos ad detinendos Clericos delinquentes, potest compellere Iudicem laicum vt det sibi securos carceres. ex *Butrio in cap. cum non ab homine* 10. ibique *Abbas siculus de Iudiciis. Bellencinus de charitatiuo subsidio q.* 57. *num.* 8.

Iudex, Ecclesiasticus præsertim, præsumitur, quod recte processerit, & Iudicauerit, nisi cõuincatur, vel iniquo animo iudicasse, vel aliqua cupiditate vel gratia deprauatũ fuisset. ex Concilio Carthaginensi Tertio. in *can. hoc etiam placuit, vt à quibuscumque iudicibus* 37. 2. q. 6. ibique *Gloss.* verbo *conuinci.* & Antero Papa Episcopis Hispaniæ in *can. absit, vt quidam sinistrum de his arbitremur.* 14. 11. q. 3. ibique notat *Gloss.* verbo *sinistrum.* Si debitus quidem seruetur iudicii ordo. *Rota* Maceraten apud *Marcum Antonium Thomati*, nunc Episcopum Bitetten *decis.* 17. *num.* 33. Namque alioqui semper pro Iudice præsumi debet, donec contra ipsum aliquid legitimè comprobetur. ex Clemente Tertio in *cap in præsentia nostra* 6. *de renunciatione.* sequitur *Nauar. cons* 3. *num.* 3 *lib.* 5 *de accusationibus.*

Iudex criminosum discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quàm aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes testes conuincatur. ex Constantino Imperatore per Gratianum relato *can. iudex criminosum discutiens* 2. & *per totam quæstionem* 2. q. 1. & plenè per Innocentium Tertium Archiepiscopo Tarraconen in *cap. cùm oporteat Episcopum* 19. & Episcopo Genen & Valentinen. in *cap. inquisitionis negotium* 21. & idem in Concilio Generali in *cap. qualiter, & quando debeat prælatus procedere* 24. *de accusationibus.* videndus *Nauarrus manuali cap.* 28. *nu.* 38. *Ludsius Turrianus in S. Thomam* 2. 2. *tom.* 2. *de Iustitia, & iure disput.* 90. *dub* 5. *nu.* 5.

Iudex ex officio repellere debet publicè excomunicatum agentem, si hoc ipse nouit, quãuis de hoc reus nihil excipiat. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. pia consideratione statuit mater Ecclesia* 1. *in fine* §. *eo tamen saluo. de exceptionibus in* 6.

Iudex Ecclesiasticus clericum à iudice seculari captum, ipso quoque Clerico inuito, repetere tenetur. ex Bonifacio Octauo in *cap. si Iudex laicus malefactorem captum detineat* 12. *in principio de sententia excomunicat. in* 6. illis verbis: *Vel curia ipsa tamquam suum clericum repetat, iudice illum iusticiante Clericum.* ibique *gloss* verbo *repetat.* Quia tenetur reddere quod per iniurias ablatum est, vt Augustinus perpendit. in libro quæstionum in *can. Dominus noster iubet ad Iesum Naue* 2. *circa finem* 23 *quæst.* 2. vt puniri debeat reluctans. ex Concilio Mileuitano in *can. inolita præsumptio vsque adeo illicitis ausibus aditum patefecit.* 42. 11. q. 1. *Ioannes Lupus tractatu de libertate Ecclesiastica part* 2. *q.* 4. *num.* 3 *in fine. Gratianus Forensium disceptationum part.* 1. *cap.* 190. *à num.* 1. & *num.* 5. Vbi censuris cogendum esse ad restituendum docet. Responditque Innocentius Tertius Vuratislau ie n Episcopo in *cap. nuper à vobis tua discretio requisiuit* 29. §. *nos igitur inquisitioni tuæ. de sententia excommunicationis extra. Maceraten variarum resolutionum lib.* 3. *resolut* 48. *num.* 23. *Caluanacus decis.* 10 *num.* 18. *part.* 5. Modo quidem in habitu clericali depræhendatur. ex eodem *cap. si Iudex laicus.* Accedit determinatio Sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *sessione* 23. *cap.* 6. *nullus prima tonsura initiatus. de reformatione.* Quod si iudex secularis cum ignominia clericum dimitteret in *canonem* daret *si quis suadente diabolo* 29. 17. q. 4. prosequitur *Bellettus.* Episcopus Hieracen *disquisitionis clericalis tit. de fauore clericorum Canonis* §. 2. *num.* 29. *part.* 1.

Iudex, qui negligit facere iustitiã de suo subiecto, ipse met cõueniri poterit. ex Ioãne VIII. Demago Duci glorioso in *can. præterea deuotionis tuæ studium exhortamur* 12. 23. q. 8. qui in fine sequentibus verba reddit: *Tamẽ, quia à te comprimi posse dicuntur, nisi eos compescueris, innoxius non haberis. Scriptum quippe est: Qui crimina, cum potest emendare non corrigit, ipse committit.* notat *gloss.* ibidem verbo *comprimi.* ex Augustino in *can Dominus noster iubet.* 2. vbi *gloss.* verbo *Cinnas.* 23. q. 2. ex ratione, quam idem reddit Augustinus in *can. ostendit propheta* 11. *fine vltimo* 23. q. 3. Quia nimirum: *Qui desinit obuiare cùm potest, consentit.* Nec dissimiliter Innocentius Papa in *can. error, cui non resistitur, approbatur* 3. *distinct.* 83. in fine dicens.

cens: *Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare*. Nec dissentitur catro, quam Honorius, & Theodosius Augusti decluerunt in l. *Christiani, qui verè sunt, vel esse dicuntur 6. C. de paganis, & sacrificijs, & templis eorum*: in fine dicentes: *Rectores etiam prouinciarum, officia, & principales cognoscant se (si non ipsi talia vindicent, sed fieri à popularibus hæc permiserint) vt eos, qui fecerint, puniendos*.

Iudex Ecclesiasticus iure adhiberi potest, vt secularibus præcipiat iudicious, per censuras quoque Ecclesiasticas, vt peccata publica coerceant. ex Nicolao Ferrio in *cap. contingit in nonnullis Ecclesijs* 1. §. *quia vero institutis, & consuetudinibus supradictis. de iure iurando in 6.* illis verbis: *Hac generali constitutione animarū periculis obsistere cupientes*. Eodemque modo Bonifacius Octauus in *cap. liceat mulieris* a. *eodem de Iure iurando in 6.* in fine decernens: *Nos animarum periculis obuiare volentes eosdem Iudices ad seruandum hoc ius canonicum per locorum ordinarios censura Ecclesiastica decernimus compellendos*. Quia nimirum, vt *gloss.* ibidem verbo *compellendos* subnectit, rationem reddens: *Est enim superior Ecclesiastica potestas, & ideo coercet secularem*: ex Ioanne Octauo in *can. administratores planè secularium dignitatum* 26. 23. q. 5. Alioquin nisi paruerint, *omnino se nouerint communione vsque ad condignā satisfactionem priuatos*. ibidem in fine. *Suarez de censuris disput. 20. sect. 1. num. 14. Bellectus disquisitionis Clericalis tit. de fauore clericorum reali § .1. num. 38. in fine part. 1.*

Iudex Ecclesiasticus præuenire potest, antè consumarionem peccati, cum videt aliquem in occasione esse peccandi, seque præcipitio eruderē. ex Alexādro III. Pictauen Episcopo in c. ex litteris *Siluani Episcopi 10. §. quia igitur prędicto G. periculosum est. de sponsalibus, & matrimonijs*. verba sunt Alexandri: *Fraternitati tuę mandamus, quatenus si hoc tibi constiterit, eū moneas, & si non acquiescent monitis, Ecclesiastica censura compellas &c.* vbi notante *gloss.* verbo *compellas*. inferens circa medium: *Ecclesia non solum peccata commissa punire debet, vt dicunt iura predicta, sed etiam committenda prohibere; vt si videat aliquem* vicinum præcipio, vel paratum ad peccandum. ex Clemente ad Iacobum Fratrem Domini in *can. Diaconi in Ecclesia tamquam oculi sint Episcopi 6. dist. 93.* illis verbis: *Et perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, et proximum esse peccato, vt referant hęc ad Episcopum*. vbi satis ad rem *gloss.* verbo *præcipitio*. consequentiam infert: *Ergo non tantum tenetur quis denunciare iam commissum crimen, sed etiam committendum. quod verum est*. ex Augustino in *can hoc videtur, dicere, peccare hominem*. 8. *circa mediū* 22. q. 5. verba excipe Augustini: *Possumus enim paratum ad periurium admonendo, vel prohibendo à tam graui peccato reuocare*. Quia nimirum tenemur, ad peccandum paratum, prohibere; sicut monere tenemur, qui in domo ruitura mox, manet, vt inde exeat, & etiam si inuitos eos possemus eruere compellere. Alioquin *nisi faceremus, non immeritò crudeles iudicaremur*. ex eodem Augustino in *can. ipsa pietas, veritas, charitas nos non permittit* 24. §. *si duo aliqui in vna domo habitarent* 23. q. 4. Concinit Innocentius Tertius Mutinę Episcopo scribens in *cap. tuas dudum recepimus quęstiones 13. in fine de vsuris*. illis verbis: *Ipsos monitione premissa per censuram Ecclesiasticam, appellatione remota, compellas ante vsurarum solutionem ab ea, exactione desistere &c.* Compelli ergo desistere ab exactione. à peccato proinde perpetrando. deducit *Capicius decis. 175. num. 2. & 3. Gratianus Forensium part. 1. cap. 154. num. 25.* Quia profectò Iudex Ecclesiasticus est competens contra quoscumque in materia peccati. ex Innocentio Tertio Prælatis per Franciam constitutis in *cap. nouit ille, qui nihil ignorat 13. de Iudicijs*. plura deduximus *respons.* nostra 20. *num. 48. part. 1.*

Iudex opinionem suam potius, quàm aliorum sequi debet, non tamen propriam voluntatē. ex Ambrosio in *can. iudicet ille de alterius errore* 4. 3. q. 7. vbi in fine Ambrosius: *In Iudicando magis cordi sit veritatis custodia, quàm obedientia voluntatis*. & ibidem *Glōss.* verbo *voluntatis*. circa finem, & ipsa inferens: *& potius debet Iudex sequi suam opinionem, quam consilium aliorum*. ex Innocentio Tertio Episcopo Pictauen in *cap. ad nostram audientiam noueris peruenisse 3. 9. nos igitur attendentes. extra de consuetudine*. vt vide licet, Iudex iudicet, dicens: *postquam tibi de meritis earum* (causarum videlicet) *constiterit, sententiam proferre valeas, sicut ordo postulat rationis*. Nam Iudex bonus *sicut audit, ita iudicat, & sicut se habet negotii natura, decernit; obsequitur legibus, non aduersatur, examinat causæ merita, non mutat*. sicut Ambrosius *d. can. iudicet ille de alterius errore 4. 5. bonus Iudex 3 q 7.*

Iudex errorem suum, quanto cautius poterit, corrigere debet, ne eius potissimum vilescat auctoritas, si ab alio corrigatur. ex Innocentio Tertio C. Presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legato in *cap. nisi specialis dilectio illa 3. §. tu ergo, quod factum est, de auctoritate, & vsu pallij*. qui sequentibus Cardinali consilium præbet: *Tu ergo, quod factum est, sic studeas palliare, vt id in cōfusionem tuam, & sedis Apostolicę opprobrium non redundet*. vbi *gloss.* verbo *palliare*. inferens: *Palliare debet quis quod malè fecit, & reuocare congruenter si potest, ne vilescat eius auctoritas*. ex eodem Innocentio Versellen Episcopo, & Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando 17. extrà de accusationibus*. eisdem Consilium dante: *Non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positi estis vt aliorum corrigatis errores*. & paulo post: *ita videlicet, vt inueniatis occasionem aliquam congruentem, per quam, ne vestra vilescat auctoritas, quantò cautius, & prudentius poteritis supersedeatis ad presēs: quoniam ex his, quę inordinatè sunt acta; non potest ordinabiliter agi*. & notat Gloss. ibidem verbo corrigere inferens: *Et nota, quod Iudex potest corrigere errorem suum, si malè interlocutus sit*. *Et Ecclesia*

Aaa 2 cum

*cum errat mutat sententiam.* Rationem habes ex Gratiano in *can. loci nostri cõsideratio nos admonet* 2.5.*quia ergo sententia hæc*.35.q.9.qui sequentibus rem aperit: *Suum namque errorem cuique corrigere licet: atque ideo,quę a quolibet illicitè committuntur siue a prędecessoribus admissa inueniuntur, in melius reuocari oportet.* notat *Gloss.* in *cap. conquerente nobis R. Clerico* 7.*de restitutione spoliatorum*.verbo *si est ita*.prosequitur *Genuensis in manuali prælatorum cap.* 5. *num.*6.

Iudicare velle,& non iudicari,iniquum. Augustinum excipe ad Pascentium Comitem Arianum in *can. iniquum est* 3.31. q.5. qui sic fatur. *Iniquum est,vt quisque de alio iudicare velit, & iudicari de se nolit.*

Iudex suspectus esse partibus non debet: Quia ipsa ratio dictat,ne suspecti, & inimici Iudices sint. ex Nicolao Papa Michaeli Imperatori in *can. quod suspecti, & inimici Iudices esse non debeant.*1 5.*fine vltimo* 3.q.5.

Iudex reum puniendo, pro malo bonum reddit. Augustinum excipe in *can. sex differentię sunt* 1.*in fine* 23.q.3.Rationem reddentem: *Iudex verò punit, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malum pro malo; sed dilectione iustitiæ, iustum pro iniusto,quod est bonum pro malo:quod etiam Deus Iudex facit.*

Iudex non est auctor sceleris, nequam homines vinciendo. Hieronymus in *can. Iudex non est auctor sceleris* 30.23.q.5. Non enim ipse,sed Lex iudicat. Ipse vero minister est Domini, legumque ministerium exequitur. ex eodem ibidem *can. qui malos percutit* 29 & *can. homicidas* 31. Quia nimirum *mores optimi libertate voluntatis eliguntur: mores vero pessimi legis integritate puniuntur.* ex Augustino in *can. ad fidem nullus est cogendus* 33. *in ipso principio* 23. q.5.

Iudex inferior superiorem non iudicat. Quia quem non potest absoluere,non potest Iudicio inferior potiorem ligare. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. inferior sedes superiorem absoluere non potest* 4. *distinctione* 21. inferens in fine: *His ita ex diuina scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibemus: Non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudiciis suis addicere, aut propriis definitionibus subiugare.* & prosequitur Gratianus in inferioribus capitibus dictę distinctionis.

Iudex ratione criminis patrati in loco potest alienum subditum iudicare, & excomunicare. ex Concilio apud Compendium in *can. placuit pro communi vtilitate* 4. ibique *gl.* verbo *parochianum.* & ex Concilio Meldensi in *can. de illis autem, qui intra parochiam* 5. *fine finali* 6. q.3. Namque forum quis sortitur, vt conueniri possit, vel ratione originis, vel domicilii,vel contractus, vel ratione criminis, vel tandem ratione rei sitæ. ex Pelagio Papa Benedicto Defensori in *can. experientiæ tuæ præsenti auctoritate mandamus* 15.& eodem Sergio Cancellario in *can. si quisquam clericus* 16.11.q.1.& ex Gregorio IX. In *capit licet ratione* 20. *fine finali de foro competenti extra.* & Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap.*1.*de priuilegiis in* 6.plenè *Gloss.* in *summa* 3.q.6. verbo *extra prouinciam.* & ibidem ex Fabiano Papa Hilario Episcopo in *can. ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur.*1.eadem 3.q.6.diximus *respons.* nostri a 54.*num.*1.*& per totam part.*5.

Iudicis auctoritate,qui non vtitur,sed propria auctoritate rem capit,eamque occupat, etiã pro Ecclesia,anathemate feritur, sicut & is, qui præcipit fieri. ex Gregorio in *can. consuetudo noua in Ecclesia hac* 1.16.q.6. qui in fine sic infert: *Is autem,qui Ecclesię præest,si hoc vel ipse fieri præceperit, vel sine sua pręceptione factum digna punire animaduersione neglexerit; anathema sit. Et responderunt omnes, anathema sit.*

Iudicem secularem clericus si adierit, vt ipsi aduersus iudicẽ suum solatium defensionis impendat,ipseque secundauerit,cum eodem de Ecclesię communione pellitur. ex Concilio Agathensi in *can. placuit vt Clericus* 1. 21.q.5. ex ratione, quam ex Concilio Hispalensi II.cui Isidorus interfuit,Gratianus refert in *can. in nona actione didicimus* 22. *paulo post principium* 15. q. 7. verba sunt Concilii: *Indecorum est enim, Laicum vicarium esse episcopi; & seculares in Ecclesia iudicare. In vno enim, eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege Diuina prohibetur dicente Moyse:* (Deuteron.22.) Non arabis in boue, & asino: *id est homines diuersę professionis in officio vno non sociabis.* Ita quidem,vt neque Imperator de tactis sacerdotum iudicare debeat. vti Nicolaus Papa Ludouico Imperatori respondit in *can. in scripturis narratur* 8.*distinct.*96.Quia Sacerdotes iure Patres dicuntur, neque debent seculares Principes infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitari,atque paternam etiam verecundiam cõtegere.(*Genesis* 9.)& Sacerdotes Christi,Regum,& Principium,omnium fidelium patres sunt,& magistri. dixit Gregorius Octauus ad Hermanum Metensem Episcopum scribens in *can. quis dubitet sacerdotes Christi* 9.*eadem distinct.* 96. inferens: *Non ne miserabilis insanię esse cognoscitur, si filius patrem, discipulus magistrum sibi conetur obligare, & iniquis obligationibus illum suę potestati subiicere, à quo credit non solum in terra,sed etiam in cælis se ligari posse,& solui?*

Iudex spiritualis,qui est Confessarius,& bonitatem cum scientia coniungere debet, vt & ipse sine peccato sit,& sciat quidquid debet iudicare. Sicut Dominus Iudæis dixit(Ioan. 8.) *Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.* Augustinum excipe in *can. qui vult confiteri peccata* 1. *de pœnitentia distinct.* 6. *colum* 3.*in principio.* sequentibus inferentem: *Caueat spiritualis Iudex, vt sicut non commisit crimen nequitię, ita non careat munere scientiæ. Oportet enim, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare. Iudiciaria enim potestas hoc expostulat, vt quod debet iudicare, discernat &c.*

Iudex qui temere iudicat,& iniustè,ipsa temeritas

ritas necesse est, vt ei noceat. ex Augustino in *can. temerarium Iudicium* 49. 11. q. 3. Quia nimirum si per imperitiam iudicat, facit litem suam. Si verò per dolum, incurrit infamiam, & præterea punitur in totam litis æstimationem. vt *Gloss.* ibidem verbo *vt noceat* commentum agit. Ex Constantino Cæsare in *l. de eo, qui pretio deprauatus* 2. *sine finali C. de pœna Iudicis, qui male iudicauit, vel eius, qui Iudicem, vel aduersarium corrumpere curauit.* Non tamen tenetur ad interesse, quamuis malè iudicarit, si sententiam non exequitur. *Ioseph. Ludouicus decis. Lucensi* 9. *nu.* 28. Notandum tamen, quod

Iudex modica xenia recipere potest. Quia nimirum xenia non sunt lucra. Ea tamen moderatione, ne perducantur ad nimiam quantitem. vt *gloss.* docet in *cap. cum ab omni specie mali* 10. *de vita & honestate clericorum.* verbo *prę ter expensas.* ex Vlpiano lib. 15. de officio Proconsulis in *l. solet etiam custodiarum cognitionem mandare Legatis* 6. §. *non vero in totum xeniis abstinere debebit Proconsul. ff. de officio proconsulis, & legati.*

Iudex, qui transgreditur legem humanam subobscuram, non peccat mortaliter. Secundum Innocentium ex illo textu in *cap. per tuas litteras intimasti* 35. *extra de simonia* §. *nos igitur respondemus.* qui tex. est Innocentii Tertii Priori Cantuarien. & plura deducit *glos.* ibidem verbo *securè ministret.* Quia nimirum non constabat illum Episcopum, esse simoniacum. sequitur *Nauarrus cons.* 8. *num.* 1. *& num.* 5. *lib.* 5. *de accusationibus.*

Iudex intelligere debet, quæ agit, & bene intelligere, ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore. alioquin in erroris labyrintum dabit, sicut faciunt, *qui ante iudicant, quàm intelligant; ante inculpant, quàm iterando lecta perquirant.* vt Isidorus perpendit in *can. sciendum est, quod pleraque capitula* 1. *distinct.* 29. Vnde est, quod Iudex, de quo non cognouit, nec iudicare potest. ex Bonifacio Octauo Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in *cap. vt inquisitionis negotium* 18. §. *Prohibemus quoque districtius de hæreticis in* 6. illis verbis: *Nec ipsi de hoc crimine (cùm merè sit Ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant, vel iudicent.* ibique *gloss.* verbo *cognoscant.* Concordat Iulianus lib. 5. Digestorum in *l. de qua re cognouerit Iudex, pronunciare quoque cogendus erit* 74. *ff. de Iudiciis, & vbi quis agere, vel conueniri debeat.* sequitur *Triuisanus decis.* 6. *nu.* 1. *lib.* 1.

Iudex æquitatem prę oculis semper habere debet, & potius misericordiam, quàm Iudicium sequi, vel æquitatem, quàm rigorem. ex Gregorio Quarto in epistola Episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis in *can. licet plerumque accidat* 4. *distinct.* 45. qui sequentibus dat consilium: *Plus tamen ergà corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas, plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quàm potestas; cùm nemo nostrorum sine reprehensione, aut sine peccato viuat.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *beneuolentiam* dicens: *Nam sententia, quę misericordiam vetat, fugienda est.* ex Calixto *Papa* I. ad Episcopos Galliarum in *can. ponderet vnusquisque sermones suos* 14. *distinct.* 5. & præcepto illo (Tobiæ 4.) *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.* in fine ibi inferente: *Sententiam fratres, quæ misericordiam vetat, non solùm tenere, sed & audire refugite: quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.* vbi glo. verbo *misericordiam* & ipsa infert rationem: *Si enim in aliquo redarguendi sumus, melius est misericordię reddere rationem, quàm crudelitatis.* & *Glossella* marginalis: *Excedendum est potiùs circa misericordiam, quàm circa crudelitatem.* Dat proinde consilium Gregorius in moralibus, deductus in *can. disciplina* 9. *eadem distinct.* 45. proferens: *Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur.* inferens: *Miscenda est ergo Lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.* Rationem reddit Isidorus in *can. omnis, qui iuste iudicat* 10. *eadem distinct.* 45. Quia profectò: *Omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat; & in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat.* Eandemque rationem Vlpianus lib. 25. ad Edictum in *l. quod si Ephesi petatur* 5. § *interdum Iudex, qui ex hac actione cognoscit in fine ff. de eo, quod certo loco dare oportet.* protulit, verbis loquens: Quia *In summa æquitatem ante oculos habere debet Iudex, qui huic actioni addictus est.* Quia Iudex potius debet seruare misericordiam, quam rigorē. Vt ex S. *Petro* Clemens *Papa* ad Iacobum in *can. clemens, tamquam qui omnibus praeesse te noueris* 13. 8. *q.* 1. illis verbis: *Et singulos releua.* ibidemque *Gloss.* verbo *releua* argumentum deducens: Iudicem potius debere seruare misericordiam, quàm rigorem. ex Leone *Papa* ad Anastasium episcopum Thessalonicensem in *can. licet non numquam accidant* 6. *eadem distinct.* 45. qui canon concordat cum can. *licet plerumque accidant* 4. supra relato. ex Hieronymo ad Damasum in *can. importuna in Euangelio mulier* 58. *in fine de pœnitentia dist.* 1. in ratione: *Vbi vero peccator intelligens vulnus tradit medico se curandum; ibi non est virga necessaria; Sed spiritus lenitatis.* vbi *gloss.* verbo *lenitatis* argumentatur: *Iudicem potius debere sequi misericordiam, quam rigorem.* vide Rotam Maceraten apud *Marcum Antonium Thomati*, nunc Episcopum Bitetten *decis.* 14. *nu.* 22.

Iudicem gratiosum habere in arbitrariis, expedit. In multis enim prodesse potest, quæ eius arbitrio relinquuntur. Cautela proinde datur, quod eius captetur beneuolentia, neque exasperetur. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Toletano in *cap. consulit nos tua fraternitas* 24. §. *nos autem credimus distinguendum. de officio, & potestate Iudicis delegati.* verba excipe Innocentii: *Si durat, in diem alteram, æquitate suadente, poteris expectare: Nec erit pars contumax peremptorio elapso citanda, nisi gratiam fecerit ei benignitas iudicantis.* Expedit ergo benignum habere Iudicem. Ibique *glos.* verbo *ęquitate.* & verbo *gratiam fecerit.* & *Ioannes Imola num.* 2. & *Abbas nu.* etiam

a.vj.

2. vide *Crauetta cons.78. num.8. Ioseph Ludouicus decis.Lucensi 3. nu.12. Mariscottus variarum resolutionum lib.1. cap.52. num.30. Calaaccanas decis. 45. siue 36. num.67. parte 2.* vnde est quod

Iudex pœnam arctare, & ampliare potest, ex causa, persona, ętate, & ratione scandali. prosequitur *Gloss. in can. si quem pœnituerit accusasse criminaliter. 8. §. notandum quoque est.* qui est Gratiani. ante §. *preuaricator 2. q.3.* verbo *voluntati vers. sed dic, quod ex causa, & persona.* Expedit ergo gratiosum habere Iudicem.

Iudex secularis si iustitiam subditis administrare noluerit, cùm in peccato sit, & maneat, potest iure Iudex Ecclesiasticus adiri, vt seculari præcipiat iustitiam petentibus ministrare, atque à peccato exeat, quod si parere noluerit, communione Ecclesiastica priuari per excomunicationem poterit. ex Anacleto Papa in *can. omnis oppressus liberè sacerdotem 3. 2 q 6.* ibique *Gloss.* quæ hoc adnotat, verbo *secularia.* ex Ioaone Octauo in *can. administratores plene se. iniariam dignitatum 26. 23. q.5.*

Iudex, qui post appellationem iuridice appositam, cum per appellationem eius ligatæ sint manus, si in causa procedat, male, ac nulliter agit, quin & attentat, atque mortaliter in alterius partis grauamen peccat, vt puniri quoque valeat. ex Gregorio omnibus per diuersas prouincias in *can. Decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamas 11. 2. q.6.* cum aliis sequentibus duobus. *Oldradus cons. 89.* Concinit *S. Thomas 2.2. q.59 ar. 4. in corpore & q.60. art.6. in corpore.* Quia iudex tunc, quantum ad appellantem, priuatus Iurisdictione videtur, vnde iniustitiam committit, consequenterque peccat. vide *Nauarrum manuali cap.12. nu.71. & cap.27. nu.8.*

Iudex, si suspectus fuerit, potest ab eo appellari, & recusari; post verò appellationem legitimè interpositam, si quidquam in eadem causa gesserit, nulliter procedit. ex Felice secundo ad Episcopos in Alexandrina Synodo congregatos. in *can. quoties Episcopi se à suis comprouincialibus 16. 2. q.6.* ibique peroptimè *Glossa.* verbo *appellent.* Quod multo magis procedit si ipse Iudex, à quo, appellationem admisit, dando reuerentiales, quia dicitur abdicasse à se Iurisdictionem. vnde ad executionem procedere haud potest. *Rota in Bononien attentatorum coram Orano 1595. decis. 109. num.2. post primum vol consiliorum Farinacij.*

Iudex re indecisa, & dubia, potest inter partes componere, in causa prçsertim Ciuili. ex Felice Secundo Athanasio, & omnibus Orientalibus Episcopis in *can. si primates accusatores Episcoporum 4. 5. q.2.* ibique *Gloss.* verbo *pacificare.* ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. studendum est Episcopis 7. distin.90.* verba sunt Concilii: *Studendam est Episcopis, vt, dissidentes fratres siue Clericos, siue laicos ad pacem magis quam ad Iudicium coerceant.* ibique *Gloss.* verbo *coerceant.* & ex decretis Euthychiani Papæ in *can. si quis, membrorum truncationes. 31. 23. q.8.* Summo enim est cordi Principi, si partes ad concordiam deuenerit. ex Alexandro Tertio Londonien Episcopo in *cap. grauis illa querimonia 1. in fine extra de deposito.* verba sonant Alexandri: *Si autem cum eis amicabiliter poteris de redditaum perceptione pacisci, nouerts id uobis acceptum.* Deducitque *Cacheranus in proemio suarum decisionum num. 6. vers. Curent praterea Senatores.* Sicut solet etiam Rota seruare, si non bene liqueat, super dubiis partium. apud *Card. Manticam decis. 135. in Ianuem fideicommissi 18. Martii 1591.* & apud *Card. Caualerium decis. 132. in fine.* vide *Nauarrum de oratione, & horis canonicis cap. 19. num.93.*

Iudices mutuum sibi præstant auxilium. & hoc sane prodest. ex Augustino ad Macedonium in *can. prodest, & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur, & nostra. 4. in ipso principio 23. q.5.* ibique *gloss.* verbo. *& nostra* Rationem reddens: *Mutuum enim præstant sibi auxilium.* ex Isidoro de summo bono in *can. Principes seculi non numquam 20. eadem 23. q.5.* vide *Gratianum Forensium part.2. capit. 389 num.19. & sequentibus.*

Iudex vero requisitus, vt sententiam exequatur alterius Iudicis, si illam iniquam cognouerit, exequi non debet: ex Gratiano in *can. dicenti sacras iussiones se habere prę manibus 16.* per illum textum, qui est Pelagii Papæ Ioanni Comiti §. *& si non cognitio, 25. q.2.* verba damus Gratiani: *Et si non cognitio, sed executio mandatur; de veritate pręcum inquiri oportet, vt si fraus interuenerit, de omni negotio cognoscatur.* vbi plenè *Gloss* verbo *cognoscatur.* vide *Gratianum Forensium disceptationum part.1. cap. 146 nu. 2. & part.2. cap.389. num.1 & num.15. Capicium Latro. decis.82. per totam part.2. Cancerium variarum resolutionum lib. 1. cap.15. n.6.* De merò vero executore, quod delegati sententiam exequi teneatur, respondit Innocentius Tertius Episcopo Helien scribens in *cap. pastoralis officij 28. §. quia vero sępe contigit.* ibique *Gloss* verbo, *& si sciat. de officio, & potestate Iudicis delegati extrà.* & dixit *Gloss.* in *d. canone dicenti sacras d. §. & si cognitio d.* verbo *cognoscatur.* prosequitur *Hieronymus de Federicis resolutionum criminalium resolut. 32. num.6. post.2. volumen consiliorum Farinacii.*

Iudex in tenebris Iudicium exercere non debet. iuxta testimonium Veritatis (Ioannis 3.) *Qui male agit odit lucem.* Ante itaque noctis tenebras Iudicium perficere debet. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Toletano in *cap. consuluit nos tua fraternitas 24. §. ne vero Iudicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris. de officio, & potestate Iudicis delegati.* ibique *gloss.* verbo *odit lucem.* ex Innocentio Secundo in Concilio Romæ habito in *can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem 23. circa finem 18. q.2.* eundem locum proferente Ioannis. *Quia ergo* (dicens) *omnis, qui malè agit odit lucem.* Tenebræ quippe aptæ sunt ad fabricandum falsum. vt dixit *Gloss* dicto verbo *odit lucem.* in *d. c. consuluit.* ex Vlpiano lib.

24. ad

24.ad Edictum in *l. temporibus diuorum fratrũ. 1.§.tria luminaria, nec minus ff. de ventre inspiciendo, custodiendoque partu.* verbis dicentem: *Tria luminaria, nec minus ibi sint, scilicet, quia tenebræ ad subiciendum aptiores sunt.* vbi *Gloss.* ad rem verbo *aptiores.* sic infert: *Inde est, quod dicitur furtum, à furuo. id est nigro, quia clam, & occulte fit: & maxime de nocte. vt Institutionibus de obligationibus, quæ ex delicto. §.1. & illud: Qui malè agit odit lucem.* In luce ergo Iudiciũ exerceri debebit.

Iudex, qui non est proprius, ligare neminem potest, neque absoluere. ex Alexandro Tertio Archiepiscopo Cantuarien in *cap. quod autem consuluisti 4. in fine de pœnitentijs, & remissionibus* Rationem reddente: *Cùm à non suo Iudice ligari nullus valeat, vel absolui.* Decreuitque Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ scribens in *can nullus alterius terminos vsurpet 2.9.q.2.* rationem reddens: *Quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullus alterius Iudicis, nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde Dominus loquitur dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.*

Iudicium, Dei veritati, quæ non fallit, nec fallitur, semper innititur. Innocentius Tertius Abbati sancti Andreæ in *cap. à nobis est sæpe quæsitum 28.§. nos igitur consultationi tuæ breuiter respondemus. de sententia excommunicationis* extra: sequens: *Quod Iudicium Dei veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, semper innititur: Iudicium autem Ecclesiæ non nunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli &c.* & dixerat Origines in librum Numerorum relatus in *can. Deus quando maledicit 38.24.q.3.* Rationem dicens: *Vtpote quæ non fallit neque peccati qualitas, neque peccantis affectus.* Nec dissimiliter Augustinus in *can. panẽ cælestem spiritaliter manducare est. 63. in fine de consecratione distinct. 2.* Consequentiam inferens de homine verba faciens: *Mentiri Deo potes; Deum fallere non potes.* Quia Iudicium à Dei veritati innititur.

Iudicium vnumquodque quatuor ex personis constare semper debet. Ex Iudicibus electis, accusatoribus idoneis, defensoribus congruis, atque testibus legitimis. Iudices autem debent vti æquitate; testes veritate; accusatores intentione ad amplificandam causam; Defensores extenuatione ad minuendam causam. Fabianus Papa ad Episcopos Orientales. in *can. nullus vmquam 1.4.q.4.* Nec diuersimode Isidorus libro Etymologiarum in *cap. forus 10. §. in omni quoque negotio. extra de verborum significatione. Gloss. d. can. nullus.* verbo *quatuor,*

Iudicium mortis est viro huic, Dauid dixit (*2. Regum 12.*) Gratianus in *can. sacerdos vt sapiẽs 7.* qui est Augustini ad quendam comitem. 3.q.7. dicentis: *Sacerdos, vt sapiens, & perfectus medicus, primùm sciat curare peccata sua, & postea aliena vulnera detergere, & sanare, & non publicare.* ad quę verba §. *item in Euangelio,* subsequitur Gratianus: *Ex quibus omnibus datur intelligi, quod criminosus, alterius criminis Iudex esse non potest: Et se ipsum condemnat, dum in alterius crimen sententiam profert.* & paulo post: *Item Dauid cùm esset adulter, & homicida, interrogatus à Propheta sententiam in diuitem dedit, qui ouem pauperis rapuit, dicens: Iudicium mortis est viro huic.* Iudicet ergo se primum, qui alios iudicare debet. Ne in se ipsum Iudicium proferat. Namque, vt Chrysostomus. in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 12. circa medium. distinct. 40.* satis ad rem verba facit: *In iudicio sedens, si quidem bene vixeris, & benè docueris, omnium Iudex es: si autem bene docueris, & male vixeris, tui solius condemnator eris. Nam benè viuendo, & benè docendo. populum instruis, quomodo debeat viuere: benè autem docendo, & malè viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare.* ita Chrysostomus.

Iudicium claudicare non debet. Innocentius Tertius Monachis Farfensibus in *cap. cùm inter Priorem, & Conuentum. 5. §. Inquisitioni vestræ duximus respondendum extrà de exceptionibus.* Rationem dicens: *Cum non debeat claudicare iudicium: ac satis videatur absurdum, si actore impugnante, reo defensionis copia denegetur: quia sic condemnaretur multoties absoluendus.* vbi *gloss.* verbo *claudicare* adnotat: *æqualitatem seruari in Iudicijs.* ex Nicolao Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo. in *can necesse est secundum sacrarum documenta scripturarum 21. siue finali 3.q.9* Necesse est enim, *vnã partem quantacumque, & qualicumque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium irrogetur.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *quantacumque* dicens: *Parilitas enim seruanda est in Iudicijs.* Sed accusatores, & accusati æqua audiantur ratione. Vt Damasus Papa decreuit in *can. nullus introducatur personaliter, sed accusatores, & accusati æqua audiantur ratione 2.4.q.4.*

Iudicium aliud humanum, diuinum aliud. Non itaque hic omnia humano vindicantur Iudicio, vt Locum diuina habeant Iudicia. ex Anacleto Papa in *can si omnia in hoc seculo vindicata essent. locum diuina Iudicia non haberent. 7.6.q.1.* Similique modo Alexander Papa omnibus orthodoxis scribens in *can. si quandoque à sacerdotibus, & auctoribus Ecclesię 1.5. non potest autem humano condemnari Iudicio 15.q.6.* qui sic fatur: *Non potest autem humano condemnari Iudicio, quem Dominus suo reseruauit Iudicio. Si omnia namque in hoc seculo vindicata essent, locum diuina Iudicia non haberent.* Duplex ergo iudicium humanum, & diuinum.

Iudicium Diuinum timendum, nec leuiter. de quo vt Symmachus Papa in *can. aliorum hominum causas 14. 9. q. 3.* verba facit: *Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum vtitur eo teste, quo Iudice.* Ipse enim est Iudex, & testis. *Et secretorum, & cognitor Deus, & Iudex est.* Verbis dicit Vrbanus Secundus Dominico Patriarchę Grandensi in *can. erubescant impij 11. in fine distinct. 32.* vnde timendum: *Quoniam adhuc nescimus, quis in terribili Iudicio Dei, qualis futurus sit.* vt Gregorius Mauritio Imperatori

scri-

ſcribens in *can. ſacerdotibus autem non ex terrena poteſtate 41. in fine 11. q. 1.* conteſtatus fuit.

Iodicium Diuinum vſurpat, qui de occultis, ſolique Deo cognitis, atque propterea eius iudicio reſeruatis, vult iudicare. Qui enim ſic iudicat diuino iudicio iniuriam facit. ex Auguſtino ad Clerum, & vniuerſam plebem Hypponenſem in *can. nomen preſbyteri 12. 2. q. 1.* dicente: *Ne diuinæ poteſtatis ſub cuius examine cauſa adhuc pendet, facere viderer iniuriam, ſi illius iudicium meo vellem iudicio præuenire.*

Iudicia Dei occulta. Occulta proinde ipſi ſoli reſeruantur, qui nouit corda omnium. ex Anacleto Papa in *can. ſi omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent 7. 6. q. 1.* addens: *Superuacuis enim ad beneficia laborat impendiis, qui ſolem certat facibus adiuuare.* & *Gloſſ.* ibidem verbo *ſi omnia* dicens & ipſa: *de occultis loquitur, quæ ſoli Deo reſeruantur.* Secretorum autem & cognitor Deus, & Iudex eſt. Vrbanus Secundus Dominico Patriarchæ Grandenſi ſcribens dixit in *can. erubeſcant impii 11. in fine diſtinct. 32.* Conteſtatuſque fuit Stephanus Quintus Humberto Epiſcopo Moguntino ſcribens in *can. conſuluiſti de infantibus 20. in fine 2. q. 5.* Rationem reddens: *Occulta verò, & incognita illi ſunt reſeruanda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum.* Ipſe igitur ſolus de his iudicare poteſt. Ei proinde relinquenda. vnde Paulus (*1. ad Corinth 4.*) dicebat: *Nolite iudicare ante tẽpus donec veniat dominus.* quibus verbis Gregorius Mauritio Imperatori ſcribens in *can. ſacerdotibus autẽ non ex terrena poteſtate 41. in fine 11. q. 1.* ita illuſtrationẽ addit: *Nam ſũt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortaſſe. quæ vos laudatis, ille reprehendet; & quæ vos reprehenditis, ille laudabit.*

Iudicio iuſtiſſimo Dei nationes populorum ob eorum grauia peccata, per nationes alias, ignorantes legem Dei, flagellis opprimuntur. vt de Anglorum gente Bonifacius Martyr Echeldobaldo Regi Anglorum ſcribens conteſtatus fuit in *can. ſi gens Anglorum 10. diſtinct. 56.* vbi in fine ſequentibus fatur: *Quæ ſic a Deo recedentes fornicata ſunt, donec Iudex omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes legem Dei, id eſt per ſaracenos, venire, & ſæuire permiſit.* Timenda ſunt igitur iudicia Dei: Namque vt *Gloſſ.* ibidem verbo *permiſit* adnotat: *Propter delictum permittit Deus inferri pœnas.* Ex Auguſtino ad Vincentium Donatiſtam, & Rogatiſtam in *can. non omnis, qui parcit, amicus eſt. 2. 5. q. 5.* qui ſic admonet: *Quis nos poteſt amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non ſolum docet ſuauiter, verum etiam ſalubriter terrere non ceſſat.*

Iudicium Dei, & occultum eſt: Quod ex flagellis vnus corrigitur, & emendatur, alter in deterius vertitur, & in æternum damnatur. Reges fuerunt, & ambo potentes, & ambo peccauerunt, atque flagellis percuſſi fuere, & ambo flagellis clementer admoniti, Nabucodonoſor, & *Pharao.* Auguſtinum excipe de prædeſtinatione, & gratia in *can. Nabucodonoſor pœnitentiam meruit 22. 23. q. 4.* qui ſequentibus fatur: *Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos; niſi quod vnus manum Dei ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei miſericordiſſimam veritatem pugnauit arbitrio?*

Iudicio Dei reſeruantur facta ſummi Romani Pontificis. Anterus Papa ad Epiſcopos Prouinciarum Bæticæ, & Toletanæ in *can. facta ſubditorum 15. 9. q. 3.* ſequentibus loquens: *Facta ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra verò iudicat Deus.* Quia nimirum aliorum hominum cauſas Deus voluit homines terminare; ſed ſedis iſtius Præſulis ſuo ſine quæſtione reſeruauit arbitrio. Symmachus Papa teſtatur in *can. aliorum hominum 14. eadem 9. q. 3.*

Iudicio Dei talis quis repræſentatur, qualis hinc quiſque egreditur. ex Gregorio in *can. qualis hinc quiſque egreditur 4. diſtinct. 25.* Quia nimirum: *Qualem te inuenit Deus cùm vocat, talem pariter & iudicat.* Cyprianus dicit de mortalitate tract. 4. in *can. numquid Cain. cùm Deo munus offerret 26. in fine de pœnitentia diſtinct. 1.* Nec diſſimiliter Gelaſius Papa vniuerſis Epiſcopis per Dardaniam, ſiue per Illiricum conſtitutis in *can. nec quiſquam omnino vobis perſuadeat 4 poſt medium 24. q. 2.* ſequentibus dicens: *Ceterum iam de eo. qui in diuino eſt iudicio conſtitutus, nobis fas non eſt aliud decernere, præter id, in quo eum dies ſupremus inuenit.* Rationem reddit *Gloſſ.* ibidem verbo *inuenit:* & ipſa inferens: *Nam in eo loco quis conuenitur, in quo reperitur.* Nam ſiue in peccato, ſiue in gratia reperiatur, in eo ſtatu iudicatur. iuxta illud Eccleſiaſtes 11. 3. *Si ceciderit lignum ſiue ad auſtrum, ſiue ad aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit.* id eſt in quali affectione, diſpoſitioneque cordis obierit, in ea æternaliter, & inconuertibiliter permanebit. ex *Dioniſio Carthuſiano* ibidem. deduximus nos *reſponſ.* noſtra *13. num. 37. & 38. part. 4.*

Iudicium Dei in futuro locum non haberet, ſi in hoc ſeculo omnia Iudicanda eſſent. Anacletus Papa in *can. ſi omnia in hoc ſeculo vindicata eſſent 7. 6. q. 1.* & Alexander Papa omnibus orthodoxis ſcribens in *can. ſi quandoque à ſacerdotibus 1. §. non poteſt autem humano condemnari examine. 16. q. 6.* Expedit igitur nunc iudicari ne æterno iudicemur iudicio. Quia non *iudicabit Deus bis in idipſum.* ex Naum 1. quæ explicat Gratianus in *can. ſceleratior omnibus ò Iuda 39. §. his auctoritatibus in fine de pœnitentia diſtinct. 3.* ibique peroptimè *Gloſſ.* verbo *bis in id ipſum.* & *eadem diſtinct. 5. in can. ſunt plures quos 42. §. auctoritas illa Naum prophetæ,* ad rem hanc noſtram in fine dicens: *De his tantùm intelligi oportet, quos præſentia ſupplicia in melius commutant: ſuper quos non conſurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores ſunt, ſicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus eſt; præſentibus æterna cõnectũtur, vt temporale ſupplicium ſit eis æternæ damnationis initium.*

Iudicia Dei qui oculis ſuis proponit; ſemper timens, ac tremens in omi negotio formidat,

no

ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur. verba sunt Isidori lib. 3. sententiarum de summo bono cap. 54. in *can. omnis, qui iuste iudicat. 10. in fine distinct. 45.*

Iudicium verum illud æstimatur, propriam iudicare conscientiam, postmodum culpam alienam. ex illo Domini (*Ioannis* 8.) ad Hebræos de muliere illa in adulterio reperta: *Qui sine peccato est vestrum primus in illam lapidem mittat.* id est primo vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidādā ream concurrite. ita Beda in *can. postulatus Dominus iudicare de peccatrice. 6. in fine* 3. q. 7. commentum agit proinde

Iudicium à se ipso incipere homo debet, dum potest, & mores conuertat in melius; nec cum iam non poterit, etiam præter voluntatem à Domino iudicetur. vt Augustinus docet in *can. iudicet se ipsum homo* 85. *de pœnitentia dist.* 1.

Iudicium humanū duplex, priuatum videlicet, & publicum: priuatum, quo nos ipsos iudicamus; publicum, quo aliorum iudicamus peccata. Cum ergo *quælibet proximorum errata conspicimus, nō hæc antea reprehēdēdo iudicemus, quàm ad conscientiam nostram humiliter reuersi digito eam discretionis solerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidue displiceat sedula examinatione dirimamus.* Beda in *can. postulatus dominus* 6. 3. q. 7. & ex Augustino ibidem *can. sacerdos, vt sapiens.* 7. Qui est etiam finalis.

Iudicium temerarium illud est, quod arbitrio suspitionis procedit. vnde dixit Apostolus (ad Romanos 14.) *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? suo Domino stat, aut cadit.* Quē textum sic Augustinus in *can. multi corriguntur, vt Petrus* 18. *non longe à fine* §. *quia & adhoc nobis sunt in scripturis sanctis exempla* 2. q. 1. interpetratur: *Noluit enim hominē ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potiùs ex lege Dei secundum ordinem Ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum, atque conuictum.* vbi *Gloss.* verbo suspitionis infert: *subaudi temeraria.* Temerarium est ergo Iudicium, quod ex suspicione procedit. Fugiendum proinde. ex eodem Augustino in *can. temerarium Iudicium* 49. 11. q. 3. Rationem reddente: *Ei autem, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est, vt noceat.*

Iudicium integrum est, quod plurimorum sētentiis confirmatur. Innocentius Papa dixit ad Victricium Episcopum Rothomagen in *can. extra conscientiam Metropolitani Episcopi* 5. *dist.* 64. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *plurimorum.* inferens: *Nam dicit lex, quod per ampliores homines perfecta veritas reuelatur.* ex Iustiniano Cæsare in *l. quæstionem ex facto emergentem* 32. *fine finali* §. *lex etiam, ne quid falsitatis incurrat. C. de fideicommissis.* Rationem reddens quare in testamentis plures perquirantur testes: *Vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur.* Dixitque Cœlestinus Tertius in *cap. prudentiam tuam* 21. §. *illa quippe fuit antiqua Apostolica Sedis prouisio. de officio Iudicis delegati extrā.* sequentibus rationem reddens: *Cum (sicut canones attestantur) integrum sit Iudicium, quod plurimorum sententiis confirmatur.* & *Gloss.* ibidem verbo *plurimorum.* inferens, & ipsa: *Quod enim à pluribus quæritur sapientibus facilius inuenitur.* ex Innocentio Secundo Papa in *can. de quibus causis nulla soluendi, ligandique auctoritas.* 3. *in fine dist.* 20. Rationem dicente: *Facilius namq; inuenitur, quod à pluribus senioribus quæritur.*

Iudicium rectum non aliter, quam quod ex sacris Canonibus, & decretis Summorum Pōtificum procedit, & secundum regulas ab eisdem constitutas, & secundum decreta sacrorum Conciliorum: *Isti omnino sunt, & per quos Iudicant Episcopi, & per quos Episcopi simul iudicantur, & Clerici.* Ex Leone Papa Quarto ad Episcopos Bitiniæ in *can. de libellis, & commentariis aliorum.* 1 *dist.* 20. Vt neque secundum scripta sanctorum Patrum Hieronymi, & Augustini, relictis Canonibus sit iudicandum. vt *Gloss.* ibidem verbo *aliorum* adnotat. *Quia quidquid contra illorum definitionem (in quibus Spiritum Sanctum credimus locutum) dictum fuerit, recipere, non solum temerarium, sed etiam periculosum esse non dubito.* Horsmida Papa omnibus Episcopis per vniuersas Prouincias constellatus fuit. in *can. si ille, qui vltro petit pœnitentiam* 58. *in fine distinct.* 50.

Iudicium cum tumultu, aut indiscretis vocibus, & risibus, ministrari non debet. Quia *Cultum suum Iustitia perdit, quando silentia Iudicij obstrepentium turba confundit.* Vt Conciliū Toletanum XI. decreuit in *can. in loco benedictionis considentes* 3. 5. q. 4. inferens: *Vt nec contentiosis vocibus sensus audientium (partes) turbent, nec iudicij vigorē de tumultu eneruent.* Deferens etiam illud (prouerbiorum 22.) *Eijce derisorem, & exibit cū eo iurgium.* In loco propterea tuto exerceri Iudicium debet, vt omnis interessentibus amputetur causa formidinis, vt competens legibus, & veritati esse locus valeat. ex Pelagio Papa Decorato Patricio in *can. hortamur, vt sub timore Domini* 20. 3. q. 9. Eodemque modo Nicolaus Papa in Epistola Carolo Regi in *can. siue de coniugijs fœdere* 4. 33. q. 2. Consequentia inferens huiusmodi: *Itaque etiam locus prouidendus est, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda; & non sit difficile testes producere, vel cæteras personas, quæ tàm à sanctis canonibus, quam à venerandis Romanis legibus in huiusmodi controuersijs requiruntur.* Locus etiam Iudicii securus esse debebit. & hoc prouidere Iudices debent. vt notat quoque *gloss.* ibidem verbo *etiam locus.*

Iudicium exercere sanguinis Clericis inhibetur. Quia à Christo ad ministerium salutis electi sunt. Qui igitur ex Clericis iudicium exercuerit sanguinis, proprium amittit locum, si reus effusi sanguinis fuerit. ex Concilio Toletano Quarto in *canone sæpe principes* 29. 23. q. 9.

Iudicium, vt in vocatum exerceatur, libellus peti-

petitionis vocationisque eidem offerendus erit, atque induciæ viginti dierum offerendæ, vt deliberare valeat, cedat ne, an contendat. Gratianus ex libro Codicis in *can. induciæ accusatis.4. §. offeratur ei, qui vocatur ad iudicium libellus.3 q.3.*

Iudicium in spoliatum exerceri haud debebit, priusquam omnia, quæ ablata eidem fuere, restituantur in integrum. ex Stephano Papa in *can. nullus Episcoporum 3. cum alijs duobus sequentibus.2.q.2.* Rationem refert Iulius Papa ad Episcopos Orientales in *can. nullus potest conuocari, aut iudicari.5.eadem 2.q.2.* dicēs: *Quia non habet priuilegium, quo possit exui iam nudatus.* Quinimo induciæ post restitutionem indulgendæ eidem sunt vel anni, vel sex mensium. ex Caio Papa ad Felicem in *can. eiectis, vel expoliatis 5.3.q.2.* ibidemque Eusebius Papa in *can. prius ergo oportet omnia illis expoliatis.6.* Ne sub angustia temporis iterum præmantur. & Felix Papa Primus ad Episcopos Galliæ in *can. si Episcopus fuerit 8. eadem 3.q.2.* Nam respondere æmulis nemo debet, antequam canonice restituantur, & sua ei omnia legaliter reddantur. vt Felix Papa Secundus Athanasio, & omnibus Orientalibus Episcopis respondit in *can. si primates, accusatores Episcoporum.4. siue finali.3. quęst.2.*

Iudicium ex suspicione, vel extorta confessione in neminem exerceri debet. *Pessimum enim est de suspicione, aut extorta confessione quemquā iudicare.* ex Alexandro Papa omnibus Orthodoxis scribente in *can. si quandoque à sacerdotibus 1. §. confessio ergo in talibus non extorqueri debet 15.q.6.* testatur *Bart. in l. finali in principio ff de quæstionibus.* sequitur *Farinacius cons. 19. nu.31. in fine lib.1.* Imo peccat Iudex confessionem extorquens. *Victorellus ad Toletum Instructionis sacerdotalis lib.5.cap.57.* verbo *Iudex subditi.*

Iudicia secularia Dominicis diebus, vel alijs pręcipuis festis celebrari non debent. ex Concilio apud Erphesfurt habito præsente Rege in *can. placita secularia Dominicis diebus* 2.15 q.4. Nec etiam Episcopus. ex Hadriano Papa in *can. nullus Episcopus 3 ibidem 15 q.4.* verba sunt Hadriani: *Nullus Episcopus, vel infra positus, die Dominico causas iudicare præsumat:* Vt neque iuramentum illis diebus legitime deferatur. ex Concilio apud Sanctum Medardum habito in *can. decreuit Sancta Synodus.17.22. q.5.* Diesque feriati denuncientur. ex Concilio Lugdunen. in *can. pronunciandum est à laicis.1. de consecratione dist.3.* & Gregorio Nono in *cap. conquęstus est nobis 5. siue finali extrà de ferijs.* In iis ergo abstinendum est à iudiciis forensibus. ex Concilio apud Compendium in *cap. omnes dies Dominicos 1. eodem de ferijs.*

Iudiciarius ordo non exquiritur in manifestis; *Qui ideo institutus est, vt nec innocentia insidijs pateat aduersantium, nec culpa delinquentium sententiam effugeret iusti examinis.* Gratianus fatur. in *can quę Lotharius Rex nepos vester facit.16.§. in manifestis enim 2. q.1.* Quia nimirū vt Ambrosius inquit. Manifesta accusatione non indigent. in *can. manifesta 15.eadem 2.q.1.* Debet tamen audiri, qui accusatur. ex Damaso Papa in *can. eorum qui accusantur, causas discutere non licet.76.11.q.3.*

Iudicium qui refugit apparet eum de iustitia diffisum. Gelasius Papa scribit Ezecchiæ Comiti in *can. Christianis gratum semper debet esse 12. in fine 11. q.1.* Perpenditque Gregorius Antonio subdiacono scribens in *can. Honoratus Archidiaconus 2. circa finem distinct. 74.* De eodem Honorato verba faciens: *Sed ipse* (inquiens) *suorum sibi actuum conscius, personam ad iudicium post posuit destinare.* Ex quo argumentum educit *Gloss.* verbo *conscius*, & ipsa inferens; *Quod, qui vocatus non venit, hoc ipso diffidere videtur de causa.* Rationem reddit Bonifatius Papa ad Gallos in *can. Decernimus vestram debere 10. circa medium 3. q.9.* verbis deducens: *Nam manifestum est, confiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi se occasione non vtitur.* Iure ergo vt contumax iudicatur.

Iudicium contra absentem proferri minime debet. ex Telesphoro Papa in *can. accusatori omnino non credi decernimus 2. & per totam quęstionem 3. q.9.* Quia vt Marcellus Papa ad Maxentium rescripsit in *can. non oportet quēquam 5.eadem 3 q.9.* Non oportet quemquam iudicari, vel damnari, priusquam legitimos habeat præsentes accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. nisi in crimine læsę Maiestatis. ex Concilio Toletano Sexto in *can dignum est, vt innocentis vita 9.* vel contumax fuerit, & adesse neglexerit. ex Bonifacio Papa ad Gallos in *can. decernimus vestram debere 10. eodem 3. quæst. 9.*

Iudicium humanum quatuor modis peruertitur: Timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus; Cupiditate, dum præmio animum alicuius corrumpimus. Odio, dum cōtra quemlibet aduersariū molimur: Amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus. Gregorii sunt verba in *can. quatuor modis peruertitur humanū iudicium.78 11.q 3.* Nec dissimiliter Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ in *can. accusatores, vel testes suspecti non recipiantur.12. in fine 3.q.5.* Calixtum excipe: *Amor carnalis, & timor, atq; auaritia plerumque sensus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam quasi mercedem prudentiæ.*

Iudicium reorum lachrymis, neque Iudicis pietate peruerti debet. *Non ne cū vni indulget indigno plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi.* Quid imo: *In ipsa Ecclesia, vbi maximè misereri decet, teneri quam maximè debet forma iustitiæ, ne quis à communionis consortio abstentus, breui lachrymula, atque ad tempus parata, vel etiam vberioribus fletibus, communionem, quam pluribus debet postulare temporibus à facilitate sacerdotis extorqueat.* Vt Ambrosius docet in *can. est iniusta misericordia 33. in fine 23.q.4.*

Iu-

Iudicium absolutum esse non debet in dubiis. Gregorio Andreę Tarentino Episcopo in *can. habuisse te concubinam manifesta veritate comperimus 7. siue finali distinct. 33.* Rationem reddente: *Sed quia in rebus ambiguis absolutum non debet esse iudicium, hoc tuæ conscientiæ eligimus committendum.* vbi plene *Gloss.* verbo *ambiguis*. Rationem excipe ex Schephano V. Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus 20. in fine 2. q. 5.* qui sic fatur: *Occulta verò & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum.* In dubio tamen semper illi adhærere sententię debemus, quæ pro anima magis est tuta, quamuis respectu corporis durior videatur. ex *Gloss.* in *cap. vnico de scrutinio in ordine faciendo* verbo *ęstimare. circa finem. Abbas.* in *cap. in Ciuite 6. de vsuris num. 4.* & in *cap. nauiganti, vel eunti ad nundinas. 19. de vsuris num. 9.* Ex ratione, quam refert Innocentius Tertius Herbipolen Capitulo in *cap. illud Dominus in Beato Petro. 5. §. licet autem in hoc non videatur omnino culpabilis extitisse. de clerico excõmunicato, deposito, vel interdicto ministrante.* inferens: *Quia tamen in dubijs via est tutior eligenda.* Ex Augustino contra Manichęos in *can. quid culpatur in bello? 4. in fine 23. q. 1.* Nec diuersimodè Clemens Tertius in *capit. ad audientiã Apostolatus nostri peruenit 12. post mediũ. de homicidio voluntario, vel Casuali.* dicens: *Vestræ discretioni duximus respondendum, quod, cùm in dubijs semitam debeamus eligere tutiorem, vos conuenit iniungere presbytero memorato &c.* notat *Glossa* ibidem verbo *in dubijs*. Respondit itque Innocentius Tertius Abbati Sanctæ Trinitatis de Meldemberg in *cap. significasti nobis, quod cùm quidam maleficus 18. §. quod si discerni non possit ex cuius ictu percussus interiit. eodem de homicidio,* subdẽs: *In hoc dubio, tamquam homicida debet haberi sacerdos, & si forte homicida non sit, à sacerdotali officio abstinere debet: cùm in hoc casu cessare sit tutius, quam temere celebrare: pro eo quod in altero nullum, in reliquo vero magnum periculum timeatur.* vbi *gloss.* verbo *in hoc dubio.* & ipsa rationem, ad rem reddit: *In dubijs enim viam debemus eligere tutiorem.* iuxta Bedam in *cap. estote misericordes 2. de regulis Iuris extra.* dicentem: *Nisi, vt ea facta, quę dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* vbi *Gloss.* verbo *in meliorem.* subnectit: *vel expone in meliorem, id est in securiorem, pro eo, quod in altero nullum, in altero magnum periculum timeamus.*

Iudicio non iudicat Ecclesia, quæ occulta sunt, sed quæ vel spontanea confessione, vel testium approbatione publicata deducta fuerunt. Occulta verò, & incognita Dei solius iudicio remittuntur. Ex Stephano V. Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus 20. circa finem 2. quęst. 5.* Ni fortasse publica crimina fuerint. ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam constitutis in *can. scelus, quod Lotharius rex 21. siue finali 2. quęst. 1.* Eodemque loco ex Ambrosio in *can. manifesta 15.* Ex eodem Nicolao ad Ludouicum regem in *can. quæ Lotharius Rex nepos vester. 16.* ibique Gratianus §. *in manifestis enim.*

Iudicio exteriori potest quandoque decipi Ecclesia, quod non verè, in iudicium deducta probata sint: *Et ita fit, vt interdum ille qui foras mittitur, intus sit, & ille foris qui intus retineri videtur.* ex Hieronymo in *can. si quis non recto iudicio eorum, qui pręsunt Ecclesię 4. 24. q. 3.* Proinde non præcipitandum Iudicium, neque indiscretè agendum. ex Rabano de Ecclesiasticis pręsuris in *can. non in perpetuũ damnamur 5. eadem 24 quæst. 3.* Afferens illud (psalmi 36) *Nec damnabit illũ, cum iudicabitur illi.* Nemo propterea præpopere, vel præposterè, scilicet non commonitus, neque conuictus, est iudicandus. ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can. de illicita excommunicatione 6. circa medium eadem 24. q. 3.* Dixitque eodem modo Origenes super Leuiticum in *can. cum aliquis exiit à veritate 7. eadem 24. q. 3.* in fine inferens: *Interdum enim, qui foras mittitur, intus est; & qui foris est intus retineri videtur.* Animaduertendum proinde cum Iudicamus.

Iudicio Ecclesiæ omnes subiiciuntur, qui de Ecclesia sunt, siue Clerici, siue Presbyteri, siue Monachi, siue Monachæ. Nam Clerici nomine omnes compræhenduntur, qui de Ecclesia sunt. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. de persona presbiteri hoc attendendum est 38. 11. quęst. 1.*

Iurare Dei, est à se met ipso nullatenus ordinata conuellere: pœnitere verò, eadem ordinata, cùm voluerit, immutare. Nec proinde immutabilis non perseuerat. ex Concilio Toletano Octauo in *can. incommutabilis, eademque semper existiens Dei natura 9. 22. q. 4.* notatur. ex Ambrosio in *can. non semper promissa omnia 12. eadem 22. q. 4.*

Iurans per capillum Dei, vel per caput, blasphemat. ex Pio Papa in *can. si quis per capillum Dei 10. 22. quæst. 1.* Quia Deus Spiritus est.

Iurans per Dœmones, vel per aliam creaturam, mortaliter peccat, tamen, si quod iurauit possibile sit, nec prohibitum, seruare iuramentum tenetur. non seruans vero factum iuramentum dupliciter peccat, & quia iurauit per dœmones, aliasqua creaturas: & quia datum iuramentum non seruauit. ex Hieronymo in *can. considera, quod hic 8.* & Augustino ad Publicolam in *can. mouet te, vtrum eius fide vtendum est 16. 22. q. 1.* addens circa finem: *Veruntamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deos falsos veraciter iurare, quam per Deum verum fallaciter. Quantò enim per quod iuratur, magis est sanctum; tantò magis est pœnale periurium.* Et ratio esse potest, quare per falsos Deos iurans, vt sunt dœmones, iuramentum seruare teneatur: Quia nimirum virtualiter Deus testis iuramenti illius asciscitur, qui creator est omnium, & summa veritas. Ex Innocentio Tertio Abbati, & Capitulo Castellionis in *cap. & si Christus pręcepe-*

rit 26. §. & quàmuis non sit per creaturam iurandum de iure iurando extrà. ibique Abbas num. 13. Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 4. cap. 20. num. 2. & cap. 21. nu. 3. noster Maranta in speculo part. 2. principali in 9. actu Indicii num. 13. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 12. cap. 17. q. 10. Permittens tamen iurare per falsos Deos, quamuis verum ille iuret, peccat nihilominus. ex Augustino d. can. mouet te 16. in fine §. alia ergo quæstio est. eadem 22. q. 1. & glos. ibidem verbo de Laban. & eodem Augustino in can. ille, qui hominem prouocat ad iurationem 5. eadem 22. q. 5. Sanctus Thomas 2. 2. q. 78. ar. 4. ibique Caietan. Lodouicus à Beia decisionum casuum conscientiæ casu. 48. part. 1. Toletus lib. 4. cap. 21. nu. 3. Azorius d. cap. 17. q. 10.

Iurans non fideiubere pro alio; potest tamen non obstante iuramēto fideiubere pro proximo in periculo constituto. Quia in melius iuramentum mutat, vt proximo charitatem exhibeat. ex Concilio Ilerdensi in can. qui sacramento se obligauerit 11. & ex Ambrosio in can. non semper promissa omnia soluenda sunt 12. 22. q. 4. ex Isidoro in can. non est obseruandum Iuramentum 13. ibidem. Quia stulta vota frangenda sunt. can. non peierabis in nomine meo 15. in fine eadem 22. q. 4. Concinit Vrbanus Tertius Archiepiscopo Pisanen in cap. cum quidam 12. §. illi verò, qui iurant non loqui patri, vel matri extra de Iure Iurādo. Rationem reddit glos. ibidem verbo absoluendi. inferens: Cùm iuramentum non sit vinculum, iniquitatis. Tradit peroptime Oldradus cons. 90. Quidam tamen non teneri recedere à Iuramento iam facto dicunt: namque diuersa sunt, Iurantem non fideiubere posse iuramentum in melius mutare, ob charitatem, quam proximo præstat: veluti mutauit Dauid Iuramentum, cum iurauit interficere Nabal, rogatus ab Abigaib: aliud vero est persistere in Iuramento iam dato, non fideiubere, ob damnum, quod fideiussoribus euenire potest, soluendo quod fideiussione promiserunt; proximo verò per eleemosynam subuenire. quod nec Oldradus abiicit d. cons. 90. Cōcinit peroptime Gratianus in can. innocens credit omni verbo 23. qui est Ambrosii §. illicitum ergo iuramentum. circa finem 22. q. 4. Caietanus tamen in summa verbo interrogationes confessariorum. Confessores qualiter se habere debeant circa pœnitentialem Interrogationem. §. circa primum præceptum. vers. octauum de perfidia votorum fol. mihi 284. sequentibus docens: Si vouit non facere bonum aliquod; puta non mutuare, non fideiubere; Quia non solum non valet; sed peccauit vouendo. ita Caietanus vide Toletum d. lib. 4. cap. 22.

Iuramentum de non prestando subsidium coniuncto illicitum æstimatur, & ideo non seruandum. ex Vrbano Tertio Archiepiscopo Pisanen in cap. cum quidam 12. §. illi vero, qui iurauerunt non loqui patri, vel matri. extra de Iure Iurando. & ex Augustino Seuero Mileuitano Episcopo in can. inter cetera, vt rogaueras 22. 22. q. 4. Rationem reddente ac dicente: Porrò iuramentum non ob hoc fuisse institutum inuenitur, vt esset vinculum iniquitatis, vel matricidii, vel fratricidii, seu cuiuscumque criminis.

Iurās nō soluere certo tēpore, si post illud soluat, periurus non est, quia soluendo ad veritatem reuertitur. ex Gregorio in can. apud misericordem namque Iudicem 10. 32. q. 2. notatque gloss. ibidem verbo reuertitur. & Glossella Marginalis eodem loco.

Iuramentum ab Hebræo præstitum in consideratione habetur; quia illi per verum Deum iurant. ergo seruandum. ex Hieremia 4. 2. Et Iurabis viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & iniustitia. Explicat Hieronymus in can. & iurabunt viuit Dominus. 7. & can. considera, quod hic saluator. 8. 22. q. 1. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo pro confessione. dicens: Iurando enim per Deum, confitemur ipsum. sequuta fuit Rota apud Card. Caualerium decis. 233. sub num. 2.

Iuramentum de re illicita non tenet, nec seruandum. & siquidem peccat, qui sic iurat. Illud tamen consilio salubriore mutandum erit. Ex Decreto Soteris Papæ in can. si aliquid fortè incautius 16. 22. q. 4. Et ibidem Gratianus in summa. Quod autem illicita iuramenta seruari non debeant. vbi Gloss. verbo illicita sex modis iuramentum illicitum dici, deducit. Rationem reddit Cōcilium Toletanum octauum ibidem can. 1. Quia tolerabilius est stultæ promissionis vota reiicere; quàm per inutilium promissorum custodiam, exhorrendam criminum implere mensuram. Et male iurauit Herodes, & pessimè impleuit. ex Ambrosio in can. est etiam contra officium 2. eadem 22. q. 4.

Iurandi praua consuetudo etiam si sine animi iudicio fiat, à peccato non excusat; & ob peierandi periculum; & ob irreuerentiam erga Deum, qui passim, & in friuolis, & illicitis in testem adducitur. ex Isidoro in can. non est contra Dei præceptum iurare 13. 22. q. 1. Isidorum excipe: Non est contra Dei præceptum iurare: Sed dum iurandi vsum facimus, periurii crimen incurrimus. Non enim iurare peccatum est, sed peierare. ex Augustino in can. si peccatum esset iuratio 14. eadem 22. q. 1. Ex iurandi autem facilitate periculum facile incurrimus peierandi. Exponimus ergo nos periculo probabili peierandi. peccamus proinde, & mortaliter. Lodouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part. 4. casu 2. Victorellus ad Toletum lib. 4. cap. 22. versiculo malus iurandi habitus. Excusat verò à mortali, si qui hoc habitu laborat, ita subitò iuret, vt plena animi deliberatio posterior sit. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 11. cap. 3. q. 3. Deducitur ex Augustino in can. ita ergo præcepisse Dominum intelligitur 5. in principio 22. q. 2. Rationē reddens: Ne quisquam sicut bonum, appetat iusiurandum; & assiduitate iurandi ad periurium per cōsuetudinem dilabatur. Id circo iurandi consuetudo improbatur, ne prompta sit occasio peierandi.

Iuris iurandi causa quisque de foro efficitur Ecclesiæ, quia res grauissimi criminis est, vt etiam

etiam excomunicationi subiici valeat trensgrediens, atque proinde Iuramentum forum foro addit. Ex Eutychiano Papa in can. *prædicandum est etiam, vt periurium fideles caueant.* 77. *sine finali.* 22. q. 1. Decreuitque Bonifacius Octauus in ca. *cum C. Lucus.* 3. *sine finali de foro competenti in* 6. decernens: *Ipsum coram Ecclesiastico Iudice (ad cuiusforum rationę Iuramenti causa huiusmodi cognitio noscitur pertinere) de iure poteris conuenire. vt ipsum monitione præmissa, per censuram Ecclesiasticam, quod te super prædictis (vt tenetur,) seruet indemnem, praua ratione compellat.* ibique notat *Gloss.* verbo *Iuramenti.* & expressissimè Innocentius Tertius Prælatis per Franciam constitutis respondit in can. *nouit ille, qui nihil ignorat.* 13. § *Licet autem hoc modo procedere valeamus super quolibet criminali peccato extrà de foro competenti.* apertis verbis inferens: *Nunquid non poterimus de Iuramenti religione cognoscere, quod ad iudicium Ecclesię non est dubium pertinere, vt rupta pacis fœdera reformentur?* & notatur ex Concilio Toletano Octauo in can. *omne, quod in pacis fœdera venit* 1. eadem 22. q. 1. Idemq; Innocentius Tertius Duci Caringiæ scribens in can. *venerabilem* 34. §. *idem etiam contra proprium iuramentum de electione & electi potestate.* in hoc sequentibus inferente: *Vtrum verò dictum iuramentum sit licitum, vel illicitum, & ideò seruandum, vel non seruandum extiterit, nemo sanę mentis ignorat, ad nostrum Iudicium pertinere.*

Iuramentum tamen non extendit dispositionem vltra limietes suos, sed maius dumtaxat vinculum, religionis videlicet, addit, & forum foro, ad contractus firmandam validitatem. *Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 15. *num.* 7. Operatur enim iuramentum secundum contractus ipsius naturam, & ad illum restringitur, eoque reprimitur. *Rota apud Cardin Caualeriū decis.* 109. *n.* 9.

Iuramentum iniquitatis vinculum esse minime debet. Augustinum percipe Seuero Mileuitano Episcopo scribêtem in can. *inter cętera, vt rogaueras, à Patre nostro Ambrosio quęsiui* 22. *circa medium* 22. q. 4. qui sequentibus rem aperit: *Porrò Iuramentum non ob hoc fuisse institutum inuenitur, vt esset vinculum iniquitatis.* Nec diuersimode decreuit Nicoleus Tertius in cap. 1. §. *quia verò in statutis, & consuetudinibus supradictis. de iure iurando in* 6. Rationē reddens: *Cùm iuramentum non fuerit, vt esset iniquitatis vinculum, institutum.* Bonifacius Octaus in regula *non est obligatorium, contra bonos mores pręstitum Iuramentum.* 58. *de regulis iuris in* 6. & regula 69. *In malis promissis fidem non expedit obseruari.* ibidem. vide *Surdum cons.* 37. *lib.* 1. diximus *respons.* nostra 9. *num.* 29. & 30. *part.* 5.

Iuramentum ferè semper à malo est. Clemens Tertius in cap. *super hoc, quod sciscitaris* 5. *paulò ante finem de renunciatione.* verba sunt Clementis: *Maxime si non interuenit iuramentum, quod vix fieri de voluntate propria creditur; quod fere semper à malo est.* exponit id *Gloss.* verbo *à malo.* commentum agens: *Scilicet, non credentis.* Explicatius sanctus Augustinus in can. *ita ergo præcepisse Dominum intelligitur* 5. 22. q. 1. Qui ad verba Domini (Matthæi 5.) *Quod autem amplius est à malo est:* sic infert: *Id est, si iurare cogeris scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades: quę infirmitas vtiq; malum est.* sequiturque in can. *sequenti.* De Iuratione verba subnectens: *quæ vtique necessaria est, vt alteri persuadeas, quod vtiliter persuades. Sed à malo est illius, cuius infirmitate iurare cogeris.* Nec recedit Innocentius Tertius Abbati, & Capitulo Castellionis scribens in cap. *& si Christus præceperit.* 26. §. *Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentum. extrà de iure iurando.* Audi dicentem: *Iacobus quoque non simpliciter prohibet iuramentum sed voluntatem iurandi, cum ait: Ante omnia fratres mei nolite iurare. Quoniam ad iuramentum non debet quemquam spontanea voluntas inducere, sed necessitas trahere importuna.* Ideo namque Iurat, vt ubi credatur, quod veritatem, dicat. A malo ergo est, incredulitatis videlicet eius, cui Iuratur. Deducitq; Augustinus in can. *si peccatum esset iurare* 14. 22. q. 1. in fine concludēs: *Sed quod amplius est, à malo est: Et si non à malo iurantis, à malo est non credentis.*

Iuramentum, vt sit firmum tres secum comites habere debet. Innocentium excipe ad Abbatem, & Capitulum Castellionis in cap. *et si Christus præceperit* 26. §. *Iacobus quoque non simpliciter prohibet Iuramentum. extrà de iure iurando.* Qui sequentibus verba infert: *Et tunc potest sine culpa iurare: dummodo illos tres comites habeat Iuramentum, de quibus propheta ait:* (Hieremies 4.) *Et iurabunt: Viuit Dominus in veritate, & iudicio, & iustitia.* Et deductum fuit ex Hieronymo per Gratianum in can. *Et iurabunt. viuit Dominus* 7. 21. q. 1. & per eundē Hieronymum in can. *animaduertendum est* 2. eadem 22. q. 2. dicentem: *Animaduertendum est, quòd ius iurandum hos habet comites; veritatem, iudicium, atque iustitiam. Si ista defuerint; nequaquam erit iuramentum, sed periurium. Veritatē. id est conscientiam veritatis. Iudicium. id est, discretionem. iustitiam. vt iustum sit, & licitum quod iuratur.* secundum *Gloss.* ibidem. & *Gloss.* in d. cap. *& si Christus.* pluribus deducit Gratianus in can. *innocens credit omni verbo* 23. *sine finali* §. *illud ergo iuramentum* 22. q. 4. videndus *S. Thomas* 2. 2. q. 89. *art.* 3.

Iurans quod falsum est, putens esse verum, atque legitimum, promittens illud seruare, vt puta vsuras soluere, materialiter Iurasse videtur, & debet absolui à Iuramento iam præstito. ex Cœlestino Tertio in can. *verùm in ea quæstione* 25. *in fine principii extra de iure iurando.* Quia nimirum: *Non est tutum quemlibet contrà iuramentum suum venire, nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis æternæ.* Vt Alexander Tertius Senonen Archiepiscopo respondit in cap. *si verò aliquis quemquam grauissimo metu.* 8. *eodem de Iure Iurando extrà.* Deducit Gratianus in can. *Innocens credit omni verbo.* 23. §. *coniugem namque habebere. in fine. vers. quo exemplo euidenter datur intelligi* 22. q. 4. sequitur *Bald. in l.* 1. *in fine C. si*

ad

*aduersus venditorem* . noster *Murantæ conf.*93. *nu.*19. Et distinguit peroptime Augustinus in *can. homines falsum iurant , vel cum fallunt, vel cum falluntur.*3.22.*q.*2. Quod aliud est materialiter falsum iurare, putans illud verum. aliud formaliter . Rationem teddens in fine dicens: *Interest quemadmodum verbum procedat ex animo. Ream linguam non facit , nisi mens rea.* & sequitur *can. is autem, qui mentitur* 4. *eadem* 22.*q.*2.

Iuramentum seruare quis non tenetur , si eius obseruantia in damnum vergeret salutis æternę , vel etiam proximi : ex Alexandro Tertio Senonen Archiepiscopo in *cap. verum si aliquis* 8. *post principium extra de Iure Iurando.* illis verbis: *Nisi tale sit, quod seruatum vergat in interitum salutis aeternę.* vbi *Gloss.* idē est etiam , si temporalis . ex Gratiano in *can. Innocens credit omni verbo.*23. §. *illicitum ergo iuramentum. circa finem. vers. quisquis ergo se iuramento firmauerit quidquid facturum , quo vel corporalis , vel spiritualis salus adimatur.*22. *q.*4. & adnotat *Nauarrus conf.*70. *præfectus cuiusdam nu.*7. *lib.*3. *de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* Cum enim

Iuramentum in tertii pręiudicium redundat, seruari non debet. ex Innocentio Tertio in *cap. cùm contingat interdum* 28. *in fine de iure Iurando .* dicente illo . *Ipsi seruare debent huiusmodi iuramenta sine vi & dolo sponte pręstita, cùm in alterius pręiudicium non rediident, nec obseruata vergāt in dispēdiū salutis ęternæ.* Deducitur ex eodē Innocētio H. & S. & M. Ciuibus Venetis in *c. veniens ad præsentiā nostrā* 16. *in fine. eodem* . Et ex eodem, Illustri Regi Aragoniæ in *cap. quanto personam tuam* 18. *eodem titulo.* Cum iuramentum non vt esset iniquitatis vinculum fuerit institutum. Et Bonifacius Octauus in *cap. quamuis pactum patri factū* 2. *de pactis in* 6. Rota apud *Coccinum decis.*440. *nu.*4. & in *Clusina pensionis coram Illustrissimo Platto apud Marchesanum decis.*67. *nu.*3. *part.*1. *fol.*570. Etiam si secunda obligatio esset sine iuramento , & prima Sacramento firmata. ex *Federico de Senis conf.*191 *nu.*2. vide *Lessium de Iustitia, & iure lib.*2. *c.*42. *dubio* 3. *in fine nu.*17.

Iuramentum diebus festis , & in honorem Dei reseruatis, exigi, atque præstari minime debet. ex Concilio apud Sanctum Medardum habito in *can. decreuit Sancta Synodus* 17.22. *q.*5. Ni fortasse de concordia , & pacificatione agatur. vt ibidem.

Iuramentum vi, vel metu, siue dolo extortum non obligat . Quia non debet esse vinculum iniquitatis. Eo maxime, quod non est voluntarium. ex Innocentio Tertio in *cap. cum contingat interdum* 28. *in fine de Iure Iurando.* illis verbis, *sine vi, & dolo, sponte præstita.* ibique *gloss.* verbo *sine vi.* ex Alexandro Tertio Vigorien Episcopo in *cap. Abbas Sancti Cadmundi* 2. *de his, quæ vi, metusque causa fiunt.* ibique per quàm optime *gloss.* verbo *coactus.* Deducitur ex auctoritate Nicolai Papæ Episcopis Galiię in *can. auctoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum secuti.*2.15.*q.*6. ibique plene *gloss.* in casus figuratione per totam.

Iuramentum exigendum ab eo non est, neque expetendum, quem falsò iuraturum æstimamus, ne ille periurium faciat, & nos faciendi causa simus. ex Augustino in *can. si peccatū esset iuratio* 14. ibique Gratianus §. *ex pręmissis colligitur* 22.*q.*1. & *gloss.* ibidem in casus figuratione perpēdens illud: *Quod amplius est, à malo est* . ibique *Glossella* Marginalis adnotans : *Iuramentum non est recipiendum ab illo, quem stimus falsum iraturum* . vide *Riccium* Episcopum Vici *decis.*2. *nu.*2. *part.*4.

Iuramenta contracta tribus modis dissoluenda sunt. Primò, cum quis malè iurat. Secūdò, cum quis incautè iurat, non putans esse peccatum. Tertio, si pueri , vel puellæ in domo parentum se iuramento constrinxerint . patribus, postquam audierint , contradicentibus. verba Hieronymi in *can. si quis præuentus fuerit* 19. §. *tribus siquidem modis.*22.*q.*4.

Iuramenti religio tanta est, vt qui in Sanctis audet iurare, hoc ieiunus faciat, cùm omni honestate , & timore Dei. & vt pueri ante annos quatuordecim non cogantur iurare. ex Cornelio Papa in *can. honestum etiam videtur* 16.22.*q.*5. Non tamen est præceptum sed honestum. vt *Gloss.* ibidem verbo *hoc ieiunus* adnertit. Conicit ex Cōcilio Eliberitano in *can. pueri ante annos quatuordecim* 15. *eodem* 22.*q.* 5.

Iuramentum , & Iurare, ex se simpliciter peccatum non est, alioquin non permitteretur. *Non enim iurare omnino peccatum est* . Gratianus in *summa* in fine 22.*q.*1. Verba facit . & Augustinus ibidem *can. non est. contra præceptum iuratio* 2. & *can. vt noueritis verum iurare non esse peccatum.*4. & *can. si peccatum esset iuratio* 14. *eadem* 22.*q* 1. inferens: *Non enim peccatum præciperetur nobis.* Nam in veteri lege (*Leuitici* 19.) dicitur: *Non peierabis, reddes autē Domino iuramenta tua.*

Iuramenti hęc causa est, vt qui iurat veritatē dicat. *Quia omnis, qui iurat, ad hoc iurat, vt quod verum est eloquatur* . Vt Chromarius inquit in *can. iuramenti hæc causa est* 12. *in initio* 22.*q.*5. In firmitatem namque eius , quod dicitur, quod verum sic, Deus testis aduocatur, qui veritas est . ex Hieronymo in *can. considera, quod hic saluator* 8.22.*q.*1. *in fine* . illis verbis: *Sed quod melius est Deo id exhibere, quam dæmonibus.* Quia Deus fons est veritatis. Dæmones mendacii . Qui vero mendacium dicit, & iurat Dei nomen in vanum assumit . & ideo peccatum admittit. ex Isidoro in *can. quacūque arte verborum quisque iuret* 9.22.*q.*5.

Iuramentum quacumque arte verborū quisque iuret, Deus tamen , qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut ille cui iuratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit; Quia & Dei nomen in vanum assumit; & proximum dolo capit. Isidorus sententiarum lib.2. cap. 31. in *can. quacumq; arte verborum quisq; iuret* 9. 22.*q.*5. vide *Nauarum manuali cap.*16. *num.*18. & *conf.*19. *nu.*2. *lib.*4. *de sponsalibus. & matrimonijs.*

Iuramētū, quod licitū, ac iustū est, secum quoq; Iustitiam habet, atque seruādum erit, quamuis

uis

nis ex parte petentis aliqua intercesserit fraus; sicut Iosue Gabaonitis iuramentum seruauit. Ambrosium excipe in can. *Innocens credit omni verbo* 23. *in fine* 22. *q.* 4. Quia ore ambrosiano effundit: *Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerij. Clementior sententia, sed diuturnior.* Sic Ambrosius. Seruari ergo debet iuramentum, quod licitum est.

Iuramentum præstare sacerdotes ex leui causa non debent, nisi pro fide recta. ex Cornelio Papa ad Rufum Episcopũ Orientalem in *can. sacramentum hactenus à summis sacerdotibus* 1. & aliis sequentibus. & ex Concilio Triburiensi in *can. si quis presbyter contra laicum* 4. 2. *q.* 5.

Iurare per falsos Deos verum, minus peccatum est, quàm per verum Deum, falsum iuramento firmare. Deum enim verum in falsitatis testem adducit. Maius ergo peccatum est. Augustinum excipe testem in *can. mouet te, verum eius fide vtendum sit* 16. *post medium* 22. *q.* 1. Qui sequentibus fatur: *Veruntamen sine vlla dubitatione minus malum est per Deos falsos veraciter iurare, quàm per Deum verum fallaciter. Quanto enim per quod iuratur magis est sanctum; tantò magis est pœnale periurium.* Quanto enim res est sanctior vel melior, tanto est maius peccatum offendere eam, quàm aliam. vt *Gloss.* ibidem verbo *pœnale* commentum agit.

Iurans per Lapidem, vel aliam creaturam falsum, vt decipiat, periurus est. Quia per id, quod sanctum non putas, falsum iuras. ex Augustino in *can. Ecce dico charitati vestræ.* 10. 22. *q.* 5. inferens in fine: *Homines iuras ante Lapidem, sed numquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem. Sed punit te Deus fallentem.* Iurans super lapidem putans se iurare super Euangelium, perinde tenetur, ac si super Euangelia iurauerit. ex Gratiano in *can. humanæ aures verba nostra talia iudicant* 11. §. *Item obijcitur, qui iurat super lapidem* 22. *q.* 5.

Iurans; peierare tamen vere intendens, antequam iuret, iam periurus esse videtur. *Quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, & ex corde.* Chromatius in *can. qui peierare paratus est* 13. 22. *q.* 5.

Iurans, si necessitate præpeditus iuramentum implere non possit, periurus non est: quia non voluntate, sed necessitate retinetur, ne impleat. ex Bonifacio martyre Zachariæ Papæ in *can. antecessor prædecessoris vestri* 104. *circa finem* 11. *q.* 3. Verba sunt Martyris: *Quod ex parte seruare, & ex parte custodire, & implere non potui: Sed spiritaliter impleui sacramentum, quia in consensum, & in consilium eorum non venit anima mea: corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui.* & notat *Gloss.* ibidem verbo *sed spiritaliter* ex Gregorio in moralibus in *can. humanæ aures verba nostra talia indicant* 11. *in fine* 22. *q.* 5. Rationem reddente: *Quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.*

Iuramentum erat tempore antiquæ legis: Viuit Dominus, & Viuit anima mea: ex Hieronymo in *can. & iurabant, viuit Dominus* 7. 22. *q.* 1. in fine dicente: Viuit Dominus. *In testamento veteri Ius iurandum est, ad condemnationẽ mortuorum, per quos iurat omnis idololatria.* In testamento vero nouo in primitiua Ecclesia iurabant: testis est mihi Deus: & testis est mihi conscientia mea. ex Augustino in *can. si peccatum esset iuratio.* 14. *in fine eadem* 22. *q.* 1. dicente: *Cum magno timore dico; Coram Deo, & Testis est Deus: aut scit Christus, sic esse in animo meo.* Apud modernos iuramentum est: *Sic te Deus adiuuet, & istæ Sanctorum reliquiæ.* ex Romano ordine in *can. de parentela illa* 5. *in fine* 35. *q.* 6. & *can.* sequenti in fine. *Sic te Deus adiuuet.* Instituitque Eutychianus Papa in *can. Episcopus in Synodo residens* 7. *in fine eadem* 35. *q.* 6. eisdem verbis: *Sic te Deus adiuuet, & istæ Sanctorum reliquiæ.* & aliis canonibus sequentibus. Et Gregorius Papa in *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus* 9. *circa medium* 1. *q.* 7. Iuramenti formam inscripsit: *Vnde iurans dico: Per Deum Omnipotentem, & hæc sancta quatuor euangelia, quæ in manibus meis teneo.* Et hæc passim nunc seruatur iuratio.

Iuramenti forma ab hæresi, vel à schismate redeuntibus traditur per Gregorium *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus* 9. 1. *q.* 7. & ex actis Synodi Romanæ sub Nicolao II. in *can. ego Berengarius indignus sancti Mauritij Andegauensis Ecclesiæ Diaconus* 42. *de consecratione distin.* 2. dicens: *Iurans per sanctam, & homousion Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Euangelia.*

Iuramentum rebus in humanis pluribus ex causis exquiritur, vt quæ aguntur iuris iurandi sacramento firmiora reddantur. Primo pro fœdere pacis. Nam *omne, quod amicorum animos conciliat, tunc fidelius durat, cum eos sacramenti vincula ligant.* ex Concilio Toletano octauo in *can. omne, quod in pacis fœdera venit* 1. 22. *q.* 1. Pro fide, atque fidelitate. ex actis Synodi Romanæ sub Nicolao Secundo in *can. Ego Berengarius* 42. *de consecratione distinct.* 2. Et a iuramento fidelitatis, quod vassalli domino iurarunt, ex causa Papa vassallos absoluit. ex Gregorio Papa in *can. alius item Romanus Pontifex* 3. 15. *q.* 4. Pro famæ propriæ purgatione. ex Gregorio Papa Tertio ad Bonifacium in *can. presbyter, vel quilibet sacerdos* 5. 2. *q.* 5. verbis illis: *Iusiurandum in medio erit, & illum testem proferat de Innocentiæ suæ puritate, cui nuda, & aperta sunt omnia.* Pro obedientia erga fidem Catholicam In promouendo ad ordines, & reuerentia superioribus exhibenda. ex Cõcilio Toletano XI. in *can. quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus* 6. *distinc.* 23. Pro veritate inquirenda, vt in testibus, & aliis. ex Concilio Toletano Octauo dicto *can. omne, quod in pacis fœdera venit* 1. *in fine* 22. *q.* 1. & ibidem *glos.* verbo *omne.* & ex Synodo habita Romæ sub Eugenio Papa Secundo in *can. quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur* 2. 14 *q.* 2. Et demum pro damno dato, vel dando vt euitetur. ex

Gre-

Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can.in primis requirendum est de persona presbyteri 7. col. 4. §.Gloriosus verò Comitiolus 2.q.1.* dicente illo: *Sed & quoque se in persecutionem,& violentiam eius expedisse,vel damnum idē Episcopus pertulisse iurauerit, idem Gloriosus Comitiolus reddat, ac satisfaciat.* Ex iuramento itaque damnum probatur. Vnde etiam versus:

*Pax,& fama,fides,reuerentia,cautio damni.*
*Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.*

Iuramenti fractio,quod periurium dicitur graui pœna fecitur, nec minori æstimatur,quā adulterium,fornicatio, homicidium sponte commissum.ex Eutychiano Papa in *can.prædicandum est etiam, vt periurium fideles caueant 17.siue finali 22.q.1.*Grauior autem est pœna peierantis,quam consentientis,& grauissima eius, qui ad peierandum induxit. ex Concilio Matisconensi primo in *can. si quis coactus fuerit 7.22.q.5.*

Iuramenta irritari possunt ex causa. omnia quidem à Papa,qui supremam obtinet potestatem.ex Nicolao Papa Episcopis Galliæ in *can. auctoritatem venerabilium prædecessorum nostrorum 2.15.q.6.* Secundum autem à Domino suo, ob damnum, quod ipse Dominus haurire posset. ex noua Constitutione in *can.si seruus sciente, & non contradicente Domino 20.distinct.54.* Filiorum Parentes, si illi ante decimum quartum ætatis annum iuramētum præstiterūt.ex Concilio Eliberitano in *can.pueri ante annos quatuordecim.15.*Et ex Cornelio Papa in *can. honestum etiam videtur 16. 22.q.5.* Vxoris maritus,cum fœmina sub viro sit. ex Augustino in *can. manifestum est ita voluisse legem 11.33.q.5.* Monachi suus Abbas. ex Concilio Agathensi in *can. Monachū nisi Abbatis sui aut permissu, aut voluntate 3. 20.q.4.* Quia velle & nolle non habet,& mūdo mortuus æstimatur. ex Eugenio Papa in *can. placuit communi nostro Concilio 8. circa finē 16.q.1.*plura deduximus *respons.*nostra 82.*nu. 6.par.5.*

Iuramentum fidelitatis excomunicatis seruari non debet, quandiù in excommunicatione persistūt. ex Gregorio Septimo Romanę Synodo præsidenti in *can. nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes 4. 15. q.6.* ibidemque *gloss* verbo *constricti sunt.in fine.* dicens: *Vnde licet excommunicatio tollat obligationē quo ad fidelitatem &c.*Excommunicato igitur fidelitas non debetur.

Ius Canonicum ab antiquis Patribus institutū Sancto Spiritu suggerēte processit.Nam illo spiritu diuino suggerente sacri canones cōscripti fuere. ex Hormisda Papa scribente omnibus Episcopis per vniuersas prouincias in *can.si quis diaconus, aut presbyter 29.in principio distinct.50.* *Abbas in cap.in Ciuitate 6. nu 7.ante vers.ex hoc ergo de vsuris.*Aduertendum tamen quod

Iuris diuini nomen diuersimode Theologi, atque Canonistæ accipiunt;Canonistæ quidem latius,nam Ius diuinum exaudiunt quidquid in sacris litteris continetur: Theologi verò strictius, ac presius, pro eo videlicet, quod Christus Dominus instituit,vel,quod ex his, quæ ipse fieri iussit,certo & euidenter colligitur, cuiusmodi sunt fidei pręcepta, & sacramentorum. Deducit pluribus *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.1. lib.2.c. 17.q.3. littera D.* vide quoque *Sanctarellum variarum resolutionum q.1.n.4.in fine.*Dicentē: Ius diuinum dici illud, quod licet expressè non habeatur in sacris litteris, euidenter tamen ex illis deducitur, atque colligitur.

Iure qui vtitur suo, si quid male indè alicui accidit,consequenter videlicet,imputandum non erit vtenti. Augustinum accipe ad Publicolam scribentem in *can. de occidendis hominibus 8.circa finem 23.quæst.5.*Qui de Paulo verba faciens, qui vt in Tribuni notitiam perferretur,insidias sibi à quibusdam perditis præparari, satis egit; & ob hoc deductores accepit armatos; si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusionem sanguinis eorum causam dedisset; sequentibus infert: *Absit vt ea, quæ propter bonum ac licitum facimus, aut habemus; si quid per hęc prćter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur,* & notat *gloss.* ibidem verbo *bonum.*& expressius *Gloss.* in *can. presbyter,aut diaconus 2.15.q.5.* verbo *sacramento* circa finē *vers.*Item cùm Episcopus iure suo vtatur, si quid mali inde accidit, non est ei imputandum. Deducitur ex Augustino in libro de mendacio in *can.primum est capitale mendacii, longeque fugiendum.8.§. non est igitur mentiendum in doctrina pietatis 22. q.2.* dicente illo: *Non est mentiendum tertio genere; quia nulli cū alterius iniuria consulendum est.* vbi *Gloss.*verbo *cum alterius.* sic infert: *Potest tamen sibi aliquis consulere cum alterius iniuria: dumtamen non eo proposito faciat,vt alii noceat; sed tantùm vt sibi prosit.*Deducit ex Vlpiano lib.53.ad Edictum in *l.si cui aqua pluuia damnum dabit.1.§. denique Marcellus scripsit. ff. de aqua pluuia arcenda.*qui sic infert: *Et sanè non debet habere, si non animo nocendi vicino,sed suum agrum meliorem faciendi, id facit.* infertque sequens *gloss.* d.verbo *cum alterius:*Denique, nec tunc facit iniuriam, cum suo iure vtitur. Deducitque peroptime Gratianus in *can. quæritur,cur Patriacha mentiri voluit 22.§. hinc idem Apostolus scribens Romanis ait. 22. q.2.* De Iacob Patriarcha loquens, atque inferens: *Veraciter ergo, non mendaciter Iacob se dixit Esau esse:nec mentiendo, sed verum dicendo sibi profuit, alteri verò non nocuit: quia benedictionem sibi debitam accepit,non alienum subripuit.* infert ad remnostram *gloss.*ibidem verbo.*non nocuit.*dicens: *Et sic iniuriam non fecit:quia iure suo vsus est.*Et expræssissimè protestatus fuit Innocentius Tertius Episcopo Florentino in *cap.cum Ecclesia vulterana 31.§. mandamus quatenus super primo articulo de electione, & electi potestate.* Rationem reddens: *Quia non videtur iniuriam facere, qui vtitur iure suo.* ibique notat *gloss.* verbo *iniuriam.*diximus *respons.*nostra 85.*nu. 39. part.4.* Deduciturque ex Augustino in *can.*

can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere 9.§. neque enim frustra in sanctis canonicisque libris.22.q.5. Et rationem,quam eefert: *Quoniã regulam diligendi proximum à semetipso dilector accepit, quandoquidẽ scriptũ est: Diliges proximũ tuum sicut te metipsum.* Ex quo loco gloss. ibidem veebo *semetipso*. Et ipsa defert: *Vnde possum mihi consulere cum damno alterius.* Ex Vlpiano lib.9. Disputationum in l. *si quis fumo facto apes alienas fugauerit* 50. §. *quod dicitur damnum iniuria datum ff.ad legem Aquiliam* Verba sunt Vlpiani: *Vt Celsus scripsit circa eũ, qui incendii arcendi gratia vicinas ades intercidit. Nam hic scribit cessare legis Aquiliç actionem, iusto enim metu duci,qui ne ad se ignis perueniret, vicinas aedes intercidit. & siue peruenerit ignis,siue ante extinctus sit, existimat legit Aquiliæ actionẽ cessare.* Iure eego, qui vtitur suo,iniuriam nulli infert. Sibi ergo imputari minime debebit.

Iure quod fit, iustè quoque fieri dicitur; & quod iustè, benè. Aegumentum hoc habes ex Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris* 11.14. q.4. Qui inductione sic infert Cheistianę eloquentiæ Cicero: *Hoc enim certè alienum non est, quod iurè possidetur: hoc autem iure,quod iustè: & hoc iustè, quod benè. O mue igitur, quod malè possidetur, alienum est: malè autem possidet,qui malè vtitur.* Quod ergo iure fit,hoc iustè. ergo bene. diximus *respons.* nostra 48.*nu.*44.*part.*4. Nec diuesimode ex Innocentio Papa in *can. deinde ponitur non dici oportere bigamum eum; circa finem §. aspiciamusgentilem hominem Cornelium distinct.* 26. Qui sic aegumẽtum infeet: *Quia quidquid benè gestum fuerit, & secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire.* Eege iuee.ergo iuste.ergo bene. Accedat huic argumento Gregoeius ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet 4.in fine §. si igitur bene præsumpsit. distinct.*5. De muliere loquens, quę sanguinis fluxum patiebatur, & ad Dominum accessit, eius vestimenti fimbriam tetigit, & sanata fuit, consequentiam inferens: *Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimẽtum Domini in languore posita tetigit; quod vni personę infirmanti conceditur; cur non concedatur cunctis mulieribus,quę naturæ suę vitio infirmantur?* Si ergo benè.ergo iurè. ergo iustè. Alioquin non pecedetet argumenrum. Meminimus *respons.* nostra 106.*n.*23.*part.*5. & *respons.* 20.*nu.*10.*eadem part.*5. & è contra *respons.*18. *nu.*62.*eadem part.*5. & *nu.*63.

Iure comuni quod cuique competit, denegandum non est. ex Concilio Toletano Secundo in *can. de iis,quos voluntas parentum.*5. *distinct.* 28. in fine illis verbis: *Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit,concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus.* Consequentiam infert *Gloss.* ibidem verbo *auferre*. Deducens: *Quod ergo de iure communi competit, negandum non est.*

Iure naturali omnia communia sunt omnibus. Gratianus in *Summa in principio distinct.* 8. dicens: *Nam iure naturali omnia sunt communia omnibus.*

Iuris naturalis ea sunt, quę sunt per se nota, vel in bona consequentia ex per se notis inferuntur. *Nam Ius naturale est commune omnium nationum, eo quod vbique instinctu naturę, nõ constitutione aliqua,habetur.* Ex Isidoro Erymologiarum lib. 5. in *can. Ius naturale* 7. *dist.* 1. Sanctus *Thomas* 1.2.*q.*99. *per totam.* prælectim *art.*4. *Nauarrus conf.* 12. *in* 3. *argumento nu.*3. & *nu.*4. *ad* 3. *lib.*4. *de consanguinitate, & affinitate.*

Iuri suo quilibet renunciare potest. Post quam autem eenunciauerit, ad illud eedire amplius non potest. Ex S. Cypriano Episcopo, & Martyre ad Iubaianum in *can. quam periculosum sit in diuinis rebus* 8.7.*q.*1. Renunciauit siquidem iuei suo primogenitutę Esau. ad illud tamen post factam renunciationem eedire amplius non valuit. notat *gloss* ibidem verbo *quam periculosum*. Concordat Gelasius Papa Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro Episcopis in *can. si illic, vbi hęc acta sunt* 49. 23.*q.*4. illis verbis: *Semel in ablatione remissa punitio recidiuo dolore non debet iterari: diuinę: scilicet imitatione Clementię, quę dimissa peccata in vltionem redire non patitur.* Nec diuersimodè Iustinianus Cęsar in *l. si quis in conscribendo Instrumento* 49. *C. de Episcopis, & Clericis.* Dicens, atque decernens A. Ioanni P.P. respondens: *Sancimus, non licere ei aduersus sua pacta venire, & contrahentes decipere: cùm regula sit iuris antiqui, omnes licentiam habere iis, quæ pro se indulta sunt, renunciare.* Peosequitue Cardinalis *Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus lib.*22. *titulo* 27. *nu.*9. *in fine.* diximus *respons.* nostra 6. *num.*21. & *sequentibus parte* 4.

Iurisdictio quo ad animarum Curam, sacramẽtorũ administrationem, & alia, quæ Episcopis pertinent, Abbatibus, & Monachis interdixit Calixtus Papa Secũdus in *can. interdicimus etiam Abbatibus, & monachis* 10.16. *q.*1.

Iurisdictionem exercere Ecclesiasticam in alienos subiectos nullus debet Episcopus, non iudicare, vel ordinare, aut excommunicare; *Quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit: Quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur.* Calixtus Papa scribit ad Episcopos Galliæ in *can. nullus alterius terminos vsurpet.*1. & *can. nullus primas, nullus Metropolitanus* 3.9. *q.* 2. Nisi ex aliqua causa forũ quis sortiatur. ex Pelagio Papa Benegesto Defensori in *can. experientię tuæ præsenti auctoritate mandamus.*15. & Sergio Cancellario in *can si quisquam Clericus* 16. 11. *q.* 1. vel scilicet ratione originis, vel domicilii, vel contractus, vel ratione delicti, vel tandem ratione rei sitę. ex Gregorio *IX.* in *cap. licet ratione delicti, seu contractus.* 20. *siue finali extrà de foro competenti.* & Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap.* 1. *de priuilegiis in* 6. & *Gloss.* in *summa* 3.*q.*6. verbo *extra Prouinciam.* deduximus *respons.* nostra 54. *per totam par.*5.

part.5. Peccat proinde, qui Iurisdictione vtitur, quam non habet, quia illam vsurpat. ex S. Thoma 2. 2. q. 60. art. 6. in corpore. diximus supra verbo Iudex.

Iurisdictionem nullam aliam Metropolitanus in suos Suffraganeos Episcopos, neque Patriarcha, & Primas in Archiepiscopos obtinent, nisi quantum sacri canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit. ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo in can. conquestus est Apostolatui nostro 8. 9. q. 3. Hodie ex decreto sacri Tridentini Concilii causas tantummodo appellationis Metropolitanus cognoscit sessione 24. c. causæ omnes 20. de reformatione. & procedere debet iuxta declarationes factas à sacra Congregatione, quas refert Quaranta in summa verbo Archiepiscopi auctoritas. fol. mihi 68. & 69.

Iurisdictionem Ecclesiasticam locans, vel vendens simoniam committit, grauiterque punitur. ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in cap. 1. & in Concilio Turonen cap. 2. ne prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant. & ex Synodo Eugenii Papæ in ca. decernimus, vt laici 2. extra de Iudiciis. Decreuitque sacrosancta Tridentina Synodus sessione 25. cap. 11. de reformatione. Franciscus Marcus decis. 794. part. 1. nu. 1. Genuensis in praxi cap. 77. nu. 12.

Iurisdictionem voluntariam in suos subiectos potest exercere Episcopus extra suam diœcesim, quia nemini in hoc facit iniuriam. ex Innocentio Tertio Illustri Regi Francorum in cap nouit ille, qui nihil ignorat 7. de officio legati extrà. ibique peroptime Gloss. verbo terminos. Nauar. conf. 14. num. 3. lib. 4. de clandestina desponsatione. Rota apud Coccinum decis. 405. per totam. Diana tract. 1. miscellaneo resolut. 51. in fine vers. quæritur quinto part. 1. Riccius Episcopus Vici part. 2. deci. 188.

Iurisdictionem ille sortitur Iudex, vbi crimen admittitur. ex Fabiano Papa Hilario Episcopo in can. ibi semper causa agatur, vbi crimen admittitur 1. 3 q 6. ibique Gloss. verbo ibi semper. ex Decretis Hadriani Papæ in can. qui crimen obiicit 18. siue finali. eadem 3. q. 6. inferentis: Re vera ibi causa agatur, vbi crimen admittitur. Etiam excommunicandn. vt dictum fuit in Cōcilio apud Compendium in can. placuit pro communi vtilitate 4 6. q. 3. notatque gloss. ibidem verbo parochianum. etiam si alias essent exempti. vt gloss. ibidem subnectit. & dixit gloss. in can. eos, qui post subdiaconatum 10. distinct. 32. verbo eos, qui in fine. Quod ratione delicti fit quis de foro alterius.

Iurisdictionem, ex permissione tamen Ecclesiæ, habuerunt quandoque Imperatores eligendi Romanum Pontificem, & ordinandi Apostolicam Sedem. & Archiepiscopos, & Episcopos per singulas prouincias ab eo inuestituram accipere. Et nisi à Rege laudetur, & inuestiatur Episcopus à nemine consecretur. Quicumque contra egerit anathemate eum innodauit sancta Synodus sub Adriano Papa in Lateranensi Patriarchio habita. ex Historia Ecclesiastica in canone Hadrianus Papa 22. distinct. 63. & confirmauit Leo Papa in can. in Synodo congregata Roma 23 eadem distinct. 63. Ratio assi... tur à Gratiano in can. vota Ciuium, testimonia populorum 27. 5. Principibus vero, atque Imperatoribus. eadem distinct. 63. Vt ipsi Principes tamquam deuotissimi filii in eum cōsentirent, quem sibi in Patrem eligi viderent, vt ei in omnibus suffragatores existerent. Verū postmodum sub Hadriano Papa in VIII. Synodo Constantinopoli sub ipso celebrata reuocata hęc fuit potestas. ex can. nullus laicorum Principum, vel potentum 1. cum aliis sequentibus eadem distinct. 63. Verum Imperatores ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam Conciliis interesse possunt. Vt inuenta veritate, non vltrà multitudo variis doctrinis arctata discordet. vt in Sexta actione Chalcedonensis Concilii Martianus Imperator declarauit in canone Nos ad fidem confirmandam 2. distinct. 96.

Iurisdictionem sortiuntur Principes seculares in eos comprimendos, atque morte quoque afficiendos, qui fidei Catholicæ, & Episcoporum Catholicorum sunt contemptores, secundum tamen canones. ex Gregorio Papa in can. nec licuit alicui aliquando, nec licebit 4. distinct. 17. io fine ibique gloss. verbo per seculares. Postquam quidem traditi fuerint Curiæ seculari. ex glos. ibidem d. verbo per seculares. ex Pio Papa in can. si quis sacerdotum, vel reliquorum Clericorum, 18. 11. q. 1. Nā pote atem nullam sortiuntur Principes seculares in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas, nisi, vt Ecclesiam tueantur. Quin cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam susceperunt. ex Isidoro de summo bono in can. Principes seculi 20. 23. q. 5. Sicuti incorrigibiles traditos Curiæ seculari. ex Vrbano Secundo in Synodo apud Melphiam in can. eos, qui post sub diaconatum 10. distinct. 32. testaturque Gratianus in eam sicut enim tibi impietatis crimen est 30. 5. ibis omnibus datur intellig... in fine 11. q. 1. verba sonāt Gratiani: Velut quādo incorrigibiles inueniūtur; tūc detracto eis officio, curię tradendi sunt.

Ius, generale nomen est. Ius autem est dictum; Quia iustum est. Omne autem Ius legibus, & moribus constat. Lex autem Iuris est species. Isidorus Etymologiarum lib. 6. cap. 3. relatus can. Ius Generale nomen est 2. distinct. 1.

Ius aut naturale est, aut Ciuile, aut Gentium, ex eodem Isidoro can Ius autem naturale est 6. distinct. 1.

Ius naturale est, quod in lege, & Euangelio cōtinetur: quo quisque iubetur alii facere, quod sibi vult fieri, & prohibetur alteri inferre, quod sibi nolit fieri. Gratianus in summa distinct. 1. afferens illud Domini (Matthæi 7.) Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis.

Ius naturale cuicumque Iuri præfertur positiuo, siue consuetudini, siue Constitutioni, quæ enim iuri naturali aduersa fuerint, vana & irrita habenda erunt. ex Gratiano in can. quo iure defendis villas Ecclesiæ 1. 5. dignitate vero

*vero Ius naturale. distinct.* 8. & ibidem ex Augustino *can. quęcumque contra mores hominum sunt* 1. Aduersus naturale ius nulla disceptatio admittitur; nisi forte duo mala ita vrgeāt, vt alterum eorum necesse sit eligi. ex Gratiano in *summa distinct.* 13. & de duobus malis, quod minus est eligere oportet. ex Concilio Toletano Octauo in *can. duo mala licet sint omnino cautissime præcauenda* 1. *eadem distinct.* 13. Minus vero malum est, vt quis patiatur in corpore, quàm quod Deus offendatur.

Ius tamen naturale cuicumque humanæ prefertur constitutioni. Gratianus in *summa distinct* 9. *& per totam distinctionem.*

Ius enim naturale ab exordio naturalis creaturę incipiens manet immobile. Ius autem consuetudinis, vel constitutionis mutatur. ex eodem Gratiano in *can. non est peccatum, quando nolentes* 3. §. *his itaque respondetur. distinct.* 6.

Ius naturale omnibus comune est, & Iure naturali omnia sunt communia omnibus. Iure vero consuetudinis, vel constitutionis, siue iure gentium initiū sūpsit meū, & tuum. hoc meum est, illud alterius. Gratianus in *summa distinct.* 8. ibique Augustinus *can. quo iure defēdis villas Ecclesię?* 1. Possessio rerum Iure humano introducta est. Nam iure Diuino: *Domini est terra, & plenitudo eius.* inferens in fine: *Per Iura Regum possidentur possessiones.* & hanc ipsam distinctionem prosequitur Augustinus ad Vincentium in *can. quicumque vos ex occasione legis huius Imperialis* 1. 23 *q.* 7. dicens in principio: *Et quamuis res quæque terrena rectè à quoquam possideri non possit, nisi vel iure diuino, quo cuncta Iustorum sunt; vel iure humano quod in potestate est regum terræ. &c.* Ius ergo duplex Diuinum, et humanum. Differenter igitur iure diuino, & iure humano res possidentur. Qaumuis Ius Diuinum pro iure canonico hic sumatur. vt *Gloss.* ibidem verbo *Diuino.* commentum agit.

Ius soluendi, qui non habet peccata, nec ligandi habet. Ius enim hoc, quod in Ecclesia est, solis permissum est sacerdotibus. Rectè igitur Ecclesia vendicat, quæ veros Sacerdotes habet. Heresis vendicare non potest, quæ sacerdotes Dei non habet. Ambrosius de Cain, & Abel. in *can. verbum Dei dimittit peccata.* 51 *de pœnitentia distinct.* 1. Nam Dominus par ius soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permisit. Concinit Vlpianus lib. 20. ad Edictum in *l. nemo, qui condemnare non potest* 38 *ff de regulis Iuris.* Dicit enim Vlpianus: *Nemo qui condemnare non potest, absoluere potest* Quia nemo, neque condemnare, neque obsoluere potest, nisi vel ordinariam, vel delegatam Iurisdictionē habuerit. vt *Gloss.* ibidem verbo *nemo.* aduertit. vide plura per *Gloss. primam* in *can. inferior sedes superiorem absoluere non potest* 4. *distinct.* 21.

Ius nostrum negligere non debemus. ex Gelasio vniuersis per Dardaniam constitutis in *can. quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam* 6. *in fine distinct.* 64. qui sic infert: *Nec quemquam sibi, quod vobis antiqua dispositione concessum est, patiamini vendicare.* ibique per optimè *gloss.* verbo *patiamini.* quę sic infert consequentiam: *Et ideo resistere potest quis pro iure suo.* & *Cuilib et est homini licitū sua iura tueri: quodque resisto tibi, non potes inde queri.* Ex Leone Quarto Ludouico Augusto in *can. igitur eum sæpe aduersa à Saracenorum partibus* 7. & *can. scire vos oportet.* 8. 23. *q.* 8. Hanc quoque rationem intulit Innocentius Tertius in *cap. licet Magister H. & R. de sancto Cadmundo.* 3. §. 1. *de supplenda negligentia prælatorum* dicens: *Ne igitur Ius nostrum negligere videamur, qui alios in sua Iustitia confouemus.* et *gloss.* ibi verbo *videamur.* et ipsa argumentum defert: *Quod ordinata charitas à se incipit.* Quia satis peruersum æstimatur, vt quis alterius crimine, et facto, iure priuetur suo. ex Gregorio ad Columbum Episcopum Numidiæ in *can satis peruersum, & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram* 7. *distinct.* 56. et notat *Gloss.* ibidem verbo *satis peruersum.* Rationem quoque habes ex Vlpiano lib. 71. ad Edictum in *l.* 1. *in fine principii ff quod vi, aut clam gestum fuerit.* Qui verbis sic infert: *Tueri enim ius suum debuit, non iniuriam committere.* Ius ergo nostrum negligere non debemus. deduximus *respons.* nostra 85 *nu.* 38. & 39. *part.* 4. & *respons.* 95. *num.* 83. *part.* 5.

Ius publicum est in Sacris, et in Sacerdotibus, et in Magistratibus. ex Isidoro in *can. ius publicum* 11. *distinct.* 1.

Ius habet interpretandi canones ille solus, qui habet potestatem condendi eos. Gratianus in *can. sicut enim tibi impietatis crimen est* 30. §. *ex his omnibus datur intelligi.* ante medium 11. *q.* 1. Nam vnde Ius prodiit, ab eo interpretatio inquiritur. *gloss.* ibidem verbo *sicut enim ille solus.* Ex Innocentio Tertio Doctoribus Decretorum Bononien in *cap. inter alia, quę Strigonien Archiepiscopus* 31. §. 1. *extrà de sententia excommunicationis.* respondente. *Vt igitur vnde Ius prodiit, interpretatio quoque procedat.* Ita Innocentius.

Ius suum quisquis cuilibet Ecclesiæ detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romanæ Ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium Ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur: & cum ille vocetur iniustus, hic est proculdubio dicendus hęreticus. Nicolaus Papa Secundus Mediolanensibus scribens per Petrum Damianum Legatum suum in *can. omnes siue patriarchii cuiuslibet apices* 1. *circa finem distinct.* 22.

Ius primogeniturę vendi potest, sicut & Esau (Genesis 25.) Ius vendidit primogenituræ Iacob fratri suo. ex Cypriano Episcopo & Martyre ad Iubianum in *can. Quia periculosum sit in diuinis rebus* 8. 7. *q.* 1. An autem peccarit Esaû primogenituram vendendo? perquirit *Gloss.* ibidem verbo *primatus.* ibidemque *Glossella* Marginalis Hugoois. & affirmat An vero simoniā commiserit? negat. Quia non fuit ius spirituale.

Ius præsentandi potest, & Papa, atque eius Le-

gatus à patrono præueniendo sauferre. ob supremam quam obtinet Papa potestatem. Ex Innocentio Tertio Sancti P. & Sancti Leonis Abbatibus. & R. Archi. Tullen. in cap. dilectus filius 6. extrà de officio legati. deducit gloss. in can. per principelem beatorum Apostolorum Petri, & Pauli 21. 9. q. 3. verbo ad nos. dicens: Iste potest alicui auferre ius præsentandi: etiam Legatus Papę. vt extrà de officio legati. dilectus. Et ex eodem Innocentio Tertio P. Sanctę Marię in via lata Diacono Cardinali Apostolicæ sedis Legato. in cap quia diuersitatem corporum 5. de concessione prębendæ. & Ecclesię non vacantis. Quod simpliciter exaudi in beneficiis iuris patronatus Ecclesiastici, nam in beneficiis Iurispatronatus laicorum, non ita passim Papa consueuit derogare: ne per hoc à fundandis dotandisque Ecclesiis laici retrahantur. notat Gloss in clementina per litteras è sede Apostolica 2. de præbendis, & dignitatibus verbo Apostolicis. dicens: Et est simile, quia Legatus nō confert Ecclesiam spectantem ad præsentationem laici patroni: quam tamen Papa confert. Et expressissime declarauit idem Innocētius Tertius Archidiacono, & Cancellario Altissiodoren in cap. cùm dilectus filius 28. §. nos igitur attendentes. de Iure patronatus extrà. ibique notat gloss. verbo tamquam laicus. Rocchus de Curte de Iure patronatus verbo honorificum in 3. q. nu. 4. & 7. Paulus de Cittadinis eodem tractatu in 6 part. art. 3. q. 31. num. 54.

Ius patronatus acquiritur dotatione, fundatione, & & constructione. vnde versus:

*Patronum faciunt, dos, ædificatio, fundus.*

Ex Gelasio Papa Senecioni Episcopo in can. pię mentis amplectenda deuotio est. 26. 16. q. 7. ibique plene gloss. verbo piæ mentis. Perpendeos Iuspatronatus non esse merè spiritituale, quia competit laicis. ex Gregorio in can. considerandum est de Ecclesiis 35. eadem 16. q. 7. Nec merè temporale; Quia vendi non potest absque simoniæ labe, cum sit spirituali annexum. ex Alexandro Tertio in cap. de Iure patronatus 16. extra de Iure patronatus. ibique gloss. verbo irritum. & nos respons. nostra 50. sub nu. 45. part. 4. Et decreuit Sacrosancta Tridentina Synodus sessione 14. cap. 12. de reformatione. & sessione 25. cap. 9. de reformatione.

Ius patronatus ad hæredes transit fundatoris, siue propinquos, siue extraneos, modo hęredes sint, ex Canonibus in Concilio Toletano Nono in can. filiis, vel nepotibus, & honestioribus propinquis 31. 16. q. 7. ibique gloss. verbo propinqui. Quia nimirum canon indistincte loquitur de quolibet hærede. ex Gregorio in can. considerandum est de Ecclesiis, quæ inter cohæredes diuisæ sunt 35. eadem 16. q. 7. Ibidemque ex Concilio Triburiensi in can. si plures hæredes contenderint de communi Ecclesia 36. Nisi tuc tasse ad solos hęredes sanguinis testasite fundator mandauerit. Ancharanus cons. 81. Genuensis in praxi Episcopali cap. 62. nu. 24. siue cap. 63. nu. 23. Viuianus in praxi Iuris patronatus part. 1. lib. 4 cap. 2. nu. 2. Adeo autem firmum Ius est patronatus, & præsentandi, quod si Episcopus vacante Beneficio Iuris patronatus laicorum, spretis patronis illud de facto contulerit, eius nulla, & inualida est collatio, & ad præsentationem patronorum erit præsentatus instituendus. ex Concilio Tolerano Nono in can. decernimus, vt quandiù fundator 32. 16. q. 7. deduximus respōs. nostra 20. num. 12. & nu. 31. part. 5.

Iurispatronatus fundatores, qui de facultatibus suis Ecclesiæ aliquid contulerunt, si forte ipsi, & eorum filii redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipient. ex Concilio Toletano Quarto in can. quicumque fidelium deuotione propria 30. 16. q. 7. Quod exauditur, ex Gloss. ibidem, si data dos Ecclesiæ sufficiens fuerit. verbo aliquid. ex Concilio Aurelianensi in can. nemo Ecclesiam ædificet 9. de consecratione distinct. 1. plura notat Gloss. d. canone quicumque fidelium. verbo ad inopiam.

Iuspatronatus si ab muliere fundetur meretrice ex meretricio acquisitis, licet ex illicita actione acquisierit, quia tamen acquisitorum dominium retinet, ius patronatus persistit. ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in can. non est putanda eleemosyna 27. 1. q. 1. vbi peroptime Gloss. verbo ex illicitis rebus. Nam exauditur, ex illicitis, hoc est ex furto, in quibus non transfertur dominium; at meretrix, licet male faciat, quia meretrix est, non tamen male accipit, quia meretrix est. Nam quod meretrici datur repeti non potest. Illam enim turpiter facere quod sit meretrix, sed non turpiter accipere cū sit meretrix. Ex Labeone, & Marcello Vlpianus lib. 26. ad Edictum respondit in l. idem si ob stuprum datum sit 4. §. sed & quod meretrici datur. ff. de conditione ob turpem, vel iniustam causam. Deducitur que ex Augustino in can. qui venatoribus donant. quare donant? 8. distinct. 86. ibique peroptime Gloss verbo meretricibus. Deduxere etiam Roccus de Curte de Iure patronatus verbo compotens q. 1. nu. 3. & Paulus de Cittadinis eodem tractatu part. 3. in prima causa acquirendi. q. 24. n. 3. S. Thomas 2. 2. q. 32. art. 7. in 2. & ad 2. Modo tamen non per dolum, & fraudem, & supra modum extorserit, tunc enim, quod extorsit restituere tenetur. Notat Nauar. manuali cap. 17. nu. 41. vers. septimo infertur. vide Ioannem Azorium Institutionum moralium part. 2. lib. 12. cap 12. q. 7. & par. 3. lib. 4 ca. 21. vers. quęres an meretrix. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 19. nu. 3. & 4.

Ius consequitur quis plenum ad beneficium ex sola Episcopi institutione post patroni pręsentationem, neque possessio necessaria erit. ex Bonifacio Octauo in cap. si tibi absenti per tuum Episcopum 17. de præbendis, & dignitatibus in 6. Et ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in cap. quod autem consulis. 6. §. de cętero tuę prudentię respondemus. extrà de iure patronatus. Argumento è contrario perito, illis verbis: Si consensus Episcopi non accesserit, nihil agi videtur. ibique Abbas. nu. 7. Accedente ergo Episcopi consensu per Institutionem, validum vtique est, quod gestū

suit

fuit, ac firmū, probaturque ex eodē Alexandro Vintonien Episcopo in *can. querimoniam 9. eodem de Iure patronatus*. Nec alienum videtur, quod Nicolaus Papa Episcopis in Concilio apud Conuincinum Congregatis in *can. lege Imperatorum 1. distinct. 10.* scribens dixit *Imperiali iudicio non possunt Ecclesiastica iura dissolui*. Satis ergo est per Episcopum Institutum fuisse prǣsentatum. ex eodem Alexandro Vinctonien Episcopo in *cap. illud prǣtereundum non duximus 8. de Iure patronatus*. Iaquitur *Paulus de Cittadinis de Iure patronatus. part. 6. art. 3. q. 31. nu. 51.*

Ius patronatus illi quoq; acquiritur Ecclesiæ, in qua Cappella, vel altare erigitur patronatum. Si equidem, qui fundum dat ad Ecclesiam construendam ius acquirit patronatū, & Ecclesia ipsa, quæ dat fundum, & illud adipiscetur. ex Gelasio Papa Senecioni Episcopo in *can. piæ mentis amplectenda deuotio est. 26.* Et ex canonibus in Concilio Taletano Nono in *can. filiis, vel nepotibus, ac honestioribus propinquis 31. 16. q. 7.* Deducirurque ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. ad audientiam nostram 3. de Ecclesiis ędificandis, vel reparandis*. ibique *Abbas. nu. 4. in 3. notabili*. Ex Concilio Toletano Quarto in *can. quicumque fidelium deuotione propria 30. eadem 16. q. 7.* ibique *gloss. verbo aliquid*. notat *Paulus de Cittadinis de iure patronatus part. 3. in 1. causa quæst. 32. num. 43. vers. secundo sciendum*.

Iustificatio impii est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adę, in statum gratię, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum Saluatorem nostrum, quæ quidem translatio post Euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto, fieri non potest, sicut scriptum est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum. Dei.* Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 6. de iustificatione cap. 4. & cap. 7.* Nam per fidem, & baptismum homo a peccato per instificationem, & à morte liberatur per resurrectionem. ex Augustino in *can. filius Dei carnem peccati suscepit 8. de consecratione dist. 4.* & eadem *distinctione 4.* in *can. non dubito cathecumenū catholicum. 149.* Innocentius quoque Tertius Meten Episcopo in *cap. debitum 4. §. respondemus, quod cum inter baptizantem, & baptizatum de baptismo, & eius effectu*. illis verbis: *In baptismo quippe illa spiritualis generatio celebratur, de qua Veritas ait: Oportet vos nasci denuo &c.* Et dixit Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. 1. de summa Trinitate, & fide catholica.*

Iustificatio quippe impii summum Dei est opus. ex *S. Thoma 1. 2. q. 113. art. 9. Henireque*z *lib. 4. summæ cap. 32. §. 5. littera D.*

Iustificationis causæ sunt: finalis quidem, gloria Dei, ac Christi, ac vita ęterna: efficiens vero misericors Deus, qui gratuito abluit, & sanctificat, signans, & vngens Spiritu promissionis Sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ: meritoria autem dilectissimus vnigenitus suus, Dominus Noster Iesus Christus: qui, cum essemus inimici, propter nimiam charitatem, qua dilexit nos, sua sanctissima passione in ligno Crucis nobis iustificationē meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit: Instrumentalis item sacramentum Baptismi, quod est Sacramentum fidei, sine quo nulli vmquam contingit iustificatio: Demum vnica formalis causa est, iustitia Dei, non qua ipse iustus est, sed qua nos iustos facit; qua videlicet ab eo donati renouamur Spiritu mentis nostrę, & non modo reputamur, sed verè iusti nominamur, & sumus, iustitiam in nobis recipientes, vnusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus Sanctus partitur singulis, pro vt vult, & secundum propriā cuiusque dispositionem, & cooperationem. Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 6. de iustificatione cap. 7.* Et testificatur Leo Papa Theodoro Foroiuliensi Episcopo in *can. multiplex misericordia Dei, ita lapsibus subuenit humanis. 49. de pœnitentia distinct. 1.* Deducitque pluribus exemplis Gratianus in *can. conuertimini ad me in toto corde vestro 34. §. conuersio autem dicitur. eadem de pœnitentia distinct. 5.* dicens: *Hinc etiam Lazarus viuus à monumento prodiit, non prius de monumento est ductus, & postea à domino suscitatus: sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur in sepulchro, reuixit, & foras viuus prodiit.* Pluraque Deducuntur. ex Cypriano ad Magnum in *can. nec quemquam mouere debet 127. de consecratione dist. 4.* producitque *Nauar. d. can. conuertimini ad me 34. cum suis Glossis de pœnitentia distinct. 1.*

Iustitia esse non potest vbi sana fides non est: quia Iustus ex fide viuit. ex Augustino in *can. vbi sana fides non est 29. 24. q. 1.* Quia nimirum vbi Christus non est fundamentum, omnes virtutes patiuntur damnum. vt *gloss.* ibidem verbo *iustus* commentum agit. ex Gregoro in *can. cùm Paulus dicat 26. 1. q. 1.* Similirer vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur. Idemque sequitur Augustinus *d. can. vbi sana fides non est.*

Iustitiam colere summum in rebus bonum est, ac sua cuique seruare, & in subiectis non sinere, quod potestatis est, fieri; sed & quod æquum est, custodiri. ex Gregorio ad Constantiam Reginam Galliæ in *can. si seculi leges talem iustitiam habere voluerunt 9. post initium 12. q. 2.* Quia nimirum Iustitia in æqualitate consistit. ex *S. Thoma 2. 2. q. 61. art. 2. in corpore. &*

Iustitia cuique reddit, quod suum est. ex Iustiniano Cæsare *Institutionibus de Iustitia, & iure in principio*. sequiturque Alexander Tertius Abbati, & Fratribus Euasen Cœnobii scribens in *cap. ex ore sedentis in throno 17. in principio de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum*. illis verbis, de Romano Pontifice verba faciens: *Sed reddat vnicuique quod suum est.* Quia summum bonum est in rebus iustitiam colere. *Gloss.* ibidem verbo *quod suum est*. subnectit.

Iustitia ei deest, qui contra Domini præceptum

ptum facit. ex Gratiano *in can. innocens credit omni verbo* 23. *sine finali* §. *hoc autem si quis contendat prærogatiua coniugii*. 22. q. 4. verba sunt Gratiani: *Cum autem omne Domini præceptum iustum sit; patet iustitiam deesse, quod eius præcepto contrarium inuenitur.*

Iustitiæ proinde quod contra discretionem fit, ratum haberi ratio nulla permittit. ex Calixto Papa L omnibus Episcopis, & ad Benedictum Episcopum in *can. non decet à capite membra discedere* 1. *in fine distinct*. 12. verba damus eius consequentiæ; *Quidquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.*

Iustitiæ cultus silentium est. ex (Isaia 32.) *Et erit cultus Iustitiæ silentium*. Cultum enim suum Iustitia perdit, quando silentia Iudicii obstrepentium turba confundit. dicente propheta: *Erit cultus iustitiæ silentium*. Ex Concilio Toletano 11. in *can. in loco benedictionis considentes Domini sacerdotes* 3. *circa medium* 5. q. 4.

Iustitia, nec in abstinendo, nec in manducando est, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam se non corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Augustinus in *can. quod dicit Dominus in Euangelio*. 4. *post principium distinct*. 41.

Iustitia est, propria fortitudine, & bello Patriam, & infirmos domi defēdere, & à Latronibus socios. Ambrosius libris de officiis in *can. fortitudo, quæ vel in bello tuetur*. 5. 23. q. 3.

Iustitia iniustorum est, oculum pro oculo reddere, non quia iniqua est vltio, quam lex statuit; Sed quia vitiosa est libido vlciscendi. Iudex enim punit, non delectatione alienæ miseriæ, quod est malū pro malo. Sed delectatione iustitiæ, iustum pro iniusto, quod est bonum pro malo; quod etiam Deus Iudex facit. Augustinus in *can. sex differentiæ sunt* 1. *circa finem* 23. q. 3.

Iustitia cum misericordia miscenda. Miscenda quippe *Lenitas* cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum. vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit Zelus, sed non immoderatè sæuiens: sit pietas, sed non plus, quàm expediat parcens. Vinum adhibeatur vulneribus, & oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur. prosequitur Gregorius in moralibus in *can. disciplina, vel misericordia multum destituitur*. 9. *distinct*. 45. & Isidorus de summo bono in *can. omnis, qui iustè iudicat* 10. *eadem distinct*. 45. sequentibus rem aperit: *Omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat: Sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam peccanti temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam verò per miserationem indulgeat.* Nam vt idem Gregorius ibidem *can. vera iustitia* 15. deducit: *Vera Iustitia compassionem habet: falsa vero dedignationem.*

Iustitia auro violatur, & munere. Iustitiam enim vendere, est hanc pro præmii acceptatione seruare. Ementes verò in templo sunt, qui dum hoc persoluere proximo, quod iustum est, nolunt; dumque rem iure debitam facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum. verba sunt Gregorii. in *can. vendentes, & ementes è templo eliminat Christus* 10. 1. q. 3. Fraudem proinde in Deum perpetrant: *Quia iustitiam, quam gratis impertiri quis debuit, acceptatione pecuniæ vendit. Bonis malè vtiuntur, qui iustè pro temporali Lucro iudicant. Acceptio ergo nummorum, prævaricatio veritatis est.* Gregorius *can. qui rectè iudicat* 66. 11. q. 3.

Iustitia vera compassionem habet, falsa verò dedignationem. Quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ, aliud, quod Zelo disciplinæ. Gregorius *can. vera Iustitia* 15. *distinct*. 45.

Iustitia sola damnat. Sed dignus misericordia est, qui spirituali labore petit gratiam. Augustinus in *can. quem pænitet omnino pæniteat* 88. *col.* 1. *paulo post principium*. §. *Deus enim misericors, & iustus est. de pænitentia distinct*. 1. Hic vero labor fit per cordis contritionem. vt *Glossella* marginalis ibidem aduertit. & *Gloss.* ordinaria verbo *Labore*. ex Seneca rationem reddit dicens: *Nihil enim carius emitur, quàm quod precibus impetratur. vt dicit Seneca*. ita Glossa.

Iustitia est stola illa prima, qua Adam indutus fuit. Augustinum excipe in *can. quomodo renouari dicimur*. 31. *in fine de pænitentia distinct*. 2. verba sunt Augustini: Stola illa prima iustitia est, vnde lapsus est Adam. vbi *Gloss.* verbo *stola*. infert: *alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio*. 37. *distinct. can. legimus*. §. *hinc etiam filius ille*.

Iustitiā nemini petenti denegabit iudex. ex Innocentio Tertio Constantinopolitano Patriarchæ in *cap. inter quatuor* 8. *in fine de maioritate, & obedientia*. dicente illo. *Iustitiam tamen non negabimus tibi, cùm eam duxeris postulandam.* Rationem habes ex Concilio Sardicensi in *can. si Episcopus quis forte iracundus* 4. *circa medium* 11. q. 3. quod sequentibus decernit: *Quia non oportet ei negari audientiam rogāti. Ita planè, vt iustitia nec diabolo, si in iudicio fuerit, deneganda sit.* ex Innocentio Tertio Monachis Farsen in *capit. cùm inter priorem, & Conuentum* 5. §. *inquisitioni vestræ duximus respondendum. de exceptionibus*. de excommunicato verba faciēte, et inferente. *Quod prædicto nobili legitima defensio in Iudicio reseruatur: & maximè Iudicis recusatio; cum periculosum sit coram suspecto Iudice litigare.* ibique perquàm optimè *gloss.* verbo *legitima defensio*. Inferens quòd etiam excommunicatus potest excipere, & defendere se in iudicio, deducit *Ancharanus cons.* 305. *in principio*. & *Marcus Mantua cons* 29. *num.* 25. *lib.* 2. notat *Abbas in practica cap.* 3. *num.* 2. *Ioannes Segura in directorio Iudicum part* 2. *cap.* 13. *num.* 14.

Iu-

Iuſtè quiſque patitur, quod iniuſtè ipſe fecit. ex Nicolao Papa in libro conſtitutionum in *can. nemo Epiſcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem. 11. in fine 2.q.2.* Rationem reddente: *Vt quod iniuſtè fecit, ipſe iuſtè patiatur.* Eodemque modo ex Concilio Pariſienſi tempore Ludouici in *can. de illicita excommunicatione 6. non longe poſt principium 24. q.3.* Verba ſunt Concilii: *Is autem, qui legitimè non excommunicauerit; in tantum abſtineat à ſacra communione tempus, quantum maiori ſacerdoti viſum fuerit: vt quod iniuſtè fecerit, ipſe iuſtè patiatur.* Nec diſſimiliter ex decreto Hadriani Papæ in capitulis ab ipſo collectis in *can. qui non probauerit 3.2.q.3.* Decreti verba ſunt: *Qui nō probauerit, quod obiecit; pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.* Rationem percipe ex Vlpiano lib. 3. ad Edictum in *l. hoc edictum ſummam habet æquitatem 1. ff. quod quiſque iuris in alterum ſtatuerit, vel obtinuerit, ipſe eodem iure vtatur.* in fine principii: *Quis enim aſpernabitur, idem Ius ſibi dici, quod ipſe aliis dixit, vel dici effecit?*

Iuſtum eſt, vt illi conſequantur ſtipendium, qui pro tempore ſuum commodare reperiuntur obſequium. Gregorius Maximiano Syracuſano Epiſcopo in *can. charitatem tuam commonere curauimus 45. in fine 12.q.2.*

Iuſtum eſt, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes Patrum ſunt iuſſionibus, ſæuerioribus corrigantur vindictis: quatenus cæteri talia committere timeant. Calixtus Papa ad Epiſcopos Galliæ ſcripſit in *can. iuſtum eſt, vt qui diuina contemnunt mandata 9. 23.q.5.*

Iuſtum eſt, vt in eum iura inſurgant, qui Ius, & Iudicem, & partem eludit. ita verbis exprimit Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen in *cap. cordi nobis eſt 1. §. finali de appellationibus in 6.*

Iuſtum quod eſt placere cuique debet. ex Concilio Carthaginenſi Tertio in *can. petimus, vt dignemini dare fiduciam. 19. in fine 11.q.2.* ſic enim ab Vniuerſis Epiſcopis reſponſum fuit: *Iuſtum eſt. Placet.* Quod ergo iuſtum eſt; placere debet.

Iuſtum eſt hoc apud Deum, & apud homines, vt nec Eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis: nec Epiſcopus, nec eius propinqui ſub obtentu Eccleſiæ proſcribantur; & in cauſas incidant, qui ad eum pertinent; morſque eius iniuriis malæ famæ ſubiiciatur. Ita ex Canonibus Apoſtolorum cap. 40. in *can. ſint manifeſtæ res propriæ Epiſcopi 21. in fine 12.q.1.* plura deducit *Gloſſ.* ibidem verbo *probantur.* Poſt medium dicens: *Si certum eſt, quod Epiſcopus ante Epiſcopatum habuit proprium: tunc incumbit Eccleſiæ onus probandi, res acquiſitas eſſe tantum de rebus Eccleſiæ.* Ex Concilio Toletano 9. in *can. ſacerdotes, vel quicumque illi ſunt 1. eadem 12.q.4.*

Iuſtus ex fide viuit. ad (*Romanos 1.17.*) perpendit Auguſtinus in *can. vbi ſana fides non eſt, non poteſt eſſe iuſtitia. 29. 24.q.1.* Id eſt iuſtitia efficit, vt ſit dignus vita æterna. vel *gloſſ.* ibidem verbo *Iuſtus.* commentum facit.

Iuſtus, qui hinc recedit, cum moritur, permanet iuſtus. ex Auguſtino de Ciuitate Dei in *can. nec mirū de magorū præſtigiis 14. col. 3. §. præterea quidam quærendum putant. 26 q 5.* In ratione, quam reddit, dicens: *Quia qui hinc iuſtus recedit, permanet iuſtus.* Ex Gregorio in Dialogis in *can. qualis hinc quiſque recedit 4. diſt. 25.* dicente Gregorio: *Qualis hinc quiſque recedit, talis in Iudicio præſentatur.*

Iuſtus palmæ aſſimilatur, iuxta illud: Iuſtus vt palma florebit: Nam ex qualitate palmarum ſignificatur proficiens vita Iuſtorum; qui nequaquam ſunt in terrenis ſtudiis fortes, & in cœleſtibus debiles; ſed longiùs, atque diſtantius ſtudioſos ſe Deo exhibent, quàm ſeculo fuiſſe meminerunt. Gregorius in moralibus in *can. omnes huius ſeculi dilectores 3. §. hi itaque quaſi aliarum arborum more. diſt. 47.*

Iuſtus ſæpiſſime perit pro impio. ex Sixto Papa in *can. in ſancta hac Apoſtolica ſede ſtatutum eſt. 41. in fine de conſecratione diſt. 1.* Rationem redente Sanctiſſimo Sixto: *Ne pro talibus præſumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo ſuo: & hi etiam, qui nō peccauerint, mala patiantur, & pereant; quia perit iuſtus ſæpiſſime pro impio.* Quod exprimit *Gloſſ.* ibidem verbo *quia perit.* commentum agens: *Id eſt pœnam patitur, & punitur corporaliter, & temporaliter, non ſpiritualiter, & æternaliter. Quia vno peccante.* Ex Origene in *can. ſed illud non otioſè omittendum, quod vno peccante. 17. diſt. 45.* Qui in fine ſic rationem reddit: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicuti ex vna oue morbida vniuerſus grex inficitur; ſic vno fornicante, vel aliud quodcumque ſcelus committente, plebs vniuerſa polluitur.*

Iuſtus qui eſt, & iniuſte maledicitur; præmium illi redditur. Auguſtinus in *can. qui iuſtus eſt 90. 21.q.3.* exprimit *gloſſ.* ibidem: *In hoc, quod patienter ſuſtinet.*

Iuſtus ſepties cadit, & reſurgit. Hieronymum excipe in Epiſtola ad Ruſticum de pœnitētia. in *can. ſepties cadit Iuſtus. 23. de pœnitentia diſt. 3.* Qui ſequentibus fatur: *Si cadit, quomodo iuſtus? Si iuſtus quomodo cadit? Sed iuſti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam ſemper reſurgit.* Inferens in fine: Cui plus dimittitur, plus diligit.

Iuſto væ eſt, ſi remota miſericordia à Deo iudicetur. vt ex Gregorio *Gloſſa* verba facit in *can. ſi enim, inquit omnis, qui natus eſt ex Deo, non peccat 40. in principio. de pœnitentia diſt. 2.* verbo *peccatum.* ſuper verbis *Ioannis:* (Epiſt. 1.1.) *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt &c.* Rationem reddit Auguſtinus in *can. quem pœnitet, omnino pœniteat. 88. col. 2. non multo poſt principium de pœnitent. diſtinct. 1.* ſequentibus loquens: *Deus enim miſericors, & iuſtus eſt: ſicut conſeruat miſericordiam in iuſtitia; ita & iuſtitiam in miſericordia. Opus enim eſt miſericordiæ, peccanti peccata dimittere. Sed oportet, vt iuſtus miſereatur iuſtè. Oportet enim, vt non ſolum quid, ſed in quo doleat conſideret. Si dignus eſt, non dico iuſtitia. ſed miſericordia. Iuſtitia enim ſola dānat, ſed dignus miſericordia eſt, qui ſpirituali labore petit gratiam.* Ità Auguſtinus. væ itaque iu-

ſto

ptum facit.ex Gratiano in *can. innocens credit omni verbo 23.siue finali 5.hoc autem si quis contendat prærogatiua coniugii.22.q 4.* verba sunt Gratiani: *Cum autem omne Domini præceptum iustum sit;patet iustitiam deesse, quod eius præcepto contrarium inuenitur.*

Iustitiæ proinde quod contra discretionem fit,ratum haberi ratio nulla permittit.ex Calixto Papa Lomnibus Episcopis,& ad Benedictum Episcopum in *can. non decet à capite membra discedere 1.in fine distinct.12.*verba damus eius consequentiæ; *Quidquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.*

Iustitiæ cultus silentium est.ex(Isaia 32.)*Et erit cultus Iustitia silentium.* Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia Iudicii obstrepentium turba confundit.dicente propheta:*Erit cultus iustitiæ silentium.* Ex Concilio Toletano 11. in *can. in loco benedictionis confidentes Domini sacerdotes 3. circa medium 5.q.4.*

Iustitia,nec in abstinendo,nec in manducando est, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam se non corrumpendi,atque opportune sumendi,vel non sumendi ea,quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Augustinus in *can. quod dicit Dominus in Euangelio. 4. post principium distinct.41.*

Iustitia est, propria fortitudine, & bello Patriam,& infirmos domi defendere, & à Latronibus socios. Ambrosius libris de officiis in *can.fortitudo,quæ vel in bello tuetur.5.23.q.3.*

Iustitia iniustorum est,oculum pro oculo reddere,non quia iniqua est vltio, quam lex statuit; Sed quia vitiosa est libido vlciscendi. Iudex enim punit, non delectatione alienæ miseriæ,quod est malũ pro malo.Sed delectatione iustitiæ, iustum pro iniusto, quod est bonum pro malo; quod etiam Deus Iudex facit. Augustinus in *can.sex differentiæ sunt 1.circa finem 23.q.3.*

Iustitia cum misericordia miscenda. Miscenda quippe Lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum. vt neque multa asperitate exulcerentur subditi,neque nimia benignitate soluantur. Sit itaque amor,sed non emolliens:sit rigor, sed non exasperans: sit Zelus, sed non immoderatè sæuiens:sit pietas,sed non plus, quàm expediat parcens. Vinum adhibeatur vulnetibus,& oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur. prosequitur Gregorius in moralibus in *can. disciplina, vel misericordia multum destituitur.9. distinct.45.* & Isidorus de summo bono in *can.omnis,qui iustè iudicat 10.eadem distinct.45.*sequentibus rem aperit:*Omnis, qui iustè iudicat,stateram in manu gestat,& in vtroque pensu iustitiam,& misericordiam portat:Sed per iustitiam reddit peccanti sententiam;per misericordiam peccanti temperat pœnam: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat:quædam verò per miserationem indulgeat.* Nam vt idem Gregorius ibidem *can.vera iustitia 15.*deducit:*Vera Iustitia compassionem habet:falsa vero dedignationem.*

Iustitia auro violatur, & munere. Iustitiam enim vendere, est hanc pro præmii acceptatione seruare.Ementes verò in templo sunt, qui dum hoc persoluere proximo, quod iustum est,nolunt;dumque rem iure debitam facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum. verba sunt Gregorii. in *can. vendentes, & ementes è templo eliminat Christus 10.1.q.3.*Fraudem proinde in Deum perpetraot: *Quia iustitiam,quam gratis impertiri quis debuit,acceptatione pecuniæ vendit. Bonis malè vtiutur,qui iustè protemporali Lucro iudicant. Acceptio ergo nummorum,prævaricatio veritatis est.*Gregorius *can.qui rectè iudicat 66.11.q.3.*

Iustitia vera compassionem habet, falsa verò dedignationem. Quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ, aliud,quod Zelo disciplinæ.Gregorius *can.vera Iustitia 15. distinct.45.*

Iustitia sola damnat.Sed dignus misericordia est,qui spirituali labore petit gratiam. Augustinus in *can. quem pœnitet omnino pœniteat 88.cal.1.paulo post principium.5. Deus enim misericors,& iustus est.de pœnitentia distinct.1.* Hic vero labor fit per cordis contritionem. vt *Glossella* marginalis ibidem aduertit. & *Gloss.* ordinaria verbo *Labore*. ex Seneca rationem reddit dicens: *Nihil enim carius emitur, quàm quod precibus impetratur. vt dicit Seneca.* ita Glossa.

Iustitia est stola illa prima, qua Adam indutus fuit. Augustinum excipe in *can.quomodo renouari dicimur. 31. in fine de pœnitentia distinct. 2.* verba sunt Augustini: Stola illa prima iustitia est,vnde lapsus est Adam.vbi *Gloss.* verbo *stola.*infert:*alludit Euangelicæ parabolæ de prodigo filio.37.distinct.can.legimus.5. hinc etiam filius ille.*

Iustitiã nemini petenti denegabit iudex.ex Innocentio Tertio Constantinopolitano Patriarchæ in *cap.inter quatuor 8.in fine de maioritate,& obedientia.* dicente illo. *Iustitiam tamen non negabimus tibi, cùm eam duxeris postulandam.* Rationem habes ex Concilio Sardicensi in *can. si Episcopus quis forte iracundus 4. circa medium 11 q.3.*quod sequentibus decernit: *Quia non oportet ei negari audientiam rogati. Ita planè,* vt iustitia nec diabolo,si in iudicio fuerit,deneganda sit.ex Innocentio Tertio Monachis Farfen in *capit. cùm inter priorem,& Conuentum 5.5.inquisitioni vestræ maximus respondendum.de exceptionibus.*de excommunicato verba faciẽte,et inferente.*Quod prædicto nobili legitima defensio in Iudicio reseruatur: & maximè Iudicis recusatio; cum periculosum sit coram suspecto Iudice litigare.*ibique per quam optimè *gloss.*verbo *legitima defensio.* Inferens quòd etiam excomunicatus potest excipere, & defendere se in iudicio. deducit *Ancharanus cons. 305. in principio.* & *Marcus Mantua cons 29.num. 25. lib. 2.* notat *Abbas in pratica cap.3.num.2. Ioannes Segura in directorio Iudicum part 2.cap.13.num.14.*

Iu-

Iustè quisque patitur, quod iniustè ipse fecit. ex Nicolao Papa in libro constitutionum in *can. nemo Episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem. 21. in fine 2. q. 2.* Rationem reddente: *Vt quod iniustè fecit, ipse iustè patiatur.* Eodemque modo ex Concilio Parisiensi tempore Ludouici in *can. de illicita excommunicatione 6. non longe post principium 24. q. 3.* Verba sunt Concilii: *Is autem, qui legitime non excommunicauerit; in tantum abstineat à sacra communione tempus, quantum maiori sacerdoti visum fuerit: vt quod iniustè fecerit, ipse iustè patiatur.* Nec dissimiliter ex decreto Hadriani Papæ in capitulis ab ipso collectis in *can. qui non probauerit 3. 2. q. 3.* Decreti verba sunt: *Qui nõ probauerit, quod obiecit; pœnam; quam intulerit, ipse patiatur.* Rationem percipe ex Vlpiano lib. 3. ad Edictum in *l. hoc edictum summam habet æquitatem 1. ff. quod quisque iuris in alterum statuerit, vel obtinuerit, ipse eodem iure vtatur.* in fine principii: *Quis enim aspernabitur, idem Ius sibi dici, quod ipse aliis dixit, vel dici effecit?*

Iustum est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare repeririuntur obsequium. Gregorius Maximiano Syracusano Episcopo in *can. charitatem tuam commonere curauimus 45. in fine 12. q. 2.*

Iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata, & inobedientes Patrum sunt iussionibus, seuerioribus corrigantur vindictis: quatenus cæteri talia committere timeant. Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ scripsit in *can. iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata 9. 23. q. 3.*

Iustum est, vt in eum iura insurgant, qui Ius, & Iudicem, & partem eludit. ita verbis exprimit Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen in *cap. cordi nobis est r. 5. finali de appellationibus in 6.*

Iustum quod est placere cuique debet. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. petimus, vt dignemini dare fiduciam. 19. in fine 11. q. 1.* sic enim ab Vniuersis Episcopis responsum fuit: *Iustum est. Placet.* Quod ergo iustum est; placere debet.

Iustum est hoc apud Deum, & apud homines, vt nec Ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum Pontificis: nec Episcopus, nec eius propinqui sub obtentu Ecclesiæ proscribantur; & in causas incidant, qui ad eum pertinent; morsque eius iniuriis malæ famæ subiiciatur. Ita ex Canonibus Apostolorum cap. 40. in *can. sint manifesta res propriæ Episcopi 21. in fine 12. q. 1.* plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *probantur.* Post medium dicens: *Si certum est, quod Episcopus ante Episcopatum habuit proprium: tunc incumbit Ecclesiæ onus probandi, res acquisitas esse tantum de rebus Ecclesiæ.* Ex Concilio Toletano 9. in *can. sacerdotes, vel quicumque illi sunt 1. eadem 12. q. 4.*

Iustus ex fide viuit. ad (*Romanos 1. 17.*) perpendit Augustinus in *can. vbi sana fides non est, non potest esse iustitia. 29. 24. q. 1.* Id est iustitia efficit, vt sit dignus vita æterna. vt *gloss.* ibidem verbo *Iustus.* commentum facit.

Iustus, qui hinc recedit, cum moritur, permanet iustus. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirũ de magorũ præstigiis 14. col. 3. 5.* præterea *quidam quærendum putant. 26. q. 5.* In ratione, quam reddit, dicens: *Quia qui hinc iustus recedit, permanet iustus.* Ex Gregorio in Dialogis in *can. qualis hinc quisque recedit 4. dist. 25.* dicente Gregorio: *Qualis hinc quisque recedit, talis in Iudicio præsentatur.*

Iustus palmæ assimilatur, iuxta illud: Iustus vt palma florebit: Nam ex qualitate palmarum significatur proficiens vita Iustorum; qui nequamquam sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles; sed longiùs, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quàm in seculo fuisse meminerunt. Gregorius in moralibus in *can. omnes huius seculi dilectores. 3. §. hi itaque quasi aliarum arborum more. dist. 47.*

Iustus sæpissime perit pro impio. ex Sixto Papa in *can. in sancta hac Apostolica sede statutum est. 41. in fine de consecratione dist. 1.* Rationem redente Sanctissimo Sixto: *Ne pro talibus præsumptionibus iratus Dominus plagas imponat populo suo: & hi etiam, qui nõ peccauerint, mala patiantur, & pereant; quia perit iustus sæpissime pro impio.* Quod exprimit *Gloss.* ibidem verbo *quia perit.* commentum agens: *Id est pœnam patitur, & punitur corporaliter, & temporaliter, non spiritualiter, & æternaliter. Quia vno peccante.* Ex origene in *can. sed illud non otiosè omittendum, quod vno peccante. 17. dist. 45.* Qui in fine sic rationem reddit: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicuti ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente, plebs vniuersa polluitur.*

Iustus qui est, & iniuste maledicitur; præmium illi redditur. Augustinus in *can. qui iustus est 90. 11. q. 3.* exprimit *gloss.* ibidem: *In hoc, quod patienter sustinet.*

Iustus septies cadit, & resurgit. Hieronymum excipe in Epistola ad Rusticum de pœnitẽtia. in *can. septies cadit Iustus. 23. de pœnitentia dist. 3.* Qui sequentibus fatur: *Si cadit, quomodo iustus? Si iustus quomodo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit.* Inferens in fine: Cui plus dimittitur, plus diligit.

Iusto væ est, si remota misericordia à Deo iudicetur. vt ex Gregorio *Glossa* verba facit in *can. si enim, inquit omnis, qui natus est ex Deo, non peccat 40. in principio. de pœnitentia dist. 2.* verbo *peccatum.* super verbis *Ioannis:* (Epist. 1. 1.) *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est &c.* Rationem reddit Augustinus in *can. quem pœnitet, omnino pœniteat. 88. col. 2. non multo post principium de pœnitent. distinct. 1.* sequentibus loquens: *Deus enim misericors, & iustus est: sicut conseruat misericodiam in iustitia; ita & iustitiam in misericordia. Opus enim est misericordiæ, peccanti peccata dimittere. Sed oportet, vt iustus misereatur iustè. Oportet enim, vt non solum quid, sed in quo doleat consideret. Si dignus est, non dico iustitia. sed misericordia. Iustitia enim sola dãnat, sed dignus misericordia est, qui spirituali labore petit gratiam.* Ità Augustinus. væ itaque iu-

sto

sto quoque est, si remota misericordia à Deo iudicetur, quando scrutabitur Hierusalem in lucernis.

Iusti per bona opera semper ante se prodeūt, nec reuertuntur cum ambulant. Sicuti pennata illa animalia, quæ vidit Ezechiel, non reuertebantur, cum ambularent: *Quia sic à terrenis actibus ad spiritalia pertranseunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlteriùs nullatenus reflectantur*. Gregorius in *can. pennata animalia 9. de pœnitentia dist. 2.*


Iusti iniustos quærunt: sed ipsi conquæruntur, & expostulant. Augustinum ad Bonifacium scribentem in *can. quemadmodum membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore. 4. siue fina-li. 5. sed hoc est, inquiunt, quod nos mouet. 23. q. 7.* Excipe, atque loquentem audi: *Sed hoc est (inquiunt) quod nos mouet: Si iniusti sumus, quare nos quæritis? Quibus respondemus: quærimus vos iniustos, ne pereatis iniusti: quærimus perditos, vt de inuentis gaudere possimus, dicentes: Mortuus erat frater, & reuixit; perierat, & inuentus est.*

Iustorum, & peccatorum magna est distantia. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis 14. col. 4. circa finem 5. hoc enim nititur, vt adoretur quasi Deus. 26. q. 6.* De diabolo loquens, qui informa Samuelis adorari se voluit: Sauli respondens: *Cras mecum eris.* inferens: *Cùm magna distantia peccatorum, & iustorum sit*.

Iuuenis dicitur Episcopus, qui iuuenilibus desideriis occupatus, nulla grauitate constringitur. ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorundam relatione fidelium 1. dist. 34.* De quodam Lanfredo Episcopo scribente, ac dicente: *Qui Iuuenis esse dicitur, venationi sit deditus.* inferens: *Verum iste (fama est, vt audiuimus) meritò iuuenis dicitur: qui iuuenilibus desideriis occupatus nulla grauitate constringitur*. Congruitque quod Iustinianus Cæsar A. Ioanni PP. rescripsit in *l. cum non solùm in maternis rebus 8. siue finali. §. filius autem familias in iis dumtaxat casibus. C. de bonis, quę liberis in potestate patris constitutis &c.* In fine rationem dispositionis reddens: *Meliùs enim est coarctare Iuueniles calores, ne cupidini dediti tristem exitum sentiant, qui eos post dispersum expectat patrimonium*. Coarctandi igitur Iuueniles calores sunt.

Iuuenis autem dicitur, qui adolescentis excessit ætatem. ex Marcello lib. 4. singularium responsionum in *l. non aliter 67. §. Titius codicillis ff. de legatis 3.* verbis inferente: *Cæterum existimari posset iuuenis is, qui adolescentis excessit ætatem, quoad incipiat inter seniores numerari*. diximus *respons.* nostra 97. *num. 62. part. 5.*

K



Kalendas Ianuarii, & brumam ritu paganorum colere, & aliquid plus noui facere propter nouum annum, & per vicos, & plateas cantiones, & choros ducere; anathemate punitur. Quia omnis hæc obseruatio paganismi est. ex Martino Bracharensi in *can. non licet iniquas obseruationes agere kalendarum 13.* Et ex Zaccharia Papa in Concilio Romano in *can. si quis kalendas ianuarias 14.* & Augustino in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Kalendas Ianuarii 16. 26. q. 7.* Quia nimirum dies, & anni ad instar paganorum obseruandi non sunt, sed nos in manu Dei omnipotentis, qui omnia gubernat, remittere debemus. vt *Gloss. d. can. non licet.* aduertit.

L



Labia sacerdotis custodiunt scientiam; & legem requirunt ex ore eius: Quia Angelus Domini Exercituum est. (*Malachię 2. 7.*) Quę verba sic Gregorius parte 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio 1. col. 2. in principio distinct. 43.* commento exornat: *Hinc per Esaiam* (58) *Dominus admonet dicens:* Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. *Præconis quippe officiū suscipit quisque ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prędicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus Sāctus insedit: Quia nimirum quos repleuerit, de se protinus loquentes facit*. Ita Gregorius. Quia Angelus, id est nuncius Domini est. *Glossa* ibidem elucidat. Nunciare igitur debet, & non tacere. Alioquin: *Quid tibi facit malus minister, vbi bonus est Dominus? Quid te impedit malitiosus præco, vbi beneuolus est Iudex?* Augustinus verba facit super Ioannem in *can. Baptismus talis est. 26. circa medium de consecratione dis. 4.* Meminitque Innocentius Tertius vniuersis Christi fidelibus, tam in Vrbe Meten, quam in eius diœcesi constitutis scribēs in *cap. cum ex iniūcto 12. §. licet autem sciētia sit valde necessaria sacerdotibus extra de hæreticis*.

Labor sine mercede esse non debet, Gregorium

rium Maximiano Syracusano Episcopo scribentem in *can. charitatem tuam commonere curauimus* 45. *in fine* 12. q. 2. excipe: *Visitatores Ecclesiarum, clericique eorum, qui cum ipsis per non suę Ciuitatis parochias fatigantur, aliquod laboris sui capiāt te disponente subsidium. Iustum namque est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.* Nec diuersimode idem Gregorius in *can. ibi adunati ęquanimiter portandi sunt* 49. 7. q. 1. illis verbis: *Quem, cum laborem suum sine fructu esse considerent, in locum alium ad laborem cum fructu migrant.* vbi *Gloss.* verbo *laborem* subnectit: *Nota, quod Labor non debet esse sine mercede.* refert versus

*Cū Labor in damno est, crescit mortalis egestas.*
iuxta illud
*Optat pręmia quisque Labor.*

Concinitque Iustinianus Cæsar in *authentico de Iudicibus, & vt nullatenus cum iure iurando eligatur aliquis Iudex &c. collat.* 6. §. *ne autem circa hoc.* Verba sunt Iustiniani: *Ne autem circa hos labor sine mercede nostris fiat pedaneis, sācimus &c.* ibique notat *gloss.* verbo *pedaneis* rationem proferens ex Catone. *Nam si labor in damno est, Crescit mortalis egestas.* Et *Virtuosis præmia sunt danda,* dixere Theodosius, & Valentinianus Augusti in *l.* 3. *in principio C. de statuis, & imaginibus.* decernentes: *Et virtutum pręmia tribui merentibus congruit.* Labor ergo sine mercede esse non debet.

Labor verò, & industria quandoque æquiperantur, atque pecuniæ præualent. Vlpianū excipe lib. 30. ad Sabinum in *l. si non fuerint partes societatis adiectæ* 29. §. *ita coiri societatem posse, ff. pro socio.* *Verba sunt Vlpiani: Ita coiri societatē posse, vt nullam partē damni alter sentiat, lucrū verò commune sit, Cassius putat. Quod ita demum valebit, vt & Sabinus scribit; si tanti sit opera, quanti damnum est. Plerumque enim tanta est industria socij, vt plus societati conferat, quàm pecunia: id est si solus nauiget, solus peregrinetur, pericula subeat solus.*

Laborauit Paulus plus omnibus, qui solo verbo in Euangelio vocati fuere, nam ipse coactus vocatus fuit, & pœna affectus prostratus ad terram, & obcæcatus; & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foris misit timorem. Augustinus ad Bonifacium in *can. quis nos potest amplius amare, quàm Christus* 43. *in fine* 23. q. 4.

Labores suos iusti non dominandi cupiditate, sed bene vtēdi pietate possident. ex Augustino ad Bonifacium in *can. quemadmodum membrum si pręcidatur ab hominis viui corpore* 4. *sine finali* 23. q. 7.

Labor indifferens est in necessitatibus corporis; nam & Apostolus laborabat manibus suis, ne quemquam grauaret, & aliis tribueret refrigeria. & Ægyptiorum monasteria hunc retinebant morem, vt nullum absque operis labore susciperēt; *Non tam propter victus necessitatem, quam propter animę salutem: ne vagetur perniciosis cogitationibus mens, & instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricet pedes suos.* ex Hieronymo ad Rusticum monachum de viuendi forma in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber* 33. *de consecratione distinct.* 5. & de Apostolo Paulo, q̄ manibus laborabat suis, vt victū sibi acquireret. perpendit Prosper in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est.* 9. *in fine* 1. q. 2. addens rōnē: *Nolebat quippe in pręsenti laboris sui fructum sed in futuro recipere.*

Labor virtutis mercede remunerationis pręmio afficitur. Vnde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cum lætitia verò, tamquam accepta mercede, quinquagesimam post Pascha. Nam huic tamquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis, & fœlicitatis denarius, vt quinquagenarius fiat. Augustinus super Ioannem in *can. Ieiunium autem magnum, & generale est* 25. §. *In hoc ergo seculo de consecratione distinct.* 5.

Labor seculi dilectorum, non modicus est, & sudant, & fortes sunt, vt transitoria acquirant, vt autem perpetua, & æterna adipiscantur, ne parum quidem in labore subsistunt. vnde decipiuntur. ex Gregorio in *can. omnes huius seculi dilectores* 3. *distinct.* 47.

Laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitę percipere necessarium est, quod est ex Euangelio viuere. ex Prospero in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est* 9. §. *de talibus dicere videtur Apostolus.* 1. q. 2.

Laboris sui fructum iusti, non in præsenti, sed in futuro libenter recipere perquirunt. ex Prospero in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est* 9. *in fine* 1. q. 2. de Apostolo Paulo loquente, ac dicente: *Nolebat quippe in pręsenti laboris fructum, sed in futuro recipere.* Merito laborabat manibus suis, dicens: *Expedit mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet.* 1. ad Corinthios 9. 15.

Laborantes in Ecclesia Ecclesiastica digni sunt remuneratione gaudere; vt qui se voluntarii obsequiorum necessitatibus sponte subiiciunt, digne sanctæ Ecclesię prouisionibus consolentur. ex Gregorio Theodoro Consiliario in *can. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes* 67. 12. q. 2. Quia iustum est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. vt Gregorius Maximiano Syracusano Episcopo respondit in *can. charitatem tuam commonere curauimus* 45. *in fine* 12. q. 2. Rationem reddens. Eodemque modo dixit Prosper in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est* 9. *circa finem* 1. q. 2. Perpendimus supra labor sine mercede esse non debet.

Laborare, ita quisque debet Euangelii prędicator in Ecclesia, vt defuncto fratri; id est Christo suscitet semen, qui pro nobis mortuus est; & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. (Deutoronomii 25.) ex Augustino ad Faustū Manichæum in *can. olim iussus est frater præmortui fratris vxorem ducere* 8. q. 1.

Labor spiritualis, qui studio, vel diuinis officiis, & ministeriis exequendis exhibetur, manuali labori, seu operationi, tanto illi præfertur,

atque præponderat, quantò quæ sunt animæ corporalibus præferuntur, Nicolaus Papa in *cap. exiit, qui seminat, seminare semen suum* 3. *col.* 17. § *continetur quoque in regula, quod Fratres, quibus gratiam dedit Dominus laborandi. de verborum significatione in* 6. videndus *S. Thomas* 2.2.*q.*187.*art.*3.

Lac, non vina in suo conuiuio Abraham ministrabat. (*Genesis* 18.) Sed immolabat vitulum: butyrum, & lac etiam Angelis hospitibus exhibebat. Cœli Dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed certe illic deerat materia peccati, vbi erat remissio peccatorum. Ambrosius lib. de Elia, et ieiunio in *can. sexto die bestiæ sunt creatæ.* 8. *in fine* §. *at nō Abrahā vina in suo cōuiuio ministrabat distinctione* 35. Materia peccati, vinū, exponit *Gloss.* ibidem verbo *materia peccati.*

Lac comedit, qui pascit gregem. vnde Paulus (1. ad Corinthios 9. 7.) *Quis pascit gregē* (inquit) *& de lacte gregis non manducat?* Iniquum igitur, quod Gratianus in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus* 1. *col.* 3.9. *Quia ergo nos intra muros vrbis istorum sedemus. circa finem* 13. *q.* 1. Quibusdam dixit: *Nos gregem pascimus, & vos lac eius, & lanam accipere vobis vultis. Sapere est de alieno labore victum quærere, si sapere est, velle, quod non possis.* Lac ergo comedit, qui pascit gregem.

Lachrymas amarissimas fudit Petrus, quando Dominum negasse pœnituit, sed tamen Apostolus permansit. Calixtus Papa I. ad Episcopos Galliarum in *can ponderet vnusquisque sermones suos.* 14. §. *sed si aliquis lapsus quoquomodo fuit.* §. *Beatus quoque Petrus. distinct.* 50. Nec repellamus Ambrosium ambrosiam ore fundentem in *can. Petrus doluit, & fleuit.* 1. *de pœnitentia distinct.* 1. Qui sic fatur: *Petrus doluit, & fleuit, quia errauit, vt homo. Non inuenio quid dixerit; inuenio, quod fleuerit. Lachrymas eius lego; satisfactionem non lego.* Ita Ambrosius satisfactionem. videlicet exteriorem, vt *Gloss.* ibidem verbo *satisfactionem,* comminiscitur. Et quidem fleuit, & fleuit amare. Sic nempe Lucas 22.62. *Et egressus foras Petrus fleuit amarè.* Hanc lacrymarum legimus satisfactionem. Voce non negauit; sed oculis fleuit, & corde. Inde amare, quia dolebat. Sic Magdalena nihil dixit. Sed *lacrymis capit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat* (Luc. 7.38.) vnde audire meruit: *Propterea dico tibi: Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Dixit autem ad illā: Remittuntur tibi peccata.* Rationem ex Hieronymo percipe in *can. mensuram autem temporis, in agenda penitentia.* 86. *de pœnitentia distinct.* 1. dicente: *Quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quam doloris; nec abstinentia tanta ciborum, quam mortificatio vitiorum.* Quam ob rem *Gloss.* ibidem verbo *doloris* subnectit: *Vnde & tantam contritionem posset sacerdos perpendere in homine, quod nullam satisfactionem exteriorem ei imponet.* ita Glossa. Deus autem intuetur cor. Rationem reddit Gratianus in *can. quis aliquando vidit*

clericum 87. *eadem de pœnitentia distinct.* 1. §. *his auctoritatibus asseritur.* de Petro dicens post principium: *Negationem namque Petri secuta est satisfactio lacrymarum, & trina confessio Dominicę dilectionis, qua penitus deleuit peccatum trinę negationis.*

Lacrymę dolorem cordis indicant. ex Augustino in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse* 42. *circa finem de pœnitentia distinct.* 3. dicente illo: *Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare.* Lacrymę igitur cordis dolorem indicant. sequitur *Monaldus cōs.* 5. *num.* 22. *vol.* 2.

Lachrymas fundere, & peccare non desinere, non est penitentiam agere, sed irridere. Nam certum est. *Quosdam accipere lachrymas ad pœnitentiam, & affectum pœnitentię non habere constat: quia inconstantia mentis, nunc recordatione peccati lachrymas fundunt; nunc vero reuiuiscente vsu ea, quę fleuerant, iterando committunt.* Isidorus de summo bono in *can. irrisor est, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet* 11. *de pœnitentia distinct.* 3. Hi quidem lauantur, sed nō mundantur. Isaias verò 1. dixit; *Lauamini, & mundi estote.* Inanis proinde est illa pœnitentia, quā sequens culpa coinquinat. Augustinus ibidem profitetur *can. inanis est pœnitentia* 12. & Gregorius in canonibus sequentibus.

Lacrymas qui de rebus temporalibus amissis profundit, et pro commissis peccatis non deflet, ostendit culpabiliter se durum esse, & recte se non pœnitere. *Rectè enim penitens quidquid sordium post purificationem contraxit, oportet, vt abluat saltim lacrymis mentis. Sed satis durus est, cuius mentis dolorem oculi carnis nequeunt declarare.* Augustinus in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse* 42. *circa finem de pœnitentia distinct.* 3.

Lacrymę arma sunt Clericorum, et Sacerdotum. Talia enim sunt munimenta sacerdotis, dolere, flere, gemere. ex Ambrosio ad Marcellinam sororem in *can. conuenior ipse à Comitibus & tribunis* 21. § *quid ergo turbamini? volens numquam Ius deseram; coactus repugnare non noui.* 23. *q.* 8. subsequens: *Potero dolere, potero flere, potero gemere: aduersus arma, milites, Gothos quoque, lachrymę meę, meā arma sunt. Talia enim sūt munimenta Sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere.*

Lacrymas fundere debet Monachus, quia plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pauidus præstoletur aduentum. ex Hieronymo ad Ripariū presbyterum aduersus Vigilantium in *can. monachus non docentis, sed plangentis habet officium* 4. 16. *q.* 1. Se vel mundum. id est peccata sua, vel aliorum, qui in mundo sunt, lugeat. vt *Gloss.* ibidem verbo *lugeat.* commentum agit.

Laici bonorum Ecclesię administratores esse non debent; quod si fuerit, ab Episcopo discuti poterunt; et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna legibus statuta reddere compellantur, ex Gregorio Ianuario Calaritano Episcopo in *can. indicatum est,*

*est nobis* 5. *distinct.*89. notatque peroptime *Gloss.*ibidem verbo *inter eos*. plura vide apud *Marianum Socinum in cap. cum sit Generale* 8. *nu.*16.*in* 9. *fallentia & nu.*19. *in* 11. *fallentia de foro competenti*. *Rodoanus de rebus Ecclesię non alienandis q.*78.*cap.*8.*per totum*. *Marius Antoninus variarum resolutionum lib.*1. *resolut.*48. *per totam*. *Gratianus* Rotæ Marchiæ *decis.* 188. *num.*16. *Ioannes Maria Bellectus* Episcopus Hieracen *disquisitionis clericalis. de fauore clericorum reali* §.5. *à num.*1. Sicuti in concernentibus pietatem Episcopus est Iudex competens. *Rota apud Card. Canalerium decis.* 641.*nu.*1. vide *Ioannem Azorium Institutionum moralium part.*2.*lib.*3.*cap.*2.*q.*7.

Laicus Episcopi Vicarius esse minime debet, nec potest: *In decorum est enim laicum vicariũ esse Episcopi, & Seculares in Ecclesia Iudicare. In vno enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege Diuina prohibetur*, (Deutoronom.22.) *dicente Moyse*: Non arabis in boue, & asino. *id est homines diuersę professionis in officio vno non sociabis*. Ita definitũ fuit in Concilio Hispalensi 2. cui interfuit Isidorus in *can. in nona actione didicimus* 22. 16.*q.*7. *Ambrosinus de Immunitate Ecclesiastica* ad Bullam Gregorii XIV. *cap.*18. *à nu.*4. *Riccius in praxi part.*2.*resolut.*261.

Laici ouium nomine comprehenduntur. sunt ergo, & ipsi sub pastoris cura comprehensi. quia oues pastori suo commissę sunt. Ex Eusebio Papa ad Episcopos Alexandrię in *can. oues, quæ pastori suo commissa sunt* 13.2.*q.*7. De omnibus ergo rationem reddet pastor. Licet quandoque luporum nomine exaudiantur. ex Anacleto Papa Episcopis omnibus in *can. nihil illo pastore miserius, qui luporũ laudibus gloriatur* 6.*dist.*83. vbi *Gloss.* verbo *luporum*. id est laicorum exprimit.

Laici ob sacrilegii crimen etiam censuris feriri Ecclesiasticis poterunt. ex Vrbano Papa omnibus Episcopis in *can. attendendum est omnibus*. 13.17.*q.*4. ibique *gloss.* verbo *& carceri*. Concinitque Gregorius ad Ianuarium Episcopum in *can. contra idolorum cultores, vel aruspices, atque sacrilegos*. 10. 26.*q.*5. Vt pro re ad sanctum officium spectante etiam carceribus mancipari valeant. vt ita ad pœnitentiam redigi, *& cruciatus saltim eos corporis ad desideratam mentis valeant reducere sanitatem*. Vt in fine Gregorius infert. notatque *Gloss.* ibidem verbo *verberibus*.

Laicis, quamuis religiosissimis, nulla in Ecclesiam, Ecclesiasticasque personas, iudicandi, atque disponendi potestas est attributa. decreuit Innocentius Tertius Abbati, & Conuentui Sancti Silnestri scribens in *cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ* 10. *de constitutionibus extrà*. in ipso principio: *Quod laicis (etiam religiosis) super Ecclesiis, & personis Ecclesiasticis nulla sit attributa facultas, quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi*. Iisdemque verbis dixit in Concilio Generali in *cap. cum laicis, quamuis religiosis* 12. *in ipso principio de rebus Ecclesię alienandis, vel non extrà*. plura deduximus *respons.* nostra 80. *num.*39. *parte* 5. Et decretum fuit per Symmachum Papam in Synodo Romana in *can. benè quidem fraternitas vestra* 1. *col.*2. *in fine* §. *cumque lecta fuisset. dist.*96. Hanc ob causam laicorum constitutio, qua tollatur validitas Iuramenti, non tenet, & nulla est. ex eodem Symmacho ibidem. & dixit *Rota part.*1. *in recentioribus decis.*580.*nu.*4. videndus *Cancerius variarum resolutionum lib.*1. *cap.*8. *de donationibus. nu.*38. *& lib.*2. *de minoribus viginti quinque annis. cap.*1. *nu.*5. *& sequentibus*. *Marius Muta siculus decis.*94.*nu.*19. *& sequentibus*.

Laicos prauos eleemosynarum quæstores Ecclesiasticus Iudex grauiter punire potest, excommunicationis quoque mucrone percellendo eosdem. ex Innocentio Tertio Lugdunen Archiepiscopo in *cap. tuarum nos tenor edocuit litterarum* 11. §. *verùm quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. extrà de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum*. Et idem in Concilio Generali in *cap. cum ex eo* 14. *de pænitentiis, & remissionibus*. Decreuitque Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. abusionibus, quas non nulli eleemosynarum quęstores*. 2. *de pœnitentiis & remissionibus*. De prędicatoribus Quæstuariis prętertim loquens, qui indulgentias propalant. Et ita quoque Innocentius Quartus inquisitoribus hæreticæ prauitatis in *cap. vt officium inquisitionis* 11. §. *compescendi prætereà monitione præmissa. de hęreticis in* 6. Disposuitque Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 5. *cap.* 2. *in fine* §. *quęstores verò eleemosynarii in decreto de reformatione*. Ita vt omnino eorũ, qui prædicant nomen abstulerit. *sessione* 21. *c.* 9. *de reformatione*. videndus *Nauarrus cons.*33. *lib.*5. *de pænitentiis, & remissionibus. nu.*6. *Genuensis in praxi cap.*59.

Laici in loco, vbi sacerdotes, & reliqui Clerici consistunt (quod presbyterium nuncupatur) quando missa celebratur, consistere non possunt, vt liberè, & honorificè possint sacra officia exercere. ex Clemente Papa in *can. sacerdotum, aliorumque clericorum* 30. *de consecratione distinct.*2. Et decretum fuit in Concilio Moguntino relato in *cap.*1. *de vita & honestate clericorum extrà*. *Rota* apud Sanctæ memorię. *Gregorium* 15. *decis.*310.*nu.*1. Possunt tamen in missa seruire ob defectum clericorũ. *Parisius de resignatione beneficiorum lib.*9. *q.*3. *nu.*17.

Laici de rebus Ecclesiasticis iudices esse, & iudicare non possunt. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. denique hi, quibus tantum humanis rebus* 5. *distinct.*96. Ita quidem, vt neque Episcopus laicum præficere possit ad iudicandum Ecclesiastica. vt *Gloss.* ibidem verbo *denique* & *Gloss.* in *can. nullus Pontifice Romano viuente* 7. §. *sed quęritur, si duo. distinct.*79. verbo *Honorius*.

Laicus ratione offensæ in personas, & res Ecclesiasticas ob sacrilegium de foro efficitur Ecclesię, vt ẽt excõmunicari valeat. ex Honorio Tertio Episcopo Bononien in *c. olim scribentibus nobis Episcopo Mutinen* 7. *de iniuriis, & damno dato*. *Albericus in authent. nulla com-*

*munitas*. per illum textum *nu*. 2. *C. de episcopis*, *& clericis &c. Cappella Tholosana decis*. 379. Quin imo *Mariquez quæstionum moralium part*. 1. 1. *q*. 87. *n*. 4. *in fine*. docet: Laicum irreuerenter loquentem cum suo Parocho, posse per Iudicem Ecclesiasticum pœna feriri, & etiam formato processu, & ita esse etiam consuetudine receptum. Quod sanè probatur. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ. in *can. accusatio quoque eorum. super qua nos consulere voluistis* 15. *in fine* 2. *q*. 7. Ita quidem, vt excommunicari possint, qui malè se erga sacerdotes habuerint, etiam verbis illos lacerando. Anacletum in fine excipe: *Si autem aliqui eos, priusquam hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfactionem (vt iam dictum est) condignam egerint pœnitentiam: quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur*. Nec Clericus iniuriam hac in re Christo factam, & Ecclesiæ, remittere poterit. vt *Glos*. ibidem verbo *iniuria*. adnotat. Nec sane futiliter, sed ex Gregorio in *can. si is, qui Prælatus est* 28. 23. *q*. 4. Quo loco huiusmodi hominem, qui clerico iniuriam intulit, debitorem Dominicũ, (Quia Domino debet) nuncupat. Iniuria quippe Cœlisti Rigi irrogata videtur. Feriẽda proinde pœna; nec remittenda antequam satisfiat offenso. Quia nimirum in Deum delinquit, qui in eius ministros iniuriosum se reddit. vt *Glossa* ibidem verbo *debitori*, comminiscitur.

Laicus Ecclesiam fundans à diœcesani lege segregare illam non potest. ex Concilio Ilerden in *can. si ex laicis quispiam à se factam Basilicam* 1. Et ex Concilio Toletano 3. in *can. sic quidam contrà omnem auctoritatem Ecclesias* 2. 10. *q*. 1. Rationem reddit *Gloss*. ibidem verbo *non pertinere* circa finem: *Quia res omnes Ecclesiasticę ad ordinationem Episcopi spectant*. ex eodem Concilio Toletano Quarto in *can. nouerint conditores Ecclesiarum* 6. eodem 10. *q*. 1.

Laici spiritualia administrare non possunt, etiam in temporalibus. Quam ob causam generales administratores Ecclesiæ esse minime poterunt. ex Gregorio Ioanni Caralitano Episcopo in *can. iudicatum est nobis* 5. *distinct*. 89. & decretum fuit in Synodo Eugenii Papæ in *cap. decernimus, vt laici*. 2. *de Iudiciis*. Ita planè vt incapaces omnino sint Iurium spiritualium. ex Gregorio IX. in *cap. Sacrosancta Romana Ecclesia* 51. §. *Attendentes itaque quod Ius eligendi*. ibique *Gloss*. verbo *in Laicum de electione extra*. Consuetudine quoque cessante, quæ dici debet potius corruptela. ex eodem Gregorio IX. Capitulo Massano in *cap. Massana Ecclesia pastore Vacante* 56. ibique *Gloss*. verbo *per laicos eodem de electione extra*. et ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in *can. illud autem, quod pro vtendis à Clero vestro* 22. *distinct*. 93. ibique *Gloss*. verbo præsumptum. notat *Crescentius decis*. 5. *de Iure patronatus*. et *decis*. 1. *de decimis num*. 2. *Ioannes Sylua de beneficiis part*. 2. *q*. 4. *num*. 10. *Carolus de Grassis de effectibus clericatus effectu* 1. *nu*. 389. & 390. & *n*. 400. *Flores de Mena lib*. 1. *quęstione* 10. *num*. 2.

Laici in accusationem Episcoporum admitti non debent: Quia eiusdem non sunt conuersationis; et oppidò eis quidam infensi existunt: quippe cùm vita eorum, & conuersatio debeat esse secreta, et à Laicorum actibus remota. ita ex Eusebio Papa ad Episcopos Galliæ in *can. laicos non accusare Episcopos hactenus obseruatum. & constitutum est*. 5. et ex Anacleto Papa in *can. laici in accusatione episcoporum* 14. 2. *q*. 7. Duplici ratione: Et *quia oppidò eis quidam infesti sunt: & indignum est, vt ab eis accusentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari*.

Laici, vt defensores rerum temporalium Ecclesiarum, possunt constitui de foro Ecclesiæ, et inter ecclesiasticas personas agnosci, et numerari, vt deuoti Ecclesiæ. ex Zozimo Papa ad Isychium in *can. in singulis gradibus hac tempora sunt obseruanda* 2. *in fine* §. *defensores etiam Ecclesię, qui ex laicis fiunt distinct*. 77. ibique *Glos*. verbo *ex laicis*. Hi namque nomine comprehenduntur minorum Ecclesiæ per Caium Papam ad Felicem episcopum in *can. nullus Iudicum, neque presbyterum* 1. 11. *q*. 1. Quod statutum quoque in Concilio Parisiensi eisdem verbis in *cap. nullus Iudicum neque presbyterum*. 2. *extrà de foro competenti*. ibique *glossa* verbo *minores*. deduximus nos in nostro *Apologetico pro Iuribus Ecclesię* pro nostrę Ecclesię Iuuenacen Affidatis *respons*. 2. *n*. 82. & 83. quẽ tractatũ Romæ pressimus. et videre licet ex Hieronymo ad quendã suũ leuitam, de duobus generibus hominum in *can. duo sunt genera Christianorum* 7. 12. *q*. 1. qui personas Deo dicatas numerans: *Vt sũt Clerici* (inquit) *& Deo deuoti, videlicet conuersi*. notatque *gloss*. ibidem verbo *conuersi*.

Laici nec docere in Ecclesia, nec prędicare debent. ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. mulier, quamuis docta* 29. §. *laicus autem distinct*. 23. verba sunt Concilii: *Laicus autem pręsentibus Clericis (nisi ipsis rogantibus) docere non audeat*. Quemadmodum neque mulieres, neque Abbatissa. ex Innocentio Tertio Valentino, et Burgen Episcopis; et Abbati de N. Cistersien ordinis in *cap. noua quædam sunt nostris auribus intimata* 10. *extra de pœnitentiis, & remissionibus*. ibique *Gloss*. verbo *prędicare*.

Quamuis alias laici quo ad doctrinam sufficientes essent, et docti. ex Innocentio Tertio Vniuersis Christi fidelibus, tàm in Vrbe Meten, quam in eius diœcesi constitutis in *cap. cum ex iniuncto* 22. *in principio de hareticis extra*. Rationem inferens: *Cum igitur Doctorum ordo sit quasi pręcipuus in Ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum: Quomodo prędicabunt nisi mittantur? &c.* vbi *Gloss*. verbo *rogate*. sic infert ad rem: *Ergo, quia isti non erat missi, nec sacerdotes, prędicare non debebant*. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. in nouo testamento post Christum Dominum* 2. *distinct*. 21. Qui sane in fine sequentibus rem deducit: *Videntes autem ipsi Apostoli messem esse*

mul-

*multam & operarios paucos, rogaverunt Dominum messis, vt mitteret operarios in messem suam: inde ab eis electi sunt septuaginta duo discipuli, quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in Ecclesia*. Non itaque laici, sed presbyteri ad prędicandum in Ecclesia missi sunt.

Laicus necessitatis tempore baptismum rectè confert. ex Augustino ad Fortunatum in *can. sanctum est baptisma per seipsum 36. de consecratione distinct. 4.* Non equidem relinquendus est quisquam, vt sine baptismate moriatur. vt in facto, de quo Augustinus dicto canone. Quàuis esset is, qui baptizat, paganus, vel Iudæus, modo intendat facere quod sancta Mater Ecclesia intendit. etiam si ipse id irrideat, vt de Sancto Genesio refertur. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 2. cap. 20 num. 1.*

Laicis, siue extraneis, siue seruientibus, vel quod grauius est cōsanguineis si Episcopus decimas, vel oblationes dederit, inter maximos hęreticos, et inter antichristos non minimus habebitur, et dantes, et accipientes vt simoniaci æstimantur. ex Gregorio Septimo in *can. peruenit ad nos fama sinistra 13. 1. q. 3.* Quòd sane de iure exauditur percipiendi decimas, vel oblationes, nam aliud est Ius, aliud est ipsa res. vt optimè *Gloss.* ibidem verbo *laic alibus*. commentum agit.

Laici non sunt Templarii, neque hospitalarii, sed personę Ecclesiasticæ, et Deodeuoti. ex Hieronymo in *can. duo sunt genera Christianorum 7. 12. q. 1.* ibique *gloss.* verbo *conuersi sine*. et sequitur *Gloss.* in *can. mulier quamuis docta 29. §. laicus autem præsentibus clericis. distinct. 23.* verbo *laicus*.

Languor in culpa non est. Vnde pœnam non meretur. Quando quidem non culpa, sed infirmitas est in causa. Alexander Secundus Gebonardo Viuarien Archiepiscopo scribens. *in can. in tuis litteris continebatur sic. 3. 7. q. 2.* De sacerdote verba faciens, qui caduco morbo laborabat: sic rationem reddit. *Quia vero languor in culpa non est*. & in fine *Si vero Dei misericordia conualuerit, (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eū sacrificare non interdicimus.* vbi *Gloss.* verbo *non interdicimus* sequentibus infert: *Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel à perceptione sacramentorum*. Ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopū scribente in *can. ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet. 4. fiac finali distinct. 5.* Circa medium. Rationem reddens de muliere, quæ sanguinis fluxum patitur: *Quę tamen mulier, dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet: Quia ei naturę superfluitas in culpam non vult imputari; & per hoc, quod inuita patitur, iustum non est vt Ecclesiæ ingressu priuetur.* vbi *Gloss.* verbo *inuita*: pro regula firmat: *Vt quod quis inuitus patitur, non afferat ei præiudicium*. Ad illud Ancyrani Concilij in *can. presbyteros, qui immolauerunt 32. §. qui autem fugientes comprehensi sunt. in fine distinct. 50.* Dicente Conciliō. *Hos velut extra delictum constitutos à communionis gratia non prohiberi decernimus.*

Lapsis in hæresim hoc obseruabatur antiquitus, vt ante sententiam Concilii nullus eis communicaret. vt Cyprianus Papa Antoniano rescripsit in *can. de eo autem quod statuendum esset circa causam lapsorum 35. distinct. 50.* Sed per Lucii Tertii constitutionem in *cap. ad abolendam 9. §. præsenti nihilominus ordinatione sancimus de hæreticis extrà.* Reuersos ab hęresi, & ad fidei catholicæ vnitatem sponte recurrentes errorem suum ad arbitrium Episcopi regionis publicè abiurare consentientes, & satisfactionem congruam exhibentes, recipiendos esse mandatum fuit.

Lapsis ad suum ordinem reuertendi non ita facile antiquitus dabatur: ne canonicæ disciplinę vigor facile frangeretur; dum pro reuersionis spē prauæ actionis desideria quisque concipere non formidat. ex Gregorio Constantio Mediolanensi Episcopo in *can. si lapsis ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur. 1. cum sequentibus pene per totam distinct. 50.*

Lapsus dupliciter perpenditur. & à fide per hæresim *can. 1. cum sequentibus dist. 50.* & à moribus per peccatum. ex Gregorio Ianuario Episcopo Calaritano in *can. peruenit ad nos 9. eadem dist. 50.* & pèrpenditur ex Septima Synodo in *can. si quis omnem traditionem Ecclesiasticam 2. 1. q. 7.* Duo enim ibi perpenduntur, & lapsus per simoniam; & lapsus per fornicationem carnis.

Laridum, & sagimen, carnium nomine nō comprehenditur. Quibus ergo diebus carnibus vesci prohibemur, possemus larido vti, et sagimine. ex Concilio Hybernensi in *can. presbyter, si fornicationem fecerit. 5. siue finali dist. 82.* Namque primo loco, non multo post principium, de pœnitentia verba faciens presbyteri, qui in fornicationem inciderat, sequentibus disponit: *Tantùm autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque Leguminibus recreetur, sine carne, & sagimine, ouis, & caseo.* Si enim carnium nomine sagimen veniret, neque oportuisset speciatim de sagimine, & ouis, & caseo meminisse. Accedit paulo post aliquantisper: *Postea aliquantisper resumptis viribus, vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis festis, in quibus vino, & sagimine, ouis, & caseo iuxta canonicam mensam vti poterit.* Sed carnibus non vti poterit. non ergo sub carnium nomine sagimen includitur, sicuti neque oua, neque caseus. Quamuis hæc sementinam carnium trahant originem. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. denique sacerdotes, & diaconi 6. §. par autem est, vt quibus diebus distinct. 4.* verba sunt Gregorii: *Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque quæ sementinā carnis trahunt originem, ieiunemus, à lacte videlicet, caseo, & ouis.* Non enim oportuisset, & hæc speciatim exprimere, si hæc ipsa carnium nomine absolutè comprehenderentur. Denotatque *Gloss.* in *d. can presbyter si for-*

*si fornicationem fecerit finali d.distinct.*83. verbo *sagimine*. quę sic commentum agit: *argumentum. Quod licet comedere de sagimine illis diebus, quibus oua, & caseum licet comedere*. 4. *distinct. denique*. apertiusque ibidem *Glossella* Marginalis adnotat: *Sagimen, & laridum die veneris comedere licet*. Verùm attendenda erit locorum consuetudo. aduertit *Ioannes Azorius Institutionum moralium part*. 1. *lib*. 7. *cap*. 10. *q*.8.

Laruarum ludi Clericis, & Ecclesiasticis personis prohibita sunt. Et mostra laruarum nuncupauit ea Innocentius Tertius in *capit: cùm decorem domus Dei*.12.*extra de vita & honestate clericorum* ibique *Gloss*. verbo *monstra laruarum*: dicens prohibitum esse causa ludibrii vti habitu monachali, vel alio religioso, & grauiter punitur qui hoc facit.& ex Cōcilio Nannetensi in *can. nullus presbyterorum* 7. *distinct*. 44. in fine presbyteris præcipitur quando commemorationes aguntur defunctorum: *Nec laruas dæmonum arte se ferri consentiant; quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum*. & repetitum inuenitur in *can nullus presbyterorum* 35.*de consecratione distinct*.5.ibique *glos*.verbo *nec laruas*.refert dictum textum Innocentii Tertii *cap cum decorem de vita, & honestate clericorum*.

Lasciuiendi opportunitas omnibus auferenda est.Merito ad monasteria monialium (nisi rationabilis,& manifesta causa existat,& de illis, ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus, vel accessus nulli patere debet. vt Bonifacius statuit octauus in *cap. periculoso, & detestabili* 1.*in fine principii de statu regularium* in 6.Propterea in Septima Synodo monasteria dupla, id est virorum,& mulierum simul,prohibita fuere in *can.diffinimus minime duplex monasterium fieri*. 21.18.*q*.2. Ne detur occasio delinquendi.

Latus Christi lancea apertum fuit.Sic nempe *Ioannes* 19.33.in sacro Euangelio: *Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum,non fregerunt eius crura; Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis,& aqua*. Ambrosium igitur excipe de sacramentis.in *can.in calicem mittitur vinum: & quid aliud? aqua*.83.9 .*de latere eius aqua fluxit, de consecratione distinct*.2. ambrosiam ore profluentem, dicentemque: *De latere eius aqua fluxit,& sanguis? Quare aqua?quare sanguis? Aqua, vt mundaret; sanguis, vt redimeret. Quare de latere? Quia vnde culpa,inde gratia: culpa per fœminam,gratia per Dominum Iesum Christum*. Quia nimirum de latere Adæ fuit fœmina, vnde culpa exiuit: de latere vero Christi sāguis,& aqua, vnde gratia. vt *Gloss*. ibidem verbo *quia vnde culpa*.commentum agit:

Latria est adoratio, quæ soli debetur Deo. hinc versus.

*Latria debetur Domino,sed dulia seruo.*

*Latria,qua Christum veneramur,dulia mundū.*

Quę carmina refert *gloss*. in *can. perlatum ad nos fuerat*. 27. qui est Gregorii Seuero Episcopo Massiliensi. *de consecratione distinct*. 3. Reprehendit quippe ibi Episcopum Gregorius,quod Sanctorum imagines fregisset, ne eas populus adoraret. Namque *Aliud est picturam adorare; aliud per picturā historiā quid sit adorandum addiscere*. Equidem ex septima Synodo, actione sexta relata in *can. venerabiles imagines Christiani non Deos appellant* 28. *eadem distinct*.3.*de consecratione*. Christiani *ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur*, Imagines,*& eas adorant;Sed nō seruiunt eis cultu diuino,nec alicui creaturę*. Cultu videlicet latriæ. vt *Gloss*.ibidem verbo *cultu*. exprimit.In quatria exigunrur: Charitas dilectionis;& multitudo sacrificiorum, & veneratio.In dulia vero vnum solùm,scilicet veneratio.vbi *Glossella* Marginalis Archidiaconi sic adnotat:*Dicas,quod duę sunt species adorationis.scilicet latria,& dulia.Latria est seruitus, siue cultus soli Deo debitus.Dulia est seruitus quę debetur creaturę*.vnde versus:

*Dulia fit serua:debetur Latria Christo.*

Sic *Glossella* marginalis Archidiaconi. Hinc est enim,quod(4.*Regum* 18.)narratur: quod Ezecchias Rex dissipauit Excelsa, & contriuit statuas,& succidit lucos,et fregit serpentem æneum,quem fecit Moyses. Rationem reddit Gratianus in *can. quia sancta Romana Ecclesia* 28.§.*verùm, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes.distinct*.63.inuteres: *Videlicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat,ne serpentina morte populus interiret:idcò ipse populus colere, & venerari eum caperat: & id circo destruxit iste,quem iubente Deo fecerat ille*. vt itaque occasionem remoueret idololatriæ dextruxit illum.

Latro,qui cum Christo crucifixus fuit, quasi martyr habetur. Hieronymum ad Damasum Papam scribentem in *can. importuna in Euangelio mulier tandem meruit audire*. 58. *circa medium.de pęnitentia distinctione* 1.testem,& omni exceptione maiorem,excipe, dicentem: *Christus in paradisum de Cruce latronem intulit; & ne quis aliquādo seram conuersionem putaret, fecit homicidii pœnam Martyrium*. Quo loco *gloss*. verbo martyrium sic in fine verba infert: *Eius ergo pęna martyrium dicitur, ratione ęterni premii, quod quasi martyr recepit confitēdo; vel ratione confessionis,quam in patibulo habuit: sicut enim martyr, sic latro inter pœnas Christum confiteri non timuit*.ita Glossa. vide *Henriquez in summa lib*.4.*cap*.14.§.2. vide quoque *Gloss*. in *can. baptismi vicem aliquanda implere passionem* 34.*de conscerat.distinct* 4.verbo *crucifixus est*. quæ martyrem,id est confitentem interpretatur:

Latro pro nomine Christi Crucifixus non est,sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est; sed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam sine visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus(Rom.10.) Corde creditur ad iustitiam,ore autē confessio fit ad salutem. in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cūm mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Augustini sunt verba de vnico baptismo contra Donatistas in *can.baptismi*

*ptismi vicem aliquando implere. passionem* 34. Non multo post principium *de consecratione dist.*4.

Latro in cruce ad Christi dexteram pendens præmium perdidisset, si illum vnius horæ pœnitentia non iuuisset. Cùm esset in pœna pœnituit, & per vnius sermonis professionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum cõuersio in vltimis positorum mente potius est æstimanda, quàm tempore, verba sunt Cœlestini Papæ ad Episcopos Galliæ in *can. agnouimus pœnitentiam morientibus denegari* 13. *circa finem* 26.q.26.

Latro licet veniam meruerit in fine de omni suo crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi, & perseuerandi auctoritatem. Tũc enim baptizatus est, qui tunc primum in Cruce Christum confessus est. Augustinus in *can. nullus expectet, quando iam non possit peccare.* 6 *siue finali de pœnitentia dist.*7.

Latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso, in hora vltima confessionis. Vera ergo cõfessio in vltimo tempore esse potest: *Quia Dominus non solum temporis, sed etiam cordis inspector est.* Iulius Papa in *can. si presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum* 12.26.q.6.

Latro, atque fur habetur Episcopus, qui bona Ecclesiæ occupauerit; vel extra necessitatem alienauerit, & dilapidauerit, & ex proprio tenetur resarcire, atque ab honore deiicitur. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis Episcopus* 8. *siue finali* 10 q.2.

Latro suspensus patibulo crudelem Iudicem putat. Hieronymus super Isaiam in *can. non est crudelis, qui crudeles iudicat* 28.23.q.5. Qui ergo latronis fortitudinem, & piratæ, & furis eneruat, infirmosque eos reddit; prodest illis sua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non benè vtebantur, à malo opere cessabunt. Idem Hieronymus super Sophoniam in *can. si quis fortitudinem latronis.* 6.23.q.5. Quod exauditur, auctoritate publica, non priuata. ex *Gloss.* ibidem. in *Glossa* 1. Nõ debet proinde Iudex latronis misereri, neq; moueri lachrymis deprecãtis, cui adhuc latrocinandi aspirat affectus. ex Ambrosio in *can. est iniusta misericordia.* 34.23.q.4 Vbi peroptime *Gloss.* verbo & lachrimis. infert: *Iudex non debet moueri ad lacrymas calamitosorum.* Nam, vt ibidem in fine Ambrosius rationem tradit: *Facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.*

Lauamini, mundi estote; auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis; quiescite agere peruersè, discite benè facere. (*Isaia* 1.16.) quo loco Isidorus de summo bono in *can irrisor est, non pœnitenens* 11. *circa finem de pœnitentia distinct.* 3. ita commentum agit: *Lauatur itaque, & mundus est, qui præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec tamen deserit, sed post lacrymas ea, quæ fleuerat, repetit.* & Gregorius in pastorali in *can. lauamini mundi estote* 15. *eadem distinct.* 3. *de pœnitentia.* & ipse sic agit commentum: *Post lauacrum enim mundus esse negligit, quisquis post lachrymas vitæ innocentiam non custodit. Lauantur ergo, & nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt sed rursus flenda committunt.* Hi aliàs veluti canes ad vomitum reuersi dicuntur, & veluti sues in volutabro luti iacere. ex Concilio Ilerdensi in *can. hi, qui altario Dei deseruiunt* 2. *in fine* 15.q.8.

Lauacro corporali, cùm indigemus, vti possumus; sicuti Ioannes Euangelista vsus eo fuit. Narrat enim de illo auditor illius sanctissimus; & martyr fortissimus Polycarpus Smyrnorum Antistes, quod tempore quodam, cùm apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum; exilierit continuo, & discesserit non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruant; in quibus Cerinthus lauat inimicus veritatis. Beda in *can. omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi* 24.5. *narrat enim de illo* 24.q.1.

Lauat lixiuium per cinerem humidum fluens, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à sordibus peccatorũ. Hieronymus à Gratiano relatus in *can. nihil illo est pastore miserius* 6 *siue finali* §. *quamquam sacerdotem, tàm à suis, quàm ab alienis criminibus oportet esse immunem. distinct.* 83.

Lauari debent corporalia, & pallæ, & vela sanctuarii, si sordidata fuerint ministerio, per Diaconos, & alios ministros intra sanctuarium, non eiicientes foras à sanctuario: & peluis noua esse debet, & præter hoc nihil aliud tangat. ex Clemente Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can. nemo per ignorantiam Clericus* 40. *circa medium de consecrat. distinct.* 1.

Lauacra habere communia cum mulieribus laicos, multoque magis ministros Altaris, & Clericos, non oportet. Cum hoc etiam apud gentiles reprehendatur. ex Concilio Laodicensi in *can. non oportet ministros altaris* 28. *dist.* 81. Ita accurate occasionem omnem perdendi castitatem vitant Canones.

Laudes Deo pro suis beneficiis, & gratias debemus, qui cuncta largitur. Deinde Sacerdotibus eius ministris, à quibus docti sumus, alioquin in penuria erimus. ex Hieronymo in cõmentariis in Malachiã in *can reuertimini ad me, & reuertar ad vos dicit Dominus* 65. *in fine* §. *si quis doctus, & eruditus* 16.q.1. quo loco *Gloss.* verbo *a quibus.* argumentum extrahit; quod *Discipuli debent referre gratias magistro, non tantum verbis; sed etiam rebus.*

Laudibus qui gloriatur luporum, nihil illo est pastore miserius. ex Anacleto Papa Episcopis omnibus. in *can. nihil illo est pastore miserius, qui luporũ laudibus gloriatur* 6 *siue finali. distinct.* 83. Luporum, id est laicorum *Gloss.* ibidem commentum agit. Rationẽ reddit Anacletus dicens: *Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc omnibus magna pernicies. Nullus ergo Pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest.* Nos ergo de verbis lau-

dan-

stantium non multum curare oportet; sicut etiam, & vituperantium magnam tristitiam percipere. Si enim non inuenitur malum, quod de nobis loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire: *Quid enim si homines laudent, & conscientia nos accuset? aut quæ debet esse tristitia si omnes accusent, & sola conscientia liberos nos esse demonstret?* Gregorius Palladio presbytero scribit in *can. inter verba laudantium, siue vituperantium* 55.11.q.3.

Laudes Christi cum Iouis laudibus in vno se ore non capiunt. Gregorius scribit Desiderio Episcopo in *can. cùm multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata* 5. *distinct.* 86. Quod videlicet prædicando fabulas pœtarum insereret: *Quia in vno se ore* (dicens) *cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt.* Nam vt Ouidius canit:

*Non bene conueniunt, nec in vna sede morentur,*
*Maiestas, & amor.*

prosequiturque *Gloss.* ibidem verbo *non capiunt*. vnde non probatur, sacerdotes comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Vergilium tenere, & id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis. Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo scribens in *can. sacerdotes Dei omissis Euangeliis* 2. *dist.* 37.

Laudari in malis factis velle, pessimum, & histrionibus donare, vt lauderis; vitium est immane, non virtus. Nam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & qui iniqua gerit, benedicitur (psalm 9.) quod est quam pessimū. ex Augustino in Ioannem in *can. donare res suas histrionibus, vitium est immane* 7. *dist.* 86.

Laudis munus accipere pro spiritualibus simoniæ crimen est. In simoniam ergo dat Episcopus, qui pro impenso officio sanctitatis, pro ordinatione videlicet, nummum expetit fauoris, & laudis. Non enim excutit manus suas ab omni munere (ex Isaia 33.) *Qui excutit manus suas ab omni munere.* Est enim munus ab obsequio, à manu, à lingua. Deducit Gregorius in *can. sunt non nulli, qui quidem nummorum præmia.* 114. 1. q. 1. Nec dissimiliter Beda in *can. non solum venditores sunt columbarum* 11. 1. q. 3. Hi enim Domum Dei faciunt domum negotiationis. Merito à Domino de templo proiiciuntur.

Laudibus qui mala facta hominum efferunt, augent, quæ increpare debuerunt. de quibus per Ezechielem 13. dicitur: *Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis.* Quia ad hoc puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. explicat Gregorius in moralibus in *can. sunt non nulli, qui dum mala facta hominum laudibus efferunt.* 2. *distinct.* 46. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *augent*. Non enim oportet laudando augere malitiam secui. Satis nempe graue peccatum admittit, si quis laudauerit indignum, & iustum iniustum, & iniustum iustum dixerit; & qui sanctum dicit esse non sanctum, & rursum, non sanctum asserit sanctum, namque hic abominabilis est apud Deum. ex Hieronymo in *can. si quis dixerit iustum iniustum* 57. & *duobus sequentibus* 11. *quæst.* 3.

Laudem, quam quidam amplius, quàm debeant quibusdam dant iustis, ne qua elatio de laude subrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantiū suffocetur. ex Gregorio ad Theotistam Patritiam in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent laudant.* 11 6. q. 1.

Lazarus viuus de monumento prodiit: non prius de monumento est ductus, & postea à Domino suscitatus: sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur, in sepulchro reuixit, & foras viuus prodit. verba sunt Gratiani in *can conuertimini ad me in toto corde vestro.* 34. §. *conuersio autem dicitur. in fine principii de pœnitentia dist.* 1. In Lazaro, peccator consuetudine peccandi depressus, exauditur. ex *Gloss.* ibidem verbo *hinc etiam Lazarus.* ex Augustino in *can. sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur* 21. *de pænitētia dist.* 2. quo loco glos. verbo *tanquam* versibus rem aperit, de mortuis, quos Christus resuscitauit:

*Tumba, puella, puer, Lazarus ista notat;*
*Hanc verbo, hunc motu, lacrymando suscitat illum*
*Christus, & in medico nascitur æger homo.*

Et sane in Lazaro resuscitato peccator lapide iam obuolutus oneris peccati significari non dubitatur, qui Christo clamante surgit, & *solui iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato est; tollitur velamen de facie eius, quod veritatem gratiæ, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est; reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim, quod erubescat, cui peccatum dimissum est* Ambrosius verba facit in *can. quantuslibet ergo mortui fœtor sit.* 53. *de pœnitentia distinct.* 1.

Lazarum non fleuit Dominus mortuum, sed ad vitæ huius plorauit ærumnas resuscitandum. Non enim ita tristandum est de mortuis, qui in Domino moriuntur. Prohibet enim nos Apostolus (1. Thessalonicens. 4.) nostros lugere defunctos, dicens: *De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & cæteri, qui spem non habent.* Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad vitæ huius plorauit ærumnas resuscitandum. Ex Concilio Toletano Tertio in *can. qui diuina vocatione ab hac vita recedunt.* 28. 13. q. 1.

Lazarum de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluēdum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam Sacerdotibus. Augustinus in *can. quem pœnitet, omnino pæniteat* 88. *circa medium*, §. *oportet enim, vt non solum quid, sed in quo doleat, consideret. de pænitentia distinct.* 1.

Lectio diuinarum scripturarum misceri debet in mensis sacerdotum, non fabulæ otiosæ interponi. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum: & fabulæ non necessariæ prohibentur. ex Concilio Toletano Tertio in *can. pro reuerentia Dei, & sacerdotum.* 11. *distinct.* 44. Quod in conuiuiis, quæ ex charitate quo-

que

que fuit, seruari debet: *cùm non plus, quàm necesse est seruitur corpori: sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur.* ex Gregorio Natali Episcopo in *can. conuiua, qua ex intentione imponenda charitatis fiunt 6. eadem distinct. 44.*

Lectioni sacrarum litterarum sacerdotes Domini, Prælatos, & clericos oportet insistere, vt illarum peritiam habere valeant, & alios docere, ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. Vectes enim, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de introducendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumfertur, sacris litteris sẽper debent insistere: ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. peroptimè Gratianus in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus 2. §. Ecce, quod sacrarum litterarum oportet Episcopum habere peritiam distinct. 36.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *quærant* dicens: *Nec enim Episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere.* Ex Septima Synodo actione prima in *can. conuenientibus apud Nicæam Bitiniæ 4. §. item constantinus Episcopus Cypri dixit. 1. q. 7.* & quidem dixit: *Non oportet nos, qui Episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum esse doctores.* Et ideo Episcopos lectioni diuinarum scripturarum, orationi, & doctrinæ oportet insistere. *Quia prius quisque discere, & postea prædicandi officium vsurpare debet.* Gratianus loquitur d. *can. qui Ecclesiasticis 2. §. hinc etiam Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens. illos. dist. 36.* Nã alioqui ignorãtia mater cunctorum errorũ, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est. ex Concilio Toletano IV. in *can. ignorantia mater cunctorum errorum 1. distinct. 38.*

Lectio sacrarum Scripturarum fidelium mentes illuminat, & *Sicut stellas cæli non extinguit nox; sic mentes fidelium, firmamento inhærentes sancta Scriptura non obscurat mundana iniquitas.* Zepherinus Papa ad Episcopos Siciliæ protestatus est in *can. sicut stellas cæli non extinguit nox 8. distinct. 38.* & ibidem Hieronymus in *can. si iuxta Apostolum Paulum 9.* Qui nescit scripturas nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam. Ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est. Quin imo, qui amat scientiam scripturarum, earumque intendit lectioni, carnis vitia non amabit. ex eodem Hieronymo ad Rusticum Monachum de viuendi forma in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber 33. non multo post principium de consecratione. distinct. 5.* suadente illi: *Ama scientiam scripturarum: & carnis vitia non amabis.* Sine autem lectione scientia haberi non potest.

Legimus de Beato Hieronymo, quòd cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quod vir Christianus paganorum figmentis intenderet. Rabanus in *can. legimus de beato Hieronymo 7. dist. 37.*

Lectioni sacrorum canonum intendere debent sacerdotes, quia illos non licet ignorare. ex Cœlestino Papa vniuersis Episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis in *can. nulli sacerdotum liceat canones ignorare 4. dist. 38.* Qui verò libri legi possint, habes ex Gelasio Papa in Concilio habito Romæ in *can. Sancta Romana Ecclesia 3. dist. 14.*

Lectores à legendo dicti sunt, sicut psalmista à psalmis canendis vocati. Lectores enim prædicant populis quid sequantur. ex Isidoro in *can. Cleros, & Clericos hinc appellatos credimus 2. col. 3. §. lectores à legendo, psalmista à psalmis canendis vocati distinct. 21.* Prædicant, idest legunt recitando. *Gloss.* ibidem exprimit. Nam *ad Lectorem pertinet lectiones pronunciare, & ea, quæ prophetæ vaticinarunt, populis prædicare.* Idem Isidorus Hispalẽsis Episcopus ad Ludifredum scribit in *can. perlectis sanctitatis tuæ litteris 1. §. ad lectorem pertinet. distinct. 25.* prædicare. idest legere *Gloss.* commentum agit.

Legatus eodem honore honorandus est, quo is, cuius locum tenet, & legatione fungitur, quamuis ipse ex se minor sit. *Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur.* ex sexta Synodo in *can. præcipimus ne Diaconus 26. siue finali distinct. 93.*

Legatus ostẽdere debet litteras legationis suæ, alioquin ei non creditur. ex Nicolao Papa in *can. nobilissimus vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus 3. distinct. 97.* ibique plenè *Gloss.* verbo *signatis.* Nec diuersimode Stephanus Papa Guidoni Comiti in *can. lectis sagacitatis vestræ apicibus 18. distinct. 63.* illis verbis: *tam ciuissimè ordinare omisimus, quod imperialem nobis, vt mos est, absolutionis minimè detulit epistolam.* Credi tamen potest Legato etiam sine litteris, si fuerit vir magnæ auctoritatis. vt Nicolaus Papa fecit d. *can. nobilissimus vir.* sequiturque *Afflictus decis. 253. nu. 11.*

Legatus Papæ Episcopi iurisdictionem in suos subiectos eneruare non debet. *Nam si sua vnicuiq; Episcopo iurisdictio non seruatur: quid aliud agitur, nisi, vt per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?* ita Gregorius Romano Defensori Siciliæ in *can. peruenit ad nos, quod si quis contra clericos quoslibet causam habeat 39. 11. q. 1.* Non ergo poterit Clericos Episcopi iudicare, eo inconsulto. ex eodem Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. in Galliarum Episcopos nullam tibi auctoritatem tribuimus 3. 25. q. 2.* ibique *Gloss.* verbo prætermitti. & ex Leone Papa ad Anastasium in *can. igitur secundum sanctorum Patrum canones 5.* & ex Horsmida Papa ad Ioannem Episcopum in *can. seruatis priuilegijs Metropolitanorum 6. eadem 25. q. 2.*

Legatus Papæ potest intra terminos legationis suæ de criminibus cognoscere. ex Gregorio omnibus per diuersas prouincias in *can. decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus 1. 2. q. 6.* illis verbis: *Et nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante legatos nostro ex latere missos, iuxta Patrum decreta suas exercere, atque definire actiones.* ibique *Gloss.* verbo *legatos.* & ex eodem Gregorio Ioanni Episcopo, siue Patriarchæ Larisseo in *can. frater noster*

*Hadrianus Thebana Ciuitatis Episcopus* 52. *circa medium* 16.*q*.1. Mandante illo, de eodem Hadriano Episcopo Thebano verba dante: *Per eos, qui nostri sunt, vel fuerint in vrbe regia responsales, si mediocris est quæstio, dignoscatur.* Ibique *Glossa* verbo *si mediocris.* & ipsa dicēs: *Videtur ergo, quod Delegatus criminales causas possit audire. vt* 2.*q*.6.*decreto.* inferens: *Vel dic, quod cognoscere potest legatus de crimine Episcopi: sed non deponere.* Hodie verò ex Sacrosancta Tridentina Synodo in criminalibus causis coram Pontifice Maximo sunt vocandi, & ab ipso terminandę. *sessione* 13. *cap* 6. *de reformatione.* & *sessione* 24. *cap*. 5. *de reformatione.*

Legati Papæ esse possunt Diaconi. Et debent viuere moderatis impensis, neque subiectos grauare. ex Gregorio Episcopis Sicilię in *can. relatum est nobis Sancta memorię decessoris mei temporibus* 9.11.*q*.3.

Legatione Dei funguntur Sacerdotes, & Episcopi. Qui ergo eos persequuntur, Dominū nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur, prosequuntur. ex Gelasio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can. omnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul* 36.7. *quęst*.1.

Legatus Papę mortuo Delegante non expirat, & in legatione, ordinaria vti dicitur potestate. ex Clemente IV. S. tituli Sanctę Ceciliæ Presbytero Cardinali Apostolicę sedis Legato. in *cap. legatos, quibus in certis prouinciis mittitur legationis officium*. 2. *de officio legati in* 6. ibique Doctores. notat *Gloss. in Clement* 2. *de officio ordinarii.* verbo *& si ab Apostolica.* in fine dicens: *Idem in aliis ordinarus, quod in legatis, qui etiam sunt ordinarii.* Glossam singularem appellat *Nauarr. de Indulgentijs notabili* 28. *nu*. 19. vide *Santlarellum variarum resolutionum q*.5.*nu*.2. *& nu*.4. *& sequentibus. Bonifacius Vitalinus d. Clement*. 2. *nu*.7. *Rota apud Card. Caualerium decis*.15.*nu* 2.

Legatum sedis Apostolicę qui impedire tentauerit: quia Dei causam impedit, & statum conturbat Ecclesię, est excomunicandus, & ab Ecclesię liminibus eiicitur, neque in cōmunionem fidelium recipiendus. ex Alexandro I. omnibus Episcopis in *can. si quis autem legationem impedit* 2. *distinct*.94.

Legatum de mulieris veste relictum, vt de illa Casula fiat pro celebratione missarum, vendi debet, & ex pretio fieri casula, non de veste ipsa. Nāque ad officia sacri mysterii videtur indigna, quæ prophanis, & mundanis vsibus deseruiuit. ex traditis per Concilium Aurelianense in *can. ad nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur* 43. *de consecratione distinct*.1. ibique peroptimè *Gloss.* verbo *polluuntur.* Quę in argumentum deducit: *Quod ex veste alicuius Dominę, vel alterius non debet fieri casula, vel aliquis ornatus Ecclesię.* Glossam sequitur *Abbas Panormitanus* in *cap. adhęc* 4. *nu*.3. *de religiosis domibus. Franciscus Marchus decis*.216. *nu*.3. *part*.2. Quamuis addens ad Panormitanum in *d. loco* littera *D.* dicat per oblationem factam Ecclesiæ fieri sacram, atque omne, quod prophanum consideratur potest, ablui. & ita etiam *Glossella* Marginalis Ancharani, ad dictam *Glossam* in verbo *polluuntur.*

Legatum Sacerdoti, siue Episcopo factum, Ecclesię intuitu, cui preest, relictum videtur. Quā ob causam cum Ecclesia diuidendum: quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ suæ, nō pro commodo sacerdotis dare probatur. vt in Concilio Agathensi definitum videtur in *can. pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis* 3. 12. *q*. 3. Ni quidem aliter ex voluntate relinquentis apparuerit. vel à sanguine nimis coniuncto sacerdoti relinquatur. ex *Gloss.* ibidem verbo *ab extraneis.* & ita rem hanc decreuit Innocentius Tertius in *cap. requisisti de his, quæ testator*. 15. §. *sed considerandum est diligenter, vtrum testator legat hoc modo. extra de testamentis, & vltimis voluntatibus.*

Legata pia Ecclesiis, quibus relicta sunt, non soluentes, vti infideles ab Ecclesia eiiciendi sunt, atque excommunicandi. ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. qui oblationes defunctorum* 9. & ex Concilio Vasense in *can. qui oblationes defunctorum retinent* 10. 13. *q*.2. Quia nimirum ex Hieronymo ad Nepotianū in *can. Gloria episcopi est pauperum inopiæ prouidere* 71. §. *Amico quidquam rapere* 12. *q*.2. verbis satis expressis habetur: *Amico quidquam rapere furtum est: Ecclesiam defraudare, sacrilegium est: accepisse quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum; aut quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prędonum crudelitatem superat.* Iure quam meritissimo proinde ex Srosancta Tridentina Synodo in Spiritu sancto legitime congregata *sessione* 22. *cap*. 8. *de reformatione*, innouatum fuit, vt Episcopi, etiam tamquam sanctę Sedis Apostolicæ delegati, omnium piarum dispositionum executores sint. Rationem reddit *Gloss.* in *cap. ad nostram noueritis audientiam peruenisse* 20. *in fine* verbo *ad testimonium* in *fine extra de Iure Iurando* dicens: *Quia ad Ecclesiam, vel Episcopum spectat exequi voluntatem defunctorum.* ex Concilio Mogūtino in *cap. si hæredes iussa testatoris non adimpleuerint* 6. & ex Gregorio IX in *cap. Ioannes Clericus* 19. *de testamentis, & vltimis voluntatibus.* & ex Leone Cæsare in *l. nulli licere decernimus* 28. *C. de episcopis, & Clericis.* vide *Cappellam Tholosanam decis*.51. *& decis*.78. *& decis*. 112. *Franciscus de Ponte cons*.37. *num*.7. *& sequent. lib*. 2. noster *Maranta in speculo in* 11. *distinct. Iudiciorum n*.6. Quia profecto de Ordinariis lex cōfidit, vbi de pia causa agitur, multoque magis testatorem de illo cōfidere præsumitur, sua vt executioni mandetur voluntas. *Rota apud sanctę memorię Gregorium* 15. *decis*.132 *num*.9.

Legatum pro pia causa, etiam indebitè solutum, non repetitur. ex Gregorio Demetrio, & Valentiniano Clericis Firmanis in *can. sacrorum canonum statuta* 15. 12. *q*.2. illis verbis: *Constituentes, nullam vos exinde, hæredesque vestros quolibet tempore repetitionis molestiam sustinere; nec à quoquam vobis aliquam obiici quæ-*

stionem

*ftionem*. ibique per optime *gloss.* verbo repetitionis.

Legenda quæ scripta sunt; atque quæ legerimus intelligenda, vt perfecte deinde responsum demus. ex Hilario de Trinitate in *can. in Christo pater* 82. *paulò post principium. de consecratione distinct.* 2. verba damus Hilarii: *Quæ scripta sunt legamus; & quæ legerimus intelligamus: & tunc perfectæ fidei officio fugemur.* Cæteroquin: Legere, & non intelligere est negligere. Iure proinde Clemens Primus epistola 5. ad suos discipulos in *can. relatum est nobis, quod quidā in vestris partibus* 14. *distinct.* 37. Nec sane iniuria illos adhortatur; *Vt Lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Non enim sensum, quem extrinsecus adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquomodo ipsum scripturarum auctoritate confirmare: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligētiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam servauit; vt ipse possit ea, quæ rectè suscepit, competenter asserere.*

Legentibus quod scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus: Quia in ipsa etiam ignorantes vident, quod sequi debeant; in ipsa legunt, qui litteras nesciunt. Vnde, & præcipuo gentibus pro lectione pictura est. Gregorius Seuero Episcopo Massiliensi in *can perlatum ad nos fuerat* 27. *in fine de consecratione distinct.* 3.

Legitime quod factum est, in irritum vocari non debet, quamuis ad illum peruenerit casum, à quo incipere non ampliùs possit. ex Gelasio Papa Palladio Episcopo in *can. præcepta canonorum, quibus Ecclesiastica regitur disciplina* 12. *in fine distinct.* 55. Verba excipe Gelasii disponentis: *Et ideo frater charissime supradicto locum suum, dignitatemque restitue, quatenus Sacrosancta mysteria sicut consueuit, exerceat. Neque enim conuenit ab hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo post modum in inualitudinem corporis casu probatur facilè collapsus.* Quia toleratur, quamuis peruenerit ad casum, à quo non possit incipere. vt *gloss.* ibidem verbo *postmodum* adnotat. Cum sufficiat legitime primùm factum incepisse. ex Triburiensi Concilio in *can. perlatum est ad Sanctam Synodum* 7. 29. q. 2. verba sunt Concilii: *Iudicatum est, vxorem minime debere dimitti, non tamen ob Christi legem mulierem in seruitutem redigendum ille non ex consensu cōiugis se seruum fecerit, quem ipsa maritum acceperat.* Id ergo attenditur, quod principio fuit. ex *glos.* ibidem verbo *dimitti*. quæ argumentum educit. *Licet aliquid deueniat ad id, à quo incipere nō potuit, nō tamē propter hoc irritatur. supra dist.* 55. *præcepta*. Quia sufficit legitimè ab initio factum esse. vt de illo respōdit Ioannes VIII. Alselmo Lemouicinę Ecclesiæ Episcopo, in *can. ad limina beatorum Petri, & Pauli Apostolorum* 7. 30. q. 1. Qui in necessitate, ne sine baptismo periret, proprium filium ex sacrofonte susceperat: *Quapropter, nos tantæ auctoritatis (inquiens) iussione præcipuè freti, dicimus, omittendum esse, & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit.* Respondit que Alexander Cæsar in *l. Gracchus, quem Numerius* 4. *in fine C. ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.* dicens: *Quod legitimè factum est, nullam pœnam meretur.* Quia à principio processit legitimo. Concinitque à contrario Paulus li. 64. ad Edictum in *l. nemo damnum facit* 194. *ff. de regulis Iuris.* regulā tradens: *Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere Ius non habet.* deducitq; per optime *gloss.* in *cap. consultationibus* 19. *de Iure patronatus extra.* per illum textum verbo *remouere*. Rationem reddens: *Quia, quod legitimè factum est, non debet irritari, licet ad eum casum deueniat, à quo incipere non possit.* 55. *distinct. præcepta.* deduximus *respons.* nostra 24. *nu.* 34. *part* 5.

Legitimè factum irritatur superueniente delicto. argumento ex Concilio Aurelianensi in *can. qui dormierit cum duabus sororibus.* 30. 27. q. 2. tradidit *Gloss.* in *can. si quis omnem traditionem Ecclesiasticam* 2. *post principium* 5. q. 7. verbo *à sacerdotio*. ibique *Glossella* Marginalis: dicens: *Factum legitimè irritatur delicto superueniente.* Ex Concilio Moguntinensi in *can. de eo, quod interrogastis* 5. 30. q. 1. plura cumulat *gloss.* d. *can. si quis autem*. verbo *à sacerdotio*.

Legitimum dicitur quod est iustum, & secundum iuris præcepta factum est. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen. in *cap legitima suspicionis causa cōtra Iudicem assignata* 2. in ipso principio. *de appellationibus in* 6. Cōcinit que Bonifacius Octaus in regula *factum legitimè retractari non debet* 73. *de regulis Iuris in* 6. ibique *Gloss.* verbo *factum legitimè*. ex Fabiano Papa in *can. neque furiosus, neque furiosa* 26. 32. q. 7. disponente illo: *Neque furiosus, neque furiosa matrimonium contrahere possunt: sed si contractum fuerit, non separentur.* Quia ab initio processit legitimo. Ergo iusto. ergo benè. ex Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris* 11. *in fine* 14. q. 4. dicente illo: *Hoc autem iurè, quod iustè; & hoc iustè, quod benè.* diximus *respons.* nostra 37. *num.* 14. & *num.* 39. *part.* 5. & tradit *Massobrius de Synodo cap.* 1. *num* 20.

Legitima, est portio bonorum, quæ debetur filiis iure naturę, vel naturali saltim ratione, & æquitate duce naturali. Quam ob causam grauameo in illa imponere pater minime poterit. ex Innocentio Tertio Tuscano Episcopo in *cap Raynutius de Clera duas habens filias* 16. *& in eo verò, quod quartam per Trebellianum. extra de testamentis.* disponente Innocentio: *Quia verò pater Adiectæ ipsam in legitima non potuit aggrauare, legitimam ipsam, videlicet eius partis, quę sibi debebatur ab intestato, deducendam censuit, & etiam retinendam.* ibique *gloss.* verbo *legitimam ipsam*. circa medium. *vers. Item legitimam iure naturæ capit.* Remouetur proinde à legitima omne onus. *Rota apud Card Caualer decis.* 326. *sub num.* 6. & ita quoque dilatio omnis. apud eundem *decis.* 368. *num.* 3. *Card. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 7. *titulo* 10. *num.* 18. Nul-

lumque admittit grauamen: nullam conditionem, nullumque modum: ex Iustiniano Cæsare in *l. quoniam in prioribus sanctionibus 32. C. de in officioso testamento. Rota apud Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 321. num. 4. par. 2.* Fideicommissi quoque reciproci apud *Card. Seraphinum decis. 93. num 4.* Etiam temporis. *Vincent. de Franchis decis. 127. num. 6. & sequentibus. Gratianus Forensium part. 3. cap. 594. Carocius decis. 70.* Potest tamen imponi onus. Primo, quando tendit in commodum filiorum. Deinde, si onus imponatur super totam hereditate. Demum, si non prohibeatur alienatio simpliciter, sine licentia &c. *Rota apud Seraphinum decis. 100. num. 1. & 2.*

Legitimatio Imperatoris nihil proficit quoad spiritualia, vt puta quoad Beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, etiam Regulares. Quia nimirum lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. ex Nicolao Papa ad Episcopos in Concilio apud Conuicinum congregatos in *can. lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis vtendum est. 1. distinct. 10.* ibique peroptimè *Gloss.* verbo *diuisis imperiali iudicio prouinciis.* in fine. inferens: *Et est hic argumentum, quod si Princeps legitimat aliquem in temporalibus, non ideo est legitimatus in spiritualibus.* ex Innocentio Tertio in *cap. per venerabilem fratrem nostrum 13. qui filii sint legitimi.* Glossa est ab omnibus recepta. Sequiturque *Nauar. cons. 1. n. 1. lib. 4. qui filii sint legitimi.*

Legitimus æstimatur, & fit, qui per subsequens matrimonium ligitimatus fuit. Tãta est enim matrimonii potestas, vt omnes priores tollat defectus. ex Alexandro Tertio Exonien Episcopo rescribente in *cap. tanta est vis matrimonii 6. extrà qui filii sint legitimi.* verba damus Alexandri: *Tanta est vis matrimonii, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium, legitimi habeantur.* ibique peroptimè *gloss.* verbo *legitimi.* argumento petito ex Leone Papa in *can. qualis debeat uxor esse, quæ habenda est secundum legem 4. 30. q. 5.* ibique *gloss* verbo *desponsata.* Secus vero est si priores filii ex adulterio nati fuerint. ex eodem Alexandro *d. cap. tanta est vis matrimonii.* In secunda parte. Adeo verò per subsequens matrimonium legitimi habentur, vt etiam ad Episcopatum promoueri valeant, locumque habeat dispositio Alexandri Tertii in Concilio Lateranen in *cap. cum in cunctis sacris ordinibus 7. in primo responso de electione, & electi potestate.* Quam innouauit sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 7. cap. 1. de reformatione.* illis verbis Alexandri: *Et de legitimo matrimonio sit natus.* deducitque *Barbosa* in collectanea ad sacrum Concilium *d. cap. 1. n. 3.* Secus tamen erit ad Cardinalatus dignitatem. ex *Sixti* V. constitutione. vti refert *Barbosa* ibidem *num. 4.* Adeo vero verum est legitimum esse, & effici per subsequens matrimonium iam antea natus, vt excludat substitutum, quamuis matrimonium in articulo mortis contractum fuerit. *cons. 239. volum. 2.* I

testator diceret: de legitimo, & naturali: Et de legitimo matrimonio nato. & *num. 17.* Si in articulo mortis, in fraudem vocatorum, esset matrimonium contractum. vide *Alzedum in praxi Episcopali cap. 3. nu. 17. & 18.*

Legitimitatis causa cùm à validitate, vel inualiditate pendeat matrimonii, & in radice agatur matrimonii, resque sit merè spiritualis, coram iudice agitanda erit Ecclesiastico. ex Alexandro Tertio Exonien Episcopo, & Abbati Herforden. in *cap. lator præsentium R. 5. qui filii sint legitimi.* & in eodem in *cap. Causam, quæ inter R. & F. super eo. 7.* qui est eiusdem Alexandri Londonien, & Vigorien Episcopis. deducitque *glos.* in *d. cap. lator præsentium.* verbo *quæstionẽ.* & verbo *nõ dimittat. Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregoriũ 15. decis. 465. n. 6.* Legitimus vero habetur natus ex ea, quæ habebatur vxor *gloss. d. cap. lator præsentium 5. qui filii sint legitimi.* verbo *probare legitimè in fine.* quã sequitur *Rota apud Card. Caualerium decis. 10. num. 2. & sequentibus.* Legitimitas vero leuioribus probatur coniecturis, ex fama, & communi reputatione. *Rota* passim admittit apud eundem *Gregorium 15. decis. 247. num. 19.* Præsertim, si de substantia filiationis appareat. Nãque facilius probatur ex fama, & communi reputatione, & tractatu. dixit *Rota* apud eundem *Gregorium 15. decis. 248. per totam. & num. 9.*

Lepra siue in cute, siue in domo, siue in veste, siue in crine appareret, non sanabatur, nisi sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata, eius iudicio contaminaretur, vel mundaretur. *Leuitici 13. & 14.* deducit Gratianus. in *can. voluissent iniqui si potuissent 60. §. ex his itaque apparet col. 2. vers. Moysi quoque præcepit Dominus, vt lepra siue in cute &c. de pœnitentia distinct. 1.* Christus quoque leprosos ad sacerdotes misit. Quia peccata non mundantur, nisi sacerdotibus per confessionem ostendantur. idem Gratianus ibidẽ *col. 3. vers. Christus quoque alios legitur suscitasse à mortuis.* dicẽs: *Leprosus quoque ille, (Lucæ 4.) quem Dominus descendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum: Domine si vis, potes me mundare, quem postea tangendo mundauit.* Quia confessio debet præcedere. Et propterea leprosos ad sacerdotes Dominus, quos mundauit, misit. perpendit Augustinus contra Donatillas in *can. nõ ne sodomitæ ethnici erant, id est gentiles? 37. 1. q. 1.* De sacramentis veteris legis loquens, quæ sancta erant, quamuis ministri essent pessimi, dicens: *Numquid tamen ideò sacramenta diuina, quæ apud Iudæos erant, talia erant, quales ipsi erant: quæ Dominus quoque ipse præcepit, & ad ea celebranda leprosos, quos mundauerat, misit.* In testimonium videlicet illorum.

Leprosos, quos mundauit Dominus, ad sacerdotes misit: *Ite, & ostendite vos sacerdotibus. (Lucæ 17. 14.) Et factum est dum irent mundati sunt.* Vt ostenderet, quod per contritionem, antequam peccata nostra confiteamur, a Lepra peccati mundamur. id exprimit Gratianus in c... *conuertimini ad me in toto corde vestro*

*ſtro* 34.5. *Conuerſio autem dicitur, quaſi cordis vndique verſio.* de pœnitentia diſtinct.1. verbis ſubnectens: *Hinc etiam leproſi illi; quibus Dominus præcepit, vt oſtenderent ſe ſacerdotibus, in itinere, antequàm ad ſacerdotes venirent, mundati ſunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quod ante quam ſacerdotibus ora noſtra oſtendamus, id eſt, peccata noſtra confiteamur, à lepra peccati mundamur.* Hinc eſt, quod in ſacerdotibus, & ſcientia requiritur, & poteſtas, vt inter lepram, & lepram diſcernere valeant, & quæ cognouerint ſeparare. Vtraque enim requiritur clauis. Gratianus in *ſumma.*5. *ſed aliud eſt cauſis terminum imponere. diſt.*20.

Lepra Maria percuſſa fuit, quia in Moyſen murmurauit. (*Numeri* 12. *& Exodi* 15.) Acta vero pœnitentia, à peccato mundata, & ſanata eſt, & priſtinam gratiam propherandi recepit. Gratianus in *can. ſi poſt ordinationem ſuam quiſpiam in lapſum ceciderit* 12.5. *è contrà exemplis, & auctoritatibus probatur. diſtinct.*50. & repetit in *can. plerumque boni viri propterea ſufferunt aliorum peccata, & tacent* 27.6. *Item obucitur, quod ſubditi etiam religioſi.*2. q.7. Ex hoc peccantibus datur fiducia, quod ſi pœnitentiam egerint, à peccatis mundabuntur.

Lepra percuſſus fuit Ozias Rex à Domino; (2. Paralipomenon 26.) quia ſacerdotum officia vſurpare voluit. Ita lepra percutiuntur peccati, etiam Reges, qui ſacerdotum officia vſurpare nituntur. Deducit Gratianus in *can. nos, ſi incompetenter aliquid egimus* 41.5. *ſed notandum eſt, quod duę ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur.*2. q.7.

Lepra Giezi ipſe, & ſemen eius in æternum percuſſus fuit, quia gratiam ſanitatis vendere tentauit: ſic hodie qui per ſimoniam ordinantur. Nam quod dant aurum eſt, quod perdunt eſt anima. Ita qui ordinat quod accipit, pecunia eſt, quod vero dat lepra. ex Ambroſio in *can. ordinatur Epiſcopus* 14. & *can. cito turpem ſequitur lepra mercedem* 16.1.q.1. inferente Ambroſio *d. can. cito.* in fine: *Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi lepram cum diuitiis ſuis poſſident, & mala quęſita mercede, non tam patrimonium facultatum, quam theſaurum criminum congregarunt æterno ſupplicio, & breui fructu.*

Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De *Leui* enim Leuitæ exorti ſunt: à quibus in templo Dei myſtici ſacramenti miſteria explebantur. Hi græce Diaconi, latinè miniſtri dicuntur. Quia ſicut in Sacerdote cõſecratio, ita in Diacono miniſterii diſpenſatio habetur. Iſidorus in *can. Cleros, & Clericos* 1. *col.*3.5. *Leuitæ ex nomine auctoris vocati diſt.*21.

Leues ſunt, qui ex facili credunt, quę probari non poſſunt. ex Gregorio Conſtantio Mediolanenſi Epiſcopo in *can. in omnibus, quę in hac vita aduerſa proueniunt* 52. *in fine* 11.q.3. verba excipe Gregorii: *Hæc igitur dixi, vt nimiæ eſſe leuitatis oſtenderem; ſi quis mala grauia credere ſtudeat, quę probari non poſſunt.* deducit *Gloſſ.* in *can. omnibus vobis viſu, aut auditu notũ eſſe non dubitamus* 19. *circa finem* 2. q.5. verbo *bonis* in fine. Rationem reddens: *Nam leues ſunt, qui ex facili credunt, quæ probari non poſſunt.* Concinit cum Innocentio Tertio Cenadien Epiſcopo, & Abbati Deriquorum in *cap. cum in iuuentute ſua Quinqueeccleſiam Epiſcopus* 15. *poſt principium de præſumptionibus.* illis verbis: *Non eſt de leui credendum, quod poſtquàm ad ſenilem peruenit ætatem, turpiter abiecerit iugum Domini, fętores libidinis amplexando.* Leuitati id circo aſcribitur, facilè credere, quæ probari non poſſunt.

Leuiter caſtigatus reuerentiam exhibet caſtiganti: aſperitatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec ſalutem. verba ſunt ex Concilio Bracharenſi Tertio in *can. cum beatus Apoſtolus arguere, obſecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat* 8. *paulò ante finem diſtinct.*45. Vnde dixit Paulus lib.22. ad Edictum in *l. præceptoris* 6 *ff. ad legem Aquiliam:* Præceptoria enim nimia ſæuitia culpæ aſſignatur. Euitãda igitur extrema, quę culpæ annumerantur.

Lex Dei cum legitur, non ſecundum propriũ ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur, quod diligenter obſeruandum eſt: ſed oportet ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis, atque ab eo intelligentiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam, ſeruauit; vt ipſe poſsit ea, quę rectè ſuſcepit, cõpetenter aſſerere. Clemẽs Primus ad ſuos diſcipulos in *can. relatum eſt nobis, quod quidam in veſtris partibus commorantes* 14. *paulò poſt principium diſtinct.*37.

Lex Diuinitatis eſt, infima per media in ſuprema deduci. ſecundum Beatum Dionyſiũ, refert Bonifacius VIII. in *extrauaganti vnam ſanctam* 1.5 *oportet autem. de maioritate, & obedientia. inter communes.* Exprimitque *Gloſſ.* ibidem verbo. *nam ſecundum.* quia infima per media, inferiora per ſuperiora in ordinem redducuntur.

Lex captioſa eſſe minime debet, ne aliis ei laqueus paretur per eam. Non debet, proinde obſcura eſſe. ex Iſidoro in *can. erit autem lex honeſta, iuſta poſſibilis, ſecundum naturam.*2. *diſt.*4. ibidemque *Gloſſ.* verbo *captionem.* Et ideo audiant quid lex dicat. ex Ambroſio in *can. plerique refugientes præcepta legis* 3.24.q 3. meminimus *reſponſ.* noſtra 61. *nu.*26. *part.*5. Adeo quidem, quod ſi lex, quæ alias in commune reipublicę bonum rogatur, minus bona eſſe ceperit, abrogari debeat. ex Innocentio Tertio in Cõcilio Generali in *cap. licet ex quadam neceſſitate* 47. *poſt principium. de teſtibus, & atteſtationibus.* Rationem reddit Innocentius quare legem abroget, dicens: *Quia tamen pluribus exemplis, & certis experimẽtis didicimus ex hoc multa pericula contra legitima proueniſſe coniugia: Statuimus, ne ſuper hoc recipiantur de cetero teſtes de auditu, cum iam quartum gradum prohibitio non excedat.* Alias verò.

Lex, & ſi perdura, ſeruanda eſt. ex Vlpiano lib.4. de adulteriis in *l. proxpexit* 12. *in principio ff. qui, & à quibus manumiſſi liberi non fiant.* Qui ſequentibus verba facit: *Quod quidem perquàm durũ eſt; ſed ita lex ſcripta eſt.* vbi *gloſ.* verbo *lex ſcripta eſt.* verbis & ipſa infert: *Sic ergo*

*nota*

*si fornicationem fecerit finali d.distinct.*83. verbo *sagimine.* quę sic commentum agit: *argumentum. Quod licet comedere de sagimine illis diebus, quibus oua, & caseum licet comedere.* 4. *distinct. denique.* apertiusque ibidem *Glossella* Marginalis adnotat: *Sagimen, & laridum die veneris comedere licet.* Verùm attendenda erit locorum consuetudo. aduertit *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 10. *q.*8.

Laruatum ludi Clericis, & Ecclesiasticis personis prohibita sunt. Et monstra laruarum nuncupauit ea Innocentius Tertius in *capit. cùm decorem domus Dei.*12.*extra de vita & honestate clericorum* ibique *Gloss.* verbo *monstra laruarum*: dicens prohibitum esse causa ludibrii vti habitu monachali, vel alio religioso, & grauiter punitur qui hoc facit. & ex Côcilio Nannétensi in *can. nullus presbyterorum* 7. *distinct.* 44. in fine presbyteris præcipitur quando commemorationes aguntur defunctorum: *Nec laruas dæmonum arte se ferri consentiant; quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.* & repetitum inuenitur in *can nullus presbyterorum* 35. *de consecratione distinct.*5. ibique *glos.* verbo *nec laruas.* refert dictum textum Innocentii Tertii *cap cum decorem de vita, & honestate clericorum.*

Lasciuiendi opportunitas omnibus auferenda est. Meritò ad monasteria monialium (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, & de illius, ad quem pertinuerit speciali licentia) ingressus, vel accessus nulli patere debet. vt Bonifacius statuit octauus in *cap. periculoso, & detestabili* 1. *in fine principii de statu regularium in* 6. Propterea in Septima Synodo monasteria dupla, id est virorum, & mulierum simul, prohibita fuere in *can. diffinimus minime duplex monasterium fieri.* 21.18. *q.*2. Ne detur occasio delinquendi.

Latus Christi lancea apertum fuit. Sic nempe *Ioannes* 19.33. in sacro Euangelio: *Ad Iesum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura; Sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis, & aqua.* Ambrosium igitur excipe de sacramentis. in *can. in calicem mittitur vinum: & quid aliud? aqua.*83.§ *. de latere eius aqua fluxit. de consecratione distinct.*2. ambrosiam ore profluentem, dicentemque: *De latere eius aqua fluxit, & sanguis? Quare aqua? quare sanguis? Aqua, vt mundaret; sanguis, vt redimeret. Quare de latere? Quia vnde culpa, inde gratia: culpa per fœminam, gratia per Dominum Iesum Christum.* Quia nimirum de latere Adæ fuit fœmina, vnde culpa exiuit: de latere vero Christi ságuis, & aqua, vnde gratia. vt *Gloss.* ibidem verbo *quia vnde culpa.* commentum agit:

Latria est adoratio, quæ soli debetur Deo. hinc versus.

*Latria debetur Domino, sed dulia seruo.*

*Latria, qua Christum veneramur, dulia mundū.*

Quę carmina refert *gloss.* in *can. perlatum ad nos fuerat.* 27. qui est Gregorii Seuero Episcopo Massiliensi. *de consecratione distinct.* 3. Reprehendit quippe ibi Episcopum Gregorius, quod Sanctorum imagines fregisset, ne eas populus adoraret. Namque *Aliud est picturam adorare; aliud per picturā historiā quid sit adorandum addiscere.* Equidem ex septima Synodo, actione sexta relata in *can. venerabiles imagines Christiani non Deos appellant* 28. *eadem distinct.*3.*de consecratione.* Christiani *ad memoriam & recordationem primitiuorum venerantur, Imagines, & eas adorant; Sed nō seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturę.* Cultu videlicet latriæ. vt *Gloss.* ibidem verbo *cultu.* exprimit. In quatria exiguntur: Charitas dilectionis; & multitudo sacrificiorum, & veneratio. In dulia vero vnum solùm, scilicet veneratio. vbi *Glossella* Marginalis Archidiaconi sic adnotat: *Dicas, quod duę sunt species adorationis. scilicet latria, & dulia. Latria est seruitus, siue cultus soli Deo debitus. Dulia est seruitus quę debetur creaturę.* vnde versus:

*Dulia fit seruo: debetur Latria Christo.*

Sic *Glossella* marginalis Archidiaconi. Hinc est enim, quod (4. *Regum* 18.) narratur: quòd Ezecchias Rex dissipauit Excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, et fregit serpentem æneum, quem fecit Moyses. Rationem reddit Gratianus in *can. quia sancta Romana Ecclesia* 28.§. *verùm, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes. distinct.*63. interest: *Videlicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret: ideò ipse populus colere, & venerari eum cœperat: & idcirco destruxit iste, quem iubente Deo fecerat ille.* vt itaque occasionem remoueret idololatriæ dextruxit illum.

Latro, qui cum Christo crucifixus fuit, quasi martyr habetur. Hieronymum ad Damasum Papam scribentem in *can. importuna in Euangelio mulier tandem meruit audire.* 58. *circa medium. de pœnitentia distinctione* 1. testem, & omni exceptione maiorem, excipe, dicentem: *Christus in paradisum de Cruce latronem intulit; & ne quis aliquādo seram conuersionem putaret, fecit homicidii pœnam Martyrium.* Quo loco *gloss.* verbo martyrium sic in fine verba infert: *Eius ergo pęna martyrium dicitur, ratione ęterni pręmii, quod quasi martyr recepit confitendo; vel ratione confessionis, quam in patibulo habuit: sicut enim martyr, sic latro inter pœnas Christum confiteri non timuit.* ita Glossa. vide *Henriquez in summa lib.* 4. *cap.* 14. §. 2. vide quoque *Gloss.* in *can. baptismi vicem aliquando implere passionem* 34. *de consecrat. distinct.*4. verbo *crucifixus est.* quæ martyrem, id est confitentem interpretatur:

Latro pro nomine Christi Crucifixus non est, sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit passus est; sed dum patitur, credidit. Quantum itaque valeat, etiam sine visibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus: (Rom. 10.) Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutem. in illo latrone declaratum est. Sed tunc impletur inuisibiliter, cùm mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Augustini sunt verba de vnico baptismo contra Donatistas in *can. baptismi*

*ptiſmi vicem aliquando implere. paſſionem* 34. Non multo poſt principium *de conſecratione diſt.*4.

Latro in cruce ad Chriſti dexteram pendens præmium perdidiſſet, ſi illum vnius horæ pœnitantia non iuuiſſet. Cùm eſſet in pœna pœnituit, & per vnius ſermonis profeſſionem habitaculum paradiſi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conuerſio in vltimis poſitorum mente potius eſt æſtimanda, quàm tempore. verba ſunt Cœleſtini Papæ ad Epiſcopos Galliæ in *can. agnouimus pœnitentiam morientibus denegari* 13. *circa finem* 26.q.26.

Latro licet veniam meruerit in fine de omni ſuo crimine, non tamen dedit baptizatis peccandi, & perſeuerandi auctoritatem. Tūc enim baptizatus eſt, qui tunc primum in Cruce Chriſtum confeſſus eſt. Auguſtinus in *can. nullus expectet, quando iam non poſſit peccare.* 6 *ſiue finali de pœnitentia diſt.* 7.

Latro vnius momenti pœnitentia meruit eſſe in paradiſo, in hora vltima confeſſionis. Vera ergo cōfeſſio in vltimo tempore eſſe poteſt: *Quia Dominus non ſolum temporis, ſed etiam cordis inſpector eſt.* Iulius Papa 10 *can. ſi presbyter pœnitentiam morientibus abnegauerit, reus erit animarum* 12.26.q.6.

Latro, atque fur habetur Epiſcopus, qui bona Eccleſiæ occupaṙit; vel extra neceſsitatem alienauerit, & dilapidauerit. & ex proprio tenetur reſarcire, atque ab honore deiicitur. ex Concilio Martini Papæ in *can. ſi quis Epiſcopus* 8. *ſiue finali* 10 q.2.

Latro ſuſpenſus patibulo crudelem Iudicem potat. Hieronymus ſuper Iſaiam in *can. non eſt crudelis, qui crudeles iudicat* 28.23.q.5. Qui ergo latronis fortitudinem, & piratæ, & furis eneruat, infirmoſque eos reddit; prodeſt illis ſua infirmitas. Debilitata enim membra, quibus prius non benè vtebantur, à malo opere ceſſabunt. Idem Hieronymus ſuper Sophoniam in *can. ſi quis fortitudinem latronis.* 6.23.q.5. Quod exauditur, auctoritate publica, non priuata. ex *Gloſſ.* ibidem. in *Gloſſa* 1. Nō debet proinde Iudex latronis miſereri, neq; moueri lachrymis deprecātis, cui adhuc latrocinandi aſpirat affectus. ex Ambroſio in *can. eſt iniuſta miſericordia.* 44.23.q.4 Vbi peroptime *Gloſſ.* verbo & lachrimis. infert: *Iudex non debet moueri ad lacrymas calamitoſorum.* Nam, vt ibidem in fine Ambroſius rationem tradit: *Facilitas veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.*

Lauamini, mundi eſtote; auferte malum cogitationum veſtrarum ob oculis meis: quieſcite agere peruersè, diſcite benè facere. *(Iſaiæ* 1.16.*)* quo loco Iſidorus de ſummo bono in *can irriſor eſt. non pœnitens* 11. *circa finem de pœnitentia diſtinct.* 3. ita commentum agit: *Lauatur itaque, & mundus eſt, qui præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non eſt mundus, qui plangit, quæ geſſit, nec tamen deſerit, ſed poſt lacrymas ea, quæ fleuerat, repetit.* & Gregorius in paſtorali in *can. lauamini mundi eſtote* 15. *eadem diſtinct.* 3. *de pœnitentia.* & iſte ſic agit commentum: *Poſt lauacrum enim mundus eſſe negligit, quiſquis poſt lachrymas vitæ innocentiam non cuſtodit. Lauantur ergo, & nequaquam mundi ſunt, qui commiſſa flere non deſinunt ſed rurſus flenda committunt.* Hi aliàs velut canes ad vomitum reuerſi dicuntur, & veluti ſues in voluntabro luti iacere. ex Concilio Ilerdenſi in *can. hi, qui altario Dei deſeruiunt* 2. *in fine* 15.q.8.

Lauacro corporali, cùm indigemus, vti poſſumus; ſicuti Ioannes Euangeliſta vſus eo fuit. Narrat enim de illo auditor illius ſanctiſſimus; & martyr fortiſsimus Polycarpus Smyrnorum Antiſtes, quod tempore quodam, cùm apud Epheſum balneas lauandi gratia fuiſſet ingreſſus, & vidiſſet ibi Cerinthum; exilierit continuo, & diſceſſerit non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipſæ corruant, in quibus Cerinthus lauat inimicus veritatis. Beda in *can. omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Chriſti* 24.5. *narrat enim de illo* 24.q.1.

Lauat lixiuium per cinerem humidum fluens, & non lauatur; ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à ſordibus peccatorū. Hieronymus à Gratiano relatus in *can. nihil illo eſt paſtore miſerius* 6 *ſiue finali* §. *quamquam ſacerdotem, tàm à ſuis, quàm ab alienis criminibus oportet eſſe immunem. diſtinct.* 83.

Lauari debent corporalia, & pallæ, & vela ſanctuarii, ſi ſordidata fuerint miniſterio, per Diaconos, & alios miniſtros intra ſanctuarium, non eiicientes foras à ſanctuario: & peluis noua eſſe debet, & præter hoc nihil aliud tangat. ex Clemente Papa Iacobo Hieroſolymorum Epiſcopo in *can. nemo per ignorantiam Clericus* 40. *circa medium de conſecrat. diſtinct.* 1.

Lauacra habere communia cum mulieribus laicos, multoque magis miniſtros Altaris, & Clericos, non oportet. Cum hoc etiam apud gentiles reprehendatur. ex Concilio Laodicenſi in *can. non oportet miniſtros altaris* 28. *diſt.* 81. Ita accurate occaſionem omnem perdendi caſtitatem vitant Canones.

Laudes Deo pro ſuis beneficiis, & gratias debemus, qui cuncta largitur. Deinde Sacerdotibus eius miniſtris, à quibus docti ſumus. alioquin in penuria erimus. ex Hieronymo in cōmentariis in Malachiā in *can. reuertimini ad me, & reuertar ad vos dicit Dominus* 65. *in fine* §. *ſi quis doctus, & eruditus* 16.q.1. quo loco *Gloſſ.* verbo *a quibus*. argumentum extrahit; quod *Diſcipuli debent referre gratias magiſtro, non tantum verbis; ſed etiam rebus.*

Laudibus qui gloriatur luporum, nihil illo eſt paſtore miſerius. ex Anacleto Papa Epiſcopis omnibus. in *can. nihil illo eſt paſtore miſerius, qui luporū laudibus gloriatur* 6 *ſiue finali. diſtinct.* 83. Luporum, id eſt laicorum *Gloſſ.* ibidem commentum agit. Rationē reddit Anacletus dicens: *Quibus ſi placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc omnibus magna pernicies. Nullus ergo Paſtorum placere lupis, & gregibus ouium poteſt.* Nos ergo de verbis laudan-

dantium non multum curare oportet; sicut etiam, & vituperantium magnam tristitiam percipere. Si enim non inuenitur malum, quod de uobis loquuntur, in magnam debemus lætitiam prosilire: *Quid enim si homines laudent, & conscientia nos accuset? aut quæ debet esse tristitia si omnes accusent, & sola conscientia liberos nos esse demonstret?* Gregorius Palladio presbytero scribit in *can. inter verba laudantium, siue vituperantium* 55. 11. q. 3.

Laudes Christi cum Iouis laudibus in vno se ore non capiunt. Gregorius scribit Desiderio Episcopo in *can. cùm multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata* 3. *distinct.* 86. Quod videlicet prædicando fabulas pœtarum inferret: *Quia in vno se ore* (dicens) *cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt.* Nam vt Ouidius canit:

*Non bene conueniunt, nec in vna sede morentur,*
*Maiestas, & amor.*

prosequiturque *Gloss.* ibidem verbo *non capiunt*. vnde non probatur, sacerdotes comedias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Vergilium tenere, & id quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis. Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo scribens in *can. sacerdotes Dei omissis Euangeliis* 2. *dist.* 37.

Laudari in malis factis velle, pessimum, & histrionibus donare, vt lauderis; vitium est immane, non virtus Nam laudatur peccator in desideriis animæ suæ: & qui iniqua gerit, benedicitur (psalm 9.) quod est quam pessimū. ex Augustino in Ioannem in *can. donare res suas histrionibus, vitium est immane* 7. *dist.* 86.

Laudis munus accipere pro spiritualibus simonię crimen est. In simoniam ergo dat Episcopus, qui pro impenso officio sanctitatis, pro ordinatione videlicet, nummum expetit fauoris, & laudis. Non enim excutit manus suas ab omni munere (ex Isaia 33.). *Qui excutit manus suas ab omni munere.* Est enim munus ab obsequio, à manu, à lingua. Deducit Gregorius in *can. sunt non nulli, qui quidem nummarum præmia.* 114. 1. *q.* 1. Nec dissimiliter Beda in *can. non solum venditores sunt columbarum* 11. 1. *q.* 3. Hi enim Domum Dei faciunt domum negotiationis. Merito à Domino de templo proiiciuntur.

Laudibus qui mala facta hominum efferunt, augent, quæ increpare debuerunt. de quibus per Ezecchielem 13. dicitur: *Vę qui consuunt puluillos sub omni cubito manus; & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis.* Quia ad hoc puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. explicat Gregorius in moralibus in *can. sunt non nulli, qui dum mala facta hominum laudibus efferunt.* 2. *distinct.* 46. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *augent.* Non enim oportet laudando augere malitiam serui. Satis nempe graue peccatum admittit, si quis laudauerit indignum, & iustum iniustum, & iniustum iustum dixerit; & qui sanctum dicit esse non sanctum, & rursum, non sanctum asserit sanctum, namque hic abominabilis est apud Deum. ex Hieronymo in *can. si quis dixerit iustum iniustum* 57. *& duobus sequentibus* 11. *quæst.* 3.

Laudem, quam quidam amplius, quàm debeant quibusdam dant iustis, ne qua elatio de laude subrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantiū suffocetur. ex Gregorio ad Theotistam Patritiam in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm debent laudant.* 16. *q.* 1.

Lazarus viuus de monumento prodiit: non prius de monumento est ductus, & postea à Domino suscitatus: sed lapide remoto, quo monumentum claudebatur, in sepulchro reuixit, & foras viuus prodit. verba sunt Gratiani in *can. conuertimini ad me in toto corde vestro.* 34. §. *conuersio autem dicitur. in fine principii de pęnitentia dist.* 1. In Lazaro, peccator consuetudine peccandi depressus, exauditur. ex *Gloss.* ibidem verbo *hinc etiam Lazarus.* ex Augustino in *can. sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur* 21. *de pænitētia dist.* 2. quo loco *glos.* verbo *tanquam* versibus rem aperit, de mortuis, quos Christus resuscitauit:

*Tumba, puella, puer, Lazarus ista notat;*
*Hanc verbo, hunc motu, lacrymando suscitat illum*
*Christus, & in medico nascitur æger homo.*

Et sane in Lazaro resuscitato peccator lapide iam obuolutus oneris peccati significari non dubitatur, qui Christo clamante surgit, & *solui iubentur eius vincula, qui adhuc in peccato est; tollitur velamen de facie eius, quod veritatem gratię, quam acceperat, obumbrabat. Sed quia venia donatus est; reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim, quod erubescat, cui peccatum dimissum est* Ambrosius verba facit in *can. quantuslibet ergo mortui fętor sit.* 53. *de pęnitentia distinct.* 1.

Lazarum non fleuit Dominus mortuum, sed ad vitæ huius plorauit ærumnas resuscitandum. Non enim ita tristandum est de mortuis, qui in Domino moriuntur. Prohibet enim nos Apostolus (1. Thessalonicens. 4.) nostros lugere defunctos, dicens: *De dormientibus autem nolo vos contristari, sicut & cęteri, qui spem non habent.* Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad vitæ huius plorauit ærumnas resuscitandum. Ex Concilio Toletano Tertio in *can. qui diuina vocatione ab hac vita recedunt.* 28. 13. *q.* 2.

Lazarum de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluēdum, per hoc ostendens potestatem soluendi concessam Sacerdotibus. Augustinus in *can. quem pęnitet, omnino pæniteat* 88. *circa medium,* §. *oportet enim, vt non solum quid, sed in quo doleat, consideret. de pænitentia distinct.* 1.

Lectio diuinarum scripturarum misceri debet in mensis sacerdotum, non fabulæ otiosę interponi. Per hoc enim & animę ædificantur ad bonum; & fabulæ non necessarię prohibentur. ex Concilio Toletano Tertio in *can. pro reuerentia Dei, & sacerdotum.* 11. *distinct.* 44. Quod in conuiuiis, quæ ex charitate quoque

que fuit, seruari debet: *cùm non plus, quàm necesse est seruitur corpori: sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendę virtutis habeatur.* ex Gregorio Natali Episcopo in *can. conuiuia, quæ ex intentione imponenda charitatis fiunt 6. eadem distinct.* 44.

Lectioni sacrarum litterarum sacerdotes Domini, Prælatos, & clericos oportet insistere, vt illarum peritiam habere valeant, & alios docere, ne tunc quętant discere, cum ex officio alios debent docere. Vectes enim, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de introducendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circunfertur, sacris litteris sęper debent insistere: ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. peroptimè Gratianus in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus* 2. §. *Ecce, quod sacrarum litterarum oportet Episcopum habere peritiam distinct.* 36. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo. *quærant* dicens: *Nec enim Episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere.* Ex Septima Synodo actione prima in *can. conuenientibus apud Nicęam Bitiniæ* 4. §. *item constantinus Episcopus Cypri dixit.* 1. q. 7. & quidem dixit: *Non oportet nos, qui Episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum esse doctores.* Et ideo Episcopos lectioni diuinarum scripturarum, orationi, & doctrinæ oportet insistere. *Quia prius quisque discere, & postea prædicandi officium vsurpare debet.* Gratianus loquitur d. *can. qui Ecclesiasticis* 2. §. *hinc etiam Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens. illos. dist.* 36. Nã alioqui ignoratia mater cunctorum errorũ, maximè in sacerdotibus Dei vitanda est. ex Concilio Toletano IV. in *can. ignorantia mater cunctorum errorum* 1. *distinct.* 38.

Lectio sacrarum Scripturarum fidelium mentes illuminat, & *Sicut stellas cęli non extinguit nox; sic mentes fidelium, firmamento inhærentes sancta Scriptura non obscurat mundana iniquitas.* Zepherinus Papa ad Episcopos Siciliæ protestatus est in *can. sicut stellas cęli non extinguit nox* 8. *distinct.* 38. & ibidem Hieronymus in *can. si iuxta Apostolum Paulum* 9. Qui nescit scripturas nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam. Ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est. Quin imo, qui amat scientiam scripturarum, earumque intendit lectioni, carnis vitia non amabit. ex eodem Hieronymo ad Rusticum Monachum de viuendi forma in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber* 33. *non multo post principium de consecratione. distinct.* 5. suadente illi: *Ama scientiam scripturarum: & carnis vitia non amabis.* Sine autem lectione scientia haberi non potest.

Legimus de Beato Hieronymo, quòd cum libros legeret Ciceronis, ab Angelo est correptus, eo quod vir Christianus paganorum figmentis intenderet. Rabanus in *can. legimus de beato Hieronymo* 7. *dist.* 37.

Lectioni sacrorum canonum intendere debent sacerdotes, quia illos non licet ignorare. ex Cœlestino Papa vniuersis Episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis in *can. nulli sacerdotum liceat canones ignorare* 4. *dist.* 38. Qui verò libri legi possint, habes ex Gelasio Papa in Concilio habito Romæ in *can. Sancta Romana Ecclesia* 3. *dist.* 14.

Lectores à legendo dicti sunt, sicut psalmista à psalmis canendis vocati. Lectores enim prędicant populis quid sequantur. ex Isidoro in *can. Cleros, & Clericos hinc appellatos credimus* 1. *col.* 3. §. *lectores à legendo, psalmista à psalmis canendis vocati distinct.* 21. Prædicant, id est legunt recitando. *Gloss.* ibidem exprimit. Nam *ad Lectorem pertinet lectiones pronunciare, & ea, quę prophetę vaticinarunt, populis prędicare.* Idem Isidorus Hispalēsis Episcopus ad Ludifredum scribit in *can. perlectis sanctitatis tuę litteris* 1. §. *ad lectorem pertinet distinct.* 25. prædicare. id est legere *Gloss.* commentum agit.

Legatus eodem honore honorandus est, quo is, cuius locum tenet, & legatione fungitur. quamuis ipse ex se minor sit. *Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur.* ex sexta Synodo in *can. præcipimus ne Diaconus* 26. *sine finali distinct.* 93.

Legatus ostēdere debet litteras legationis suę, alioquin ei non creditur. ex Nicolao Papa in *can. nobilissimus vir, atque strenuus vestrę sublimitatis legatus* 3. *distinct.* 97. ibique plenè *Gloss.* verbo *signatis*. Nec diuersimode Stephanus Papa Guidoni Comiti in *can. lectis sagacitatis vestrę apicibus* 18. *distinct.* 63. illis verbis: *tam citissime ordinare omisimus, quod imperialem nobis, vt mos est, absolutionis minime detulit epistolam.* Crediti tamen potest Legato etiam sine litteris, si fuerit vir magnæ auctoritatis. vt Nicolaus Papa fecit d *can. nobilissimus vir.* sequiturque *Afflictus decis.* 253. *nu.* 11.

Legatus Papæ Episcopi iurisdictionem in suos subiectos eneruare non debet. *Nam si sua vnicuiq; Episcopo iurisdictio non seruatur: quid aliud agitur, nisi, vt per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?* ita Gregorius Romano Defensori Siciliæ in *can peruenit ad nos, quod si quis contra clericos quoslibet causam habeat* 39. 11. q. 1. Non ergo potest Clericos Episcopi iudicare, eo inconsulto. ex eodem Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. in Galliarum Episcopos nullam tibi auctoritatem tribuimus* 3. 25. q. 2. ibique *Gloss.* verbo prætermitti. & ex Leone Papa ad Anastasium in *can. igitur secundum sanctorum Patrum canones* 5. & ex Horsmida Papa ad Ioannem Episcopum in *can. seruatis priuilegijs Metropolitanorum* 6. *eadem* 25. q. 2.

Legatus Papę potest intra terminos legationis suę de criminibus cognoscere. ex Gregorio omnibus per diuersas prouincias in *can. decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus* 11. 2. q. 6. illis verbis: *Et nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante legatos nostro ex latere missos, iuxta Patrum decreta suas exercere, atque desinire actiones.* ibique *Gloss.* verbo *legatos.* & ex eodem Gregorio Ioanni Episcopo; siue Patriarchę Latisseo in *can. frater noster*

*Hadrianus Thebana Ciuitatis Episcopus 52. circa medium* 16.*q*.1. Mandante illo, de eodem Hadriano Episcopo Thebano verba dante: *Per eos, qui nostri sunt, vel fuerint in vrbe regia responsales, si mediocris est quæstio, dignoscatur.* Ibique *Glossa* verbo *si mediocris.* & ipsa dicẽs: *Videtur ergo, quod Delegatus criminales causas possit audire. vt* 2.*q*.6.*decreto.* infetens: *Vel dic, quod cognoscere potest legatus de crimine Episcopi: sed non deponere.* Hodie verò ex Sacrosancta Tridentina Synodo in criminalibus causis coram Pontifice Maximo sunt vocandi, & ab ipso terminandę. *sessione* 13. *cap.*6. *de reformatione.* & *sessione* 24. *cap.*5. *de reformatione.*

Legati Papæ esse possunt Diaconi. Et debent viuere moderatis impensis, neque subiectos grauare. ex Gregorio Episcopis Siciliæ in *can. relatum est nobis Sanctæ memorię decessoris mei temporibus* 9.11.*q*.3.

Legatione Dei funguntur Sacerdotes, & Episcopi. Qui ergo eos persequuntur, Dominũ nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur, prosequuntur. ex Gelasio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can. omnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul* 36.7. *quęst.*1.

Legatus Papę mortuo Delegante non expirat, & in legatione, ordinaria vti dicitur potestate. ex Clemente IV. S. tituli Sanctę Ceciliæ Presbytero Cardinali Apostolicę sedis Legato. in *cap. legatos, quibus in certis prouinciis mittitur legationis officium.* 2. *de officio legati in* 6. ibique Doctores. notat *Gloss.* in *Clement* 2. *de officio ordinarii.* verbo *& si ab Apostolicæ.* in fine dicens: *Idem in aliis ordinariis, quod in legatis, qui etiam sunt ordinarii.* Glossam singularem appellat *Nauarr. de Indulgentiis notabili* 28. *nu.* 19. vide *Santarellum variarum resolutionum q.*5. *nu.*1. *& nu.*4. *& sequentibus. Bonifacius Vitalinus d. Clement.*2. *nu.*7. *Rota apud Card. Caualerium decis.*15. *nu* 2.

Legatum sedis Apostolicę qui impedire tentauerit: quia Dei causam impedit, & statum conturbat Ecclesię, est excomunicandus, & ab Ecclesię liminibus eiicitur, neque in cõmunionem fidelium recipiendus. ex Alexandro I. omnibus Episcopis in *can. si quis autem legationem impedit* 2. *distinct.*94.

Legatum de mulieris veste relictum, vt de illa Casula fiat pro celebratione missarum, vendi debet, & ex pretio fieri casula, non de veste ipsa. Nãque ad officia sacri mysterii videtur indigna, quæ prophanis, & mundanis vsibus deseruiuit. ex traditis per Concilium Aurelianense in *can. ad nuptiarum ornatum diuina ministeria non præstentur* 43. *de consecratione distinct.*1. ibique peroptime *Gloss.* verbo *polluuntur.* Quę in argumentum deducit: *Quod ex veste alicuius Dominę, vel alterius non debet fieri casula, vel aliquis ornatus Ecclesię.* Glossam sequitur *Abbas Panormitanus* in *cap. adhęc* 4. *nu.*5. *de religiosis domibus. Franciscus Marchus decis.*116. *nu.*3. *part.*1. Quamuis addens ad Panormitanum in *d. loco* littera *D.* dicat per oblationem factam Ecclesiæ fieri sacram, atque omne, quod prophanum considerari potest, ablui. & ita etiam *Glossella* Marginalis Ancharani, ad dictam *Glossam* in verbo *polluuntur.*

Legatum Sacerdoti, siue Episcopo factum, Ecclesię inuitu, cui pręest, relictum videtur. Quã ob causam cum Ecclesia diuidendum: quia hoc ille qui donat, pro redemptione animæ suæ, nõ pro commodo sacerdotis dare probatur. vt in Concilio Agathensi definitum videtur in *can. pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis* 3. 12. *q.* 3. Ni quidem aliter ex voluntate relinquentis apparuerit. vel à sanguine nimis coniuncto sacerdoti relinquatur. ex *Gloss.* ibidem verbo *ab extraneis.* & ita rem hanc decreuit Innocentius Tertius in *cap. requisisti de his, quæ testator.* 15. §. *sed considerandum est diligenter, vtrum testator legat hoc modo. extra de testamentis, & vltimis voluntatibus.*

Legata pia Ecclesiis, quibus relicta sunt, non soluentes, vti infideles ab Ecclesia eiiciendi sunt, atque excommunicandi. ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. qui oblationes defunctorum* 9. & ex Concilio Vasense in *can. qui oblationes defunctorum retinent* 10. 13. *q.*2. Quia nimirum ex Hieronymo ad Nepotianũ in *can. Gloria episcopi est pauperum inopiæ prouidere* 71. §. *Amico quidquam rapere* 12. *q.*2. verbis satis expressis habetur: *Amico quidquam rapere furtum est: Ecclesiam defraudare, sacrilegium est: accepisse quod pauperibus erogandum sit, & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum; aut quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prędonum crudelitatem superat.* Iure quam meritissimo proinde ex Srosancta Tridentina Synodo in Spiritu sancto legitime congregata *sessione* 22. *cap.*8. *de reformatione.* innouatum fuit, vt Episcopi, etiam tamquam sanctę Sedis Apostolicæ delegati, omnium piarum dispositionum executores sint. Rationem reddit *Gloss.* in *cap. ad nostram noueritis audientiam peruenisse* 20. *in fine* verbo *ad testimonium in fine extra de Iure Iurando* dicens: *Quia ad Ecclesiam, vel Episcopum spectat exequi voluntatem defunctorum.* ex Concilio Moguntino in *cap. si hæredes iussa testatoris non adimpleuerint* 6. & ex Gregorio IX in *cap. Ioannes Clericus* 19. *de testamentis, & vltimis voluntatibus.* & ex Leone Cæsare in *l. nulli licere decernimus* 28. *C. de episcopis, & Clericis.* vide *Cappellam Tholosanam decis.*51. *& decis.*78. *& decis.* 112 *Franciscus de Ponte cons.*37. *num.*7. *& sequent. lib.* 2. noster *Maranta in speculo in* 11. *distinct. Iudiciorum n.*6. Quia profecto de Ordinariis lex cõfidit, vbi de pia causa agitur, multoque magis testatorem de illo cõfidere præsumitur, sua vt executioni mandetur voluntas. *Rota* apud sanctę memorię *Gregorium* 15. *decis.*132 *num.*9.

Legatum pro pia causa, etiam indebite solutum, non repetitur. ex Gregorio Demetrio, & Valentiniano Clericis Firmanis in *can sacrorum canonum statuta* 15. 12. *q.*2. illis verbis: *Constituentes, nullam vos exinde, hæredesque vestros quolibet tempore repetitionis molestiam sustinere; nec à quoquam vobis aliquam obiici quæ-*

stionem

*ſtionem.* ibique per optime *gloſſ.* verbo repetitionis.

Legenda quæ ſcripta ſunt; atque quæ legerimus intelligenda, vt perfecte deinde reſponſum demus. ex Hilario de Trinitate in *can. in Chriſto pater* 82. *paulò poſt principium. de conſecratione diſtinct.* 2. verba damus Hilarii: *Quę ſcripta ſunt legamus; & quæ legerimus intelligamus: & tunc perfectę fidei officio fūgemur.* Cæteroquin: Legere, & non intelligere eſt negligere. Iure proinde Clemens Primus epiſtola 5. ad ſuos diſcipulos in *can. relatum eſt nobis, quod quidā in veſtris partibus* 14. *diſtinct.* 37. Nec ſane iniuria illos adhortatur: *Vt Lex Dei cum legitur, non ſecundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Non enim ſenſum, quem extrinſecus adulteretis, alienum, & extraneum debetis quærere, aut quoquomodo ipſum ſcripturarum auctoritate confirmare: ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligētiam diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruauit; vt ipſe poſſit ea, quæ rectè ſuſcepit, competenter aſſerere.*

Legentibus quod ſcriptura, hoc idiotis præſtat pictura cernentibus: Quia in ipſa etiam ignorantes vident, quod ſequi debeant; in ipſa legunt, qui litteras neſciunt. Vnde, & præcipuo gentibus pro lectione pictura eſt. Gregorius Seuero Epiſcopo Maſſilienſi in *can perlatum ad nos fuerat* 27. *in fine de conſecratione diſtinct.* 3.

Legitime quod factum eſt, In irritum vocari non debet, quamuis ad illum peruenerit caſum, à quo incipere non ampliùs poſſit. ex Gelaſio Papa Palladio Epiſcopo in *can. prę cepta canononum, quibus Eccleſiaſtica regitur diſciplina* 12. *in fine diſtinct.* 55. Verba excipe Gelaſii diſponentis: *Et ideo frater chariſſime ſupradicto locum ſuum, dignitatemque reſtitue, quatenus Sacroſancta myſteria ſicut conſueuit, exerceat. Neque enim conuenit ab hoc auferri ante ſuſceptum ordinem, in quo poſt modum in inualitudinem corporis caſu probatur facilè collapſus.* Quia toleratur, quamuis peruenerit ad caſum, à quo non poſſit incipere. vt *gloſſ.* ibidem verbo *poſtmodum* adnotat. Cum ſufficiat legitime primùm factum incepiſſe. ex Triburienſi Concilio in *can perlatum eſt ad Sanctam Synodum* 7. 29. *q.* 2. verba ſunt Concilii: *Iudicatum eſt, vxorem minime debere dimitti, non tamen ob Chriſti legem mulierem in ſeruitutem redigendum ille non ex conſenſu cōiugis ſe ſeruum fecerit, quem ipſa maritum acceperat.* Id ergo attenditur, quod principio fuit. ex *gloſ.* ibidem verbo *dimitti.* quæ argumentum educit. *Licet aliquid deueniat ad id, à quo incipere nō potuit, nō tamē propter hoc irritatur. ſupra diſ.* 55. *præcepta.* Quia ſufficit legitimè ab initio factum eſſe. vt de illo reſpōdit Ioannes VIII. Alſelmo Lemouicinę Ecclæſiæ Epiſcopo, in *can. ad limina beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum* 7. 30. *q.* 1. Qui in neceſſitate, ne ſine baptiſmo periret, proprium filium ex ſacrofonte ſuſceperat: *Quapropter, nos tanctę auctoritatis* (inquiens) *iuſſione pręcipuè freti, dicimus, omittendum eſſe, & inculpabile iudicandum, quod neceſſitas intulit.* Reſponditque Alexander Cæſar in *l. Gracchus, quem Numerius* 4. *in fine C. ad legem Iuliam de adulteriis, & ſtupro.* dicens: *Quod legitimè factum eſt, nullam pœnam meretur.* Quia à principio proceſſit legitimo. Concinitque à contrario Paulus li. 64. ad Edictum in *l. nemo damnum facit* 194. *ff de regulis Iuris.* regulā tradens: *Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere Ius non habet.* deducitq; per optime *gloſſ* in *cap. conſultationibus* 19. *de Iure patronatus extra.* per illum textum verbo *remoueri.* Rationem reddens: *Quia, quod legitimè factum eſt, non debet irritari, licet ad eum caſum deueniat, à quo incipere non poſſit.* 55. *diſtinct. præcepta.* deduximus *reſponſ.* noſtra 24. *nu.* 34. *part* 5.

Legitimè factum irritatur ſuperueniente delicto. argumento ex Concilio Aurelianenſi in *can. qui dormierit cum duabus ſororibus.* 30. 27. *q.* 2. tradidit *Gloſſ.* in *can. ſi quis omnem traditionem Eccleſiaſticam* 2. *poſt principium* 1. *q.* 7. verbo *à ſacerdotio.* ibique *Gloſſella* Marginalis: dicens: *Factum legitimè irritatur delicto ſuperueniente.* Ex Concilio Moguntinenſi in *can. de eo, quod interrogaſtis* 5. 30. *q.* 1. plura cumulat *gloſſ.* d. *can. ſi quis autem.* verbo *à ſacerdotio.*

Legitimum dicitur quod eſt iuſtum, & ſecundum iuris pręcepta factum eſt. ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen. in *cap legitima ſuſpicionis cauſa cōtra Iudicem aſſignata* 2. in ipſo principio. *de appellationibus in* 6. Cōcinitque Bonifacius Octaus in regula *factum legitimè retractari non debet* 73. *de regulis Iuris in* 6. ibique *Gloſſ.* verbo *factum legitimè.* ex Fabiano Papa in *can. neque furioſus, neque furioſa* 26. 32. *q.* 7. diſponente illo: *Neque furioſus, neque furioſa matrimonium contrahere poſſunt: ſed ſi contractum fuerit, non ſeparentur.* Quia ab initio proceſſit legitimo. Ergo iuſto. ergo benè. ex Auguſtino ad Macedonium in *can. quid dicam de vſuris* 11. *in fine* 14. *q.* 4. dicente illo: *Hoc autem iurè, quod iuſtè; & hoc iuſtè, quod benè.* diximus *reſponſ.* noſtra 37. *num.* 24. *& num.* 39. *part.* 5. & tradit *Maſſobrius de Synodo cap.* 1. *num* 20.

Legitima, eſt portio bonorum, quæ debetur filiis iure naturę, vel naturali ſaltim ratione, & æquitate duce naturali. Quam ob cauſam grauamen in illa imponere pater minime poterit. ex Innocentio Tertio Tuſcano Epiſcopo in *cap Raynutius de Clera duas habens filias* 16. §. *in eo verò, quod quartam per Trebellianum. extra de teſtamentis.* diſponente Innocentio: *Quia verò pater Adiectæ ipſam in legitima non potuit aggrauare, legitimam ipſam. videlicet eius partis, quę ſibi debebatur ab inteſtato, deducendam cenſuit, & etiam retinendam.* ibique *gloſſ.* verbo *legitimam ipſam.* circa medium. *verſ. Item legitimam iure naturæ capit.* Remouetur proinde à legitima omne onus. *Rota apud Card Caualer deciſ.* 326. *ſub num.* 6. & ita quoque dilatio omnis. apud eundem *deciſ.* 388. *num.* 3. *Card. Mantica de coniecturis vltimarum voluntatum lib.* 7. *titulo* 10. *num.* 18. Nul-

lumque admittit grauamen: nullam conditionem, nullumque modum: ex Iustiniano Cæsare in *l. quoniam in prioribus sanctionibus 32. C. de in officioso testamento. Rota apud Duranum* Episcopum Vrgellen *decis. 321. num. 4. par. 2.* Fideicommissi quoque reciproci, apud *Card. Seraphinum decis. 93. num. 4.* Etiam temporis. *Vincent. de Franchis decis. 127. num. 6. & sequentibus. Gratianus Forensium part. 3. cap. 594. Carocius decis. 70.* Potest tamen imponi onus. Primo, quando tendit in commodum filiorum. Deinde, si onus imponatur super tota hæreditate. Demum, si non prohibeatur alienatio simpliciter, sine licentia &c. *Rota apud Seraphinum decis. 100. num. 1. & 2.*

Legitimatio Imperatoris nihil proficit quoad spiritualia, vt puta quoad Beneficia, & dignitates Ecclesiasticas, etiam Regulares. Quia nimirum lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. ex Nicolao Papa ad Episcopos in Concilio apud Conuicinum congregatos in *can. lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis vtendum est. 1. distinct. 10.* ibique peroptimè *Gloss.* verbo *diuisis imperiali iudicio prouinciis.* in fine. inferens: *Et est hic argumentum, quod si Princeps legitimat aliquem in temporalibus, non ideo est legitimatus in spiritualibus.* ex Innocentio Tertio in *cap. per venerabilem fratrem nostrum 13. qui filii sint legitimi.* Glossa est ab omnibus recepta. Sequiturque *Nauar. cons. 1. n. 1. lib. 4. qui filii sint legitimi.*

Legitimus æstimatur, & fit, qui per subsequens matrimonium legitimatus fuit. Tãta est enim matrimonii potestas, vt omnes priores tollat defectus. ex Alexandro Tertio Exonien Episcopo rescribente in *cap. tanta est vis matrimonii 6. extrà qui filii sint legitimi.* verba damus Alexandri: *Tanta est vis matrimonii, vt qui antea sunt geniti, post contractum matrimonium, legitimi habeantur.* ibique peroptimè *gloss.* verbo *legitimi.* argumento petito ex Leone Papa in *can. qualis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem 4. 30. q. 5.* ibique *gloss.* verbo *desponsata.* Secus vero est si priores nati ex adulterio nati fuerint. ex eodem Alexandro *d. cap. tanta est vis matrimonii.* In secunda parte. Adeo verò per subsequens matrimonium legitimi habentur, vt etiam ad Episcopatum promoueri valeant, locumque habeat dispositio Alexandri Tertii in Concilio Lateranen in *cap. cum in cunctis sacris ordinibus 7. in primo responso de electione, & electi potestate.* Quaminnouauit sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 7. cap. 1. de reformatione.* illis verbis Alexandri: *Et de legitimo matrimonio sit natus.* deducitque *Barbosa* in collectanea ad sacrum Concilium *d. cap. 1. n. 3.* Secus tamen erit ad Cardinalatus dignitatem. ex *Sixti V.* constitutione, vti refert *Barbosa* ibidem *num. 4.* Adeo vero verum est legitimum esse, & effici per subsequens matrimonium iam antea natus, vt excludat substitutum, quamuis matrimonium in articulo mortis contractum fuerit. peroptime *Cephalus consi. 239. volum. 2.* Limitat tamen *num. 16.* Si testator diceret: de legitimo, & naturali: Et de legitimo matrimonio nato. & *num. 17.* Si in articulo mortis in fraudem vocatorum, esset matrimonium contractum. vide *Alzedum in praxi Episcopali cap. 3. nu. 17. & 18.*

Legitimitatis causa cùm à validitate, vel inualiditate pendeat matrimonii, & in radice agatur matrimonii, reique sit merè spiritualis, coram iudice agitanda erit Ecclesiastico. ex Alexandro Tertio Exonien Episcopo, & Abbati Herforden. in *cap. lator præsentium R. 5. qui filii sint legitimi.* & in eodem in *cap. Causam, quæ inter R. & F. super eo. 7.* qui est eiusdem Alexandri Londonien, & Vigorien Episcopis. deducit q; *gloss. in d. cap. lator præsentium.* verbo *quæstionē.* & verbo *nō dimittat. Rota* apud sãcę memoriæ *Gregorii 15. decis. 465. n. 6.* Legitimus vero habetur natus ex ea, quę habebatur vxor. *gloss. d. cap lator præsentium 5. qui filii sint legitimi.* verbo *probare legitimè in fine.* quā sequitur *Rota apud Card Caualerium decis. 10. num. 2. & sequentibus.* Legitimitas vero leuioribus probatur coniecturis, ex fama, & communi reputatione. *Rota* passim admittit apud eundem *Gregorium 15. decis. 247. num. 19.* Præsertim, si de substantia filiationis appareat. Nãque facilius probatur ex fama, & communi reputatione, & tractatu. dixit *Rota* apud eundem *Gregorium 15. decis. 248. per totam. & num. 9.*

Lepra siue in cute, siue in domo, siue in veste, siue in crine appareret, non sanabatur, nisi sacerdoti ostenderetur, & iuxta eius arbitrium separata, eius iudicio contaminaretur, vel mundaretur. *Leuitici 13. & 14.* deducit Gratianus. in *can. voluissent utiqui si potuissent 60. §. ex his itaque apparet col. 2. vers. Moyses quoque præcepit Dominus, vt lepra siue in cute &c. de pœnitentia distinct. 1.* Christus quoque leprosos ad sacerdotes misit. Quia peccata non mundantur, nisi sacerdotibus per confessionem ostendantur. idem Gratianus ibidē *col. 3. vers. Christus quoque alios legitur suscitasse à mortuis.* dicēs: *Leprosus quoque ille. (Lucæ 4.) quem Dominus descendens de monte mundauit, prius clamauit ad eum: Domine si vis, potes me mundare, quem postea tangendo mundauit.* Quia confessio deber præcedere. Et propterea leprosos ad sacerdotes Dominus, quos mundauit, misit. perpendit Augustinus contra Donatistas in *can. nō ne sodomita ethnici erant, id est gentiles 37. 1. q. 1.* de sacramentis veteris legis loquens, quæ sancta erant, quamuis ministri essent pessimi, dicens: *Numquid tamen ideò sacramenta diuina, quæ apud Iudæos erant, talia erant, quales ipsi erant: quæ Dominus quoque ipse præcepit, & ad ea celebranda leprosos, quos mundauerat, misit.* In testimonium videlicet illorum.

Leprosos, quos mundauit Dominus, ad sacerdotes misit: *Ite, & ostendite vos sacerdotibus. (Lucæ 17. 14.) Et factum est dum irent mundati sunt.* Vt ostenderet, quòd per contritionem, antequam peccata nostra confiteamur, a Lepra peccati mundamur. id exprimit Gratianus in *can. conuertimini ad me in toto corde vestro*

*stro 34.§. Conuersio autem dicitur, quasi cordis vndique versio. de pœnitentia distinct. 1.* verbis subnectens: *Hinc etiam leprosi illi; quibus Dominus praecepit, vt ostenderent se sacerdotibus, in itinere, antequàm ad sacerdotes venirent, mundati sunt. Ex quo facto nimirum datur intelligi, quòd ante quam sacerdotibus ora nostra ostendamus, id est, peccata nostra confiteamur, à lepra peccati mundamur.* Hinc est, quod in sacerdotibus, & scientia requiritur, & potestas, vt inter lepram, & lepram discernere valeant, & quæ cognouerint separare. Vtraque enim requiritur clauis. Gratianus in *summa. §. sed aliud est causis terminum imponere. dist. 20.*

Lepra Maria percussa fuit, quia in Moysen murmurauit. (*Numeri 12. & Exodi 15.*) Acta vero pœnitentia, à peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Gratianus in *can. si post ordinationem suam quispiam in lapsum reciderit 12. §. econtrà exemplis, & auctoritatibus probatur. distinct. 50.* & repetit in *can. plerumque boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent 27. §. Item obiicitur, quod subditi etiam religiosi. 2. q. 7.* Ex hoc peccantibus datur fiducia, quod si pœnitentiam egerint, à peccatis mundabuntur.

Lepra percussus fuit Ozias Rex à Domino; (*2. Paralipomenon 26.*) quia sacerdotum officia vsurpare voluit. Ita lepra percutiuntur peccati, etiam Reges, qui sacerdotum officia vsurpare nituntur. Deducit Gratianus in *can. nos, si incompetenter aliquid egimus 41. §. sed notandum est, quod duæ sunt personæ, quibus mundus iste regitur. 2. q. 7.*

Lepra Giezi ipse, & semen eius in æternum percussus fuit, quia gratiam sanitatis vendere tentauit: sic hodie qui per simoniam ordinantur. Nam quod dant aurum est, quod perdunt est anima. Ita qui ordinat quod accipit, pecunia est, quod vero dat lepra. ex Ambrosio in *can. ordinatur Episcopus 14. & can. cito turpem sequitur lepra mercedem 16. 1. q. 1.* inferente Ambrosio d. *can. cito.* in fine: *Ergo omnes cupidi, omnes auari, Giezi lepram cum diuitiis suis possident, & mala quæsita mercede, non tam patrimonium facultatum, quam thesaurum criminum congregarunt æterno supplicio, & breui fructu.*

Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim Leuitæ exorti sunt: à quibus in templo Dei mystici sacramenti, ministeria explebantur. Hi græce Diaconi, latinè ministri dicuntur. Quia sicut in Sacerdote cõsecratio, ita in Diacono ministerii dispensatio habetur. Isidorus in *can. Cleros, & Clericos 1. col. 3. §. Leuitæ ex nomine auctoris vocati dist. 21.*

Leues sunt, qui ex facili credunt, quę probari non possunt. ex Gregorio Constantio Mediolanensi Episcopo in *can. in omnibus, quę in hac vita aduersa proueniunt 52. in fine 11. q. 3.* verba excipe Gregorii: *Hæc igitur dixi, vt nimiæ esse leuitatis ostenderem; si quis mala grauia credere studeat, quę probari non possunt.* deducit *Gloss.* in *can. omnibus vobis visu, aut auditu notũ esse non dubitamus 19. circa finem 2. q. 5.* verbo *bonis* in fine. Rationem reddens: *Nam leues sunt, qui ex facili credunt, quæ probari non possunt.* Concinit cum Innocentio Tertio Cenadien Episcopo, & Abbati Deciquorum in *cap. cum tu iuuentute sua Quinqueecclesiam Episcopus 15. post principium de præsumptionibus.* illis verbis: *Non est de leui credendum, quod postquam ad senilem peruenit ætatem, turpiter abiecerit iugum Domini, fœtores libidinis amplexando.* Leuitati id circo ascribitur, facilè credere, quæ probari non possunt.

Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correctionem recipit, nec salutem. verba sunt ex Concilio Bracharensi Tertio in *can. cum beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat 8. paulò ante finem distinct. 45.* Vnde dixit Paulus lib. 22. ad Edictum in *l. praeceptoris 6 ff. ad legem Aquiliam:* Præceptoris enim nimia sæuiria culpæ assignatur. Euitãda igitur extrema, quę culpæ annumerantur.

Lex Dei cum legitur, non secundum propriã ingenii intelligentiam legatur, vel doceatur: quod diligenter obseruandum est: sed oportet ex ipsis scripturis sensum capere veritatis, atque ab eo intelligentiam discere scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam, seruauit; vt ipse possit ea, quę rectè suscepit, cõpetenter asserere. Clemẽs Primus ad suos discipulos in *can. relatum est nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes 14. paulò post principium distinct. 37.*

Lex] Diuinitatis est, infima per media in suprema deduci. secundum Beatum Dionysiũ, refert Bonifacius VIII. in *extrauaganti vnam sanctam 1. § oportet autem. de maioritate, & obedientia. inter communes.* Exprimitque *Gloss.* ibidem verbo. *nam secundum.* quia infima per media, inferiora per superiora in ordinem redducuntur.

Lex captiosa esse minime debet, ne alicui laqueus paretur per eam. Non debet; proinde obscura esse. ex Isidoro in *can. erit autem lex honesta, iusta possibilis, secundum naturam. 2. dist. 4.* ibidemque *Gloss.* verbo *captionem.* Et Ideo audiant quid lex dicat. ex Ambrosio in *can. plerique refugientes præcepta legis 3. 14. q 3.* meminimus *respons.* nostra *61. nu. 26. part. 5.* Adeo quidem, quod si lex, quæ alias in commune reipublicę bonum rogatur, minus bona esse ceperit, abrogari debeat. ex Innocentio Tertio in Cõcilio Generali in *cap. licet ex quadam necessitate 47. post principium. de testibus, & attestationibus.* Rationem reddit Innocentius quare legem abroget, dicens: *Quia tamen pluribus exemplis, & certis experimẽtis didicimus ex hoc multa pericula contra legitima prouenisse coniugia: Statuimus, ne super hoc recipiantur de cetero testes de auditu, cum iam quartum gradum prohibitio non excedat.* Alias verò.

Lex, & si perdura, seruanda est. ex Vlpiano lib. 4. de adulteriis in *l. prospexit 12. in principio ff. qui, & à quibus manumissi liberi non fiant.* Qui sequentibus verba facit: *Quod quidem perquàm durũ est, sed ita lex scripta est.* vbi glos. verbo *lex scripta est.* verbis & ipsa infert: *Sic ergo*

notu

*notasfiari verbis legis*. Seruanda propterea, quamuis dura.

Lex quod non dicit, neque nos dicere, & asserere oportet. ex Stephano quinto Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus* 20. *circa medium* 2. *q*. 5. dicente illo: *Et quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum*. Nec dissimiliter ex decretis Nicolai Papæ in *can. monomachiam vero in lege non assumimus* 22 *eadem* 2. *q*. 5. illis potissimum verbis: *Nusquam tamen, vt pro lege teneretur, alicubi diuina sanxit authoris*. Quod ergo lex non decreuit, neque nos dicere debebimus. Quo argumento vsus fuit Honorius Tertius Episcopo Calmen. & Magistris V. & S. canonicis Suessanen scribens *in cap. illa deuotionis sinceritas*. 2 *ne sede vacante aliquid innouetur* dicens: *Cùm Nusquam inueniatur cautum in iure, quod Capitulum vacante sede, fungatur vice Episcopi incollationibus præbendarum*. Non ergo asserendum. Quin imo, vt *glos* ibidem verbo *cum nusquam inueniatur*. Intelligitur prohibitum, quod non inuenitur concessum. Nec dissimili argumento vsus Gelasius fuit *Papa* in commonitorio Faulto Magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim in *can. legatur ex quo est religio Christiana* 2. *non multo post principium* 24. *q*. 2. Sequẽtibus quippe ipse argumentum infert, verba faciens: *Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere; quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento, siue à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis (quod potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipso Domino saluatore, qui iudicaturus creditur viuos, & mortuos, sit factum est vmquam, vel faciendum esse mandatur*. Quod ergo lex non dicit, neque lege cauetur, neque nos dicere debemus. Nec dissimilibus verbis Innocentius Primus ad Decentium Episcopũ Eugubinum. in *can. quis nesciat, aut non aduertat* 11. *circa medium distinct*. 11. sequentibus inferens: *Quod si non legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit: à qua eos principium accepisse, non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus student; caput institutionum videantur obmittere*. Deducitur ex Celso lib. 6. Digestorum in *l. cùm de lege falcidia quæritur* 17 *ff de probationibus*. in fine illis verbis: *Quod cum probare non potest, merito condemnabitur*. Quod ergo lege non cauetur, neque nos proferre debebimus. Nec dissimili argumento Iustinianus Cæsar vsus est in *l. illam merito dubitationem imputare duximus* 19. *in fine principii C. de collationibus*. rationem reddens: *Eo quod nulla constitutio super huiusmodi collatione posita esset*. Quod ergo lex non dicit, neque nos dicere debemus. meminimus *respons*. nostra 200. *num*. 21. *part*. 5. Deduximus ex Augustino in *can. quod si dormierit vir eius* 13 *fine finali* 31. *q*. 1. verba sunt Augustini: *Quod si dormierit vir eius. Non dixit primus, vel secundus, vel quotus: nec nobis diffiniendum est, quod non definit Apostolus*. vbi *Gloss*. verbo *nec nobis definiendũ est*. sequẽtibus deducit: *Hic argumentum est, quod non licet alicui definire, vel determinare, vel excipere, quod canon non excipit, vel definit, vel determinat. argumento* 19. *distinct. si Romanorum*. vide *Barbosam axiomate* 136. *num*. 7.

Lex generaliter loquens omnia comprehendit, quæ sub illa locutione generali compræhenduntur, vt nihil excludere videatur. ex Nicholao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis. in *can. si Romanorum Pontificum decreto* 2. *col*. 2. 5. *Aut enim capite decimo suarum decretalium distinct*. 19. verba sunt Nicolai: *Dicendo vero (omnia decretalia constituta) nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quod non mandauerit custodiendum. Et rursus asserendo (omnium Decessorum nostrorum) nullũ Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit; cuius ita non præceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri, vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari*. Rationem reddit *Gloss* ibidem verbo *membranas*. in fine dicens: *Quod nullum verbum positum in aliqua scriptura debet vacare, vel superfluè poni*. ex Augustino in *can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus, & maritis*. 9. 28. *q*. 1. Nec diuersimode Innocentius Tertius Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori scribens in *cap. solitæ benignitatis affectu* 6. §. *nobis autem in Beato Petro sunt oues Christi commissæ de maioritate, & inobedientia*. deducens: *Dicente Domino: Pasce oues meas: non distinguens inter has oues & alias vt alienum à suo demonstraret ouili, qui Petrum, & successores ipsius, magistros no recognosceret, & Pastores. Vt illud tamqum notissimum omittamus, quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad successores ipsius Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis &c. nihil excipiens, qui dixit quodcumque &c*. vbi *Gloss*. verbo *quodcumque* hc & ipsa infert: *Qui dicit omnia, nihil excipit*. 19. *distinct. si Romanorum*. Lex ergo generaliter loquens, nihil non compræhensum dimittit. Nec discordare videtur Caius lib. 7. ad Edictum Prouinciale in *l. de pretio verò soluto nihil exprimitur*. 20. *ff. de publiciana in rem actione*. ibique peroptime *Gloss. prima*, & *Bald*. in summario dicens: *Vbi lex non distinguit, neque nos distinguere debemus*. sequiturque *Nauar. cons*. 6. *num*. 4. *in finè lib*. 4. *de consanguinitate, & affinitate*. & *cons*. 21 *num*. 5. *lib*. 5. *de simonia*. deduximus *respons*. nostra 68. *num*. 12. 13. & 14. *part*. 5.

Lex dicta est, quia ligat, vel legitimè agit, vel ligat, obseruatores remunerando, transgressores vero puniẽdo. Omnis enim Lex aut permittit aliquid, aut vetat; aut punit. *Eius enim præmio, aut pœna vita moderatur humana*. Isidorus lib. 5. Etymologiarum in *can. omnis autem lex aut permittit aliquid* 4. *distinct*. 3. sequiturque *Gloss*. in *can. lex est constitutio scripta* 4. *distinct*. 1. verbo *Lex*. inferens: *Dicitur Lex, eo quod legitime liget*. & *Gloss* in procemio Decretalium. verbo *lex proditur*. ad verba textus dicentis; *Ideoque lex proditur, vt appetitus noxius sub Iuris regula limitetur, per quam genus humanum, vt honestè viuat, alterum non lędat, ius suũ*

vnicuique tribuat informatur. in fine inferens: Et dicitur lex, quia ligat, vel legitimè agit, obseruatores remunerando, transgressores puniendo. 3. distinct. omnis lex. Nec diuersimode Vlpianus lib. 1. Institutionum in l. 1. ff. de iustitia & iure. ex Celso inquiens: Bonos non solùm metu pœnarum, verum etiam pręmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: veram (nisi fallor) philosophiam, non simulatam affectantes. Ita quidem, vt ex Augustino ad Bonifaciũ Comitem in can. si Ecclesia vera ipsa est, quæ persecutionem patitur 42. in fine 23. q. 4. Et Rex ipse sub lege sit, eaque ligetur. super verbis illis (psalmi 2.) Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore. commentum sic agente: Quomodo ergo Reges Domino seruiunt in timore; nisi ea, quę contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo. Aliter enim seruit, quia homo est, aliter quia etiam & rex est. Quia homo est, ei seruit fideliter viuendo. Quia verò etiam Rex est, seruit leges iusta pręcipientes, & contraria probabentes conuenienti vigore sanciendo. Et Iustum est Principem legibus obtemperare. vt Isidorus loquitur in can. Iustum est. 2. dist. 9. Leges ergo sunt, quia ligant. Nam ex Modestino lib. 1. regularum in l. legis virtus 7. ff. de legibus, & Senatusconsultis. Hæc est legis virtus, imperare, vetare, permittere, punire. Deduximus respons. nostra 10. num. 38. 39. 40. part. 5. S. Thomas 1. 2. q. 90 art. 1. in corpore: Legẽ à ligando dictam esse. retulimus etiã respons. nostra 85. nu. 51. & 52. part. 3.

Lex vt ligare incipiat, & iusta esse debet, & honesta, & possibilis, & quod promulgata sit, & quod recepta, & quod elapsum sit tempus post quod obligare incipiat. ex Isidoro in can. erit autem lex honesta, iusta, possibilis. 2. & Augustino in can. in istis temporalibus legibus 3. ibique Gratianus. §. leges instituuntur. dist. 4. & ex Ambrosio in can. dixit Sara ad Abraham 3. 32. q. 4. Et ex Innocentio Exuperio Tholesano Episcopo in can. proposuisti, quid de his obseruari debeat 2. dist. 82. Gloss. in cap. 2. verbo ante prohibitionem extrà de constitutionibus. ibique notant Doctores. Nec inconcinne Theodosius, Arcadius, & Valentinianus Cæsares ad Senatum in l. leges, vt generales ab omnibus æqualiter in posterum obseruentur 3. C. de legibus, & constitutionibus Principum, & edictis. Deducit S. Thomas 1. 2. q. 90 art. 4. in corpore. diximus respons. nostra 40. nu. 17. & respons 41. nu. 16. part. 2. & respons 21 num 71 part. 4. Gloss. solemnis in cap. 1. verbo frangere in fine. & latè dilatata per Felinum de tregua & pace. Nauarrus. cons 5. nu. 2 in fine lib 4 de sponsalibus & matrimoniis. & cons. 5 siue 3. nu. 2. de constitutionibus. & manuali cap 23. nu. 41. & nu 62. Effectuatio nempe perquiritur vt lex obliget. ex Innocentio Tertio Episcopo Sãcti Andreæ, & Abbati de Broch in cap. cum dilectus 9. §. super tertio verò articulo. de fide Instrumentorum. illis verbis: Quod si consuetudo illius patriæ obtinet approbata. ibique Gloss. verbo approbata. Rota apud Cardin. Caualer. decis. 77. nu. 2. & decis. 85. nu. 2. & decis. 91. nu. 5. & in recentioribus part. 2. decis. 415. nu. 5.

Lex humana quod nõ prohibet, & Diuina prohibet. hæc seruanda, non illa. Ambrosium excipe in can. an, quod in subditos nefas est 2. 33. q. 2. Qui sic ore ambrosiam profert: Et putas tibi licere, quia lex humana non prohibet? Sed Diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere: audi legem Domini, cui obsequuntur etiã qui leges ferunt: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Nec diuersis verbis: Gregorius Theoctistæ Patricię in can. sunt qui dicunt, religionis causa coniugia debere dissolui. 19 in ipso principio. 27. q. 2. sequentibus verba proferens: Verum sciendum est, quia & si hoc lex humana concessit: lex tamen Diuina prohibuit. Per se enim veritas dicit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. Cius meminit Nicolaus Papa Episcopis scribens in Concilio apud Conuicinum congregatis in can. Lege Impratorum 1. in medio. dist. 10. verbis enuncians: Beatus autem Gregorius scribens ad Theoctistam patritiam inter cętera: Si (inquit) religionis causa coniugia debere dissolui dicantur; sciendum est, quia & si hoc lex humana concessit; lex tamen Diuina prohibuit. inferens: Ecce qualiter, quod lex humana concessit, diuina lex prohibuit. adnotatque ibidem Gloss. verbo lex humana.

Lex non verbis, sed rebus imposita videtur. Non debet proinde ludibrio haberi, debitoque frustrari effectu ex verbis non bene exauditis. ex Bonifacio VIII. in cap commissa tibi Parochialis Ecclesia 35. §. porrò si intra dictũ tempus non fueris (rationabili causa cessante) promotus de electione, & electi potestate in 6. Fraudẽ proinde faciũt legi, qui eius verba seruãt, mentem autem eius refugiunt. ex Ambrosio in can. plerique refugientes præcepta legis 3. in ipso principio 14. q. 3. ibique peroptime Gloss. verbo præcepta. docens: Legi fieri fraudem quadrupliciter. ex Vlpiano lib. 4. ad Edictum in l Fraus enim legi fit. 30. ff de legibus, & Senatus consultis, & longa consuetudine. verba sonant Vlpiani: Fraus enim legi fit vbi id fit, quod fieri noluit, fieri autem non vetuit. Verbum scilicet. ab intellectu, & sententia. vt Gloss. ibidẽ commentum agit. Firmiusque redditur ex Theodosio, & Arcadio, & Valentiniano Augustis in l. non dubium est. 5. C. de legibus, & constitutionibus Principium. & edictis. decernentibus: Non dubium est, in legem committere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Lex equidem non verbis, sed rebus imposita esse dignoscitur.

Lex quod præcipit, & Deus iniunxit, inter peccata deputari non potest. ex Innocentio Papa Ruffo, & cęteris Episcopis Macedonię in can. deinde ponitur non dici oportere bigamum eum 3. col. 2. §. quęro, & sollicitus quęro. distinct. 26. dicente illo expressis verbis: Cùm non possit inter peccata deputari, quod lex pręcipit, & Deus iniunxit. Et circa finem sequentia subnectit: Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid benè gestum fuerit, & secundum pręcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum; & quod peccatum non est, solui inter pec-

peccata, credi omnino non debet. Concinit Ambrosius in *can. quod Christus discipulos increpauit.* 26. *in fine* 23. q. 4. dicens: *Nec discipuli peccant, qui legem sequuntur.* Quia nimirum vt Augustinus contra litteras Petiliani in *can. qui peccat* 40. *eadem* 23. q. 4. Satis ad rē verba facit: *Qui peccat non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem.* Non ergo peccat, qui legis facit auctoritate. Hinc est quod Iudices, qui legis auctoritate in impios degrassantur, non peccant, dicente Innocentio Papa ad Exuperium Episcopum Tholosanum in *can. illud etiam sciscitari voluisti* 46. *in fine eadem* 23. q. 4. eiusque scribente: *Et dum legum auctoritas in impios exercetur, erit Dictator immunis.* Quia profectò lege quod fit permittente, pœnam non meretur. ex Alexandro Cæsare in *l. Gracchus* 4. *C. ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.* Quia damnum non facit, qui facere Ius habet. ex Paulo lib. 64. ad edictum in *l. nemo damnum* 194 *ff. de regulis Iuris.* diximus *respons.* nostra 10. *num.* 48 *& sequentibus.* & *respons* 24 *nu.* 32. *parte* 5. Non enim peccatum præciperetur nobis. ex Augustino in *can si peccatum esset iuratio* 14. *in principio* 22. q. 1. vbi *Gloss* verbo *præciperetur.* Rationem refert: *Quia non est peccatum, quod Deus vult, sine leges.* 26. *distinct. deinde.* Cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit, & Deus iniunxit. verbis dicimus Innocentii Papæ Ruffino, & Eusebio Episcopis Macedonibus in *can. numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortium.* 1. in finalibus verbis. 28. q. 1.

Lex prohibens id, quod maius est, non omnino prohibuisse videtur id, quod minus. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. denique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes* 6. *distinct.* 4 illis præsertim verbis: *Vnde nec à tali consuetudine auerti possunt: & ideo, cum venia suo ingenio relinquendi sunt: ne forte peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur.* & ex Concilio Hybernensi in *can. presbyter si fornicationem fecerit.* 5. *sine finali distinct.* 82. prosequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part* 1. *lib.* 7. *cap.* 10. q. 2.

Lex autem quando non simpliciter aliquid fieri vetat, sed vlterius procedit, actum annullando; tunc sane, quod factum est, ipso iure nullum est. ex Theodosio, Arcadio, & Valentiniano Augustis in *l. non dubium est, in legem committere eum* 5. *C. de legibus, & constitutionibus Principum, & edictis.* ibique plenè *Gloss.* & *Doctores. Rota apud Crescentium decis.* 28. *de præbendis num.* 2. *Nauarr. consf.* 7. *num.* 2. *lib.* 4. *de cognatione spirituali.* Non nulli vero volunt declarationem requiri, contra legem factum fuisse, nisi lex ipsa actum nullum esse, & inualidum declaret. ex *Adriano & Siluestro* verbo *lex* §. 28. Sequitur *Molina de Iustitia, & Iure tom.* 1. *disputat.* 88. *in fine vers. ad confirmationem dicendum.* respondens ad *tex. in d. l. non dubium.* vt Lex illa locum retineat, in legibus simpliciter prohibentibus. Animaduertenda decisio Rotæ apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 23. *num.* 3. & *Rota apud Card. Caualc. rinum decis.* 7. *num.* 5. & *decis.* 102. *num.* 2. *Lapus allegat.* 86. *sub. num.* 2. *vers. sufficit enim Constituentem.* Quia nimirum, cum lex procedit pœnam statuens in transgredientem, permaxime tunc voluntas exprimitur statuentis, vt lex seruetur. *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 8. *cap.* 20. *num.* 4. *in fine.*

Lex duplex est, vna publica, altera priuata: Publica lex est, quæ à sanctis Patribus, scripta est confirmata: vt est lex Canonum, quæ quidem propter transgressiones est tradita. Lex verò priuata est, quę instinctu Sancti Spiritus in corde scribitur. Sicut de quibusdam dicit Apostolus: *Qui habent legem Dei scriptā in cordibus suis.* (ad Romanos. 2.) Dignior tamen est lex priuata, quàm publica. Spiritus quidem Dei lex est: & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducūtur: *Et quis est, qui Spiritui sancto possit digne resistere?* verba sunt Vrbani II. in Capitulo sancti Ruffini in *can. Due sunt inquit leges* 2. 19. q. 2.

Lex Imperatorum nō est supra legē Dei, sed subtus. Et ideo Imperiali Iudicio non possunt Ecclesiastica iura dissolui. Nullum proinde lege humana, & Imprialē præiudicium Ecclesiasticis rebus, et iuribus parari potest. Quia quod lex humana concedit, Diuina lex prohibet. ex Nicolao Papa Episcopis in Concilio apud Conuicinum congregatis in *can. lege Imperatorum* 1. *dist inct.* 10. Quoniam Ecclesia non adstringitur humanis legibus. vt *Gloss.* ibidē verbo *Ecclesiam* rationem reddit. eodem Nicolao Albino Archiepiscopo in *can. inter hęc sanctitas vestra addere studuit* 6. *in fine* 33. q. 2. dicente, atque contestante: *Sed Sancta Dei Ecclesia mundanis numquam constringitur legibus.* Rationem reddidit in Synodo Romana coram Symmacho Papa celebrata in *can. bene quidem Fraternitas vestra* 1. §. *cumque lecta fuissent. distinctione* 96. Laurentius Episcopus Mediolanensis Ecclesię. *Quia non licuit laicos statuendi in Ecclesia pręter Romanorum Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi.* Et toto ipso canone in fine, cuius sic fertur conclusio: *Ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus, in quacumque Ciuitate quolibet modo aliquid decernere de Ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur.*

Legem non obseruare, pręsertim vero sacros canones, vel negligere temeritatis est, vnde increpandi nō obseruantes, negligentesque. ex Nicolao I. Photio in *can. si decreta Romanorum Pontificum non habetis* 2. *distinct.* 20. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *de neglectu.* dicens: *Nulli enim est licitum ignorare canones.* Ecclesiasticis potissimum. ex Cœlestino vniuersis Episcopis per Apuliam, & Calabriam constitutis in *can. nulli Sacerdotum liceat canones ignorare* 4. *distinct.* 38. Super omnia vero Episcopis. vt *gloss.* ibidem verbo canones aduertit. ex Concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus tempore Honorii Augusti

gusti in *can. qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur* 2. *distinct.* 23. Rationem refert *gloss.* ibidem verbo *si docibilis* in fine. verbis dicens. *Debet autem rationem reddere omni poscenti*. Debet propterea Ecclesiasticis disciplinis esse imbutus, & in diuinis eruditus. ex Zozimo Papa ad Hesychium Episcopum Salonitanum in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus* 2. ibique pluribus Gratianus §. *Ecce quod sacrarum literarum oportet Episcopum habere peritiam. distinct.* 36.

Lex, non homo occidit, cum homo iuste occiditur. ex Augustino de libero arbitrio in *can. si homicidium est hominem occidere* 23. q. 5. Rationem reddente: *Nam & miles hostem, & Iudex, & minister eius nocentem, & cui forte inuito, aut imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt*. inferens demum: *Cum homo iuste occiditur, lex eum occidit, non tu*. Deduxitque ex Isidoro Gratianus in *can. quos Deus coniunxit, homo non separet* 18. in fine 33. q. 2. qui sequentibus rationem infert: *Non enim homo separat, quos pœna condemnat, quos reatus accusat, quos maleficium coarctat*. Ita Isidorus.

Legem violans in re graui, peccat. ex Augustino in *cap. nam concupiscentiam nesciebam* 4. de *constitutionibus extra* ibique Doctores. Quia prohibitum censetur omne malum, quod sub genere comprehenditur. ex eodem Augustino in *can. pœnale est occulte auferre*. 13. 14. q. 5. *glos. d. cap. nam concupiscentiam verbo vnde omnia mala*: Cardinalis Toletus *Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap.* 19. & *cap.* 20. *num.* 3. distendēs, præsertim vero, si legem condentis mens fuerit, obligate sub mortali. Confirmatur ex Augustino ad Bonifacium Comitem in *can. Imperatores* 1. §. *quicumque ergo legibus Imperatorum distinct.* 9. verba damus Augustini: *Quicumque ergo legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium*. (ergo peccat) *Quicumque vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium*.

Leges enim ad bonum publicum ordinantur. ex *S. Thoma* 1. 2. *q.* 90. *art.* 2. & *part.* 3. *q.* 70. *art.* 2. *ad* 2. Vnde Lex non debet institui, nisi propter necessitatem. ex Isidoro in *can. erit autem lex honesta, iusta, possibilis*, 2. *distinct.* 4. illis verbis: *Necessaria, vtilis manifesta*. dicit *gloss.* ibidem verbo *necessaria* rationem ferens: *Quia non nisi instante necessitate Ius statui debet*. ex Gregorio in *can. regula sanctorum Patrum* 2. *distin.* 29. verba sunt Gregorii: *Regulæ sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate tradita sunt*. Obligant ergo, vt seruentur constitutæ leges. Quia profecto lex Iusta in animæ Iudicio est admittenda. ex *glos.* recepta prima in *cap. qua in Ecclesiarum* 7. *de constitutionibus*. sequitur *Couarruuias in cap. cum esses*. 10. *num.* 6. *de testamentis*. ex Alexandro Tertio Hostiensi Episcopo *d. cap. cum esses*. illis verbis: *Quod leges humanæ decernunt*. & *glos.* ibidem in *casus figuratione in fine* in notabilibus. proinde namque legem Ciuilem, non seruari in illo casu mandauit Pontifex Alexander, quia opponebatur legi canonicæ, alioquin seruare illa debuissent.

Lex, vel decretum non ligat ignorantes. ex Innocentio Exuperio Tholosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat circa finem* §. *sed ea plane dispar, & diuersa sententia est. distinct.* 82. in ratione, quam red lit dicens: *Nam si ad aliquos forma illa Ecclesiasticæ vitæ pariter, & disciplinæ, quæ ab Episcopo Syricio ad prouincias commeauit, non probatur peruenisse, his ignorantibus, venia non negabitur*. vbi *Gloss* verbo *ignorantibus*. infert: *Decretum non ligat ignorantes*.

Legi generali derogandum minime erit ob personæ prærogatiuam. ex Gregorio omnibus Episcopis scribente in *can. singula Ecclesiastici iuris officia* 1. *distinct.* 89. illis verbis: *neque vni, quantumlibet exercitatæ personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt*. ibique *Glos.* verbo *quantumlibet*. Ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati* 5. § *sicut enim boni operis sibi comparat fructum distinct.* 61. Rationem reddente, ac dicente: *Non enim in cuiusquam persona prætermittendum est, quod institutis Generalibus continetur*. vbi *glos.* verbo *persona* adnotat dicens: *Nota, quod propter personam non receditur à iure communi*. Idem ex Bonifacio Papa in *can si quis triginta ætatis suæ annos non impleuerit* 1. *dist.* 78 ibique *glos.* verbo *fit dignus* argumentum deducens: *Non debere derogari iuri communi propter personam. Nisi propter necessitatem, vel publicam vtilitatem*.

Lex diœcesana, & lex Iurisdictionis inter se differunt. Nam lex diœcesana consistit in recipiendo vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartam, vel hospitium. Lex Iurisdictionis consistit in conferendo. Potest enim conferre sacramenta, coercere delicta, de causis cognoscere. Quandoque lex diœcesana comprehendit etiam legem Iurisdictionis, plura deducit *glos. in summa q.* 10. verbo *quidam laicus*.

Lex à Domino Deo; præuaricatio legis à diabolo. ex Ambrosio libro de Elia, & ieiunio in *can. sexto die bestiæ sunt creatæ, & cum bestiis orta edendi potestas est* 8. §. *eousque nemo præuaricari nouerat. distinct.* 35. verba excipe Ambrosii: *Indictum ieiunium; abstinentiæ lex à Domino Deo; præuaricatio legis à diabolo: culpa per cibum, illecebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio*.

Lex debet esse rationabilis; Quia legis essentialis ratio est, vt sit honesta, iusta, possibilis, secundum naturam, secundum patriæ consuetudinem, loco, temporique conueniens, necessaria, vtilis, manifesta. ex Isidoro *can. erit autem lex honesta* 2. *distinct.* 4. declaratur à *S. Thoma* 1. 2. *q.* 95. *art.* 3. *Nauar. conf.* 1 *n.* 11. *in fin. lib.* 5. *de apostatis, & conf.* 24. *nu.* 2. *in fine lib.* 5. *de priuilegiis*. Lex enim dicitur rationis ordinatio, quid homini agendum, quid non agendum sit ostendens, in commune bonum instituta.

tuta. *Card. Toletus. Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 17. nu. 1.* diximus *respnos.* nostra 13. *nu. 77 & sequent. part. 5.*

Lex naturalis lege humana tolli minime potest, quia nimirum, nec lex diuina naturalem tollit, cum naturalis lex à diuina dependeat, vt nullo modo lex humana, vel naturalem, vel diuinam tollere valeat. neque per Summum Romanum Pontificem. vt Vrbanus declarauit Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. 6. 25. q. 1.* Sanctus *Thomas 1. 2. q. 98. art. 5. in corpore. & q. 100. art. 8. Nauar. de spoliis Clericorum §. 19. num. 9. vers. & probatur. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 6. cap. 1. q. 3.*

Legem qui preuaricantur vel suam, aut Christianam, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem, infames esse censentur, & habentur. ex Dionysio Papa ad Seuerum Episcopum in *can. alieni erroris socium. 23. in fine 2. q. 7.*

Lex omnis respicit futura, non preterita. ex Gregorio in *cap. 2.* & Gregorio IX. Archipresbytero Sanctę Mariæ Maioris de Vrbe in *cap. quoniam constitutio 13. siue finali extra de constitutionibus.* & in eisdem *Gloss.* verbo *futura.* Ex Gregorio Primo Petro Subdiacono Siciliæ in *can. ante triennium subdiaconi omniũ Ecclesiarum. 1. distinct. 31.* illis verbis: *Quatenus, & præterita mala, quę per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur.* Et ex Innocentio Exuperio Tholesano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat. 2. circa finem distin. 82.* Nisi sit constitutio Iuris naturalis, quæ etiam respicit præterita. vt *Gloss.* loquitur in *d. cap. finali* verbo *futura in fine de constitutionibus.* ex Concilio Toletano Tertio in *can. sic quidam contra omnem auctoritatem 2. 11. q. 1.* Vt emendetur quod male actum est. dicente Cõcilio: *Quod factũ taliter in prçterito corrigatur, vt et in futuro, ne fiat, prohibeatur.* habeturq; ex Bonifacio Octauo in *c. deliberatione prouida duximus inhibendum. 4. §. prohibemus insuper, ne legatus ipse. in fine de officio legati in 6.* decernendo verbis apertis: *Volentes non solum ad futura, sed etiam & ad prçterita, & adhuc pendentia negotia hoc extendi.* vt videlicet emendarentur mala ex *Gloss.* ibidem verbo *pendentia. Rota part. 2. in recentioribus decis. 318. num 6.* & apud *Marchesanum part. 1. decis. 54. num. 4. coram Illustrissimo Lancelloto fol. 652.* & apud *Card. Caualer. decis. 125. num 9. Diana part. 1. de denunciationibus resolut. 25.* Rota apud sanctæ memorię *Gregorium XV. decis. 401. num. 18.* Quia ordinariè lex noua dat normam futuris, & non præteritis. & decreuere Theodosius, Archadius, & Valentinianus Augusti in *l. leges, & constitutiones 7. C. de legibus, & constitutionibus Principum. & edictis.* statuentes: *Leges, & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari: nisi nominatim, & de præterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit.* dixit Rota in *Romana Saluiani 18. Februarii 1630.* coram *Quncipo decis. 347. num. 2. part. 5. in recentioribus.*

Lex Diuina seculi legibus inferior esse non debet. ex Gregorio ad Constantiam Reginam Galliæ in *can. si seculi leges 9. in ipso principio 12. q. 2.* verba deducimus Gregorii: *Si seculi leges talem iustitiam habere voluerunt, Lex Diuina, cur inferior esse debebit? cum in ipsius veritatis prçsentia à Zacchæo collandatum sit,* (Lucę 19.) *vt si aliquem defraudarat, in quadruplum restitueret.*

Leges Ciuiles in causis Ecclesiasticis recipiendæ, & allegandæ non sunt, nisi in defectum Canonum. ex Augustino in *can. si in adiutorium vestrum. 7. distinct. 10.* ibidemque *Gloss.* verbo *si in adiutorium.* & *Glossella* Marginalis ibidem. Deduciturque ex Lucio Tertio Padouano Episcopo in *cap. intelleximus ex litteris tuis. 1. §. quia verò de noui operis nunciatione.* dicente Lucio Papa: *Quia vero sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuuantur.* deducit pleno *Gloss.* ibidem verbo *adiuuantur.* dicens in fine. *Dicas, quòd legibus vtendum est in Ecclesiasticis causis, nisi canonibus contradicant, quia tunc non. 10. distinct. c. 1.* est Nicolai Papæ incipiens: *Lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis vtendum est, præsertim cum inueniantur Euangelicæ, & Canonicæ sanctioni aliquoties obuiare.* Quia leges legibus concordare oportet. ex Innocentio Tertio in *cap. cum dilectus filius. 8. §. finali extra de consuetudine* ibique *Gloss.* verbo *nec iuri communi.*

Lex quamuis dura, tamen seruanda est. ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam Beati Petri Apostoli 3. post principium distinct. 19.* dicendo; *Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas; vt licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* Nec dissimiliter à Gregorio Ioanni Episcopo Rauennati in *can. contra morem quippe Eclesiasticum est 8. in principio distinct. 10.* Verba sunt Gregorii: *Contra morem quippe Ecclesiasticum est, si non patientissimè toleratur (quod à vobis absit) etiam iniusta correctio.* Idemque Gregorius vniuersis militibus Neapolitanis scribens in *can. summa militię laus 7. in ipso principio 23. q. 1.* sic eos adhortatur; *Summa militię laus, inter alia bona merita hæc est. obedientiam reipublicæ vtilitatibus exhibere, quodque sibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare.* quo in loco *gloss.* verbo *vtiliter* argumentum infert; *Quod si Episcopus prçcipit alicui ire Romam pro vtilitate Ecclesię, quod tenetur obedire.* vbi *Glossella* Marginalis & ipsa ad rem infert: *Episcopi prçceptum, etiam difficile, est adimplendum.* Sufficit enim ita scriptum in lege esse, quamuis sit durum. ex Innocẽtio Exuperio Tholosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat. 2.* non multo post principium. *§. est enim vetus admodum sacratę legis auctoritas. distinct. 82.* Illis verbis: Qua scriptum est; (Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.) vbi *Gloss.* verbo scriptum est.

sic

sic infert consequentiam: sufficit ergo ita scriptum esse, licet sic durum 29. distinct. memoriam. ex verbis Vlpiani lib. 4. de adulteriis. in *l. prospexit legislator 12. in fine principii ff. qui, & a quibus manumissi liberi non fiant: & ad legem Aeliam Sentiam.* qui sic fatur: *Quod quidem per quam durum est; Sed ita lex scripta est.* vbi *Gloss.* verbo *lex scripta est.* & ipsa infert: *Sit ergo nota, stari verbis legis.* Stat enim, est si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium renocentur. Qui errauerunt. ex verbis Augustini in *can. schismatici dicunt, cui vim Christus intulit?* t. non multo post principium 23. *q.* 6. Rota apud *Crescentium decis.* 18. *num.* 2. *de probationibus. Rolandus a Valle cons.* 99. *num.* 47. *libro* 2. *Hieronymus de Federicis resolutionum criminalium. resolut.* 51. *num.* 3. *post.* 2. *volum. consiliorum Farinacii.*

Lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & quæ raro eueniunt refugit, & si quandoque ad ea se accomodet. ex Septima Synodo in *can si quis omnem traditionem Ecclesiasticam scriptam 2. col. 1. in fine.* 1. *q.* 7 illis verbis: *Quod & si rarò contingit, nulla tamen lex Ecclesiæ fuit.* ex quo loco *Gloss.* verbo *nulla* argumentum educit: *Quod licet aliquid in Ecclesia accidat: non tamen lex efficitur.* Notatur ex Pelagio Papa Cethego patritio in *can. de Syracusanæ vrbis antistite optaueramus* 13. *distinctione* 28. illis verbis: *Sed quia in voluntatis suæ proposito irrenocabiliter persliterunt, & nullus est alius in eadem repertus Ecclesia &c. inter huiusmodi ambiguitates, illud consultius iudicauimus faciendum, vt congrua prouidentia &c.* sequitur *Gloss.* in *can. nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi* 4. 27. *q.* 1. post principium. illis verbis: *& oculi sæpe fallantur.* verbo *fallantur* in fine, dicens, ac rationem reddens: *Nam ad ea, quæ frequenter fiunt, iura adaptantur.* ex Celso lib. 8. Digestorum in *l. nam ad ea 5. ff. de legibus, & senatus consultis, & longa consuetudine.* tradente, ac dicente: *Nam ad ea. potius debet aptari Ius, quę & frequenter, & facile, quàm ad ea, quæ per raro eueniunt.* prosequitur *Sanchez de matrimonio lib.* 7. *disputat.* 104. *num.* 15. Ratione reddit *S. Thomas.* 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *in corpore.* Quia leges proponuntur secundum quod multitudini conueniunt. Vnde Legis lator attendere debet ad id, quod frequentius accidit, & comuniter habetur. Hinc est, quod verba legis posita gratia frequentioris vsus, non limitat legem. ex notatis per *Sanchez de matrimonio lib.* 6 *disputat.* 19. *num.* 10. & *lib.* 10. *disputat.* 18. *num.* 8. *circa medium.*

Lege, quod nulla, neq; diuina, neq; naturali, neq; positiua, nec vlla humana, communique, neq; particulari cauetur, nec in aliquo actu requiritur, nō id obligat. ex Stephano V. Humberto Episcopo Mogūtino in *can. consuluisti de infantibus* 20. 2. *q.* 5. *siue* 4. verbis inferente: *Et quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est præsumendum.* Nec diuersimode Iustinianus Cæsar in *authentico de triente, & semisse, & successionibus filiorum, & nepotum naturalium &c.* §. *consideremus autem aliquid ad solam naturam clemens. collatione tertia.* verbis dicens: *Et semper equidem clemens, aliquid definimus; sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus &c.* vbi *gloss.* verbo *erubescimus.* ad rem infert nostram: *nota* (inquit) *Non valere responsionē, quæ lege non probatur.* sequiturque, & probat *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap.* 22. *miscellaneo* 25. *sub nu.* 23. *vers. dubitatur* 2.

Leges condere parum est, nisi sit, qui eas executioni debitæ demandari curet. ex Bonifacio VIII. in *cap. vnico.* §. *finali de statu regularium in 6.* dicente illo: *Et quoniam parum esset condere iura, nisi essent, qui ea executioni debitæ demandarent; Patriarchis &c.* quo loco *Glossella* Marginalis ad *Glossam* in verbō *demandarent.* adnotat: quod *Ordinarii locorum possunt facere statuta ad obseruantiam Iuris cōmunis.* ex canone Ioannis Octaui in *can. administratores plane secularium dignitatum* 26. 23. *q.* 5. Decernendo: Seculares Iudices debere exequi mandata Episcoporum: *Quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris conuenti fuerint: eorumque querimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant.* ita quidē, vt si neglexerint, *Omni se nouerint communione vsque ad condignam satisfactionem priuatos.* Quia profectò parum esset leges adesse, nisi, qui eas executioni debitæ demandent, adfuerint.

Lex impossibilis esse minime debebit. ex Isidoro in *can. erit autem lex* 2. *dist.* 4. in requisitis enim legis enumeratur: *Erit autē lex honesta, iusta, possibilis.* Quia impossibilium nulla est, obligatio. & lex non debet esse impossibilis. vt sequitur *gloss.* in *cap.* 1. *de hereticis in* 6. verbo *de facili.* diximus verbo impossibilium.

Legem Christus dedit, & ipsam legem carnaliter impleuit; octaua die circumcisus, quadragesimo die in templo cùm hostiis præsentatus, vt in se ipso eam sanctificaret. Gratianus in *can ideo permittente Domino pastores hominum sumus* 16. §. *si ergo primam sedem statuta conciliorum.* non multo post principium *vers. Habet enim Ius condendi canones.* 25. *q.* 1. subsequens etiam: *Postea verò, vt se dominum legis ostenderet, contrà legis litteram leprosum tangendo mundauit.* (Matthęi 8.) *Apostolos quoque contra litteram Sabato per sata pretergredientes, spicas vellentes, & confricantes manibus suis, probabili exemplo Dauid, & circumcisionis, & templi excusauit &c.* (Matthęi 12.)

Legem quæ contra fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sunt. ex Gregorio Ianuario Caralitano in *can. imperiali constitutione apertè sancitum est* 13. 25. *q.* 2. Nam vt Ioannes VIII. Ludouico Imperatori scripsit in *can. vides fili charissimè* 10. *distinct.* 11. verbis dicens: *Vides fili charissimè, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolui meretur.* Ex regula, quod: Principali destructo, destruitur, & accessoriū, & omne quod sequitur ex eo. *glos.* ibidē verbo *dissolui* plenè prosequitur, & plura perpendit.

tuta. *Card. Tolet. tus. Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 17. nu. 1.* diximus *respons.* nostra 13. *nu. 77 & sequent. part. 5.*

Lex naturalis lege humana tolli minime potest, quia nimirum, nec lex diuina naturalem tollit, cum naturalis lex à diuina dependeat, vt nullo modo lex humana, vel naturalem, vel diuinam tollere valeat. neque per Summum Romanum Pontificem. vt Vrbanus declarauit Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. 6. 25. q. 1.* Sanctus Thomas 1. 2. q. 98. *art. 5. in corpore. & q. 100. art. 8. Nauar. de spoliis Clericorum §. 19. num. 9. vers. & probatur. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 6. cap. 1. q. 3.*

Legem qui preuaricantur vel suam, aut Christianam, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem, infames esse censentur, & habentur. ex Dionysio Papa ad Seuerum Episcopum in *can. alieni erroris socium. 23. in fine 2. q. 7.*

Lex omnis respicit futura, non preterita. ex Gregorio in *cap. 2.* & Gregorio IX. Archipresbytero Sanctæ Mariæ Maioris de Vrbe in *cap. quoniam constitutio 13. sine finali extra de constitutionibus.* & in eisdem *Gloss.* verbo *futura.* Ex Gregorio Primo Petro Subdiacono Siciliæ in *can. ante triennium subdiaconi omnium Ecclesiarum. 1. distinct. 31.* illis verbis: *Quatenus, & præterita mala, quæ per propositum mentis appetita non fuut, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur.* Et ex Innocentio Exuperio Tholosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat. 2. circa finem distin. 82.* Nisi sit constitutio Iuris naturalis, quæ etiam respiciat præterita. vt *Gloss.* loquitur in *d. cap. finali* verbo *futura in fine de constitutionibus.* ex Concilio Toletano Tertio in *can. sic quidam contra omnem auctoritatem 2. 11. q. 1.* Vt emendetur quod male actum est. dicente Cōcilio: *Quod factū taliter in preterito corrigatur, vt et in futuro ne fiat, prohibeatur.* habetur q; ex Bonifacio Octauo in *c. deliberatione prouida duximus inhibendum. 4. §. prohibemus insuper, ne legatus ipse. in fine de officio legati in 6.* decernendo verbis apertis: *Volentes non solum ad futura, sed etiam & ad preterita, & adhuc pendentia negotia hoc extendi.* vt videlicet emendarentur mala ex *Gloss.* ibidem verbo *pendentia.* *Rota part. 2. in recentioribus decis. 318. num 6.* & apud *Marchesanum part. 1. decis. 54. num. 4. coram Illustrissimo Lancelloto fol. 652.* & apud *Card. Caualer. decis. 1 1 3. num 9. Diana part. 1. de denunciationibus resolut. 25.* Rota apud sanctæ memoriç *Gregorium XV. decis. 408. num. 18.* Quia ordinatie lex noua dat normam futuris, & non præteritis. & decreuere Theodosius, Archadius, & Valentinianus Augusti in *l. leges, & constitutiones 7. C. de legibus, & constitutionibus Principum, & edictis.* itauentes: *Leges, & constitutiones futuris certum est dare formam negotiis, non ad facta præterita reuocari: nisi nominatim, & de preterito tempore, & adhuc pendentibus negotiis cautum sit.* dixit Rota in *Romana Salarii 18. Februarii 1630. coram Quadipo decis. 347. num. 2. part. 5. in recentioribus.*

Lex Diuina seculi legibus inferior esse non debet. ex Gregorio ad Constantiam Reginam Galliæ in *can. si seculi leges 9. in ipso principio 12. q. 2.* verba deducimus Gregorii: *Si seculi leges talem iustitiam habere voluerunt, Lex Diuina, cur inferior esse debebit? cum in ipsius veritatis presentia à Zacchæo collaudatum sit, (Lucę 19.) vt si aliquem defraudarat, in quadruplum restitueret.*

Leges Ciuiles in causis Ecclesiasticis recipiendæ, & allegandæ non sunt, nisi in defectum Canonum. ex Augustino in *can. si in adiutorium vestrum. 7. distinct. 10.* ibidemque *Gloss.* verbo *si in adiutorium.* & *Glossella* Marginalis ibidem. Deduciturque ex Lucio Tertio Padouano Episcopo in *cap. intelleximus ex litteris tuis. 1. 5. quia verò de noui operis nunciatione.* dicente Lucio Papa: *Quia vero sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuuantur.* deducit plene *Gloss.* ibidem verbo *adiuuantur.* dicens in fine. *Dicas, quòd legibus vtendum est in Ecclesiasticis causis, nisi canonibus contradicant, quia tunc non. 10. distinct. c. 1.* est Nicolai Papæ incipiens: *Lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis vtendum est, præsertim cum inueniantur Euangelicæ, & Canonicæ sanctioni aliquoties obuiare.* Quia leges legibus concordare oportet. ex Innocentio Tertio in *cap. cum dilectus filius. 8. 9. finali extra de consuetudine* ibique *Gloss.* verbo *nec iuri communi.*

Lex quamuis dura, tamen seruanda est. ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam Beati Petri Apostoli 3. post principium distinct. 19.* dicendo: *Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas; vt licet vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.* Nec dissimiliter à Gregorio Ioanni Episcopo Rauennati in *can. contra morem quippe Ecclesiasticum est 8. in principio distinct. 10.* Verba sunt Gregorii: *Contra morem quippe Ecclesiasticum est, si non patientissimè toleratur (quod à vobis absit) etiam iniusta correctio.* Idemque Gregorius vniuersis militibus Neapolitanis scribens in *can. summa militiæ laus 7. in ipso principio 23. q. 1.* sic eos adhortatur: *Summa militię laus, inter alia bona merita hæc est. obedientiam reipublicæ vtilitatibus exhibere, quodque sibi vtiliter imperatum fuerit, obtemperare.* quo loco *gloss.* verbo *vtiliter* argumentum infert; *Quod si Episcopus pręcipit alicui ire Romam pro vtilitate Ecclesię, quod tenetur obedire.* vbi *Glossella* Marginalis & ipsa ad rem infert: *Episcopi pręceptum, etiam difficile, est adimplendum.* Sufficit enim ita scriptum in lege esse, quamuis sit durum. ex Innocētio Exuperio Tholosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat. 2.* non multo post principium. *§. est enim vetus admodum sacratę legis auctoritas. distinct. 82.* Illis verbis: Qua scriptum est; (Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.) vbi *Gloss.* verbo *scriptum est.*

sic

sic infert consequentiam: sufficit ergo ita scriptum esse, licet sit durum 19. distinct. memoriam. ex verbis Vlpiani lib. 4. de adulteriis in *l. prospexit legislator* 12. *in fine principii ff. qui, & à quibus manumissi liberi non fiant: & ad legem Aeliam Sentiam.* qui sic fatur: *Quod quidem per quam durum est; Sed ita lex scripta est.* vbi Gloss. verbo *lex scripta est.* & ipsa infert: *Sit ergo nota, stari verbis legis.* Stat enim, est si per terribiles, sed salubres leges in eius gremium revocentur. Qui erraverunt. ex verbis Augustini in *can. schismatici dicunt, cui vim Christus intulit?* 1. non multo post principium 23. q. 6. Rota apud *Crescentium decis.* 18. *num.* 2. *de probationibus. Rolandus à Valle cons.* 99. *num.* 47. *libro* 2. *Hieronymus de Federicis resolutionum criminalium. resolut.* 51. *num.* 3. *post* 2. *volum. consiliorum Farinacii.*

Lex adaptatur ad ea, quæ frequentius accidunt, & quæ raro eveniunt refugit, & si quandoque ad ea se accomodet. ex Septima Synodo in *can. si quis omnem traditionem Ecclesiasticam scriptam* 2. *col.* 1. *in fine.* 1. q. 7 illis verbis: *Quod & si rarò contingit, nulla tamen lex Ecclesiæ fuit.* ex quo loco *Gloss.* verbo *nulla* argumentum educit: *Quod licet aliquid in Ecclesia accidat: non tamen lex efficitur.* Notatur ex Pelagio Papa Cethego patritio in *can. de Syracusanæ vrbis antistite optaveramus* 11. *distinctione* 28. illis verbis: *Sed quia in voluntatis suæ proposito irrevocabiliter perstiterunt, & nullus est alius in eadem repertus Ecclesia &c. inter huiusmodi ambiguitates, illud consultius iudicavimus faciendum, vt congrua providentia &c.* sequitur *Gloss.* in *can. nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi* 4. 27. q. 1. post principium. illis verbis: *& oculi sæpe falluntur.* verbo *falluntur* in fine, dicens, ac rationem reddens: *Nam ad ea, quæ frequenter fiunt, iura adaptantur.* ex Celso lib. 8. Digestorum in *l. nam ad ea* 5. *ff. de legibus, & senatus consultis, & longa consuetudine.* tradente, ac dicente: *Nam ad ea, potius debet aptari Ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm ad ea, quæ per raro eveniunt.* prosequitur *Sanchez de matrimonio lib.* 7. *disputat.* 104. *num.* 15. Rationē reddit *S. Thomas.* 2. 2. *q.* 147. *art.* 4. *in corpore.* Quia leges proponuntur secundum quod multitudini conveniunt. Vnde Legis lator attendere debet ad id, quod frequentius accidit, & comuniter habetur. Hinc est, quod verba legis posita gratia frequentioris vsus, non limitat legem. ex notatis per *Sanchez de matrimonio lib.* 6 *disputat.* 19. *num.* 10. & *lib.* 10. *disputat.* 18. *num.* 8. *circa medium.*

Lege, quod nulla, neq; diuina, neq; naturali, neq; positiua, nec vlla humana, communique, neq; particulari cavetur, nec in aliquo actu requiritur, nō id obligat. ex Stephano V. Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus* 20. 2. q. 5. *sive* 4. verbis inferente: *Et quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinventione non est præsumendum.* Nec diversimode Iustinianus Cæsar in *authentico de triente, & semisse, & successionibus filiorum, & nepotum naturalium &c.*

§. *consideremus autem aliquid ad solam naturam clemens. collatione tertia.* verbis dicens: *Et semper equidem clemens, aliquid definimus; sed quia non hoc cum lege agimus, erubescimus &c.* vbi *gloss.* verbo *erubescimus.* ad rem infert nostram: *nota* (inquit) *Non valere responsionē, qua lege non probatur.* sequiturque, & probat *Navar. de oratione, & horis canonicis cap.* 22. *miscellaneo* 25. *sub nu.* 23. *vers. dubitatur* 2.

Leges condere parum est, nisi sit, qui eas executioni debitæ demandari curet. ex Bonifacio VIII. in *cap. vnico.* §. *finali de statu regularium in* 6. dicente illo: *Et quoniam parum esset condere iura, nisi essent, qui ea executioni debitæ demandarent; Patriarchis &c.* quo loco *Glossella* Margioalis ad *Glossam* in verbo *demandarent.* adnotat: *quod Ordinarii locorum possunt facere statuta ad observantiam Iuris cōmunis.* ex canone Ioannis Octaui in *can. administratores plane secularium dignitatum* 26. 23. q. 5. Decernendo: Seculares Iudices debere exequi mandata Episcoporum: *Quoties ab Episcopis, & Ecclesiasticis viris conuenti fuerint; eorumque quærimonias attentius audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant.* ita quidē, vt si neglexerint, *Omni se noverint communione vsque ad condignam satisfactionem privatos.* Quia profectò parum esset leges adesse, nisi qui eas executioni debitæ demandent, adfuerint.

Lex impossibilis esse minime debebit. ex Isidoro in *can. erit autem lex* 2. *dist.* 4. in requisitis enim legis enumeratur: *Erit autē lex honesta, iusta, possibilis.* Quia impossibilium nulla est, obligatio. & lex non debet esse impossibilis. vt sequitur *gloss.* in *cap.* 1. *de hæreticis in* 6. verbo *de facili.* diximus verbo impossibilium.

Legem Christus dedit, & ipsam legem carnaliter impleuit; octaua die circumcisus, quadragesimo die in templo cùm hostiis præsentatus, vt in se ipso eam sanctificaret. Gratianus in *can. ideo permittente Domino pastores hominum sumus* 16. §. *si ergo primam sedem statuta conciliorum.* non multo post principium *vers. Habet enim Ius condendi canones.* 25. q. 1. subsequenter etiam: *Postea verò, vt se dominum legis ostenderet, contrà legis litteram leprosum tangendo mundavit.* (Matthæi 8.) *Apostolos quoque contra litteram Sabato per sata prætergredientes, spicas vellentes, & confricantes manibus suis, probabili exemplo David, & circumcisionis, & templi excusavit &c.* (Matthæi 12.)

Legem quæ contra fiunt, non solum inutilia, sed etiam pro infectis babenda sunt. ex Gregorio Ianuario Caralitano in *can. imperiali constitutione apertè sancitum est* 13. 25. q. 2. Nam vt Ioannes VIII. Ludouico Imperatori scripsit in *can. vides fili charissimè* 10. *distinct.* 11. verbis dicens: *Vides fili charissimè, quia quod contra leges accipitur, per leges dissolui meretur.* Ex regula, quod: Principali destructo, destruitur, & accessoriū, & omne quod sequitur ex eo. *glos.* ibidē verbo *dissolui* plenè prosequitur, & plura perpendit.

Leges tàm diuinæ, quàm humanæ ac ipsę euacuentur, & malis pœnam, & bonis præmia iustitia suadente constituunt. ex Pelagio Papa in *can. non vos hominum vaniloquia retardent.42.non longe post principium* 23. q.5.

Leges factę sunt, vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia: & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas. Isidorus in *can. factæ sunt autem leges.* 1. *dist*.4. Pœnæ enim *cum timentur, & mali coercentur, & quietius inter malos viuunt boni*. Augustinus ad Macedonium in *can. non frustra sunt instituta potestas regis, & cognitoris Ius* 18. 23. q.5. & ex eodem in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus*.33.*eadem* 23. q.5.

Legibus homines, non benè facere coguntur, sed male facere prohibentur. *Nam bene facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate*. Augustinus contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus*.33.23.*q*.5. Nam, vt *gloss*. ibidem verbo *cogimini*. adnotat. qui ex timore bene facit, reputatur non facere.

Leges instituuntur cum promulgantur; firmantur cùm moribus vtentium approbantur. Et licet de legibus homines iudicent dum illas instituunt, cùm tamen fuerint institutæ, & firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. ex Augustino de vera religione in *can. in istis temporalibus legibus* 3. ibique Gratianus §. *Leges instituuntur. distinct*.4.

Leges seculi (in matrimonio pręsertim) Sacros canones sequi non dedignantur. Gratianus in *can. Euphemium, atque Thomã* 7. §. *hinc colligitur clericorũ infamia. circa fin*. 2. q. 3. Qui sequentibus rationem reddat: *Cùm enim leges seculi (pręcipuè in matrimonio) Sacros Canones sequi non dedignentur*. Et dixit Lucius Tertius Paduano Episcopo scribens in *cap. intelleximus ex litteris tuis* 1. §. *quia verò. de noui operis nunciatione*. verbis proferens: *Quia verò sicut leges non dedignantur sacros canones imitari, ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuuantur*. ibique plenè *glo*. verbo *adiuuantur*. Decreuitque Iustinianus Cęsar in *authentico vt clerici apud proprios Episcopos primum conueniantur. collatione* 6. §. *penultimo*. illis verbis in fine: *Secundum sacras, & diuinas regulas, quas etiam nostra sequi non dedignantur leges*.

Legis conditor, & si lege solutus sit, honestũ tamen est, vt secundum leges viuat, quas statuit. Quia Iustum est Principem legibus obtemperare. ex Isidoro in *can. iustum est Principem*.2. *distinct* 9. Nec dedignauit Gelasius Papa in Epistola ad Episcopos Dardanię in *can. confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus* 1. 25. q.1. ibique *gloss*. verbo *oportet* in fine. & Leo Papa IV. in *can. ideo, permittente Domino, pastores hominum sumus* 16. *eadem* 25. q.1. Qui sequentibus in fine infert, de legibus verba faciens, quæ prędecessores statuere: *Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si, quod ipsi diuino fauere consulto intactum non conseruamus*. Hinc Augustinus ad Bonifacium Comitem in *can. si Ecclesia vera ipsa est, quæ persecutionem patitur* 42. *circa finem* 23. q.4. verba explicans psalmi 2. (*Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cũ tremore*.) sic subnectit: *Quomodo ergo Reges Domino seruiunt in timore: nisi ea, quę contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim seruit, quia homo est, aliter, quia, & rex est. Quia homo est ei seruit viuẽdo fideliter; quia verò etiã Rex est; seruit leges iusta pracipiẽtes, et cõtraria prohibẽtes conuenienti vigore sanciẽdo*. videndus S. Thomas 1.2.q.66.*art*.5. *ad* 3. & nos pluribus deduximus *respons*. nostra 43. *nu*. 14. *cum sequentibus part*.2.

Libellus famosus dicitur, qui in infamiam alicuius publicè scribitur. ex Hadriano Papa in *can. qui in alterius famam publicè scripturam*. 1. 5. q.1. Vnde, qui scripserit, vel publicauerit, probare non valens, quæ dixit, atque cooperatores, & consilium dantes, præter infamiam, anathemati subduntur. ex Gregorio in *can. quidam maligni spiritus consilio repleius* 2. *eadem* 5. q.1. Hodie vero viget constitutio Pii V. de famosis libellis, quæ incipit: *Romani Pontificis*.147. in *Bullario nouo tom* 2. *fol*.259. Quam etiam refert in parte *Naldus in summa* verbo *littera nu*.6. *Farinacius cons* 30. *per totum*. & *nu*.25 *vol*.1.

Libellos famosos in Ecclesia ponentes anathematizantur. ex Concilio Eliberitano in *can. hi qui inuenti fuerint famosos libellos in Ecclesia ponere, anathematizentur* 3. 5. *quæst* 1. ibidemque Gratianus §. *item Codice lib*.9. *titulo de famosis libellis lege vnica*. Famosum libellũ, etiam si ab alio factum, & id ignorans, qui manifestauerit, lege Imperatoris vel auctor capitali sententiæ subiugandus erit.

Libellus conuentionalis debet offerri ei, qui prouocatur ad Iudicium, dato 20. dierum termino, vt deliberare valeat, cedat ne, an contendat. ex Iuris consultis, & Codice Gratianus in *can. inducia accusatis in criminalibus causis* 4. *col*.3. §. *offeratur ei, qui vocatur ad Iudicium, libellus*. 3. q. 3

Liberè id fieri posse dicimus, in quo alterius non indigemus assensu. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. cùm cessante causa* 60. *de appellationibus extra*. illis verbis: *liberè in causæ cognitione procedat*. Sine videlicet alterius consensu, vel impedimento. & ibidem *Abbas*. & ex eodem Innocentio in eodem Concilio in *cap. de multa prouidentia* 28. §. *is quoque ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius liberè conferat, cui meritò viderit conferendum. de prębendis, & dignitatibus*. Libere. hoc est ex se, & sine alterius, vel impedimento, vel consensu. Patet. ex Honorio Tertio Capitulo Caralitano in *cap. & si vnanimiter vota vestra concurrerint*.6. §. *fine finali de postulatione prelatorum*. illis verbis: *Cum sis alligatus Ecclesiæ, liberum non habeas, sine nostra permissione, volatum*. Nec diuersimode ex Honorio Tertio in *cap*.

*cap. vestro postulasti certificari responso* 15. *de pœnitentiis & remissionibus.* De Indulgentiis Archiepiscopo respondens: *Quod per prouinciam tuam liberè poteris huiusmodi concedere litteras*. & notat *Gloss.* ibidem verbo *per tuam prouinciam*. Quia à nullo, ne id faciat, prohiberi potest. deducitur ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. dudum à Bonifacio Papa octauo* 2. §. *nos autem pij patris more laudabili. de sepulturis*. verbis illis: *Statuimus, & ordinamus, vt dictorum ordinum Fratres in Ecclesiis, & locis eorum, ac in plateis communibus liberè valeant Clero, & populo prædicare.* Liberè, hoc est, sine alterius facultate, & impedimento. & ibidem §. *si vero iidem prælati præfatis fratribus &c.* illis verbis: *vt confessiones sibi confiteri volentium, libere, liciteque audire valeant* ibique *Gloss.* verbo *libere*. sequiturque *Nauarrus de spoliis Clericorum* §. 3. *nu.* 4. *vers. nec obstat. Surdus decis.* 272. *nu.* 24. *Gratianus Forens part.* 1. *cap.* 23. *nu.* 23. Libere quoque fieri dicitur, quod nulla conditione adiecta fit. noster *Maranta cons.* 48. *num.* 3.

Liberalitas perfecta, fide, causa, loco, tempore commendatur, vt primum opereris circa domesticos fidei. S. Ambrosius lib. 1. de officiis in *can. non satis est benè velle, sed etiā bene facere* 14. *dist.* 86.

Liberalitas illa probanda est, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen, vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus: causam enim natura præstat, non gratia. S. Ambrosius in *can. est probanda illa etiam liberalitas.* 16. *distinct.* 86. Non gratia, siue affectio *gloss.* ibidem explicat. Pulchra enim liberalitas est, in ipso quoque pauperis dato, mensuram tenere, vt abundes pluribus, non cociliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Idem Ambrosius in *can. pulchra etiam liberalitas est* 18. *eadem distinct.* 86. Quia nimirum in ipsa liberalitate modus adhibendus est, rerum & personarum: rerum, vt non omnia vni, sed singulis quædam præstentur, vt pluribus prodesse possimus; iuxta illud Prophetæ: (psalmo 111.) *Dispersit, dedit pauperibus.* Personarum, vt primum iustis, deinde peccatoribus: quibus tamen dare prohibemur, non quia homines sunt, sed quia peccatores. Gratianus in *can. fratrem nostrum Marinianum* 6. §. *in ipsa autem liberalitate distinct.* 86.

Liberalem necessitatem patientibus oportet esse Sacerdotem: alias autem vacuum portabit nomen Episcopus: Gratianus in *can. cum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata* 5. § *liberalem quoque necessitatem patientibus oportet esse sacerdotem. distinct.* 86. Nam donare histrionibus non liberalitas, sed vitium est immane. ex Augustino in *can. donare res suas histrionibus* 7. sicut etiam venatoribus. in *can. qui venatoribus donant* 8. *eadem distinct.* 86. subnectens ibi: *Qui donant histrionibus, qui donant auguris, qui donant meretricibus, quare donant? Numquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.*

Libertas ex vino perdita est, & seruitus introducta. Namque manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas; Nemo sciebat à consorte naturæ suę obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Ambrosius libro de Elia & ieiunio in *can. sexto die bestię sunt creatę* 8. §. *manebat antequam vinum inueniretur. distinct.* 35.

Libertas est vbi Spiritus sanctus. Ex illo Apostoli (2. ad Corinthios 3. 17) *Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas*. Deducitque Vrbanus Papa Secundus in Capitulo sancti Ruffini in *can. Duę sunt (inquit) leges* 2. *in fine* 19 *q.* 2. Quis lex iusto non est posita: sed iniustis, & non subditis, impiis, & peccatoribus; sceleratis, & contaminatis, patricidis, & matricidis, homicidis, et fornicariis, masculorum concubitoribus, plagiariis, mendacibus, periuris, & si quid aliquid sanæ doctrinæ aduersatur. idem loquitur Apostolus Paulus (*1. ad Thimotheum* 1. 9)

Libertati Christianos homines restituere, quos natura liberos protulit, & ius gentium iugo substituit seruitutis, magnum, atque piissimum opus æstimatur. ex Gregorio Montanæ, & Thomę in *can. cum redemptor noster* 68. 12. *q.* 2. Sicut Christus redemptor noster, ideo humanam voluit carnem assumere, vt diuinitatis gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis, pristino nos restituit libertati. ibidem.

Libertati mala voluntas permittenda non est, sed reprimenda, merito pater filium flagellat, vt eum reprimat, neque suę relinquatur libertati mala faciendi. ex Augustino ad Donatum presbyterum in *can. displicet tibi, quia traheris ad Salutem* 38. §. *dicis, Deum dedisse liberum arbitrium* 23. *q.* 4. pluribus probat exemplis.

Libertate qui prædicti non sunt, ordinandi nō sunt, quia serui; & ad fastigium sacerdotii non promouendi. ex Leone Papa omnibus Episcopis in *can. admittuntur passim ad ordinem sacrum* 21. ibique atiam Gratianus §. *de seruis monasterii quæritur. distinct.* 54.

Libertatem dare non potest, qui dominium nō habet. Merito Abbas, vel monachus monasterii seruum libertati donare non potest; quia nihil proprium habet. Libertatem proinde rei alienæ dare non potest. ex octaua Synodo in *can. Abbati, vel monacho* 22. *distinct.* 54.

Liber quisque natura oritur; fit autem ex accidenti seruus. Nam ab initio natura homines liberos protulit, ius verò gentium iugo substituit seruituris. ex Gregorio Montanæ ex Thomæ in *can. cùm redemptor noster totius conditor creaturę* 68. 12. *q.* 2.

Liber est, qui causa sui est; & seruus, qui non

cau-

causa sui operatur, sed quasi ab extrinseco motus. 1. metaphysices a. *S. Thomas* 2. 2. q. 19. art. *in respons. Tiraquellus in l. si vmquam*, verbo *reuertatur num.* 135. *C. de reuocandis donationibus. Ciarlinius forensium controuersiarum part.* 1. *cap.* 90. *num.* 10.

Libero arbitrio simpliciter sine gratia Dei homo saluari non potest: Sed per liberum arbitrium homo se habilem reddit, vt ei Dei gratia infundatur, & cum Dei gratia, & libero arbitrio quis bene opereretur, & saluetur. ex Concilio Milenitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus Romanę Ecclesię Legatus contra Pelagium. in *can. placuit, vt quicumque dixerit ideo nobis gratiam iustificationis dari* 156. *siue finali de consecratione distinct.* 4. ibique *Glos.* verbo *gratiam*. Nam libero arbitrio contra Dei misericordissimam veritatem pugnare possumus. veluti de Pharahone, & Nabuchodonosore Regibus Augustinus libro de prędestinatione in *can. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22. 23. q. 4. disserit, in fine sequentibus concludens: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quòd vnus manum Dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?*

Liberum arbitrium est facultas voluntatis, & rationis. *S. Thomas* 1. 2. q. 1. art. 1. *in respons.* pluribus *Nauarrus* in *can. si enim inquit de pœnitent. distinct.* 2. *num.* 6. & in *can. sinuli eadem dist.* 2. *num.* 3. & in *can.* a. *de pœnitent. distinct.* 7. *num.* 24.

Libertus est, qui ex seruitute in libertatem donatus est. ex Concilio Hispalensi in *can. octaua discussio* 6. & ex Concilio Toletano Tertio in *can. de libertis autem hoc pręcipit sancta Synodus* 63. 12. q. 2.

Libertis Ecclesiæ à patrocinio Ecclesiæ, quę numquam moritur, discedere numquam possunt, & tam ipsi, quam eorum liberi sub patrocinio Ecclesiæ perdurare debent, sed iuxta virtutem suam obsequium ei, & obedientiam præbeant. ex Concilio Toletano Quarto in *can. liberti Ecclesię, quia numquam moritur eorum patrona* 65. 12. q. 2. Quod si ingrati fuerint, aduersus eos ingrati actio iustè dirigitur, vt ad seruitutis nexum reuocentur, & qui superbire nouerunt adepta libertate, proditi, discant obedire subiecti. ex Concilio Hispalensi Secundo in *can. octaua discussio agitata est* 62. *eadem* 12. q. 2. & ibidem *can. liberti Ecclesiæ* 61. Potest tamen libertus Ecclesiæ remissionem obtinere patrocinii præstandi si duos alios per commutationem dederit seruos; non tamen accusare postmodum Ecclesiam, quod si fecerit, stante commutatione in seruitutem propriæ reuocetur Ecclesiæ, cui nocere conatur. ex eodē Concilio Toletano IV. in *can. Episcopus, qui mancipium iuris Ecclesiæ* 58. ibique Gratianus §. *libertus enim.* 12. q. 2.

Liberti Ecclesiæ scribere debent professionem suam, qua se profiteantur de familia esse Ecclesiæ, & ab eius obsequio se numquam recessuros. Gratianus in *can. de libertis autem hoc pręcipit sancta Synodus* 63. §. *ne verò longinquitate temporis.* 12 q. 2. & ibidem in Concilio Toletano Sexto in *can. longinquitate sępe sit temporis* 64. Debent proinde ipsam professionem renouare nouo succedente in Ecclesia Episcopo, quod si, post annū non fecerint, in seruitutem rediguntur. ibidem. Sicuti si negotia Ecclesiæ gerere renuerint, in seruitutem rediguntur. ex Concilio Agathensi in *can. diaconi, vel presbyteri in parochia constituti* 35. §. *libertos tamen, quos sacerdotes, vel diaconos. eadem* 12. q. 2. Notat plura Gloss. ibidem verbo *fecerint* differentiam quoque distinguens inter libertos Ecclesiæ, et priuatorum. Serui vero donati Ecclesię pretio redimi non possunt. ex Concilio apud Tansiacum in *can. iniustum videtur, & impium, vt mancipia, quæ fideles* 55. *eadem* 12. q. 2.

Licentia propriæ libertatis assumendi sibi statum, quem voluerit, nemini coaretanda erit. ex Concilio Toletano Secundo in *can. de iis, quos voluntas parentum* 5. *in fine distinct.* 28. dicente Concilio: *Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre non possumus.*

Licentiam fornicandi dare videtur, vxori, qui ab illa abstinet sine licentia, atque illius consensu. Peccatum ergo illius, eius imputabitur abstinentiæ: ex Ioanne Chrysostomo in *can. si tu abstines sine vxoris voluntate* 24. 27. q. 2. Si ergo illa fornicata fuerit, de fornicatione, et adulterio dicere haud poterit: quia in causa ipse fuit, vt fornicaretur. *Gloss.* ibidem verbo *imputabitur*.

Licentiam non immeritò habēt Iudæi suas solemnitates iuxta legem à Domino Deó eis traditam celebrandi; ex hoc enim prouocandi sunt monitis, vt ad fidem conuertantur. ex Gregorio Paschasio Episcopo Neapolitano in *can. qui sincera intentione* 3. *distinct.* 46. circa finem sequentibus inferens: *Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere; vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quę dicimus, ad sinum matris Ecclesiæ (Deo possimus adiuuante) conuertere.* Neque propterea eos permittit Ecclesia peccare; sed dumtaxat dimittit eos à pœna liberos, cum alias illos ad fidem cogere non valeat. Secus tamen esset si in contemptum fidei solemnitates illas celebrarent. adnotat *gloss.* ibidem verbo *licentiam*. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Senonen, et Episcopo Parisiensi in *cap. & si Iudeos* 13. *extrà de Iudęis, & Sarracenis, & eorum seruis.*

Licitum hoc non est, nec licet, quod Dominus prohibet. ex Augustino ad Pollentium in *can. iam nunc illud videamus* 8. *non multo post principium* 28. q. 1. ibique *gloss.* verbo *vetat.* quæ argumentum deducit: *Aliquid esse hoc ipso licitū, quod nō est à Domino vetitum.* ex eodem Augustino in *can. quod si dormierit vir eius* 13. 31. q. 1. illis verbis in principio: *Nec nobis definiendum est, quod non definiit Apostolus.* Ergo nec prohibendum, quod à Domino vetitum non inuenitur: Quia, vt *Gloss.* ibidem

dem verbo *nec nobis definiendum est*. infert: *Non licet alicui definire, vel determinare, vel excipere, quod canon non excipit, vel definit, vel determinat.*

Ligare qui potest, & absoluere potest. Sicut è contra; quem non potest absoluere, non potest iudicio ligare. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorē in *can. inferior sedes superiorem absoluere non potest 4. distinct. 21.* & dixit *Gloss. in can. electionem vero summorum sacerdotum 11. siue finali in glossa 1. in fine distinct. 79.* Rationem excipe ex Ambrosio in *can. verbū Dei dimittit peccata 51. de pœnitentia distinct. 1.* Qui verbis loquitur ambrosiam redolentibus: *Dominus par ius & soluendi esse voluit, & ligandi, qui vtrumque pari conditione permisit. Ergo qui soluendi ius non habet, nec ligandi habet.* vbi *Gloss.* verbo *nec ligandi.* regulam statuit. ex Vlpiano lib. 20. ad Edictum in *l. nemo, qui condemnare 38. ff de regulis Iuris.* decente Vlpiano: *Nemo, qui condemnare non potest, absoluere potest.* Et regula hæc nullam admittit fallentiam, si in genere exaudiatur. ex *Gloss.* ibidem *in principio.* Quia qui Iurisdictionem nullam obtinet nec ordinariam, nec delegatam, sicut condemnare nullum potest, ita neque absoluere. Et Dominus *(Matthæi 16. 19)* dixit Petro, & in Petro dixi Ecclesię: *Quodcumque ligaueris super terrā, erit ligatū, & in cœlis, et quodcumque solueris super terram, erit solutū in cęlis.* Alioquin hęc sententia, aut Domini non est, aut vera est. verbis loquimur Calixti Papæ I. ad Episcopos Galliarum in *can. ponderet vnusquisque sermones suos 14. §. Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit distinct. 50.* & Augustinus in *can. pœnitentes 10. de pœnitentia dist. 3.* sic exprimit: *Quæ ligaueris in terra, erunt ligata, & in Cęlo.* inferēs: *Audis ligaturā, & Deo putas facere imposturā? pœnitentiam agis, genua figis, & rides, & subsannas patientiam Dei? Si pœnitens es, pœnitet te, si non pœnitet, pœnitens non es. Si ergo pœnitet, cur facis, quod malè fecisti? si fecisse pœnitet, noli facere: si adhuc facis, certè non es pœnitens.* Nec diuersimode Ambrosius in *can. si Petrus volens percussit aurem 17. 24. q. 1.* De seruo loquens, cui amputauit auriculam, sic inferens: *Tollit ergo Petrus aurem. Quare Petrus? Quia ipse est, qui accepit claues Regni cœlorū. Ille enim. cōdēnat, qui et absoluit: quoniā ligandi, et soluēdi idē adeptus est potestatē.*

Limitata causa limitatum producit effectum. Neque enim causa maiorem se producere effectum potest. Effectum ergo simile sibi producit causa. ex Florentino lib. 6. Institutionum in *l. in agris limitatis ius alluuionis locū non habere constat 16. ff. de acquirendo rerum dominio.* Concinitque Vlpianus lib. 4. Disputationum in *l. cancellauerit quis testamentum 2. ff. de his. quę in testamento delentur, inducuntur, & inscribuntur.* Quatenus probat: cancellationē restringi ad rationem ipsi cancellationi adiectam. ex *Bart.* ibidem. & verbis fatur Vlpianus dicens: *Multum interesse arbitror, vtrum illum tantum fraudare voluerit hęreditate: an verò causa illius totum testamentum infirmare, vt scilicet vnus causam inductionis prębuerit, verum omnibus obsuerit.* Quia nimirum in primo casu limitata causa limitatum producit effectum. Nec potest causa maiorem se producere effectum. optimè *Nauarr. cons. 43. num. 8. in fine lib. 5. de simonia.* Argumento textus Innocentii Tertii in Concilio Generali in *cap. licet ex quadam necessitate 47. paulo post principium de testibus, & attestationibus extra. Surdus decis. 333. num. 11.* diximus *responsione* nostra 7 *num. 50. par. 4.* Et in superioribus verbo *effectus.*

Ligna Ecclesiæ dedicata non debent ad aliud opus iungi, nisi ad aliam Ecclesiam; vel igni sunt comburenda; vel ad profectum in monasterio fratribus: in laicorum vero vsum non debent admitti. Hyginus Papa in *can. ligna Ecclesię dedicata 38. de consecratione distinct. 1.*

Lingua mentiendo occidit, sanguinemque fundit. ex Augustino in *can. nemo peritorum, aut prudentium putet 81. 11. q. 3.* verba sunt Augustini: *Nemo peritorum, aut prudentium putet, quòd minus sit periculum in verbis, lingua mentiendo, quàm manibus sanguinem fundendo.* Quāuis contra se mentiatur, vnde, & vitam perdat. Talis enim dicitur homicida. *Glo.* ibidem verbo *lingua.* Sicut Iudæi quasi lingua Dominum crucifixerunt dicentes: *Crucifige eum.* Quia Iudæi crucifixerunt eum hora tertia lingua; milites hora sexta manibus. Merito vnus Euāgelista dixit: Dominum crucifixum esse hora tertia, alius sexta. Augustinus in *can. perniciosè se decipiunt, qui existimant 23. de pęnitentia dist. 1.*

Linguam ream, non facit nisi mens rea. Vnde interest quemadmodum verbum procedat ex animo. ex Augustino in *can. homines falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. 3. in fine 22. q. 2.* & Gratianus in *can. quęritur cur patriarcha mentiri voluit 22. §. Episcopus vero iste, de quo agitur. eadem 22. q. 2.* Hinc vero est, quod linguę lubricitas, vel lubricum ad pœnam facile trahendum non est. ex Modestino lib. 12. Pandectarum in *l. famosi, qui ius accusandi non habent 7. circa medium ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* dicente illo: *Nec lubricum linguę ad pœnam facile trahendum non est.* vbi *gloss.* verbo *linguæ* refert textum in *l. si quantitatē 2. C qui bonis cedere possunt.* verbis illis Philippi Cęsaris. *Frustra vereris ne verbum bonorū cessionis temere à te prolatum, priuare te, nec dum distractis facultatibus iuris rationibus possit.* vbi *Gloss.* verbo *temerè.* adnotat dicens: *Nota: verbum temerè dictum, non pręiudicare.* Ex Paulo lib. 30. ad Edictum in *l. quidquid calore iracundiæ vel fit, vel dicitur, non priùs ratum est, quàm si perseuerantia apparuerit iudicium animi fuisse. Ideoque breui reuersa vxor, nec diuertisse videtur.* prosequiturque *Card. in Clement. finali in fine de hęreticis. Royas de hæreticis part. 1. nu. 66.*

Linguæ proprietas in scripturis etiam diuinis perpendenda. Nam verba secundum cuiusq; linguæ proprietatem accipienda sunt. *Habet enim omnis lingua sua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.* Augustinus de vera

reli-

religione in *can. locutio diuinarum scripturarum* 14. *distinct.* 38.

Lingua impiorum non mirum si transeat in terra, cum in cœlum os ponere non vereantur. Dauidem excipe (*psalmo* 72. 8. & 9.) de iniquis dicentem: *Cogitauerunt, & loquuti sunt nequitiam: Iniquitatem in excelso loquuti sunt: Posuerunt in Cœlum os suum: & lingua eorum transiuit in terra.* Merito Dioscorus Alexandrinus Antistes damnatus fuit, vt Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem scribit in *can. in tantum hanc præsumptionem sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt.* 9. *siue finali distinct.* 21 Q[uia] ponens in cœlum os suum, lingua eius transiuit super terram, excommunicationem in Sanctum Leonem Papam dictando.

Linguæ sonum edere debent pastores Ecclesiæ, & clamare. vt per (*Isaiam* 58.) Dominus præcepit: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. quę verba Gregorius part. 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio* 1. *col.* 2. 5. *labia sacerdotis custodiunt scientiam. distinct.* 43. sequentibus elucidat: *Præconis quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum Iudicis, qui terribiliter sequitur ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos igitur, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quod super pastores primos in linguarum specie Spiritus sanctus insedit: Quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit.*

Linguas peccantium vereri Prælatus non debet, ne forte malè de eo loquatur, sed peccatores redarguere: iuxta illud Apostoli; (1. *ad Timotheum* 5.) *Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant.* Nam dum vni parcunt, vniuersę Ecclesiæ moliuntur interitum. Origenes in *can. sed illud non otiose transmittendum est.* 17. *distinct.* 45. Rationem reddit: *Polluitur enim ex vno peccatore populus.* Nec est prętereundum, quin cum timore inculcandum, quod Hormisda Papa omnibus Episcopis per omnes prouincias scripsit in *can. si quis diaconus, aut presbyter* 29. *circa finem distinct.* 50. sequentibus exprimens: *Vereor ideo quia illi ipsi, quibus cùm periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur, cùm ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contra nos causam dicturi sunt, dicentes; quod dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus; non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: Quia vno peccante, contra omnes ira Dei deseuit.*

Lingua nisi ab obtrectationibus cohibeatur, & nisi mens ab iniquitate reuocetur, nihil omnino prodest homini, ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere. ex Pio Papa in *can. nihil enim prodest homini ieiunare* 23. *de consecratione distinct.* 5. Quia nimirum, vt Iacobus Apostolus, nos admonet epistola sua cap. 1. *Si quis putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Quam sententiam deduxit Concilium Toletanum XI. in *can. in loco benedictionis considentes Domini sacerdotes* 3. 5. *q.* 4. Cauere proinde quisque debet, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne aut ipse aliis detrahat, aut alios audiat detrahentes. *Pareant ergo singuli detractioni linguę, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur.* Anterus Papa loquitur in *can ex merito plebis non numquam episcopi deputantur.* 13. 6. *q.* 1. Nec sufficit oculos castos seruare, sed & linguam ibidem.

Lina capiendis piscibus texere, monachis etiā permittitur. Hieronymum audi ad Rusticum monachum scribentem in *can. numquam de manu tua* 33. *de consecrat. distinct.* 5. sic illum exhortantem: *Texantur & lina capiendis piscibus.* dixerat enim antea *Facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum.* Equidē, vt Salomon (*prouerbiorum* 13.) secundum Septuaginta versionem dixit: *In desideriis est omnis otiosus.* quem locum *Glossa* ibidem verbo *ociosus.* illustrem facit:

*Quęritur Aegistus quare sit factus adulter?*
*In promptu causa est, desidiosus erat.*

Prosequiturque *glossa* in *cap. nisi cùm pridem* 10. §. *verùm si propter alias causas.* verbo *ociositas. de renunciatione.* addens & illud.

*Ocia si tollas, periere Cupidinis arcus.*

Lis à contentione nomen accepit. ex Isidoro in libris Etymologiarum in *cap. forus est exercendarum litium locus* 10. §. *Iurgium dicitur. extrà de verborum significatione.* dicens: *Lis autem à contentione limitis prius nomen sumpsit, de qua Vergilius.*

*Limes erat positus, litem vt discerneret agris.*

Meminit Cardinalis *Mantica decis.* 322. *n.* 16. vnde *Gloss.* in *cap. causam, quæ inter oeconomum monasterii* 6. *circa finem* verbo *restituerent.* non multo post principium *de emptione, & venditione.* dixit: quia eo ipso, quod à lite receditur, magnum est commodum.

Lite pendente ordinatus, remouendus est. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Galliæ in *can. tantis Daniel grauatus testimoniis* 3. *distinct.* 81. ibique *Gloss.* verbo *obrepsit.* dicens: *Ex quo autem se promoueri fecit lite pendente, deponendus est, etiam si innocens inuenitur.* ex Gregorio Constantię Augustæ in *cap. omnipotens Deus* 4. *extra de accusationibus, inquisitionibus, & denunciationibus.* scribens: *Valde graue est, vt vir, de quo tanta, & talia nunciantur, (cum ante requiri, & discuti debeant) honoretur.* ibique *Gloss.* verbo nunciantur. referens dictum canonem Cœlestini *tantis. Daniel distinct.* 81.

Litigiosi in Episcopos ordinari non possunt, quia nesciunt inferre humiliter, quæ docent, sed arroganter. ex Gregorio in moralibus in *can. hoc habet proprium doctrina arrogantium* 1. *distin.* 46. Rationem reddit Gratianus ibidem §. *Ecce, quare litigiosi prohibentur in Episcopos ordinari.* inferens: *Litigiosi namque, vel adulationibus animos principum sibi conciliant: vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt, vel inter fratres discordiam seminando,*

*flando, seditionem numquam facere cessant: quę omnia in prçlatis damnabilia esse probantur.* Non ergo ordinandi.

Lis iudicialis libello oblato reo contestari debet. ex Gratiano in *can. inducię accusatis in criminalibus causis 4 §. libellū verò non alias actor dirigat. ad finem vsque 3. q. 3.* Et lis contestata dicitur per rei conuenti responsionem. Eius verò responsio debet esse clara, & verbis congruis facta. Nam litis contestatio per petitionem in iure propositam, & responsionem secutam fit. ex Gregorio IX. Abbati sancti Ioannis in Vineis in *cap. vnico in fine extra de litis contestatione.* Nec diuersimode Imperatores Seuerus, & Antoninus in *l. 1. C. de litis contestatione. in fine* dicentes: *Lis enim tunc contestata videtur, cum Iudex per narrationē negotii causā audire cęperit.* sequitur Rota apud *Duranum decis. 375. num. 16. part. 2.*

Liti quæ res supposita est, interim lite pendente in nullam transferri potest omnino personam, donec lis finita sententia fuerit. ex Gelasio Papa Quingesio Episcopo in *can. quia res litigio posita. 50. siue finali 11. q. 1.* Res vero dicitur litigiosa, de cuius dominio, vel quasi, causa vertitur inter petitorē, & possessorem. ex *Glo.* ibidem verbo *in litigio.* & notatur ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis ordinatus Episcopus 4.* & ex Concilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus ordinatus 5. distinct. 92.*

Litigare haud debet Episcopus pro rebus transitoriis, nec prouocatus ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. Episcopus nec prouocatus 2. 14. q. 1.* Debet tamen sua tueri; & per alium in Iudicio, non per se ipsum. ex Gratiano ibidem §. *quia ergo generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere* Ne dum humana lucra intendunt, æterna prçmia perdant. Cum ad solam laudem Dei, bonōrumque operum actiones constituantur. ex Anacleto Papa in *can. quia episcopus, vniuersique sacerdotes 3 siue finali 5. q. 3.* Merito Apostolus (*1. ad Timotheū 3.*) Episcopum eligi imperauit, *Non litigiosum.* Quia lis ex ignorantia prouenit, & garrulitatem nutrit. Et litigiosi parati ad lites in subiectos, tumidi euadunt. ex Gratiano in *summa distinct. 46.* ibidemque *Gloss.* in casus figuratione.

Litterę vel commendatitiæ, vel dimissorię, vel formata epistola dicitur. ex Gratiano in *summa distinct. 63.* exprimit *Gloss.* in *can. Ecclesiis semel consecratis Deo. 3.* ibique Gratianus §. *inter episcopos, & chorepiscopos distinct. 68.* verbo *formatas.* Docens: Formatas esse litteras, quibus quis eximitur à Iurisdictione sui Episcopi. Commendatitias, siue pacificas, quæ dantur Clerico viatori, quibus commendatur, vt pacifice possit exercere officium suum.

Litteras autem dimissoriales, vel commendatitias concedere is potest, qui ordinarius est. Is vero vel ratione originis, vel domicilii, vel Beneficii dicitur. ex Bonifacio Octauo in *cap. cum nullus Clericus 3. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum in 6.* Nec litteræ huiusmodi dimissoriales ad ordines complentur, nec cessant ob supremam diem concedentis. Quia huiusmodi rescripta peremnia sunt, cum sint gratię. ex Claudio Cęsare in *l. falsò assencratur 2. C. de diuersis rescriptis, & pragmaticis sanctionibus. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 3. cap. 49. q. 5.* Etiam re integra. *Martinus Fornarius de sacramento ordinis cap. 5. nu 4. vers. sexto nota, quod concessa ad calcem Cardinalis Toleti Instructionis sacerdotalis. Sayrus decis. 52. de temporibus ordinationum. Henriquez summa lib. 10. cap. 22. § 3. in fine.* vide *Sanchez de matrimonio lib. 8. disputat. 28. nu. 83. Barbosa de officio Episcopi allegat. 7. nu. 23.* Has litteras concedere non potest Capitulum intra annum sedis vacantis, nisi aliquis beneficii recepti, siue recipiendi necessitate coarctatus fuerit. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione 7. cap. 10. de reformatione.*

Litteras dimissoriales clericis non de facili Episcopus concedere debet, ne ouis quasi perdita, aut errans inueniatur. ex Leone Papa in *can. Episcopus subiecto sibi sacerdoti, vel alis Clerico 1. dist. 72.*

Litteras Vriæ portare, quis iurè timere potest. & proinde prouidere sibi poterit, illas aperiendo. vti prouerbiali Metaphora Innocentius Tertius Senonen Archiepiscopo scripsit in *cap. cum olim magister S. & B. 33. §. verum dictus B. in fine de officio Iudicis delegati.* verba sunt Innocentii: *Vnde timens ne litteras portaret Vria, illorum rescripta aperuit; & quod suspicatus fuerat, admuenit.* notat *gloss.* ibidem verbo *Vrię.* habetur. (*2. Regum 11.*) An vero peccet alterius aperiens litteras? affirmant in re graui. Nisi timeat sibi, vel communitati. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 45. nu 3. & nu. 4.*

Litteris sine commendatitiis sui Episcopi nemo Clericus recipi debet, præsertim vt ministret. ex Concilio Chalcedonen si in *can. extraneo Clerico, & lectori 7. distinct. 71.* Vnde recipi peregrini absque formata sui Episcopi, siue Clerici, siue laici, minime debent. ex Cōcilio Antiocheno in *can. nullum absque formata 9 siue finali eadem 71. distinct.* Formatæ Epistolæ exemplar traditur in *can. sanctissimo in Christo fratri 2. distinct. 73.* Harum formatarum modus hodie discessit ab aula. *eadem dis 73. Gl. in summa.* in casus figuratione. & decreuit Vrbanus Papa Secundus Abbati Sancti Ruffini scribens in *can. statuimus, ne pro fessionis canonicę quispiam 3. in fine 19. quęst. 3.* illis verbis: Discedentem vero nullus Abbatum, vel Episcoporum, *nullus Monachorum sine communi litterarum cautione* suscipiat.

Litteris Episcopi cum sigillo statur, & authenticæ habentur. ex decreto Honorii Papæ in *can. curę sit omnibus Episcopis 20. 11. q. 3.* ibique peroptimè *gloss.* verbo *Episcopis.* respondit q; Innocētius Tertius Archidiacono Parisiensi scribens in *cap. post cessionem 7. de probationibus.* dicens: *Cum igitur per litteras Iudicis ordinarii, quibus standum est, donec probetur contrarium. &c.* Vnde litteris Episcopi creditur

Ggg tam-

tamquam publicò Instrumento. *Gloss.* ibidem verbo *litteras Iudicis ordinarii.* Deduciturque ex Vrbano II. Abbati sācti Ruffini in *can. statuimus, ne professionis canonicę quispiam* 3. *in fine* 19. *q.* 3. dicente illo, atque præcipiente: *Discedentem verò nullus Abbatum, vel episcoporum, nullus monachorum sine communi litterarum cautione suscipiat.* Sunt ergo suscipiendæ Ordinariorum litterę, illisque standum. videndus *Aymon Crauetta cons.* 122. *num.* 14. plura deducit *Parisius de resignat. beneficiorum lib.* 8. *q.* 11. *num.* 19. *cum sequentibus ad finem.* *Rota decis.* 1. *de probationibus in nouis.* & *in recentioribus part.* 2. *decis.* 190. *num.* 1.

Locans operas suas ad sacrificandum, licitè pro labore eleemosynam accipere potest. ex Gregorio Episcopis Sicilię in *can. relatum est nobis sanctę memoriæ decessoris mei temporibus* 9. 10. *q.* 3. illis verbis: *Quæ ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dare debuisset.* ibidemque *Gloss.* verbo *summa.* & verbo *pro labore.* ex Concilio Agathensi in *can. clerici omnes, qui Ecclesiæ fideliter, vigilanterque deseruiunt* 30. *siue finali* 1. *q.* 2. sequiturque *Glossa* solemnis in *cap. significatum est nobis* 11. qui est Alexandri Tertii Præposito, & Capitulo Insulen. verbo *ita quod.* circa finem *de prębendis,* & *dignitatibus.* *Caietanus in summa* verbo *simonia in* 5. *regula vers. primum est, quòd locare operas suas.* *Lessius de Iustitia,* & *Iure lib.* 2. *cap.* 35. *dubio* 8. *num.* 45. *Aegidius de Coninch de sacramentis q.* 83. *dub.* 11. plura deduximus nos *respons.* nostra 33. *num.* 2. & 3. & *sequentibus per totam part.* 1.

Locus multipliciter accipitur, pro quantitate mensurante rem extra, vt sunt tempus, & locus. alio modo pro parte fundi. Tertio pro efficacia argumenti. vt est locus, maxima. vnde etiam dicitur locus sedes est argumenti. quarto pro conuenienti statu. quinto pro congregatione habitantium intra metas vnius loci. exprimit *Gl.* in *extrauaganti* Bonifacii VIII. *proinde attendentes* 2. verbo *Locus.* *de sententia excommunicationis inter communes.*

Locus facit præsumi contra aliquem. ex Hieronymo ad Amandum presbyterum in *can. non satis animaduertere potui* 3. *post principium.* 34 *q.* 1. illis verbis: *Legat libros Moysi, & inueniet desponsatam viro, si in Ciuitate fuerit oppressa, & non clamauerit, puniri quasi adulteram.* vbi *Gloss.* verbo *in Ciuitate.* quę argumentum elicit: *Quod ratione loci præsumitur contra aliquem.*

Locus proprius continet, & conseruat locatum. ex 4. *phisicorum.* quia certe non nisi in loco locatum erit. Vnde res extra locum proprium corrumpuntur. *Frater Bernardinus de Bustis part.* 3. *sermone* 36. *part. tertia sermonis in* 4. *causa mortis.*

Locus ad orandum si certa lege, consuetudine, voto, vel statuto Fundatoris fuerit firmatus, tam pro viuis, quàm pro defunctis, siue missa facienda, vel responsorio recitando, non sufficit alio si in loco dicatur. ex Gregorio IX. in *cap. nos quidem* 3. *de testamentis,* & *vltimis voluntatibus.* illis potissimum verbis; *Et cuncta secundum voluntatem defuncti sine altercatione construere.* ibique *gloss.* verbo *in loco.* & *Imola num.* 22. Concordat *Gloss.* in *cap. si pater filium, & filiam habens impuberes.* 1. *de testamentis,* & *vltimis voluntatibus in* 6. *verbo pauperes.* dicens: *Et de pauperibus loci proprii domicilii sensisse intelligitur, vbi fomentum viuens, consolationes, & seruitia à multis recepit.* videtur ergo locus in consideratione esse debere. Concinit in omnibus Clementis V. dispositio in Concilio Viennen in *Clementina quia contingit interdum* 2. *de religiosis domibus.* Quatenus memoria semper sic in ea, loca seruari, quæ testatores ad pia reliquerentdque Ordinariis locorum, vt etiā Apostolica auctoritate exequantur, demittit. sequitur *Abbas cons.* 96. *ad* 3. *dubium lib.* 2. *siue part.* 2. *Cappella Tholosana q.* 126 ibique *Aufrerius Addens.* *Nauar. cons.* 13. *num.* 2. *lib.* 3. *de celebratione missarum.* & *cons.* 8. *num.* 10. *eodem lib* 3. *de testament.* & *de oratione,* & *horis canonicis cap.* 5. *num.* 2. 3. & *num.* 11. & 12. vbi etiam refert, non satisfacere: & *nu.* 13. quin peccare. *in manuali cap.* 25. *num.* 134. sequitur *Melchior Phœbus decis. Lusitanię* 100. *num.* 6. & *sequentibus.* Riccius in praxi cappellaniarū, part. 1. *resolut.* 338. *num.* 3. *Barbosa d. cap. nos quidem* 3. *nu.* 5. *de testamentis.* Concordat textus Labeonis siue Iaboleni lib. 1. in posterioribus Labeonis in *l. quę conditio ad genus personarum.* 39. §. *cum ita in testamento scriptum erat. ff. de conditionibus,* & *demonstrationibus.* quo loco maxima fit perpenno loci designati à testatore.

Locus si mutetur, mutatur quandoque & mentis affectus. ex Isidoro sententiarū de summo bono in *can. valet interdum conuersis pro animę salute mutatio loci* 9. *distinct.* 81. Rationem reddens: *Plerumque enim cum mutatur locus, mutatur & mentis effectus. Nam locus vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sępe ibi vel cogitauit, vel gessit.* Et hoc remedium datur ab Innocētio Papa II. Othoni Lucensi episcopo scribente in *can. ab isto die in antea* 9. 35. *q.* 6. Non licet ergo loca reuisere, in quibus quis peccauit, ne ex memoria mens agitetur ad illa, quæ male gessit. *Indignam enim refricat facti memoriam.* vt Augustinus respondit super leuiticum in *can. mulier, quæ accesserit ad omne pecus* 4. *in fine* 15. *q.* 1.

Locus religiosus efficitur si Deo dicetur, atque Pontificis auctoritate destinetur. vnde non debet amplius mundanis vsibus deputari. ex Vrbano Tertio Ariminen Episcopo in *cap. ad hęc* 4. *de religiosis domibus,* & *vt Episcopo sint subiectę.* Namque locus in quo ministri degunt in sorte addicti Dei, & quorum Deus sors est. ex *Isidoro* in *can. cleros, & clericos hinc appellatos credimus* 1. *distinct.* 21. Sacer efficitur; quia sicut illi, ita locus diuinis officiis mancipatus reperitur. ex Hieronymo ad quendam suum leuitam de duobus generibus hominum in *can. duo sunt genera Christianorum* 7. 12. *q.* 1 *S. Thomas* 3. *part. q.* 63. *art.* 8. *in corpore.* deduximus *respons.* nostra 7. *num.*

38. &

38. & 39. *part. 5.* Nãque, vt Chrysostomus fatur in *can. multi sunt sacerdotes* 12. *distinct.* 40. rationem reddens: *Quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; nō locus sanctificat hominem, sed homo locum, non omnis sacerdos sanctus, sed omni sanctus sacerdos.* vbi ergo ministri degunt Dei, qui ipsi sacri sunt, & locus sacer erit. deducit *Nauar. in manuali cap. 25. num. 17. & 18.* plura deducit Gloss. in *can. in Ecclesiastico namque libro scriptum est* 14. 13. q. 2. verbo *si terram.* dicens: *Et dico, quod terra sit sacra; vel religiosa auctoritate pontificis.*

Locum sanctorum tenere, sanctum non efficit hominem, sed qui exercent opera eorum. Ex Hieronymo ad Heliodorum in *can. non est facile stare in loco Pauli* 2. *distinct.* 40. Verba sunt Hieronymi: *Non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum: Sed qui exercent opera eorum.* eodem Hieronymo teste in Micheam. in *can. Ecclesiæ Principes, qui deliciis affluũt* 4. *in fine distinctione* 35. inferente: *Si in Apostolorum loco sumus, nō solùm sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur.* Nec diuersimode Gregorius in *can. nos, qui præsumus* 3. *eadem distinct.* 40. dicẽs: *Nos, qui præsumus non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus: nec vrbiũ claritate, sed fidei puritate.* Namque ex eodem in *can. sequenti. Non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: Sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.*

Locum gubernaculorum accipere nemo debet, qui remum tenere non nouit. ex Augustino ad Valerium in *can. ante omnia peto, vt cogitet prudentia tua* 7. *distinct.* 40. in fine de se loquente: *Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.* si Augustinus ita de se ipso confidat Episcopus!

Locis, & personis, & temporibus quid conueniat diligenter inspiciendum est, & attendendum, ne temere flagitia reprehendamus. ex Augustino de doctrina Christiana in *can. quisque rebus prætereuntibus restrictiùs vtitur* 1. *§. quid igitur locis & temporibus, & personis. distinct.* 41. Rationem reddit. *Gloss.* ibidem verbo *flagitia.* Quia nimirum *dubia in meliorem partẽ sunt interpretanda.* ex Beda in homiliis in *cap. estote misericordes* 2. *de regulis iuris extra.* Rationem reddẽre: *Nisi, vt ea facta, quę dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur.* pluraque notat *Gloss.* ibidem verbo *in meliorem.*

Loca amanda sunt pro rebus, non pro locis res. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum. in *can. nouit Fraternitas tua* 10. *distinctione* 12. qui sic fatur; *Non enim pro locis res Sed pro rebus loca amanda sunt. Ex singulis ergo quibusque Ecclesiis, quę pia, quę religiosa, quę recta sunt elige: & hęc quasi in fasciculum recollecta apud Anglorum mẽtes in consuetudinem depone.* Non ergo probandæ sunt malę consuetudines, quia locus bonus est, in quo seruantur: sed omnia discernenda.

Loca solitaria, & occulta, ex se ipsis sine gratia Dei animam saluare non possunt. ex Gregorio in *can. quælibet occulta loca sine gratia Dei animam saluare non possunt.* 10 *dist.* 40. inferente in fine: *Quid enim paradiso iucundius? quid Cœlo securius? & tamen homo ex paradiso, & angelus de cœlo præcipitando cecidit.* vbi gloss. verbo *cecidit.* Rationem reddit: *Et hæc est causa, quare nos persequitur: quia nos illuc debemus ascendere, vnde ipse descendit.* Et can. sequenti *Adam.* & Loth in ipsa peruersa Ciuitate fuit iustus, in monte peccauit. Gregorius in eodem *can. quælibet occulta loca.* Non itaque loca solitaria ex se sanctitatem dant.

Loca omnia in honorem, & in nomine Dei ædificata honoranda sunt. ex Cõcilio Gangrẽsi in *can. parsimoniam cum veste humili non reprobamus* 5. *circa medium dist.* 41.

Loca sacra, vt in illis sepeliantur, qui in peccatis mortui sunt, non prosunt. ex Augustino in *can. quibus peccata dimissa non sunt* 16. 13 q. 2. Rationem reddit: *Quia quos peccata grauiora deprimunt, si in sacris locis se sepeliri faciunt: restat, vt de sua præsumptione iudicentur: quia eos sacra loca non liberant; sed culpa temeritatis accusat.* Quia locus non sanctificat hominem. *Gloss.* ibidem verbo *à sacris locis.* deducit. Inde quippe sacris in locis sepeliuntur, quos grauia peccata non deprimunt, quod eorum proximi quoties ad eadem sacra loca accesserint, suorum, quorum sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Domino preces fundunt. *Nam quos peccata grauia deprimunt; non ad absolutionem potiùs, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in Ecclesiis ponuntur.* verba sunt Gregorii in *can. cum grauia peccata non deprimunt.* 17. *eadem* 13. q. 2.

Locus rursus debet esse ei, qui in Iudicio conuenitur, in quo nulla sit vis multitudinis formidanda, & non sit difficilè testes producere, vel certas personas; in causa præsertim matrimoniali. ex Nicolao Papa Carolo Regi in *can. siue de coniugii fœdere, siue de adulterii crimine iudicium agitandum sit* 4. 33. *quæst.* 2. Et hoc prouidere Iudex debet, vt locus sit securus. ex *Gloss.* ibidem verbo *etiam locus.* Quia sine formidine adesse Iudicio quisque debet. ex Pelagio Papa Decorato Patricio in *can. hortamur, vt sub timore Domini.* 10. 3. q. 9. illis verbis: *Omnem personis, quæ veritatem causa istius scire possunt, faciatis amputare formidinẽ, & vestris præsentari conspectibus.* ibique *Gloss.* verbo *amputari.*

Loci qualitas permittit aliquem discedere; & Episcopum mutari. ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in *can. quorundam ad nos relatione peruenit* 6. *distinct.* 74. verbis illis: *Ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflictum.* idemque Gregorius Aregio Episcopo Francorum in *can. communis filius Petrus Diaconus* 10. *non longe post principium distinct.* 23. dicens rationem: *Sed quia ita hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit &c.* ibique *Gloss.* verbo *suorum infirmitate.* notans: *Quod propter intemperiem loci aliquis excusatur.*

Locus regiminis, sicut desiderantibus negandus

dus est, ita fugientibus offerendus. Gregorius Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quaesisse narratis 9. in ipso principio. 8. q. 1.* plura adnotat *gloss.* ibidem verbo *fugientibus*. ad notata per Augustinum ad Valerium in *can. ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua 7. distinct. 40.* de se ipso verba facientem in fine, & dicentem: *Et eo tempore, quo discere coeperam vis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.* Fugientibus ergo, non desiderantibus gubernacula tradenda sunt.

Locum tenens alterius debet, vt ille honorari, quamuis ipse sit inferior. ex Sexta Synodo in *can. praecipimus ne diaconus. 16. dist. 93.* Dicente Synodo, ac rationem reddente: *Tunc enim sicut illius locum tenens honorabitur.* Quia illius, cuius locum tenet, priuilegio fruitur. ex *gloss.* ibidem verbo *tunc*.

Loci ratione, vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo non praesumitur, sed ex virtute. Ambrosium libro de paradiso dicentem excipe in *can. illud autem animaduerte 9. dist. 40.* Qui sic fatur, rationem reddens: *Vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur; & illa, quae in meliore loco, hoc est in paradiso facta est inferior reperitur.* Ita Ambrosius. ibique *gloss.* verbo *non loci*. ex Hieronymo ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperum inopiae prouidere 71.* in principio *12. q. 2.* illis verbis: *Natus paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem saturare ventrem poteram, nunc similam, & mella fastidio.* Non ergo locus facit pro aliquo, sed virtus. vnde in fine infert: *Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est.* interea *gloss.* ibidem verbo *Hierosolymis*: commentum.: *Id est: non tantum esse praelatum: sed opera praelati facere, laudabile est.* Alioquin mendacium est. ex Ambrosio in *can. cauete mendacium 20. 22. q. 5.* dicente: *Mendacium namque est, christianum se dicere, & opera Christi non facere. Mendacium est, Episcopum, sacerdotem, vel clericum profiteri, & contraria huic ordini operari.*

Loculos habuit Dominus, cui Angeli ministrauerunt; nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat. Ideo furem admisit, nisi vt eius Ecclesia fures patienter toleraret. ex Augustino in *can. exemplum Domini accipe conuersantis in terra. 12. 12. q. 1.* Et Dominus sublevabat indigentiam pauperum etiam ex his loculis, quos ex operibus implebat aliorum, vt nos instrueret, non esse contemnendam eleemosynam quae quibusdam pauperibus iure humanitatis impenditur. ex Augustino in *can. duo ista nomina, cum dicimus, homo, peccator. 35. §. ita nulli homini claudenda est misericordia 23. q. 4.*

Locutio vel Dei, vel hominis est. Locutio ergo Dei, inspiratio est, qua voluntatem suam suggerit in corde credentium, & eorum, qui eam audire sunt digni. Ex Dydimo de Spiritu sancto in *can. Saluator, qui & veritas 40. siue finali de consecrat. distinct. 5* Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris (per Spiritum sanctum videlicet) quae non agit perperam. ex Augustino in *can. illud plane non temere dixerim 87. 11. q. 3.*

Locutio humana verbis fit, & propterea instituta, vt per verba in alterius notitiam animi sui cogitationes homo proferat. ex Augustino in Enchiridion. in *can. is autem, qui mentitur 4. in principio 22. q. 2.* Debet proinde esse vera, vt sicut mente, cordeque agitatur, sic proferat locutione. ex Chromatio in *can. iuramenti hec causa est 12. 22. q. 5.* Consideremus itaque quid loquamur: Quia pro omni otioso verbo reddituri sumus rationem in die Iudicii. Hieronymus eloquitur in *can. quoties verò loquimur 21. 22. q. 5. in fine.* Neque sermones eius inutiles esse debent, vt percutiat conscientias infirmorum, sed eum proferat, qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere. secundum Apostolum (*ad Titum 1.*) deducitque Anacletus Papa ad Episcopos Italiae in *can. sane percussor ille dicitur Doctor. 18. siue finali dist. 45.*

Locutionis sermo clauis aperitionis aestimatur. Quia Clauis aperitionis est sermo Doctoris increpantis, & corrigentis. Increpatio enim culpam detegit, quam saepe nescit ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait: (*ad Titum 1.*) *Vt potens sit in doctrina sancta exhortari: & eos, qui contradicunt redarguere.* Deducitque Gregorius in pastorali. in *can. sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo. 1. col. 2. circa finem. 9. hinc rursus delinquenti populo dicitur. distinct. 43.* Debet autem esse discretus, ne tacenda proferat, aut proferenda reticescat: *Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit: Ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit.* Vt ibidem in principio & ex Hieronymo in *can. quoties verò loquimur 21. 22. q. 5.* Quoties loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco, aut, vt non conuenit audientibus; toties sermo malus procedit de ore nostro ad destructionem eorum, qui audiunt. Ponderare proinde quisque debet sermones suos; vt, quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. ex Calixto Papa ad Episcopos Galliarum in *can. ponderet vnusquisque sermones suos 10. distinct. 50.* Rationem reddit Gloss. ibidem verbo ponderet, nec extra rem. *Quia, qui cito fatur ad poenitentiam properat. vt dicit Seneca.*

Locutio immonda est eorum, qui negligunt oris maledici consuetudinem resecare: etiam si non ex corde maledicant: etiam si non voto, & animo iniquo proferant maledicta; tamen immunditiam labiorum (secundum Esaiae verbum) & inquinamenta oris incurrunt. ex Hieronymo in Leuiticum. in *can. qui negligunt oris maledici consuetudinem 3. 24. q. 3.* Inter quae meritissimo nos exhortatur Anterus Papa in *can. ex merito plebis non numquam Episcopi deprauantur. 13. 6. q. 1.* super illud (psal-

(psalmi 49.) *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris: Et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum.* inferens: *Parcant singuli detractioni linguę, custodiantque sermones suos & sciant, quia cuncta, quę de aliis loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter referat. Officii singulorum sit, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quod in cuiusquam domo agatur, alia domus per eos vmquam nouerit.*

Loquentium obtrectationibus non est curandum, dummodo à tramite veritatis non deuiemus. ex Innocentio Tertio Trecensi Episcopo in *can. magnę deuotionis. 7. §. cum igitur in lege veteri. de voto, & voti redemptione.*

Loth de ebrietate, non sane de incestu culpatur. Augustinum excipe contra Faustum in *can. inebriauerunt Loth filię eius, & se nescienti miscuerunt* 9. 19. q. 1. inferentem: *Quapropter culpandus est quidem: non tamen, quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas.* ibidemque *Gloss. finalis* in fine: Nec reticuit Ambrosius libro de Elia, & ieiunio in *can. sexto die bestię sunt creatę* 8. §. *legimus etiam, quod patrem Loth inebriauerunt filię in monte distinct.* 35. inferens: *Fuit itaque ebrietas origo incensti, pessimæ regenerationis partus deterior.* Ex his. n. processerũt Moabitæ, & Ammonitæ. vt *Gl.* ibidẽ verbo *partus in fine.* exprimit. Verũ *filię Loth hanc causam quęrendę posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prętexũt.* Vti fatur Ambrosius in libro de Patriarchis in *can. dixit Sara ad Abraham* 3. *in fine* 32. q. 4. Vnde Gregorius in *can. quęlibet occulta loca* 10. *distinct.* 40. Satis concinne dixit: *Nam Loth in ipsa peruersa Ciuitate fuit iustus, in monte peccauit.*

Loth, sicut Abraham per hospitalitatis opera Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere: quomodo Angeli Sodomis hospitalẽ domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt. Gratianus in *summa. §. ordinandus itaque distinct.* 42. Vnde etiam, vt hospitalem gratiam erga, quos receperat, seruaret hospites, filias sodomitis obtulit. deducit perbelle Ambrosius in *can. offerebat sanctus Loth filiarum pudorem* 12. 32. q. 7. Ore ambrosiam proferens: *Nam, & si illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat secundum naturam coire, quam aduersus naturam delinquere. Prę ferebat domus suę verecundię hospitalem gratiam, etiam apud barbaras gentes inuiolabilem.* Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *apud barbaras.* dicens: *Nam, & hosti fides est seruanda.*

Longi temporis victum breuis hora consumere non debet. ex Concilio *Lateranen* coram Alexandro Tertio in *capit. cùm Apostolus se, & suos* 6. non longe post principium *de censibus, exactionibus, & procurationibus.* dicente, ac perpendente Concilio: *Et longi temporis victum breuis hora consumat.*

Longum est illud quod est decem, vel viginti annorum. *Gloss.* in *can. consuetudo pręcedens. & ratio. 7. distinct.* 12. verbo *contra longam.* ex *C. de prescriptione longi temporis per totam.*

Lucia virgo, & martyr Paschasio dixit: *Si inuitam me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam.* Non enim inquinatur corpus, nisi de consensu mentis. Gratianus in *summa* 32. q. 5. vbi *Gloss.* verbo *duplicabitur.* subnectit: *Violenter corruptam, non amittere virginum pręmium, sed recipere duplicatum. non tamen, quoad aureolam. consequitur ergo maius pręmiũ, sed non tale: Quia non coronatur, nec fulgorem virginis habebit.* ita Glossa. Sed vide canones sequentes Ambrosij, & Augustini, qui in *can. proposito animi permanente.* 4. eadem 32. q. 5. post principium sic infert: *Absit hic error, & hinc potius admoneamur, ita non amitti corporis sanctitatem, manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso, sicut amittitur Corporis sanctitas violata animi sanctitate.*

Lucretia nobilis matrona Romana, cuius corpore, cum violenter oppresso, Tarquinii Regis filius libidinose potitus esset, vindictam postmodum à marito, Collatino, & propinquo Bruto viris clarissimis consequuta, fœdi in se commissi ægra, impatiens, se peremit. Adultera hæc, an casta iudicanda est? Augustinus respondet de Ciuitate Dei in *can. proposito animi permanente* 4. §. *Lucretiam certè matronam nobilem, veteremque Romanam* 32. q. 5. ex alterius dicto: *Egregie quidam ex hoc, vera citerque declamans, ait:* (Mirabile dictu: Duo fuerũt, & adulterium vnus admisit.) *splẽdidè, atque verissimè.*

Lucrum aliorum damnis quęrere non debet Ecclesia. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. Fraternitas tua ex persona furis pensare potest* 10. *in fine* 12. q. 2. sic nempe in fine: *Sed absit, vt Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quęrat.* plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *cum augmento.*

Lucrum qui quærunt de Ecclesia Dei, templum Dei speluncam latronum faciunt, & columbas vendunt, vnde arbitrantur quæstum esse pietatem. Columbas vendunt, & quæ sua sunt quęrunt, non quæ Iesu Christi. Defiet proinde dominus, quia si cognouisses & tu. vos autem fecistis Domum Patris mei speluncam latronum, & domum negotiationis nõ domũ orationis. ex Origine in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum* 9. §. *nunc autem arbitror templum Dei ex lapidibus viuis constructum, esse Ecclesiam Christi.* 16. q. 7.

Lucrum qui quęrunt ex sacramentorum administratione, atque ordines, & sacramenta pecuniis vendunt, simoniaci sunt, & de Ecclesię gradu decidunt, etiam mediatores, & si laici fuerint, vel monachi anathemate feriuntur, Clerici deponuntur. ex Concilio Chalcedonensi in *can. si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit* 8. 1. q. 1. Turpis enim lucri sectatores dicuntur, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, tondent alios, vt res eorum tali persuasione surripiant. ex Concilio Moguntino in *can. constituit sane sacer iste conuentus* 42. 16. q. 7.

Lucris qui inhiãt, & honores ab hominibus appetunt, non Christum gratis diligunt, non

Deum

Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, & propter hæc seruiűt Deo. Quisquis talis est, mercenarius est: inter filios se non computet. ex Augustino in *can. sunt in Ecclesia quidam Præpositi* 19. 8. q. 1. vbi *Gloss* verbo *propter hæc* argumentű edducit: *Pro temporali non esse seruiendum alicui, nisi secundario*. Hinc quæritur, an sit seruile opus propter lucrum die festo scribere, vel quid liberale agere etiam intentione primaria, vel secundaria propter lucrum. Saltim ob consuetudinem non esse peccatum *Nauarrus* tuetur *manuali cap. 13. num. 5. 11. & 12.* vide *Ioannem Azorium part. 2. libro 1. cap. 27. q. 3. & 4. & cap. 28. q. 1.*

Lucris terrenis, vel auaritijs delectari non debent Episcopi, quia Dominus pascere, & docere oues nos præcepit, non illicitis exactionibus opprimere. ex Concilio Leonis Papæ IV. in *can. nulli Episcoporum liceat* 62. 16. q. 1. Vt enim ex Septima Synodo *ibidem* habetur in *can. prædicator veritatis Paulus* 64. Episcopus nullatenus turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis, expetere aurum, vel argentum debet, vel aliam speciem ab iis, qui sub ipso sunt. *Iniqui enim regnum Dei non possidebunt.* 1. ad Corinth. 6.

Lucris suis in Electionibus faciendis intendere nemo debet, sed communi vtilitati. Ne si quisquam sua commoda appetat: friuola æstimatione fallatur: *Quia nec libero iudicio præferendam sibi personã examinat mens, quam cupiditas ligat.* Gregorius ad Clerum Mediolanensem in *can. dilectissimi filii, officii nostri censura commoniti suademus* 2. 8. q. 2.

Lucri turpis gratia, qui ex pecunia mutuo data vsuram exceperit Clericus, de gradu suo deponitur. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis oblitus timorem Domini* 4. *cum aliis etiam sequentibus* 14. q. 4.

Lucri qualitas negotiantem aut excusat, aut arguit: quia est & honestus quæstus, & turpis. Veruntamen pœnitenti vtiliùs est, etiam dispendia pati, quàm periculis negotiationis obstringi: quia difficile est, inter ementis, vendentisque commercium non interuenire peccatum. Leo Papa ad Rusticum Episcopum in *can. qualitas lucri negotiantem* 2. *de pœnitent. distin.* 5. Rationem reddit *glo.* ibidem verbo *interuenire*, proferens: *Nam contrahentibus naturale est, se se inuicem decipere.*

Lucrum prosequitur, & turpe, qui minus emit, vt plus vendat. Emit enim tempore messium, vel vindemiarum minus, vt postea plus vendat. Ex Iulio Papa in *can. quicumque tempore messis* 9. 14. q. 4. Et est hæc propositio generalis tàm pro Clerico, quàm pro laico. ex Hugone. refertque *Glos.* ibidem in casus figuratione.

Lucifer dicitur Principium viarum Dei; quia nimirum, cum cuncta creans ageret Dominus Deus: hunc primum condidit, quem reliquis angelis eminentiorem fecit. Qui idcirco peccans, sine venia damnatus est; quia magnus sine comparatione fuerat creatus. Hic signaculű similitudinis Dei dicitur. Licet enim homo ad similitudinem Dei creatus sit: Angelo tamẽ quasi maius aliquid tribuens, non eum ad similitudinem Dei conditum, sed ipsum signaculum similitudinis Dei dicit prophæta (Ezecchiel 28.) vt quo sublimior est in natura, eò in illo similitudo Dei plenius credatur expressa. deducit plene Gregorius in moralibus in *can. Principium enim viarum Dei Beemoth dicitur* 45. *per totum de pœnitentia dist.* 2. Et subnectit Gregorius in hoc: *De quo idcirco tam mira, in quibus fuit, & quæ amisit, insinuat, vt territo homini ostendat, quid ipse, si superbiat, de elationis suæ culpa passurus sit, si feriendo illi parcere noluit, quem creando in gloriam tantæ claritatis eleuauit. Consideret ergo homo, quid elatus in terra mereatur si & prælatus angelis angelus in cœlo, de cœlo in terram prosternitur.*

Luctus tempore, quę nubit fœmina, iure Ciuili infamis habetur, non autem Iure canonű: quia per mortem iam soluta est à lege viri: nubat cui vult. Gratianus in *can. Euphemium, atque Thomam* 7. 5. *hinc colligitur clericorum infamiam* 2. q. 3.

Luctus dies olim alii tertium diem, alii trigesimum, alii septimum, alii quadragesimum obseruare consueuerunt. & hoc modo necessarium pietatis impletur officium. ex Ambrosio de obitu Thodosii Imperatoris in *can. quia alii tertium diẽ, alii tricesimum* 24. 13. *quæst.* 2.

Lugendi non sunt mortui, qui in Domino moriuntur, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti, & accersione Dominica de seculo liberatos: recedentes præcedere, proficiscentes, & nauigantes solent. S. Cyprianus sermone de mortalitate in *can. quam præposterum est* 25. 13. q. 2.

Lugere, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita recedunt ex pusillanimitate contingit. Chrysostomus in *can. vbicumque sepeliamur* 26. 13. q. 2. Contristantur illi, qui vitam alteram nesciunt, qui de hoc seculo ad melius esse transitum non cõfidunt. Nam diffidentiæ quodammodo genus est, torqueri mestitia. dicente Apostolo (1. Thessalonicen. 4.) *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habẽt:* Anastasius Papa ad Nerianum in *can. habent fortasse illi iustam longi doloris excusationem* 27. *eadem* 13. q. 2. Cum psalmis tamen, & psallentium voce debent ad sepulcha deferri, in spem resurrectionis. Prohibentur tamen luctus, & cantationes, quæ fiunt ad corpora mortuorum. ex Concilio Toletano Tertio in *can. qui diuina vocatione ab hac vita recedunt* 28. *eadem* 13. q. 2.

Luctus panis dicitur doctrina schismaticorű. ab Augustino contra litteras Petiliani in *can. Dominus declarauit in vno cœtu hominum* 87. *circa finem* §. *nos dicimus tale cuique sacrificium fieri* 1. *quæst.* 1. qui sic loquitur: *Nam vtique panis illius* (de Optato verba faciens) *panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat; sed panem luctus, omnibus vobis com-*

munem

munem esse, omnium vestrum malum schismatis facit.

Ludouicus Primus Imperator Augustus Paschali Papę Secundo confirmationis instrumento validauit omnia, quæ prædecessores eius Imperatores Romanæ Ecclesiæ donauerant; Romanam Ciuitatē cum ducatu suo, & suburbanis; atque viculis, & omnibus territoriis eius, montanis, & maritimis, littoribus, & portibus, seu cunctis Ciuitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Thusciæ partibus: & quod Romani Pontificis electio ad Romanum populum absque vlla perturbatione spectaret. in *can. Ego Ludouicus Imperator Augustus* 30. *distinct.* 63.

Ludouicus Imperator constituit, vt de agro Ecclesiastico, & manso, nullus quemquam presbyterorum aliquem censum persoluere cogat: quod si fecerit communione vsque ad satisfactionem priuetur. ex Concilio Parisiensi in *can. secundum canonicam auctoritatem* 24. 23. *q.* 8. ibique peroptime *Gloss.* verbo *Manso.* Quia res Ecclesiæ Principum auctoritate distribui non possunt. ex libro primo Capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum in *can. quia iuxta sanctorum Patrum traditionem* 59. 16. *q.* 1. Et decretum fuit in Concilio Vormaciensi in *can. sancitum est, vt vnicuique Ecclesiæ* 25. *eadem* 23. *q.* 8. Neque de decimibus, neque de atriis, vel de hortis, neque de prescripto manso aliquod seruitium faciant, præter Ecclesiasticum.

Ludus populi, dum in solemnitatibus in saltationibus, & turpibus inuigilant canticis, nō solum sibi nocentes, sed religiosorum officiis perstrepentes, omnino depelli debent. ex Concilio Toletano Tertio in *can. irreligiosa consuetudo est, quam vulgus per sanctorum solemnitates agere consueuit* 2. *de consecratione distinct.* 3. Vnde mortale esse *Gloss.* ibidem verbo *perstrepentes.* infert. ex Concilio Carthaginensi 4. in *can. qui die solemni, prætermisso solemni Ecclesię conuentu* 66. *de consecrat. distinct.* 1. Cum excommunicet, qui tali die ad spectacula vaduut, prætermisso solemni Ecclesię conuentu. Multo magis vtique, qui saltibus perstrepunt. & decreuit Concilium Toletanum 11. in *can. in loco benedictionis confidentes Domini sacerdotes* 3. 5. *q.* 4.

Ludentes in scena indigni sunt, qui in clerum assumantur. ex Gregorio in *can. maritum duarum post baptismum matronarum* 2. *circa finem distinct.* 33.

Ludentes aleis, & ebrietati seruientes etiam Episcopi, aut desinant, aut certe damnentur. Clerici aut desinant, aut communione priuentur. ex canonibus Apostolorum in *can. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus* 1. *distinc.* 35. Et ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. clericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum censemus.* 6. *distinct.* 46.

Ludentes si baptizentur, si intendant facere, quod sancta Ecclesia facit, vere baptizati sunt. refert ex Ecclesiastica historia Gratianus in *can. Spiritus sanctus in sancta Ecclesia* 58. 5. *Ecce quando ab hæreticis baptisma cum sua virtute accipitur* 1. *q.* 1. Et habetur ex Augustino de vnico baptismate in *can. solet etiam quæri, vtrum approbandum sit baptisma* 31. *de consecrat. distinct.* 4.

Luminare maius pręit minori. ex Innocentio Tertio Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori in *Capit. Solitę benignitatis affectu.* 6. §. *præterea nosse debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria. extra de maioritate, & obedientia.* Distinctionem tribuens inter dignitatem Ecclesiasticam, quæ luminare maius dicitur, & dignitatem secularem, quæ luminare minus æstimatur: *Vt quanta est inter solem, & lunam, tanta inter Pontifices, & reges differentia dignoscatur.* Nec diuersimode Gelasius Papa Anastasio Imperatori in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste* 10. *distinct.* 96. Concinitque Anacletus Papa in *can. si omnia in hoc seculo vindicata essent* 7. 6. *q.* 1. Illo vtens loquendi modo, & similitudine; *Qui solem gestat sacibus adiuuare.* Quia luminare minus præferre tentat maiori. & dixit *Cassadorus decisione* 9. *num.* 1. *de præbendis, & dignitatibus.*

Lupanaria non infamant castitatem, sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ambrosius lib. 2. de virginibus in *can. tolerabilius est mentem virginem, quàm carnem habere.* 1. *in fine* 32. *q.* 5. Rationem reddit *Gloss* ibidem verbo *nec lupanaria* dicens: *Homo enim sanctificat locum, non locus hominem.* Ex Gregorio ad Anastasium presbyterum in *can. non loca, vel ordines.* 4. & ex Ioanne Chrysostomo in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes.* 11. *distinct.* 40. inferens rationem post principium: *Non locus sanctificat hominem, sed homo locum; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos.* Meminit dicti superioris *Gloss.* in *can. sed continuo, qui dixerat* 46. Qui est etiam Ambrosii. de pœnitentia distinct. 2. verbo *victima.* in argumento à contrario *Quia lupanaria non infamant castitatē. &c.* Num verò possit potestas secularis permittere, ac tolerare lupanaria, ad maius vitandum malum? Non tamen ex hoc lucrum percipere poterit. affirmāt Doctores. *Nauarrus manuali cap.* 17. *num* 195. *versiculo ad noue hoc loco. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis li.* 5. *cap.* 37 *in fine.* Rationem reddit: *Nam permittere, est non punire; hoc autem non semper est peccatum. Deus enim etiam peccata permittit.*

Lupum videt mercenarios venientem, vt deuoret gregem, & fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus, nec est pastor ouium. de hoc dixit Dominus (Ioannis 10. 12.) *Mercenarius autem, & qui nō est pastor ouium, cuius non sunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit; & lupus rapit, & dispergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.* deducitque ex Augustino Gratianus in *can. tres personas dicit Dominus* 12 23. *q.* 4. dicente: *Mercenarium dixit, lupum, vel furem, si videat, fugere, quia non est illi cura de ouibus: Mercenarius est enim non pastor.* Et Gregorius in *can. sit rector discretus in silentio* 2. post

*post principium. distinctione* 45.

Lupis, & gregibus ouium placere nullus potest pastor. Nihil ergo est illo pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Anacletus Papa Episcopis omnibus in *can. nihil illo est pastore miserius 6. distinct.* 83. Vigilare itaque oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, & cum magna animi constantia, ne lupinis morsibus, id est diaboli stimulis lanientur. ex Gregorio in *can. oportet sacerdotes* 23. *distinct.* 81. in principio. *Nam latratu canum, & baculo pastorum lupi sunt arcendi.* Vt ex Hieronymo prosequitur Gratianus in *summa distinct.* 43.

Lupi sub specie ouium intrant, sed bestiali sæuitia oues lacerant; ita hæretici, & pessimi homines, & dæmones. Ideo resistendum illis est per pastores. ex Gregorio omnibus per diuersas prouincias in *can. decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus* 11. *in fine* 3. *q.* 6. dicente: *Ne lupi, qui sub specie ouium sub intrauerunt, bestiali sæuitia quosque audeant lacerare. & quod sibi fieri nolunt, aliis inferre præsumant.*

Lupus frustratim commedit agnum. Sic mali pastores, qui labores volunt percipere aliorum, & ipse commedere. Gratianus in *can. Ecclesias singulas* 1. §. *quia ergo nos intra muros vrbis istorum sedemus* 13. *q.* 1. dicens in fine: *A prioribus enim incipientes, paulatim serpitis: & totum vsurpare contenditis: vt pro vobis videatur dictum: Frustratim lupus comedit agnum.*

Lux potior, quàm vmbra: Veritas, quam figura: corpus auctoris, quam manna de Cœlo. Ambrosius libro de his, qui misteriis initiantur in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit* 69. aliquantò post principium *col.* 2. §. *Audi, quia vmbra est, quæ apud patres facta est, de consecratione distinct.* 2. super verbis illis Apostoli (1. ad Corint. 10.) *Bibebant de spirituali, consequente eos petra &c. Hæc autem in figuram facta sunt nostri*, infert: *Cognouisti præstantiora: potior etenim lux, quàm vmbra; veritas quàm figura, corpus auctoris, quàm manna de Cœlo.*

Lux mundi sunt sacerdotes, & sal terræ. Ideo in splendore bonorum operum patrem glorificare Deum eos oportet. vt ex Beato Petro Clemens ad Iacobum fratem Domini epistola 1. scribit in *can. sacerdotes verò Beatus Petrus* 7. *distinct.* 93.

Lucem supernæ claritatis, siue cognitionis abnegat, & se ab illa luce excludit, qui claritatem veri luminis nequaquam penetrat, sed se apud se per arrogantiam exaltat. Vnde albuginem in oculis habere dicitur. Albuginem equidem in oculo habere dicitur, qui veritatem lucis videre non sinitur; quia arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ cæcatur. Pupilla namque oculi nigra videt, albuginem tolerans nihil videt. ex Gregorio in pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur* 1. §. *Albuginem verò habet in oculo. dist.* 49.

Lucem odit, qui male agit, oculos tamen Iudicis cuncta cernentis hæc latere non possũt, quamuis quis absconditus iniustorum tabernaculo se latere posse opinetur. ex Innocentio Secundo in Concilio Romæ habito in *can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem* 25. 18. *q.* 2. Quia nimirum quamuis eorum peccata humanam notitiam lateant, si ea confiteri, aut emendare noluerit; Deum, quem habent testem, ipsum habituri sunt & vltorem. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. porrò illi quorum peccata humanam notitiam latent* 31. *de pœnitentia distinct.* 1.

Lucis ad tenebras nulla participatio est. Apostolus dixit (2. ad Corinthios 6.) *Nulla cõuentio Christi ad Belial; nulla participatio lucis ad tenebras.* Vnde omnis qui odit malum in luce agit. & cõtrà, qui male agit, odit lucem. (Ioãnis 3.) Qui ergo ad lucem venit, tenebras fugat. Gratianus in *can. resuscitatus corpore viuit absente suscitatore* 35. §. *cum enim Deus sit vita animæ; anima verò vita corporis. de pœnitentia distinctione.* 1.

Luce clarius constare dicitur, quod omnibus patet. ex Nicolao Papa Humfrido Morinensis Ecclesiæ episcopo in *can. sciscitaris itaque per Gualdarium presbyterum* 47. non multo post principium 7 *q.* 1. Vnde factum notorium luce clariùs constare dicitur.

Luxuria inter cætera septem vitia, maximum scelus est; quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens membrum Christi facit membrum meretricis. ex Isidoro de summo bono in *can. nõ solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine* 15. §. *inter cætera septem vitia.* 32. *q.* 7. Maximum. scilicet communem. *gloss.* ibidem infert; vel quia habet sub se multas species. ex Augustino in *can. Idololatria, quam sequuntur infideles, & qualibet noxia superstitio fornicatio est* 5. 28. *quæst.* 1.

Luxuria à vino fomẽtum recipit. idcirco Apostolus ad Ephesios 4. dixit; *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria.* ex Hieronymo ad Nepotianum de vita clericorum in *can. vinolentum sacerdotem* 6. *distinct.* 35. & ibidem in *can. luxuriosa res vinum.* 3. & in *can. venter mero æstuans* 5. in fine: *Vbi ebrietas ibi libido dominatur, & furor.*

Luxuria carnale delictum est, sine quo pauci inueniuntur. vt inquit Gregorius Secundino scribens in *can quia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit* 16. §. *ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelii proferamus sententiam. distinct.* 50. circa finem. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *pauci.* Difficile est enim continere. dicens:

Luxuria, & sapientes infatuat, & apostatare facit. Nam & sapientissimus Salomon immoderato vsu, atque assiduitate mulierum, ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret. ex Gregorio in Moralibus in *can. Salomon quippe immoderato vsu* 13. 32 *q.* 4. Sanctos quoque prosternit; vt David qui adulterium perpetrauit, sed per pœnitentiam veniam impetrauit. Gratianus in *can. septies*

ptus

*piter cadit inflat 21.5. Dauid quoque per pœnitentiam adulterii simul, & homicidii veniam impetrauit.de pœnitentia distinct.3.*

Luxuries per scabiem designatur,& Iugem habere scabiē dicuntur, quibus carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor viscerum ad cutem trahitur, per quam recte luxuria designatur. ex Gregorio in *can.hinc etenim superna voce 1. col. 2. §.Iugem verè habet scabiem distinct.49.*

Luxuriæ nomine omnis inordinata pollutio intelligitur.& per vitia luxuriæ, vel maxime dæmones coluntur. ex Hieronymo in *can. in eo fornicator maioris est criminis 12.32.q.4.* Sunt enim in fornicatione gradus. vti Gratianus docet in *can. quemadmodum non rectè dici potest 10.§.sunt enim in fornicatione gradus 32.q.7.*

Luxuries solo mentis affectu, etiam sine tactu corporis perpetratur.ex Augustino de communi vita clericorum in *can.nec solo tactu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur, & appetit fœmina 12.32.q.5.*inferente quoque in fine: *Etiam intactis ab immunda violatione corporibus,fugit castitas ipsa de moribus.* Rationem habes ex Gregorio in *can. hinc etenim superna voce 1.col.2.§.ingem verò habet scabiem distinct.* 49.Sequentibus verba faciente: *Quia dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur.* Quia quolibet sensu corporis mulier corrumpi potest.vt Cyprianus ad Pamponium de virginibus fatur in *can.nec aliquā putet se posse hac excusatione defendi 4.* 27. q.1. paulò post principium, inquiens: *Potest tamen ex alia corporis parte peccasse, quę corrumpi potest,& tamen inspici non potest.*

Luxuriæ abusus grauior est cum vxore, quàm cum meretrice ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. adulterii malum vincit fornicationem.11.32.q.7.* circa finem dicente: *Sed iste, qui est contra naturam,execrabiliter fit cum meretrice;sed execrabiliùs cum vxore.*

Luxuriæ terminos excedūt quædam ita,vt pecoribus peiores euadant, quod Pecora cum conceperint, vltra non indulgent maribus copiam sui; *sunt autem quædam, quæ sicut animalia absque vlla discretione,indesinenter libidini seruiunt; quas ego nec mutis pecoribus comparauerim.* Isidorus de summo bono in *can. non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine 15.in fine 32. q.7.* Nec diuersimodè Hieronymus contra Iouinianum in *can.origo quidem amoris honesta erat.5.in fine 32.q.4.*illis verbis: *imitentur saltem pecudes,*quæ post conceptum non coeunt. vt *Gloss.*ibidem verbo *pecudes.*subnectit. Et eo vsque progreditur luxuriæ effrenata libido, atque crudelis,vt etiam mariti, & quandoque vterque coniux, sterilitatis venena procuret;& si nihil valuerit, conceptos fœtus aliquo modo intra viscera extinguat,ac fundat, volēdo suam prolem priùs interire, quàm viuere, aut si in vtero iam viuebat, occidi antequam nascatur. Augustinus de nuptiis, & concupiscentia in *can. aliquando eousque peruenit hæc libidinosa crudelitas.7.32.q.2.*

Luxuriæ vitio qui se fœdarint, altario Dei seruientes,post pœnitentiam, iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint,& velut sues in volutabro luti iacuerint; nō solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem,nisi in exitu, non percipiant.ex Concilio Ilerdensi in *can. hi, qui altario Dei seruiunt 2.16.q.8.* Compatiendum tamen erit fragilitati, *quia defectus nostrorum temporum, quibus non solùm merita,sed corpora ipsa hominū defuerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram.*Ex Pelagio Papa Florentino Episcopo in *can fraternitatis tuæ relatione suscepta 7.distinct.34.*

Luxuriæ nomine fœdari videtur, & nomen ipsum altario Dei seruientium, ideo statutū fuit, vt subdiaconi,omnesque maiores ordines,à coniugio abstineant, sintque immunes mulierum. Nullus ergo aut subdiaconatus ordini,aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut Episcopali excellentia idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria nedū frenasse detegitur. Alij legūtā voluptate luxuriæ.Ex Leone Papa ad Anastasium in *can. omnium sacerdotum tam excellens est electio. 1. distinct.32.* Quia aliis exemplo prælucere debent. Alioquin eorum vilescit auctoritas.

Lymbus est locus medius inter locum Beatorum,& damnatorum,in quo recipiuntur paruuli non baptizati, mortui, qui cum non habeant charitatem,non intrabunt in regnū Dei, non tamen ibunt in ignem æternum, quia non peccauerunt peccato actuali, sed secum tantum ferunt peccatum originale, Vox enim intonat Euangelica (Ioannis 3.) *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto non intrabit in regnum Dei.* Et prosequitur Innocentius Tertius Arelaten Archiepiscopo in *cap.maioris Ecclesię causas 3.§.* ad id autem taliter respondemus. de baptismo, & eius affectu. *Quia & si propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationē carnali conceptione,& natiuitate traxerunt.*vt Augustinus ad Petrum Diaconum respondit in *can.firmissime tene, & nullatenus dubites 3.in fine de consecrat.distinct.4.*vbi *Gloss.* verbo *puniendos,*dicens quia semper erunt in tenebris: *Quia nunquam in baptismate membrum Christi factum non est* Is,qui sine baptismate in peccato solo originali mortuus est. ex eodem Augustino in *can.nulli est aliquatenus ambigendum 131.de consecratione distinct.* 4. Qui enim sine baptismate ex hac vita discedit,morte perpetua perit, quia numquam faciem Dei videbit. vt Ioannes Papa VIII. Anselmo Lemouicinæ Ecclesiæ Episcopo respondit in *can.ad limina beatorum Petri, & Pauli Apostolorum Principum 7.circa finem 30. q.1.* De eo verba faciens, quem proprius pater in extrema necessitate de fonte leuauit, ac dicens: *Vnde si supradictus genitor filium suum corpore morientem aspiciens, ne animam perpetua morte. perire dimitteret, sacra vnda baptismatis lauit,eum de potestate auctoris mortis,& tenebrarum eriperet, & in regnum Christi iam regnaturum, sine dubitatione transmitteret; bene fecisse laudatur.* Faciem ergo Dei non vi-

vident, qui in limbo sunt, non baptizati, atque pœnam substinent damni, non verò sensus, quia actualiter non peccauerunt; siue sint filii fidelium, siue infidelium, modo absque peccato actuali moriantur. *Nauarrus de oratione, & horis Canonicis cap. 19. num. 64.* ex *S. Thoma in 4. distinc. 45.* & idem *Nauar. in can. tolle charitatem de pœnitentia distinct. 2. num. 1.* vide *Ioannem Azorium Institutionum moralium part. 1. libro 4. cap. 33. q. 1. & q. 2. & 3.* plenè rem deducentem.

M



Aceratio carnis, vt eius concupiscentia compescatur, est reprimere corpus, & seruituti subiicere in vigiliis, ieiuniis, & orationibus, sicuti de se Apostolus narrat Paulus. (*1. ad Corint. 9. 27.*) dicens: *Sed castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo; ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Prosequiturque Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis 11. 23. q. 5.* de illo exagerans: *Si post nuditatem, ieiunia, famem, carceres, flagella, supplicia, in semet ipsum reuersus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securam esse debere? Caue quæso, ne quãdo de te dicat Deus: Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam.* Maceremus ergo corpora nostra.

Macula, neque ruga, est in Ecclesia Dei, quæ vnica columba appellatur, quę sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus cõclusus, fons signatus, puteus aquæ viuę, paradisus cum fructu pomorum dicitur. ex Augustino in *can. omnibus consideratis puto me non temere dicere 20. 24. q. 1.* idemque Augustinus in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham 2. in fine 32. q. 4.* illis verbis: *Et semper ab illius Ecclesię, quæ est sine macula, & ruga, vnitate diuisus est;* Id est sine mortali peccato. vt *Glossa* ibidem verbo *sine macula.* Est enim Prima Petri Apostoli Sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi. verbis fatur Gelasius Vrbis Romæ Episcopus omnibus Orthodoxis. in *can. quamuis vniuersæ per orbem catholicę Ecclesię vnus thalamus Christi sunt. 3. in fine distinct. 21.*

Macula in omne corpus diffunditur per vnum membrum, & qui fornicatur, in corpus suũ peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectum est; sed & illud, quod dicitur, quia omnis Ecclesia corpus Christi est. Et in omnem Ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit; quia per vnum membrum macula in omne corpus difunditur. Hieronymus in *can. sed & illud adde 9. 26. quæst. 2.* Quia per vnum hominem præstatur aliis exemplum delinquendi. *Gloss.* ibidem in *casus figuratione* aduertit.

Macula notabili corporis qui maculati sunt, ab altaris ministerio reppelluntur. veluti & in lege veteri (*Leuit. 21.*) Dominus Moysi præceperat: *Loquere ad Aaron; homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo suo; nec accedat ad ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiam, si impetiginem in corpore, vel ponderosus &c.* quæ omnia moraliter deducit Gregorius in pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysem 1. distinct. 49.* inferens in fine: *Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur: panes Deo offerre prohibetur: ne profectò diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant.* Meritò volebat Deus, atque percipiebat; *Et sacerdos, in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino.* (Leuitici 21.) & deducit Hieronymus in *can. sacerdotes, qui eucharistiæ seruiunt 90. 1. q. 1.*

Macula tamen per malos ministros, & maculatos, Christi sacramenta non afficiuntur; quia sacramenta Dei vbique recta sunt, & Deus adest sacramentis, & verbis suis conficiuntur. ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. sit autem Deus adest sacramentis 32. 1. q. 1.* Sed non contaminatur Donum Christi, quia per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. et infra: *Spiritualis enim virtus sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur.* ex eodem Augustino *can. si iustus fuerit minister 30. 1. q. 1.*

Maculam nullam, hæresis contraxit vmquam Sedes Apostolica. Eusebius Papa Episcopis Tusciæ in *can. in Sede Apostolica 11. 24. q. 1.* verbis dicens: *In sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata Religio.*

Macula discordiæ inter Fratres, nec sanguine abluitur Martyrii. ex Cypriano de vnitate Ecclesię in *can. neque ad Cain munera respexit Deus 3. in fine distinct. 90.* Rationem reddens: *Tales enim, si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordię, nec passione purgatur.*

Magis conuenit cuique, quod conuenit ei per se, & substantialiter, quam quod conuenit ei per aliud. *S. Thomas 2. 2. quęst. 27. art. 1. in corpore.*

Magis & minus non faciunt differre rem in genere, sed in numero. Idem namque in genere homo paruus, atque magnus, quo ad esse substantiæ, veluti Zaccheus Princeps publicanorum, et si diues, statura tamen pusillus erat (*Luc. 19. 3.*) Homo tamẽ erat, et præter Philosophos: deducitur ex Labeone lib. 1. Epithemon in *l. si nauẽ cum instrumento 29. siue finali ff. de fundo instructo, instrumẽtoq; legato.* petens quippe; qui nauẽ emit, num scapham emisse videatur, & contra Paulum sic respondet. *Imo contrà. Etenim schapha nauis, non est instrumentũ nauis, Etenim mediocritate, nõ genere*

ab

ab eo differt. Mediocritate quod non mutant. Glossa ibidem commentum agit. Simili quoque modo, magnum, & paruum rem in genere differentiam non faciunt. ex Paulo lib. 10. ad Paulutium in l. *si proprietarius. de damno infecto repromissiones* 22. *in fine principii ff. de damno infecto, & de suggrundis, & protectionibus* illis verbis: *Eadem erunt, & si minimum damnum eduxit*. Quia paruum, & magnum non faciunt differre rem in genere. Sub eodem enim animalis genere est homo magnus, & homo paruus, & eodem genere damni est, damnum magnum, & damnum paruum. Damnum quippe est, adnotat *Gloss.* ibidem verbo *eadem erunt*. & hoc ipsum deducitur ex Vlpiano lib. 79. ad Edictum in l. 1. §. *cum dicitur lex Falcidia locum habere ff. si cui plusquam per legem Falcidiam legatum esse dicatur*. verba sunt Vlpiani: *Cum dicitur lex Falcidia locum habere, arbitror dari soles ad quemdam quantitatem, tametsi unius aliquod modicum fideicommissum, prosequatur*. Quia profecto fideicommissum est, siue magnum, siue modicum. *Gloss.* ibidem verbo *modicum* allegat *d. l. si proprietarius de damno infecto*. Concinitque Alphenus lib. 4. Digestorum à Paulo Epitomes. in *l. scapham non videri nauis partem.* 44. *ff. de euictionibus, & duple stipulationibus*. Alphenum excipe: *Scapham non videri nauis partem esse respondit, nec quicquam coniunctum habere. Nam scapham ipsam per se paruam nauiculam esse: omnia autem quae coniuncta naui essent (veluti gubernacula, malus, antennae, velum) quasi membra nauis esse*. Ita Alphenus. Quamuis ergo parua nauicula sit schapa, est tamen nauis) & sub genere comprehenditur nauis. Non sic vero armamenta nauis. ex Vlpiano lib. 16. ad Edictum in *l. Marcellus lib. 4. Digestorum scribit.* 3. §. *armamenta nauis ff. de rei vendicatione*. dicente: *Armamenta nauis singula erunt vendicanda. Scapha quoque separatim vendicabitur*. Quia schapha non est pars nauis. vt *Gloss.* ibidem verbo *separatim* commentum agit: sed per se nauicula quaedam. videndus *Oldradus cons.* 104. *num.* 3. *vers. & si dicatur*. prosequitur *Surdus cons.* 430. *num.* 29. *lib.* 3. *Franciscus Molinus de pactis nuptialibus lib.* 3. *q.* 38. *nu.* 34. *Ioannes Cephalus cons.* 300. *nu.* 21. *lib.* 3. *Barbosa axiomate* 410. *nu.* 6. diximus *respons. nostra* 91. *n.* 30. *ad* 56. *part.* 3.

Magis aestimari videtur, quod praefertur, ac praenominatur. ex Bonifacio Octauo in *cap. mandato nostro sub ea forma directo* 10. *de praebendis, & dignitatibus in* 6. *in fine*: Tunc scripturae ordinem seruare debebis. ibique *Gloss.* in casus figuratione in notabilibus. & verbo *scripturae ordinem*. Deduciturque ex Iuliano in *l. quoties duobus* 41. *ff. de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, fruatur*. verba sunt Iuliani: *Quoties duobus vsusfructus legatur, ita vt alternis annis vtantur, fruantur. Si quidem ita legatum fuerit; Titio, & Meuio: potest dici, prius Titio, deinde Meuio legatum datum*. Id est primo anno. ex *Gloss.* ibidem verbo *prius*. multa congerit *Felinus in cap. cum dilecta nu.* 4. *de rescriptis*. sequiturque *Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap.* 16. *nu.* 13. diximus *respons. nostra* 1. *n.* 26. *&* 27. *part.* 3.

Magister esse non debet, qui discipulus non fuit. ex Innocentio Tertio Magistro C. Presbytero Cardinali sedis Apostolicae Legato in *cap. officii tui* 38. §. *nos autem consultationi tuae taliter respondemus extra de electione, & electi potestate*. respondente eidem legato: *Quod talis taliter non possit eligi in Abbatem, maxime pro eo quod, antequam esset discipulus, voluit esse magister*. Namque ex Innocentio Papa ad Aurelium Carthaginensem Episcopum in *can. miserum est eum magistrum fieri* 4. *distinct.* 61. sequentibus dicente: *Miserum est eum magistrum fieri, qui nũquã discipulus fuit*. Rationem reddit Coelestinus Papa ad Episcopos Galliarum in *can. ordinatos verò quosdam* 4. *fine finali distinct.* 59. verbis proferens: *Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit*. Rudibus equidem, & imperitis gubernacula Ecclesiae committenda non sunt: *Quia si non ab infimis sumere incrementum; sed à summis volunt habere principium. Cum valde iniquum sit, & absurdum, vt imperiti magistris, noui antiquis; & rudes praeferantur emeritis*. vt Leo respondit Papa ad Episcopos Africanos scribens *in can. statuimus, ne in aliquo Apostolica, & canonica decreta violentur*. 8. *eadem distinct.* 61. et Ideo magistri erroris existunt; qui veritatis discipuli non fuerunt. verbis dicimus eiusdem Leonis ad Flauianum in *can. quid autem iniquius est* 30. *in fine* 24. *q.* 3. Et in arrogantiam (quae est ruina diaboli) incidunt, qui puncto horae, nec dum discipuli, fiunt magistri. Et sicut Innocentius ait: Miserum est eum fieri Magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus. verbis fatur Gratianus in *summa in fine dist.* 48. Nec inconcinne Hieronymus in *can. si clericatus te titillat desiderium.* 27. *in principio* 16. *q.* 1. ad Rusticum monachum scribens: *Ne miles, antequam tyro, ne prius magister sis, quàm discipulus*. in fine inferens: *Mihi quidem placet, vt habeas sanctorum contubernium, nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam, quam numquam ingressus es*. eidemque in *can. sic viue in monasterio* 28. *eadem* 16. *q.* 1. consilium dedit: *Multo tempore disce, quod postmodum doceas*. vbi *Gloss.* 1. in fine argumentum format: *Quod potius seniores magistri sunt audiendi*. Quia facilius inuenitur, quod à pluribus, et senioribus quaeritur. ex Innocentio Papa in *can. de quibus causis* 3. *fine finali in fine distinct.* 20. Idcirco neophyti in Episcopos ordinari prohibentur, ne prius fiant magistri, quam discipuli fuerint: ne elatus in superbiam incidat, Secundum Apostolum. deducitque Gratianus in *summa d. distinct.* 48.

Magistri imperiti iniuriam faciunt cathedrae. Quia non cathedra facit magistrum, sed magister cathedram. ex Ioanne Chrysostomo in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes* 12. *dist.* 40. Nãque magistris temporali non sunt praeferendi. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. statuimus* 8. *in fine dist.* 61.

Magistros, & Doctores Episcopi cõgruis locis

videnr, qui in limbo sunt, non baptizati, atque pœnam sustinent damni, non verò sensus, quia actualiter non peccauerunt; siue sint filii fidelium, siue infidelium, modo absque peccato actuali moriantur. *Nauarrus de oratione, & horis Canonicis cap. 19. num. 64.* ex *S. Thoma in 4. distinc. 45.* & idem *Nauar. in can. tolle charitatem de pænitentia distinct. 2. num. 1.* vide *Ioannem Azorium Institutionum moralium part. 1. libro 4. cap. 33. q. 1. & q. 2. & 3.* plenè rem deducentem.

M



Aceratio carnis, vt eius concupiscentia compescatur, est reprimere corpus, & seruituti subiicere, in vigiliis, ieiuniis, & orationibus, sicuti de se Apostolus narrat Paulus. *(1. ad Corint. 9. 27.)* dicens: *Sed castigo corpus meũ, & in seruitutem redigo; ne fortè cùm aliis prædicauerim, ipse reprobus efficiar.* Prosequitur que Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis 11. 23. q. 5.* de illo exagerans: *Si post nuditatem, ieiunia, famem, carceres, flagella, supplicia, in semet ipsum reuersus exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? tu te putas securam esse debere? Caue quæso, ne quãdo de te dicat Deus: Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam.* Maceremus ergo corpora nostra.

Macula, neque ruga, est in Ecclesia Dei, quæ vnica columba appellatur, quę sponsa pulchra sine macula, & ruga, & hortus cõclusus, fons signatus, puteus aquæ viuę, paradisus cum fructu pomorum dicitur. ex Augustino in *can. omnibus consideratis puto me non temere dicere 20. 24. q. 1.* idemque Augustinus in *can. occurrat nunc animus vester ad Abraham 2. in fine 32. q. 4.* illis verbis: *Et semper ab illius Ecclesię, quæ est sine macula, & ruga, vnitate diuisus est.* Id est sine mortali peccato. vt *Glossa* ibidem verbo *sine macula.* Est enim Prima Petri Apostoli Sedes Romana Ecclesia non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi. verbis fatur Gelasius Vrbis Romæ Episcopus omnibus Orthodoxis. in *can. quamuis vniuersę per orbem catholicę Ecclesię vnus thalamus Christi sunt. 3. in fine distinct. 21.*

Macula in omne corpus diffunditur per vnum membrum, & qui fornicatur, in corpus suũ peccat, non istud corpus solum, quod templum Dei effectum est; sed & illud, quod dicitur, quia omnis Ecclesia corpus Christi est. Et in omnem Ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit; quia per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur. Hieronymus in *can. sed & illud adde 9. 26. quæst. 2.* Quia per vnum hominem præstatur aliis exemplum delinquẽdi. *Gloss.* ibidem in *casus figuratione aduertit.*

Macula notabili corporis qui maculati sunt, ab altaris ministerio repelluntur. veluti & in lege veteri *(Leuit. 21.)* Dominus Moysi præceperat: *Loquere ad Aaron, homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo suo; nec accedat ad ministerium eius. Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si iugem scabiam, si impetiginem in corpore, vel ponderosus &c.* quæ omnia moraliter deducit Gregorius in pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysem 1. distinct. 49.* inferens in fine: *Quisquis ergo quolibet horum vitio subigitur: panes Deo offerre prohibetur, ne profectò diluere aliena delicta non valeat is, quem adhuc propria deuastant.* Meritò volebat Deus, atque percipiebat: *Et sacerdos, in quo fuerit macula, non accedet offerre oblationes Domino.* (Leuitici 21.) & deducit Hieronymus in *can. sacerdotes, qui eucharistiæ seruiunt 90. 1. q. 1.*

Macula tamen per malos ministros, & maculatos, Christi sacramenta non afficiuntur: quia sacramenta Dei vbique recta sunt, & Deus adest sacramentis, & verbis suis conficiuntur. ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. sit autem Deus adest sacramentis 31. 1. q. 1.* Sed non contaminatur Donum Christi, quia per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. et infra: *Spiritualis enim virtus sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur.* ex eodem Augustino *can. si iustus fuerit mulier 30. 1. q. 1.*

Maculam nullam hæresis contraxit vmquam Sedes Apostolica. Eusebius Papa Episcopis Tusciæ in *cau. in Sede Apostolica 11. 24. q. 1.* verbis dicens: *In Sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata Religio.*

Macula discordiæ inter Fratres, nec sanguine abluitur Martyrii. ex Cypriano de vnitate Ecclesię in *can. neque ad Cain munera respexit Deus 3. in fine distinct. 90.* Rationem reddens: *Tales enim, si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordię, nec passione purgatur.*

Magis conuenit cuique, quod conuenit ei per se, & substantialiter, quam quod conuenit ei per aliud. *S. Thomas 2. 2. quæst. 27. art. 1. in corpore.*

Magis & minus non faciunt differre rem in genere, sed in numero. Idem namque in genere homo paruus, atque magnus, quo ad esse substantiæ. veluti Zaccheus Princeps publicanorum, et si diues, statura tamen pusillus erat *(Luc. 19. 3.)* Homo tamẽ erat, et prę- ter Philosophos: deducitur ex Labeone lib. 1. Epithemon in *l. si nauẽ cum instrumento 29. siue finali ff. de fundo instructo, instrumẽtoq; legato.* petens quippe qui nauẽ emit, num scapham emisse videatur contra Paulum sic respondet. *Imo contrà. Etenim schapha nauis, non est instrumentũ nauis, Etenim mediocritate, nõ genere* ab

ab eo differt. Mediocritate quod non mutant. Glossa ibidem commentum agit. Simili quoque modo, magnum, & paruum rem in genere differentiam nec faciunt. ex Paulo lib. 10. ad Paulutium in l. si proprietarius de damno infecto repromisisset 22 in fine principii ff. de damno infecto, & ad suggerendis, & protastis illis verbis: Eodem erunt, & si minimum damnum dabit. Quia paruum, & magnum non faciunt differre rem in genere. Sub eodem enim animalis genere est homo magnus, & homo paruus, & eodem genere damni est, damnum magnum, & damnum paruum. Damnum quippe est: adnotat Gloss. ibidem verbo eadem erunt. & hoc ipsum deducitur ex Vlpiano lib. 79. ad Edictum in l. 1. §. cum dicitur lex falcidia locum habere ff. si cui plusquam per legem falcidiam legatum esse dicatur. verba sunt Vlpiani: Cum dicitur lex Falcidia locum habere, accipimus dari soles ad eamdem quantitatem, tamets si unus aliquod modicum fideicommissum professus est. Quia praeiecto fideicommissum est sine magnum, sine modicum. Gloss. ibidem verbo modicum allegat d. l. si proprietarius de damno infecto. Consentitque Alphenus lib. 4. Digestorum à Paulo Epitomes. in l. scapham nō videri nauis partem. 44 ff. de evictionibus, & duplae stipulationibus. Alphenum excipere Scapham non videri nauis partem esse respondit, nec quicquam conuentionem habere Nam scapham ipsam per se paruam nauiculam esse, omnia autem, quae coniuncta naui essent (velut gubernacula, malus, antennae, velum) quasi membra nauis esse. Ita Alphenus. Quamuis ergo parua nauicula sit schapa, est tamen nauis, & sub genere comprehenditur nauis. Non sic vero armamenta nauis. ex Vlpiano lib. 16. ad Edictum in l. Marcellus lib. 4. Digestorum scribit. 3. §. armamenta nauis ff. de rei vendicatione. dicente: Armamenta nauis singula erunt vindicanda. Scapha quoque separatim vendicabitur. Quia schapha non est pars nauis. vt Gloss. ibidem verbo separatim. commentum agit sed per se nauicula quaedem. videndus Oldradus cons. 104. num. 3. vers. & si dicatur. prosequitur Surdus cons. 430. num. 29. lib. 3. Franciscus Molinus de pactis nuptialibus lib. 3. q. 38. nu. 34. Ioannes Cephalus cons. 300. nu. 21 lib. 2. Barbosa axiomate 410. nu. 6. diximus respons. nostra 95. n. nu. 50. ad 56. part. 53.

Magis aestimari videtur, quod praefertur, ac praenominatur. ex Bonifacio Octauo in cap. mandato nostro sub ea forma directo 10. de praebendis, & dignitatibus in 6. in fine: Tunc scripturae ordinem seruare debebis. ibique Gloss. in casus figuratione in notabilibus. & verbo scripturae ordinem. Deduciturque ex Iuliano in l. quoties duobus 4. ff. de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, fruatur. verba sunt Iuliani: Quoties duobus vsusfructus legatur, ita vt alternis annis vtantur, fruantur. Si quidem ita legatum fuerit; Titio, & Menio: potest dici, prius Titio, deinde Menio legatum datum. Id est primo anno. ex Gloss. ibidem verbo prius. multa congerit Felinus in capitulo dilecta ii. nu. 4. de rescriptis. sequiturque Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap. 18. nu. 13. diximus respons. nostra 1. n. 26. & 27. part. 2.

Magister esse non debet, qui discipulus non fuit. ex Innocentio Tertio Magistro C. Presbytero Cardinali sedis Apostolicae Legato in cap. officii tui 58. §. nos autem consultationi tuae taliter respondemus extra de electione, & electi potestate. respondente eidem legato: Quod talis taliter non possit eligi in Abbatem, maxime pro eo quod, antequam esset discipulus, voluit esse magister. Namque ex Innocentio Papa ad Aurelium Carthaginensem Episcopum in can. miserum est eum magistrum fieri 4. distinct. 61. sequentibus dicente: Miserum est eum magistrum fieri, qui nūquam discipulus fuit. Rationem reddit Coelestinus Papa ad Episcopos Galliarum in can. ordinatos verò quosdam 4. sine finali distinct. 59. verbis proferens: Debet enim ante esse discipulus; quisquis doctor esse desideras, vt possis docere, quod didicit. Rudibus equidem, & imperitis gubernacula Ecclesiae committenda non sunt: Quia hi non ab infimis sumere incrementum; sed à summis volunt habere principium. Cum valde iniquum sit, & absurdum, vt imperiti magistris, nouí antiquis, & rudes praeferantur emeritis. vt Leo respondit Papa ad Episcopos Africanos scribens in can. statuimus, sine in aliquo Apostolica, & canonica decreta violentur. 8. eadem distinct. 61. et Ideo magistri erroris existunt; qui veritatis discipuli non fuerunt. verbis dicimus eiusdem Leonis ad Flauianum in can. quid autem iniquius est 30. in fine 24. q. 3. Et in arrogantiam, quae est ruina diaboli, incidunt, qui puncto horae, nec dum discipuli, sunt magistri. Et sicut Innocentius ait: Miserum est eum fieri Magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus. verbis fatur Gratianus in summa in fine dist. 48. Nec inconcinne Hieronymus in can. si clericatus te titillat desiderium. 27. in principio 16. q. 1. ad Rusticum monachum scribens: Ne miles, antequam tyro, ne prius magister sis, quàm discipulus. in fine inferens: Mihi quidem placet, vt habeas sanctorum contubernium: nec ipse te doceas, & absque doctore ingrediaris viam, quam numquam ingressus es. eidemque in can. sic viue in monasterio 28. eadem 16. q. 1. consilium dedit: Multo tempore disce, quod postmodum doceas. vbi Gloss. 1. in fine argumentum format: Quod potius seniores magistri sunt audiendi. Quia facilius inuenitur, quod à pluribus, et senioribus quaeritur. ex Innocentio Papa in can. de quibus causis 3. sine finali in fine distinct. 20. Idcirco neophyti in Episcopos ordinari prohibentur, ne prius fiant magistri, quam discipuli fuerint: ne elatus in superbiam incidat, Secundum Apostolum. deducitque Gratianus in summa d. distinct. 48.

Magistri imperiti iniuriam faciunt cathedrae. Quia non cathedra facit magistrum, sed magister cathedram. ex Ioanne Chrysostomo in can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 12. dist. 40. Nāque magistris imperiti non sunt praeferendi. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in can. statuimus 8. in fine dist. 61.

Magistros, & Doctores Episcopi cōgruis locis

cōstituāt, qui studia litterarū, liberaliūq; artiū dogmata assiduè doceant: quia in his maximè diuina manifestantur, atque declarantur mandata. ex Synodo Eugenij Papæ secundi in *can. de quibusdam locis ad nos referetur 12. dist. 37.* Et plura statuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 5. cap. 1. de reformatione.* plura deducit *Gloss. d. can. de quibusdam* verbo *vt magistri.* Et prouisum fuit per Lateranense Concilium in *cap. quoniam Ecclesia Dei 1.* sic per Innocentium Tertium in Concilio Generali in *cap. quia non nullis propter inopiam 4. de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi.* & ibidem Honorius Tertius in *cap. super specula 5.*

Magistri artium liberalium possunt virgarum verberib⁹ discipulos verbare, vt erudiātur: sicuti solent parentes filios verberare, vt sint boni, &c. Non tamen sæuiendi relaxari debet audacia. ex Augustino ad Marcellinum Comitem de Donatistis in *can. circumcelliones illos, & clericos partis Donati 1. in fine 23. q. 5.* Et si clerici fuerint verberati, non propterea magistri in canonem dant *siquis suadente.* Quia non suadente diabolo faciunt, sed vt discant, & disciplinæ ratione eos verberant. vt *Gloss.* ibidem verbo *& à magistris* aduertit. ex Alexandro Tertio Senonen. Archiepiscopo in *cap. super eo verò 1. de sententia excommunicationis.* extrà. Verba sunt Alexandri: *Neque Magister si scholarem clericum intuitu disciplinæ, vel correptionis percusserit: quia non potest in ipsis mictio manuum violenta notari.* vbi *gloss.* verbo *violenta* notat, infert: *Hæc est ratio, quare non incidunt in canonem.*

Magię potestas immundis spiritibus ideo datur, vt per vasa sua apta, hoc est prauos homines, seducant illos, qui spernunt veritatē, & credunt mendacio, & iuxta Pauli sententiā (2. ad Timotheum 3. & 4.) sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus; & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: onerati peccatis ducentur variis desideriis, semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes. S. Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis 14. col. 2 in fine ¶. præstigium vero. Mercurius primus dicitur inuenisse. 26. q. 5.* inferens paulo post: *Nec ideo quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei (qui omnia, quæ fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit) quod prædicti magi legūtur similia fecisse Moysi, qui virgam suam proiecit, & conuersa est in draconem &c.*

Magi sunt, qui vulgo malefici, ob facinorum multitudinem nuncupantur. Hi permissu Dei elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, ac sine vllo veneni haustu violentia tantum carminis interimunt. vnde Lucanus

*Mens hausti nulla sanie polluta veneni*
*Incantata perit.*

Dæmonibus enim accitis audent ventilare, vt quisque suos perimat malis artibus inimicos: Augustinus in *can. nec mirum de magorum præstigiis 14. post principium ¶. magi sunt, quì vulgò malefici. 26. q. 5.*

Magorum ars, siue magicarum artium vanitas ex traditione Angelorum malorum in toto orbe terrarum plurimis seculis innaluit per quandam sciantiam futurorum. & per inuantiones eorum inuenta sunt aruspicia, & augurationes, & ipsa, quæ dicuntur oracula, & necromantia. Augustinus de Ciuitate Dei in *can. qui sine Saluatore salutem vult habere 7. in fine. 26. q. 2.*

Magorum præstigiis illi illuduntur, qui fallaciis dæmonum humana curiositate credunt, & impudenter appetunt scire, quod nulla ratione conuenit inuestigare. Hoc est enim præstigium satanę, quo vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Quod Apostolus inter cetera ostendit dicens (2. ad Corinth. 11.) Ipse satanas transfigurat se in angelum lucis. ex Augustino in *d. can. nec mirum de magorum prestigiis 14. ¶. prestigium vero. & ¶. preterea quidam querendum putant. 26. q. 5.*

Magicam artem permittit Deus, vt ipsi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide sint, vel deuotione erga Deum, prosequitur. Augustinus de Ciuitate Dei *can. nec mirum de magorum prestigiis 14. in fine ¶. si autem aliquis mihi opponit. 26. q. 5.* Quia autem huic arti credunt perpetuę damnationi se obstringunt. ex eodem Augustino in *can. qui sine Saluatore salutem vult habere. 7. 26. q. 2.* Et si peruersè credunt in heresim dant, & sunt excommunicati. ex Concilio Aquirense in *can. Episcopi, eorumque ministri 12. in fine. 26. q. 5.* pluribus prosequitur *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 4. cap. 14. num. 7. & sequentibus.*

Magica arte per Pythonissam arte pythonica Samuelem suscitatum fuisse, & Sauli apparuisse, absurdum est credere. deducit pluribus S. Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum prestigiis 14. ¶. præterea quidam quærendum putant, quomodo scriptura narrat pythonissam Samuelem prophetam suscitasse 26. q. 5.* Nam Saul eius exigentibus peccatis per diaboli fallaciam illusus fuit, vt adoraretur. ibidem.

Magi tria munera obtulerunt Christo. In quibus nō nulli tres partes phylosophiæ volunt intelligi, naturalis videlicet, moralis, & rationalis. ex Gratiano in *can. legimus de Beato Hieronymo 7.* qui est Rabani. *¶. magi quoque tria munera obtulerunt. dist. 37.*

Maior qui in honore est, non proinde iustior, sed qui iustior, ille maior. Non itaque festinet quisquam quomodo aliis Maior appareat; sed quomodo omnibus inferior videatur. Non equidem inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit. Conuersatio itaque melior est desideranda, non dignior gradus. ex Ioanne Chrysostomo in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 1. circa fine ¶. quicumque desiderauerit primatum in terra, inueniet confusionem in cælo. dist. 40.*

Maior

Major Petrus non fuit Paulo quo ad meritum, secus verò quoad administrationem. ex Hieronymo super Epistolam ad Galatas in *can. Paulus Petrum reprehendit* 33.2. *quæst.* 7. verba sunt Hieronymi: *Paulus Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret.* vbi *Gloss.* verbo *imparem*. commentum agit, dicens: *Meritis, non tamen administratione*. vel vt *Gloss.* in *can. in illis verò Ciuitatibus* 11. *in fine*. Qui est Clementis Papæ ad Iacobum *distinct.* 80. verbis illis: *Quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed vnus omnibus præfuit.* super verbo *par*, infert: *Sed par fuit, quo ad consecrationem, non quo ad administrationem*. Namque Augustinus in *can. puto, quod sine vlla sui contumelia* 35. 9. *cum Petrus à Paulo posteriore corriperetur*. 2. *q.* 7. Paulus posterior Petro dicitur, pares tamen martyrio dicuntur.

Maior presbytero est Episcopus. Augustinus tamen Episcopus minorem se Hieronymo professus, ad ipsum Hieronymum scribens in *can. quamuis secundum honorum vocabula*, 34. 2. *quæst.* 7. eidem scribens, dicensque: *Quamuis secundum honorum vocabula, quæ iam Ecclesiæ vsus obtinuit, Episcopatus maior presbytero sit: tamen Augustinus in multis rebus Hieronymo minor est*.

Maiores ab minoribus revereri debent, & minores maioribus obedientiam exhibere, iuxta ordinem graduum: vt Pontifici presbyter, presbytero Diaconus, Diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, ostiario Abbas, Abbati monachus in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ. Sicut in Synodo Romana Sancti Siluestri in *can. à subdiacono vsque ad lectores* 5. *distinct.* 93. Nec diaconus presbyterum præcedere in sedendo debet, nisi locum habuerit Patriarchæ, aut Metropolitani sui pro aliquo capitulo. ex Sexta Synodo in *can. præcipimus ne diaconus* 26. *distinct.* 93.

Maior minori seruire non debet, quod id iustitia non suadet, quæ cuique tribuit, quod suum est. ex Augustino in *can. est ordo naturalis in hominibus* 12. 33. *q.* 5.

Maior minorem benedicit ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. denique si in epistola legimus ad Hebræos, quod minor à maiore benedicitur*. 6. *in principio distinct.* 21.

Maior est, qui melioribus præest, sicut Papa maior omnium est, quia præest spiritualibus. ex Gelasio Papa omnibus Episcopis in *can. cuncta per mundum nouit Ecclesia* 17. & 18. Qui est eiusdem ad Episcopos per Dardaniam constitutos 9. *q.* 3. Rationem reddit Imperator Iustinianus in *authentico de defensoribus Ciuitatum* §. *nos igitur quoniam de Iudicibus bene dispositimus collatione* 3. dicens: *Quanto enim quilibet præest melioribus, tanto maior ipse, & honestior est.* prosequiturque *Nauarrus* in *cap. nouit de Iudicijs in* 3. *notabili nu.* 55. *vers. sexto errat in hac materia idem Baldus.*

Maior est alienatio personæ, quàm rei. ex Gregorio ad Venantium in *can. Ananias pecunias Deo vouerat* 3. 17. *q.* 1. admonens illum exéplo Ananiæ: *Considera, quanto periculo in diuino Iudicio dignus eris, qui non nummos, sed te metipsũ Omnipotenti Deo (cui te sub monachatu deuoueras) subtraxisti.* vbi *gloss.* verbo *temet ipsum* argumentum infert: *Quod maior est alienatio personæ, quam rei.* Quia nimirum maioris estimationis persona est, quam res, quæ in consequentiam veniunt. ex canonibus Apostolorũ in *can. præcipimus, vt in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat* 24. 12. *q.* 1. in ratione, quam reddunt: *Si enim animæ hominum pretiosiores illi sunt creditæ; multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere.* Concinitque Hieronymus in *can. in eo fornicator maioris est criminis, quia tollis membra Christi, & facis ea membra meretricis* 12. 32. *q.* 4.

Maior non potest à minore iudicari; ita neque obligari. Quia rarum est omne, quod magnũ est, Iulius Papa in decretis. in *can. in Sancta Nicæna Synodo statutum* [illegible] 4. [illegible] Vnde S. Petrus, vt testatur Clemens Papa Iacobo Hierosolymitano Episcopo in *can. Beatus Petrus, homicidas, & adulteros* 5. *in fine* 6. *quæst.* 1. testabatur: *Maiores verò à minoribus nec accusari, nec iudicari vllatenus posse dicebat: quoniam non solum hoc diuinas, sed & leges seculi inhibere docebat.*

Maius, ratione conferentis quid, dicitur. Vnde manus impositio Episcoporum baptismate maius dicitur. Quia à maioribus fit sacerdotibus, id est à summis pontificibus, quod à minoribus fieri nõ potest: & ita maiore veneratione, venerandũ, & tenendũ est. veruntamẽ ita sunt coniuncta hæc duo sacramenta, vt ab inuicem (nisi morte præueniente) nullatenus possint segregari: & vnũ sine altero ritè perfici non potest. vti Melchiades Papa ad Episcopos Hispaniæ respondit, in *can. de his super quibus rogastis vos informari* 2. *de consecratione distinct.* 5. notatque *glos.* ibidem verbo *à summis in fine*. & meminit *Gloss* in *can nihil in sacrificiis maius esse potest* 8. *de consecratione distinct.* 2. verbo, *quàm corpus in fine.* docens: Ratione conferentis aliquod dici maius sacramentum, *vt est confirmatio*. ex Eusebio Papa ad Episcopos Tusciæ, & Campaniæ in *can. manus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est*. 4. *de consecratione distinct.* 5. Addens: Quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus. Nam quatuor modis vnũ sacramẽtũ maius, & dignius alio dici potest. Ratione efficaciæ, vt Baptismus. Ratione Sanctitatis, vt Eucharistia. Ratione significationis; vt coniugium. Ratione conferentis, vt confirmatio. *Gloss.* in *d. can. nihil in sacrificiis maius* 8. verbo *quam corpus de consecrat. distinct.* 2.

Maius lumen obumbrat, siue offuscat minus. ex Anacleto Papa in *can. si omnia in hoc seculo vindicata essent* 7. 6. *q.* 1. dicente Anacleto: *Superuacuus enim ad beneficia laborat impensis, qui solem certat facibus adiuuare*. Offuscantur equidem faces omnes Solis lumine claritatis, ac si non essent. Proficit in argumentum ex Gregorio IX. Patriarchæ Hierosolymitano in *cap. volentes &c. fraternitati tuæ* 8. *de officio legati.*

*legati.* Quatenus decernit, officium sibi commissum legationis, alio adueniente legato à Papa misso, cessare. Quia maius lumen minus obumbrat. notatque pluribus *Glossa* ibidem verbo *de latere nostro.* vide Sarnensem in regula de impetratione beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium q.15. *col. finali fol. mihi* 223. à tergo

Maius vbi conceditur, minus concessum esse videtur. Innocentius Tertius Abbati Sanctæ Columbæ Senonen. in *cap. ex parte tua* 27. *extrà de decimis.* Sicuti contrà, cum non liceat, quod minus est, multo magis & quod maius. ex Nicolao Papa ad Clerum Constantinopolitanum in *can. miramur, quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sint.* 37.24.q.1. dicente illo: *Absurdum est enim, vt cui non licet etiam cum minimis, iuxta sacras regulas, communicare, liceat penes vos etiam de maioribus iudicare.* ibique *gloss.* verbo. *etiam cum minimis.*

Maius dignum minus ad se trahit dignum, sicut contrà, minus dignum, maius, aut accessorium principale ad se trahere non potest. ex Bonifacio Octauo in *cap. si Ecclesiam pollui* vnico *de consecratione Ecclesiæ, vel altaris in* 6. Nec dissimiliter ex Alexandro Tertio in *cap. ad hęc, si altare* 1. & Innocentio III. Nidrosien Episcopo in *cap. quod in dubiis* 3. *de cõsecratione Ecclesię, vel altaris extrà* ibiq; *Glos.* verbo *cõsecratũ.* Veluti Magnes trahit ad se ferrũ, & succinũ paleas. deducitur ex Põponio libro 8. ad Quintum Mutium in *l. si ita scriptum sit* 46. *ff. de legatis* 2. Quatenus docet Filiorum nomine, & fœminas comprehendi: Quia masculinum fœmininum attrahit, vt minus dignũ & non è contrà. aduertit ibidem *gloss.* verbo vocabulo. rationem referens: *Quia, quod minus dignum est, dignius nõ continet.* Vt contra maius dignum. Inseritur enim quod minus est in id quod Maius. diximus *respons.* nostra 30. nu. 39. *part.* 3. adnotat *Osaschus. decis.* 103. *n.* 2. *vers. pro hac opinione.* deducitur ex dicto *cap. quod in dubiis* 3. *in fine de consecratione ecclesię, vel altaris.* Dum sequentibus Innocentius fatur: *Nec negamus, quin oleum non consecratum consecrato possit oleo commisceri.* ex commistione verò consecratum euadit: quia *sacrum tamquam dignius trahit ad se non sacrum.* vt *Gloss.* ibidem verbo *consecratum* addit. argumento petito. ex Paulo lib. 37. ad Edictum in *l. quæ religiosis adhęrent, religiosa sunt* 44. *ff. de rei vendicatione.* Concinitque Augustinus in *cap. translato sacerdotio* 3. *de constitutionibus. Bellencinus de charitatiuo subsidio q.* 93. *num.* 14 *tom.* 15. *tractatuum part.* 1.

Mala nostra nos vndique perturbant. Quia miseri sumus. ex Innocentio Tertio I. quondam Archiepiscopo Lugdunensi in *cap. cum Martha* 6. §. *final. tertio loco fraternitas tua requisiuit. de celebratione missarum.* Vnde est quod orationibus indigemus Sanctorum. Verba sunt Innocentii: *Sed nos potius orationibus eorũ indigemus, quos (cum miseri simus) vndique malà nostra perturbant.* Recurrendum ergo ad orationes sanctorum, vt nos à malis eripiant incurrentibus.

Mala non sunt, nisi quæ crimine mentem implicant, & conscientiam ligant. Ambrosius in Hexameron in tractatu primi diei in *can. illa cauenda sunt, quę ex nostra voluntate prodeunt* 6. *in fine* 15. *q.* 1. inferens rationem: *Cęterum pauperiem, ignobilitatem, ęgritudinem, mortem, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauit: quia nec contraria istis in bonis habentur maximis: quorum alia nobis à natura, alia ex commoditate accidere videntur.* Mala igitur sunt peccata. Nam peccatum propriè malum videtur. ibidem. Hic est quod

Mala duo si nos premant, licet sint omnino cautissime pręcauenda, tamen si periculi necessitas ex his vnum perpetrare compulerit; id debemus resoluere, quod minori nexu noscitur obligare. ex Concilio Toletano 8. in *can. duo mala* 1. *distinct.* 13. ibidemque Gregorius in moralibus in *can. nerui testiculorum leuiathan* 2. 5. *est tamen, quod ad destruendas Beehemoth versutias subtiliter fit, vt dum mens inter minora, & maxima peccata constringitur; si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur.* Deducitque Augustinus exemplo Dauid in *can. iurauit Dauid temere; sed non impleuit iurationẽ maiori pietate* 4. 22. q. 4. inferens: *De duobus malis elegit minus: sed minus fuit illud in cõparatione maioris. Nã per se ipsum appensum, magnum malum est falsa iuratio.* notatque *Gloss.* ibidem verbo *peccatis.* ibique *Glossella* Marginalis. Idem Augustinus ad inquisitiones Ianuarii in *can. hi, qui de paginis Euangelicis sortes legunt* 3. 26. q. 2. illis verbis *Etsi optandum est, vt id potius agant, quàm ad dæmonia consulenda concurrant.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *potius* subnectens: *Quia permittitur minus malum, vt euitetur maius malum.* ex eodem Augustino de adulterinis coniugiis in *can. sic (quod verius dicitur) non licet homini Christiano* 9. 32. q. 2. inferens: *Si autem facturus, est quod non licet; iam faciat adulterium, & non faciat homicidium.* ibique plenè *Gloss.* verbo *adulterium.* sequiturque *Sanchez de matrimonio lib.* 2 *disputat.* 42. *n.* 45. *& lib.* 9. *disputat.* 19. *num.* 2.

Mala recidiua ne prȩualeant prȩcauere summopere debemus. ex Nicolao Papa II. in Concilio Lateranensi in *can. in nomine Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi.* 1. § *nouit Beatitudo vestra dilectissimi fratres distinct.* 23. dicẽs: *Vnde si placet Fraternitati vestrę, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus prudenter occurrere; & Ecclesiastico statuere, ne recidiua (quod absit) mala prȩualeant, prȩcauere.* Hinc est quod Mala electio culpȩ ascribitur. vt inquit *Rota* apud *Cardinalem Seraphinum decis.* 759 *nu.* 3.

Malè possidet, qui malè vtitur. ex Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris* 11. 14. q. 4. Is enim ad verba Sapientis; (proverbiorum 17.) *Fidelis hominis totus mundus diuitiarum est: infidelis autem nec obolus.* de vsurariis verba faciens, sequentibus commentum infert: *Non ne omnes, qui sibi videntur gaudere licitè conquisitis, eisque vti nesciunt, aliena possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure, quod iustè: &*

hoc

*hoc iuste, quod bene.* *Omne igitur, quod male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui male vtitur.* En quid simile habes ex Ambrosio in *can. sicut ii, qui per insaniam mente translati sunt.* 8.§. *numquid iniquus est Deus.* *distinct.* 47. in fine rationem reddente: *Neque enim minus est criminis habenti tollere, quàm cum possis, & abundas, indigentibus denegare. Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram fodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare, quod velis.* Male ergo possidet, qui male vtitur. Nec diuersimodè Isidorus libro etymologiarũ in *c. Ius dictũ est à iure possidendo.* 12. *de verborũ significatione extra.* sequẽtibus proseques: *Hoc enim iuré possidetur, quod iuste: hoc iuste, quod bene: quod autem male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui vel suis male vtitur, vel aliena præsumit.* Male autem vtitur Auarus *Glossa* ibidem refert. verbo *male autem.* versus referens.

*Qui sunt, qui rebus numquam potiuntur? auari.*
*Qui sunt, qui nummi sua non patiuntur? auari.*

Malè meriti, publica debent egestate laborare. ex Gregorio ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis triste nobis sit valde.* 14. *in fine* 7.q.1. verbis illis: *Sic tamen, vt quousque eundem Episcopum in hoc sęculo vita tenuerit, sumptus ei debiti de eadem Ecclesia ministrentur.* vbi *Gloss.* verbo ministrentur, dicens: *Sed pro crimine remoto non ministrantur sũptus: quia malè meriti publica debent egestate laborare.* ex Typhonio lib. 9. disputationum in *l. bona fides, quæ in contractibus exigitur* 31. *in fine principii ff. deposit.* *vel contrà.* Rationem reddẽte: *Nam malè meritus publicè, vt aliis exemplo ad deterrenda maleficia sit, etiam egestate laborare debet.*

Maledicam benedictionibus vestris. verba Domini ad malos Iudæos apud *Malacchiã* 2. quę ad hæreticos trastulit ibidem Hieronymus in *can. maledicam benedictionibus vestris* 76. 1. q. 1. ibidem commentum inferens: *hoc est: quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.* Ibidemque Gratianus §. *hoc enim intelligendũ est de hæretico.* Nec diuersimodè Gregorius in *can. multi secularium hominum* 84. §. *finali. maledicam. eadem* 1. q. 1.

Maledictio vero Diuina maledicti meritum designat. ex Origine in librum numerorum. in *can. Deus quando maledicit* 38. *in principio* 24. q. 3. verba damus Origenis: *Deus quando maledicit: meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam promit: vtpote quem non fallit, nec peccati qualitas, neque peccantis affectus.*

Maledictum frustra prolatum venit super eũ, qui misit illud. ex Augustino in *can. illud plane non temere dixerim.* 87. *in principio* 11. q. 3. illis verbis: *potiùs ei oberit, qui facit, quam, qui hanc patitur iniuriam.*

Maledictum dupliter perpendi potest: maledictum, quod prohibetur, & maledictum, quod à Domino, & sanctissimis viris rationabiliter profertur. Maledictum, quod prohibetur, est illud, quod procedit ex vitio vitiosis, & odio periequentis, non ex amore iustitiæ. Maledictum verò, quo sancti maledicunt, est illud, quod procedit ex amore iustitię, non ex liuore vindictę. ita Gratianus in *can. cum ergo in singulis quibusque fidelium talis sit propositi varietas* 11. §. *distinguendum est ergo inter maledictum* 24. q. 3 ibique *gloss.* verbo *distinguendum.* accepit à Gregorio in moralibus in *can. cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt* 12. *eadem* 24. *quæst.* 3. inferente: *Et in eo maledicto non peccant, in quo ab interno iudicio non discordant.*

Maledictus qui est, benedicere non potest. ex S. Gregorio in *can. quicumque sacros ordines vendunt, aut emunt, sacerdotes esse non possunt* 12. 1. q. 1. cum in fine infert: *Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?*

Maledictus omnis, qui pendet in ligno. (*Deutoronomii* 21. 23. ad *Galatas* 3. 13.) Dicit .n. Apostolus: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum: (quia scriptum est: Maledictus omnis, qui pendent in ligno,) vt in Gentibus benedictio Abrahę fieret in Christo Iesu.*

Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui. *Deutoronomii* 27. 17. deducitque Eusebius Papa in *can. in legibus seculi cautum habetur* 10. 12. q. 2. nec dereliquit Salomon (*prouerbiorum* 22. 28.) dicens: *Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* prosequutusque fuit Calixtus Papa ad Episcopos Gallię in *can. nullus alterius terminos vsurpet.* 1. 9. q. 2. Illationem infert Leo Episcopus Vrbis Romę Anastasio Thessalonicensi Episcopo scribens in *cau. si quis episcopus mediocritate Ciuitatis sue despecta* 31. *in fine* 7. q. 1. verbis enuncians: *Suis igitur terminis contentus sit quisque; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri.* Vnde sub anathematis vinculo Leo Tertius in *cap.* 2. *de sepulturis extra in fine* detestatur, dicens: *Aliter ne fiat, auctoritate Domini nostri, qui per prophetam loquutus est: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui; sub anathematis vinculo detestamur, & contradicimus.* Quod satis abominabile dedecus existimauit Nicolaus Papa Hincmaro Archiepiscopo scribens in *can. ridiculum est, & satis abominabile dedecus* 5. *dist.* 12. Et prosequutus fuit *S. Thomas.* 1. 2. q. 97. *art.* 2. *sed contrà.* deduximus *respons.* nostra 35. *n.* 18. 19. & 20. *part.* 4. & *respons.* 27. *num.* 31. & *sequentibus part.* 5.

Maledictus puer centum annorum. ex (Esaiæ 65. 20.) dicẽte propheta: *Quoniã puer centum annorum morietur: & peccator centum annorum maledictus erit.* Quæ verba Gregorius Ianuario Episcopo scribens in *can. Paulus dicit: seniorem ne increpaueris.* 28. 2. q. 7. de sene explicat dicens: *Vbi autem Senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districtu increpatione feriendus est: Nam scriptum est: (Esaię 42.) Laqueus iuuenum omnes vos. & rursus Propheta dicit: Maledictus puer centum annorum.* Quia vt Glossa marginalis ibidem aduocat: *Generaliter, quicumque publicè peccat exemplum peccandi cuilibet tribuit: & in totam Ecclesiam delinquit.* ex Hieronymo in *can. sed*

illud

illud adde. 9. 26. q. 3. illis verbis: *Sicut in totam Ecclesiam videtur delinquere, qui corpus suum maculauerit, quia per vnum membrum macula in omne corpus diffunditur.*

Maledici regnum Dei non possidebunt. Apostolus Paulus (*ad Galatas 5. 21.*) de quo Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. denique si in epistola legimus ad Hebræos 6. in fine distinctione 21.* dicens: *De maledictis enim, non de benedictis dicat Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt.* & (*1. ad Corinthios 6. 10.*) verbis dicit: *neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt.* Deducitque Gratianus in *can. vnum orarium oportet leuitam gestare 3. §. nunc autem per singulos gradus ordine recurrētes.* in finalibus verbis *dist. 25.* dicens: *Et cum omni facilitate, vel temeritate maledicimus; cum scriptum sit: Neque maledici regnum Dei possidebunt.* Et sane mortale esset, si ex odio fieret, vt *Gloss.* ibidem verbo *temere* aduertit. Deducitque idem Gratianus in *can certum est, quod qui implus demonstratus est. 9. § illicita ergo excommunicatio in fine 24. q. 3.* verbis proferēs: Idē Apostolus (ad Romanos 12.) Benedicite persequētibus vos: benedicite, & nolite maledicere. & (ad Galatas 5.) Maledici regnū Dei nō possidebūt. Vnde neque Michael ausus fuit diabolo, maledictione dignissimo, iudiciū inferre blasphemiæ; sed dixit: *imperet tibi Dominus.* S. Iudas in sua canonica *n. 9.* Perpēditq; Hieronymus in *can. si igitur Michael non fuit ausus diabolo 10. eadem 24. q. 3.* Non ergo maledicendū. vide *S. Thom. 2. 2. q. 7. ar. 1. Ioannem Sanchez in selectis disputat. 6. nu. 2.*

Maledictio duplex, Dei, & hominis. Deus quādo maledicit: meritum eius designat, cui maledicitur, & sententiam promit: vtputa quem non fallit, neque peccati qualitas, neque peccantis affectus. Homo autem, quia hæc non potest scire; non potest esse iusta maledicendi causa, vbi ignoratur peccantis affectus. Origines in *can. Deus quando maledicit 38. 24. q. 3.*

Maledicus Clericus, maxime vero sacerdos, cogatur ad postulandam veniam: si noluerit, degradetur; nec vnquam ad officium absque satisfactione reuocetur: ex Concilio Carthaginense IV. in *can. clericorum maledicus 4. dist. 46.*

Maledici oris consuetudinem resecare debemus, etiam si non ex corde maledicamus; etiā si non ex voto, & animo iniquo. Immunditiā enim labiorum, & inquinamenta oris incurrimus. ex Hieronymo in *can. qui negligit oris maledici consuetudinem 3. 24. q. 3.*

Maledictionis sententiam proferunt sancti; sed in hanc non ex voto vltionis, sed ex iustitiæ examine prorumpunt. & ideo nunquam peccant. ex Gregorio in *can. cum sancti viri maledictionis sententiam proferunt. 12. 24. quæst. 3.*

Maledicimur quandoque, sed si de illo, de quo maledicimur, conscientiam non habemus, lætari magis debemus, quām contristari. Quid enim si homines laudent, & conscientia nos accuset? vnde Apostolus: *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ.* Charitatem autem erga odientes seruare debebimus. ex Gregorio Palladio presbytero in *can. inter verba laudantium. 55. 11. q. 3.* Et duobus canonibus sequentibus.

Malefici, & magi, & incantatores, & diuinatores diuersis nominibus nuncupantur. ex diuersis obseruationibus, quas obseruant. deducitur per Augustinum de natura dæmonum in *can. igitur genus diuinationis à Persis fertur allatum 1. 26. q. 4.*

Maleficos non patieris viuere. Dominus præcepit Moysi *Exod. 22. 18.* deducitque Gratianus in *can. reos sanguinis defendat Ecclesia 7. §. hinc apparet, quod mali flagellis sunt coercendi. 23. q. 5.* dicens: *Sed obiicitur illud, quod Dominus ait ad Moysen: Maleficos non patieris viuere.* publica quidem auctoritate, ex præcepto Domini, non vero priuata.

Maleficia impunita remanere nō debent, quod publicæ vtilitatis intersit, ne crimina remaneant impunita, (quamuis sint clerici,) & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores. ex Innocentio Tertio Londonien Episcopo in *cap. vt famæ tuæ 35. §. respondemus, quod cum prælati excessus corrigere debeant subditorum. de sententia excommunicationis extra.* ibique *Glos.* verbo *impunita.* Ne ad maleficia quisquam prosiliat. *Facilitas enim veniæ, incentiuum tribuit delinquendi.* vt Ambrosius respondit in *can. est iniusta misericordia 33. in fine 23. q. 4.* Et iuxta canonicas sanctiones quædam sint culpæ, in quibus culpa est, relaxare vindictam. ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Senonen in *cap. 1. § nos igitur, qui secundum Apostolum parati sumus inobedientiam omnem vlcisci. de postulatione prælatorum.* ibique *Gloss.* verbo *canonicas sanctiones.* Rationem reddens: *Quia maleficia impunita remanere non debent. infrà de sentent. excommunicat. vt famæ.*

Maleficia possunt fieri per sortiarias, atque maleficas, occulto, sed nunquam iniusto Dei iudicio permittente, & diabolo præparante, quo, ad vsum matrimonii, ne sequatur concubitus; Sed per opera pœnitentiæ, per eleemosynas, per exorcismos Ecclesiæ occurrendum erit. per Hincmarum Remensem Archiepiscopum in *can. si per sortiarias, atque maleficas 4 sine finali 33. q. 1.* ibique peroptime *Cardinalis à Turre Cremata.* vide *Nauarrum in can. numquid Cain de pœnitentia dist. 1. à num. 4. & de horis canonicis, & oratione cap. 6. à nu. 46. Capeauilla de casibus reseruatis part. 2. cap. 7. q. 1. difficultate 3. & 6. Cardinal. Tolet. Instructionis sacerdotalis lib. 4. cap. 16. nu. 3.*

Malitiis hominum non est indulgendum. ex Gregorio X. in Concilio Lugdunen in *cap. auaritiæ cæcitas, & damnandæ cupiditatis ambitio 5. §. non nulli siquidem ad regimen Ecclesiarum electi. de electione & electi potestate in 6.* dicente: *Cum itaque non sit malitiis hominum indulgendum. Nos latius prouidere volentes, hac generali constitutione sancimus &c.* Multa proinde ex abundanti fiunt, malitiis hominum vt occurratur. ex Gregorio ad Iustinum Prætorem in can.

*can. habet hoc proprium antiqui hostis inuidia* 6. 1. q. 5. dicente illo: *Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad Beati Petri sacratissimum corpus districtatum ex abundanti fecimus sacramenta præbere. &c.* ibique plura notat *Gloss.* 1. verbo *proprii.* & ipsa proferens *Ex abũdanti fiunt aliqua ad superandam hominũ malitiã.* adnota ex eodẽ Gregorio Palladio presbytero in *can. inter verba laudantiũ, siue vituperantium* 55. 11. q. 3. Concinit Iustinianus Cæsar in *authentica iubemus; vt si quando vna pars.* C. de *Iudic.* 15. illis verbis: *Quod si non fecerit, tunc ad eius malitiã superandã, alius mensis indulgeatur à Iudice &c.* Nec dissimiliter Innocentius Tertius Senonen. Archiepiscopo in *cap. Sedes Apostolica consueuit* 15. §. *nos igitur volentes eorum malitiis obuiare, decernimus* extrà de *rescriptis.* Decreuitque Gregorius IX. episcopo Parisiensi scribens in *cap. quia non nulli diuersis modis litteris Apostolicis abutuntur* 1. fine finali eodem de rescriptis decernens: *Vel etiam malitiose super pluribus personalibus actionibus, quæ sub vno Iudice possent tractari coniunctim, per varias literas coram diuersis Iudicibus trahunt.* ibique *Gloss.* verbo *personalibus actionibus.* Quæ sic infert: *Et in hoc obuiandum est eorum malitiis, quia malitiis hominum non est indulgendum.*

Malitiæ egressus, virtutis operatur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur. Quia nimirum, *Cum renunciatur improbitati, statim adsciscitur virtus.* Ambrosius de Cain, & Abel in *can. cum renũciatur improbitati* 9. 32. q. 1.

Malum propter bonum, quod inde sequitur, faciendum non est. ex Nicolao Papa Soloniano Episcopo in *can. nosse desideras vtrum mulier* 3. 30. q. 1. illis verbis: *Quasi causa pietatis operatur impietatem.* & ibidem in *Gloss.* verbo *copulari.* quæ aperte infert: *Nunquam malum est faciendum, propter bonum, quod inde sequitur.* Deducitque ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda* 27. 1. q. 1. decernente verbis: *Non est putanda eleemosyna; si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur. quia, qui hac intentione male accipit, vt quasi bene dispenset, grauatur potius, quàm iuuatur.* inferens in fine ad rem: *Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata committere.* Deus autem solus est, qui etiam de malis hominum actibus bona operari consueuit. vt Pelagius loquitur Papa Ioanni Patricio in *can. relegentes litteras Excellentiæ vestræ* 43. *nõ multo post principium* 23. q. 5. vnde *Gloss.* ibidem verbo *bona* argumentum extrahit; *Quod malum punitur, quamuis ex inde prouenerit bonum: vt si quis puerum castrauerit, licet illum meliorem fecerit; tamen punitur.* Quia iniuriarum potest agi aduersus eum. ex Vlpiano lib. 17. ad Edictum in *l. si seruus seruum alienum surripuerit.* 27. §. *& si puerum quis castrauerit, & pretiosiorem fecerit ff. ad legem Aquiliam.*

Malum additum bono non corrumpit illud, sed potius sumit naturam boni ex Hieronymo super Oseam in *can. non est culpandus Osea propheta* 14. *fine finali* 32. q. 1. de Osee inferẽs qui meretricem sibi copulauit iussu Domini: *Non enim (inquiens) qui bonus permanet, ipse polluitur, si societur malo: Sed qui malus, est, in bonum vertitur, si boni exempla sectetur.* ubi, ut ibi *Gloss.* verbo *sectetur.* deducens propositam propositionem in initio.

Malum factum excusatur propter bonam intentionẽ. ex Ambrosio in libro de Patriarchis in *can. dixit Sara ad Abraham* 3. 32. q. 4. de Abraham verba faciens. *Habes primã Abrahæ defensionem.* ac subsequens; *Secunda illa est, quod non ardore aliquo vagæ successus libidinis, nõ petulantis formæ captus decore, ancillæ contubernio coniugalem postinabuit thorum; sed studio quærendæ posteritatis; & propagandæ sobolis.* subdens & aliud exemplum: *Denique & Loth sub & filiæ hanc causam habendæ posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit.* vbi *Glossa* verbo *prætexuit* argumentum extrahit: *Quod malum factum excusatur propter bonam intentionem.* & *Glossella* Marginalis duo adnotat ibidem. vnum: *Intentio bona malum factum excusat.* alterum: *Quod malum in parte excusatur propter publicam vtilitatem. ff. de noui operis nunciatione. de pupillo. §. si quis riuos.* qui textus est Vlpiani lib. 52. ad Edictum *l. de pupillo quæsitum est* 5. §. *si quis riuos aut cloacas velit reficere ff. de operis noui nunciatione:* Rationẽ referens Vlpianus: *Cùm publicæ salutis, & securitatis intersit, & cloacas, & riuos purgari.* deducitque *Gloss.* ibidem verbo *securitatis* propositionem: quod *publica vtilitas præfertur priuatæ.*

Malum præcedens agrauatur per consequens. ex Concilio Bracharense secundo in *can. placuit, vt vnusquisque Episcopus per parochias suas.* 102. in *fine.* 1. q. 1. inferente causam: *Necesse est, vt ab illis eorum perditio requiratur, quorum spolia pertimescentes, à baptismi gratia se retraxerunt.* Malum ergo præcedens grauatur per consequens. deducit *Gloss.* in *cap. sicut nobis est intimatum* 9. *in fine principii de testibus, et attestationibus.* verbo *& adulterio.* In fine dicens: *Malum præcedens agrauatur per consequẽs ex illo.*

Malum qui non tolerat, sicut etiam malos, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. *Abel, enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet.* Gregorius in *can. hæc autem vita, quæ inter Cælum, & infernum sita est* 13. *in fine* 23. q. 3. Namque Malum bonus tolerare debet; *Nam & Christus Iudam, cum sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit, eique cum aliis Eucharistiã dedit.* Augustin in *can. tu bonus tolera malum* 2. eadem 23. q. 4. & vt ipse met August. ibidẽ in *can. tolerandi sũt* 1. docet. *Tolerãdi sunt quidẽ mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur: sed spiritualiter exire, est facere, quod pertinet ad correptionem malorum, quantum licet pro gradu cuiusque, salua pace: displicere, est non tangere.* inferens in fine: *Hoc est exire, ore nõ parcere: hoc est, immundũ non tangere, voluntate non consentire.* super verbis illis: *Exite populus meus de Babilone; & immundum ne tetigeritis.*

*ti*. Glossa ibidem in casus figuratione. Tolerandi enim sunt mali; nec deserendi, sicut Christus peccatores non deseruit, sed cum illis manducauit, & bibit, dicens: *Non est opus valentibus medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare iustos, sed pecatores.* (Matthæi 9.13.) Rationē reddit Augustinus in *can. multi corriguntur, vt Petrus* 18.2.q.1. circa mediū: *Non enim possunt homines in hoc mundo viuentes, nisi cū talibus viuere.* (peccatoribus vtique) *Nec tales possunt lucrifacere Christo, si eorum colloquium, conuictumque vitauerint.* Mali quidem ideo tolerandi, vt corrigantur, vel saltim si corrigi, & emendari non valeamus, sunt tamen tolerandi; *Neque propter paleam relinquamus aream Domini: neque propter pisces malos rumpamus retia Domini: neque propter hædos in fine segregandos deseramus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de Domo Domini.* Augustini eiusdem verbis loquimur ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. quisquis pro aliquo flagitio, vel facinore* 38.24.q.1. Idemque tradit Augustinus ad Vincentium in *can. nimium sunt inquieti Donatistę* 37.23.q.4. in finalibus verbis rationem reddens. *Non enim propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali tolerandi sunt.*

Mali homines in Ecclesia sunt, vt in corpore humano humores mali, qui interdum exeunt ex corpore: Sed tamen tolerantur, & sunt in Ecclesia, quæ complectitur cum granis etiam paleas. Augustinus in libro de baptismo in *can. est vnitas Ecclesiæ, quæ latè patet* 49. *de consecratione distinct.* 4. Rationem etiam habemus ex Vrbano Papa in *can. notandum est, quod quidam dicunt* 37.24.q.3. post principium. ex Augustino dicente: *Quia non est pręcidenda vnitas: ferendi sunt mali, non abiiciendi.*

Mali prosunt quandoque bonis. *Et mala prosunt bonis, sicut angelus satanæ profuit Paulo. Per malum enim fit bonum, cum bene accipitur malum.* Augustinus fatur in *can. & sancta malis possunt abesse* 66. *in fine de consecratione distinct.* 2. Accipitur malum. id est patienter substinetur afflictio. *Glossa* ibidem commentum agit. Cōcinitque Constantinus Augustus ad Populum in *l. lex quę tutores, curatoresque necessitate adstrinxit.* 22. §. *ante omnia igitur vrbana mancipia. C. de administratione tutorum, & curatorum, & pecunia pupillari fœneranda, vel deponenda.* Qui rationem sequentibus reddit: *Nam boni serui fraudem fieri prohibebunt: mali, si res exegerit, sub quęstione positi poterunt prodere veritatem.* Mali ergo etiam quandoque prosunt ex incidēti. Tolerandi proinde, nec omnino abscindendi. ex Augustino in *can. quidam verò à contrario periclitantes* 19. propè medium 23.q.4. qui rationem reddens dicit: *Vt, & canes in Ecclesia propter patem Ecclesię toleramus.*

Mali bona administrando se tantummodo lædunt. Nicolaus Papa ad cōsulta Bulgarorū in *can. sciscitatibus vobis* 5. *sine finali* 15.q.8. circa mediū. Rōnem reddit, subsequēs, *Et cera fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen in tenebris administrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi, dispendium prabet.* concordat Augustinus in *can. & sancta malis possunt abesse* 66. *de consecrat. distinct.* 2. infert eos: *Bonis sunt ad salutem; malis ad Iudicium.* Afferens illud Apostoli: (1. *ad Corinth.* 11.) Qui manducat, & bibit indignè; iudicium sibi manducat & bibit. subdēs; Non quia res illa mala est: sed quia malus malè accipit, quod bonum est. Non erat mala bucella, quæ tradita fuit Iudæ à Domino; Salutem medicus dedit; sed quia ille, qui indignus erat, accepit, ad perniciem sui accepit. & vt idem subdit Augustinus eadem *de consecratione distinct.* 2. *can. sicut Iudas, cui buccellam tradidit Dominus.* Non malum accipiendo, sed malè accipiendo, locum in se diabolo prębuit. Idemquem tradidit Augustinus in *can. baptismus talis est, qualis ille est.* 26. *de consecratione dist.* 4. Nō multo post principium. *Non exhorreat columba ministerium malorum: respiciat Domini potestatem. Quid tibi faciat malus minister, vbi bonus est Dominus? Quid te impediat malitiosus pręco, vbi beneuolus est Iudex? Neque qui plantat est aliquid. neque qui rigat. sed qui incrementum dat Deus.* Mali ergo bona administrando se tantummodo lædunt, non alios.

Mali sunt prohibendi à malo, atque cogendi ad bonum. Augustinus ad Donatum presbyterum in *can. mali sunt prohibendi à malo* 54.23.q.4. Quia nimirum, vt idem docet Augustinus in *can. est vnitas Ecclesię, quę latè patet.* 49. *de consecratione dist* 4. Ecclesia cum granis complectitur etiam & paleas. Sunt tamen cogendi, vt bonum faciant, & *prauitas corrigatur.* vt Gratianus inquit d. *can. mali sunt prohibendi* §. *ex his omnibus colligitur.* & ea ratione, vt illum, in quem vindicat, non pœna miserum, sed correctio beatum velit. ex eodem Augustino in *can. ea vindicta, quę valet ad correctionem, nō prohibetur.* 51. *in fine principii* 23.q.4.

Mali quandoque hic remunerationem accipiunt, vt durius puniantur. ex aureo ore Ioanne Chrysostomo in *can. quid ergo turbamur? nemo videns malignos prosperitatem habere, turbetur.* 48. *de pœnitentia dist.* 3. Rationes infert. & inferius: *Est & alia ratio: quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona: neque bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cùm ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cùm enim pro illis paucis retributionem hic accipit, illic iam plenius punietur.* & notandum quod *Gloss.* ibidem in principio verbo *malignos.* illud Claudiani refert:

*Tolluntur in altum, vt lapsu graviore ruant.*

Mali persecutionem patiuntur ab ipsis factis eorum. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem* 40. §. *postremo quare per violentissimas turbas. in fine.* 23.q.4. illis verbis in ratione, quam reddit: *Quia persecutionem patimini non à nobis; sed sicut scriptum est ab ipsis factis vestris.* scriptū (*Sapientiæ.* 3. 10.) dicente sapiente: *Impii autem secundum quæ cogitauerint, correptionem habebunt.* Concinitq;

Gre-

Gregorius Papa Natali Episcopo scribens in *can. multis ab vrbe tua venientibus*, *Frater charissime.* didici 5. *in principio dist.* 44. dicens ei: *Qua audita non crederem, nisi hac actionum tuarum experimentis approbarem.* Actiones ergo propriæ contra nos damnant.

Malos de medio tollit Deus, ne malitia eorum augeatur, & peccatum, sed pœnitentiam etiam in ipsa morte agant. ex Augustino in *can. ea vindicta, quæ valet ad correctionem, non prohibetur.* 51. §. *magni autem, & sancti viri.* 23. q. 4. deducitque *Gloss.* in *can. Episcopi, si sacerdotali moderatione postposita* 8. *in fine* 11. q. 3. verbo *peccatum.* dicens: *Tollit Deus malos de medio, ne peccatum eorum augeatur.* 23. q. 4. *ea vindicta. & tollit bonos, ne malitia malorum immutet intellectum eorum. de pœnitent. distinct.* 4. *si ex bono.* Qui est Augustini. & nu. octauus. Quia vita hæc tentatio dicta est super terrā, vnde Donum Dei est, vt finiat homo vitam istam, antequàm ex bono mutetur in malum. Sicut Donum Dei est in bono perseuerantia. ibidem.

Mali sæpe persecuti sūt bonos, & boni persecuti sunt malos: illi nocendo per iniustitiam, isti consulendo per disciplinam: illi immaniter, isti temperātes. illi seruientes cupiditati, isti charitati. Nam qui trucidat non cōsiderat quemadmodum laniet: qui autem curat; considerat quemadmodum secet. Ille enim persequitur sanitatem; iste putredinē. Augustinus ad Vincentium in *can. nimium sunt inquieti Donatistæ* 37 §. *si semper esset culpabile persecutionem facere.* 23. q. 4. inferens in fine rationem: *Non enim propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali tolerandi.*

Mali flagellationibus obdurantur. Sicut Petrus, quem Dominus respiciens, nemine corripiente, commonit ad lachrymas. Præciti ad mortem inter flagella deteriores fiunt: sicut Pharao. Gratianus in *can. tum quisque fratrum* 39. §. *est & alia causa, qua correctio verborum, vel verborum videtur esse inutilis.* 23. q. 4. & Augustinus ibidem *can. sicut non est ab oratione cessandum pro eis* 20. & *can. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22. Rationem reddens in fine, ac dicens de Nabuchodonosore, & Pharaone verba differens: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi, quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?*

Malus choraula, bonus symphoniacus est. quod esse non potest, sed prouerbialiter dictum ab Augustino ad Aurelium in *can. legi epistolam benignitatis tuæ de Donato* 36. *circa medium* 16. q. 1. verba sunt Augustini: *Nisi forte (sicut vulgares dicunt) malus choraula, bonus symphoniacus est: ita iidem ipsi vulgares, de nobis iocabuntur, dicentes: malus monachus, bonus clericus est.* Choraola *Gloss.* ibidem explicat, qui incipit cantum in choro; vel qui choreas ducit.

Malus quis præsumitur ex præterito ad futurum, & ex præsenti ad præsens, atque etiam ad futurum. ex Gregorio Natali Episcopo in *can. multis ab vrbe tua venientibus* 5. *distinct.* 44. ibique notat optime *Gloss.* verbo *actionum.* Concinitque in argumentum Concilium Chalcedonense in *can. peruenit ad nostras aures* 6. *in principio distinct.* 18. Sequentibus nempe illud argumentum protrahit: *Hoc ex eo probatur, quod multa, quæ correctione opus habent Ecclesiasticæ res, negliguntur.* Ex præterito ergo argumentum probatur ad futurum; & ex præsēti ad id, quod præteriit. Simile est argumentum ex Leone Papa Nicetæ Aquilensi Episcopo in *can. cum per bellicam cladem, & grauissimos hostilitatis incursus* 1. §. *sin autē aliquas mulieres ita posteriorum virorum.* qui est finalis 34. q. 1. dicente Leone argumentum ostendentes, *sibi met pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare.* De præsenti namque ad præterita argumentum deducit, & probationem. Eodemque modo ex Hormisda Papa in *can. si quis diaconus, aut presbyter* 29. §. *quod si eos durissimam pœnitentiam per plures annos videremus agere.* circa mediū *distinct.* 50. dicente argumentum Hormisda: *Nec eos ieiuniis, vel lectionibus vacare videamus: possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto corporis, & animæ suæ inimica securitate permanerent.* Ex præsenti enim statu ad futura argumentum protrahit.

Malus quis summè esse non potest. ex Gregorio in moralibus in *can. omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt* 3. §. *nam cū quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur. distinct.* 47. Referens enim Gregorius locum Apostoli (ad Romanos 6.) *Humanum dicò propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* sequentibus infert: *Eorum proculdubio infirmitati condescenditur; ac si eis apertiùs diceretur; si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debitores vos habeat sancta libertas aeris, quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.* Quo loco *Gloss.* verbo *tales.* sequentia profert: *Videtur hic, quòd aliquis possit tantum crescere in malitia, quantum in bonitate. quod non est verum: quia charitas potest in infinitum extendi, iuxta illud:* Bonum mihi lex oris tui super millia &c. *Sed malitia non: quia aliquis non potest esse summè malus.* probat ex Gratiano in *can. si sermo meus* 20. §. *è contrario etiam gradus in virtute esse probantur. de pœnitentia distinct.* 2. dicente Gratiano: *Sicut enim nemo repente fit summus; ita nemo repente fit turpissimus.* vbi *Gloss.* verbo *ita nemo* refert. ex Iuuenale:

*Nemo repente fuit turpissimus: accipient te*
*Paulatim, qui longa domi redimicula sumunt.*

redimicula. id est *ornamenta.* turpissimus. id est *vitiis plenus.* Glossella Marginalis ibidem commentum agit. malus ergo quis summè esse non potest.

Malum in bonum vertit, qui de malo facit bonum. Facit enim de malo bonum, qui reddit

quod illicite abstulit. Vnde Augustinus in *can. qui habetis de malo, facite inde bonum* 14.14. q.5. sic fatur, consilium præbens: *Esto bonus tu, qui bonum facis de malo: & cum cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus.* ibidemque Gratianus §. *sed hoc multipliciter intelligitur.*

Mammona iniquitatis dicuntur ditiæ ex nimia solicitudine acquisitę. vnde dixit Dominus (Lucę 16.9.) *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Ita nempe Gratianus in *can. qui habetis de malo, facite inde bonū* 14.5. *sed hoc multipliciter intelligitur.* 14. *quæst.* 5. verba præfata exaudit: *De malo bonum facit, qui pauperibus dispensat, quod cum labore, & solicitudine acquisiuit, iuxta illud Euangelii: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis.* Mammona, siue Mammon dicitur dœmon, qui præest diuitiis. *gloss.* ibidem commentum agit. verbo *de mammona*. Quod tamen faciendum est, non perperrando furta, sed bene vtendo mammona iniquitatis. verba sunt Augustini ad Claudium contra Iulianum in *can. sic non sunt facienda adulteria, etiam voluntate generandi regenerandos* 10. *in fine* 32. q.4. ibique peroptimè *Gloss.* verbo *mammona* quæ sic explicat. *Idest pecunia, quam quis per iniquitatem, id est per solicitudinem acquisiuit.* 14. q.5. §. *sed hoc multipliciter. &c.* Iniquitatis. *Gloss.* ibidem subnectit: *Id est inæqualitatis. Aequum est enim tibi necessaria retinere, & superflua pauperibus erogare. & hęc est iniquitas si contrà fiat.*

Manna, quæ de cœlo defluxit; (Exodi 16.) futurorum pręfiguratione, alimentum panis cœlestis, & cibum Christi venientis ostēdit, atque pręfigurauit. Illic enim sine discrimine vel sexus, vel ætatis Gomor singulis ęqualiter colligebatur. Vnde apparebat Christi indulgentiam, & cœlestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi; sine sexus varietate, sine annorum discrimine, sine acceptione personæ super omnem Dei populum spiritalis gratię munus infundi. Cyprianus ad Magnum in *can. nec quemquā mouere debet* 128. §. *spiritus verò sanctus non dimensuratur, sed super credentes totus infunditur. de consecratione distinct.* 4.

Manna illud de cœlo (de quo dictum est: *Panem angelorum manducauit homo.* psalmo 77. 25.) Eucharistia vero super cœlum; illud cœli, hoc Domini cœlorum; illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione; quod quicumque religiosè gustauerit, corruptionem sentire non poterit. Ambrosius in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus* 69. paulò post principium *de consecrat. distinct.* 2. Et in ipso principio differentiam tradit: *Panem illum, qui manducauerunt, omnes in deserto mortui sunt. ista autem esca, quam accipis, iste panis viuus, qui de cœlo descendit, vitę ęternę substantiam subministrat; & quicumque panem hunc manducauerit, non morietur in æternum; quia corpus est Christi.* Hec autem in figurà facta sunt nostri, quod manna pluit eis de cœlo. *Potiora enim lux, quàm vmbra; veritas, quàm figura; corpus auctoris, quàm manna de cœlo.* ibidem Ambrosius.

Manifesta accusatione non indigent. Ambrosius in *can. manifesta* 15. 2. q.1. ibique pluribus *Glossa*. Rationē habes ex Nicolao Papa Ludouico Regi in *can. quę Lotharius Rex nepos vester facit accusatore non indigent.* 16. *eadem* 2. q.1. subsequens. *Manifesta quippe sunt (teste Apostolo (ad Galatas 5.) opera carnis, fornicatio, immunditia &c.)* Et ideo accusatore non indigemus in his, quæ manifesta sunt. Discutiendę tamen sunt causæ pręsentibus accusatis. ex Damaso Papa in *can. eorum, qui accusantur, causas* 76. 11. q.3.

Manere quisque debet in ea vocatione, qua vocatus fuit. ex Apostolo (1. *ad Corinthios* 7.20.) dicente: *Vnusquis in qua vocatione, vocatus est, in ea permaneat.* Decreuitque septima Synodus in *can. Clericus ab instati tempore non commoretur in duabus Ecclesiis.* 1.21. q.1. Rationem reddens: *Audiuimus enim ex ipsa Dominica voce; quod nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Vnusquisque enim secundum Apostolicam vocem: in quo vocatus est, in hoc debet manere, et vna locari Ecclesia.* Ita Synodus. Deduxitque *Glos.* in *can. nullus Abbas, vel monachus canonicos regulares* 1.19. q.3. verbo *regulares* dicens: *Vt enim ait Apostolus? In ea vocatione in qua quis vocatus est, in ea permaneat* 21. q 1. *cap.* 1. Iustum est ergo vt nusquisque in sua vocatione permaneat.

Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Apostolus Timotheo præcepit (1. *ad Timoth.* 5. 22.) explicat Leo Papa ad Episcopus Africanos scribens in *can. miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati* 5. §. *quod si in quibuslibet Ecclesię gradibus prouidenter, scienterque curandum est. distinct.* 61. subnectens: *Quid est, cito manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ, sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis; nisi talem effici ordinantem, qualis ille est, qui non meruit ordinari?* Eisdemque verbis ex eodem repetitur in *can. quid est manus cito imponere, nisi ante ætatem maturitatis* 3. *distinct.* 78. Nam communicat peccatis alienis, qui illis consentit. *Gloss.* ibidem verbo *communicare.*

Manumissio fit, cùm ij, qui sub iugo sunt seruitutis, in ea, qua nati fuerūt, manumittētis beneficio libertate reddūtur. Relaxatur enim seruitutis vinculum. ex Gregorio Montanę, Et Thomæ in *can. cum redemptor noster totius conditor creaturæ* 68. 12. q.2.

Manumittere Episcopus seruum Ecclesię non potest, eumque à proprio Ecclesię patrocinio liberare; nisi eum sibi commutatione facta seruum acquisierit, ipseque vti proprium manumiserit; is autem, si contra Ecclesiam fuerit, in seruitutem iterum reducitur. ex Concilio Toletano Quarto in *cap. Episcopus, qui mancipium iuris Ecclesiæ* 58. 12. q.2.

Manumissionem per predecessorē Episcopum

Inte

Iure factam, eius non potest successor infringere. ex Concilio Agathensi in *can. si quos de seruis Ecclesiæ benemeritos* 57. 12. q. 2.

Manumissus à Collegio, non singulis de collegio, sed vniuersitati reuerentiam debet. Gratianus in *can. Episcopus, qui mancipium Iuris Ecclesiæ* 58. §. *si verò à Collegio manumissus fuerit eadem* 12. q. 2. Quia res communis omniũ est, non singulorum. *Gloss.* ibidem verbo *singulos.* rationem reddit.

Marcellinus Episcopus Vrbis Romæ, qui postea insignis martyr effectus est, adeo cõpulsus est à paganis, vt in tẽplũ eorũ ingressus, grana turis super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numerosorum Concilio Episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorum proferre sententiam in eum ausus est, dum ei sæpissime omnes perhiberent: Tuo ore iudica causam tuam, non nostro iudicio: Et iterum: Noli, aiunt, audiri nostro iudicio, sed collige in sinu tuo causam tuam. & rursus: Quoniam ex te (inquiunt) iustificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicatur à quoquam. Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. nunc autem diuina inspiratione* 7. post principium *distinct.* 21. & *Gloss.* ibidem verbo *Marcellinus.* quæ subnectit: *Et in se tulit sententiam depositionis: & viens coram* Diocletiano confessus est se Christianum esse, & excommunicauit, quicumque eum post mortem sepeliret. Sed Domini reuelatione sepultus fuit post triginta dies post mortem.

Marcus discipulus Petri, & Euangelista, secundam Sedem apud Alexandriam Beati Petri nomine erexit, atque consecrauit. & ipse in Aegypto primum verbum veritatis directus à Petro prædicauit: & Gloriosum suscepit Martyrium, cui venerabilis successit Abilius. Anacletus Papa ad omnes Episcopos in *can. sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia* 2. §. *secunda autem sedes apud Alexandriam distinct.* 22. & Hieronymus ad Euagriũ Episcopum in *can. legimus in Isaia* 24. *col.* 2. *post medium distin.* 93. dicens: *Nam & Alexandriæ à Marco Euãgelista vsque ad Heraclã, & Dionysiũ Episcopos, presbyteri semper vnũ ex se electũ, in excelsiori gradu collocatũ, Episcopũ nominabant. &c.* Et sanctus discipulus Petri Marcus Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit. Leo Papa Dioscoro Episcopo Alexandrino in *can. cum Beatissimus Petrus* 16. 24. *quæst.* 2.

Margaritæ ante porcos ponendæ non sunt. Sic nempe (*Matthæi* 7. 6.) Dominus: *Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis magaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.* quem locum Hieronymus in *can. nolite recedere à Domino in hodierno die.* 22. *in fine* 12. q. 3. sequentibus enucleat: *Qui indigni audiunt verbum Dei; & cùm audierint, neque vt infideles discedunt, neque permanent vt fideles: sed percepta mysteriorum notiti, & fidei nostræ secretionibus scrutatis, conuersi, postmodum impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes.* Quia nimirum impiis, porcis videlicet, & canibus, & qui audire contemnunt non sunt tradendæ margaritæ. vt Hieronymus idem in *can. quando ergo vir Ecclesiasticus* 23. *in fine eadẽ* 11. q. 3. verbis profert: *Taceat illo tempore, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, qui conuersi conculcent eas. & imitetur Hieremiam dicentem: Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum.* Hieremiæ 16. & de sacramentis exponit Ambrosius in *can. non nulli ideo poscunt pænitentiam* 55. *in fine de pænitentia distinct.* 1. verba tradens: *Nolite sanctũ dare canibus; neque miseritis margaritas vestras ante porcos. hoc est immundis spiritibus sacræ cõmunionis non impendenda consortia.* Porcos. id est peccato sordidatos. *Glossa* ibidem exprimit. Nam soliciti & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. indignos videlicet, nam nosse conuenit, quis, qualisque sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt. ex Clemente Papa in *can. in mandatis habemus, vt venientes ad Ciuitatem* 2. *dist.* 43.

Maria Virgo sanctissima in Rubo ardenti præfigurata fuit, qui Moysi in monte apparuit. (*Exodi* 3.) deducit Ambrosius in *can. sunt, qui arbitrentur hoc esse pænitentiam* 56. §. *dicimus ergo, & agendam esse pænitentiam de pænitentia dist.* 1. verba damus Ambrosii: *Nã si Moysi proprius accedere gestienti, vt cognitionem mysterii cælestis hauriret, dicitur: solue calciamentum de pedibus tuis, quantò magis nos animæ vostræ pedes exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere?* quo loco *Gloss.* verbo *mysterii.* sic infert: *Rubus est Virgo Maria; ignis ardens in rubo, nec comburens, est Spiritus Sanctus in Beata Maria, qui descendens in eam, non violauit eam. & secundum hoc quod sequitur: Solue calciamentum. si intelligitur calceamentum, quod sit de mortuis animalibus, est prauus intellectus Pharisæorum dicentium: si peperit. ergo cum viro concubuit. dicitur ergo Mosi. id est cuilibet Christiano: solue calciamenta &c. id est exue talem intellectum fallit in Beata Maria, quæ virgo ante partum, & post partum Christum peperit.* ita Glossa.

Maria præter naturæ ordinem Christum virgo generauit, Ambrosium percipe in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus.* 69. *col.* 3. *circa finem de consecratione dist.* 2. qui sic fatur: *Numquid naturæ vsus præcessit, cùm Dominus Iesus ex Maria nasceretur? Si ordinem quærimus, viro mista fœmina generare consueuit. Liquet igitur, quod præter naturæ ordinem virgo generauit. Et hoc quod conficimus, corpus ex Virgine est. Quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cùm præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine?*

Maria Virgo se virginem perseueraturam vouerat. vnde ait Angelo: *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco?* id est me non cogniturum proposui. Neque enim quia tunc

vi-

virum non cognoscebat; necesse erat inquirẽ, quomodo posset filium habere? sed quia nũquam se cognituram proposuerat. Gratianus in can. *sufficiat secundum leges solum eorum consensus* 2.27.q.3. ibidemque S. Augustinus in can. *Beata Maria*; verba sunt Augustini: *Beata Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis in corde: sed ipsum votum virginitatis non expressit ore. Subiecit se diuinę dispositioni, dum proposuit se perseueraturam virginem, nisi Deus aliter ei reuelaret. Committens ergo virginitatem suam diuinę dispositioni, consensit in carnalem copulam, non illam appetendo, sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo. Postea verò filium genuit, & quod corde conceperat, simul cum viro labiis expressit, & vterque in virginitate permansit.* Prosequiturque *Gloss.* ibidem verbo *voti virginalis*. vouisse scilicet virginitatem sub conditione, nisi Deus aliter reuelaret. & virgo in æuum permansit. Benedicta tu in mulieribus. vide *S. Thomam 3. part. q. 29. art. 2. in respons.*

Maria verum habuit nomen Coniugis, non mendax: quam concubitu non cognouerat Ioseph, nec fuerat cogniturus. fuitque fidele coniugium inter eos. Propter quod fidele coniugium Parentes Christi vocari meruerunt; non solum illa Mater; verum etiam, & ille Pater eius, sicut coniux Matris eius, vtrumque mente non carne. Augustinus in *can. coniux vocatur à prima fide* 9.27.q.2. sequiturque *can. omne itaque nuptiarum bonum* 10. ibidem prosequens: *Omne itaque nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi: proles, fides, Sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum: fidem, quia nullum adulterium: Sacramentum, quia nullum diuortium.* Et propter hoc appellatur perfectum Matrimonium, propter tria illa: prole, fide, sacramento. Prosequitur Gratianus in *can. institutum est, vt iam pallę sponsæ* 39.§. *sed obiicitur illud Augustini eadem*.27.q.2.

Maria desponsata fuit Ioseph, & in suam duxit, numquam tamen eam cognouit. Nam si vir Iustus eam cognouisset; numquam à se discedere passus esset, cum cogitauit occulte dimittere eam. ex Ambrosio Gratianus in *can. quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt*.29.§. *item si coniuges essent; discessio ab inuicem esset diuortium*.27.q.2.

Maria desponsata fuit Ioseph, vt diabolo virginitas eius occultaretur, atque Iudæorum prauitas excluderetur; & legis instituta non destruerentur. ex Origine in *can. Inuenta est habens in vtero* 44.§. *dico coniugem* 17.q.2. Et vt Virginitas Marię falleret principem mundi. vt dicit Ambrosius in *can. pudor est feminis nuptiarum pręmia non habere* 1. *in fine* 32.q.2. Rationẽ reddit *Gloss.* ibidem verbo *falleret*. verbis exprimens: *Ex hoc autem fuit deceptus diabolus, qui cùm videret Mariam habere filium, credebat eam mulierem esse.*

Maria Virgo Deum, & hominem genuit. Ideo in Concilio Ephesino ducentorum Patrum damnatus fuit Nestorius Constantinopolitanus Episcopus, qui asserebat; Beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantũmodo genetricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret Deitatis. ex Beda in libro de temporibus in *can. prima autem Synodus in Nicæa*.10.§. *tertia in Epheso ducentorum Patrũ. dist.* 16.

Maria Virgo Beatissima licet dignior, & excellentior fuerit Apostolis vniuersis, non tamen illi, sed illis Dominus claues Regni cœlorum commisit. Innocentius Tertius Valentinen, & Burgen Episcopis, & Abbati de N. Cisterciensis ordinis in *c. noua quędã nostris sunt auribus intimata* 10. *in fine de pęnitentiis, & remissionibus. extra.* sequuta fuit *Gloss.* in *cap. dilecta in Christo filia Abbatissa* 12. *de maioritate, & obedientia* verbo *Iurisdictioni* circa finem. *vers. & potest dici, quod nec ab officio potest suspendere.*

Maria Virgo à Christo in Cruce pendente commendata fuit Ioanni. Gratianus in *can. quod autem interrogasti de his* 29. §. *item si coniuges essent. circa finem* 27.q.2.

Martyres sancti multiplicibus tormentorũ cruciatibus, & mirabilibus; confessionum triumphis irradiant. Nec suis viribus, sed gratia; Dei, & adiutorio vniuersa tolerauere. ex Gelasio Papa in Concilio habito Romæ cum septuaginta Episcopis 10 *can. sancta Romana Ecclesia* 3.§. *Item gesta sanctorum martyrum dist.* 15.

Martyrium pro Christo, eiusque sancta fide ex nobis ipsis suscipere non debemus per mortem; sed illam illatam ab aliis libenter excipere. Vnde, & in persecutionibus non licet propria perire manu, sed percutienti colla submittere. Hieronymus in Ionam prophetam in *can. non est nostrum mortem arripere* 11.23.q.5. Quinetiam si ad mala aliqua cogereris; nec sic tibi ipsi mortem conferre debes. ex Augustino Donato presbytero in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem*.38.§. *noli ergo iam dicere prope finem* 23.q.4. & Ambrosius ad Marcellinam Sororem in *can. conuenior ipse à comitibus, & tribunis* 21. non longe post principium 23.q.8. concinnis satis verbis: *Vultis in vincula rapere? vultis in mortem? voluptati est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorũ, nec altaria tenebo, vitã obsecrans, sed pro altaribus gratiùs immolabor.* vbi *Gloss.* verbo *pro altaribus*. de prelatis loquens: subnectit: *Videtur, quod Prælatus mortem debet subire, non solũ vbi fides, vel salus Ecclesiæ impugnatur; sed etiã vbi res, vel claues Ecclesię auferuntur.*

Martyrum numero non imputantur, neque venerantur, qui se voluntarie interimunt, vel qui sibi collum ligauerunt; ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. si dixisti, laqueo traditor perit* 23.q.5. Vel quolibet modo violentam sibi inferunt mortem; vt nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur. Quamuis hoc per ignorantiam vsurparint. ex Concilio Bracharensi primo *can. placuit, vt qui sibi ipsis voluntarie; aut per ferrum* 12. *eadem* 23.q.5.

Mar-

Martyrem non pœna facit, sed causa. Sicuti & Baptismi vicem aliquando implet passio. vt de Latrone illo, cui nō baptizato dictum est: *Hodie mecū eris in paradiso.* Neque enim latro ille pro nomine Christi crucifixus est; sed pro meritis facinorum suorum: nec quia credidit, passus est; Sed dum patitur credidit. Augustinus de vno baptismo contra Donatistas. in *can. baptismi vicem aliquando implere passionem* 34. *de consecrat. distinct.* 4. Baptismi itaque vicem subest martyrium pro Christo susceptū, quamuis quis baptizatus non fuerit. ibidem. Nam in baptizato peccata omnia remittuntur; in isto extinguuntur. ex Augustino in *can. cathecumenum quamuis in bonis operibus defunctum* 37. *de consecrat. distinct.* 4. & ex Augustino in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites* 3. 15. q. 1.

Martyrii effectus, & si non perficiatur, animus tamen ille martyrii, pro martyrio computatur. Namque martyrium mente concipitur; animus ad bonum deditus Deo iudice coronatur. Aliud est enim martyrio animum deesse: aliud animo defuisse martyrium. Qualem te inuenit Deus, cùm vocat; talem pariter, & iudicat. Cyprianus de mortalitate in *can. numquid Cain cum Deo munus offeret, iam peremerat fratrem?* 26. *de pœnitentia distinct.* 1.

Martyres, qui pro Christo moriuntur, quamuis baptismo sanguinis baptizati, vitam æternam consequuntur. Quod firmissime tenendum est, non dubitandum. Ex Augustino de fide ad Petrum diaconum in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites* 3. 15. q. 1.

Martyrium sine charitate non prodest. Tales etiam si occisi in cōfessione nominis fuerint, macula ista, nec sanguine abluitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ, nec passione purgatur. Cyprianus de vnitate Ecclesiæ in *can neque ad Cain munera respexit Deus* 3. *in fine distinct.* 90. & Hieronymus in *can. vide quātum bonum sit charitas* 65. 1. q. 1. inferens in fine: *Huic operi, non tam præmium, quā pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta sunt, quàm corona victoriæ.* Si sine charitate, & ad vanam gloriam subeatur martyrium. Deducitque Augustinus de patientia in *can. si quis autem non habens charitatem* 49. *de pœnitentia distinct.* 3. Deferens illud, quod ait Apostolus. (1. ad Corinth. 13.) *Si tradidero corpus meum ita vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* ) subsequitur: *Nihil prodesse intelligitur ad regnum cœlorum obtinendum.* prosequens: *Hæc propter charitatem dicta sunt: sine qua in nobis non potest esse vera pœnitentia; quia in bonis charitas Dei est, quę tolerat omnia.* deducitque *Gloss.* in *can firmissimè tene, & nullatenus dubites* 3. 16. q. 1. verbo *pro nomine Christi.* dicens: *Dum tamen adsit charitas, aliter nō sufficit alicui ad salutem pati martyrium.*

Mater sancti Augustini (S. Monica) eum Mediolanum sequuta fuit. Ipse met testatur ad Ianuarium scribens in *can. illa autem, quę non scripta, sed tradita custodimus* 2. *circa finem distinct.* 12. vide infra Monica sancta

Mater non debet, nec decet obliuisci filium suum. vti Zepherinus Vrbis Romæ Episcopus testatur in *can. ad Romanam Ecclesiam* 8. *in fine* 2. q. 6. Rationem reddens, quare concurrentes ad Romanam Ecclesiam per appellationem reiici non debeant, sed defendi, & à suis oppressionibus subleuari: Quia mater est: *Et non potest, nec debet mater obliuisci filium suum.* Nec pręsumitur esse mater, nisi diligat filium. vt *Gloss.* ibidem verbo *matrem.* commentum agit. ex Salomonis Iudicio (3. *Regum* 3.) in *cap. afferte mihi gladiū.* 3. *extra de præsumptionibus* ex verbis mulieris illius, cuius filius viuus erat: *Commota sunt quippe viscera eius super filio suo: obsecro Domine, date illi infantē viuum, & non occidatur.* vnde Rex: *Date huic infantem viuum, & non occidatur: hæc est enim mater eius.* Ex dilectione videlicet. vt *Gloss.* ibidem obseruat. verbo *hæc est enim mater eius.* ex Augustino in *can. ea vindicta, quæ valet ad correctionē* 51. 23. q. 4. post principium. Rationem reddente: *Non enim metuendum est, ne odisse paruulum filium parentes videantur.* diximus *respons.* nostra 13. n. 32. & *sequentibus part.* 5.

Mater est Ecclesia omnium fidelium, eiusque vberibus nutriri debent, atque tutari, defendique ad eam recurrentes. ex Zepherino Papa in *can. ad Romanam Ecclesiam* 9. 2. q. 6. Impii proinde in matrem esse filii non debent. Indigni enim efficiuntur, vt matris Ecclesiæ filii nuncupentur, dum ad ipsius matris iniuriam se conuertunt, & matris eiusdem pietatem offendunt.

Matris ergo pietatem offendens, filius dici non meretur. ex Ioanne 22. in *extrauaganti infidelis, et stolidæ prędicationis alumni. vnica in ipso principio de furtis. inter communes.*

Materiæ paruitas in omni re à mortali culpa excusat. iuxta *S. Thomam* 2. 2. *q.* 19. *art.* 3. *Nauarrus manuali c.* 11 *nu* 4. & *cons* 1. *sine vnico nu.* 8. *in fine lib.* 5. *de apostatis.* & *cons.* 53. *nu.* 3. *in fine lib.* 5. *de simonia.*

Matrimonium à Deo institutum fuit in paradiso. Nefas est ergo matrimonium crimen appellare. Nam ex Salomone (prouerbiorum 19.) *Etenim à Deo pręparatur viro vxor.* Non ergo inter crimina matrimonium dimissum esse putari potest; Quod auctore Deo legitur consumatum. Non ergo quod à Deo institutum fuit, ab hominibus diuidendum. Ex Innocentio Papa Ruffo, Eusebio, & cæteris Episcopis per Macedoniam in *can. Deinde ponitur non dici oportere bigamum eum* 3. *ante medium distinct.* 26. Deducitque Gratianus in *can. sicut non omnis congregatio hęreticorum.* 2. §. *his ita respondetur.* 32. q. 3. dicens: *Prima institutio Cōiugii in Paradiso facta est; vt esset immaculatus thorus, & honorabiles nuptiæ.* Matrimonii Vinculum ab ipso Ecclesiæ capite rerum omnium conditore, ipsum in paradiso, & in statu innocentiæ instruente, vnionem, & indissolubilitatem accepit. dixit Bonifacius VIII. Biterren Episcopo scribēs in *cap. vnico de voto, & voti redemptione in* 6.

Matrimonium maris est & fœminæ cōiunctio, in-

indiuiduam vitę consuetudinem retinens. ex Alexandro Tertio Gedden Archiepiscopo in *cap. illud quoque nobis innotuit* 11. §. *verum, quia in huiusmodi dubietate. de præsumptionibus.* Tradiditque Gratianus in *summa* 27. q. 2 ibique plura *Gloss.* Idemque Gratianus in *summa* 29. q. 1. dicens. *Coniugium siue matrimonium est viri, & mulieris coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens.* Nec non Iustinianus Cæsar in §. 1. *Institutionibus de patria potestate.* Nec diffitetur Augustinus in *can. quidquid inter se coniugati* 3. *in fine* 32. q. 2. Mutuo sibi inuicem coniuges debere seruitutem asserens ad illicitos concubitos euitandos: *Vt & si alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit.*

Matrimonii vero bona tria sunt; fides, proles, sacramentum. Gratianus in *can. sicut non omnis congregatio hæreticorum* 2. §. *his ita respondetur in fine* 32. q. 2. ibique *Gloss.* verbo *tripertitum* dicens: *Bonum nuptiale est triplex. id est coniunctorum nuptiis bonum est triplex.* Idem Augustinus contra Iulianum in *can. non enim in sola, vt deliras, commistione maris, & fœminæ nuptiarum veritas est.* 11. 32. q. 1. & eodem in *can. quid quid inter se coniugati* 3. 32. q. 2. Deduciturque ex eodem Augustino de nuptiis, & concupiscentia in *can. omne itaque nuptiarum bonum* 10. 27. q. 2. De matrimonio verba faciens inter Mariam Virginem, & Sanctum Ioseph, quod omne nuptiale bonū impletū est in illis Parentibus Christi: *prolem, fidem, sacramentum. Prolem cognoscimus ipsum Dominum Iesum. fidem quia nullum adulterium. Sacramentum quia nullum diuortium.* vide Nauar. *cons.* 2. *num.* 6 *lib* 4 *de frigidis, & maleficiatis.*

Matrimonium duplex dicitur, carnale, & spirituale. carnale vir & mulier contrahunt. spirituale est Christi, & Ecclesiæ. ex Leone Papa in *can. cum societas nuptiarum.* 17. 27. q. 2.

Matrimonium, quod sine Deo est, nō est ratum. ex Augustino quem refert Gratianus in *can. si quis Iudaicæ prauitati coniugali societate iungatur* 17. *sine finali.* 9. *ad illud Augustini* 28. q. 1. deducens. Coniugium aliud est legitimum, & non ratum. aliud ratum, & non legitimum, & aliud legitimum, & ratum. Legitimum coniugium est, quod legali institutione, vel prouinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non est, quia non est firmum, & inuiolabile. Inter fideles vero ratum coniugium est, quia coniugia semel inita inter eos, vltterius solui non possunt. Legitima, & rata sunt, cum vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, à sacerdote benedicitur. Illorum coniugia, qui contemptis omnibus illis solemnitatibus solo affectu aliquam sibi in coniugem copulant: huiusmodi coniugium, non legitimum, sed ratum tantummodo esse creditur. Verum hodie seruatur dispositio sacri Tridentini Concilii *sessione* 24. *de reformatione matrimonii cap.* 1. Nam occulta matrimonia prohibentur, sed Benedictione accepta à sacerdote, publice nubant in Domino. ex decretis Hormisdę Papę in *can. nullus fidelis cuiuscunque conditionis sit* 2. 30. q. 5. & *ibidem* Nicolaus ad consulta Bulgarorum in *can. nostrates, tàm mares, quàm fœminæ.* 3. & Leo Papa in *can. qualis debeat vxor esse.* 4. & ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. sponsus, & sponsa benedicendi sunt à sacerdote.* 5. eadem 30. quæst. 5.

Matrimonii contrahendi causa primaria proles est suscipienda; nam *pudor est fœminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola causa est nubendi.* Ambrosius tradit in *can. pudor est fœminis* 6. 32. q. 2. Nam matrimonii flores dicuntur filii, à Clemente Alexandrino *pedagogi cap.* 8. Secundo propter illicitum motum carnis eliminandum. ex Apostolo (1. ad Corinth. 7.) *Propter fornicationem vnusquisque suam vxorem, & vnaquæque virum suum habeat.* Gratianus in *can. sicut non omnis congregatio* 2. eadem 32. q. 2. & ibidem Augustinus in *can. quidquid inter se coniugati* 3. Rationem reddens: *Debent ergo sibi coniugati non solum ipsius sexus sui commiscendi fidem, liberorum procreandorum causa (quæ prima est humani generis in ista mortalitate societas.) verum etiam infirmitatis inuicem excipiendæ ad illicitos concubitus euitandos mutuam quodammodo seruitutem. vt si alteri eorum perpetua continentia placeat, nisi ex alterius consensu non possit.* & idem Augustinus in *can. nuptiarum bonum semper est quidem bonum* 41. 27. q. 1.

Matrimonii præsul, & custos Deus est, qui non patitur alienum thorum pollui. ex Ambrosio libro de Patriarchis in *can. nemo blandiatur sibi de legibus hominum* 4. *in fine* 32. q. 4. ad verba illa Dei ad Abimelech (Genesis 20. 6.) *Et ego scio, quod simplici corde feceris: & ideo custodiui te, ne peccares in me, & non dimisi vt tangeres eam.* Saram videlicet, vxorem Abrahę. qui subnectit: *Cognoscimus itaque præsulem, custodemque coniugii esse Deum, qui non patitur alienum thorum pollui: & si quis fecerit, eum peccare in Deum, cuius legem violat, & gratiam soluat.*

Matrimonii Deus fuit institutor, & auctor. dixit Honorius Tertius in *cap. litteræ vestræ nobis exhibitæ continebant* 7. *sine finali in fine principii. de frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi.* Nec diuerso modo Innocentius Papa Ruffo, & Eusebio, cæterisque Episcopis per Macedoniam in *can. deinde ponitur non dici oportere bigamum* 3. *ante medium distinct.* 26. in ratione, quam defert: *Si vero non est crimen, quia, quod Deus instituit, nefas sit crimen appellare.* de matrimonio verba faciens. refert Pater Franciscus de Mendoza in *librum primum Regum tom.* 3. *cap.* 15. *nu.* 3. *annotat.* 21. *sectione* 4. *fol.* 418.

Matrimonium qui condemnat. Anathema est. ex Concilio Gangrensi in *can. si qua mulier derelicto viro* 3. *dist.* 30. Qui nuptias accusat, tamquam non posse coniugatos in regnum Dei ingredi. anathema sit. ex eodem Concilio *can. si quis nuptias in accusationem duxerit* 11. *eadem distinct.* 30. Nam Matrimonium sanctissima res est, vt *Gloss.* loquitur in *can. cum initiatur coniugium* 5. in *Glossa prima in fine* 27. q. 2. Sancta enim res est matrimonium,

& san-

& sanctè tractanda. Sacrosancta Tridentina Synodus docet *sessione* 24. *de reformatione matrimonij cap.*10.*in fine*. Est enim Sacramentũ, quod ex operato confert gratiam. ex eodem Concilio ibidem. *cap.*1. tradit *Nauar. cons.*1. *nu.*3.*libro* 4. *de conditionibus appositis*. Copulatio equidem maris, & fœminæ, quod est Matrimonium, quantum actinet ad genus mortalium, quodam Seminarium est Charitatis. vt Augustinus verba facit de Ciuitate Dei in *can. cùm igitur genus humanum* 1. *in fine* 35. *quæst.*1.

Matrimonium enim Magnum est in Christo, & in Ecclesia sacramentum; & tempore antiquiùs est, vsu communiùs. Antiquiùs, quia ante peccatum institutum est. Communiùs, quia cum sacramenta omnia sint in Ecclesia Dei; hoc tamen apud gentes omnes est. Sanctitas autem eius non nisi in monte sancto eius. id est vbi Ecclesia ędificata est. Ita *Gloss.* Gratiani in *summa causa* 27. verbo *quidam votum castitatis. in ipso causę principio, & summa*.

Matrimonium contractum sub conditionibus turpibus, & contra substantiam matrimonii, contra scilicet bona matrimonii, quæ sunt proles, fides, sacramentum, ad Augustini sensum in *can. omne itaque nuptiarum bonum* 10. 27.*q.*2. Nullum est, & non tenet, & sic contrahentes coniuges nõ sunt. ex Augustino de bono coniugali in *can. solet quæri, cùm masculus, & fœmina* 6.32.*q.*2. ibiq; pluribus *Glo.* verbo *nolint*. de conditionibus contrariis, & turpibus differens. & eodem de nuptiis, & cõcupiscentia in *can. aliquando eousque peruenit libidinosa crudelitas* 7.32.*q.*2. decreuitq; Gregorius Nonus in *cap. si conditiones contra substantiam coniugii inserantur*.7. *siue finali de conditionibus appositis in desponsatione, vel in aliis contractibus. S. Thomas lib.*4. *sententiarum dist.* 28.*art.*4.*ad* 3.*Nauar. cons.*18.*nu.*2.*&* 3.*lib.*3.*de voto, & voti redemptione.*

Matrimonium non concubitus sed consensus, & fides facit matrimonialis, & cura ordinatè filios procreandi, & bonus vsus concupiscentiæ carnis. ex Sancto Augustino contra Iulianum in *can. non enim in sola, vt deliras, commistione maris, & fœminę nuptiarum veritas est* 11.32.*q.*1. Deducitque Isidorus Etymologiarum lib.9. in *can. coniuges verius appellantur à prima desponsationis fide* 6. 27.*q.*2. ibique *Gloss.* verbo *prima*. probans quod fides inter coniuges est duplex. prima quia ei debet castitatem. secunda mutuam seruitutem. & ex Augustino in *can. duobus modis dicitur fides, pactionis; & consensus eadem* 27.*q.*2. ibique Gratianus §. *est autem fides pactionis*. Deducitque verbis expressis Ioannes Chrysostomus in *can. matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas* 1. & Nicolaus Papa ad cõsulta Bulgarorum in *can. sufficiat secundum leges solus eorum consensus de quorum coniunctionibus agitur* 2. ibique Gratianus. & §. *cùm ergo inter istos consensus intercesserit*.27.*q.*2. *Nauar. cõs.*1. *in fine, & cons.*4.*nu.*1.*lib.*4. *de sponsalibus, & matrimoniis. & in manuali cap.*22.*nu.*20.

Matrimonium contractum à filia, etiam sine parentũ voluntate firmum habetur. ex Concilio Toletano Tertio in *can. hoc sanctum affirmat Concilium* 16. ibique *Gloss.* verbo *parentum* 32.*q.*2. dicit Glossa: *Vnde non est necessar. a patris voluntas, quantum ad hoc, quin teneat matrimonium, licet non adsit voluntas eius*. præsertim si virgo, voluntas parentum expedire videtur. *Non est enim virginalis pudoris eligere maritum*. Defertur que illud Euripidis: *Sponsaliorum meorum pater meus curam subibit. Hoc enim non est meum*. Refertque S. Ambrosius lib. de patriarchis. de Abraham. in *can. honorantur parentes Rebeccę muneribus*. 13. *eadem* 32.*q.*2. Rationem defert circa finem: *Vt electionem mariti parentibus deferat: ne appetentiæ procacioris existimetur auctor, si ipsa de nuptiis suis electionem sibi vindicet. Expetita enim magis videri debet à viro, quàm virum ipsa expetisse. Verecundiam præmittat, antequam nubat, quo ipsũ coniugium plus commendet verecundia*. Concinit Euaristus Papa Episcopis Africę scribens in *can. aliter legitimum non fit coniugium* 1. 30.*q.*5. in fine dicens: *Nisi voluntas propria suffragauerit, & vota succurrerint legitima*. Licet vero teneat matrimonium absque parentum voluntate à muliere, virgine pręsertim, contractum; peccat tamen mulier, ob iniuriam, quam infert parentibus. *Barbosa in collectanea Doctorum ad Tridentinum sessione* 24. *cap.*1.*de reformat. matrimonii num.*2.*&* 3. *Rota apud Card. Caualer. decis.*415.*num.*4.

Matrimonium ratum, & consumatum, nec etiã per ingressum religionis dissolui potest, nisi vtriusque coniugis interueniat consensus, quia *Quod Deus coniunxit, homo non separat*. ex Nicolao Papa Carolo Regi in *can. scripsit nobis Tietberga Regina* 26. ibique etiam Gratianus §. *Ecce, quod coniugati sine licentia alterius continentiam profiteri non possunt*.27.*q.*2.

Matrimonium verò ratum, non consumatum per vnius ex coniugibus ingressum in religionem, dissoluitur. ex Eusebio Papa in *can. desponsatam puellam* 27. *eadem* 27. *q.* 2. & *can. sequenti*. & ibidem Gratianus. §. *cum ergo coniugatorum continentia*.

Matrimonium autem ratum, non consumatum per susceptionem ordinis sacri, non dissoluitur, cum iure diuino, nec per sacros reperiatur canones statutum. Secus verò per ingressum in religionem ex approbatis. ex Ioanne XXII. in *extrauaganti antiquæ concertationi finem cupientes imponere. vnica de voto, & voti redemptione. Sanchez de matrimonio lib.* 7. *disputat.*27.*num.*5.*vers. & confirmatur*. Neque etiam dissoluitur per assumptionem ad *Episcopatum*. *Alzedus in praxi episcopali c.* 3.*num.* 72. Dissoluitur autem per ingressum in Religionem Hierosymitanam: non verò in aliis militiis. *Barbosa* ad sacrum Tridentinum *sessione* 24.*de sacramento matrimonii can.*6.*nu.*16.

Matrimonium per copulam perficitur quoad significationem, nam quoad essentiam iam perfectum est per consensum mutuum. ex Ambrosio in *can. cum initiatur coniugium* 35. ibidemque *Gloss.* & in *can. sequenti*. & ex Hieronymo in *can. qua propter in filiabus vestris*

37. ibique *Gloss.* 27. q. 2.

Matrimonium non præsumitur, sed stuprum, habitatione sola probata. Quia per acta legitima matrimonium probandum est, cũ quid sit facti. ex Euaristio Papa in *can. aliter legitimum non fit coniugium* 1. §. *ita per acta legitima scitote esse cõnubia* 30. q. 5. inferente: *aliter verò præsumpta non coniugia, sed adulteria, vel contubernia, vel stupra, aut fornicationes potius, quàm legitima coniugia esse non dubitate; nisi voluntas propria suffragauerit, et vota successerint legitima.* ibique pluribus *Gloss.* verbo *contubernia.* pluribus *Alciatus de præsumptionibus regula* 2 *præsumpt.* 2. *nu.* 5. & *præsumpt.* 5. *Mascardus de probationibus tom.* 1 *conclus.* 597. *nu.* 13. *Surdus consil.* 364. *nu.* 20. *vol.* 3. Nisi fortassis cum tractatu mensa, & lectu vti vxorem concurreret tempus quadraginta annorum. quia ex hoc probata videtur proprietas. *Gigans singulari* 57. *Rota decis.* 72. *post primum volum. consiliorum Farinacii.* quę est repetita *part.* 4. *diuersorum decis.* 246.

Matrimonium in coniunctione ad probandum, vel ad dissoluendum illud, consanguinei admitti iure possunt, & debent. *Qui enim melius recipi possunt, quam illi, qui sciunt, & quorum est interesse?* Et ex ipsa coniugii prærogatiua; & quia fauorabilis res est. ex Cœlestino Papa ad Ecclesiã Florentinam in *can. videtur nobis, quod secunda* 2. 35. q. 6.

Matrimonium non est, quod contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractum. vt si sacerdos, diaconus, subdiaconus, monachus matrimonium contrahat. ex Innocentio Papa Secundo in Concilio Romano in *can. vt lex continentiæ, & Deo placens munditia* 40. 27. q. 1. inferendo: *Id ipsum quoque de sanctimonialibus fęminis (si quod absit) nubere attentarint, obseruari decernimus.*

Matrimonium claudicare non debet, sed ęqualiter haberi tàm pro viro, quàm pro muliere. ex Gregorio in *can. si infidelis discedit odio Christianæ fidei* 1. 28. q. 2. ibique *gloss.* plura deducit verbo *relinquitur*. quia sunt inuicem relatiui, vir, & vxor. & non debent ad imparia iudicari.

Matrimonium qui contrahunt, suam personã alienare videntur, quia non habent amplius sui corporis potestatem, & sibi inuicem vir, & vxor seruituti obnoxii sunt. ex Gregorio in *can. si infidelis discedit odio Christianæ fidei* 2. 28. *quæst.* 2. ibique *gloss.* verbo *relinquitur.* in fine ex Apostolo rationem reddente: *Quod vir non habeat potestatem sui corporis, sed mulier; neque mulier habeat potestatem sui corporis, sed vir.* prosequiturque Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. non debet reprehensibile iudicari.* 8. *de consanguinitate, & affinitate.* Et in causa matrimoniali agitur de statu hominis, cum per hoc seruitus constituatur. *Glossa* 1. & cõiter approbata in *cap. mulieri, quę in iure præstito iuramento* 34. *de Iure Iurando Gigans. consil.* 42. *nu.* 2. *Rota apud Card. Manticam decis.* 371. *nu.* 2. & *part.* 4. *diuersorum decis.* 281. *nu.* 2.

Matrimonium, si accusetur per virum, vel circa fœdus matrimonii, vel circa fidem, potest mulier agere cum primùm, vt suæ libertati reponatur, propriisque consanguineis libera relinquatur. Et locus prouidendus est, in quo nulla sit vis formidanda, suaque iura dicere valeat. ex Nicolao Papa Carolo Regi in *can. siue de coniugii fœdere, siue de adulterii crimine iudicium agitandum sit* 4. 33. q. 2. ibique *Gloss* verbo *reddita.* similique modo respondit Pelagius Papa Melleo subdiacono in *can. de Benedicto quoque* 5. *in fine* 32. q. 1. Decreuitque Alexander Tertius Papien. Episcopo scribens in *cap. cum locum non habeat consensus* 14 *in fine. de sponsalibus, & matrimoniis.* mandans, ac dicens: *Quo circa mandamus, quatenus puellam, de cuius matrimonio quęstio ventilatur, in domo, in qua nihil eã timere oporteat, facias honestè teneri, donec prędicta causa terminata fuerit, & sententia sine contradictione cuiusquam valeat executioni mandari.*

Matrimonium, & si cum consanguinea contractum dicatur, dimittere tamen ductam quis non potest, nisi iudicio Ecclesię decretum prius fuerit, contractum non tenere matrimonium. ex Alexandro Papa Secundo Guliermo de Mostrolio in *can. multorum relatione cognouimus* 10. 35 q. 6. Quod si quis, Ecclesiæ iudicio relicto, ductam dimiserit, à communione sanctæ Ecclesiæ, & populi cœtu eliminetur. ex Concilio Carthaginensi, cui Augustinus interfuit. in *can. seculares, qui coniugale consortium. nulla grauiori culpa dimittunt* 1. 33. q. 2. quia: *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* respondit Ambrosius in *can. an, quod in subditos nefas est, in comparem fas esse* 2. *eadem* 33. *quęst.* 2.

Matrimonium sine dote potest esse, quamuis contrà, Dos sine matrimonio esse non possit. ex nouellis Iustiniani Cæsaris per Gratianũ in *can. si quis diuinis tactis scripturis iurauerit mulieri* 9. *in fine.* 30. q. 5. illis verbis: *Sit illa legitima vxor, quamuis nulla dos, nulla scriptura alia interposita sit.* sequutaque fuit *Gloss.* in *can. nostrates, tàm mares, quàm fęminæ* 3. *in fine* verbo, *non interueniant. eadem* 30. q 5. dicens rationem. *Quia licet dos sine matrimonio esse nõ possit; matrimonium tamen sine dote esse potest.* & ex Concilio Arelatensi in *can. nullum sine dote* 6. *eadem.* 30 q. 5. statutum fuerat: *nullum sine dote fiat coniugium: iuxta possibilitatem fiat dos.* Potest ergo esse matrimonium sine dote.

Matrimonium vi contractum, & per coactionem simpliciter, non tenet. Quia matrimonia debent esse libera & ibi animus plena gaudere libertate debet. ex Augustino Seuero Mileuitano Episcopo in *can. inter cetera, vt rogaueras à patre nostro Ambrosio* 22. ibiq; peroptimè *Gloss.* verbo *matrimonium* 22. q. 4. respondi tque Lucius Tertius Rapalen Episcopo in *cap. requisiuit à nobis tua fraternitas* 17. *in fine de sponsalibus, & matrimoniis.* dicens *Ad quod breuiter respondemus, quod cùm libera debẽt esse matrimonia, monenda est potiùs, quam cogenda; cùm coactiones difficiles soleant exitus frequenter habere.* ibique *gloss.* verbo *cum libera.* Responditque Alexander Tertius Papien. Epi-

Episcopo in *cap. cum locum non habeat consensus* 14. *eodem de sponsalibus, & matrimoniis*. Rationem reddens: *Cùm locum non habeat consensus, ubi metus, vel coactio intercedit*. & matrimonium solo consensu contrahitur.

Matrimonium proinde contrahere cum eo, quem non volt, neque cogendus est, neque masculus, neque fœmina; quod si coactio intercesserit, matrimonium nullum est, & sunt ab inuicem separandi. Ex Iudicio Vrbani Papæ in *can. si verum esse constiterit* 1. 31. *q.* 2. Vt nec Pater contra voluntatem filii possit illum iūgere matrimonio. ex Hormisda Papa Eusebio Episcopo in *can. tua sanctitas nos requisiuit* 2. *eadē* 31. *q.* 2. Nec dissimiliter Concilium Toletanum Tertium in *can. hoc sanctum affirmat Concilium* 16. *fine finali* 32. *q.* 2.

Matrimonium inter absentes contrahi potest, per procuratores, argumento petito à S. Ambrosio in *can. nec illud otiosum, quod cum venires Rebecca* 8. 30. *q.* 5. illis verbis. *cognito, quod ipse esset, cui duceretur vxor, descendit &c.* Inter absentes igitur Rebeccam, & Isaac contractum iam fuerat matrimonium, deduciturque pluribus *Gloss.* ibidem verbo *vxor*, dicens: *Iam ergo erat vxor, & desponsata*.

Matrimonium ad tempus contrahi non potest; nec est matrimonium, quamuis consensus adsit vtriusq. Matrimonium enim in perpetuum contrahitur, donec vita superstes erit. ex Augustino de bono coniugali in *can. solet quæri, cùm masculus, & fœmina* 6. 32. *quæst.* 2. ibique *Gloss.* verbo *vsque ad mortem*. Rationem reddens: *Matrimonium enim non potest ad tēpus contrahi.*

Matrimonii contracti signum est annulus, qui in desponsatione vxori traditur, ob mutuæ fidei signum, & vt eo pignore corda eorum iunguntur, atque iūncta esse ostendantur. ex Isidoro lib. 2. de officiis in *can. fœminæ dum maritantur, ideo velantur* 7. *in fine* 30. *q.* 5. Præsumitur ergo per annuli dationem matrimonium. vt *Gloss* ibidem verbo *annulus*. adnotat. Deduciturque ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can. nostrates, tàm mares quàm fœminæ* 3 *eadem* 30. *q.* 5. verbis dicente: *Et postquàm arrhis sponsā sibi sponsus per digitum fidei annulo insignitum desponderit*. ibique *Gloss.* verbo *annulo*. Rationem reddens; *Annulus significat mutuū amorē, & fidē esse seruandam*. infra *ead. fœminæ*. quo loco in fine Isidorus infert: *Vnde, & quarto digito annulus eidem inseritur: quod in eo vena quædam, vt fertur, sanguinis ad cor vsque perueniat*. Præsumptionem proinde facit pro matrimonio insertus digito annulus.

Matrimonium sacerdotali benedictione, vt mos est, cùm præcibus & oblationibus debet peragi. vti decreuit Euaristus Papa Episcopis Africæ scribens in *can. aliter legitimū non fit coniugium* 1. 30. *q.* 5. Decreuitque sacrū Tridentinum Concilium *sessione* 24. *de reformatione matrimonii cap.* 1. Matrimonium debere contrahi coram Parocho, & duobus testibus, vel tribus; alioquin *huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit, pro vt eos præsenti decreto irritos facit, & annullat*. Et ideo matrimonia clandestine contrahi non debent. vt tota dicta 30. *q.* 5. & ad clandestina matrimonia deturbanda sacrum Concilium Tridentinum formam statuit, vt in facie Ecclesiæ coram Parocho, & testibus matrimonia contrahantur *d. cap.* 1. *sessione* 14.

Matrimonium, siue magis nuptiæ solemnes, à septuagesima vsque in octauas Paschæ, & tribus hebdomadibus ante festiuitatem sancti Ioannis Baptistæ; & ab aduentu Domini vsque ad Epiphaniam, celebrare non oportere statutum fuit in Concilio Ilerdensi in *can. non oportet à septuagesima* 10. 33. *q.* 4. Decreuitque ibidem Nicolaus Papa ad Consulta Bulgarorum respondens in *can. sequenti* 11. dicens: *Nec vxorem ducere, nec conuiuia facere quadragesimali tempore conuenire posse nullatenus arbitramur*. Innouauitque Sacrosancta Tridentina Synodus dicta *sessione* 24. *de reformatione matrimonii cap.* 10. decernens: *Ab aduentu Domini nostri Iesu Christi, vsque ad diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum vsq, ad octauam Paschatis inclusiuè, antiquas solemniū nuptiarū prohibitiones diligenter ab omnibus obseruari Sācta Synodus præcipit: in aliis verò tēporibus nuptias solemniter celebrari permittit: quas Episcopi, vt ea, qua decet modestia, & honestate fiant, curabunt: Sancta enim res est matrimonium, & sanctè tractandum.* Nuptiæ itaque solemnes dictis temporibus Aduentus, & Quadragesimæ prohibentur, non matrimonium absolutè, quod sancta res est, & vnum ex septē Ecclesiæ sacramentis. & ita sacra declarauit Cōgregatio. Deducit Sanchez *de matrimonio lib.* 7. *disputat.* 7. *nu.* 10. & 12. & *nu.* 3. & 4. Peccatum esse mortale docet solemnes nuptias dictis temporibus contrahere, quia contra prohibitionem facit Ecclesiæ, qui sic contrahit.

Matrimonio iuncti, eo tēpore, quo carnes Agni manducare debent, à complexu carnali abstinere debent. ex Hieronymo in *can. sciatis fratres charissimi* 1. 33. *q.* 4. in fine, sic inferente: *Non quo nuptias condemnemus (hoc enim non dicimus;) Sed, quòd eo tempore, quo carnes agni manducaturi sumus, vacare operibus carnis non debeamus*. idemque Augustinus in *can. quotiescumque ant dies natalis Domini* 2. ibidem. diffundens in solemnitatibus etiam Natalis Domini, reliquisque festiuitatibus. & in diebus ieiuniorum. ex Ambrosio ibidem *can. fratres non solum debetis* 3. Sicut etiam tempore, quo ablactetur, qui natus est, puer. Sicuti quoque mēstruorum tempore. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius vero concubitū vir eius accedere non debet* 4. *distinct.* 5.

Matrimonium viciatur ex errore personæ, & conditionis, vt si quis consentiens in Paulum, inueniat Petrum. Conditionis si consensiens in liberum, inueniat seruum. Fortunæ vero, & qualitatis non viciar, vt si putans contrahere cum diuite, inueniat pauperem, dicitur error fortunæ. Qualitatis vero si putans ducere virginem inueniat defloratam.

Deducit Gratianus in *summa* 29. *quæst.* 1. §. *adhuc non omnis error consensum euacuat.*

Matrimonium cum infideli, neque cum Iudæo, neque cum hæretico, neque cum alio à fide catholica alieno contrahi debet. Prima coniugii fides castitatis est gratia. Ambrosius in *can. Caue Christiane gentili, aut Iudæo filiam tuã tradere* 15. 28. *q.* 1. & ex Concilio Agathensi in *can. non oportet cum hominibus hæreticis* 16. & ex Concilio Vrbanensi in *can. si quis iudaicæ prauitati coniugali societate iungitur* 17. qui fecerit fit excomunicatus, ibidem. *eadẽ* 28. *q.* 1. Quia nimirum ex Augustino: *Non est ratum coniugium, quod sine Deo est.* vt subnectit ibidem Gratianus §. *item illud Augustini.* Siculi neque cum consanguinea, neque cum affine, ex Gregorio Mauritio Imperatori in *can. qui desponsatam puellam proximi sui* 12. 27. *q.* 2. Decreuitque Iulius Papa in *can. nullum in vtroque sexu permittimus ex propinquitate sui sanguinis* 7. 35. *q.* 3. Incestum est equidem, atque prohibitum. ex Concilio Agathensi in *can. de incertis coniunctionibus* 8. *eadem* 35. *q.* 1. cum aliis canonibus sequentibus. Neque cũ moniali, siue sanctimoniali, hoc enim in iniuriam tendit Christi, cui desponsata illa est. ex Cõcilio Triburiensi in *can. virginem, quæ se Deo consecrauerit* 12. & *can. hi ergo, qui sanctimonialibus* 13. 27. *q.* 1. Et sunt excomunicati, quia sacrilegium perpetrarũt. *can. virginibus sacris se quosdam temere sociare cognouimus* 14. *eadẽ* 27. *q.* 1. Neque Diaconissam in matrimonium quis ducere poterit, quia iniuriam facit gratiæ Dei; & vterque anathemati subiicitur. ex Concilio Calcedonensi in *can. Diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari* 23. *eadem* 27. *q.* 1.

Matrimonio vero contracto inter fideles, vel si vterque ad fidẽ cõuersus fuerit, & vnus eorum postmodum discedat, matrimonium cum altero contrahere facultatem non habet: Quia ratum coniugium fuit inter eos; quod nullo modo solui potest, nisi per mortem. ex Gratiano in *can. si infidelis discedit odio Christianæ fidei; discedat* 2. *siue finali.* §. *hic distinguendum est. in fine* 28. *q.* 2.

Matrimonium neque furiosus, neque furiosa contrahere possunt: Sed si cõtractum fuerit, non separentur. Ita respondit Fabianus Papa in *can. neque furiosus, neque furiosa.* 26. 32. *q.* 7. Rationem refert *Gloss.* ibidem. Quia nõ possunt consentire. Possunt tamen, si habent dilucida interualla. respondit que Innocentius Tertius Vercellen. Episcopo scribens in *cap. dilectus filius R. proposuit* 24. *desponsalibus, & matrimoniis.* verbis proferens: *Cum autẽ eadem mulier cum ipso viro, qui continuo furore laborat, morari non possit; & propter alienationem furoris legitimus non potuit interuenire consensus. Mandamus, quatenus, si rem noueris ita esse; præfatas personas cures ab inuicem separare.* ibique plenè *Gloss.* verbo *furore.* dicens & ipsa: *Si tempore contracti matrimonii taliter laborabat, non fuit matrimonium.* 32. *q.* 7. *neque furiosus. Si tamẽ tempore sanæ mentis contraxit, durat.* vtriusque enim consensus exquiritur. *Qui consensus si in nuptiis solus forte defuerit, cetera omnia etiam cum ipso coitu celebrata frustrantur.* Ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sufficiat secundum leges solus eorum consensus* 2. 27. *q.* 2.

Matrimonium contrahere non potest uxor, viro quantumcũque in remotis agente, quãdiu ipse superstes vita adhuc fuerit. ex Concilio apud Vermerias in *can. si quis necessitate ineuitabili cogente* 4. 34. *q.* 2. Quod si nesciens, & iuste eum iam mortuum esse putans, cum altero contraxerit, hoc si semper nesciat, mortuum eum putans, numquam ex hoc erit adultera. Si autem sciat, iam ex hoc esse incipiet, ex quo cum alieno viro sciens cubauerit. ex Augustino in *can. si virgo nesciens viro nupserit alieno* 5. *eadem* 34. *q.* 2. Si itaque vir primus redierit; Cùm à Deo iungatur mulier viro; & quod Deus iunxit, homo non separet; necesse est, vt ad legitima nuptiarũ fœdera mulier reuertatur, & vnicuique quod legitimè habuit, reformetur. & vt recipiat vnusquisque quod proprium est. vti Leo Papa respondit Nicetę Aquiliensi Episcopo in *can. cum per bellicam cladem* 1. 34. *q.* 1. & 2. Nec diuersimodè Innocentius Papa Probo in *can. cum in captiuitate Vasa mulier teneretur* 2. *eadem* 34. *q.* 1.

Matrimonium si presbyter contrahat, deponatur. ex Concilio Neocæsarien. in *can. presbyter si uxorem duxerit* 9. *distinctione.* 28.

Matrimonio sibi iungens eam, quam prius virginem corruperat vel concubinam, promoueri non potest, quia corruptam duxit. ex Beato Gregorio in *can. maritum duarum post baptismum matronarum* 2. *distinct.* 32. ibique *Gloss.* verbo *concubinam.* quæ sic infert. *Argum. Quod si quis habuit Virginem concubinam, licet postea sumat eam in vxorem, quod non potest promoueri.* allegat Hilarium Papam in Synodo Romana in *can. curandum ergo in primis est* 9. *distinct.* 34. verba sunt Hilarii: *Curandum ergo in primis est, ne ad sacros ordines (sicut gestis prioribus ante præscriptum est) quisquam, qui vxorem non virginem duxit, aspiret.* Idemque Gregorius Squilatino Episcopo in *can. præcipimus, ne vmquam illicitas ordinationes facias* 10. *eadem distinct.* 34. illis verbis: *aut qui virginem non est sortitus vxorem.* & *Gloss.* in d. *can. curandum* verbo *virginem.* allegat ex Leone Papa in *can. qualis debeat vxor esse, quæ habenda est secundum legem* 4. 30. *q.* 5. subsequendo: *Virgo, casta & desponsata in virginitate.* vbi *Gloss.* verbo *desponsata.* sequentia subnectit: *Hoc est contra illos, qui dicunt, quod si aliquam fornicariam defloraui, & eam postmodum ducam in uxorem, non repellor à promotione, quasi corruptam duxerim.* arg. 28. *distinct. quia sunt.* & 34. *distinct. curandum.* Quia nimirum verba Gregorii in dicto *can. quia sunt* cuips 10. *distinct.* 28. circa medium illis verbis: *Dicens, nec eam virginem ad eum venisse,* vt fatis sic virginem ad eum venisse. eadem *Gloss.* defert Syricium Papam ad Hymerium Tarraconensem Episcopum in *can. quicumque itaque se Ecclesiæ vouerit obsequiis* 3. *distinct.* 77. illis verbis: *Si probabiliter vixerit, vna*

tan-

*pentum*, *& eam*, *quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit*, *uxore contentus*. Debet ergo virgo esse cum per sacerdotem benedictione percepta uxorem quis accepit. Deduciturque ex Pelagio Papa in *can. Valentino Clerico* 29. *siue finali distinct*. 34. De Valentino clerico, qui eam duxit, quam alter sponsam acceperat, non tamen duxerat, post eiusdem mortem, non tamen cognitam, virginem accepit, quod potuit promoueri, quod virginem duxit. & ita respondit etiam Innocentius Tertius Meten Episcopo scribens in *cap. debitum pastoralis officii* 5. 5. *finali de bigamis non ordinandis extra*. Rationem deferens: *Quia nec illa, nec ipse carnem suā diuisit in plures*, vbi *gloss.* verbo *diuisit*. ex hac ratione sequitur dicens: *& ita si*, *qui duxit uxorem à se primò corruptam*, *potest promoueri*, *quia ratio*, *& causa non inuenitur in eo*, *quare non diuisit carnem suā in plures*. Et hanc sequitur, respondens contrariis, quando videlicet quis duxit corruptam ab alio. & hanc sententiam tuetur alios referens, atque contrariis respondens *Sanchez de matrimonio lib. 7. disputat.* 84. *nu*. 14. *Barbosa de officio*, *& potestate Episcopi allegat*. 49. *nu*. 7. & *in d. cap. debitum* 5. *in Gloss. finali de bigamis non ordinandis nu*. 5. *aliique pec eum allegati*.

Matrimonium quis habere non poterit cum ea, quam prius polluit per adulterium. ex Leone Papa in *can. nullus ducat in matrimonium* 1. 31. *q*. 1. Et ibidem in Concilio apud Althegū in *can. illud vero communi decreto* 3. *in fine*. verbis decentente: *Nolumus eum*, *nec Christianæ religioni conuenit*; *vt vllus ducat in coniugium*, *quam prius polluit per adulterium*. Si præterea in mortem viri machinati aliquid fuere, vel si viuente viro fidem adulteræ dederit, se sumpturum eam sibi in coniugem, si vivo superuiueret. vt pependit ibidem Gratianus *s. hic subaudiendum est*. Quod sane connubium, & prohibitum, & anathematizatum fuit per Concilium Triburiense in *can. relatum est auribus sanctorum sacerdotum*. 4. *eadem* 31. *quæst*. 1. Et ibidem ex eodem in *can. si quis viuente marito* 5. Et licet Augustinus ibidem in *can. denique mortuo viro* 2. dicat, posse eum matrimonium coniungere cum ea, qua cum viuente viro adulterium præcessit, sed exaudit Augustinum Gratianus ibidem *s. hæc vltima auctoritas Augustini*. Loqui illum in repudiata à primo viro. vel exaudietur, quando nec promissio præcessit de ducenda illa moriente viro; nec aliquid in mortem illius machinati fuerint ex canonibus iam relatis. deducitque *Gloss.* in *d. can. si quis viuente marito* 5. verbo *occidisse*. 31. *q*. 1.

Matrimonium potest quis inire cum filia suæ commatris, quia cognatio hæc spiritualis vltra personas non extenditur. ex Concilio Triburiensi in *can. illud etiam nec canonica institutione definimus* 7. *siue finali* 30 *q*. 3. ibique *gloss.* verbo *filiam*. & ita decreuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 24. *de reformat. matrimonii cap*. 2. Consanguinitatem spiritualem contrahi inter tenentes ex sacro fonte baptizatum, & illius patrem, & matrem: & inter baptizantē, & baptizatū baptizatique patrē & matrē tantum. Eodemque modo in sacramento confirmationis. A pari enim in hoc hæc duo procedunt sacramenta. ex Nicolao Papa Rhatoldo Episcopo sanctæ Ecclesiæ Argentoratensis in *can. si quis cum matre fornicatus fuerit spirituali* 17. 33. *q*. 2.

Matrimonium spirituale est coniunctio Christi, & Ecclesiæ. ex Leone Papa in *can. cum societas nuptiarum ita a principio sit instituta* 17. 27. *q*. 2. ubique *Glos* verbo *sacramentum* dicens: *Duo sunt sacramenta*: *vnum Dei*, *& animæ*; *aliud Christi*, *& Ecclesiæ*. *Dei & animæ*, *in sponsis*: *Christi*, *& Ecclesiæ inter virum & uxorem*. Deducitque ex Ambrosio ibidem in *can. in omni matrimonio*. 36. verba sunt Ambrosii *In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis*: *quam confirmat*, *& perficit coniunctorum permistio corporalis*. Nec diuerso modo, sed perbelle, tatis Innocentius Tertius Meten Episcopo scribens in *cap. debitum pastoralis officii* 5. *extrà de bigamis non ordinandis*. Ex illo Pauli (ad Ephesios 5.) *Hoc autem dico*, *magnum sacramentum in Christo*, *& in Ecclesia*. & plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *sacramentum*.

Matrimonium spirituale contrahitur inter Episcopum, & Ecclesiam. vnde non debet Episcopus Ecclesiam dimittere, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa côiungat. Ex Euaristo Papa omnibus Episcopis in *can. sicut vir non debet adulterare uxorem suam* 11. 7. *q*. 1.

Matrimonium spirituale est inter Christum, & animam. Perspiciat proinde qui se Christo sacrauit, ne eum deserat, & adulteretur cum diabolo. ex decretis Innocentii Papæ in epistola ad victricium in *can. quæ Christo spiritualiter nubunt* 20. 27. *q*. 1. Quoniam primam fidē irritam fecerunt (1. ad Timot. 5.) ex Paulo, prosequiturque quam latissime Augustinus in *can. nuptiarum bonum semper est quidem bonum*. 41 *eadem* 27. *q*. 1.

Matrimonium perseuerat adhuc diuortio inter côiuges aliqua ex causa facto, nec aboletur confœderatio nuptialis; ita vt sibi coniuges sint, etiam separati. ex Augustino de bono coniugali in *can. interueniente diuortio* 1. 32. *q*. 7. & ibidem in *can. licet dimittitur coniux* 2. & *can. Apostolus dicit* 3. & aliis canonibus sequentibus. Rationem reddit Isidorus in *can. quos Deus coniunxit*, *homo non separet* 18. 33. *q*. 2. in fine dicens: *Non enim homo separat*, *quos pœna condemnat*, *quos reatus accusat*, *quos maleficium coarctat*.

Matrimonium non propterea dirimitur, quod quis cum sorore uxoris suæ dormierit, sed petere debitum non poterit. ex Concilio Aurelianensi in *can. qui dormierit cum duabus sororibus* 30. 27. *q*. 2. Et ex Concilio Moguntino eisdem verbis in *can. qui dormierit cum duabus sororibus*. 21. 32. *quæst*. 7. Reddet tamen, si petatur, debitum. ex *gloss.* ibidem verbo *neutram*. Secus tamen erit, si ignoranter acciderit. ex Concilio apud Vermerias in *can. si quis*

*quis cum matre, & filia fornicatus est* 5. 35. *quæst.* 3.

Matrimonium inter seruilis conditionis coniuges scienter contractum non dirimitur, etiam si diuersos Dominos habeant. ex illo Euangelii: (Matthæi 19.) *Quod Deus coniunxit, homo non separet.* Sed in vno coniugio permanentes Dominis seruiant suis. ex Concilio Cabilonensi Secundo in *can. dictum est nobis, quod quidam.* 8. *siue finali* 29. *q.* 2.

Matrimonium, quod liber cum serua scienter contraxit; cum consensu amborum coniuncti sint, non dirimitur; sed vna lex deinceps erit per omnia, & viro, & fœminę. Ita respondit Zaccharias Papa in *can si quis liber ancillam in matrimonium acceperit* 2. 29. *q.* 2. & ita quoque decretum fuit in Cōcilio apud Vermeriam cui interfuit Rex Pipinus in *can. si quis ingenuus homo* 4. *eadem* 29. *q.* 2. Secus vero si id, ignorans illam ancillam esse, fecerit; vel enim illam redimat, si vxorem habere voluerit: vel dimittat, & aliam accipiat. vt ibidem.

Matrimonium non dirimit contractum votum simplex castitatis præcedens. ex Augustino de bono viduitatis ad Iulianam viduam in *can. quidam nubentes post votum* 2. *dist.* 27. & ibidem *gloss.* verbo *post votum.* cum aliis sequentibus canonibus.

Matrimonium non dirimitur proper consanguinitatem spiritualem superuenientem, vel baptismatis, vel confirmationis: sed non poterint inuicem copulari, etiam si ad bonum finē factum fuerit. Quia non debet causa pietatis operari impietatem. ex Nicolao Papa Salonitano Episcopo in *can. nosse desideras vtrum mulier* 3. ibique *gloss.* verbo *copulari.* 30. *q.* 1. aliisque canonibus sequentibus. Secus vero si ex necessitate id factum fuerit, in sacramento baptismatis. ex Ioanne Papa VIII. in *can. ad limina beatorum Petri & Pauli Apostolorum* 7. *eadem* 30. *q.* 1.

Maximo nihil est maius. *S. Thomas* 1. *part. q.* 25. *art.* 7. *in* 3. *argumento* dicens: *Quod est maxime, & valde bonum, non potest melius fieri*: Quia maximo nihil est maius.

Mœchatio duplex: carnalis, & spiritualis. Carnalis, quæ carnem suam coinquinat. Spiritualis quæ simulachrum facit, & adorat. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. non solū mœchatio est illius, quę carnem suam coinquinat.* 6. 28. *q.* 1. & Isidorus de summo bono in *can. nō solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine* 15. 32. *q.* 7. vbi, de fornicatione carnali, & spirituali.

Mœchiæ nomine, & adulterium, & fornicatio comprehenditur. sed magis in genere, Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus, debet intelligi. ex Augustino in quæstionibus Deuteronomii. in *can. meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus* 12. *& in fine.* 32. *q.* 4. Nam Dominus dixit: *Non mœchaberis.* notat *Gloss.* ibidem verbo *prohibet.* & idem Dominus: (Matthęi. 5.) *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eā, iam mœchatus est eam in corde suo.* de quo loco meminit Isidorus in *can. non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine* 15. 32. *quęst.* 7. Mœchiam intelligens pro fornicatione. proferens: *Omnis immunda pollutio fornicatio dicitur, quamuis quisque diuersa turpitudinis voluptate prostituatur.*

Mœchatur, qui dimissa vxore ob fornicationem, aliam ducit. Sed minus peccat, quam illi, qui non propter fornicationem dimittunt; & alteras ducunt. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. quemadmodum non rectè dici potest* 11. 32. *q.* 7. Ideo minus peccat: quia facto diuortio non tenetur ei ad mutuam seruitutem, & ideo non videtur venire contra fidem coniugalem: & ideo non facit alteri iniuriam. *Gloss.* ibidem verbo *minor.*

Media extremis conformia esse præsumuntur. Argumentum sumitur ex Gregorio in *can. quia sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam* 10. *distinct.* 28. *circa medium.* verba sunt Gregorii: *Sed quoniam ista coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens: nec eam virginem ad eum venisse; denique nec religiosam mutasse vestem, post quam ille in ordine sacro promotus est; adiiciens etiam priusquam ad diaconum perueniret, & postea prana illam opinione vixisse.* vbi *Glossa* verbo, *nec eam virginem.* sic infert: *Hic per duo extrema colligitur medium. ex eo enim, quòd ab initio non erat virgo, & postea iste promotus fuit in diaconum. colligitur eam non fuisse vxorem.* & dixit *Baldus* in *l. vnica.* §. *pro secundo. nu.* 8. *vers. In contrarium C. de Caducis tollendis. Rota apud Buratium decis.* 660. *nu.* 1. & in *Gerunden Cappellanię* 4. *Iulii* 1646. *coram Bichio decis.* 150. *nu.* 2. in nouis additis ad *Viuianum in praxi Iurispatronatus*: & ibidem coram *Merlino decis.* 129. *nu.* 4. & apud *Card. Seraphinum decis.* 1141. *nu.* 3. Vnde ab extremis medii quoque deducitur præsumptio. ex *Benintendis decis. Bononien* 43. *nu.* 8. *Rota* apud Sanctę memoriæ *Gregorium XV. decis.* 250. *nu.* 9.

Medicina non ideo negligenda, quia non nullorum est insanabilis pestilentia. Augustinus Vincentio in *can. nimium sunt inquieti Donatistæ* 37. *non longe post principium* §. *At enim quibusdam.* 23. *q.* 4. verba damus Augustini: *At enim quibusdam ista non prosunt. Numquid ideo negligenda est medicina; Quia non nullorum insanabilis est pestilentia?*

Medicina diuersa danda, sicut diuersitas personarum diuersam videtur posse recipere medicinam. ex Augustino ad Macedonium in *can. si res aliena propter quam peccatum est* 1. *in finalibus uerbis* 14. *q.* 6. Concinit Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can fraternitas tua ex persona furis pensare potest* 11. 18. *q.* 2. dicens: *Vnde necesse est, ut quidā damnis, quidam uerò uerberibus, & quidam districtius, quidam uero leuius corrigantur.*

Medicis qui se dederit; se ipsum sibi abnegat. Quia mædicinæ pręcepta contraria studiose sunt diuinæ cognitioni. Ambrosius in *can. contraria studiose sunt* 21. *de consecratione dist.* 5. verba proferimus: *Contraria studiose sunt diuinæ cognitioni pręcepta medicinæ. A ieiunio reuocant;*

cant;

*cant; lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaque qui se medicis dederit: se ipsum sibi abnegat.*

Medici adinstar imperiti est, vno collyrio omnium oculos velle curare. Vulneribus igitur medendum illatis iuxta diuersitates locorum, temporum, & hominum, & morborum. nec adinstar imperiti Medici vno collyrio omnium oculos velle curare, ex Hieronymo in prœmio epistolæ ad Ephesios in *can. necesse est, vt iusta diuersitates locorum, & temporum 3. siue finali distinct.* 29. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *vulneribus*. Quia varietas delictorum, requirit varietatem pœnarum. concinitque Leo Papa ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem in *can. licet non nunquã accidant, 6. dist.* 45. interens: *plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm cõminatio, plus charitas, quã potestas.* Diuersiorum ergo hominum languoribus diuersis remediis, & doctrinis mederi spiritualem medicum oportet. eiusdemque argumenti fuit Gregorius IV. Episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis in *can. licet plerunque accidant in sacerdotibus 4. eadem distinct.* 45.

Medicus occidit magis, quàm medetur, qui opportuna morbis non adhibet medicamenta multoque magis medicus spiritualis. *Vbi enim poterit indulgentię medicina proficere, si etiã ipse medicus intercepta pœnitentia indulget periculis? Si tantummodo operit vulnus, nec sinit necessaria temporis remedia cõducere cicatricẽ? Hoc non est curare; sed si dicere verum volumus, occidere.* Ex Epistola Cleri Romani missa Papæ Cypriano in *can. absit à Romana Ecclesia 26. distinct.* 50.

Medicinam austeriorem dum dissimulant adhibere morborum curatores, malam sæpe nutriunt pestilentiam. ita sunt desides, negligentesque animarum rectores. ex Leone Papa Aquilegiensi Episcooo in *can. inferiorum culpę ordinum 1. distinct.* 86. Boni tamen rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis mutantes propellere. Vnde Doctor Gentium: (1. Corint. 9.) *factus sum* (inquit) *infirmus infirmis*. Hieronymus in *can. recedite, inquiunt. polluti recedite, abite 16. distinct.* 45. & Augustinus in *can. nos vos iudicens esse maleuolos 1. 5. q. 5.* Rationem referens: *Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet secari: non ne crudeliter à te siletur, ac misericorditer indicatur? Quanto ergo potiùs debes manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde.* Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargi nolunt excitari: Sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, lethargum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestati, quandiu ægri sunt, indignantur: sed ambo sanati gratulantur. Augustinus festo in *can. quid faciat hic Ecclesię medicina, salutem omnium materna charitate conquirens 25. 23. q. 4.* Sunt ergo Prelati spirituales Medici.

Medicina misericoediæ tollit peccata magna. Quia nimirum misericordiæ opera medicina sunt, quibus peccata nostra redimamus. Pecuniam habes, redime peccatum tuum. ex Ambrosio *can. medecina misericordię tollit peccata magna 76 de pœnitentia distinct.* 1. interente illu: *Peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tuis; redime te pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna (inquit) à peccato liberat:* (Tobiæ 12:) *Crimina ergo eleemosynis redimunt.* Est enim eleemosyna spiritualis medicina animę, vt *Gloss.* ibidem verbo *peccata*. in fine, testatur. dicituque *Medicamentum fortius* à Ioanne Chrysostomo in *can. medicamentum fortius 77 eadem de pœnitentia distinct.* 1. interens in fine: *Audi enim quid dicit diuina scriptura* (Lucę 11) *Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis.*

Medicinas multas inuenire multorum experimenta cogunt morborum. Augustinus ad Bonifacium in *can. vt constitueretur in Ecclesia 25. in fine distinct.* 50. addens in fine; *Detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* & plura notat *Gloss.* ibidem verbo *detrahendum est*. adnotans, quod dispensatio quandoque est debebita pluribusque deducit.

Medicinæ Ecclesiasticæ munia sunt; vt corde contrito, & spiritu humiliato Deo, & sacerdoti de omnibus peccatis suis puram confessionem faciant homines, & profusis lachrymis, & largioribus eleemosynis, & orationibus, atq; ieiuniis Domino satisfaciant. ex Hincmaro Rhemensi Archiepiscopo in *can. si per sortiarias, atque maleficas 4. siue finali 33. q. 1.*

Medicina ergo spiritualis pœnitentia est. deducitque Augustinus in *can. in actione pœnitentiæ, vbi tale crimen commissum est. 84 de pœnitentia distinct.* 1.

Medicinam semper habere debeo, si semper pecco. ex Ambrosio de sacramentis. de Christi corpore verba exprimens in *can. si quotiescumque effunditur sanguis Christi 14. de consecratione distinct.* 2. verbis loquitur Ambrosius: *Si quotiescumque effunditur sanguis Christi, remissionem peccatorum effunditur; debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.* Quo autem modo, ipse met exponit Ambrosius in *can. non iste panis est 56. eadem de consecratione distinct.* 2. dicens: *Iste panis quotidianus est: accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit: Sic viue, vt quotidie merearis accipere.*

Medico merces, quin magis honor, debetur. sic namque mercedem illam Augustinus ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab inuito sumitur 15. in ipso principio 14. q. 5.* mercedem illam appellat: *Nam plerique* (inquiens) *nec Medico volunt reddere honorẽ suum, nec operario mercedem.* Et sane honorari debet Medius honore mercedis.

Medico tamen imputari euentus mortalitatis non debet. ex Vlpiano lib. 1. opinionum in

Lib.

Lillicitas exactiones 6.§.ſicut medico. ff. de officio præſidis. Vlpianum excipe: Sicut medico imputari euentus mortalitatis non debet; ita quod per imperitiam commiſit, imputari ei debet: prætextu enim humanæ fragilitatis delictum decipientis in periculo hominis, innoxium eſſe non debet. Quia nimirum, vt Gloſſ. ibidem verbo non debet. ex Ouidio aduertit.

Non eſt in medico, ſemper releuetur vt æger.

Medicinæ Dei beneficia, Eccleſiæ ſunt ſacramenta; pro illis miniſtrandis munera accipienda non ſunt. Quia gratis accepimus, & gratis danda. ex Iſidoro de Eccleſiaſticis officijs in can. his igitur lege Patrum cauetur. 3. non multo poſt principium. diſt. 23. illis verbis Iſidori: Pro beneficijs medicinæ Dei munera non accipiant. Miniſtri vtique Eccleſiæ, pro ſacramentis Eccleſiaſticis, quę dicuntur medicinæ, quia ſanant vulnera peccatorum. Gloſſ. ibidem verbo pro beneficijs.

Medicatores in crimine ſimoniæ, ſimoniacæ hæreſis trapezitas appellauit Nicolaus Papa Secundus in Concilio Lateranen in can. in nomine Domini noſtri, & Saluatoris Ieſu Chriſti 1. §. nouit Beatitudo veſtra dilectiſſimi fratres, et coepiſcopi. di. 23. De Sede Apoſtolica loquẽs & eius prædeceſſore Stephano Papa: Quot aduerſa pertulerit quot denique per ſimoniacæ hæreſis trapezitas repetitis malleis, crebriſque tunſionibus ſubiacuerit. &c. Trapezitas. id eſt campſores. Gloſſ. ibidem commentum agit.

Medium ex præcedenti, & ſequenti facto probatur. ex Gregorio Epiſcopis Siciliæ de lege Mauritij Auguſti in can. legem, quam piiſſimus Imperator dedit. 1. & vltimo. diſt. 53. Verba deducimus Gregorij, ex quibus, quod dicimus, probatur: Quod hi, qui in ſeculi actionibus implicati ſunt, in Clero Eccleſiæ præpropere, ſuſcipiendi non ſunt; quia dum in Eccleſiaſtico habitu non diſſimiliter, quàm vixerant, viuunt; nequaquam ſtudent ſeculum fugere, ſed mutare. vbi gloſſ. verbo legem. ad rem optimè infert: Nota, qualiter ex ſequenti facto, & præcedenti, probatur mediũ 28. diſt. quia Nam ex bona vita præcedente, & ſequente præſumitur medium. ſcilicet quod bono zelo petierit habitum monachalem. ita Gloſſa.

Medium duorum vitiorum eſt virtus. Nã ſunt gradus non ſolum inter virtutem, & virtutem, ſed & in eadem virtute. vnde nemo repente fit ſummus, Gratianus loquitur in can. charitas eſt aqua, de qua Dominus ait in Euangelio 14. §. hæc, quę de charitate dicuntur. in fi. de pœnitentia diſt. 2. ibiq; per quam optimè Gloſſ. verbo ſunt itaque gradus. dicens ad rem: Sed quia virtus eſt medium duorum vitiorum, vt dicit Ariſtoteles, & Horatius.

Virtus eſt medium vitiorum vtrinque redactum. vt in puncto medio, qui eſt inter duo vitia contraria: videtur quod ſumma virtus ibi conſtituta ſit: qui ergo illud medium ſeruaret, ſummè virtuoſus deberet haberi. ſed in omnibus medium ſeruare, vltra hominem eſt: ideoque ſummè virtuoſus nemo dicendus eſt. ita gloſſ. Et Gloſſella Marginalis ibidem: Medium ſeruare difficile.

Melius eſt duos eſſe ſimul, quàm vnum. (Eccleſiaſtes 4. 9.) Simul enim fidelius, & tutius res geritur. Væ enim vni, quia ſi ceciderit, non eſt, qui erigat eum. ex Septima Synodo in can. in omnibus obſeruare conuenit. 26. in fine diſt. 81. Salomon dicto cap. 4. 9. ſequentibus ſatur: Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuę: ſi vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ ſoli, quia, cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe.

Melius eſt Domini ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſſint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducãt. ita Clemẽs Papa ad Iacobum fratrẽ Domini in can. tales ad miniſteriũ eligantur Clerici. 4. diſt. 23. vbi glo. verbo multos adnotat: Quod multitudo eſt canonibus inimica. Quia multitudo aliquos facit magis viles. Notaturq; ex Hieronymo ad Euagriũ Epiſcopum in can. legimus in Eſaia 24. §. ſed dices, quomodo Romæ ad teſtimonium diaconi presbyter ordinatur? diſt. 93. Inferẽs verbis eruditiſſimis: Omne, quod rarũ eſt, plus appetitur. Pulegiũ apud Indos pipere pretioſius eſt. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. ita Hieronymus.

Melius eſt, vt ipſe ſubuenias tuis, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui præſtare ſubſidium neceſſitati: non tamẽ vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu poſſes conferre inopibus: cauſam enim oratura præſtat, non gratia. Neque enim propterea te Domino dicaſti, vt tuos diuites facias: ſed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miſerationis peccata tua redimas. ita Ambroſius de officiis libro 1. in can. eſt probanda illa etiam liberalitas, vt proximos ſeminis tui non deſpicias, ſi egere cognoſcas. 16. diſt. 86. Nam vt Gloſſa ibidem verbo in egeſtatem ſubnectit ex Boetio: Inter omnes aduerſitates fortunæ, infeliciſſimum genus infortunii eſt, fuiſſe felicem. Subueniendum proinde egentibus.

Melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium. Auguſtinus ad Caſulanum in can. nemo peritorum, aut prudentium putet 81. in fine 11. q. 3.

Melius eſt non incipere, quàm ab incepto deſiſtere. ex illo Hieronymi ad Euſtochium de cuſtodia Virginitatis in can. ſi Paulus Apoſtolus vas electionis 11. in fine 32. q. 5. verbis exagerantis: Rectiùs fuerat hominum ſubiiſſe coniugium, ambulaſſe per plana: quàm ad altiora tendentem in profundum inferni cadere. vnde gloſſ. verbo quàm ad altiora. argumentum extrahit: Quòd melius eſt non incipere, quàm ab incepto deſiſtere. Melius eſt non vouere, quàm à voto cadere. ex Auguſtino ſermone 2. de communi vita Clericorum in can. certè ego ſum, qui ſtatueram 18 circa finem 12. q. 1. dicente: Malum eſt cadere à propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitum.

Melior eſt in malis factis humilis cõfeſſio, quàm in bonis ſuperba glorìatio. Calixtus Papa ad Benedictum Epiſcopum in can. iniuſtum iudicium, & definitio iniuſta 39. 11. q. 3.

Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulen-

dulenta oscula odietis. Salomon (*Prouerbiorũ* 27.6.) deducit Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus* a. 5. q. 5. subnectens: *Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm lenitate decipere.* ibidemque *can. non osculatur semper pater filiũ, sed aliquando castigat.* 3. Ambrosius rationem reddit: *Habet enim & amor plagas suas; quæ dulciores sunt, cùm amarissimè inferuntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quàm blãda remissio. Vnde ait propheta: Dulciora sunt vulnera amici, quàm oscula inimici.* (prouerbior. 27.) prosequiturque idem Augustinus Vincentio scribens in *can. nimium sunt inquieti Donatistę* 37. §. *non omnis qui parcit amicus est.* 23. *quæst.* 4. verbis eloquens: *Non omnis, qui parcit, amicus est; nec omnis, qui verberat inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm blanda oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quam cum lenitate decipere.* vt d. *can. non omnis, qui parcit.* deductũ quoque fuit.

Membra à capite discedere non decet: sed iuxta sacræ scripturæ testimonium: omnia mẽbra caput sequantur. ita Calixtus Papa Primus omnibus Episcopis in *can. non decet à capite membra discedere* 1. *dist.* 12. & Pius Papa Nonus à Petro Apostolo in primo suarum decretalium in *can. nosse vos volumus* 21. *in fine de consecratione distinct.* 3. sequentibus deduxit: *Vnde & vos Apostolica auctoritate instruimus, omnes eadem seruare debere; quia & nos eadem seruamus: nec debetis à capite quoquomodo dissidere.* Eodem modo Victor Papa XIII. à Petro in primo decretali suo in *can. celebritatem sancti Pascha* 22. *post principium eadem de consecrat. distinct.* 3. Rationem reddens: *Quia non decet, vt membra à capite discrepent, nec contraria gerant.* Deducit pluribus Rota apud S. memorię *Gregorium* 15. *decis.* 284. *num.* 3. Et quale caput, tale censetur, & membrum apud *eundem decis.* 370. *nu.* 3. *in fine.* Cùm non liceat à Capite membra recedere. dixit Innocentius Tertius de Costata, & de Sancto Donato Prioribus in *cap. cum non liceat à capite membra recedere.* 12. *de præscriptionibus extra.* *Federicus de Senis cons.* 151. *in principio,* Quia caput, & membra vnum corpus constituunt *nu.* 1. & *nu.* 3. *vers. item constat. Gratianus forensium disceptationum part.* 5. *cap.* 845. *nu.* 48. & 49. plura deduximus *respons.* nostra 6. à *nu.* 43. *cum sequentibus part.* 5.

Memoria diuinæ indignationis in præuaricatores legis eius tenenda est. Sicut (*Numerorum* 16.) Turibula ipsa, in quibus incensum illicite fuerat oblatum à Core, & Datan, & Abyron, ne in vsu de cętero essent sacerdotibus, sed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent, iussu Domini conflata, atque igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari. Secundum quod loquitur scriptura Diuina: Memoriale Filiis Israel, vt non accedat quisquam alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante Dominũ; vt non fit sicut Core. Cyprianus ad Magnum in *can. Denique quàm sit inseparabile vnitatis sacramentum* 9. §. *quod verò eundem quem nos, Deum patrem.* 7. *quæst.* 1. vbi *glo.* verbo memoriale. adnotat dicens: Hæc, quæ generant memoriam mali, iubentur publice exponi, vt aliis terror incutiatur. vt hic. & ex Vrbano Papa Secundo in *can. mandamus, et vniuersaliter interdicimus* 2. *in fine* 19. q. 3. illis verbis: *Et Deinde memorialem cucullã deferat, & vltimus in choro maneat.* Memorialẽ. ratione prioris maleficii. *Glossa* ibidem adnotat. & adnotauit Augustinus in libro quęstionum Numerorum q. 30. in *can. & dixit Dominus ad Moysem, & ad Eleazarum filium Aaron Sacerdotẽ* 26. *de consecrat. dist.* 2. dicens: *Sed notandum nouo modo dicta sanctificata pœna eorũ: quia per eos exemplũ datum est cęteris, quo timerent. &c.* Memoria igitur habenda est diuinæ vltionis, ne peccemus.

Memoria malorum gestorum nostrorum dimittenda quandoque est, vt mutetur mentis affectus. *Nam locus vbi quisque praué vixit, hoc in aspectu mentis apponit, quod sępe ibi, vel cogitauit, vel gessit.* Isidorus sententiarum de summo bono in *can. valet interdum conuersis pro animę salute mutatio loci* 9. *dist.* 81. Concinitque Augustin. in *can. mulier, quę accesserit ad omne pecus ascendi ab eo, interficietis mulierẽ, & pecus.* 4. 15. q. 1. animaduertens in fine: *Pecora inde credendum est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriã.* Et istud ad terrorem fit. vt *Gloss.* ibidem verbo *memoriã* in fine adnotat. Quandoque verò Memoria delictorum habenda est, vt eorum pœnitentiam agamus. ex Ioanne Chrysostomo in *can. Iudas pęnituit, sed male* 36. *de pœnitentia dist.* 3. in fine dicente: *Magnum bonũ est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriã eorũ per seueranter retineat. Nullum inuenitur delictorũ tale remedium, sicut eorum continuata memoria.* Ad contritionem scilicet, non ad delectationem. ex *gloss.* ibidem verbo *memoriam in fine.*

Mendaciũ est falsa significatio vocis cum voluntate fallendi. ex Augustino, testatur Gratianus in *can. Beatus Paulus Apostolus* 5. §. *ille ergo falsum iurando mentitur, qui scit falsum esse, quod iurat.* 22. q. 2.

Mendacium enim dicitur, cùm aliquis exterius significat contrarium veritati. *S. Thomas.* 2. 2. q. 93. *art.* 1. *in corpore.*

Mendaciorum plura sunt genera. Nam sunt quædam mendacia non grauioris culpę, quędam vero grauioris culpæ, & de istis grauioris culpæ exauditur illud (psalmi 5.) *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium.* ex Gratiano in *can. in ipsarum consideratione rerum* 7. §. *Item quod dicitur: Perdes omnes, qui loquuntur mendacium. eadem* 22. q. 2. & ibidem Augustinus in libro de mendacio in *can. primum est capitale mendacium* 8. *eadem* 22. q. 2. Octo genera, siue species mendaciorum enumerans; Sed *primum, & capitale mendacium, longeque fugiendum, quod fit in doctrina religionis.* in fine inferens: *In his autem octo generibus, tanto quis-*

 que

*que minus pecedt, cùm mentitur; quanto magis à primo recedit.*

Mendacium quidem omne peccatum est; sed multum interest, quo animo, & quibus de rebus quisque mentiatur. ex Augustino in enchiridio in *can. mihi autem videtur peccatum esse quidem omne mendacium* 12. eadem 22. q. 2. Nec etiam artificioso mẽdacio mentiendum, quia quomodolibet mentitur quis, occidit animam. ex eodem ibidem *can. nec artificioso mendacio.* 13. vt lędat scilicet aliquem, secus si iocosè mentiatur. vt *Gloss.* ibidem verbo *mentitur* adnotat. Duo sunt quippe genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa, sed tamen non sunt sine culpa: cum iocamur, aut, vt proximis prosimus mentimur. prosequitur Augustinus in dictum psalmum *Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ.* in *can. nequis arbitretur perfectũ, & spiritualẽ hominẽ.* 14. eadẽ 22. q. 2. & ibidem *can. quod autẽ ait fratribus suis Ioseph.* 18. in fine inferens: *Mendacia à mendacibus serio aguntur, non ioco. Cùm autẽ, quæ non sunt, tãquàm ioco dicũtur; non deputantur mẽdacia.* Mendacium omne de re graui mortale est. *S. Thomas* 2. 2. q. 100. *art.* 4. *Nauar. cons.* 29. *n.* 6. *lib.* 5. *de simonia.*

Mendacium qui loquuntur, omnes perdendi sunt. iuxta illud psalmistæ (*Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ.*) Multò magis damnabiles sunt, qui mentiendo peierare conuincuntur: Quia nomen Dei sui in vanum assumunt. Gratianus in *can. animaduertendum est.* 2. §. *item, qui falsum iurat, mentitur.* 22. q. 2. proinde.

Mendacium cauendum est, etiam perfectis. ex Augustino in *can. nequis arbitretur perfectum, spiritualẽ hominẽ* 14. 22. q. 2. & in omnibus cauendum. ex Isidoro in Synonimis in *can. omne genus mendacii sũmopere fuge* 16 eadẽ 22. q. 2. in fine inferens: *Caue mendaciũ in omnibus.* & exhortatur Ambrosius in *can. cauete fratres mendaciũ; quia omnes, qui amant mendaciũ, filii sunt diaboli* 20. eadẽ 22. q. 2. Non solum in verbis, sed etiam in operibus. *Mendaciũ nãque est, Christianũ se dicere, & opera Christi non facere. Mendaciũ est, Episcopũ, Sacerdotẽ, & Clericũ se profiteri, & contraria huic ordini operari.* ita Ambrosius. Quia de re graui mortale est, vt diximus ex S. Thoma per illud psalmi *Perdes omnes, qui loquuntur mendaciũ.* vide Card. *Toletũ instructionis sacerdotalis lib.* 8. *cap.* 54.

Mendacium nõ dixit Abraham dicendo Saram sororem suam. Soror enim dicitur, quia filia fratris erat: & veritatem noluit cælari, non mendacium dici. ex Augustino in *can. quæritur cur patriarcha mentiri voluit.* 22. 22. q. 2. vbi *Gloss.* verbo *sororem* in fine ad rem adnotat: *Quod per æquiuocationem possumus hostem deludere.* ex eodem Augustino ibidem in *can. ne quis arbitretur* 14. post principium: *Quia aliud est mentiri, aliud verum occultare: siquidem aliud est falsum dicere, aliud verũ tacere.* Neque Mendacium dixit Iacob se Esau esse, nec mentiendo, sed verum dicendo, sibi profuit, alteri verò non nocuit; quia benedictionem sibi debitam accepit, non alienum subripuit. *Non enim dixit se esse primogenitum nascendo; sed Ius primogenituræ, illo vendente, ritè adeundo.* Gratianus dicto *can. quæritur cur Patriarcha* 22. §. *item opponitur, quod Iacob mẽtiendo. eadem* 22. q. 2.

Mendacium proferri non licet, vt arrogantia vitetur, nam veritas relinquitur. ex Augustino in *can. non ita caueatur arrogantia, vt veritas relinquatur.* 11. 22. q. 2. Et ideo non dicendum mendacium, quamuis ex humilitate id facias; nisi te ita dixeris peccatorem, vt etiã esse cognoscas: *Veritas autem ipsa est, vt quod es dicas. Nam quomodo est humilitas, vbi regnat falsitas?* ex Augustino *can. cum humilitatis causa mentiris* 9. eadem 22. q. 2. & pluribus *Gloss.* ibidem verbo *cum humilitatis.*

Mendacium non est falsum asserere, quod tamen ipse verum æxistimat. materialiter tantum mentitur, non formaliter. Sicut è contra, verum asserere, quod falsum putat. ex Augustino in *can. homines falsum iurant, vel cum fallunt.* 3. 22. q. 2. in fine inferens rationem: *Interest enim quemadmodũ verbũ procedat ex animo. Reã linguã non faciat nisi mens rea.*

Mendacium negotiatoribus, & mercatoribus familiare, vt qui emit, & vendit sine mendacio, & periurio esse non possit. Inde est, quod homo mercator vix, aut numquam potest Deo placere. ex Chrysostomo in *can. eiciens Dominus ementes, & vendentes de templo* 11. *distinct.* 88. Ideo negotium malum, propter mendacium, quod negotiatores miscere consueuere. dicente Augustino: *De mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium.* & paulo post: *Omnes artifices mẽtiuntur, sutores, agricolæ. Negotiatio enim me non facit malũ; sed, iniquitas mea, & mendaciũ meũ.* ita Augustinus in *can. quoniã non cognoui litteraturam* 12. *eadẽ distinct.* 88. & ibidem ex Cassiodoro in *can. quid est aliud negotiũ* 13. consequentiam inferente. *Negotiatores ergo illi abominabiles æxistimantur, qui iustitiam Dei minimè considerantes, per immoderatum pecuniæ ambitum polluuntur, merces suas plus periuriis onerando, quam pretiis.*

Mendacium etiam in præsenti vita grauiter punitum inuenimus, in Anania, & vxore eius Sapphira (*Actuum* 5.) Quod Spiritui sancto mentiri putauere. vnde repentina morte obierunt, propter peccatum eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo. Clemens testatur Papa in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis* 2. § *Ananias autem vir austerus, & Sapphira vxor eius.* 12. q. 1. Rationem reddit Hieronymus ad Riparium contra Vigilantium in *can. legi Syromasteu Phinees* 13. 23. q. 8. verbis deducens: *Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas.* Syromasten, id est vindictam, siue zelum indignationis, quia Phinees coeuntem eum Madianita interfecit. *Gloss.* ibidem commentum agit.

Mendacia in supplicationibus expressa, ea puniuntur pœnas vt Mendax precator carere debeat impetratis, & ea quæ subreptione, vel falsis precibus forsan impetrantur, nul-

nullum supplicantibus ferant remedium. vti Pelagius Papa Ioanni Comiti respondit in *can. dicentes sacras iussiones se habere pra manibus 16.25.q.2.* ibique Gratianus in *§. rescripta, siue sint adnotationes, siue pragmaticę sanctiones expressam in se habere debent conditionem: Si preces veritate nitantur. Mendax enim precator carere debet impetratis*. Et decreuit Alexander Tertius Cãtuarien Archiepiscopo scribens in *cap. ex parte Conuentren Episcopi 2. §. verum quoniam non credimus extra de rescriptis.* ac dicens: *Et in huiusmodi litteris intelligenda est hęc conditio: Si preces veritate nitantur.* Et Innocentius Tertius A. Canonico Pictauen in *cap super litteris 20. eodem de rescriptis in principio*, in ratione: *Cùm Mendax precator carere debeat penitus impetratis.*

Mendacium dicens, & veritatem occultans, vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. Augustinus ad Casulanum in *can. quisque metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat 80. 11. q. 3.* Non enim minus est periculum in verbis, lingua mentiendo, quam manibus sanguinem fundendo. ex eodem Augustino ibidem *can. nemo peritorum, aut prudentium putet. 81.* ibique *gloss.* verbo *lingua.*

Mendacium est, cum aliquis exterius veritati significat contrarium. ex *S. Thoma 2.2. q.93. art.1. in corpore.*

Mendicantes superfluas eleemosynas in damnum aliorum pauperum excipientes delinquunt, quia panem verè indigentibus auferunt: quando nihil aliud sit, habentibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. pastor Ecclesię iis, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare 7. 1. q. 2.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *pauper*. Quia nimirum: *Panis egentium vita pauperis est, qui fraudat illum, homo sanguinis est.* ex Ecclesiastico 34. in *can. immolans ex iniquo, oblatio maculata est 2. 14. q. 5.* Vnde poterit Episcopus super his prouidere. *Genuensis in praxi cap 59. de potestate Episcopi super regulares nu. 11.*

Mendicitas clericorum, ignominia Episcoporum est. Dum *Mendicat infelix Clericus in plateis: & ciuili operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam*. Ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesię in *can. diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus. 24. §. nũc autẽ, ex quo in Ecclesiis sicut in Romano imperio, creuit auaritia. distinct. 93.* Afferendo etiam rationem: *Et quidem ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum in misericordia desolatus, iustè putatur ad hanc ignominiam deuenisse*: iustè. id est suis meritis *gloss.* ibidem exprimit.

Mens attenditur facientis, magis quàm factum ipsum. ex Hieronymo in epistola ad Titum in *can. fur autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur 4. 14. q. 5.* in ratione, quam infert: *Non enim id quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur*. vide *responsa nostra 45. nu. 7. part. 5.* Namque

Mens est radix verborum, & eius substantia prima. ex Gregorio IX. Nouien Episcopo in *cap. mandatum Apostolicum ad te directum 38. de rescriptis extra.* in finalibus verbis: *Nõ fuerit intentio mandatoris.* ibique *Gloss.* verbo *non fuerit intentio*. Quod intentio mandantis attendenda erit. & ibi *Baldus*; Quia cor est Imperator linguæ, & habet eum sicut mancipium in sua iurisdictione. *Cenallos communium contra communes tom. 3. q. 828. n. 218. & 219.*

Mens potentiæ auida; nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec pietati adhibere consensum. Leo Pappa Anatolio Episcopo Constantinopolitano in *can. verum catholicum, & pręcipuè Domini sacerdotem 6. in fine distinct. 47.*

Mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsat: sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Gregorius in moralibus in *can. inter hæc sciendum 23. circa medium de pœnitentia distinct. 2.*

Mentes hominum minus confidentium in Deo turbari possunt magiis, etiã sine vllo veneni haustu. ex Augustino in *can. nec mirum 14. §. magi sunt. 26. q. 5.* inquiente: *Magi sunt, qui vulgò malefici ob facinorũ magnitudinẽ nuncupantur. Hi (permissu Dei) elementa concutiunt, turbant mentes hominum minus confidentium in Deo, & sine vllo veneni haustu, violentia tantùm carminum interimunt. vnde Lucanus:*

*Mens hausti nulla sanie polluta veneni.*
*Incantata perit.*

Mensa Clericorum lectione sacrę scripturę referta esse debet. ex Concilio Toletano Tertio in *can. pro reuerentia Dei, & sacerdotum id vniuersa sancta constituit Synodus 11. dist. 44.* vbi videlicet (*Quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi*) *in omni sacerdotum conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ędificantur ad bonum, & fabulę non necessariæ prohibentur*; Deduciturque ex Hieronymo in *can. in omnibus igitur, quantum humana permittit fragilitas 34. in fine de consecratione dist. 5.* generaliter loquente: *Ad mensã verò similiter lectionem audiant, & obedientiã, secundum canones, suis ministris exhibeant.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *audiant.* verbis eloquens: *Quia conuiuium eorum non debet esse sine lectione. supra 44. dist. pro reuerentia.*

Menstrua dum patiuntur mulieres, viris suis misceri prohibentur. Quæ tamen mulier, dum ex cõsuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet: quia ei naturę superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc, quod inuita patitur, iustũ non est, vt Ecclesiæ ingressu priuetur. Nam naturæ suę vitio mulieres infirmantur. Sanctę autem communionis mysterium in eisdem diebus percipere non debet prohiberi. ex Gregorio ad Augustinum Angliorum Episcopum in *can. ad eius vero concubitum vir suus accedere non debet 4. distinct. 5.* notat *Gloss.* ibidem verbo inuita. Regulare hoc esse: vt quod inuitus quis patitur, non afferat ei prę iudicium.

Mensura temporis in agenda pœnitentia à sacris canonibus non satis aperte præfinitur, sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt: *Quia apud Deum, non tam valet mensura temporis, quàm doloris: nec abstinentia tantùm ciborum, quam mortificatio vitiorum.* ex Hieronymo in *can. mensuram autem temporis in agenda pœnitentia* 86. *de pœnitentia dist.* 1. vbi *gloss.* verbo *doloris*, è re infert: *Vnde tantam contritionem posset sacerdos perpendere in homine, quod nullam satisfactionem exteriorem ei imponeret.* Nec dissimiliter dixit Augustinus de pœnitentia in *can. in actione pœnitentiæ* 84. *eadem de pœnitent. dist.* 1. verbis proferens, in actione pœnitentiæ, *Non tam considerandа est mensura temporis, quàm doloris: Cor contritum, & humiliatum Deus non spernit.* Statuuntur tamen tempora pœnitentiæ, vt satis fiat Ecclesiæ in exteriori, cum quæ in terra sunt, ab hominibus ignorantur.

Mensuram non nouit Dei misericordia, & ideo statim, quod quis veniā petit, misericordiam cōsequitur. Statim veniā cōsequuta fuit Eua, cū dixit: *Serpēs decepit me, et comedi.* Vnde Ambrosius in libro de paradiso in *can. serpēs decepit me, & manducaui* 47. *de pœnitentia dist.* 1. sequentibus infert: *Venialis culpa, quam sequitur professio delictorum. Ideo non desperata mulier, quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est, quam medicinalis secuta sententia est. Bonum est condemnari in peccato, & flagellari in delicto, vt cum hominibus flagellemur.*

Mensura, qua mensi fuerimus, remetietur, & nobis. ex illo Domini (Matthæi 7. 2.) *In quo enim Iudicio iudicaueritis, iudicabimini. & in qua mensura mensi fueritis, remetietur, & vobis.* Propterea Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen in *cap. cum æterni tribunal Iudicis.* 1. *de sententia, & re Iudicata in* 6. Iudicibus mandauit Ecclesiasticis. vt *præsertim in concipiendis sententiis, & ferendis, præ oculis habeant solum Deum.* addit *Glossa* ibidem verbo *Deum*. A quo, sicut iudicabunt, iudicabūtur, & remetientur, in qua mensura fuerint mensi. ad Innocentii Tertii in Concilio Generali sensum in *cap. cum ex eo* 14. §. *formam vero, quam communiter talis &c. de pœnitentiis, & remissionibus extrà.* illis verbis: *Oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cælis, &c.* Nec diuersimode Iustinianus Cæsar, in *l. rem non nouam, neque insolitam aggredimur* 12. *C. de Iudiciis. circa fin.* Iudicibus omnibus contestans: *Sciunt* (inquiens) *quod non magis alios Iudicant, quàm ipsi iudicantur: Cum etiam ipsis magis, quam partibus terribile Iudicium est; siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito, causas proferunt trutinandas.* vbi *Gloss.* verbo *iudicantur.* & ipsa infert: *Vnde dicitur: Nolite iudicare, & non indicabimini. & illud: Qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* & ibidem in *Glossella* Marginalis refert illud moralis Senecæ: *Quidquid à vobis minor expauescit, hoc vobis maior Dominus minatur. Sic agendum cum homine, quasi Deus videat; sic cū Deo loquendum, quasi homines videant.* Gothofredus.

Mentiri Deo potes; Deum fallere non potes. Augustinus in *can. panem coelestem spiritaliter manducare* 64. *in fine de consecratione distinct.* 2. verba damus Augustini: *Antequàm ad altare accedatis, attendite, quid dicatis: Dimitte nobis debita nostra sicut, & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi: securus accede, panis est, non venenum. Sed vide, si dimittis: nam si non dimittis, mentiris; & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes: Deum fallere non potes.* ibique peroptime *Gloss.* verbo *ipsum fallere non potes.*

Mentiri Deo sacrilegii crimen est. Ambrosius de paradiso in *can. serpens decepit me, & manducaui* 47. *de pœnitentia distinct.* 1. de Cain verba faciens: *Fortasse non tam reus maiore crimine parricidii (illud enim commisit in fratrem) quàm sacrilegii; quod Deo credidit Mentiendum, dicens nescio: numquid ego custos fratris mei sum?* & *glos.* ibidem verbo *quod Deo.* argumentatur quod *sacrilegium committit, qui Papæ mentitur. Ipse enim obtinet vicem Dei viuentis in terris.*

Mentiri non oportet, neque etiam pro seruanda vita proximi. ex Augustino in libro de mendacio in *can. si quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari* 17. 22. *quæst.* 2. Rationem referente: *Os enim, quod mentitur, occidit animam.* Atque infert consequentiam: *Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur: numquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est.* Et vtrumque, & periurium & mendacium diuini iudicii pœna damnatur, dicente scriptura: Os, quod mentitur, occidit animam. verba sunt Chromatii in Matthæum in *can. iuramenti hæc causa est.* 12. 22. q. 5. Non itaque mentiendum, neque in verbis nostris vllum debet esse mendacium.

Mercatio, & honesta, & turpis, quia est honestus quæstus, & turpis, & ideo qualitas lucri negotiantem, & excusat, aut arguit. *Quia difficile est inter ementis, vendentisque commercium non interuenire peccatum.* Ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. qualitas lucri negotiantem, aut excusat, aut arguit.* 2. *de pœnitentia distinct.* 5. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *interuenire*. Nam contrahentibus naturale est, se inuicem decipere. vnde adiecit Chrysostomus in *can. eiiciens Dominus vendentes, & ementes de templo* 11. *in fine principii distinct.* 88. similitudinem dicens: *Sic, qui emit, & vendit sine mendacio, & periurio esse non potest.* & in *can. sequenti. Quoniam non cognoui litteraturā* 12. Negotiationem alii vertunt. Augustinus: *De mendacio, & de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium.* Periculosa proinde mercatio, siue mercatura: quia difficile sine peccato exercetur.

Mercatio, & mercatura Clericis omnino prohibetur, ex Concilio Tarraconensi in *can. canonum statutis firmatum est* 3. 14. *quæst.* 4. prosequens: *Vt quicumque in Clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur. Quod certè si voluerit exercere, cohibeatur à*

Cle-

*Clero*. Non tamen prohibetur artificium. ex *Glossa* ibidem verbo. *vel vendendi*. Quia nimirum eos orationibus vacare oportet in templo Dei, & non emptionibus, & venditionibus. Vnde Dominus de templo vendentes, & ementes, & cathedras vendentium columbas eiiecit. perpendit Origenes in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum 9. 16. quæst. 7.* Nec debent facere Domum orationis speluncam latronum. Non ergo debent negotiationibus intendere, atque vilius emere fruges, vt carius vendant, neque pecunias ad vsuram dare. Alioquin à Clero alieni habeantur. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis oblitus timorem Domini 4. eadem 14. q. 4.*

Mercedem qui fraudat mercenarii sui, homo sanguinis est, & effundere sanguinem putatur. Quia *Qui aufert in sudore panem; quasi qui occidit proximum. & Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres sunt.* Ecclesiastici 34. & deducitur in *can. Immolans ex iniquo, oblatio est maculata 2. 14 quæst. 5.* Fratres sunt. id est pares, siue similes in peccato. vt *Glossa* ibidem commentum agit. ex Sancto Petro per Clementem Papã ad Iacobum Epistola 1. in *can. homicidiorum verò tria genera esse dicebat beatus Petrus. 24. de pœnitentia dist. 1.* ibique *gloss.* verbo *parilem*. id est similẽ, interpretatur.

Mercedem qui non accipit ab hominibus, à Deo accipit. ex Ambrosio libro de Patriarchis in *can. dicat aliquis, cũ ipse vicerit. 25. in fine 23. q. 5.* de Abrahamo verba faciente ad Regem Sodomorum (Genesis. 14.) dicente (*Nihil sumam abs te.*) sequentibus. *Ideoque quoniam sibi mercedem ab hominibus non quæsiuit, à Deo accepit: sicut legimus scriptũ:* (Genesis 15.) *Quia post hæc factum est verbum Domini ad Abraham in visu dicens: Noli timere Abraham: Ego protegam te, merces tua multa erit valde.*

Mercenarius ab iniquo detẽtore mercedis suæ, si quid etiam occultè accepit, sine iniuria accipit, quia quod suum est, sibique debetur accipit. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sanè quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur 15. 14. q. 5.* Quinimo qui à Mercenario suo mercedem aufert, occidere illum videtur. ex Ecclesiastico 34. in *can. immolans ex iniquo 2. in fine eadem 14. q. 5.*

Mercenarius æstimatur prælatus, qui non propter Deum, sed propter lucrum oues pascit, nec diligit. Sunt enim mercenarii: *Sua quærẽtes, nõ quæ Iesu Christi.* Vt Apostolus (ad Philippenses 2.) loquitur, prosequiturque Augustinus in *can. sunt in Ecclesia quidam præpositi 19. 8. q. 1.* sequentibus loquens. *Quid est (sua quærentes?) non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur à præposito, & propter hæc seruitur Deo, quisquis talis est, mercenarius est; inter filios se non computet.* Nam vt Dominus (*Ioannis 10.*) nos docuit; *Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriæ, vidit lupum venientem, & deserit oues & fugit*, & prosequitur Gratianus in *can. aduersitas, quæ bonis viris obiicitur 48. §. hoc tunc seruandum intelligitur 7. q. 1.* Mercenarius est, qui non resistit Lupo.

Mercenarius ergo est, qui non resistit Lupo, & humanam amittere gratiam formidans, loqui libere recta pauescit, & non pastoris studio, sed mercenarii vice gregem deserit. vnde de talibus (*Esa. 56*) Dominus dicit. *Canes muti, non valentes latrare.* prosequitur Gregorius lib. 2. pastoralium. in *can. sit rector discretus in silentio 1. in ipso principio distinct. 43.*

Meretrix est, quæ multorum libidini patet. Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali in *can. vidua est, cuius maritus est mortuus. 16. in fine distinct. 34.* Vel cuius turpitudo publice venalis est. ex Augustino in *can. meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus 11. in principio 32. q. 4.* Est autem Diuinitus prohibitum, & meretrices esse, & ad meretrices accedere (Deutoronomii. 23. 17.) *Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.* notat *Glos.* eod. *can. meretrices esse.* verbo *prohibet.* cum dicit: *Non mœchaberis.*

Meretricis membra facit, qui fornicatur, grauiter peccat, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis. Nam Apostolus dicit; (1. Chorin 6.) *Ererunt duo in carne vna.* Hieronymus in *can. in eo fornicator maioris est criminis 12. 32. q. 2.*

Meretrici qui adhæret contra naturam, execrabiliter fit, sed execrabilius in vxore. Augustinus de adulterinis coniugiis in *can. adulterii malum vincit fornicationem 11. 32. q. 7.* Sequentibus enim loquitur: *Vsus enim naturalis, si vltra modum prolabitur: in vxore quidem veniale est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabiliter fit in meretrice; sed execrabilius in vxore.*

Meretricem in vxorem ducens, clericus esse non potest. ex canonibus Apostolorum in *can. si quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem 15. dist. 34.*

Meretrici quod datur, repetitioni non subest. Nam, & si quidem, qui dat meretrici non attendit naturam operis Dei; sed nequitiam operis humani. vt Augustinus perpendit in (psalm. 102) ad versiculum: *faciens misericordias.* in *can. qui venatoribus donãt: quare donant 2 8. in fine distinct. 86.* verba sunt Augustini: *Qui donant histrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus, quare donant? nunquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.* Qui tamen donat meretrici, donati dominium in illam transfert: quia & si turpiter meretricium faciat, non tamen turpiter accipit, quia meretrix est. vt *Gloss.* ibidem verbo *meretricibus* perpendit. ex Vlpiano lib. 26. ad Edictum in *l. idem si ob stuprum datum sit, 4. 5. sed, & quod meretrici datur. ff de conditione ob turpem, vel iniustam causam.* Vlpianum excipe. *Sed, & quod meretrici datur, repeti non potest, vt Labeo, & Marcellus scribunt: sed noua ratione; non eo, quod vtriusque turpitudo versatur, sed solius dantis. Illam enim turpiter facere,*

cere, *quod sit meretrix, sed non turpiter accipere, cùm sit meretrix*. Inde enim meretricium exercet, vt accipiat mercedē ex meretricio. Trāsfertur proinde in eam datum ob meretricum dominium, & proprium facit, quod accipit, licet faciendo peccet mortaliter. Vendit propterea rem vendibilem, atque pretio æstimabilem materialiter. Idcirco potest ex eo, quod accipit facere eleemosynam. vt sequitur *Gloss.* in *summa* 14.q.5. verbo *quod verò. circa mediu. vers. sed si non datur repetitio, & transfertur dominium, bene fit inde eleemosyna, vt si aliquid datur meretrici, illud non potest repeti. vnde de tali potest meretrix facere eleemosynam*. Et tenetur ad soluendam decimam, & facere eleemosynam. deducit pluribus *Gloss.* in *cap ex transmissa querela rectoris Ecclesiæ* 23. *de decimis, primitiis, & oblationibus.* verbo *licitè*. Asserit tamen sacerdotem non debere recipere decimam a meretrice; ne videatur ei impunitatem præstare. vide *S. Thomam* 2.2. q.32 *art.*7 & q.86.*art.*3. *Nauar. in manuali cap.* 17 *nu.*40. *vers. septimo infertur. Card. Toletum Instructionis sacerdotalis lib* 5.*cap.*19.*nu.*2. *Ioannem Azorium Institutionum moralium part.* 2. *lib.*12.*cap.*12.*q.*7. & *part.*3.*lib.*4.*cap.*1. *Riccium part.*1 *decis.*43. Ita quidem, vt possit meretrix ex eo, quod ex meretricio acquisiuit, fundare Ius patronatus. ex *Paulo de Cittadinis de Iure patronatus part.*3.*in prima causa acquirendi q.*24. *num.* 33. *Roccho de Curte eodem tractatu* verbo *competens num.*3. Quia nimirum Christiana est.

Meretrici relictū, vt in frugem melioris vitę se recipiat, pium æstimatur. ex *Tiraquello de priuilegiis pię causę in prefatione vers. Item legatum factum meretrici.*

Meritum omne, quo possit quispiam post hanc vitam releuari, vel grauari, hic in præsenti vita comparatur. ex Augustino in Enchiridion in *can. tempus, quod inter hominis mortem* 23.q.*est enim quidam viuendi modus* 13.q.2. Sequentibus enim rationem reddit; *Quo circa hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel grauari.*

Meritum enim est actus humanus bonus factus ab eo, qui habet gratiam Dei gratum facientem. *Nauar. manuali præludio* 7.*nu.* 2. Et sicut quis non nisi voluntate peccat, ita non nisi sponte meretur. ex Ioanne Chrysostomo in *can. sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit* 10.32. q.5. dicente: *Sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit; ita & iustitia ex opere non consumatur, nisi & voluntas affuerit*. ibique *Gloss.* in casus figuratione, eloquens: *Quod sicut non nisi voluntate peccatur; ita quis non nisi spontè meretur.*

Meritum autem esse non potest, nisi quis voluntarie operetur: nec potest esse meritum sine actu. ex *S. Thoma* 1.2.q 71. *art.*5.*ad primā in fine* & *quæst.* 111. *artic.*2. *in corpore in fine.* diduximus *respons.* nostra 18. *num* 41. 42. & 43 *par.*5. Quia pœnes voluntatem meritum consistit. *Nam benè facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit, quod est in libera voluntate*. Augustinus vt sequitur contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus.*33.*circa medium* 23.q. 5. ibique *Glossella* Marginalis ad *Glossam* verbo *nisi elegerit*. Quia (dicens) pœnes voluntatem meritum consistit. ex Ambrosio lib.1. de Iacobo, & vita beata in *can. non est, quod cuiquam nostram ascribamus erumnam, nisi nostra voluntati* 10.15. q.1. inferente: *Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit. Voluntarium sibi militem legit Christus: voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur*. Ex eodem ergo principio voluntatis, & meritum dependet, & demeritum. Meritum enim esse non potest sine voluntatis consensu. Quia consensus est causa efficiens meriti. Et meritum, vt sic, non tantum dicit ordinem ad cōsensum voluntatis, tamquam ad causam efficientem, sed etiam tamquam ad formalem extrinsecam. *Sanchez de matrimonio lib.*2.*disputat.*26.*nu.*6

Meritum vero, sicut præcipue consistit penes charitatem: ita demeritum pręcipuè consistit penes contemptum Dei: vnde secundum quod quis per actum peccati Deum magis contemnit, secundum hoc maiorem reatum incurrit. ex *S. Thoma in* 4.q. 9.*art.*3 *quęst.* 3. *Nauar. in can. tres sunt. de pænitent. distinct.* 1. *in Glossa nu.*11.

Meritum duplex est, vnum simpliciter, & de condigno, alterum secundum quid, & de congruo. Meritum simpliciter, & de condigno, est, quod meretur gratiam, & gloriam æternam; & definiri potest, quod sit actus humanus bonus factus ab eo, qui habet gratiam Dei gratum facientem. Meritum de cōgruo, & secundum quid, est actus humanus bonus factus ab eo, qui extra gratiam Dei existit; cui de quadam congruitate, & secundum quid, debeatur aliqua merces spiritualis, vel temporalis. notatur ex Alexandro Tertio Beluacen Episcopo in *cap. quod quidam ad confessionem de criminibus veniunt* 5. *de pænitentiis & remissionibus extra*. Illos, docens, qui veniunt ad confessionem, sed tamen asserunt abstinere non posse, non esse reiiciendos, sed eis de criminibus consilium exhibendum. Rationem inferens: *Quia licet non sit vera huiusmodi pænitentia, admittenda est tamen eorum confessio, & crebris, & salutaribus monitis pænitentia indicenda*. & ibidem *Gloss.* verbo *non sit vera huiusmodi pænitentia*. Quia scilicet, non est fructuosa quòad vitam ęternam simpliciter, & de condigno; proficiet tamen de congruo, & secundum quid, vel ad bonum temporale obtinendum; vel vt Deus citius illustret cor eius ad veram pœnitentiam. vti respondit Gregorius VII. in Synodo Romana in *can. falsas pænitentias dicimus* 7. *De pænitentia distinct.* 5. vnde *gloss.* d. verbo *non sit vera huiusmo pænitentia*. versus refert.

*Qua cum mortali bona fiunt, dant bona terrę:*
*Cor faciūt humile, minuunt tormēta gehēnę.*

Prosequiturque *Nauar.* in *manuali prçludio* 7. *nu.*2. & 3. videndus Diuus *Thomas* 1.2.q.111. art.2. & q.114 *art.* 1. *Lęlius Zecchius de casibus episcopo reseruatis casu* 6.*nu.* 3. & 4.

Metro-

Metropolitani à mensura Ciuitatum vocantur. Singulis enim prouinciis præeminent, quotum auctoritati, & doctrinę cęteri sacerdotes subiecti sunt; sine quibus nihil reliquos agere licet Episcopos: solicitudo enim totius prouinciæ ipsis commissa est. Isidorus lib. 7. Etymologiarum in can. cleros & clericos hinc appellatos credimus 1. non longe post principiũ 5. metropolitani autem. distinct. 21.

Metropolitanus proinde certam prouinciam habet, quæ habeat decem, aut vndecim Ciuitates, & alios suffraganeos decem, vel vndecim Episcopos Iudices, ad quorum iudiciũ omnes causæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, & Ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iustè, consona voce discernantur. ex Gelasio Papa omnibus Episcopis in can. *scitote certam prouinciam esse* 2. 6. q. 3. Plura tamen reduxit Sacrosancta Tridentina Synodus, presertim quoad visitationem, *sessione 24. cap. 2. de reformat.* Quia non possunt visitare Cathedrales Ecclesias, neque diœceses suorum comprouincialium, nisi causa cognita, & probata in Concilio Prouinciali. Non poterant prius ex Concilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus, aut presbyter* 27. 23. *q.* 8. Imperatorem adhire episcopi sine consensu, & litteris comprouincialium, & maxime metropolitani. Quod exaudit *Gloss.* ibidem verbo *perrexit*, cùm relicto, & contempto Ecclesiastico Iudice pergit ad Imperialem, quod non est faciendum.

Metus cadens in virum constantem excusat, nec tenent facta per metum. Metus autem hic, metus est mortis, vel corporis cruciatuum. ex Alexandro Papa omnibus Orthodoxis in *can. si quando à sacerdotibus.* 1. *in ipso principio* 15. *q.* 4. Vbi tria hæc æquiperat, metum, fraudem, ac vim. verbis illis: *Quoquomodo per metum, aut fraudem, aut per vim exort ę fuerint.* ibque peroptime *gloss.* verbo *per metum.*

Metus probatur per protestationem precedẽtem. ex Nicolao Papa Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Fiolensi Episcopis in *can. Lotharius Rex* 4. §. *preterea vos scire volo*, 31. *q.* 2. illis verbis: *Et se a præfato Rege quasta est iniuste fuisse deiectam, & vi coactam falsum contra se composuisse piaculum &c.* ibique *Gloss.* verbo *innotuit.* & ibidem *Glossella* marginalis, adnotans: *Metus probatur per protestationem præcedentem.* Probaturque ex Alexandro Tertio Oscen Episcopo, & Priori Sãctę Mariæ Cæsaraugustanę in *cap. perlatum est ad audientiam nostram* 1. *de iis, quæ vi, metusque causa fiunt.* §. *episcopi verò.* sequentibus enim Alexander: *Quę rem pa'efaciens, quod mortis timore monasterium intrabat, proposuit: Et quod inde, quandocumque posset exiret.* ibique notat *Gloss.* verbo *proposuit.* adnotans. *quod valet protestatio.* allegat 31. *q.* 2. *lotharius.* & ex Ancyrano Synodo 10 *can. Diaconi quicumque cum ordinantur* 8. *distinct.* 28. illis verbis. *protestati sunt dicentes.* & ibidem *Gloss.* verbo *protestati.*

Metus debet esse stantium, ruina peccantium. ex Hieronymo lib. 2. contra Iouinianum in can. *si enim, inquit, omnis, qui est ex Deo non peccat* 40. *col. finali in fine de pœnitentia distinct.* 2. Verba proferimus Hieronymi: *Transeamus ad secundam partitionem, in qua negat eos, qui tota fide baptisma consequuti sunt, deinde posse peccare, & docuimus, quod (excepto Deo) omnis creatura sub vitio sit: non, quod vniuersi peccauerint; sed quod peccare possint; & Similium ruina, stantium sit metus.* Stantium, id est: stantes timeant, ne scilicet, similj cadant ruina. *Glossa* ibidem verbo *stantium.* commentum agit.

Meum, & tuum ex iure processit Imperatorum. ex Augustino in *can. quo iure defendis villas Ecclesię* 1. *distinct.* 8. Augustinum excipe: *Vnde quisque possidet, quod possidet? non ne iure humano? Nam iure diuino: Domini est terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit: & pauperes, & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicitur: hac villa mea est; hac domus mea; hic seruus meus est. Iura autem humana, Iura Imperatorum sunt. &c.* ibiq; *gloss.* verbo *meus* Dicens: hæc verba meum, & tuum spectanc ad Dominium. *Communis enim vsus omnium, quę sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & aliud illud; & sic inter mortales facta est diuisio.* Verba sunt Clementis Papæ in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis* 2. *post principium*, 12. *q.* 1. vbi peroptime *gloss.* verbo *omnium.* sequentibus verba subnectit sua: *Vnde Tullius: Dulcissima rerum possessio communis est. Et dicit Philosophus. Quietissime viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet: meum & tuum.*

Meum quod est, meum amplius fieri non potest. vnde nec emere illud possem. Deducitur ex Gratiano in *can. tributum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est.* 22. §. *quamuis etiam huiusmodi non videantur Imperialibus exactionibus subiicienda* 23. *q.* 8. in verbis quæ asset: *Nam cum tempore famis cunctorum Aegyptiorum terras sibi emeret Pharao.* ibique per quam optime *gloss.* verbo *emeret.* argumentum infereos: *Et ita non sunt omnia Imperatoris: quia nemo potest rem suam emere.* ex Pomponio lib. 8. ad Sabinum in *l. sua rei emptio non valet* 16. *ff. de contrahẽda emptione, & venditione.* Nec discordare videtur Innocentius Tertius Mediolanen Archiepiscopo scribens in *cap. inter dilectos filios* 6. *circa finem* §. *ceterum memorati Henrici Regis priuilegium in fine de fide Instrumentorum extra.* in ratione, quam reddit: *Cum iuxta legum sanctiones, quod meum est, ex alia causa meum fieri non possit, nisi desierit esse meum.* ibique plenè *glo.* verbo. quod meũ est.

Michael Archangelus non ausus fuit diabolo, & certe maledictione dignissimo, iudicium inferre blasphæmię. (in epistola Iudæ) Quãto magis nos ab omni maledicto puri esse debemus. Hieronymus in *can. si igitur Michael non ausus fuit diabolo* 10. 24. *q.* 3. nam Michael diabolo non aliud dixit, nisi: *Imperet tibi Deus* & notat *gloss.* ibidem verbo *blasphęmię.*

Militans Deo, se negotiis secularibus implicare minime debet. Inde est, quod non rebus

diuiois

diuinis præsidere videtur, qui negotiis est secularibus implicitus. ex Nicolao Papa I. in epistola ad Michaelem Imperatorem in *can. quoniã idẽ mediator Dei, & hominũ homo Christus Iesus* 8. *in fine distinct.* 10. Cùm militũ Christi sit Christo seruire: militum vero seculi seculo, secundum quod scriptum est: (1. ad Timor. 2.) *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*. inferens: *Quod si seculi milites seculari militię student; Quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus?* Nicolaus Papa ad Ludouicum, & Carolum Reges in *can. reprehensibile valde constat esse* 19. 23. q. 8.

Militia itaque duplex, secularis, & spiritualis, seculari secularibus feruimus. Spirituali Christo. Ex eodem Nicholao *d. can. reprehensibile* 19. 23. *quæst.* 8. Hæc enim cœlestis est militia, illa secularis. ex Zozimo Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia.* 2. *dist.* 59.

Militia Ecclesiastica interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecuniam comparari nõ potest, quoniam simoniacum est. Secularis vero militia emi potest. vendens, vel emens Ecclesiasticam, iure vt simoniacus, illa carebit. ex Innocentio Secundo in Synodo Romana in *can. si quis præbendas, vel prioratum seu decanatum* 15. *fine finali* 1. *quæst.* 3. ibique *Gloss.* verbo *interueniente.* dicens: *militiam secularẽ bene potest quis emere.* Non ergo Ecclesiasticam, inferimus nos.

Militia secularis, militię spiritualis figura est: sicut enim illa carnales propulsantur inimici, sic ista spirituales aduersarii retunduntur. Hinc Paulus Apostolus, vti Magister militiæ pręceptum dat militibus Christi dicẽs: *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus astutias diaboli.* ex Gregorio in *can. nisi bella ista carnalia figuram bellornm spiritualium gererent.* 1. 23. q. 1.

Militia secularis non vtique culpatur, si iure exercetur, vt pax conquiratur, non libidine dominandi. Vnde neque Ioannes ab armis iubet discedere milites. Et Christus tributa Cæsari monet reddi: quia propter bella necessariò militi stipendium præbetur. ex Augustino contra Manichæos in *can. quid culpatur in bello?* 4. 23. q. 1. in fine sequentibus inferens: *Ergo vir iustus, si forte sub rege homine, etiã sacrilego, militet; rectè potest illo iubente bellare, si viee pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi: innocentem autẽ militem ostendas, ordo seruiendi.* Nam vt idem subnectit Augustinus in *can. militare non est delictum* 5. *eadem* 23. q. 1. verbis satis apertis: *Militare non est delictum; sed propter prędam militare, peccatum est; nec rempublicam gerere criminosum est: sed ideo gerere rem publicam, vt rẽ familiarem potiùs augeas, videtur esse dãnabile. Propterea enim prouidentia quadam militibus sunt stipendia constituta, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur.* Nõ ergo ex se simpliciter militiam exercere damnabile. Nam & Sancti Patres Deo placentes militiam exercuere. In illis erat ille Centurio, qui Domino dixit (Matthæi 8.) *Non sum dignus, vt intres sub tectum meum.* ex eodem Augustino in *can. noli æstimare neminem Deo placere posse, qui armis bellicis militat.* 3. *eadem* 23. q. 1. inferens circa medium: *Pacem habere debet voluntas, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Nõ enim pax quæritur, vt bellum exerceatur; sed bellum geritur, vt pax acquiratur.*

Militia, vel ob iniuriam propulsandam, vel propter vindictam inferendam instituta. ex Gratiano 23. q. 1. *in summa.* ibique plura ouiat *Glossa* verbo *propulsandum.*

Miles bonus, vltra stipendia, nihil debet vsurpare. Augustinum excipe in *can. militare non est delictum* 5 *in fine* 23. q. 1. dicentem, atque docentem: *Quicumque sibi stipendia publicè decreta consequuntur: si amplius quærit, tamquam calumniator, & concussor, Ioannis sententia condemnatur.* Dixit equidem militibus Ioannes (Lucę 3.) *Interrogauerunt Ioannem, & milites; quid faciemus, & nos? Ait illis Ioannes; neminem concutiatis, neque calumniam faciatis: sed contenti estote stipendiis vestris.*

Miles cum obediens potestati, sub qua legitimẽ constitutus est, hominem occidit, nulla Ciuitatis suæ lege, reus est homicidii; imo nisi fecerit, reus est imperii deserti, atque contemptis, eo sine inferens: Itaque vnde punitur, si fecerit iniussus: inde punitur, nisi fecerit iussus. ex Augustino in *can. miles, cùm obediens potestati.* 13. 23. q. 5.

Milites Ecclesię Clerici dicuntur. ex Vrbano Secundo. in *can. Saluator prędicit in Euangelio* 8. *col.* 1. *in fine* 1. q. 3. §. *Alioquin cur Sancta Synodus Chalcedonensis sexcentorum triginta episcoporum.* verbis illis: *Quod si præfati milites Ecclesiæ, ob huiusmodi scelus* (simonię videlicet) *taliter percellũtur, nemo sapiens negabit, non militantes Ecclesiæ multò damnabilius ob hanc causam, id est emptioms, vel venditionis debere percelli.* Milites, Clerici scilicet, qui tales milites sũt, quorum armę lachrymæ suot, vel orationes vt *Gloss.* ibidem commentum agit. ex Ambrosio ad Marcellinam sororem in *can. conuenior ipse à comitibus, & tribunis* 21. §. *quid ergo turbamini.* 23. q. 8. dicente: *Lachryme meę mea arma sunt. Talia enim sunt munia sacerdotis.*

Miles absque dispensatione Apostolica Clericus effici non potest. ex Innocentio Papa Victricio Rothomagensi Episcopo in *can. si quis post remissionem peccatorum, cingulum militia secularis habuerit, ad Clericatum admitti omnino non debet.* 61. *dist.* 50. Rationem habes ex Leone Papa omnibus Episcopis per Campaniam in *can. nullus Episcoporum* 1. *in fine dist.* 54. qui sequentibus illam reddit: *Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinę Militia est aggregandus, vt à Castris Dominicis, quibus nomen eius ascribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.*

Militẽ voluntarium sibi legit Christus: voluntariũ seruũ sibi diabolus auctionatur. Ambrosius in *can. non est, quod cuiquam nostram adscribamus erumnam, nisi nostrę voluntati* 10. 15. q. 1. di-

dicens; *Voluntarium sibi militem legit Christus; voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur.* Id est emit. vel per actionem petit. *Gloss.* ibidem exprimit.

Militare Christo, vt ipse noster Imperator precepit, nihil beatius apud Deum. ex Augustino ad Valerium in *can. ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua 7. in fine distinct.* 40. verba sunt Augustini: *Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius, Episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster imperator iubet.* Militemus ergo Deo, vt noster Imperator iubet, & beati erimus.

Milites secularis militiæ per singulos gradus ad principem locum deferuntur; multo magis in Cœlesti militia, quæ propensius ponderanda est, seruandum; vt non tyrones, non qui non adhuc discipuli fuerunt, ad docendum assumantur. ex Zozimo Papa ad Isichiũ Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia principem locum 2. dist. 59.* Rationem affert *Gloss.* ibidem verbo *saltu.* dicens: *Gradatim enim deferendi sunt honores.* ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia 24. distinct. 93.* in fine. qui sequentibus fatur: *Qui prouehitur de minori ad maius prouehitur &c.* Ordines ergo seruandi erunt, vt non repente quis fiat summus. Et grauiore casu decidunt, turres; feriuntque summos fulmina montes. ex Horatio.

Minister is dicitur, qui perficit, quæ sibi mandata sunt. ex Augustino in *can. Dominus noster iubet ad Iesum Naue 2. in fine* 23. *quæst.* 2. Vnde homines ministri sunt, & vltores iræ Dei in his, qui malum operantur; sed etiam contrariæ fortitudines, quæ appellantur furor, & ira Dei. Hieronymus super Ioelem in *can. non solum homines ministri sunt* 27. 23. *q.* 5. fortitudines. id est dœmones *Gloss.* ibidem exprimit. Sicuti cùm minister Iudicis occidit eum, quem Iudex iussit occidi, iuste facit, quia minister est. Secus si sponte faciat, quia homicida est, etiam si eũ occidat, quem scit à Iudice debuisse occidi. Augustinus in *can. cum minister Iudicis.* 14. *eadem* 23. *q.* 5.

Minister Christi, si iustus fuerit, cum Paulo computatur, qui dicit: Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Qui vero fuerit superbus minister cum diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi, quia per illum fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Augustinus in *can. si iustus fuerit minister computo eum cum Paulo* 30. 1. *q.* 1.

Ministros vero suos omnibus ministrare docuit Christus; non terrenis lucris, vel auaritiis delectari. ex Concilio Leonis Papæ IV. in *can. nulli Episcoporum liceat* 62. 16. *q.* 1. *in fine.* Debet autem.

Minister Christi esse pius, & vbi pater familias largus est, dispensator non debet esse tenax. & *melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem.* Si Deus benignus est; vt quid sacerdos eius, & minister austerus? ex Ioane Chrysostomo in *can. alligant autem onera grauia, & importabilia* 12. *circa finem.* 26. *q.* 7.

Minister Dei dicitur Diaconus: quia scriptum est: Quis maior est, qui ministrat, an cui ministratur? Et sicut in sacerdote ministratio; ita in ministro est sacramenti dispensatio. Hieronymus de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus septẽ Angeli Ecclesiarum* 23. §. *sine hoc sacerdos nomen non habet, ortum non habet. dist.* 93.

Minus malum tolerat quandoque Ecclesia, vt maius euitet. probat Augustin. in *can. iurauit Dauid temerè, sed non impleuit iurationem maiori pietate.* 4. 22. *q.* 4. exemplo Dauid dicens: *Ecce sanctus Dauid non quidem iratus sanguinem hominis fudit: sed eum falsum iurasse negare quis poterit? De duobus peccatis elegit minus: sed minus fuit illud in comparatione maioris. Nam per se ipsum appensum magnum malum est, falsaiuratio.* Nec dissimiliter idem ipse Augustinus ad Inquisitiones Ianuarii in *can. hi, qui de paginis Euangelicis sortes legunt.* 3. 26. *q.* 2. docens, ac dicens: *Hi, qui de paginis Euangelicis sortes legunt: & si optandum est, vt id potius faciant, quàm ad dæmonia consulenda concurrant. &c.* vbi *gloss.* verbo *potiùs.* rationem reddit: *Quia permittitur minus malum, vt euitetur maius malum.* Concinitque idem ipse de adulterinis coniugiis in *can. si (quod verius dicitur) non licet homini Christiano adulteram coniugem occidere* 9. 33. *q.* 2. in fine inferens: *Si autem facturus est, quod non licet; iam faciat adulterium; & non faciat homicidium, vt viuente vxore sua alteram ducat, & non humanum sanguinem fundat.* ibique *Gloss.* verbo *adulterium.* argumentũ deducit, & consequentiam: *Sic ergo permittitur minus malum, vt euitetur maius.* Concordare videtur Lucius Tertius Rapalen Episcopo scribens in *cap. requisiuit à nobis tua fraternitas* 17. *in fine de sponsalibus, & matrimoniis.* respondens: *Quod cum libera debeant esse matrimonia, monenda est potiùs, quàm cogenda, cùm coactiones difficiles soleant exitus frequẽter habere.* Et de duobus malis minus seligendum. deduxit in *Rota in Abulen matrimonii* 28. *Maii* 1595. *coram Illustrissimo Blanchetto decis.* 107. *nu.* 5. *post* 1. *volumen consiliorum Farinacii.*

Minus cui non licet, nec quod maius est licebit eidem. ex Sexta Synodo in *can. nulli clerico licet tabernam, aut ergasterium habere* 3. *distinct.* 44. argumentum inferente: *Si enim huiusmodi tabernam ingredi prohibetur, quanto magis aliis ministrare in ea?* Ergasterium. id est stationem *gloss.* ibidem exprimit. Eademque *Glos.* verbo *quanto magis.* inferens: *Cui non licet minus, non licebit, & maius vt hic.* Et ex Nicolao Papa ad Clerum Constantinopolitanum in *can. miramur, quomodo excommunicati ad iudicandũ recepti sint* 37. 24. *quæst.* 1. qui rationem reddit: *Absurdum etenim est, vt cui non licet, etiam cum minimis iuxta sacras regulas communicare, liceat penes eos etiam de maioribus iudicare.* Ex quo argumentum sumit *Gloss.* ibidem verbo *etiam cum minimis.* Cui non licet minus, nec maius. Vnde intulit Ioannes Papa Isaac Syracusano

Episcopo scribens in can. visis litteris charitatis vestrę 1. circa medium 16. q. 2. atque eidem dicens: Et si in dando, quod maius est facilis fuit charitas; sit facilior in concedendo, quod minus est, sancta largitas. vbi Gloss. verbo quod maius est. argumentum format: quod cui conceditur maius, & minus, & cui prohibetur maius, & minus. Nec dissimili modo & Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ scribens in can. nullus primas, nullus metropolitanus 3. in fine 9. q. 2. argumentatus videtur dicens: Nam, qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? Nullatenus procudubio iudicabit, aut iudicare poterit. ibique gloss. verbo ordinare. quæ & ipsa infert: Ex quo minus non licet, nec maius. Ita se ab inuicem minus, maiusue referunt. plura cumulat gloss. in cap. 1. de torneamentis extrà. Qui est ex Concilio Lateranen. verbo careat sepultura. in quo textu in eo, quod prohibetur ei, qui in torneamētis decedit, Ecclesiastica sepultura, quamuis, si ei poscenti pœnitentia non negetur; quasi, cui conceditur maius, negetur, quod minus. Quia id sane ad terrorem agitur. Præter quã quod, non infert textus, quod pœnitentiam recepit; sed quamuis ei poscenti pænitentia non negetur. Et si ordinario, regulari que iure, cui conceditur maius, & minus ex illo sequens induitum videtur. ex canonibus Apostolorum in can. pręcipimus, vt in potestate sua Episcopus Ecclesię res habeat. 24. 12. quęst. 1. Testaturque Innocentius Tertius Abbati sanctæ Columbæ Senonen scribens in cap. ex parte tua 27. in fine de decimis, primitiis, & oblationibus. Rationem reddens: quia vbi maius cōceditur, minus concessum esse videtur.

Minora qui concessit Omnipotens Deus, maiora non prohibuit. verba sunt Gregorii Theotistæ patricię in can. sunt qui dicunt religionis causa coniugia debere dissolui. 19. circa medium. 27. q. 2. refertque Gloss. in can. de affinitate consanguinitatis 2. 35. q. 2. verbo ad septimum. verbis adnotans: quod minor numerus non excludit maiorem. Non enim qui minora concessit, prohibuit maiora. Probari potest: quia sub genere species comprænhenduntur. Et à quo remouetur genus, & species remotæ videtur. ex Innocentio Papa ad Decentium Eugubinum Episcopū in can. illud superfluū videtur adiectum 3. in fine distinct. 95. in ratione, quam ille reddit: Nam quibus reliqua sacramenta negantur, quomodo vnum genus putatur posse concedi? notatque Glo. ibidem verbo negantur. argumentum: omnia eiusdem generis, eodem iure censeri.

Minores annis viduæ, si castitatem vouerint, seruare tenentur. ex Concilio Carthaginensi Quarto in can. sicut bonum est castitatis præmiū 1. 27. q. 1. Rationem reddit Glo. verbo in minoribus annis in fine dicens: Quia non est læsa, quia ei nubit, quo meliorem non potest inuenire. iuxta illud Agnetis: Illi sum desponsata, cui Angeli seruiunt &c. & minor non restituitur nisi cum lęditur. Enumerans ibidem atq; perpendens, quod minores annis dicuntur multis modis.

Miraculum est opus arduum, & insolitum, ac pręter naturam per Dei gratiam. probat pluribus Ambrosius libro de his, qui misteriis initiantur in can. reuera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus 69. col. 2. circa medium de consecratione distinctione 2. dicens: Et hoc nobis adhuc superest, vt probemus. Quātis igitur vtimur exemplis, vt probemus non hoc esse, quod natura formauit; sed quod benedictio consecrauit: maioremque vim esse benedictionis, quām naturæ, quia benedictione etiam natura ipsa mutatur. Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, & facta & serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgę naturam reuertitur. Et cetera multa, quæ prosequitur. & postmodum: Sitiebat populus Patrum: tetigit Moyses petram; & aqua de petra fluxit. Numquid non prę ter naturā operata est gratia, vt aquam vomeret petra, quam non habebat natura?

Miraculum vt aliquod dicatur, quatuor requiruntur. Primum, quod ex Deo, non ex arte contingat; nec ex diabolo. Secundo, quod sit contra naturam; sicut de virga Moysi mutata in colobrum. & de asina loquente ad Balaam. Tertio quod non ex vi verborum, sed hominis merito id contingat. quarto quod sit ad corroborationem fidei. enumerat Gloss. in cap. Gloriosus Deus in sanctis suis vnico. verbo Sedis Apostolicæ circa finem vers. Quærendum etiam est de miraculis factis in vita, & post mortem. de reliquiis, & veneratione sanctorum in 6. vide Troylum Maluctium de canonizatione sanctorum cap. 3. nu. 38.

Miraculum enim est, quod raro accidit. vt notat Glossa in can. legimus in Esaia 24. cira finem. §. Quid paucitatem, de qua ortum est superciliū, verbo paucitatem distinct. 93. dicens. Quiquid enim raro accidit, miraculum est.

Miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanæ actionis trahenda. ex Gratiano in can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint 3. §. sed obiicitur illud Beati Bricii 4. q. 3. sequentibus enim ille: Sed obiicitur illud Beati Bricii, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis innocens probatus est. Sed miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanę actionis trahenda. Narrat Sulpitius Seuerus lib. 3. vitę Sancti Martini. Et ipse met Gratianus in can. nos, si incompetenter aliquid egimus 41. §. his ita respondetur. 2. q. 7. subsequens: Miracula (& maxime veteris testamenti) sunt admiranda, non in exemplum nostrę actionis trahenda.

Miracula bonis, & malis sunt communia. ex Augustino in can. Spiritus Sanctus in sancta Ecclesia 58. 1. q. 1. de Spiritu sancto verba faciēs ac dicens: Sic operatur (nunc) vt nullius veram confessionem aspernetur, nullius simulatione fallatur, atque ita reprobos frugiat, vt etiam per ministerium probos colligat. Rationem reddit gloss. ibidem verbo reprobos. Quia signa, & miracula facit, cùm & bonis, & malis sint communia. Probat ex eodem Augustino lib. 3. de baptismo contra Donatistas in can multæ autem operationes sunt Spiritus sancti 38. eadem 1. q. 1. cira medium dicente: Cū ergo aliud sit sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit: aliud prophetia, quæ in malis hominibus etiā

fieri

*fieri solet, vt in Saul; aliud operatio eiusdem spiritus, quam nisi boni habere non possunt, sicut est finis præcepti. Charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.*

Miracula non semper facere sancti possunt. vnde Beda super Ioannem in *can. quærendum est interea 6. circa finem de pœnitentia distinct. 2.* sequentibus de sanctis loquitur, quòd non semper Spiritus Sanctus in eis maneat, ac dicens: *Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones eiiciendi, vel etiam prophetandi habeant facultatem.* & in fine: *Venit ad tempus, vt etiam aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant.* Vnde est etiam, quod multi faciunt miracula, qui extra vnitatem charitatis sunt, & multi, qui in vnitate charitatis sunt, miracula non faciūt. Simon magus fecit multa. & erant multi Christiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. deducit Augustinus in *can. teneamus fratres mei vnitatem 56. 1. quæst. 1.* Quia miracula non proficiunt ad vitam æternam. vt *gloss.* ibidem subnectit verbo *nihil est.* dicens: *quoad vita æternam.* hanc ob causam (Luc. 10.) Dominus discipulis dixit: Gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cœlo. Nam & Saul malus Rex prophetauit, & tūc prophetauit cum Dauid sanctum persequeretur. *Non ergo se iactent, qui forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum: sed videant qualem rationem habituri sint cum Deo, qui sanctis non sanctè vtuntur.* vt Augustinus deducit in *can. prophetauit & Saul malus rex 79. eadem 1. q. 1.* Habent ergo aliqui prophetię spiritum, qui non habent vitæ meritum. sicut Caiphas prophetauit. & dixit *Gloss.* in *can. multę autem operationes sunt Spiritus Sancti 38.* verbo *vt in Saul. eadem 1. q. 1.*

Miracula non faciunt magi & dæmones; sed mira, quia non sunt supra naturam, sed hominibus insolita. Deducit plura Augustinus de diuinatione dœmonum in *can. sciendum est hanc esse naturam dæmonum 2. 26. q. 4.* Quia nimirū *Accessit et dæmonibus per tam lōgum tempus, quò eorum vita protenditur, rerum longè maior experientia, quam potest hominibus per breuitatem vitæ prouenire.* Vnde multa prædicunt, & multa mira faciunt, miracula autem facere non possunt.

Missa propriè, Eucharistiæ est consecratio, quæ Christi verbis fit. Nam reliqua omnia, quæ sacerdos dicit, aut chorus Clerici cantat, nihil aliud, quàm laudes, & gratiarum actiones sunt, aut certe obsecrationes, & fidelium præces. ex Augustino in *can. vtrum sub figura, an in veritate 72. de consecrat. 2.* Dicitur autem Missa à voce hebręa Massach, quæ significat oblationem. iuxta illud (psal. 140.) *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.* vbi hæbraice habetur Massech, quod Hieronymus vertit: oblatio manuum mearum. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 2. cap. 4. nu. 6.* Quoniam Christus in hoc sacrificio offertur, Missa dicitur. ex Baronio notat *Victorellus* in dictum locum Toleti.

Missæ celebrationem in scripturis dederunt nobis Iacobus frater Domini Hierosolymorum Episcopus; & Basilius Cæsariensis Episcopus. ex Sexta Synodo in *can. Iacobus frater Domini secundum Carnem 47. de consecrat. distinct. 1.* Celebratur vero missa, *vt toleretur iugiter per mysterium, quod semel offerebatur in pretium: vt quia quotidiana, & indefessa currebat pro hominū salute redemptio: perpetua esset etiam redemptionis oblatio: & perennis victima illa viueret in memoria, & semper præsens esset in gratia, verè vnica, & perfecta hostia; fide æstimanda, non specie; nec exterior censenda visu, sed interiori affectu.* Verbis loquitur Eusebius Emissenus in *can. quia corpus assumptum ablaturus erat ab oculis nostris 35. post principium de consecrat. distinct. 2.*

Missa celebrari debet à sacerdotibus sacratis, vestibus indutis. ex Stephano Papa Hilario Episcopo in *can. vestimenta Ecclesiastica, quibus Domino ministrantur, & sacrata debent esse, & honesta 42. de consecrat. distinct. 1.* Vt non aliter accedat, quàm orario vtroque humero circumseptus, & sicut tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus; ita vt de vno, eodemque orario ceruicem pariter, & vtrumque humerum pręmens signum in suo pectore pręparet Crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicatione debitæ subiaceat. Vt in Concilio Bracharensi tertio decretum fuit in *can. ecclesiastica, & antiqua institutione pręfixum nouimus 9. distinct. 23.*

Missam, qui cœpit celebrare sacerdos, siue Episcopus, ipse perficere debet, nisi passio aliqua superuenerit: sed, qui initium ponit, suppleat vsque in finem; Quia scriptum est: *Qui perseuerauerit vsque in finem; hic saluus erit.* Aliter faciens à sacro corpore, & sanguine Domini nostri Iesu Christi fit suspensus. ex Zaccharia Papa in Synodo Romana in *can. nullus episcopus, presbyter, aut diaconus 57. de consecratione distinct. 1.* Erit proinde excomunicatus. ex Concilio Toletano VII. in *can. nihil contra ordinis statutum 16. in fine 7. q. 1.* verba sunt Concilii: *Nullus post cibum, potumque, quamlibet minimum sumptum, Missas facere; nullus absque prouentu patentis molestiæ minister, vel sacerdos, cùm cœperit, imperfecta officia pręsumat omninò relinquere. Si quis hęc temerare pręsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.* plura notat *Gloss.* ibidem verbo *minimum.* Quod pranso non licet celebrare missam. vide *Rotã part. 1. diuersorũ decis. 426. n. 7.*

Missam cum celebrat Episcopus assistentes habere debet. Sicut enim maioris honoris gradu fruitur; sic maioris testimonii incremēto indiget. In solemnioribus vero diebus pluribus circum septus esse debebit. ex Anacleto Papa omnibus Episcopis. in *can. Episcopus Deo sacrificans. 59. de consecrat. distinct. 1.* cum aliis sequentibus canonibus. Sicuti cum solemniter missam celebrat presbyter, duos assistentes habere debebit. ex Sotero Papa in *can. hoc quoque statutum est 61. eadẽ de consecrat. distinct. 1.* ibidem *Gloss.* verbo *ipse ternus.* Episcopus in Missa, cùm primò salutat

populum, non dicit Dominus vobiscum; sed *Pax vobis*: Quia hæc fuit prima vox Christi ad Discipulos post resurrectionem. Ergo, vt se ostendat vicarium Christi, ideo sic dicit: post vero dicit: *Dominus vobiscum*, vt sic ostendatur esse de numero aliorum sacerdotum. habetur ex Sotero Papa in *can. hoc quoque statutum est* 61. *de consecrat. distinct.* 1. vbi meminit de: *Dominus vobiscum*. ibique *Gloss.* verbo *Dominus vobiscum*. Cuius verba sunt supra allata. Legitur quoque in missa & ex epistolis apostolorum, & ex sacra scriptura, & Euangelium. ex canonibus Apostolorum in *can. omnes fideles, qui conueniunt in solemnitatibus* 72. *eadem de consecrat. distinct.* 1.

Missas die Dominico seculares totas audire tenentur, nec ante discedere, quam Missa completa fuerit, & sacerdotis benedictionē acceperint. Qui non fecerint, ab Episcopo confundantur. ex Concilio Agathensi in *can. Missas die Dominico* 64. Et ex Concilio Aurelianensi in *can. cum ad celebrandas missas in Dei nomine conuenitur* 65. *de consecratione distinct.* 1. Debent autem ad missarum solemnia, qui audiunt, aliquid Deo offerre, ex illo Domini ad Moysen (Exodi 24) Non apparebis in conspectu meo vacuus. Decreuit Gregorius VII. in Synodo Romana in *can. omnis Christianus procuret ad missarum solemnia aliquid Deo offerre*; 68. *ead. de consecrat. dist.* 1.

Missæ sacrificium dum celebratur incumbere ad præces toto corde debemus. *Ideo sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo* (Sursum corda) *& dum respondet plebs:* (habemus ad Dominum) *admoneatur, nihil se aliud, quam Dominum cogitare debere*. Cyprianus in *can. quando autem stamus ad orationem, fratres dilectissimi*, 70. *eadem de consecrat distinct.* 1. Pręfationes verò, quæ in missa leguntur nouem sunt. enumerat Pelagius II. Papa vniuersis Germaniarum, & Galliarum Episcopis scribens in *can. Inuenimus has nouem pręfationes* 71. *eadem de consecratione distinct.* 1. Vna in Albis Pascalibus. de Ascensione Domini. de Pentecoste, de Natali Domini. quinta de apparitione Domini. sexta de Apostolis. septima de sancta Trinitate. octaua de Cruce. nona de ieiunio in Quadragesima tantummodo dicenda. addita est decima de Beata Maria: *Qua, & vnigenitum tuum &c.* restatur Gratianus in *can. sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus* 2.5. *in eodem etiam Concilio, antiquis nouem pręfactionibus, decima addita est. distinc.* 70.

Missę sacrificium componitur quoque præcibus, orationibus, & obsecrationibus, infertur *Gloria Patri, & filio, & Spiritui sancto*. hymnus Angelorum; *Gloria in excelsis Deo*. Quem decantauerunt Angeli nato Domino. ex Concilio Toletano IV. in *can. de hymnis canendis, & Saluatoris, & Apostolorum* 54. *de consecratione distinct.* 1. & ibidem Leo Nonus in *can. hi duo solummodo hymni ab Angelis in nouo testamēto inueniuntur decantati: Alleluia, atque Gloria in excelsis Deo* 55. & Gloria in Excelsis Deo ab Episcopis in Cœna Domini. inter missarum solemnia dicenda est. ex Nicolao Papa Rodulpho Archiepiscopo Bituricensi in *can. porrò Gloria in excelsis Deo* 56. *eadem de consecratione distinct.* 1. Ita quoque per ministros ad orationum conclusionem respondetur Amen. deducit Augustinus in libro de canonizandis rudibus in *can. sedulò monendi sunt scholastici* 12. *in fine distinct.* 37. ibique *Gloss.* verbo *Amen*. Meminit Ambrosius in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus* 69. *in fine de consecrat. distinct.* 2. verbis enuucians de sanguine, & corpore Christi: *Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur. & tu dicis Amen. hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur. Quod sermo sonat, affectus sentiat.*

Dicitur quoque in missa Kirie eleyson, & Pater noster. meminit Concilium Arausicanum in *can. cum aliquis, vel excommunicatus, vel anathematizatus* 108. *in fine* 11. *q.* 3.

Missæ sacrificium Deo affertur in memoriam passionis Domini nostri Iesu Christi, vt eius, cuius corpus & sanguinis conficitur, passio celebretur. Et in calice vinum & aqua miscetur, quia vtrumque ex latere eius in passione sua profluxisse legitur. ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis in *can. in sacramētorum oblationibus* 1. *de consecratione distinct.* 2. ibique *Gloss.* verbo *quia vtrumque*.

Missarum solemnia non vbique: sed in locis ab Episcopo cōsecratis, vel vbi ipse permiserit celebranda esse censemus. Concilium Triburiense decreuit in *can. missarum solemnia* 12. *de consecratione distinct.* 1. & ita ibidem Felix Papa omnibus orthodoxis respondit in *can. sicut nō alii, quàm sacrati Domino sacerdotes debent missas cantare* 11. Ita quidem vt in domibus priuatis celebrare missas non liceat: ni aliter necessitas suaserit. Quoniam necessitas legem non habet. Notat *Gloss.* ibidem verbo *necessitas*. Atque in Concilio Triburiensi decretum fuit in *can. concedimus etiam* 30. *eadem de consecrat. distinct.* 1. In itinere positis, si Ecclesia defuerit, sub dio, seu in tentoriis, si tabula altaris consecrata, ceteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia, ibi affuerint, missarum solemnia celebrari. videnda, quæ disposuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 22. *in decreto de obseruandis, & euitandis in celebratione missarum*. vide *Riccium part.* 4. *decis.* 78.

Missarum in solemniis ante confecta mysteria, ante scilicet communionem, pax datur. ex Innocentio Papa Decentio Eugubino Episcopo in *can. pacem igitur asseris ante confecta mysteria, quosdam populo impertiri* 9. *de consecrat. distinct.* 2. Non tamen in missa defunctorum: Quia non sunt in perturbatione huius mundi; sed quiescunt in Domino. vt *Gloss.* ibidem verbo *demonstrentur*. adnotat.

Missarum solemnia non solum pro viuis, sed etiam pro defunctis in Domino sunt quotidie offerenda. Nam, ex Augustino; non sunt prętermittendę supplicationes pro spiritibus defunctorum: quas faciendas pro omnibus in Christiana, & catholica societate lau-

laudamus. Decretum fuit in Concilio Cabilonensi Secundo in *can. visum praeterea nobis est 62. de consecrat. distinct.* 1. Non tamen recitanda eorum sunt nomina, cùm Deo incognitum sit nihil. vt Innocentius Papa Decentio Eugubino Episcopo respondit in *can. de nominibus recitandis 73. sine finali eadem de consecrat. distinct.* 1.

Missam celebrare non debet presbyter eodem die in altari in quo Episcopus missam cātauit. ex Concilio Vrbico in *can. in altari, in quo Episcopus missam cantauit 87. sine finali de consecratione distinct.* 2. propter solam Episcopi reuerētiam. nisi licentia Episcopi, vel necessitas vrgeret. *gloss.* ibidem verbo *non presumat* addit.

Missarum solemnia non nisi à ieiunis hominibus celebrari debent. ex Concilio Africano in *can. sacramenta altaris non nisi à ieiunis hominibus celebrentur 49. de consecrat. distinct.* 1. Vt nullos post cibum, potumque, quamlibet minimum sumptum, missas facere presumat. Faciens excommunicationis sententiam sustinebit. ex Concilio Toletano Septimo in *can. nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu presumatur 16. in fine 7. q. 1.*

Missę tres in die Natiuitatis Domini celebrantur. Aliis vero temporibus ante horam diei tertiam celebrari non debet: quia eadem hora Dominus Crucifixus est; & super Apostolos Spiritus Sanctus descendisse legitur. ex Telesphoro Papa Septimo à Petro in *can. nocte sancta natiuitatis Domini Saluatoris 48. de consecratione distinct.* 2. ibique *gloss.* verbo *nocte.* refert carmina, quibus quare celebrentur exprimit:

*Nocte prior; sub luce sequens; in luce suprema.*
*Sub Noe; sub Dauid; sub Cruce sacra nota.*

Missam vnam debet sacerdos in die celebrare; quia Christus semel passus est, & totū mūdū redemit. *Non modica res est vnā missam facere: & valdè felix est, qui vnā digne celebrare potest.* Alexander Secundus in *can. sufficit sacerdoti vnam missam in die vna celebrare 53. de consecrat. distinct.* 1. notat *gloss.* ibidem verbo *& alteram.*

Missæ sacrificio adesse priùs fideles oportet tempore ieiunii quadragesimalis, quàm manducare, alioquin ieiunare non censentur. ex Concilio Cabilonensi in *can. solent plures, qui se ieiunare putāt, in quadragesima 50. de cōsecrat. distinct.* 1. Possunt tamen, in prima diei parte, hoc est, in aurora missarum solemnia celebrari, vt populi satisfiat deuotioni. ibidem ex Gratiano §. *In ieiuniis etiam quatuor temporum in fine.* dicente: *In prima quoque parte diei missarum solemnia non incongrue celebrantur.* Et ita respondit Leo Papa Dioscoro Alexandrino Episcopo in *can. necesse est autem, vt quadam populi pars 51. eadem de consecrat. dist.* 1. ibique *gloss.* in casus figuratione. & ex Augustino ibidem in *can. sequenti.*

Missæ sacrificium non ita proficit multis, sicut pro vno oblatum. ad Hieronymi dictum in *can. non mediocriter errant, qui bono magno praeferunt mediocre bonum 24. de consecrat. distinct.* 2. post medium, illis verbis: *Dum igitur pro cunctis animabus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus quàm si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur.* ibidemque *gloss.* verbo *dum igitur.* quę aliorum profert sententias. Sed per pēdēdum est, quod tribus modis confert nobis sacrificium. Per modum meriti; per modum satisfactionis; per modum impetrationis, seu suffragii. Licet enim Christus, qui offertur, infiniti sit meriti, & valoris, & passio eius infinita, & illimitata: finito tamen modo applicatur nobis, & limitato. deducit *Nauar. in manuali c. 25. n. 111.* Pro multis itaque oblatum, non ita quo ad satisfactionem proficit singulis, sicut pro vno. Gradus itaque gratiæ, quē quis lucratur, & limitatus, & certus, solique Deo notus est, nobis vero incertus: ita & gradus remissionis pœnæ. vide *Card. Tolet. in Instructione sacerdotali lib. 2. cap. 4. 5. & 6. nu. 5. Ioannem Azorium Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 20. in 8. quest.* Quo ad vim tamen impetratiuam, ita vni, sicut & multis proficit. & comunem refert *Victorellus* in additionibus ad *Toletum lib. 6. cap. 10. in fine.* ex *Comitulo lib. 1. responsorum q. 42.*

Missarum suffragia celebrari debent in loco, in quo testator illa fieri mandauit; nisi fortasse impedimento aliquo teneatur iusto, ne in illo fiant. argumento sumpto ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in *can. quorundā ad nos relatione peruenit 6. dist. 74.* illis verbis: *Ita nimia tristitia, & loci qualitate vehementer afflictum, vt vitam sibi pœnam existimet, & contristionis suę fugam quęrat auxilium. Et ideo quia tales &c.* Dat igitur occasio incidens modum variandi locum. & notat *Gloss.* ibidem verbo *qualitate.* in fine, & notat *gloss.* in *can. communis filius Petrus Diaconus* 10. Qui est eiusdem Gregorii A regio Episcopo Francorum dist. 25. illis verbis: *Sed quia ita hominum suorum infirmitate compulsus festinanter abscessit.* verbo *suorum infirmitate* adnotans: quod *propter intemperiem loci aliquis excusetur. vt hic, & 74. dist. quorundam.* Et ad rem hanc refert *Melchior Phœbus.* in Senatu Lusitanię decisum *dec. 100. nu. 6. cum sequentibus. & nu. 9.* Imo *Zerola* Episcopus Minoren in *praxi Episcopali part. 1.* verbo *Missa §. 1. conclusione 6.* refert: obligatum dicere Missam in aliquo certo loco, si alibi celebret, non satisfacere. Et ita sensisse Gregorium XIII. & peccare dixit *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. c. 24. q. 8.* Quia testatoris voluntas loco precepti est. ex Papiniano lib. 19. Questionum in *l. cum proponebatur scriptura fideicommissi 66. ff. de legatis 2.* sequitur *Surdus decis. 232. nu. 5.*

Missas pro requie defunctorum promulgatas fallaci voto pro viuis celebrare hominibus, non ob aliud, nisi, vt is, pro quo ipsum offertur sacrificium, ipsius Sacrosancti libaminis interuentu mortis incurrat periculum. celebrans à proprii ordinis gradu deponitur; & tam ipse sacerdos, quàm etiam ille, qui eum ad talia peragenda incitasse perpenditur, exilii perpetui ergastulo relegentur. ex Concilio Toletano XIII. in *can. quicumque*

*facer.*

*sacerdotum, aut ministrorum deinceps.* 13. *circa finem* 5. *Plerique etiam sacerdotum sauciati inimicitiæ dolo.* 16. q. 5. videndus *Farinacius in praxi criminali q.* 20. *nu.* 107. *in* 13. *conclusione.*

Missam celebrans degradatus, verè conficit, si de facto confecerit: quia ordinem non amittit, nec charactere priuatur per degradationem actualem. ex Augustino contra Donatistas in *can. ostenditur illos impie facere, qui rebaptizare conantur* 32. & *sacramentum baptismi est quod habet, qui baptizatur de consecratione dist.* 4. verba sunt Augustini: *Sicut autem baptizatus, si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit; sic etiam ordinatus, si ab unitate recesserit sacramentum dandi baptismũ non amittit*. Videturque ex canone Apostolorum in *cap. si quis Episcopus*. 1. Et ex Concilio Antiocheno in *cap. si quis presbyter* 2. *de clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante.* ibique peroptime *Glossa* verbo *degradatus*. & *Glossella* Marginalis ibidem. ex Diuo *Thoma* 3. *parte q.* 82. *art.* 8. Argumento textus ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. licite dimittitur coniux ex causa fornicationis. sed manet vinculum prioris.* 32. q. 7. Similitudinem refert Augustinus, quod sacramentum matrimonii adhuc manet, dicens: *Sicut enim manente in se sacramento regenerationis, excommunicatus reus criminis, nec illo sacramento caret, etiam si nunquam reconcilietur Deo: ita* &c. ibique *Gloss.* verbo *manente*. Manet itaque sacerdos, quo ad ordinem, degradadatus. ergo de facto potest conficere. ex degradatione, priuilegiis spoliatus est, non charactere, quod in anima imprimitur.

Missæ speciales pro defunctis celebrari possunt. ex Gelasio Papa Ioanni Episcopo Sorano in *can. certum est quidem, & certis præceptionibus constitutam* 7. *in fine de consecrat. dist.* 1. illis verbis: *Vt defunctorum nomine solummodo diuina celebrentur officia.* ibique *Gloss.* verbo. *vt defunctorum*. quę addit: *Similiter ergo dici posset pro viuis*. Ex Alexandro Tertio Pręposito, & Capitulo Insulen in *cap. significatum est nobis* 11. *de præbendis, & dignitatibus extrà.*

Missam celebrare cum pileolo, vulgo scuffiotto, seu barettino, neque presbyter, neque etiam Episcopus potest. Id namque prohibitum videtur per Zaccharíam Papam in Synodo Romana in *can. nullus Episcopus, presbyter, aut diaconus* 57. *in principio de consecratione distinct.* 1. Verba sunt Zaccharíæ. *Nullus Episcopus, presbyter, aut diaconus ad solemnia missarum celebranda præsumat cum baculo introire, aut velato capite altario Dei assistere*: ibique notat *Gloss.* verbo, *aut velato capite*. Vnde licentiam Episcopus dare non poterit, sed ad solum Papam spectat *Barbosa*. in collectanea ad Tridẽtinum *sessione* 22. *in decreto de vitandis in celebratione missarum nu.* 33.

Missam audire nemo debet à Presbytero, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can. nullus missam audiat presbyteri* 5. eisdemque verbis sequutus fuit Alexander Secundus in *can. præter hoc autem præcipiendo mandamus* 6. *in principio distinct.* 32. & *Gloss* d. *can. nullus* verbo *audiat*. & ad dictum *can. præter hoc*. Gratianus 5. *verum principiis harum auctoritatũ*. in concordiã reducens, quę aduersa videbantur. Nõ tñ propter sacerdotis vitam diuina polluuntur mysteria. ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis* 5. *siue finali* 25. q. 8. Et decreuerat etiã Gregorius Octauus in *can si qui sunt presbyteri, diaconi, vel subdiaconi* 15. *distinct.* 81. Loquitur enim de suspensis, & interdictis ob eorum malam vitam.

Missas publicas cantare in Ecclesiis secularibus prohibetur monachis, atque etiam Abatibus. Quia mortui sunt mundo. ex Calixto Papa II. in *can. interdicimus etiam Abatibus, & monachis* 10. 16. q. 1. ibique *Gloss.* verbo, *& missas*. Secus tamen in monasterio proprio, pręsertim si populum habeat. ex Gregorio Ioanni Episcopo de Vrbe veteri in *can. Agapitus Abas monasterii Sancti Gregorii insinuauit nobis* 13. ibique *gloss.* verbo *missas eadem* 16. q. 1. Sicuti Missas publicas cantare in sua etiam Parochia presbyteris sine Episcopi licentia prohibitum quoque erat. ex Clemente Papa in *can. cunctis fidelibus* 41. *eadem* 16. q. 1.

Missam celebrare non debet, qui epileptico, siue caduco morbo corripitur. Et quidem, si hoc frequenter eidem accidit, omnino abstinere debebit. Indecens est enim, & periculosum, vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico, cadat. *Si vero (Dei misericordia conualuerit, quando quidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare non interdicimus.* Alexander Secundus Gebonardo Viuariensi Archiepiscopo in *can. Insuis litteris continebatur sic* 2. 7. q. 2. Socium tamen habere debet. ex *gloss.* ibidem verbo *frequenter*.

Misericordia communis est vsus. Ideo communi præceptom omnibus officiis, omnibus ætatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Misericordiæ plenitudo virtutum est: Et ideo omnibus est præposita, perfectæ forma virtutis. *Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanę mensura seruetur, vt non sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.* Ambrosius (in Luc. 3.) Generatio viperarum in *can. in singulis quoq; generibus hominum* 19. *circa finem distinct.* 86.

Misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio. Leo Papa Theodoro Foroliuiensi Episcopo in *can. multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis* 49. *his autem, qui in tempore necessitatis de pœnitentia distinct.* 1. Nam pastor ille Euangelicus lassam ouem vexisse legitur, non abiecisse. Ambrosius in *can. serpens decepit me, & manducaui* 47. *in fine eadem de pœnitentia distinct.* 1. Vnde Dominus (Matth. 9.) dixit: *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.* Quia misericordia peccator redimitur. In lege sacrificium, in Euangelio misericordia est. idem Ambrosius in *can. liberius ignosco, promptè indulgeo: misericordiam malo, quàm sacrificium* 48. *eadem de pœnitentia distinct.* 1.

Mi-

Misericordia Dei, ac pietas solùm nostrum reditum quærit, ac nos cupit sua longa bonitate saluari. Sed si non conuertimus, si duri corde sumus: si in peccatis vsque ad mortem illicitè perduramus, assidue peccanti; sicut scriptum est, Deus non miseretur. Hieronymus de septē ordinibus Ecclesię in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus*.23.§. *finali in fine distinct*.93.

Misericordiam suam Deus promisit omnibus, nec definitionem facit, sine vlla exceptione patens. ex Ambrosio in *can. Deus definitionem non facit, qui misericordiam suam promisit omnibus* 78.*de pœnitentia dist*.1.

Miserentis est Dei, quod operatur finem peccantis: ob hoc etiam sine fine torquebitur, quia numquam ditabitur vita: semper plenus iniquitate, sępe sine charitate, torquebitur sine fine. Quia qui impœnitēs moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciatur. Qui enim impenitens finitur; si semper viueret, semper peccaret. Augustinus libro de pœnitentia in *can. nullus expectet, quando iam non possit peccare* 6. *sine finali in fine de pœnitentia distinct*.7.

Misericordia ęstimatur, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis. ex Albino in *can. tria sunt genera eleemosinarū* 12.*distinct*.45. Ideo permisit Deus Petrum per negationem peccare: vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret. Ex Gregorio in *can. considerandum nobis est* 53.*in fine dist*.50.

Misericordia cum iudicio, & seueritate temperanda. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videamus amantem pie, & districte sæuientem. Gregorius in moralibus in *can. Disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur* 9 *dist*.45. in fine sequentibus inferens: *In regimine ergo populi vtrumque Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordię, nec misericordia disciplinæ*. & paulo principium: *Miscenda est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex vtraque temperamentum; vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.* Vnde notat *Gloss*. ibidem verbo *miscenda*. quod Iudex mediocritatem sequi debet; & potius æquitatem, quàm rigorem. Nam temperari debet vinum austeritatis cùm oleo pietatis. Sicut Samaritanus ille (*Lucæ* 10.) vinum, & oleum semiuiui illius vulneribus miscuit. vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueātur. Gregorius ibidem.

Misericordia omnibus debetur, tamen iusto ampliùs. Ambrosius in *can. non satis est benè velle; sed etiam benè facere* 14.*distinct*.86. Dominus tamen non vult simul effundi opes; sed dispensari. ibidem idem Ambrosius in *can. Dominus non vult simul effundi opes, sed dispensari*.15.

Misericordiam qui negant fugientibus faciendam, atque necessitatem patientibus, ipsum Christum negant, qui est misericordia, & veritas. Pelagius Papa Secundus Benigno Archiepiscopo in *can. omnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid*. 36.§. *qui autem negant misericordiam* 7. *quæst*.1. & Calixtus Papa I. ad Episcopos Galliarum in *can. ponderet vnusquisque sermones suos* 14. *in fine distinct*.50. sequentibus infert: *Sententiam fratres, quę misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite: quia potior est Misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis*. vbi *gloss*. verbo *misericordiam*. & ipsa non ab re adnotat: *Si enim in aliquo erdarguendi sumus, melius est misericordię reddere rationem, quam crudelitatis*. Dixit Ioannes Chrysostomus in *can. alligant autem onera grauia, & importabilia* 12. 26. *quęst*.7. circa finem sequentibus: *Non ne melius est propter misericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem? si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus?*

Misericordia etiam victo, vel capto debetur, maximè in quo pacis perturbatio non timetur. ex Augustino ad Bonifacium in *can. noli existimare neminem Deo placere posse* 3. *in fine* 23. *quæst*.1. verba sunt Augustini: *Sicut rebellanti, & resistenti violentia redditur; ita victo, vel capto misericordia iam debetur, maxime in quo pacis perturbatio non timetur*. Vnde argumentum extrahit *gloss*. verbo *iam debetur*: dicens: *Misericordiam esse debitam*. Quia est miseriarum subleuatio.

Misericordia non est facienda vni in interitum aliorum, & damnum. ex Origine in *can. sed, & illud non otiose transmittendum est*.17. *propè finem distinct*. 45. Originem excipe eloquentissimum: *Et Dum vni parcunt, vniuersa Ecclesię moliuntur interitum. Quæ est ista bonitas? quę ista misericordia? Vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente plebs vniuersa polluitur*. Nec dissimiliter Augustinus ad Lotharium in *can. qui vitiis nutriendis parcit* 38.23. *quæst* 5. Eundem afferamus, verba facientem: *Qui vitiis nutriendis parcit, & fauet, ne contristet peccantium voluntatem itàm non est misericors, quàm, qui non vult cultrum rapere puero, ne audiat plorantem, & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum*.

Misericordiæ opus est, eleemosynam dare. Qui autem vult eleemosynam ordinate dare, à se ipso debet incipere, & eam sibi primum dare. propterea *Ecclesiastici* 30. dictum est: *Miserere animę tuæ placens Deo*. Propter hoc renascimur, vt Deo placeamus. Augustinus in Enchiridio in *can. qui vult eleemonsynam ordinatè dare*.19.*de pœnitentia dist*.3.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. (psalm.50.) Magnum peccatum, magna deleri vult misericordia. Hieronymus contra Iouinianum commentum agit in *can. si enim; inquit, omnis qui natus est ex Deo, non peccat* 40. *col*.6. *circa finem* §. *Dauid electus secundum cor Domini, quo omnes eius fecerat voluntates. de pœnitentia distinct*.2. & in

Epi-

Epistola ad Rusticum in *can. totam pœnitentiam peccatoris ostendit psalmus quinquagesimus.24. de pœnitentia distinct.3.* interr ad eadem verba: *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, & secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.* dicens rationem: *Magnum enim peccatum, magna indigebat misericordia.* Magno videlicet effectu misericordiæ. Nam misericordia Dei æquè magna est semper. *gloss.* ibidem verbo *magna indigebat misericordia.*

Misericordiæ opus est peccanti peccata dimittere; sed oportet vt iustus misereatur iustè. Deus enim misericors, & iustus est: sicut conseruat misericordiam in iustitia; ita & iustitiam in misericordia. Augustinus in *can. quem pœnitet, omnino pœniteat* 88. *non multo post principium* 5. *Deus enim misericors, & iustus est. de pœnitentia distinct.1.* vnde *gloss.* ibidem verbo *misereatur.* exponit verbum illud misereatur: *scilicet puniendo peccatum.* Est ergo misericordia, punire peccatum; ne in æternum peccator pereat, sed agat pœnitentiam, atque ita peccatum puniat.

Misericordia potior est omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis. ex Calixto Papa I. omnibus Episcopis Galliarum in *can. ponderet vnusquisque sermones suos* 14. *in fine distinct.50.* qui sequentibus exhortatur: *Sententiam fratres, quæ misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite: Quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.* Melius est enim pro misericordia causas præstare, vel inuidiam perpeti; quàm prætendere inclementiam. verbis loquimur Ambrosii lib.2. officiorum in *can. pulchra etiã liberalitas est.18. in fine distinct.86.* ibique adnotat *gloss.* verbo *causas.*

Misericordia vero non ita seruanda, vt peccata nutriantur, alioquin rationem reddemus. Iuxta admonitionem Horsmidæ Papæ omnibus Episcopis per vniuersas prouincias scribentis in *can. si quis diaconus, aut presbyter* 29. *circa finem distinct.* 50. Sequentibus namque nos admonet: *Verè dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur; cùm ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnãdi aduenerint, cõtra nos causam dicturi sunt, dicentes; quod dum, aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsarum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augere permittimus: non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: quia vno peccante contra omnes ira Dei desæuit.* (Numerorum 16.)

Mysterium, ob hoc dicitur, quod secretam, & reconditam habeat dispensationem: sacrificium autem, quasi sacrum factum; quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicæ passionis. Gregorius in *can. multi secularium hominum, cum plus sacerdotum vitam, quàm suam discutiunt* 84. §. *Mysterium itaque fratres ob hoc dicitur* 1. *quæst.1.* Dispensationem. id est virtutem, & gratiam à Deo dispensatam, & collatam. *gloss.* ibidem exprimit.

Mysteria Diuina non ideo contemnenda, quod quandoque à malis ministrantur sacerdotibus. Qui sic putant, in magnum incidunt laqueum, vt diuina, & occulta mysteria plus ab aliis sanctificata posse fieri credant: cùm vnus, idemque Spiritus Sanctus in Ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter ea mysteria, & occultè, atque inuisibiliter, & operando sanctificet, & benedicendo benedicat. ita Gregorius dicto *can. multi secularium hominum* 84. *circa medium, distinct.50.*

Mysteria diuina indignis, nec intelligentibus, quin contemnentibus reuelanda non sunt. Ex Clemente Papa in *can. in mandatis habemus* 2. *non longe ante finem distinct.43.* prosequiturque ibidem Gratianus in *can. dispensatio est nobis cælestis seminis summissa* 5. §. *pariter quoque obseruare debet sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus secreta mysteria sua prædicatione reserare incipiat.* inferens: *Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit, vel loquacitate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile verbum; vel adulatione, vt ei placeat, cui secreta reuelat; vel iactatione scientiæ, vt plura scire videatur.*

Mistum dicitur, quod ex vtroque conficitur, ita vt vnum ab alio separari non possit, vt aqua, & vinum in calice mistum. ex Iulio Papa Episcopis per Aegyptum in *can. cum omne crimen, atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur* 7. *col.* 2. *circa finem. de consecratione distinct.2.* sequentibus loquens: *Ergo cum in calice, vino aqua miscetur; Christo populus adunatur, & credentium plebs ei, in quem credit copulatur, & iungitur. Quæ copulatio, & coniunctio aquæ, & vini, sic miscetur in calice Domini, vt mistio illa non possit separari.* Mistum ergo ex vtroque conficitur, vt vnum ab altero separari non possit.

Mitius agendum est cum diuitibus, & nobilibus, quòad pœnas corporales, quàm cum pauperibus, & plebeis. ex Augustino in *can. non cogantur diuites pauperum cibis vesci, vtantur consuetudine infirmitatis suæ* 3. *distinct.* 41. inferente: *Sed doleant, aliter se non posse: si consuetudinẽ mutant, ægrotant. Vtantur superfluis, dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus vilia.* ibique notat *Gloss.* verbo *non cogantur.* Concinitque Pius Papa in *can. qui compulsus à Domino sciens periurat* 1. 22. *q.* 5. Nam mitius pœna punitur Dominus, quàm eius seruus. Nec diuersimode Liberius Papa in epistola ad Athanasium in *can. qui contra Ecclesiæ pacem sunt.* 32. 24. *q.* 1. ibique plenè deducit *Gloss.* verbo *ignobiles.* inferens, quod corporalis pœna maior imponitur ignobili; secus quòad pecuniariam. Namque quoad hanc maiori pœna plectuntur nobiles. vt *Gloss.* deducit dicto *can. non cogantur diuites.* verbo *non cogantur.* ibidemque notat *Glossella* Marginalis dicens: *Nobilium, & ignobilium pœna non est æqua.*

Modus facit conditionem. ex Ambrosio ad Hilarium in *can. si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat.* 7. *in fine* 28 *q.* 1. verba sunt Ambro-

broſi Pauli locum exprimentium. *Hoc & de filiis, atque parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum omnes esse dimittendas, cum proponitur ista conditio, vt Christum dimittat, si illos secum habere desiderat.* Quo loco *gloſſ.* verbo *Christum* argumentum infert, quod *modus facit conditionem.* Sub hac conditione enim loquitur Paulus, vel Christum, quis habere vult, vel vxorem; vel liberos: si Christum vult habere, dimittat vxorem, & liberos; si vero liberos, & vxorem, Christum vt dimittat, oportet.

Modus loquendi consuetus eſt attendendus, vt consensus pręſtitus videatur. Quia nimirum mens, & consensus verbis exprimitur. Sine vero consensu res humanę non efficiuntur. Veluti vbi non eſt consensus vtriusque, non eſt coniugium. dixit Nicolaus Papa in *can. vbi non eſt consensus vtriusque.* 1. 30. *q.* 2. Respondit que Alexander Tertius Cantuarien Archiepiscopo scribens in *cap. ex litteris.* 7. *de sponsalibus, & matrimoniis.* in fine illis verbis: *Quo cognito, si alter non intellexerit, quod alter proposuit, ad communem verbi intelligentiã recurratur.* Modus itaque loquendi consuetus eſt attendendus. Rationem venamur ex Gregorio in *can. humanæ aures* 11 22. *q.* 5. dicente: *Humanę aures verba noſtra talia iudicant, qualia foris sonant.* Secundum scilicet communem vsum loquendi. pluraque notat *gloſſ.* ibidem verbo. *verbis.* Deducit quoque pluribus *gloſſ. d. cap. ex litteris.* verbo *proposuit.* Et verbo *intelligentiam.* videndus *Nauar. de indulgentiis notabili* 32. *nu.* 4. *in fine.*

Monachus suum agnoscere debet nomen. Monos enim græcè, latine eſt vnus. achos grecè, latine triſtis sonat. Inde dicitur monachus, id eſt vnus triſtis. Sedeat ergo triſtis, & officio suo vacet. Eugenius Papa in *can. placuit communi noſtro Concilio* 8. *in fine* 16. *q.* 1. Quia sicut piscis sine aqua caret vita; ita sine monaſterio Monachus. Sedeat ergo solitarius & taceat, quia mundo mortuus eſt, Deo autem viuit. ibidem idem Eugenius. Et dictum pariter fuerat in sancta Nicæna Synodo in *can. placuit omnibus residentibus in sancta Nicana Synodo* 1. *eadem* 16 *q.* 1. Vt monachorum conuersatio, & vita, secundum Etymologiã nominis, ab omnibus discrepet. *Monachus enim gracè, latinè singularis dicitur. Vnde monachum per omnia singulariter agere oportet.* Singulariter. id eſt non seculariter viuere. Nam singulariter, id eſt, solitariè viuere debent. *gloſſ.* ibidem subnectit. ex Hieronymo ad Ruſticum monachum in *can. si clericatus te titillat desiderium* 27. *in fine eadem* 16. *q.* 1. Et idem ipse Hieronymus ad Paulinum de institutione monachi in *can. si cupis esse, quod diceris monachus, id eſt solus* 5. *eadem* 16. *q.* 1. Quid facis in Vrbibus, quæ vtique nõ sunt solorum habitacula, sed multorum? Monachus itaq; solitarius dicitur.

Monachus non docentis, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pauidus pręſtoletur aduentum. Hieronymus ad Riparium presbyterum aduersus Vigilantium in *can. monachus non docentis* 4. 16. *q.* 1. Monachus pœnitentium habet vitam. vti Eugenius Hoſtiensis Episcopus dixit in *can. hoc nequaquam apud nos habetur* 41. 7. *q.* 1. in fine rationem addens: *Monachorum enim vita subiectionis habet verbum, & discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.* Sedeat ergo solitarius, & taceat.

Monachi, vel monachæ, vel sub regula sancti Benedicti, vel sancti Basilii, vel Sancti Auguſtini viuere, & profiteri debent. ex Innocentio Secũdo in Concilio Romæ habito in *can. perniciosam, & deteſtabilem consuetudinem.* 25. 18. *q.* 2.

Monachi in eo sunt ſtatu, vt nisi proficiant, defecisse videantur. Quin sicuti non meliores sunt, quàm qui in religione profecerunt; ita nec peiores, quàm, qui in religione defecerunt. ex Auguſtino Clero, & populo Hypponensi in *can. quantumlibet vigilet disciplina domus meę.* 9. *poſt medium diſt.* 47. verba proferimus Auguſtini: *Simpliciter autem fateor charitati veſtrę coram Domino noſtro, qui teſtis eſt super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi, quomodo difficilè sum expertus meliores, quàm qui in monaſteriis profecerunt; ita non sum expertus peiores quàm qui in monaſteriis ceciderunt; ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum: Iuſtus iuſtior fiat, & sordidus sordescat adhuc.* Ita Auguſtinus. notatque pluribus *Gloſſ.* verbo *difficile.* dicens: *Nota, quod difficile aliqui inueniuntur meliores, quàm monachi.* Et prosequitur; nec dimittit *Gloſſ. in extrauaganti execrabilis quorundam tam religiosorum* 1. *Ioannis* 22. *de prębendis, & dignitatibus* verbo *religiosorum*, dicens: *Cum non sint peiores experti, quàm qui in monaſterijs defecerunt. secundum Auguſtinum &c.* Quia monachi deficientes, omnibus sunt deteriores. vt *gloſſ.* loquitur in *can. quis aliquando vidit clericum cito pœnitentiam agentem?* 87. verbo *Gloriam de pœnitentia diſt.* 1.

Monachus velle, & nolle nõ habet, quia mundo mortuus eſt, aliorum poteſtati, & imperiis in Christo, & pro Christo subiectus: ex Auguſtino de communi vita clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuẽdi occasionem* 10. §. *qui habere voluerit proprium.* ibique etiam *Gloſſ.* verbo *mortuos.* & *can. non dicatis aliquid proprium* 11. §. *cum huius noſtrę congregationis fratres non solum facultatibus, sed etiam voluntatibus propriis in ipsa ordinationis susceptione renunciauerint.* 12. *q.* 1. nec diuersimode Bonifacius Octauus in *cap. si religiosus, cuius arbitrium non ex sua, cum velle. vel nolle non habeat &c.* 27. *de electione, & electi poteſtate in* 6. Idemque in *cap. religiosi nisi à propriis monaſteriis* 5. *sine finali in fine de sepulturis in* 6. decernens, quare sepulturam eligere non possint: *Cum velle, vel nolle non habeant, seruisque monachi similes habentur.* Nam diuino amore diſtrictiorem subeunt seruitutem. ex Gregorio in Generali Synodo in *can. multos de Ecclesiaſtica familia* 23. *circa finem diſtinct.* 54. videndus *Ancharanus conſ.* 443. *primo elicitamus dubia. nu.* 1. *Rota* apud Coccinum *decis.* 360. *num.* 4. Monachus tamen habet velle, & eſt

Dominus suorum liberorum actuum, & operum spiritualium, quæ facit, & fructus eorum, ita, vt possit illum, cui vult applicare, etiam contra voluntatem superioris, & si planè peccet non obediendo. *Layman. theologiæ moralis tom. 2. lib. 5. tract. 7. de indulgentiis cap. 4. nu. 6. vers. accedit ratio. fol. mihi 154. Barbosa* tamen *de officio, & potestate Episcopi allegat. 24. nu. 28. vers. quoad regulares.* Tenet: Monachum non posse applicare valorem missæ citra voluntatem sui superioris, vnde poterit superior suspendere voluntatem sui subditi, quòad applicationem valoris missę. Fortasse ob eleemosinam, quę facienti missam debetur, cum illam non possit sibi monachus applicare, ne in proprietatis det vitium sine sui superioris voluntate, hinc est quod

Monachus testis sine sui superioris facultate examinatus, non probat, quia neque velle, neque habet nolle. ex dictis textibus *si religiosus 27. de electione in 6.* & *d. cap. finali de sepulturis in 6. Parisius cons. 54. nu. 24. lib. 4.* Rota Maceraten apud *Marcum Antonium Thomati* nunc Episcopum Biterten *decis. 11. nu. 10. & 11.* Neque etiam in testamento, sine licentia sui superioris; & de licentia constare debebit in actis. *Alexander Trentacinque cons. 42. nu. 10. vol. 2.* Licet contrarium sequatur *Couarruuias in cap. relatum nu. 1. nu. 5. in fine de testamentis.*

Monachus tamen per professionem non renũciat bonis spiritualibus, nec honoribus qui pro eis debentur, sed tantum temporalibus. ex *S. Thoma 2. 2. q. 186. ar. 7. ad 4.* vbi *Caietanus.* Quam ob rem poterit gradum petere doctoratus, qui est honor ob spirituale debitus. pro sequitur *Nauar. de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 9. nu. 4. & miscellaneo 26. de oratione nu. 29.* vide *Rebuffum in praxi beneficiali tit. de dispensationibus regularium nu. 27. & 28.*

Monachus mundo mortuus habetur, & quantum ad Ciuiles actus, & etiam diuinos, quia neque baptizare, sepelire, prędicare, vel pœnitentiam dare possunt monachi. ex Hadriano Papa in *can. placuit eorum accensendi sacerdotes. 53. 2. q. 7.* de illis dicente: *Quos non humanis, sed diuinis vocibus mortuos esse scimus.* ibique peroptimè *Glos. verbo mortuos.* & ibidem ex Pelagio Papa Episcopis Italię in *can. nullus monachus talia vnquam arripiat 54.* in ratione, quam ille reddit: *Quia mortua in talibus vox est eorum.* Eandemque rationem Eugenius Papa reddidit in *can. placuit communi nostro Concilio 8. in fine principii 16. q. 1.* interrens verbis: *Sedeat igitur solitarius, & taceat: Quia mundo mortuus est, Deo autem viuit.* vbi *Gloss.* verbo *mortuus.* sic infert: *Hic vides, quòd ingressus religionis ęquiperatur morti naturali.*

Monachus per professionẽ in religione emissam, sicut mundo moritur, ita à nobilitatis fumo discedit. Argumento ducto ex Nicolao Papa Carolo Regi in *can. scripsit nobis Theiberga regina 26. 27. q. 2.* illis verbis: *Se regia dignitate, vel maritali copula velle exui, & sola vita priuata esse contentam, desiderare.* vbi *Gloss.* verbo *dignitate.* argumentum educit: *Quod hoc solo, quod quis efficitur monachus, desinit esse Rex, vel Imperator, vel Papa, vel Episcopus.* ex Eugenio Ostiensi Episcopo in *can. hoc nequaquam apud nos habetur 45. 7. q. 1.* Quatenus docet; Pontificem monachum factum, non posse viterius ad Pontificatum reuerti. Rationem reddit in fine: *Monachorum enim vita subiectionis habet verbum, & discipulatus, non docendi, vel prędsidendi, vel pascendi alios.* Nulla ergo nobilitatis ratio habebitur post professionem, & hoc adnotat *Gloss.* reputata singularis in *cap. primo in fine de purgatione canonica extra,* verbo *ingenuus non est,* argumentum extrahens: *Quod propter crimen perditur nomen dignitatis; sicut per Monachatum amittit quis nobilitatem. 27. q. 2. scripsit.* & hanc sententiam sequitur *Romanus singulari 37. vtrum nobilis.* Quia est nobilitas Ius quodam sanguinis, & monachus mundo moritur per professionem. & in religiosis non attenditur nobilitas. ex Honorio Tertio Abbatibus, & monachis in Lombardia, & Marchia Teruisinæ constitutis in *cap. ea, quæ pro religionis honestate. 8. in fine principii de statu monachorum, canonicorum, & regularium.* precipiente sequentibus: *Et rebelles iuxta modum culpę, vice nostra regulari censura percellant, absque personarum delectu.* aperit sensum *Gloss.* ibidem verbo *absque personarum delectu.* inferens: *Hic ergo non habet locum distinctio personarum; Cùm omnes sint æquales, nec aliquis censetur, a modo nobilis; vel potens: quia iam non habet propriam voluntatem.* sequitur *Abbas in cap. dudum. 22. el 1. nu. 2. de electione. Gratianus* in additionibus ad suas decisiones Rotę Marchiæ *decis. 40. nu. 5. & 6.* & hanc admittit doctrinã *Rota* apud S. memorię *Gregorium 15. decis 63.* Quod in monialibus non attenditur distinctio nobilitatis; sed omnes sunt æquales. refert *Glossam in d. cap. 1. in Glossa finali de purgatione canonica.* & ibidem *Abbatem nu. 5.* Ex Gragorio IX. Vniuersis Ecclesiarum pręlatis in *cap. nimis iniqua 16. in ipso principio de excessibus prelatorum, & subditorum.* In rationemquam refert, dicens: *Cùm religiosi viri abnegantes salubriter semet ipsos, elegerint in paupertate, Christo pauperi ad placitum famulari, tamquam nihil habentes, & omnia possidentes,* Abnegauerunt ergo seipsos, & famulatui se Christo se subiecerunt; non ergo gloriari eos oportebit, quod nobiles orti, qui Christo famulantur. Hanc quoque sententiam tuetur *Franciscus Sarmienta in apologia aduersus Nauarrum part. 1. in 6. monito nu. 6.* ex *Tiraquello de nobilitate cap. 26. in principio.* Ea enim est nobilitas huius seculi, cui, vt Deo viuat, renunciat Monachus. *Rebuffus* quoque in *Praxi beneficiorum, tit. de dispensationibus cũ regularibus nu. 30.* Non tamen amittit iura sanguinis. *Gamma decis. 6. num. 4. Grisenzonius cons. 1. nu. 8. & 14.* [illegible]

Monachus, qui semet ipsum monasterio subtrahit, sacrilegium committit, & redire tenetur, & eum Abbas, siue superior repetere, ex Gregorio ad Venantium in *can. Ananias pecunias Deo vouerat 3. in fine 17. quæst. 1.* qui se-

sequentibus fatur, ex Anania argumentum ducens: *Considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos; sed temet ipsum Deo omnipotenti (cui te sub monachali habitu deuoueras) subtraxisti.* agrauat sensum argumentum *Gloss.* ibidem verbo *temet ipsum.* sic inferens: *argumentatur: quod maior est alienatio personæ, quam rei.* argumento ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus vt in potestate sua Episcopus* 24. 12. q. 1. Quatenus præcipiunt Episcopum, qui curã habet animarũ, multo magis, & de pecuniis habere debere., ibique *Gloss.* verbo *multo magis.* Ex quo mulier credit se viro de corpore, multo magis de dote se credere debet. vide peroptimè *Glossam in cap. vnico.* verbo *languidis de infantibus, & languidis expositis.* quod Abbas tenetur recolligere monachum suum, ne damnabiliter vagetur.

Monachus vagans, si quid interim acquirit, monasterio acquirit à quo vagatur, & in quo professionem emisit, ex Concilio Aurelianensi primo in *can. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant* 16. circa medium 18. q. 2. illis verbis: *omnia, quæ acquisierint, ab Abbatibus auferantur secundum regulam monasterio profutura.* ibique *Gloss.* verbo. *quæ acquisierit.* Nisi fortasse monachus pro derelicto habeatur. ex *Glo.* ibidem. & notat *Calderinus cons.* 5. *Diaconus professus. num.* 3. *in finalibus verbis de hæreticis.* & deducit *Gloss.* in *cap. vnico* verbo *languidis in fine. de infantibus, & languidis expositis.*

Monachus succedit in hæreditate suorum, quia iura sanguinis non amittit, pro eo autem monasterium. ex nouella Iustiniani relata per Gratianum in *can. non liceat parentibus liberos* 20. 19. q. 3. sequiturque *gloss.* in *can. clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ* 5. in fine 12. q. 1. verbo *nec accipio.* dicens: *Monachus tamen succedit in hæreditatem. vt* 19. q. 3. *non liceat. Et Ecclesia nomine eius recipit* 18. q. 2. c. 1. vnde Ouidius.

*Alterius vires subtrahit alter amor.*

Ex Concilio equidem habito apud Alteum in *can. statutum est, & rationabiliter.* 1. 18. q. 1. Statutum fuit, vt monachus factus Episcopus, velut legitimus hæres paternam sibi hæreditatem postea iure sibi vendicandi potestatem habeat: sed quicquid acquisierat, vel habere visus fuerat, monasterio relinquat. vbi *gloss.* verbo *legitimus.* subdens: *Imo etiam monachus existens, legitimus hæres est: etiam in eo casu, in quo alius non posset esse hæres.* ex authenticis in *can. si qua mulier, aut vir monasticam elegerit vitam, & intrauerit monasterium* 9. 19. q. 3. sequitur *gloss.* per hunc textum in *can. præsens clericus nomine Lambertus* 4. *post principium.* 20. q. 3. verbo *in locum.* repræhendens quorundam prauam consuetudinem, qui monachos non admittunt ad successionem; quod esse non debet. & *Glossella* Marginalis ibidem dicens: *Monachi sunt ad successionẽ admittendi.* Ex Pomponio lib. 4. ad Sabinum in *l. iura sanguinis* 8. *ff. de regulis Iuris.* regulam tradente. *Iura sanguinis nullo iure Ciuili dirimi possunt.* sequitur *Gamma decis.* 6. *num.* 4.

Monachus tutoris officio defungi non potest: ex Iustiniano Cæsare §. *Deo autem amabiles Episcopos, & monachos ex nulla lege tutores, aut curatores cuiuscumque personæ fieri permittimus in Authentico de sanctissimis Episcopis, & amabilibus, & Reuerendissimis Clericis, & monachis collatione* 9. Nec diuersimode ex Epistola Cypriani ad presbyteros, & diaconos, & plebẽ Furnitanorum in *can. Cyprianus præsbyteris, & diaconis, & plebi Furni. consistentibus salutem.* 4. 21. q. 3. prohibens: *Ne quis ex Clericis, & Dei ministris tutorem, vel curatorem testamento suo constituat; quando singuli diuino sacerdotio honorati, & in clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificiis deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant. Scriptum est enim: (2. Timot. 2.) Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt possit placere ei, qui se probauit.* Monachus autem mortuus est mundo. tuetur Rota in *Pistoriensi Parochialis Sancti Hyppoliti* 19. *Aprilis* 1638. *coram Dunozetto decis* 115. *nu.* 9. *in nouis additis ad praxim Viuiani de Iure patronatus.*

Monachus cogi non potest ad strictionem vitam assumendam, quam professus est. ex Ambrosio in *can. non est quod cuiquam nostram ascribamus ærumnam* 10. *in fine* 15. q. 1. verba damus Ambrosii: *Voluntarium sibi militem legit Christus; voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se prius peccatorum ære ei vendiderit.* Et ex Gregorio Natali Episcopo Salonitano in *can. gesta, quæ nobis in Concilii vestri confecta secretario, direxistis* 2. *circa finem distinct.* 74 in ratione, qua illi testificatur. *Et sicut iustum est, vt nemo crescere compellatur inuitus.* Ex quo loco *gloss.* verbo *crescere.* argumentum venatur: *Quod monachis, vel canonicis inuitis districtior vita non possit imponi.* Deducit ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in Regno Ludouici in *can. præsens clericus nomine Lambertus.* 4. *post medium §. super his omnibus etiam protestatus est præfatus Clericus Otho, quod si eo tẽpore.* 20. q. 3. Rationem paulo post inferẽs, quare id fieri nõ debeat: *Quod enim quis nõ eligit, nec optat, profecto nec diligit: quod autẽ non diligit facile cõtẽnit. Nullũ quippe bonũ, nisi voluntariũ. Idcirco Dominus, non ferendã in via virgam, per quam violentia vlli inferatur, præcepit. &c.* Concinit Ambrosius in *can. integritas corporis expetenda à vobis est.* 13. 32. q. 1. Dum infert. *Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quàm præcepti.* ex quo loco verbo *voti* ad rem nostram *glossa* infert: *Quod Monachi, vel canonici non possunt inuiti compelli ad districtiorem vitam: Quia ea res est magis voti, quàm præcepti, & magis liberè volũtatis, quàm coactionis. arg. dist.* 74. *can.* 2. & 20. q. 3. *præsens.* Non ergo cogi potest monachus arctiorem vitam assumere.

Monachus de vno in aliud monasterium, siue religionem, etiam arctiorem, sine Abbatis sui licentia transire haud poterit, nequa in illa profiteri. ex Basilio in *can. monacho non licet votum vouere* 2. Et ex Concilio Agathensi in

can. monachum, nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate ad aliud monasterium 3. 20. q. 4. Sicuti nec moniali. ex Concilio Triburiensi in can. virgines sacra si pro lucro animæ suæ 1. eadem 20. q. 4. sequitur gloss. in cap. cum singula officia. 32. §. prohibemus insuper, ne prioratus, vel Ecclesiæ. de præbendis & dignitatibus in 6. verbo canonicè. An autem monacho de vno in aliud monasterium translato bona in primo remaneant? In primo manere debere si eiusdem sint religionis. ex gloss. in verbo canonicè d. §. prohibemus insuper. respondit Rota apud Card. Seraphinum decis. 1361. num. 1. Crescentius decis. 14. num. 2. de rescriptis. Cardin. Zabarella cons. 6. num. 2. Triuisanus decis. 30. lib. 1. gloss. in can. si quis rapuerit, vel solicitauerit, vel corruperit 30. in fine 27 q. 1. illis verbis: Cum suis rebus monasterio cautiori tradatur. verbo cautiori. Deducit Couarruuias in cap. 1. de tastamentis. num. 21. vers. hactenus verò id egimus. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 12. cap. 15. Nauar. commentario 4. de regularibus num. 24. vers. vndecimo, quod illa quæstio.

Monachus plus est sub Abate, quàm vxor sub viro. Cùm monachus non solum facultatibus, sed etiam voluntati propriæ renunciauerit. ex Augustino in can. non dicatis aliquid proprium 11. 12. q. 1. Ita vt, neque litteras absque sui superioris facultate recipere valeat. ibidem. Deducitque Glos. in can. noluit itaque lex mulierem aliquid vouere Deo 16. verbo concesserat 33. q. 5. dicens: Plus enim est monachus sub Abate quàm vxor sub viro. Vt neque vouere monacho liceat. ex Basilio in can. monacho non licet 2. 20. q. 4. verba sunt Basilii: Monacho non licet votum vouere sine consensu Abatis sui: si autem vouerit, frangendum erit. & addit glossa ibidem: Vel etiam si facit votum priùs, quam intret monasterium 33. q. 5. noluit. Et Monachus Abati potiùs, quàm Episcopo obedit. vt dicit glossa in can. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 97. verbo potestati 11. q. 3. Concordat Gregorius Mariniano Episcopo Rauennati in can. nullus ad Ecclesiasticum officium 1. ibique gloss. verbo Abas. & ex Concilio Carthaginensi V. 10 can. si quis de alterius monasterio repertum 2. distinct. 58. Quia monachi semper in Abatum suorum potestate remanere debent. ex Gregorio Castorio Episcopo Ariminensi in can. Luminoso Abate referente 6. in fine 18. q. 2.

Monachus notariatus siue tabellionis officio defungi minime potest, nisi in causis ad sanctam Inquisitionem spectantibus. Quia monachalis professio monachi vocem funestam facit, & ipsa eos à Iudiciis arcet. ex Bonifacio Octauo in extrauaganti debent superioribus suis reuerentiam subditi 1. §. proposito itaque huiusmodi negotio. de officio Iudicis ordinarii inter communes: ibique gloss. verbo Funestam. exprimens, id est luctuosam, vel mortalē, quia lugere habent, & mortui sunt mundo. Et de causis ad sanctam Inquisitionem, quòd possit monachus tabellionis officio defungi, propter Fidei fauorem decreuit Clemens Quartus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis scribens in cap. vt officium inquisitionis contra hæreticos. 11. §. ad conscribendas quoque huiusmodi depositiones testium. de hæreticis in 6. ibique gloss. verbo præmissa. Poterit tamē antiquas, quas, antequam monachus fieret, tabellionis fungens officio, rogauerat, complere. vt eadem gloss. ibidem subnectit in fine. deducitque Caluerinus cons. 2. an Abbas num. 2. de magistris. Barbosa eodem cap. vt officium inquisitionis num. 10. & num. 11. Referens; quòd si de facto monachus, qui notarius ante fuerat Instrumentum conficiat, non ex hoc tamen, quod monachus, instrumentum nullum erit. Quia verè tabellio est.

Monachus testari non potest, quia iam mortuus est mundo, & sub alterius est potestate. ex Gregorio Ianuario Caralitano Episcopo can. quia ingredientibus monasterium 7. 19. q. 3. ibique gloss. verbo testandi. Ita quidem, vt post emissam professionem reuocare haud posse testamentum, quod prius emiserat, quia velle non habet amplius, neque declarare illud, neque illius aliquam partem. Gaspar Antonius Thesaurus quæstionum forensium lib. 2. q. 56. per totam. Barbosa in collectanea ad Tridentinum sessione 25. de regularibus cap. 16. num. 22. ad 26. Et ita nos respondemus respons. nostra 12. num. 50. & 51. part. 3. & dixit Rota apud Coccinum decis. 360. num. 4. Hanc ob causam sequitur, quod etiam si monachus extra claustra demoretur, neq; propterea testabilis efficitur, adhuc enim sub Abbatis, suique superioris est voluntate. quamuis Episcopus fuerit. ex Gregorio IX. Antonio Subdiacono in cap. 1. ibique Gloss. & Couarruuias de testament. & vltimis voluntatibus. Rota apud S. memoriæ Gregorium 15. decis. 109. num. 4. & 5. Deduximus respons. nostra 82. num. 10. cum sequentibus part. 5.

Monachus ad Ecclesiam secularem intitulari minime debet. Cùm aliquando etiam bonus monachus, vix bonum clericum faciat. Augustinus ad Aurelium in can. legi epistolam benignitatis tuæ de Donato, & fratre eius. 39. 16. q. 1. Ancharanus cons. 352. Monasterium sancti Michaelis nu. 6. in fine vers. & ita etiam. Sequitur Cardin. Tuscus tom. 5. littera M. conclus. 330. nu. 5. & 6. Quemadmodum neque Clerici seculares ad prælaturas regulares eligi valeant. ex Gregorio ad Maximianum Syracusanum Episcopum in can. presbyteros, diaconos, ceterosque cuiuslibet ordinis Clericos 38. eadem 16. q. 1. Rationem in fine reddente: Satis enim incongruum est, si, cùm vnum ex his, pro sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrumque iudicetur idoneus. ibique plura deducit Gloss. verbo Abbates. inferens in fine: Nec monachus potest eligi in Episcopum, si non est peritus in regula clericali. Ex Hieronymo ad Rusticum monachum in can. sic viue in monasterio, vt clericus esse merearis 26. eadem 16. q. 1. Vnde

Monachus non potest esse Canonicus secularis Ecclesiæ, quamuis possit esse Episcopus. ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in can. quorundam ad nos relatio peruenit. 6. distinct.

ftinct.74. ibique notat Gloss. verbo Syracusana & Glossella Marginalis ibidem adnotans: Monachus non potest esse secularis canonicus. Rationē habes ex Pelagio Papa Antoniæ patriciæ, & Deciæ in can. de præsentium portitore 22. eadem 16. q.1. docente, atque dicente; Omnimoda enim est illius habitus, & istius officii diuersas. Illic enim quies, oratio, labor manuum; at hic causarum cognitio, conuentiones, actus, publica litigia, & quæcumque vel Ecclesiastica instituta, vel supplicantium necessitas poscit, &c.

Monachus parochialibus Ecclesiis præfici minime potest, sine superioris sui facultate. ex Paschali II. victori Bononien Episcopo in can. peruenit ad nos 9. Et ex Concilio Ilerden. in can. cum pro vtilitate Ecclesiæ 34. Et ex Concilio Tarraconensi in can. monachi à monasterio foras egredientes 35. 16. q.1. plene Gloss. in summa eadem 16. q.1. verbo quod monachi. Nisi fortassis monasterium parochialem Ecclesiam sibi subiectam pleno habeat iure. Nam solus Abbas monachum in illa ad animarum curam præficere poterit. vt ibidem Gloss. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in can. visis litteris charitatis vestræ 1. circa medium 16. q.2. qui sequentibus dececernit: Consilio itaque multorum fratrum diligenter exquisito decreuimus, vt amodò Ecclesiæ monachis traditæ per suos sacerdotes instituantur. Diuinæ enim leges habent, & seculares, vt cuius est possessio, eius fiat institutio. & si in dando, quod maius est, facilis fuit charitas, sit facilior concedendo, quod minus est, sancta largitas. Maius enim fuit possessionem dare, quàm sic inuestituram concedere. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo institutio. subnectens. Id est ordinatio, nam cuique res sua concedenda. Et tunc non tenetur seruare districtam regulam, vt prius in monasterio, scilicet in ieiuniis, & orationibus, & vigiliis, quia quotidie in ministerio Ecclesiastico cogitur permanere. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in can. nemo potest, & Ecclesiasticis obsequiis deseruire 2. 16. q.1. ibique gloss. verbo nemo. in fine. Et se cōformare in officio diuino Ecclesiæ seculi in festis celebrandis. ex Innocentio ad Victricium in can. de monachis qui diù morantes in monasteriis 3. eadem 16. q.1. ibique plenè Gloss. verbo discedere.

Monachus factus Episcopus, licet à votis substantialibus suæ religionis non absoluatur, absoluitur tamen ab obedientia erga Abbatem, & potest legitimus suorum esse hæres, neque ad ieiunia tenetur regularia, sed conformare se potest Ecclesiæ, cui præfectus fuit. ex Concilio habito apud Alteum in can. statutum est, & rationabiliter secundum sanctos Patres. 1. 18. q.1. Ibique glos. verbo absoluit. S. Thomas 2.2. q.88. art.11. ad 4. & q. 185. art.8. Nauar. de redditibus Ecclesiasticis q.1. monito 9. Couarruuias in cap.1. de testamentis nu.18. Ioannes Azorius Institutionum moralium part.1. lib. 12. cap.8. q.4. & cap.15. q.3. vers. mihi prima opinio. plura deduximus respons. nostra 19. per totam part.3. vbi n.52. An carnes comedere possit, etiam si religio commestioni carnium renunciauerit? Affirmamus. ad can. carnem cuiquam monacho, nec sumendi, nec gustandi est concessa licentia 32. Qui est fructuosi Episcopi de consecrat. distinct.5. ibique gloss. verbo violauerit. Quæ absolutum esse per Episcopatum asserit Sanchez in opere morali tom. 2. lib. 6. cap.6. num.15. & num. 20. Diana moralium part.5. tract.13. miscellaneo 1. resolut.39.

Monachus Episcopus factus religionis suæ habitum gestabit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. clerici officia, vel cōmercia secularia non exerceant 15 in fine de vita, & honestate clericorū. Verba sunt Innocentii: Pontifices autem in publico, & in Ecclesia super indumentis lineis omnes vtantur; nisi monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem. ibique gloss. verbo nisi monachi. Et ex Concilio Hispalensi II. cui interfuit Isidorus in can. in nona actione didicimus 22. 16 q.7. ibique gloss. verbo nec habitu in fine. Sanchez in opere morali tom.2. lib.6. cap.6. nu.22. 23. & sequens. Tamburinus de Iure Abbatum part. 1. disputat. 20. q.3. nos plenè: respons. nostra 16. q. 5. & 6. part.5.

Monachus ad ordinandum alia monasteria, aut ad ordines sacros, vel clericatus officium inuito Abbate tolli non debet, neque ad aliquem promoueri honorem. ex Gregorio omnibus Episcopis in can. quam sit necessariū monachorum quieti prospicere. 5. §. pariter autem custodiendum est. 18. q.2. ibique gloss. verbo ad ordinādum. quæ sic infert: Sed quid si monachus sit factus Papa inuito Abbate, debet ne redire? Sic: & ipsum met compellet se redire. Quia cùm teneatur de alio iustitiam facere, multo fortius de se ipso.

Monachus proprium quid habere non potest. Quam ob causam proprium quid habere deliberata voluntate volens, mortaliter peccat; quia contra votum facit paupertatis. ex Augustino in can. non dicatis aliquid proprium, sed sint vobis omnia communia 12. 12. q.1. ibique plene gloss. verbo possidere. Quia etiam velle damnabile est. ex Hieronymo in can. voluentibus virginitatē 2. 17. q.1. Verba damus Hieronymi: Vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est. Quia vouit. Ita plane paupertatem vouentibus, etiam velle proprium hebere, damnabile erit. peccat proinde. Poterit tamen ei concedi administratio ad vsum. Nauar. commentario 2. de regularibus num.17. & cons. 13. num. 10. lib. 3 de statu monachorum. Coriolanus de casibus reseruatis part.2. casu 4. de proprietate num. 3. Vt nec etiam Papa dispensare possit cum monacho, vt proprium retinere valeat. Concedit tamen eidem administrationem rerum sibi competentium ad vsum pro necessitate viuendi. vt. Nauar. & Coriolanus Deducunt.

Monachus neque filium de baptismo accipere, neque baptizare præsumat. ex Eugenio Papa in can. placuit communi nostro Concilio. 8. 16. q.1. Non enim est licitum sibi facere commatres. gloss. ibidem verbo filium subnectit. Ex Gregorio Valentino Abbati in can. peruenit ad nos, quod in monasterio tuo 20. 18. q. 2. Ratio-

tionem prohibitionis referens: *Ne ergo* (inquiens) *hac occasione humani generis inimicus sua eos (quod absit) calliditate decipiat*. Decreuitque Concilium Antissiodorense in *can. Monachi sibi compatres, commatresue non faciant: ne osculentur fœminas* 104. *de consecrat. distinct.* 4. Etiam si fuerit Abbas. ex eodem Concilio ibidem *can. non liceat Abbati, vel monacho de baptismo suscipere filios, nec commatres habere*. 103. eadē *de consecrat. distinct.* 4. In necessitate tamen poterit baptizare. ex Ambrosio in *can. doctos, ac probos monachos* 21. 16. *q.* 1. *gloss.* in *d. can. peruenit ad nos* 20. 16 *q.* 2. verbo *commatres*. & *d. can. non liceat Abbati* 103. verbo *nec commatres de consecrat. distinct.* 3. Extende etiā ad Canonicos regulares; quia eadem est ratio. *Nauar. consil.* 10. *lib.* 3. *de statu monachorum*. *Rodriquez quæstionum regularium tom.* 1. *q.* 34. *art.* 1. & 2. *Sanchez in opere morali tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 6. *num.* 24. *Barbosa in collect. ad sacrum Trident. sessione* 24. *de reformat. matrimonii cap.* 1. *num.* 14.

Monachus verò matrimonio assistens, vti parochus sine licentia parochi; vel solemniter baptizans, vel sacramentum extremæ vnctionis ministrans, vltra suspensionem ipso facto, est etiam excomunicatus excomunicatione sedi Apostolicæ reseruata. ex Clemente V. in Concilio Viennen. in *Clement.* 1. *de priuilegiis*. *Barbosa ad sacrum Tridentinum in collectanea, sessione* 24. *cap.* 1. *de reformatione matrimonii num.* 188. & 189.

Monachus nomine monasterii cōueniri debet pro successione aliqua, q̄ per monachū cōuenit Monasterio. Quia nimirum actio aduersus monachū, nomine proprio cōpetere minime pōt, cū monachus nihil habeat. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. de persona presbyteri, hoc attendendum est.* 38. 15. *quæst.* 1. ex Iustiniano Cæsare. eius verba referendo: *Si quis contra aliquem clericum, aut monachum, aut diaconissam, aut monastriam, aut ascetriam, habeat aliquam actionem, doceat prius Sanctissimum Episcopum, cui horum vnusquisque subiacet, ille vero causam inter eos deiudicet*. ibique *Glossa* verbo *aut monachum*.

Monasterii tamen bona exequi non poterunt pro debito monachi, si bona ipsa, quæ monacho data fuere, ad monasterium non peruenere. *Robertus Maranta* noster Proauus in *speculo. part.* 6. *in vltimo art. de executione sententiæ nu.* 43. *vers. septimo limita*. *Rota part.* 2. *in recentioribus decis.* 333. *nu.* 1. & *sequentibus*.

Monasteria sunt loca in quibus cœtus Domino seruiētum, conueniunt. Melchiades Papa in *can. futurā Ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebant* 15. *in finalibus verbis* 12. *q.* 1. dicens: *Ab illo etenim tempore, & deinceps viri religiosissimi non solùm possessiones, & prædia, quæ possederant, sed etiam semet ipsos Domino consecrarunt, ædificantes basilicas in suis fundis in honorē sanctorum Martyrum per Ciuitates, ac monasteria innumerata, quibus cœtus Domino seruientiū conuenirent*.

Monasterium vero faciunt tres monachi. *gloss.* in *can. si ex laicis quispiam* 1. verbo. *vbi congregatio* 10. *quæst.* 1. ex Lucio Papa in *cap. nullus in Ecclesia* 1. *in ipso principio extrà de electione, & electi potestate*. verba sunt Lucii: *Nullus in Ecclesia, vbi duo, vel tres fuerint in congregatione, nisi eorum electione canonica presbyter eligatur*. ibique plura *Gloss.* refert. verbo *duo*.

Monasterium duplex, pro monachis, & monialibus in vno loco fieri prohibitum fuit. ex Septima Synodo in *can. diffinimus minime duplex monasterium fieri* 21. 18. *q.* 2. in quo scilicet sint monachi, & monachæ, id est. ex Diuo Basilio: *Non habitent in vno monasterio Monachi, & monachæ*, rationem reddit subsequens: *Adulteriū enim intercipit cohabitationē, si habeat aditum monachus ad monacham, vel monacha ad monachum secreto singulariter ad collocutionem*.

Monasteria in solitudine magis, quàm in vrbibus ædificari debent; ne in seruorum Dei recessibus, & in eorum receptaculis vlla popularis conuentus præbeatur occasio: vel mulierum fiat illis introitus; quia non expedit animabus eorum, vt Gregorius Castorio Episcopo Ariminensi verba facit in *can. luminoso Abbate referente* 6. 18. *q.* 2. ibique *Gloss.* verbo *recessibus*. ex Hieronymo ad Paulinum de institutione monachi in *can. si cupis esse, quod diceris*, 5. 16. *q.* 1. qui sic fatur: *Si cupis esse, quod diceris monachus, id est solus; quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum?* Monasteria ergo in solitudinibus esse debent, non in vrbibus. ex *Gloss.* etiā ibidem verbo *solorum*. argumentum interēus *Quod monasteria non sunt construenda in vrbibus*. ex eodem Hieronymo ad Rusticum monachum de viuendi forma in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber*. 33. *in fine de consecrat. distinct.* 5.

Monasterii, vel monachorum disciplina ad eum pertinent Episcopum, in cujus sunt territorio constructa. ex Concilio Arelatensi in *can. monasteria, vel monachorum disciplina* 17. 18. *q.* 2.

Monasteria autem ædificanda non sunt sine cōscientia ipsius Ciuitatis Episcopi. ex Concilio Chalcedonensi in *can. quidam, monachorum habitu vtentes* 10. 18. *q.* 2. & ibidem ex Agathensi Concilio in *can. de monachis, monasteriū nouum* 12. & *can.* sequenti *cellas nouas* 13. Ex eodem Concilio eadem 18. *q.* 2.

Monasteria monachorum à cathedratici solutione Episcopis facienda exempta sunt facta. ex Concilio Toletano Septimo in *can. inter cætera denique* 8. *paulo ante in fin.* 10. *q.* 3. Neque ad tertiam, aut quartam decimarum diœcesana lege tenentur. ex Concilio Ilerdensi in *can. quam si necessarium monachorum quieti*. 5. *in fin.* 18. *q.* 2. Qui sequentibus decernit de monachis loquens, ex eo, quod solitarii esse debent: *Nullis canonicis iuribus deseruiant: sed remotis vexationibus, ac cunctis grauaminibus diuinum opus cum summa animi deuotione perficiant*. vbi *Gloss.* verbo *iuribus* exprimit quantùm ad legem diœcesanam. allegat 16. *q.* 1. *cum vtilitate*. vt notatur 1. *q.* 1. *in summa*. Vt neque missam solemnem in monasteriis celebrare Episcopus valeat conuocato populo,

pulo, nisi de voluntate fratrum. ex Gregorio Castorio Ariminensi Episcopo in *can. Abbas in monasterio* 2. ibique *Gloss.* verbo *missa.* & in *can. Luminoso Abbate referente* 6. 18. *quest.* 2. disponente Gregorio: *Missas quoque publicas in cœnobiis fieri omnino prohibemus: ne in seruorum Dei recessibus, & in eorum receptaculis vlla popularis conuentus præbeatur occasio.*

Monasteria monachorum ingredi non debent mulieres. ex Gregorio Valentino Abbati in *can. peruenit ad nos, quòd in monasterio tuo* 20. 18. *q.* 2. Hodie, tam ex Pii Papæ V. constitutione, quam Gregorii XIII. determinatione tam ingredientes mulies, quàm illas admittentes intra septa monasterii in excommunicationem incidunt. deduximus *respons.* nostra 25. *nu.* 3. 4. *& sequentibus part.* 3.

Monasterio nullum ius quæritur in his, quæ qui monasterium ingreditur, ante ingressum renunciauit: ex Authenticis in *can. si qua mulier, aut vir monasticam elegerit vitam* 9. 19. *q.* 4. ibique plene *Gloss.* verbo *non exstantibus. Rota part.* 2. *in recentioribus decis.* 587. *nu.* 9. *& sequentibus*, Et interim viuente monacho monasterium retinet vsumfructum bonorum relictorum ei, qui monasterium ingressus est, vita eius perdurante. ex *Gloss.* ibidem verbo *non extantibus in fine.*

Monasterii res alienari non possunt sine consensu & licentia Episcopi loci. Quod si Abbas id præsumpserit, Episcopus reuocabit. ex Concilio Agathensi in *can. in venditionibus, quas Abbates facere præsumunt.* 40. *in principio* 17. *q.* 4. Quid vero si res, alia in diœcesi existat? Episcopi loci, in cuius diœcesi est monasterium, licentia sufficit. ex *Glossa* ibidem verbo *Episcopi in fine. Fredericus de Senis cons.* 151. *in* 3. *colum. nu.* 5. *in fine vers: & Ideo si monasterium.*

Monasteria aut erigi, aut ædificari, vel construi non possunt sine licentia Episcopi loci, in quo ædificari monasterium, siue oratorii domus deposcitur. ex Chalcedonensi Concilio in *can. quidam monachorum habitu vtentes.* 10. *in principio.* 18. *q.* 2. & ibidem ex Agathensi Concilio in *can. de monachis monasterium nouum* 12. ibidemque *Gloss.* verbo *nouum.* dicens: In reparatione monasterii non requiri consensum Episcopi, quia non de nouo ædificatur. Sed postmodum à Bonifacio VIII. constitutio edita fuit in *cap. cùm ex eo, quod. vnico de excessibus prælatorum & subiectorum. in* 6. Qua decretum fuit, vt sine licentia sedis Apostolicæ noua monasteria ædificari non valeant, neque suscepta dimittere. Quam constitutionem innouans Clemens V. in Concilio Viennen in *Clementina cupientes eod* 3. *de pœnis.* excomunicationem etiam contrauenientibus adiecit. Postmodum verò Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 25. *cap.* 3. *de regularibus in fine*. decreuit: *Ne de cætero similia loca erigantur sine Episcopi in cuius diœcesi erigenda sunt, licentia prius obtenta.* Et demum per Clementem VIII. data forma procedendi per Episcopos. Et innouauere suis constitutionibus, & Gregorius XV. & demum Vrbanus VIII. gloriosę memoriæ. vide apud *Quarantam in summa bullarum* verbo *Monasteria, & Conuentus. Rota in recentioribus part.* 2. *decis.* 745. *Gratianus Forens. part.* 3. *cap.* 517. *num.* 18. meminimus *respons.* nostra 73. *num.* 42. *&* 43. *part.* 4.

Monasterium ingredi cogi nemo potest, nisi propter delictum, vt in illo pœnitentiam agat, vti de degradato respondit Eugenius Papa in *can. dictum est nobis, presbyteros propter suam negligentiam canonicè degradatos* 8. *distin.* 81. ibique *Gloss.* verbo *sæculariter.* Et idem decreuit Eugenius secundus in Synodo ab eo habita in *can. sicut, qui monasteria elegerunt* 9. 20. *quæst.* 1. Rationem reddens: *Quia quod non petunt, non obseruant. Ideoque tales considerandi sunt magis peccata commisere, quàm plangere.*

Moniales Virgines, nisi aut Epiphaniarum die, aut in albis Paschalibus, aut in Apostolorũ natalitiis sacrum velamen recipere non possunt. Ni mortis necessitas aliud suaderet. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. deuotis Deo Virginibus* 11. 20. *quæst.* 1. in Concilio Carthaginensi Tertio decretum fuit, vt ante 25. annos ætatis virgines non consecrentur. in *can. placuit, vt ante* 25. *annos* 14. *eodẽ* 20. *quęst.* 1. Et ita quoque statuit Pius Papa in *can. virgines non velentur ante* 25. *annos* 15. *eodem* 20. *quæst.* 1. Viduas autem velare pontificum nullus, attentet. Decreuit idem Gelasius Papa eodem *can. deuotis Deo virginibus* 11. *in fine eadem* 20. *quæst.* 1. Ab altari tamen ipsa velum suscipit, non à sacerdote; quia secundo nubit. ex Concilio Aurelianensi in *can. viduas, quæ spontanea voluntate* 16. 27. *quæst.* 1. ibique per plene *Gloss.* verbo *ab altari.* Rationes referens: Consecratio autem Virginum ab Episcopis fieri debet, non à simplici presbytero. Decretum fuit in Concilio Carthaginensi Secundo in *can. si tibi sanctitas vestra.* 1. 26. *quæst.* 6. Decreuitque Alexander Tertius Batonien Episcopo scribens in *cap.* 1. *de temporibus ordinationũ. & qualitate ordinandorum extra*, ibique *Gloss.* verbo *Virgines. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 27. *nu.* 55. *& sequentibus.* & in *collectaneis ad Sacrum Tridentinum sessione* 25. *cap.* 5. *de regularibus. nu.* 48.

Moniales professionem faciunt, emittuntque in manibus Episcopi, vel sacerdotis, non vero in manibus Abbatissę. ex Concilio Toletano X. in *can. vidua, quę sanctæ religionis obtinere propositum voluerit* 16. 20. *quęst.* 1. ibique *Gloss.* verbo vel ministro in fine rationem reddens: *Quia fœminis non licet imponere velum alicui.* Quod si fecerit pœna feritur. ex Eutichyano Papa in *c. statuimus; vt si Abbatissa* 5. 20. *q* 2.

Moniales sunt, quę professę sunt, se velle viuere secundum regulam Beati Benedicti, aut Basilii, aut Augustini. ex Innocentio Secundo in Concilio Romæ habito in *can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem* 25. 18. *quæst.* 2. Singularia ergo domicilia habere non debent. ibidem.

Mo-

Moniales veniunt appellatione filiarum nuptarum, vel nubendarum; nisi testator vocauerit filias maritandas, & descedêtes ab illis. *Rota* apud Card. *Caualerium decis.*401. *num.*6. vel quando discretiue loquutus fuerit. apud *eundem* in eadem causa *decis.*417.

Moniales namque nuptæ dicuntur, quia domino copulantur, vnde & adulteræ dicuntur, si corrumpi se permittant. ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. sicut bonum est castitatis premium* 1. *post medium* 27. *q.* 1. *Abbas cōs.* 111. *lib.* 2. *in principio*. Nomine ergo nuptarum comprehenduntur. *Card. Toletus lib.* 5. *cap.* 13. *in fine nu.* 4. *Rolandus à Valle cons.* 35. *nu.* 20. *lib.* 3.

Monialis, quæ propositum violauit, seque carnis macula corrumpi passa est, in ergastulum detrudi mandatur. ex Concilio Triburiensi in *can. impudicas, detestabilesque personas monachorum, atque monacharum* 11. 27. *q.* 1. & qui rê habuit cum ea excommunicationi subijcitur, ob sacrilegium. ex Concilio Aurelianensi in *can. si quis sacro velamine consecratam* 27. *eadē* 27. *q.* 1. vide *Triunfanum decis.* 24. *lib.* 2. Quia nimirum non mariti, sed Christi adulteræ est. vt Cyprianus loquitur in Epistola ad Pomponium de virginibus in *can. quod si pœnitentiam huius illiciti concubitus* 5. *post medium eadem* 27. *q.* 1. Et qui cum ea rem habuit illicitam, Sponsam Christi corrupit, & Deo mœchatus fuit. vnde si Clericus deponitur, si laicus excommunicatur. ex Sexta Synodo in Trullo in *can. si quis Episcopus, presbyter, diaconus* 6. *eadem* 27. *q.* 1. Quod si nuptis se iunxerint, vterque excommunicatus manebit. ex Concilio Calcedonensi in *can. si qua virgo se dicauerit Deo* 22. 27. *q.* 1.

Monialium monasteria Episcopo loci illius, sub cuius moderamine degunt, curæ sit earum causam, vtilitatesque disponere. Ille enim vitam competenti, regularique debet moderamine disponere, qui pro commissis earum animabus, compellitur reddere rationem. Gregorius scribit Virali defensori Sardiniæ in *can. cognouimus, quod monasteria seruorum Dei, vel etiam fœminarum* 19. 18. *quæst.* 2.

Monialibus præponendus, qui eis præsit, earumque curam gerat, ab Episcopo loci comprobari debet. ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. qui religiosis fœminis proponentur, est, ab Episcopo loci comprobetur* 11. 18. *q.* 1. Quia non debet esse, neque nimis iuuenis, vt *Gloss.* ibidem verbo *comprobetur*. subnectit: Neque Monachus. ex Glossella Marginali ibidem expendit. ex Pelagio Papa Antonię patricię, & Deciæ in *can. de præsentium portitore* 20. 16. *q.* 1. Quia vita monachorum est quies, oratio, labor manuum; non causarum cognitio, contentiones, actus, publica litigia &c. quemuis ex Concilio Hispalensi Secundo in *can. in decima actione communi consensu decreuimus* 24. 18. *q.* 2. In Bætica prouincia monachorum administratione, ac præsidio gubernentur. Rationem inferens Concilium: *Tunc enim salubria Christo dicatis virginibus; quando eis patres spirituales eligimus, quorum non solum gubernaculis tueri; sed etiam doctrinis ædificari possint*. Conuenientius ergo reguntur per viros spirituales, quàm seculares. Nō debet tamen monachus in monasterio cubare, neque singulariter cum monacha conuiuare. vt definitū fuit in Septima Synodo in *can. definimus minime duplex monasterium fieri* 21. 18. *q.* 2. & cum loquitur monachus cum monacha in præsentia Abbatissæ fabuletur per modica, & compendiosa verba, & in breui ab ea discedat. vt *ibidem*. Sancta Synodus.

Moniales sacra vasa, vel sacratas pallas contingere, & incensum circa altaria deferre prohibitum est, quia reprehensione dignum, si fiat. ex Sotero Papa omnibus Episcopis Italiæ. in *can. sacratas Deo fœminas, vel monachas* 25. *dist.* 23. Sacratas pallas. hoc est corporalia, exponit *Gloss.* ibidem. Neque apud eas manere debet clauis custodię, in qua Sāctissimum asseruatur. Sicuti neque sanctorum reliquię. decisum per Sacram Congregationem refert *Barbosa ad Sacrum Tridentinum sessione* 25 *de regularibus cap.* 9 *nu.* 6.

Moniales, quæ in domibus proprijs constitutæ siue viduę, siue puellæ, & habitū religionis susceperunt, sic viros postmodum duxerint, sunt à communione suspensæ, quousque, quod illicitè perpetrauerunt, emendent ex Concilio Toletano Quarto in *can. de viduis, & puellis, qua habitum religionis* 7. 27. *q.* 1.

Monialium est ad publicum non procedere, sed claustris monasterij contineri. ex Augustino in *can.* & *hoc att endendum est.* 5. 2. *in fine de consecratione dist.* 1. Neque commatres fieri neque conuersationes cum alijs habere, monachis præsertim. ex Gregorio Valentino Abbati in *can. peruenit ad nos, quod in monasterio tuo* 20. 18. *q.* 2. *Rota* apud *Coccinum decis.* 472. *nu.* 3. Non debent tamen esse otiosę, sed operari manibus. ex Hieronymo in *can. nunquam de manu tua, & oculis tuis* 34. *de consecrat. distinct.* 5. Non tamen propter hoc familiaritatem cum alijs tenere debent, quamuis propter paupertatem eas operari necesse sit. ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. ad reatum Episcopi pertinet.* 33. distinctio ibique per optime *Gloss.* verbo *vtil.* [illegible]

Monialem carnaliter cognoscens capite punitur, & bona eius monasterio addicuntur. Illa vero castiori monasterio detruditur pœnitentiam acturą. ex nouellis Iustiniani Imperatoris à Gratiano deducta in *can. si quis rapuerit, vel solicitauerit, vel corruperit.* 30. 27. *q.* 5. vide *Franciscum Marcum decis.* Delphinatus 964. *part.* 1. [illegible]

Sancta Monica mater Sancti Augustini Mediolanum vsque eum sequuta fuit; quæ cùm inuenisset Ecclesiam ibi non ieiunantem Sabbatho, cœpit fluctuare, quid ageret. Augustinus S. Ambrosium consuluit, qui respondit: *Cùm Romam venio ieiuno Sabbatho, cùm Mediolani sum, non ieiuno*. Augustinus ad Ianuarium in *can. illa autem,* 12. *in fine distinct.* 12.

Mora vitari debet, vbi timetur periculum. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum

scopum in *can. baptizari autem, vel enixam mulierem* 3. *in fine distinct.* 5. Rationem reddente: *Ne dum adhuc tempus ad praebendum redemptionis mysterium quaeritur, interueniente paululùm Mora, inuenire non valeat, qui redimatur.* De puero mox nato baptizando verba faciente. Ibique *Gloss.* verbo *Mora*. Namque Mora vnius alterius operari damnum minime debet. ex Vlpiano lib. 22 ad Edictum in *l. si longius spatium intercessurum erit* 18. §. *si filius familias ex aliqua noxa ff. de Iudiciis*, & *vbi quis agere, vel conueniri debeat*. Propter enim absentiam patris permittitur filio agere; vbi alias non posset absque eius consensu. ex *Bart.* in summario. Rationem reddit Vlpianus: *Ne dum pater expectatur, impunita sint malefitia.* Mora ergo vnius alteri damnum afferre non debet. idcirco vitari debet dum timetur periculum.

Morbi ex saturitate nimia concitantur: Multique impatientiam gulę vomitu remediantur: Et quod turpiter ingesserunt, turpius egerunt. Hieronymus aduersus Iouinianum lib. 2. in *can. ne tales accipiamus cibos* 29. §. *Cùm variis nidoribus fumant patinae. de consecratione distinct.* 5.

Morbo pestifero congrua est adhibenda medela. ex Vrbano IV. alias V. in *extrauaganti sanè, ne in vinea Domini nostrę (licet insufficientibus meritis) commissa custodię.* 1 §. *nos igitur huic morbo pestifero cupientes congruam adhibere medelam &c. de simonia. inter communes*. Inde est, quod putres corporis partes debent ferro abscindi: *Ne sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit salutem reliquae carnis putredinis suę contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suae perditionis inficiant*: Prosper lib. 2. de vita contemplatiua in *can. Ecce autē crimina quorumlibet* 18. *circa finem* 24. *quaest.* 3. Morbo ergo pestifero congrua est adhibenda medela.

Morbis necessaria adhiberi medela debet. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap. legitima suspitionis causa contra Iudicem assignata* 2. *circa finem de appellationibus in* 6. verba sunt Innocentii: *Volentes igitur morbo huiusmodi necessariam adhibere medelam: statuimus &c.* vbi *Gloss.* verbo *morbo* infert: *morbum inde dictum, quia ex illo mors oritur*. Idcirco morbis medendum. Inde ergo dixit ille

*Principiis obsta; serò medicina paratur,*
*Cùm mala per longas conualuere moras.*

Morbis proinde statim remediis occurrendū. & vt Hieronymus in Epistolam ad Galatas à Gratiano relatus in *can. resecandę sunt putridę carnes* 16. 24. *quaest.* 3. docuit satis apte: *Resecandae sunt putridae carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus massa corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Arius in Alexandria vna scintilla fuit; sed quia non statim oppressa, totum orbem eius flamma populata est.*

Mores hominum communi vsu approbati legē constituūt. ex Isidoro in *can. omnes leges, aut diuinae sunt, aut humanae* 1. *dist.* 1. inquit enim: *Diuinę natura, humanę moribus constant: ideoque hę discrepant; quoniam alię aliis gentibus placent.* Commune ergo ius legibus, & moribus cōstat. vnde

Mos est longa consuetudo de moribus tantummodo tracta, vt idem definit Isidorus in *can. mos est longa consuetudo* 4. *eadem distinct.* 1. Quod ergo non est contra fidem, neque contra bonos mores indifferenter obseruandum est. ex Hieronymo ad Lucinium in *can. illud breuiter te admonendum puto* 4. *dist.* 12. subsequens: *traditiones Ecclesiasticas, pręsertim quę fidei non officiunt ita obseruandas, vt à Maioribus tradita sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuerti.* Quia consuetudo vnius Ecclesiae non subuertitur per consuetudinem contrariā aliarum. ex *Glossa* ibidem verbo *contrario more*.

Mores sunt, quę fulgent, & nobilitant hominem, non loca. ex Gregorio in *can. nos, qui presumus* 3. *distinct.* 40. verba sonant Gregorii: *Nos, qui pręsumus, non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus, nec vrbium claritate, sed fidei puritate.* Nam alioqui ex Symmaco Papa Laurentio Mediolanensi Episcopo post Sextam Synodum Romanam in *can. vilissimus* 45. 1. *q.* 1. Vilissimus computandus est, nisi praecellat scientia, & sanctitate, qui est honore praestantior.

Mores mali damna plurima afferunt: *Multum enim distant damna morum à damnis rerum temporalium, cùm ista extra nos sint; illa verò in nobis*: verba sunt Gratiani in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum ampliùs, quàm debent laudant* 11. §. *verùm hac auctoritate prohibentur spirituales à carnalibus accusari. in fine* 6. *q.* 1.

Mors ingreditur per portas oostras. ex Ioanne Papa Isaac Syraculano Episcopo in *can. visis litteris charitatis vestrę* 1. *non longe post principium* §. *conatur namque à principio ruinę suę vnitatem Ecclesię rescindere* 16. *quaest.* 2. verba excipe Ioannis: *Vnde oportet (quantum fragilitati nostrae conceditur) vt omnes aditus nocendi eius versutiae diligentissimè muniamus: ne mors ingrediatur per portas nostras.* Per portas. id est per sensus corporeos, quibus mediantibus peccatum transit ad nos. *Gloss.* Ibidem exponit.

Mors iniquis, & sontibus infligitur, non vt ipsa mors noceat; sed peccatum, quod augeri posset dimsnuatur. Augustinus in *can. ea vindicta, quę valet ad correctionem, non prohibetur.* 51. §. *magni autem, & sancti viri.* 25. *quęst.* 4.

Mors solatium est miseris, & vita supplicium. verba sunt Archadii & Honorii Cęsarum in *l. quisquis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris.* 5. *ante medium* §. *filii verò eius, quibus vitam. in fine C. ad legem Iuliam Maiestatis*. Relata à Gratiano in *can. si quis cum militibus, vel priuatis.* 22. *antè medium* 6. *q.* 1. Verba sunt Cęsarum: *Sint postremo tales, & his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium.* Nam ex Augustino in *can. ea sen-*

*dicta quę valet ad correctionem, non prohibetur* 51.§.*magni autem,& sancti viri* 23.q.4. Non ipsa mors nocet, sed peccatum. Verba excipe Augustini. *Magni autem,& sancti viri, quãquam optimè scirent, mortem illam, quę animam dissoluit à corpore, formidandam non esse, secundum eorum tamen animum, qui illam timerent, non nulla peccata morte puniertunt: quo & viuentibus vtilis metus incuteretur: & illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viuerent, diminueretur. Non temere illi iudicabant, quibus tale iudicium donauerat Deus.* Ita Augustinus.

Mors animam dissoluit à corpore; & tamen formidanda non est, nisi peccatum. ex Augustino in d. *can. ea vindicta, quæ valet ad correctionem* 51.§.*magni & sancti viri*.23.q.4. Quæ paulo ante retulimus. Nam mors est recessus animæ à corpore. ex Aristotele. sequiturque frater *Bernardinus d. Bustis part.2. sermone* 36. *in 3. parte sermonis in 3. causa mortis*. Et Mors fit per separationem animæ à corpore. ex *S. Thoma quolibeto* 2.q.2.*art*.3.*sed contra, & in corpore*.

Mors omnia soluit, siue magis dissoluit. Vnde Gregorius in moralibus ad verba illa Canticorum. *Fortis est vt mors dilectio. in can. valida est, vt mors dilectio* 4.*de pœnitentia distinct*.2. Sequentibus verba illa interpretatur: *Virtuti etenim mortis dilectio comparatur. Quia nimirum mentem, quam semel cœperit, à delectatione mundi funditus occidit.* Id est remouet à delectatione, sicut mors remouet ab omni actu terreno. Dicit lex: *mors omnia soluit.* ita *gloss.* ibidem verbo *occidit*. quæ verba *mors omnia soluit*. mutuata est à Iustiniano Cæsare in §. *deinceps autem in authentico de nuptiis, collatione* 4. & Institutionibus. *quibus modis tutela finitur*.§. *simili modo*. ibique *Gloss.* verbo *morte*. multa refert *Boerius decis.* 316. Et Seneca in Oedipo.

*Labimur saeuo rapiente fato.*
*Ducitur semper noua pompa morti.*

Seneca vero moralis philosophus ad Lucillum epistola 26. scribit: *Quotidie morimur, quotidie demitur aliqua pars vitę: & tunc quoque cùm crescimus, vita decrescit.* plura frater *Bernardinus de Bustis part.2. sermone* 36. *in 3. parte sermonis in 2. causa mortis.* Deduximus nos plura, nec contemnenda *respons.* nostra 39. *num.* 1. *& sequentibus.* & *respons.*92. *num.*16. *part.*4.

Mors, quod puniret in Christo, nihil inuenit. Augustinus in *can. non regenerabantur* 135. *in fine de consecrat. distin.* 4. illum excipe: *In aqua baptizari voluit à Ioanne, non vt eius iniquitas vlla dilueretur; sed vt magna commendaretur humanitas. Ita quippe nihil in eo baptismus habuit, quod ablueret, sicut mors nihil, quod puniret, inuenit.*

Mortis esca in ligno pependit, in Cruce verò pependit vitę alimentum. Illius esus meruit læsionem, istius gustus intulit sanitatem. ille gustus sauciauit, & gustus sanauit. Vide quia vnde vulnus est ortum, prodiit & medela; & vnde mors subiit, exinde vita euenit. Clemēs V. in Concilio Viennen in *Clement. vnica de reliquiis, & veneratione sanctorum* §. *ex ministris etiam spiritum superiorem nobilitat, & sublimat hominis dignitatem*. Vt vnde mors oriebatur, inde & vita resurgeret; & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur, vt Ecclesia canit in prefatione de Cruce. & notat *gloss.* ibidem verbo *euenit* & *gloss. in clemen. vnica de summa trinitate, & fide catholica* verbo *Cruci*, de qua præfatione, octauo loco meminit Pelagius Secundus in *can. Inuenimus has nouem prefationes* 71. *de consecrat. distinct.* 1.

Morti quantò vicinior quis efficitur, tantò solicitior, atque timidior esse debet. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum *in can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit* 24. *post medium. distinct.* 76. Senem illum exhortans ac dicens; *Vt aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta leuitate morum, & operum peruersitate compescas. Quantò morti vicinior efficeris, tantò fieri solicitior, atque timidior debes.* Et quidem perpendere hoc debemus. Quod enim sequitur æternum est, Numquã, semper, ęternum. numquam finietur. semper durabit. æternum erit, siue bonum, siue malum.

Mortem timere non debet Prælatus pro defensione Ecclesię, Ambrosii exemplo, qui ad Marcellinam sororem scribens *in can. conuenior ipse à comitibus, & tribunis, vt basilicę fieret matura traditio* 21. *paulò post principium*. 23.q.8. sequentibus infert; *Si patrimonium petitur inuadite; Si corpus occurram, si vultis in vincula rapere, vel vultis in mortem, voluptas est mihi, non ego me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo vitam obsecrans, sed pro altaribus gratior immolabor*, vbi *gloss.* verbo *pro altaribus*. sic infert: *Videtur, quod Prelatus mortem debet subire, non solum vbi fides, vel salus Ecclesię impugnatur, sed etiam vbi res, vel claues Ecclesiæ auferuntur.* Ex Hieronymo in Ionam prophetam *in can. non est nostrum* 11.23.q.5. dicente: *Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter excipere.* Deducitque Gratianus *in can. aduersitas, quæ bonis votis obiicitur* 48. §. *hoc tunc seruandum intelligitur*.7.q.1. Nec diuersimodè ipsemet Ambrosius ad Auxentium in oratione de tradendis basilicis in *can. si tributum petit Imperator, non negamus*. 27.11.q.1. in fine, inferens consequentiam: *Tollant eos si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego.* explicat *gloss.* ibidem verbo *sed non nego*. dicens: *Corporaliter me opponendo; quia pro temporalibus me morti opponere non debeo: pro altaribus libenter immolabor.* ex eodem Ambrosio *can. conuenior* 23.q. *vltima*. Mori ergo Episcopotum est pro defensione Ecclesiæ.

Mori non potest, qui non vixerit. Augustinum excipe in *can. si baptizata est caro Christi* 132.§. *sacramentum enim baptismi. de consecrat. dist.*4. Qui sequentibus verba prosequitur: *Sacramentum enim baptismatis sacramentum est regenerationis. Quare sicuti, qui non vixerit, mori non potest; ita qui natus non fuerit renasci non potest.*

Mortem timere naturale est. vnde dicebat Christus (*Matthæi* 10.28.) Apostolis: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere*. Rationem reddit Chrysostomus in *can. nolite timere eos, qui occidunt corpus* 86. 11. q. 3. dicês: *Ne forte propter timorem mortis non libere dicatis, quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure soli audistis*. Non itaque naturalem remouet timorem mortis, sed ne propter timorem mortis, veritatem reticeamus, vt *glo*. ibidem verbo *nolite timere* aduertit, subsequens: *Naturale enim est quemlibet timere, & horrere mortem. Vnde Iesus eam timuit, sicut legitur; Cæpit Iesus pauere, & tedere. & alibi; Pater si possibile est transeat à me calix iste. sed dicit, ne in tantum timeamus eam, vt per eius timorem aliquid contra iustitiam agamus: vel quod nobis per scripturam, vel magistros, vel per reuelationem diuinam reuelatum, substineamus*. Nam alias.

Mortem potius, & mala omnia quisque tolerare debet, quàm malo consentire. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur?* 3. 32. q. 2. Verba sonant Augustini: *Sed cum pudicitia virtus sit animi, comitemq; habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quam malo consentire decernat*. Malo, hoc est peccato. exauditur. hoc est malum super omnia mala. deducit *gloss*. in *cap. si quandoque à sacerdotibus & auctoribus Ecclesiæ* 5. 5. *est etiam & adhanc. sanctam Sedem perlatum* 25 q. 4. verbo *erroris*. Et canon ille, qui est Alexandri Papæ, de malo peccati loquitur. de eo qui timet, & vt effugiat, quod timet, in peccatum consentit.

Mortem languentibus videtur infligere, qui hanc, cùm possit, non excludit. *Vt enim Symmachus Papa ait: Non est grandis differentia an lethum inferas an admittas*. Ita Gratianus in *summa distinct*. 83. ibique plura congerit *glos*. verbo *inferas*. Nec diuersimode Ambrosius in *can. pasce fame morientem* 21. *distinct*. 86. verbis dicens: *Pasce fame morientem. Quisque enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti*. ibique *Gloss*. verbo *occidisti* dicens: Occidit *quis alium per subtractionem panis*. Ex Ecclesiastico 34. in *can. immolans ex iniquo oblatio est maculata* 1. 14. q. 5. sequentibus proferente: *Panis egentium vita pauperis est. Qui aufert in sudore panem, homo sanguinis est*. Quia occidit hominem.

Morte nihil certius, Dies tamen mortis incertus est. *Statutum est enim hominibus semel mori*. Apostolus ad (*Hebræos* 9. 27.) Et tamen dies mortis incerta. Ideo Dominus dixit (Lucæ 12. 40) *Et vos estote parati: quia, qua hora non putatis, filius hominis veniet*. Est ergo incerta hora mortis, & si mors certissima. Vlpianum etiã ad hanc rem certissimam firmandam adducimus lib. 3. ad Quintum Mutiũ in *l. 1. §. dies autem incertus est ff. de conditionibus, & demonstrationibus*. Qui sequentibus fatur: *Dies autem incertus est, cùm ita scribitur: Hæres meus cùm morietur decem dato: nam diem incertum habet mortis suæ: & ideo si legatarius ante discesserit, ad hæredem eius legatum non transmisit, quia non cessit dies viuo eo; quamuis certum fuerit hæredem moriturum*. Sicut ergo morte nihil certius, nihil tamen incertius hora mortis. Simus ergo parati: quia, qua hora non putamus, veniet. diximus *respons*. nostra 31. *num*. 10. & *sequentibus ad* 25. *part*. 5. Vnde dixit sapiens: (Ecclesiastici 7. 37.)

Mortuo non prohibeas gratiam, sciens quoniam omnes moriemur. Quia omnia, quæ de terra sunt, in terram conuertentur. idem Ecclesiasticus 40. 1. deduxitque Gratianus ex Concilio Triburiensi in *can. in Ecclesiastico namque scriptum est* 14. 13. q. 3.

Mors itaque certa est, sed hora, & dies incerta. deduximus *respons*. nostra 18. *num*. 33. *part*. 5.

Morte, qui cito rapitur, vitæ termino citiùs occupatus dicitur. ita Gregorius Mariano Episcopo Rauennati scribens in *can. dudum ad nos multorum relatione peruenerat* 27. *non lõge post principium* 18. *q*. 2. De eius prædecessore Episcopo Rauennate verba faciens: *Sed quoniam vitæ est termino citius occupatus. ne hoc onus monasteriis remaneret, fraternitati vestræ hæc eadem nos scripsisse recolimus &c*. Vitæ ergo termino occupari dicitur, qui moritur. Sicuti etiã: *Mortis vocatione præuentus*. Ex Nicholao Papa in *can. ex epistola Simplicii Papæ Seuero, & Florentino Episcopis directa* 13. *circa finem distinct*. 23. sic enim infert: *Qui propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus*.

Morte præoccupatus, siue morte præuentus, examini Diuino relictus dicitur, vnde humano iudicio accusari non potest. ex Nicolao Papa in *can. ex epistola Simplicii Papæ* 13. *circa finem distinct*. 23. Dicente illo de eo, qui mortis vocatione præuentus fuerat. *Sed quia iam ille examini Diuino relictus, humano iudicio accusari non potest*. Et eisdem verbis ex Concilio Toletano in *can. quorundam clericorum* 14. *in fine eadem distinct*. 23.

Mortuos sepelimus, quia carnis resurrectionem credimus. Resurrectura enim sunt corpora mortua. vnde Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis in *can. non æstimemus ad mortuos* 19. §. *corpori autem humano quid quid impenditur*. 13. *quæst*. 2. Augustini verba sonant de Gentilibus verba facientis: *Et si hac faciũt, qui carnis resurrectionem non credunt; quantò magis debent facere qui credunt? vt corpori mortuo, sed tamen resurrecturo, & in æternitate mansuro impensum eiusmodi officium, sit etiã quodammodo eiusdem fidei testimonium*. Est ergo hoc signum, quod credimus futuram resurrectionem, vt *Gloss*. ibidem verbo *vt resurrecturo* infert. docetque Anastasius Papa ad Nerianum in *can. habent forsitan illi instans longi doloris excusationem* 27. *eadem* 13. *quæst*. 2. ex illo Apostoli: (1. ad Thessalonic. 4.) *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini, sicut & cæteri, qui spem non habent*.

Mortui vero apud memorias Martyrum sepeliuntur, vt orationibus, & intercessionibus Martyrum ipsorum iuuentur. ex eodem Augustino eodem *can. non æstimemus ad mortuos*

tuos 19. 13. q. 1. qui sequentibus rem aperit: *Quod verò quisque apud memoriam Martyrum sepelitur; hoc tantum mihi videtur prodesse defuncto, vt commendans eum, etiam martyrum patrocio affectus pro illo supplicationis augeatur.* deduximus respons. nostra 18. nu. 36. 37. *& sequent. part. 5.*

Mortuum tangentes, in veteri lege, erant immundi septem diebus. (*Numerorum* 19. 11. & 12.) Hinc (*Ecclesiastici* 34. 30.) deducitur: *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? Sic homo, qui ieiunat in peccatis suis quis exaudiet?* Quæ verba Gregorius in pastorali part. 3. admonitione 31. in *can. baptizatur quippe à mortuo* 16. *de pœnitentia distinct.* 3. sequentibus clariora reddit: *Baptizatur quippe à mortuo, qui mundatur fletibus à peccato: sed post baptisma mortuum tangit, qui culpam post lachrymas repetit.* Sicuti ibidem in can. antecedenti *Lauamini mundi estote* 15. prosequitur: *Post lauacrum enim mundus esse negligit; quisquis post lacrymas vitę innocentiá non custodit. Lauantur ergo, & nequaquam mundi sunt, qui commissa flere non desinunt: sed rursus flenda committunt.* Concinitque Cyprianus ad Magnum in *can. nec quemquam mouere debet* 127. §. *qui tetigerit cadauer hominis. de consecrat. distinct.* 4.

Mortuos plangere, ex pusillanimitate contingit. ex Chrysostomo in *can. vbicūq; sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo eius* 26. 13. q. 2. qui sequentibus fatur: *Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.* sequiturque Gratianus ibidem §. *hoc autem.* Deducens illud Apostoli (1. ad Thessalonic. 4.) *Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini.* sed addit: *Sicut & cæteri, qui spem non habent.* subdens: *Pietatis namque affectu & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: sicut non nullos Sanctorum aliorum exequiis pias lachrymas impendisse legimus.* & *Gloss.* 1. ibidem adducit illud:

*Mollius ossa cubant manibus tumulata suorum.*

& ex Concilio Tolerano Tertio in *can. qui diuina vocatione ab hac vita recedunt* 28. *eadem* 13. q. 2. Post dicta verba Apostoli prosequitur Concilium: *Et Dominus* (Ioannis 11.) *non fleuit Lazarum mortuum, sed ad vitæ huius plorauit ærumnas resuscitandum.*

Mortuos suscitauit Christus: in errore verò mortuos non suscitauit. Pelagium Papam Faustlo Magistro fungenti legatione apud Constantinopolim in *can. legatur, ex quo est religio Christiana* 1. *circa finem* 24. q. 2. dicentem excipe: *Mortuos suscitasse Christum legimus; in errore mortuos absoluisse non legimus. Et qui certè hoc faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mandat Apostolo: Quæ ligaueris super terram, ligata erunt & in cælis; & quæ solueris super terram, erunt soluta, & in cælis. Super inquit: Nam in hac ligatione defunctum, nunquā dixit absolui.* Nam venia non conceditur nisi se corrigentibus. in initio

Mortuos tres suscitauit Dominus noster Iesus Christus Redemptor noster. Ita ipsius peccati tres sunt differentiæ, in corde, in facto, in consuetudine, tamquam tres mortes: *Vna quasi in domo. cum in corde consentitur libidini: altera, quasi iam prolata extra portam, cum in factum procedit assensio: tertia cum vi consuetudinis malæ, tamqua mole terrena premitur animus. quasi in sepulchro iam putent.* Augustinus lib. de sermo. Dom. in monte in *can. sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur; suggestione, delectatione, consensione* 21. *de pœnitentia distinct.* 2. vbi *Gloss.* verbo *tamquam.* carminibus ista notat.

*Tumba, puella, puer, Lazarus ista notant.*
*Hanc verbo; hunc motu; lacrymando suscitat illum.*
*Christus, & in medico nascitur æger homo.*

Perpenditque idem Augustinus de vera, & falsa pœnitentia in *can. quem pænitet omnino pæniteat, & dolorem lacrymis ostendat* 98. §. *Lazarum enim de monumento iam suscitatum. de pænitentia distin.* 1. Nam Lazarum suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum, per hoc ostendens potestatem soluendi sacerdotibus concessam. Nam in resurrectione filiæ Principis pauci interfuerunt, qui viderent. Non dum enim erat sepulta: non dum extra portam Ciuitatis delata, non dum extra domum in notitiam deportata. Quos enim extra inuenit, animaduertendum quomodo suscitauit. Flebat enim turba post filium viduę. Fleuit Martha; & Maria, supplicantes pro fratre. In quo docemur publicè peccantibus, non proprium, sed Ecclesiæ, sufficere meritum. ita Augustinus ibidem.

Mors insperata si quemquam pœnitentem non inuenit, proculdubio in ęternum peribit. ex Gregorio in *can. si quis neque sanctis pollens moribus.* 115. *in finalibus verbis* 1 *quæst.* 1. quia vt *Gloss.* ibidem verbo *mors* affirmat: *non valet pænitentia ad salutem, nisi perseueret vsque in finem.* ex Gratiano in *can. quis aliquando vidit Clericum citò pęnitentiam agentem?* 87. §. *his auctoritatibus asseritur. de pænitent. distinct.* 1. *col.* 2. *circa finem* §. *Item illud: in quacumque hora peccator conuersus fuerit &c.* subsequēs: *Conuerti dicitur, qui omnino vertitur: omnino vertitur cuius opus, vox, & cogitatio ita mortificationi desudat, sicut prius seruierat iniquitati.* Vnde est, vt

Moriens in peccato, neque sepultura Ecclesiastica dignus sit: *Quia eos sacra loca non liberant, sed culpa temeritatis accusat,* Vt Augustinus loquitur in *can. quibus peccata dimissa non sunt à sacris locis post mortem adiuuari non possunt.* 16. 13. *quæst.* 2. Neque oblationes pro eis offerre liceat. ex Gregorio Papa Secundo Bonifacio Episcopo in *can. pro obeuntibus quippe consuluisse dignosceris* 21. *eadem* 13. *quęst.* 2. ibique *Gloss.* verbo *pro impiis,* exaudiens hoc in casu certo, secus verò in dubio. *Glossa* quoque in *cap. quoniam in omnibus ferè locis* 3. *de vsuris* verbo *accipiant sepulturam.* ex Augustino in *can. non æstimemus* 19. *eadem* 13. *quęst.* 2. illis verbis: *Sed quia non discernimus qui sint; oportet ea pro regeneratis omnibus facere, vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hæc beneficia possint, & debeant peruenire.* sequitur-

que

què *Gloss.* in *cap. ex parte parentum M. nobis est intimatum* 11. verbo *communicabatur. extrà de sepulturis. Repertorium Inquisitorum* verbo *sepultura* 3. *quilibet in peccato. Genuensis in praxi cap.* 76. *de sepulturis nu.* 10. *Perez de Lara de cappellanis lib.* 1. *cap.* 21. *nu.* 4. & 5. Potissimum vero, si qui moritur, in paschate communionis præceptum impleuit, & non moritur in actu peccati, quia præsumitur contritus. vti de meretrice, quę in paschate communicauerat, respondit *Nauarrus cons.* 6. *lib.* 3. *de sepulturis.* & sequuti nos fuimus *respons.* nostra 2. *nu.* 28. & 29. *part.* 4. diximusque ad rem *respons.* 60. *nu.* 24. *part.* 3. Deducitque *Glos.* in *cap. cum creatura non habeat, quid pro meritis respondeat Creatori.* 11. *extrà de celebratione missarum.* verbo. *pro anniuersariis.* Et ex Concilio Brachatensi primo in *can. placuit, vt qui sibi ipsis voluntariè, aut per ferrum* 12. 23. *quæst.* 5. ibique *Gloss* verbo commemoratio. Disponitur enim de iis, qui euidenter in peccato moriuntur, vt neque Ecclesiastica illis sepultura tribuatur.

Mortuus si dubitetur an baptizatus fuerit, quia inter Christianos, vt Christianus, vixit, baptizatus præsumitur. ex Augustino ad Vincentium, & Victorem lib. 3. de anima, & eius origine in *can si eos de quibus non scriptum est, vtrum fuerint baptizati* 148. *de consecrat. distinct.* 4. ibidemque *Glossa* verbo *contendimus.* ex Innocentio Tertio Episcopo Cremonen in *cap. Apostolicam sedem consulere decreuisti.* 2. *de presbytero non baptizato.* ibique *gloss.* verbo *ab originali.* & verbo *Beati Ambrosii.* Secùs vero est de viuente, quia potest baptizari. vt *Gloss. in d. can. si eos* 148. verbo *contendimus* adnotat.

Mortuus excommunicari non potest, qui Dei iudicio reseruatus est, vt in superioribus diximus, ni tamen hęreticus fuerit, quia etiam mortuus anathematizari potest, quia iam in vita in excommunicationem dederat ab Ecclesia separatus. vt in prima actione quintæ Synodi legitur in *can. sanè profertur à quibusdam, qui dicunt oportere post mortem hæreticos anathematizari* 6. 24. *quæst.* 2. & ex Concilio Africano in *cap. si Episcopus hæredes instituerit extraneos* 3. *de hæreticis extra.* ibique *Gloss.* verbo *post mortem.* & sequitur *gloss.* in *cap. Iudæi, siue Saraceni* 5. *de Iudæis, & Saracenis, & eorum seruis.* verbo *permittantur.* paulo ante finem dicens: *Et ille Christianus est excommunicandus etiam post mortem* allegat 24. *quæst.* 2. *sane profertur.* in causa scilicet hæresis. Nam alioqui, qui mortuus est, præter crimen hæresis, excommunicari non potest; quia crimina morte extinguuntur. vt *Gloss. in d. cap. si quis Episcopus* 5. *de hæreticis* verbo *post mortem* prosequitur. & hæc est communis, & Theologorum, & Canonistarum sententia. prosequitur *Card. Toletus Institutione sacerdotali lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 8 *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 26. *q.* 2.

Mortuus, qui excomunicatus fuerat, si in mortis articulo signa ostenderit pœnitentię, & morte superueniente absolui non potuerit, poterit post mortem absolui. ex Innocentio Tertio Abbati Sancti Andræę in *cap. à nobis est sæpe quæsitum, vtrum si aliquis excommunicatus* 28. *de sententia excommunicat. extrà.* & dixit *gloss.* in *cap. sacris est canonibus institutum* 12. *de sepulturis.* verbo *non communicemus.* sequentibus interens: *nisi viuentes reconciliationem petierint, nec per eos stetisset: quia tunc absoluendi sunt post mortem. infra de sententia excommunicat. à nobis.* & ex Concilio Arausicano in *can. qui recedunt corpore pænitentia accepta* 7. 26. *quæst.* 6. & ex Concilio Epaunensi in *can. si quis excommunicatus fuerit mortuus.* 11. *eadem* 26. *quæst.* 6. plura deduximus nos *respons.* nostra 48. *num.* 32. 33. *ad finem vsque part.* 4. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 5. *cap.* 26. *q.* 3. Si tamen excomunicatio esset Papalis à Papa erit absolutio obtinenda. Secus tamen si in articulo mortis fuerit à simplici quoque sacerdote absolutus: Quia nulla tunc est reseruatio. *Gloss* d. *can. si quis excommunicatus fuerit mortuus.* verbo *oblationem.* & ibidem *Glossella* Marginalis. & nos pluribus *d. respons.* 48. *à nu.* 9. *cum sequentibus.*

Mors in memoria semper est habenda, & quilibet meminisse debet, quoniam terra est, & in terram ibit, & quoniam mors cuique futura est; & quod appropriat, & non tardat. ex Concilio Triburiensi in *can. in Ecclesiastico namque libro scriptum est.* 14. 12. *quæst.* 2. Quam ob causam præposterum, atque peruersum existimat Cyprianus Martyr in *can. quam præposterum est, quamque peruersum* 25. *eadem* 13. *quæst.* 2. Quãdo euocat nos, & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis imperio paremus: obnitimur, & reluctamur, & peruicacium more seruorum ad conspectũ Domini cum tristitia, & mœrore perducimur; exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cœlestibus honorari, ad quæ venimus inuiti.

Mortis in articulo constituto sacramenta denegari non debent, quamuis in pœnitentiæ statu fuerit, nec adimpleuerit, quod morte præueniatur; quia periclitanti succurrendũ est. ex Concilio Carthaginensi Secundo in *can. Aurelius Episcopus dixit.* 5. 26. *q.* 6. ibidemque ex Concilio Martini Bracharensis in *can. si quis de corpore exiens* 6.

Morte sequuta hominum, animæ locantur eorum, sicut vnaquęque digna est, vel requie, vel ærumna pro eo, quod sortita est in carne, dum viueret. Releuantur autem animæ defunctorum pietate viuentium, cùm pro illis sacrificium mediatoris offertur, vel eleemosynę in Ecclesia fiunt. ex Augustino in Enchiridio in *can. tempus, quod inter hominis mortem* 23. 13. *q.* 2. & ex Gregorio Papa Secundo Bonifacio Episcopo in *can. animę defunctorum quatuor modis soluuntur* 22. *eadem* 13. *q.* 2.

Mortui nesciunt quid hic agatur. Possunt tamen scire, vel ab iis, qui moriuntur, & ad eos vadunt, & quatenus sinuntur indicare; vel ab Angelis, qui rebus, quę aguntur hic, præsto

ſto ſunt, ſecundum quod vnumquemque illorum audire debere iudicat. ex Auguſtino de agenda cura pro mortuis in *can. fatendum eſt, neſcire quidem mortuos, quid hic agatur. 29. 13. quæſt. 2.* Beati verò in ſpeculo Trinitatis vident, ſicut Angeli; iuxta illud Gregorii: *Quid eſt, quod neſciant, qui videntem omnia vident?* Gloſſa in §. antecedenti Gratiani. *de mortuis etiam quæritur.* verbo *ſciant*. ibidem. & *Gloſſella* Marginalis ibidem.

Mortuis ita proſunt, quæ offeruntur ſacrificia, & oblationes, ſi pro multis offerantur, ac ſi pro vno. ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum 24. de conſecrat. diſtinct. 5.* circa finem. cuius ſunt verba: *Dum igitur pro cunctis animabus pſalmus, vel miſſa dicitur, nihil minus, ac ſi pro vno quolibet ipſorum diceretur, accipitur.* Sed *Gloſſa* ibidem verbo *dum igitur*. propoſitionē non ſimpliciter exaudit: ſed de ipſo ſacerdote; quia tantum valet ei, vt miſſam celebret pro centum, ſicut pro vno. Equidem, & ſi plane Miſſę ſacrificium quoad ſe infiniti ſit valoris, quia in illo Chriſtus offertur Deus, & homo, cuius merita infiniti ſunt valoris; finito tamē modo applicatur nobis, ita vt minus proſit cuiq; ſi pro multis offeratur, ac ſi pro vno. plurimus *Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 20. q. 3. & cap. 21. Card. Tolet. Inſtructionis ſacerdotalis lib. 2. cap. 6. Nauar. man. cap. 25. nu. 121. & de oratione miſcellaneo 38. nu. 57.*

Moriturus iam, vt poſſit ſacramentaliter abſolui à Confeſſario, ſat eſt ſi motum, vel ſignum aliquod edat, quo carpatur ipſum pœnitere ſuorum peccatorum. Quod ſi non id valeat morbi grauatus magnitudine, ſat erit ſi per prius pœnitentiam petierit, & vel vnus id afferat ſacerdoti confeſſario. ex Concilio Carthaginenſe Quarto in *can. is, qui pœnitentiam in infirmitate petit 8. 26. quæſt. 6.* Et expreſſiſſimè decreuit Leo Papa Theodoro Foroliuienſi Epiſcopo ſcribens in *can. multiplex miſericordia Dei, ita lapſibus ſubuenit humanis 49. §. his autem, qui in tempore neceſſitatis, & in periculi vrgentis inſtantia de pœnitentia diſtinct. 1.* Rationem reddens: *Quia miſericordiæ Dei, nec menſuras poſſumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuerſio.* videndus *Card. Toletus Inſtructionis ſacerdotalis lib. 3. cap. 8. nu. 2.*

Mortuos non amittimus, ſed præmittimus; ideo non nimium contriſtandum. ex Cypriano *can. quam præpoſterum eſt; quamque peruerſum 25. in fine. 13. quæſt. 2.* dicente: *Vt conteſtarer aſſiduè, & publicè prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione Dominica de ſeculo liberatos, cum ſciamus non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, proficientes, & nauigantes ſolent.*

Mortui diabolica illuſione phantaſticè apparere dicuntur, vt Samuel apparuiſſe Sauli dicitur opera Phythoniſſę; quod fieri illo modo non potuit, ſed diabolus, vt adoraretur, in forma Samuelis apparuit. Deducit Auguſtinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præſtigiis 14. col. 3. 5. præterea quidā quærendum putant, quomodo ſcriptura narret Phythoniſſam Samuelem prophetam ſuſcitaſſe. 26. q. 5.*

Mortuos neque ligare, neque ſoluere poteſt Eccleſia de peccatis. Nam Chriſtus Petro dixit (Matthæi 16.) *Quę ligaueris ſuper terram, ligata erunt, & in cælis, & quę ſolueris ſuper terram, ſoluta erunt, & in cælis.* Super terram (inquit) *Nam in hac ligatione defunctum, nunquam dixit abſolui.* Gelaſius Papa Fauſto Magiſtro fungenti legationis officio apud Conſtantinopolim in *can. legatur ex quo eſt religio Chriſtiana 2. in fine 24. quæſt. 2.* vbi *gloſſ.* verbo *& in cælis.* ſic explicat: *Quodcumque ligaueris ſuper terram, hoc eſt inter viuos, quantum ad ipſum ligantem, quaſi dicat, dum tu es ſuper terram ligare potes, & mortuum tantum quoad Eccleſiā.* ita Gloſſa. & decreuit idem Gelaſius Papa vniuerſis Epiſcopis per Dardaniam, ſiue per Illiricum conſtitutis in *can. nec quiſquam omnino vobis perſuadeat. 4. eadem 24. quæſt. 2.* Rationem reddens, ac dicens: *Cęterum iam de eo, qui in Diuino eſt iudicio conſtitutus, nobis fas non eſt aliud decernere, præter id, in quo eum dies ſupremus inuenit.* Nam in eo loco quis cōuenitur, in quo reperitur. *Gloſſ.* ibidem verbo *inuenit.* ſubnectit.

Mortuo communicare poſſumus, cui communicauimus viuo: & contrà: Cui non communicauimus viuo, nec mortuo communicare debemus. ex Vrbano Secundo Guitmando Epiſcopo in *can. ſanè, quod ſuper Richardo filio Borelli 3. 24. q. 2.* Ex Leone Papa Ruſtico Narbonenſi Epiſcopo ſcribente in *can. de communione priuatis, & ita defunctis 1. eadem 24. q. 2.* Regulam dante; *Nos autem, quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non poſſumus.* ibique *Gloſſ.* verbo *non communicauimus.* Et regulam conuerſim proſequitur Innocentius Tertius Archiepiſcopo Eutonen. reſpondens in *cap. ex parte parentum M. nobis eſt intimatum 11. in fine de ſepulturis.* Rationem inferens: *Et cui communicabatur viuenti, communicandum ſit iam defuncto.* ibique plenè *Gloſſ.* verbo *communicabatur.* Et idem Nidroſien. Archiepiſcopo in *cap. ſacris eſt canonibus Inſtitutum 12. eodem de ſepulturis.* Idemque Innocentius Tertius Abbati ſancti Andreæ in *cap. ij nobis eſt ſæpè quæſitum 28. §. nec obſtat, quod Eccleſię legitur attributa poteſtas de ſententia excommunicati* reſpondens: *Et quod legitur: Non communicetur mortuo, cui non eſt communicatum, & viuo.* Plura deduximus *reſponſ.* noſtra *48. num. 8. & nu. 30. 31. & ſequentibus. part. 4.*

Mori peccato per quam optimum. Nam & per vitam nouam per baptiſmum peccato morimur. Vnde Apoſtolus (ad Roman. 6.) *An ignoratis,* (inquit) *Quoniam quicumque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus illi per baptiſmum in morte.* Ita etiam & paruuli, qui baptizantur in Chriſto, peccato moriuntur, quia in morte ipſius baptizantur. Id circo ibidem Apoſtolus concludit: *Sic vos exiſtimate mortuos*

qui-

*quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu.* Prosequitur Augustinus in Enchiridio in *can. vt ostenderet Apostolus nos mortuos esse peccato.* 133 *de consecrat. distinct.* 4. Optima sane mors, qua morimur peccato, viuimus autem Deo in Christo Iesu. Nam qui viuunt iniquitati mortui sunt, non viuunt. *Mors potius dicenda est, quàm vita; & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt.* Ex Augustino in libro de Ciuitate Dei in *can. qui sine Saluatore salutem vult habere* 7. 26. *q.* 2. Timendo mortem carnis tuæ mortem dabis animæ tuæ. *Quanta enim vita est confiteri Christum; tanta mors est negare Christum.* Idem loquitur Augustinus in *can. non solum abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christum* 85. §. *timendo mortem carnis tuæ* 11. *q.* 3.

Mors est animæ hypocrisis: *Qui enim hypocrita est, mortuus est.* Augustinus de communi vita clericorum in *can. volo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem* 10. §. *qui habere voluerit proprium* 12. *q.* 1.

Mortuus dicitur, qui vsuram facit, quia non viuit. Est ergo mortuus. ex Ambrosio libro de bono mortis in *can. si quis vsuram acceperit* 10. 14. *q.* 4. Ambrosium excipe: *Si quis vsuram acceperit, rapinam facit, vita non viuit.* Qui vita non viuit, mortuus vtique est, per peccatum.

Mortua opera dicuntur peccata. ex Apostolo (ad Hebræos 6.) illis verbis: nõ rursus iacientes fundamentum pœnitentię ab operibus mortuis. in *can. intermittentes inchoationis Christi sermonem.* 19. *de pœnitent. distin.* 4. Quamuis Gratianus ibidem §. *dicens opera mortua.* Opera mortua, dicat opera bona per prius quidem facta in gratia, quæ tamen per sequens peccatum erant mortua. Verba sunt Gratiani: *Dicens opera mortua, priora bona significat Apostolus, quę per sequens peccatum erant mortua: quia hi peccando priora bona irrita fecerunt. Hęc sicut peccando fiunt irrita, ita per pœnitentia reuiuiscunt, & ad meritum æternę beatitudinis singula prodesse incipiunt.* Sed est distinctio inter opera mortua, & mortificata. vt mortua dicantur, quæ in peccato fiunt, quamuis ex se moraliter bona. mortificata verò, quæ facta in gratia per peccatum superueniens mortificantur, & per subsequentem pœnitentiam reuiuiscunt. vti dicemus infra verbo opera mortua.

Mors gehennalis, mors dicitur æternalis: Quia qui impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur. vt Augustinus loquitur libro de pœnitẽtia in *can. nullus expectet quando iam non possit peccare.* 6. *in fine de pœnitentia distinct.* 7. Est enim mors, & æterna perditio, vt idem fatur Augustinus in *can. qui sine Saluatore salutem vult habere* 7. 26. *q.* 2. illis verbis: *mors potius dicenda est, quàm vita; & qui ea sectantur, si se non correxerint ad æternam perditionem tendunt.* Fugiamus ergo mortem æternam.

Motus animorum ex recentioribus factis solent turbulentius excitari. ex Augustino ad Marcellinum in *can. pœna illorum, quamuis de tantis sceleribus confessorum* 2. *in fine* 23. *q.* 5.

Motus primi non sunt puniendi. ex Gratiano in *can. cum ergo in singulis quibusque facinorum talis sit propositi varietas* 11. §. *item Noë cum verenda sua a Cham derisa cognosceret, filium eius Chanaam maledicens dixit.* 24. *q.* 3. vbi *Gloss.* verbo *Chanaan.* Rationem quærens, quare Chanaan filium Cham maledixerit, non ipsum Châ. respondet: *Vt ostenderet, quod primi motus non essent Puniendi.* Secus vero si motus deliberati essent. vt ostendit Augustinus contra Faustum in *can. homicidium lege vetitum putabatur non aliud esse* 28. *de pœnitentia distinct.* 1. verbis edicens; *Aperuit ergo Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari.* vbi *Gloss.* verbo *motum.* infert: *Post primum, qui in potestate nostra non est.* & Glossella Marginalis, & ipsa. *De hoc dicit Apostolus:* (motu scilicet primo) *Non quod volo bonum hoc ago.* Nam de motu deliberato gloss. ibidem verbo *aperuit.* Deducit dicens; *in Euangelio vbi dicit: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit mortis: si quis dixerit fratri suo Racha, reus erit concilii.* perpenditque de motu deliberato exaudiri dictum Euangelii. Gelasius Papa Rufino Episcopo scribens in *can. si Euangelica admonitio iracundiam* 13. *distinct.* 55. & de primis motibus loquitur *Gloss.* in *can. vir cum propria coniuge dormiens* 7. *circa finem.* 33. *quæst.* 4. verbo *voluptate.* circa finem. ex Card. *Toleto.* tamen. *Instructionis sacerdotalis lib.* 4. *cap.* 17. *nu.* 2. & *Nauar. in can. super tribus sceleribus. de pœnitent. distinct.* 1. *nu.* 6.

Motus volũtatis tres in homine cõsiderãtur: quidam primò primi motus primo secundi, & motus omnino liberi. motus primò primi sunt ita celeres, vt nullo modo sit in potestate hominis eos cohibere. in his neque meritum, neque peccatum est. Motus primo secundi, sunt quoque celebres, ita vt vix homo possit eos cohibere, potest tamen aliqua ex parte, sed imperfectè: & in his potest esse ratio peccati venialis, & ita etiam meriti. Motus verò omnino liberi, in quibus adest voluntatis libertas, & potest illos homo libera voluntate, & velle, & nolle, & cohibere. & in his consistit ratio peccati mortalis. Vide *Azorium Institutionum moralium part.* 1. *lib. cap.* 5. *q.* 2. & 3.

Mulier intra paradisum creata est, vir extra, & tamen hic melioris conditionis, quàm illa. Ambrosium lib. de paradiso in *can. illud autem animaduerte* 9. *distinct.* 40. loquentem excipe: *Illud autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum: vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur; & illa quæ meliore loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior reperitur.*

Mulier si pregnans mortua fuerit fœtu animato, an in Ecclesia sepeliri valeat, cum in illa paganorum cadauera sepelire non liceat, sed iactari foras. vt ex Concilio Aurelianensi in *can. Ecclesiam in qua paganus sepultus est*

27. de

stinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet.4. post principium dist.5.*

Mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet: *Quia ei naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc, quod inuita patitur, iustum non est, vt Ecclesiæ ingressu priuetur.* Disponit Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum scribens in *can. ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet 4. circa medium dist.5.* vnde *Gloss.* ibidem verbo *inuita* regulā infert generalem, siue regulatem: Quod quis inuitus patitur, non affert ei præiudicium.

Mulier aduersus se insequentem iniuriarum agere non potest, si in veste meretricali fuerit deprahensa. Ex Clemente Tertio in *cap. in audientia nostra 25 in fine de sententia excommunicationis extrā.* ibique *gloss.* verbo *iniuriarū.* ibidemque *Glossella* Marginalis Ioannis Andreæ dicens: *Cessat adulterium in illa, quæ venali forma, & meretricio more se vulgo præbuit.* Decernitque Vlpianus lib.77. ad Edictum in *l. item apud Labeonem quæritur 15.§ si quis virgines appellasset. ff. de iniuriis, & famosis libellis.* Verba damus Vlpiani: *Si quis Virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur: multò minus si meretricia veste, non matrum familias vestitæ fuissent. Si igitur non matronali habi u fœmina fuerit, & quis eam appellauerit, vel ei comitem abduxerit, iniuriarum non tenetur.* vbi *Glossella* Marginalis notat: quod *quis talis esse præsumitur prima facie, qualem eum indicant vestes esse.* Iniuriā autem facit honestę mulieri, qui eam vel insequitur, vel appellat. vnde iniuriarum tenetur. *Nauar. manuali cap.16. num.15.* Hanc ob causam

Mulier, quæ percutit clericum facto suam pudicitiam tentantem, in sententiam canonis non incidit. Secus vero si solis verbis appellasset. nisi fortassis nimis molestus esset, vt etiam facto repellere oporteret: & tale genus hominum hoc omnino meretur. *Auila de censuris part.2. cap 5 disputat.3. dub.13. in fine.* sequitur de Coninck *disput.14. de censuris dubio 15. num.194. vers. octauo mulier. Carolus de Graffis de effectibus Clericatus effectu 9. nu.310.*

Mulier, quamuis docta, & sancta viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præsumat. ex Concilio Carthaginense IV in *can. mulier quamuis docta, & sancta 29. de consecrat. distinct. 4.* Nec dissimiliter Augustinus libro quæstionum veteris testamenti in *can. mulierem constat subiectam dominio viri esse 17.33. q.5.* Vnde nullam auctoritatem habet: *Nec docere enim potest, nec testis esse, neque fidem dare, nec iudicare: quanto magis non potest imperare?* Eundemque textum Concilii Carraginensis IV. deduxit Gratianus in *can. mulier quamuis docta 29. distinct.23.* Rationem reddit *Gloss.* i. ibidem: *Hoc est enim sacerdotale officium.*

Mulier quę sibi comam amputauerit, sub specie religionis: cum Deus ad velamen, & ad memoriam subiectionis illi comam dederit; tamquam resoluens Ius subiectionis, anathema est. ex Concilio Grangrensi in *can. quæcumque mulier religioni iudicans conuenire 2. distinct.30.*

Mulier virilem habitum induens, quod id sibi vtilius existimet, anathemati subiicitur. ex Concilio Gangrensi in *can. si qua mulier suo proposito vtile iudicans 6. distinct.30.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem. *Quia magis est habilis ad meretricandum. Angelus in summa.* verbo *ornatus.* & verbo *fœmina.* Ex leuitate non peccare mortaliter, sed venialiter. ex *S. Thoma 2.2.q. 169. art.2.* Caietanus ibidem prosequitur. & *Villius decis.345. nu.9. & 10.* fuisse fustibus verberatam mulierem, & exulem a Ciuitate factam Luceriæ, refert.

Mulieres, quæ putant se cum Diana Dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempesta nocte pertransire, eiusque iussionibus velut Dominę obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari, decipiuntur, cum hæc omnino falsa sint, & à maligno spiritu talia phantasmata earum mentibus irrogantur; Et Sathanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, mentes earum, quas captiuas tenet, in somnis deludit; & solus spiritus hæc patitur. ex Concilio Aquirensi IV. in *can. Episcopi, eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant 12. §. illud etiam non est omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres. 26. quæst. 5.*

Mulieres religiosę in communi viuentes religiosorum modo: licet non propriis renunncient, nec professionem faciant regularem, sed viuunt vt in secularibus Ecclesiis canonici seculares; vti personę Ecclesiasticæ, & Deo deuotæ, sub ordinarii Iurisdictione sunt. ex Bonifacio Octauo in *cap. indemnitatibus monasteriorum monialium 43. §. supradicta siquidem ne dum in monasteriis in quibus sunt moniales. de electione, & electi potestate in 6.* Concinitque & Concilium Triburiense in *can. quicumque ex gradu Ecclesiastico 7. siue finali 12. q.5.* ibique *Glossa* verbo *de sanctimonialibus.* Rationem referens: *Quia vestem religiosam potest quis habere in domo propria.* Ex Concilio Tolerano Quarto in *can. de viduis, & puellis, quæ habitum religionis in domibus propriis mutauerunt. 7.27. q.1.* ibique plenè *Gloss.* verbo *propriis.* Et eadem causa & q. ex nouellis Iustiniani Cæsaris in *can. si quis rapuerit, vel sollicitauerit, vel corruperit assisteriam, vel diaconissam, vel monacham, vel aliam mulierem, religiosam vitam, vel habitum habentem. 30.* Meminitque Honorius Tertius Abbati Sancti Michaelis Abradeo diœcesis scribens in *cap. dilecta in Christo filia abbatissa 12. §. quo circa mandamus, quatenus. de maioritate & obedientia extrà.* ibique *Gloss.* verbo *canonicas.* Ita vt ab ordinariis locorum visitari debeant. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina attendentes, quod vbi gubernaculum disciplinę contemnitur 2. §. illas quoque mulieres, quæ vulgo dicuntur canoni-*

*nicę seculares.de statu monachorum, vel canonicarum regularium*. ibique *Gloss.* verbo *canonicę seculares*. Legitur quoque Cõstitutio Leonis X. in Concilio Lateranen in §. *Fratres autem, & sorores tertii ordinis*, nec non Mantellati &c. quam refert *Quaranta in summa Bullarum* verbo *priuilegia regularium fol. 402. & fol. 404.* vide *Vasquium Illustrium controuersiarum tom. 1. lib. 3. cap. 105. num. 58.* ex *Socino in cap. 1. de foro competent.* Docentem: mulieres si habitum, & viuendi modum assumant auctoritate superioris, gaudere priuilegio fori.

Mulieribus iudicare non permittitur. Nã mulieres verecundari debent, & viris subditas esse: nec pro aliis postulare possunt. ex Gratiano in *summa* 15. q. 3. *in fine*. ex illo Apostoli ad (*Ephesios* 5. 21.) contestantis; *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris; sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ipse, Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus*. Vnde Imperator Iustinianus in *l. optimam quæstionem, & frequenter in Iudiciis versatam* 14. §. *cum itaque satis vtile est in contractibus, & seruos adhibere, C. de contrahenda, & committenda stipulatione*. Disponit non passim in contractibus mulieres adesse oportere, *Quas naturalis pudor non omnibus perperam se manifestare concedit*. Et ex Digestis Gratianus textum deducit in *can. ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis* 2. §. *non est permissum mulieri*. eadem 15. q. 3. quo decernitur: *Non est permissum mulieri publico Iudicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum, liberorumque, & patroni, & patronę, & eorum filii, filiaue, nepotis, nepitisue mortem exequantur*. Nisi videlicet vel suam, vel suorum prosequatur iniuriam. vt *Gloss.* ibidem verbo *non est permissum*. perpendit. prosequiturque in *can.* sequenti.

Mulier ordinari ad ordines, & sacerdotium minime potest. ex Gratiano in *summa* 15. q. 3. post principium. verba sunt Gratiani: *Mulieres autem non solum ad sacerdotium, sed nec etiã ad diaconatum proueħi possunt*. Quod si de facto ordinentur, characterem non recipiunt, impediente sexu, & Constitutione Ecclesiæ. vnde nec officium ordinum exercere possũt. verbis dicimus *Glossa* in *can. diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari*. 23. 27. q. 1. verbo *ordinari*. Et decreuit Soter Papa omnibus Episcopis Italiæ scribens in *can. sacratas Deo fœminas, vel monachas*. 23. *distinct*. 23. Vt neque sacra vasa, vel sacratas pallas contingere permittatur eis: neque incensum circa altaria deferre.

Mulieris nomen diuersimode accipitur. Vnde mulieres, etiam Virgines, in scripturis solent appellari. iuxta illud Euangelii: *Mulier Ecce filius tuus*. Ex Augustino in *can. merito hic quæritur etiam de voto virginitatis* 15. 32. q. 2. prosequiturque *Gloss.* in *can. mulier, si quidquam vouerit* 14. *eadem*. 32. q. 2. verbo *mulier*. Quia pro impubere sumitur, quandoque pro virgine. ex dicto loco Euangelii: *Mulier ecce filius tuus*. Quandoque etiam pro corrupta, Vnde.

Mulier vacans dicitur, quę virum non habet: sicut Episcopus vacans appellatur, qui Episcopatum non habet. ex Concilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus vacans* 8. *distinct*. 92. ibique *gloss.* verbo *Episcopus vacans*. Probat Martianus lib. 4. Institutionum in *l. qui cœtu, cõcursu, turba seditione, incendium fecerit* 5. §. *qui vacantem mulierem rapuerit, vel nuptam. ff. ad legem Iuliam de vi publica*. Vacantem, id est viduam. *Gloss.* ibidem explicat. plura perpendimus *respons.* nostra 24. *num.* 22. & 23. *part.* 5.

Mulier propter paupertatẽ abiecta, vel humilis dicitur. ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum, argumento petito in *can. legimus in Esaia: fatuus fatua loquẽs* 24. *col.* 2. §. *Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod presbyter non faciat? distinct.* 93. illis verbis. *Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel humiliorem Episcopum non facit: cæterum omnes Apostolorum successores sunt*. Ergo nec mulierem paupertas humiliorem, vel faciet vilem. vt *gloss.* ibidem verbo *& paupertatis*. Rationem reddens argumentatur, dicens: *Nam paupertas Ciuitatis non minuit prærogatiuam Regni. nec mulier propter paupertatẽ dicitur humilis*, vel abiecta Ex Valentiano, & Martiano Augustis in *l. humilem, vel abiectam fœminam* 7. *C. de incestis, & inutilibus nuptiis*. sequentibus enim verba Imperatores profeerunt: *Humilem, vel abiectam fœminam minime eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit: Vnde licere statuimus Senatoribus, & quibuscunque amplissimis dignitatibus prędictis, ex ingenuis parentibus natas, quamuis pauperes, in matrimonium sibi accipere; nullamque inter ingenuas, & opulentiores ex diuitiis, & opulentiore fortuna, esse differentiam*. ibique *Gloss.* verbo *opulentiores*. refert ex decreto 93. *distinct. c. legimus*.

Mulier lugere precipitur mortem viri sui, quia interim intra tempus luctus nubere non potest. ex Gratiano in *can. omne itaque nuptiarum bonum impletum est* 10. §. *Item in Deuteronomio. in fine* 27. q. 2. De sponsa verba faciens, ac dicens: *Item in legibus principium sponsa iubetur lugere mortem sponsi, tamquam viri sui*. Multoque magis quę vxor est, viri sui mortem lugere tenetur: quia intra tempus luctus cum alio contrahere non potest. Et causas enumerat *Gloss.* ibidem verbo *lugere*, id est intra tempus luctus non contrahere, & insignia luctus deferre.

Multa prohibentur, quæ tamen facta tenent: ex Alexandro Tertio Vigorien, & Baronen. Episcopis in *cap. ex litteris Cantuarien Archiepiscopo ad nos peruenit* 2. *de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ*. & ex Innocentio Tertio Bononien. Episcopo in *cap. vnico de clerico per saltum promoto*. notatque *Nauarrus consil.* 7. *sub num.* 1. *lib.* 4. *de cognatione spirituali*, fine

Multa tenent iam facta, quę ab initio prohibentur fieri. ex Fabiano Papa in *can. neque furiosus, neque furiosa* 26. 32. q. 7. Disponit enim Fabianus: *Neque furiosus, neque furiosa matri*mo-

*monium contrahere possunt: Sed si contractum fuerit, non separentur.* Quia multa iam facta tenent, quæ ab initio prohibentur fieri. Deducitur ex Vlpiano libro 26. ad Sabinum in l. *patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt* 8. *ff. de iis qui sui, vel alieni Iuris sunt.* Quærens enim: *Quid si in furore agente eo uxor concipiat, videndum est, an in potestate eius nascatur filius?* Respondet: *Nam furiosus licet uxorem ducere non possit, matrimonium tamen retinere potest: quod cùm ita se habet, in potestate filium habebit.* Notat ad rem nostram *Glossella* Marginalis ibidem: notat *Rota apud Card. Mâticam decis.* 14. *sub num.* 6. *in fine.* Quæ est etiam in impressis per *Farinacium post. 2. volumen consiliorum decis.* 58. *sub nu.* 6.

Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in Iudicium, exigente iustitia, non deberent tolerari. Innocentius Tertius Episcopo, & Cantori Tornacen. respondens in *cap. cum iam dudum* 18. §. *mandamus; quatenus si inueneritis predictum I. in fine de prebendis, & dignitatibus extrà.* ibique *Glos.* finalis. ibidem *Glossella* Marginalis Ioannis Andreæ.

Multi bene incipiunt, qui in malo vitam finiût. Gregorius in moralibus ad illud Euangelii apud Mattheum 10. *Non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit.* relatus in *can. multi bene incipiunt* 43. *de pœnitentia distinct.* 2. vbi *gloss.* sequentibus infert: Hic dici potest: *Cœpisti melius, quàm desinis. vltima primis cedunt; dissimiles hic vir, & ille puer.* Et plura deducit Gratianus ibidem in §. illud autem Gregorii, & in *can.* sequenti *citius ad hoc respondemus* 44.

Multorum sententiæ adherendum magis: quia semper præsumitur pro multitudine, & quod à pluribus recipitur, maioris est authoritatis. ex Augustino de doctrina Christiana in *can. in canonicis scripturis Ecclesiarum* 6. *distinct.* 19. ibique *gloss.* verbo *preponat* afferens: *Quod semper presumitur pro multitudine.* Ex Cœlestino Papa ad Episcopos Galliæ in *can nullus inuitis detur Episcopus* 14. *distinct.* 61. Et ex Sexta Synodo in *can. placuit huic sanctæ Synodo* 4. §. *Isidorus seruus Christi distinct.* 16. Vnde est argumentum: quod *potius statur ei, quod à pluribus, quàm quod à paucioribus dicitur.* Ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. puto, quod sine vlla sui contumelia* 35. §. *Cùm Petrus, à Paulo posteriore corripitur.* 2. *q.* 7. ibique *gloss.* verbo *quanto facilius.* referens 19. *dist. in canonicis.*

Multitudo est canonibus inimica. *Melius est enim Domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant.* Ex Clemente ad Iacobum Fratrem Domini in *can. tales ad ministerium eligantur clerici* 4. *distinct.* 23. Quia nimirum, vt *gloss.* ibidem verbo *multos* subnectit: *Multitudo onerosa nihil habet honesti.* Inuehiturque contra illos, qui allegant multa, & fortasse parum ad rem. ex Hieronymo in Amos Prophetam in *can. odi, & proieci festiuitates vestras* 28. *in fine* 24. *q.* 1. illis verbis; *Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita, causasque diiudicat. vnde & vidua, quę in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore prefertur: Quia Dominus non ea, quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium.* vbi *gloss.* verbo duo minuta infert: *Affectum dantis pensat censura Tonantis.* & illud etiam:

*Iuppiter vt centum taurorum sanguine fuso:*
*Sic capitur minimi thuris amore Deus.*

Nec dissimiliter idem Hieronymus in *can. non mediocriter errant* 24. *de consecratione dist.* 5. qui sequentibus verba profert: *Numquid verborum multitudine flecti Deus, vt homo potest? Non enim verbis (tantùm) sed corde orandus est Deus.* Multitudo itaque est canonibus inimica.

Multitudo in tribus completur. Tres enim multi esse dicuntur. ex Anacleto ad Episcopos Italiæ in *can. reliqui sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo.* 1. *distinct.* 67. *in fine.* ibi: *Cæterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest.* ibique *gloss.* verbo *trium.* dicens: *Sed ibi multi possunt dici tres.* ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. Episcopus cum ordinatur* 7. *distinct.* 23. illis verbis in fine: *reliqui omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.* Nam reliqui tres sunt. Multitudo ergo in tribus completur. Affertur locus Iustiniani Cæsaris *Institutionibus de Iure personarum* §. *vltimo.* verba sunt Iustiniani: *In seruorum conditione nulla est differentia: in liberis autem multę: aut enim sunt ingenui, aut libertini.* Quasi multa dicantur duo. sed *glossa* ibidem verbo *multę*, in tribus multa comprehendi: non improbat. Concilditque Concilium Bracharense Secundum in *can placuit, vt de ordinatione clericorum* 22. *in fine* 1. *q.* 1. illis verbis: *Deinde per multorum testimonium clericos ordinare.* vbi *gloss.* verbo *per multorum* sequentibus commentum agit: *Hic appellantur multi duo, vel tres.* Et huius sententiæ est *S. Thom.* 2. 2. *q.* 70. *art.* 2. *in corpore.* Quod multitudo in tribus comprehenditur. sed exprimit pluribus *Gloss.* in *can. commessationes, & ebrietates* 1. *distinct.* 44. verbo *cum multitudine.*

Multitudini parcendum est, & de sæueritate aliquid detrahendum. ex Augustino ad Aurelium Episcopum in *can. commessationes, & ebrietates.* 1. §. *non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, distinct.* 44. in ratione, quam affert: *Sic enim agendum est cum multitudine peccantium.* Magis scilicet, monendo, quam minando. ibique *gloss.* verbo *cum multitudine.* dicens: *Propter multitudinē detrahitur seueritati.* Scripsit Innocentius Papa Episcopis Macedoniæ in *can. quoties à populis. aut turba peccatur.* 14. 5. *quest.* 7. dicens illis: *Quoties à populis, aut turba peccatur, quia in omnes propter multitudinē non potest vindicari, inultum solet transire.* ibique *gloss.* verbo *propter multitudinē.* & ipsa argumentum ducens: *Quod parcendum est multitudini.* ex Augustino ad Bonifacium in *can. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *in fine distinct.*

50. verba damus Augustini: *Verù in huiusmodi causis, sibi per graues dissensionũ scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorũ strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* plura notat *Gloss.* ibidem verbo *detrahendum est*. sequitur *gloss.* in *summa 23. q. 4.* verbo *vindicta in fine*. Deducitur ex Innocẽtio Tertio Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. dilectus filius A. nuncius tuus 30. in fine principii. extra de simonia*. Dum Archiepiscopo scribit: *Dubitas igitur, an quia multitudo reperitur in causa, seueritati sit aliquid detrahendum?* vbi *gloss.* verbo *multitudo*. & ipsa infert: *propter multitudinẽ detrahendũ est seueritati*. Quãuis tamen certum sit quod:

Multitudo non excusat à delicto, vel pœna. ex Gregorio in *can. miratus valde sum 2. distinct. 93.* ibique *gloss.* verbo *ordinibus*. ex Augustino homilia de pœnitentia in *can. multi corriguntur, vt Petrus. 18. 2. q. 1.*

Multitudinis pompam quęrere sacerdotibus inimicum, & frustra putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. *Rarum est enim, quod magnum est*. Ex Zozimo Papa ad Hesichiũ Episcopum in *can. si officia secularia 2. in fine dist. 59.* Nec dissimiliter Hieronymus ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia 24. col. 3. 5. quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesiæ vendicas? dist. 93.* eius sunt verba: *Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit.*

Multitudinem medicamentorum inuenire fecit morborum multitudo. ex Augustino ad Bonifacium in *cap. vt constitueretur in Ecclesia 25. in fine dist. 50.* Rationem refert Augustinus: *Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum.* Ex ratione, quam reddit Hieronymus in prœmio Epistolæ ad Ephesios in *can. necesse est iuxta diuersitates locorum 3. in fine. dis. 29.* dicens: *Ne ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velit curare.*

Multitudo peccantium animosiores alios facere non debet. *Non enim propterea minus ardebunt, quod cum multis ardebunt.* Non ergo quęrant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant, quia plures inuenerint. ex Augustini verbis homilia de pœnitentia in *can. multi corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas 18. in fine 2. quęst. 1.* sic nempè Augustinus: *Non ergo illi, quos monemus agere pænitentiam, quęrant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant, quia plures inueniũtur. Nõ enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.* Vnde Diues ille in inferno sepultus (Lucæ 16. 19. & 28.) cùm esset in tormentis rogat Abraham: *Rogo ergo te pater, vt mittas eum* (Lazarum videlicet) *in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis; ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* In pœnis socios habere renuit.

Multitudo propter vnius delictum quandoque punitur. Sicuti vno peccante contra omnes ita Dei desęuit. ita quandoque Prælati dùm vni parcunt, *vniuersæ Ecclesiæ moliuntur interitum.* Ex Origine homilia 7. in Iosue in *can. sed illud non otiosè transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem venit 17. distinct. 45. in fine* rationem inferente: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur, sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente, plebs vniuersa polluitur.* Ex Ambrosii consequentia in *can. non turbatur nauis, quæ Petrum habet. 7. paulo post principium 24. q. 1.* quæ sic se habet: *Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem: ne per vnũ fluctuemus plurimi.* Concinitque Hieronymus in Epistolam ad Galatas in *can. resecandę sunt putrida carnes, & scabiosa ouis a caulis repellenda. 16. 24. q. 3.* inferens rationem: *Ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.* propterea Multitudo propter vnius delictũ quandoque punitur.

Multitudini in mali prælati electione non defertur. Quia communicãdum non est peccatis alienis ex Concilio Triburiense in *can. si quis Abbas cautus in regimine, humilis, castus. 15. 18. q. 1.* Qui electus remouendus: *Etiam si omnis Congregatio vitiis suis consentiens, eum Abbatem habere voluerit.*

Multitudo cum in scelere fuerit, vel ille, qui in scelere multitudinem habet socium, & corrigi non potest; fugiendum magis, quam cum multitudine peccandum; atque gemendum, & supplicandus Deus, vt boni illos euadere ab illorũ vastatione mereantur. ex Augostino cõtra Epistolã Parmeniani in *can. non potest esse salubris a multis correptio 32. 23. q. 4.*

Multitudinis credentium Apostolorum tempore erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, de his, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis erant communia; (Actum. 4.) nec quisquam egens erat inter eos. testatur Clemens Papa in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis. Hierosolymis 2. 5. istius enim consuetudinis more retento, etiam Apostoli. 12. q. 1.* Hoc verò, quia erant vinculo charitatis vniti: ex *gloss.* ibidẽ verbo *cor vnũ & anima vna.* & meminit Gratianus in *sũma dist. 8.*

Mundamini qui fertis vasa Domini. Dominus Esaię 52. pręcepit. Quia nimirum, vt Gregorius in *can. necesse est 93. 1. quæ. 1.* verbis loquitur: *Necesse est, vt esse munda studeat manus, quę diluere sordes curat: ne tacta quęque deterius inquinèt, si sordida ipsa stercoris lutum tenet: scriptum namque est: Mundamini, qui fertis vasa Domini: Domini enim vasa fuerunt, qui proximorum animas ad interiora perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiunt.* Vasa, id est subditorum animas. quia Dominus in eis sedet *Glossa* ibidem commentum agit.

Mundantur fideles, & à sorde purgantur peccatorum per pœnitentiam; vnde Dominus Malachię 3. *Et purgabit filios Leui.* inquit; quia secundum Apostolum Petrum Epistola 1. 4. *Tempus est, vt Iudicium incipiat à Domo Dei.* Quo loco Hieronymus in *can. & purgabit filios*

*lios Leui.15. distinct.50.* sequentibus infert: *Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi; vt purum aurum remaneat, & argentum: quid de cæteris est dicendum?* Qui ergo peccauerunt, *per pœnitentiam Deo placere incipiant cum omni fuerint peccatorum sorde purgati.*

Munditia duplex perpendi potest, & carnalis, & spiritualis, vt non solum corpore, sed mēte sint mundi, qui Deo adherent. Merito Ecclesia, qui altaribus deseruirent in castitate, decreuit: *Quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.* Ex Gregorio Petro Subdiacono Siciliæ in *can. ante triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ 1. dist. 31. in fine.* Et hoc factum fuit ex Gratiano ibidem §. *causa verò huius institutionis munditia sacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi possint vacare.* sequiturque Beda in *can. sacerdotibus, vt semper altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur. 2. eadem distinct.* 31. Prosequutusque fuit Leo Papa Rustico Narbonensi Episcopo scribens in *can. lex continentiæ eadē est altaris ministris, quæ Episcopis, atque presbyteris 10. eadem dist. 31.*

Munera sicuti quęrenda à Prælatis non sunt, ita vltrò delata, non sunt respuenda. ex Leone IV. ad Episcopos Brittanię in *can. de Eulogiis ad Sacra Concilia deferendis 8. distinctione 18.* vbi *Gloss.* Eulogia (inquit) dicuntur munera, quę deferunt subditi suis prælatis. *Quę, vt arbitror, non sunt rationabiliter quęrendę, nec vltro delatę respuenda.* Leo infert. Quia vt *Glos.* ibidē verbo *respuenda.* argumentatur: *Quædam licite possumus recipere, quę tamen petere prohibemur.* Decretumque fuit in Concilio Bracharense Secundo in *can. placuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi inuitantur 1.1. quæst. 2.* Verba sunt Concilii: *Non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur.* ibidemque *gloss.* verbo *munus aliquod.* Et ibidem *Glossella* Marginalis. verba damus Glossę: *Et ita habes vnum casum, in quo munus à manu potest recipi, scilicet pro operibus spiritualibus, ad quę quis tenetur. Alius casus est, ad qua quis non tenetur ex officio 12. quæst. 2 charitatem. secundum Raynaudum, & Goffredam.* ita Glossella. ex Gregorio Maximiano Syracussano Episcopo *d. can. charitatem tuam commonere curauimus* 45. 12. *quæst. 2.* Qui in fine de Visitatoribus loquens sic infert *Iustum namque est, vt illi consequantur stipendium; qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium.* ibique *gloss.* verbo *stipēdium.* Pręcipiebat propterea Deus (Exodi 23. 8.) *Ne accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorū.* Et (Deutoronomii 16. 19.) *Non accipias personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.*

Munus pro officio sacerdotali quandoque accipitur, vt apud Gratianum in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham 2. §. bis ita respondetur. 32. quęst. 4.* illis verbis: *nec electio muneris quęritur in successione generis.* Muneris. id est officii sacerdotalis *gloss.* ibidem subnectit. eodemque modo ex Ambrosio de Patriarchis in *can. dixit Sara ad Abraham. 3. in fine eadem 32. quæst. 4.* verba sunt Ambrosii: *Denique & Loth Sancti filiæ haut causam quęrendę posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit.* Muneris. id est officii, quo publice seruire humano generi videbātur. *Glossa* ibidem commentum defert.

Munus tripliciter perpendi potest: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Vnde cum Iustum virum describeret Prophera (*Esai. 33.*) ait: *Qui excutit manus suas ab omni munere.* Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebitè impensa. Munus à manu pecunia est. Munus à lingua fauor. Gregorius in Euangelia homilia 4 in *can. sunt non nulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt* 114. *1. quæst. 1.* Et meminit idem Gregorius in *can. qui rectè indicat, & præmium inde remuneurationis expectat. 66. in fine 11. quæst. 3.* Rationem in fine reddens: *Acceptio munerum præuaricatio veritatis est. Vnde & pro Iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, iste in excelsis habitabit.*

Munera dantem, & accipientē, faciunt pręuaricari à Iustitia. & qui iustitiam vendit, fraudem in Deum perpetrat. Tales ad veritatem non Iustitię defensio, sed amor præmii prouocat: quibus si spes nummi subtrahitur, cōfestim à Iustitię defensione recedunt. Gregorius in *can. qui recte iudicat, & pręmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. 66. 11. quęst. 3.* plura notat *gloss.* ibidem verbo *expectat.* & Cito violatur auro Iustitia; nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Isidorus loquitur in *can. pauper dùm non habet, quod offerat. 72. 11. q. 3.*

Munera vbi culpam redimunt, non amplius timetur: quia cito violatur auro Iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Isidorus de summo bono in *can. pauper dum non habet; quod offerat 72. 11. q. 3.*

Munera qui dat vel Clerico, vel laico, vt alterius presbyteri Ecclesiam surripiat, aut vacantem redimat, pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione turpis lucri gratia, deiicitur à Clero, & alienus existit à regula. ex Concilio Rothomagensi in *can. sancitum est, atque omnibus modis prohibitum 33. 7. quęst. 1.* Ita, vt nec etiam pro sepultura aliquid accipi valeat. vel peti; sponte verò oblatum recipi. ex Gregorio Ianuario Episcopo Sardinię in *can. quęsta est nobis Nereida fœmina clarissima. 12. 13. quæst. 2.* Rationem reddit in fine: *Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia: aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quęrere quolibet modo cōpendium.* Quędam enim fauore muneris acci-

pi

sto fine, secundum quod vnumquemque illorum audire debere iudicat. ex Augustino de agenda cura pro mortuis in *can. fatendum est, nescire quidem mortuos, quid hic agatur.* 29. 25. *quæst.* 2. Beati verò in speculo Trinitatis vident, sicut Angeli; iuxta illud Gregorii: *Quid est, quod nesciant, qui videntem omnia vident?* Glossa in §. antecedenti Gratiani. *de mortuis etiam quæritur.* verbo *sciant*. ibidem. & *Glossella* Marginalis ibidem.

Mortuis ita prosunt, quæ offeruntur sacrificia, & oblationes, si pro multis offerantur, ac si pro vno. ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum* 24. *de consecrat. distinct.* 5. circa finem. cuius sunt verba: *Dum igitur pro cunctis animabus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus, ac si pro vno quolibet ipsorum diceretur, accipitur.* Sed *Glossa* ibidem verbo *dum igitur*. propositionē non simpliciter exaudit: sed de ipso sacerdote; quia tantum valet ei, vt missam celebret pro centum, sicut pro vno. Equidem, & si plane Missę sacrificium quoad se infiniti sit valoris, quia in illo Christus offertur Deus, & homo, cuius merita infiniti sunt valoris; finito tamē modo applicatur nobis, ita vt minus prosit cuiq; si pro multis offeratur, ac si pro vno. pluribus *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 20. *q.* 8. & *cap.* 22. *Card. Tolet. Instructionis sacerdotalis lib.* 2. *cap.* 6. *Nauar. man. cap.* 25. *nu.* 121. & *de oratione miscellaneo* 38. *nu.* 57.

Moriturus iam, vt possit sacramentaliter absolui à Confessario, sat est si motum, vel signum aliquod edat, quo capiatur ipsum pœnitere suorum peccatorum. Quod si non id valeat morbi grauatus magnitudine, sat erit si per prius pœnitentiam petierit, & vel vnus id afferat sacerdoti confessario. ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. is, qui pœnitentiam in infirmitate petit* 8. 26. *quæst.* 6. Et expressissimè decreuit Leo Papa Theodoro Foroliuiensi Episcopo scribens in *can. multiplex misericordia Dei, ita lapsibus subuenit humanis, &c. his autem, qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia de pœnitentia distinct.* 1. Rationem reddens: *Quia misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio.* videndus *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 3. *cap.* 8. *nu.* 2.

Mortuos non amittimus, sed præmittimus; ideo non nimium contristandum. ex Cypriano *can. quam præposterum est, quamque peruersum* 25. in fine 13. *quæst.* 2. dicente: *Vt contestarer assiduè, & publicè prædicarem, fratres nostros non esse lugendos accersitione Dominica de sæculo liberatos, cum sciamus non eos amitti, sed præmitti; recedentes præcedere, proficientes, & nauigantes solent.*

Mortui diabolica illusione phantasticè apparere dicuntur, vt Samuel apparuisse Sauli dicitur opera Phythonissæ; quod fieri illo modo non potuit, sed diabolus, vt adoraretur, in forma Samuelis apparuit. Deducit Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis* 14. *col.* 3. 5. *prętereà quidā quærendum putant, quomodo scriptura narret Phythonissam Samuelem prophetam suscitasse.* 26. *q.* 5.

Mortuos neque ligare, neque soluere potest Ecclesia de peccatis. Nam Christus Petro dixit (Matthæi 16.) *Quę ligaueris super terram, ligata erunt, & in cælis, & quę solueris super terram, soluta erunt, & in cælis.* Super terram (inquit) *Nam in hac ligatione defunctum, nunquam dixit absolui.* Gelasius Papa Fausto Magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim in *can. legatur ex quo est religio Christiana* 2. in fine 24. *quæst.* 2. vbi *gloss.* verbo *& in cælis.* sic explicat: *Quodcumque ligaueris super terram, hoc est inter viuos, quantum ad ipsum ligantem, quasi dicat; dum tu es super terram ligare potes, & mortuum tantum quo ad Ecclesiā.* ita Glossa. & decreuit idem Gelasius Papa vniuersis Episcopis per Dardaniam, siue per Illiricum constitutis in *can. nec quisquam omnino vobis persuadeat.* 4. *eadem* 24. *quæst.* 2. Rationem reddens, ac dicens: *Cæterum iam de eo, qui in Diuino est iudicio constitutus, nobis fas non est aliud decernere prçter id, in quo eum dies supremus inuenit.* Nam in eo loco quis cōuenitur, in quo reperitur. *Gloss.* ibidem verbo *inuenit.* subnectit.

Mortuo communicare possumus, cui communicauimus viuo: & contrà: Cui non communicauimus viuo, nec mortuo communicare debemus. ex Vrbano Secundo Guitmando Episcopo in *can. sanè, quod super Richardo filio Borelli* 3. 24. *q.* 2. Ex Leone Papa Rustico Narbonensi Episcopo scribente in *can. de communione priuatis, & ita defunctis.* 2. *eadem* 24. *q.* 2. Regulam dante; *Nos autem, quibus viuentibus non communicauimus, mortuis communicare non possumus.* ibique *Gloss.* verbo *non communicauimus.* Et regulam conuersim prosequitur Innocentius Tertius Archiepiscopo Eutonen respondens in *cap. ex parte prudentiæ M. nobis est intimatum* 12. *de sepulturis.* Rationem inferens: *Et cui communicabatur viuenti, communicandum fuit eam defuncto.* & ibique plenè *Gloss.* verbo *communicabatur.* Et idem Nidrosien Archiepiscopo in *cap. sacris est canonibus Institutum* 12. *eodem de sepulturis*. Idemque Innocentius Tertius Abbati sancti Andreæ in *cap. à nobis est sæpè quæsitum* 28. §. *nec obstat, quod Ecclesię legitur attributa potestas de sententia excommunicat.* respondens: *Et quod legitur: Non communicetur mortuo, cui non est communicatum, & viuo.* Plura deduximus *respons.* nostra 48. *num.* 8. & *nu.* 30. 32. & *sequentibus. part.* 4.

Mori peccato per quam optimum. Nam & per vitam nouam per baptismum peccato morimur. Vnde Apostolus (ad Roman. 6.) *An ignoratis,* (inquit) *Quoniam quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus illi per baptismum in morte.* Ita etiam & paruuli, qui baptizantur in Christo, peccato moriuntur, quia in morte ipsius baptizantur. Id circo ibidem Apostolus concludit: *Sic vos existimate mortuos*

qui-

quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Prosequitur Augustinus in Enchiridio in can. vt ostenderet Apostolus nos mortuos esse peccato. 133 de consecrat. distinct. 4. Optima sane mors, qua morimur peccato, viuimus autem Deo in Christo Iesu. Nam qui viuunt iniquitati, mortui sunt, non viuunt. Mors potius dicenda est, quàm vita: & qui ea sectantur, si se non correxerint, ad æternam perditionem tendunt. Ex Augustino in libro de Ciuitate Dei in can. qui sine Saluatore salutem vult habere 7. 26. q. 2. Timendo mortem carnis tuæ mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita est confiteri Christum, tanta mors est negare Christum. Idem loquitur Augustinus in can. non solum. abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christum 85. §. timendo mortem carnis tuæ 11. q. 3.

Mors est animæ hypocrisis. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Augustinus de communi vita clericorum in can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem 10. §. qui habere voluerit proprium 12. q. 1.

Mortuus dicitur, qui vsuram facit, quia non viuit. Est ergo mortuus, ex Ambrosio libro de bono mortis in can. si quis vsuram acceperit 10. 14. q. 4. Ambrosium excipe: Si quis vsuram acceperit, rapinam facit, vita non viuit. Qui vita non viuit, mortuus vtique est, per peccatum.

Mortua opera dicuntur peccata, ex Apostolo (ad Hebræos 6.) illis verbis: nō rursus iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus mortuis in can. intermittentes inchoationis Christi sermonem. 19. de pœnitent. distin. 4. Quamuis Gratianus ibidem §. dicens opera mortua. Opera mortua, dicat opera bona per prius quidem facta in gratia, quæ tamen per sequens peccatum erant mortua. Verba sunt Gratiani: Dicens opera mortua, priora bona significat Apostolus, quæ per sequens peccatum erant mortua: quia si peccando priora bona irrita fecerunt. Hæc sicut peccando fiunt irrita, ita per pœnitentia reuiuiscunt, & ad meritum æternæ beatitudinis singula prodesse incipiunt. Sed est distinctio inter opera mortua, & mortificata, vt mortua dicantur, quæ in peccato fiunt, quamuis ex se moraliter bona: mortificata verò, quæ facta in gratia per peccatum superueniens mortificantur, & per subsequentem pœnitentiam reuiuiscunt, vti dicemus infra verbo opera mortua.

Mors gehennalis, mors dicitur æternalis: Quia qui impœnitens moritur, omnino moritur, & æternaliter cruciabitur. vt Augustinus loquitur libro de pœnitētia in can. nullus expectet quando iam non possit peccare. 6. in fine de pœnitentia distinct. 7. Est enim mors, & æterna perditio, vt idem fatur Augustinus in can. qui sine Saluatore salutem vult habere 7. 26. q. 2. illis verbis: mors potius dicenda est, quàm vita; & qui ea sectantur, si se non correxerint ad æternam perditionem tendunt. Fugiamus ergo mortem æternam.

Motus animorum ex recentioribus factis solent turbulentius excitari. ex Augustino ad Marcellinum in can. pœna illorum, quamuis de tantis sceleribus confessorum 2. in fine 23. q. 5.

Motus primi non sunt puniendi. ex Gratiano in can. cum ergo in singulis quibusque factum talis sit propositi varietas 11. §. item Noë cum verenda sua a Cham derisa cognosceret, puerum eius Chanaan maledicens dixit. 24. q. 3. vbi Gloss. verbo Chanaan. Rationem quærens, quare Chanaan filium Cham maledixerit, non ipsum Chā. respondet: vt ostenderet quod primi motus non essent puniendi. Secus vero si motus deliberati essent. vt ostendit Augustinus contra Faustum in can. homicidium lege vetitum putabatur non aliud esse 28. de pœnitentia distinct. 1. verbis edicens; Aperuit ergo Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari. vbi Gloss. verbo motum. interest: Post primum, qui in potestate nostra non est. & Glossella Marginalis, & ipsa. De hoc dicit Apostolus: (motu scilicet primo) Non quod volo bonum hoc ago. Nam de motu deliberato gloss. ibidem verbo aperuit. Deducit dicens; in Euangelio vbi dicit: Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit mortis: si quis dixerit fratri suo Racha, reus erit concilio. perpenditque de motu deliberato exaudiri dictum Euangelii. Gelasius Papa Rufino Episcopo scribens in can. si Euangelica admonitio tractandum 13. distinct. 55. & de primis motibus loquitur Gloss. in can. vir cum propria coniuge dormiens 7. circa finem. 33. quæst. 4. verbo voluptate. circa finem. ex Card. Toleto. tamen Instructionis sacerdotalis lib. 4. cap. 17. nu. 3. & Nauar. in can. super tribus sceleribus, de pœnitent. distinct. 1. nu. 6.

Motus voluntatis tres in homine cōsiderātur: quidam primò primi motus primo secundi, & motus omnino liberi. motus primò primi sunt ita celeres, vt nullo modo sit in potestate hominis eos cohibere. in his neque meritum, neque peccatum est. Motus primo secundi, sunt quoque celebres, ita, vt vix homo possit eos cohibere, potest tamen aliqua ex parte, sed imperfectè: & in his potest esse ratio peccati venialis, & ita etiam meriti. Motus verò omnino liberi, in quibus adest voluntatis libertas, & potest illos homo libera voluntate, & velle, & nolle, & cohibere, & in his consistit ratio peccati mortalis. Vide Azorium Institutionum moralium part. 1. lib. cap. 5. q. 2. & 3.

Mulier intra paradisum creata est, vir extra, & tamen hic melioris conditionis, quàm illa. Ambrosium lib. de paradiso in can. illud autem animaduerte 9. distinct. 40. loquentem excipe: Illud autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum: vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur; & illa quæ meliore loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior reperitur.

Mulier si pregnans mortua fuerit fœtu animato, an in Ecclesia sepeliri valeat, cum in illa paganorum cadauera sepelire non liceat: sed iactari foras. vt ex Concilio Aurelianensi in can. Ecclesiam in qua paganus sepultus est

stinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet.4. post principium dist.5.*

Mulier dum ex consuetudine menstrua patitur, prohiberi Ecclesiam intrare non debet: *Quia eis naturæ superfluitas in culpam non valet imputari: & per hoc, quod inuita patitur, iustum non est, vt Ecclesiæ ingressu priuetur*. Disponit Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum scribens in *can. ad eius verò concubitum vir eius accedere non debet 4. circa medium dist.5.* vnde *Gloss.* ibidem verbo *inuita* regulã infert generalem, siue regularem: Quod quis inuitus patitur, non affert ei præiudicium.

Mulier aduersus se insequentem iniuriarum agere non potest, si in veste meretricali fuerit deprehensa. Ex Clemente Tertio in *cap. in audientia nostra 25 in fine de sententia excommunicationis extrà.* ibique *gloss.* verbo *iniuriarũ.* ibidemque *Glossella* Marginalis Ioannis Andreæ dicens: *Cessat adulterium in illa, quæ venali forma, & meretricio more se vulgo præbuit.* Decernitque Vlpianus lib.77. ad Edictum in *l. item apud Labeonem quæritur 15. §. si quis virgines appellasset. ff. de iniuriis, & famosis libellis.* Verba damus Vlpiani: *Si quis Virgines appellasset, si tamen ancillari veste vestitas, minus peccare videtur: multò minus si meretricia veste, non matrum familias vestitę fuissent. Si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauerit, vel ei comitem abduxerit, iniuriarum non tenetur.* vbi *Glossella* Marginalis notat, quod *quis talis esse præsumitur prima facie, qualem eum indicant vestes esse*. Iniuriã autem facit honeste mulieri, qui eam vel insequitur, vel appellat. vnde iniuriarum tenetur. *Nauar. manuali cap.16. num.55.* Hanc ob causam

Mulier, quæ percutit clericum facto suam pudicitiam tentantem, in sententiam canonis non incidit. Secus vero si solis verbis appellasset. nisi fortassis nimis molestus esset, vt etiam facto repellere oporteret: & tale genus hominum hoc omnino meretur. *Auila de censuris part.2. cap.5. disputat.3. dub.13. in fine.* sequitur de *Conink disput.14. de censuris dubio 15. num.194. vers. octauo mulier. Carolus de Grassis de effectibus Clericatus effectu 9. nu.310.*

Mulier, quamuis docta, & sancta viros in conuentu docere, vel aliquos baptizare non præsumat. ex Concilio Carthaginense IV. in *can. mulier quamuis docta, & sancta 20. de consecrat. distinct. 4.* Nec dissimiliter Augustinus libro quæstionum veteris testamenti in *can. mulierem constat subiectam dominio viri esse 17. 33. q.5.* Vnde nullam auctoritatem habet: *Nec docere enim potest, nec testis esse, neque fidem dare, nec iudicare: quanto magis non potest imperare?* Eundemque textum Concilii Cartaginensis IV. deduxit Gratianus in *can. mulier quamuis docta 29. distinct.23.* Rationem reddit *Gloss.1.* ibidem: *Hoc est enim sacerdotale officium.*

Mulier quę sibi comam amputauerit, sub specie religionis; cum Deus ad velamen, & ad memoriam subiectionis illi comam dederit; tamquam resoluens ius subiectionis, anathema est. ex Concilio Grangrensi in *can. quæcumque mulier religioni iudicans conuenire 2. distinct.30.*

Mulier virilem habitum induens, quod id sibi vtilius existimet, anathemati subiicitur. ex Concilio Gangrensi in *can. si qua mulier suo proposito vtile iudicans 6. distinct.30.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem. *Quia magis est habilis ad meretricandum. Angelus in summa.* verbo *ornatus.* & verbo *fœmina.* Ex leuitate non peccare mortaliter, sed venialiter. ex *S. Thoma 2.2. q.169. art.2.* Caietanus ibidem prosequitur. & *Viuius decis.345. nu.9. & 10.* fuisse fustibus verberatam mulierem, & exulem a Ciuitate factam Luceriæ, refert.

Mulieres, quæ putant se cum Diana Dea paganorum, vel cum Herodiade, & innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, & multarum terrarum spatia intempesta nocte pertransire, eiusque iussionibus velut Dominę obedire, & certis noctibus ad eius seruitium euocari, decipiuntur, cum hæc omnino falsa sint, & à maligno spiritu talia phantasmata earum mentibus irrogantur; Et Sathanas, qui transfigurat se in Angelum lucis, mentes earum, quas captiuas tenet, in somnis deludit; & solus spiritus hæc patitur. ex Concilio Aquirensi IV. in *can. Episcopi eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant 12. §. illud etiam non est omittendum, quod quædam scelerata mulieres. 26. quęst. 5.*

Mulieres religiosę in communi viuentes religiosorum modo: licet non propriis renuncient, nec professionem faciant regularem, sed viuunt vt in secularibus Ecclesiis canonici seculares; vti personę Ecclesiasticæ, & Deo deuotæ, sub ordinarii Iurisdictione sunt. ex Bonifacio Octauo in *cap. indemnitatibus monasteriorum monialium 43. §. supradicta siquidem ne dum in monasteriis in quibus sunt moniales. de electione, & electi potestate in 6.* Concinitque & Concilium Triburiense in *can. quicumque ex gradu Ecclesiastico 7. siue finali 12. q.5.* ibique *Glossa* verbo *de sanctimonialibus.* Rationem referens: *Quia vestem religiosam potest quis habere in domo propria.* Ex Concilio Toletano Quarto in *can. de viduis, & puellis, quæ habitum religionis in domibus propriis mutauerunt. 7. 27. q.1.* ibique plenè *Gloss.* verbo *propriis.* Et eadem causa & q. ex nouellis Iustiniani Cæsaris in *can. si quis rapuerit, vel sollicitauerit, vel corruperit assisteriam, vel diaconissam, vel monacham, vel aliam mulierem, religiosam vitam, vel habitum habentem. 30.* Meminitque Honorius Tertius Abbati Sancti Michaelis Abraden diœcesis scribens in *cap. dilecta in Christo filia abbatissa 12. §. quo circa mandamus, quatenus. de maioritate & obedientia extrà.* ibique *Gloss.* verbo *canonicas.* Ita vt ab ordinariis locorum visitari debeant. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina attendentes, quod vbi gubernaculum disciplinę contemnitur 2. §. illas quoque mulieres, quæ vulgo dicuntur cano-*

*niez seculares de statu monachorum, vel canonicorum regularium*. ibique *Gloss.* verbo *canonicę seculares*. Legitur quoque Cõstitutio Leonis X. in Concilio Lateranen in §. *Fratres autem, & sorores tertii ordinis, nec non Mantellati &c.* quam refert *Quaranta in summa Bullarum* verbo *priuilegia regularium fol. 402. & fol. 404.* vide *Vasquium Illustrium controuersiarum tom. 1. lib. 3. cap. 105. num. 58.* ex *Socino in cap. 1. de foro competent.* Docentem: mulieres si habitum, & viuendi modum assumant auctoritate superioris, gaudere priuilegio fori.

Mulieribus iudicare non permittitur. Nã mulieres verecundari debent, & viris subditas esse: nec pro aliis postulare possunt. ex Gratiano in *summa 15. q. 3. in fine*. ex illo Apostoli ad (*Ephesios 5. 21.*) contestantis; *Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir caput est mulieris; sicut Christus caput est Ecclesiæ. Ipse, Saluator corporis eius. Sed sicut Ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres viris suis in omnibus.* Vnde Imperator Iustinianus in *l. optimam quęstionem, & frequenter in Iudiciis versatam 14. §. cum itaque satis vtile est in contractibus, & seruos adhibere, C. de contrahenda, & committenda stipulatione.* Disponit non passim in contractibus mulieres adesse oportere, *Quas naturalis pudor non omnibus perperam se manifestare concedit.* Et ex Digestis Gratianus textum deducit in *can. ex eo, quod prohibet lex Iulia de adulteriis 2. § non est permissum mulieri:* eadem 15. q. 3. quo decernitur: *Non est permissum mulieri publico Iudicio quemquam reum facere: nisi scilicet parentum, liberorumque, & patroni, & patronę, & eorum filii, filiaue, nepotis, neptisue mortem exequantur.* Nisi videlicet vel suam, vel suorum prosequatur iniuriam. vt *Gloss.* ibidem verbo *non est permissum*. perpendit. prosequiturque in *can.* sequenti.

Mulier ordinari ad ordines, & sacerdotium minime potest. ex Gratiano in *summa 15. q. 3.* post principium. verba sunt Gratiani: *Mulieres autem non solum ad sacerdotium, sed nec etiã ad diaconatum prouebi possunt.* Quod si de facto ordinentur, charactherem non recipiunt, impediente sexu, & Constitutione Ecclesiæ. vnde nec officium ordinum exercere possũt. verbis dicimus *Glossa* in *can. diaconissam non debere ante annos quadraginta ordinari. 23. 27. q. 1.* verbo *ordinari*. Et decreuit Soter Papa omnibus Episcopis Italiæ scribens in *can. sacratas Deo fœminas, vel monachas. 25. distinct. 23.* Vt neque sacra vasa, vel sacratas pallas contingere permittatur eis, neque incensum circa altaria deferre.

Mulieris nomen diuersimode accipitur. Vnde mulieres, etiam Virgines, in scripturis solent appellari. iuxta illud Euangelii: *Mulier Ecce filius tuus.* Ex Augustino in *can. merito hic quæritur etiam de voto virginitatis 15. 32. q. 2.* prosequiturque *Gloss.* in *can. mulier, si quidquam vouerit 14. eadem. 32. q. 2.* verbo *mulier*. Quia pro impubere sumitur, quandoque pro virgine. ex dicto loco Euangelii: *Mulier ecce filius tuus.* Quandoque etiam pro corrupta, Vnde

Mulier vacans dicitur, quę virum non habet; sicut Episcopus vacans appellatur, qui Episcopatum non habet. ex Concilio Antiocheno in *can. si quis Episcopus vacans 8. distinct. 92.* ibique *gloss.* verbo *Episcopus vacans*. Probat Martianus lib. 4. Institutionum in *l. qui cœtu, cõcursu, turba seditione, incendium fecerit 5. §. qui vacantem mulierem rapuerit, vel nuptam. ff. ad legem Iuliam de vi publica.* Vacantem, id est viduam. *Gloss.* ibidem explicat. plura perpendimus *respons.* nostra 24. *num. 22. & 23. part. 5.*

Mulier propter paupertatẽ abiecta, vel humilis dicitur. ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum, argumento petito in *can. legimus in Esaia: fatuus fatua loquẽs 24. col. 2. §. Quid enim facit excepta ordinatione Episcopus, quod presbyter non faciat? distinct. 93.* illis verbis. *Potentia diuitiarum, & paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel humiliorem Episcopum non facit: cęterum omnes Apostolorum successores sunt.* Ergo nec mulierem paupertas humiliorem, vel faciet vilem. vt *gloss.* ibidem verbo. *& paupertatis*. Rationem reddens argumentatur, dicens: *Nam paupertas Ciuitatis non minuit prærogatiuam Regni. nec mulier propter paupertatẽ dicitur humilis, vel abiecta* Ex Valentiano, & Martiano Augustis in *l. humilem, vel abiectam fœminam 7. C. de incertis, & inutilibus nuptiis.* sequentibus enim verba Imperatores proferunt: *Humilem, vel abiectam fœminam minime eam iudicamus intelligi, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit: Vnde licere statuimus Senatoribus, & quibuscumque amplissimis dignitatibus prẹditis, ex ingenuis parentibus natas, quamuis pauperes, in matrimonium sibi accipere; nullamque inter ingenuas, & opulentiores ex diuitiis, & opulentiore fortuna, esse distantiam.* ibique *Gloss.* verbo *opulentiores*. refert ex decreto *93. distinct. c. legimus*.

Mulier lugere pręcipitur mortem viri sui, quia interim intra tempus luctus nubere non potest. ex Gratiano in *can. omne itaque nuptiarum bonum impletum est 10. §. Item in Deuteronomio. in fine 27. q. 2.* De sponsa verba faciens, ac dicens: *Item in legibus principium sponsa iubetur lugere mortem sponsi, tamquam viri sui.* Multoque magis quę vxor est, viri sui mortem lugere tenetur: quia intra tempus luctus cum alio contrahere non potest. Et causas enumerat *Gloss.* ibidem verbo *lugere*. id est intra tempus luctus non contrahere, & insignia luctus deferre.

Multa prohibentur, quæ tamen facta tenent; ex Alexandro Tertio Vigorien, & Baronen. Episcopis in *cap. ex litteris Cantuarien Archiepiscopo ad nos peruenit 2. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesiæ*. & ex Innocentio Tertio Bononien. Episcopo in *cap. vnico de clerico per saltum promoto.* notatque *Nauarrus cons. 7. sub num. 1. lib. 4. de cognatione spirituali*. fine

Multa tenent iam facta, quę ab initio prohibentur fieri. ex Fabiano Papa in *can. neque furiosus, neque furiosa 26. 32. q. 7.* Disponit enim Fabianus: *Neque furiosus, neque furiosa matri-*

mo-

monium contrahere possunt: Sed si contractum fuerit, non separentur. Quia multa iam facta tenent, quæ ab initio prohibentur fieri. Deducitur ex Vlpiano libro 26. ad Sabioum in l. patre furioso liberi nihilominus in patris sui potestate sunt 8. ff. de iis qui sui, vel alieni Iuris sunt. Quærens enim: Quid si in furore agente eo vxor concipiat, videndum est, an in potestate eius nascatur filius? Respondet: Nam furiosus licet vxorem ducere non possit, matrimonium tamen retinere potest: quod cùm ita se habet, in potestate filium habebit. Notat ad rem nostram Glossella Marginalis ibidem: notat Rota apud Card. Mâticam decis. 24. sub num. 6. in fine. Quæ est etiam in impressa per Farinacium post. 1. volumen consiliorum decis. 58. sub nu. 6.

Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in Iudicium, exigente iustitia, non deberent tolerari. Innocentius Tertius Episcopo, & Cantori Tornacense respondens in cap. cum iam dudum 18. §. mandamus; quatenus si inueneritis prędictum I. in fine de præbendis, & dignitatibus extrà. ibique Glos. finalis. ibidem Glossella Marginalis Ioannis Andreæ.

Multi bene incipiunt, qui in malo vitam finiũt. Gregorius in moralibus ad illud Euangelii apud Mattheum 10. Non qui cœperit, sed qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit. relatus in can. multi bene incipiunt 43. de pœnitentia distinct. 2. vbi gloss. sequentibus infert: Hic dici potest: Cœpisti melius, quàm desinis. vltima primis cedunt; dissimiles hic vir, & ille puer. Et plura deducit Gratianus ibidem in §. illud autem Gregorii, & in can. sequenti citius ad hoc respondemus 44.

Multorum sententiæ adherendum magis: quia semper præsumitur pro multitudine, & quod à pluribus recipitur, maioris est auctoritatis. ex Augustino de doctrina Christiana in can. in canonicis scripturis Ecclesiarum 6. distinct. 19. ibique gloss. verbo pręponat asserens: Quod semper pręsumitur pro multitudine. Ex Cœlestino Papa ad Episcopos Galliæ in can. nullus inuitis detur Episcopus 14. distinct. 61. Et ex Sexta Synodo in can. placuit huic sanctæ Synodo 4. §. Isidorus seruus Christi distinct. 16. Vnde est argumentum: quod potius statur ei, quod à pluribus, quàm quod à paucioribus dicitur. Ex Augustino de baptismo contra Donatistas in can. puto, quod sine vlla sui contumelia 35. §. Cùm Petrus, à Paulo posteriore corripitur. 2. q. 7. ibique gloss. verbo quanto facilius. referens 19. dist. in canonicis.

Multitudo est canonibus inimica. Melius est enim Domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducant. Ex Clemente ad Iacobum Fratrem Domini in can. tales ad ministerium eligantur clerici 4. distinct. 23. Quia nimirum, vt gloss. ibidem verbo multos subnectit: Multitudo onerosa nihil habet honesti. Inuehiturque contra illos, qui allegant multa, & fortasse parum ad rem. ex Hieronymo in Amos Prophetam in can. odi, & proicci festiuitates vestras 28. in fine 24. q. 1. illis verbis; Non enim sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita, causasque audicat. vnde & vidua, quę in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore prefertur: Quia Dominus non ea, quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. vbi gloss. verbo duo minuta infert: Affectum dantis pensat censura Tonantis. & illud etiam:

Iuppiter vt centum taurorum sanguine fuso.
Sic capitur minimi thuris amore Deus.

Nec diuersimode idem Hieronymus in can. non mediocriter errant 24. de consecratione dist. 5. qui sequentibus verba profert: Numquid verborum multitudine flecti Deus, vt homo potest? Non enim verbis (tantùm) sed corde orandus est Deus. Multitudo itaque est canonibus inimica.

Multitudo in tribus completur, Tres enim multi esse dicuntur. ex Anacleto ad Episcopos Italiæ in can. reliqui sacerdotes a proprio ordinentur Episcopo. 1. distinct. 67. in fine. ibi: Cæterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest. ibique gloss. verbo trium. dicens; Sed ibi multi possunt dici tres. ex Concilio Carthaginensi Quarto in can. Episcopus cum ordinatur 7. distinct. 23. illis verbis in fine: reliqui omnes Episcopi qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. Nam reliqui tres sunt. Multitudo ergo in tribus completur. Affertur locus Iustiniani Cæsaris Institutionibus de Iure personarum §. vltimo. verba sunt Iustiniani: In seruorum conditione nulla est differentia: in liberis autem multę: aut enim sunt ingenui, aut libertini. Quasi multa dicantur duo. sed glossa ibidem verbo multę, in tribus multa comprehendi; non improbat. Concinitque Concilium Bracharense Secundum in can. placuit, vt de ordinatione clericorum 22. in fine 1. q. 1. illis verbis: Deinde per multorum testimonium clericos ordinare. vbi glos. verbo per multorum sequentibus commentum agit: Hic appellantur multi duo, vel tres. Et huius sententiæ est S. Thom. 2. 2. q. 70. art. 2. in corpore. Quod multitudo in tribus comprehenditur. sed exprimit pluribus Gloss. in can. commessationes, & ebrietates 1. distinct. 44. verbo cum multitudine.

Multitudini parcendum est, & de sæueritate aliquid detrahendum. ex Augustino ad Aurelium Episcopum in can. commessationes, & ebrietates. 1. §. non ergo aspere; quantum existimo, non duriter, distinct. 44. in ratione, quam affert: Sic enim agendum est cum multitude peccantium. Magis scilicet, monendo, quam minando. ibique gloss. verbo cum multitudine. dicens: Propter multitudinẽ detrahitur seueritati. Scripsit Innocentius Papa Episcopis Macedoniæ in can. quoties à populis, aut turba peccatur. 14. 5. quęst. 7. dicens illis: Quoties à populis, aut turba peccatur; quia in omnes propter multitudinẽ non potest vindicari, inultum solet transire. ibique gloss. verbo propter multitudinẽ. & ipsa argumentum ducens: Quod parcendum est multitudini. ex Augustino ad Bonifacium in can. vt constitueretur in Ecclesia 25. in fine distinct.

30. verba damus Augustini: *Verũ in huiusmodi causis, sibi per graues dissensionũ scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorũ strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* plura notat *Gloss.* ibidem verbo *detrahendum est*. sequitur *gloss.* in *summa* 23. q. 4. verbo *vindicta in fine.* Deducitur ex Innocẽtio Tertio Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. dilectus filius Nuncius tuus* 30. *in fine principii. extra de simonia.* Dum Archiepiscopo scribit: *Dubitas igitur, an quia multitudo reperitur in causa, seueritati sit aliquid detrahendum?* vbi *gloss.* verbo *multitudo.* & ipsa infert: *propter multitudinẽ detrahendũ est seueritati.* Quãuis tamen certum sit quod:

Multitudo non excusat à delicto, vel pœna. ex Gregorio in *can. miratus valde sum* 2. *distinct.* 93. ibique *gloss.* verbo *ordinibus*. ex Augustino homilia de pœnitentia in *can. multi corriguntur, vt Petrus.* 18. 2. q. 1.

Multitudinis pompam quærere sacerdotibus inimicum, & frustra putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. *Rarum est enim, quod magnum est.* Ex Zozimo Papa ad Isichiũ Episcopum in *can. si officia secularia* 2. *in fine dist.* 59. Nec dissimiliter Hieronymus ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia* 24. *col.* 3. 5. *quid paucitatem, de qua ortum est supercilium, in leges Ecclesiæ vendicas? dist.* 93. eius sunt verba: *Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemtibiles facit.*

Multitudinem medicamentorum inuenire fecit morborum multitudo. ex Augustino ad Bonifacium in *can. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *in fine dist.* 50. Rationem refert Augustinus: *Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum.* Ex ratione, quam reddit Hieronymus in prœmio Epistolæ ad Ephesios in *can. necesse est iuxta diuersitates locorum* 3. *in fine. dist.* 29. dicens: *Ne ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velit curare.*

Multitudo peccantium animosiores alios facere non debet. *Non enim propterea minus ardebunt, quod cum multis ardebunt.* Non ergo quærant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant, quia plures inuenerint. ex Augustini verbis homilia de pœnitentia in *can. multi corriguntur, vt Petrus: multi tolerantur, vt Iudas* 18. *in fine* 2. *quæst.* 1. sic nempè Augustinus: *Non ergo illi, quos monemus agere pœnitentiam, quærant sibi comites ad supplicium; nec gaudeant, quia plures inueniũtur. Nõ enim propterea minus ardebunt, quia cum multis ardebunt.* Vnde Diues ille in inferno sepultus (Lucæ 16. 19. & 28.) cùm esset in tormentis rogat Abraham: *Rogo ergo te pater, vt mittas eum* (Lazarum videlicet) *in domum patris mei. Habeo enim quinque fratres: vt testetur illis; ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* In pœnis socios habere renuit.

Multitudo propter vnius delictum quandoque punitur. Sicuti vno peccante contra omnes ita Dei desæuit. ita quandoque Prælati dùm vni parcunt, *vniuersæ Ecclesiæ moliuntur interitum.* Ex Origene homilia 7. in Iosue in *can. sed illud non otiosè transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem venit* 17. *distinct.* 45. *in fine* rationem inferente: *Polluitur enim ex vno peccatore populus, sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente, plebs vniuersa polluitur.* Ex Ambrosii consequentia in *can. non turbatur nauis, quæ Petrum habet.* 7. *paulo post principium* 24. q. 1. quæ sic se habet: *Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem: ne per vnũ fluctuemus plurimi.* Concinitque Hieronymus in Epistolam ad Galatas in *can. resecandæ sunt putridæ carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda.* 16. 24. q. 3. inferens rationem: *Ne tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.* propterea Multitudo propter vnius delictũ quandoque punitur.

Multitudini in mali prælati electione non defertur. Quia communicãdum non est peccatis alienis ex Concilio Triburiense in *can. si quis Abbas cautus in regimine, humilis, castus.* 15. 18. q. 2. Qui electus remouendus: *Etiam si omnis Congregatio, vitiis suis consentiens, cum Abbatem habere voluerit.*

Multitudo cum in scelere fuerit, vel ille, qui in scelere multitudinem habet sociam, & corrigi non potest; fugiendum magis, quam cum multitudine peccandum; atque gemendum, & supplicandus Deus, vt boni illesi euadere ab illorũ vastatione mereantur. ex Augustino cõtra Epistolã Parmeniani in *can. non potest esse salubris a multis correptio* 32. 23. q. 4.

Multitudinis credentium Apostolorum tempore erat cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorum, de his, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed omnia illis erant communia; (Actum. 4.) nec quisquam egens erat inter eos. testatur Clemens Papa in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis. Hierosolymis* 2. 5. *istius enim consuetudinis more retento, etiam Apostoli.* 12. q. 1. Hoc verò, quia erant vinculo charitatis vniti: ex *gloss.* ibidẽ verbo *cor vnũ & anima vna.* & meminit Gratianus in *sũma dist.* 8.

Mundamini qui fertis vasa Domini. Dominus Esaiæ 52. præcepit. Quia nimirum, vt Gregorius in *can. necesse est* 93. 1. *quæ.* 1. verbis loquitur: *Necesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere sordes curat: ne tacta quæque deterius inquinet, si sordida ipsa stercoris lutum tenet: scriptum namque est: Mundamini, qui fertis vasa Domini: Domini enim vasa fuerunt, qui proximorum animas ad interiora perducendas, in conuersationis suæ exemplo suscipiunt.* Vasa, id est subditorum animas. quia Dominus in eis sedet *Glossa* ibidem commentum agit.

Mundantur fideles, & à sorde purgantur peccatorum per pœnitentiam; vnde Dominus Malachiæ 3. *Et purgabit filios Leui.* inquit; quia secundum Apostolum Petrum Epistola 1. 4. *Tempus est, vt Iudicium incipiat à Domo Dei.* Quo loco Hieronymus in *can. & purgabit filios*

lios Leui.15. distinct.50. sequentibus infert: Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi; vt purum aurum remaneat, & argentum .i. quid de cæteris est dicendum? Qui ergo peccauerunt, per pœnitentiam Deo placere incipiant cum omni fuerint peccatorum sorde purgati.

Munditia duplex perpendi potest, & carnalis, & spiritualis, vt non solum corpore, sed mēte sint mundi, qui Deo adherent. Merito Ecclesia, qui altaribus deseruirent in castitate, decreuit: Quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata. Ex Gregorio Petro Subdiacono Siciliæ in can. ante triennium Subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ 1. dist. 31. in fine. Et hoc factum fuit ex Gratiano ibidem 9. causa verò huius institutionis munditiæ sacerdotalis fuit, vt liberè cunctis diebus orationi possint vacare. sequiturque Beda in can. sacerdotibus, vt semper altari queant assistere, semper ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur. 2. eadem distinct. 31. Prosequutusque fuit Leo Papa Rustico Narbonensi Episcopo scribens in can. lex continentiæ eadē est altaris ministris, quæ Episcopis, atque presbyteris 10. eadem dist. 31.

Munera sicuti quęrenda à Prælatis non sunt, ita vltrò delata, non sunt respuenda. ex Leone IV. ad Episcopos Brittaniç in can. de Eulogiis ad Sacra Concilia deferendis 8. distinctione 18. vbi Gloss. Eulogia (inquit) dicuntur munera, quę deferunt subditi suis prælatis. Quę, vt arbitror, non sunt rationabiliter quęrendę, nec vltro delatę respuendæ. Leo infert. Quia vt Glos. ibidē verbo respuendæ. argumentatur: Quædam licite possumus recipere, quę tamen petere prohibemur. Decretumque fuit in Concilio Bracharense Secundo in can. placuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi inuitantur 1. 1. quæst. 2. Verba sunt Concilii: Non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. ibidemque gloss. verbo munus aliquod. Et ibidem Glossella Marginalis. verba damus Glossę: Et ita habes vnum casum, in quo munus à manu potest recipi, scilicet pro operibus spiritualibus, ad quę quis tenetur. Alius casus est, ad quæ quis non tenetur ex officio 12. quæst. 2. charitatem. secundum Raynaudum, & Goffredum. ita Glossella. ex Gregorio Maximiano Syracussano Episcopo d. can. charitatem tuam commonere curauimus 45. 12. quæst. 2. Qui in fine de Visitatoribus loquens sic infert: Iustum namque est, vt illi consequantur stipendium; qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium. ibique gloss. verbo stipēdium. Pręcipiebat propterea Deus (Exodi 23. 8.) Ne accipias munera, quæ etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorū. Et (Deuteronomii 16. 19) Non accipias personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum.

Munus pro officio sacerdotali quandoque accipitur, vt apud Gratianum in can. recurrat nunc animus vester ad Abraham 2. Si bis ita respondetur. 32. quæst. 4. illis verbis: nec electio muneris quęritur in successione generis. Muneris. id est officii sacerdotalis gloss. ibidem subnectit. eodemque modo ex Ambrosio de Patriarchis in can. dixit Sara ad Abraham 3. in fine eadem 32. quæst. 4. verba sunt Ambrosii: Denique & Loth Sancti filiæ hanc causam quęrendę posteritatis habuerunt, ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit. Muneris. id est officii, quo publice seruire humano generi videbātur. Glossa ibidem commentum defert.

Munus tripliciter perpendi potest: quia aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Vnde cum Iustum virum describeret Propheta (Esai. 33.) ait: Qui excutit manus suas ab omni munere. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebitè impensa. Munus à manu pecunia est. Munus à lingua fauor. Gregorius in Euangelia homilia 4 in can. sunt non nulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt 114. 1. quæst. 1. Et meminit idem Gregorius in can. qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat. 66. in fine 11. quæst. 3. Rationem in fine reddens: Acceptio munerum præuaricatio veritatis est. Vnde & pro Iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni munere, sic in excelsis habitabit.

Munera dantem, & accipientē faciunt pręuaricari à Iustitia. & qui iustitiam vendit, fraudem in Deum perpetrat. Tales ad veritatem non Iustitię defensio, sed amor præmii prouocat: quibus si spes nummi subtrahitur, cōfestim à Iustitię defensione recedunt. Gregorius in can. qui recte iudicat, & pręmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. 66. 11. quęst. 3. plura notat gloss. ibidem verbo expectat. & Cito violatur auro Iustitia; nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Isidorus loquitur in can. pauper dùm non habet, quod offerat. 72. 11. q. 3.

Munera vbi culpam redimunt, non amplius timetur: quia cito violatur auro Iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat. Isidorus de summo bono in can. pauper dum non habet, quod offerat 72. 11. q. 3.

Munera qui dat vel Clerico, vel laico, vt alterius presbyteri Ecclesiam surripiat, aut vacantem redimat, pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione turpis lucri gratia, deiicitur à Clero, & alienus existit à regula. ex Concilio Rothomagensi in can. sancitum est, atque omnibus modis prohibitum 33. 7. quęst. 1. Ita, vt nec etiam pro sepultura aliquid accipi valeat. vel peti; sponte verò oblatum recipi. ex Gregorio Ianuario Episcopo Sardinię in can. quęsta est nobis Nereida fœmina clarissima. 12. 13. quæst. 2. Rationem reddit in fine: Peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus: (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia: aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quęrere quolibet modo cōpendium. Quędam enim fauore muneris acci-

pi

mutat Deus. nam quæ asserendo dicit. non vtique murat. vti. *gloss.* ibidem verbo *sententiam* exprimit. Nec diuersimode ibidē Ambrosius in *can. non semper promissa omnia soluenda sunt* 52. inferens: *Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam: sicut scriptura indicat.* Concinitque Hieronymus in Amos prophetam in *can. si agamus pœnitentiam ipsū quoque suę pœnitebit sententiæ* 67. *de pœnitentia distinct.* 1. in exemplum deducit Niniuitas, & Hierusalem. ibique *gloss.* in casus figuratione.

Mutabilitatem, excepto Deo, qui immutabilis est, omnis creatura nouit. ex Hieronymo contra Iouinianum in *can. si enim, inquit, omnis qui natus est ex Deo non peccat.* 40 *in fine* §. *transiuimus ad secundam partitionem de pœnitentia distinct.* 2. illis verbis: *Et docuimus, quod excepto Deo, omnis creatura sub vitio sit.* & ibidem Gratianus in *can. principium enim viarum Dei* 45. *sine finali* §. *charitas autem, quæ in aduersitate deseritur.* Verba damus Gratiani: *Posse autem peccare, vt Augustinus ait, non est aliquid posse, imo aliquid non posse. Vnde ille solus vocatur omnipotens. qui hoc non potest: Quia omnia potest, quę posse, est aliquid posse. Sicut ergo eius comparatione, qui mutabilitatem nescit, omnis creatura vitiosa dicitur; quia mutabilitatis est capax, iuxta illud: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis homo viuens. &, astra non sunt munda in conspectu eius: sic comparatione eius creaturæ, quę mutationē nō recipit, omnis creatura, quę permutatur, non vera, sed vana esse probatur. Vnde omnis homo mendax dicitur; & vanitati similis factus.* ita Gratianus.

Mutari non decet, quę ordinabiliter definita sunt. ex Gregorio Virgilio Arelatensi Episcopo in *can. cum pię desiderium voluntatis* 9. & in *can. Ecclesiasticę moderationi est omnino conueniens* 12. 25. *q.* 2. Dicit enim Gregorius: *Ecclesiasticę moderationi est omnino cōueniens, vt quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.* Nec dissimiliter Nicolaus Papa ad Carolum Regem in *can. quod bene semel definitum est* 6. 6. *q.* 4. decernens: *Quod bene semel definitum est, & interpositis iuramentis deliberatum; nulla debet iteratione (nisi fortassis vbi fuerit maior auctoritas) retractari.*

Murat tamen statuta sua etiam Romana Ecclesia secundum temporis exigentiam. ex Pelagio Papa Armentario magistro militum in *can. postea quam Ecclesia iura* 21. ibique Gratianus §. *his ita respondetur.* 25. *q.* 2. & ibidem ex Gelasio Papa in *can. ita nos Scyllacenorum cędes geminata Pontificum* 25. *sine finali* ibidemque Gratianus. §. *hostilitatis quoque, vel paupertatis necessitate. circa finem eadem* 23. *quęst.* 2.

Mutare non debet bonus seruus quod Dominus iussit. ex Augustino lib. responsionum ad Ianuarium in *can. liquidò apparet, quando primo acceperunt discipuli corpus* 54. *circa finem de consecrat. distinct.* 2. illis verbis: *Nam si hoc ille monuisset, vt post alios cibos semper acciperetur; credo, quòd eum morē nemo mutasset.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *mutasset.* dicens: *Quod enim Dominus iubet, bonus seruus nō mutat.* Ex Augustino ad Pollentium in *can. Sic enim recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis.* 9. *post principium* 28. *q.* 1. Rationem reddete: *Nullo enim modo, quod Dominus iubet, seruus bonus fieri prohiberet.* notat *Gloss.* ibidem verbo *seruus*: Quod contra legem Prætor non tuetur aliquem. ex Paulo lib. 41 ad Edictum in *l. cùm sponsus sponsę seruum donasset* 14. §. *si res talis, sit, vt eam lex, aut constitutio alienari prohibeat. ff. de publiciana in rem actione.* Rationem reddit. *Quia his casibus neminem Prętor tuetur, ne contra leges faciat.*

Mutabilia sunt omnia, quæ in mundo sunt. Nihil enim est, quod mutabilitatem non sentiat. ex ratione, quam ex Hyppocrite reddit Hieronymus aduersus Iouinianum in *can. ne tales accipiamus cibos, quos aut difficile digerere* 29. *prope finem de consecrat dist.* 5. sequentibus loquens: *Non enim manere in vno statu naturam corporum, sed aut crescrere semper, aut decrescere: nec posse viuere animal, nisi crescendi capax sit.* Rationem subsequitur *Gloss.* ibidem verbo *manere.* & ipsa dicens: *Nihil enim est quod mutabilitatem non sentiat.* Ex Iustiniano Cæsare in *Authentico de non alienandis, aut permutandis rebus Ecclesię immobilibus. collatione* 2. §. *vt autem lex ad humanæ naturæ varietatem, & quod semper venit moderata per omnia immota permaneat.* subsequens: *(Quid enim erit stabile inter homines, & ita immobile, vt nullam patiatur mutationem, cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat?) necessarium existimauimus &c.* Mutabilia ergo sunt omnia.

Mutantur Reges propter negligentiam regiminis. ex Gregorio in *can. alius item Romanus Pontifex* 3. 15 *q.* 6.

Mutantur Episcopi de Ciuitate in Ciuitatē ob populorum vtilitatem, vel ob necessitatē, non ob auaritiam, & per Romanum Pontificem. ex Antero Papa Episcopis Beticæ, & Toletanæ prouinciæ scribente in *can. mutationes Episcoporum* 34. 7. *q.* 1. in fine inferens: *Alia enim est causa vtilitatis, & necessitatis, alia auaritię, & præsumptionis, aut proprię voluntatis.* Rationem reddit Pelagius Papa Secundus Benigno Archiepiscopo in *can. scias frater dilectissime, aliud esse causa necessitatis* 35. *eadem* 7. *q.* 1. dicens: *Nam plurimorum vtilitas, vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, aliud mutari.*

Mutantur quoque sedes ipsæ Episcopales, & in vnam duę rediguntur hostilitatis, vel paupertatis necessitate. ex Gelasio Papa in *can. ita nos Scyllacænorum cædes geminata Pontificum horrendi criminis atrocitate confundit* 25. ibique Gratianus §. *hostilitatis quoque, vel paupertatis necessitate Episcopales sedes, vel mutantur, vel duę in vnam rediguntur.* 25. *q.* 2. Idemque Gregorius statuit Ioanni Episcopo Scyllatino scribens in *can. pastoralis officii cura nos admonet.* 42. & idem Ioanni Episcopo Vellitrino in *can. temporis qualitas admonet* 44. 7. *quæst.* 2. & idem Gregorius Benenato Episcopo in *can. & temporis qualitas, & vicinitas nos locorum* 48. 16.

48. 16. q. 1. Cumanam, atque Misenatem Ecclesiam vniens. Iam Cumani Castri sacerdos cursum vitæ huius expleuerat. ibique plura deducit *Gloss.* verbo *vniret*.

Mutantur etiam Ecclesiarum priuilegia ob necessitatem, vel ob corrigẽdorum vitiorum causam, siue personaliter, siue generaliter. ex Pelagio Papa Armentario Magistro militum in *can. postea quã Ecclesię iura* 21. ibique Gratianus §. *his ita respondetur*. 25. q. 2.

Mutantur, nec iniuria, quæ male promissa fuere. *Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur*. ex Isidoro in Synonimis in *can. in malis promissis rescinde fidem*. 5. 22. *quæst*. 4. inferens: *In turpi voto muta decretum: quod incaute vouisti, ne facias*. Nam, quod obseruatum peiorem tendit in exitum, consilio salubriore mutandum est. ex Beda in natali decollationis Sancti Ioannis Baptistę in *can. si aliquid forte nos incautius iurasse contingerit* 6. *eadem* 22. *quæst*. 4.

Mutilatio membrorum prodest iniquis. *Debilitata enim membra, quibus prius non benè vtebantur, à malo opere cessabunt*. Hieronymus super Sophoniam in *can. si quis fortitudinem latronis* 6. 23. q. 3.

Mutilatio membri per seipsum voluntarie facta iusto, vel iniusto timore superatum, ineptum illum reddit, vt promoueri valeat ad ordines. ex Gregorio in *can. maritum duarum post baptismum matronarum* 2. *distinct*. 33. verba excipe: *Qui si met ipsum quolibet corporis membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto timore superatus truncauerit*; *nec illum, qui vsuras &c.* Idem decreuit Gelasius, Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos, vel imminutos nullus prę sumat ad clericatus ordinem promouere*. 1. *dist*. 36. in fine inferens: *Similiter, qui seipsos abscindunt*. vbi *gloss*. verbo *seipsos* ex indignatione addit.

Mutilans sibi genitalia, siue virilia non fiat Clericus. ex canonibus Apostolorum decretum fuerat in *can. si quis abscidit se ipsum*. 4. & *can. sequenti distinct*. 55. Sicut etiam si partem cuiuslibet digiti sibi ipsi volens absciderit. decreuit Innocentius Papa Felici Nucerino Episcopo scribens in *can. qui partem cuiuslibet digiti* 6. *eadem distinct*. 55. Secus si ab aliis, vel ex morbo. ex Martino Bracharensi Episcopo in capitulis Synodalibus in *can. si quis pro agritudine naturali* 9. *eadem distin*. 55. & ibidem in *can. si quis à medicis propter languorem desectus est* 7.

Mutilans alium membro naturali promoueri non potest. ex Gelasio Papa Rufino Episcopo in *can. si Euangelica admonitio* 13. *siue finali distinct*. 55.

Mutus Canis dicitur Prælatus, qui subditorum vitia non redarguit. vnde per Isaiam 56. Dominus conquæritur: *Canes muti, non valentes latrare*. Prosequiturque Gregorius in pastorali in *can. sit rector discretus in silentio*. 1. *post principium, distinctione* 43. vbi *gloss*. verbo *latrare* addit propter pigritiam.

Mutus, vel subito obmutescens potest per signa pœnitentiam petere, & baptisma; nec ei sacramenta deneganda sunt. ex Concilio Africano in *can. qui recedunt de corpore pœnitentia accepta* 7. 26. *quæst*. 6. Si tamen voluntatis præteritæ testimonium aliorum habet, aut præsentis in suo nutu. vt ibidem infert in fine Concilium. idemque definitum fuit in Concilio Carthaginense IV. in *can. is, qui pœnitentiam in infirmitate petit*. 8. *eadem* 26. *quæst*. 6.

Mutuare pecuniam, & inde aliquid plus, quàm dedisti accipere, non pecuniam solam, sed aliquid plus, quã dedisti, vsura est. ex Augustino in *can. si fœneraueris homini* 1. 14. q. 3. ibique pluribus *gloss*. verbo *postquam*. Quin vsura est si in pactum deduxeris, vt si postmodum tu egeas, tibi mutuo quoque dare debeat. ex *Glossa* ibidem verbo *expectas*. sequiturque ibidem ex Ambrosio in *can. plerique refugientes pręcepta legis* 3. qui sequentibus infert: *Et esca vsura est, & vestis vsura est, & quodcumque sorti accedit, vsura est, quod velis ei nomen imponas, vsura est*. Accedit ex pacto. *gloss*. ibidem infert. *Mutuum date nihil inde sperantes*. Dominus dixit (*Lucæ* 6. 33.) Deducitque Vrbanus Tertius in *cap. consuluit* 10. *de vsuris*. verba referens *Lucæ*. ibidem. & deduxit *S. Thomas*. 2. 2. q. 78. *art*. 1. *ad* 4. & nos *respons*. nostra 62. *nu*. 15. 16. & 17. *part*. 5.

Mysterium ob hoc dicitur, quod secretam, & reconditam habeat dispensationem. Sacrificium autem, quasi sacrum factum, quia prece mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicę passionis. Mysteria enim vnus, idemque Spiritus Sanctus in Ecclesia diffusa per totum orbem terrarum incomprehensibiliter, & occultè atque inuisibiliter, & operando sanctificat, & benedicẽdo benedicit. Nihil ergo vel sanctificatinis magis, vel minus ex bona, vel mala ministrorum vita sortiuntur. ex Gregorio in *can. multi secularium hominum* 84. 5. *vnde fit, vt non solum ab eis dicta respuant, sed (quod deterius est) diuina etiam mysteria contemnant*. 1. q. 1.

## N

Nabath pater fuit Ieroboam regis Israel, qui peccare fecit Israel, & recessit à Deo suo (4. *Regum* 17. 21.) sic enim scriptura: *Ex eo iam tẽpore, quo scissus est Israel a Domo Dauid, et constituerunt sibi Regem Ieroboam filium Nabath. Separauit enim Ieroboã Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum*. Quia Idola coluerunt recedentes à Domino Deo. Eo quidem, quod ab vnitate dissipati essent, atque alterum sibi regem constituissent, quam filium Salomonis, perpendit Cyprianus Martyr, & Episcopus Epist. 6. ad Magnum in *can. denique quàm sit in-*

*inseparabile vnitatis sacramentum 9. paulo post principium* 7.q.1. Pessimum ergo est schisma facere,& ab vnitate recedere.

Nabutha sanctus vineam patrum suorum regi Achab tradere noluit, vnde ab impia Iezabele necatus fuit. (3.*Reg*. 21.) De quo meminit S.Ambrosius ad Marcellinam sororem scribens in *can.conuenior ipse à comitibus, & tribunis vt basilicæ fieret matura traditio* 20. *col*. 2. §. *Nabuthe sanctum virum possessorem vineæ suę scimus interpellatum petitione regia*.23. *quęst*.8. inferens ad Prælatos Ecclesiæ: *Sanctus enim Nabuthe vites suas vel proprio cuore defendit. Si ille vineam non tradidit suam, nos trademus Ecclesiam Christi? Quid igitur à me responsum est contumaciter? Dixi enim conuentus; ab sit à me, vt tradam Christi hæreditatē. Si ille patrum hæreditatem non tradidit, ego tradā Christi hęreditatem?*

Nabuchodonosor Sanctum Danielem à calumniis liberauit. Deducit Augustinus contra litteras Petiliani in *can. si propterea persecutor non fuit Nabuchodonosor, quia scelus in Sanctum Danielem commissum iustissime vindicauit*.34. 23.*q*.5. Ita vindictam exercere debent Reges Catholici contra hęreticos.

Nabuchodonosor Rex causa superbiæ in bouem ex homine est commutatus. ex Augustino ad Bonifacium in *can.miror quomodo tam subito fidei murum aries ruperit inimici*.8.17. *q*. 4. In bouem, id est in bouinam mentem *gloss*. ibidem exprimit. ex Augustino de prædestinatione,& gratia in *can. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22.23. q.4. de quo Gratianus in *can.remittuntur peccata* 49. *siue finali*. §. *hinc notandum est, quod aliquando.col*. 2. *in principio* 23.*quęst*.5. sequentibus fatur: *Cum autem in corde suo superbiens postea diceret: (Nō ne hæc est Babylon, quā ego condidi in brachio regni mei, &c.) Statim immutauit Deus rationabilē mentem eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab hominibus fugiens cum bestiis viueret.*

Nabuchodonosor Rex Babilonis consilium quod Daniel ei dederat (Danielis 4.) perfecit: *Quam ob rem Rex consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum, forsitan ignoscet Deus delictis tuis*. Sed quia superbiæ extulit, flagellatus fuit. Hieronymum excipe in *can. quam ob rem rex consilium meum placeat tibi*.68. *de pœnitent. distinct*. 1. Qui in Danielem sic comminiscitur: *Dicamus & aliter. Fecit quidem Nabuchodonosor iuxta Danielis consilium misericordias in pauperes; & id circo vsque in mensem duodecimum in eum est dilata sententia. Sed quia postea ambulans in aula Babilonis gloriatur, & dicit: ( Non ne hęc est Babylon magna, quam ego ædificaui in domum regni in robore fortitudinis meæ, & in gloria nominis mei. ) bonum misericordiæ perdidit malo superbię*. Nihilominus tamen à Deo flagellatus pœnitentiam egit. Testatur Augustinus de prędestinatione,& gratia in *can. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam*. 22. 23. q. 4. inferens: *Non ne post innumeras impietates, flagellatus pœnituit; & regnum, quod perdiderat, rursus accepit? Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus, & periit?* in fine concludens: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos; nisi quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritate pugnauit arbitrio?* Humiliemus ergo nos met ipsos, & pœnitentiam agamus.

Nasci de adulterio non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat. Hieronymus ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani, in *can.nasci de adulterio* 5.*dist*.56. prosequens: *Quomodo in seminibus, non peccat terra, quę fouet; non semen, quod in sulcis iacitur, non humor, & calor, quibus temperata frumenta in germen pullulant: sed, verbi gratia. fur, & latro, qui fraude, & vi eripit semina: Sic in generatione hominum: recipit terra, id est vulua, quod suum est, receptum confouet, confotum corporat, corporatum in membra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque est corporis creator, & animę. Noli despicere bonitatē figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit*. Debent ergo, qui ex adulterio nati sunt, bene operari. quod notat *Gloss*. ibidem in casus figuratione.

Nasus pro discretione accipitur. Naso quippe odores, fœtoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur: per quā virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude sponsę dicitur. (Canticorum 7.) *Nasus tuus sicut turris, quę est in Libano*. Deducit Gregorius in Pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysem dicitur*. 1. §. *paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. distinct*.49. Magna ergo esse discretio in sacerdote debet. Sic Gratianus in *can.dispensatio est nobis cælestis seminis iniuncta* 5. §. *pariter quoque obseruare debet sacerdos. in fine distinct*.43. verba sunt Gratiani: *In quibus omnibus profectò datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatione sacerdotis: qua si forte caruerit, tamquam torto naso, sacerdotalis officii iudicatur indignus*. Torto naso. ex *Glossa* ibidem dicente: *Hinc etenim nasum comparat discretioni. quia per eum perpenditur odor, & fœtor.*

Nascimur omnes ab initio Natiuitatis nostrę in peccato originali, atque proinde filii iræ. vnde Apostolus (ad Ephes.2.) *Eramus enim & nos natura filii iræ, sicut & cęteri*; Namque certum est: *Omnem hominem, qui per concubitum viri & mulieris concipitur, cum peccato originali nasci, impietati subditum, mortique subiectum; & ob hoc natura irę filium nasci. à qua ira nullus liberatur, nisi per fidem mediatoris Dei, & hominum hominis Iesu Christi*. per sanctum baptisma. Augustinus ad Petrum diaconum in *can.firmissime tene, & nullatenus dubites* 3. *de consecrat. distinct*.4.

Natiuitas duplex perpenditur carnalis, & spiritualis. Quisquis ergo ex concupiscentia carnis, & lege peccati, & mortis, carnaliter generatur, regenerati spiritualiter opus habet; vt non solum ad regnum Dei perducatur: verum etiam à peccati damnatione li-

beretur.ex Augustino in *can. quisquis ex concupiscentia carnis.137.de consecrat.distinct.4.*

Natiuitatis qui nō habet initium,& natus non est adhuc, sed in materno adhuc vtero est, cum matre baptizari non potest: quia, qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non processit. Isidorus lib. 1. sententiarum de summo bono in *can. qui in maternis vteris sunt 115. de consecratione. distinct.4.*

Natiuitas ergo Gratiæ est, quando quis nascitur per baptismum in Christo. Et mestro post baptismum traditur Christiano vestis candida, designans Innocentiam & puritatem Christianam. Et quorum primæ natiuitatis faciem vetusti erroris pannus fuscauerat, habitus secundæ generationis gloriæ præferat indumentum.ex Rabano in *can.post baptismum traditur Christiano vestis candida 91. de consecrat.distinct.4.*

Natiuitatis Dies,mors sanctorum dicitur,quia in æterna vita nascuntur. Vnde Vrbanus secundus Guitmundo Episcopo in *canone sane quod super Richardo filio Burelli 3. circa finem 24.q.2.* De naralitiis diui Petri meminit, dicens: *Sub qua etiam sponsione nos eius nuper in Beati Petri natalitiis absolutione indulsimus.*

Natura per creationē dedit nobis aliquid, esse videlicet, nos per generationem debitum reddimus naturę. Reddens enim rationem Ambrosius de Patriarchis in *can. dixit Sara ad Abraham 3.32.q.4.*Quare Abraham petente vxore eum Ancilla concubuit. sic secundam infert defensionem:*Secunda illa est, quod non ardore aliquo vagę successus libidinis, non petulantis formę captus decore, ancillę contubernio coniugalem posthabuit thorum: sed studio quęrendę posteritatis, & propagandę sobolis. Adhuc post diluuium raritas erat generis humani; erat etiam vel gionis ne quis non reddidisse debitum videretur naturę.* Naturæ ergo debitum reddidit Abraham per generationem. quia genetatio propagata fuit.

Natura nouas semper deproperat edere formas.ex Bonifacio Octauo in *proemio sexti decretalium.*Qui sequentibus fatur: *Et quas humana natura (nouas semper deproperans edere formas) lites quotidie inuenire conatur.* Nec dissentitur Iustinianus Augustus in *l. tanta circa nes 2.§.sed quia diuina quidem res.C.de veteri iure enucleando.* & ipse deducens sermonem: *Sed quia diuina quidem res perfectissime sunt:humani vero Iuris conditio semper in infinitum reccurrit;& nihil in ea est,quod perpetuo stare possit.(multas enim formas edere natura nouas deproperat)non desperamus &c.* refert quoque *Andreas de Isernia in proemio feudorum in principio.*Et in *pręludiis feudorum q.4.num.43.circa finem.*

Natura imitratrix vitiorum dicitur.ex Concilio Toletano VI.in *can proclinis cursus est ad voluptatem, & imitratrix natura vitiorum est 2. in principio 20.q.3.*Rationem refert *Gloss.* ibidem verbo *procliuis.*Ex eodem Concilio Toletano IV.in *can.omnis ætas 1.12.q.1.*Quia: *Omnis ætas ab adolescentia in malum prona est.*

Naturas rerum nouas Deus solus mutare potest.ex Ambrosio accipe in *can. re vera mirabile est.69.§.sermo igitur Christi de consecrat. distinct. 2.* sequentibus enim ille: *Sermo igitur Christi,qui potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea,quę sunt,in id mutare, quod nō erāt? Non enim minus est nouas rebus dare, quam mutare naturas. Sed quid argumentis vtimur? &c.* Idemque non inconcinne ex Cai verbis eruitur lib.7.ad Edictum Prouinciale in *l. sed de pecunia 2. §. 1. ff. de vsu fructu earum rerū, quæ vsu consumuntur.* verba deducimus Cai, rationem reddentis: *Nec enim naturalis ratio auctoritate Senatus consulti mutari potuit.* Quia nimirum mutare rerum naturas, non nisi Deus potest Creator omnium. prosequitur *Afflictus decis.299.num.6.*

Natura omnia communia facit. Inde Ius naturale cōmune est omnium nationum, eo quod vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur:vt viri,& fœminæ coniunctio, liberorum successio, & educatio; acquisitio eorum,quæ cœlo,terra, marique capiuntur; violentiæ per vim repulsio. ex Isidoro in libris Etymologiarum in *can. Ius naturale est commune omnium nationum 7.distinct.1.*Deducitque ibidem pluribus *Gloss*a 1.quod natura pluribus modis perpenditur.

Naturali iure omnia communia sunt; Iure vero consuetudinis, vel constitutionis hoc meum est, illud alterius. Gratianus in *summa distinct.8.* Iure ergo humano quisque possidet. Nam iure Diuino: *Domini est terra & plenitudo eius.* Pauperes,& diuites Deus de vno limo fecit:& pauperes, & diuites vna terra supportat. Augustinus in *can. quo iure defendis villas Ecclesiæ 1.eadem distinct.8.*

Naturæ fragilitatis, & culpæ est, peccare: dilusisse verō peccatum,& culpam:virturis. ex Ambrosio in apologia Dauid in *can. ille rex tantus. ac potens 25. §. quod peccauit conditionis est:quod supplicauit,correptionis.de pœnitentia distinct. 3.*Verba sunt Ambrosii de Dauide loquētis:*Culpam itaque incidisse,naturæ est; delesse,virtutis.*

Naturę auctor Deus est, vnde libidinis peruersitate polluitur, cum contra naturam ipsam exercetur. *Violatur quippe ipsa societas, quę cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur.* Augustinus libro 3.confessionum in *can.flagitia, quę sunt contra naturam 13.32. q.7.* Peruersitate. Quia ordine fit peruerso. ex *Gloss.* ibidem. & flagitiosior, atque turpior est. idem Augustinus vt prosequitur in *can. vsus naturalis,& licitus est in coniugio.14.eadem 32.q.1.*

Natura Dæmonum subtilior, atque nobilior hominum est,illi enim spiritus sunt,nec prępediuntur carne, & aerei corporis sensu terrenorum corporis sensum facilè præcedunt, celeritate etiam propter eiusdem aerei corporis superiorem nobilitatem, non solum cursus quorumlibet hominum, vel fe-

rarum

terum; Verum etiam volatus auium incomparabiliter vincunt. ideo quantum ad aereũ corpus attinet, acrimonia sensus, & celeritate motus, multo ante cognita prænunciant, vel nunciant, quæ homines pro sensus terreni tarditate mirantur. Prætetquam quod per longum tempus, quo eorum vita protenditur, rerum longè maioris experientia, quam potest hominibus, propter breuitatem vitæ prouenire, præditi sunt. ex Augustino de diuinatione dœmonum in *can. sciendum hanc esse naturam dæmonum* 2.26.q.3.& 4.

Naturæ fragilitate sancti etiam corruunt quãdoque, sicut Dauid; quàm peccandi libidine; sed acriores ad currendum resurgunt. ex Ambrosio in apologia Dauid in *can. ille rex tantus ac potens.* 25. *non multo post principium* §. *sancti qui consummare pium certamen gestiunt de pœnitentia distinct.* 3. Illum dicentem excipe: *Sancti, qui consummare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis, sicubi forte vt homines corruunt, naturę magis fragilitate, quàm peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solùm nullum attulisse existimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiua cumulasse.*

Naturali Iure nil aliud præcipitur, quàm quod Deus vult fieri; nihilque vetatur, quam quod Deus prohibet fieri. Gratianus in *can. sane quippe ratio etiam exemplis anteponenda est.* 11. *siue finali.* §. *cum ergo in naturali Iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri distinctione* 9.

Naturale Ius inter omnia primatum obtinet, tempore, & dignitate. Cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ; nec variatur tempore, sed immutabile permanet. Gratianus in *sũma dist.* 5. Vt neq; Romanus Põtifex ius naturale immutare possit. ex Vrbano Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges.* 6.25. q.1. decreuit Gregorius IX. in *cap. cum tanto sint grauiora peccata* 11. *siue finali de consuetudine.* ibique *gloss.* verbo *naturali iure* dicens: *Quod immutabile perseuerat.* Est ergo Ius naturale immutabile.

Naturale vitium est negligi, quod commune est. Quin communitas discordiarum origo, siue mater dicitur. ex Sardicensi Concilio in *can. illud quoque sanctitas vestra statuat.* 1. *distinct.* 71. illis verbis in ratione, quam reddiderunt Patres: *Quia ex his contentionibus solent nasci discordiæ.* ibique rationem reddit *gloss.* verbo *contentionibus.* & ipsa inferens: *Nam communitas mater discordiæ est.* Nec differenter Theodosius Augustus respondit in *l.* 1. §. *naturale quippe vitium est C. quando, & quibus quarta pars debetur lib.* 10. sequentibus rationem proferens dictorum per eum: *Naturale quippe vitium est, negligi, quod communiter possidetur; vtque se nihil habere, qui non totum habeat, arbitretur. Denique suam quoque partem corrumpi patiatur, dum inuidet aliena.* sequiturque *Andreas de Isernia in cap.* 1. *quæ sint regalia in vsibus feudorum num.* 21. deduximus *respons.* nostra 86. *num.* 5. *&* 6. *part.* 3.

Nauis, quæ Petrum habet, non turbatur: turbatur illa, quę Iudam habet. Et si multa illic discipulorum merita nauigabant; tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraque Petrus. Sed, qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidũ, caueamus proditorem: ne per vnum fluctuemus plurimi. Ergo non turbatur hæc nauis, in qua prudentia nauigat, abest perfidia, fides aspirat. Ambrosius in *can. non turbatur nauis, quæ Petrum habet* 7. 24. q. 1. Idemque Ambrosius in *can. turbatur nauicula Petri* 12. 24. q. sequentibus: *Turbatur nauicula Petri, in qua erat Iudas: quia qui suis meritis erat firmus, turbatus est alienis.* Quia non est reprobatio, sed virtutis probatio, bonorum aduersitas; cùm nauis cordis in maris fluctibus integra stat. ex Gregorio ad Recaredum regem in *can. aduersitas, quæ bonis votis obiicitur; probatio virtutis est* 48. 7. q. 1.

Nauicula Ionę periclitatur, vt fugitiuus forte deprehensus fluctibus immergeretur. (*Ionæ* 1.) Aliquando pro meritis Prælatorum deprauatur vita subditorum, vt Prælatis suis subditi fauentes ad malum, cum eis simul corruant: sicut filii Israel diù portantes, peccata sacerdotum, tandem cum eis ceciderunt in manibus hostium. Gratianus in *can. Ecclesia, quæ passione consecrata fuerit, potius execrata, quàm consecrata dici debet* 11. qui est Gregorii. §. *sic & nauicula Ionę periclitatur* 1. q. 4.

Nauis in qua Paulus nauigabat in Italiam veniens Euangelium prædicaturus naufragium pertulit: sed nauis cordis in maris fluctibus integra stetit. ex Gregorio ad Recaredum Regem in *can. aduersitas, quę bonis votis obiicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis* 48. 7. q. 1. Hoc autem ex iudicio pẽdet Dei. iuxta eumdem Gregorium ad Candidum Episcopum in *can. cùm percussio corporalis immineat* 2. *eadem* 7. q. 1. Qui canon ad eundem Candidum Episcopum Vrbeuenatem est repertus in *cap. cum percussio corporalis,* 1. *extrà de clerico ægrotante, vel debilitato.* Constantes igitur oportet nos esse in afflictionibus, nec deserendum officium prædicandi.

Nauem, qui regit Ecclesiæ, Prælatus, remum tenere nosse optime oportet, ne ex eius incuria nauis naufragetur. Et hoc conquęritur de se Augustinus ad Valerium scribens in *can. ante omnia peto, vt cogites religiosa prudentia tua.* 7. *in fine distinct.* 40. excipe illum. *Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici. & eo tempore, quo discere cęperam, vis mihi facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.* Quia factus est adiutor Episcopi Valerii Hypponensis. ex *Gloss.* ibidem verbo *vt secundus locus.* Ex Paulino ad Romanianum in *can. Non autem tantum hoc scribimus gratulandum* 11. in *fine* 7. q. 1. qui sequentibus dicit: *Nam incolumi Valerio Hypponensis Ecclesię Episcopo, coepiscopus Augustinus*

est. Pertimescendum ergo, cum quis ad Episcopatum assumitur.

Nauigare dicitur, qui vxorem ducit, ex Augustino ad Bonifacium Comitem in *can. nos nouimus, nos testes sumus 2. circa medium 17. q. 2.* verba sunt Augustini: *Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, nauigasti, vxorem duxisti*, Nauigat ergo, qui vxorem ducit: Quia sicut nauigans subiicit se varijs periculis, nec proprio motu regitur, sed ventis; sic habens vxorem. *gloss.* ibidem verbo *nauigasti.* rationem reddit.

Necare videtur, qui alimenta denegat. Cibus enim naturam conseruat; eaque vsque ad eũ finem est, vt alatur. *Aristoteles de animalibus cap. 4. textu 47.* Qui ergo alimenta denegat; cum vitam consequenter auferat; necare, atque occidere videtur. Ambrosium excipe in *can. pasce fame morientem 21. distinct. 86.* Qui sequentibus propositionem exagerat; *Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti.* vbi *Glossa.* occidit quis aliquem per subtractionem panis corporalis. infert verbo *occidisti.* Deducitque ex Ecclesiastico 34. 25. relato in *can. immolans 2. 14. q. 5.* Qui sic verba ex Spiritu Sancto subnectit; *Panis egentium vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem in casus figuratione in fine: *Nam qui rapit pauperibus, & qui sanguinem fundit humanum, homicida reputatur, & similes sunt in malo.* Nam ex prophanis quoque Paulus Iure Consultus in *l. necare videtur 4. ff. de liberis agnoscẽdis.* Doctrinam & ipse tradit: *Necare videtur, non tantum is, qui partum præfocat; sed is, qui abiicit, & qui alimenta denegat.* Quia nimirum idem Sanctus Spiritus d. *can. Immolans.* protestatur: *Qui aufert in sudore panem, quasi, qui occidit proximum suũ.* Concinitque Augustinus in *can. decimæ tributa sunt egentium animarum 66. in fine 16. q. 1.* Qui in decimas defraudentes inuehens infert: *Et quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat; illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum reus ante tribunal æterni Iudicis apparebit; quia rem à Deo pauperibus delegatam suis vsibus reseruauit.* Benedictus quoque 11. in *extrauagante inter cunctas 1. in fine. §. quis ergo non misereatur de priuilegiis,* inter cõmunes verbis illis: *Aut eis subtractis alimentis necare.* Concinitque Anacletus Papa in *can. qui abstulerit aliquid patri vel matri.* dicitque, *hoc peccatum non esse, homicidæ particeps est. 6. 22. q. 2.* ibique *gloss.* verbo *patri.* & *gloss.* in *can. inter cætera vt. e generas à patre nostro Ambrosio 22.* verbo *vel marquandi 22. q. 4.* Rationẽ reddens: *Videtur enim necare illum, cui non præstat alimenta.* deducit *Gassaneus. cons. 1. in 4. parte num. 12.* Quia nimirum vt Menander cecinit.

*Fames maximus dolor hominibus est.*

*Fami enim nullum est contradicere verbum.*

Miserum quippe mortis genus est, fame mori: Vnde apud Homerum.

*Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,*
*At periisse fame, res vna miserrima longe est.*

Necare igitur videtur qui alimenta denegat.

Necessitas legem non habet. Ita respondit Felix Papa omnibus orthodoxis rescribens in *can. sicut non alii, quàm sacrati Domino sacerdotes debent Missam cantare 11. circa finem de consecratione dist. 1.* Rationem refert *Gloss.* ibidem verbo *necessitas 2.* Quia nõ est subiecta humanæ constitutioni. Imò excusat, quod contra eam fit. ex Beda in *c. quod non est licitũ in lege, necessitas facit licitum 4. extra de regulis Iuris.* deducitque *gloss.* ibidem verbo *necessitas.* & *gloss.* in *can. sanctum est baptisma per se ipsum 36. de consecrat. dist. 4.* verbo *reconciliares.* ibique Glossella Marginalis perpendens: *Quod hæc necessitas excusat, quæ non habet legem.* Quia profecto non est imputandum, quod conditio necessitatis extorsit. ex Leone Papa Nicetæ Aquileiensi Episcopo scribente in *can. cum per bellicam cladem 1. in fine 34. q. 1.* illis verbis: *Neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit.* vbi *gloss.* verbo *quod conditio* sic infert: *Quod necessitas cogit, non est imputandum.* Ex dictis Appollonii in *can. discipulos, cum per segetes transeundo vellerent spicas, & ederent 26. de consecrat. dist. 5.* subsequendo: *Ipsius Christi vox innocentes vocat, quia is coacti fame hoc fecerunt.* Et necessitas famæ excusat à furto. vt *gloss.* ibidem subnectit verbo *famè.* subsequiturq; ibidem ex Hieronymo *can. quid quid enim necessitate fit, suo soluitur. 27. Quod voluntate arripitur perseuerat.* Quia pro remedio factum videtur. ex *glo.* ibidem in fine. Præsertim vero si necessitas extrema fuerit, cum ab omni lege excepta sit, ex Nicolao Tertio in *cap. exiit, qui seminat, seminare semen suum. 3. col. 12. §. & quia oportet. & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis &c. de verborum significat. in 6.* Vel etiam si vrgens fuerit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. non debet reprehensibile iudicari. 8. in principio extra de consanguinitate & affinitate.* illis verbis: *præsertim, cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcit.* Quia necessitas facit licitum, quod erat alias illicitum, ex Beda d. *cap. quod non est licitum in lege 4. extra de regulis Iuris.* & ex pœnitentiali Theodori in *cap. si quis propter necessitatem famis 3. de furtis.* ibique plene *gloss.* verbo *pæniteat.* Nam vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. ex Hieronymo cõtra Iouinianum in *can. si enim, inquit: Omnis, qui est ex Deo non peccat 40. col. 5. §. liberi arbitrii nos condidit Deus de pænitentia dist. 2.* verba sunt Hieronymi: *Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est.* vide apud *Nauarrum de oratione, & horis canonicis cap. 5. nu. 8.*

Necessitas duplex perpendi potest. simplex videlicet, & conditionalis. ex Augustino relato à Gratiano in *can. vasis ita numquam Dei redderet interitum. 23. q. 5. non ergo necessitatem facit correctionis. 23. quæstion. 4.* Gratianum excipe: *Vnde Augustinus: Duæ sunt, (inquit) necessitates, simplex vna, velut, qua necesse est omnes*

*nes homines esse mortales; altera conditionalis, vt si aliquem ambulare quis scit, eum ambulare necesse est. Quod enim quisq; esse nouit, id esse aliter, quàm notum est, nequit. &c.*

Necessitas temporum compellit quandoque ad veniam inclinare. ex Gratiano in *can. si qui vel temeritate propria* 12. §. *necessitate* ·*inuitem* 1. *quæst.* 7. Deducens Hilarii Papę dictum ad Ascanium, & vniuersos Episcopos Tarraconensis Prouincię in *can. quoniam quidquid ab alterutra parte est iudicatum* 13. *eadem* 1. *q.* 7. dicente Hilario: *temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestum est.* Quia nimirum, & opera, & tempus, & causam respicere debemus, vt benè, quæ facta sunt iudicare valeamus. ex Ioanne Chrysostomo super Mattheum in *can. occidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiã* 14. 23. *q.* 8. in fine concludente: *Non enim possimus ad veritatem aliter peruenire.*

Necessitas, quod intulit, inculpabile est iudicandum. testem deducimus. Ioannem Papam VII. Anselmo Lemouicinæ Ecclesię Episcopo in *can. ad limina beatorum Petri, & Pauli Apostolorum principum* 7. *circa medium* 30. *q.* 1. Qui sequentibus verbis rem aperit: *Qua propter, & nos sancta authoritatis iussione præcipuè freti, dicimus, omittendum esse; & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit.* De eo loquẽs, qui filium suum in extremo vitę positum nedum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotum, necessitate cogente, baptizasset. Quia necessitas facit de non permisso permissum, & de non licito licitum. ex Innocentio Tertio Bracharensi Archiepiscopo in *cap. consilium nostrum* 2. §. *cum autem quæsieris. & in fine* ibique *gloss.* verbo *necessitas extrà de obseruatione ieiuniorum.* Et in superioribus quoque diximus. deducit *Carolus de Graffis de effectibus Cleicatus effectu* 6. *nu.* 25.

Necessitas omnẽ excludit liberalitatẽ. Nõ. n. ex liberalitate pstatur, qđ necessitate fit cogẽte. Nã ex Hieronymo contra Iouinianũ in *can. si n. inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat.* 4. *col.* 5. §. *liberi arbitrii nos condidit Deus. de pœnitentia dist.* 2. dicente rationem: *Alioquin vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est.* Quia profectò necessitas propriæ liberalitatis beneficium non est. ex Papiniano lib. 19. quęstionum in *l. vnum ex familia propter fideicommissum à se relictum* 69. §. 1. *si de falcidia quaratur. ff. de legatis* 2. Qui rationem reddens infert: *Non enim facultas necessarię electionis propriæ liberalitatis beneficium est. Quid enim est, quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit omnino reddere debuit?* Nec diuersimode Modestinus respondit lib. 8. Differentiarum in *l. rem legatam si testator viuus alii donauit.* 18. *ff. de adimendis, vel trãsferendis legatis, vel fideicõmissis.* Et ipse in fine rõem reddẽs: *Hæc enim distinctio in donantis munificentiam non cadit. cùm nemo in necessitatibus liberalis existat.* ibiq; notat *gloss.* verbo *liberalis existat. Rota* apud S. Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 397. *nu.* 2. plura deduximus *respons.* nostra 8. *nu.* 52. 53. & 54. *part.* 4. Necessitas ergo liberalitati opponitur, eamque propellit. nam, ex Ambrosio in *can. non satis est bene velle* 14. *distinct.* 86. Ex bona voluntate proficisci debet id, quod datur: Audias dicentem: *Non satis est bene velle, sed etiam benè facere. Nec satis est iterum benè facere: Nisi id ex bono fonte, hoc est ex bona voluntate proficiscatur. Perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur. &c.*

Necessitate temporis exigente quod statutum est, cessante necessitate, debet vtique cessare pariter quod vrgebat; quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam ad præsens fieri tempus compellit. Innocentius Papa de ordinatis à Bonoso in *can. quod pro necessitate tẽporis statutum est* 41. 1. *q.* 1. repetitur in *can. quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est* 7. 1. *q.* 7. Vrbanus Papa in Synodo Placentina statuit in *can. ordinationes, quæ ab hæresiarchis* 5. *in fine* 9. *q.* 1. verbis inferens; *Et cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est.* Concinere videtur Marcellus lib. 1. de officio Præsidis in *l. Senatus consulto cauetur* 16. *ff. de officio Præsidis.* prosequitur *Genedus canonicarum quæstionum q.* 17. *nu.* 11.

Necessitas pro conuenientia quandoque accipitur, sicut necesse est, hoc est conueniens est, exauditur. ex Ambrosio in *can. nosse credo vos fratres.* 9. *in fine distinct.* 76. dum infert: *Vnde nesse est, similem obseruantiam, similis lętitia subsequatur. Necesse est.* id est conueniens est *Glossa* ibidem exprimit. *Nam consilium est.* inferens: *Non enim quid quid consulitur iuris necessitati subiicitur.* ex Augustino in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam* 1. *in fine de pœnitentia dist.* 6. vt secundum locum, tempus, & modum rerum vices temperentur.

Necessitatem prædestinatio Dei non ponit. Cum in bonis voluntas sit intelligenda, non sine gratia; in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. ex Augustino in *can. vasis iræ numquam Dei redderet interitum* 23. 23. *q.* 4. Inferens circa medium: *Vires itaque obedientię non ideo cuiquam subtraxit, quia eum non prædestinauit: sed ideo eum non prædestinauit, quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit.* Sicuti de Nabuchodonosor, & Pharaone idem Augustinus de prædistinatione, & gratia in *can. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22. *eadem* 23. *q.* 4. in fine sequentibus decernens: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos; nisi, quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione proprię iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?*

Necessitate vrgente petentibus sacramenta non sunt deneganda, modo pœnitentiã ostẽdant præteritorum. ex Leone Papa ad Nicetam Episcopum in *can. tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt.* 2. 26. *q.* 7. dicente illo, atque admonente: *Pariter etiam habens ætatis senilis intuitum, & periculorum quorumcumque, aut ęgritudinis respiciens necessitates.*

Necessitas cõmunia facit, quæ propria videntur. dicente Ambrosio in *can. sicut ii, qui per* in-

*insaniam mente translati sunt 8. in fine distinct.* 47. atque verbis contestante: *Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quos possis præstare, quod velis.* Poterit ergo Ecclesia cogere diuitē necessitatis tempore, vt det: Quia sunt tunc communia. ex *Gloss.* ibidem verbo *esurientium*.

Necessitatis occasio, quandoque, aut desides facit, aut robur conuersationis infringit; & ideo prospiciendum iusta petentibus: *Ne cuiusquam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur (quod absit) conuersationis infringat.* Gregorius loquitur Gratioso Subdiacono scribens in *can. religiosam vitam eligentibus* 75. *siue finali* 12. *q.* 2.

Necessitatis tempore proximos seminis nostri despicere non debemus, si illi eguerint. ex Ambrosio in *can. est probanda illa etiam liberalitas.* 18 *distinct.* 86. Rationem inferens: *Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: Non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. causam enim natura præstat, non gratia.* Sicut Iusto magis subueniendum. ex eodem Ambrosio *can. non satis est bene velle* 24. *eadem distinct.* 86. Nec tàm in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. ex Hieronymo Damaso Papæ in *can. quoniam quidquid habent Clerici pauperum est* 68. *siue finali circa medium* 16. *quæst.* 1. In fine quoque inferendo quod sacrilegiū est, si, quod pauperum est accipiamus, siue Clerici, siue alii fuerimus.

Necessitate vrgente facta opera, quæ aliàs minime fierent, laudabilia non sunt. Argumento ex Neocæsariensi Concilio petito in *can. Si quis in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet.* 1. *distinct.* 57. Rationem reddit: *Non enim fides illius voluntaria sed ex necessitate est.* Quæ ergo ex necessitate fiunt bona, quæ minime aliàs fierent, non æstimantur. Quia à voluntate non proficiscuntur libera.

Necromantici sunt, quorum præcationibus videntur suscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere. νεκρὸς enim (necros) grecè mortuus, μαντεία diuinatio (mantea) nuncupatur: ad quos suscitandos cadaueri sanguis adiicitur. Nam amare sanguinem dæmones dicuntur. Ideoque quotiescumque necromantia fit; cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur. Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis* 14. *post principium* §. *necromantici sunt, quorum præcationibus.* 26. *quæst.* 5.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron. Apostolus dixit (ad *Hebr.* 5. 4.) Quia nimirum: sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus. ita respōdit Gregorius Papa Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis.* 9. *in ipso principio* 8. *q.* 1.

Negari non possunt per superiorem, quæ iustè à subdito petuntur. ex Gregorio ad Desiderium Episcopum in *can. cum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata.* 5. *distinct.* 86. subsequendo: *Ita cordi nostro nata est lętitia; vt negare ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcit, minime valeremus.* Ex quo loco *gloss.* verbo *vt negare*, argumentum extrahit: quod si subditus honestus est, prælatus eius iustas preces eius debet exaudire. Ex eodem Gregorio subdiacono in *can. religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere* 75. *siue finali* 12. *q.* 2. vnde *Glossella* marginalis ad dictum *can. cum multa nobis bona.* 5. verbo *vt negare.* & ipsa verbis aduocat: *Preces iustę sunt exaudiendæ.* Nec diuersimodè respondisse videtur Innocentius Tertius Priori & Conuentui Dinolicensi in *cap. licet quibusdam monachis, & canonicis* 18. §. *quo circa nouerint vniuersi de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* dicente Innocentio. *Quo circa nouerint vniuersi, quibus huiusmodi priuilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transeundi taliter postulantibus de iure teneri.* Et paulò ante dixerat in fine principii: *Cum etiam Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis, & Episcopis cedendi licentiam ex iusta causa petentibus sine difficultate concedat.* ibique *gloss.* verbo *ex iusta causa petentibus sine difficultate concedat.*

Negant veritatem seducti, qui se absque peccato audent iactare. In multis enim offendimus omnes: nec infans vnius diei absque peccato super terram esse potest. Qua propter eliminandus est ab Ecclesia iste error; qui vmquam pœnitentibus negat indulgentiam. Augustinus de pœnitentia in *can. adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus, quam oporteat* 32. *col.* 2. *in fine* §. *oportet enim sic Ecclesiam credere, quæ confitetur se sępe peccare. de pœnitentia distinct.* 3. in fine sequentibus concludens: *Cur enim Dominus Petri pedes lauisset, & Ecclesiam hoc idem docuisset, nisi, quia, quoniam quotidiana sit remissio? Cur docuisset orantes dicere:* Dimitte nobis debita nostra, *nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?*

Negantis factum per rerum naturam nulla est probatio. Dixere Imperatores Diocletianus & Maximianus in *l. actor, quod asseuerat* 23. *C. probationibus.* Rationem referentes: *Cum per rerum naturam, factum negantis nulla sit probatio.* Et legem inter sacros retulit Canones Gratianus in *can. actor, quod asseuerat* 2. *siue vltimo* 6. *q.* 5. Ratio est; quia negationum non sunt causæ, & proinde probari non possunt. vt *Gloss.* ibidem verbo *accusator* deducit. & dixit Clemens Tertius in *cap. super hoc, quod sciscitaris* 5. *in fine de renunciatione.* sequētibus loquens: *Porrò, licet negantis factum, per rerum naturam nulla sit probatio.* Quia negatiuæ probari non possunt. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap statuimus, vt positiones negatiuas (quæ probari non possunt.* 1. *de confessis in* 6. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo

bo *negatiuas*; primo; quia negatiua positio nō ponit, sed remouet. 2. ex *Ioanne monacho*: Quia negatiua dicit carentiam, & sic non existentiam rei, & non entis, non sunt species, nec differentiæ, secundum Philosophum. Cum ergo probatio debeat fieri per principia, sic ut causatum per causam ostenditur, & principiatum per principia, ut species per genus, & differentiam; hoc autem negatiua non habet, quia remouet; affirmatiua verò ponit. ideo hæc probatur, negatiua vero probari non potest. ita ex Glossa.

Negatio quid quid post se inuenit destruit. Est enim contradictorium eorum, quæ sequuntur, ponitque contrarium eius, cui adijcitur. *Gloss.* reputata singularis, & recepta in *cap. cum dilectus* 8. in *Glossa* magna verbo *à suspensis circa medium. vers. ratio illa videtur. de consuetudine.* cuius sunt verba: *Plus tollit negotio, quam ponit affirmatio*. Glossam sequitur *Nauarrus* in *can. super tribus de pœnitentia dist. 1. num. 2.* & idem *consil. 6: nu. 4 lib. 4. de consanguinitate, & affinitate.* sequentibus dicens: *Negatiua præcedens omnia, quę sequuntur, destruit, & contrarium eorum ponit. iuxta Glossam singulare, & receptam in cap. cum dilectus. de consuetudine.* plura nos deduximus *respons.* nostra 30. *nu. 40. & 41. parte. 5.*

Negatur Christus, & dictis, & factis. Quotiescumqua enim vincimur à vitiis, atque peccatis, toties Deum negamus: è contrario quoties benè quid agimus Deum confitemur. ex Hieronymo in *can. existimant quidam in eo tantum Christum negari* 84. *11. quæst. 3.* ibidemque Augustinus in *can. non solum abnegat Christum* 85. verba damus eius: *Non solum abnegat Christū, qui dicit eum nō esse Christum; sed ille etiam, qui cùm sit, negat se esse Christianum.* subsequens: *Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis: sed me negabis. Negauit ergo ipsum; cum se negauit esse eius discipulū. Quid autem aliud isto modo, quàm se negauit esse Christianum?*

Negant Deum, ipsumque pro pecunia vēdunt, qui veritatem pro pecunia negant. Nam veritas est Deus. Ipse enim dixit: *Ego sum veritas.* (Ioannis 14.) Sicuti Iudas pecunia Deum vendidit. Beda in *can. Abiit Iudas ad summos sacerdotes, & constituerunt ei pecuniam se daturos* 83. 11. *q.* 3.

Negant quoque Deum, ipsumque Christum, qui negant misericordiam faciendam necessitatem patiētibus. Quia Christus misericordia est, & veritas. ex Pelagio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can. omnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid* 36. §. *qui autem negat misericordiā faciendam fugientibus.* 7. *q.* 1.

Negare Christum mors est; sicuti confiteri Christum, vita. ex Augustino in *can. non solum abnegat Christum* 85. §. *timendo mortem carnis tuę, mortem dabis animæ tuæ.* 11. *q.* 3. qui sic fatur: *Quanta enim vita est confiteri Christum; tanta mors est negare Christum.*

Negligētia est eruditionis nouerca. Anacletus Papa Episcopis omnibus, in *can. nihil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur.* 6. *in fine distinct.* 83. Qui sententiam sic profert: *Sicut artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia: ita nouerca eruditionis est negligentia.* Sicuti ex Concilio Tolerano Quarto in *can. ignorantia mater cunctorum errorum* 1. *distinct.* 38. dicente: *Ignorantia mater cunctorum errorum maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt.* Ita negligentia eruditionis nouerca est. atq; ideo fugienda.

Negligentia in rebus agendis suo nocet auctori. ex Bonifacio Octauo in *cap. tibi, qui gratiam in Bituricen Ecclesia impetrasti* 12. *in finalibus verbis de rescriptis in* 6. dicente illo: *Dum tamen dolus tibi, non possit, vel notabilis negligentia imputari*. Nocet proinde negligentia, vt ex eodem Bonifacio patet in *cap. si clericus, pro quo à sede Apostolica recepisti mandatum* 11. *de prabendis & dignitatibus in* 6. Quo loco tertio etiam negligentiæ meminit, & rationem reddit: *Cùm facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta.* meminitque *gloss.* verbo *negligenter.* Nec diuersimode de negligentia in proprio officio, quæ culpæ annumeratur, verba facit Marcellus lib. 2. de Iudiciis publicis in *l. Diuus Marcus* 14. *in fine de officio prȩsidis.* Rationem reddens: *Nam custodes furiosis non ad hoc solùm adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur: sed ne aliis quoque exitio sint: quod si omittatur, non immerito culpa eorum ascribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerunt.* vbi *gloss.* verbo *in officio suo*. sic deducit: *Nota, quod quilibet in officio suo debet diligens esse, non negligens.* Rationē inferius proferens: *Nam negligentia omnia lędit.* Hinc sane est quod inferiorum culpæ negligentibus, desidibusque prælatis ascribuntur. Testem accipe Leonem Romæ Episcopum ad Aquilegiensem Episcopum in *can. inferiorū culpę ordinum* 1. *dist.* 86 Scribentem, dicentemque: *Inferiorum culpę ordinum, ad nullos magis referenda sunt, quàm ad desides, negligentesque rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dū austeriorem dissimulant adhibere medicinam.* quo loco *Glossa* duo notat. vnum verbo *inferiorū culpa.* dicens: *nota quod per culpam subditorum probatur negligentia prælati.* Alterum verò verbo *negligentes.* inferens: *Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis.* Ex Clemente Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can. nemo per ignorantiam Clericus* 40. *de consecrat. distinct.* 1. illis verbis post principium: *Qui hęc fecerit, vel leuiter, quasi nihil, & negligenter habuerit diuina mysteria: Diaconus triennio &c.* vbi *gloss.* verbo *negligenter* notat: *negligentiam, vt factum, puniendam.* Ex Hilario Papa in Synodo Romana in *can. nulli fas sit sine status sui periculo* 4. 25. *q.* 1. Qui sequentibus fatur, rationem referens: *Quia nos, qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionū culpa respiciet; si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentiæ sacerdotū.* Fugiamus ergo negligentiam, qui pastores sumus. namque,

Ne-

negligentię rei meritò tenebuntur, qui cùm possint peccata non persequuntur subditorum. Augustinum excipe contra Cresconiũ Grammaticum in *can. quisquis Christianum (inquit) persequitur: Christi est inimicus.* 52. *in fine* 23. q. 4. dicentem, atque protestantem: *An verò, si non persequantur, non rei negligentia merito tenebuntur?* Negligere quippe, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Eleuterius Papa testatur in Epistola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter in *can. negligere cùm possis deturbare peruersos* 55. 2. q. 7. Nec diuersimode Gregorius vniuersis Episcopis Concilii Bizacii. in *can. sicut (inquit) laudabile, discretumque est.* 46. *eadem* 2. q. 7.

Negligens qui fuerit in inueniendo confessarium, qui nouit ligare, & soluere, ipse damna sentiet socordię suę. Meritò Augustinus libro de pœnitentia in *can. qui vult confiteri peccata.* 1. *in ipso principio. de pœnitentia distinct.* 6. sequentibus rem aperit: *Qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam; quęrat sacerdotem scientem ligare, & soluere: ne cum negligens circa se extiterit, negligatur ab illo, qui eum misericorditer monet, & petit ne ambo in foueam cadant, quam stultus euitare noluit.* Iidemque verbis ab eodem refertur in *can. quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat* 88. §. *Lazarum enim de monumento iam suscitatum obtulit Dominus discipulis soluendum. de pœnitentia distinct.* 1.

Negligentia Prælatorum in discrimen cedit subditorum. & innumerabiles populos coaceruatim secum ducunt primo Mancipio gehennę, cum ipsis plagis multis in æternũ vapulaturi. ex dictis Bonifacii Martyris in *can. si Papa suę, & fraternę salutis negligens deprehenditur.* 6. *distinct.* 40. Admonendi proinde sunt Pręlati, ne desides, negligentesque in suo officio sint; quia hoc non solùm ipsum reprobat prelatum, sed etiam ad sacerdotalis officii pertinere probatur opprobrium. ex Gregorio Antemio Subdiacono Campaniæ in *can. peruenit ad nos fratrem, & coepiscopum nostrum Paschasium* 1. *dist.* 84.

Negligens Prelatus dicitur, qui quamuis lectioni, & orationi insistat, largam tamen manum non habet; neque necessitatem patientibus concurrit; alienamque inopiam suam credit: quia si hęc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet. ex Gregorio Secundino Seruo Dei de Mariniano Episcopo scribens in *can. fratrem nostrum Marinianum Episcopum verbis, quibus vales, excitas quia obdormisse eum suspicor* 6. *distinct.* 86. Namque aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus. vt Ambrosius fatur in *can. Aurum Ecclesia habet* 70. 12. q. 2. inferens paulo post: *Nun ne melius constat sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis? Nun ne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum, vnde ministrasses alimoniam.* Inferens tandem: *Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est.*

Negligens Pastor Ecclesiasticam solicitudinē, vigoremque, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium nocet. ex Calisto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata* 9 *in fine* 23. q. 3. Rationem infert Calixtus: *Nam, (si quod absit) Ecclesiasticam solicitudinem, vigoremque negligimus, perdit desidia disciplinam, & animabus fidelium profectò nocebitur.*

Negligere, nec curare, ea, quæ male vsurpantur, reprimere; excessus fouere, eisque viam aperire demonstrat. ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano scribente in *can. peruenit ad nos diaconos Ecclesię Catinensis* 21. *distinct.* 93. in fine rationem reddendo: *Nam si negligenter ea, quę male vsurpantur, omittimus; excessus viam aliis aperimus.* Licet quandoque ex iusta causa peccatum non ita acriter puniatur. ex Leone Papa ad Episcopos Africę scribente in *can. exigunt causę, vt non solum in tales præsules* 18. *in fine* 1. q. 7. verba sunt Leonis Rationem reddentis: *Quia remissio peccati, non dat licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit ampliùs impunè committi: ne quod ad tempus pia lenitate concessimus; iusta post hęc vltione plectamus.*

Negligentiores esse Clericos, quam sint laici, desolatio est Episcopi. ex Ambrosio in increpatione ad populum in *can. quid autem ego vos arguo* 23. 8. q. 1. Ambrosium excipe: *Conuincor enim cum in hac parte Clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare non possim? aut qua fiducia succenseam laicis, cum à consortibus pudoris verecundia cōticescā?* Rationē habes ex Hilario Papa in synodo Romana in *can. nulli fas sit sine status sui periculo* 4. *in fine* 25. q. 1. decernente illo: *Siquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur; & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccātium.* Rationem deducit *Glossa* ibidem verbo *sublimitas.* & ipsa subnectens: *Crimen enim augetur per dignitatem.* ex Chrysostomo in *can. homo Christianus fortiter cadit* 4. *distinc.* 4. illum excipe: *Homo Christianus fortiter cadit in peccato propter magnitudinem peccati: aut propter altitudinem dignitatis.* ibique pluribus notat *Gloss.* verbo *cadit.*

Negligentia Prælati acerrime corripienda venit. ex Pio Papa in *can. si quis per capillum Dei, vel caput iurauerit* 10. *in fine* 22. q. 1. precipiente illo, dicenteque: *Sed si Episcopus ista emendare neglexerit, acriter corripiatur.* Nec diuersimode Gregorius Vitaliano Sipontino Episcopo excanduit in *can. si custos religiosi habitus, aut esse nosses Episcopus.* 18. *post principiū* 27. q. 1. dicens illi: *Sed quia nimia desidia, ac torpore depimeris: in tuo dedecore res ad presens illicita impunè commissa est.* vbi *Gloss.* verbo *desidia.* prosequitur. *Desidia in prelato casum inducit depositionis.* Ex Eugenio Papa in *can. dictum est nobis presbyteros propter suam negligentiam* 8. *distinct.* 81. ibique *Gloss.* verbo *negligentiam.* dicens: *Nota quod aliquis æquè deponitur* pro-

*propter negligentiam, sicut propter dolum.* Quasi negligentia dolo æquiperetur.

Negligentia post admonitionem euadit maior, & quo ad culpam, & quò ad pœnam. ex Symmacho Papa in Sexta Synodo in *can. indigne ad altare Dei properare permittitur* 11. 12. q. 2. Sic nempe Symmachus infert: *Quod si neglexerit, & necessitas compulerit: demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat.* & repetitur in *can. in canonibus in Grangressi Ecclesia, Apostolica auctoritate conditis* 57. *circa finem* 16. q. 1. decernendo: *Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur; dicente Domino:* (Deutor. 14. & 1. ad Corinth. 5.) *Auferte malum ex vobis.* Acrius enim corriguntur, qui post admonitionem in negligentia perseuerant, ita vt excommunicatione feriri mereantur.

Negotiatio prohibita est, cùm minus suo tempore emitur, vt postmodum eadem species carius vendatur. Hoc enim turpe lucrum dicitur. ex Iulio Papa in *can. quicumque tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed voluntate* 9. 14. q. 4. Sed Clericis præsertim prohibetur. ex Concilio Tarraconensi in *can. canonum. statutis firmatum est.* 3. *eadem* 14. q. 4. verba sunt Concilii: *Canonum statutis firmatum est, vt quicumque in Clero esse voluerit, emendi viliùs, vel vendendi cariùs studio non vtatur. Quod certè si voluerit exercere, cohibeatur à Clero.* vbi *Gloss.* verbo *vel vendendi.* subnectit in eadem forma *Sed in rudi materia possunt emere corium, & chartas; & inde facere sotulares, & libros.* Nec est negotiatio; sed artificium. ex Septima Synodo in *can. clericus ab instanti tempore* 1. *circa finem* 21. q. 1. Et hoc ad vitę necessitatem. sicut Apostolus; *ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum erant, ministrauerunt manus istæ.* (Actum 20.) Et ex Concilio IV. Carthaginense in *can. Clericus victum & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura, absque officii sui dumtaxat detrimento paret.* 3. *distinct.* 91. Nec diffitetur Hieronymus ad Rusticum monachum in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber.* 53. *non multo post principium de consecrat. distinct.* 5. Concinnis loquens verbis: *Facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia; cur tu in vsus tuos cessura non pręparas? Vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus &c.* prosequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 8. *c.* 2. *q.* 5. deduximus *respons.* nostra 73. *part.* 3.

Negotiatio ex se prohibita non est, sed mendacium, quo negotiatores in negotio vtuntur. Augustinum excipe in *can. quoniam non cognoui litteraturam* 12. *distinct.* 88. paulò post principium affabrè loquentem: *Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces. mercedem laboris, vnde viuam, peto: Dignus est operarius mercede sua.* (Lucæ 10.) *De mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere; tantò emi; tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergo reuocas à negotiatione?* & paulo post: *Negotiatio enim me non facit malum; sed iniquitas mea; & mendacium meum*, inferens in fine: *Vnde & Dominus expulit illos de templo, volentes suam iustitiam statuere, & ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus*, ita ex Augustino.

*N*egotiatio vel honesta, vel turpis ex qualitate dignoscitur negotii, quia nimirum qualitas lucri negotiantem, aut excusat, aut arguit; quia est honestus quæstus, & turpis. Difficile tamen est inter ementis, vendentisque commercium, non interuenire peccatum. ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit* 2. *de pœnitentia dist.* 5. Rationem reddit *gloss.* verbo *interuenire* & ipsa dicens: *Nam contrahentibus naturale est se se inuicem decipere.* Deduxit ex Paulo lib. 34. ad Edictum in *l. item si pretio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locato erit actio* 23. §. *quemadmodum in emendo, & vendendo, naturaliter concessum est ff. locati, & conducti.* Quod tamen in prætiis exauditur, non in uitiis rerum. secundum *Glossam* ibidẽ verbo *circumscribere*. & ex ipsis verbis Iuris Consulti excipitur, dicẽtis: *Quemadmodũ in emẽdo, & vendendo naturaliter cõcessũ est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit pluris vẽdere; & ita inuicẽ se circũscribere.* Concinit ad hoc illud Apostoli (1. ad *Thessalonicenses*, 4. 6.) exhortantis, atque instruentis illos: *Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.* Notauit *Glossa* Marginalis ad eundem §. *quemadmodum in emendo, & vendendo.* ad verbum *circumscribere.*

Negotiatio igitur, quæ peccatum nutrit, depellenda est, nec exercenda. *Nam sunt pleraque negotia, quę sine peccatis, exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt.* Hęc itaque dimittenda. ex Gregorio in *can. negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit.* 7. *de pœnitentia dist.* 5.

Negotia alia secularia, alia sunt Ecclesiastica. Nullus itaque Clericus negotiis secularibus se miscere debet; nisi propter curam pupillorum, & orphanorum, & viduarum. & hoc pręcipiente Episcopo. Nam & Moyses tabernaculum intrabat, & inde ad populum egrediebatur. Et Iacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit: *Quia videlicet rectores Ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetunt; sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt.* ita Melchiades Papa in *can. decreuit Sancta Synodus.* 1. *dist.* 88. Si negotiis secularibus se ingesserint Clerici prohibendi. *si cessare noluerint, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur.* Gelasius Papa Episcopis per Lucaniam, & Siciliam scribens in *can. clerici, aut ab indignis quęstibus nouerint abstinendum.* 1. 14. q. 4. Idemque ibidem Cõciliũ Tarraconẽse statuit in *can. canonum statutis firmatum est.* 3. *eadem* 14. q. 4. inferẽs: *Quod certe si voluerit exercere, cohibeatur à Clero.* Nam ex Apostolo (2. ad *Timotheum* 2.) *Nemo militans Deo implicat se negotiis secu-*

*laribus*. & David (psalmo 70.) *Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini*, Dedux itqne Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est, vt illa quoque* 2. *dist*. 88. in fine rationem reddens: *Quoniam Domus Dei Domus orationis esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potius sit Latronũ spelunca*.

Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quãdam pestem fuge. Hieronymus dixit ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. negotiatorem clericum* 9. *dist*. 88.

Negotium quod sine peccato exerceri non potest, vel officium, dimittendum, & bona, quæ iniustè abstulit, restituenda, alioquin recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire. ex Gregorio VII. in Synodo Romana celebrata anno 1078. in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *de pœnitentia distinct*. 5.

Negotium dicitur, quod negat otium, quod malum est; neque quærit veram quietem, quæ est Dominus. Augustinus, siue Gratianus ex verbis Augustini in *can. quoniam non cognoui litteraturam* 12. *in fine. distinct*. 88. Et Negotium est, quę possunt vilius comparari, carius velle distrahere. ex Cassiodoro in psalmum 70. in *can. quid est aliud negotium?* 13. *eadem distinct*. 88.

Negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. de Apostolis, qui post conuersionem ad piscationem rediere (*Ioannis* 21.3) cum dixit Simon Petrus post passionem Domini: *Vado piscari*. in quem locum Gregorius homilia 24. in Euangelia à Gratiano relatus in *can. negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit*. 7. *de pœnitentia distinct*. 5. Peccatum nempe prohibetur, non negotium. Vnde Mattheus ad telonium non rediit. Rationem refert Gregorius ibidẽ in fine dicens: *Quæ ergo ad peccatum implicant: ad hęc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat*.

Negotia maiora discretione maiori dirigenda. Nam *circa maiora periculum vertitur*. vt inquit Chrysostomus in Epistola ad Hebręos ad cap. 6. homilia 11. relatus à Gratiano in *can. quiescamus ab hac absurda curiositate* 2. *distinct*. 41. ibique *gloss*. verbo *periculum*. Rationem reddens: *Si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus*. Sicuti ex Gelasio Papa Rustico, & Fortunato Episcopis scribente patet in *can. nuper Foropopulensis Ecclesię clerici*. 2 *sine finali* 7. *q*. 2. dicente illo in re graui. *Rerum fide solertissimè perquisita, si aliquando scilicet &c*. & postmodum: *Quanta fieri potest examinatione quæratur*. & demum rationem reddens: *Quia de tanta re non segnius agẽdum est*. vbi *Gloss*. verbo *segnius*. & ipsa adnotat dicens: *Nota quod in magnis rebus, diligẽtior inquisitio est facienda*. allegat 42. *dist. quiescamus*. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tantum apud vos* 5. §. *Principatus autem. distinct*. 61. dicente illo rationem: *Difficile est, vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio*. inferens: *Quanto magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur?* vbi *Gloss*. verbo *quanto magis*. prosequitur: *Nota* (inquiens) *Quantò res est maior, tanta maior est inquisitio facienda*.

Negotia sunt cum celeritate expedienda, ne ex mora damnum gregibus Domini inferatur. ex Leone Papa Anastasio Episcopo in *can. de persona autem consecrãdi Episcopi* 4. *in fine distinct*. 63. ibique *Gloss*. verbo *morte*. in fine. ex Gregorio in *can. sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari*. 3. 2. *q*. 1. subsequendo: *ita quæ iustè affinita fuerint, nulla patimur excusatione differri*.

Negotia omnia Ecclesiastica, de quibus quæstio habetur, ad sedem Apostolicam confluere iussa sunt, vt ibi sententiam suscipiant suam. ex Gregorio in *can. si quis super his nos arguere voluerit* 42. 2. *q*. 7. In causis præsertim fidei. vt *Gloss*. ibidem verbo *si quis* in fine adnotat. ex Ambrosio in *can. conuentor ipse à comitibus & tribunis* 21. §. *vtinam essem securus, quia Ecclesia hæreticis minime traderetur*. 23. q. 8. dicente: *Sed in consistorio non reus Christus solet esse, sed Iudex. Causam fidei agendam in Ecclesia, quis abnuat? si quis confidit, huc veniat*.

Negotiorum merita partium assertione panduntur. Arcadius, & Honorius respondere Cæsares A. A. Petrone Vicario Hispaniæ respondentes in *l. nec imperiale responsum* 2 *sine finali in fine C. si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio*. Audiri itaque debent partes in iudicio. ibique *Glossula* Marginalis, quæ allagat in concordantiam Innocentium Tertium Rothumagẽsi Archiepiscopo scribentem in *cap. cum contingat* 24. *de rescriptis*. & notat *Gloss*. ibidem verbo *tunc litterarum*. Rationem reddẽs: *Quia causarum merita partium assertione panduntur*. Ex eodem Innocentio Tertio Episcopo & Capitulo Olecen in *cap. cùm ex litteris Cœlestini Papæ prędecessoris nostri* 5. §. *nos igitur cum fratribus nostris. & aliis deliberauimus in fine. de in integrum restitutione*, dicente: *Tandem deliberatio nostra in hoc resedit, vt an data sit restitutio. an danda contra præmissam sententiam partibus præsentibus decernatur, quarum assertione merita causarum panduntur*. Negotiorum igitur merita partium assertione panduntur.

Neophytus dicitur, qui nouiter est in fide, vel religione plantatus, vel ascitus ad dignitates. ergo Neophytus eligi non debet. Præcepit proinde iure Apostolus (1. ad Timoth. 3.) *Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat diaboli*. Ex Concilio Niceno in *can. quoniam multa, sine per necessitatem* 1. *distinct*. 48. Rationem reddit ibidem Gregorius Syagrio Episcopo. & aliis Episcopis in *can. sicut neophytus tunc dicebatur* 2. & *finali. eadem dist*. 48. dicens: *Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quęrit ascensum*. Et ex Innocẽtio, quem refert Gratianus ibidem in *summa* in fine: *Miserum est*

*fieri*

fieri magistrũ, qui nec dum didicit esse discipulus. Et retulit eundem Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginensem Episcopum in can. miserum est eum magistrum fieri, qui numquam discipulus fuit 4. distinct. 65.

Neophytorum hæresis fuit simonia. Quia profectò simonia à Simone mago originem traxit, qui neophytus, nouiter scilicet conuersus, pecuniam obtulit, vt potestatem acciperet imponendi manus, & tradendi Spiritum sanctum. Cum eo igitur se nõ dubitet (quisquis ille est,) habiturum portionẽ, qui prius commisit hoc peculiare flagitium. ex Gregorio Primo in can. quisquis per pecuniam ordinatur. 5. 1. q. 1. ibique glossa verbo neophytorum. dicens, & rationem reddens: Quia à neophyto. scilicet à Simone, ortum habuerit, qui de nouo ad fidem conuersus fuit. vel quia neophyti solent dare pecuniam, vt promoueantur, quia alias non poterant. vt 48. distinct. can. 5.

Neophyti aliquandiù à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant. Concilium Carthaginense IV. in can. neophyti aliquandiù à lautioribus epulis 12. de consecratione distinct. 5.

Nemo cogendus est ad bonum, potest tamen cogi post susceptum ad perseuerandum. Augustinum excipe ad Vincentium in can. nimium sunt inquieti Donatistæ 37. post principium §. at enim quibusdam præcisè prosunt 23. q. 4. hoc ratiocinantem. Nunquid ideo negligenda est medicina; quia nõ nullorum insanabilis est pestilentia? & paulò post. § putas neminem. subsequitur: Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas Patrem familias dixisse seruis: (Matthei 22.) Quoscumque inueneritis cogite intrare. Cùm legas etiam, ipsum primò Saulum, postea Paulum ad cognoscendam, & tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis compulsum. quo loco Gloss. verbo cogi. & ipsa philosophatur: Ab initio nemo cogendus est ad bonum: Sed aliquis cogitur. perseuerare in eo, quod incæpit. vt infra eod q. 5. ad fidem. Nec obstat, quod dicitur, de Paulo, qui cõ initio fuit coactus. Nam hic argumentatur à minori. id est: ex quo Paulus ab initio fuit coatus, ergo alii possunt ex post facto cogi. ita Glossa. & prosequitur Augustinus Donato presbytero scribens in can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. eadem 23. q. 4. col. 5. in fine. Rationem reddens; ac dicens: Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam. quis nesciat, nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Nõ tamen ideo, qui diliguntur, malæ suæ voluntati impunè, & crudeliter dimittendi sunt; sed vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi. & paulo post: Si voluntas mala semper suæ permittenda est voluntati, quare Paulus non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam; sed prostratus est, vt excæcaretur, excæcatus, vt mutaretur; mutatus, vt mitteretur, missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Idemque Augustinus contra litteras Petiliani in can. ad fidem nullus est cogendus inuitus 33. eadem 23. q. 5. inferens paulo post principium: Si quæ igitur leges aduersus vos constitutæ sunt: non eis benefacere cogimini; sed malè facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest; nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate. Nec diuersimode Gratianus in summa ead. 23. q. 6. ibique Glossa verbo quod autem. Rationem reddens; Quia ad bonum non susceptum nemo cogendus est; sed ad bonum, quod suscepit, cogendus est. Prosequiturque Augustinus ibidem can. schismatici dicunt. 1. §. vnde & ipse Dominus. exemplum deferens Domini Lucæ 14. subsequens: Nam, cum ei serui sui respondissent Domine factum est, quod iussisti, & adhuc locus est: exite (inquit) in vias, & sæpes, & quoscumque inueneritis cogite intrare. Vel saltim cogitur: vt Paulus; vt ex nolente fiat volens. ex eodem Augustino ad Vincẽtium in can. vides, vt opinor, non esse considerandum 3. eadem 23. q. 3. post principium, qui sequentibus fatur: Non, quod quisque bonus possit esse inuitus, sed timendo, quod non vult pati, vel relinquit impatientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem; vt timens, vel respuat falsum. de quo contendebat; vel quærat verum, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat. Et sic ex nolense fiat volens. vt Gloss. ibidem verbo & volens. subnectit.

Nemo cogi potest, cui non vult, de proprio facere beneficium. ex Concilio Mediomatricis in can. precaria à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur. 4. in fine 10. q. 2. sacro Cõcilio dicente; Cum ratio, & vsus obtineat, neminem, cui non vult contra vtilitatem, & rationem cogi de proprio facere beneficium. Concinit Augustinus contra litteras Petiliani in can. ad fidem nullus est cogendus inuitus. 33. 23. q. 5. sequentibus verba faciens: Si quæ igitur aduersus vos leges cõstitutæ sunt: non eis bene facere cogimini; sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate. Rationem reddidere tres Cæsares Valentinianus, Theodosius. & Archadius in l. dudum proximis, consortibusque concessum erat 14. C. de contrahenda emptione, & venditione: decernentes: Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti: superiore lege cassata &c. sequuta fuit Rota part. 2. in recentioribus decis. 502. sub nu. 3. Nemo ergo inuitus de rebus suis facere aliquid cogi potest: Quia hoc ab eius libera pendet voluntate.

Nemo suis militare stipendiis cogitur. ex Gratiano in can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. col. 3. §. Item, quis militat stipendiis suis vnquam? 10. q. 1. & illo Apostoli (1. ad Corinthios 9. 7.) dicente: Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat? & infert Gratianus: Sapere est de alieno labore victum quærere; si sapere est, velle, quod non possis. Idem ex Augustino ad Pollentium in can. iam nunc illud videamus. 8. in fine 28. q. 5. iisdem Apostoli verbis vtens: Quis militat suis stipendiis vnquam? & dixit gloss. in

*est*. Pertimescendum ergo, cum quis ad Episcopatum assumitur.

Nauigare dicitur, qui vxorem ducit, ex Augustino ad Bonifacium Comitem in *can. nos nouimus, nos testes sumus* 2. *circa medium* 17. *q*. 2. verba sunt Augustini: *Cum ergo te esse in hoc proposito gauderemus, nauigasti, vxorem duxisti*, Nauigat ergo, qui vxorem ducit: Quia sicut nauigans subiicit se variis periculis, nec proprio motu regitur, sed ventis; sic habens vxorem. *gloss.* ibidem verbo *nauigasti*. rationem reddit.

Necare videtur, qui alimenta denegat. Cibus enim naturam conseruat; eaque vsque ad cũ finem est, vt alatur. *Aristoteles de animalibus cap.* 4. *textu* 47. Qui ergo alimenta denegat, cum vitam consequenter auferat; necare, atque occidere videtur. Ambrosium excipe in *can. pasce fame morientem* 21. *distinct.* 86. Qui sequentibus propositionem exagerat; *Pasce fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti.* vbi *Glossa*. occidit quis aliquem per subtractionem panis corporalis. infert verbo *occidisti*. Deducitque ex Ecclesiastico 34. 25. relato in *can. immolans* 2. 14. *q*. 5. Qui sic verba ex Spiritu Sancto subnectit: *Panis egentium vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem in casus figuratione in fine: *Nam qui rapit pauperibus, & qui sanguinem fundit humanum, homicida reputatur, & similes sunt in malo.* Nam ex prophanis quoque Paulus Iure Consultus in *l. necare videtur* 4. *ff. de liberis agnoscẽdi*. Doctrinam & ipse tradit: *Necare videtur, non tantum is, qui partum prefocat; sed is qui abiicit, & qui alimenta denegat.* Quia nimirum idem Sanctus Spiritus *d. can. Immolans* protestatur: *Qui aufert in sudore panem, quasi, qui occidit proximum suũ.* Concinitque Augustinus in *can. decime tributa sunt egentium animarum* 66. *in fine* 16. *q*. 1. Qui in decimas defraudentes, inuehens infert: *Et quanti pauperes in locis, vbi ipse habitat; illo decimas non dante, fame mortui fuerint; tantorum homicidiorum reus ante tribunal aeterni Iudicii apparebit, quia rem à Deo pauperibus delegatam, suis vsibus reseruauit.* Benedictus quoque 11. in *extrauaganti inter cunctas* 1. *in fine* §. *quis ergo non misereatur de priuilegiis*. inter cõmunes verbis illis: *Aut eis subtractis alimentis necare.* Concinitque Anacletus Papa in *can. qui abstulerit aliquid patri vel matri*. dicitque, *hoc peccatum non esse*, *homicida particeps est*. 6. 12. *q*. 2. ibique *gloss.* verbo *patri*. & *gloss.* in *can. inter cetera* vt *r. gauenas à patre nostro Ambrosio* & verbo *vel maximè* 12. *q*. 4. Rationẽ reddens: *Videtur enim necare illum, cui non prestat alimonia*. deducit *Gassaneus* *cons.* 1. *in* 4. *parte num.* 12. Quia nimirum vt Menander, cecinit:

*Fames maximus dolor hominibus est.*
*Fami enim nullum est contradicere verbum.*

Miserum quippe mortis genus est, fame mori. Vnde apud Homerum:

*Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,*
*At periisse fame, res vna miserrima longe est.*

Necare igitur videtur qui alimenta denegat.

Necessitas legem non habet. Ita respondit Felix Papa omnibus orthodoxis rescribens in *can. sicut non alii, quàm sacrati Domino sacerdotes debent Missam cantare* 11. *circa finem de consecratione dist.* 1. Rationem refert *Gloss.* ibidem verbo *necessitas* 2. Quia nõ est subiecta humanæ constitutioni. Imò excusat, quod contra eam fit, ex Beda in *c. quod non est licitũ in lege, necessitas facit licitum* 4. *extra de regulis Iuris*, deducitque *gloss.* ibidem verbo *necessitas*, & *gloss.* in *can. sanctum est baptisma per se ipsum* 36. *de consecrat. dist.* 4. verbo *reconciliare*. ibique *Glossella* Marginalis perpendens: *Quod hac necessitas excusat, quæ non habet legem.* Quia profectò non est imputandum, quod conditio necessitatis extorsit. ex Leone Papa Nicetæ Aquilicon Episcopo scribente in *can. cùm per bellicam cladem* 1. *in fine* 34. *q*. 1. illis verbis: *Neque vllo modo ad opprobrium malæ voluntatis trahatur, quod conditio necessitatis extorsit* vbi *gloss.* verbo *quod conditio* sic infert: *Quod necessitas cogit, non est imputandum.* Ex dictis Appollonii in *can. discipulos, cum per segetes transeundo vellerent spicas, & ederent* 26. *de consecrat. dist.* 5. subsequendo: *Ipsius Christi vox innocentes vocat, quia is coacti fame hoc fecerunt.* Et necessitas, fame excusat à furto. vt *gloss.* ibidem subnectit verbo *famè*. subsequiturq; ibidem ex Hieronymo *can. quid quid enim necessitate fit, cito soluitur*. 27. *Quod voluntate arripitur perseuerat.* Quia pro remedio factum videtur. ex *glo.* ibidem in fine. Prefertim vero si necessitas extrema fuerit, cum ab omni lege excepta sit, ex Nicolao Tertio in *cap. exiit, qui seminat, seminare semen suum*. 3. *col.* 12. §. *& quia oportet, & expedit fratrum necessitatibus, non solum illis &c. de verborum significat. in* 6. Vel etiam si vrgens fuerit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali 10 *cap. non debet reprehensibile iudicari*. 8. *in principio extrà de consanguinitate, & affinitate*. illis verbis: *præsertim, cum vrgens necessitas, vel euidens vtilitas id exposcat.* Quia necessitas facit licitum, quòd erat alias illicitum, ex Beda *d. cap. quod non est licitum in lege* 4. *extra de regulis Iuris*. & ex pœnitentiali Theodori in *cap. si quis propter necessitatem famis* 3. *de furtis*. ibique plene *gloss.* verbo *pœniteat*. Nam vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est. ex Hieronymo cõtra Iouinianum in *can. si enim, inquit: Omnis, qui est ex Deo non peccat* 40. *col.* 5. §. *liberi arbitrii nos condidit Deus de pœnitentia dist.* 2 verba sunt Hieronymi: *Liberi arbitrii nos condidit Deus, nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur: alioquin vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est*. vide apud *Nauarrum de oratione & horis canonicis cap.* 5. *nu.* 8.

Necessitas duplex perpendi potest. simplex videlicet, & conditionalis. ex Augustino relato à Gratiano in *can. vasis ira numquam Dei redderet interitum* 23. §. *non ergo necessitatem facit correctionis*. 23. *quæstion.* 4. Gratianum excipe: *Vnde Augustinus: Duæ sunt (inquit) necessitates, simplex vna, velut, qua necesse est omnes*

*nes homines esse mortales; altera conditionalis, vt si aliquem ambulare quis scit, cum ambulare necesse est. Quod enim quisq; esse nouit, id esse aliter, quam notum est, nequit. &c.*

Necessitas temporum compellit quandoque ad veniam inclinare. ex Gratiano in *can. si qui vel temeritate propria* 12. §. *necessitatis intuitu* 1. *quæst.* 7. Deducens Hilarii Papę dictum ad Ascanium, & vniuersos Episcopos Tarraconensis Prouincię in *can. quoniam quidquid ab alterutra parte est iudicatum* 13. *eadem* c. *q.* 7. dicente Hilario: *temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestum est.* Quia nimirum, & opera, & tempus, & causam respicere debemus, vt benè, quæ facta sunt iudicare valeamus. ex Ioanne Chrysostomo super Mattheum in *can. occidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiā* 14. 23. *q.* 8. in fine concludente: *Non enim possumus ad veritatem aliter peruenire.*

Necessitas, quod intulit, inculpabile est iudicandum. testem deducimus. Ioannem Papam VII. Ansolmo Lemonicinæ Ecclesię Episcopo in *can. ad limina beatorum Petri, & Pauli Apostolorum principum* 7. *circa medium* 30. *q.* 1. Qui sequentibus verbis rem aperit: *Quapropter, & nos sancta auctoritatis iussione præcipuè freti, dicimus, emittendum esse; & inculpabile iudicandum, quod necessitas intulit.* De eo loquēs, qui filium suum in extremo vitę positum nedum baptismatis vnda lotum, absentia scilicet sacerdotum, necessitate cogente, baptizasset. Quia necessitas facit de non permisso permissum, & de non licito licitum. ex Innocentio Tertio Bracharensi Archiepiscopo in *cap. consilium nostrum* 2. §. *cum autem quæsieris.* & *in fine* ibique *gloss.* verbo *necessitas extrà de obseruatione ieiuniorum.* Et in superioribus quoque diximus. deducit *Carolus de Grassis de effectibus Cleicatus effectu* 6. *nu.* 25.

Necessitas omnē excludit liberalitatē. Nō. n. ex liberalitate pstetur, q necessitate fit cogēte. Nā ex Hieronymo contra Iouinianū in *can. si n. inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat.* 4. *col.* 5. §. *liberi arbitrii nos condidit Deus. de pænitentia dist.* 2. dicente rationem: *Alioquin vbi necessitas est, nec damnatio, nec corona est.* Quia profectò necessitas propriæ liberalitatis beneficium non est. ex Papiniano lib. 19. quæstionum in *l. vnum ex familia propter fideicommissum à se relictum* 69. §. 1. *si de falcidia queratur. ff. de legatis* 2. Qui rationem reddens infert: *Non enim facultas necessariæ electionis propriæ liberalitatis beneficium est. Quid enim est, quod de suo videtur reliquisse, qui quod reliquit omnino reddere debuit?* Nec diuersimode Modestinus respondit lib. 8. Differentiarum in *l. rem legatam si testator viuus alii donauit.* 18. *ff. de adimendis, vel trāsferendis legatis. vel fideicōmissis.* Et ipse in fine rōem reddēs: *Hæc enim distinctio in donantis munificentiam non cadit. cùm nemo in necessitatibus liberalis existat.* ibiq; notat *gloss.* verbo *liberalis existat. Rota* apud S. Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 397. *nu.* 2. plura deduximus *respons.* nostre 8. *nu.* 52. 53. & 54. *part.* 4. Necessitas ergo liberalitati opponitur, eamque propellit. nam, ex Ambrosio in *can. non satis est bene velle* 14. *distinct.* 86. Ex bona voluntate proficisci debet id, quod datur: Audias dicentem: *Non satis est benè velle, sed etiam benè facere. Nec satis est iterum benè facere: Nisi id ex bono fonte, hoc est ex bona voluntate proficiscatur. Perfecta liberalitas fide, causa, loco, tempore commendatur. &c.*

Necessitate temporis exigente quod statutum est, cessante necessitate, debet vtique cessare pariter quod vrgebat: quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam ad præsens fieri, tempus compellit. Innocentius Papa de ordinatis à Bonoso in *can. quod pro necessitate tēporis statutum est* 41. 1. *q.* 1. repetitur in *can. quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est* 7. 1. *q.* 7. Vrbanus Papa in Synodo Placentina statuit in *can. ordinationes, quæ ab hæresiarchis* 5. *in fine* 9. *q.* 1. verbis inferens; *Et cessante necessitate, illud quoque cesset, quod pro necessitate factum est.* Concinere videtur Marcellus lib. 1. de officio Præsidis in *l. Senatus consulto cauetur* 16. *ff. de officio Præsidis.* prosequitur *Cenedus canonicarum quæstionum q.* 17. *nu.* 18.

Necessitas pro conuenientia quandoque accipitur, sicut necesse est, hoc est conueniens est. exauditur. ex Ambrosio in *can. nosse credo vos fratres.* 9. *in fine distinct.* 76. dum infert; *Vnde necesse est, similem obseruantiam, similis lætitia subsequatur.* Necesse est. id est conueniens est *Glossa* ibidem exprimit. *Nam consilium est.* inferens: *Non enim quid quid consulitur iuris necessitati subiicitur.* ex Augustino in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam* 1. *in fine de pænitentia dist.* 6. vt secundum locum, tempus, & modum rerum vices temperentur.

Necessitatem prædestinatio Dei non ponit. Cum in bonis voluntas sit intelligenda, non sine gratia; in malis autem voluntas intelligenda sine gratia. ex Augustino in *can. vasis iræ numquam Dei redderet interitum* 23. 23. *q.* 4. Inferens circa modum: *Vires itaque obedientię non ideo cuiquam subtraxit, quia eum non prædestinauit; sed ideo eum non prædestinauit, quia recessurum ab ipsa obedientia esse præuidit.* Sicuti de Nabuchodonosor, & Pharaone idem Augustinus de prædistinatione, & gratia in *can. Nabuchodonosor pænitentiam meruit fructuosam* 22. *eadem* 23. *q.* 4. in fine sequentibus decernens: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos; nisi, quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione proprię iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?*

Necessitate vrgente petentibus sacramenta non sunt deneganda, modo pœnitentiā ostēdent præteritorum. ex Leone Papa ad Nicetam Episcopum in *can. tempora pænitudinis habita moderatione constituenda sunt.* 2. 26. *q.* 7. dicente illo, atque admonente: *Pariter etiam habens ætatis senilis intuitum, & periculorum quorumcumque, aut ægritudinis respiciens necessitates.*

Necessitas cōmunia facit, quæ propria videntur. dicente Ambrosio in *can. sicut hi, qui per* in-

*insaniam mente translati sunt* 8. *in fine distinct.* 47. atque verbis contestante: *Esurientium panis est, quem tu detines: nudorum indumentum est, quod tu recludis: miserorum redemptio est, & absolutio, pecunia, quam tu in terram defodis. Tot te ergo scias inuadere bona, quot possis præstare, quod velis.* Poterit ergo Ecclesia cogere diuité necessitatis tempore, vt det. Quia sunt tunc communia. ex *Gloss.* ibidem verbo *esurientium.*

Necessitatis occasio, quandoque, aut desides facit, aut robur conuersationis infringit; & ideo prospiciendum iusta petentibus: *Ne cuiusquam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur (quod absit) conuersationis infringat.* Gregorius loquitur Gratioso Subdiacono scribens in *can. religiosam vitam eligentibus* 75. *siue finali* 12. *q.* 2.

Necessitatis tempore proximos seminis nostri despicere non debemus, si illi eguerint. ex Ambrosio in *can. est probanda illa etiam liberalitas.* 18 *distinct.* 86. Rationem inferens: *Melius est enim, vt ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab aliis sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: Non tamen vt illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. causam enim natura præstat, non gratia.* Sicut Iusto magis subueniendum. ex eodem Ambrosio *can. non satis est bene velle* 14. *eadem distinct.* 86. Nec tam in pauperibus paupertatem, quàm religionem attendere. ex Hieronymo Damaso Papæ in *can. quoniam quidquid habent Clerici pauperum est* 68. *siue finali circa medium* 16. *quæst.* 1. In fine quoque inferendo quod sacrilegium est, si, quod pauperum est accipiamus, siue Clerici, siue alii fuerimus.

Necessitate vrgente facta opera, quæ aliàs minime fierent, laudabilia non sunt. Argumento ex Neocæsariensi Concilio petito in *can. Si quis in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet.* 1. *distinct.* 57. Rationem reddit: *Non enim fides illius voluntaria sed ex necessitate est.* Quæ ergo ex necessitate fiunt bona, quæ minime aliàs fierent, non æstimantur. Quia à voluntate non proficiscuntur libera.

Necromantici sunt, quorum præcationibus videntur suscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere. νεκρὸς enim (necros) græcè mortuus, μαντεία diuinatio (mantea) nuncupatur. ad quos suscitandos cadaueri sanguis adiicitur. Nam amare sanguinem dæmones dicuntur. Ideoque quotiescumque necromantia fit, cruor aquæ miscetur, vt colore sanguinis facilius prouocentur. Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis* 14. *post principium* §. *necromantici sunt, quorum præcationibus.* 26. *quæst.* 5.

Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron. Apostolus dixit (ad *Hebr.* 5. 4.) Quia nimirum: sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus offerendus. ita respódit Gregorius Papa Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis.* 9. *in ipso principio* 8. *q.* 1.

Negari non possunt per superiorem, quæ iustè à subdito petuntur. ex Gregorio ad Desiderium Episcopum in *can. cum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata.* 5. *distinct.* 86. subsequendo: *Ita cordi nostro nata est lætitia; vt negare ea, quæ sibi fraternitas vestra concedenda poposcit, minime valeremus.* Ex quo loco *gloss.* verbo *vt negare*, argumentum extrahit; quod si subditus honestus est, prælatus eius iustas preces eius debet exaudire. Ex eodem Gregorio subdiacono in *can. religiosam vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere* 75. *siue finali* 12. *q.* 2. vnde *Glossella* marginalis ad dictum *can. cum multa nobis bona.* 5. verbo *vt negare.* & ipsa verbis adnotat: *Preces iustæ sunt exaudiendæ.* Nec diuersimodè respondisse videtur Innocentius Tertius Priori & Conuentui Dimoliensi in *cap. licet quibusdam monachis, & canonicis* 18. §. *quo circa nouerint vniuersi de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* dicente Innocentio. *Quo circa nouerint vniuersi, quibus huiusmodi priuilegium est concessum, se ad concedendam licentiam transeundi taliter postulantibus de iure teneri.* Et paulò ante dixerat in fine principii: *Cum etiam Romanus Pontifex, qui supremam in Ecclesia obtinet potestatem, Archiepiscopis, & Episcopis cedendi licentiam ex iusta causa petentibus sine difficultate concedat.* ibique *gloss.* verbo: *ex iusta causa petentibus sine difficultate concedat.*

Negant veritatem seducti, qui se absque peccato audent iactare. In multis enim offendimus omnes: nec infans valus dici absque peccato super terram esse potest. Quapropter eliminandus est ab Ecclesia ille error, qui vmquam pœnitentibus negat indulgentiam. Augustinus de pœnitentia in *can. adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus, quam oporteat* 32. *col.* 2. *in fine* §. *oportet enim sic Ecclesiam credere, quæ confitetur se sæpe peccare. de pœnitentia distinct.* 3. in fine sequentibus concludens: *Cur enim Dominus Petri pedes lauisset, & Ecclesiam hoc idem docuisset, nisi, quia, quoniam quotidiana sit remissio? Cur docuisset orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra, nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?*

Negantis factum per rerum naturam nulla est probatio. Dixere Imperatores Diocletianus & Maximianus in *l. actor, quod asseuerat* 23. *C. probationibus.* Rationem referentes: *Cum per rerum naturam, factum negantis nulla sit probatio.* Et legem inter sacros retulit Canones Gratianus in *can. actor, quod asseuerat* 2. *siue vltimo* 6. *q.* 5. Ratio est; quia negationum non sunt causæ, & proinde probari non possunt. vt *Gloss.* ibidem verbo *accusator* deducit. & dixit Clemens Tertius in *cap. super hoc, quod sciscitaris* 5. *in fine de renunciatione.* sequẽtibus loquens: *Porrò, licet negantis factum, per rerum naturam nulla sit probatio.* Quia negatiuæ probari non possunt. ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *cap statuimus, vt positiones negatiuas (quæ probari non possunt.* 1. *de confessis in* 6. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo

bo *negatiuas*; primo; quia negatiua positio nō ponit, sed remouet. 2. ex *Ioanne monacho*: Quia negatiua dicit carentiam, & sic non existentiam rei,& non entis,non sunt species, nec differentiæ, secundum Philosophum. Cum ergo probatio debeat fieri per principia,sicut causatum per causam ostenditur, & principiatum per principia, vt species per genus, & differentiam; hoc autem negatiua non habet,quia remouet;affirmatiua verò ponit. ideo hæc probatur, negatiua vero probari non potest.ita ex Glossa.

Negatio quid quid post se inuenit destruit.Est enim contradictoriorum eorum,quæ sequuntur,ponitque contrarium eius,cui adilcitur. *Gloss.* reputata singularis, & recepta in *cap. cum dilectus* 8. in *Glossa* magna verbo *à suspensis circa medium. vers. ratio illa videtur. de consuetudine*.cuius sunt verba:*Plus tollit negotio, quam ponit affirmatio*. Glossam sequitur *Nauarrus in can. super tribus de pœnitentia dist. 1.num.2.*& idem *cons.6:nu.4 lib.4.de consanguinitate, & affinitate*. sequentibus dicens: *Negatiua præcedens omnia, quę sequuntur, destruit, & contrarium eorum ponit.iuxta Glossam singulare, & receptam in cap.cum dilectus. de consuetudine*.plura nos deduximus *respons.* nostra 50. *nu.40.& 41.parte.5.*

Negatur Christus,& dictis, & factis. Quotiescumqua enim vincimur à vitiis, atque peccatis, toties Deum negamus: è contrario quoties benè quid agimus Deum confitemur.ex Hieronymo in *can. existimant quidam in eo tantum Christum negari* 84.11 *quæst.3.*ibidemque Augustinus in *can.non solum abnegat Christum* 85.verba damus eius:*Non solum abnegat Christū,qui dicit eum nō esse Christum; sed ille etiam,qui cùm sit, negat se esse Christianum*, subsequens: *Dominus enim non ait Petro: Discipulum meum te negabis;sed me negabis. Negauit ergo ipsum; cum se negauit esse eius discipulū. Quid autem aliud isto modo,quàm se negauit esse Christianum?*

Negant Deum, ipsumque pro pecunia vēdunt, qui veritatem pro pecunia negant. Nam veritas est Deus.Ipse enim dixit:*Ego sum veritas.*(Ioannis 14.)Sicuti Iudas pecunia Deum vendidit. Beda in *can. Abiit Iudas ad summos sacerdotes,& constituerunt ei pecuniam se daturos* 83.1.q.3.

Negant quoque Deum, ipsumque Christum, qui negant misericordiam faciendam necessitatem patientibus.Quia Christus misericordia est, & veritas. ex Pelagio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can.omnis,qui gemebat,& vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid* 36. §.*qui autem negat misericordiā faciendam fugientibus*.7.q.1.

Negare Christum mors est; sicuti confiteri Christum,vita.ex Augustino in *can.non solum abnegat Christum* 85. §. *timendo mortem carnis tuæ,mortem dabis animæ tuæ*.11.q.3. qui sic fatur: *Quanta enim vita est confiteri Christum; tanta mors est negare Christum*.

Negligētia est eruditionis nouerca.Anacletus Papa Episcopis omnibus, in *can. nihil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur*. 6. *in fine distinct*.83. Qui sententiam hic profert: *Sicut artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia: ita nouerca eruditionis est negligentia*. Sicuti ex Concilio Toletano Quarto in *can.ignorantia mater cunctorum errorum* 1.*distinct*.38.dicente: *Ignorantia mater cunctorum errorum maximè in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt*. Ita negligentia eruditionis nouerca est.atq; ideo fugienda.

Negligentia in rebus agendis suo nocet auctori.ex Bonifacio Octauo in *cap.tibi,qui gratiam in Bituren Ecclesia impetrasti* 12. *in finalibus verbis de rescriptis in* 6. dicente illo: *Dum tamen dolus tibi,non possit,vel notabilis negligentia imputari*. Nocet proinde negligentia.vt ex eodem Bonifacio patet in *cap. si clericus, pro quo à sede Apostolica recepisti mandatum* 11. *de præbendis & dignitatibus in* 6.Quo loco tertio etiam negligentiæ meminit, & rationem reddit: *Cùm facta ei gratia per ipsius negligentiam sit extincta*.meminitque *gloss.* verbo *negligenter*. Nec diuersimode de negligentia in proprio officio, quæ culpæ annumeratur, verba facit Marcellus lib.2.de Iudiciis publicis in *l. Diuus Marcus* 14. *in fine de officio præsidis*.Rationem reddens: *Nam custodes furiosis non ad hoc solùm adhibentur, ne quid perniciosius ipsi in se moliantur;sed ne aliis quoque exitio sint:quod si omittatur, non immerito culpa eorum ascribendum est, qui negligentiores in officio suo fuerunt*. vbi *gloss.* verbo *in officio suo*. sic deducit: *Nota, quod quilibet in officio suo debet diligens esse,non negligens*. Rationē inferius proferens: *Nam negligentia omnia lędit*. Hinc sane est quod inferiorum culpæ negligentibus, desidibusque prçlatis ascribuntur. Testem accipe Leonem Romæ Episcopum ad Aquilegiensem Episcopum in *can. inferiorum culpę ordinum* 1.*dist*.86 Scribentem,dicentemque:*Inferiorum culpę ordinum, ad nullos magis referendæ sunt,quàm ad desides,negligentesque rectores:qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dū austeriorem dissimulant adhibere medicinam*.quo loco *Glossa* duo notat. vnum verbo *inferiorū culpa*.dicens: *nota quod per culpam subditorum probatur negligentia prælati*. Alterum verò verbo *negligentes*. inferens: *Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis*. Ex Clemente Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can.nemo per ignorantiam Clericus* 40. *de consecrat. distinct*.1.illis verbis post principium: *Qui hęc fecerit,vel leuiter, quasi nihil, & negligenter habuerit diuina mysteria: Diaconus triennio &c*.vbi *gloss.*verbo *negligenter* notat: *negligentiam,vt factum,puniendam*. Ex Hilario Papa in Synodo Romana in *can.nulli fas sit sine status sui periculo* 4.25.q.1.Qui sequentibus fatur, rationem referens: *Quia nos,qui potentissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionū culpā respiciet; si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus, quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentiæ sacerdotū*. Fugiamus ergo negligentiam, qui pastores sumus.namque,

Ne-

propter negligentiam, sicut propter dolum. Quasi negligentia dolo æquiperetur.

Negligentia post admonitionem euadit maior, & quo ad culpam, & quò ad pœnam. ex Symmacho Papa in Sexta Synodo in *can. indigne ad altare Dei properare permittitur* 11. 12. q. 2. Sic nempe Symmachus infert: *Quod si neglexerit, & necessitas compulerit: demum prædonem sacerdotalis districtio maturata percellat.* & repetitur in *can. in canonibus in Grangressi Ecclesia, Apostolica auctoritate conditis* 57 *circa finem* 16. q. 1. decernendo: *Similiter & illi extorres debent fieri ab Ecclesia, qui sacerdotali admonitione non corriguntur; dicente Domino:* (Deutor. 14. & 2. ad Corinth. 5.) *Auferte malum ex vobis.* Acrius enim corriguntur, qui post admonitionem in negligentia perseuerant, ita vt excommunicatione feriri mereantur.

Negotiatio prohibita est, cùm minus suo tempore emitur, vt postmodum eadem species carius vendatur. Hoc enim turpe lucrum dicitur. ex Iulio Papa in *can. quicumque tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed voluntate* 9. 14. q. 4. Sed Clericis præsertim prohibetur. ex Concilio Tarraconensi in *can. canonum. statutis firmatum est.* 3. *eadem* 14. q. 4. verba sunt Concilii: *Canonum statutis firmatum est, vt quicumque in Clero esse voluerit, emendi viliùs, vel vendendi cariùs studio non vtatur. Quod certè si voluerit exercere, cohibeatur à Clero.* vbi *Gloss.* verbo *vel vendendi.* subnectit in eadem forma *Sed in rudi materia possunt emere corium, & chartas; & inde facere sotulares, & libros.* Nec est negotiatio, sed artificium. ex Septima Synodo in *can. clericus ab instanti tempore* 1. *circa finem* 21. q. 1. Et hoc ad vitę necessitatem. sicut Apostolus; *ad ea, quę mihi opus erant, & his, qui mecum erant, ministrauerunt manus istæ.* (Actum 20.) Et ex Concilio IV. Carthaginense in *can. Clericus victum & vestitum sibi artificiolo, vel agricultura, absque officii sui dumtaxat detrimento paret.* 3. *distinct.* 91. Nec diffitetur Hieronymus ad Rusticum monachum in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber.* 33. *non multo post principium de consecrat. distinct.* 5. Concinnis loquens verbis: *Facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Si Apostoli habentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia; cur tu in vsus tuos cessura non pręparas? Vel fiscellam texe iunco, vel canistrum lentis plecte viminibus &c.* prosequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 8. c. 2. q. 5.* deduximus *respons.* nostra 73. *part.* 3.

Negotiatio ex se prohibita non est, sed mendacium, quo negotiatores in negotio vtuntur. Augustinum excipe in *can. quoniam non cognoui litteraturam* 12. *distinct.* 88. paulò post principium affabrè loquentem: *Sed ait mihi negotiator: Affero ex longinquo merces. mercedem laboris, vnde viuam, peto: Dignus est operarius mercede sua.* (Lucæ 10.) *De mendacio, de periurio agitur, non de negotio. Ego enim mentior, non negotium. Possem enim dicere; tantò emi; tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergo reuocas à negotiatione?* & paulo post: *Negotiatio enim me non facit malum; sed iniquitas mea; & mendacium meum.* inferens in fine: *Vnde & Dominus expulit illos de templo, volentes suam iustitiam statuere, & ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium, quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus,* ita ex Augustino.

Negotiatio vel honesta, vel turpis ex qualitate dignoscitur negotii, quia nimirum qualitas lucri negotiantem, aut excusat, aut arguit; quia est honestus quæstus, & turpis. Difficile tamen est inter ementis, vendentisque commercium, non interuenire peccatum ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. qualitas lucri negotiantem aut excusat, aut arguit* 2. *de pœnitentia dist.* 5. Rationem reddit *gloss.* verbo *interuenire* & ipsa dicens: *Nam contrahentibus naturale est se se inuicem decipere.* Deduxit ex Paulo lib. 34. ad Edictum in *l. item si pretio non soluto inempta res facta sit, tunc ex locato erit actio* 23. §. *quemadmodum in emendo, & vendendo, naturaliter concessum est ff. locati, & conducti.* Quod tamen in prætiis exauditur, non in vitiis rerum, secundum *Glossam* ibidē verbo *circumscribere.* & ex ipsis verbis Iuris Consulti excipitur, dicētis: *Quemadmodū in emēdo, & vendendo naturaliter cōcessū est, quod pluris sit, minoris emere, quod minoris sit pluris vēdere; & ita inuicē se circūscribere.* Concinit ad hoc illud Apostoli (1. *ad Thessalonicenses,* 4. 6.) exhortantis, atque instruentis illos: *Et ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum.* Notauit *Glossa* Marginalis ad eundem §. *quemadmodum in emendo, & vendendo.* ad verbum *circumscribere.*

Negotiatio igitur, quæ peccatum nutrit, depellenda est, nec exercenda. *Nam sunt pleraque negotia, quę sine peccatis, exhiberi aut vix, aut nullatenus possunt.* Hęc itaque dimittenda. ex Gregorio in *can. negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit.* 7. *de pœnitentia dist.* 5.

Negotia alia secularia, alia sunt Ecclesiastica. Nullus itaque Clericus negotiis secularibus se miscere debet; nisi propter curam pupillorum, & orphanorum, & viduarum. & hoc pręcipiente Episcopo. Nam & Moyses tabernaculum intrabat, & inde ad populum egrediebatur. Et Iacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit: *Quia videlicet rectores Ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetunt; sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt.* ita Melchiades Papa in *can. decreuit Sancta Synodus.* 1. *dist.* 88. Si negotiis secularibus se ingesserint Clerici prohibendi. *si cessare noluerint, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur.* Gelasius Papa Episcopis per Lucaniam, & Siciliam scribens in *can. clerici, aut ab indignis quęstibus noluerint abstinendum.* 1. 14. q. 4. Idemque ibidem Cōciliū Tarraconēse statuit in *can. canonum statutis firmatum est.* 3. *eadem* 14. q. 4. inferens: *Quod certe si voluerit exercere, cohibeatur à Clero.* Nam ex Apostolo (2. ad *Timotheum* 2.) *Nemo militans Deo implicat se negotiis secu-*

*laribus*. & David (*psalmo* 70.) *Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini*, Deduxitque Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est, vt illa quoque* 2. *dist.* 88. in fine rationem reddens: *Quoniam Domus Dei Domus orationis esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potius sit Latronũ spelunca.*

Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quãdam pestem fuge. Hieronymus dixit ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. negotiatorem clericum* 9. *dist.* 88.

Negotium quod sine peccato exerceri non potest, vel officium, dimittendum, & bona, quæ iniustè abstulit, restituenda, alioquin recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire. ex Gregorio VII. in Synodo Romana celebrata anno 1078. in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *de pœnitentia distinct.* 5.

Negotium dicitur, quod negat otium, quod malum est; neque quærit veram quietem, quæ est Dominus. Augustinus, siue Gratianus ex verbis Augustini in *can. quoniam non cognoui litteraturam* 12. *in fine. distinct.* 88. Et Negotium est, quę possunt vilius comparari, carius velle distrahere. ex Cassiodoro in psalmum 70. in *can. quid est aliud negotium?* 13. *eadem distinct.* 88.

Negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. de Apostolis, qui post conuersionem ad piscationem rediere (*Ioannis* 21.3.) cum dixit Simon Petrus post passionem Domini: *Vado piscari*. in quem locum Gregorius homilia 24. in Euangelia à Gratiano relatus in *can. negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit*. 7. *de pœnitentia distinct.* 5. Peccatum nempe prohibetur, non negotium. Vnde Mattheus ad telonium non rediit. Rationem refert Gregorius ibidẽ in fine dicens: *Quæ ergo ad peccatum implicant: ad hęc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.*

Negotia maiora discretione maiori dirigenda. Nam *circa maiora periculum vertitur*. vt inquit Chrysostomus in Epistola ad Hebręos ad cap. 6. homilia 11. relatus à Gratiano in *can. quiescamus ab hac absurda curiositate* 2. *distinct.* 41. ibique *gloss.* verbo *periculum*. Rationem reddens: *Si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus*. Sicuti ex Gelasio Papa Rustico, & Fortunato Episcopis scribente patet in *can. nuper Foropopulensis Ecclesię clerici*. 2 *sine finali* 7. q. 2. dicente illo in re graui. *Rerum fide solertissimè perquisita, si aliquando scilicet &c.* & postmodum: *Quanta fieri potest examinatione quæratur*. & demum rationem reddens: *Quia de tanta re non segnius agẽdum est*. vbi *Gloss.* verbo *segnius*. & ipsa adnotat dicens: *Nota quod in magnis rebus, diligẽtior inquisitio est facienda*. allegat 42. *dist. quiescamus*. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tantum apud vos* 5. §. *Principatus autem. distinct.* 61. dicente illo rationem: *Difficile est, vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio*. inferens: *Quanto magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur?* vbi *Gloss.* verbo *quanto magis*. prosequitur: *Nota* (inquiens) *Quantò res est maior, tanta maior est inquisitio facienda.*

Negotia sunt cum celeritate expedienda, ne ex mora damnum gregibus Domini inferatur. ex Leone Papa Anastasio Episcopo in *can. de persona autem consecrãdi Episcopi* 4. *in fine distinct.* 65. ibique *Gloss.* verbo *morte*. in fine. ex Gregorio in *can. sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari*. 3. 2. q. 1. subsequendo: *ita quæ iustè diffinita fuerint, nulla patimur excusatione differri.*

Negotia omnia Ecclesiastica, de quibus quæstio habetur, ad sedem Apostolicam confluere iussa sunt, vt ibi sententiam suscipiant suam. ex Gregorio in *can. si quis super his nos arguere voluerit* 42. 2. q. 7. In causis præsertim fidei. vt *Gloss.* ibidem verbo *si quis* in fine adnotat. ex Ambrosio in *can. conuenior ipse à comitibus & tribunis* 21. §. *vtinam essem securus, quod Ecclesia hæreticis minime traderetur*. 23. q. 8. dicente: *Sed in consistorio non reus Christus solet esse, sed Iudex. Causam fidei agendam in Ecclesia, quis abnuat? si quis confidit, huc veniat.*

Negotiorum merita partium assertione panduntur. Arcadius, & Honorius respondere Cæsares A. A. Petronio Vicario Hispanię respondentes in *l. nec imperiale responsum à fine finali in fine C. si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio*. Audiri itaque proinde partes in iudicio. idque *Glossula* Marginalis, quæ allegat in concordantiis Innocentium Tertium Rothomagẽsi Archiepiscopo scribentem in *cap. cum contingat* 24. *de rescriptis*. & notat *Gloss.* ibidem verbo *tunc litterarum*. Rationem reddẽs: *Quia causarum merita partium assertione panduntur*. Ex eodem Innocentio Tertio Episcopo & Capitulo Olcen in *cap. cùm ex litteris Cœlestini Papæ prędecessoris nostri* 5. §. *nos igitur cum fratribus nostris. & aliis deliberauimus in fine. de in integrum restitutione*. dicente: *Tandem deliberatio nostra in hoc resedit, vt an data sit restitutio, an danda contra præmissam sententiam partibus præsentibus decernatur, quarum assertione merita causarum panduntur*. Negotiorum igitur merita partium assertione panduntur.

Neophytus dicitur, qui nouiter est in fide, vel religione plantatus, vel ascitus ad dignitates. ergo Neophytus eligi non debet. Præcepit proinde iure Apostolus (1. ad Timoth. 3.) *Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat diaboli*. Ex Concilio Nicęno in *can. quoniam multa, siue per necessitatem* 1. *distinct.* 48. Rationem reddit ibidem Gregorius Syagrio Episcopo. & aliis Episcopis in *can. sicut neophytus tunc dicebatur* 2. *& finali. eadem dist.* 48. dicens: *Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quęrit ascensum*. Et ex Innocẽtio, quem refert Gratianus ibidem in *summa* in fine: *Miserum est*

*fieri*

*fieri magistrū, qui nec dum didicit esse discipulus*. Et retulit eundem Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginensem Episcopum in *can. miserum est eum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit 4.distinct.61.*

Neophytorum hæresis fuit simonia. Quia profecto simonia à Simone mago originem traxit, qui neophytus, nouiter scilicet conuersus, pecuniam obtulit, vt potestatem acciperet imponandi manus, & tradendi Spiritum sanctum. Cum eo igitur se nō dubitet (quisquis ille est,) habiturum portionē, qui prius commisit hoc peculiare flagitium. ex Gregorio Primo in *can. quisquis per pecuniam ordinatur. 5. 1. q. 1.* ibique *glossa* verbo *neophytorum*. dicens, & rationem reddens: *Quia à neophyto. scilicet à Simone, ortum habuerit, qui de nouo ad fidem conuersus fuit. vel quia neophyti solent dare pecuniam, vt promoueantur, quia alias non poterant. vt 48. distinct. can. 1.*

Neophyti aliquandiù à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant. Concilium Carthaginense IV. in *can. neophyti aliquandiù à lautioribus epulis 82. de consecratione distinct. 5.*

Nemo cogendus est ad bonum, potest tamen cogi post susceptum ad perseuerandum. Augustinum excipe ad Vincentium in *can. nimium sunt inquieti Donatistæ 37. post principium §. at enim quibusdam præcisè prosunt 23. q. 4.* vsque ratiocinantem. *Nunquid ideo negligenda est medicina, quia nonnullorum insanabilis est pestilentia?* & paulo post §. *putas neminem*. subsequitur: *Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas Patrem familias dixisse seruis: (Matthei 22.) Quoscumque inueneritis cogite intrare. Cùm legas etiam, ipsum primò Saulum, postea Paulum ad cognoscendam, & tenendam veritatem magna violentia Christi eligentis compulsum.* quo loco *Gloss.* verbo *cogi.* & ipsa philosophatur: *Ab initio nemo cogendus est ad bonum: Sed aliquis cogitur. perseuerare in eo, quod incæpit. vt infra eod. q. 5. ad fidem. Nec obstat, quod dicitur, de Paulo, qui ab initio fuit coactus. Nam hic argumentatur à minori. id est: ex quo Paulus ab initio fuit coatus, ergo alii possunt ex post facto cogi.* ita Glossa. & prosequitur Augustinus Donato presbytero scribens in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. eadem 23. q. 4. col. 1. in fine.* Rationem reddens; ac dicens: *Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam. quis nesciat, nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Nō tamen ideo, qui diliguntur, malæ suæ voluntati impunè, & crudeliter dimittendi sunt; sed vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi.* & paulo post: *Si voluntas mala semper suæ permittenda est voluntati, quare Paulus non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam; sed prostratus est, vt excæcaretur, excæcatus, vt mutaretur; mutatus, vt mitteretur, missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur?* Idemque Augustinus contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus 33. eadem 23. q. 5.* inferens paulo post principium: *Si quæ igitur leges aduersus vos constitutæ sunt: non eis benefacere cogimini; sed malè facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest; nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate.* Nec diuersimode Gratianus in *summa ead. 23. q. 6.* ibique *Glossa* verbo *quod autem.* Rationem reddens; *Quia ad bonum non susceptum nemo cogendus est; sed ad bonum, quod suscepit, cogendus est.* Prosequiturque Augustinus ibidem *can. schismatici dicunt. 1. §. vnde & ipse Dominus.* exemplum deferens Domini *Lucæ 14.* subsequens: *Nam, cum ei serui sui respondissent Domine factum est, quod iussisti, & adhuc locus est: exite (inquit) in vias, & sepes, & quoscumque inueneritis cogite intrare.* Vel saltim cogitur: vt Paulus; vt ex nolente fiat volens. ex eodem Augustino ad Vincētium in *can. vides, vt opinor, non esse considerandum 3. eadem 23. q. 3.* post principium, qui sequentibus fatur: *Non, quod quisque bonus possit esse inuitus, sed timendo, quod non vult pati, vel relinquit impatientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem; vt timens, vel respuat falsum de quo contendebat; vel quærat verum, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat.* Et sic ex nolente fiat volens. vt *Gloss.* ibidem verbo *& volens.* subnectit.

Nemo cogi potest, cui non vult, de proprio facere beneficium. ex Concilio Mediomatricis in *can. precariæ à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur. 4. in fine 10. q. 2.* sacro Cōcilio dicente: *Cum ratio, & vsus obtineat, neminem, cui non vult contra vtilitatem, & rationem cogi de proprio facere beneficium.* Concinit Augustinus contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus. 33. 23. q. 5.* sequentibus verba faciens: *Si quæ igitur aduersus vos leges cōstitutæ sunt: non eis bene facere cogimini; sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate.* Rationem reddiderentes Cæsares Valentinianus, Theodosius, & Archadius in *l. dudum proximis, consortibusque concessum erat 14. C. de contrahenda emptione, & venditione:* decernentes: *Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti: superiore lege cassata &c.* sequuta fuit *Rota part. 2. in recentioribus decis. 502. sub nu. 3.* Nemo ergo inuitus de rebus suis facere aliquid cogi potest: Quia hoc ab eius libera pendet voluntate.

Nemo suis militare stipendiis cogitur. ex Gratiano in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. col. 3. §. Item, quis militat stipendiis suis vnquam? 10. q. 1.* & illo Apostoli (1. ad Corinthios 9. 7.) dicente: *Quis militat suis stipendiis vnquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat?* & infert Gratianus: *Sapere est de alieno labore victum quærere; si sapere est, velle, quod non possis.* Idem ex Augustino ad Pollentium in *can. iam nunc illud videamus. 8. in fine 28. q. 1.* iisdem Apostoli verbis vtens: *Quis militat suis stipendiis vnquam?* & dixit *gloss.* in

summa 15.q.2.verbo pro impensis. in fine. dixitque Innocentius Tertius Pariensi Episcopo scribens in cap. cùm ex officii tui debito 16.§.nos igitur pręmissam allegationem. circa finem extrà de pręscriptionibus. Rationem reddens: Quia secundum Apostolum: Qui spiritualia seminat, non est magnum si metas carnalia; cùm nemo cogatur suis stipendiis militare. (d.cap. 9.1.ad Corinth.) & ibidem Glossella marginalis. plures deduximus respons. nostra 99.num. 62.part.4.

Nemini cito manus imposueris. Timotheo pręcepit Apostolus. (1 ad Timotheum 5.22.) quod exaudit Glossa in can. manus impositio nō 74. 1. q.1. verbo manus commentum agens: consecratoria. vbi Glossella Marginalis Ioan. de Fan. Sequentibus prosequitur: Vnde Apostolus (1. ad Tim.5.) Nemini cito manus imposueris. id est nullum citò consecrabis. Et ita Leo Papa ad Episcopos Africanos scribens in can. miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati 5. §. quod si in quibuslibet Ecclesia gradibus. dist.61. Eundem locum explicans Apostoli: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. dicens: Quid est citò manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinę sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis, nisi talem effici ordinātem, qualis ille est, qui non meruit ordinari? Diximus etiam in superioribus verbo Manus.

Nemo dat, quod non habet. ex Vrbano Secundo Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrosæ scribente in can. Daibertum à Nezelone 24.1.q.7. De simoniacis verba faciente, ac rationem reddente: Quia nihil habuit, nihil dare potuit ei, cui manus imposuit. vbi gloss. verbo dare. duo format Argumenta. primum: Qui nihil habet, nihil dare potest. secundum: Quod pro non dato habetur, quod datur ab eo, qui de Iure dare non potest. mutuatū autem illud fuit ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in cap. quod autem Consulis 5. in fine extra de iure patronatus. Rationē reddente: Quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare. ibique gloss verbo pro non dato. Concinitque Bonifacius Octauus in regula nemo potest 79. de regulis Iuris in 6. Parique modo Innocentius Papa Rufo, & aliis Episcopis scribens in can. verum est ad tertiam quęstionem 18.§. sed contrario asseritur. 1. q.1. De simoniacis verba proferens, protestatus fuit: Sed è contrario asseritur: eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse: Quia nihil in dante erat. quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est certe: quia, quod non habuit, dare non potuit. Damnationem vtique, quam habuit, per prauam manus impositionem dedit, & qui particeps effectus est damnato, quomodò debeat honorem accipere, inuenire non possum. Nec diuersimodè ex Sexta Synodo in Trullo in can. presbyterum per ignorantiam. 16. distinct. 28. Verba sunt Sanctę Synodi: Benedictio n. sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum ignorantię, quomodo aliis tradet? Quod ergo non habet nemo dat. Concordat Innocentius Tertius Vesprimen Episcopo scribens in cap. dudum aduersus fratres 31.§. nos igitur. qui est finalis. de decimis, primitiis, & oblationibus. dicens: Nos igitur, cùm donatores prędicti conferre non potuerint aliis, quę ipsi de iure nō poteram possidere. Rationem refert: gloss. ibidem verbo non potuerint aliis. Quia pro non dato habetur, quod ab illo donatur, qui non potest de Iure donare. Concinit Vlpianus lib.5. disputationum in l. si sic legatum, ac fideicommissum sit relictum 78.§. si mihi, quod Titius debet, fuerit legatum ff. de legatis primo. Euanescere quippe docet legatū, si quod mihi nō debetur, legauerim. ex regula: Quia nemo dat, quod non habet: inferens: esse enim debitor debet. ibique Bart. nu.2. in fine. Concinitq; Vlpianus idem lib.29. ad Sabinum in l. traditio 20. ff. de acquirendo rerum dominio. Sequentibus rem aperiens; Traditio nihil amplius trāsferre debet, vel potest ad eum, qui accipit, quàm est apud eum, qui tradit. Si igitur, quis dominium in fundo habuit, id tradendo transfert. Si non habuit, ad eum, qui accipit, nihil transfert. Ita entimemate concludit Vlpianus. Concinitque quod Diocletianus, & Maximianus disposuere Cæsares in l. vniuersę facultates. 15 C. de legatis. Ex conclusione, qua intulerunt: Nihil ex iis, quę testamento eius ascripta sunt, valere potest. Quia nemo relinquit, quod non habet. Baldus ibidem in summario defert. sequiturque noster Maranta cons.56. nu.7. Quia nimirum: Quilibet censetur concedere solum Ius, quod habet in re; & non vltra. ex Vlpiano lib.17. ad Sabinum in l. qui tabernas argentarias. 32. ff. de contrahenda emptione, & venditione. verba excipe Vlpiani: Qui tabernas argentarias, vel cęteras, quę in solo publico sunt, vendidit: non solum, sed Ius vendidit; cùm istæ tabernę publicæ sint, quarum vsus ad priuatos pertinet. Tabernas argentarias. vbi scilicet argentum vendebatur. Gloss. ibidem commētatur. & Baldus ibidem in summario. Qui vendit rem, videtur vendere solummodo Ius, quod habet in re. deduximus respons. nostra 93. nu.27.28. & 29. part.4. Potest tamen quis iuris auctoritate permittēte, in aliū transferre, quod non habuit. sed hoc est casuale. notat gloss. in can. Romanus Pontifex non hominem iudicat 23. de consecrat. dist.4. verbo Romanus in fine.

Nemo debet se opponere illi, à quo recipit beneficium. ex Cypriano in can. Dominus noster ipse Iesus Christus rex 25. in fine distinct. 93. Qui per sequentia fatur: Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos nos facit: possunt, & contrà nos audere diaconi, à quibus fiunt. vnde glo. verbo à quibus fiunt eruit argumentum allatum: Nemo debet se opponere illi, à quo recipit beneficium. Si beneficio dignus videri vult, & saluus esse de fidelitate, quam iurauit. Ex Epistola Fulberti Episcopi in can. de forma fidelitatis aliquid scribere monitus. 18 post medium 22.q.5.

Nemo debet ex delicto conditionem suam melio-

liorem efficere.ex Augustino ad Aurelium in *can.legi epistolam benignitatis tuę de Donato.36. post principium 16.q.1.*dicente illo: *Nihil mihi aliud occurrere potuit,nisi non esse istam viam dādam seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores.* vbi *Gloss.* verbo *deteriores.*rationem refert: *Nam nemo ex delicto facit conditionem suam meliorem.* ex Gregorio Vniuersis Episcopis Numidię in *can.nos consuetudinem.8.distinct.* 12. Et ex Bonifacio Octauo in *cap.eum,qui beneficium.* 18. *post principium de prębendis,& dignitatibus in 6.* in ratione,quam reddit: *Non enim decet, vt stultus melioris,quàm peritus,conditionis existat; vel inuasor,eo,qui iuste ingreditur,priuilegio gaudeat potiori.*ibique *Gloss.*verbo *existat.*addens: *Nec ex delicto quis facit conditionem suam meliorem.*Ex Vlpiano lib.32.ad Sabinum in *l.hac ratio.* 3. §.1. *videamus inter quos sint prohibitę donationes ff.de donationibus inter virum & vxorem.*in ratione,quam reddit:*Ne melior sit conditio eorum,qui delinquerunt.*

Nemo equidem ex sua iniquitate consequitur beneficium.Inconueniens quippe est, quod malefactores ex improbitate sua consequantur actionem, sequuta fuit *gloss.*ex illo *tex.* verbo *absoluimus* post principium in *can.auctoritatem venerabilium prędecessorum nostrorum.*2.25.q.6.ex Vlpiano lib.29.ad Edictum in *l.itaque fullo* 12.*ff.de furtis.*Rationem inferente,ac dicente: *Sed nemo de improbitate sua consequitur actionem.* Concinitque Augustinus de bono coniugali in *can.si ad peccatum faciendum fides adhibetur.*20.22.q.4.Exemplum deferens sequentibus: *Tamquam,si quis,cùm hominem solus expoliare non possit;inueniat socium iniquitatis, & cum eo paciscatur; vt simul id faciāt,spoliumque partiantur:quo facinore commisso totum solus auferat: dolet quidem ille, & fidem sibi non esse seruatam conqueritur.*vbi *Gloss.*verbo *conqueritur.*ad rem infert: *Non potest in Iudicio conqueri: Quia ex improbitate nemo cōsequitur actionem.* Namque non debet quis pręmium consequi, ex quo pœnam meretur.ex Caio libro.3.ad Edictum Prouinciale in *l.fine hęreditaria negotia* 23. *ff. de negotiis gestis.*& refert *gloss.* in *cap. peruenit* 2. *extra de fideiussoribus* verbo *dispendium in fine.* Et pro regula statuit Vlpianus lib.21.ad Edictum in *l.non fraudantur.*177.§. *nemo ex suo ff.de regulis Iuris.*docens,diceńsque: *Nemo ex suo delicto meliorem conditionem suam facere potest.* ibique *Glossa* verbo *nemo.* prosecutique fuimus *responsione nostra* 82. *num.* 22.& 23. *part.*4. vide *Nauarrum cons.*6.*nu.*4.*lib.*3.*de statu monachorum.*

Nemo debet iure suo absque facto & culpa sua priuari. Quin imo: *Satis peruersum, & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustrà,pro quorundam voluntatibus,quis priuetur, quem sua culpa,vel facinus ab officii,quo fungitur gradu, non deiicit.* verbis prosequimur Gregorii ad Columbum Episcopum Numidię in *can.satis peruersum* 7.*dist.*56.Rationem reddit *gloss.*ibidem verbo *satis peruersum.* in ipso principio. *Non enim priuandus est quis iure suo,* *nisi pro grauissimo delicto.*Ex Concilio Cabilonense Secundo in *can.inuentum est,quod multi* 38.*in fine* 16.*q.*7. illis verbis: *Hanc non nisi graui culpa sua, & coram Episcopo canonica seueritate amittat.* ibique *gloss.* verbo.*nisi graui.* Argumentum inferens: *Quod nullus debet priuari suo beneficio sine culpa sua.* Quamuis ex causa quandoque id fieri possit, tamen regulare est: *Quod nemo sine culpa sua priuandus est iure suo.*vt prosequitur *Gloss.*in *can. renouantes Sancti Constantinopolitani decreta Concilii* 6. *distinct.*22.verbo *priusquam.*Decreuitque Innocentius Tertius Pręposito Mandeburgensi scribens in *cap.discretionem tuam* 6.*circa finem de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suę,vel sponsę.*In Ratione,quam reddit: *Cùm suo iure non debeat sine sua culpa priuari.*vbi *gloss.* verbo *sine sua culpa* commentum agit, dicēs: *Hoc generale est.* allegat Gregorium IX. Episcopo Pictauen in *can.Iordanę mulieris petitio continebat* 11.*sine finali eodē de eo,qui agnouit cōsanguineā vxoris suę:* §. *quare pręfata I.* In petitione eiusdem Iordanę. *ne Iure suo sine sua propria culpa fraudetur.* ibique etiam *gloss.* verbo *sine sua propria culpa.* infert: *Nullus sine sua culpa, iure suo debet priuari.* Concinit Alexander Tertius Cantuariensi Archiepiscopo in *cap.conquerente nobis R.Clerico* 7. *de restitutione spoliatorū.*illis verbis: *Non decet honestatem tuā Clericos tuę Iurisdictionis sine manifesta causa rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paterna prouisione consulere.*quo loco *gloss.*verbo *rationabili* ad rem allegat 56. *distinct.* *satis peruersum.*& 16.*q.*7.*inuentum.* Quos canones supra perpendimus. Nemo enim nisi ex proprio facto damnari debet, neque damnum pati. ex Paulo lib.3.ad Edictum in *l.si vnus ex argentariis* 28.§.*ante omnia ff de pactis.* qui verba deflectit ita: *Ante omnia animaduertendum est,ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona,in alia re, aliaue persona noceat.* Factum proinde proprium perpenditur, vt ex illo nocumentum extrahat. nec videtur extraneum, quod Furius Anthianus lib.1.ad Edictum in *l.si reus,postquam pactus est à se non peti* 63 *sine finali eodem de pactis.* In fine intulit de fideiussore verba contexens, atque dicens: *Sed verius est,semel acquisitam fideiussori exceptionem pacti, vlterius ei inuito extorqueri non posse.* Quia iure suo absque facto suo priuari quis non debet; & liberationem semel competentem perpetuam esse.*Glossa* testatur ibidem verbo *posse.* prosequiturque *Iason in* §. *fuerat. num.*83. *Institutionibus de actionibus.* Concinit Bonifacius Octauus in regula *sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus.* 23.*de regulis Iuris in* 6.

Nemo debet ex alterius inertia, & negligentia damnum perpeti.ex Bonifacio Octauo in regula. *Non debet alius alterius odio pręgrauari.* 22.*de regulis Iuris in* 6.ibique plenè *Gloss.* verbo *non debet.*ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam* 1. 24.*q.*3. Deducente pluribus; neminem alterius peccato posse excommunicari; quo ad pœnam pręsertim spiritualem. Quisque enim

enim damnum, quod sua culpa patitur, sibi debet, non alteri imputare. Ex eodem Bonifacio in regula *damnum 86. de regulis Iuris in 6.* ibique *gloss.* verbo *damnum*. Ex Augustino Donato presbytero in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38.* per totum, ac præsertim §. *noli ergo iam dicere, quod te assidue audio dicere 23. quæst. 4.* verbis illis: *Quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti, ut morereris &c.* Et pro regula statuit etiam Pomponius lib. 8. ad Quintum Mutiũ in *l. quod quis 204 ff. de regulis Iuris.* verbis dicens: *Quod quis ex culpa sua damnum sentit, nõ intelligitur damnum sentire.* Nec diuersimodè Marcellinus lib. 18 Digestorũ in *l. si pater filio familias liberã peculii administrationẽ dederit 12. ff. quæ in fraudẽ creditorũ facta sunt, ut restituantur.* Verbis enuncians de Patre: *At si hoc quoq; concessit filio pater, ut in fraudem creditorum facere possit, videbitur ipse fecisse: & sufficient competentes aduersus eum actiones.* prosequitur *Rota* apud *Card. Mant. cũ decis. 9. nu. 7.* diximus *respons.* nostra 35. *nu. 43 part 4.*

Nemo putare debet sibi licere, quod non licet. ex Gelasio Papa Elpidio Episcopo in *can. quo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci 26. 25. q 8.* In fine scribente, ac dicente: *Quemadmodum tibi putas licere, quod non licet, quo hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?* Putare ergo nemo sibi debet licere, quod non licet.

Nemo debet cum alterius locupletari iactura, & damno. ex Bonifacio Octauo in regula *Locupletari 48. de regulis Iuris in 6.* ibique *glos.* verbo *locupletari* ex Augustino in *can. quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam 43. fine finali 17. q. 4.* Persuasitque Innocẽtius III. Spoletano scribẽs Episcopo in *c. sicut ad nos rectores 9. § fin. de pœnis.* eiq; dicens: *Quia igitur te non decet in tantum pontificalis modestiæ obliuisci, ut inhonestis quæstibus anhelando desideres cum aliena iactura ditari.* Quando hoc ex natura ipsa comparatum sit, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. testatur Pomponius lib. 21. ad Sabinum in *l. nam hac natura 14. ff. de conditione indebiti.* Verbis enuncians manifestis: *Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.* Sicuti lucrari nemo debet cum alterius detrimento, & contrà, damnum sentire per alterius lucrum. ipse met prosequitur Pomponius lib. 14. ad Sabinum in *l. iure succursum est 7. ff. de iure dotium.* Dum in fine sic rationem infert: *Quia bono, & æquo non conuenit; aut lucrari aliquem cum damno alterius; aut damnum sentire pro alterius lucro.*

Nemo existimandus est dixisse, quod nec mente agitauit. ex Gregorio in moralibus in *can. humanæ aures verba nostra talia iudicat, qualia foris sonant 11. 22. q. 5.* Rationem reddente in fine: *Quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem: Quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.* Et vtique verba propterea instituta sunt, per quæ quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Augustini dicimus verbis in enchiridio in *can. is autem, qui mentitur. 4. in principio 22. q. 2.* ibique *Gloss.* verbo *instituta*. Verba nempe earum, quæ in anima sunt passionum, sunt notæ. ex Aristotele 1. periermenias. & Celsus lib. 19. Digestorum in *l. Labeo 7. §. id Tubero ff. de suppell. ectili legata.* Rationem profert: *Nam quorsum sunt nomina, inquit, nisi ut demonstrent voluntatem dicentis? Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentit, ut maximè nomine vsus sit, quo id appellari solet. Nam vocis ministerio vtimur. Cæterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit.* Non aliter igitur à significatione verborum recedi oportet, quàm, cum manifestum est aliud sensisse testatorem. Marcellus fatur lib. singulari responsorum in *l. non aliter à significatione verborum 67. in principio ff. de legatis 3.* diximus *respons.* nostra 60. *num. 1. & 2. part. 4.* & *respons. 93. num. 8. & sequentibus part. 5.* Quod igitur quis non semel, quin iteratò, ac sæpe dixit, mente, cogitationeque id agitasse putandus erit, cùm inde sint verba, vt mentem indicent proferentis. Repetiit ergo. suam vt verbis proferret mentem. ex Ambrosio libro de his misteriis imitiantur in *can. re vera mirabile est. 69. col. 3.* in *finalibus verbis de consecrat. dis. 2.* inferente: *Quod os loquitur mens interna fateatur: Quod sermo sonat, affectus sentiat.* Rationem reddit *Glos.* ibidem verbo *sermo.* & ipsa dicens; *ad hoc enim verba sunt instituta, vt quod quis cogitat, aliis proferat.* Id ergo profert, quòd cogitat. perquire *Iosephum Ludouicum decis.* Perusina *9. num. 19.* Quia non præsumitur quis velle aliud corde, quam quod voce exprimit, ex *Castrense cons. 74. col. 2. vol. 2.* noster *Maranta cons. 57. num. 7.*

Nemo iactare se debet, quòd bene faciet; magis autem timere, ne malè faciat. Ambrosium loquentem excipe Petri exemplo in *can. imitare Petrum 10. 6. q. 1.* verba damus: *Etenim, quia tertiò negauerat, tertiò confitetur, sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem dicta sunt, vt sciatis: Neminem iactare se debere. Nam, si Petrus lapsus est, qui dixit:* (Matthei 14.) *Et si alii scandalizati fuerint in te sed non Ego. Quis alius iurè de se præsumat. Denique & Dauid, qui dixerat* (psalmo 29.) *Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. eam sibi iactantiam obfuisse profitetur, dicens: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* ita Ambrosius. Quis ergo de se confidat? Quis præsumat? *Noli altum sapere, sed time.* Paulus dixit Apostolus vas electionis ad Romanos scribens 11. 20. dicens: *Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.* Timeamus ergo.

Nemo in Ecclesia nocet amplius, quã qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet. Gregorius in pastorali in *can. nemo quippe in Ecclesia nocet amplius. 2. distinct. 83.* verbis prosequens rationem. *Delinquentem namque hunc nemo redarguere præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando, pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Episcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis*

di-

uitendus est canis impudicus, quàm Episcopus. Quia profectò vt gloss. ibidem verbo extenditur. prosequitur: delicta maiorum trahuntur ab aliis in exemplum. Nec diuersimode Nicolaus Papa ad Lotharium regem in can. præcipuè Gualdradæ pellicis tuæ 3. 11. q. 3. Sequentibus rationem deferens: Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipsi crudelius, quam cæteri puniuntur, vt ait Beatus Gregorius: Scire etenim prælati debent, quia si peruersa vmquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suo perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est vt tantò se cautius a culpa custodiant, quantò per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur.

Nemo est ita magnus, quin cadere possit, si gratiam Dei non habet. Probatur ex Sancto Ambrosio de paradiso in can. illud autem animaduerte 9. distinct. 40. sequentibus verba faciente: Illud autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum: vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiori loco, vir, melior inuenitur, & illa, quæ in meliore loco, hoc est in paradiso facta est, inferior reperitur. hinc Glossa 1. ibidem argumentum extrahit; quod nemo est ita magnus, quin cadere non possit, si gratiam non habeat. Et duobus sequentibus canonibus can. quælibet occulta loca 10. Gregorius in fine sic infert: Quid enim paradiso iucundius: quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit. & can. Adam primus homo 11. sequentibus deducit: Adam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est, quia Dei nobilitatē à se deiecit, nobilitate loci priuatus est Timeamus ergo, & nos ipsos humiliemus.

Nemo inuitus cogendus est ad altiorem Ecclesiæ ascendere gradum. ex Gelasio Papa Victori Episcopo in can. consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum 9. distinct. 74. verbis dicente: Qua propter, quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio grauiasque nan patitur, vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere inferens in fine: Vt hac saltem ratione constricti, & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quæsitum.

Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm in ipso sit. ex octaua Synodo in can. Abbati, vel monacho monasterii 22. distinct. 54. Ex ratione, quam refert: Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Rationem quoque refert Gloss. ibidem verbo proprium. Quia nemo potest plus iuris in aliū transferre, quam ipse habeat; ex ratione, quam Vrbanus Secundus Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrosæ scribens in can. Daibertum à Nezelone 24. 1. q. 7. reddidit: Quia nihil habuit, nihil dare potuit ei. Et regulare esse dixit Innocentius Tertius Archidiacono Sancti Andreæ de Scotia in can. nuper à nobis tua discretio requisiuit. 6. 5. postulasti præterea de donationibus inter virum ex vxorem, & dote post diuortium repetenda. sequentibus: Nos autem consultationi tuæ taliter respondemus, quod cùm regulariter nullus plus Iuris in alium transferre possit, quàm eum constat habere &c. Nec diuersimode Alexander Tertius Abbatibus, Prioribus, & Clericis per Archiepiscopatum Eboracen constitutis in cap. cura pastorali 11. in fine extrà de Iure patronatus. in ratione, quam dedit: Cum enim laici non possint in alios, nisi ius, quod habent transferre. plenè gloss. ibidem verbo nisi Ius. Bonifacius VIII. in regula nemo plus Iuris 79. de regulis Iuris in 6. Eodéq; modo Vlpianus lib. 16. ad Edictum in l. nemo plus Iuris ad alium transferre potest 55. ff. de reg. iur. Plura apud Card. Manticam decis. 78. num 6. in fine. Et apud Oranum deci. 125. num. 3. in fine post 1. volumen Consiliorum Farmacii. Et apud Peniam decis. 39. num. 1. apud Marchesanum part. 1. fol. 633. Rota Genuæ apud Flaminium Carthariu decis. 75. num. 3. & sequentibus.

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. ex Apostolo (2. ad Timotheū 1. 4.) exhortante: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Deduxitq; Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam scribens in can. consequens est 2. distinctione 88. Clericos carpens, qui negotiationibus inhonestis se immiscent, Nec Apostoli verba recolentes. quibus ait: Nemo militans Deo militans Deo implicat se negotiis secularibus: Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure, cantantem: Quoniam non cognoui negotiationes introibo in potentias Domini. (Psalm. 70.) Parique modo Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in can. cū ad verum ventum est 6. in fine distinct. 96. Rationem inferens: Et ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret. Et ex decreto Bonifacii Papæ in can. sunt nō nulli nullo dogmate fulti. 25. 16. q. 1. dicentis: Quod quidem Apostolicis documentis, & omnium sanctorum Patrum institutis, non solùm monachis, sed etiam canonicis maximopere imperatur: Nemo enim militans Deo implicat se negotiis secularibus. Idemque eadem ratione in Concilio Chalcedonense statutum fuit in can. credo placere sugestionem meam sanctitati vestræ 2. 21. q. 2. Cum Gratus Episcopus dixit: & Apostolorū statuta sūt, quæ dicunt: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. & eadem 21. q. 3. can. Cyprianus presbyteris, & diaconis. & plebi Furni consistentibus 4. rescripsit: In clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificiis deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant: scriptum est enim: Nemo militans Deo obligat se negotiis secularibus; vt possit placere ei, qui se probauit. Et de eo, qui Ecclesiasticam relinquit militiam Leo Papa ad Rusticum Episcopum in can. contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis 3. de pænitentia distinct. 5. protestatus fuit: Contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis, post pænitentiæ actionem redire ad militiam secularem; cùm Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. ibique Gloss. 1. in fine. Et Concilium Moguntinum vetuit personis omnibus Ecclesiasticis in cap. 1. ne clerici, vel monachi secularibus negotiis se immisceant. Cum mili-

militũ Christi sit Christo seruire; militũ verò seculi seculo. secũdum q scriptũ est: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus*, vti Nicolaus Papa ad Ludouicum, & Carolum Reges respondit in *can. reprehensibile valde constat esse*. 15. q. 8. inferens in fine: *Quod si seculi milites seculari militię student; quid ad Episcopos, & milites Christi, nisi vt vacent orationibus*. Rationem reddidit Dominus (*Matthæi* 6. 24.) quia, *Nemo potest duobus dominis seruire*.

Nemo potest duobus Dominis seruire, aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Dominus noster (*Matthæi* 6. 24.) dixit. & Explicauit Septima Synodus in *can. Clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus Ecclesiis* 1. 21. q. 1. Rationem reddens: *Audiuimus n. ex ipsa Dominica voce, quòd nemo pôt duobus dominis seruire. Aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget; aut vnum sustinebit, & alterum contemnet*. Timere igitur debet vnusquisque ex Augustino in libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore* 1. col. 3. §. *Timeat illam veritatis sententiam*. de pœniten. distinct. 5. verbis inferente: *Timeat illam veritatis sententiã: non potestis duobus dominis seruire. Timeat ergo ne omnia bona, quę fecit, dum in vno peccato perseuerauerit, ex contaminatione mali perdiderit, & vt qui seruiuit diabolo per crimen, Dei, quam obtulit, perdiderit seruitutem*.

Vnde est, quod Clerici non possunt simul Deo, & seculo militare: vt in Concilio Meldensi decernitur in *can. quicumque ex clero esse videntur arma militaria non sumant*. 6. in fine. 23. q. 8. Quia vt Augustinus in *can. tolle charitatem odium tenet*. 30. *de pœnitentia distinct*. 2. deducit: *Nemo potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum sustinebit, alterumque contemnet*.

Nemo potest erga homines esse fidelis, qui Deo extitit infidelis. ex Concilio Toletano IV. in *can. non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extitit infidelis* 24. 1. q. 7.

Nemo potest retinere, quod vendidit. Gregorius Nanzianzenus in *can. qui studet donum Dei pretio mercari* 11. 1. q. 1. eius excipe dictũ *Iudas omnium redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus, eandem redemptoris gratiam non obtinuit; & meritò; quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon etiam magus, cùm eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam à Petro audiuit*: (Actuum 8.) *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia donum Dei existimasti pecunia possideri*.

Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi, qui sperauerit indulgentiam. Ambrosius lib. 1. de pœnitentia in *can. nemo potest agere pœnitentiam*: 50. *de pœnitentia distinc*. 1. Rationem in fine reddens: *Deus autem nullum crimen excipit, qui peccata donauit omnia*. Fidendum propterea. Quia, vt Hieronymus Damaso testatus fuit in *can. importuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri* 58. *eadem de pœnitent. distinct*. 1. dicens: *Deus ipse, qui nullis contra se viribus superari potest, publicani precibus vincitur*.

subsequens: *Christus in paradisum de cruce latronem intulit; & ne quis aliquando seram conuersionem putaret, fecit homicidii pœnam martyrium*. Rationem reddit *Gloss*. ibidem verbo *martyrium* in fine. *Sicut enim martyr, sic Latro inter pœnas Christum confiteri non timuit*.

Nemo potest primam gratiam suis operibus de condigno sibi mereri. ex Augustino in *can. vasis iræ nunquam Dei redderet interitum* 23. §. 1. 23. q. 4. Qui sequẽtibus fatur de predestinatinne verba contexens: *Atque ita, nec de iudicio Dei querimur, quo deserit meritos deseri; & misericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari*. vbi *Gloss*. verbo *non meritos* commentum agit; *Ex hoc patet, quòd primam gratiam nemo meretur*. Ex eodem Augustino in *can. gratia, quę per Christum datur* 145. *de consecrat. distinct*. 4. qui loquitur: *Spiritus etiam gratiæ dat fidem, quę etiam non petita Deo conceditur, vt homini petenti, & alia concedantur. Nam fides non est liberi arbitrii tantùm, sed donum Dei*. vbi *Glossa* verbo *non petita*. sic infert: *idest non merenti. Nam primam gratiam quis mereri non potest*. ex Concilio Mileuitano in *can. placuit, vt quicumque dixerit, ideo nobis gratiam iustificationis dari* 156. *sine finali eadem de consecrat. distinct*. 4. ibique *Gloss*. verbo *gratiam*. quę sic loquitur de libero arbitrio; *Ad quid ergo valet liberum arbitrium, cùm per illud non possit saluari? Nam primam gratiam non potest quis promereri. vt* 23. q. 4. *Nabuchodonosor. Sed dic, quòd per liberum arbitrium homo habilem se potest reddere, vt ei Dominus gratiam infundat*. Rationem quippe reddens Augustinus in libro de predestinatione & gratia dicto *can. Nabuchodonosor* 22. 23. q. 4. Sic in fine differentiam statuẽs inter ipsum Nabuchodonosorem, & Pharaonem Regem Aegypti concludit: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione proprię iniquitatis ingemuit; alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?* & prosequitur *S. Thomas* receptus in 2. *distinct*. 27. *art*. 4. & 1. 2. q. 112. *art*. 2. & *q*. 113. *per totam*. & *q*. 114. *art*. 5. Quemadmodum neque potest quis iustificationem sibi mereri post casum. Quia gratis fit remissio peccatorum. Nam ex Ambrosio in apologia Dauid in *can. ille rex tantus, & potens* 25. §. *peccatum aut donatur*. de pœnitentia *distinct*. 3. verbis dicente: *Peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam, deletur per sanguinem Crucis; tegitur per charitatem*. vbi *Gloss*. verbo *donatur*. sequentibus subnectit: *Donari dicitur, quod nullo iure cogente conceditur. Vnde cum primam gratiam nemo possit mereri, patet, quod gratis fit remissio peccatorum* vbi etiam *Glossella* Marginalis adnotat: *Gratiam primam nemo mereri potest*. Confert tamen illam munificentissimus Dominus facienti, quod in se est. prosequitur *Nauar. de Indulgentiis notab*. 17. *num*. 7. & 8. & in *can. conuertimini de pœnitent. distinct*. 1. & in *can. si enim inquit de pœnitent. distinct*. 2. *num*. 6. & in *manuali prelud*. 1. *num*. 8. Sacrum Tridentinum *sessione* 6. *de Iustificatione can*. 2. & 3. Multoq; magis

Ne-

Nemo potest primam gratiam alteri mereri. hoc solius Christi priuilegium est. deducit *Nauar. de oratione & horis canonicis cap. 20. nu. 45. & 49.* ex *S. Thoma* in 4. *distinct. 45. q. 1. art. 1. q. 1.* & 1. 2. *d. q. 114. art. 5.* Hoc vero via iustitiæ, potest tamen impetrari ex liberalitate diuina. *Nauar. d. cap. 20. num* 51.

Nemo præsumitur salutis æternæ immemor, vt saluti propriæ velit vllum commodum anteponere. ex Theodosio, & Valētiniano Augustis in *l. sancimus. finali C. ad legem Iuliam repetundarum.* Quā legē inter sacros retulit canones Gratianus in *can. sancimus huiusmodi viros ad prouincias regēdas accedere.* 26. 1. q. 7. circa finem: verba sunt textus: *Et licet neminem diuini timoris, contēnendo ius iurandū, arbitremus immemorem, vt saluti propriæ vllum commodum anteponat; tamen vt ad salutis timorem &c.* In animæ Iudicio præsertim. vt *Gloss.* aduertit in *cap. tua nos duxit fraternitas consulendos* 26. §. *super quo tibi respondemus. de sponsalibus, & matrimoniis* verbo *qualiter tibi constiterit.* in fine. Glossam excipe dicentem. *Vel quia ille hoc ei confessus fuit in pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet est credendum. vt infra de homicid. significasti. Quia soli sibi fit præiudicium. Vnde non est verisimile quod sit immemor salutis æternæ* 1. 2. *q. 7. sancimus.* similem *Glossam* habes in *cap. cum causam, quæ inter E militem* 6. *fine penultimo de raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum extra* verbo *mulieris confessione* circa finem. verbis dicentem. *Non est enim credendum quod illa sit immemor suæ salutis 1. q. 7. sancimus.* Nemo quippe præsumitur velle mori in peccato mortali. vt dixit *Rota part. 1. diuersorum decis.* 751. *num* 8. & plene *Menochius de præsumptionibus lib. 5. præsumpt.* 5. diximus *respons.* nostra 32. *num. 62. part. 4.* & *respons. 60. num. 27. & 28. part. 5.*

Nemo repente fit summus. Ita nemo repente fit turpissimus. Gratianum excipe in *can. charitas est aqua* 14. §. *hæc, quæ de charitate diximus. de pœnitentia distinct.* 2. Qui sequentibus verbis rem exprimit; *Nemo enim repente fit summus: Sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, à minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. Sunt itaque gradus non solum inter virtutem, & virtutem, sed in eadē virtute.* Quo loco *Gloss.* verbo *sunt itaque gradus* argumentum format: virtus in medio consistit. sed in omnibus medium seruare, vltra hominē est. ideo summe virtuosus nemo dicendus est. Idemque Gratianus in *can. si sermo meus inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam* 20. §. *e contrario etiam gradus in virtute esse probantur. eadem de pœnitent. distinct.* 2. sublequens: *Quia, & ipsius peccati gradus, euidenter apparent. Sicut enim nemo repente fit summus; ita nemo repente fit turpissimus.* Quo loco *Gloss.* verbo *ita nemo* Ex Iuuenale refert:

*Nemo repente fuit turpissimus: accipient te*
*Paulatim, qui longa domi redimicula sumant.*

Turpissimus. id est plenus vitiis *Glossella* Marginalis ibidem exprimit. Vnde Chrysostomus de repacatione lapsi (epist. 5.) ad Theodorum lapsum in *can. talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei.* 28. *de pœnitent. distinct.* 3. subsequitur; *Numquam spernit pœnitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum; & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur.* vbi *gloss.* verbo *perueniat malorum* infert: *Potest ergo aliquis esse summe malus, sed non repente, vt supra distinct. 2. si sermo §. e contrario. Sed certe summe bonus non potest quis esse, nec summe malus, intentione malitiæ, vel bonitatis, quin alius possit esse melior, vel deterior. Nam dicit auctoritas: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit sēper, Sed in vniuersitate malorum potest quis esse malus.* sic Glossa.

Nemo scire potest quid contingat sequenti die. ex Augustino libro de correptione, & gratia in *can. corripiantur itaque à propositis suis subditi fratres* 17. 24. *q.* 3. verba sonant Augustini: *Neque enim scimus quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ huius de aliquo desperandum est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat, & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti à reatu, quamuis iustæ damnationis, absoluat, damnatumque ipse non damnet?*

Nemo sine crimine viuit. Ex Gregorio Quarto ad Episcopos per Galliam, & Germaniam constitutos in *can. licet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda* 4. *distinct.* 45. admonens illos: *vt plus erga corrigēdos agat benignitas, quam seueritas; plus cohortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas; Cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat.* Et Simonides in carminibus:

*Nec vllus expers criminis, nec mortis est.*

deduximus *respons.* nostra 74. *num.* 15. *part.* 3.

Nemo scire potest se Deo per gratiam acceptum esse. ex illo (Iob. 9. 21.) *Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.* Quem locum ex Septuaginta interpretibus affert Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat.* 4. *col.* 3. §. *eligat aduersarius è duobus, quod vult. de pœnitentia distinct.* 2. dicens; *Vnde & Dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et Beatus Iob: Si fuero iustus os meum impia loquetur: & sine crimine prauus inueniar. &c.* Deduxitque etiam Innocentius Tertius Abbati Eugen, Et Scholastico Mutinen in *cap. accepimus litteras* 16. §. *ipse verò ad præsentiā nostrā accedens. de purgatione canonica.* dicens: *Sed hoc iurare non paruæ temeritatis existeret, cum beatus Iob dicat. Etiā si simplex fuero, hoc ipsū ignorat anima mea.* ibique *gloss.* verbo *ignorat anima mea* afferens locum (1. Ioānis 1.) *Quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, veritas in nobis nō est.* Et locum Hieronymi in superioribus. Poterit tamen scire per reuelationem. vt de Apostolo Paulo refert *gloss.* in *can. Paulus Petrū reprehendit* 33. 2. *q.* 7. Qui canon est eiusdem Hieronymi, verbo *sciret* inferens: *Ex hoc patet, quod aliquis scit se habere charitatem per reuelationē. Paulus alibi dicit: Scio, quod neque mors, neque vita, neque*

laribus. & David (psalmo 70.) *Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini*, Dedux itque Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est, vt illa quoque 2. dist. 88.* in fine rationem reddens: *Quoniam Domus Dei Domus orationis esse debet, & dici, ne per officia negotiationis potius fit Latronis spelunca.*

Negotiatorem clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quādam pestem fuge. Hieronymus dixit ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. negotiatorem clericum 9. dist. 88.*

Negotium quod sine peccato exerceri non potest, vel officium, dimittendum, & bona, quæ iniustè abstulit, restituenda, alioquin recognoscat se veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire. ex Gregorio VII. in Synodo Romana celebrata anno 1078. in *can. falsas pœnitentias dicimus 6. de pœnitentia distinct. 5.*

Negotium dicitur, quod negat otium, quod malum est; neque quærit veram quietem, quæ est Dominus. Augustinus, siue Gratianus ex verbis Augustini in *can. quoniam non cognoui litteraturam 12. in fine. distinct. 88.* Et Negotium est, quę possunt vilius comparari, carius velle distrahere. ex Cassiodoro in psalmum 70. in *can. quid est aliud negotium? 13. eadem distinct. 88.*

Negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc etiam post conuersionem repetere culpa non fuit. de Apostolis, qui post conuersionem ad piscationem redierē (*Ioannis 21.*) cum dixit Simon Petrus post passionem Domini: *Vado piscari.* in quem locum Gregorius homilia 24. in Euangelia à Gratiano relatus in *can. negotium, quod ante conuersionem sine peccato extitit. 7. de pœnitentia distinct. 5.* Peccatum nempe prohibetur, non negotium. Vnde Mattheus ad teloneum non rediit. Rationem refert Gregorius ibidē in fine dicens: *Quæ ergo ad peccatum implicant: ad hęc necesse est, vt post conuersionem animus non recurrat.*

Negotia maiora discretione maiori dirigenda. Nam *circa maiora periculum vertitur.* vt inquit Chrysostomus in Epistola ad Hebręos ad cap. 6. homilia 11. relatus à Gratiano in *can. quiescamus ab hac absurda curiositate 2. distinct. 41.* ibique *gloss.* verbo *periculum.* Rationem reddens: *Si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus.* Sicuti ex Gelasio Papa Rustico, & Fortunato Episcopis scribente patet in *can. nuper Foropopuleasis Ecclesię clerici. 2 fine finali 7. q. 2.* dicente illo in re graui. *Rerum fide solertissimè perquisita, si aliquando scilicet &c.* & postmodum: *Quanta fieri potest examinatione quæratur.* & demum rationem reddens: *Quia de tanta re non segnius agēdum est.* vbi *Gloss.* verbo *segnius.* & ipsa adnotat dicens: *Nota quod in magnis rebus, diligētior inquisitio est facienda.* allegat *42. dist. quiescamus.* ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tantam apud vos 5. §. Principatus autem. distinct. 61.* dicente illo rationem: *Difficile est, vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio.* inferens: *Quanto magis elaborandum est, vt in electione eius, qui supra omnes gradus constituitur, non erretur?* vbi *Gloss.* verbo *quanto magis.* prosequitur: *Nota (inquiens) Quantò res est maior, tanta maior est inquisitio facienda.*

Negotia sunt cum celeritate expedienda, ne ex mora damnum gregibus Domini inferatur. ex Leone Papa Anastasio Episcopo in *can. de persona autem consecrādi Episcopi 4. in fine distinct. 65.* ibique *Gloss.* verbo *morte.* in fine. ex Gregorio in *can. sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari. 3. 2. q. 1.* subsequendo: *ita quæ iustè assignata fuerint, nulla patimur excusatione differri.*

Negotia omnia Ecclesiastica, de quibus quæstio habetur, ad sedem Apostolicam confluere iussa sunt, vt ibi sententiam suscipiant suam. ex Gregorio in *can. si quis super his nos arguere voluerit 42. 2. q. 7.* In causis præsertim fidei. vt *Gloss.* ibidem verbo *si quis* in fine adnotat. ex Ambrosio in *can. conuentor ipse à comitibus & tribunis 21. §. vtinam essem securus, quam Ecclesia hæreticis minime traderetur. 23. q. 8.* dicente: *Sed in consistorio non reus Christus solet esse, sed iudex. Causam fidei agendam in Ecclesia, quis abnuat? si quis confidit, huc veniat.*

Negotiorum merita partium assertione panduntur. ex rescriptis Honorius respondere Cæsares A. A. Petronio Vicario Hispaniæ respondentes in *l. nec imperiale responsum 2 fine finali in fine C. si per vim vel alio modo absentis perturbata sit possessio.* Au... partes in ... Glossula Marginalis, quæ allegat in concordantiam Innocentium Tertium Rothomagēsi Archiepiscopo scribentem in *cap. cum contingat 24. de rescriptis.* & notat *Gloss.* ibidem verbo *tunc litteraram.* Rationem reddēs: *Quia causarum merita partium assertione panduntur.* Ex eodem Innocentio Tertio Episcopo & Capitulo Oscen in *cap. cùm ex litteris Cælestini Papæ prędecessoris nostri 5. §. nos igitur cum fratribus nostris. & alus deliberauimus in fine. de in integrum restitutione.* dicente: *Tandem deliberatio nostra in hoc rescedit, vt an data fit restitutio. an danda contra præmissam sententiam partibus præsentibus decernatur, quarum assertione merita causarum panduntur.* Negotiorum igitur merita partium assertione panduntur.

Neophytus dicitur, qui nouiter est in fide, vel religione plantatus, vel ascitus ad dignitates. ergo Neophytus eligi non debet. Præcepit proinde iure Apostolus (1. ad Timoth. 3.) *Non neophytum, ne forte elatus in iudicium indicat diaboli.* Ex Concilio Nicęno in *can. quoniam multa, siue per necessitatem 1. distinct. 48.* Rationem reddit ibidem Gregorius Syagrio Episcopo. & aliis Episcopis in *can. sicut neophytus tunc dicebatur 2. & finali. eadem dist. 48.* dicens: *Nam casum appetit, qui ad summi loci fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum.* Et ex Innocētio, quem refert Gratianus ibidem in *summa in fine*: *Miseram est fieri*

*fieri magistrũ, qui nec dum didicit esse discipulus*. Et retulit eundem Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginensem Episcopum in *can. miserum est cum magistrum fieri, qui numquam discipulus fuit 4. distinct. 61.*

Neophytorum hæresis fuit simonia. Quia profecto simonia à Simone mago originem traxit, qui neophytus, nouiter scilicet conuersus, pecuniam obtulit, vt potestatem acciperet imporandi manus, & tradendi Spiritum sanctum. Cum eo igitur se nõ dubitet (quisquis ille est,) habiturum portionẽ, qui prius commisit hoc peculiare flagitium. ex Gregorio Primo in *can. quisquis per pecuniam ordinatur. 5. 1. q. 1.* ibique *glossa* verbo *neophytorum*. dicens, & rationem reddens: *Quia à neophyto. scilicet à Simone, ortum habuerit, qui de nouo ad fidem conuersus fuit. vel quia neophyti solent dare pecuniam, vt promoueantur, quia alias non poterant. vt 48. distinct. can. 1.*

Neophyti aliquandiù à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant. Concilium Carthaginense IV. in *can. neophyti aliquandiù à lautioribus epulis 12. de consecratione distinct. 5.*

Nemo cogendus est ad bonum, potest tamen cogi post susceptum ad perseuerandum. Augustinum excipe ad Vincentium in *can. nimium sunt inquieti Donatistæ 37. post principium §. at enim quibusdam prœcisè prosunt 23. q. 4.* hæc ratiocinantem. *Nunquid ideo negligenda est medicina; quia nonnullorum insanabilis est pestilentia?* & paulo post. *§. putas neminem.* subsequitur: *Putas neminem debere cogi ad iustitiam, cum legas Patrem familias dixisse seruis: (Matthe: 22.) Quoscumque inueneritis cogite intrare. Cùm legas etiam, ipsum primò Saulum, postea Paulum ad cognoscendam, & tenendam veritatem magna violentia Christi cõgentis compulsum.* quo loco *Gloss.* verbo *cogi.* & ipsa philosophatur: *Ab initio nemo cogendus est ad bonum: Sed aliquis cogitur. perseuerare in eo, quod incœpit. vt infra eod. q. 5. ad fidem. Nec obstat, quod dicitur, de Paulo, qui ab initio fuit coactus. Nam hic argumentatur à minori. id est: ex quo Paulus ab initio fuit coatus, ergo alii possunt ex post facto cogi.* ita Glossa. & prosequitur Augustinus Donato presbytero scribens in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. eadem 23. q. 4. col. 1. in fine*. Rationem reddens; ac dicens: *Ideo voluntas bona misericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. Nam quis nesciat, nec damnari hominem, nisi merito malæ voluntatis; nec liberari, nisi bonam habuerit voluntatem? Nõ tamen ideo, qui diliguntur, malæ suæ voluntati impunè, & crudeliter dimittendi sunt; sed vbi potestas datur, & a malo prohibendi, & ad bonum cogendi.* & paulo post: *Si voluntas mala semper suæ permittenda est voluntati, quare Paulus non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam; sed prostratus est, vt excæcaretur, excæcatus, vt mutaretur; mutatus, vt mitteretur, missus, vt qualia feceràt in errore, talia pro veritate pateretur?* Idemque Augustinus contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus 33. eadem 23. q. 5.* inferens paulo post principium: *Si quæ igitur leges aduersus vos constitutæ sunt: non eis benefacere cogimini; sed malè facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest; nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate.* Nec diuersimode Gratianus in *summa ead. 23. q. 6.* ibique *Glossa* verbo *quod autem.* Rationem reddens; *Quia ad bonum non susceptum nemo cogendus est; sed ad bonum, quod suscepit, cogendus est.* Prosequiturque Augustinus ibidem *can. schismatici dicunt. 1. §. vnde & ipse Dominus.* exemplum deferens Domini *Lucæ 14.* subsequens: *Nam, cum ei serui sui respondissent Domine factum est, quod iussisti, & adhuc locus est: exite (inquit) in vias, & sepes, & quoscumque inueneritis cogite intrare.* Vel saltim cogitur: vt Paulus; vt ex nolente fiat volens. ex eodem Augustino ad Vincentium in *can. vides, vt opinor, non esse considerandum 3. eadem 23. q. 3.* post principium, qui sequentibus fatur: *Non, quod quisque bonus possit esse inuitus, sed timendo, quod non vult pati, vel relinquit impatientem animositatem, vel ignoratam compellitur cognoscere veritatem; vt timens, vel respuat falsum de quo contendebat; vel quærat verum, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat.* Et sic ex nolente fiat volens. vt *Gloss.* ibidem verbo *& volens.* subnectit.

Nemo cogi potest, cui non vult, de proprio facere beneficium. ex Concilio Mediomatricis in *can. precariæ à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur. 4. in fine 10. q. 2.* sacro Cõcilio dicente; *Cum ratio, & vsus obtineat, neminem, cui non vult contra vtilitatem, & rationem cogi de proprio facere beneficium.* Concinit Augustinus contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus. 33. 23. q. 5.* sequentibus verba faciens: *Si quæ igitur aduersus vos leges cõstitutæ sunt: non eis bene facere cogimini; sed male facere prohibemini. Nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate.* Rationem reddidere tres Cæsares Valentinianus, Theodosius. & Archadius in *l. dudum proximis, consortibusque concessum erat 14. C. de contrahenda emptione, & venditione:* decernentes: *Sed quia grauis hæc videtur iniuria, quæ inani honestatis colore velatur, vt homines de rebus suis facere aliquid cogantur inuiti: superiore lege cassata &c.* sequuta fuit *Rota part. 2. in recentioribus decis. 502. sub nu. 3.* Nemo ergo inuitus de rebus suis facere aliquid cogi potest: Quia hoc ab eius libera pendet voluntate.

Nemo suis militare stipendiis cogitur. ex Gratiano in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 2. col. 3. §. Item, quis militat stipendiis suis vmquam? 10. q. 1.* & illo Apostoli (1. ad Corinthios 9. 7.) dicente: *Quis militat suis stipendiis vmquam? Quis plantat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte eius non manducat?* & infert Gratianus: *Sapere est de alieno labore victum quærere; si sapere est, velle, quod non possis.* Idem ex Augustino ad Pollentium in *can. iam nunc illud videamus. 8. in fine 28. q. 1.* iisdem Apostoli verbis vtens: *Quis militat suis stipendiis vnquam?* & dixit *gloss.* in

*summa* 15.q.2.verbo *pro impensis*. in fine. dixitque Innocentius Tertius Pariensi Episcopo scribens in *cap. cùm ex officii tui debito* 16.§.*nos igitur pręmissam allegationem*. *circa finem extrà de pręscriptionibus*. Rationem reddens: *Quia secundum Apostolum: Qui spiritualia seminat, non est magnum si metat carnalia; cùm nemo cogatur suis stipendiis militare*.(d.cap. 9.1.ad Corinth.)& ibidem *Glossella* marginalis.plures deduximus *respons.* nostra 99.*num.* 62.*part.*4.

Nemini cito manus imposueris. Timotheo pręcepit Apostolus. (1 *ad Timotheum* 5.22.) quod exaudit *Glossa* in *can. manus impositio nō* 74.1.*q.*1. verbo *manus* commentum agens: *consecratoria*. vbi *Glossella* Marginalis *Ioan. de Fan.* Seqnentibus prosequitur: *Vnde Apostolus* (1. *ad Tim.*5.) Nemini cito manus imposueris. *id est nullum citò consecrabis*. Et ita Leo Papa ad Episcopos Africanos scribens in *can. miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati* 5. §. *quod si in quibuslibet Ecclesiæ gradibus. dist.*61. Eundem locum explicans Apostoli: *Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis*. dicens: *Quid est citò manus imponere; nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis. ante meritum laboris. ante experientiam disciplinę sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Et quid est communicare peccatis alienis; nisi talem effici ordinātem, qualis ille est, qui non meruit ordinari?* Diximus etiam in superioribus verbo Manus.

Nemo dat, quod non habet. ex Vrbano Secundo Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrosæ scribente in *can. Daibertum à Nezelone* 24.1.q.7. De simoniacis verba faciente, ac rationem reddente: *Quia nihil habuit, nihil dare potuit ei, cui manus imposuit*. vbi *gloss.* verbo *dare*. duo format Argumenta. primum: *Qui nihil habet, nihil dare potest*. secundum: *Quod pro non dato habetur, quod datur ab eo, qui de Iure dare non potest*. mutuatū autem illud fuit ex Alexandro Tertio Eboracen. Archiepiscopo in *cap. quod autem Consulis* 5. *in fine extra de iure patronatus*. Rationē reddente: Quia *pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de iure donare*, ibique *gloss* verbo *pro non dato*. Concinitque Bonifacius Octauus in regula *nemo potest* 79. *de regulis Iuris in* 6. Parique modo Innocentius Papa Rufo, & aliis Episcopis scribens in *can. ventum est ad tertiam quęstionem* 18.§. *sed contrario asseritur*.1.*q*.1. De simoniacis verba proferens, protestatus fuit: *Sed è contrario asseritur: eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse: Quia nihil in dante erat. quod ille posset accipere. Acquiescimus, & verum est certe: quia, quod non habuit, dare non potuit. Damnationem vtique, quam habuit, per prauam manus impositionem dedit, & qui particeps effectus est damnato, quomodò debeat honorem accipere, inuenire non possum*. Nec diuersimodè ex Sexta Synodo in Trullo in *can. presbyterum per ignorantiam*.16. *distinct*.28. Verba sunt Sanctę Synodi: *Benedictio n. sanctificationis traditio est. Qui vero hanc non habet propter delictum ignorantię, quomodo aliis tradet?* Quod ergo non habet nemo dat. Concordat Innocentius Tertius Vesprimen Episcopo scribens in *cap. dudum aduersus fratres* 31.§. *nos igitur.* qui est finalis. *de decimis, primitiis, & oblationibus*. dicens: *Nos igitur, cùm donatores pradicti conferre non potuerint aliis, quę ipsi de iure nō poteram possidere*. Rationem refert: *gloss.* ibidem verbo *non potuerint aliis*. Quia pro non dato habetur, quod ab illo donatur, qui non potest de Iure donare. Concinit Vlpianus lib.5.disputationum in *l. si sic legatum, ac fideicommissum sit relictum* 78.§.*si mihi, quod Titius debet, fuerit legatum ff. de legatis primo*. Euanescere quippe docet legatū, si quod mihi nō debetur, legauerim. ex regula: Quia nemo dat, quod non habet: inferens: *esse enim debitor debet*. ibique *Bart.nu.*2. *in fine*. Concinitq; Vlpianus idem lib.29.ad Sabinum in *l. traditio* 20.*ff. de acquirendo rerum dominio*. Sequentibus rem aperiens; *Traditio nihil amplius trāsferre debet, vel potest ad eum, qui accipit, quàm est apud eum, qui tradit. Si igitur, quis dominium in fundo habuit, id tradendo transfert. Si non habuit, ad eum, qui accipit, nihil transfert*. Ita entimemate concludit Vlpianus. Concinitque quod Diocletianus, & Maximianus disposuere Cæsares in *l. vniuersę facultates*.15.*C. de legatis*. Ex conclusione, qua intulerunt: *Nihil ex iis, quę testamento eius ascripta sunt, valere potest*. Quia nemo relinquit, quod non habet. *Baldus* ibidem in summario defert. sequiturque noster *Maranta cons*.56.*nu*.7. Quia nimirum: Quilibet censetur concedere solum Ius, quod habet in re; & non vltra. ex Vlpiano lib.17.ad Sabinum in *l. qui tabernas argentarias*.32.*ff. de contrahenda emptione, & venditione*. verba excipe Vlpiani: *Qui tabernas argentarias, vel cęteras, quę in solo publico sunt, vendidit: non solum, sed Ius vendidit; cùm istæ tabernę publicæ sint, quarum vsus ad priuatos pertinet*. Tabernas argentarias. vbi scilicet argentum vendebatur. *Gloss.* ibidem commētatur. & *Baldus* ibidem in *summario*. Qui vendit rem, videtur vendere solummodo Ius, quod habet in re. deduximus *respons.* nostra 93.*nu*.27.28. & 29. *part*.4. Potest tamen quis iuris auctoritate permittēte, in aliū transferre, quod non habuit. sed hoc est casuale. notat *gloss.* in *can. Romanus Pontifex non hominem indicat* 23. *de consecrat. dist*.4. verbo *Romanus* in fine.

Nemo debet se opponere illi, à quo recipit beneficium. ex Cypriano in *can. Dominus noster ipse Iesus Christus rex* 25.*in fine distinct*.93. Qui per sequentia fatur: *Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui Episcopos nos facit: possunt, & contrà nos audere diaconi, à quibus fiunt*. vnde *glo.* verbo *à quibus fiunt* eruit argumentum allatum: *Nemo debet se opponere illi, à quo recipit beneficium*. Si beneficio dignus videri vult, & saluus esse de fidelitate, quam iurauit. Ex Epistola Fulberti Episcopi in *can. de forma fidelitatis aliquid scribere monitus*. 18 *post medium* 22.*q*.5.

Nemo debet ex delicto conditionem suam melio-

*liorem efficere*. ex Augustino ad Aurelium in *can. legi epistolam benignitatis tuę de Donato*. 36. *post principium* 16. q. 1. dicente illo: *Nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dandam seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores*. vbi *Gloss.* verbo *deteriores*. rationem refert: *Nam nemo ex delicto facit conditionem suam meliorem*. ex Gregorio Vniuersis Episcopis Numidię in *can. nos consuetudinem*. 8. *distinct*. 12. Et ex Bonifacio Octauo in *cap. eum, qui beneficium*. 18. *post principium de præbendis, & dignitatibus in 6*. in ratione, quam reddit: *Non enim decet, vt stultus melioris, quàm peritus, conditionis existat; vel inuasor, eo, qui iuste ingreditur, priuilegio gaudeat potiori*. ibique *Gloss.* verbo *existat*. addens: *Nec ex delicto quis facit conditionem suam meliorem*. Ex Vlpiano lib. 32. ad Sabinum in *l. hac ratio*. 3. §. 1. *videamus inter quos sint prohibitæ donationes ff. de donationibus inter virum & vxorem*. in ratione, quam reddit: *Ne melior sit conditio eorum, qui delinquerunt*.

Nemo equidem ex sua iniquitate consequitur beneficium. Inconueniens quippe est, quod malefactores ex improbitate sua consequantur actionem. sequuta fuit *gloss.* ex illo *tex.* verbo *absoluimus* post principium in *can. auctoritatem venerabilium prędecessorum nostrorum*. 2. 15. q. 6. ex Vlpiano lib. 29. ad Edictum in *l. itaque fullo* 12. *ff de furtis*. Rationem inferente, ac dicente: *Sed nemo de improbitate sua consequitur actionem*. Concinitque Augustinus de bono coniugali in *can. si ad peccatum faciendum fides adhibetur*. 20. 22. q. 4. Exemplum deferens sequentibus: *Tamquam, si quis, cùm hominem solus expoliare non possit; inueniat sociū iniquitatis, & cum eo paciscatur; vt simul id faciāt. spoliumque partiantur: quo facinore commisso totum solus auferat: dolet quidem ille, & fidem sibi non esse seruatam conqueritur*. vbi *Gloss.* verbo *conqueritur*. ad rem infert: *Non potest in Iudicio conqueri: Quia ex improbitate nemo cōsequitur actionem*. Namque non debet quis præmium consequi, ex quo pœnam meretur. ex Caio libro. 3. ad Edictum Prouinciale in *l. sine hereditaria negotia* 23. *ff. de negotiis gestis*. & refert *gloss* in *cap. peruenit* 2. *extra de fideiussoribus* verbo *dispendium in fine*. Et pro regula statuit Vlpianus lib. 21. ad Edictum in *l. non fraudantur*. 177. §. *nemo ex suo*. *ff. de regulis Iuris*. docens, dicensque: *Nemo ex suo delicto meliorem conditionem suam facere potest*. ibique *Glossa* verbo *nemo*. prosecutique fuimus *responsione nostra* 82. *num*. 22. & 23. *part*. 4. vide *Nauarrum cons*. 6. *nu*. 4. *lib*. 3. *de statu monachorum*.

Nemo debet iure suo absque facto & culpa sua priuari. Quin imo: *Satis peruersum, & contra Ecclesiasticam probatur esse censuram, vt frustrà, pro quorundam voluntatibus, quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officii, quo fungitur gradu, non deiicit*. verbis prosequimur Gregorii ad Columbum Episcopum Numidiæ in *can. satis peruersum* 7. *dist*. 56. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *satis peruersum*. in ipso principio. *Non enim priuandus est quis iure suo, nisi pro grauissimo delicto*. Ex Concilio Cabilonense Secundo in *can. inuentum est, quod multi* 38. *in fine* 16. q. 7. illis verbis: *Hanc non nisi graui culpa sua, & coram Episcopo canonica seueritate amittat*. ibique *gloss.* verbo *nisi graui*. Argumentum inferens: *Quod nullus debet priuari suo beneficio sine culpa sua*. Quamuis ex causa quandoque id fieri possit, tamen regulare est: *Quod nemo sine culpa sua priuandus est iure suo*. vt prosequitur *Gloss.* in *can. renouantes Sancti Constantinopolitani decreta Concilii* 6. *distinct*. 22. verbo *priusquam*. Decreuitque Innocentius Tertius Præposito Mandeburgensi scribens in *cap. discretionem tuam* 6. *circa finem de eo, qui cognouit consanguineam vxoris suæ, vel sponsę*. In Ratione, quam reddit: *Cùm suo iure non debeat sine sua culpa priuari*. vbi *gloss.* verbo *sine sua culpa* commentum agit, dicēs: *Hoc generale est*. allegat Gregorium IX. Episcopo Pictauen in *can. Iordanæ mulieris petitio continebat* 11. *siue finali codē de eo, qui agnouit cōsanguineā vxoris suæ*: §. *quare prędicta l*. In petitione eiusdem Iordanæ. *ne Iure suo sine sua propria culpa fraudetur*. ibique etiam *gloss.* verbo *sine sua propria culpa*. infert: *Nullus sine sua culpa, iure suo debet priuari*. Concinit Alexander Tertius Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. conquærente nobis R. Clerico* 7. *de restitutione spoliatorū*. illis verbis: *Non decet honestatem tuā Clericos tuæ Iurisdictionis sine manifesta causa rationabili suis beneficiis spoliare, quibus teneris paterna prouisione consulere*. quo loco *gloss.* verbo *rationabili* ad rem allegat 56. *distinct*. *satis peruersum*. & 16. q. 7. *inuentum*. Quos canones supra perpendimus. Nemo enim nisi ex proprio facto damnari debet, neque damnum pati. ex Paulo lib. 3. ad Edictum in *l. si vnus ex argentariis* 28. §. *ante omnia ff. de pactis*. qui verba deflectit ita: *Ante omnia animaduertendum est, ne conuentio in alia re facta, aut cum alia persona, in alia re, aliaue persona noceat*. Factum proinde proprium perpenditur, vt ex illo nocumentum extrahat. nec videtur extraneum, quod Furius Anthianus lib. 1. ad Edictum in *l. si reus, postquam pactus est à se non peti* 67 *siue finali eodem de pactis*. In fine intulit de fideiussore verba contexens, atque dicens: *Sed verius est, semel acquisitam fideiussori exceptionem pacti, vlterius ei inuito extorqueri non posse*. Quia iure suo absque facto suo priuari quis non debet; & liberationem semel competentem perpetuam esse. *Glossa* testatur ibidem verbo *posse*. prosequiturque *Iason in* §. *fuerat*. *num*. 83. *Institutionibus de actionibus*. Concinit Bonifacius Octauus in regula *sine culpa, nisi subsit causa, non est aliquis puniendus*. 23. *de regulis Iuris in 6*.

Nemo debet ex alterius inertia, & negligentia damnum perpeti. ex Bonifacio Octauo in regula. *Non debet alius alterius odio pregrauari*. 22. *de regulis Iuris in 6*. ibique plenè *Gloss.* verbo *non debet*. ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam* 1. 24. q. 3. Deducente pluribus; neminem alterius peccato posse excommunicari; quo ad pœnam pręsertim spiritualem. Quisque

enim

enim damnum, quod sua culpa patitur, sibi debet, non alteri imputare. Ex eodem Bonifacio in regula *damnum 86. de regulis Iuris in 6.* ibique *gloss.* verbo *damnum*. Ex Augustino Donato presbytero in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38.* per totum, ac præsertim §. *noli ergo tam dicere, quod te assidue audio dicere 23. quæst. 4.* verbis illis: *Quis non impios recte iudicaret? Et tamen tu te volens in aquam misisti, vt morereris &c.* Et pro regula statuit etiam Pomponius lib. 8. ad Quintum Mutiũ in *l. quod quis 204. ff. de regulis Iuris.* verbis dicens: *Quod quis ex culpa sua damnum sentit, nõ intelligitur damnum sentire.* Nec diuersimodè Marcellinus lib. 18. Digestorũ in *l. si pater filio familias liberã peculii administrationẽ dederit 12. ff. quæ in fraudẽ creditorũ facta sunt, vt restituantur.* Verbis enuncians de Patre: *At si hoc quoq; concessit filio pater, vt in fraudem creditorum facere possit: videbitur ipse fecisse: & sufficient competentes aduersus eum actiones.* prosequitur *Rota* apud *Card. Mant. cam decis. 9. nu. 7.* diximus *respons.* nostra 35. *nu. 43. part. 4.*

Nemo putare debet sibi licere, quod non licet. ex Gelasio Papa Elpidio Episcopo in *can. quo ausu, qua temeritate rescribis Rauennam te parare proficisci 26. 23. q. 8.* In fine scribente, ac dicente: *Quemadmodum tibi putas licere, quod non licet, quod hoc officio carere festinas, quo his excessibus te ostendis indignum?* Putare ergo nemo sibi debet licere, quod non licet.

Nemo debet cum alterius locupletari iactura, & damno. ex Bonifacio Octauo in regula *Locupletari 48. de regulis Iuris in 6.* ibique *glos.* verbo *locupletari* ex Augustino in *can. quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiam 43. fine finali 17. q. 4.* Persuasitque Innocẽtius III. Spoletano scribẽs Episcopo in *c. fin. ad nos rectores 9. § fin. de pœnis.* eiq; dicens: *Quia igitur te non decet in tantum pontificalis modestiæ oblitum fieri, vt inhonestis quæstibus anhelando desideres eum aliena iactura ditari.* Quãdo hoc ex natura ipsa comparatum sit, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem. testatur Pomponius lib. 21. ad Sabinum in *l. nam hoc natura 14. ff. de conditione indebiti.* Verbis enuncians manifestis: *Nam hoc natura æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem.* Sicuti lucrari nemo debet cum alterius detrimento, & contrà, damnum sentire per alterius lucrum. ipse met prosequitur Pomponius lib. 14. ad Sabinum in *l. iure succursum est 7. ff. de iure dotium.* Dum in fine sic rationem infert: *Quia bono, & æquo non conuenit; aut lucrari aliquem cum damno alterius; aut damnum sentire pro alterius lucro.*

Nemo existimandus est dixisse, quod nec mente agitauit. ex Gregorio in moralibus in *can. humanæ aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant 11. 22. q. 5.* Rationem reddente in fine: *Quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem: Quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni.* Et vtique verba propterea instituta sunt, per quæ quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Augustini dicimus verbis in enchiridio in *can. is autem, qui mentitur. 4. in principio 22. q. 2.* ibique *Gloss.* verbo *instituta*. Verba nempe earum, quæ in anima sunt passionum, sunt notæ. ex Aristotele 1. periermenias. & Celsus lib. 19. Digestorum in *l. Labeo 7. § id Tubero ff. de suppell. ectili legata.* Rationem profert: *Nam quorsum sunt nomina, inquit, nisi vt demostrent voluntatem dicentis? Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentit, vt maximè nomine vsus sit, quo id appellari solet. Nam vocis ministerio vtimur. Cæterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit.* Non aliter igitur à significatione verborum recedi oportet, quàm, cum manifestum est aliud sensisse testatorem. Marcellus fatur lib. singulari responsorum in *l. non aliter à significatione verborum 67. in principio ff. de legatis 3.* diximus *respons.* nostra 60. *num. 1. & 2. part. 4.* & *respons. 93. num. 8. & sequentibus part. 5.* Quod igitur quis non semel, quin iteratò, ac sæpe dixit, mente, cogitationeque id agitasse putandus erit, cùm inde sint verba, vt mentem indicent proferentis. Reperiit ergo suam vt verbis proferret mentem. ex Ambrosio libro de his misteriis imitiantur in *can. re vera mirabile est. 69. col. 3.* in finalibus *verbis de consecrat. dis. 2.* inferente: *Quod os loquitur mens interna fateatur: Quod sermo sonat, affectus sentiat.* Rationem reddit *Glos.* ibidem verbo *sermo.* & ipsa dicens; *ad hoc enim verba sunt instituta, vt quod quis cogitat, aliis proferat.* Id ergo proferre, quòd cogitat. perquire *Iosephum Ludouicum decis.* Perusina 9. *num. 19.* Quia non præsumitur quis velle aliud corde, quam quod voce exprimit, ex *Castrense cons. 74. col. 2. vol. 2.* noster *Maranta cons. 57. num. 7.*

Nemo iactare se debet, quòd bene faciet; magis autem timere, ne malè faciat. Ambrosium loquentem excipe Petri exemplo in *can. imitare Petrum 10. 6. q. 1.* verba damus: *Etenim, quia tertiò negauerat, tertiò confitetur, sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem dicta sunt, vt sciatis: Neminem iactare se debere. Nam, si Petrus lapsus est, qui dixit:* (Matthei 14.) *Et si alii scandalizati fuerint in te, sed non Ego. Quis alius iurè de se præsumat. Denique & Dauid, qui dixerat* (psalmo 29.) *Ego dixi in abundantia mea non mouebor in æternum. eam sibi iactantiam obfuisse profitetur, dicens: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* ita Ambrosius. Quis ergo de se confidat? Quis præsumat? *Noli altum sapere, sed time.* Paulus dixit Apostolus vas electionis ad Romanos scribens 11. 20. dicens: *Tu autem fide stas: noli altum sapere, sed time.* Timeamus ergo.

Nemo in Ecclesia nocet amplius, quã qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet. Gregorius in pastorali in *can. nemo quippe in Ecclesia nocet amplius. 2. distinct. 83.* verbis prosequens rationem. *Delinquentem namque hunc nemo redarguere præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur: quando, pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Episcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis*

di-

dicendus est canis impudicus, quàm Episcopus. Quia profectò vt gloss. ibidem verbo extenditur. prosequitur: delicta maiorum trahuntur ab aliis in exemplum. Nec diuersimode Nicolaus Papa ad Lotharium regem in can. præcipuè Gualdradę pellicis tuę 3. 11. q. 3. Sequentibus rationem deferens: Deterius quippe in populis prelati delinquunt: ac per hoc ipsi crudelius, quam cæteri puniuntur, vt ait Beatus Gregorius: Scire etenim prelati debent, quia si peruersa vmquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suo perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est vt tantò se cautius a culpa custodiant, quantò per praua, quę faciunt, non soli moriuntur.

Nemo est ita magnus, quin cadere possit, si gratiam Dei non habet. Probatur ex Sancto Ambrosio de paradiso in can. illud autem animaduerte 9. distinct. 40. sequentibus verba faciente: Illud autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum: vt aduertas, quod non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiori loco, vir, melior inuenitur, & illa, quæ in meliore loco, hoc est in paradiso facta est, inferior reperitur. hinc Glossa 1. ibidem argumentum extrahit; quod nemo est ita magnus, quin cadere non possit, si gratiam non habeat. Et duobus sequentibus canonibus can. qualibet occulta loca 10. Gregorius in fine sic infert: Quid enim paradiso iucundius: quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit. & can. Adam primus homo 11. sequentibus deducit: Adam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est, quia Dei nobilitatē à se deiecit, nobilitate loci priuatus est. Timeamus ergo, & nos ipsos humiliemus.

Nemo inuitus cogendus est ad altiorem Ecclesiæ ascendere gradum. ex Gelasio Papa Victori Episcopo in can. consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum 9. distinct. 74. verbis dicente: Qua propter, quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio grauiasque non patitur, vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere inferens in fine: Vt hac saltem ratione constricti, & honorem, quem refugerant, appetere nitantur, & quæstum.

Nemo plus iuris in alium transferre potest, quàm in ipso sit. ex octaua Synodo in can. Abbati, vel monacho monasterii 22. distinct. 54. Ex ratione, quam refert: Qui enim nihil proprium habet, libertatem rei alienæ dare non potest. Rationem quoque refert Gloss. ibidem verbo proprium. Quia nemo potest plus iuris in aliũ transferre, quam ipse habeat; ex ratione, quam Vrbanus Secundus Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrosę scribens in can. Daibertum à Nezelone 24. 1. q. 7. reddidit: Quia nihil habuit, nihil dare potuit ei. Et regulare esse dixit Innocentius Tertius Archidiacono Sancti Andreæ de Scotia in can. nuper à nobis tua discretio requisiuit. 6. 5. postulasti præterea de donationibus inter virum ex vxorem, & dote post diuortium repetenda. sequentibus: Nos autem consultationi tuę taliter respondemus, quod cùm regulariter nullus plus Iuris in alium transferre possit, quàm eum constat habere &c. Nec diuersimode Alexander Tertius Abbatibus, Prioribus, & Clericis per Archiepiscopatum Eboracen constitutis in cap. cura pastoralis 11. in fine extrà de Iure patronatus. in ratione, quam dedit: Cum enim laici non possint in alios, nisi ius, quod habent transferre. plenè gloss. ibidem verbo nisi Ius. Bonifacius VIII. in regula nemo plus Iuris 79. de regulis Iuris in 6. Eodẽq; modo Vlpianus lib. 16. ad Edictum in l. nemo plus Iuris ad alium transferre potest 55. ff. de reg. iur. Plura apud Card. Manticam decis. 78. num 6. in fine. Et apud Oranum deci. 125. num. 3. in fine post 1. volumen Consiliorum Farinacii. Et apud Peniam decis. 39. num. 1. apud Marchesanum part. 1. fol. 633. Rota Genuæ apud Flaminium Carthariun decis. 75. num. 3. & sequentibus.

Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. ex Apostolo (2. ad Timotheũ 1. 4.) exhortante: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Deduxitq; Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam scribens in can. consequens est 2. distinctione 88. Clericos carpens, qui negotiationibus inhonestis se immiscent, Nec Apostoli verba recolentes. quibus ait: Nemo militans Deo militans Deo implicat se negotiis secularibus: Psalmistam quoque David surda dissimulantes aure cantantem: Quoniam non cognoui negotiationes introibo in potentias Domini. (Psalm. 70.) Parique modo Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in can. cũ ad verum ventum est 6. in fine distinct. 96. Rationem inferens: Et ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret. Et ex decreto Bonifacii Papę in can. sunt nõ nulli nullo dogmate fulti. 25. 16. q. 1. dicentis: Quod quidem Apostolicis documentis, & omnium sanctorum Patrum institutis, non solùm monachis, sed etiam canonicis maximopere imperatur: Nemo enim militans Deo implicat se negotiis secularibus. Idemque eadem ratione in Concilio Chalcedonense statutum fuit in can. credo placere sugestionem meam sanctitati vestræ 2. 21. q. 2. Cum Gratus Episcopus dixit: & Apostolorũ statuta sũt, quæ dicunt: Nemo militans Deo, implicat se negotiis secularibus. & eadem 21. q. 3. can. Cyprianus presbyteris, & diaconis. & plebi Furni consistentibus 4. rescripsit: In clerico ministerio constituti, non nisi altari, & sacrificiis deseruire, & precibus, atque orationibus vacare debeant: scriptum est enim: Nemo militans Deo obligat se negotiis secularibus; vt possit placere ei, qui se probauit. Et de eo, qui Ecclesiasticam relinquit militiam Leo Papa ad Rusticum Episcopum in can. contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis 3. de pœnitentia distinct. 5. protestatus fuit: Contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis, post pœnitentię actionem redire ad militiam secularem; cùm Apostolus dicat: Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus. ibique Gloss. 1. in fine. Et Concilium Moguntinum vetuit personis omnibus Ecclesiasticis in cap. 1. ne clerici, vel monachi secularibus negotiis se immisceant. Cum mili-

Nemo potest primam gratiam alteri mereri. hoc solius Christi priuilegium est. deducit *Nauar. de oratione & horis canonicis cap. 20. nu. 45. & 49. ex S. Thoma in 4. distinct. 45. q. 1. art. 1. q. 1. & 1. 2. d. q. 114. art. 5.* Hoc vero via iustitiæ, potest tamen impetrari ex liberalitate diuina. *Nauar. d. cap. 20. num 51.*

Nemo præsumitur salutis æternæ immemor, vt saluti propriæ velit vllum commodum anteponere. ex Theodosio, & Valētiniano Augustis in *l. sancimus. finali C. ad legem Iuliam repetundarum.* Quā legē inter sacros retulit canones Gratianus in *can. sancimus huiusmodi viros ad prouincias regēdas accedere. 26. 1. q. 7.* circa finem: verba sunt textus: *Et licet neminem diuini timoris, contēnendo ius iurandū, arbitremus immemorem, vt salutis propriæ vllum commodum anteponat; tamen vt ad salutis timorem &c.* In animæ Iudicio præsertim. vt *Gloss.* aduertit in *cap. tua nos duxit fraternitas consulendos 26. §. super quo tibi respondemus. de sponsalibus, & matrimoniis* verbo *qualiter tibi constiterit.* in fine. Glossam excipe dicentem. *Vel quia ille hoc ei confessus fuit in pœnitentiali iudicio, in quo cuilibet est credendum. vt infra de homicid. significasti. Quia soli sibi fit præiudicium. Vnde non est verisimile quod sit immemor salutis æternæ 1. 2. q. 7. sancimus.* similem *Glossam* habes in *cap. cum causam, quæ inter E militem 6. siue penultimo de raptoribus, & incendiariis, & violatoribus Ecclesiarum extra* verbo *mulieris confessione* circa finem. verbis dicentem. *Non est enim credendum quod illa sit immemor suæ salutis 1. q. 7. sancimus.* Nemo quippe præsumitur velle mori in peccato mortali. vt dixit *Rota part. 1. diuersorum decis. 751. num. 8.* & plene *Menochius de præsumptionibus lib. 5. præsumpt. 5.* diximus *respons.* nostra *32. num. 62. part. 4. & respons. 60. num. 27. & 28. part. 5.*

Nemo repente fit summus. Ita nemo repente fit turpissimus. Gratianum excipe in *can. charitas est aqua 14. §. hæc, quæ de charitate diximus. de pœnitentia distinct. 2.* Qui sequentibus verbis rem exprimit; *Nemo enim repente fit summus: Sed in bona conuersatione, quæ sine charitate nulla est, à minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. Sunt itaque gradus non solum inter virtutem, & virtutem, sed in eadē virtute.* Quo loco *Gloss.* verbo *sunt itaque gradus* argumentum format: virtus in medio consistit. sed in omnibus medium seruare, vltra hominē est. ideo summe virtuosus nemo dicendus est. Idemque Gratianus in *can. si sermo meus inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam 20. §. e contrario etiam gradus in virtute esse probantur.* eadem *de pœnitent. distinct. 2.* subsequens: *Quia, & ipsius peccati gradus, euidenter apparent. Sicut enim nemo repente fit summus, ita nemo repente fit turpissimus.* Quo loco *Gloss.* verbo *ita nemo* Ex Iuuenale refert:

*Nemo repente fuit turpissimus: accipient te*
*Paulatim, qui longa domi redimicula sumant.*

Turpissimus. id est plenus vitiis *Glossella* Marginalis ibidem exprimit. Vnde Chrysostomus de reparatione lapsi (epist. 5.) ad Theodorum lapsum in *can. talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei. 28. de pœnitent. distinct. 3.* subsequitur; *Numquam spernit pœnitentiam, si ei sincere, & simpliciter offeratur. Etiam si ad summum quis perueniat malorum; & inde tamen velit reuerti ad virtutis viam, suscipit, & libenter amplectitur.* vbi *gloss.* verbo *perueniat malorum* infert: *Potest ergo aliquis esse summe malus, sed non repente, vt supra distinct. 2. si sermo §. e contrario. Sed certe summe bonus non potest quis esse, nec summe malus, intentione malitiæ, vel bonitatis, quin alius possit esse melior, vel deterior. Nam dicit auctoritas: Superbia eorum, qui te oderunt, ascendit sēper. Sed in vniuersitate malorum potest quis esse malus.* sic Glossa.

Nemo scire potest quid contingat sequenti die. ex Augustino libro de correptione, & gratia in *can. corripiantur itaque à propositis suis subditi fratres 17. 24. q. 3.* verba sonant Augustini: *Neque enim scimus quid contingat sequenti die. An ante finem vitæ huius de aliquo desperandum est? Aut contradici Deo potest, ne respiciat, & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisque contriti à reatu, quamuis iustæ damnationis, absoluat, damnatumque ipse non damnet?*

Nemo sine crimine viuit. Ex Gregorio Quarto ad Episcopos per Galliam, & Germaniam constitutos in *can. licet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda 4. distinct. 45.* admoneo illos: *vt plus erga corrigēdos agat benignitas, quam seueritas; plus cohortatio, quam comminatio, plus charitas, quam potestas; Cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat.* Et Simonides in carminibus:

*Nec vllus expers criminis, nec mortis est.*

deduximus *respons.* nostra *74. num. 15. part. 3.*

Nemo scire potest se Deo per gratiam acceptum esse. ex illo (Iob. 9. 21.) *Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.* Quem locum ex Septuaginta interpretibus affert Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat. 4. col. 3. §. eligat aduersarius è duobus, quod vult. de pœnitentia distinct. 2.* dicens; *Vnde & Dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis concepit me mater mea. Et Beatus Iob: Si fuero iustus os meum impia loquetur: & sine crimine prauus inueniar. &c.* Deduxitque etiam Innocentius Tertius Abbati Eugen, Et Scholastico Mutinen in *cap. accepimus litteras 16. §. ipse verò ad præsentiā nostrā accedens. de purgatione canonica.* dicens: *Sed hoc iurare non paruæ temeritatis existeret, cum beatus Iob dicat. Etiā si simplex fuero, hoc ipsū ignorat anima mea.* ibique *gloss.* verbo *ignorat anima mea* afferens locum (1. Ioānis 1.) *Quia si dixerimus, quod peccatum non habemus, veritas in nobis nō est.* Et locum Hieronymi in superioribus. Poterit tamen scire per reuelationem. vt de Apostolo Paulo refert *gloss.* in *can. Paulus Petrū reprehendit 33. 2. q. 7.* Qui canon est eiusdem Hieronymi, verbo *sciret* inferens: *Ex hoc patet, quod aliquis scit se habere charitatem per reuelationē. Paulus alibi dicit: Scio, quod neque mors, neque vita, neque*

aliquid aliud me poterit separare à charitate Dei. alibi tamen dicit: Nihil mihi conscius sum &c. & sacrum Tridentinum Concilium sessione 6. de Iustificatione can. 16. hoc sine reuelatione Dei sciri non posse, decreuit. deducitque Nauarrus de finibus humanorum actuum. nu. 13.

Nemo vmquam carnem suam odio habuit; sed nutrit, & fouet eam. Apostolus ad (Ephesios 5. 29.) dicens: Nemo enim vmquam carnem suam odio habuit: sed nutrit, & fouet eam; sicut Christus Ecclesiam. Detulit Augustinus in libro de agenda cura pro mortuis in can. non æstimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire 29. 13. q. 2. dicens. Corpori autem humano quidquid impenditur non est præsidium salutis, sed humanitatis officium; secundum affectum, quo nemo vnquam carnem suam odio habet. & deduxit Gloss. in can. omnino confitemur non licere Episcopo 11. in fine distinct. 31. verbo vt de mercede. deducens, quod si quis habet vxorem, & filios de bonis Ecclesiæ ipsos potest pascere, si non habet propria. Quia nemo vmquam carnem suam odio habuit. 53. q. 2. non æstimemus. sic Glossa.

Nemini licet immittere falcem in messem alienam. Sic enim Dominus (Deutoronom. 23. 25.) Legem statuit: Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres. Falce autem non metes. & habetur (Matth. 12. 1.) Et perpendit Gratianus in can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. §. Quia vero nos intra muros vrbis istorum sedemus. 13. q. 1. dicens: Item præcepit Dominus per Moysem, vt nemo mittat falcem in alienam messem. Hæc messis nostra est, & vos vultis falcem in eam mittere? Nec diuersimode Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum in can. scriptum est in lege: Per alienam messem transiens, falcem mittere non debet, sed manu spicas conterere, & manducare. 2. 6. q. 3. Et ex dictis Apollonii deducit Gratianus in can. discipulos, cum per segetes trāseundo vellerent spicas 25. de consecrat. distinct. 5. Rationem reddens: Quia coacti fame hoc fecerunt. Deturbitque Clemens V. in Concilio Viennen in clement. pastoralis cura sollicitudinis 2. §. Quod si punitio criminis intra districtum imperialem commissi, in fine de sententia, & re iudicata. De Imperatore conquærens ac dicens: Propriis terminos potestatis excessit; in messem nostram mittens perperam suam falcem. Idemque Innocentius Tertius Duci Caringiæ scribens in cap. venerabilem 34. de electione, & electi potestate in principio verbis dixit: Si electoris; in messem alienam miserat falcem suam. Quod tamen facere non licet. Congruit, quod satis affabrè Iustinianus Cæsar deduxit in l. consulta diualia 23. ad medium C. de testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur. Verba sunt Iustiniani rationem reddentis: Absurdum est namque, si promissionis actibus rerum turbentur officiis & alii creditum, alius subtrahat, Ponatque consequenter falcem in messem alienam.

Nescire melius quædam, quam scire. ex Augustino in enchiridio ad Laurentium in can. quamuis errare quanta possumus cura cauendum sit 11. in fine distinct. 37. Rationem reddente: Sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire, sit meliùs. vbi Gloss. verbo quam scire infert: hinc videtur quod bonum sit ignorare mala. Concinit quod Concilium Agathense decreuit in can. aliquanti clerici, siue laici student auguriis 6. in fine 26. q. 7. verbis illis: Hæc quicumque clericus, aut laicus detectus fuerit, vel consulere, vel docere; ab Ecclesia habeatur extraneus. Rationem reddit gloss. ibidem verbo vel docere. dicens: Et multa sunt, quæ melius nescire, quam scire. 38. distinct. quamuis.

Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. legem statuit Dominus Deus (Deutoronom. 19. 14.) dicens: Nō assumes, & transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in possessione tua, quam Dominus tuus dabit tibi in Terra, quam acceperis possidendam. Quin maledictionem addidit eodem (Deutoronomii 27. 18.) præcipiēs: Maledictus qui trāsfert terminos proximi sui. Et dicet omnis populus: Amen. Et per Salomonē (prouerbiorum 22. 28.) Spiritus Sanctus loquutus fuit: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Decreuitque Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ in can. nullus alterius terminos vsurpet 1. 9. q. 2. Rationem reddens: Quoniam nullus alterius Iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. Vnde Dominus loquitur, dicens. Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Nec diuersimode Eusebius Papa in can. in legibus seculi cautum habetur 10. 12. q. 2. deferens: Et in lege diuina legitur: Maledictus omnis, qui transfert terminos proximi sui, & dicet omnis populus: Amen: subnectens consequentiam: Talia ergo non præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque sua damnatione. Quia nimirum Patrum auctoritas premonet, ita oportere inhiberi cupiditatem; vt ne quis terminos alienos vsurpet. vt Innocentius Papa decreuit in can. inter memoratos fratres nostros 6. non multo post principium 16. q. 3. Tropologice, siue moraliter Hieronymus in Commentarios Oseæ in can. transferunt principes Iuda terminos 33. 24. q. 3. verbis dicens; Transferunt principes Iuda terminos, quos posuerunt patres eorum; quando immutant mendacio veritatem: & aliud prædicant, quàm ab Apostolis acceperunt. Nec enim varianda sunt, quæ ad bonum sunt commune præfixa: seu manentibus terminis, quos cōstituerunt patres, nemo iniustè vsurpet alienum; sed intra fines proprios, atque legitimos, pro vt quis valuerit, in latitudine se exerceat charitatis. verbis eloquimur Leonis Papæ Anatolio Episcopo in can. quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt 3. 25. q. 1. Pluraque nos deduximus respons. nostra 35. num. 18. 19. & 20. part. 4. & respons. 27. num. 21. ad finem vsque part. 5.

Nihil carius emitur, quàm quod precibus impetratur. dixit Seneca. nec dissimiliter Augustinus de vera & falsa pœnitentia in can. quem pœnitet; omnino pœniteat 88. §. Iustitia enim sola damnat. de pœnitentia distinct. 1. Verba damus Augustini. Iustitia enim sola damnat; Sed dignus misericordia est, qui spirituali labore petit gratiam: Laborat enim mens patiendo erubescentiam;

tam, quoniam verecundia magna est pœna; qui erubescit pro Christo, fit dignus misericordia. quo loco Gloss. verbo labore sic commentum agit, rationem referens: Nihil enim carius emitur, quàm quod precibus impetratur. vt dicit Seneca. Deducit etiam ex Gregorio Papa Antonio Subdiacono in can. illud quidem pre omnibus tibi curæ sit 1. 8. q. 2. Scribens, & admonens, ne in electione facienda Quarumlibet personarum patrocinia conualescant. Rationem referens: Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire reuerentia exigente, compellitur. Nihil ergo carius emitur, quàm quod precibus impetratur.

Nihil, & inutile æquiperatur. ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Andegauensi in cap. inter corporalia & spiritualia 2. §. sed neque illud, quod in canone legitur de electo. de translatione episcopi. verbis dicente: Sicut iuxta communem modum loquendi; illa dicitur Ecclesia viduata, quæ licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere. ibique Glo. verbo inutilem: subsequens: In aliis etiam mortuus reputatur. Deducitur ex Vrbano Secundo Petro Pistoriensi Episcopo in can. Daibertum à Nezelone 24. 1. q. 7. in ratione, quam reddit: Quia nihil habuit; nihil dare potuit et ibique Gloss. verbo dare. Nauar. in commentario 4. de regularibus. n. notabili num. 14. vide quæ diximus respons. notra 101 num. 22. & 23. part. 5. Sicuti

Nihil, & nullum conuertuntur, quia ex nihilo nihil fit. Secundum Aristotelem 7. metap. cap. 7. Petrus Gregorius Tholosates Syntaxeon artis mirabilis in commentariis lib. 2. cap. 17. in fine.

Nihil est fœdius, quàm vxorem amare, quasi adulteram. Hieronymus contra Iouinianum in can. origo quidem amoris honesta erat, sed magnitudo deformis 5. 32. q. 4. Qui paulo ante sequentibus fatur: Vnde & Xistus in sententiis: (Adulter est (inquit) in suam vxorem amator ardens.) In aliena quippe vxore omnis amor turpis est, in sua nimius. Sapiens vir iudicio debet amare coniugem, non affectu. Rege impetus voluntatis nec præceps feretur in coitum. Nihil est fœdius, quam vxorem amare, quasi adulteram. ita Hieronymus. Iudicio. Quia cum iudicio & discretione commisceri vxori suæ debet. Gloss. ibidem commentum adhibet.

Nihil interest, quàm ex honesta causa quis insaniat. Hieronymus dicit contra Iouinianum scribens libro 1. in can. origo quidem amoris honesta erat: Sed magnitudo deformis. 5. 32. q. 4. subsequens: Nihil autem interest, quàm ex honesta causa, quis insaniat. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo honesta. subnectens: Nihil enim est adeo licitum, vt non possit pernicies irrogari. Nam, vt Augustinus ad Publicolam scribit in can. de occidendis hominibus 8. in fine 23. q. 5. concluderis: Quid enim est in vsu hominum bono, ac licito, vnde non possit etiam pernicies irrogari? Et nihil interest an ex bono aliquoties oriatur malum, sed malum perpenditur, quod inde subsequitur.

Nihil prodest proprio non puniri peccato, qui puniendus est alieno. Ioánes Octauus in can. facientis culpam proculdubio habet 3. dist. 86. in fine concludens: Et nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato. Ex ratione, quam Pius Papa ad omnes Christi fideles scribens can. quid enim prodest illi. 4. distinct. 83. reddit: Quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti? Coniungiturque Gregorius ibidem in can. sequenti & ipse dicens: Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi debent, non occurrit. Quia nimirum: Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cùm minime defensatur, opprimitur. Innocentius loquitur Papa can. error, cui non resistitur. 3. eadem distinct. 83. in fine infereos: Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Nihil miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. Hieronymus ad quendam suum Leuitam de duobus generibus hominum in can. duo sunt genera Christianorũ 7. circa finem 12. q. 1. de laicis verba faciens: His licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. Nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deum contemnere. Sed non nisi ad vsum. Ne quis in auaritiam incidat: quia non debet quis omnia bona sua statim effundere, Gloss. ibidem adnotat.

Nihil odisti eorum, quæ fecisti. Sic nempe (Sapientiæ 11. 25.) Diligis enim omnia, quæ sunt, & nihil odisti eorum, quæ fecisti: Nec enim odiens aliquid constituisti, aut fecisti. Hinc est quod (Numeri 16. 37.) Cum Dominus Core, & Dathan, & Abiron, quod falsum ignem adhibuissent, in infernum viuos descendere fecisset, opertos humi, sic ad Moysen locutus fuit: Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: precipe Eleazaro filio Aarõ sacerdoti, vt tollat turibula, quæ iacent in incendio, & ignem huc, illucque dispergat: Quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum: producatque ea in laminas, & affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernant ea pro signo, & monimenta filii Israel. Et produxit ex Augustino Gratianus in can. & dixit Dominus ad Moysen 26. de consecrat. distinct. 2. vbi Gloss. verbo sanctificata sunt. Contra argumentatur ex illo prouerbiorum 15. Victimæ impiorum abominabiles Deo: vota iustorum placabilia. Quæ explicat Gregorius Recaredo Regi scribés in can. scriptum est, victimæ impiorum abominabiles 11. 14. quæst. 5. & respondet: Abominabiles dicuntur victimæ impiorum, non quin bona sit omnis creatura, & à Deo dilecta; quia scriptum est. Nihil odisti eorum, quæ fecisti. Sed quantum ad offerentes: quia praua intentione offerunt, exemplo Cain. Quemadmodum in can. iteratur quotidie hæc oblatio 71. Qui est Paschasii Papæ eadem de consecrat. distinct. 1. in fine. Dicens enim, quod mors Christi pro seculi vita semper est nuncianda fidelibus, rationem prosequitur: Vt discant, qua charitate dilexit suos: qui pro eis mori dignatus est, cui omnes vicem debemus rependere charitatis. quia adhoc nos prior dilexit, cùm essemus gehennæ filii, vt diligeremus eum à morte iam liberati. quo loco Gloss. verbo cum essemus. Scilicet gehennæ filii: sic verba

reddit clariora: *id est quamuis non dilexit nos in eo, quod essemus gehennę filii: dilexit tamen nos in eo, quod creaturę. vnde dicitur: Nihil odisti eorum, quę fecisti.*

Nimia familiaritas parit contemptum dignitatis. Augustinum obserua, de vita Clericorum in *can. quando necessitas disciplinæ 4. dist. 86.* seriò verba facientem: *Quando necessitas disciplinę, minoribus coercendis, dicere vos verba dura compellit; Si etiam ipsi modum excessisse sentitis; non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *frangatur.* subsequens. *Augere enim ex ingenio debet dignitatē; quia sępe nimia familiaritas contemptum generat.* Allegat Callistratum lib. 1. de cognitionibus in *l. obseruandum. 19. ff. de officio pręsidis.* Pręsides prouinciarū instituentem, dicentemque: *Vnde mandatis adiicitur, ne Pręsides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem prouinciales admittant: nam ex conuersatione æquali contentio dignitatis nascitur.* Nec diuersimode Vlpianus lib. 2. de officio proconsulis in *l. nec quicquam est 9. §. circa aduocatos ff. de officio proconsulis, & legati.* verbis & ipse docens: *Circa Aduocatos patientem esse Proconsulem oportet; sed cum ingenio, ne contemptibilis videatur.* Et hunc textum pariter allegat *Glossa* d. verbo *frangatur d. can. quando necessitas.* Eiusdemque sensus videtur Pelagius fuisse Papa Opilioni defensori scribens in *can. nullam potestatem de cętero, nullam licentiam monachis relinquimus 9. 18. q 2.* In ratione, quam reddit: *Quia nulla auctoritas remanebit Abbati, si monachorum potestati cęperit subiacere.* vbi *Gloss.* verbo auctoritas. & ipsa dicti rationē affert: *Humani enim moris est illum timere, cuius iudicio nunc erigitur, nunc deprimitur. Nec superiores debent inferioribus nimis familiares esse: nam ex conuersatione æquali nascitur contemptus dignitatis.* ibidemque *Glossella* marginalis adnotans: *Familiaritas nimia parit contemptum.*

Nimia familiaritas cum muliere, etiam sanguine iuncta sacerdotis famam denigrat. Nicholaum Papam ad Albuinum Archiepiscopum scribentem excipe in *can. quorundam relatione fidelium nostris auribus intimatum est. 1. distinct. 24.* Sequentibus namque de Lanfredo Episcopo inuene verba infert: *Nihilominus autem de hoc Episcopo relatum est Apostolatui nostro, quod cum quadam filia sua immoderatā teneat familiaritatem: & ob id mala fama ei orta sit: pro qua re à sanctitate tua &c.* ibique notat *Gloss.* verba *fama.* Fugienda igitur mulierum est familiaritas, etiam sanguine coniunctarum.

Nihil, nec minima quidem frondis minimę arbusculę orbis mouetur citra Dei optimi Maximi pręsciētiam. Ipse enim solus scit omnia antequam fiant. Et permissu Dei omnia fiunt. Ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum pręstigiis. 14. col. 5. §. si autem aliquis mihi opponit, & dicit. 26. q. 5.* inferens Augustinus: *Quia hoc permissu Dei fit; vt ipsi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide sint, & deuotione erga Deum.* & ibidem §. *Augurta autem Auium.* sic defert: *Nec ideo quisquam credere debet quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei. (qui omnia, quę fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit.* & *gloss.* in *can. non est peccatum quando nolentes 3. §. bis itaque respondetur.* qui est Gratiani in fine *distinct. 3.* ad verba illa (Genes. 10.) *Cœpit Nembrot robustus venator esse coram Domino.* in verbo *coram Domino* commentum dicens: *Id est eorum, qui sunt Domini; vel permittēte Domino. Quidquid enim fit, iudicio Dei fit. 26. q 5. nec mirum.* Ita Glossa, prosequitur *S. Thomas 1. parte q. 14.* Et melius *q. 18. Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap. 19. num. 22.*

Nobilitas morum magis attenditur, quàm generis. in prętatis prętertim. ex Gregorio in *can. nos, qui prę sumus 3. distinct. 40.* Gregorium excipe: *Nos, qui pręsumus, non ex locorum, aut generis dignitate; sed morum nobilitate innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.* Sicut & Symmachus Papa Laurentio Mediolanensi Episcopo post Sextam Synodum Romanam scribens in *can. vilissimus cōputandus est 45. 1. q. 1.* contestatur ei: *Vilissimus cōputandus est, nisi pręcellat scientia, & sanctitate, qui est honore pręstantior.* Sufficiet autem si sufficientem habeat scientiam, licet non eminentem. secundum *gl.* ibidem verbo. *nisi pręcellat.* Vt quid sint ea, quę ad officiuum suum pertinent, possit aduertere. ex Hieronymo in Leniticum in *can. licet ergo Dominus de constituendo principe pręcepisset. 15. 8. q. 1.*

Nobilitas generis, neque loci, prodest ad gratiam acquirendam Dei, sed morum. ex Ambrosio de paradiso in *can. illud autem animaduerte: 7. distinct. 40.* Tene illum loquentem, ambrosiamque ore proferentem: *Illud autem animaduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum, vt aduertas, quòd non loci, non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiā sibi cōparat.* & sequanti *can. qualibet occulta 10.* Gregorius sic in fine concludit: *Quid enim paradiso iucundius; quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit?*

Nobilitas per peccatū amittitur; sicut Adam, quia nobilitatem Dei abiiecit peccando, nobilitate loci priuatus fuit. Gregorium testem damus in *can. Adā primus homo 11. dist. 40.* Loquentem percipe. *Adā primus homo pro peccato de paradiso eiectus est: hoc est, quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.*

Nobiles mitiori feriuntur pœnæ, quàm ignobiles. ex Liberio Papa ad Athanasium in *can qui contra Ecclesię pacem sunt. 32. 24. q. 1.* pluraque notat *glossa* ibidem verbo *ignobiles.* idem habetur ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. contra idolorum cultores; atque sacrilegos 10. 26. q. 5.* Nam serui verberibus cruciantur; liberi vero inclusione digna, districtaque sunt ad pœnitentiam redigendi.

Nocentes, & innocentes ad paria iudicandi non sunt. hoc enim ratio recta non patitur. Ioannes XXII. in *extrauaganti ratio recta*

non

*non patitur*, *vnica in ipso principio de religiosis domibus*. *inter communes*. dicens: Ratio recta non patitur, vt innocentes ad paria cum nocentibus iudicentur.

Nolo mortẽ peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. ex *Ezzecchiele* propheta 33. 11. dicente Domino, atque præcipiente; *Dic ad eos: viuo ego dicit Dominus: nolo mortem impii; sed vt conuertatur impius à via sua, & viuat.* Detulit Alexander Papa in *can. hi, qui episcopus suos persequuntur, & amouere nituntur* 9. 3. q. 4. Verba proferimus Alexandri: *Hi, qui Episcopos suos persequuntur, & amouere nituntur iniuste contra Apostolicam auctoritatem; & si à morte prohibentur, dicente Domino: (Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.) perpetua tamen notantur infamia, & exilio digni iudicantur finitimo.* Et ex Concilio Toletano vndecimo in *can. his, à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet.* 30. *in fine* 23. q. 8. Quod sane in fine sic permittit; *Cui tamen communio exeunti ex hac vita non est negenda Domini misericordia, qui non vult peccatoris mortem; sed vt conuertatur, & viuat.* Nec diuersimode Augustinus in libro de pœnitentia 10 *can. adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus, quàm oporteat* 32. 5. *quod autem multos cæcos, & diuerso tempore illuminauerit. de pænitentia distinct.* 3. de Christo verba faciens: *Medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est, centies infirmum visitare, centies curare. Qui ceteris minor esset, si alic possibilia ignoraret; memor esto sui, qui dicit: (Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.) Quem enim peccatorum exclusit?* Nullum vtique. omnes proinde conclusit: omnes igitur conuertamur ad eum & viuemus. vt ibidem prosequitur Augustinus verba deducens: *Qui me confessus fuerit coram hominibus: id est omnis quantumcumque, & qualitercumque peccator; cuiuscumque ordinis, etiam si fuerit sacerdos.*

Non apparentium, & non existentium idem iudicium. Perindè equidem quę non apparent habentur, ac si non essent, non existerent. deducitur ex Eugenio Papa in *cap. si sacerdos sciat pro certo aliquem esse reum*. 2. *circa finem. de officio Iudicis ordinarii*. De eo verbo faciente, qui in confessione cognoscitur deliquisse, dicendo: *Sed tamen non nominatim potest eum remouere a communione, licet scias eum esse reum: Quia non vt iudex scit, sed vt Deus.* Non ergo apparet esse reum. Proinde ergo habetur ac si non esset. Non apparentium itaque & non existentium idem est iudicium. Simile habetur ex Concilio Vasensi in *can. si tantum Episcopus alicui sceleris se conscium nouit* 2. 6. q. 2. & in *can.* sequenti. Nec diuersimode sentire visus est Paulus lib. 6. Quęstionum in *l. duo sunt Titii* 30. *ff. de testamentaria tutela*. Verba deferimus Pauli: *Duo sunt Titii pater, filius, datus est tutor Titius, nec apparet, de quo sensit testator. Quæro quid Iuris sit. Respondi: Is datus est, quem dare se testator sensit. Si id non apparet, non Ius deficit, sed probatio. igitur neuter est tutor.* Non apparentium ergo, & non existentium idem iudicium est. Perinde enim se habet, qui non apparet, ac si non esset. sequitur *Nauar. cons. 40. num. 2. in fine. & cons. 44. nu. 4. in fine lib. 5. de simonia.*

Non arabis in boue simul & asino. (*Deuteronomii* 22. 10.) pręcepit Dominus. Quę verba Concilium Hispalense secundum, cui interfuit Isidorus in *can. in nona actione didicimus* 22. 16. q. 7. Sequentibus exponit, rationem reddens: *Indecorum est enim laicum vicarium esse Episcopi, & seculares in Ecclesia iudicare. In vno enim eodemque officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege diuina prohibetur, dicente Moyse: Non arabis in boue simul & asino & id est homines diuersę professionis in officio vno non sociabis.* Ita Concilium. Eodemque modo Innocẽtius Tertius Priori Sancti Frigidiani G. & G. Canonicis Lucanensibus in *cap. cum causam, quæ inter Bonum presbyterum* 27. 5. *quia igitur non debemus attendere solummodo quid factum sit. de electione, & electi potestate extrâ.* decernens: *Consultationi vestrę taliter respondemus, quod cùm secundum legem diuinã; non sit in boue arandum, & asino: nec quisquam debeat vestem induere de lana, linoque contextam: irritetis electionem prędictam.* vbi *Gloss.* verbo *asino*. commentum profert: *Idest homines diuersę professionis in vno officio non sociabis. sic exponitur* 16. q. 7. *in nona actione. vnde versus.*

*Nemo boues asinis curru coniungat aratro:*
*Nec gestet vestem lino lana que textam.*
his Glossa.

Non caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare. Innocentius Papa in *can. error, cui non resistitur, approbatur* 3. *in fine distin.* 83. Nam ex Gregorio ibidem: Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quę corrigi debent, non occurrit. in *can. consentire videtur erranti* 5. *eadem distinct.* 83. Et vt Ioannes VIII. decreuit in *can. facientis culpam proculdubio habet.* 3. *distinct.* 86. & Ipse dicens: *Facientis culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Rationem reddens: *Nec caret scrupulo consensionis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare.*

Nam negligere cùm possis, fouere est. vt Eleuterius Papa ad Gallię prouincias scribens, contestatus fuit in *can. negligere cum possis* 55. 2. q. 7. verbis enuncians. *Negligere cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Fauere etenim videtur impietati. ex Anastasio, & Damaso Papa In *can. qui potest obuiare, & perturbare peruersos* 8. 23. q. 3. Et qui desinit obuiare, cum possit, consentit. Augustinus infert in *can. ostendit propheta* 11. *eadem* 23. q. 3. *in fine*. Nec diuersimode Alexander Tertius Exonen Episcopo in *cap. sicut dignum* 6. 9. *illi autem, qui non vt ferirent, sed vt percussoribus opem ferrent. de homicidio voluntario, vel casuali.* De sancto Thoma Cantuarien. Archiepiscopo, & martyre verba contexens, rationem reddens; *Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare.* vide Cardin. *Toletum*

*In-*

*Instructionis sacerdotalis lib.1.cap.87.num.5. in fine.*

Non debet aliquis alterius odio prægrauari. Nam vnusquisque ex suo admisso sorti subiicitur, nec alieni criminis successor constituitur. ex Callistrato lib.1.de cognitionibus in *l.crimen, vel pæna paterna 26.ff.de pænis.* Quam legem inter sacros retulit canones Gratianus in *can.crimen, vel pæna paterna nullam maculam filio infligere potest.* 6.1.q.4. deducitque *gloss.* ibidem verbo *ex suo admisso.* Rationem deferens: *Nō enim debet aliquis alieno onere prægrauari.* ex Iustiniano Cæsare in *l.si quis in suo testamento 23.§.legis autem veteris iniquitatem tollentes.C.de in officioso testamento.* decernente illo: *Hoc iniquum iudicantes; vt alieno odio alius prægrauetur.* ibique *Gloss.* verbo *prægrauetur.* Ita quidem, vt cum alterius detrimento, alteri subuenire non liceat. ex Ambrosio in *can.denique si non potest subuenire alteri 10.14.q.5.* dicente Ambrosio: *Denique si non potest subueniri alteri, nisi alter lædatur; commodius est neutrum iuuari, quàm grauari alterum.* Quinimo sanctum visum est legibus; *Vt qui alii nocendum esse existimarit, ipse suam sentiat iacturam.* Idem Iustinianus Augustus vedecreuit in *l.si legatarius, vel fideicommissarius 25.C.de legatis.*

Non debet quis duplici onere prægrauari. ex Gregorio ad Candidum Episcopum in *can.cùm percussio corporalis imminet 2.7.q.1.* Rationem reddente: *Et ideo non debet à nobis addi flagellatis afflictio, ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat.* Concinit Callistratus lib.2. Quæstionum in *l.nauis onustæ leuandæ causa.4.§.cum autem iactus de naue factus est.ff.ad legem Rhodiam de iactu.* illis verbis. *Videndum est, an conferre cogendus sit: quia non debet duplici damno onerari.* vbi *gloss.* verbo *duplici.* Rationem reddit: *Non enim debet addi afflictio.* allegat & *in decretis 7.q.1.cum percussio.* idemque Callistratus ibidem circa finem; *Quis ergo si plus in damno erit, quàm in collatione; vt puta decem aureis res deteriores factæ sunt, duo autem collationis sunt? Indubitatè vtrumque onus pati non debet.* Nec diuersimodè Macer lib.2. de Iudiciis publicis in *l. Diuus Marcus, & Commodus 14.ff.de officio præsidis.* De eo, qui matrem necauerat, sed cum fureret, rationem reddens: *Cum satis furore ipse puniatur.* Non ergo alio grauari onere debet. deduximus *respons. nostra 58.num.64.65.& 66.part.3.*

Non debet dici quis perpetrasse, quod nolens fecit. Nec debent imputari, quæ per coactionem absolutam fiunt. Augustinum excipe de Ciuitate Dei in *can.ita, ne aliquem polluat aliena libido, mentiuntur 3:31.q.5.* subsequentemque: *Non polluit si aliena erit: si autem polluet, aliena non erit.* ibique *Gloss.* verbo *putauerit.* Afferens assumptum superius thema. ex Concilio Ancyrano in *can.presbyteros, qui immolauerunt, & postea certamen iterum inierunt 32.§.qui autem fugientes comprehensi sunt, vel à domesticis traditi distinct.50.* dicente Concilio: *Hos veluti extra delictum constitutos, à communionis gratia non prohibere decernimus.* Quia non proprio actu fecerunt; nec peccauerunt. ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis scribente in *can.si quandoque à sacerdotibus, & auctoribus Ecclesiæ 1.15.q.6.* in fine postmodum concludente: *Nec tantum attendenda sunt, quæ fiunt, quantum quo animo fiunt.* inferens: *Amplius autem respicit Deus ad cogitationes, & spontaneas voluntates, quam ad actus, qui per simplicitatem, aut per necessitatem fiunt.* Quia nimirum vt *Gloss.* ibidem finalis verbo *quæ fiunt.* subnectit: *Potius respicienda est causa facti; quam ipsum factum.* Quam ob causam non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. vt Pomponius lib.1.Quæstionum in *l.non debet alteri per alterum 75.ff.de regulis Iuris* pro regula statuit. Nec debet alius pro alio teneri. *toto titulo C. ne filius pro patre, neque vxor pro marito.* Iuxta illud quoque Ezechielis 18.20. *Filius non portabit iniquitatem patris; & pater non portabit iniquitatem filii:* Iustitia iusti super eum erit, & impietas impii erit super eum. notat *Nauarrus cons.1.num.2.in 2.argumento lib.3.de solutionibus.*

Non cathedra facit sacerdotem, sed Sacerdos cathedram. Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. S. Ioannes Chrisostomus in opere imperfecto homilia 83.in *can.multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 12.in principio distinct.45.* Rationem reddit in fine: *Quoniam non qui maior fuerit in honore ille est iustior; sed qui fuerit iustior ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.*

Non debet esse melioris conditionis stultus, quàm sapiens. ex Bonifacio Octauo in *cap. eum, qui beneficium, cui cura animarum imminet, vi occupat 18. post principium de præbendis, & dignitatibus in 6.* Qui rationem sic infert: *Non enim decet, vt stultus melioris, quàm peritus, conditionis existat:* ibique *gloss.* verbo *existat.* Concinitque cum dicto Augustini ad Aurelium in *can. legi epistolam benignitatis tuæ de Donato 38.post principium 16.q.1.* Qui sequētibus profert: *Nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dandam seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *deteriores* verbis eloquens: *Nam nemo ex delicto suo facit conditionē suam meliorem.* Et stultus consequenter melioris conditionis euadat, quam sapiens: Quod neque Venuleius lib.2. interdictorum admisit in *l.Seruius etiam clam facere eum ait 4. in fine ff. quod vi, aut clam.* Eandem referens rationem: *Ne melioris conditionis sint stulti, quàm periti.* Et deduxit *gloss.* in summa *distinct.51.* verbo *adiecit quoque* in fine & ipsa rationem inferens: *Quia non debet esse melioris conditionis peccans, quam non peccans:* Testem adducit Venuleium. Nec diuersimode Innocentius Tertius Vniuersis Cruce signatis in *cap. si verò 34. de sententia excommunicat. extra.* eos admonens: *Si aliter fieret, videremini vos damnū ex pænitentia, ipsi verò præmiū ex contumacia reportare.* Quod esse non debet.

vt

vt *Gloss.* ibidem verbo *reportare* infert. subsequens in fine: *Nec stulti debent esse melioris conditionis, quàm periti. Et quia delinquunt non debet esse eorum conditio melior*. deduximus *respons.* nostra 45. *num.* 16. *&* 17. *part.* 4. *Nauarrus consil.* 10. *num.* 8. *circa medium lib.* 1. *de electione*.

Non debent nasci iniurię, vnde iura nascuntur. Innocentius Tertius Vercellen Episcopo, & Abbati de Tileto scribens in *cap. qualiter, & quando* 17. *de accusationibus*. verbisque insinuans: *Ne inde nascantur iniuriæ vnde iura nascuntur*. Concinit Concilium Carthaginense primum ex propositis per Nicasium Episcopum Culusitanum in *can. peruenit in sanctâ Synodum* 1. 21. q. 2. Nec diuersimodè idem Innocentius in Concilio Generali in *cap. non nulli gratia sedis Apostolicæ abutentes*. 28. 5. *cum autem per iudicium de rescriptis*. dicens: *Cùm autem per Iudicium iniuriis aditus patere non debeat (quas iuris obseruantia interdicit) statuimus. &c.* ibique *Gloss.* verbo *Iuris obseruantia*. Rationem reddens: *Quia non debent inde nasci iniuriæ vnde iura oriuntur*. Et decreuere Gratianus, Valẽtinianus, & Theodosius Augusti in *l. meminerint cuncti* 6. *in fine principii. C. vnde vi*, & ipsi statuentes: *Ne inde iniuriarum nascatur occasio, vnde Iura nascuntur*. ibique *Gloss.* verbo *nascantur*. Quæ allegat ex Concilio Mileuitano *can. placuit, vt quicumque Episcopi* 2. 16. q. 6.

Non dicitur delinquere, lege qui facit permittente. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. qui peccat, non peccat legis authoritate* 40. *in principio* 23. q. 4. verbis inferente, atque docente: *Qui peccat, non facit legis authoritate, sed contra legis authoritatem*. Quia quod legis authoritate fit, iniuste fit. ergo bene. ex eodem Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris* 11. *in fine* 14. q. 4. dicente: *Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iure, quod iuste: & hoc iuste quod bene*. Legis ergo authoritate qui facit, non delinquit. *Quod enim legitime factum est, nullam pœnam meretur*. Alexander Cęsar respondit in *l. Gracchus* 4. *C. ad legem Iuliam de adulteriis*. Nec alienum habuit sensum Vlpianus lib. 1. ad Edictum Aedilium Curulium in *l. quis sit fugitiuus* 17. 5. *apud Labeonem ff. de aedilitio edicto*. verbis illis: *Ego puto non esse eum fugitiuum: qui id facit, quod publicè facere licere arbitratur*. Nec discedit Paulus lib. 64. ad Edictum in *l. nemo damnum* 194. *ff de regulis Iuris*. Pro regula statuens: *Nemo damnum facit, nisi qui id facit, quod facere Ius non habet*. ibique *Gloss.* Decius. & Cagnolus. plura deducit *Gloss.* in *cap. consultationibus* 19. *de Iure patronatus* verbo *remoueri*. Rationem reddens: *Quia quod legitimè factum est non debet irritari*. Et est aureum illud Senecę lib. 6. declamationum: *Obiici non potest, quod lege factum est*. & lib. 9. *Non possum ob id damnari, quod lege factum est*. diximus *respons.* nostra 38. *num.* 24. & *respons.* 60. *num.* 22. *part.* 5. inde

Non dicitur rite facere, qui contra iustitię regulas facit. ex Innocentio Tertio Archidiacono Richemundię in *cap. post electionem, & confirmationem Episcopi Elien.* 7. 5. *quoniam constitit nobis. de concessione prębendę*. dicente: *Et quod institutione facta per ipsum secundum Iuris ordinem minime reprobata, archidiaconatus non vacans, non potuit, nec debuit in alium ritè transferri*. Non ergo rite facit, qui contra iustitiæ regulas facit. adnotauit *Marcus Antonius de Amatis decis.* 30. *num.* 17. Rotę Maceraten.

Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. ex Augustino ad Macedonium in *can. si res aliena, propter quam peccatum est*. 1. 14. q. 6. regulam tradente: *Si res aliena, propter quã peccatum est, cùm reddi possit, non redditur; non agitur pœnitentia, sed fingitur. Si autem veraciter agitur: Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum*. Et pro regula statuit Bonifacius VIII. in regula *peccatum* 4. *de regulis Iuris in* 6. Et Hieronymus in *can. nemo, qui rapit, moriens* 4. 14. q. 5. & ipse docens: *Nemo, qui rapit moriens, si habet vnde reddat, saluatur. Si eos, quorũ fuit, inuenire non poterit, Ecclesiæ, vel pauperibus tribuat*. Nec differtur in hac parte victionis sententia, si nõ reddũtur vniuersa. vt idem verba facit Hieronymus in *can. diaconi sũt, quos in Apocalypsi legimus*. 23. *in fine* 5. *certè vt ipse nosti distinct.* 93. Decreuitque Gregorius VIII. in Synodo Romana celebrata anno 1078. in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *de pœnitentia distinct.* 5. verba subnectimus Gregorii: *Vel qui bona alterius iniustè detinet; vel qui odium in corde gerit, recognoscat se veram pœnitentiam non posse agere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire, nisi negotium derelinquat, vel officium deserat; & odium ex corde dimittat; bona, quę iniustè abstulit restituat*. vbi *Gloss.* verbo *restituat* pro concordanti refert 14. q. 6. *si res*. nec dimittit *S. Thomas* 2. 2. q. 62. *art.* 1. *Nauar. consil.* 99. *num.* 1. *lib.* 5. *de simonia*. deduximus *respons.* nostra 32. *num.* 6. *&* 7. *part.* 4. & *respons.* 39. *num.* 52. *&* 53. *part.* 5.

Non est crudelitas, crimina pro Deo punire, sed pietas. Hieronymus ad Riparium contra Vigilantium. in *can. legi Syromasten Phinees, austeritatem Heliæ, zelum Simonis Cananei, Petri austeritatem Ananiam & Saphiram trucidantis* 13. 23. q. 8. Syromasten id est zelum indignationis. vt *Gloss.* ibidem exprimit. Subsequitur Hieronymus, quod dixit, explicans: *Vnde & in lege dicitur: (Deutoronomii 13.) Si frater tuus, & amicus, & vxor, quæ est in sinu tuo, deprauare te voluerit à veritate, sit manus tua super eos, & effunde sanguinem eorum*. & declarat Ioannes Chrysostomus in *can. occidit Phinees hominem* 14. *eadem* 23. q. 8. & ille dicens: *Occidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiam &c.*

Non est dandum sanctum canibus. Sic enim Dominus (Matthæi 7. 6.) *Nolite dare sanctum canibus. neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos*. vt mandauerat Dominus (*Exodi* 12.) de agno: *In vna domo comedetur: nec efferetis de carnibus eius foras*. Quæ verba explicans Gregorius in moralibus relatus *can. quia ex sola Ecclesia catholica veritas conspicitur* 22. cir-

22. circa medium 24. q. 1. sequentibus illustrat: *In vna namque domo agnus comeditur: quia in vna catholica Ecclesia, vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex afferri foras prohibet: quia Sanctum dari canibus vetat.* Et explicat Hieronymus in *can. nolite recedere à Domino in hodierno die* 2. 22. q. 3. circa finem. *Ideo videamus, qui sint in Ecclesia conculcantes. Illi sine dubio, de quibus dicit Dominus in Euangelio: (Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcēt eas pedibus suis, & conuersi elidant vos.) Iste est ergo Hiebusęus conculcatio: qui indigni audiunt verbum Dei: & cum audierint, neque vt infideles discedunt, neque permanent vt fideles: Sed percepta mysteriorum notitia, & fidei nostrę secretioribus scrutatis, conuersi postmodum impugnat nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpunt, conculcantes verbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes.* Vel etiam Ambrosius in *can. non nulli ideo poscunt pœnitentiā* 55. *de pœnitentia distinct.* 1. sic nempe ille: *Suam enim conscientiam non exuunt, sacerdotis induunt, cui precipitur: (Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos. hoc est immundis spiritibus sacrę communionis non impendenda consortia.* Ante porcos. id est peccato sordidatos. Glossa ibidem exprimit.

Non est discipulus supra Magistrum. Dominum excipe (Matthęi 10. 24.) *Non est discipulus supra magistrum, nec seruus super Dominum suum; sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: Et seruo sicut Dominus eius.* Locum hunc explicat Telesphorus Papa in *can. sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt* 8. 6. q. 2. Sic nempe Telesphorus: *Sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi: non dilacerandi, aut detrahendi: Quia à quibus se Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere; nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: Quia non est discipulus supra magistrum.* Eodemque modo Pius Papa in *can. oues pastorem suum non reprehendāt.* 9. eadem 6. q. 2. Verba referimus Pii, pia namque sunt; *Oues pastorem suum non reprehendant: plebs Episcopum nō accuset, nec vulgus eum arguat: Quoniam non est discipulus super magistrum, neque seruus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit.*

Non entis nullę sunt partes, & qualitates. argumentum edducimus ex Vrbano Tertio in *cap. ad audientiam nostram peruenit* 5. §. *finali de Ecclesiis ædificandis.* verba damus: *Licet autem nobis instantius supplicaueris, vt Ecclesię predictę confirmationis priuilegium faceremus. tibi non possumus de iure deferre, cum nulli canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur.* Priuilegium qualitas est enti adueniens, ante non existiente; neque qualitas dari potest, cui inhereat. vnde recte gloss. ibidem verbo *non possumus.* consequentiam infert: *Sic ergo patet, quod rei, que non est, non datur priuilegium: non enim ante ratio quærenda est, quam persona.* Ex Innocentio Tertio C. & P. quondam filiis Malebrancæ in *cap. ad dissoluendum, quod factum fuerat* 13. §. *interloquendo pronunciamus. de desponsatione impuberum.* Respondēs enim Innocentius interrogantibus, matrimonium accusari non potuisse, cum matrimonium non fuerit; sequentibus rem aperit: *Quo circa nec accusatio locum habebit, cum non asset, quod posset legitimè accusari.* vbi Gloss. verbo *legitime accusari.* manifestam rē faciens rationem reddit: *Quia primo debet existere in rerum natura id, de quo agitur; nec ante Iuris ratio, quàm persona quarenda.* Non entis equidem nullę sunt partes, & qualitates. Nec potest dici verum, quod numquam fuit. ex Gratiano in *can. principium enim viarum Dei* 45. *sine finali.* §. *charitas autem, quę in aduersitate deseritur, ficta, id est fictilis, & fragilis esse perhibetur. de pœnitentia distinct.* 2. in fine dicente: *Quod enim nullo modo verè est, nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo vere deseritur: & aliquo modo id vere esse oportet.* Quemadmodum quod non est, nec mortuum dici potest. ex Augustino in libro quęstionum Exodi q. 80. in *can. quod verò non formatum puerperium, noluit ad homicidium pertinere* 8. 32. q. 3. inde enim hoc infert: *Profecto nec hominem deputauit, quod tale in vtero geritur. Hic de anima quęstio solet agitari, vtrum, quod formatum non est; nec animatum quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec animatum dici potest; si adhuc animam non habet.* inferens in fine: *Quia non dum dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret.* Quod ergo non est, de eo qualitates dari non possunt. Plura deducit Gloss. ibidem verbo *si adhuc animam.* Nec diuersimode Celsus lib. 18. Digestorum in *l.* 2. *ff. de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, fruatur.* Definitionem enim explanans à Paulo libro 3. ad Vitellium in *l. vsus fructus est* 1. *ff. eodem.* quam tradiderat; *Vsus fructus est ius alienis rebus vtendi, fruendi salua rerum substantia.* sic ipse infert: *Est enim vsus fructus ius in corpore: quo sublato, & ipsum tolli necesse est.* Quia nimirum rei, quæ non est, nullę dantur qualitates, quæ vt accidentia, subiectum requirunt, in quo fundentur. pręter Aristotilem 2. phisicorum 4. testem recognosce Vlpianum lib. 32. ad Edictum in *l. verum est, quod Sabino videtur* 64. §. *finali ff. pro socio.* Modos enim tradens, quibus societas dissoluitur, ex personis, & rebus, & voluntate, & actione. demum infert: *Res verò, cum aut nullę relinquantur; aut conditionem mutauerint. Neque enim eius rei, quę iam nulla sit, quisquam socius est, neque eius rei, que consecrata, publicataue sit.* Quid enim facies ex eo, quod non est? veluti quod non est, perire minime potest, sicuti quod perit, aut corrumpitur; quod est perit, atque corrumpitur. ex Vlpiano lib. 17. ad Sabinum in *l.* 1. §. *vsque adeo autem capitis diminutio ff. quibus modis vsusfructus, vel vsus amittitur.* Qui sequentibus verba facit: *Vsque adeo autem capitis diminutio eum demum vsum fructum perimit, qui iam constitutus est.* vbi optime *Bald.* summat ium; *Id, quod non est, perire non potest.* Sicuti quod non est, æstimari non potest. vt

Pau-

Paulus lib. 1. ad Sabinum perpēdit in *l. si seruum mihi ignoranti, sciens furem, vel noxium esse, vendideris* 4. §. 1. *ff. de actionibus empti, & venditi*. In ratione, quam reddit: *Quia vbi modus minor inuenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui non extat*. vbi Glossella marginalis subsequitur. *Nota textum: & de hoc allegatur, qualiter non potest esse qualitas sine subiecto Bald. in l. 2. ante medium C. de bonorum possessione contra tabulas*. Ita Glossella. dixit proinde perquam optime Philo Hebreus libro, *quod mundus sit incorruptibilis*. Ex non existente impossibile est quidquam fieri. Et Ens prorsus interire impossibile est: sequiturque *Petrus Gregorius Tholosates Syntaxeos artis mirabilis lib. 4. commentariorum. cap. 14*. Deducit *Rota apud Card. Manticam decis. 163. num. 3. in fine* Rota Maceraten apud *Marcum Antonium Thomatum*, nunc Episcopū Bitetten *decis. 16. nu. 14. & 15. Ioseph Ludouicus decis. Perusina 17. nu. 12.* nos plura *respons.* nostra 88. *num.* 68. 69. *& sequentibus part.* 3. & *respons.* nostra 7. *num.* 27. *&* 28. *part.* 5. Hinc est quod

Non ens non potest subiici intentioni disponentis. ex Iaboleno lib. 4. ex posterioribus Labeonis in *l. in lege fundi vendundi, lapidicinę in eo fundo, vbicumque essent, exceptę erant* 77 *ff. de contrahenda emptione, & venditione, & pactis inter emptorem & venditorem conuentis; & quæ res venire possint*. Iabolenum referimus: *In lege fundi vendundi lapidicinę in eo fundo, vbicumque essent, exceptę erant: post multum temporis in eo fundo repertę erant lapidicinę: has quoque venditoris esse Tubero respondit: Labeo, referre quid actum sit. si non appareat: non videri eas lapidicinas esse exceptas. Neminem enim, nec vendere, neque excipere, quod non sit: & lapidicinas nullas esse, nisi quæ apparent, & cędantur: aliter interpretantibus, totum Fundum lapidicinarum fore; si forte in toto eo sub terra esset lapis: & hoc probo*. Ita Iabolenus. ad illud ergo, quod non est, dicentis intentio ferri non potest. notat etiam *Gloss.* ibidem verbo *quod non sit*. Prius etenim rei substantia probanda est, & subiectum negotii; postmodum verò de qualitatibus quęrendum illi adiacentibus. *Rota apud Card. Canaler. decis. 106. num. 5. Gigans cons. 3. num. 1. Gratianus Forēsium disceptationum part. 5. cap. 899. num. 11. & 12.*

Non esse, & nullum esse à pari procedunt. Specie enim non distringuntur non esse, & nullum esse. Id enim, quod non est, nullum est, & pro nullo æstimatur. ex Vlpiano libro 31. ad edictum in *l. verum est (quod Sabino videtur.)* 64. §. *finali ff pro socio* in ratione, quam reddit: *Neque enim eius rei, quę iam nulla sit, quisquam socius est*. Nulla. idem est si non esset. quia esse non habet. In idem concinit Caius lib. 3. ad edictum prouinciale in *l. neque societatem, neque collegium* 1. §. *quod si nemo eos defendat ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eā agatur*. Ex qua aperte habetur non esse, & nullum esse pro eodem haberi. verba sunt Cai: *Et quidem non esse actorē, vel Syndicum tunc quoque intelligimus, cum is absit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agendum*. Idem ergo est nō esse, ac nullum esse. Nec discedit Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Andegauensi in *cap. inter corporalia, & spiritualia* 2. §. *sed neque illud, quod in canone legitur. de translatione Episcopi*. Excipe loquentem: *Sicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur Ecclesia viduata, quæ licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere*. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *inutilem*. dicens. *Et, qui inhabilis est ad agendum, nullus dicitur*. Non ergo est. nullum ergo, & nihil conuertuntur. vide *Nauar. cons. 5. num. 6. in fine lib. 4. de sponsalibus, & matrimoniis. Camillus Borellus cons. 17. num. 27. Surdus decis. 51. num. 14. & decis. 222. num. 2.* nos *respons.* nostra 98. *num.* 10. *part.* 4.

Non gradus elegantior, sed vitę melioris actio comprobatur. Nam ex Chrysostomo in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes* 12. *in fine distinct.* 40 Rationem reddente: *Quoniam non, qui maior fuerit in honore, ille est iustior; sed qui fuerit iustior, ille maior*. ibique *Gloss.* verbo *in honore* referens: *Quia non gradus elegantior, sed vitę melioris actio comprobatur*. Ex ratione, quam ex dictis, & decretis Bonifacii Papæ in *can. sunt non nulli nullo dogmate fulti* 25. 16. *q.* 1. in fine deducimus, illo dicente: *Quia quanto quisque est celsior; (in virtute videlicet) tanto est & sic potentior*. In administratione videlicet sacramentorum. accepit autem *Glossa* à Gregorio Gennadio Patritio, & Exarcho Africę scribente in *can. sicut excellentiam vestram hostilibus bellis* 41 *post medium* 23. *q.* 4. dicente illo, atq; admonente: *Concilium verò catholicorum Episcoporum admoneri pręcipite, vt primatem non ex ordine loci pręposistis vitæ meritis faciat. Quoniam apud Deum non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur*. vbi *Gloss.* verbo *non ex ordine* subnectit: *Nec est cōsiderandum quis maior sit in loco, vel ordine; sed quis sit iustior. vt 40. distinct. non loca &c. multi in fine*. Gregorius quippe ad Anastasium presbyterum *d. can. non loca* 4. *distinct.* 40. sic docet: *Non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, atque mala disiungunt*. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus. Chrysostomus concludit *d. can. multi sacerdotes*. in fine.

Non habet, quod erubescat, cui peccatum dimissum est. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia in *can. quantuslibet ergo mortuus fætor sit* 53. *de pœnitentia distinct.* 1. verba sunt Ambrosii non multo post principium. *Sed quia venia donatus est; reuelare faciem, operire vultum iubetur:* (de Lazaro loquens) *Non habet enim, quod erubescat, cui peccatum dimissum est*.

Non Hierosolymis fuisse, se Hierosolymis bene vixisse laudandum est. Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperum inopię prouidere* 71. §. *Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus in fine* 12. *q.* 2. quę verba *gloss.* ibidem verbo *Hierosolymis*. sic exprimit: *id est; Nō tantum esse prælatum: Sed opera prælati facere, laudabile est*. Rationem excipe ex Ambrosio in *can. cauete fratres mendacium* 20. *in fine* 22. *q.* 5. di-

Ttt cente

cente illos: *Mendacium est Episcopum, sacerdotem, vel Clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.* Côcinitq; nec ab re, quod Proculus lib. 4. epistolarum in *l. sed licet, ff. 12. in fine ff de officio præsidis*. nec inconcinne prolocutus fuit: *Non tamen tam spectandum est, quod Romæ factum est, quam quod fieri debeat.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem. *Quia non exemplis moueri debemus.*

Non iudicabis Deus bis in idipsum. ex (*Naum enim 1. 9.*) habetur: *Quid cogitatis contra dominum? consumationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.* Quæ verba septuaginta vertere: *Non vindicabis bis in idipsum.* Quod duplicem pœnam de eodem crimine non sumet. Et ita ex Canone Apostolorũ 25. in *can. presbyter, aut diaconus 12. distinct. 81.* verba damus canonis: *Presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto, aut homicidio captus est, deponatur; non autem communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum.* Secundum scilicet versionem septuaginta. vt in margine ibidem adnotatur. Et ex Concilio Moguntinensi conclusione 2. sub Rabano in *can. quæsitum est ab aliquibus fratribus 30. 13. q. 2.* In quo quæsitum fuerat, num qui pro suis excessibus patibulo suspenduntur, post peractam pœnitentiam, vtrum cadauera eorum ad Ecclesiam deferenda sint, & respondet; *sicut aliis de peccatis suis puram confessionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine secundum canonicum iussum danda est: Cur non eis, qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt? Scriptum est enim. Nõ vindicat Deus bis in idipsum.* Hieronymus vero in commentariis in ipsum Naum, relatus in *can. quid ergo, ait. contra Dominum cogitatis 5. 23. q. 5.* sequentibus explanat: *Certe, aut vera sunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falsa. Si vera sunt; quæ de seueritate eius videntur dicere, ipsi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione.) Sin autem falsa sunt, & falsum est quod dicitur: (Non consurget duplex tribulatio.) Falsa est ergo, & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, quod negare non poterunt, dicente propheta: (Non vindicabit Dñus bis in idipsum in tribulatione.) Ergo qui puniti sunt, postea non punientur: si autem illi postea punientur: scriptura mentitur; quod dicere nefas est.* inferens circa finem: *Deus, vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras.* Nec diuersimode Gratianus in *can. sceleratior omnibus, ô Iuda, & infœlicior extitisti 39. §. his auctoritatibus, quæ sit vera, quæ falsa ostenditur pœnitentia de pœnitentia distinct. 3.* inferens: *Quod autem multis auctoritatibus probare conatur. Quarum prima est illa Naum Prophetæ: (Non iudicabit Deus bis in id ipsum.) Sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in Ecclesia gerit. Qui ergo à sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato a Domino iudicabitur.* Et explicat pluribus *Gloss.* ibidem verbo bis in id ipsum. subdens. *Quasi dicat: peccatum sufficienter punitum in hac vita, non punitur in altera.* Idemque Gratianus in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse. sed non omnino 43. §. auctoritas illa Naum prophetæ: (Non iudicabit Deus bis &c.) eadem de pœnitentia distinct. 3.* Io anne [?] quæ [?] Hieronymum exprimit: *Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantum, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt: quam, & si breuem, & momentaneam, tamen non respuit Deus: Sicut & illud prophetæ: (Non iudicabit Deus bis in id ipsum) de his tantum intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant; super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est; præsentibus æterna connectunt; vt temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.* id tenpans, quod Augustinus in *can. tres sunt actiones pœnitentiæ 81. §. tertia actio est pœnitentia. de pœnitentia dist. 1* cõcludit, dicẽs: *In hac pœnitentia maiorẽ quisque in se seueritatem debet exercere, vt à se ipso iudicatus non iudicetur à Deo, sicut idem Apostolus ait: Si enim nos ipsos iudicaremus; à Domino non vtique iudicaremur.* Quia nõ vindicabit Deus bis in id ipsum. & vt Alexander Tertius Salernitano Archiepiscopo scribit in *cap. at si clerici coram seculari Iudice 4. § de adulteriis vero, & aliis criminibus, quæ sunt minora. de Iudiciis in fine: Nec duplici debeat ipsum contritione conterere.* Et notat *Glo.* ibidem verbo *duplici.*

Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Ioannes Chrysostomus in *can. multi sunt sacerdotes 12. distinct. 40.* & ibidem in *summa* in fine dicente Gratiano rationem: *Non enim loca, sed vita, & mores sanctum faciunt sacerdotem.* dissimulque supra verbo *non cathedra.*

Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi. Hieronymus ad Paulinum de institutione monachi in *cap. si cupis esse quod diceris. 5. 16. q. 1.* Quia nimirum etiam falli vitium est, vt *Gloss.* ibidem aduertit.

Non omnis, qui parcit, amicus est; nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Ex prouerbiis Salomonis (*prouerbiorum 27.*) Et prosequitur Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit, amicus est. 2. 5. q. 5.* inferens circa medium: *Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat.*

Non omni verbo credendum, neque doctrinæ. ex Cypriano in epistola contra hæreticos in *can. si quis, inquit, de Ecclesia, hæretica præsumptione exierit 70. in fine principii 1. q. 1.* verbis fatur Cyprianus. *Ergo omnia, quæcumque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa; ita vt nihil eorum, quæ illi gesserint, à nobis probari debeat. Non statim suspicienda sunt, & assumenda, quæ iactantur in Christi nomine; sed quæ geruntur in Christi veritate.* Quo loco *Gloss.* verbo *non statim.* argumentum profert: *Quod non omni verbo doctrinæ credendum est.* Affert ex Anastasio II. ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem 8. post medium distinct. 19.* quæ ille dicit ad verba Apostoli (*1. ad Corint. 3.*) *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Itaq; neque*

que qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. subdens: *Adeo autem non quaeritur, quis, vel qualis praedicet; sed quid praedicet; vt inuidos etiam bene Christum praedicare affirmet*. Neque quisquam nimis facilis esse debet ad credendum. ex Augustino ad Vincentium in *can. quam magnum est crimen* 10. *paulo post principium* 23. q. 4. verba sunt Augustini: *Nam & facta nocentium, qua innocentibus demostrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non coninquinant quemquam &c.* vbi *Glossa* verbo *non possunt*. circa medium asserit: Quod imputatur alicui, quod nimis credulus fuerit.

Non praestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. ex Bonifacio VIII. in *regula non praestat impedimentum* 52. *de regulis Iuris in* 6. *Gloss.* ibidem defert exemplum ex Iudicio Vrbani Papae in *can. si verum esse constiterit*. 1. 31. q. 2. sequitur *Nauar. cons.* 3. *num.* 2. *lib.* 4. *de clandestina desponsat.* & *cons.* 21. *num.* 3, *in fine de simonia lib.* 5.

Non propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali tolerandi. Augustinum excipe ad Vincentium scribentem in *can. quam magnum est crimen* 10. *post principium* 23. q. 4. sequentibus rationem reddentem: *Non enim propter malos boni deserendi sunt; sed propter bonos mali tolerandi sunt: sicut tolerauerunt prophetae contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant*. vbi *Glossa* verbo *mali*. infert: Malum tolerari ratione connexi boni.

Non est potestas, nisi à Deo, quę autem sunt, à Deo ordinata sunt. Ita quę qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Paulus Apostolus ad (*Roman.* 13. 1.) Deducitque Augustinus contra Manicheos, in *can. quid culpatur in bello?* 4. §. *sed si humana cupiditate bellū geritur*. 23. q. 1. Verba adnota Augustini: *Sed si humana cupiditate bellum geritur: non nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas nisi à Deo, siue iubente, siue sinente*. Docet autem hoc Hieronymus in *can. audacter fortassis aliquid dicimus* 18. 8. q. 1. excipe illum: *Audacter fortasse aliquid dicimus: tamen, quod scriptum est, dicimus. Non semper princeps populi, & Ecclesię Iudex per Dei arbitrium datur: Sed vt merita nostra deposcunt*. Et prosequitur ibique *Gloss.* verbo *arbitrium*. Defert dictum locum Augustini 23. q. 1. *quid culpatur*. notatque *Glossella* Marginalis ibidem ad verbum Glossae; *sed non approbat*. addens: *Omnem potestatem: quia aliqua est mala: sed tamen permittit Deus regnare eam propeter peccata populi. Vnde Iob: Facit Deus regnare hyppocritam propter proteruiam populi. subintelligitur puniendam, vel vindicandam. Iucundum Hug. & Laur.* ita Glossella. sequitur *gloss.* in *can. neque enim si agris inique, ac perperam inuasis* 9. qui est Augustini 14. q. 5. ad verba Augustini in fine: *Nec vituperabilis ordo Regię potestatis, si rex crudelitate tyrranica saeuiat. Aliud est namque iniusta potestate iuste velle vti: & aliud est iusta potestate iniuste velle vti*. verbo iniusta. *id est iuste acquisita. Omnis enim potestas à Deo est. arg. 23. q. 1. quid culpatur*. Ita Gloss. nec diuersimode Innocentius Papa epistola 3. ad Exuperium Episcopum Tholosanum in *can. quęsitum est etiam super his* 45. 23. q. 4. Loquentem auribus excipe: *Meminerant enim à Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum, vindicem in huiusmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo videtur esse concessum?*

Non occides. Pręceptum à Domino Deo datum (Exod. 20. 13.) *Non occides*. Quia vero absolute datum fuit, atque simpliciter etiam de se ipso exauditur: vt nemo se ipsum occidere valeat. Augustinum excipe libro 1. de Ciuitate Dei in *can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere*. 9. 23. q. 5. subsequens. *Profecto etiam, qui se ipsum occidit, homicida est*: Rationem reddit: *Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait: Non occides: praesertim, quia non addidit proximum tuum: sicut falsū testimonium cum vetaret: Falsum (inquit) testimonium non dices aduersus proximum tuum. Nec ideo tamen si aduersus se ipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se crimine putauerit alienum. Quoniam regulam diligendi proximum à semet ipso dilector accepit; quandoquidem scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum*. Et demum infert: *Quanto magis intelligendum est, non licere homini se ipsum occidere, cum in eo, quod scriptum est: (Non occides) nihilo deinde addito, nullus, nec ipse vtique cui pręcipitur, intelligitur exceptus?* subsequens: *Non occides. Non alterum: ergo nec te. Neque enim, qui se occidit, alium, quàm hominem occidit*. Ita Augustinus. Neque alium ergo, nec te ipsum occides.

Non res propter loca, sed loca propter res sūt amanda. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. nouit Fraternitas tua Romanę Ecclesię consuetudinem* 10. *distinct.* 12. verba sunt Gregorii: *Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicorum, siue in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere solicitè eligas; & in Anglorum Ecclesia, quę adhuc in fide noua est, institutione pręcipua, quę de multis Ecclesiis colligere poteris, infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt*. Concinit idem Gregorius ad Anastasium presbyterum in *can. non loca, vel ordines* 4. *distinct.* 40. dicens: *Non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: Sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt*. Et Dominus noster (*Marci* 2. 27.) Pharisaeis exprobrantibus contra discipulos, qui sabbatho per sata traseuntes spicas vellebant. *Dicebāt ei: Ecce quid faciunt Sabbatis, quod non licet? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est: & non homo propter Sabbathum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbatho*.

Non solùm qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus participes iudicantur. ex Apostolo ad (*Romanos.* 1. 32.) Verba damus Gentium Doctoris: *Qui cùm iustitiam Dei cognouissent, non intellexerunt; quoniam,*

*qui talia agunt, digni sunt morte:non solùm, qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.* Prosequiturq; Ioannes VIII. in *can. facientis culpam proculdubio habet* 3.*distinct*.86.Ioannem excipe: *Facientis culpam proculdubio habet, qui, quod potest corrigere,negligit emendare.Scriptum quippè est: (Non solum,qui faciunt,sed etiam qui consentiunt facientibus) participes iudicantur*. Nec diuertit Gregorius Vniuersis Episcopis Concilii Bizacii scribens in *can. sicut, inquit,laudabile, discretumque est* 45. *in fine* 2.q. 7.in ratione, quam reddit: *Nam si quis in hoc piger,aut negligens esse presūpserit;dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas salubriter nefandi causas facinoris non mouetur.* Quia non solum qui faciunt,sed etiam,qui consentiunt faciētibus, participes iudicantur.

Non sunt facienda mala,vt inde veniant bona. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can non solum mœchandum non est*.1.*in principio* 32.q.8.illis verbis: *Et si propterea dixerit,vt faciat christianam.* & illis: *nullo modo debet ista compensatione peccare.* Nec diuersimode ipsemet Augustinus respondit in *can. forte aliquis hoc secum cogitat* 3.14.q.5. De illo verba faciēs, qui furari tentat,vt elemosynam faciat, in fine dicens: *Etiam in hac re parcat vnusquisque animę suę, quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat pauperibus,quod abstulerit, addit potius peccata, quàm minuat.* vbi *Gloss.* in principio super verbis illis Augustini in dicto cuiusdā: *Non habeo peccatum, si suum illis abstulero, & pauperibus dedero.*super verbum *non habeo.*inferens rationem; *Nec enim propter bonum est faciendum malum.* ex Nicolao Papa Salonitano Episcopo in *can. nosse desideras vtrum mulier,qua viri filium* 3.30.q.1.illis verbis: *Quasi causa pietatis,operatur impietatem.* Nec discessit Augustinus ad Claudium contra Iulianum in *can. sicut non sunt facienda adulteria, etiam voluntate generandi, regenerandos.* 10. 32.q. 4. subsequens: *Quemadmodum nec furta facienda sunt, etiam voluntate pascendi pauperes sanctos.* Nam ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can non est putanda eleemosyna* 27. 1. q.1.circa finem,rationem referens. *Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata comittere.* Hinc est, quod Innocentius Tertius Archidiacono, & Thesaurario Turonen scripsit,in *cap.ex tenore litterarum comitis Brittanniæ* 11. §. *finali de foro competenti*. verbis enuncians: *Nos igitur attendentes, quod sic sumus viduis in iustitia debitores:quod aliis iniustitiam facere non debemus.* Concinit Alexander Tertius Panormitano Episcopo in *cap. super eò verò* 4. *de vsuris*. Dum sequentibus decernit: *Super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus; Quia, cùm scriptura sacra prohibet, pro alterius vita mentiri:multo magis prohibendus est quis, ne etiā pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur,* ex quo loco *Gloss.* verbo *dispensationem* argumentum infert: *quod prętextu boni, malum fieri non debet.* & dixit *Gloss.* in *cap. ad Apostolicam audientiam* 42. *in fine principii de simonia.*ibi: *sub prętextu canonicæ pietatis.* verbo *pietatis.*subnectens: *Prętextu pietatis,non est impietas comittenda.* Veluti etiam Apostolus ad (*Romanos* 3.7.8.*&* 9.)sequētibus fatur: *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriā ipsius;quid adhuc & ego tamquam peccator iudicor, & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere(faciamus mala,vt veniant bona;quorum damnatio iusta est.*

Non qui maior fuerit in honore,ille est iustior: sed qui fuerit iustior,ille maior. Chrysost. in *can.multi sacerdotes,& pauci sacerdotes* 12.*in fine distinct*.40. Rationem reddens: *Quoniam non;qui maior fuerit in honore, ille est iustior; sed qui fuerit iustior,ille maior.*cōsequentiam proferens in enthimemate: *Conuersatio ergo melior est desideranda,non dignior gradus.*

Non vos vindicantes charissimi, sed date locum irę. Locus est Apostoli ad(*Romanos* 12. 19.) dicentis; *Nō vos metipsos defendentes charissimi,sed date locum iræ,scriptum est enim: Mihi vindicta,ego retribuam,dicit Dominus* Quę verba Ambrosius libro de sancto Ioseph in *can. ira sæpe etiam innocentes in crimine abducit* 68. 11.q.3 explicat,inferens: *Quia dum iusto amplius irascimur,& volumus alienum coercere peccatum,grauiora peccata committimus Ideo Apostolus ait: (Non uos ipsos vindicantes charissimi: sed date locum iræ)hoc est,declinemus eam,ne nos illa corripiat.* Nec diuersimode Gratianus in *summa* 5. *item cum Apostolus dicat* 23. q. 1. sequentibus,& ipse explanans: *Item cùm Apostolus dicat: (Non vos defendentes charissimi: sed date locum irę.) quid aliud prohibemur, quàm propriæ personę iniuriam repellere?* Non seruato scilicet moderamine. vt *Gloss.* ibidem verbo *defendentes* adnotat.

Non videtur fuisse,qui non durauit.Sicuti non videtur factum,quod non durat factum. ex Hieronymo in parabolis Salomonis in *cap. nam & ego vnigenitus fui coram matre mea* 3.extra *de verborum significatione.* dicente illo: *Quare vnigenitum se nominat, quem fratrem vterinum precessisse scriptura testatur? nisi, quia ille mox natus, sine nomine, quasi numquam esset, de vita decessit.* vbi *Gloss.* verbo *quasi numquam esset.* infert: *Et ita non videtur fuisse, qui non durauit.* Sicuti non videtur factum, quod non durat factum *Gloss.*ibidem in casus figuratione in fine.

Non sufficit abstinere à malo, nisi quis bonum etiā faciat,iuxta illud (psalmi 36.27) *Declina à malo, & fac bonum.* Deduxit Gratianus ex epistola Fulberti Episcopi in *can.de forma fidelitatis* 18.*circa finem* 22.q.5.dicente illo: *Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est,restat &c.* Concinit Calixtus Papa ad Benedictum Episcopum in *can. iniustum Iudicium, & definitio iniusta* 89.11. q.3. verbis inferēs: *Hominu religioso parū esse debet inimicitias aliorū nō exercere,vel nō augere male loquēdo,nisi etiā eas extinguere bene loquēdo studuerit.* vbi *gloss.* verbo *parū esse;* in concordantiam allegat 22.q.5.*de forma*.concordat c. 1. *de forma fidelitatis in vsibus feudorū. Afflict.* dec.307.n.4.

No-

Noli esse nimis iustus, quia est iustus, qui perit in iustitia sua. ex Salomone (*Ecclesiastes 7. 16. 17.*) dicente: *Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum; neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.* Deducit Gratianus in *can. non potest esse salubris à multis correptio 23. 5. præcepta verò euangelica de dilectione inimicorum. 23. q. 4.* sequentibus loquens. *Sicut vero erga pœnitentes nõ seueri, sed misericordes esse monemur, iuxta illud: (Noli esse nimis iustus: Quia est iustus, qui perit in iustitia sua) & iterum. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Sic impœnitentibus, & ostinatis in malo misericordiam impendere probibemur.*

Nolite cogitare de crastino. Dominus enim noster (*Matthæi 6. 34.*) sic nobis præcepta dedit: *Nolite ergo soliciti esse in crastinũ. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi, sufficit diei malitia sua.* In hæc verba Augustinus tract. 62. in Ioannem in *can. habebat Dominus loculos; & à fidelibus oblata conseruans 17. 12. q. 1.* commentum sic agit: *Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruaretur à sanctis: sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.* quo loco gloss. verbo *cogitandum.* & ipsa infert: *Cautela non probibetur: sed solicitudo nimia, per quam cultus Diuinus minuatur.* Ex Gregorio in moralibus in *can. omnes, huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt 3.* & ex Ambrosio in *can. sicut ii, qui per insaniam mente translati sunt 8. distinct. 47.* qui Ambrosius in 5. *interdum etiã vsuræ.* sic infert: *Nec satietas vmquã, nec finis adeerit cupiditati.* Non ergo soliciti simus in crastinum.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere. *Matthæi 10. 28.* in quæ verba Ioannes Chrysostomus in opere imperfecto homilia 25. in *can. nolite timere eos, qui occidunt corpus 86. 11. q. 2.* sic cõmento prosequitur: *Ne forte propter timorem mortis non liberè dicatis, quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure soli audistis. Sic ergo ex his verbis ostenditur, quod non solùm ille proditor est veritatis, qui transgreditur veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: Sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam libere pronunciare oportet: aut non libere veritatem defendit; quam libere defendere cõuenit, proditor est veritatis.* Ita Chrysostomus glossa vero verbo *nolite timere.* sic & ipsa infert: *Non remouet naturalem timorem mortis. naturale est enim quemlibet timere, & horrere mortem. Vnde Iesus eã timuit, sicut legitur: Cæpit Iesus pauere, & tædere. & alibi; Pater si possibile est trãseat à me calix iste. Sed dicit, ne in tantum timeamus eam, vt per eius timorem aliquid contra iustitiam agamus; vel quod nobis per scripturam, vel magistros, vel per reuelationem diuinam reuelatum est, substineamus.*

Noluit intelligere vt bene ageret. (*Psal. 35. 4.*) hæc verba Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Episcopo scribens in *can. Excellẽtissimus Rex Carolus Apostolatum nostrum consuluit. 102. 11. q. 2.* sic deducit: *Idcirco solerter inuigilet & cauta discretione singulorum modos diiudicet: quatenus, qui ex necessitate; aut ignorantia delinquunt, autoritate nostra per te absoluantur: Si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas, vera, & non simulata, vel non ex voluntate processerit: quia, vt benè nosti plerique sunt, qui possunt quidem, sed nolunt recta nosse. Vnde psalmista de huiusmodi: (Noluit (inquit) intelligere, vt benè ageret.*

Nolle non dicitur, qui non potest velle. ex Augustino in *can. meritò quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium 1. 15. q. 1.* Nam qui facit, quia cogitur, & nollet facere, facit autem, quia cogitur; velle vtique dicitur. Quineò maxime vult, quo fugere intendit periculum, quòd sibi comminatur. verba sunt Augustini: *Nam & hoc contra voluntatem facere dici solet: sed vtique vult, propter quod facit; tanquam si peierare nolit, quod tamen facit, cùm vult viuere, si scilicet quisquam, nisi fecerit, mortem minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per se ipsum appetendo, vt falso iuret; sed vt falsum iurando viuat.* vt enim gloss. in summa Gratiani eadem 15. q. 1. verbo *quod propterea* doctrinã tradit: *Ex voluntate ad aliquid faciendũ. dicitur quis volẽs, et volũtate ad aliquid nõ faciẽdũ dicitur quis nolens: & sic omnis nolẽs dicitur volẽs: & eadẽ qualitas dici potest noluntas, & voluntas. Nam nolle facere idem est, quod non velle facere. Vnde lapis non dicitur nolens, cũ non habeat voluntatẽ non faciendi. Nam secundũ regulã Iuris, eius est nolle, cuius est velle.* vt Vlpianus lib. 3. ad Sabinum in *l. eius est nolle, qui potest & velle 3 ff. de regulis Iuris.* Nam alias non dicitur nolle, qui non potest velle. Deducitur ex Papiniano lib. 8. responsorum in *l. pater Seuerinam proculam 100. ff. de conditionibus & demonstrationibus, & causis, & modis eorum, quæ in testamentis scribuntur.* verba excipe Papiniani ad rem: *Respondi; cũ in conditionibus testatorum, voluntatẽ potius, quã verba considerari oporteat. Aelio Philippo fideicommissum ita demum datũ videri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset. Quare cũ ea priùs, quam viri potens fieret, vita decesserit, conditionem extitisse non videri.* vbi Gloss. verbo *decesserit.* infert: *nõ ergo dicitur nolle, cum nec velle possit.* ibidemque *Bart:* in summario: *Non dicitur nolle, qui non potest velle.*

Nomen qui nõ habent, nec officium habere debebunt. ex Damaso Papa ad Episcopos Africæ in *can. chorepiscopi tã ab hac sacra sede 5. in fine distinct. 68.* consequentiam inferente: *Si nomen non habent, qualiter officiũ habebunt?* vbi gloss. verbo *nomen non habent.* & ipsa argumentum defert: *Si res priueris, nec nomen habere mereris.* Concinit Gregorius Secundino seruo Dei scribens in *can. fratrem nostrum Marianum Episcopũ verbis, quibus vales, excita. 6. distinct. 86.* suadens ac dicens; *Sed largã manum habeat; necessitatem patientibus concurrat; alienã inopiam suam credat: Quia si hæc non habet, vacuum episcopi nomen tenet.* Rationem reddit gloss. ibidem verbo *nomen* dicens: *Imo & nomine, & re priuandus est.* Ex Augustino, siue ex

dictis

dictis eius in can. quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad dicendum. 5. in fine distinct. 38. dicendo. Ex quibus omnibus si vnum defuerit, Sacerdotis nomen vix in eo constabit. Rationem defert Gloss. ibidem verbo vix subsequens. Quia vbi res deest, nec nomen habebitur. plura deduximus responsione nostra 86. num. 55. 56. & sequentibus part. 3.

Nomen non attenditur, cum rei substantia certa est. Hieronymum excipe super Ezechielem in can. putant quidam vsuram tantùm esse in pecunia 2. 14. q. 3. Dicentem, atque eloquentem: Alii pro pecunia fœneratu solent munuscula accipere diuersi generis; & non intelligunt vsuram appellari, & super abundantiam, quidquid illud est; si ab eo, quod dederint, plus acceperint. vbi gloss. verbo pecunia dicens: strictè hic sumitur nomen pecuniæ. nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes. ex Augustino in can. totum, quidquid homines possident in terris, quorum domini sunt, pecunia vocatur. 6. 1. q. 3. Non ergo materialiter, sed formaliter nomina exaudiuntur. Subueniat tibi Ambrosius libro de Tobia in can. plerique refugientes præcepta legis 3. eadem 14. q. 3. qui de vsura verba faciens, sequentibus infert: Et esca vsura est, & verbis vsura est, & quodcumque sorti accedit, vsura est; Quod velis ei nomen imponas, vsura est. Nam rei substantia, & essentia attenditur, non verò nominis nuncupatio. Quod velis ei nomen imponas, vsura est. Ambrosius tibi respondet. sequiturque Gloss. in cap. in ciuitate tua 6. de vsuris. verbo debitores in fine. Concinit Augustinus super Matthæum in cap. nihil obstat narrandi diuersitas, vbi eadem dicuntur. 7. extra de verborum significatione. ibique Gloss. verbo diuersitas. Rationem reddens: Quoniam nomina, & verba transposita idem significant. vt dicit Aristoteles in peribermenijs. Facit tibi hanc rem certam Pomponius lib. 5. ad Sabinum in l. quod in rerum natura 24. §. si quis post testamentum ff. de legatis 1. Rationem dum reddit dicens: Cùm nostra destinatione fundorum nomina, & domus, non natura constituantur. Nam rerum nomina ad placitum (ex voluntate videlicet hominum) imposita sunt. ex Philosophis. Nam quorsum nomina, nisi, vt demonstrent voluntatem dicentis? Celsus ex Tuberonis sensu inquit in l. Labeo 7. §. id Tubero ff. de suppellectili legata. Hinc sane est, quòd moribus vtentium, loquentiumque ex vsu nomina mutantur, & exaudiuntur, atque vocis natura, rebus suam essentiam retinentibus. ex Sceuola lib. 5. Digestorum in l. vxori suæ 32. in principio ff. de legatis tertio. Sceuola respondente: Respondi: eam omnem partem videri legasse, in qua morari cum familia sua consueuerat. sequitur Andreas de Isernia in prœludiis feudorum q. 4. n. 43. in fine, & in cap. 1. §. valuasores nu. 9. in fine. de his, qui feudum dare possunt. Crauetta cons. 214. num. 3. & 4. & 5. Nec diuersimode respondisse videtur Alexander Tertius in cap. ex, quæ de auaritiæ 16. de simonia. Quidam enim Episcopus nummos pro chrismate ab Ecclesiis extorquebat; appellabat verò cathedraticum, vel Paschalem præstrationem; eam tamen simoniam esse respondit Alexander. Rationē habes ex glossa ibidem verbo appellatis. dicente: Sed bona denominatio, non excusat malum: Quia, quodcumque nomen imponas, simonia est. vt de vsura dixit Ambrosius: Quodcumque nomen imponas, vsura est. Nominis etenim variatio, & immutatio rei substantiam non mutat. Decianus cons. 12. num. 44. vol. 1. Rota apud Coccinum decis. 242. num. 5. in fine. Concordat quoque Vlpianus lib. 3. ad Sabinum in l. siue ingenua sit mater, siue libertina 2. §. sed si sint sui hæredes, verùm hæreditas ad eos non pertineat. ff. ad Senatus Consultum Tertullianum, & Orficianum. illis verbis: Quoties rem habent, ne nudum nomen sui hæredis noceat matri. Ecce nudum nomen nihil officit, sine substantia nec nomen attenditur, cùm rei substantia certa est. Rota part. 1. in recentioribus decis. 666. num. 6. & parte 2. in eisdem decis. 254. num. 5.

Nomina quippe imposita sunt, & inuenta, ad eorum, quibus imponuntur, notionem habendam. Nominum proinde mutatio, & variatio rerum veritatem, & substantiam non variabunt. Diocletianum, & Maximianum Augustos tibi testes afferimus in l. ad recognoscendos singulos 10. C. de ingenuis manumissis. pende verba: Ad recognoscendos singulos nomina comparata publico consensu, ad celandos natales ingenuis, si mutentur, minime nocet, natosque (licet in ministerio seruitutis) liberæ conditionis non seruos possessio, sed status ingenuos edi perficit. Et Salicetus in summario: Nomina sunt inuenta ad recognoscendum, non faciendum quem seruum, vel ingenuum. Rationem defert Baldus ibidem; Quòd per voces cognoscimus rerum quiditates, id est substantias, & qualitates, id est accidentia, circumstantias à proximis, & remotis; & generaliter mentem loquentis. Inde est, quod si erretur in nomine, constet verò de persona, & hæreditas, & legatum sustinetur. Iustinianum excipe in §. si quis in nomine, cognomine, pronomine, agnomine legatarii testator errauerit. Institutionibus, de legatis. Rationem deferentem. Nomina enim significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest. Nam rerum vocabula immutabilia sunt, hominum verò mutabilia. Quam rationem detulit Vlpianus lib. 5. ad Sabinum in l. si quis in fundi vocabulo errauerit 4. in fine principii ff. de legatis primo. Et ipse perloquens: Rerum enim vocabula immutabilia sunt, hominum verò mutabilia. Quoniam ad placitum imponuntur. Notat Glossella Marginalis ibidem. perpendimus nos non pauca respons. nostra 11. num. 19. 20. & sequentibus part. 5. & plura quoque deduximus respons. nostra 77. à num. 27. ad 38. eadem part. 5. Ex sacrata scriptura non nulla referentes, perpendentesque.

Nomina proprietatibus rerum correspondere debent. Nam cōuenientia rebus nomina esse debent. Vt illas res omnes creatas nomine suo vocauit Adam (Genesis 2. 19.) sic nempe sacer textus: Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terræ, & vniuersis volati-

*latilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne enim, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ.* Hoc argumento vsus fuit Innocentius Tertius Zamoren Episcopo scribens in cap. *cum secundum Apostolum, qui altari seruit, viuere debet de altari 16. de præbendis, & dignitatibus* extra in ipso principio dicens: *Patet ad simili, vt Clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipso nominis ratio persuadet. Cum enim à Cleros, quod est sors, vel hæreditas clerici appellentur &c.* vbi Gloss. verbo nominis ratio rationem reddit: *Nomina debent esse consonantia rebus.* Ex Isidoro lib. 7. Etymologiarum cap. 12. in can. *cleros & clericos hinc appellatos credimus* 1. *distinct.* 21. Qui consonatiam dat: *Propterea ergo dicti sunt Clerici, quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent.* Nec diuersimode Hieronymus ad Paulinum de institutione monachi in can. *si cupis esse, quod diceris.* 5. 16. q. 1. verba pende Hieronymi: *Si cupis esse, quod diceris monachus, id est solus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorũ?* vnde Gloss. verbo *diceris.* argumentum deducit à nominis interpretatione. *Nomina enim debent esse consona rebus.* Ex Hieronymo ad Nepotianum in can. *Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ* 5. 13. q. 1. Has enim ille: *Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum: & nominis definitione prolata, nitatur esse, quod dicitur &c.* Ita quoque Iustinianus Cæsar in §. *sed primum quidem diuus Iustinus pater noster.* Institutionibus de donationibus. verbis enuncians: *Sed nos planissimo sim tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus &c.* Concinit Sceuola lib. 17. Digestorum *l. his verbis legauit* 100. quæ est penultima §. *Alumno præcepit militiam eius his verbis ff. delegatis* 3. in fine respondens: *Respondit secundum ea, quæ proponerentur, posse,* Quia consona rebus nomina esse debent. Conuenit & Ouidianum illud: *Conueniunt verbis nomina quoque suis.* Deducit *S. Thomas part. 3. q. 37. art. 2.* plura *Frater Bernardinus de Bustis tom. 2. sermone* 13. *part. 2. §. sed hic quæritur. Iacobus Thomingius Lipsien dec. 20. num. 46.* diximus *respons.* nostra 25. *num. 49. part. 5.*

Nomen proprium sufficit si per æquipollentia exprimatur. deducimus ex Innocentio Tertio in *cap. tua nos duxit fraternitas consulendos. 7. circa finem de consanguinitate, & affinitate.* Decernente illo: *Et sic per ordinem distinguere gradus nominibus proprijs, vel æquipollentibus indicijs designando personas.* vbi Gloss. verbo *æquipollentibus* subnectit: *Non refert an proprio nomine, vel per circumloquutionem expressam aliquid exprimatur, quod æquipolleat proprio nomini.* allegat. *supra de testibus licet. & ff. si certum petatur. certum.* Et sane idem Innocentius Tertius in Concilio generali in *d. cap. licet ex quadam necessitate 47. de testibus, & attestationibus. §. testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes.* De causa quoque matrimoniali decernens, aitque: *Personas expressis nominibus, vel circumlocutione sufficienti designent, & ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguant.* ibique Gloss. verbo *designent:* quæ allegat eundem textum in *d. cap. tua nos 7. de consanguinitate, & affinitate.* Paulus vero lib. 28. ad edictum in *d. l. certum est 6. ff. si certum petatur, & de rebus creditis.* Et ipse rem apertam manifestat: *Certum est, cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versantur, aut nomine suo, aut & demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantaque sit ostendatur. Nam, & Pedius libro 1. de stipulationibus. nihil referre, ait, proprio nomine res appelletur, aut digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur, quatenus mutua vice res fungatur, quæ tantũdẽ præstet.* Ita Paulus ad amussim. & prosequitur *Oldradus cons.* 100. *in executione num. 1. & 2. Marcus Antonius de Amatis decis. Materaten. 4. num. 27. & sequentibus.* Vnde

Nomen proprium non ita inspicimus in aliquibus, sicut aliam expressionem, per quam constare possit de persona. ex Labeone, siue Iaboleno lib. 3. Ex posterioribus Labeonis in *l. qui habebat Flauum fullonem 29 ff de rebus dubiis.* verba pende: *Qui habebat Flauum fullonem, & Philonicum pistorem, vxori Flauum pistorem legauerat. Quis eorum, & num vterque daretur? Placuit, primo eum legatum esse, quem testator legare sensisset. Quod si non appareat, primum inspiciendum esse, an nomina seruorum Dominus nota habuisset. Quod si nota habuisset, eum deberi, qui nominatus esset, tam & si in artificio erratum esset. Si autem ignota nomina seruorum essent, pistorem legatum videri, perinde ac si nomen ei adiectum non esset.* Ita Iabolenus. & ibidem notat *Bart.* sequiturque *Frater Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part. 3. casu 18. col. 2. in fine vers. & confirmatur. fol. mihi* 256. Sicuti

Nomen rei deperditur ex mutatione personæ. ex Paulo lib. 12. responsorum in *l. per procuratorem hæreditatem acquiri non posse 89. in fine ff. de acquirenda, vel amittenda hæreditate;* illis verbis: *Quia castrensia esse mutatione personæ desierunt.* Nec dissimili modo Iustinianus Cæsar in *l. cum antiquis legibus 37. sine finali C. de in officioso testamento.* in fine verbis rationem proferens: *Cùm neque nomen peculii permanet, sed aliis rebus confunditur: & similem fortunam recipit, quemadmodũ & cæteræ res eorum, quæ ad vnũ congregantur ex omnibus patrimonium.* Deperditur quippe nomen castrensis peculii personæ demutatione.

Nominum distinctio, rerum differentiam declarat. ex Hieronymo in can. *olim idem erat presbyter, qui, & Episcopus. 5. distinctione* 95. vt hinc schismatum semina tollerentur. ibique *Gloss.* verbo *tollerentur.* addens: *Quia cõmodius est singulas res singulis nominibus sine appellationibus distingui. Distinctio nominũ differentiã rerũ declarat.* ex Isidoro in *can. cleros, & clericos hinc appellatos credimus* 1. *distinct.* 21. Porrò nomen proprietatem designat rei. ex *S. Thoma 3. parte q. 66. art. 5. in 6. argumento.*

No-

22.*circa medium* 24.*q*.1. sequentibus illustrat: *In vna namque domo agnus comeditur: quia in vna catholica Ecclesia, vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex afferri foras prohibet: quia Sanctum dari canibus vetat.* Et explicat Hieronymus in *can. nolite credere à Domino in hodierno die* 22.12.*q*.3. circa finem. *Ideo videamus, qui sint in Ecclesia conculcantes. Illi sine dubio, de quibus dicit Dominus in Euangelio: (Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcẽt eas pedibus suis, & conuersi elidant vos.) Iste est ergo Hæreticorum conculcatio: qui indigni audiunt verbum Dei: & cum audierint; neque vt infideles discedunt, neque permanent vt fideles: Sed percepta mysteriorum notitia, & fidei nostrę secretioribus scrutatis, conuersi postmodum impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpunt, conculcantes verbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes.* Vel etiam Ambrosius in *can. non nulli ideo poscunt pœnitentiã* 55. *de pœnitentia distinct*. 1. sic nempe ille: *Suam enim conscientiam non exuunt, sacerdotis induunt, cui precipitur: (Nolite sanctum dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos. hoc est immundis spiritibus sacrę communionis non impertienda consortia.* Ante porcos. id est peccato sordidatos. Glossa ibidem exprimit.

Non est discipulus supra Magistrum. Dominum excipe (Matthęi 10.24.) *Non est discipulus supra magistrum, nec seruus super Dominum suum; sufficit discipulo, vt sit sicut magister eius: Et seruo sicut Dominus eius.* Locum hunc explicat Telesphorus Papa in *can. sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt* 8.6.*q*.2. Sic nempe Telesphorus: *Sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi, non dilacerandi, aut detrahendi: Quia à quibus sic Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere; nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: Quia non est discipulus supra magistrum.* Eodemque modo Pius Papa in *can. oues pastorem suum non reprehendãt*. 9. *eadem* 6. *q*.2. Verba referimus Pii, pia namque sunt; *Oues pastorem suum non reprehendant: plebs Episcopum nõ accuset, nec vulgus eum arguat: Quoniam non est discipulus super magistrum, neque seruus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit.*

Non entis nullę sunt partes, & qualitates. argumentum educimus ex Vrbano Tertio in *cap. ad audientiam nostram peruenit* 5.§. *finali de Ecclesiis ædificandis.* verba damus: *Licet autem nobis instantius supplicaueris, vt Ecclesię predictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus de iure deferre, cum nulli canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur.* Priuilegium qualitas est enti adueniens, ente non existiente, neque qualitas dari potest, cui inhereat. vnde recte *gloss.* ibidem verbo *non possumus* consequentiam infert: *Sit ergo patet, quod rei, quæ non est, non datur priuilegium: non enim ante ratio quærenda est, quam persona.* Ex Innocentio Tertio C.& P. quondam filiis Malebrancæ in *cap. ad dissoluendum, quod factum fuerat* 53. §. *interloquendo pronunciamus. de desponsatione impuberum.* Respondẽs enim Innocentius interrogantibus, matrimonium accusari non potuisse, cum matrimonium non fuerit; sequentibus rem aperit: *Quo circa nec accusatio locum habebit, cum non asset, quod posset legitimè accusari.* vbi *Gloss.* verbo *legitime accusari.* manifestam rẽ faciens rationem reddit: *Quia primo debet existere in rerum natura id, de quo agitur; nec ante Iuris ratio, quàm persona quærenda.* Non entis equidem nullę sunt partes, & qualitates. Nec potest dici, verum, quod numquam fuit. ex Gratiano in *can. principium enim viarum Dei* 45. *fine finali.* §. *charitas autem, quę in aduersitate deseritur, ficta, id est fictilis, & fragilis esse perhibetur. de pœnitentia distinct.* 2. in fine dicente: *Quod enim nullo modo verè est, nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo vere deseritur: & aliquo modo id vere esse oportet.* Quemadmodum quod non est, nec mortuum dici potest. ex Augustino in libro quęstionum Exodi q.80. in *can. quod verò non formatum puerperium, noluit ad homicidium pertinere* 8.32.*q*.3. inde enim hoc infert: *Profecto nec hominem deputauit, quod tale in vtero geritur. Hic de anima quęstio solet agitari, vtrum, quod formatum non est; nec animatum quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec animatum dici potest; si adhuc animam non habet.* inferens in fine: *Quia non dum dici potest anima viua in eo corpore, quod sensu caret.* Quod ergo non est, de eo qualitates dari non possunt. Plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *si adhuc animam.* Nec diuersimode Celsus lib. 18. Digestorum in *l*.2.*ff. de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, fruatur.* Definitionem enim explanans à Paulo libro 3. ad Vitellum in *l. vsus fructus est* 1.*ff. eodem.* quam tradiderat; *Vsus fructus est ius alienis rebus vtendi, fruendi salua rerum substantia.* sic ipse infert: *Est enim vsus fructus ius in corpore: quo sublato, & ipsum tolli necesse est.* Quia nimirum rei, quæ non est, nullę dantur qualitates, quæ vt accidentia, subiectum requirunt, in quo fundentur. prçter Aristotilem 2. phisicorum 4. testem recognosce Vlpianum lib. 32. ad Edictum in *l. verum est, quod Sabino videtur* 64.§. *finali ff. pro socio.* Modos enim tradens, quibus societas dissoluitur, ex personis, & rebus, & voluntate, & actione. demum infert: *Res verò, cum aut nullę relinquantur, aut conditionem mutauerint. Neque enim eius rei, quæ iam nulla sit, quisquam socius est, neque eius rei, quæ consecrata, publicataue sit.* Quid enim facies ex eo, quod non est? veluti quod non est, perire minime potest, sicuti quod perit, aut corrumpitur; quod est perit, atque corrumpitur. ex Vlpiano lib. 17. ad Sabinum in *l*.1.§. *vsque adeo autem capitis diminutio ff. quibus modis vsusfructus, vel vsus amittitur.* Qui sequentibus verba facit: *Vsque adeo autem capitis diminutio tum demum vsum fructum perimit, qui iam constitutus est.* vbi optime *Baldi* summarium; *Id, quod non est, perire non potest.* Sicuti quod non est, æstimari non potest. vt

Pau-

Paulus lib. 1. ad Sabinum perpēdit in *l. si seruum mihi ignoranti, sciens furem, vel noxium esse, vendideris 4. §. 1. ff. de actionibus empti, & venditi.* In ratione, quam reddit: *Quia vbi modus minor inuenitur, non potest æstimari bonitas loci, qui non extat.* vbi Glossella marginalis subsequitur. *Nota textum: & de hoc allegatur, qualiter non potest esse qualitas sine subiecto Bald. in l. 2. ante medium C. de bonorum possessione contra tabulas.* Ita Glossella dixit: proinde perquam optime Philo Hebreus libro, *quod mundus sit incorruptibilis.* Ex non existente impossibile est quidquam fieri. Et Ens prorsus interire impossibile est: sequiturque *Petrus Gregorius Tholosates Syntaxeos artis mirabilis lib. 4. commentariorum. cap. 14.* Deducit *Rota apud Card. Manticam decis. 163. num 3. in fine* Rota Maceraten apud *Marcum Antonium Thomatum,* nunc Episcopū Bitetten *decis. 16. nu. 14. & 15. Ioseph Ludouicus decis. Perusina 17. nu. 12.* nos plura *respons.* nostra 88. *num. 68. 69. & sequentibus part. 3. & respons.* nostra 7. *num. 27. & 28. part. 5.* Hinc est quod

Non ens non potest subiici intentioni disponentis. ex Iaboleno lib. 4. ex posterioribus Labeonis in *l. in lege fundi vendundi, lapidicinæ in eo fundo, vbicumque essent, exceptæ erant 77 ff. de contrahenda emptione, & venditione, & pactis inter emptorem & venditorem conuentis; & quæ res venire possint.* Iabolenum referimus: *In lege fundi vendundi lapidicinæ in eo fundo, vbicumque essent, exceptæ erant: post multum temporis in eo fundo repertæ erant lapidicinæ: has quoque venditoris esse Tubero respondit: Labeo, referre quid actum sit. si non appareat: non videri eas lapidicinas esse exceptas. Neminem enim, nec vendere, neque excipere, quod non sit: & lapidicinas nullas esse, nisi quæ apparent, & cædantur: aliter interpretantibus, totum Fundum lapidicinarum fore, si forte in toto eo sub terra esset lapis: & hoc probo.* Ita Iabolenus. ad illud ergo, quod non est, dicentis intentio ferri non potest. notat etiam *Gloss.* ibidem verbo *quod non sit.* Prius etenim rei substantia probanda est, & subiectum negotii; postmodum verò de qualitatibus quærendum illi adiacentibus. *Rota apud Card. Caualer. decis. 106. num. 5. Gigam cons. 3. num. 1. Gratianus Forensium disceptationum part. 5. cap. 899. num. 11. & 12.*

Non esse, & nullum esse à pari procedunt. Specie enim non distringuntur non esse, & nullum esse. Id enim, quod non est, nullum est, & pro nullo æstimatur. ex Vlpiano libro 31. ad edictum in *l. verum est (quod Sabino videtur.) 64. §. finali ff pro socio* in ratione, quam reddit: *Neque enim eius rei, quæ iam nulla sit, quisquam socius est.* Nulla. idem est si non esset. quia esse non habet. In idem concinit Caius lib. 3. ad edictum prouinciale in *l. neque societatem, neque collegium 1. §. quod si nemo eos defendat ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, vel contra eā agatur.* Ex qua aperte habetur non esse, & nullum esse pro eodem haberi. verba sunt Caii: *Et quidem non esse actorē, vel Syndicum tunc quoque intelligimus, cum is absit, aut valetudine impediatur, aut inhabilis sit ad agendum.* Idem ergo est nō esse, ac nullum esse. Nec discedit Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Andegauensi in *cap. inter corporalia, & spiritualia 2. 5. sed neque illud, quod in canone legitur. de translatione Episcopi.* Excipe loquentem: *Sicut iuxta communem modum loquendi, illa dicitur Ecclesia viduata, quæ licet episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *inutilem.* dicens. *Et, qui inhabilis est ad agendum, nullus dicitur.* Non ergo est. nullum ergo, & nihil conuertuntur. vide *Nauar. cons. 5 num. 6. in fine lib. 4. de sponsalibus, & matrimoniis. Camillus Borellus cons. 17. num. 27. Surdus decis. 51. num. 54. & decis. 222. num. 1.* nos *respons.* nostra 98. *num. 10. part. 4.*

Non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur. Nam ex Chrysostomo in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 12. in fine distinct. 40* Rationem reddente: *Quoniam non, qui maior fuerit in honore, ille est iustior; sed qui fuerit iustior, ille maior.* ibique *Gloss.* verbo *in honore* referens: *Quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur.* Ex ratione, quam ex dictis, & decretis Bonifacii Papæ in *can. sunt non nulli nullo dogmate fulti 25. 16. q. 1.* in hoc deducimus, illo dicente: *Quia quanto quisque est celsior;* (in virtute videlicet) *tanto est & sui potentior.* In administratione videlicet sacramentorum. accepit autem *Glossa* à Gregorio Gennadio Patritio, & Exarcho Africæ scribente in *can. sicut excellentiam vestram hostilibus bellis 42. post medium 23. q. 4.* dicente illo, atq; admonente: *Concilium verò catholicorum Episcoporum admoneri præcipite, vt primatem non ex ordine loci præpositis vita meritis faciat. Quoniam apud Deum non gradus elegantior. sed vita melioris actio comprobatur.* vbi *Gloss.* verbo *non ex ordine* subnectit: *Nec est considerandum quis maior sit in loco, vel ordine; sed quis sit iustior. vt 40. distinct. non loca &c. multi in fine.* Gregorius quippe ad Anastasium presbyterum *d. can. non loca 4. distinct. 40.* sic docet: *Non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, atque mala disiungunt.* Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus. Chrysostomus concludit *d. can. multi sacerdotes.* in fine.

Non habet, quod erubescat, cui peccatum dimissum est. Ambrosius lib. 2. de pœnitentia in *can. quantumlibet ergo mortuus fætor sit 53. de pœnitentia distinct. 1.* verba sunt Ambrosii non multo post principium. *Sed quia venia donatus est; reuelare faciem, operire vultum iubetur:* (de Lazaro loquens) *Non habet enim, quod erubescat, cui peccatum dimissum est.*

Non Hierosolymis fuisse, se Hierosolymis bene vixisse laudandum est. Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperam inopiæ prouidere 71. §. Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus in fine 12. q. 2.* quæ verba *gloss.* ibidem verbo *Hierosolymis.* sic exprimit: *id est; Nō tantum esse prælatum: Sed opera prælati facere, laudabile est.* Rationem excipe ex Ambrosio in *can. cauete fratres mendacium 20. in fine 22. q. 5.* dicente

Ttt cente

cente illo: *Mendacium est Episcopum, sacerdotem, vel Clericum se profiteri, & contraria huic ordini operari.* Côcinitq; nec ab re, quod Proculus lib. 4. epistolarum in *l. sed licet, §. 12. in fine ff. de officio præsidis.* nec inconcinne prolocutus fuit: *Non tamen tàm spectandum est, quod Romæ factum est, quam quod fieri debeat.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem. *Quia non exemplis moneri debemus.*

Non iudicabis Deus bis in idipsum. ex (*Naum enim 1. 9.*) habetur: *Quid cogitatis contra dominum? consumationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio.* Quæ verba septuaginta vertere: *Non vindicabis bis in idipsum.* Quod duplicem pœnam de eodem crimine non sumet. Et ita ex Canone Apostolorũ 25. in *can. presbyter, aut diaconus 12. distinct. 81.* verba damus canonis: *Presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto, aut homicidio captus est, deponatur; non autem communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum.* Secundum scilicet versionem septuaginta. vt in margine ibidem adnotatur. Et ex Concilio Moguntinensi conclusione 2. sub Rabano in *can. quæsitum est ab aliquibus fratribus 30. 13. q. 2.* In quo quæsitum fuerat, num qui pro suis excessibus patibulo suspenduntur, post peractam pœnitentiam, vtrum cadauera eorum ad Ecclesiam deferenda sint, & respondet; *sicut aliis de peccatis suis puram confessionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine secundum canonicum iussum danda est: Cur non eis, qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt? Scriptum est enim. Nõ vindicat Deus bis in idipsum.* Hieronymus vero in commentariis in ipsum Naum, relatus in *can. quid ergo, ait. contra Dominum cogitatis 5. 23. q. 5.* sequentibus explanat: *Certè, aut vera sunt, quæ prophetæ loquuntur, aut falsa. Si vera sunt; quæ de seueritate eius videntur dicere, ipsi dixerunt: (Non vindicabit Dominus bis in idipsum in tribulatione.) Sin autem falsa sunt, & falsum est quod dicitur: (Non consurget duplex tribulatio.) Falsa est ergo, & crudelitas, quæ in lege descripta est. Quod si verum est, quod negare non poterunt, dicente propheta: (Non vindicabit Dñus bis in idipsum in tribulationa.) Ergo qui puniti sunt, postea non punientur: si autem illi postea punientur: scriptura mentitur; quod dicere nefas est.* inferens circa finem: *Deus, vt omnium rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras.* Nec diuersimode Gratianus in *can. scelestior omnibus, ô Iuda, & infælicior extitisti 39. §. his auctoritatibus, quæ sit vera, quia falsa ostenditur pœnitentia de pœnitentia distinct. 3.* inferens: *Quod autem multis auctoritatibus probare conatur. Quarum prima est illa Naum Prophetæ: (Non iudicabit Deus bis in id ipsum.) Sed quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam in Ecclesia gerit. Qui ergo a sacerdote semel pro peccato punitur, non iterum pro eodem peccato a Domino iudicabitur.* Et explicat pluribus *Gloss.* ibidem verbo bis in id ipsum. subdens, *Quasi dicat: peccatum sufficienter punitum in hac vita, non punitur in altera.* Idemque Gratianus in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse. sed non omnino 43. §. auctoritas illa Naum prophetæ: (Non iudicabit Deus bis &c.) eadem de pœnitentia distinct. 3.* In fine sequentibus Hieronymum exprimit: *Intelligitur ergo illud Hieronymi de his tantùm, qui inter ipsa flagella pœnitentiam egerunt: quam, & si breuem, & momentaneam, tamen non respuit Deus: Sicut & illud prophetæ: (Non iudicabit Deus bis in id ipsum.) de his tantùm intelligi oportet, quos præsentia supplicia in melius commutant; super quos non consurget duplex tribulatio. Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est; præsentibus æterna connectuntur; vt temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.* id seruans, quod Augustinus in *can. tres sunt actiones pœnitentiæ 81. §. tertia actio est pœnitentia. de pœnitent. dist. 1.* cõcludit, dicẽs: *In hac pœnitentia maiorẽ quisque in se seueritatem debet exercere, vt à se ipso iudicatus non iudicetur à Deo, sicut idem Apostolus ait: Si enim nos ipsos iudicaremus; à Domino non vtique iudicaremur.* Quia nõ vindicabit Deus bis in id ipsum. & vt Alexander Tertius Salernitano Archiepiscopo scribit in *cap. at si clerici coram seculari Iudice 4. § de adulteriis vero, & aliis criminibus, quæ sunt minora. de Iudiciis in fine: Nec duplici debeat ipsum contritione conterere.* Et notat *Glo.* ibidem verbo *duplici.*

Non locus sanctificat hominem, sed homo locum. Ioannes Chrysostomus in *can. multi sunt sacerdotes 12. distinct. 40.* & ibidem in *summa* in fine dicente Gratiano rationem: *Non enim loca, sed vita, & mores sanctum faciunt sacerdotem.* diximusque supra verbo *non cathedra.*

Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi. Hieronymus ad Paulinum de institutione monachi in *cap. si cupis esse quod diceris. 5. 16. q. 1.* Quia nimirum etiam falli vitium est, vt *Gloss.* ibidem aduertit.

Non omnis, qui parcit, amicus est; nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Ex prouerbiis Salomonis (*prouerbiorum 27.*) Et prosequitur Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit, amicus est. 2. 5. q. 5.* inferens circa medium: *Quis nos potest ampliùs amare, quàm Deus? Et tamen nos non solum docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat.*

Non omni verbo credendum, neque doctrinæ. ex Cypriano in epistola contra hæreticos in *can. si quis, inquit, de Ecclesia, hæretica præsumptione exierit 70. in fine principii 1. q. 1.* verbis fatur Cyprianus. *Ergo omnia, quæcumque faciunt hæretici, carnalia sunt, & inania, & falsa; ita vt nihil eorum, quæ illi gesserint, à nobis probari debeat. Non statim suspicienda sunt, & assumenda, quæ iactantur in Christi nomine; sed quæ geruntur in Christi veritate.* Quo loco *Gloss.* verbo *non statim* argumentum profert: *Quod non omni verbo doctrinæ credendum est.* Affert ex Anastasio II. ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem 8. post medium distinct. 19.* quæ ille dicit ad verba Apostoli (*1. ad Corint. 3.*) *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Itaq; ne-*

que

*quo qui plantat est aliquid, neque qui rigat. sed qui incrementum dat Deus.* subdens: *Adeo autem non queritur, quis, vel qualis prędicet; sed quid prędicet; vt inuidos etiam bene Christum prędicare affirmet*. Neque quisquam nimis facilis esse debet ad credendum. ex Augustino ad Vincentium in *can. quam magnum est crimen* 10. *paulo post principium* 23. *q.* 4. verba sunt Augustini: *Nam & facta nocentium, quæ innocentibus demostrari, vel ab innocentibus credi non possunt, non coinquinant quemquam &c.* vbi *Glossa* verbo *non possunt*. circa medium asserit: Quod imputatur alicui, quod nimis credulus fuerit.

Non pręstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. ex Bonifacio VIII. in *regula non pręstat impedimentum* 52. *de regulis Iuris in* 6. *Gloss.* ibidem defert exemplum ex Iudicio Vrbani Papæ in *can. si verum esse constiterit.* 1. 31. *q.* 2. sequitur *Nauar. cons.* 3. *num.* 2. *lib.* 4. *de clandestina desponsat.* & *cons.* 21. *num.* 3. *in fine de simonia lib.* 5.

Non propter malos boni deserendi; sed propter bonos mali tolerandi. Augustinum excipe ad Vincentium scribentem in *can. quam magnum est crimen* 10. *post principium* 23. *q.* 4. sequentibus rationem reddentem: *Non enim propter malos boni deserēdi; sed propter bonos mali tolerandi sunt: sicut tolerauerunt propheta contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant*. vbi *Glossa* verbo *mali*. infert: Malum tolerati ratione connexi boni.

Non est potestas, nisi à Deo, quę autem sunt, à Deo ordinata sunt. Ita quę qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Paulus Apostolus ad (*Roman.* 13. 1.) Deducitque Augustinus contra Manicheos, in *can. quid culpatur in bello?* 4. §. *sed si humana cupiditate bellū geritur.* 23. *q.* 1. Verba adnota Augustini: *Sed si humana cupiditate bellum geritur: non nocet sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas nisi à Deo, siue iubente, siue sinente*. Docet autem hoc Hieronymus in *can. audacter fortassis aliquid dicimus* 18. 8. *q.* 1. excipe illum: *Audacter fortasse aliquid dicimus: tamen, quod scriptum est, dicimus. Non semper princeps populi, & Ecclesię Iudex per Dei arbitrium datur: Sed vt merita nostra deposcunt*. Et prosequitur ibique *Gloss.* verbo *arbitrium*. Defert dictum locum Augustini 23. *q.* 1. *quid culpatur*. notatque *Glossella* Marginalis ibidem ad verbum Glossæ; *sed non approbat.* addens: *Omnem potestatem: quia aliqua est mala: sed tamen permittit Deus regnare eam propeter peccata populi. Vnde Iob: Facit Deus regnare hyppocritam propter proteruiam populi. subintelligitur puniendam, vel vindicandam secundum Hug. & Laur.* ita Glossella. sequitur *gloss.* in *can. neque enim si agris inique, ac perperam inuasis* 9. qui est Augustini 14. *q.* 5. ad verba Augustini in fine: *Nec vituperabilis ordo Regię potestatis, si rex crudelitate tyrranica sæuiat. Aliud est namque iniusta potestate iustè velle vti: & aliud est iusta potestate iniustè velle vti.* verbo iniusta. *id est iuste acquisita. Omnis enim potestas à Deo est. arg.* 23. *q.* 1. *quid culpatur.* Ita Gloss. nec diuersimode Innocentius Papa epistola 3. ad Exuperium Episcopum Tholosanum in *can. quęsitum est etiam super his* 45. 23. *q.* 4. Loquentem auribus excipe: *Meminerant enim a Deo potestates has fuisse concessas, & propter vindictam noxiorum, gladium fuisse permissum, & Dei esse ministrum, vindicem in huiusmodi datum. Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo videtur esse concessum?*

Non occides. Pręceptum à Domino Deo datum (Exod. 20. 13.) *Non occides.* Quia vero absolute datum fuit, atque simpliciter. etiam de se ipso exauditur: vt nemo se ipsum occidere valeat. Augustinum excipe libro 1. de Ciuitate Dei in *can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere.* 9. 23. *q.* 5. subsequens. *Profectò etiam, qui se ipsum occidit, homicida est*: Rationem reddit: *Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait: Non occides: presertim, quia non addidit proximum tuum: sicut falsū testimonium cum vetaret: Falsum (inquit) testimonium non dices aduersus proximum tuum. Nec ideo tamen si aduersus se ipsum quisquam falsum testimonium dixerit, ab hoc se crimine putauerit alienum. Quoniam regulam diligendi proximum à semet ipso dilector accepit; quandoquidem scriptum est: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Et demum infert: *Quanto magis intelligendum est, non licere homini se ipsum occidere, cum in eo, quod scriptum est: (Non occides) nihilo deinde addito, nullus, nec ipse vtique. cui pręcipitur, intelligitur exceptus?* subsequens: *Non occides. Non alterum: ergo nec te. Neque enim, qui se occidit, alium, quàm hominem occidit*. Ita Augustinus. Neque alium ergo, nec te ipsum occides.

Non res propter loca, sed loca propter res sūt amanda. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. nouit Fraternitas tua Romanæ Ecclesiæ consuetudinem* 10. *distinct.* 12. verba sunt Gregorii: *Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicorum, siue in qualibet Ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere solicitè eligas; & in Anglorum Ecclesia, quę adhuc in fide noua est, institutione pręcipua, quę de multis Ecclesiis colligere poteris, infundas. Non enim pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt*. Concinit idem Gregorius ad Anastasium presbyterum in *can. non loca, vel ordines* 4. *distinct.* 40. dicens: *Non loca, vel ordines Creatori nostro nos proximos faciunt: Sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.* Et Dominus noster (*Marci* 2. 27.) Pharisæis exprobrantibus contra discipulos, qui sabbatho per sata transeuntes spicas vellebant. *Dicebāt ei: Ecce quid faciunt Sabbatis, quod non licet? Et dicebat eis: Sabbatum propter hominem factum est: & non homo propter Sabbathum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam Sabbatho.*

Non solùm qui faciunt, sed & qui consentiunt facientibus participes iudicantur. ex Apostolo ad (*Romanos.* 1. 32.) Verba damus Gentium Doctoris: *Qui cùm institiam Dei cognouissent, non intellexerunt; quoniam,*

*qui talia agunt, digni sunt morte: non solùm, qui ea faciunt, sed etiam, qui consentiunt facientibus.* Prosequiturq; Ioannes VIII. in *can. facientis culpam procul dubio habet* 3. *distinct.* 86. Ioannem excipe: *Facientis culpam proculdubio habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare. Scriptum quippè est: (Non solum, qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus) participes iudicantur.* Nec diuertit Gregorius Vniuersis Episcopis Concilii Bizacii scribens in *can. sicut, inquit, laudabile, discretumque est* 45. *in fine* 2. q. 7. in ratione, quam reddit: *Nam si quis in hoc piger, aut negligens esse presũpserit; dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius zelo ad perscrutandas salubriter nefandi causas facinoris non mouetur.* Quia non solum qui faciunt, sed etiam, qui consentiunt faciẽtibus, participes iudicantur.

Non sunt facienda mala, vt inde veniant bona. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. non solum mœchandum non est.* 1. *in principio* 32. q. 8. illis verbis: *Et si propterea dixerit, vt faciat christianam.* & illis: *nullo modo debet ista compensatione peccare.* Nec diuersimode ipsemet Augustinus respondit in *can. forte aliquis hoc secum cogitat* 3. 14. q. 5. De illo verba faciẽs, qui furari tentat, vt elemosynam faciat, in fine dicens: *Etiam in hac re parcat vnusquisque animę suę, quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerit, addit potius peccata, quàm minuat.* vbi *Gloss.* in principio super verbis illis Augustini in dicto cuiusdã: *Non habeo peccatum, si suum illis abstulero, & pauperibus dedero.* super verbum *non habeo.* inferens rationem; *Nec enim propter bonum est faciendum malum.* ex Nicolao Papa Salonitano Episcopo in *can. nosse desideras vtrum mulier, qua viri filium* 3. 30. q. 1. illis verbis: *Quasi causa pietatis, operatur impietatem.* Nec discessit Augustinus ad Claudium contra Iulianum in *can. sicut non sunt facienda adulteria, etiam voluntate generandi, regenerandos.* 10. 32. q. 4. subsequens: *Quemadmodum nec furta facienda sunt, etiam voluntate pascendi pauperes sanctos.* Nam ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna* 27. 1. q. 1. circa finem, rationem reserens. *Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere: aliud propter eleemosynas peccata committere.* Hinc est, quod Innocentius Tertius Archidiacono, & Thesaurario Turonen rescripsit, in *cap. ex tenore litterarum comitis Brittannia* 11. §. *finali de foro competenti.* verbis enuncians: *Nos igitur attendentes, quod sic sumus viduis in iustitia debitores: quod aliis iniustitiam facere non debemus.* Concinit Alexander Tertius Panormitano Episcopo in *cap. super eò verò* 4. *de vsuris.* Dum sequentibus decernit: *Super hoc dispensationem aliquam posse fieri non videmus; Quia, cùm scriptura sacra prohibet, pro alterius vita mentiri: multo magis prohibendus est quis, ne etiã pro redimenda vita captiui vsurarum crimine inuoluatur;* ex quo loco *Gloss.* verbo *dispensationem* argumentum infert; *quod prętextu boni, malum fieri non debet.* & dixit *Gloss.* in *cap. ad Apostolicam audientiam* 42. *in fine principii de simonia.* ibi: *sub prętextu canonicæ pietatis.* verbo *pietatis.* subnectens: *Prętextu pietatis, non est impietas committenda.* Veluti etiam Apostolus ad (*Romanos* 3. 7. 8. & 9.) sequẽtibus fatur: *Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriã ipsius; quid adhuc. & ego tamquam peccator iudicor, & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona; quorum damnatio iusta est.*

Non qui maior fuerit in honore, ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Chrysost. in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes* 12. *in fine distinct.* 40. Rationem reddens: *Quoniam non; qui maior fuerit in honore, ille est iustior; sed qui fuerit iustior, ille maior.* cõsequentiam proferens in enthimemate: *Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.*

Non vos vindicantes charissimi, sed date locum irę. Locus est Apostoli ad (*Romanos* 12. 19.) dicentis; *Nõ vos metipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ, scriptum est enim: Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus.* Quę verba Ambrosius libro de sancto Ioseph in *can. ira sæpe etiam innocentes in crimine abducit* 68. 11. q. 3 explicat, inferens: *Quia dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coercere peccatum, grauiora peccata committimus. Ideo Apostolus ait: (Non nos ipsos vindicantes charissimi: sed date locum iræ) hoc est, declinemus eam ne nos illa corripiat.* Nec diuersimode Gratianus in *summa* §. *item cum Apostolus dicat* 23. q. 1. sequentibus, & ipse explanans: *Item cùm Apostolus dicat: (Non vos defendentes charissimi: sed date locum irę.) quid aliud prohibemur, quàm propria personę iniuriam repellere?* Non seruato scilicet moderamine. vt *Gloss.* ibidem verbo *defendentes* adnotat.

Non videtur fuisse, qui non durauit. Sicuti non videtur factum, quod non durat factum. ex Hieronymo in parabolis Salomonis in *cap. nam & ego vnigenitus fui coram matre mea* 3. *extra de verborum significatione.* dicente illo: *Quare vnigenitum se nominat, quem fratrem vterinum precessisse scriptura testatur? nisi, quia ille mox natus, sine nomine, quasi numquam esset, de vita decessit.* vbi *Gloss.* verbo *quasi numquam esset.* infert: *Et ita non videtur fuisse, qui non durauit.* Sicuti non videtur factum, quod non durat factum *Gloss.* ibidem in casus figuratione in fine.

Non sufficit abstinere à malo, nisi quis bonum etiã faciat. iuxta illud (psalmi 36. 27) *Declina à malo, & fac bonum.* Deduxit Gratianus ex epistola Fulberti Episcopi in *can. de forma fidelitatis* 18. *circa finem* 22. q. 5. dicente illo: *Sed quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat id, quod bonum est, restat &c.* Concinit Calixtus Papa ad Benedictum Episcopum in *can. iniustum Iudicium, & definitio iniusta* 89. 11. q. 3. verbis inferẽs: *Homini religioso parũ esse debet inimicitias aliorũ nõ exercere, vel nõ augere male loquẽdo, nisi etiã eas extinguere bene loquẽdo studuerit.* vbi *gloss.* verbo *parũ esse;* in concordantiam allegat 22. q. 5. *de forma.* concordat c. 1. *de forma fidelitatis in vsibus feudorũ. Afflict. dec.* 307. n. 4.

No-

Noli esse nimis iustus, quia est iustus, qui perit in iustitia sua. ex Salomone (*Ecclesiastes 7. 16. 17.*) dicente: *Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. Noli esse iustus multum; neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas.* Deducit Gratianus in *can. non potest esse salubris à multis correptio 23. 4. præcepta vero euangelica de dilectione inimicorum. 23. q. 4.* sequentibus loquens. *Sicut vero erga pœnitentes nõ seueri, sed misericordes esse monemur, iuxta illud: (Noli esse nimis iustus: Quia est iustus, qui perit in iustitia sua) & iterum. Iudicium sine misericordia ei, qui non fecerit misericordiam. Sic impœnitentibus, & obstinatis in malo misericordiam impendere prohibemur.*

Nolite cogitare de crastino. Dominus enim noster (*Matthæi 6. 34.*) sic nobis præcepta dedit: *Nolite ergo soliciti esse in crastinũ. Crastinus enim dies solicitus erit sibi ipsi, sufficit diei malitia sua.* In hæc verba Augustinus tract. 62. in Ioannem in *can. habebat Dominus loculos; & à fidelibus oblata conseruans 17. 12. q. 1.* commentum sic agit: *Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandum esse de crastino, non adhoc fuisse præceptum, vt nihil pecuniæ seruaretur à sanctis: sed ne Deo propter ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.* quo loco *gloss.* verbo *cogitandum.* & ipsa infert: *Cautela non prohibetur: sed solicitudo nimia, per quam cultus Diuinus minuatur.* Ex Gregorio in moralibus in *can. omnes, huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt 5.* & ex Ambrosio in *can. sicut ii, qui per insaniam mente translati sunt 8. distinct. 47.* qui Ambrosius in §. *interdum etiã vsuræ* sic infert: *Nec satietas vmquã, nec finis adeeris cupiditati.* Non ergo soliciti simus in crastinum.

Nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere. *Matthæi 10. 28.* in quæ verba Ioannes Chrysostomus in opere imperfecto homilia 25. in *can. nolite timere eos, qui occidunt corpus 86. 11. q. 2.* sic cõmento prosequitur: *Ne forte propter timorem mortis non liberè dicatis, quod audistis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure soli audistis. Sic ergo ex his verbis ostenditur, quod non solùm ille proditor est veritatis, qui transgreditur veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: Sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam libere pronunciare oportet: aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere cõuenit, proditor est veritatis.* Ita Chrysostomus *glossa* vero verbo *nolite timere.* sic & ipsa infere: *Non remouet naturalem timorem mortis. naturale est enim quemlibet timere, & horrere mortem. Vnde Iesus eã timuit, sicut legitur: Cœpit Iesus pauere, & tædere. & alibi; Pater si possibile est trãseat à me calix iste. Sed dicit, ne in tantum timeamus eam, vt per eius timorem aliqaid contra iustitiam agamus; vel quod nobis per scripturam, vel magistros, vel per reuelationem diuinam reuelatum est, substineamus.*

Noluit intelligere vt bene ageret. (Psal. 35. 4.) hæc verba Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Episcopo scribens in *can. Excellentissimus Rex Carolus Apostolatum nostrum consuluit. 102. 11. q. 2.* sic deducit: *Idcirco solerter inuigilet & tanta discretione singulorum modos diiudicet: quatenus, qui ex necessitate; aut ignorantia delinquunt, autoritate nostra per te absoluantur: Si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas, vera, & non simulata, vel non ex voluntate processerit: quia, vt benè nosti plerique sunt, qui possunt quidem, sed nolunt recta nosse. Vnde psalmista de huiusmodi: (Noluit (inquit) intelligere, vt benè ageret.*

Nolle non dicitur, qui non potest velle. ex Augustino in *can. meritò quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium 1. 15. q. 1.* Nam qui facit, quia cogitur, & nollet facere, facit autem, quia cogitur; velle vtique dicitur. Quin eò maxime vult, quo fugere intendit periculum, quòd sibi comminatur. verba sunt Augustini: Nam *& hoc contra voluntatem facere dici solet: sed vtique vult, propter quod facit; tamquam si peierare nolit, quod tamen facit, cùm vult viuere, si scilicet quisquam, nisi fecerit, mortem minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per se ipsum appetendo, vt falso iuret; sed vt falsum iurando viuat.* vt enim *gloss.* in *summa* Gratiani eadem 15. q. 1. verbo *quod propterea* doctrinã tradit: *Ex voluntate ad aliquid faciendũ. dicitur quis volẽs, et volũtate ad aliquid nõ faciẽdũ dicitur quis nolens: & sic omnis nolẽs dicitur volẽs: & eadẽ qualitas dici potest noluntas, & voluntas. Nam nolle facere idem est, quod non velle facere. Vnde lapis non dicitur nolens, cũ non habeat voluntatẽ non faciendi. Nam secundũ regulã Iuris, eius est nolle, cuius est velle.* vt Vlpianus lib. 3. ad Sabinum in *l. eius est nolle, qui potest & velle 3 ff. de regulis Iuris.* Nam alias non dicitur nolle, qui non potest velle. Deducitur ex Papiniano lib. 8. responsorum in *l. pater Seuerinam proculam 100. ff. de conditionibus & demonstrationibus, & causis, & modis eorum, quæ in testamentis scribuntur.* verba excipe Papiniani ad rem: *Respondi; cũ in conditionibus testatorum, voluntatẽ potius, quã verba considerari oporteat, Aelio Philippo fideicommissum ita demum datũ videri, si ei Procula defuncti filia nubere noluisset. Quare cũ ea priùs, quam viri potens fieret, vita decesserit, conditionem extitisse non videri.* vbi *Gloss.* verbo *decesserit.* infert: *nõ ergo dicitur nolle, cum nec velle possit.* ibidemque *Bart.* in summario: *Non dicitur nolle, qui non potest velle.*

Nomen qui nõ habent, nec officium habere debebunt. ex Damaso Papa ad Episcopos Africæ in *can. chorepiscopi tã ab hac sacra sede 5. in fine distinct. 68.* consequentiam inferente: *Si nomen non habent, qualiter officiũ habebunt?* vbi *gloss.* verbo *nomen non habent.* & ipsa argumentum defert: *Si res priueris, nec nomen habere meveris.* Concinit Gregorius Secundino seruo Dei scribens in *can. fratrem nostrum Marianum Episcopũ verbis, quibus vales, excita. 6. distinct. 86.* suadens ac dicens; *Sed largã manum habeat; necessitatem patientibus concurrat; alienã inopiam suam credat: Quia si hæc non habet, vacuum episcopi nomen tenet.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *nomen* dicens: *Imo & nomine, & re priuandus est.* Ex Augustino, siue ex

dictis

*natilibus cæli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. Omne enim, quod vocauit Adam animæ viuentis, ipsum est nomen eius. Appellauitque Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cæli, & omnes bestias terræ.* Hoc argumento vsus fuit Innocentius Tertius Zamocen. Episcopo scribens in cap. *cum secundum Apostolum, qui altari seruit, viuere debet de altari 16. de præbendis, & dignitatibus extra* in ipso principio dicens: *Pari & simili, vt Clerici viuere debeant de patrimonio Iesu Christi, cuius obsequio deputantur, vt ipsa nominis ratio persuadet. Cum enim à Cleros, quod est sors, vel hereditas clerici appellentur &c.* vbi Gloss. verbo nominis ratio rationem reddit: *Nomina debent esse consonantia rebus.* Ex Isidoro lib. 7. Etymologiarum cap. 12. in can. *cleros & clericos hinc appellatos credimus 1. distinct. 21.* Qui consonantiam dat: *Propterea ergo dicti sunt Clerici, quia de sorte Domini sunt, vel quia Domini partem habent.* Nec diuersimode Hieronymus ad Paulinum de institutione monachi in can. *si cupis esse, quod diceris. 9. 16. q. 1.* verba pende Hieronymi: *Si cupis esse, quod diceris monachus, id est solus, quid facis in vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum?* vnde *Gloss.* verbo *diceris.* argumentum deducit à nominis interpretatione: *Nomina enim debent esse consona rebus.* Ex Hieronymo ad Nepotianum in can. *Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ 5. 12. q. 1.* His enim ille: *Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum: & nominis definitione prolata, nitatur esse, quod dicitur &c.* Ita quoque Iustinianus Cæsar in §. *sed primus quidem diuus Iustinus pater noster. Institutionibus de donationibus.* verbis enuncians: *Sed nos planissimo sim tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus &c.* Concinit Sceuola lib. 17. Digestorum *l. his verbis legauis 100.* quæ est penultima §. *Alumno præcepit militiam emi his verbis ff de legatis 3.* in fine respondens: *Respondit, secundum ea, quæ proponerentur, posse.* Quia consona rebus nomina esse debent. Conuenit & Ouidianum illud:

*Conueniunt verbis nomina quoque sua.*

Deducit *S. Thomas part. 3. q. 37. art. 2.* plura *Frater Bernardinus de Bustis tom. 2. sermone 13. part. 1. §. sed hic quæritur. Iacobus Thomingius Lipsien. dec. 20. num. 46.* diximus *respons.* nostra *25. num. 49. part. 5.*

Nomen proprium sufficit si per æquipollentia exprimatur. deducimus ex Innocentio Tertio in cap. *tua nos duxit fraternitas consulendos. 7 circa finem de consanguinitate, & affinitate.* Decernente illos: *Et sic per ordinem distinguere gradus nominibus proprius, vel æquipollentibus in dictis designando personas.* vbi *Gloss.* verbo *æquipollentibus* subnectit: *Non refert an proprio nomine, vel per circumloquutionem expressam aliquid exprimatur, quod æquipolleat proprio nomini.* allegat. *supra de testibus licet. & ff. si certum petatur. certum.* Et sane idem Innocentius Tertius in Concilio generali in d. cap. *licet ex quadam necessitate 47. de testibus, & attestationibus. §. testes autem huiusmodi proprio iuramento firmantes.* De causa quoque matrimoniali decernens, dicensque: *Personas expressis nominibus, vel circumlocutione sufficienti designans, & ab vtroque latere singulos gradus clara computatione distinguant.* ibique *Gloss.* verbo *assigneat*: quæ allegat eundem textum in d. *cap. tua nos 7. de consanguinitate, & affinitate.* Paulus vero lib. 28. ad edictum in d. *l. certum est 6. ff. si certum petatur, & de rebus creditis.* Et ipse rem apertam manifestat: *Certum est, cuius species, vel quantitas, quæ in obligatione versantur, aut nomine suo, aut & demonstratione quæ nominis vice fungitur, qualis quantaque sit ostendatur. Nam, & Pedius libro 1. de stipulationibus, nihil referre, ait, proprio nomine res appelletur, aut digito ostendatur, an vocabulis quibusdam demonstretur, quatenus mutua vice res fungatur, quæ tantundem præstet.* Ita Paulus ad amussim. & prosequitur *Oldradus cons. 100. in executione num. 1. & 2. Marius Antonius de Amatis decis. Maceraten. 4. num. 27. & sequentibus.* Vnde

Nomen proprium non ita inspicimus in aliquibus, sicut aliam expressionem, per quam constare possit de persona: ex Labeone, siue Iaboleno lib. 3. Ex posterioribus Labeonis in *l. qui habebat Flauum fullonem 29 ff de rebus dubiis.* verba pende: *Qui habebat Flauum fullonem, & Philonicum pistorem, vxori Flauum pistorem legauerat. Quis eorum, & num vterque deberetur? Placuit, primo eum legatum esse, quem testator legare sensisset: Quod si non appareat, primum inspiciendum esse, an nomina seruorum Dominus nota habuisset. Quod si nota habuisset, eum deberi, qui nominatus esset; tam & si in artificio erratum esset. Si autem ignota nomina seruorum essent, pistorem legatum videri, perinde ac si nomen ei adiectum non esset.* Ita Iabolenus. & ibidem notat *Bart.* sequiturque *Frater Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part. 3. casu 18. col. 2. in fine vers. & confirmatur. fol. mihi 256.* Sicuti

Nomen rei deperditur ex mutatione personæ. ex Paulo lib. 12. responsorum in *l. per procuratorem hereditatem acquiri non posse 89. in fine ff. de acquirenda, vel amittenda hæreditate* 3 illis verbis: *Quia castrensia esse mutatione personæ desierunt.* Nec dissimili modo Iustinianus Cæsar in *l. cum antiquis legibus 37. sine finali C. de in officioso testamento: in fine* verbis rationem proferens: *Cùm neque nomen peculii permanet, sed aliis rebus confunditur: & similem fortunam recipit, quemadmodum & cæteræ res eorum, quæ ad vnum congregantur ex omnibus patrimonium.* Deperditur quippe nomen castrensis peculii personæ demutatione.

Nominum distinctio, rerum differentiam declarat. ex Hieronymo in can. *olim idem erat presbyter, qui, & Episcopus. 5. distinctione 95.* vt hinc schismatum semina tollerentur. ibique *Gloss.* verbo *tollerentur.* addens: *Quia cōmodius est singulas res singulis nominibus siue appellationibus distingui. Distinctio nominum differentiam rerum declarat.* ex Isidoro in can. *cleros, & clericos hinc appellatos credimus 1. distinct. 21.* Porrò nomen proprietatem designat rei. ex *S. Thoma 3. parte q. 66. art. 5. in 6. argumento.*

No-

Nominum proinde diuersitas, & rerum indicat diuersitatem. inde quippe diuersis nuncupantur nominibus. Constantinum excipe testem in *l. si idem codicilli 7. C. de codicillis siue iure codicillorum* fantem, dicentemque *Si id codicilli, quod testamenta possent; cur diuersum his instrumentis vocabulum mardaretur, qua vis, ac potestas vna sociasset?* Veluti nominum diuersitas, diuersitatem indicat negotiorum, ac rerum. ex Vlpian. lib. 29. ad Edictum in *l. procuratoris autem scientiam, & dolum §. si plures habuit seruus creditores ff. de tributoria actione.* Rationem inferente in fine: *ne ex alterius re, mercene, alii indemnes fiant: alii damnum sentiant.* Inde enim separata sunt nomina, quia separata sunt negotia. & quod separatum est, non coniungitur. vt *Gloss.* ibidem verbo *Separatum* infert. sequitur *Abbas cons. 47. nu. 2. part. 2. Parisius cons. 3. num. 6. vol. 4. Ioannes Baptista Costa cons. 15. num. 4. & cons. 44. nu. 19. Rota apud Coccinum decis. 289. num. 1.* & apud S. memoriæ *Gregorium XV. decis. 555. num. 8.* & apud *Farinacium post primum volum. consiliorũ decis. 128. num. 6.* quemadmodum

Nominum diuersitas diuersitatem arguit in effectu. ex *Parisio cons. 21. num. 12. vol. 4.* & Contractus à nomine iudicantur. *Rota apud Coccinum decis. 371. num. 1.* & apud *Duronum decis. 387. num. 26. & 27.*

Nomina ad intelligendum personarum distinctionem in diuinis, dico in Trinitate, quædam sunt Essentialia, quædam sunt personalia, quædam verò notionalia. Essentialia quæ in singulari numero dicuntur congruè de tribus personis singillatim, vt deus Bonus, Deus iustus, æternus, omnipotens. & similia. in plurali verò numero incongruè dicuntur. iuxta illud Atthanasii: *Et non tres Dii, sed vnus est Deus.* Personalia quæ supponunt personam, & in singulari numero tantùm, vt Pater: & Filius, & Spiritus sanctus. Notionalia sunt, quæ notant distinctionem in personis, vt Generans, Generata, & Procedens. Ista notionalia cum veniunt adiectiuè dicuntur tantùm de personis, & non de essentia; sed quando tenentur substantiuè, tunc dicuntur tam de essentia, quam de personis. Vnde hæc propositio, simpliciter est vera, Pater est Generans; siue hæc dictio *generans* teneatur adiectiuè, siue substantiuè. Si autem dicatur: substantia Diuina est generans, si hæc dictio *generans*, teneatur adiectiuè, siue substantiuè. Si autem dicatur substantia diuina est generãs, si hæc dictio generãs teneatur adiectiuè, falsa est: quia vellet notare distinctionẽ in Diuina essentia: si teneatur substantiuè, vera est: quia tunc sensus est: substantia Diuina est generans, idest Persona, quæ generat. Vnde nomina ista Generans, Genita, & Procedens, adiuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum: iuncta verò cùm nominibus istis, substantia, natura, seu essentia diuina, tenentur substantiuè, & notant essentiam tantum. Ita *Gloss. in cap. damnamus ergo 2. §. nos autem Sacro approbante Concilio, de summa Trinitate, & fide catholica.* verbo *neque genita.* Vide ex Dydimo in *can. Saluator, qui & veritas 43. de consecrat. distinct. 5.* Sanctus *Thomas 1. parte q. 33. Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 19. conclus. 24. num. 167.* dicens: *Nota quod licet dictio illa Pater, capta notionaliter; & personaliter ad discernendam vnam personam diuinitatis ab aliis, soli primæ Personæ illius conueniat. (Thomas 1. parte quæst. 39. art. 6. Commentantes in primum sententiarum distinct. 29.) Quia illa sola est, quæ ab æterno filium suum æternum generat. Toti tamen Trinitati, & singulis illius personis conuenit, si capiatur (vt dicunt) essentialiter, pro Deo, quatenus est Pater creatione.* iuxta illud Mallachiæ 2. *(Numquid non Pater vnus omnium nostrum: numquid non Deus vnus creauit nos?) & quatenus per adoptionem offert omnibus hominibus gratiam filiorum adoptionis; licet eam actu non recipiant.* Sic Nauarrus.

Nostrum est, quod diuino imperio, vel humano nostrum factum est. & iuste nostra sunt. ex Augustino contra litteras Periliani in *can. si de rebus, vel locis Ecclesiasticis, quæ tenebatis 2. 23. quæst. 7.* verbo percipe: *Si qua iam præcisi possidere cœpistis; quia vobis ablata, nobis Dominus dedit; non ideo concupiscimus aliena: quia illius imperio, cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iustè nostra sunt. Vos enim his vtebamini ad præcisionem, nos ad vnitatem.* Concinit idem Augustinus in *can. Dixit Dominus ad Moysen. petat vir à proximo 13. 14. quæst. 5.* inferens in fine. *Hoc enim Deus iussit, qui nouerat quid quæque pati oporteret, nec Israelitæ fecerunt: sed Deo iubenti ministerium præbuerunt.*

Nostra facimus quibus nostrã impartimur auctoritatẽ. Gloss. in *can. sane profertur à quibusdã 6. circa finem §. si ad tempora Theophili sanctæ memoriæ 24 quæst. 2.* verbo *Originem in fine.* dicens rationem: *Quia omnia nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem.* Allegat Iustinianum Cæsarem in *l. 1. §. 1. C. de vetere iure enucleando, & de auctoritate Iuris prudentum, qui in Digestis referuntur.* & ibidem in *l. 2. §. nostra quoque Maiestas semper inuestigando, & perscrutando.* & ex Bonifacio Octauo in *cap. hi, qui auctoritate Apostolica 12. in fine.* & in *cap. si Apostolicæ sedis legatus 22. circa finem de præbendis, & dignitatibus in 6* dicente illo: *Certum est, quod (cùm ipsa prouisio ipsius legati, post impertitam à nobis auctoritatem, nostra censeatur effecta omnibus, quibus postea mandauimus in eadem Ecclesia prouideri &c.* sequitur *Cardin. Zabarella cons. 27. nu. 22. Rota apud Card. Manticam decis. 6. num. 1.*

Notorium est quod omnes sciunt, & neque accusationem, neque probationem perquirit. ex Stephano Papa Leoni Episcopo Theanensi in *can. de manifesta, & nota pluribus causa non sunt quærendi testes. 17. 2. quæst. 1.* ex Sancto Ambrosio dicente: *Cognitio opere isto, pellendum illum fuisse de cœtu fraternitatis Apostolus censuit. Omnes enim crimen eius sciebant, & non arguebant. Publicè enim nouercam suam loco vxoris habebat. In qua re neque testibus opus erat: neque tergiuersatione aliqua poterat tegi crimen.* Idemque prosequitur Augustinus

nus in can. multi corriguntur, vt Petrus. 18. eadẽ 2. quæst. 1.

Noua, & inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem. Gregorius Ioanni Episcopo Constantinopolitano in can. quid autẽ de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant. 1. distinct. 45. scribens ita fatur, rationem reddens: Pastores enim facti sumus, non percussores: & egregius prędicator dicit: (2. ad Timot. 4.) (Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.) Noua verò, atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.

Nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum. Ambrosius in can. nouit Dominus mutare sententiam 64. de pœnitentia distinct. 1. Nec diuersimode Hieronymus in Amos prophetam in can. Si agamus pœnitentiam; ipsum quoque suæ pœnitebit sententiæ 67. eadem de pœnitentia distinct. 1. subsequens: Si negligentia dissoluamur; & illum pœnitebit sponsionis suæ, promissaque mutabit.

Noui antiquis pręferendi non sunt. ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in can. statuimus, ne in aliquo Apostolica, & canonica decreta violentur. 8. in fine distinct. 61. Dicente illo rationem: Cùm valde iniquum sit, & absurdum, vt imperiti magistris, noui, antiquis, & rudes pręferantur emeritis. vbi Gloss. verbo noui. subsequens: Seniores in Ecclesia semper pręponendi sunt iunioribus in electione, in responsione, in subscriptione.

Nouum quod est, Ecclesiasticæ rationis consideratio inconsulte, & subitò non permittit indulgere. Postulatæ ergo rei prolongari debet effectus. ex Gregorio Aregio Episcopo Francorum in can. communis filius Petrus Diaconus 10. circa finem distinct. 23. ex quo loco Gloss. verbo nouum infert: Quod ea, quę de nouo petuntur, non sine magna consideratione conceduntur. vt hic. & ex Pelagio Papa Bono Episcopo Saminati in can. in Parochia tua, basilica S. Laurentii. 31. 16. q. 1. illis verbis: Quod subitò fieri, nos prorogata obseruantia non acquiescimus. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo quod subito. verba faciens: tempore enim indigemus, vt aliquid maturiùs agamus. Quod mutuatum sibi fuit. ex Caliaco Papa I. ad Episcopos Galliarum in can. ponderet vnusquisquam sermones suos. post principium distinct. 50. dicente, ac rationem inferente: Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra; neque ordinem corrumpamus. Maxime vero hoc fieri debet à Romana sede, (vt Gloss. in d. verbo nouum d. can. communis filius Petrus Diaconus. subnectit) quę omnia cum maxima maturitate solet tractare. ex Gregorio in can. Apostolicę sedis sententia tanta semper consilii moderatione concipitur 4. 35. quæst. 9. subsequiturque Gloss. d. verbo nouum rationem: Quia in rebus nouis constituendis, euident debet esse vtilitas. ex Vlpiano lib. 4. fideicommissorum in l. 2. ff. de constitutionibus Principum. verbis edicente: In rebus nouis constituendis euident esse vtilitas debet, vt recedatur ab eo iure, quod diù ęquum visum est. quo loco Glossella Marginalis allegat Platonem de legibus dialogo 4. & in libro de regno. Aristotelem lib. 5. Eticorum c. 10. & lib. 2. Politicorum cap. 6.

Nouitates (in Ecclesia præsertim) qua parte fieri potest, fugiendę. ex Innocentio I. ad Decentium Episcopum Eugubinum in can. quis nesciat, aut non aduertat 11. distinct. 10. in fine verba percipe: Vel si quis Romanę Ecclesiæ institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas, vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates inducunt aut alterius Ecclesiæ, quàm Romanę, existimant consuetudinem esse seruandam. Nec diuersimode ex Gangrensi Concilio in can. hæc autem scripsimus, non abscindentes eos, qui in Ecclesia Dei secundum scripturas 16. dist. 30. Concilii sunt verba: Sed hos condemnamus qui se extollunt aduersus scripturas, & noua inducunt præcepta. Concinitque Honorii Tertii dispositio Maiori & Burgen de Rupella in cap. ex parte vestra fuit propositum 10. in fin. de consuetudine. Quẽ textũ ad hoc perpendit Nauarrus in manuali c. 15. n. 3. cõtrariam tamen, & de oratione, & horis canonicis cap. 21. num 55. Fugiendæ quippe sunt nouitates. ex eodem Honorio Tertio Parisiensi Capitulo in cap. cum consuetudinis, vsusque longeui non sit leuis auctoritas 9. in fine. eodem de consuetudine. ibique Gloss. verbo vel nouas. Rationem referens; dicensque Nouitates enim sine causa inducendę non sunt. quia lex dicit, quod in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas. ff. de constitutionibus principum l. in rebus. & reprehenduntur qui nouitates inducunt 11. distinct. quis nesciat. ita Glossa. nec discessit Glossa in extrauaganti quorundam. 1. Ioannis 22. § in primis cùm dicatur. de verborum significatione. verbo nouitate plenos sequentibus inferendo: In hoc isti fratres male attendebant, quod scribitur, in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt discedatur ab eo, quod diù ęquum visum est: & ideo reprehensione digni visi fuerunt 11. distinct. quis nesciat. Concinitque Benedictus 11. in extrauaganti inter cunctas solicitudines nostras. 1. §. primo. Sanè dudum bonæ memoriæ Bonifacius Papa Octauus prædecessor noster in fine de priuilegiis inter communes. Qui sequentibus profert, rationem reddens: Nec mirum, quia plerumque pariunt nouitates discordiam, pręsertim dùm ab eo, quod diù æquum visum est, per nouam constitutionem receditur, nec quare recedatur, vtilitas euident, vel alia causa subest. Nun ergo abs re videtur ille Hyppocratis aphorismus libro 2. aphorismo 51. Mutationes omnes periculosę. prosequitur Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monitorio 12. num. 1. & nos respons. nostra 47. nu. 1. part. 5.

Nouitii in fide, siue in Religione austeriores aliis esse in viuendo debent. ex Concilio Carthaginense IV. in can. neophyti aliquando 12. de consecrat. 5. dicente Concilio: Neophyti aliquandiù à lautioribus epulis, & spectaculis, & coniugibus abstineant. Rationem reddit Gloss. ibidem: Quia nuper baptizatos dissolutè viuentes solebant dæmones energumenos, id est arreptitios facere.

Nouitius ante vnius anni probationē ad pro-

fessionem admitti, & monachum fieri prohibetur. ex Alexandro Papa Secundo in *can. Gonsaldus presbyter quondam* 1. 17. *quęst*. 2. Incognitus verò, si monasterium ingredi voluerit, ante trienninm monachi habitus ei non præstatur. ex decreto Bonifacii in *can. si quis incognitus monasterium ingredi voluerit* 3. *siue finali eadem* 17. *quast*. 2. Nemo vero ad cōuersionē susceptus priusquā in bienniū conuersatiooc compleat, nō debet tonsurari; sed hoc spatio vita, moresque eius solicitè comprobari debent. ex Gregorio Fortunato Episcopo Neapolitano in *can. in monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat* 6. 19. *q*. 3.

Nouitii verò intra tempus probationis ad ordines promoneri non debent. ex Gregorio Syagrio Episcpo, & aliis Episcopis in *can sicut Neophytus tunc dicebatur, qui initio sanctæ fidei erat eruditione plantatus* 2. *siue finali distinct*. 48. subsequens: *Sic modo Neophytus habendus est, qui repente in religionis habitu plantatus ad ambiendos honores sacros irrepserit. Ordinatè enim ad ordines accedendum est*. Repente. id est nouiter in monachali habitu. *Glossa* ibidem subnectit.

Nouitiis tamen in multis deferendum est eis, ne à bono, quod cœperunt, metuendo austeriora, recedant. vt de Anglis nouiter tunc ad fidem conuersis Augustino Anglorum Episcopo respōdit Gregorius in *can. quędam lex terrena in Romana republica permittit* 11. *post medium* 35. *q*. 2. & 3.

Nouitius licet possit absolui à censuris reseruatis, quibus antequam habitum susciperet innodatus fuerat; absolutus tamen si habitum deponat, & à religione discedat, in easdem statim reincidit censuras. ex Bonifacio Octauo in *cap. eos, qui à sententia canonis* 22. *de sententia excommunicationis, suspensionis, & interdicti in* 6. prosequitur *Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientię part*. 4. *casu vltimo col*. 3. *vers. quarto quia*.

Nulla ætas sera est ad discendum. dictum Senecæ. & probatur ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam certis rationibus* 1. *circa medium* 24. *q*. 3. pende verba. *Sed si tibi, quod iusie fiat, Dominus reuelauit; nequaquam iuuenilem ætatem tuā, & honoris Ecclesiastici rudimenta contemno. En adsum: Senex a iuuene coepiscopo, & Episcopus tot annorum à collega nec dum anniculo paratus sum discere*. &c. vbi *Glos*. verbo *senex* notat rationem prosequens: *Reprahensibilis est enim omnis Episcopus, qui à perito subdito contemnit edoceri. Et nulla ætas sera est ad discendum, etiam ad octuagesimum octauum annum*. Deducitque Clemens Papa in *can. nullus Episcopus propter opprobrium senectutis* 16. *siue finali distinct*. 38. & ipse dicens: *Nullus Episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis inquirere negligat*. vbi *gloss*. verbo *opprobrium* refert allatum locum ex Seneca: *Nulla ętas sera est ad discendum*. atque illud Pomponii lib 7. Epistolarum in *l. apud Iulianum ita sciptum est*. 20. §. *nam ego discendi cupiditate ff de fidei commissariis libertatibus*. Dicentis, rationemque reddentis: *Nam ego discendi cupiditate, quam solam viuendi rationem optimam, in octauum, & septuagesimum annum ętatis duxi, memor sum eius sententiæ, quam dixisse fertur*, ex græcis *Et si alterum pedem in tumulo haberem, non pigeret aliquid addiscere*. & norat *Glossella* Marginalis ibidem. deduximus *respons*. nostra 22. *num*. 1. & *sequentibus. part*. 5.

Nullum bonum, nisi voluntarium. Nicolaus Papa omnibus Episcopis in regno Ludouici constitutis scribens in *can. præsens Clericus nomine Lambertus* 4. §. *qua propter consulte psalmographi verba recolentes*. 20. *q*. 3. in ratione quam reddit: *Quod enim quis non eligit, nec optat, profecto nec diligit: quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum, nisi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia vlli inferatur, præcepit*. Nemo proinde cogi debet. vt *Glossa* ibidē verbo *nullum quippe bonum*. ex Gregorio Paschasio Episcopo Neapolitano in *can. qui sincera intentione*. 3. *distinct*. 45. Quatenus respondet illi Episcopo, non potuisse cogi Iudæos Neapoli consistentes, vt à quibusdam feriarum suarum solemnitatibus celebrandis abstinerent. Quia nemo cogendus est ad fidem venire, sed exortandus.

Nullum malum impunitum, neque vllum bonum irremuneratum dimittit Deus. Deducitur. ex Hieronymo in cap. 1. in Naum in *can. quęrat hic aliquis* 44. *de pęnitentia distinct*. 3. qui sequentibus super verbis Naum: *Non vindicabit Dominus bis in idipsum*. respondet dicens: *Ad quod respondebimus: Deum vt omniū rerum, ita suppliciorum quoque scire mensuras, & non præuenire sententia iudicis, nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœna auferri potestatem; & magnum peccatum magnis, atque diuturnis luere cruciatibus: si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israeliticis maledixerat, & qui in Sabbato ligna collegerat; tales postea non puniri: quia culpa leuis pręsenti supplicio compensata sit*. Nullū enim malum impunitum, nullumque bonum irremuneratum Deus dimittit. Nec diuersimode Augustinus in *can. pium est credere, & nostra fides expostulat* 45. & *can. si quando videris* 46. qui est Hieronymi. & Gregorius in homilia 40. in *can. cauendum nobis est, vt si forte aliquid boni agimus*. 47. eadem *de pœnitentia dist*. 3. De diuite, & Lazaro verba faciens: sequentibus: *Ne forte dicatur nobis: (receperunt mercedem suam.) nisi enim diues iste aliquid boni egisset, vnde in præsenti seculo remunerationem accepisset; nequaquam Abraham ei diceret: Recepisti bona in vita tua*. Nullum ergo malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum dimittit Deus. quod ex Augustino prosequitur *Hostiensis in summa lib*. 5. *tit. de remissionibus. post titulum de pęnitentiis, & remissionibus* §. *ad quid valet. num*. 8. *versiculo nullum Peccatum remanet impunitum. ex Augustino*. sequiturque *Abbas in cap. quod autem consuluisti* 4 *de pœnitentiis, & remissionibus num*. 8. *versicu*.

lo

*is nam scire debes*.ibique *Alexander de Neno in additionibus*.verbo *potest. Sylua nuptialis lib.4. num.124.in fine.*

Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale dum placet. ex Augustino, quē refert Gratianus in *can.vnū orariū oportet leuitam gestare 3.§. hinc etiam Augustinus ait: (nullū peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale dum placet.distinc.25.* Non sane, quod formaliter, quod veniale est, mortale fiat; sed quia dum veniale placet, & contemnitur, facile ad mortale pertrahit. vt *gloss.* ibidem verbo *criminale* aduertit. ex Augustino in *can. tres sunt actiones pęnitentię, quas mecum vestra eruditio recognoscit 81. circa finem. § est etiam pęnitentia bonorum, & humilium fidelium pęna quotidiana. de pęnitentia distinct.1.* Verba pende Augustini: *Neque enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa non dubitamus in baptismate; sed illa vtique, quæ humana fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quę si collecta contra nos fuerint; ita nos grauabunt, & opprimentsicut vnum aliquod grande peccatum.* ibique peroptime *gloss.*verbo *& opprimen*t.subsequens: *illa multa venialia, idest contemptus eorum, & vilipensio.* vide *S. Thomā 1.2.q.88.art.4.in corpore.*

Nullum quod est, ratum haberi non potest. ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. nullus alterius terminos vsurpet 1. 9. q. 2.* in ratione, quam reddit: *Quia talis inuicatio, vel ordinatio, vel excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit.* Nullum ergo quod est, ratum haberi non potest. Quia non est. plura notat *Gloss.*ibidem verbo *rata.* Cōcinit Iulius Papa Primus in rescripto contra Orientales pro Athanasio in *can. regula vestra nullas habet vires a. in fine distinct. 17.* in ratione dicens: *Nec vllum ratum est, aut erit vmquam Concilium, quod non fulsum fuerit eius* (Papæ videlicet) *auctoritate.* vbi *Gloss.*verbo *ratum* argumentum infert: *quod id, quod nullū est, non potest ratum haberi. vt notatur 9.q.2.nullus alterius.* Veluti quod

Nullum est, nullum etiam producit effectum. ex Bonifacio VIII. in regula *non prestat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. 52.de regulis Iuris in 6.* Deducitur ex Iudicio Vrbani Papę in *can. si verum esse constiterit.1. 31.quæst.2.* iuxta illud Poetæ:

*Ex nihilo nihil, in nihilum nil posse reuerti.*

Sicuti, quod nō est, nec deleri potest. vt Gratianus infert in *can. principiū enim viarum Dei 45. siue finali. §. charitas autem, quę in aduersitate deseretur. de pęnitentia distinct.2.* in fine verbis dicens: *Quod enim nullo modo vere est, nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo verè deseritur: & aliquo modo id verè esse oportet.* notat *Nauarrus cons.5.num.6.in fine lib.4.de sponsalibus, & matrimonijs.* & nos *respons.* nostra 55.*num.48.49.& sequentibus part.4.*

Nullus est, qui malus est. ex Cypriano Episcopo, & Martyre ad Antonianum in *can. factus est Cornelius Episcopus 5. in fine 7. q. 1.* de Papa verba faciente: *Et cùm post primum secundus esse nō possit; quisquis post vnū, qui solus esse debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est.* nullus *Gloss* ibidem argumentum infert: *Quod nullus est, qui malus est.* ex Hieronymo ad Heliodorum de laude vitæ solitariæ in *can. non omnes Episcopi sunt Episcopi.29.2.q.7.* exprimit *Glossa* ibidem: *Non omnes episcopi voce, sunt episcopi re.* Non ego sunt. Nullus est ergo, qui malus est.

Nullus esse debet sine capite. Qui enim sine capite est, acephalus est. ex Concilio Parisiensi in *can. nulla ratione Clerici, aut sacerdotes habendi sunt.8.distinct.93.* dicente rationem: *Tales enim acehpalos, id est sine capite, prisca Ecclesię consuetudo nominauit.* Decreuit proinde Calistus Papa primus omnibus Episcopis scribens in Epistola ad Benedictum Episcopum in *can. non decet à capite membra discedere 1. distinct.11.* & ipse verbis præcipiens: *Non decet à capite membra discedere: sed iuxta sacrę scripturæ testimonium: omnia membra caput sequantur.* Quia, non decet, vt membra à capite discrepent, nec contraria gerant. verbis dicimus Victoris Papæ 13. à sancto Petro in primo decretali suo in *can. celebritatem Sancti Paschę die Dominico 12. de consecrat. dist. 3.* & sequitur *Gloss.* in *cap. cum vobis 14. de pręscriptionibus.* verbo *centum annorum.* rationem referens: *Quia nemo debet esse sine capite.* sequitur *Andræas de Isernia in præludiis feudorum num.36.* diximus in nostro *Apologetico pro Ecclesia Iuuenacen num.113.114.& 115.pars.3.*

Nullius crimen maculat nescientem. Augustinus ad Vincentium in *can. nullius crimen 1.1. q.4.* ibique notat *Gloss.*verbo *maculat.*

Numerus binarius bonus nō est, quia ab vnione diuidit, & præfigurat fœdera nuptiarum. Vnde, & in arca Noe omnia animalia, quæ bina ingrediuntur, immunda sunt, impar numerus est mundus. loquitur Ambrosius in *can. nuptiæ terram replent 12.32. q.1.* Quia animalia munda septena, & septena inducta sunt, immunda vero bina secundum *Glossam* ibidem verbo *impar numerus est mundus.*

Nuptiæ dictę, quod pudoris gratia se puellę obnuberent. ex Ambrosio de Patriarchis in *can. nec illud otiosum 8.30.q.5.* De Rebecca faciens verba: cum cognouisset quod Isaac, cui vxor data fuerat, ei occurreret: *Descendit, & caput suum obnubere cæpit: docens verecundiam nuptiis pręire debere. Inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia se puellæ obnuberent.*

Nuptiæ terram replent, virginitas paradisum. Ambrosius. siue magis Hieronymus lib. 1. contra Iouinianum in *can. nuptię terram implent, virginitas paradisum 12. 32. q.1.* Facilius enim virgines paradisum ingrediuntur. vt *gloss.* ibidem verbo *virginitas* infert. ex Hieronymo eodem libro 1. contra Iouinianum in *can. qui sitit veniat, & bibat 9.33.q.5.* dicente: *Et Ideo plus amat virgines Christus: Quia sponte tribuunt, quod sibi non fuerat imperatum; maiorisque gratia est offerre, quod non debeas, quā reddere, quod exigaris.*

Nubere velle post votum castitatis, damnabile. Non quia ipsæ nuptiæ damnandæ: Sed dā-

natur propositi sexus ; damnatur fracta voti fides : damnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. ita Augustinus libro de bono viduitatis. in *can. nuptiarum bonum semper est quidem bonum* . 41. 5. *in coniugali quippe vinculo, si pudicitia non seruatur, damnatio non timetur*. 27. q. 1.

O



Bediẽtia est, quodque sibi vtiliter à superiore imperatum fuerit, obtemperare. Gregorius vniuersis militibus Neapolitanis in *can. sũma militię laus, inter alia bona merita hæc est; obedientiam reipublicæ vtilitatibus exhibere* 7. 23. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *vtiliter*.

Obedientia victimis preponitur; quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Sola obedientia est, quæ fidei meritum possidet : sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Gregorius in moralibus in *can. sciendum summopere est, quod obedientia* 10. 8. q. 1.

Obedientia monachus non solum propriis facultatibus, sed voluntati propriæ renunciauit, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperiis pro Christo, & in Christo subiecit. ex Augustino de communi vita clericorum in *can. non dicatis aliquid proprium* 11. 12. q. 1.

Obedientiæ, quod se homo peccator in præsẽtis vitæ breuitate subiiciat, mirum non est; quando hanc mediator Dei, & hominum tenuit, & tenendam pręcepit ; & cum obediẽtes remunerat, non relinquit. vt Gregorius loquitur in *can. quid ergo mirum si homo peccator* 99. 11. q. 3. Qui ergo pręceptoribus suis libenter obedĩũt muneribus à Deo augẽtur: sicuti, qui non obediunt, rei, & reprobi existunt. ex Clemente Papa epistola 3. in *can. qui suis episcopis non obediunt* 9 *distinct*. 93.

Numquam enim per obedientiam malum fieri potest : aliquando autem per obedientiã debet bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim in paradiso arbor mala extitit, quã Deus homini, ne contingeret, interdixit: sed vt melius per obedientię meritum homo bene conditus cresceret. Gregorius eodem *can. quid ergo mirum* 99. *eadem* 11. q. 3.

Obedienciam, quam quis à suis exigit subiectis, & ipse suis eandem exhibeat superioribus. Ex Concilio Toletano 11. in *can. quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus* 7. *in fine distinct*. 23. sic nempe illud. *Iuxta illud beati Leonis Papæ edictum* : *Qui se scit aliquibus esse præpositum, non molestè ferat aliquem sibi esse prælatum ; Sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat*. Quod decretum Leonis ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum refertur in *can. qui sit se quibusdam esse prepositum* 14. 2. q. 6. addens ; *Et sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat aliis importabile pondus imponere*.

Obedire regibus suis generale pactum est societatis humanę : quantò magis Deo regnatori vniuersę creaturę suę ad ea quę iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendum prępónitur, ita Deus omnibus. Augustinus in libris Confessionum in *can. quę contra mores hominum sũt flagitia* 2. *in fine distinct*. 8. Seruandum ergo quod Deus præcipit, vbi, qui præest, contrà mandauerit. ex Isidoro in *can. si is, qui preest fecerit* 101. 11. q. 3. referente illud Apostoli (ad Galatas 1.) *Etiam si nos, aut Angelus de Cęlo euangelizauerit vobis, pręterquam quod vobis euangelizauimus, anathema sit*. inferens etiam : *Si quis prohibet vobis, quod à Domino praeceptum est, vel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet, execrabilis sit omnibus qui diligunt Deum*.

In dubio tamen parendum est superiori. Augustinum excipe contra Manichæos in *can. quid culpatur in bello* 4. 23. q. 1. in fine: *Ergo vir iustus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet ; rectè potest illo iubente bellare, si vice pacis, Ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei pręceptum, vel vtrum sit, certum non est, ita, vt fortasse reum faciat iniquitas imperandi ; innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi*. vbi *gloss.* verbo *iniquitas*. & ipsa deducit : *Hinc habet, quod licet Dominus peccet præcipiendo, tamen subditus non peccat obediendo quia in dubiis semper est obediendum*.

Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus, responderunt Iudæis Apostoli (*Actu* 5. 30.) Detulit Hieronymus in *can. si Dominus ea iubet, quæ non sunt aduersa scripturis sanctis* 93. 11. q. 3. prosequens: *subiciatur seruus Domino. Si vero contraria pręcipit, magis obediat spiritus, quam corporis Domino. Si bonum est, quod pręcipit Imperator, & pręses iubentis obsequere volũtati: Si verò malum; responde ei illud de Actibus Apostolorum: (Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.)* Nec dissimiliter Ambrosius in *can.* sequenti *Iulianus Imperator* 94 Et Augustinus ibidem in *can. qui resistit potestati Dei ordinationi resistit* 97. excipe illum : *Ergo, si aliud Imperator, & aliud Deus ; quid iudicatis? Solue tributum : esto mihi in obsequium : rectè. Sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem: ille gehennam minatur*. prosequitur Nauarrus *consi.* 2. *sub.num.* 4. *lib.* 4. *de diuortiis*. Quia oportet magis Deo seruire, quam hominibus. Vrbanus II. Episcopo Vapicensi in *can. iuratos milites Hugoni Comiti ne ipsi quandiu excommunicatus est seruiant, prohibeto* 7. 15. q. 6. inferens : *Moneantur, oportere magis Deo seruire, quàm hominibus*. Et serui non debent ei obedire iniqua pręcipienti *gloss.* in *can. an putatis illam ieiunare fratres* 13. *distinct*. 86. verbo *seruulos*.

Quia obedientia non debetur inferiori contra

tra mandatum, & priuilegium superioris, maxime Dei. *S. Thomas* 2.2. q. 33. *art.* 6. *ad* 5. dicens: Prelato non est obediendum contra præceptum Domini, iuxta illud (actuum 5.) *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus*. Deducit *Nauar.* in *can. non tibi dico. de penitens. dist.* 1. *nu.* 25. *versic. quibus duobus addo.*

Obedientię magis fauendum est, quàm contumaciæ. ex Gregorio Castorio Notario Rauennæ in *can. quanto à nobis credi tibi, & necessarias vides causas iniungi* 8. 2. q. 5. De Maximo Salonitano Episcopo rescribens, qui de simoniaca hæresi delatus fuerat: *Et de inobedientia sua pœnitentiam (sicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad consolandum illum, epistolam, quam ad eum scripsimus, (vbi ei, & gratiam nostram, & cõmunionẽ nos reddidisse signauimus) experiẽtia tua dare debeat: quia sicut in cõtumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterũ humiliatis, & pœnitẽtibus negare locũ veniæ non debemus.* Nec diuersimode Innocentius III. Decano, & Capitulo Senonensi contestatus fuit in *cap.* 1. 5. *nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci. de postulatione prelatorum.* subiequens; *Eiusdem Episcopi Altissiodorensis inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodesse videretur humilibus si contemptus contumacibus non obesset &c.* Quia non mediocre periculum est his, qui cùm debeant parere, despiciunt. vt Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem scribit in *can. dispensatio est nobis cęlestis seminis iniuncta* 5. *in fine distinct.* 43. Quia *sciendum* nobis *est, quod numquam per obedientiam malum fieri; aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti.* Quia vt *Glossella* Marginalis ibidem adnotat: *Obedientia est summè necessaria.* Ideo Fauendum est ei.

Obediens dici non potest, qui quamuis faciat, non tamen facit animo obediendi. veluti. *Qui ex timore facit pręceptum, aliter, quàm debeat facit, & ideo iam non facit.* Augustinus de vere, & falsa pœnitentia loquitur. relatus in *cap. qui ex timore facit* 8. *de regulis Iuris extrà.* sequiturque *Gloss.* in *cap. olim inter te pro Abbatia tua, & Parisiensem episcopum* 17. *de restitutione spoliatorum* in *Glossa finali* verbo *timore. circa medium.* Nec enim talis æstimatur obedientia, quę ab inuito fit: Quia *nisi ex se ipso hæc* (quæ scilicet iubentur) *animus appetat, obedientia sibi meritum minuit: Quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, inuitus, nolensque descendit.* Gregorius in moralibus fatur in *can. sciendum summopere est* 10. *in fine principii* 8. q. 1. vbi *Gloss.* verbo *inuitus* adnotat: quod *remunerari non debemus de eo, quod inuiti facimus.* Quin imò *inobedientia æquiperatur hęresi. Gloss.* ibidem subnectit verbo *inobedientia.*

Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Gregorius in moralibus in *can. sciendum summopere est* 10. 5. *obedientia quippe victimis iurè pręponitur.* 8. q. 1. in fine inferens: *Sola est, quę fidei meritum possidet obedientia: Sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.* vt verò *glossa* deducit in *summa distinct.* 93 verbo *obedientiam ad medium.* subnectens: *Nota autem, quod obedientia consistit in tribus, in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, & in iudicio subeundo.*

Obediendum est etiam in dubiis. Ex Sancto Augustino contra Manicheos in *can. quid culpatur in bello* 4. *in fine* 23. q. 1. verba pende. *Ergo vir iustus, si forte sub rege homine, etiam sacrilego, militet; rectè potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei pręceptum, certum est; vel vtrum sit, certum non est: ita, vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.* quo loco *gloss.* verbo *iniquitas.* sic argumentum deducit. *Item habes hic, quod in dubiis semper est obediendum.* Allegat, ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam sedem.* 3. *distinct.* 19. Quia profecto interim dum in dubio lis est, cui parendum, possidenti obedientia debetur. ex Symmacho Papa in *can. non ne directa sunt verba canonum* 1. *& vltimo* 8. q. 4. notat *gloss.* in *cap. inter quatuor.* 8. *in fine principii de maioritate.* & obedientia verbo *citati.* & ipsa dicens: *Quod ille, qui est in possessione obedientię conueniendus est, & non subditus, qui prestat obedientiam.* Ex Alexandro Tertio Eboraceo Archiepiscopo in *cap. à memoria nostra non excidit.* 1. *vt lite pendente nihil innouetur.* Nec interim obedientia prescribitur. ex Innocentio Tertio de Costa, & de sancto Donato Prioribus in *cap. cum non liceat à capite membra recedere* 12. *de præscriptionibus.* ibique *gloss.* finalis verbo *non obstante. Nauarrus cons.* 23. *num.* 4. *lib.* 5 *de penitentiis & remissionibus. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 8. *cap.* 15. *sub num.* 2. *vers. quartum est.*

Obedire qui festinat monitis præsidentis, hic ad salutem accedit propriam. ex Beato Apostolorũ Principe Petro in ordinatione Clementis populum alloquente in *can. si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis* 1. *circa medium distinct.* 93. verba damus: *Festinet citius reconciliari ei, qui omnibus pręest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cæperit monitis pręsidentis.*

Obediendum post Deum est Ecclesiæ, quæ est sancta sedes Apostolica Romana, quia ipsa est Mater omnium Ecclesiarum. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, sic nos voluntatem matris nostræ implere debemus, quæ est Ecclesia, cuius caput Romana existit Ecclesia. ex Calixto Papa primo omnibus Episcopis in *can. non decet à capite membra discedere* 1. *dist.* 12. & ibidem ex Gregorio Papa IV. in *can. pręceptis Apostolicis non dura superbia resistatur.* 2.

Obedientia debetur episcopo, & reuerentia ab omnibus sibi subiectis in omnibus, quę ad diuini cultus obsequium pertinent; vel quæ Ecclesiasticæ vtilitati peragere cura suaserit. Deinde ab eo deputatis. ex Pelagio Papa Clero Narniẽsi in *can. qui frater, & coepiscopus*

no-

*noster Ioannes* 18.*post medium* 7. *q.* 1. Ordo est enim in obedientia seruandus ex Synodo Romana sancti Siluestri in *can. à subdiacono vsque ad lectores.* 5.*distinct.*93. Et Episcopis obediendum est, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant; nisi in fide errauerint. & omnes Episcopos suos diligere debent. testatur Clemens ad Iacobum in *can. sacerdotes, & reliqui Ecclesię ministri, omnesque plebes* 8.2.*q.*7. Clementem excipe: *Sacerdotes, & reliqui Ecclesię ministri, omnesque plebes Episcopos suos diligere debent, et eorum pręceptis obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, nisi in fide errauerint.*

Obedientia, quæ debetur Romanę Ecclesię à cunctis totius orbis Ecclesiis, inperscriptibilis est. ex Cypriano de vnitate Ecclesię in *can. qui cathedram Petri* 3.*distinct.*93. verbis attende: *Qui cathedram Petri super quam fundata est Ecclesia, deserit; in Ecclesia se esse non confidat.* Quia sola est, & extra eam non est salus. ex Gregorio in moralibus in *can. quia ex sola Ecclesia catholica veritas conspicitur.* 22. 24. *q.* 1. prosequitur *Andreas de Isernia in pręludiis feudorum nu.*35. *&* 36. *Lanarius cons.*27.*n.*35.

Oblata Ecclesiis, Deo sanctificata censentur. Quidquid enim Domino consecratur, quidquid illud sit, sanctum sanctorum Domino erit, & ad ius pertinebit sacerdotum. Sacrilegus proinde erit, qui ea vsurparit, & nisi restituerit excommunicabitur. ex Bonifacio Papa in *canon. nulli liceat ignorare* 3.12 *q.*2. Vnde, & si quandoque Ecclesiarum bona, vel Episcoporum esse dicuntur, vel pauperum; horũ quidem quoad substentationẽ eis debitam; illorum quoad administrationem. Dei tamen sunt. ex *Innocentio in cap. cum super* 4. *num.*3. *&* 4. *de causa possessionis, & proprietatis.* sequiturque *Nauarrus de Indulgentiis notabili* 21.*num.*2. Nec diuersimode contestatus fuit Vrbanus Papa in epistola vnica in *can. videntes autem summi sacerdotes* 16. §. *ipsę vero res in ditione singularum Parochiarum Episcoporum* 12. *q.*1. Quia Episcopi dispensatores bonorum Ecclesiæ sunt.

Oblationes appellantur res ipsę fidelium, quia Domino offeruntur. dixit Vrbanus Papa in sua vnica epistola in *can. videntes autem summi sacerdotes* 16.§. *ipsę enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur.* 12.*q.*1.

Oblationes sacerdotibus debentur, & ad eos spectant, nec possunt laici in iis se ingerere. ex Hieronymo ad Damasum Papam de oblationibus altaris in *can. quia sacerdotes pro omnibus orare debẽt* 13.10.*q.*1. Rationem referens de laicis verba faciens: *Cùm ipsi non debeant ex officio suo pro aliis orare.* merito occupantes excommunicationi subiiciuntur. ibique *Gloss.* verbo *commodere.* idemque ibidem Calixtus Papa secundus disponit in *can. sanctorum Patrum canonibus consona sancientes* 14. Sub anathematis pœna id prohibet. ibidemque ipse met Damasus Papa in *can. hanc consuetudinem, quę contra sanctam Ecclesiam catholicam augeri videtur* 15. *siue finali eadem* 20. *q.* 1. verbis enuncians: *Qua fronte, atque qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, ne dum pro aliis Deo pręces offerre? Quia prauum est, & contra Dominicum pręceptum, & detrimentum animę suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur.* Decernens: *Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum Patrum, qui in Nicęno Concilio hoc statuerunt, temerarius pręsumptor fuerit; sub anathematis vinculo sit alligatus, & condemnatus.* Quia in veteri testamento (1. *Regum* 21.) Prohibuit Dominus panes sanctos comedere filios Israel, nisi tantum Aaron, & filii eius.

Oblationes consuetas, si noluerint soluere Parochiani, possunt à Pręlatis Ecclesiasticis cogi censuris seruare laudabiles consuetudines. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap ad Apostolicam audientiam frequẽti relatione peruenit* 42. *de simonia.* Non tamen poterunt propterea Parochi eis sacramenta denegare, ne oblationes in pretium exigere videantur. verba damus Innocentii in fine: *Statuentes, vt libere conferantur Ecclesiastica sacramenta: sed per Episcopum loci, veritate cognita compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare.* & notat ibidem *gloss.* in casus figuratione in fine. & verbo *nituntur laudabilem.* statuitque Gregorius VII. in Synodo Romana in *can. omnis Christianus procuret ad missarum solemnia aliquid Deo offerre* 69. *de consecratione distinc.*1. Rationem reddens. *Ad ipsum enim prius est confugiendum, qui nostrę curare possit animę passiones.* Ad Deum videlicet omnia potentem. vide *Cassadorum decis.* 1. *de consuetudine. & Couarruuias variarum resolutionum lib.*1. *capit.*17. *num.*3.

Oblationes defunctorum, qui, aut negant Ecclesiis, aut difficulter reddunt; tamquam egentium necatores excomunicentur. ita Carthaginense Concilium IV. in *can. qui oblationes defunctorum* 9.13.*q.*2. Negant, quæ scilicet debentur Ecclesiis secũdum *Glossam* ibidem in casus figuratione: & decreuit apertissime Concilium Vasense primum in *can. qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur.* 10. *eadem* 13.*q.*2. inferens in fine: *Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde quidam Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: (Amico quidquam rapere, furtum est; Ecclesiam vero fraudare, sacrilegium.* Pater verò est Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum in *can. gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere* 71. §. *Amico quidquam rapere furtum est.* 12. *q.*2.

Oblatio nulla potior esse potest, quàm corpus, & sanguinis Christi, nam hæc omnes pręcellit; quę pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda: & sicut potior est cęteris: ita potiùs excoli & venerari debet. Alexander Papa Quintus à Petro in *can. nihil in sacrificiis maior esse potest* 8. *de consecrat. distinct.* 2.

Oblatio est maculata immolans ex iniquo. Ecclesiastici 34. in *can. immolans ex iniquo oblatio est maculata* 2.14.*q.*5.

Obla-

Oblationem qui offerunt corporis, & sanguinis Domini sacerdotes purgãdi, & colandi sunt, qui cum emundati fuerint, & colati tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum; quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est pro iis, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt. Hieronymus ad 3. Malachiæ in *can. & purgabit filios Leui*. 15. *distinct*. 50. Deducitque Gregorius in *can. oportet Sacerdotes, quibus Domini populus commissus est* 23. *in fine distinct*. 85. Deferens ex Malachia propheta 1. iuxta versionem 70. *O nos sacerdotes, qui fallitis nomen meum; & dixistis in qua re fallimus nomen tuũ? quibus responsum est; Offerentes ad altare meum panem pollutum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quia polluti estis*. Purgandi itaque à fœcibus peccatorum, qui oblationem mundam offerunt Deo. Nam si mundi esse debent laici, qui ad sacrametum accedunt; quanto magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt sancti esse? ex verbis Innocentii *Papæ* Exuperio Tolosano Episcopo in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat* 2. *post medium* 9. *nam si beatus Paulus Apostolus ad Corinthios scribit distinct*. 82.

Oblationes iniquorum non respicit Deus. scriptum quippe est (*Prouerbiorum* 15.) Victimę impiorum abominabiles Deo sunt, vota iustorum placabilia, neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid, sed à quo datur, inspicitur. ex Gregorio in prętatione in Iob. in *can. in grauibus peccatis quis positus* 5. 3. q. 7. Qui etiam subnectit exemplum: *Hinc est enim quod scriptum est*; (Genesis 4.) *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit.) Dicturus quippe, quia Dominus respexit ad munera; pręmisit sollicitè, quia respexit ad Abel. Ex qua re patenter ostenditur: quia non offerens à muneribus sed munera ab offerente placuerunt*. & repetitur in *can. scriptum est: victimę impiorum*. 11. 14 q. 5.

Oblationes impiorum abominabiles; quæ offeruntur ex scelere. (Prouerbiorum 21.) Nam ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna* 27. 1. q. 1. Rationem reddente: *Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam, sed irritat*.

Oblationes dissidentium fratrum, neque in sacrario, neque in gazophilatio recipiantur. Dona eorum, qui pauperes opprimunt, à sacerdotibus refutanda sunt. ex Cõcilio Carthaginensi IV. in *can. oblationes dissidentium fratrum* 1. *distinct*. 90. Et ex Augustino ad Bonifacium in *can. miror, quomodo tam subito fidei murum acies ruperit inimici* 8. *circa finem* 17. q. 4. dicente illo: *Oblatio quoque domus tuę à clericis ne susciperatur, indixi*.

Oblationum multitudinem, neque sacrificiorum magnitudinem, sed offerentium merita, causasque respicit Deus, diiudicatque. ex Hieronymo in *can. odi, & proieci festiuitates vestras* 28. 24. q. 1. in fine etiam inferente; *Vnde & vidua, quę in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore prefertur: quia Dominus non ea, quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium*. & ex Augustino in *can. consideret qualitatem criminis* 1. 9. *in his omnibus dolens, aut seculum derelinquat. in fine de pœnitentia distinct*. 4. Qui & ipse consequentiam infert: *Qui ergo vult sua peccata redimere temporalium oblatione, caueat, vt offerat mẽtẽ priùs*. Nam ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis in *can. si quandoque à sacerdotibus, & auctoribus Ecclesię* 1. *in fin*. 15. q. 5. Ratio habetur: *Nec tantum attendenda sunt, quę fiunt, quantùm quo animo fiant*. quia vt *Gloss*. ibidem verbo *quę fiunt* subnectit: *potius respicienda est causa facti, quàm ipsum factum*.

Oblationem facere Deo de eo, quod dedignatur homo, indignum. ex Hieronymo super Malachiam in *can. sacerdotes nomen Domini despiciunt* 2. *siue finali in fine distinct* 49. dicente rationem: *Indignum est enim dare Deo, quod dedignatur homo*.

Oblationes pro sepultura exigere defunctorum fidelium prohibitum. Ne ex auarita hoc fieri videatur. ex Gregorio Ianuario Episcopo Sardiniæ in *can. questa est nobis Nercila clarissima fœmina* 12. 13. q. 2. circa finem inferens; *Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis; Si quidem parentes ipsius proximi, vel hæredes pro luminaribus spontè quid offere voluerint: accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus; ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium*. Vnde est, quod Ephron, qui pro sepulchro vendito, quamuis inuitus, ab Abraham pecuniam accepit, repræhenditur. Et nomen eius immutatum fuit, vt perpendit Hieronymus in Quæstionibus hebraicis, relatũ *can. post quam pretio victus est Ephron* 13. *eadẽ* 13. *q*. 2. Quamuis locum vendiderit pro sepultura, & terram, non sepulturam ipsam. & ex Concilio Triburiensi in *can. in Ecclesiastico namque libro scriptum est*. 14. *eadem* 13 *q*. 2. habetur: *Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare: nisi forte proximi, & amici defuncti propter nomen, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint*.

Oblationes autem primitus in quatuor partes diuidebantur. vt vnam sibi tollat antistes, aliam Clericis pro suo iudicio, & electione dispertiat; tertiam pauperibus sub omni cõscientia faciat erogari: Fabricæ verò quartam, quæ competit, ad ordinationem Pontificis erogetur. ex Gelasio Papa Iustino Archidiacono, & Faustino defensori in *can. vobis enim, & famę vestę consultum duximus* 23. 12. q. 2. cum aliis sequentibus.

Obligatio omnis propter futuram cautelam scribitur. ex Gregorio in *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus*. 9. 1. q. 7. ibi in principio: *magna cautela nitendum est, ne latenter*

*auctor*

auctor schismatis irruat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eam reuersi fuerint, telo iterum erroris abscindat. ab Ecclesia videlicet. vbi Gloss. verbo magna cautela. adnotat aegumentum: Quod cum abundantiori cautela faciendum est, in quo timetur regressus. adnotat ex Concilio Toletano a. in can. de iis, quos voluntas parentum 5. post medium distinct. 28. illis veebis: Cauendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores &c. Et ex eodem Concilio Toletano 11. in can quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus 6. distinct. 23. in principio: vt promissionis suę vota, sub cautione spondeant.

Obligatio vero hęc cum pro fidei securitate fit, sub anathematis rigore steingitur. apparet ex actis Synodi Romanę sub Nicolao II. in can. ego Berengarius indignus 42. de consecrat. distinct. a. illis verbis; æterno anathemate dignos esse pronuncio.

Obligatio ad aliquid faciendum, sine lege obligante, nulli indicenda est. ex Gelasio Papa Fausto, in can. legatur ex quo est religio Christiana 1 24. q. a. dicente illo: Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento, siue à maioribus nostris, siue ab Apostolis, (quos potiores merito fuisse non dubium est,) seu ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, si factum est vmquam; vel faciendum esse mandatur. Nam ex Hieronymo in can quisquis preceptis non obtemperat, reus, est, & debitor pænę 3. siue finali. §. quod pręcipitur imperatur. 14. q. 1. Veeba sunt Hieeonymi contra Iouinianum: Quod pręcipitur imperatur; quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat pænam habet. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi pręceptum, necessitas est seruientis. ibique Gloss. vnica. prosequitur Nauarrus de oratione, & horis canonicis miscellaneo 31. num. 44.

Obligationem neque tempus inducit, neque tollit. ex Concilio Toletano tertio in can. quia cognouimus Episcopos 6. 10. q. 4. ibique Glos. veebo pręsumpta. Rationem dicens; Tēpus enim non inducit obligationem. Deducit Gloss in cap. peruenit ad nos 4. extra de censibus, exactionibus, & procurationibus. verbo census ignorantiæ. idest cuius causa ignoeatue. & ipsa rationem reddens: Quia sicut tempus non tollit obligationem. ff. de actionibus, & obligationibus obligationum §. placet. ita nec inducit. C. de pactis. si certis annis. allegat ex Gregoeio VII. in can. nullus Episcopus grauamē, seu seruile seruitium ex vsu. 12q. 1. q. 1. ibique Gloss. veebo ex vsu a. addens. nisi forte sit tempus cuius non extat memoria.

Obligatio non contrahieur in turpibus. ex Augustino de bono coniungali in can. si ad peccatum faciendum fides adhibetur. 20. 22. q. 4. ibique Gloss. veebo veruntamen. Ex Vlpiano lib. 42. ad Sabinum in l. generaliter nouimus 26. ff. de verborum obligationibus. dicente: Generaliter nouimus, turpes stipulationes nullius esse momenti.

Obligaeionem eandem coram Deo parit iuramentum, atque simplex loquela. ex Chromatio in Matthæum in can. iuramenti hac causa est. 12. 22. q. 5. dicente: Et Ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram nullam vult esse distantiam. Quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: Quia vtrumque, & periurium, & mendacium diuini iudicii pæna damnatur. vteumque enim peccatum est mortiferum. & si quidem qui sub iuramento mentitue falsum dicendo, grauius peccet. ex Gloss. ibidem verbo distantiam. & Glossella Marginali ibidem.

Obligati laicis bona Ecclesiatum ooo debent. ex Concilio Chalcedonensi Teetio in can. peruenit ad sanctam Synodum 27. siue finali distinct. 86.

Obligati ad raciocinia publica ordinari non debent. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios constitutos in can. priscis igitur pro sui reuerentia manentibus constitutis 1. in fine distinct. 55. illis verbis: vel publicarum rerum nexibus implicatus. Et generaliter statutum fuit in Concilio Carthaginensi primo in capit. vnico extrà de obligatis ad raciocinia ordinandis, vel non. Rationē reddente ibidem Grato Episcopo: Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum fuerint ordinati, Ecclesia infamatur. meminimus respons. nostra 51. num. 1. & 2. parte 5.

Obliuio falleee potest ètiam Principem, & Papam. Habes ex Nicolao Papa Radulpho Archiepiscopo Bitueicensi in can. propterea sciscitaris, vtrum solis presbyteris 12. circa finem distinct. 23. veebis dicente; Sed, & quia sit à nouæ legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat obliuio) legimus. Potest eego, & Papam obliuio fallere alicuius eei, etiam legis: quamuis aliàs dicatur, quod omnia iura in sceineo pectoeis sui habeat. Quia oimieum potest ea declatare. vt Gloss. ibidem vetbo fallat. respondit.

Obscuea cū sunt iuea partiū consueuit contra eum, qui petitor est, iudicari. ex Innocentio Tertio Medinlanen Archiepiscopo in cap. inter dilectos filios G. Abbatem 6. §. finali in finalibus verbis extra de fide instrumentorum. Rationem teddente; Quoniam cum obscura sunt iura partium, cōsueuit contra eum, qui petitor est, iudicari. Rationem eefert & glo. verbo qui petitor est, & ipsa subnectens; Quia cum obscura sunt iura pantium, iudicandum est pro rco. ex Nicnlao Papa Gallioni Senensi Aechiepiscopo in can. indicas Hermannum Episcopum supee quibusdam frequenter fuisse accusatum 14. 3. q. 9. in fine infeeente: Satiusque arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quā ad ipsum pertinere peccatum; cùm magis cōsulendum sit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Obseruantia, quæ pacem custodit, custodienda. Sic eespondit in Concilio Catthaginensi peimo Gearus Episcopus in can. Primatus Episcopus Vegesilitanus dixit 6. distinct. 71. verba pende: Gratus Episcopus dixit: Hæc obseruantia pacem custodit. custodienda propteeea. Sicuti & in Saedicēsi Concilio definitū fuerat: Vt nemo alterius plebis hominem vsurpet.

Obsti-

Obstinati, qui sunt in malo, si semper viuerent, semper peccarent; quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit. ex Augustino Macedonio in *can. hoc tamen intelligendū est de illis. 5. 23. q. 5.* connectit Gratianus in *can. sunt plures, quos pænituit peccasse sed non omnino. 24. §. auctoritas illa Naum Propheta. in fine de pænitentia distinct. 3.* Qui sequentibus profert: *Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est; præsentibus æterna connectunt, ut temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.* Nam ex Gregorio lib. 4. Dialogorum capite 43. in *can. voluissent iniqui 60. de pænitentia distinct. 1.* verbis rationem reddente: *Voluissent iniqui, si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim, quia in peccato semper viuere cupiunt, qui numquam desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam Indicantis pertinet, vt numquam careant supplicio; qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.* Rationem detegit gloss. ibidem verbo *numquam.* & ipsa d cens: *Assidue enim peccantium numquam miseretur Deus.* Accepit ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus 23. in finalibus verbis distinct. 93.* verbis protestante: *Assidue peccanti, sicut scriptum est: Deus non miseretur.* Non miseretur de facili, secūdum *glossam* ibidem verbo *assiduè.* Quia vulnus iteratum, tardius sanatur.

Obstinatio est cōsiliis salubribus nolle obtemperare. Suo autem malo pereunt, qui non obtemperant. ex Cypriano Cornelio Papæ in *can. quod ad nos attinet. 10. fine finali distinct. 47.* verba damus Cypriani: *Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat; Si quis autem vltro, & crimine suo perierit, & pænitentiam agere atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos futuros credimus, qui consuluimus sanitati, illos solos in pœnis mansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari.* Hæc enim obstinatio est. & notat *Gloss.* ibidem verbo *inculpatos.* Quia si per aliquem non stat, quo minus aliquid fiat, id non est ei imputandum.

Obstinati indigni sunt venia, dum in obstinatione perseuerant. ex Cypriano in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani in *can. consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat 8. §. Ignosci potest simpliciter erranti. distinct. 8.* verba sunt eius. *Post inspirationem verò, & reuelationem factam, qui in eo, quod errauerat, perseuerat, prudens, & sciens, sine venia ignorantiæ peccat; præsumptione enim, atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.* Et de his: qui obstinati perseuerant in malis Syricius Papa ad Himerium Tarraconen Episcopum in *can. quia aliquanti, de quibus loquimur 4. in fine distinct. 82.* sequentibus conclusit: *Iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum. Quia ferro necesse est vt abscindantur vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam.*

Obstinatis misericordia non conceditur. Quia venia, neque etiam à Saluatore, nisi se corrigentibus concessa legitur. ex Gelasio Papa Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim in *can. legatur, ex quo est religio Christiana 1. 24. q. 2.* Ratione etiam referente. *Auditum enim sub isto cœlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis dum tamen nos in errore duremus. Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione quoque documento sit à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis, (quos potiores merito fuisse non dubium est) siue ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus creditur viuos, & mortuos, siue factum est vnquam, vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse Christum legimus: in errore mortuos absoluisse non legimus.* Eodemque modo Leo Papa ad Pulcheriam Augustam in *can. Damnationis sententiam 5. eadem 24. q. 2.* eidem suadens: *Damnationis sententiam quicumque meretur accipere: si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit.* Quia venia nō datur nisi correcto. ex Bonifacio VIII. in regula: *Peccati venia non datur, nisi correcto. 5. de regulis Iuris in 6.*

Obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Gregorius dialogorum lib. 1. capite 8. in *can. obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt 21. 23. q. 4.* subnectens: *Sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare.* Quemadmodum & Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 1. cap. 20. in *can. quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem. 41. §. qua propter sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos. de consecrat distinc. 4.* subsequens: *Ipsam vero gratiā, non nisi per se ipsum, vel per sanctos suos.* quo loco *gloss.* verbo *per sanctos.* expostulat: quomodo Deus per sanctos det gratiam? & respondet. *Sed forte dicitur per sanctos dimittere peccata: quia quæ prædestinata sunt, sanctorum precibus obtinentur. vt 23. q. 4. obtineri.* Quia nimirum, quod Deus non disposuit ab æterno, non dat in tempore.

Occasio omnis delinquendi est impedienda, ne detur, & si data fuerit, tollenda. ex Paulo *1. ad Timotheum 4.* & ex Augustino in sermone, de communi vita clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. 10. 12. q. 1.* Et ex eodem Augustino de bono viduitatis in *can. non sunt audiendi, siue viri sancti, siue fœminæ 56. in fine. 11. q. 3.* argumento etiam sumpto ex Paulo lib. 7. ad Sabinum in *l. conueniri non potest 5. ff. de pactis dotalibus.* Quatenus habet in summario Baldi: Pactum, quod est contra Ius, vel per quod quis inuitatur ad delinquendum, non valet. sequitur *Nauarrus de spoliis clericorum §. 19. sub num. 5. circa medium versic. nam omnis occasio delinquendi est impedienda.*

Occasio nemini danda est malè viuendi. ex Au-

gustino in sermone de communi vita clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem* 10.12. *q*.1. Nec etiam opem ferendo. ex ratione quam tradit Augustinus ad Macedonium scribens in *can. si res aliena, propter quam peccatum est*. 1. §. *illud verò fidentissimè dixerim*. 14. *q*. 6. verbis definiens: *Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat; ac non potius subuertit, atque opprimit*. vbi *Gloss*. verbo *adiuuat*. argumentum format: *Quod non debemus dominos nostros iuuare in illicitis*. ex Hieronymo in *can. si dominus ea iubet, quæ non sunt aduersa scripturis sanctis, subiiciatur seruus Domino* 93. 11. *q* 6. ibidemque ex Augustino in *can. non semper malum est non obedire precepto*. 92. subdente rationem: *Cum enim Dominus iubet ea, quæ sunt contraria Deo; tunc ei obediendum non est*.

Occasionem qui accipit mali faciendi ex eo, quod ex se malum non est, nobis non id imputatur. Augustinum perpende ad Publicolam in *can de occidendis hominibus* 8. *post medium* 23. *q*. 5. sequentibus de Paulo verba facientem, qui egit, vt in Tribuni notitiam perferretur, insidias sibi à quibusdam perditis preparari. (*Act. num* 21) audi quæso: *Absit, vt ea, quę propter bonum, & licitum facimus, aut habemus, si quid per hoc præter nostram voluntatem alicui mali acciderit, nobis imputetur. Alioquin nec ferramenta domestica, & agrestia sunt habenda; ne quis eis vel se, vel alterum interimat: nec arbor, aut restis, ne quis inde se suspendat: nec fenestra facienda est, ne per hanc se quisquam precipitet*. & paulo post: *Quid enim est in vsu hominum bono, ac licito, vnde non possit etiam pernicies irrogari?* Sicuti ipsemet Augustinus ad Macedonium in *can. non frustra sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis* 18. *eadem* 23. *q*. 5. inferens *Habent omnia ista modos suos, causas, rationes, vtilitates: hæc cùm timentur; & mali coercentur; & quietius inter malos viuunt boni*. & *Gloss*. ibidem verbo *vtilitates*, & ipsa rationem reddit; *Nam hoc solum benè agitur, vt vita hominum corrigatur*. Ex eodem Augustino Macedonio in *can. prodest. & seueritas vestra, cuius ministerio quies adiuuatur & nostra* 4. *eadem* 23. *q*. 5. in fine inferendo: *Quia, & plectendo, & ignoscendo hoc solum benè agitur, vt vita hominum corrigatur*.

Occasionem perditionis dat sacerdos, qui idcirco puerum baptizare renuit, quod nihil sibi offeratur, si ille sine baptismate moriatur. vnde ab illis eorum perditio requiretur. ex Concilio Bracarensi Secundo in *can. placuit, vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat* 103. 1. *q*. 1. ex quo locò *Gloss*. verbo *requiratur*. notat. *Quod pro loco, & tempore illicita redduntur, quæ simpliciter licita sunt*. ex Gelasio Papa ad Sicilienses Episcopos in *can neque viduas ad nuptias transire patimur*. 3. 27. *q* 1.

Occasionem mortis qui dedit alteri, non animo occidendi, sed ludendi, non inde tenetur: vti de eo, qui calcis ictu mortis occasionem præbuit. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. eum, qui asserat homicidium se nō voluntate, sed casu fortuito fecisse*. 5. *C. ad legem Corneliam de sicariis*. Quam inter sacros retulit Canones Gratianus in *can. eum, qui asserat homicidium* 46. *distinct*. 50 Deducitque per alios quatuor sequentes canones ibidem. præsertim ex Nicolao Papa in *can. hi, qui arbores incidere videntur* 49. prosequendo: *Si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles sunt, atque innoxii, quia nec voluntate eorum, nec desiderio homicidium perpetratum est. Si verò aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse: abiiciendi sunt à gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi*.

Occidens se ipsum, homicida est, & Iuda peior, sequæ pœnæ addicit æternę. Ex Augustino de Ciuitate Dei lib. 1. capite 17. in *can si non licet priuata potestate alicui hominem occidere*. 9. 23. *q*. 5. Qui sequentibus fatur, post principium: *Profectò etiam, qui se ipsum occidit, homicida est: & tanto fit nocentior cum se occiderit, quantò innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit*. & postmodum de Iuda verba faciens: *Iudas enim cum se occidit; sceleratum hominem occidit: & tamen non solùm Christi, verùm etiam suæ mortis reus finiuit hanc vitam: quia licet propter suum scelus, alio tamen scelere suo occisus est*. & paulo post rationem reddit: *Nam & prohibitos nos esse intelligendum est, vbi lex ait* (non occides.) *prǽsertim quia non addit proximum tuum*. subdens: *Quantò magis intelligendum est, non licere homini se ipsū occidere, cùm in eo, quod scriptum est:* (non occides.) *nihil deinde addito, nullus, nec ipse vtique, cui pręcipitur, intelligitur exceptus*. Rationem reddit *gloss*. ibidem verbo *exceptus* post principium. *Eo ipso quod quis nō excipitur intelligitur inclusus*. & in fine. *verbum indiffinitiue prolatum generaliter intelligendum est*. proinde Hieronymus in Ionam Prophetam in *can. non est nostrum mortem arripere* 11. *eadem* 23. *q*. 5. verbis protestatus fuit expressissimis: *Non est nostrum mortem arripere; sed illatam ab aliis libenter excipere*. Quin imo ex Concilio Bracharensi primo in *can. sequenti, placuit, vt qui sibi ipsis violenter*. 12. statutum fuit, vt pro his, qui sibi violenter mortem intulerunt, *Nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat; neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur*.

Occidens propriam vxorem sine causa, vxorem aliam ducere non potest. ex Stephano Papa V. Hallulpho in *can. admonere te cum lachrimis, & multo gemitu cordis curamus* 8. *col*. 3. 33. *q*. 2. illis verbis. *vxorem numquam ducere*. Verum si duxerit, tenet matrimonium. vt *gloss*. ibidem verbo *numquam ducere*. aduertit. ex Pio Papa in *can. quicumque propriam vxorem absque lege, vel sine causa* 7. *eadem* 33. *q*. 2. pœnitentiam enim agere compellitur, non vt ductam secundo deponat. & sequitur *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib*. 7. *cap*. 15. *num*. 3.

Diuersimode tamen dicetur si mœchus cū mœcha, atque vterque machinatus fuisset in coniugis mortem, vt se postmodum insimul ma-

matrimonialiter copularent. Namque cõtractum postmodum dissoluitur matrimonium. ex Concilio Triburiense in can. *relatum est auribus sanctorum sacerdotum* 4. 31. q. 1. in fine concludente: *Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus*: id est, separamus Gloss. ibidem subnectit. Deducitur ex Concilio Tribugiensi in can. *si quis viuente marito* 5. eadem 31. q. 1. illis verbis: *Nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur*: subnectit Gloss. verbo *occidisse*. Hoc ipso vt coniungerentur. subsequens: circa finem. *Et nota, quod dicit occidisse. vnde nisi machinatus fuerit, tum effectum non impeditur*: & respondit Alexander Tertius Baranen. Episcopo in cap. *super hoc verò, quod quęsiuisti* 3. de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium. verbis enuncians: *Taliter respondemus, quod si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata; siue fidem dederit; siue non, quod ea defuncta, hanc esset ducturus: secundum canones ab eius consortio prohibetur: & hęc prohibitio perpetuò est seruanda*. vbi Gloss. verbo *machinata*. allegat 31. quæst. 1. *si quis viuente*. & supra eodem cap. 1. & intellige cum effectu: vt ibidem Gloss. subnectit.

Occidere, siue homicidium perpetrare, est hominem in corpore perimere: ex Augustino contra Faustum in can. *homicidium lege veterũ probatur non aliud esse, nisi corporis peremptio* 28. *de pœnitentia distinct*. 1. & homicidii genere cõprehenditur omnis iniquus motus ad nocendum fratri. ibidem ad Gelasii Papæ sensum Rufino Episcopo scribentis in can. *si euangelica admonitio* 13. *siue finali distinct*. 55. notat d. can. *homicidium* verbo *aperuit*. ad verbum Domini: *Qui dixerit fratri suo fatue reus erit mortis*.

Occidit hominem, qui fame morientem, cum possit, non pascit. Ambrosium attende in can. *pasce fame morientem* 21. *dist*. 86. dicentem: Pasce fame morientem. *Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti*. Quia, vt Glos. ibidem verbo *occidisti* subnectit: *Occidit quis alium per subtractionem panis*. ex Ecclesiastici 34. in can. *immolans ex iniquo oblatio est maculata* 1. 14. q. 5. verba excipe Sapientis: *Panis egentium vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est*. est & homicidium spirituale. vnde Homicidiorum tria sũt genera. ex Clemente Epistola 1. ad Iacobũ in can. *homicidiorum verò tria genera esse dicebat Beatus Petrus* 24. *de pœnitentia distinct*. 1. subdens: *Sicut enim homicidas interfectores fratrũ; ita & detractores eorum, eosque odientes homicidas esse manifestabat: qui occidit fratrem suum, & qui odit, qui detrahit ei, pariter homicidij esse monstrantur*. deducit Gloss. d. can. *pasce* verbo *occidisti*.

Occidit Pastor ouem, tacendo, cum increpare eas negligit. ex Gregorio Venantio in can. *Ephesiis Paulus dicit*. 4. *distinct*. 43. de pastore inferens: *Quia cum increpare delinquentes noluerit: eos procul dubio tacendo pastor occidit*. ex ratione, quam Innocentius Papa defert in can. *error cui non resistitur, approbatur* 3. *dist*. 88. verbis enuncians: *Negligere quippe, cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultę, q manifesto facinori desinit obuiare*: notat Gloss. d. can. *pasce fame morientem* 21. *distinct*. 86. verbo *occidisti* in fine.

Ocularis inspectio admodum operatur in his, quæ à sensu pendent corporeo, vt puta an sit mulier virgo, vel corrupta. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in can. *quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt* 2. 33. q. 1. illis verbis: *Si potest probare per iustũ iudicium, quod verum sit*. iustum iudicium per aspectum corporis, si virgo est. Glossa ibidem interpretatur. Melius enim perpenditur oculis aliquid. Decreuitque Honorius Tertius in cap. *litterę vestrę nobis exhibitę continebant* 7. *siue finali. de frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi*. verbis illis: *Vos verò, ne id consiterentur in fraudem, à matronis bonæ opinionis, fide dignis, ac expertis in opere nuptiali, dictã fecistis inspici mulierem, quę perhibuerant testimonium, ipsam adhuc virginem permanere*. Corporalis igitur inspectio satis in his pręualet, quæ à sensu pendent. Concinit Paulus lib. 1. ad Edictum in l. *satisque pęnæ subire eum, si non defendatur, & latitet*. 19. in fine ff. de in Ius vocando. verbis edicens: *Sed si aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur, rectè in ius vocari eum Iulianus ait*. quo loco ad rem Gloss. verbo *conspiciatur*. subnectit: *Nota, multum facit oculorum inspectio. vt infra de acquirenda possessione l. quod meo. §. si venditorem* quę sanè lex est Celsi lib. 34. Digestorum incipiens: *Quod meo nomine possideo*. 18. §. *si venditorem*; *quod emerim. deponere in domo mea iusserim*. & sequentibus rem aperit: *Aut si vicinum mihi fundum mercatum venditor ex mea turri demonstret, vacuamque possessionem se tradere dicat, non minus possidere cœpi, quàm si pedem finibus intulissem*. hoc & Bart. in summario: *per solum aspectum acquiritur possessio interueniente traditione possessoris*: ita proficit corporalis aspectus oculorum. plura cumulat *Calcaneus cons*. 8. *num*. 10. *Thomas Triuisanus decis*. 70. *nu*. 3. *lib*. 2. *Rota apud Card. Manticam decis*. 79 *nu*. 4. & apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis*. 575. *num*. 6. nos *respons*. nostra 91. *nu*. 39. *part*. 5.

Oculi potentissimi sunt ad penetranda etiam interna, ita quidem vt oculis ipsis, etiam tacente lingua, in cordibus mutuo conspectu loquamur. ex Augustino de communi vita clericorum serm. 3. in can. *nec solo tactu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur* 12. 32. q. 5. illum pende: *Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius: & cum se inuicem sibi, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore*. quo ex loco gloss. verbo *tacente lingua*. argumentũ educit: *Quod operibus loquimur, sicut, & verbis*. vnde non solùm verbis, sed & factis Christũ negamus. ex Hieronymo in can. *existimãt quidam, in eo tantum Christum negari* 84. 11. q. 3.

natur propositi fetiùs; damnatur fracta voti fides; damnatur non susceptio à bono inferiore, sed ruina ex bono superiore. ita Augustinus libro de bono viduitatis. in *can. nuptiarum bonum semper est quidem bonum*. 41. §. *in coniugali quippe vinculo, si pudicitia non seruatur, damnatio non timetur*. 27. q. 1.

O



Bedièctia est, quodque sibi vtiliter à superiore imperatum fuerit, obtemperare. Gregorius vniuersis militibus Neapolitanis in *can. sūma militię laus*, *inter alia bona merita hæc est; obedientiam reipublicæ vtilitatibus exhibere* 7. 23. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *vtiliter*.

Obedientia victimis præponitur; quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Sola obedientia est, quæ fidei meritum possidet: sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur. Gregorius in moralibus in *can. sciendum summopere est, quod obedientia* 10. 8. q. 1.

Obedientia monachus non solum propriis facultatibus, sed voluntati propriæ renunciauit, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperiis pro Christo, & in Christo subiecit. ex Augustino de communi vita clericorum in *can. non dicatis aliquid proprium* 11. 12. q. 1.

Obedientiæ, quod se homo peccator in præsēti vitæ breuitate subiiciat, mirum non est; quando hanc mediator Dei, & hominum tenuit, & tenendam præcepit; & cum obediētes remunerat, non relinquit. vt Gregorius loquitur in *can. quid ergo mirum si homo peccator* 99. 11. q. 3. Qui ergo præceptoribus suis libenter obediūt muneribus à Deo augētur: sicuti, qui non obediunt, rei, & reprobi existunt. ex Clemente Papa epistola 3. in *can. qui suis episcopis non obediunt* 9 *distinct.* 93.

Numquam enim per obedientiam malum fieri potest: aliquando autem per obedientiā debet bonum, quod agitur, intermitti. Neque enim in paradiso arbor mala extitit, quā Deus homini, ne contingeret, interdixit: sed vt melius per obedientię meritum homo bene conditus cresceret. Gregorius eodem *can. quid ergo mirum* 99. *eadem* 11. q. 3.

Obedientiam, quam quis à suis exigit subiectis, & ipse suis eandem exhibeat superioribus. Ex Concilio Toletano 11. in *can. quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus* 7. *in fine distinct.* 23. sic nempe illud. *Iuxta illud beati Leonis Papæ edictum*: *Qui se scit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum; Sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat*. Quod decretum Leonis ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum refertur in *can. qui scit se quibusdam esse præpositum* 14. 2. q. 6. addens; *Et sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat aliis importabile pondus imponere*.

Obedire regibus suis generale pactum est societatis humanę: quantò magis Deo regnatori vniuersę creaturę suę ad ea quę iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus. Augustinus in libris Confessionum in *can. quę contra mores hominum sūt flagitia* 2. *in fine distinct.* 8. Seruandum ergo quod Deus præcipit, vbi, qui præest, contrà mandauerit. ex Isidoro in *can. si is, qui præest fecerit* 101. 11. q. 3. referente illud Apostoli (ad Galatas 1.) *Etiam si nos, aut Angelus de Cęlo euangelizauerit vobis, pręterquam quod vobis euangelizauimus, anathema sit*. inferens etiam: *Si quis prohibet vobis, quod à Domino præceptum est, vel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet; execrabilis sit omnibus qui diligunt Deum*. In dubio tamen parendum est superiori. Augustinum excipe contra Manichæos in *can. quid culpatur in bello* 4. 23. q. 1. in fine: *Ergo vir iustus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet; rectè potest illo iubente bellare, si vice pacis, Ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, vel vtrum sit, certum non est: ita, vt fortasse reum faciat iniquitas imperandi; innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi*. vbi *gloss.* verbo *iniquitas*. & ipsa deducit: *Hinc habes, quod licet Dominus peccet præcipiendo, tamen subditus non peccat obediendo quia in dubiis semper est obediendum*.

Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus, responderunt Iudæis Apostoli (*Actu.* 5. 30.) Detulit Hieronymus in *can. si Dominus ea iubet, qua non sunt aduersa scripturis Sanctis* 93. 11. q. 3. prosequens: *subiciatur seruus Domino. Si vero contraria pręcipit, magis obediat spiritus, quam corporis Domino. Si bonum est, quod pręcipit Imperator, & pręses iubentis obsequere volūtati: Si verò malum; responde ei illud de Actibus Apostolorum: (Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.)* Nec dissimiliter Ambrosius in *can.* sequenti *Iulianus Imperator* 94. Et Augustinus ibidem in *can. qui resistit potestati Dei ordinationi resistit* 97. excipe illum: *Ergo, si aliud Imperator, & aliud Deus; quid iudicatis? Solue tributum: esto mihi in obsequium: rectè. Sed non in idolo. In idolo prohibet: Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem: ille gehennam minatur*. prosequitur *Nauarrus conf.* 2. *sub. num.* 4. *lib.* 4. *de diuortiis*. Quia oportet magis Deo seruire, quam hominibus. Vrbanus II. Episcopo Vapicensi in *can. iuratos milites Hugoni Comiti ne ipsi quandiu excommunicatus est seruiant, prohibeto* 7. 15. q. 6. inferens: *Moneantur, oportere magis Deo seruire, quàm hominibus*. Et serui non debent ei obedire iniqua præcipienti. *gloss.* in *can. an putatis illam ieiunare fratres* 13. *distinct.* 86. verbo *seruulos*.

Quia obedientia non debetur inferiori contra

tra mandatum, & priuilegium superioris, maxime Dei. *S. Thomas 2.2. q 33. art. 6. ad 5.* dicens: Prelato non est obediendum contra preceptum Domini. iuxta illud (actuum 5.) *Obedire oportet Deo magis, quam hominibus.* Deducit *Nauar.* in *can. non tibi dico. de pœnitent. dist. 1. nu. 25. versic. quibus duobus addo.*

Obedientię magis fauendum est, quàm contumaciæ. ex Gregorio Castorio Notario Rauennæ in *can. quanto à nobis credi tibi, & necessarias vides causas iniungi 8.2.q.5.* De Maximo Salonitano Episcopo rescribens, qui de simoniaca hæresi delatus fuerat: *Et de inobedientia sua pœnitentiam (sicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad consolandum illum, epistolam, quam ad eum scripsimus, (vbi ei, & gratiam nostram, & cōmunionē nos reddidisse signauimus) experiētia tua dare debeat: quia sicut in cōtumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterū humiliatis, & pœnitētibus negare locū venię non debemus.* Nec diuersimode Innocentius III. Decano, & Capitulo Senonensi contestatus fuit in *cap. c. 5. nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci. de postulatione prelatorum.* subsequens; *Eiusdem Episcopi Altissiodorensis inobedientiam attendentes, ne nil obedientia prodesse videretur humilibus si contemptus contumacibus non obesset &c.* Quia non mediocre periculum est his, qui cùm debeant parere, despiciunt. vt Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem scribit in *can. dispensatio est nobis cęlestis seminis iniuncta 5. in fine distinct. 43.* Quin *sciendum* nobis *est, quod numquam per obedientiam malum fieri; aliquando autem per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti.* Quia vt *Glossella* Marginalis ibidem adnotat: *Obedientia est summè necessaria.* Ideo Fauendum est ei.

Obediens dici non potest, qui quamuis faciat, non tamen facit animo obediendi. veluti. *Qui ex timore facit pręceptum, aliter, quàm debeat facit, & ideo iam non facit.* Augustinus de vera, & falsa pœnitentia loquitur. relatus in *cap. qui ex timore facit 8. de regulis Iuris extrà.* sequiturque *Gloss.* in *cap. olim inter te pro Abbatia tua, & Parisiensem episcopum 17. de restitutione spoliatorum* in *Glossa finali* verbo *timore. circa medium.* Nec enim talis æstimatur obedientia, quę ab inuito fit: Quia *nisi ex se ipso hæc* (quæ scilicet iubentur) *animus appetat, obedientia sibi meritum minuit: Quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, inuitus, nolensque descendit.* Gregorius in moralibus fatue in *can. sciendum summopere est 10. in fine principii 8. q. 1.* vbi *Gloss.* verbo *inuitus* adnotat: quod *remunerari non debemus de eo, quod inuiti facimus.* Quin imò *inobedientia æquiperatur heresi. Gloss.* ibidem subnectit verbo *inobedientia.*

Obedientia victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam verò voluntas propria mactatur. Gregorius in moralibus in *can. sciendum summopere est 10. 5. obedientia quippe victimis iurè pręponitur. 8. q. 1. in fine* inferens: *Sola est, quę fidei meritum possidet obedientia: Sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.* vt verò *gloss.* deducit in *summa distinct. 93.* verbo *obedientiam ad medium.* subnectens: *Nota autem, quod obedientia consistit in tribus, in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, & in iudicio subeundo.*

Obediendum est etiam in dubiis. Ex Sancto Augustino contra Manicheos in *can. quid culpatur in bello? 4. in fine 23. q. 1.* verba pendens. *Ergo vir iustus, si forte sub rege homine, etiam sacrilego, militet; rectè potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei preceptum, certum est; vel vtrum sit, certum non est, ita, vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.* quo loco *gloss.* verbo *iniquitas.* sic argumentum deducit. *Item habes hic, quod in dubiis semper est obediendum.* Allegat, ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam sedem. 3. distinct. 19.* Quia profecto interim dum in dubio his est, cui pareudum, possidenti obedientia debetur. ex Symmacho Papa in *can. non ne directa sunt verba canonum 1. & vltimo 8. q. 4.* notat *gloss.* in *cap. inter quatuor. 8. in fine principii de maioritate, & obedientia* verbo *citati.* & ipsa dicens: *Quod ille, qui est in possessione obedientię conuenıendus est, & non subditus, qui pręstat obedientiam.* Ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. à memoria nostra non excidit. 1. vt lite pendente nihil innouetur.* Nec interim obedientia prescribitur. ex Innocentio Tertio de Costa, & de sancto Donato Prioribus in *cap. cum non liceat à capite membru recedere 12. de præscriptionibus.* ibique *gloss.* finalis verbo *non obstante.* *Nauarrus cons. 23. num. 4. lib. 5 de pœnitentiis & remissionibus. Cardin. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 8. cap. 15. sub num. 2. vers. quartum est.*

Obedire qui festinat monitis præsidentis, hic ad salutem accedit propriam. ex Beato Apostolorū Principe Petro in ordinatione Clementis populum alloquente in *can. si inimicus est iste Clemens alicui pro actibus suis 1. circa medium distinct. 93.* verba damus: *Festinet citius reconciliari ei, qui omnibus pręest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis pręsidentis.*

Obediendum post Deum est Ecclesiæ, quæ est sancta sedes Apostolica Romana, quia ipsa est Mater omnium Ecclesiarum. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris, sic nos voluntatem matris nostræ implere debemus, quæ est Ecclesia, cuius caput Romana existit Ecclesia. ex Calixto Papa primo omnibus Episcopis in *can. non decet à capite membra discedere 1. dist. 12.* & ibidem ex Gregorio Papa IV. in *can. preceptis Apostolicis non dura superbia resistatur. 2.*

Obedientia debetur episcopo, & reuerentia ab omnibus sibi subiectis in omnibus, quę ad diuini cultus obsequium pertinent; vel quæ Ecclesiasticæ vtilitati peragere circa suaserit. Deinde ab eo deputatis. ex Pelagio Papa Clero Narniēsi in *can. qui, frater, & coepiscopus* no-

noster Ioannes 18. post medium 7. q. 1. Ordo est enim in obedientia seruandus ex Synodo Romana sancti Siluestri in can. à subdiacono vsque ad lectores. 5. distinct. 93. Et Episcopis obediendum est, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant; nisi in fide errauerint. & omnes Episcopos suos diligere debent. testatur Clemens ad Iacobum in can. sacerdotes, & reliqui Ecclesię ministri, omnesque plebes 8. 2. q. 7. Clementem excipe: Sacerdotes, & reliqui Ecclesię ministri, omnesque plebes Episcopos suos diligere debent, et eorum pręceptis obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant, nisi in fide errauerint.

Obedientia, quæ debetur Romanę Ecclesię à cunctis totius orbis Ecclesiis, inperscriptibilis est. ex Cypriano de vnitate Ecclesię in can. qui cathedram Petri 3. distinct. 93. verbis attende: Qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deserit, in Ecclesia se esse non confidat. Quia sola est, & extra eam non est salus. ex Gregorio in moralibus in can. quia ex sola Ecclesia catholica veritas conspicitur. 22. 24. q. 1. prosequitur Andræas de Isernia in pręludiis feudorum nu. 35. & 36. Lanarius cons. 27. n. 35.

Oblata Ecclesiis, Deo sanctificata censentur. Quidquid enim Domino consecratur, quidquid illud sit, sanctum sanctorum Domino erit, & ad ius pertinebit sacerdotum. Sacrilegus proinde erit, qui ea vsurparit, & nisi restituerit excommunicabitur. ex Bonifacio Papa in canon. nulli liceat ignorare 3. 12 q. 2. Vnde, & si quandoque Ecclesiarum bona, vel Episcoporum esse dicuntur, vel pauperum; horũ quidem quoad sustentationẽ eis debitam; illorum quoad administrationem. Dei tamen sunt. ex Innocentio in cap. cum super 4. num. 3. & 4. de causa possessionis, & proprietatis. sequiturque Nauarrus de Indulgentiis notabili 21. num. 2. Nec diuersimode contestatus fuit Vrbanus Papa in epistola vnica in can. videntes autem summi sacerdotes 16. §. ipsę vero res in ditione singularum Parochiarum Episcoporum 12. q. 1. Quia Episcopi dispensatores bonorum Ecclesiæ sunt.

Oblationes appellantur res ipsę fidelium, quia Domino offeruntur. dixit Vrbanus Papa in sua vnica epistola in can. videntes autem summi sacerdotes 16. §. ipsę enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. 12. q. 1.

Oblationes sacerdotibus debentur, & ad eos spectant, nec possunt laici in iis se ingerere. ex Hieronymo ad Damasum Papam de oblationibus altaris in can. quia sacerdotes pro omnibus orare debẽt 13. 10. q. 1. Rationem referens de laicis verba faciens: Cùm ipsi non debeant ex officio suo pro aliis orare. merito occupantes excommunicationi subiiciuntur. ibique Gloss. verbo commodere. idemque ibidem Calixtus Papa secundus disponit in can. sanctorum Patrum canonibus consona sancientes 14. Sub anathematis pœna id prohibet. ibidemque ipse met Damasus Papa in can. hanc consuetudinem, quę contra sanctam Ecclesiam catholicam augeri videtur 15. siue finali eadem 20. q. 1. verbis enuncians: Qua fronte, atque qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro aliis Deo pręces offerre? Quia prauum est, & contra Dominicum pręceptum, & detrimentum animę suę infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Decernens: Si quis verò contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum Patrum, qui in Nicęno Concilio hoc statuerunt, temerarius pręsumptor fuerit; sub anathematis vinculo sit alligatus, & condemnatus. Quia in veteri testamento (1. Regum 21.) Prohibuit Dominus panes sanctos comedere filios Israel, nisi tantum Aaron, & filii eius.

Oblationes consuetas, si noluerint soluere Parochiani, possunt à Pręlatis Ecclesiasticis cogi censuris seruare laudabiles consuetudines. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in cap. ad Apostolicam audientiam frequẽti relatione peruenit 42. de simonia. Non tamen poterunt propterea Parochi eis sacramenta denegare, ne oblationes in pretium exigere videantur. verba damus Innocentii in fine: Statuentes, vt libere conferantur Ecclesiastica sacramenta: sed per Episcopum loci, veritate cognita compescantur, qui malitiosè nituntur laudabilem consuetudinem immutare. & notat ibidem gloss. in casus figuratione in fine. & verbo nituntur laudabilem. statuitque Gregorius VII. in Synodo Romana in can. omnis Christianus procuret ad missarum solemnia aliquid Deo offerre 69. de consecratione distinc. 1. Rationem reddens. Ad ipsum enim prius est confugiendum, qui nostrę curare possit animę passiones. Ad Deum videlicet omnia potentem. vide Cassadorum decis. 1. de consuetudine. & Couarruuias variarum resolutionum lib. 1. capit. 17. num. 3.

Oblationes defunctorum, qui, aut negant Ecclesiis, aut difficultet reddunt; tamquam egentium necatores excomunicentur. ita Carthaginense Concilium IV. in can. qui oblationes defunctorum 9. 13. q. 2. Negant, quæ scilicet debentur Ecclesiis secũdum Glossam ibidem in casus figuratione: & decreuit apertissime Concilium Valense primum in can. qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesiis tradere demorantur. 10. eadem 13. q. 2. inferens in fine: Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi sunt. Vnde quidam Patrum hoc scriptis suis inseruit, congruente sententia, qua ait: (Amico quidquam rapere, furtum est; Ecclesiam vero fraudare, sacrilegium. Pater verò est Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum in can. gloria Episcopi est pauperum inopię prouidere 71. §. Amico quidquam rapere furtum est. 12. q. 2.

Oblatio nulla potior esse potest, quàm corpus, & sanguinis Christi, nam hæc omnes pręcellit; quę pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda: & sicut potior est cęteris; ita potiùs excoli & venerari debet. Alexander Papa Quintus à Petro in can. nihil in sacrificiis maior esse potest 8. de consecrat. distinct. 2.

Oblatio est maculata immolans ex iniquo. Ecclesiastici 34. in can. immolans ex iniquo oblatio est maculata 2. 14. q. 5.

Obla-

Oblationem qui offerunt corporis,& sanguinis Domini sacerdotes purgādi,& colandi sunt, qui cum emundati fuerint, & colati tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum;quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem,hoc est pro iis,qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt. Hieronymus ad 3. Malachiæ in *can. & purgabit filios Leui*.15.*distinct*.50. Deducitque Gregorius in *can.oportet Sacerdotes,quibus Domini populus commissus est* 23.*in fine distinct*. 81. Deferens ex Malachia propheta 1.iuxta versionem 70. *O uos sacerdotes, qui fallitis nomen meum; & dixistis in qua re fallimus nomen tuū? quibus responsum est; Offerentes ad altare meum panem pollutum. Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus, & sacrificium non accipiam de manibus vestris:quia polluti estis*. Purgandi itaque à fœcibus peccatorum,qui oblationem mundam offerunt Deo. Nam si mundi esse debent laici, qui ad sacramentum accedunt; quanto magis sacerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt sancti esse? ex verbis Innocentii Papæ Exuperio Tolosano Episcopo in *can. proposuisti.quid de his obseruari debeat* 2.*post medium* 9. *nam si beatus Paulus Apostolus ad Corinthios scribit distinct*.82.

Oblationes iniquorum non respicit Deus. scriptum quippe est (*Prouerbiorum* 15.)Victimę impiorum abominabiles Deo sunt,vota iustorum placabilia, neque enim in omnipotentis Dei iudicio quid, sed à quo datur,inspicitur.ex Gregorio in prefatione in Iob.in *can.in gravibus peccatis quis positus* 5. 3. q.7.Qui etiam subnectit exemplum: *Hinc est enim quod scriptum est*; ( Genesis 4.) *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autem & ad munera eius non respexit.)Dicturus quippe,quia Dominus respexit ad munera; premisit solicite, quia respexit ad Abel. Ex qua repatenter ostenditur: quia non offerens à muneribus sed munera ab offerente placuerunt*.& repetitur in *can.scriptum est: victimę impiorum*.11. 14.q.5.

Oblationes impiorum abominabiles; quæ offeruntur ex scelere. (Prouerbiorum 21.) Nam ex Gregorio Syagrio,& aliis Episcopis in *can.non est putanda eleemosyna* 27.1.q.1.Rationem reddente: *Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei non placat iracundiam,sed irritat*.

Oblationes dissidentium fratrum,neque in sacrario, neque in gazophilacio recipiantur. Dona eorum,qui pauperes opprimunt,à sacerdotibus refutanda sunt. ex Cōcilio Carthaginensi IV. in *can. oblationes dissidentium fratrum* 1.*distinct*.90.Et ex Augustino ad Bonifacium in *can. miror,quomodo tam subito fides murum acies rupent mihi* 8. *circa finem* 17. q. 4.dicente illo: *Oblatio quoque domus tuę à clericis ne susciperatur,indixi*.

Oblationum multitudinem, neque sacrificiorum magnitudinem,sed offerentium merita, causasque respicit Deus, diiudicatque. ex Hieronymo in *can.odi,& proiect festiuitates ve-stras* 28.14.q.1. in fine etiam inferente; *Vnde & vidua,quę in Euangelio in corbonam duo minuta misit,omnibus à Saluatore preferturquia Dominus non ea, quę offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium*. & ex Augustino in *can. consideret qualitatem criminis* 1.9.*in his omnibus dolens, aut seculum derelinquat. in fine de pœnitentia distinct*. 4. Qui & ipse consequenciam infert: *Qui ergo vult sua peccata redimere temporalium oblatione,caueat,vt offerat mē ē priùs*. Nam ex Alexandro Papa omnium orthodoxis in *can.si quandoque a sacerdotibus, & auctoribus Ecclesię iniusta*.15.q.6.Ratio habetur: *Nec tantum attendenda sunt, quę fiunt, qualium quo animo fiant*. quia vt *Gloss*. eodem verbo *quę fiunt* subnectit: *potius respicienda est causa facti,quàm ipsum factum*.

Oblationem facere Deo de eo, quod dedignatur homo, indignum. ex Hieronymo super Malachiam in *can sacerdotes nomen Domini despiciunt* a.*fine finali in fine distinct* 49. dicente rationem: *Indignum est enim dare Deo, quod dedignatur homo*.

Oblationes pro sepultura exigere defunctorum fidelium prohibitum. Ne ex auarita hoc fieri videatur.ex Gregorio Ianuario Episcopo Sardiniæ in *can. quęsita est nobis Nereida clarissima fœmina* 12.13.q.2. circa finem inferens; *Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis; Si quidem parentes ipsius proximi,vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint:accipi non vetamus. Peti verò aliquid,aut exigi omnino prohibemus;ne(quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse(quod absit) dicatur Ecclesia, aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium*. Vnde est,quòd Ephron,qui pro sepulchro vendito, quamuis inuitus, ab Abraham pecuniam accepit,repræhenditur. Et nomen eius immutatum fuit,vt perpendit Hieronymus in Quæstionibus hebraicis,relatū *can post quam pretio victus est Ephron* 13. *eadē* 13.q. 2. Quamuis locum vendiderit pro sepultura, & terram, non sepulturam ipsam. & ex Concilio Triburiensi in *can in Ecclesiastico namque libro scriptum est*.14.*eadem* 13 q.2. habetur: *Quare interdictum sit omnibus omnino Christianis, terram mortuis vendere, & debitam sepulturam denegare:nisi forte proximi, & amici defuncti propter nomen, & redemptionem animæ viri gratis aliquid dare velint*.

Oblationes autem primitus in quatuor partes diuidebantur. vt vnam sibi tollat antistes, aliam Clericis pro suo iudicio, & electione dispertiat; tertiam pauperibus sub omni cōscientia faciat erogari:Fabricæ verò quartam, quæ competit, ad ordinationem Pontificis erogetur. ex Gelasio Papa Iullino Archidiacono,& Faustino defensori in *can. vobis enim, & famę vestę consultum duximus* 23. 12.q.2.cum aliis sequentibus.

Obligatio omnis propter futuram cautelam scribitur. ex Gregorio in *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus*.9.1.q.7.ibi in principio: *magna cautela utendum est, ne lateat auctor*

*auctor schismatis irruat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eam reuersi fuerint, telo iterum erroris abscindat*. ab Ecclesia videlicet. vbi *Gloss.* verbo *magna cautela*. adnotat argumentum: *Quod cum abundantiori cautela faciendum est, in quo timetur regressus*. adnotat ex Concilio Toletano 2. in *can. de iis, quos voluntas parentum* 5. *post medium distinct.* 28. illis verbis: *Cauendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores &c.* Et ex eodem Concilio Toletano 11. in *can. quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus* 6. *distinct.* 23. in principio: *vt promissionis suę vota, sub cautione spondeant*.

Obligatio vero hęc cum pro fidei securitate fit, sub anathemaris rigore stringitur. apparet ex actis Synodi Romanę sub Nicolao II. in *can. ego Berengarius indignus* 42. *de consecrat. distinct.* 2. illis verbis: *aterno anathemate dignos esse pronuncio*.

Obligatio ad aliquid faciendum, sine lege obligante, nulli indicenda est. ex Gelasio Papa Fausto, in *can. legatur ex quo est religio Christiana* 1 24. *q.* 2. dicente illo: *Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento, siue à maioribus nostris, siue ab Apostolis, (quos potiores merito fuisse non dubium est,) seu ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, si factum est vmquam; vel faciendum esse mandatur*. Nam ex Hieronymo in *can. quisquis precepta non obtemperat, reus, est, & debitor pœnę* 3. *siue finali*. §. *quod precipitur imperatur*. 14. *q.* 1. Verba sunt Hieronymi contra Iouinianum: *Quod precipitur imperatur; quod imperatur, necesse est fieri: si non fiat pœnam habet*. *Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi pręceptum, necessitas est seruientis*. ibique *Gloss.* vnica. prosequitur *Nauarrus de oratione*, & *horis canonicis miscellaneo* 31. *num.* 44.

Obligationem neque tempus inducit, neque tollit. ex Concilio Toletano tertio in *can. quia cognouimus Episcopos* 6. 10. *q.* 4. ibique *Gloss.* verbo *pręsumpta*. Rationem dicens: *Tempus enim non inducit obligationem*. Deducit *Gloss.* in *cap. peruenit ad nos* 4. *extra de censibus, exactionibus, & procurationibus*. verbo *census ignorantia*. id est cuius causa ignoratur. & ipsa rationem reddens: *Quia sicut tempus non tollit obligationem. ff. de actionibus, & obligationibus, obligationum* §. *placet. ita nec inducit. C. de pactis. l. si certis annis*. allegat ex Gregorio VII. in *can. nullus Episcopus grauamē, seu seruile seruitium ex vsu*. 124. 1. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *ex vsu* 2. addens. *nisi forte sit tempus cuius non extat memoria*.

Obligatio non contrahitur in turpibus. ex Augustino de bono coniugali in *can. si ad peccatum faciendum fides adhibetur*. 20. 22. *q.* 4. ibique *Gloss.* verbo *veruntamen*. Ex Vlpiano lib. 42. ad Sabinum in *l. generaliter nouimus* 26. *ff. de verborum obligationibus*. dicente: *Generaliter nouimus, turpes stipulationes nullius esse momenti*.

Obligationem eandem coram Deo parit iuramentum, atque simplex loquela. ex Chromatio in Matthæum in *can. iuramenti hac causa est*. 12. 22. *q.* 5. dicente: *Et Ideo Dominus inter iuramentum, & loquelam nostram nullam vult esse distantiam. Quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: Quia vtrumque, & periurium, & mendacium diuini iudicii pœna damnatur*. vtrumque enim peccatum est mortiferum. & si quidem qui sub iuramento mentitur falsum dicendo, grauius peccet. ex *Gloss.* ibidem verbo *distantiam*. & *Glossella* Marginali ibidem.

Obligari laicis bona Ecclesiarum non debent. ex Concilio Chalcedonensi Tertio in *can. peruenit ad sanctam Synodum* 27. *siue finali distinct.* 86.

Obligari ad raciocinia publica ordinari non debent. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam, & Brutios constitutos in *can. priscis igitur pro sui reuerentia manentibus constitutis* 1. *in fine distinct.* 55. illis verbis: *vel publicarum rerum nexibus implicatus*. Et generaliter statutum fuit in Concilio Carthaginensi primo in *capit. vnico extrà de obligatis ad raciocinia ordinandis, vel non*. Rationē reddente ibidem Grato Episcopo: *Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum fuerint ordinati, Ecclesia infamatur*. meminimus *respons.* nostra 51. *num.* 1. & 2. *parte* 5.

Obliuio fallere potest ētiam Principem, & Papam. Habes ex Nicolao Papa Radulpho Archiepiscopo Bituricensi in *can. propterea sciscitaris, vtrum solis presbyteris* 12. *circa finem distinct.* 23. verbis dicente: *Sed, & quia fit à noua legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat obliuio) legimus*. Potest ergo, & Papam obliuio fallere alicuius rei, etiam legis: quamuis aliàs dicatur, quod omnia iura in scrineo pectoris sui habeat. Quia nimirum potest ea declarare. vt *Gloss.* ibidem verbo *fallat*. respondit.

Obscura cū sunt iura partiū consueuit contra eum, qui petitor est, iudicari. ex Innocentio Tertio Mediolanen Archiepiscopo in *cap. inter dilectos filios G. Abbatem* 6. §. *finali in finalibus verbis extra de fide instrumentorum*. Rationem reddente: *Quoniam cum obscura sunt iura partium, cōsueuit contra eum, qui petitor est, iudicari*. Rationem refert & *glo.* verbo *qui petitor est*, & ipsa subnectens: *Quia cum obscura sunt iura partium, iudicandum est pro reo*. ex Nicolao Papa Gallioni Senensi Archiepiscopo in *can. indicas Hermannum Episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum* 14. 3. *q.* 9. in fine inferente: *Satiusque arbitramur, quamlibet interim infirmitatem ad pœnam peccati, quā ad ipsum pertinere peccatum; cùm magis cōsulendum sit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum*.

Obseruancia, quæ pacem custodit, custodienda. Sic respondit in Concilio Carthaginensi primo Gratus Episcopus in *can. Primatus Episcopus Vegesilitanus dixit* 6. *distinct.* 71. verba pende: *Gratus Episcopus dixit: Hæc obseruantia pacem custodit*. custodienda propterea. Sicuti & in Sardicēsi Concilio definitū fuerat: *Vt nemo alterius plebis hominem vsurpet*.

Obstinati, qui sunt in malo, si semper viuerent, semper peccarent; quorum pœna hic incipit, & in æternum durabit. ex Augustino Macedonio in *can. hoc tamen intelligendū est de illis. 5. 23. q. 5.* connectit Gratianus in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse. sed non omnino. 24. §. auctoritas illa Naum Prophetæ. in fine de pœnitentia distinct. 3.* Qui sequentibus profert: *Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao, qui flagellatus à Domino, durior factus est; præsentibus æterna connectunt, vt temporale supplicium sit eis æternæ damnationis initium.* Nam ex Gregorio lib. 4. Dialogorum capite 43. in *can. voluissent iniqui 60. de pœnitentia distinct. 1.* verbis rationem reddente: *Voluissent iniqui, si potuissent sine fine viuere, vt potuissent sine fine peccare. Ostendunt enim, quia in peccato semper viuere cupiunt, qui numquam desinunt peccare, dum viuunt. Ad magnam ergo iustitiam Iudicantis pertinet, vt numquam careant supplicio; qui in hac vita numquam voluerunt carere peccato.* Rationem defert *gloss.* ibidem verbo *numquam.* & ipsa dicens: *Assidue enim peccantium numquam miseretur Deus.* Accepit ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus 23. in finalibus verbis distinct. 93.* verbis protestante: *Assidue peccanti, sicut scriptum est: Deus non miseretur.* Non miseretur de facili, secūdum *glossam* ibidem verbo *assidue.* Quia vulnus iteratum, tardius sanatur.

Obstinatio est cōsiliis salubribus nolle obtemperare. Suo autem malo pereunt, qui non obtemperant. ex Cypriano Cornelio Papæ in *can. quod ad nos attinet. 10. fine finali distinct. 47.* verba damus Cypriani: *Quod ad nos attinet, conscientiæ nostræ conuenit, frater, dare operam, ne quis culpa nostra de Ecclesia pereat; Si quis autem vltro, & crimine suo perierit, & pœnitentiam agere atque ad Ecclesiam redire noluerit, nos in die iudicii inculpatos futuros credimus, qui consulimus sanitati, illos solos in pœnis mansuros, qui noluerint consilii nostri salubritate sanari.* Hæc enim obstinatio est. & notat *Gloss.* ibidem verbo *inculpatos.* Quia si per aliquem non stat, quo minus aliquid fiat; id non est ei imputandum.

Obstinati indigni sunt venia, dum in obstinatione perseuerant. ex Cypriano in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani in *can. consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat 8. §. Ignosci potest simpliciter erranti. distinct. 8.* verba sunt eius. *Post inspirationem verò, & reuelationem factam, qui in eo, quod errauerat, perseuerat, prudens, & sciens, sine venia ignorantiæ peccat; præsumptione enim, atque obstinatione quadam nititur, cum ratione superetur.* Et de his: qui obstinati perseuerant in malis Syricius Papa ad Himerium Tarraconen Episcopum in *can. quia aliquanti, de quibus loquimur 4. in fine distinct. 82.* sequentibus conclusit: *Iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum. Quia ferro necesse est vt abscindantur vulnera, quæ fomentorum non sentiunt medicinam.*

Obstinatis misericordia non conceditur. Quia venia, neque etiam à Saluatore, nisi se corrigentibus concessa legitur. ex Gelasio Papa Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim in *can. legatur, ex quo est religio Christiana 1. 24. q. 2.* Rationem etiam referente. *Auditum enim sub isto cœlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis dum tamen nos in errore duremus. Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione quoue documento siue à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis, (quos potiores merito fuisse non dubium est) siue ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus creditur viuos, & mortuos, siue factum est vnquam, vel faciendum esse mandatur. Mortuos suscitasse Christum legimus: in errore mortuos absoluisse non legimus.* Eodemque modo Leo Papa ad Pulcheriam Augustam in *can. Damnationis sententiam 5. eadem 24. q. 2.* eidem suadens: *Damnationis sententiam quicumque meretur accipere: si in suo sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit.* Quia venia nō datur nisi correcto. ex Bonifacio VIII. in regula: *Peccati venia non datur, nisi correcto. 5. de regulis Iuris in 6.*

Obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt. Gregorius dialogorum lib. 1. capite 8. in *can. obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt 21. 23. q. 4.* subnectens: *Sed ea, quæ sancti viri orando efficiunt, ita prædestinata sunt, vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoque perennis regni prædestinatio ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare.* Quemadmodum & Augustinus de baptismo contra Donatistas lib. 1. cap. 20. in *can. quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem. 41. §. qua propter sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos. de consecrat distinc. 4.* subsequens: *Ipsam vero gratiā, non nisi per se ipsum, vel per sanctos suos.* quo loco *gloss.* verbo *per sanctos.* expostulat: quomodo Deus per sanctos det gratiam? & respondet. *Sed forte dicitur per sanctos dimittere peccata: quia quæ prædestinata sunt, sanctorum precibus obtinentur. vt 23. q. 4. obtineri.* Quia nimirum, quod Deus non disposuit ab æterno, non dat in tempore.

Occasio omnis delinquendi est impedienda, ne detur, & si data fuerit, tollenda. ex Paulo 1. *ad Timotheum 4.* & ex Augustino in sermone, de communi vita clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem. 10. 12. q. 1.* Et ex eodem Augustino de bono viduitatis in *can. non sunt audiendi, siue viri sancti, siue fœminæ 56. in fine. 11. q. 3.* argumento etiam sumpto ex Paulo lib. 7. ad Sabinum in *l. conueniri non potest 5. ff. de pactis dotalibus.* Quatenus habet in summario *Baldi*: Pactum, quod est contra Ius, vel per quod quis inuitatur ad delinquendum, non valet. sequitur *Nauarrus de spoliis clericorum §. 19. sub num. 5. circa medium versic. nam omnis occasio delinquendi est impedienda.*

Occasio nemini danda est malè viuendi. ex Au-

matrimonialiter copularent. Namque cõtractum postmodum dissoluitur matrimonium. ex Concilio Tributiense in can. relatum est auribus sanctorum sacerdotum 4. 31. q. 1. in fine concludenter: *Tale ergo connubium prohibemus, & anathematizamus*: id est separamus Gloss. ibidem subnectit. Deducitur ex Concilio Tributiensi in can. *si quis viuente marito* 5. eadem 31. q. 1. illis verbis: *Nisi forte vir, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse notetur*: subnectit Gloss. verbo *occidisse*. Hoc ipso vt coniungerentur. subsequens circa finem: *Et nota, quod dicit occidisse. vnde nisi machinatus fuerit, cum effectum non impeditur*. & respondit Alexander Tertius Baranon Episcopo in cap. *super hoc verò, quod quæsiuisti* 3. *de eo qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium*. verbis enuncians: *Taliter respondemus, quod si adultera est in mortem vxoris aliquid machinata; siue fidem dederit, siue non, quod ea defuncta, hanc esset ducturus: secundum canones ab eius consortio prohibetur: & hęc prohibitio perpetuò est seruanda*: vbi Gloss. verbo *machinata*. allegat 31. quæst. 1. *si quis viuente*. & supra eodem cap. 1. & intellige cum effectu: vt ibidem Gloss. subnectit.

Occidere, siue homicidium perpetrare, est hominem in corpore perimere: ex Augustino contra Faustum in can. *homicidium lege vetitũ probatur non aliud esse, nisi corporis peremptio* 28. *de pœnitentia distinct.* 1. & homicidii genere cõpręhenditur omnis iniquus motus ad nocendum fratri. ibidem ad Gelasii Papæ sensum Rufino Episcopo scribentis in can. *si euangelica admonitio* 13. *siue finali distinct.* 55. notat d. can. *homicidium* verbo *aperuit*. ad verbum Domini: *Qui dixerit fratri suo fatue reus erit mortis*.

Occidit hominem, qui fame morientem, cum possit, non pascit. Ambrosium attende in can. *pasce fame morientem* 21. *dist.* 86. dicentem: Pasce fame morientem. *Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti*. Quia, vt Glos. ibidem verbo *occidisti* subnectit: *Occidit quis alium per subtractionem panis*. ex Ecclesiastici 34. in can. *immolans ex iniquo oblatio est maculata* 2. 14. q. 5. verba excipe sapientis: *Panis egentium vita pauperis est. Qui defraudat illum, homo sanguinis est*. est & homicidium spirituale. vnde Homicidiorum tria sũt genera. ex Clemente Epistola 1. ad Iacobũ in can. *homicidiorum verò tria genera esse dicebat Beatus Petrus* 14. *de pœnitentia distinct.* 1. subdens: *Sicut enim homicidas interfectores fratrũ, ita & detractores eorum, eosque odientes homicidas esse manifestabat: qui occidit fratrem suum, & qui odit, qui detrahit ei, pariter homicidę esse monstrantur*. deducit Gloss. d. can. *pasce* verbo *occidisti*.

Occidit Pastor ouem, tacendo, cum increpare eas negligit. ex Gregorio Venantio in can. *Ephesiis Paulus dicit*. 4. *distinct.* 43. de pastore inferens: *Quia cum increpare delinquentes noluerit: eos procul dubio tacendo pastor occidit*. ex ratione, quam Innocentius Papa defert in can. *error cui non resistitur, approbatur* 3. *dist.* 83. verbis enuncians: *Negligere quippe, cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare*. notat Gloss. d. can. *pasce fame morientem* 21. *distinct.* 86. verbo *occidisti* in fine.

Ocularis inspectio admodum operatur in his, quæ à sensu pendent corporeo, vt puta an sit mulier virgo, vel corrupta. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in can. *quod autem interrogasti de his, qui matrimonio iuncti sunt* 2. 33. q. 2. illis verbis: *Si potest probare per iustũ iudicium, quod verum sit*. iustum iudicium, per aspectum corporis, si virgo est. *Glossa* ibidem interpretatur. Melius enim perpenditur oculis aliquid. Decreuitque Honorius Tertius in cap. *litterę vestrę nobis exhibitę continebant* 7. *siue finali. de frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi*. verbis illis: *Vos verò, ne id consiterentur in fraudem, à matronis bonæ opinionis, fide dignis, ac expertis in opere nuptiali, dictã fecistis inspici mulierem, quę perhibuerunt testimonium, ipsam adhuc virginem permanere*. Corporalis igitur inspectio satis in his prętualet, quæ à sensu pendent. Concinit Paulus lib. 1. ad Edictum in *l. satisque pęnæ subire eum, si non defendatur, & latitet*. 19. *in fine ff. de in Ius vocando*. verbis edicens: *Sed si aditum ad se præstet, aut ex publico conspiciatur, rectè in ius vocari eum Iulianus ait*. quo loco ad rem Gloss. verbo *conspiciatur* subnectit: *Nota, multum facit oculorum inspectio. vt infra de acquirenda possessione l. quod meo. §. si venditorem*. quę sanè lex est Celsi lib. 34. Digestorum incipiens: *Quod meo nomine possideo*. 18. §. *si venditorem, quod emerim. deponere in domo mea iusserim*. & sequentibus rem aperit: *Aut si vicinum mihi fundum mercatum venditor ex mea turri demonstret, vacuamque possessionem se tradere dicat, non minus possidere cœpi, quàm si pedem finibus intulissem*. notat *Bart.* in summario: *per solum aspectum acquiritur possessio interueniente traditione possessoris*. Ita prouenit corporalis aspectus oculorum. plura cumulat *Calcaneus cons.* 8. *num.* 10. *Thomas Triuisanus decis.* 70. *nu.* 3. *lib.* 2. *Rota apud Gard. Manticam decis.* 79 *nu.* 4. & apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 575. *num.* 6. nos *respons.* nostra 91. *nu.* 39. *part.* 5.

Oculi potentissimi sunt ad penetranda etiam interna, ita quidem vt oculis ipsis, etiam tacente lingua, in cordibus mutuo conspectu loquamur. ex Augustino de communi vita clericorum serm. 3. in can. *nec solo tactu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur* 12. 32. q. 5. Illum pende: *Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius: & cum se inuicem sibi, etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis alterutro delectantur ardore*. quo ex loco gloss. verbo *tacente lingua*. argumentũ educit: *Quod operibus loquimur, sicut, & verbis*. vnde non solùm verbis, sed & factis Christũ negamus. ex Hieronymo in can. *existimãt quidam, in eo tantum Christum negari* 84. 11. q. 3.

Xxx 2 ibi-

ibique gloss. verbo *falsis* adnotans, quod ipso facto multa fiunt.

Oculi, vel interiores, vel exteriores perpenduntur. de interioribus verba facit Gregorius in *can. multi secularium hominum cum plus sacerdotum vitam quàm suam discutiunt 89. post principium 2. q. 1.* de laicis dicens: *Magna enim tabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, festucam tenuem in aliorum conspiciunt oculis: quam cum incaute festinant auellere, errantes in foueam delabuntur.* de oculis loquitur interioribus. item & Ioanes xxij. in *extrauaganti excecrabilis quorundam, tàm religiosorum, quàm secularium ambitio. vnica §. porro quia quorundam oculos. de prebendis, & dignitatibus.* verbis dicens: *Porrò quia quorũdã oculos sic auaræ cupiditatis vitium excæcauit, quod plura talia beneficia simul absque dispensatione canonica retinere præsumunt.* vbi *Gloss.* verbo *oculos.* explicat, *scilicet interioris intellectus.* & plura prosequitur nam corporales oculi, etiam cum multis sunt nobis communes. Sicuti de corporalibus oculis loquitur Christus (Matthæi 5.) *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* prosequiturque Gregorius in moralibus relatus in *can. qui viderit mulierem ad concupiscendum eã. 13. 32. q. 5.*

Oculis clausis aliquid præterire. negligere est. ex Clemente Tertio in *cap. conquæsti sunt nobis Reginen Canonici 22. §. quoniam igitur. extrà de sententia excommunicat.* Dicente illo, atque rationem reddente: *Quoniam igitur grauia sunt, nec clausis debent oculis præteriri: Mandamus quatenus, si est ita, memoratos sacrilegos excommunicatos nuncietis.* Clausis ergo oculis præterire: negligere est.

Oculus cordis nube erroris obductus, illustrationis lumine fit serenus. Gregorius in *can. quoties cordis oculos nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine fit serenus. 9. 1. quæst. 7.*

Oculi Dei sunt Episcopi. Ideo à Deo sunt iudicandi. Sic Pius Papa Epistola 1. in *can. oues pastorem suum non reprehendant 9. 6. quæst. 1.* dicens, atque deducens: *Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit.* ita quoque Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ in *can. accusatio quoque eorum 15. 2. q. 7.* dicens: *Vnde liquet, quod summi sacerdotes, id est Episcopi, à Deo sunt Iudicandi, non ab humanis, aut prauæ vitæ hominibus lacerandi: sed etiam ab omnibus fidelibus portandi.* Rationem etiam reddens quia Dei serui sunt: *Nullus enim (vt reor) inuenitur, qui velit suum seruum ab alio, quàm à se iudicari.*

Oculi verò Episcopi sunt diaconi, qui omnia lustrare debent. Contestatur Euaristus Papa ad Episcopos Africanos. in *can. Diaconi, qui quasi oculi videntur Episcopi. 11. distinct. 94.* in locum verò Diaconorum nunc successerunt Archidiaconi, qui dicuntur oculi Episcopi, qui perlustrant. vt *Gloss.* ibidem verbo. *oculi.* qui etiam Angeli vocantur Ecclesiarum. ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ: in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus 23. eadem dist. 93.* quia debent totam diœcesim perlustrare.

Oculi Clericorum vagi esse non debent, sicuti neque effrena lingua, aut petulanti. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis in *can. his igitur lege patrum. cauetur 3. post medium dist. 23.* verba sunt Isidori vitam Clericorum scribentis & inter alia: *Non vagis oculis, non effreni lingua, aut petulanti, fluidoque gestu incedant.*

Oculo qui caret, quamuis ex accidenti, neque voluntate id sua euenerit, ad sacerdotium promoueri non potest, nec debet. vt Gelasius Papa Rufino respondit Episcopo in *can. si euangelica monitio 13. dist. 55.*

Occultum fit aliquid ex multiplici ratione. Occultata fuit diabolo Christi incarnatio per Spiritum Sanctum in vtero Virginis, ne sciret mysterium. ex Origine in *can. inuenta est habens in vtero. 44. §. dico autem coniugem propterea 27. quæst. 2.* Angeli verba ad Ioseph perpendendo: *Dico coniugem propterea, vt diabolo virginitatem eius occultem, & vt Iudæorum prauitatem excludam, atque deijciam; & vt legis instituta non destruam.* ibique notat *gloss.* verbo. *vt legis.* circa finem. Occultatur aliquid propter rei excellentiam. ex Clemente Papa Epistola 3. in *can. in mandatis habemus 2. post medium dist. 43.* verba accipe: *Si verò in iis, quæ palam sunt, peccatis inuolutus permanet, & inquinatus; non me oportet, et aliquid de secretioribus, & remotis diuinæ scientiæ proloqui.* Occultatur præterea aliquid: Quia auditores capaces non sunt. ex Sancto Petro in *can. oportet eum, qui docet 11. 7. quæst. 1.* dicente: *Oportet eũ, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentiũ semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere.* notat *gloss. d. can. inuenta est habens in vtero.* verbo. *vt legis.* circa finem. vide *Barbosam de officio, & potestate Episcopi allegat. 39. num. 20. & 21. & allegat. 40. nu. 4. cum sequentibus.*

Occultum dicitur quod non est manifestum, quin opponitur manifesto. ex Ambrosio in *can. Manifesta, accusatione non indigent. 15. 2. q. 1.* ibique plenè *gloss.* & occultum potest dupliciter perpendi, vel per se, vel per accidens: per se occulta sunt, quæ in interiori latent, vt cogitationes hominum, soli Deo notæ, quia ipse solus nouit abscondita tenebrarum. per accidens verò, quod quidem potest cognosci per homines, de facto tamen non cognoscitur, & occultum manet. videndus *Nauar. in can. cogitationis de pænitent. dist. 1. num. 7. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 89. nu. 5.* Vnde est, quod peccatum occultum toleratur. ex Alexandro Tertio in *cap. ex tenore tuarum litterarum 4. in fine. extrà de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.* dicente illo: *Veruntamen, quia peccatum occultum est: si promoueri voluerit, eum non debes aliqua ratione prohibere.* ibique notat *gloss.* verbo *occultum.* dicens: *& sic probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit.* ex Innocentio Papa ad Exuperium Episcopum in *can. Christiana religio 23. sine finali in fine 32. q. 5.* & ipso dicente: *Cum ergo par causa sit, interdum* pro-

*probatione cessante, vindictæ ratio conquiescit*. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *conquiescit*. Quia nimirum Ecclesia non iudicat de occultis. videndus *Nauar. manuali cap. 27. nu. 255. Rota apud sanctæ memoriæ Gregorii XV. decis. 305. nu. 15.*

Occultum enim dicitur, quod probari non potest, nam quod probari potest, manifestum æstimatur. deducitur ex Lucio Tertio in *cap. vestræ duxit deuotio 7. §. cæterum aliud est crimen notorium, aliud occultum. extrà de cohabitatione clericorum, & mulierum.* ibique *gloss.* verbo *occultum*. & verbo *notorium*.

Occultè quæ fiunt suspicione non carent. ex libro Pontificali in *can. Anastasius Secundus natione Romanus 9. in fine distinct. 19.* illis verbis: *Et quia voluit occulte reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino percussus est.* ibique *gloss.* verbo *occultè*. Præsumitur proinde contra occultè facientem, vt ibidem notat *gloss.* eadem. ex Innocentio Tertio Mediolanen. Archiepiscopo in *cap. vt nostrum prodeat de vultu Dei iudicium. vnico §. porrò si donatio fuisset occulta, vt Ecclesiastica beneficia siue diminutione conferantur.* Rationem illo reddente: *Porrò cum donatio fuisset occulta, & ideo suspicione non careret.* ibique *gloss.* verbo *occulta* adnotans: *Quod præsumitur contra occulta dantes, vel facientes.* Rationem referes ex Innocentio II. in Concilio Romæ habito in *can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarundam mulierum 25. paulo ante finem 18. q. 2.* qui sequentibus verba dat sua: *Quia ergo omnis qui male agit odit lucem.* (Ioannis 3.) cum ergo lucem oderint, qui male agunt; quæ occultè fiunt proinde, suspicione non carent. Nec dimisit intactum Innocentius Tertius Archiepiscopo Toletano scribens in *cap. consulit nos tua fraternitas. 29. §. ne vero iudicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris. de officio, & potestate iudicis delegati.* in ratione, quam reddit: *Quia iuxta testimonium veritatis: Qui malè agit, odit lucem.* ibique *gloss.* verbo *odit lucem*. quæ plura cumulat. Neque profectò nos de occultis diuinare oportet. notat *Hyppolitus de Marsilius in rubrica ff. ad legem Corneliã de sicariis num. 6. & sequentibus.* & *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 28. num. 38. 39. & sequentibus. & allegat. 35. nu. 11.*

Odium in fratrem homicidii genere comprehenditur. ex Augustino contra Faustum in *can. homicidium lege vetitum putabatur 28. de pænitent. distinct. 1.* audi loquentem, atque inferentem: *Aperuit ergo Dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri, in homicidii genere deputari.* Motum videlicet deliberatum. Quia primo primi in potestate nostra non sunt. ex *Gloss.* ibidem verbo *motum*. & *Glossella Marginalis* ibidem affert locum Apostoli: *Non quod volo bonum, hoc ago.* Quo ad motus primos videlicet.

Odium, qui fouent diuturnum, nec admoniti dimittunt, & ad pacem reuocari diuturna obstinatione nequiuerint, de Ecclesiæ cœtu iustissima excommunicatione pellantur. Ex Concilio Agathensi in *can. placuit etiam, vt (sicut plerumque fit) quicumque odio 9. dist. 90.*

Odio haberi debent peccata, non homines, qui ad imaginem Dei creati sunt. Ex Leone Papa Rustico Narbonensi Episcopo in *can. odio habeantur peccata, non homines 2. distinct. 86.* Augustinum excipe in *can. duo ista nomina, cùm dicimus, homo, peccator. 35. 23. q. 4.* dicentem: *Quia peccator est corripe: Quia homo est, miserere.* & in fine sequentibus. *Non ergo suscipiamus peccatores, propterea, quod sunt peccatores: sed tamen eos ipsos, quia & homines sunt, humana consideratione tractemus; prosequamur in eis propriam iniquitatem: misereamur communem conditionem.* Veluti & de Deo Hieronymus in Danielem in *can. quam ob rem rex consilium meum placeat tibi. 68. ad medium de pænitent. distinct. 1.* dixit: *Neque enim Deus hominibus, sed vitiis irascitur, quæ cum in homine nõ fuerint, nequaquam punit, quod mutatum est.*

Odium, æmulationem, obtrectationem fugere quàm maximè debent Clerici, cæteraque vitia. Doctrinæ vero lectionibus, psalmis, himnis, canticis, exercitio iugiter incumbãt. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis in *can. his igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita seclusi 3. distinct. 23.* in fine inferens: *Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.*

Odium qui in corde gerit, recognoscat se, veram pœnitentiam non posse peragere, per quam ad æternam vitam valeat peruenire, nisi odium ex corde dimittat. Gregorius VII. in Synodo Romana in *can. falsas pænitentias dicimus 6. de pænitentia distinct. 5.*

*Odero si potero, si non inuitus amabo.*

Carmen est Ouidii: refert *Gloss.* in *can. turbat acumen legẽtium. 8. dist. 37.* qui canõ est Bedæ, qui in fine sic infert: *Nec ipse magister Gentium, aliquot versus poetarum suis, vel scriptis indidisset, vel dictis.* & loca refert *Glos.* verbo *indidisset*. Quemadmodum, & Hieronymus ad Rusticum monachum de viuendi forma in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber 33. de consecratione distinct. 5.* & ipse Vergilii refert carmina: *Vel plantæ per ordinem positæ, aqua ducantur irriguæ, vt pulcherrimorum versuum spectator assistas:*

*Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam*
*Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur*
*Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.*

Oeconomus dicitur, cui res Ecclesiæ gubernandæ mandatur. Nam ex Septima Synodo in *can. cum simus debitores omnes sacras regulas custodire 3. 9. q. 3.* Vnusquisque Episcopus in sua Ecclesia œconomos constituere debet, qui videlicet res ipsas Ecclesiæ gubernẽt, vt *Gloss.* ibidem verbo *œconomos* adnotat: ex Leone, & Anthemio Augustis in *l. iubemus nulli post hac 14. in principio C. de sacrosanctis Ecclesiis, & de rebus; & priuilegiis earum.* illis verbis: *nullo oeconomo, cui res Ecclesiastica gubernanda, mandatur, esse facultatem fundos &c.* & notat *glos.* ibidem. hanc esse oeconomi definitionem.

Officium diuinum recitandum eo ordine, quo

ab Ecclesia Romana, & Sanctis Patribus institutum fuit. ex Gregorij VII. in Synodo Romana statutis in *can. in die. Resurrectionis vsque ad Sabbatum in albis. 15. de consecratione distinct. 5.*

Officiorũ diuinorum nomine, sacramenta quoque ipsa quandoque comprehenduntur ex Bonifacio VIII. in *cap. is, qui in Ecclesia 18. & cap. is cui est Ecclesię interdictus ingressus. de sententia excommunicat. in 6.* deduncitque *Aegidius de Conink tom. 2. de censuris disputat. 18. dubio 6. num. 48.*

Officium diuinum non voce tantum, sed & mente celebrandum est, ac persoluendum ex Hieronymo in epistola ad Ephesios in *can. cantantes, & psallentes in cordibus vestris Domino 1. distinct. 92.* qui sic fatur. *Audiant adolescentuli: audiant ij quibus psalendi in Ecclesia officium est: Deo non voce, sed corde cantandum.* vbi *Gloss.* verbo *non voce.* tantùm subnectit. refertque carmina.

*Non vox sed votum: non chordula musica, sed cor.*

*Non clamans, sed amans, cantat in aure Dei.*

Attentio tamen tripliciter consideratur verborum: sensuum, siue rerum significatarum: personarum, ad quas verba diriguntur. *Nauarrus manuali cap. 25. num. 105. & de oratione, & horis canonicis miscellaneo 31. num. 45.*

Officijs diuinis, matutinis, atque vespertinis psallendis omnes de clero cõuenire debent; non interuenientes deponuntur. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet Clericus 9. fine finali distinct. 92.* Matutina dicuntur officia, quæ celebrantur à mane vsque ad nonam: Vespertina, à noua vsque ad noctem. secundũ *Gloss.* ibidem verbo *matutinis.* Meminit ex eodem Concilio Martini cap. 37. Gratianus in *can. si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit. 7. 11. q. 3.* dicens: *fine episcopus ille, aut presbyter, aut diaconus facere oblationem vel matutinum, vel vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius, &c.*

Officijs charitatis ijs præcipuè sumus obnoxij, qui de nobis benè meriti sunt, quippe in nos beneficia contulere. ex Concilio Lateranensi sub Alexandro Tertio in *cap. cùm in officiis charitatis primo loco illis teneamur obnoxij, à quibus beneficium nos cognoscimus recepisse 7. extra de testamentis, & vltimis voluntatibus.* ex obligatione saltim antidorali. vt *Gloss.* ibidem post casus figurationem in fine dicens: *Nota, quod, qui ab alio beneficium percipit, obligatus est ei. & Gloss.* verbo *teneamur.* & ipsa subnectens rationem. *Donatarius enim donatori naturaliter est obligatus ad antidora.* ex Gregorio Antonio subdiacono in *can. illud quidē pro omnibus tibi curæ sit 1. 8. q. 2.* verba sunt Gregorij: *Nam si quorundam patrocinio fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum cum fuerit ordinatus, obedire reuerentia cogente compellitur.* Rationem exhibet *Glos.* ibidē verbo *compellitur.* Quia ad antidora tenetur. ex Vlpiano lib. 25. ad Edictum in *l. sed, & si lege commissoria vendidit 28. 5. consuluit Senatus bonę fidei possessoribus. ff. de petitione hereditatis.* illis verbis: *Quamuis ad remunerandū sibi aliquem naturaliter obligauerunt: Planè si antidora acceperunt.* notatque *Gloss.* ibidem verbo *obligauerunt.* sequentibus tradens: *Hæc naturalis obligatio, ex puris, & meris motibus animi cuiusque descendit. Omnis enim creatura mouetur ad benefaciendum ei, qui sibi benefacit: & talis obligatio ex instinctu naturę procedit, & non est illa talis donatio, quæ ex nudo pacto nascitur, &c.* Quia magis ad rem *Glossella Marginalis* ibidem sequentibus, & ipsa notat: *Vnde Athenis actio aduersus ingratos rectè constituta est. Quia dandi, & accipiendi beneficia commercium, sine quo vix vita hominum extat, perdit, & tollit, qui benemerito parem referre negligit. Valerius Maximus lib. 5. cap. 3. de ingratitudine.* Par ergo pari referre oportet. deduximus *respons.* nostrã 51. *num. 46. & 47. part. 3.*

Officia singula Ecclesiastici iuris singulis quibusque personis singulatim committi debēt. ex Gregorio omnibus Episcopis in *can. singula Ecclesiastici iuris officia 1. distinct. 89.* qui rationem reddens prosequitur: *Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita in Ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam in vno eodemque spiritu alii conferendum est hoc officium, alii committendum est illud &c.* Nec diuersimode Bonifacius VIII. statuit in *cap. cum singula officia sint singulis committenda personis 32. de præbendis, & dignitatibus in 6.* Nec ab eodem sensu Iustinianus Cæsar dissertit in *l. nemo ex iis, qui aduocati causarum constituti sunt 14. fine finali in fine principij C. de assessoribus, & domesticis, & cancellariis Iudicum.* in ratione, quam reddit: *Ne dum ad vtrumque festinat, neutrum benè peregat.* vbi *gloss.* verbo *ad vtrumque festinat.* refert illud:

*Qui binos lepores vna sectabitur hora,*

*Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.*

Quin repetiit idem Iustinianus Augustus in *l. consulta diualium, quibus considerate prospectū est 23. post medium C. de testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.* in ratione, quam reddit: *Absurdum est namque si promiscuis actibus rerum turbentur officia, & alii creditum alius subtrahat: & præcipue clerici, quibus opprobrium est si peritos se velint disceptationum esse forensium.* quo loco *Gloss.* verbo *officia.* allegat. vt *supra de assessoribus l. nemo.* prosequiturque *Nauarrus in relectione cap. nonic. de Iudiciis notabili 3. num. 37. in 14. ratione* Nec discrepauere Imperatores Archadius, & Honorius in *l. quicumque ex palatio nostro 2. in fine C. de executoribus, & exactoribus lib. 12.* Dum in fine prohibent. *Ne quod iniunctum alteri fuerit Collegii, iure præsumat: ne dum hęc sibi inuicem mutui officii licentia partiuntur, agant cuncti, quod singulis credebatur.* notatque *Gloss.* ibidem verbo *iure.* dicens. *nota. vnum non debere tangere de officio alterius.* ibidemque *Bart.* in summario dicens: *Deputatus ad vnum officium, se non intromittat de officio sui collega.* & ibidem *Lucas de Penna.* & *Rota apud Coccinum decis. 238. num. 2.*

Offi-

Officium suum nemini debet esse damnosum. pro regula ponit *Gloss.* in *can. constitutum est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram* 22. 7. q. 1. verbo *constitutum* circa finem. deducitur & *can. si testes omnes eiusdem honestatis* 3. 4. q. 3. *circa finem* 5. *liberi testes ad causas postulantur alienas.* vers. *venturis autem ad iudicium &c.* Decreuitque Bonifacius Octaus in *cap. cùm non deceat alicui suum offitium esse damnosum* 30. *de electione, & electi potestate lib.* 7. ibique *Gloss.* verbo. *cum non deceat.* Nec diuersimode respondit Lucius Tertius Elien Episcopo, & Archidiacono Neouicen in *cap. peruenit ad nos ex conquæstione R. Clerici* 2. *post principiũ extra de fideiussoribus.* decernens rationem: *Ne igitur dispendium patiatur, vnde videtur præmium meruisse, Bononien Episcopo dedimus in mandatis &c.* ibique *Gloss* verbo *dispendium* quæ argumentum ducit; *Officium suum nulli esse damnosum.* argumento petito ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can hoc etiam placuit, vt à quibuscumque iudicibus Ecclesiasticis* 37. 2. q. 5. Et concinit Caius lib 7. ad Edictum. Prouinciale in *l. sed si quis ex signatoribus* 7. *ff. quemadmodum testamenta aperiantur.* apertissimis verbis rationem referens: *Cum sit iniquum, damnosum cuique esse officium suum.* Nemini ergo officium suum debet esse damnosum.

Officia alia sunt secularia, alia diuina, seu Ecclesiastica. Sicut vero in officiis secularibus, non statim quis principem locum ascẽdit, sed per singulos gradus examinatis temporibus defertur: ita sane, multoque magis, in cœlesti militia propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, vt cum tyro quis ante non fuerit, prius velit docere, quàm discere. ex Zozimo Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. sic officia secularia principem locum* 2. *distinct.* 59.

Officium quodcumque seculare, vel illicitum dicitur, vel licitum. illicitum est quod sine peccato exerceri non potest. licitum, quod potest sine peccato exerceri. vnde dixit Petrus: vado piscari. (Ioa. 21. 3.) Mattheus verò ad thelonium non rediit. illicitum ergo officium debet deserere, vlteriusque non exerceat. alioquin pœnitentia, quæ fructifera sit, exerceri non potest. ex Gregorio VII. in Synodo Romana in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *de pœnitentia distinct.* 5.

Officia secularia iis, qui diuinis sunt dedicati officiis, omnimodo contraria sunt. Hanc ob causam vel ab indignis officiis abstinebunt, vel si perseuerare placuerit à Clericalibus officiis arceantur. Quoniam domus Dei domus orationis esse debet, & dicit ne per officia negotiationis potius fit latronum spelunca. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est. vt illa de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio, nunciauit* 2. *distinct.* 88.

Officium suum Clericus derelinquere non debet, sed victum, & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura paret. ex Concilio IV. Carthaginensi in *can. clericus victum, & vestimentum sibi artificiolo* 3. *distinct.* 91. Non proinde operas suas per totam diem locare. Cũ non debeat officio deesse. vt *Gloss.* ibidem verbo *officii* adnotat. ex Concilio Aurelianensi primo in *can. si seruus, absente, vel nesciente Domino* 19. & *can. sequenti* 20. *dist.* 54.

Officii Diuini pensum septem distinctionibus est quotidie à Deo sacratis personis attentè persoluendum. Proppeta dicente: Septies in die Laudem dixi tibi. Nam his temporibus laudes Deo nostro super iudicia iustitię suæ persoluimus. ex Concilio Nannetensi in *can. presbyter mane, matutinali officio expleto.* 2. *distinct.* 91. eodemque modo ex Concilio Toletano 11. in *can. de iis, qui contra Apostoli voluntatem* 13. *distinct.* 12. Vbi etiam Quod officiũ metropolitanę Ecclesię seruandum per Prouinciam. *Et* dictum fuit in Concilio Gerundensi in *can Institutio missarum sicut in metropolitana Ecclesia agitur* 31. *de consecrat. distinct.* 2. Ordo namque officiorum diuinorum, sicut ab Ecclesia institutus fuit, seruandus. ex Cõcilio Agathensi in *can. cõuenit ordinem Ecclesię ab omnibus equaliter custodiri* 13. *de consecrat. distinct.* 5. Et tribus aliis sequentibus. post matutinas, & vespertinas oratio Dominica recitanda. ex Concilio Gerundensi *can. idem semper placuit obseruari, vt omnibus diebus post matutinas, & vespertinas oratio Dominica à sacerdote proferatur.* 14. *eadem distinct.* 5. *de consecrat.*

Officia Diuina, pręsertim missas, vtilius exequuntur plures, quàm vnus. ex Concilio Toleteno 11. in *can. illud diuini oraculi mouentis singuli præcauentes* 15. 7. q. 1. Et vt occuratur, si aliquid celebranti acciderit mali.

Officium Diuinum septem horarum explere quotidie debent Clerici beneficia obtinentes. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter, aut diaconus, aut qui libet clericus* 9. *siue finali distinct.* 92. & ita exaudit *gloss.* ibidem verbo *deputatus.* Omittens verò officium diuinum, nè dum peccato se inficit lætali, sed ad restitutionem tenetur fructuum pro rata. ad Pii Papæ V. constitutionem. quam refert *Nauar. manuali cap.* 25. *num.* 122. *& de orationis & horis canonicis capit.* 7. *num.* 32. *Ioannes Azorius Institut. moralium part.* 1. *libro* 10. *cap.* 14. *q.* 2. 3. *&* 4 *Quaranta in summa Bullarum* verbo *horę canonica fol. mihi* 282. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib* 2. *cap.* 12. *num.* 4. *Petrus Binsfeldius Theologiæ Pastoralis part.* 4. *de Iustitia, & Iniustitia Clericorum causa beneficiorum cap.* 12.

Officium vero diuinum plus corde, quàm ore persoluendum. Et hoc attendere debent, qui sacris initiati sunt, *Deo non voce, sed corde cantandum: nec in tragœdorum modum guttur, & fauces dulci meditamine leniendę sunt. vt in Ecclesia theatrales moduli audiantur, & cantica; sed in timore, in opere, & scientia scripturarum.* vt Hieronymus in commentariis ad epistolam ad Ephesios edicit in *can. cãtãtes, & psallentes in cordibus vestris Domino* 1. *distinctione* 92.

Officia diuina, & Ecclesiastica, sicuti Benefi-

cia,

cia, & Ecclesias, siue prębendas, & Capellanias hæreditario iure obtineri prohibitum fuit per Innocentium Papam II. in Concilio Romano in *can. Apostolica auctoritate prohibemus* 9.8. *q.*1. ibique peroptime *Gloss.* verbo *prębendas.* Pertractans materiam, num possit proprio filio, legitimo tamen, & idoneo Ecclesiastica beneficia Episcopus conferre? & affirmat. Potius tamen extraneus bonus eligendus erit, quàm coniunctus malus. Sicuti Moyses principatum nō filiis, sed Iosue extraneo dedit. ex Hieronymo in *can. Moyses amicus Dei* 6. *eadem*. 8. *q.*1. Rationem reddente: *Vt sciremus principatum in populos, non sanguini deferendum esse, sed vitę.* notatque *Gloss.* ibidem verbo *non sanguini.* Namque, vt Gregorius dixit in *can. nos, qui pręsumus* 3. *distinct.* 4. verbis enuncians. *Nos, qui pręsumus, non locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.* Alioquin: *Vilissimus computandus est, nisi pręcellat scientia & sanctitate, qui est honore pręstantior.* vt Symmachus Laurentio Mediolanensi Episcopo post Sextam Synodum Romanam scripsit in *can. vilissimus computandus est* 45. 1. *q.* 1.

Oleum non consecratum si consecrato admiscetur, omne fit consecratum. ex Innocentio Tertio Nidrosien Episcopo in *cap. quod in dubiis* 3. *in fine de consecratione Ecclesię, vel altaris.* verba excipe: *Nec negamus, quin oleum non consecratum, consecrato possit oleo commisceri.* vbi *gloss.* verbo *consecratum* rationem reddit, dicens; *Est ita sacrum tamquam dignius trahit ad se non sacrum.* Vel etiam, quia liquores mistione confunduntur secundum *Abbatem* ibidem. Quod idem erit in aqua benedicta. notat *Fuscus de visitatione lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 10. Non tamen idem erit si vinum sanguini addatur: Quia est consecratio, & transubstantiatio per consecrationem. ex eodem Innocentio Tertio I. quondam Archiepiscopo Lugdunensi in *cap. cum Marta* 6. §. *quęsiuisti etiam, vtrum aqua cum vino. de celebratione missarum, & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officiis.* sequiturque *gloss.* in d. *quod in dubiis* 3. §. verbo *consecratum. S. Thomas* 3. *parte q.* 77. *art.* 8.

Olea sacra quolibet anno renouari debent, cōbustis veteribus, & à proprio Episcopo peti, nec à Iunioribus clericis sed ab illo, qui sacrarium tenet. & hoc ante paschæ solemnitatem. ex Concilio Carthaginensi quarto in *can. presbyteri, qui per diœceses ecclesias regūt* 4. *distinct.* 95. vbi *gloss.* verbo *Episcopis.* subnectit; *Peccant ergo Abbates; qui volunt potius hoc accipere ab aliis, quàm à suis; nisi forte priuilegiati sint, vt possint petere à quibuscumque velint.*

Omissum intelligitur, quod non reperitur expresse concessum, vel etiam scriptum. Ex Nicolao Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem in *can. vbi nam legistis, Imperatores antecessores vestros* 4 *distinctione* 96. ibique *glos.* verbo *vbi nam.* argumentum educens: *omissū intelligitur, quod scriptum non inuenitur.* Ex Damaso Papa in *can. hanc consuetudinem* 15. *siue finali* 11. *q.* 1. illis verbis: *Quia in veteri testamento prohibuit Dominus panes sanctos comedere filiis Israel, nisi santum Aaron, & filiis eius.* Quod ergo scriptum non inuenitur, omissum intelligitur, atque prohibitum. concinitque Ambrosius in *can. Petrus doluit, & fleuit, quia errauit vt homo.* 1. *de pœnitentia dist.* 1. subsequens: *Non inuenio quid dixerit: inuenio, quod fleuerit: lachrymas lego; satisfationem non lego.* ibique *gloss.* verbo *non lego.* & ipsa subsequens: *Et ita intelligitur omissum, quod non inuenitur expressum.* Deduxitque Gelasius Papa Fausto legato Constantinopolitano in *can. legatur, ex quo est religio Christiana* 2. 24. *q.* 2. verbis enuncians: *Id quoque pariter ostendāt. qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento, siue à maioribus nostris, siue ab Apostolis (quos potiores merito fuisse non dubium est) seu ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus creditur viuos, & mortuos. siue factum est vmquam, vel faciendum esse mandatur.* argumento etiam petito ex Felice Papa omnibus orthodoxis scribente in *can. solemnitates dedicationis Ecclesiarum* 16. *de consecrat. distinct.* 1. verbis enunciante: *De Ecclesiarum consecratione quoties dubitatur, & nec certa scriptura, nec certi testes existunt.* Quod ergo scriptum non inuenitur, omissum pręsumitur. & pro infecto habetur, quod scriptura probari nō pōt. ex *gl.* ibidem verbo *scriptura.* Probaturq; ex Iaboleno lib. 4. ex posterioribus Labeonis in *l. in lege fundi* 77. *ff. de contrahenda, & committenda emptione.* illis verbis: *Si non appareat, non videri eas lapicidinas esse exceptas.* sequiturque *Calderinus conf.* 4. *Quæ sint signa. in principio. de religiosis domibus.*

Omissum propterea à lege, vel statuto, siue etiam à testatoris dispositione, pro omisso habetur. ex Pomponio lib. 1. ad Sabinum in *l. commodissime* 10. *ff. de liberis, & posthumis.* verba excipe: *Si alternter casus omissus fuerit, eo casu, qui omissus sit, natus rumpit testamentum.* prosequitur *Nauarrus cons.* 24. *an Clerici. num.* 1. *in fine lib.* 5. *de priuilegiis.* diximus *respons.* nostra 100. *num.* 31. *&* 32. *part.* 5.

Omissio eorum, quę casu, vel per errorem cōtingit, cautè supplenda est. etiam in sacramentis. Veluti de sacramento baptismatis Gratianus verba facit in *can. spiritus sanctus in sancta Ecclesia* 58. §. *Ecce quando ab hæreticis baptisma cum sua virtute accipitur. in fine* 1 *q.* 1. De Alexandro Episcopo Alexandrino verbis edicens, quid respondit: *Iterari baptismū non deberi, sed adimpleri ea, quę sacerdotibus mos est.* Ex Concilio Toletano Septimo in *can. nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu pręsumatur* 16. *post medium* 7. *q.* 1. in ratione, quam reddit: *Quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur.* De sacerdote decernens, qui post incepta sacrificia, ægritudinis impedimento retinetur, ne perficere valeat, namque alter perficere poterit sacerdos. Rationem inferens: *Cū enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium* per-

*personarum diuersitas format; vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat*. Nec diuersimode Alexander Secundus Grimaldo Constantiensi Episcopo respondit in *can. solicitudo dilectionis tuæ studuit consulere 1. fine vltimo distinct. 52.* Namque omissum subdiaconatus ordinem suppleri mandauit.

Omissum vero si substantiale fuerit, nihil factum esse dicitur, nec valet quod agitur. ex Hieronymo in *can. animaduertendum est. 2. 22. q. 2.* De Iuramento verba faciente: *Quod ius iurandum hos habet comites, veritatem, iudiciū, atque iustitiam. Si ista defuerint, nequaquam erit iuramentum, sed periurium.* Sicuti nec pœnitentia est, si quid dimittatur ex substantialibus, nec omnium quis peccatorum pœniteat. ex Innocentio Secundo in Concilio Romano in *can. Fratres nostros Episcopos, & presbyteros admonemus 8. fine finali de pœnitentia distinct. 5.* Et Zaccarias Papa Bonifacio Episcopo in *can. in Synodo Anglorum decretum 83. de consecratione distinct. 4.* Quod baptizatus non in nomine Trinitatis Sanctissimæ, baptizatus non dicitur. Quia *perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti fuerit baptizatus*.

Omnis anima potestatibus sublimioribꝰ subdita sit. ita Paulus Gentium Doctor (ad *Romanos 13. 1.*) Rationē subsequens: *Nō est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt.* Rationem quoque reddit Ambrosius in commentariis super Lucam in *can. magnum quidem est, & spirituale documentum 28. 11. q. 1.* subdens. *Ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendam? Si enim censum Dei filius soluit, quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum?* Et ita quoque Gratianus §. *item Apostolus: omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit.* ibidem. Nec diuersimode Augustinus Macedonio in *can. prodest, & seueritas vestra. 4. 23. q. 5.* sequentibus dicens: *Nam hominum iniquitatem etiam Apostolus Paulus non tantum de iudicio futuro, verùm etiam de præsentibus vestris secularibus potestatibus terruit, asserens, & ipsas ad dispensationem diuinæ prouidentiæ pertinere; Omnis (inquit) anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Retulitque Gregorius 9. ex eodem Augustino super epistolam ad Romanos in *cap. omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit. 2. extra de censibus, exactionibus, & procurationibus.* ibique Gloss. verbo *vos subditi.* Rationem in genere reddens: *Quia quisque obedire debet prælatis suis*, Ex Concilio Toletano XI. in *can. quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus 6. in fine distinc. 13* dicente: *Atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequii reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat. &c.*

Omnis ætas ab adolescentia ad malum prona est. *Genesis 6. 5.* & eodem *8. 21.* Vnde Salomon *prouerbiorum 30. 19.* inter ea, quæ pœnitus ignorabat: *Et viam viri in adolescentia.* Deduxitque Gratianus ex Concilio Toletano IV. in *can. omnis ætas ab adolescentia in malum prona est. 1. 12. q. 1.* subsequens rationem: *Nihil enim incertius, quam vita adolescentium.* Rectè proinde instituti debent adolescentes, & Clerici præsertim. vt ibidem. Deduxitque idem Concilium Toletanum VI. in *can. procliuis cursus est ad voluptatem, & imitatrix naturæ vitiorum. 2. 11. q. 3.* Rationem reddit *Gl.* ibidē verbo *procliuis.* & ipsa subsequens: *Quia omnis ætas ab adolescentia prona est ad malum.* Curanda igitur vita est adolescentium.

Omnis potestas à Deo est. Non est enim potestas nisi à Deo. Paulus Doctor Gentium ad (*Romanos 13. 1. & 2.*) Et Augustinus contra Manichæos in *can. quid culpatur in bello? 4. in fine 23. q. 1.* Rationem reddens. *Non enim est potestas, nisi à Deo, siue iubēte, siue sinente.* Concinit Hieronymus in *can. audacter fortassis all. quid dicimus 18. 8. q. 1.* Quod ergo potestatis iussu, iuridicè præcipientis, gestum fuerit, ratum habebitur. ex Innocentio Papa ad Exupetium Episcopum Tholosanum in *can. quæsitum est etiam super his 45. 23. q. 4.* consequentiam inferente: *Quomodo igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo viderent esse concessum?* & notat *Gloss.* in *can. neque enim si agris inique, ac perperam inuasis 9. 14. q. 5.* Ad verba Augustini in fine: *Aliud est namque iniusta potestate iustè velle vti: & aliud est iusta potestate iniustè velle vti.* ad verbum *iniusta.* rationem reddens; *Omnis enim potestas à Deo est.*

Omnis Christi actio nostra est instructio. Meritò & loculos habuisse dicitur, cui Angeli ministrarunt, vt Ecclesia suo exemplo vteretur ad ea, quæ futura erant. ex Augustino in *can. exemplum Domini accipe conuersantis in terra 12. 12. q. 1.* Nam si, ex Gregorio in *can. legitur, quod Beatus Augustinus nec eum sorore habitare consueuerit. 23. distinct. 81.* inferente: *Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.* Cur, quæso te, non magis omnis Christi Domini nostri actio? Vt etiam argumentatur *gloss.* in *can. tenere debet omnino Ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitæ 4. distinct. 21.* ad verba Domini (*Leuitici 11.*) *Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester.* verbo *Quoniam ego sanctus sum.* sequentibus dicēs: *Ex quo Dominus se commendauit; & Christi actio nostra est instructa lectio. 81. distinct. legitur. & nos possumus nos commendare.* Sequamur ergo Christi Domini nostri actiones, easque imitemur. Cum omnis Christi Domini nostri actio nostra sit instructio.

Omnis actus, cuius finis mortalis est, & ipse quoque actus mortalis erit. ex Augustino in quæstionibus Exodi in *can. cùm minister Iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi 14. 23. q. 5.* illis præsertim verbis: *Profectò si id sponte facit, homicida est, etiam si eum occidat, quem scit à iudice debuisse occidi.* Quia non excusatur. vt *gloss* ibidem subnectit. cum ex praua voluntate faciat. sequiturque *Nauarrus manuali cap. 21. num. 40.*

Omnis peccandi opportunitas adimenda. Sic Leo Papa in *can. nec hoc quoque prætereundum esse duximus 7. 14. q. 4.* in fine decernens de vsuris verba faciens: *Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis*

*peccancandi opportunitas adimatur.*

Omnis, qui peccat, ignorans est. 2. *ethicorum*. 1. *S. Thomas* 1. 2. *quæst.* 76. *art.* 1. *in corpore in fine.*

Omnis, qui male agit, odit Lucem. Sic enim Christus Dominus Nicodemo (*Ioannis* 3. 20.) Qui venerat ad eum nocte: *Omnis enim, qui male agit, odit Lucem, & non venit ad Lucem, vt non arguantur opera eius*. Deduxit Innocētius II. in Concilio Romę habito in can. *perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarūdam mulierum* 28. 18. q. 2. In consequentia, quam reddit, de mulieribus quibusdam verba faciens; quæ fingunt se moniales, cum non sint: *Quia ergo omnis, qui male agit, odit Lucem, ac per hoc ipsa absconditę in iustorum tabernaculo se opinantur posse latere oculos iudicis cuncta cernentis &c.* Dixitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Toletano scribens in cap. *consuluit nos tua fraternitas*. 24. §. *ne vero officiū Ecclesiasticum exerceatur in tenebris. de officio Iudicis delegati*. Rationem reddens: *Quia iuxta testimonium veritatis: Qui male agit odit lucem*. vbi gloss. verbo. *qui male agit*. Defert Horatianum illud

*Vt iugulent homines surgunt de nocte Latrones.*

Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur. Chrysostomus in opus inperfectum in *can. omnis res per quascumque causas nascitur* 4. 27. q. 1. eisdemque verbis ex eodem pro regula deductum fuit in cap. *omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur*. 1. *extra de regulis Iuris*. ibique pluribus explicat *gloss.* Deduxitque Vlpianus lib. 51. ad Sabinum in *l. nihil tam naturale est* 36 *ff. de regulis iuris*. & ipsa tradens: *Nihil tam naturale est, quàm eo genere quodque dissoluere, quo colligatum est*. Quę enim consensu contrahuntur, contrario dissoluuntur dissensu. vt *gloss.* in *d. regula omnis res*. Deducit pluribus, atque etiam limitat, plura que ad rem cumulat. *Frater Bernardinus de Busiis part. 2. in sermone 36. in 3. part. sermonis in 3. Causa mortis.*

Omnis scientia, & res aduersum se diuisa destruetur. ex illo Domini (Lucæ 11. 17.) *Omne regnum in se ipsum diuisum desolabitur, & domus supra domum cadet*. Deduxit Gregorius Felici Episcopo scribens in can. *si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt* 4. 25. q. 2. verba attende Gregorii: *Si ea destruerem, quę Antecessores nostri statuerunt, nō constructor sed euersor esse iustè comprobarer; testante veritatis voce, quę ait: (Omne regnum in se ipso diuisum non stabit.) & omnis scientia, & lex aduersum se diuisa, destruetur.* ita Gregorius.

Omne, quod rarum est, plus appetitur. Prouerbium à Hieronymo dictum in can. *legimus in Esaia* 24. col. 3. §. *sed dicis quomodo Romę ad testimonium Diaconi presbyter ordinatur? distinct.* 93. subsequente. *Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est*. Rationem etiam reddit *gloss.* ibidem verbo *paucitatem*. & ipsa dicens: *Quidquid enim rarum accidit, miraculum æstimatur.*

Omne datum optimū, & omne donum perfectum de sursum est, descendens à Patre Luminum, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. dixit Iacobus Apostolus in sua canonica 1 17. Contestatusque fuit Bonifacius Papa omnibus Calaritanę Ecclesię Cœnobiis scribens in *can. quām pio mentis effectu, fratres charissimi* 2. *circa medium* 1. q. 2. sequentibus dicens: *Scimus equidem, quod omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendēs à Patre Luminum, a quo bonę voluntatis donum accipit, qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo seruire disponit.*

Omnes eandem escam spiritalem manducauerunt. Apostolus Paulus 1. *ad Corinthios* 10. 3. Quæ verba exprimit Augustinus super Ioannem in *can. inquit Apostolus* 81. *de consecrat. distinct.* 2. subsequens: *Spiritalem vtique eandem: nam corporalem aliam: quia illi manna, nos aliud. Et adiungit* (Et oēs eundē potū spiritalē bibetūt.) *Aliud illi, aliud nos; sed specie visibili. Quod tamen idem est virtute spiritali*. Nec dissimiliter Ambrosius in *can. in illo sacramento Christus est* 85 *eadem distinct.* 2. *de consecrat.* Et ipse dicens: *Non ergo corporalis esca, sed spiritalis est. Vnde & Apostolus de typo eius ait; Quia patres nostri escam spiritalem manducauerunt, et potum spiritalem biberunt Corpus enim Dei, corpus est spiritale. Corpus Christi, corpus est diuini spiritus. Quia à spiritu sancto est.* vt Gloss. ibidem commentum agit.

Omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet. Gregorius ex moralibus in *can. nerui testiculorum eius* 2. § *alius pensare pondus honoris Ecclesiastici negligens distinct.* 13. verba damus: *Alius pensare pōdus honoris ecclesiastici negligens ad locum regiminis primus ascendit. Sed, quia omne, quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet; dum eor tribulationibus premitur, ad memoriam culpa reuocatur, doletque se ad laborem cum culpa peruenisse; & quam sit iniquum, quod admiserit, ex ipsa fractus difficultate cognoscit. &c.* Concludens: *Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde se conspicit*. Perpendendū igitur, antequam ad honores perueniamus, atque timendum.

Omnia, quæ sunt eiusdem generis, eodem iure censentur. ita *Gloss.* in *can. illud superfluum videtur adiectum* 3. *in fine distinct.* 95. verbo *negatur*. secundo. Argumento deducto ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. denique sacerdotes, & diaconi* 6. §. *par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque quæ sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus; à lacte videlicet, caseo, & ouis. distinct.* 4. vbi *glos.* verbo *ab omnibus*. subnectit: *Quasi dicat: ex quo caro prohibetur, ergo & omnia, quę de carne procedūt.* Quia, quę sunt eiusdem generis, eodem iure censentur.

Omne, quod fit contra legem, peccatum est. Lex enim peccatum non est. Apostolum excipe ad (*Romanos* 7. 7.) dicentem: *Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum nō cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nescte-*

*sciebam, nisi lex diceret. Non concupisces*. super quibus verbis Augustinus relatus in *cap. nã concupiscentiam nesciebam* 4. extra *de constitutionibus*. commentum agit dicens: *Hoc enim elegit Apostolus generale, vnde omnia mala oriũtur. Bona est ergo lex, quę, dum hoc prohibet, omnia mala prohibet*. Omnia scilicet mala oriri possunt ex concupiscentia. secundum *Gloss*. ibidem verbo *oriuntur*. Dum ergo concupiscentiam prohibet, omnia mala consequenter prohibet. Omne ergo, quod fit contra legem, peccatum est. Cum è contra; non peccant qui legem sequuntur. ex Verbis Ambrosii in *can. quod Christus discipulos increpauit* 26. *in fine* 23. *q*. 4. dicentis: *Nec discipuli peccant, qui legem sequuntur*. Quia ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. qui peccat* 40. *eadem* 23. *q*. 4. & ipso rationem reddente: *Qui peccat non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem*. Et ideo non peccauerunt Israelitę, qui Aegyptum expoliauere, *Hoc enim Deus iussit; qui nouerat quid quemque pati oporteret. Nec Israelita furtum fecerunt: sed Deo iubenti ministerium prębuerunt*. verbis respondit Augustinus in *can. dixit Dominus ad Moysen* 12. *in fine* 14. *q*. 5. diximus *respons*. nostra 68. *num*. 20. *part*. 5.

Omnes quærunt, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi. ex Apostolo ad (*Philippẽses* 2. 21.) dicente rationem: *Omnes enim, quę sua sunt quærunt, non quæ sunt Iesu Christi*. Et ideo diuisiones inter fideles succedunt. Stephano Papa Romano Archiepiscopo Rauennati contestante in *can. nosse tuam fraternitatem volumus* 12 *distinc*. 63. Mortuo Episcopo Imolen: *Populi diuisionem prouenisse audiuimus. Quod quia sæpe contingere solet (quęrentibus singulis, quę sua sunt, non quæ Iesu Christi) non adeo miramur, &c*.

Omne, quod non est ex fide, peccatum est. dixit Apostolus (*ad Romanos* 14. 23.) Deducit Ambrosius in libro de initiandis rudibus in *can. non sanat baptismus perfidorum* 50. 1. *q*. 1. Verba deferens eadem Apostoli: *Quidquid non est ex fide, peccatum est*. explicat *Glossa* ibidem. ex fide. *id est cum fide operante per dilectionem*. Defert Gratianus ex Augustino ad Pollentium in *can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus*. 9. *post principium* 5. *cùm ergo cœpisset gentibus Euangelium prędicari*. 28. *q*. 1. illis verbis: *Nec vera eius pudicitia cum coniuge dici potest*: (infideli videlicet.) *Quia omne, quod non est ex fide peccatum est. Quamuis veram habeat fidelis pudicitiam, etiam cum infideli coniuge, quę non habet veram*. Dilucidiusque idem Gratianus explicat in *can. omnes deinceps clerici, siue laici*. 14. 5. *ex his itaque euidenter colligitur eadem* 28. *q*. 1. verba sunt Gratiani: *Ex his itaque euidenter colligitur coniugium esse inter infideles. Illud verò Apostoli*: (Omne, quod non est ex fide peccatum est.) *Non ità intelligendum est. vt quidquid fit ab infidelibus, credatur esse peccatum: Sed omne, quod contra consciẽtiam fit, ædificat ad gehennam. Vnde Ambrosius: Peccatum est, quod aliter fit, quàm probatum est. Item Augustinus super eundem locum: Omne, quod aliter fit, quàm probatum est, peccatum est: non tamen omne, quod fit cum fide, bonum est. Ignorantia enim, qua est ex culpa, nocet*. ita Gratianus. cum fide. *id est cum conscientia*. *Glossa* ibidẽ exprimit. eodemque modo ipse Gratianus in *can. quærat hic aliquis*. 44. 5. *illud autem Gregorii*. *circa medium de pœnitentia distinct*. 3. sequentibus dicens: *Non de ea fide intelligitur de qua dicitur: (fides sine operibus mortua est;) Sed de ea, de qua Apostolus ait: (Omne, quod non est ex fide) id est omne, quod fit contrà conscientiam (peccatum est.) Deest ergo fides, cùm non subest conscientia peccati*. Æqualiterq; Innocentius Tertius Bituricensi Archidiacono scribens in *cap. litteras tuas recepimus* 13. 5. *porrò cùm cum mulier, quę consanguinitatis habet notitiam. de restitutione spoliatorum*, in ratione. quam reddit: *Quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est: & quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. &c.* Idemq; Innocentius in Concilio Generali in *cap. quoniam omne, quod non est ex fide, peccatum est*. 20. *siue finali de prescriptionibus*. vbi *Gloss*. ex fide. *id est ex conscientia*. declarat. Et nos deduximus *respons*. nostra 51. *nu* 18. & 19. *part*. 4.

Omne regnum in se ipsũ diuisum desolabitur. *Lucæ* 11. 17. diximus in superioribus. omnis scientia, & lex aduersum se diuisa destruetur. ex Gregorio Felici Episcopo in *can. si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt* 4. 25. *q*. 2.

Omne, qui dicit, nihil excludit. Augustinum excipe libro de pœnitentia in *can. adhuc instant perfidi*. 32. 5. *Et quod omnibus promisit indulgentiam, aliis quoque promissionibus declarat*. *de pœnitentia distinct*. 3. sequentibus prosequentem: *Qui me confissus fuerit coram hominibus. id est omnis quantumcumque, & qualitercumque peccator, cuiuscumque ordinis, etiam si sacerdos (cõfitebor, & ego cum coram patre meo.) Nam (qui inuocauerit nomen Domini) id est secundum, quod nominatur Dominus, id est, qui inuocauerit eum ad se seruendo, non contradicendo, vt forte sæpe fecit; (Omnis) id est, quicumque sit ille peccator: (saluus erit.) Omnem enim animam iste promissor saturauit bonis, etiam sedentem in tenebris, & vmbra mortis, nullam excipiens animam*. vbi Gloss. verbo *nullam*. Refert Nicolaum Papam Archiepiscopis & Episcopis per Galliam constitutis in *can. si Romanorum Pontificum decreto* 1. 5. *ne quid vero sit, quod prætermissum à nobis fortè credatur*. *distinctione* 19. Dum sequentibus infert: *Dicendo verò (omnia decretalia constituta) nullum de decretalibus constitutis prętermisit, quod non mandauerit esse custodiendum. Et rursus asserendo (omnium decessorum nostrorum) nullum Pontificum Romanorum, qui ante se fuerunt, excepit, cuius ita nõ pręceperit decretalia constituta ab omnibus custodiri: vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari*.

Qui ergo omnia dicit, & particularia omnia, & singularia comprehendit. ex Gregorio in Euangelia homilia 4. in fine in *can. sunt nonnulli, qui quidẽ nũmorum pręmia ex ordinatione non accipiunt* 114. 1. *q*. 1. Qui de viro iusto ver-

ba faciens, sic infert: *Vnde benè eum iustum virum describeret propheta, ait: ( Qui excussit manus suas ab omni munere ) Neque enim dicit, qui excutit manus suas à munere, sed adiunxit ( ab omni. )* inferens in fine: *Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit: quando in diuinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem in verbo *ab omni* & ipsa dicens: *vt omnia particularia, & singularia comprehenderet.* Vniuersalis enim hæc *omnis.* includit ea, quę minus alias includerentur. ex Iuliano Cæsare in *l. omnes pro iis agris, quos possident, publicas pensitationes agnoscant 3. siue finali C. sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse.* ad verbum *omnes,* ibique *Gloss* 1. deducitque *Paramus de origine sancti officii lib. 3. q. 6. num. 28.* per optime est locus Pauli ad *(Hebreos 2. 8.)* referentis illud psalmi 8. 8. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* inferendo: *In eo enim, quod omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectum ei.* Deduximus nos aliàs ac precertim *respons.* nostra 68. *num.* 12. 13. *&* 14. *part.* 5.

Omnia, quę fiunt, aut Deus iusto iudidicio facit, aut fieri permittit. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum pręstigiis. 14 col. 3. §. auguria autem auium Phryges primi inuenerunt. 26. q. 5.* qui sequentibus fatur. *Nec ideo quisquam credere debet, quoslibet magicis artibus aliquid facere posse sine permissu Dei, (qui omnia, quę fiunt, aut iusto iudicio facit, aut permissu suo ita fieri sinit) quod prædicti magi leguntur similia fecisse Moysi.* & cętera prosequitur *Nauarrus in relectione capit. nouit. de Iudiciis notab. 3. num. 70. & 74.*

Omnia si in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Alexander Papa omnibus orthodoxis scribens in *can. si quandoque à sacerdotibus, & auctoribus Ecclesię 1. §. non potest autem humano condemnari examine 15. q. 6.* verba damus: *Non potest autem humano condemnari examine, quem Dominus suo reseruauit iudicio. si omnia namque in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent.*

Omnia vestra; vos autem Christi; Christus autem Dei. *(1. ad Corinth. 3. 22.)* verba sunt Pauli: *Nemo itaque glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt; Siue Paulus siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue pręsentia, siue futura. Omnia enim vestra sunt: vos autem Christi; Christus autem Dei.* Deduxitque Augustinus ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obiiciunt 3. in fine 23. q. 7.* dicens: *Scriptum est enim. Omnia vestra: vos autem Christi: Christus autem Dei.* Scilicet Patris. vt *Gloss.* ibidem subnectit.

Omnia probate; quod bonum est, tenete. *(1. ad Thessalonicenses 5. 22.)* dicit enim Paulus: *Prophetias nolite extinguere omnia autem probate; quod bonum est, tenete.* Quæ verba detulit Gelasius Papa in Concilio habito Romę cum septuaginta Episcopis in *can. sancta Romana Ecclesia 3. § item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione Capitis Beati Ioannis Baptistæ. distinct. 15.* Decernens, quæ Concilia, & quos libros sancta Romana Ecclesia recipiat. de dictis scriptis de inuentione sanctę Crucis, & capitis Beati Ioannis Baptistę. sequentibus inferens: *Sed cùm hæc ad Catholicorum manus peruenerint, B. Pauli Apostoli sententia pręcedat: (omnia probate, quod bonum est, tenete.)*

Omnia, quæ vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Sic enim Christus Dominus, & magister noster. Legifer noster *(Matthæi 7. 12.)* cōsequentiam inferens: *Omnia ergo, quęcūque vultis vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hęc est enim lex, & prophetæ.* deducit *S. Thomas 1. 2. q. 77. art. 1 sed contrà.* Et Gratianus in *summa. humanum genus distinct. 1.* Dictumque fuit in Concilio Bracharensi Secundo in *can. placuit omnibus episcopis. 12. in fine 10. q. 1.* Verbis enunciante de omnibus: *Et quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciūt.* Nec dissimiliter Gregorius IX. Patriarchę Gradensi scribens in *cap. dilecti filii Archidiaconus, & Capitulum Castellanum 13. §. cum igitur non deceat aliis te fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles. de maioritate, & obedientia. extra* vbi *Gloss.* verbo *nolles* refert distichon illud:

*Quod tibi vis fieri, mihi fac: quod nō, mihi noli:*
*Sic potes in terris viuere iure poli.*

Concinitque Iustinianus Cęsar in *§. Iuris pręcepta Institutionibus de Iustitia & iure.* ibique *Gloss.* verbo *alterum non lædere.* Sequentibus inferens: *Vnde illud; Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* deduximus plura *respons.* nostra 38. *nu.* 15. 16. & 17. *par.* 5. & ibidem *respons.* 21. *num.* 7.

Opem non fert, qui ad peccandum adiuuat: ac non potius subuertit, atq; opprimit. Augustinus docet ad Macedonium scribens in *can. si res aliena, propter quam peccatum est, cùm reddi possit, non redditur. 1. §. illud verò fidentissime dixerim. 14. q. 6.* Verba sunt Augustini rationem reddentis: *Num misericordiùs opem nostram talibus subtrahimus, quàm impendimus. Nō enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat; ac non potius subuertit, atque opprimit.* Ex eodem Augustino ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit amicus est 2. 5. q. 5.* subsequendo: *Nec omnis, qui verberat inimicus est.* (ex prouerbiis 27.) *Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere; quam lenitate decipere. Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat: quam esurienti panis frangitur, vt iustitię seductus acquiescat.* infens: *Quis nos potest ampliùs amare, quam Deus? Et tamen non solum nos docere suauiter, verùm etiā salubriter terrere non cessat.*

Opera, quę facimus, testimonium peribent veritati. Sic Innocentius Tertius V. Plebano sancti Gauinii in *cap. quod Dei timorem prę oculis habeas ex fructibus tuis colligitur euidēter, cùm opera, quæ facis, testimonium peribeant veritati. 5. extra de statu monachorum.* Hinc in veteri lege vesti sacerdotali tintinnabula inferebātur. ex Gregorio in pastorali in *can. sit rector discretus in silentio 1. §. sacerdos namque*

*ingrediẽs, vel egrediẽs moritur di. 42.* Qui sequẽtib⁹ fatur: *Vestimẽta aũt Sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta testante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent: vt vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera sacerdotis clament.* rationem reddit *glossa* ibidem verbo *opera.* & ipsa dicens: *Nam opera probant.* Ex Augustino de communi vita Clericorum in *can. non solo tactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur.* 12. 32. q. 5. illis verbis: *Et cùm se inuicem sibi etiam tacente lingua, conspectu mutuo corda nunciant impudica.* ibidẽ *Gloss.* verbo *tacente lingua.* argumentum infert. *Quod operibus loquimur, sicut & verbis.* Opera ergo, quæ facimus, testimonium perhibent veritati. Et dixit Dominus noster (Ioannis 5. 36.) *Opera enim, quę dedit Pater, vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimoniũ perhibent de me, quia Pater misit me.*

Opera bona, quæ quis in peccato existens operatur: & si ad vitam æternam non proficiant consequẽdam, cùm à radice non procedant charitatis; prosunt tamen ad multa non ex condigno, sed ex congruo consequenda, vel quod ea Deus ex condigno remuneret in hac vita, vel etiam ad minus iudicium subeũdum. De primo loquitur Gregorius in *can. cauendum nobis est, vt si forte aliquid boni agimus* 47. *de pœnitentia distinct.* 3. de diuite verba faciens (*Luc.* 16. 25) cui dixit Abraham: *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua.* sequentibus commentum agens: *Nisi enim diues iste aliquid boni egisset, vnde in præsenti seculo remunerationẽ accepisset, nequaquam Abraham ei diceret: (Recepisti bona in vita tua.* Accedit Chrysostomus ad populum homilia 67. in *can. quid ergo turbam* 48. *in fine eadem distinct.* 3. *de pœnitentia.* & ipse subsequens: *Est & alia ratio. Quia non potest malus in omnibus malus esse, sed habet aliqua bona: neq; bonus in omnibus esse bonus, sed habet aliqua peccata. Cùm ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. Cum enim pro illis paucis retributionem hic accipit; illic iam pleniùs punietur.* De Secundo Augustinus verba facit in libro de pœnitentia in *can. si quis autem non habens charitatem* 49. *in fine eadem de pœnitentia distinct.* 3. verba excipe Augustini: *Vnde illud, quod ait Apostolus* (1. ad Corinth. 13.) (*Si tradidero corpus meum ita vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.*) *Nihil prodesse intelligitur ad regnum cælorum obtinendum non ad extremi iudicii tolerabilius supplicium subeundum.*

Est & alia ratio: vt Deus cor facientis citius illustret, & ad pœnitentiam conuertat. ex Gregorio VIII. in Synodo Romana in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *de pœnitentia distinct.* 5. in fine sequentibus inserente: *Ne tamen desperet, interim quidquid boni facere potest, hortamur vt faciat: vt omnipotens Deus cor illius illustret ad pœnitentiam.* Iura deducit *Gloss.* in *can. quærat hic aliquis, si fidelis deprehensus in adulterio* 44. § *illud autem Gregorii eadem de pœnitentia distinct.* 3. verbo *non percipitur.* Quærens de bonis, quæ fiunt in charitate, adueniente postmodum peccato, quod mortificentur. & de bonis factis extra charitatem, quæ non proficiunt ad vitam æternam, sed ad bonum temporale, vel ad illustrandum, vel ad incommodum vitandum, vel ad minorem pœnam subeundam. *Cùm nõ habeat aliquid viriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis.* Secundum verba Gregorii homilia 27. in Euangelia. refertque Gratianus in *can. vt cognouerunt, quod nudi essent* 39. §. *opponitur etiam illud, quod omnis clamat auctoritas. post principium de pœnitentia distinct.* 2. sequitur *Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap.* 8. *num.* 3. Nec dimittenda est *gloss.* in *cap. quod quidam ad confessionem de criminibus veniant* 5. *de pœnitentiis, & remissionibus extra* verbo *non sit vera huiusmodi pœnitentia* in fine. referens versus.

*Quæ cum mortali bona fiunt, dant bona terræ:*
*Cor faciunt humile, minuunt tormenta gehẽnæ.*

Nam aliàs, vt Pius Papa epistola 1. in *can. nihil enim prodest homini ieiunare, & orare, & alia religionis bona agere, nisi mens ab iniquitate reuocetur.* 23. *de consecrat. distinct.* 5. & *Gloss.* ibidem Ad vitam æternam scilicet. Prodest enim quo ad temporalia. Deducitque *Gloss* in *can. importuna in Euangelio mulier* 58. *de pœnitent. distinctione* 1. *in casus figuratione. Nauarrus d. can. quærit hic aliquis finali de pœnitent. distinct.* 3. à n. 5. & *manuali prœludio* 7. *num.* 3. & *cap.* 3. *num.* 8. & *cap.* 27. *num.* 179.

Opera mortua, quamuis ex genere bona sint moraliter, quia tamen ex charitatis radice non prodeunt, non proficiunt ad vitam æternam, neq; per pœnitentiam reuiuiscunt: Quia numquam viua fuere. Opera tamen mortificata, quæ in charitate facta fuere, per superueniẽtiam vero peccati mortalis mortificantur, per superuenientiam tamen gratiæ viuificantur. optime *Gloss.* in *can. potest fieri, vt aliquis v[...]ctus supplicus* 52. qui est Ambrosii: *De pœnitentia distinct.* 1. illis verbis: *Quam indignum autem, cùm apud homines valeat certaminis gratia, vt apud Deum non valere asseratur?* ibique *Gloss.* verbo *non valere.* inferens in fine: *Et ita est argumentum hic: quod Deus remunerat opera mortificata per peccatum. Gloss.* in *can. non est tam iniustus Deus, vt obliuiscatur operis vestri.* 29. ibique Gratianus §. *operis, quo omnia sua fecerant communia de pœnitentia distinct.* 2. verbo *bona faciet.* & plenius *glos.* in d. superùs *can. quærat hic aliquis* 44. §. *illud autem Gregorii de pœnitent. distinct.* 3. verbo *non percipitur.* Deducitque ex Augustino in *can. pium est credere, & nostra fides expostulat.* 45. *eadem distinct.* 3. *de pœnitentia.* illis verbis: *Et diligat bonum, quod etiam in peccante plantauit.* ibique *gloss.* verbo *bonum* in additione dicens: *id est in illo, qui post id bonum peccauit, & postea reddit ad gratiam: qui diligitur ad remissionem æternam.* Ex Augustino libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis* 1. *col.* 3. §. *pium est tamen credere de pœnitentia distinct.* 5. & *Gloss.* in *can. si auerterit se iustus a iustitia sua, & fecerit iniquitatem* 15. *de pœnitentia* di-

distin. 4. verbo nō recordabuntur. Sanctus Thomas 3.part.q.88.art.6.in corpore.

Opera Trinitatis ad extra inseparabilia sunt. ex Augustino in can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus.9.col.2.5. Quoniam ergo ab infideli fidelem discedere. 28.q.1. verba deducimus Augustini. Absit enim, vt quisquam Catholicus dixerit:quod suadet Spiritus sanctus, non Dominum suadere, cùm & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera Trinitatis.idemque Augustinus lib.1.de Trinitate cap.4.io can. omnes, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate 30.siue finali de consecratione distin.3. in fine concludens: Quamuis Pater, & filius, & Spiritus sanctus sicut inseparabiles sunt,ita inseparabiliter operantur. Quod itaque vna facit persona, tota Trinitas facit, & quælibet illius persona. ad extra videlicet. Hanc ob causam, & si solus filius sumpserit humanitatem, & factus fuerit homo; illam tamen assumptionem,& hypostaticam vnionem tota Trinitas operata fuit, atque effecit ad extra. Filius enim,qui naturam assumpsit, terminus fuit vnionis. S.Thomas in 3.sententiarum distinct.1.q.3.& 3.part.q.3.art.4. Et ex Dydimo lib.2.de Spiritu sancto in can. saluator, qui,& veritas ait 4.siue finali de consecrat.dist.5. Et dixit Gloss in can. verbum Dei dimittit peccata 51.de pœnitentia distinct.1.verbo.verbum. id est filius Dei.ex Augustinn lib. 3. de Trinitate cap.4. in can.corpus,& sanguinem Christi dicimus illud 60.de consecrat. distinct. 3. De corpore Christi loquente; Quod cum per manus hominum ad illam visibilem speciem perducitur,non sanctificatur,vt sit magnum sacramentum, nisi operante inuisibili spiritu Dei. Rationem reddit Glossa ibidem verbo spiritu Dei. dicens: Sed Quia indiuisa sunt opera Trinitatis. sequitur Nauar d can.verbum Dei. 51. de pœnitent.distinct.1 num.7.

Opera bona vigilanter sunt facienda, præsertim ab Episcopo, & non solum credat sibi lectionem,& orationem sufficere,sed etiam de manu fructificare, vt largam manum habeat, necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat. ex Gregorio Secundino Seruo Dei in can. Fratrem nostrum Martinianum Episcopum 6.distinct.86.

Operibus, & factis sicuti Deum confitemur, ita quoque negamus.nam factis Deum negamus. ex Apostolo (ad Titum.1.16.) dicente: Confitentur se nosse Deum,factis autem negant. ibique Hieronymus in can.existimant quidam in eo tantum Christum negari. 84.11. q.3. inferens: Et quotiescumque vincimur a vitiis, atque peccatis, toties Deum negamus; Et è contrario, quoties benè quid agimus, Deum confitemur.

Operis boni nullum est ædificium, vbi Christus non est fundamentum. ex Gregorio Antiotheno Episcopo in can. cùm Paulus dicat 36.1.q.1.inferente: Consequenter probatur:quia vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est super ædificium.

Opera non sunt præcipitanda nec consilia, neque ordo rerum corrumpendus. ex Calixto Papa I. ad Episcopos Galliarum in can. ponderet vnusquisque sermones suos 14. distinct.50. dicente: Nec præcipitemus consilia, & opera nostra,neque ordinem corrumpamus.

Opera non ita respicit Deus, quæ facimus, sed cor magis respicit, quo facimus. ex Alexandro Papa omnibus orthodoxis in can. si quandoque à sacerdotibus, & auctoribus Ecclesiæ 1.5.confessio ergo in talibus non extorqueri 15. q. 6. in ratione, quam reddit: Cùm magis sit inspector cordis Dominus,quam operis. & in fine. Nec tantum attendenda sunt,quæ fiunt, quantum quo animo fiunt. vbi Gloss. verbo quæ fiunt infert: Potius inspicienda est causa facti, quam ipsum factum. ex Chrysostomo in can occidit Phinees hominem 14.23.q.8. inferente: Non solùm igitur respiciamus opera,sed tempus,& causam, & voluntatem &c. Et ex Digestis Gratianus in can. aut facta puniuntur. 19.de pœnitentia dist.1. in fine præsertim: Euentus quoque spectatur, vt a Clementissimo quoque facta &c.

Operari consueuit Deus bona ex malis hominum actibus. ideo gratiæ sunt ei agendæ. Ex Pelagio Papa Ioanni Patricio in can relegentes litteras excellentiæ vestræ 45. post principium 23.q.5. verba sunt Pelagii: Egimus omnipotenti Deo gratias,qui etiam de malis hominum actibus bona operari consueuit. notat ibi Gloss. verbo bona.

Opera,qui exercent sanctorum, hi sanctorum filii sunt. ex Hieronymo ad Heliodotum in can.non est facile stare loco Pauli 2. distinct. 40. Dicente: Hinc dicitur: Non sanctorum filii sunt, qui tenent loca sanctorum, sed qui exercent opera eorum. eodem Hieronymo teste in Micheam in can. Ecclesiæ principes, qui deliciis affluunt 4. in fine distinct.35. sequentibus dicente: Si in Apostolorum loco sumus, non solùm sermonem eorum imitemur sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

Opera mala duplici ex causa magis perniciosa æstimantur, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis. ex Ioanne Chrysostomo in can. homo Christianus fortiter cadit in peccato 5. distinct. 40 Rationem reddit gloss. ibidem verbo cadit. dicens; Nam augetur peccatum ratione peccantis.

Opera bona prosunt ad sublimationis personæ,& dignitatis augumentum. ex Vrbano Papa Petronio Legionen Episcopo in can. quia simpliciter ad sedem Apostolicam veniens 24. sine finali distinct.56. verbis illis: Et vitam tuam religiosam audientes, ab huius te peccati vinculo absolutum, in suscepto sacerdotali officio confirmamus, Sicuti ex meritorum prerogatiua dispensatur cum aliquo. in Concilio Meldensi in can. tali coniugio generati, Ecclesiastici ordinis eudens applicentur 17. 1. q.7. illis verbis: Vel bus non meritorum prerogatina commendet.

Opera mediocria magnis operibus, magnoque bono præferenda non sunt. Irrationabilis proinde dicitur homo, qui vel ieiunium charitati, aut vigilias præfert sensus integritati, aut propter abstinentiam immoderatam, aut indiscretam psalmorum, vel orationum decantationem, aut amentiæ, aut tri-

sti-

stitiæ notam incurrit. ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant, qui bono magno præferunt mediocre bonum 24. de consecrat. distinct. 5.* Deter és in fine illud Esaiæ 61. *Ego Dominus odio habens rapinam holocaustorum.* subdens: *De rapina verò holocaustū offert, qui siue ciborum nimia egestate, vel somni penuria corpus immoderatè affligit. Videat itaque quid Apostolus dicat: Carnis curam ne feceritis in concupiscētiis.* Quia superflua prohibet, non necessaria, *Glossa* ibidem verbo *ne feceritis* subnectit.

Operatione pia quælibet culpa purgatur. multò magis abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur. ex Gregorio in *can. si quælibet culpa solet pia operatione purgari 20. 22. q. 2.*

Opera bona, quæ etiam non iubente lege impendimus, sed ex libera charitate facimus; ea sunt nostris officiis gratiora, quæ cum liceret nobis etiam non impendere, tamen causa dilectionis impendimus. Vnde Dominus ipse, cum tributum se non debere monstrasset: soluit tamen, ne scandalizaret eos, quibus ad æternam salutem, gerens hominem, consulebat. Augustinus ad Pollentium in *can. iam nunc illud videamus, quod ait Apostolus 8. circa finem 28. q. 1.*

Operatio est posterior pars entis. Prius enim oportet rem esse, & postea operari. Qui enim non est, operari non potest. ex Augustino ad Pollentium in *can. iam nunc illud videamus, quod ait Apostolus. 8. circa finem 28. q. 1.* Ex verbis Apostoli (1. ad Corinth. 9.) *Numquid non habemus potestatem manducādi, & bibendi? &c. An ego solus, & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi?* prosequitur *Baldus* post philosophum in *l. 1. num. 7. C. de sacrosanctis Ecclesiis*. Ex verbis Constantini Cæsaris ibidem verbis illis: *Post quam iam aliud velle non possunt.* Post mortem videlicet, cum iam non sunt. consequenterque nec operari. notatque *Gloss.* ibidem. verbo *non possunt*. sequitur *Rota* apud *Card. Manticam decis. 286. num. 8.* & nos *respons.* nostra 70. *num.* 37. & 38. *part. 5.*

Opus male inceptum, bonum sortiri finem non potest. ex Leone Papa ad Mauros Episcopos in *can. principatus, quem aut seditio extorsit. 25. 1. q. 1.* In fine rationem reddente: *Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.* quia *v. gloss.* ibidem verbo *principio* adnotat. Initium spectandū. Idemque ex eodem deduxit Gratianus in *can. tantum apud vos per occasionem temporis 5. principatus autem, quem aut seditio extorsit. distinct. 81.* Rationem quoque profert Caius lib. 1. ad Legem duodecim tabularum *l. 1. ff. de origine Iuris* verbis eloquens: *Et certè cuiusq; rei potissima pars principium est.* Deduximusque nos *respons.* nostra 75. *num.* 44. 45. & 46. *parte 5.* Difficile est igitur, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. Quia initii sui est perniciosum exemplum. Ex eodem Leone ad Africanos episcopos ibidem.

Opus idem meritorium laudabilius est in vouēte, vel professo, quàm in alio. Vouere etenim opus est Latriæ, ac præcipua virtus inter morales æstimatur. Opus verò nobilioris virtutis melius est, magisque meritoriū. vt igitur à Latria dependet, quę opus est seruitutis, quę soli Deo debetur, magis ęstimatur, consequenterque maioris est meriti. ex Septima Synodo actione sexta in *can. venerabiles imagines Christiani non Deos appellant 29. in fine de consecrat. distinct. 3.* De imaginibus sacris decernens: *Sed ad memoriam, & recordationem primitiuorum venerantur eas, & adorant: sed non seruiunt eis cultu diuino, nec alicui creaturæ,* cultu scilicet latriæ. vt *Gloss.* ibidem verbo *cultu* exprimit. magis aptè *Glossella* Marginalis ibidem adnotans: quod *Duę sunt species adorationis, scilicet, latrię, & duliæ. Latria est seruitus, siue cultus soli Deo debitus. Dulia est seruitus, quæ debetur Creaturę.* vnde versus.

*Dulia fit seruo; debetur latria Christo.*

*Archidiaconus.* Deinde quia vouens non solùm quo ad actum, sed etiam, quo ad potestatem subiicit se Deo. vt de cętero aliud agere non possit. plus ergo dat. secundum Anselmum libro de similitudinibus. Dat enim fructum, & arborē, non solum fructum. Tertio, quia propter votum immobiliter in bonum volūtas firmatur. Ad perfectionem verò virtutis pertinet, ex voluntate firmata quidquam agere. ex Philosopho 2. *ethicorum.* & Augustinus: *Felix necessitas, quę ad meliora compellit.* ergo magis meritorium. *Glossa* est notabilis in *clementina si Dominum in sanctis eius laudare iubemur. vnica. § ex ministeris etiam spirituum superiorum nobilitat, & sublimat hominis dignitatem de reliquiis, & venerationem sanctorum* verbo *se ipsum*. sanctus Thomas 2. 2. q. 88 *art. 6. Nauarrus manuali cap. 12. num. 32.*

Opera ipsa nostra, quamuis indifferentia sint, ita ex intentione recipiunt qualitatem, siue formalitatem, vt in ipsis, & mereri, & demereri valeamus. ex Augustino contra Faustum in *can. lex æterna ita medio quodam loco posuit aliqua hominibus 15. 23. q. 5.* De Abrahamo inferente: *Abraham si spontaneus in occidendo filio motus fuisset, execrabilis haberetur: at iubenti Deo obsecundans famulatus est.* inferens etiam in can. sequenti: *Officia vindictæ possunt impleri bono animo: quomodo Lex, quomodo Iudex.* Et ita etiam tribus sequentibus canonibus. Et ex eodem Augustino in *can. dixit Dominus ad Moysen 12. in fine 14. q. 6.* De eo loquens, quando Israel expoliauit Aegyptum: *Hoc enim Deus iussit, qui nouerat, quid quemque pati oporteret. Nec Israelitæ furtum fecerunt: Sed Deo iubenti ministerium prębuerunt.* Non equidem opus ex se, sed ex voluntate perpenditur. ex Ioanne Chrysostomo in *can. sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit 10. 32. q. 5.* verba excipe: *Sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit; ita iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit.* subiequēs: *Nisi enim ex voluntate sola fornicatio consummaretur: numquam Dominus diceret: (Matth 5.) Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam; iam*

iam mœchatus est eam in corde suo.) Ergo voluntas sine opere frequenter peccat.

Opera facta extra fidem, & charitatem non respicit Deus, vt proiiciant ad vitam æternam. ex Hieronymo in Amos prophetam in can. odi, & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cætuum vestrorum 28. 24. q. 1. Rationem reddente in fine. Non enim sacrificiorum magnitudinem; sed offerentium merita; causasque diiudicat Vnde & vidua, quæ in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore præfertur: Quia Dominus non ea, quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. Nec diuersimode Pius Papa in can. nihil enim prodest homini ieiunare, & orare 23. de consecrat. distinct. 5. Meminimus quoque in superioribus verbo opera bona, quę quis in peccato in fine.

Opinioni cōmuni, in qua omnium Doctorum Catholicorum consensus conuenit, omnino standum, atque ab ea recedendum non est. Alioquin magnum religio detrimentum erit latura. ex Basilio in can. Ecclesiasticarum constitutionum quasdam scripturis. 5. distinct. 11. & ibidem ex Augustino ad Casulanum in can. in his rebus, in quibus nihil certi statuit diuina scriptura 7. verbis dicente: In his rebus, in quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. Et sicut preuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum constitutionum coercēdi sunt. Rationem reddit gloss. ibidem verbo pro lege. Et ipsa dicens: Semper diuturni mores pro lege seruantur. ex Iustiniano Cæsare in Institutionibus à Graciano relato in can. Diuturni mores consensu vtentium approbati legem imitantur. 6. distinct. 11. prolequitur Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 17. & monito 40. num. 1. In materia presertim morum, & etiam fidei. Neque profecto ab ea recedēdum sententia est, quo meliori, subtiliorique nititur ratione. ex Clemente Tertio, alias Cœlestino in cap. cappellanus tuus (frater Episcope) coram nobis ex parte tua proposuit. 4. §. Quia ergo consulti fuimus, vtra istarum opinionum potior videatur: nobis &c. extrà de feriis: inferente: Posterior sententia meliori, & subtiliori nititur ratione. Ex quo textu & gloss. ibidem verbo alii verò. Nauarrus in can. si quis autem de pœnitentia distinct. 7. num. 6. & 7. quam Glossam celebrem appellat, sequitur: non esse peccatum adherere opinioni alicui; quāuis illa alias falsa esset, quando sunt contrarię Doctorum sententię: quia glossa ibidē sequitur: Vnaquæque Prouincia abundat in suo sensu. Ex Hieronymo ad Lucinium in can. vtinam omni tempore ieiunare possimus 11. in fine distinct. 76. dicente. Sed vnaquæque prouincia abundet in suo sensu: & pręcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. Rationem reddit gloss. ibidem verbo Apostolicas, & ipsa inferens: Consuetudo enim interpretatur legem. maximè verò, si opinio ipsa textui conformior videatur. ex eodem cap. cappellanus tuus.

Quando autem quis consulit aliquem peritum, dicentem duplicem esse Doctorum sententiam; vnam tamen earum veram esse asserit, & si contra communem; tenetur consulens ipse illam sequi, si aliunde illi non constet contrarium. Cum enim consilium petat, ad illud sequendum tenetur, si aliud non inuenerit melius; nec potest sua opinione contrarium sequi. Nauar. cons. 10. num. 5. & 6. lib. 5. de pœnitentiis. & remissionibus. & can. 1. de pœnitentia distinct. 5. num. 37. & cons. 1. num. 7. lib. 4. de conditionibus appositis. Dicens; Non esse recedendum à communi opinione sine textu, vel efficaci ratione. iuxta conclusionem Ioannis Andreæ communiter receptam in cap. 5. de constitutionibus. Ex Leone Papa Quarto ad Episcopos Brittanię in can. de libellis, & commentariis aliorum 1. distinct. 20. Etenim vnius sententia, quæ rationabilem habet causam, & rationem, multorum prævalet opinioni. ex tripartita historia in can. Nicęna Synodus corrigere volens hominum vitam 12. distinct. 31. verbis illis: Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset expertus) exposuit 1 Synodusque laudauit sententiam eius; & nihil ex hac parte sanciuit. Notatque ibi gloss. verbo sententiam, consequentiam inferens: Vnus ergo potest contradicere toti vniuersitati, si habet rationabilem causam. Ex Innocentio Papa Rufo, & Eusebio Episcopis Macedonibus in can. numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortium 1. in fine 28. q. 1. illis verbis: Et vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritate roborari. sequitur Nauarrus cons. 4. num. 6. & 7. lib. 4. de consanguinitate, & affinitate: & cons. 25. num. 8. ad 5. lib. 5. de priuilegiis. Ioannes Sancius in select. disputac. 14. num. 8.

Opinio bonę existimationis pecuniario pręferenda est commodo; ita quidem, vt crudelis æstimetur, qui propriam negligit famam. ex Augustino de communi vita clericorum in can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat malè viuendi occasionem 10. post principium. 12. q. 1. dicente: qui confidens conscientię suæ negligit famam suam crudelis est. Concinitque Alexander Tertius Spoletano Episcopo scribens in cap. suam ad nos rectores clericorum 9. §. quia igitur te non decet. extra de pęnis: ibique peroptimè glossa verbo modestiæ obliuisci. Rationem reddens: præferenda est enim existimationis opinio pecuniario commodo.

Opinio publica, & testimonium publicum non est fallendum. ex Gregorio in can. oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est 23. circa finem distinct. 85. verbis illis: Vnde omnimodo cauendum est, fratres, ne fallamus populum, & illud prophetę dictum impleatur in nobis (Sophoniæ 3.) Sacerdotes mei contaminant sancta, & reprobant legem. vbi gloss. verbo ne fallamus. rationem reddit: Publicum enim testimonium, & opinio non est fallenda. Argumento petito ex Nicolao Papa ad Albiuum Viennen. Ecclesiæ Archiepiscopum in can. quod interrogasti de fœmina 6. distinct. 27. ibique gloss. verbo & finxit.

Opinionem suam debet quis mutare, si alterius opinio melioribus probetur rationibus.

bus.ex Augustino ad Vincentium in *can. vides,vt opinor,non esse considerandum, quod quisque cogitur*, 3. §. *mea primitus sententia erat* 23. q. 6. Qui sequentibus rationem reddit: *Sed hec opinio mea, non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabundatur exemplis*, vbi *Gloss.* verbo *opinio* intert: *Sic ergo Iuris peritus debet mutare opinionem suam,si expedit mutare.* Ex eodem Augustino sermone 2. de communi vita clericorum in *can.certè ego sum,quisstaturam* 18. 12. q 1. dicente: *Ecce in conspectu Dei,& vestro,muto consilium.*

Opinio,quę pro superior est,in dubio sequenda. ex Augustino contra Manichæos in *can. quid culpatur in bello* 4.*in fine* 23. q.1. Qui sequentibus consequentiam infert: *Ergo vir iustus,si forte sub rege homine,etiam sacrilego,militet,rectè potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei preceptum,certum est,vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum faciat regem iniquitas imperandi: innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.* vbi gl. verbo *iniquitas.*& ipsa subiecit: *Hic habes, quod licet Dominus peccat precipiendo,tamen subditus non peccat obediendo.* Ex Gregorio Ioanni Episcopo Rauennati in *can.contra morem quippe Ecclesiastieum est,si non patientissime toleratur* 8. *distinct.* 100.ibique *Gloss.* verbo *patientissimè* argumentum inferens: *Quod licet videatur iniustum, quod præcipit prçlatus, patienter tamen ferendum est.* Quia in dubio pro prę'ato inclinanda sententia. sequitur Pater *Luisius Turrianus in* 2.2. *Diui Thomæ tom* 2. *de Iustitia disput.* 50. *dubio* 5. *num.*9.*&* 10. *Layman summę Theologię moralis tom.*1. *tract.*1. *cap.* 5.§.2.*n.*3.*corollario num.*11.*&* 12.

Opinioni, quæ antiquior,& potior est, adhęrendum. ex Isidoro ad Massanen Episcopum in prefatione ad librum de summo bono in *can hoc ipsum, quod canonum censura* 11. *in fine* 33.q.2. verba sunt Isidori: *In fine autem Epistolę hoc adiiciendum putaui, vt quotiescumque in gestis conciliorum discors sententia inuenitur, illius sententia magis teneatur,cuius antiquior,aut potior extat auctoritas.* Et repetitum fuit in *can. Domino sancto, meritisque beato fratri Massano Episcopo* 28 *in fine distinct.*50.ibique peroptimè *gloss.* verbo *discors.*

In opinionibus tamen eligendis rationi plus deferendum est,quàm auctoritati.*Cassadorus decis.*7.*num.* 17. *de causa possessionis, & proprietatis. Rota apud Coccinum decis.*214.*nu.*2. *Ioannes Sanchez in selectis disputat.* 7.*num.* 18. Ex duobus autem opinionibus probabilibus, quæ versantur circa actionem humanam, quisque in praxi,siue operatione, sequi potest,quam maluerit, & si operanti speculatiue minus probabilis videatur. *Layman Theologię moralis tom.* 1 *tract.*1.*cap.*5.§. 2. *num.* 7. *Sanctarellus variarum resolutionum q.*66.*num.* 50. Quamuis fit in tertii damnum. *Barbosa de officio & potestate episcopi allegat.*35.*num.*18.*&* 19. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.*5. *cap.*33.*num.*2.*in fine vers. & quamuis ea est materia moralis. Sanch. de matrim.lib.*2.*disp.*41.*n.*30 *& lib.*3.*disp.*20.*n.*4.*& lib.*8.*disp.*6.*n.*18 *in fine.*

Oppressio omnis, & iniquitas, & iniustitia, iudicium sanguinis est: & licet gladio non occidat: voluntate tamen interficit. Hieronymus in *can. omnis iniquitas, & oppressio, & iniustitia iudicium sanguinis est* 25. *de pœnitentia distinct.* 1.

Oppressio est,quæ fit in pauperes contra iustitiam, & veritatem,dum non auditur, sed quod offerat exquiritur. ex Isidoro lib.3.de summo bono in *can. pauper dum non habet, quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contrà veritatem opprimitur* 72.11.q. 3. Nec diuersimode Augustinus de verbis Domini in *can. militare non est delictum* 5.*in fine* 23.q.1.dicens: *Quicumque sibi stipendia publicę decreta consequitur,si amplius quærit, tamquā calumniator, & concussor, Ioannis sententia condemnatur.*

Opprimentium pauperes dona à sacerdotibus recipienda non sunt.ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can.oblatines dissidentium fratrum.*2.*distinc.*90. Disponit enim Concilium: *Dona eorum,qui pauperes opprimunt, à sacerdotibus refutanda sunt.* notatque ibidem *gloss.* verbo *opprimunt.*

Oppressis ab omnibus in cunctis subueniendum est causis. ex Felice Papa I. ad Paternū Episcopum in *can. primates accusatum discutientes Episcopum* 5.*in fine* 2.*q.*1.qui infert: *Ita vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis.* Repetiturque à Gratiano in *can. irritam esse censemus,& iniustam Episcoporum damnationem* 11.3.*q.*6. Nec diuersimode Anacletus Papa in *can. omnis oppressus liberè sacerdotum(si voluerit)appellet iudicium* 3.2.*q.*6. Maximè autem ad sanctam Romanā Ecclesiam, quasi ad Matrem. ex Zepherino Papa in *canone ad Romanam Ecclesiam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis,appellandum est.* 8.2.q.6. Rationem in fine inferente: *Quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum.* Vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniustè damnati restitutionem sumant. ex verbis Iulii Papæ in decretis ad Orięntales in *can.ideo huic sanctæ sedi* 10.*eadem* 2.*q.*6. Oppressionis proinde causæ ad Ecclesiam spectant.ex Concilio Tolerano Primo in *can. si quis de potentibus clericum,aut quemlibet pauperem.*21.24 *q.*3.ibique *gloss.* verbo *pauperem.* Ex Anastasio Papa in *can.defensionis propriæ desolatis auxilio.*2.*distinct.*87. Iudices ergo oppressis subuenire tenentur. viduasque tueri,ac presertim Ecclesia. ex Hieronymo in Hieremiam in *can. regum officium est proprium facere iudicium, & iustitiam.*23.*in ipso principio* 23.*q.*5.ibique *gloss.* verbo *oppressos.*

Optimum optima decent. ex Symmacho Papa Laurentio Mediolanensi Episcopo post Sextam Synodum Romanam in *can. Vilissimus cōputandus est* 45.1.q.1.verba attende: *Vilissimus computandus est,nisi precellat scientia,& sanctitate,qui est honore prestantior.* Optimum ergo optima decent. Cōcinitque Hieronymus in Leuiticum in *can. licet ergo Dominus de constituendo principe precepisset.*15.8. *quæst.*1. post

principium. verbis enuncians: *Requiritur enim in ordinando sacerdote, & præsentia populi: vt sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior est in omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotium; & hoc astante populo: ne qua postmodum retractatio cuiquam, ne quis scrupulus resideret.* Optimum ergo optimis decent. Quemadmodum contrà. Pessimum, pessima consequuntur. ex illo *Sapientiæ.6.* quo sapiens intulit: *Potentes potenter tormenta patientur.* Deduxitque Hieronymus ad Titum in *can. illud inferendum est aduersus eos, qui de Episcopatu intumescunt 2.q.8. quæst.1.* in fine, & ipse inferens: *Quanto magis vnusquisque se considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, trahent se ab hoc, nō tam honore, quàm onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare.* Nec diuersimode Gregorius in moralibus in *can. principium enim viarum Dei 45. de pænitentia distinct.2.* ante medium, de diabolo dicens: *Qui idcirco peccans, sine venia damnatus est; quia magnus sine comparatione fuerat creatus.* & notat *Gloss.* ibidem verbo. *venia.* sequiturque *Nauarrus in relectione cap. nouit. de Iudicijs notabili 3 nu.15.*

Opposita iuxta se posita elucescere magis. ex Aristotele. Oppositorum enim eadem est disciplina, & vnum per aliud innotescit. ex Aristotele 5. *Eticorum.* veluti & Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum in *can. hospitiolum tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant 17. in fin. distinct.32.* argumentatur: *Si bonum est mulierem non tangere, malū est ergo tangere.* Quia, si vnum est bonum, reliquum est malum. ex *Gloss.* ibidem verbo. *malum est.* Concinitque Leo Papa in *can. gratia, si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est. 1.1. quæst.1.* ex oppositione argumentans. in fine inquiens: *Quomodo hoc probamus? Quia si spiritus veritatis (testante ipsa veritate, de qua procedit) gratis accipitur; proculdubio spiritus mendacii esse conuincitur, qui non gratis accipitur.* Nec diuersimode Caius lib.1. Institutionum in *l.1. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni Iuris.* & ipse asserens ex oppositis: *Videamus enim de ijs, quę alieno iuri subiectę sunt. Nam si cognouerimus quæ istę personæ sunt, simul intelligemus, quæ sunt sui Iuris.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *simul intelligemus.* & ipsa dicens: *Quia probato vno de contrariis, vel iis, quę se se non compatiuntur, probatur & reliquum.* & Iustinianus Cęsar in §.1. *Institutionibus de tutelis. Petrus Gregorius Tholosates Syntaxeos artis mirabilis commentariorum lib.5. cap.6. assiomate 5.* Opposita enim circa idem sunt. vnde si vnum oppositum dicitur multipliciter, & reliquum. ex *Aristotele lib.1. topicorum cap.13.* explicat *S. Thomas 2.2. q.92. art.2. in principio. & ad primum.* procedere in oppositis, in quibus est eadem ratio multiplicationis. Oppositorum verò hæc est natura, vt cum prædicatur de vno oppositorum affirmatiue, prędicetur de alio necessario negatiue. ex eodem Hieronymo *d. can. hospitiolum tuum.* Si bonum est mulierem non tangere, malum est ergo tangere.

Deducit *Alexander Raudensis variarum resolutionum cap.65. nu.21 in fine.*

Optio in beneficiis, seu præbendis, & canonicatibus, quę Pontifex alicui specialiter prouidere mandauit, sublata propter hoc non est, vbi huiusmodi viget optandi consuetudo, ab antiquioribus videlicet meliores vacantes prębendas; ni tamen præbendæ ipsę apud Sedem vacent Apostolicam; & dummodo ipsa optio intra viginti fiat dies à die notitię vacationis; alioquin optio cessabit. ex Bonifacii Octaui dispositione in *cap. cùm in tua Ecclesia 4. siue finali de consuetudine in 6.* Cardinalis *Zaberella cons.16. nu.1. Rota decis. 10. num.2. de prębendis in antiquis.* & apud Sanctę memoriæ *Gregorium 13. decis.478. nu.2. & 5.*

Oratio pii est animi affectus, quo pręces nostras ad Deum fundimus. vnde cum oramus ad pręces toto corde incumbere debemus. Ideo sacerdos ante orationem præfatione præmissa parat fratrum mentes dicendo (sursum corda) vt dū respondet plebs (habemus ad Dominum) admoneatur, nihil se aliud, quàm Deum cogitare debere. ex Cypriano sermone 6. de oratione Dominica in *can. quando autem stamus ad orationem fratres dilectissimi 70. de consecrat. dist.1.*

Oratio vero non verbis tantum, sed corde ad Deum fundenda est. Non enim in multiloquio oratio consistit. ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant 24. de consecratione dist.5.* dicente illo ratione: *Numquid verborum multitudine flecti Deus, vt homo potest? Nō enim verbis tantum, sed corde orandus est Deus. Melior est quinque psalmorum decantatio cum cordis puritate, & serenitate, & spirituali hilaritate, quàm totius psalterij modulatio cum anxietate cordis, & tristitia.* Nec diuersimode Clemens V. in Concilio Viennen in *clement. si Dominum in sanctis eius laudare iubemur. vnica §. ideoque vniuersitatem vestram monemus, & hortamur in Dño de reliquijs, & veneratione sanctorum.* illis verbis: *Et per veram, & puram confessionem, eleemosynarum largitione, assiduas, & sedulas orationes.* ubique plene *Gloss.* magna verbo *orationes col.3. ante medium. vers. de quarto. Matthæi 6.* Cùm oraueritis nolite multum loqui. Deducit *S. Thomas 2.2. q.83. ar.4.* & vt Hieronymus ad Rusticum monachum de viuendi forma in *can. numquā de manu tua, & oculis tuis recedat liber 33. de consecratione distinct.5.* verba facit: *Oratio sine intermissione. Vigil sensus sit, nec vanis cogitationibus patens: corpus pariter, & animus tendatur ad Dominum.* vt verbis, & corde, animoque oremus ad Dominum. ex Augustini monitione de catechizandis rudibus in *can. sedulò monendi sunt scholastici. distinct.38.* sequentibus docente: *Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum.*

Oratio publica in Ecclesia melior est, quàm priuata. ex Concilio Gangrensi in *can. parsimoniam cum veste humili non reprobamus. 5. distinct.41.* illis verbis: *Pietatem in priuatis domibus non concludentes, sed omnem locum in nomine Dei ędificatum honorantes, & congregationem in Ecclesia factam ad vtilitatem communem*

reci-

*recipimus*; ibique peroptimè *Gloss.* verbo *in priuatis*. explicans illud Domini: (*Tu autem cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.*) Nam de cubiculo mentis exaudiri intelligit, vt claudatur distractionibus. Orationibus enim communibus iuuamur. ex Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in pœnitentiali suo in *can. ab infirmis in periculo mortis positis* 1. 26. q. 7. illis verbis: *& cum amicorum orationibus, & eleemosynarum studiis &c.* ibique *Gloss.* verbo *orationibus*. quæ rationem reddit: *Nam per orationẽ vnius deletur peccatum alterius*: ex Gregorio Papa Secundo Bonifacio Episcopo in *can. pro obeuntibus quippe consuluisse dignosceris* 21. & *can. animæ defunctorum, quatuor modis soluitur* 22. 13. q. 2. ibi: *aut precibus sanctorum.*

Oratio per omnes Dominicas; & per omnes dies Paschæ vsque ad Pentecosten, non prostrati causa humilitatis: sed recto vultu ad Dominũ fungi debet orationis officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Dominicæ celebramus. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter propter publicam pœnitentiam à sacerdote acceptam* 17. *distin.* 30. Decretumque fuit in Concilio Niceno in *can. quoniam sunt in die Dominica quidem ad orationem genua flectentes*. 10. *de consecrat. distinct.* 3. indicendo: *Statutum est à sancta Synodo (quoniam consona, & conueniens per omnes Ecclesias custodienda consuetudo est) vt stantes ad orationem vota Domino reddamus*. & Concilio Carthaginense Quarto in *can. sacerdos pœnitentiam imploranti* 6. 26. q. 7. vbi statuitur: *Die autem Dominico non ieiunent*. Dixitque Hieronymus ad Lucinium in *can. vtinam omni sempore ieiunare possimus* 11. *distinct.* 76. § *nec hoc dico, quod Dominicis diebus ieiunandum putem.* ibique *gloss.* in casus figuratione.

Orare licet pro viuis hæreticis in speciali, & aliis malis, vt Deus eos conuertat. & pro defunctis omnibus in generali, sed non pro damnatis. vt scilicet viuos malos corda eorum omnipotens Deus illustret ad pœnitẽtiam. ex Gregorio VII. in Synodo Romana in *can. falsas pœnitentias dicimus* 6. *in fine de pœnitentia distinct.* 5. Quia nimirum *nescientes quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat, sic affici debemus charitatis affectu, vt omnes velimus saluos fieri*. Augustini verbis loquimur in *can. corripiantur itaque à præpositis suis fratres*. 17. *in fine* 24. q. 2. sequiturque *gloss.* in *can. si quis episcopus aut Abbas* 91. 11. q. 3. verbo *pro hæreticis*. Pro impiis tamen mortuis orandum non est, quamuis Christiani fuerint. ex Gregorio Papa II. Bonifacio Episcopo in *can. pro obeuntibus quippe consuluisse dignosceris* 21. *in fine* 13. q. 2. ibique *Gloss.* verbo *pro impiis*, inferens: quod si dubium fuerit an in peccato decessit, orare licebit.

Orationes, & preces iustorum facilius exaudiuntur, & per eas remissio obtinetur peccatorum. ex Augustino in *can. remissionem peccato auari non dabant*. 39. 1. q. 1. illis sequentibus verbis: *Quę per orationes sanctorum, id est per columbæ gemitus, datur*. ibique *Gloss.* verbo *quæ per orationes*. Ex Gregorio in degalogis in *can. obtineri nequaquam possunt, quæ prædestinata non fuerunt* 21. 23. q. 3. dicente; *Quatenus postulando merentur accipere, quod eis Omnipotens ante secula disposuit donare.*

Orationes nostras Sancti cognoscunt. Cognoscunt autem illas in verbo. Quia Deo manifestante cognoscunt. Ad eorum enim gloriam pertinet, quod auxilium egentibus præbeant ad salutem. & sic Dei cooperatores efficiuntur. ex Theologis *Glossa* in *clement. si Dominum in sanctis eius laudare iubemur. vnica* §. *Ideoque vniuersitatem vestram monemus, & hortamur in Domino. de reliquiis, & veneratione sanctorum.* verbo *orationes* in Glossa magna *col.* 1. *de quarto die, quod porrigenda est ad Deum.* prosequitur *Nauar de oratione, & horis canonicis cap.* 18. *num.* 18. & *cap.* 19. *num.* 69. dicens, quod *Orare possumus secretò eos, quos credimus saluatos, licet non in numero sanctorũ relatos.* ex *Innocentio* in *cap.* 1. *de reliquiis, & veneratione sanctorum.*

Orare debent prælati non tantum pro se, sed etiam pro subditis. vti Moyses faciebat. Hieronymum excipe in Leuiticum in *can. si quis vult pontifex non tàm vocabulo esse, quàm merito*, 3. *siue finali in fine distinct.* 36. Verbis exagerantem; atque inferentem ex Moyse: *Oret ergo & sacerdos Ecclesię indesinenter, vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Christo*. Debet autem cum oratione adiungere & eleemosynam. Non enim sufficit sedere ad studium, & *de manu minime fructificare; sed largam manum habeat; necessitatem patientibus concurrat, alienam inopiam suam credat: Quia si hæc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet*. vt Gregorius Papa Secundino seruo Dei de Mariano Episcopo scribit in *can. fratrem nostrum Marianum Episcopum verbis, quibus vales, excita* 6. *distinct.* 86.

Orationi insistere debent, qui diuino officio sunt mancipati, vt sunt Clerici, & Deo Deuoti, videlicet conuersi. ex Hieronymo ad quendam suum Leuitam de duobus generibus hominum in *can. duo sunt genera Christianorum* 7. 12. q. 1. Conuersi dicuntur Ecclesiasticæ personę. ex *Glos.* ibidem verbo *conuersi*. dicens. *Omnes dicuntur Ecclesiasticæ personę*. Orationi ergo vacare debebunt omnes Ecclesiasticæ personę, quia Diuino officio sunt mancipati.

Orationibus idcirco assistere debent sacerdotes, & omnes Ecclesię ministri; quia ipsi pro populo interpellant, & peccata populi cõmedunt: Quia precibus, & orationibus ea delent, atque consumunt. ex Alexandro Papa in *can. ipsi sacerdotes pro populo interpellant*. 91. 1. q. 1. notatque *Gloss.* ibidem verbo *commedunt*. Quid sit peccata populi comedere: Quia obsecrationibus, & admonitionibus delent, & pœnam infligendam orationibus minuunt.

Oratio est contra visibiles, & inuisibiles hostes efficax iuuamentum. Sicut de Moyse S.

Hieronymus dixit in *can. si quis vult pontifex non tàm vocabulo esse, quàm merito 3. siue finali distinctione 36.* sequentibus loquens: *Est & aliud opus, quod facit Moyses; ad bella non vadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? Orat. & donec ille orat, vincit populus eius; si relaxauerit, & dimiserit manus populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo sacerdos Ecclesiæ indesinenter, vt vincat populus, qui sub ipso est inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt piè viuere in Christo.* Indesinenter, id est horis statutis *glossa* ibidem exponit.

Oratione diuina secreta reuelantur, sicut Moysi oranti diuina secreta reuelata fuere. ex Hieronymo in libro Numerorum. in *can. si ergo tantus ille, & talis Moyses 16. post principiu. 8. q. 1.* verbis illis: *Vel ex ipsis etiã sacerdotibus, quis erit; qui se idoneũ ad hoc iudicet; nisi si cui orãti, & petenti à Domino reueletur? sicut & Deus dicit ad Moysem. &c.*

Orationibus iuuantur homines, siue viuentes, siue mortui. ex Augustino pro agenda cura pro mortuis in *can. non æstimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus, peruenire 19.* & quatuor aliis sequentibus *13. q. 2.*

Non tamen orandum est pro iis mortuis, qui in sceleribus non pœnitentes mortui sunt, vel qui se ipsos occidunt. ex Concilio Bracharensi primo in *can. placuit, vt qui sibi ipsis voluntariè 12. 23. q. 5.* inferente: *Nulla prorsus pro illis in oblatione commemoratio fiat, neque cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera deducantur.* Sepeliuntur tamen canina sepultura, ne aliis viuentibus detrimentum inferatur. ex *gloss.* ibidem verbo *sepulturam.*

Orandum est pro Papa ab omnibus fidelibus, tantò instantius, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit populus propensiùs pendere. ex dictis Bonifacii Martyris *can. si Papa suæ, & fraternæ salutis negligens deprehenditur. 6. in fine distinct. 40.*

Orare debent sacerdotes pro iis, quorum eleemosynas, & oblationes recipiunt. ex Hieronymo in epistola ad Damasum Papam de oblationibus altaris in *can. quia sacerdotes pro omnibus orare debent. 13. 10. q. 1.*

Orationes ad Deum, quanto qui orant, digniores fuerint, tanto faciliùs pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur: ex Alexandro Papa in *can. ipsi sacerdotes pro populo interpellant 91. in fine 1. q. 1.* Et ex Gregorio Recaredo Regi in *can. scriptum est: victimæ impiorum abominabiles Deo, vota iustorum placabilia. 11.* (ex Prouerb. 15.) *14. q. 5.* in fine referente & illud (prouerbior. etiam 15.) *Longe est Dominus ab impiis: & orationes iustorum exaudiet.* Nam alias

Quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam prouocant, quàm per se met ipsos populis placare debuerant. verbis edicimus Gregorii Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur simoniaca hæresis 28. in fine 1. q. 1.* Idemque Gregorius Salonæ consultentibus in *can. Ego autem, & vestræ dilectioni prouidens 2. in fine 1. q. 6.* Rationem enũcians: *Tunc enim liber pro vobis apud Dominum intercessor erit, si nõ obligatus de suis, ad locũ intercessionis venerit.* Et ex eodem Gregorio in præfatione in Iob, in *can. in grauibus peccatis quis positus. Dum suis premitur, aliena non diluit 5. 3. q. 7.* in fine proferens illud ipsum: (Prouerbiorum 15.) *Longe est Dominus ab impiis, & orationes iustorum exaudiet.* & in principio rationem reddit: *Cunctis enim liquidò nouimus. quia cum is displicet qui ad intercendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur.*

Oratorium ab Ecclesia differt: Quia Ecclesia dicitur quando certa constituta dos est pro sacerdote celebrante, & clericis, qui seruiũt ibi. Oratoriũ vero locus est, vbi oratur, missæ verò Sacrificium inibi non offertur. Poterit tamen sacrificium celebrari, si Episcopi licentia ex causa aliqua accesserit. Ex Concilio namque Triburiensi in *can. missarum solemnia non vbique 12. de consecrat. distinct. 1.* dicente Concilio: *Missarum solemnia non vbique, sed in locis ab Episcopo consecratis, vel vbi ipse permiserit, celebranda esse censemus.* & in *can.* sequenti. *Ecclesias per congrua, & vtilia facite loca 13.* Qui est Clementis Papæ epistola 2. ad Iacobum, Nã, eodem ex Concilio Triburiensi in *can. concedimus etiam 30. eadem distinct. 2. de consecratione.* Necessitate vrgente, vt si Ecclesiæ fuerint incensæ, vel combustæ, in cappellis cum tabula consecrata missas interim celebrari permittitur. Sicut etiam, si non alius locus adfuerit, sub dio, seu in tentoriis, si tabula consecrata, cęteraque sacra ministeria ad id officium pertinentia affuerint, celebrari conceditur, alias omnino interdicitur. Et concordat Sexta Synodus in *can. clericos, qui ministrant, vel baptizant in oratoriis, quæ intra domos sunt 34. eadem distinctione 1. de consecrat.* Sicuti poterit quis in agro oratorium habere, & poterit inibi celebrari ex licentia Episcopi. Non tamen in diebus, in quibus maximę festiuitates habentur, vt die Paschatis, Pentecostes &c. ex Concilio Agathensi in *can. si quis etiam extra parochias 35. eadem de consecrat. distinct. 1.* & dixit *Innocentius in cap. finali de censibus, exactionibus, & procurationibus.* & *Cardinalis Zabarella cons. 8. num. 1.*

Oratoria duplicis sunt generis, quædam publica, quædam priuata. Publica quę fiunt cũ auctoritate diœcesani. Priuata, quæ sine auctoritate illius fiunt in ædibus priuatis, quæ prophanari possunt. ex Sexta Synodo in *can. clericos, qui ministrant, vel baptizant in oratoriis, quæ intra domos sunt. 34.* Et ex Concilio Agathensi in *can. si quis etiam extra parochias 23. de consecratione distinct. 1.* illis verbis: *Oratorium in agro habere voluerit.* ibique *Gl.* verbo *oratorium* dicens: *hoc exaudi de oratorio priuato. Secus in oratoriis aliis, quę populus facit.* Ex Alexan-

xandro Tertio Eboracen. Archiepiscopo in *cap. ad audientiam nostram noueritis peruenisse 3. de Ecclesiis ædificandis, vel reparandis*. Concinitque Vrbanus Tertius Ariminensi Episcopo scribens in *cap. ad hæc 4. de religiosis domibus* ibique *Gloss.* verbo *mundanis vsibus*. & sequitur *Cardinalis Zabarella cons. 11. nu. 10. 11. & 12.* Et diximus propositione antecedenti.

Oratorium quisque in sua proprietate potest extruere. ex Concilio Aurelianensi in *can. vnusquisque fidelium in domo sua oratorium licet habere, & inibi orare; missas autem ibi celebrare non licet. 33. de consecratione distinct. 1.* ibique *gloss.* verbo *oratorium*. inferens: *Non sacrum. Sacrum autem sua auctoritate facere non licet. nisi auctoritate Episcopi*. ex Concilio Aurelianensi in *can. nemo Ecclesiam ædificet, antequam Episcopus Ciuitatis veniat & ibi crucem figat 9. eadem de consecrat. distinct. 1.* Et ex Concilio Chalcedonensi in *can. quidam monachorum habitu vtentes indifferenter 10. 18. q. 2.* verbis illis: *aut oratorii domum sine conscientia ipsius Ciuitatis Episcopi*. Concinitque sexta Synodus in *can. clericos, qui ministrant. 34.* Et Concilium Agathense in *can. si quis etiam extra parochias 35. eadem de consecrat. distinct. 1.* illis verbis: *Oratorium in agro habere voluerit*. Nec dissentire videtur Gregorius Papa Gratioso subdiacono scribens in *can. religiosam vitam eligentibus. 75. sine finali 12. q. 2.* Quin imo ex Gangrensi Concilio in *can. si quis extra Ecclesiam priuatim populos congregans 11. distinct. 30.* Anathemati subiicitur, qui sine concilio Episcopi, cum presbytero apud se Ecclesiam agere præsumpserit.

Oratorium autem canonicè constructum à Domino constructoris, eo inuito, non licet Episcopo auferre. Poterit tamen idoneum presbyterum Episcopo offerre, vt approbet, ad diuina peregenda officia. ex Romana Synodo Eugenii II. & Leonis IV. in *can. monasterium, vel oratorium canonicè constructũ 33. 16. q. 7.* Tenetur verò Episcopus præsentatũ recipere, nisi aliquid obiiciatur in persona eius. *glos.* ibidem verbo *ne malus existat*. subnectit.

Oratorium ab orando dicitur. In illo igitur orandum. ex dictis B. Benedicti Abbatis in *can. oratorium hoc sit 6. distinct. 42.* qui dicit: *Oratorium hoc sit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud agatur, vel condatur, quam, quod diuinis ministeriis conueniat*. & dixit Augustinus de regola monachorum in *can. sequenti 7. eadem dist. 42.* verbis enuncians: *In oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur, vt nomini huic, & opera iugiter impensa concordent*. & ita *Gloss.* in vtroque canone.

Orario, siue stola vtroque humero sacerdos cũ ordinatur, ambitur; vt qui imperturbatus consistere inter prospera, & aduersa præcipitur persistere, virtutum semper ornamento vtroque circumseptus appareat humero. Quam ob causã, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sũpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suę dinoscitur consecratus. ex Concilio Bracharensi Tertio in *can. Ecclasiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus. 9. distinct. 23.* vbi *Glos.* verbo *corporis* notat: quod si in ęgritudine sumit sacerdos Eucharistiam, circundabit stola vtrumque humerum.

Orbis maior est vrbe. Hieronymus in *can. legimus in Esaia 24. 5. sed & Petrus in prima epistola distinc. 93.* dicens: *Si auctoritas quæritur: Orbis maior est vrbe*.

Ordinare qui aliquem non potest, neque eundem iudicare poterit, neque excommunicare. Rationem reddit Calixtus Papa ad Episcopos Gallię scribens in *can. nullus alterius terminos vsurpet 2. 9. q. 2.* dicens, *Quoniam nullus alterius Iudicis, nisi sui sententia, tenebitur, aut damnabitur*. & idẽ Calixtus ad eosdem in *can. nullus primas, nullus metropolitanus 3. in fine eadem 9. q. 2.* sequentibus dicens: *Nam qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? nullatenus procul dubio iudicabit, aut iudicare poterit*. eodẽque modo decreuit Hadrianus Papa in *cap. nullus Episcopus alterius parochianum iudicare præsumat. 3. de parochiis, & alienis parochianis*. Rationem inferens: *Nam qui eum ordinare non poterit, nec iudicare potest*. ibique nota *Gloss.* verbo *ordinare*.

Ordinatio clericorum facilius fit, quàm depositio. Episcopus enim sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest: solus auferre non potest. in Hispalensi Secundo Concilio, cui Isidorus interfuit in *can. sexta actione comperimus 1. ad medium 15. q. 7.* dicente Concilio rationem: *Episcopus enim Sacerdotibus, ac ministris solus honorem dare potest. Solus auferre non potest* ibique notat *Gloss.* verbo *solus*. & repetitur in *can. episcopus sacerdotibus, ac ministris 7. sine finali eadem 15. q. 7.*

Ordinari nemo potest inuitus, aut reclamans. quod si ordinauerit, Epus à celebratione missarum suspenditur. ex Concilio Aurelianensi Tertio in *can. Episcopus, qui inuitum, aut reclamantem præsumpserit ordinare 1. distinct. 74.* ibidemque ex Symplicio Papa Ioanni Episcopo Rauennati in *can. vbi ista didicisti 7.* vbi suspenditur ab administratione Ecclesię. An autem, qui sic ordinatur coactus, recipiat characterem, vt ad castitatem seruandam cogi valeat? Nisi simpliciter, & absolutè cogatur, vt ille omnino nolens recipiat. Nam tunc characterem nõ recipit: secus tamen si, quãuis coactè, accedit tamen. plura *Gloss.* ibidem verbo *honorem*. & nos respondimus in facto, quod Salerni accidit, *respons.* nostra 4 *parte* 3. vbi plura deduximus.

Ordinari coniugatus ad sacros ordines non potest, nisi vxoris voluntas accedat, illaque religionem promittat, parique consensu conuersi fuerint, sequestrato mansionis cubiculo. ex Concilio Agathensi in *can. Episcopus benedictionem diaconatus minoribus, quàm 25. annorum, penitus non committat 6. distinct. 77.*

Ordi-

Ordinis sacramento ex operato gratia confertur. Quia per sacram manus impositionem, Spiritus sanctus confertur, consequenterque gratia. Ex Alexandro Secundo Lucēsis Ecclesię Clero, & populo in can. ex multis temporibus hoc detestabile malum 9. §. Chalcedonense namque Concilium vnum ex principalibus 1. q. 3. verba sunt Alexandri; Chalcedonense namque Concilium, vnum ex principalibus, simili pœna condemnat eos, qui Ecclesię beneficium interuentu pecunię acquirunt; & eos, qui sacram manus impositionem (per quam Spiritus sanctus confertur) mercari dinoscuntur. Spiritus sanctus confertur. ergo & gratia. ex Concilio Toletano 11. in can. quidquid inuisibilis gratiæ consolatione tribuitur 101. 1. q. 1. vbi Gloss. verbo inuisibili. explicat: id est sacramentum, in quo gratia inuisibilis continetur. Et sequitur Gloss. in can. non loca, vel ordines 4. distinct. 40. verbo vel ordines. dicens rationem: Quia per ordines confertur gratia: 1. q. 1. quid quid.

Ordinis sacramentum non propter se solùm, sed propter alios datur: Et ideo necesse est, vt verò corde, mundaque conscientia, quantum ad se sumatur: quantum ad alios verò, nō solùm sine omni culpa, sed etiam sine omni infamia, propter scandalum fratrum: ad quorum vtilitatem, non solum vt præsint, sed vt prosint, sacerdotium datur. verbis loquimur Gratiani in can. si qui Episcopi talem consecrauerint sacerdotem. qualem non licet. 43. §. ecce cum honoris periculum euadant. in fine 1. q. 1.

Ordinatus difficilius impeditur ab ordinum exercitio, quam ordinandus ad ordines admittatur. Namque Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt. verba sunt Gratiani in can. si quis non iratus, sed propter disciplinam, palmam alicui dederit. 13. siue finali §. His ita respondetur. 15. q. 1. ibique Gloss. verbo deiiciunt Ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in can. sicut semel baptizatus iterum baptizari non debet. 1. in fine distinct. 68. illis verbis: Sed si quis forsan cum leui culpa ad sacerdotium venit. ibique Gloss. verborum leui culpa in fine dicens: Sed hic nota, quod omnes concordantię istę de promotis loquuntur. Ante enim, quàm promoueantur, perpendi omnia debent. ex Gregorio Clero, & nobilibus Neapolitanis in can. Petrus diaconus, quem à vobis electum asseritis. 1. siue finali distinct. 39.

Ordinatus sine sufficienti titulo beneficii, vel patrimonii, si Episcopo sciente hoc factum sit, tenetur eidem episcopus alimenta conuenientia ex suo subministrare, donec eidem conueniēter de beneficio prouideat. ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in cap. Episcopus, si aliquem sine certo titulo 4. & Innocentio Tertio Zamoren Episcopo in cap. cum secundum Apostolum, qui altari seruit, viuere debeat de altari 16. de pręBendis, & dignitatibus extrà. Ita quidem, vt hoc onus ad successorem in Episcopatu transeat. ex Bonifaciio Octauo in cap. si episcopus, cui nullis personis expressis, in genere commisisti 37. de pręBendis, & dignitatibus lib. 6. Si autem Episcopus non suum subiectum pręuiis dimissorialibus litteris sui ordinarii aliquem promouerit; qui litteras dedit ad hoc onus tenebitur. ibidem §. eis autem, quibus à diœcesanis datur licentia &c. Ordinari nemo debet absolute, sine videlicet beneficio. ex Concilio Chalcedonensi in can. neminem absolute ordinari presbyterum 1. distinct. 70. vel pensione, vel patrimonio. ex Sacro Tridentino sessione 21. cap. 2. de reformatione.

Ordinati à Papa ad sacrum Subdiaconatus, vel Diaconatus ordinem, pręter quàm quod ad superiores ordines sine Papæ licentia ab alio promoueri non possunt. ex Gregorio Papa Petro Episcopo Corsicæ in can. latorē pręsentium per intercessionem sanctitatis vestrę acolythum fecimus 121. 1. q. 1. ibique Gloss. verbo proficere. Et Innocentio Tertio Mutinen Episcopo in cap. cum in distribuendis. 12. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum extrà. & Gloss. ibidem verbo indultum. Non possunt quoque sine Papæ facultate ab vrbe discedere, vt alij ministrent Ecclesię: Quia seruitio Ecclesiæ Romanę addicuntur. ex eodem Gregorio Helię presbytero, & Abbati in can. filium vestrum Epiphanium mandastis, vt ad sacrum ordinem prouehere deberemus. 122. eadem 1. q. 1. ex Pelagio Papa Bono Episcopo Sauinati in can. in parochia tua basilica sancti Laurentii. 31. 16. q. 1. illis verbis; Et si Deus voluerit, & vixerimus mediana hebdomada presbyterum faciemus. ibique glos. verbo faciemus. Remissi vero sui subiiciuntur Episcopi imperio; cùm ab obedientia, quam eidem debent, minime propterea absoluantur. vt Innocentius Tertius Episcopo Florentino scribens in cap. per tuas nobis litteras 7. de maioritate, & obedientia. ibique gloss. verbo absoluantur. & d. can. filium vestrum Epiphaniū 122. verbo non habet. Decens tamen est, vt illis quantum conuenit ab Episcopo, inter alios sibi subditos deferatur, quos benignitas Apostolicá collatione ipsius ordinis honorauit. vt idem Innocentius dicto cap. per tuas nobis litteras 7. subnectit.

Ordinati pręferuntur iuxta ordinem ordinationis, vt priùs ordinati posterioribus pręferantur. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in can. ordinationes presbyterorum, & diaconorum 7 siue finali distinct. 75. illis verbis; Nec cuiuslibet vtilitatis causa, seu presbyterum, seu diaconum his pręferre, qui ante ipsos fuerint ordinati. ibique glo. verbo pręferre. Attenditur enim prioritas temporis. vt Glossella marginalis ibidem aduertit:

Ordinandi verò sunt, ad sacros pręcipuè ordines, prouectiores ętate, & mundi opere; ne forte semper esse desinant, quod immaturè esse festinant. Eorum enim, qui in sacro sunt ordine collocandi, priùs vitam, moresque discutite: vt dignos huic officio adhibere possitis, non vobis potentia, aut supplicatio quarumlibet subrepat personarum. vt Gregorius Papa Adeodato Episcopo scripsit in can. estote ergo præcipue in ordinatione solliciti 119. 1. q. 1.

Ordinati ab excommunicatis, ordinem quidem recipiunt, sed non executionem, siue scienter,

ter,

ter, siue ignoranter, quam hi tolerentur. ex Gratiano in *summa 9.q.1.* ibique *Gloss.* verbo *quod ordinatio.* ex Gregorio ibidem *can. nos consecrationem 1.* dicente: *Nos consecrationem dicere nullo modo possumus, quę ab excommunicatis hominibus est celebrata.* Pręter scilicet formam Ecclesiæ. vt *gloss.* ibidem verbo *celebrata* subnectit. Quemadmodum ordinatus à simoniaco executionem non recipit. ex Vrbano Secundo in *can. ab excommunicatis, quondam tamen catholicis Episcopis 4.* & *Gloss.* ibidē verbo *quondam.* ex eodem Vrbano in Synodo Placentina in *can. ordinationes, quæ ab hæresiarchis. 5. eadem 9.q.1.* & *Gloss.* ibidem verbo *nisi probare.* Quemadmodum

Ordinatus ab hæretico Episcopo, in forma tamen Ecclesię, ordinem quidem recipit, characterem videlicet, sed non ordinis exercitium, siue executionem. ex Anastasio II. ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesię catholicæ consuetudinem 8. circa finem distinct. 19.* ibique *Gloss.* verbo *metuere.*

Ordines minores potest Episcopus vbi, & quando libuerit conferre. ex Zepherino Papa ad Episcopos Aegypti in *can. ordinationes presbyterorum, & leuitarum 3 distinct. 75.* à contrario exaudito, ex *gloss.* ibidem verbo *tempore.* Dominicis tamen, & festis diebus. ex Alexandro Tertio Herfordensi Episcopo in *cap. de eo autem, quod quęsiuisti, an liceat 3. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.* ibique *Gloss.* verbo *ad minores.* Nam attenditur consuetudo. ibidem ex *Gloss.* & *S. Antonino in 3. par. summa tit. 14. cap. 16. §. 17. in principio.* Et quidam dicunt etiam in cappella priuata Episcopi domi. ex *Gloss. d. can. ordinationes.* dicente. *vbi, & quando.*

Ordinationes sacrorum ordinum non nisi in Sabbatis quatuor temporum, in sabbato pręcedente Dominicam Passionis, & in Sabbato sancto paschatis resurrectionis celebrari possunt ex Ecclesię ordinatione. Ex Leone Papa Dioscoro Alexandrino Episcopo in *can. quod à Patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum 4.* & *can. quod die Dominica ordinationes sacerdotum celebrentur 5.* Et ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. ordinationes presbyterorum, & diaconorum 7. siue finali distinct. 75.* Statuitque Alexander Tertius Herfordensi Episcopo scribens in *cap. de eo autem, quod quęsiuisti. 3. de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum extrà.*

Ordines tres in Dei Ecclesia agnoscuntur: Virginum; Continentium, Coniugatorū. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. firmiter credimus 1. §. finali in fine de summa Trinitate, & fide Catholica.* verba damus: *Non solum autem virgines, & Continentes, verùm etiam coniugati per fidem rectam, & operationem bonam placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire.* vbi *gloss.* verbo *coniugati.* subnectit: *Nota, quòd tres sunt ordines in Ecclesia Dei, scilicet virgines, Continentes, & Coniugati.* sequiturque *gloss.* in *can. agite pœnitentiam qualis agitur in Ecclesia 44. in fine de pœnitentia distinc. 1.* verbo *pręter vxores.* & ipsa dicens: *Tres enim tantùm sunt status saluandorum. Coniugatorum; Continentium; & virginum.* vt *extrà de summa Trinitate firmiter.*

Ordo est duplex in Ecclesia Triumphantis, & militantis Ecclesię. Merito diuinę dispensationis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret. & ex diuersitate connexio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. ex Gregorio, et Bonifacio summis Pontificibus in *can. ad hoc dispensationis diuinæ prouisio gradus diuersos. 7. siue finali distinct. 89.* in fine inferentes: *Quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli, liquet, Quia non sunt ęquales. sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero.*

Ordo dicendi, ac nominandi, et distinctio nominum admodum operatur ad scripturas intelligendas. et vt ex illo dicentis eruatur voluntas. ex Hilario de Trinitate libro Octauo in *can. in Christo pater, & Christus in nobis vnum in his esse nos faciunt 82. ante medium de consecrat. distinct. 2.* ad uerba Christi (*Ioannis 14*) dicentis: *Et hic mundus iam me non videt: vos autē me videbitis, quoniam ego viuo, & & vos viuetis: Quoniam ego in patre meo, & vos in me, & ego in vobis.* subnectente: *Si voluntatis tantum vnitatem intelligere vellet: cur gradum quendam, atque ordinem consumandę vnitatis exposuit? &c.* Est ergo ordo in dicendo attendendus. Sequiturque *gloss.* ibidem verbo *cur gradum.* et ipsa dicens rationem: *Ordo enim, & distinctio nominum multum operatur.* Notatur ex Gregorio in pastorali in *can. sit rector discretus in silentio 1. §. sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur. distinct. 43.* ad finē usque. et *Glossella* Marginalis ibidem in fine dicens, et adnotans: *Argumentum ab ordine verborum.*

Ordo procedendi, ac iudicandi Papæ est ab aliis seruandus. ex Innocentio Tertio in *cap. in causis, quæ summi Pontificis iudicio deciduntur 19. extra de sententia, & re Iudicata.* ibiq; *gloss.* uerbo *in similibus.* Ex cuius responso colligit Baldus pentametron illud:

*A boue maiore discit arare minor.*

Sequiturque *Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap. 5. num. 10.*

Ordo facti, sicut, et ordo scripturę, uel etiam uerborum, argumentum, et pręsumptionem præstat ad aliquid faciendum, uel dicendum, uel etiam inferendum. Gratianus in *summa distinct. 20. §. sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere.* Sic inferens: *Vnde Christus dicturus Petro (Quodcumque ligaueris super terram erit ligatum & in cælis &c.) Prius dedit sibi claues regni cælorum: in altera dans scientiam discernendi inter lepram, & lepram; in altera dans sibi potestatem eiciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi.* ubi *gloss.* uerbo *priùs* argumentum infert: *Ex ordine facti aliquid pręsumendum vt 23. q. 4. displicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine*

*dine verborum*. *vt* 43. *distinct*. *rector*. Et sane Gregorius d. *can*. *sit rector discretus in silentio* in *fine d. distinct*. 43. sequentibus argumentatur: *Vnde Paulus quoque cum discipulum de instantia prædicationis admoneret* (1. ad Timot. 4.) dixit: (*Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius prędica verbum, insta opportune, importune*.) *dicturus* (*importunè*) *præmisit* (*opportunè*) *Quia scilicet auditoris mentem ipsa sua vilitate se destruit, si habere importunitas opportunitatem nescit*. notatque ibidem *gloss*. verbo *prędmisit*. argumentum: *Quod ab ordine verborum est argumentandum*. Ita quoque Augustinus in *can*. *vt euidenter hoc ostenderet Dominus*. 82. 1. *q*. 1. inferens: *Quodam loco sic ait resurgens a mortuis*: (*Accipite spiritum sanctum*:) *& continuo subiecit*: (*Si cui dimiseritis peccata dimittentur eis*) *hoc est spiritus dimittit, non vos*. ex quo loco *Gloss*. verbo *continuo*. argumentum infert: *Verborum ordinẽ spectandum esse*. Concinit Gregorius Papa Palladio presbytero in *can*. *inter verba laudantium, siue vituperantium* 55. *circa finem* 11. *q*. 3. verbis edicens: *Paulus quoque Apostolus admonet dicens*: (*Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes*. (*Dicturus quippe*: (*cum omnibus hominibus pacem habentens*.) *Quia hoc difficile esse prospexit, præmisit*: (*Si fieri pot est*.) *Sed tamen adiunxit, quod p ssit fieri, cùm dixit*: (*Quod ex vobis est*. *&c*.) ibique *Gloss*. verbo *prędmisit*. Argumentum ducit: *Ex ordine verborum argumentandum*. Hinc est, quod primo nominatus pręfertur. ex Gratiano in *can*. *qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus* 2. §. *Hinc etiam Dominus priùs ponit verba sua in ore prophetę, & postea constituit eum super gentes, & regna*. *distinct*. 36. ibique *Gloss*. verbo *constituit*. dicens: *Ex ordine loquendi probari ordinẽ factorum*. Ex Leone Papa ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum in *can*. *metropolitano defuncto* 19. *in fine distinct*. 63. illis verbis. *Atque Ciuium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem Ecclesię, vel diaconis, optimus ordinetur*. ibique notát *Glos*. verbo. *ex presbyteris* dicens. *presbyterum pręmittit*. *Qui enim prior est in ordine, erit prior in electione*. notat *Gloss*. in *can*. *an Christo pater, & Christus in nobis* 82. in *gloss*. prima *de consecrat*. *distinctione* 2. & *gloss*. in *can*. *alienus est, prophanus est, hostis est*. 19. 24. *q*. 1. in fine verbo. *vt conueniat nobis*. Rationem reddens: *Quia semper primo nominato dabitur*. ex Iuliano libro 35. Digestorum in *l*. *quoties duobus vsus fructus legatur*. 40. *in ipso* principio *ff*. *de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur, fruatur*. verbis illis: *Si quidem ita legauerit Titio, & Meuio: potest dici, priùs Titio, deinde Meuio legatum datum*. vbi *gloss*. verbo *deinde*. infert: *Et sic nota: ordinem scripturę seruandum*. Et ex Sceuola libro 6. Quæstionum in *l*. *Gallus Aquilius* 29. §. *quidam rectè admittendum credunt ff*. *de liberis, & posthumis hęredibus instituendis*. verbis quoque illis: vt eo casu valeat, qui ex verbis concipi possit. norat *Cassadorus decis*. 9. *num*. 2. & 3. *de pręb*endis. & apud *Card*. *Canalerium decis*. 251. *num*. 2. Quia ordo includit in se aliquem modum prioris, & posterioris. ex *S*. *Thoma* 2. 2. *q*. 26. *art*. 4. deduximus *responsione* nostra 83. *num*. 43. 44. & 45. *part*. 5.

Ordinari prohibentur vsurarii, & cupidi. quin imò ordinati deponuntur. ex Nicæno Concilio in *can*. *quoniam multi sub regula constituti*. 2. *distinct*. 47. ibidemque ex Gregorio Clero, & Ciuibus Neapolitanis in *can*. *de Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite* 4. inferens: *Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus*.

Ordinari pari modo non potest qui homicidium perpetrauit, etiam post peractam pœnitentiam, nec ordinatus in ordine ministrare. ex Ioanne VIII. Cœnomantico Vticensi Episcopo in *can*. *miror minus doctam scientiam tuam*. 4. *distinct*. 50. Etiam si paganum occidat, homicida est. ex Nicolao Papa in *can*. *clericum, qui paganum occidit* 5. Etiam si se defendendo occiderit. ex eodem Osbaldo Archiepiscopo Quadrantino in *can*. *de his clericis, pro quibus consuluisti* 6. *eadem distinct*. 50. vbi *gloss*. verbo *se defendendo*. exaudit: *incautè sine moderamine*. *Cuilibet enim licitum est se defendere cum moderamine*. Defensio enim à iure descendit naturę. ex Isidoro in *can*. *Ius naturale est commune omnium nationum* 7. *distinct*. 1.

Ordinari quoque prohibentur serui, nisi libertate donentur. ex Leone Papa omnibus Episcopis per Campaniam in *can*. *nullus Episcoporum seruum alterius ad Clericatus officium promouere præsumat*. 1. cum aliis sequentibus per *totam distinct*. 54. Rationem reddit: *Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuina militiæ est aggregandus, vt a castris dominicis, quibus nomen eius describitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur*. Decretumque fuit in Concilio Pictauen in *cap*. 1. *in fine de filiis presbyterorum ordinandis, vel non*. dicente: *Sed neque serui, nisi à Dominis suis libertate donentur*. Et est titulus de seruis no ordinandis. Si autem volentibus Dominis ordinati fuerint, libertatem consequuntur. ex noua Constitutione in *can*. *si seruus sciente, & non contradicente Domino in clero fuerit ordinatus*. 20. *eadem distinct*. 54.

Ordinari mulieres prohibentur. Nec presbyteras vocari, Laodicense Concilium prohibuit *can*. *mulieres, quæ apud græcos presbyterę appellantur* 19. *fine finali distinct*. 32.

Ordinari illegitimi prohibentur, pręsertim verò presbyterorum filii, nisi in cœnobiis aut in Canoniis religiose probati fuerint conuersati. ex Vrbano Secundo in *can*. *presbyterorum filios*. 1. *distinct*. 56. Et per alios sequentes. Decretumque fuit in Concilio Pictauen in *cap*. *vt filii presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati* 1. *extra de filiis presbyterorum ordinandis, vel non*. addente: *Nisi aut monachi fiant, vel in congregatione canonica regulariter viuentes*: *prælationem vero nullatenus habeant*. vide *Nauar*. *cons*. 1. *num*. 3. *Qui filii sint legitimi lib*. 4.

Ordinandum quæ impediunt, ordinatum non omnia deiiciunt. Gratianus in *can*. *si quis non*

iratus,

*iratus, sed propter disciplinam* 13. *sine finali* 5. *sicut ergo, qui propter disciplinam casu homicidium fecit.* 15. *q.* 1. Verba damus Gratiani: *His ita respondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deiiciunt.* Et diximus in superioribus. ordinatus difficiltus impeditur ab ordinum exercitio.

Ordinari per saltum nemo debet, sed per singulos gradus ordine successiuo. ex Zozimo Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis* 2. *distinct.* 59. Nam casum appetit, qui per abrupta ascensum quærit. ex Gregorio Syagrio Episcopo in *can. sicut neophytus tunc dicebatur.* 2. *sine finali distinct.* 48. & *gloss.* d. *can. si officia*, verbo *saltu*.

Ordinandus ordinationis suæ litteras recipere debet. ex Concilio apud Sanctum Medardum in *can. legum Ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est* 9. 2. *q.* 1. Dicente Concilio: *Ordinatus autem à suis Ordinatoribus litteras accipere iubetur.*

Ordinatus semel, si iuxta formam Ecclesię ordinatus fuerit, non est iterum ordinandus: ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in *can. sicut semel baptizatus* 1. *distinct.* 68. ibique Gloss. verbo consecratus. Et ita exaudiri inquit textum Sacri Niceni Concilii in *can. si quis confugerit ad Ecclesiam catholicam* 52. 1. *q.* 1. Exauditur enim de illis, qui non iuxta formam Ecclesię, uel baptizati, vel ordinati fuere. ex Vrbano etiam Secundo Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrose in *can. Daibertum à Nezelone licet simoniaco* 24 1. *q.* 7. Rationem reddente in fine ad rem: *Quoniam, vt prędiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.*

Ordinatus subdiaconus, uel alio sacro ordine ante ætatem legitimam, uel pręter statuta tempora, deponitur. ex Sexta Synodo in *can. Subdiaconus non minor viginti annorum ordinetur* 4. *distinct.* 77. Nunc uero ex Sacro Tridentino nemo ante Vigesimum Secundum inceptum ordinandus erit. *sessione* 23. *cap.* 12. *de reformatione.*

Ordinari non possunt bigami, uel alterius impedimenti uinculo detenti, uti pœnitentes, uel irregulares. Ordinati scienter deponuntur. Et Episcopus sciens ordinās à collatione ordinum suspenditur. ex Concilio Carthaginensi IV. in *can. ex pœnitentibus, quamuis sit bonus, clericus non ordinetur.* 55. *distinct.* 50. Sicuti etiā criminibus publicis irretiti: *Quicumque tales ordinati fuerint, cum Ordinatoribus suis deponantur.* mandauit Innocentius Papa Episcopis in Toletana Synodo constitutis in *can. aliquantos ex his, qui post acceptam baptismi gratiam* 1. *distinct.* 51.

Origenes etiam post mortem fuit anathematizatus. ex prima actione Quintę Synodi in *can. sanè profertur à quibusdam, qui dicunt* 6. *sine finali circa finem* 5. *si ad tempora Theophili sanctę memorię* 24. *q.* 2. Quo loco *Gloss.* verbo *Originem.* sequentibus infert; *Non loquitur de Origine, de quo habemus infra eadem q.* 3. *can. quidam autem hęretici* 39. §. *Origeniani ab Origine auctore exorti sunt dicentes &c. alium autem errorem habuit iste, qui dixit: omnem hominem esse saluandum, per illud: Nihil odisti eorum, quæ fecisti. & ita dicebat. Deum adeo misericordem; quod non iustum. Pręterea dixit: Christum iterum passurum in aere pro diabolis saluandis. Sed cum iste damnatus fuerit, non nè & eius scripta?* vtiq; inferens: *Quid est ergo, quod quædam eius opuscula recipiuntur? Dic, quod recipiuntur, non quia eius sunt: Sed quia Ecclesia approbauit.* Ita Glossa.

Ornatus hominis duplex est; interior, & exterior. Interior virtutibus. exterior habitu videlicet, & incessu. in Ecclesiasticis pręsertim. Habitu, vt nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus: *Nec affectatæ sordes: nec exquisitę deliciæ laudem pariunt.* Gratianus in *summa distinct.* 41. Nam ex Augustino ibidem *can.* 1. *quisquis rebus prętereuntibus restrictius vtitur.* Ratio affertur. *In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est.* Et rationem habes quoque ex Augustino ad Possidium in *can. fucare pigmentis, quò vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est.* 38. *de consecrat. distinct.* 5. verbis asserente: *Nam verus ornatus, maximè Christianorum, & Christianarum, non tantùm nullus fucus mendax, verùm ne auri quidem, vestisque pompa, sed mores boni sunt.* Omnis proinde iactantia, & ornatura corporalis à Sacrato ordine aliena est. vt in Septima Synodo iubetur in *can. omnis iactantia, et ornatura corporalis.* 1. 21. *q.* 4. Quę scilicet sit causa voluptatis. *glossa* ibidem verbo *ornatus* subnectit. ex Concilio Gangrensi in *can. parsimoniam cum … esse humili non reprobamus.* 5. *dist.* 41. subnectente: *Sicut etiam ornatum pręter corporis diligentiam insucatum Laudamus.*

Ornatu decenti non secularibus vestibus incedere Episcopi, presbyteri, diaconi, sed, vt condecet, non sine operimento. ex Zacharia Papa in Synodo Romana in *can. Episcopi, presbyteri, diaconi* 3. 21. *q.* 4. Et secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato. ex Concilio Martini Papæ in *can. non liceat cuilibet ministeria tangere* 32. *in fine distinct.* 23.

Ornamentum Pontificis in veteri testamento erat rationale, quod ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: Quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. Gratianus loquitur in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus.* 2. §. *Ecce, quod sacrarum litterarum oportet Episcopum habere peritiam dist.* 36.

Ornatus exterior tolerabilior est fœminis, quàm in viris. ex Augustino ad Possidium in *can. fucare pigmentis, quò vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est.* 38. *de consecrat. distinct.* 5. Ceteroquin ornatus meretricius non ad placendum hominibus, sed ad seruiendum dœmonibus adhibetur. ibidem Augustinus in fine.

Orthodoxa fides. id est recta dicitur. Ortos enim rectū. Doxa Gloria dicitur. inde fides dicitur orthodoxa, id est Catholica. recta

videlicet.in qua rectè gloriamur.ex Leone Papa Nono contra epistolam Nicatę Abbatis in can.Clementis librum, id est Petri Apostoli itinerarium 3.distinct.16.illis verbis: Exceptis quinquaginta capitulis, quę decreuerunt orthodoxæ fidei adiungendo. ibique Gloss. verbo orthodoxa.

Os, quod mentitur, occidit animam. Sapientię 1.11. Defert Augustinus libro de mendacio in can. si quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus.17.22.q.2.Rationem dicens: Os enim, quod mentitur, occidit animam. inferens: Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur, numquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est. Nec diuersimode Chromatius in can.iuramenti hæc causa est 12.22.quest.5. comparans mendacium periurio: Quia vtrumque, & periurium, & mendacium diuini iudicii pœna damnatur, dicente scriptura: (Os, quod mentitur, occidit animam.) Non itaque mentiendum. diximus in respons. nostra 78. nu.55. ad 59.parte 5.

Ossa animę virtutes exaudiũtur, quibus anima sustentatur vt ossibus corpus.ex illo (psalm. 31.3.) dicente contra se Dauid: Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die. Quę verba deducit Gratianus in can. voluissent iniqui, si potuissent sine fine viuere 69.§.quibus nimirum exemplis euidentissime datur intelligi col.3. post medium de pœnitentia dist. 1. sequentibus exprimens: Hinc pænitens ille, qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarẽ tota die. Ossa (Glossa ibidem subnectit) Virtutes, quibus anima sustentatur, vt ossibus corpus. Ossa ergo animę sunt virtutes.

Osculum pacis in missa ante peracta mysteria, ante videlicet communionem, inter sacerdotes, populisque dandum. ex Innocentio Papa Decentio Eugubino Episcopo in can. pacem igitur asseris ante confecta mysteria 9. de consecrat.distinct 2. ibique Gloss. in casus figuratione. Nõ tamen excommunicatis.ex Vrbano II. Genebaldo Constantiensi Episcopo in can. sanctis quippe canonibus cautum constat 110.siue finali 11.q.3.

Osculatio ipsa turpis incitamentum est libidinis, virginemque polluit. ex Cypriano ad Pomponium de virginibus in can. nec aliqua putet se posse excusatione defendi 4.ante medium 27.q.1. ibique gloss. verbo concubitus. Nam corrupta virgo dicitur per osculum; & si non corpore, mente tamen. Nã per exteriora interior voluntas dinoscitur, ex eadem Glossa ibidem.

Osculari fœminas non debent monachi; sibique compatres, commatresque non faciant. ex Concilio Antissiodorensi in can. monachi sibi compatres, commatresue non faciant, nec osculentur fœminas.104.de consecratione distinct.4.

Otium perniciosum omnibus. Quia nimirum in desideriis est omnis otiosus. (ex Prouerbiis 13.) Secundũ Septuaginta: quẽ locum refert Hieronymus ad Rusticum Monachum de viuendi forma in can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber.153.§.inserãtur infructuosę arbores, vel gemmis, vel surculis, de cõsecratione distinct.5.dicens: Scribantur libri, vt & manus operetur cibum & animus lectione saturetur: In desideriis est omnis otiosus. quo loco Gloss. verbo omnis otiosus refert illud distichon:

Quæritur Egistus, quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

Concinitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano scribens in cap. nisi cum pridem 10.§.Verum si propter alias causas cessiones affectes. de renunciatione. admonens illum: Vt id tamquam notissimum omittamus, quod Otiositas, & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. vbi Glossa verbo otiositas. refert illud.

Otia si tollas, periere cupidinis arcus.

Atque allatum locum Quæritur Egistus. illudque Hieronymi eodem can. numquam de manu tua. post principium: Facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum. Nam, vt refert Gratianus in can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus col 3.§. Item Dominus dixit discipulis suis.13.q.1. Terentianum illud; dicens: Videte ne in vos vertatur illud: Vide quid faciat otium, & cibus alienus.

Otiositas, & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano in c. nisi cùm pridem 10.§. verum si propter alias causas. extrà de renunciatione. Et paulo superius detulimus.

Otho Imperator primus Iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, atque omnia papalia defendere. Sic me Deus adiuuet, & hęc sancta Euangelia in can. Tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho permittere & iurare facio 33.distinct.63.

Oua carnium appellatione non comprehenduntur; ex Concilio Hyberniensi in can. presbyter si fornicationem fecerit.3. siue finali distinct.82.verbis illis: Tantùm autem diebus Dominicis, & pręcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur. sine carne, & sagimine, ouis, & caseo; sacco indutus humi adhereat. Quo loco Glo. verbo sagimine, argumentum infert: Quod licet comedere de sagimine illis diebus, quibus oua, & caseum licet comedere. Oua ergo à carnibus distinguuntur; licet quidem à carnibus trahant originem. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in can. denique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes 6. siue finali. §. par autem est. distinct.4.verba sunt Gregorii: Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quę sementinam carnis trahunt originẽ, ieiunemus: à lacte videlicet, caseo, & ouis. Ni enim distinguerentur, non oportuisset horum specialem facere memoriam. ex Stephano Papa V. Hastulpho in can. admonere te cum lachrymis, & multo gemitu cordis curamus 8.col 3. in principio §. sin autem publicam pænitentiam, permanens in domo tua, vel in hoc mundo, vis agere 32.q.2. eidem imponente: Exhortamur, omnibus diebus, quibus pænitere debes, vinum, & siceram non bibas; carnem nullo vmquam tempore comedas, pręterquam in Pascha, & in die

Na-

*Natalis Domini &c.* vbi *Glo.* verbo *carnem.* sequentibus infert, *Sed numquid oua, cum ouũ sit caro liquida: vel lac, cùm lac non sit nisi sanguis colore mutato? Dicimus quod non.* inferens: *Sed numquid de lardo vtetur? numquid nomine carnis est prohibitum? Videtur quod non. argumento 82. distinct. presbyter. ibi enim sagimen permittitur, quando oua permittuntur.* Ita Glossa.

Oues sanę à morbidis separandę sunt. quod pastor curare debet. ex Augustino libro de correptione, & gratia in *can. corripiantur itaq; à prępositis suis subditi fratres 17. circa finem 24. q. 3.* dicente: *Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plura serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsan separatione sanãdam.* Rationem habes ex Origine in *can. sed illud nõ otiose transmittendum est. 17. in fine distinct. 45.* qui sic fatur: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur.* Decreuitque Hieronymus in *can. resecanda sunt putrida carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda 16. eadem 24. q. 3.* Rationem inferens: *Tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant.* Ferenda tamen ouis est, non lassanda. Ambrosius aduertit in *can. serpens decepit me, & manducaui. 47. in fine de pœnitentia distinct. 1.* verbis edicens: *Nam pastor ille Euangelicus* (Lucę 15.) *Lassam ouem vexisse legitur, non abiecisse.*

Oues Christi sunt omnes Christiani, & ad ipsũ Christum reuocandæ. ex Augustino Donato presbyterio in *can. displicet tibi, quia trahe vis ad salutem 38. circa medium 23. q. 4.* Excipe illum: *Si mala voluntas semper suę permittenda est libertati, quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis:* (Ezecchiæ 34.) (*Errantem ouem non reuocastis, perditam non inquisistis.*) *Et vos oues Christi estis: characterem Dominicum portatis in sacramento, quod accepistis: sed erratis, & peritis: non ideo vobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quęrimus perditos.*

Oues Christi, qui pascere valet, & renuit, ostẽdit se pastorem suum minime amare. Merito Christus (*Ioannis 21.*) dixit Petro) *Simon Ioãnis amas me? Pasce oues meas:*) Quibus verbis Gregorius Cypriano Episcopo scribens in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis 9. §. & sicut scriptum est. 8. q. 1.* talem præstat interpretationem: *Quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem suum minime amare.* Concinitque Augustinus ad Eudoxium in *can. vos autem fratres exortamur in Domino 30. 16. q. 1.* in fine concludens: *Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiæ pręponatis: cui parturienti, si nulli boni ministrare vellent; quomodo nasceremini, non inueniretis.* Qui ergo gregem pascit Domini, necessitatibus ministrat Ecclesiæ.

Oues pastorem suum, nec reprehendere, nec accusare possunt, nisi in causa fidei. ex Eusebio Papa ad Episcopos Alexandriæ in *can. oues, quæ pastori suo commissę sunt 13. 2. quęst. 7.* Rationem inferẽte in fine: *Quia facta pastorũ oris gladio ferienda non sunt, quamquam rectè reprehendenda videãtur.* Nec diuersimode Pius Papa Epistola 1. in *can. oues pastorem suum non reprehendant 9. 6. q. 1.* Rationẽ & ipse reddẽs: *Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nã à subditis, aut prauę vitæ hominibus nõ sunt arguẽdi, vel accusandi, aut lacerãdi.*

Oues Christi, qui Christum diligit, pascat. Solicitum proinde pastorem oportet esse pro ouibus suis, pro ouibus Christi: quia negligenter pascens Dominicum gregem, toties commendatum: conuincitur summum non amare Pastorem. Leo verbis profert Papa Epistola quarta Episcopis Siciliæ in *can. diuinis pręceptis, & Apostolicis monitis incitamur 2. 25. quæst. 1.* diximusque in superioribus.

Oues si vel abreptę, vel blãde, leniterq; seductę à grege aberrauerint, & ab alienis possideri cęperint; inuẽtę ad ouile Dominicũ (si resistere voluerint flagellorũ terroribus, vel etiam doloribus reuocandæ. ex Augustino ad Bonifaciũ in *can. schismatici dicũt, cui vim Christus intulit? 1. §. an non pertinet ad diligentiã pastoris, etiã illas oues. 23. q. 6.* inferẽs quoq; *Vnde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam prius adduci iubet conuiuas, postea cogi.* quia in *istis, qui coguntur inobedientia coercetur.*

Oues medicina carent vulnerato pastore. ex Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur simonica hæresis 28. circa finẽ 1. q. 1.* Rationem reddente: *Vulnerato namque Pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam?*

Ouium sanguinem de manu Pastorum, Pręlatorum videlicet, requiret Dominus: *Et sanguinem earum de manu tua requiram.* (Ezecchielis 3. 18. & 33. 8. & 34.) Pastor enim est, qui pro commissis sibi animabus compellitur reddere rationem. ex Gregorio Vitali Defensori Sardinię in *can. cognouimus, quod monasteria seruorum Dei 19. in fine 18. q. 2.* dicente: *Sed ille eorum vitam competenti, regularique debet moderamine disponere: qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem.* Concinit Stephanus Papa V. Hastolpho rescribens in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curauimus. 8. in fine 33. q. 2.* eidem denuncians: *Si autem aliter feceris, & Sanctę matris Ecclesiæ tam salubrem admonitionem despexeris, ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & sanguis tuus super caput tuum, nos alieni à consortio tuo, aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni solicitudine nitimur desuadere, & Domini misericordiam attentiùs quotidie implorare.* vbi *Gloss.* verbo *alieni* infert argumentum: *Quod non imputatur prælato subditorum malitia, ex quo per eum non stat, quò minus corrigantur.* Corrigendę proinde oues erunt errantes: *Ne sanguis iniquorum à districto iudice de manu nostra requiratur.* verbis edixit Alexander Secundus Lucensis Ecclesię Clero, & populo in *can. ex multis temporibus hoc detestabile malum. 9. col. 2. ante mediũ §. qua propter ego Alexander, Sanctæ Romanæ Ecclesię, & Apostolicæ Sedis Episcopus 1. q. 3.* & rationem reddit Gregorius in *can. necesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere sordes*

videlicet. in qua rectè gloriamur. ex Leone Papa Nono contra epistolam Nicetę Abbatis in can. *Clementis librum, id est Petri Apostoli itinerarium* 3. *distinct.* 16. illis verbis: *Exceptis quinquaginta capitulis, quę decreuerunt orthodoxæ fidei adiungendo*. ibique *Gloss.* verbo *orthodoxæ*.

Os, quod mentitur, occidit animam. *Sapientię* 1. 11. Defert Augustinus libro de mendacio in can. *si quis ad te confugiat, qui mendacio tuo possit à morte liberari, non es mentiturus.* 17. 22. q. 2. Rationem dicens: *Os enim, quod mentitur, occidit animam.* inferens: *Cum ergo mentiendo vita æterna amittitur, numquam pro cuiusquam vita temporali mentiendum est.* Nec diuersimode Chromatius in can. *iuramenti hæc causa est* 12. 22. *quæst.* 5. comparans mendacium periurio: *Quia vtrumque, & periurium, & mendacium diuini iudicii pœna damnatur, dicente scriptura: (Os, quod mentitur, occidit animam.)* Non itaque mentiendum. diximus in *respons.* nostra 78. *nu.* 55. *ad* 59. *parte* 5.

Ossa animę virtutes exaudiuntur, quibus anima sustentatur vt ossibus corpus. ex illo (*psalmi* 31. 3.) dicente contra se Dauid: *Quoniam tacui inueterauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.* Quę verba deducit Gratianus in can. *voluissent iniqui, si potuissent sine fine viuere* 69. §. *quibus nimirum exemplis euidentissime datur intelligi col.* 3. *post medium de pœnitentia dist.* 1. sequentibus exprimens: *Hinc pœnitens ille, qui prius tacendo peccata, flagellari meruerat, postea correptus dicebat: Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dum clamarē tota die.* Ossa (*Glossa* ibidem subnectit) *Virtutes, quibus anima sustentatur, vt ossibus corpus*. Ossa ergo animę sunt virtutes.

Osculum pacis in missa ante peracta mysteria, ante videlicet communionem, inter sacerdotes, populisque dandum. ex Innocentio Papa Decentio Eugubino Episcopo in can. *pacem igitur asseris ante confecta mysteria* 9. *de consecrat. distinct.* 2. ibique *Gloss.* in casus figuratione. Nō tamen excommunicatis. ex Vrbano II. Genebaldo Constantiensi Episcopo in can. *sanctis quippe canonibus cautum constat* 110. *sine finali* 11. *q.* 3.

Osculatio ipsa turpis incitamentum est libidinis, virginemque polluit. ex Cypriano ad Pomponium de virginibus in can. *nec aliqua putet se posse excusatione defendi* 4. *ante medium* 27. *q.* 1. ibique *gloss.* verbo *concubitus*. Nam corrupta virgo dicitur per osculum; & si non corpore, mente tamen. Nā per exteriora interior voluntas dinoscitur. ex eadem *Glossa* ibidem.

Osculari fœminas non debent monachi; sibique compatres, commatresque non faciant. ex Concilio Antissiodorensi in can. *monachi sibi compatres, commatresue non faciant, nec osculentur fœminas.* 104. *de consecratione distinct.* 4.

Otium perniciosum omnibus. Quia nimirum *in desideriis est omnis otiosus.* (*ex Prouerbiis* 13.) Secundū Septuaginta: quē locum refert Hieronymus ad Rusticum. Monachum de viuendi forma in can. *numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber.* 33. §. *inseratur infructuosę arbores, vel gemmis, vel surculis. de cōsecratione distinct.* 5. dicens: *Scribantur libri, vt & manus operetur cibum & animus lectione saturetur: In desideriis est omnis otiosus.* quo loco *Gloss.* verbo *omnis otiosus* refert illud distichon:

*Quæritur Egistus, quare sit factus adulterā*
*In promptu causa est, desidiosus erat.*

Concinitque Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano scribens in *cap. nisi cum pridem* 10. §. *Verum si propter alias causas cessiones affectes. de renunciatione.* admonens illum: *Vt id tamquam notissimum omittamus, quod Otiositas, & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas.* vbi *Glossa* verbo *otiositas*. refert illud.

*Otia si tollas, periere ut cupidinis arcus.*

Atque allatum locum *Quæritur Egistus.* illudque Hieronymi eodem *can. numquam de manu tua.* post principium: *Facito aliquid operis, vt semper te diabolus inueniat occupatum.* Nam, vt refert Gratianus in can. *Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus col* 3. §. *Item Dominus dixit discipulis suis.* 13. *q.* 1. Terentianum illud; dicens: *Videte ne in vos vertatur illud: Vide quid faciat otium, & cibus alienus.*

Otiositas, & voluptas arma sunt hostis antiqui ad miseras animas captiuandas. Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano in *c. nisi cùm pridem* 10. §. *verum si propter alias causas. extrà de renunciatione*. Et paulo superius detulimus.

Otho Imperator primus Iurauit Ioanni Papæ fidelitatem, atque omnia papalia defendere. Sic me Deus adiuuet, & hęc sancta Euangelia in can. *Tibi Domino Ioanni Papæ ego Rex Otho permittere & iurare facio* 33. *distinct.* 63.

Oua carnium appellatione non comprehenduntur. ex Concilio Hyberniensi in *can. presbyter si fornicationem fecerit.* 5. *sine finali distinct.* 82. verbis illis: *Tantùm autem diebus Dominicis, & precipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur, sine carne, & sagimine, ouis, & caseo; sacco indutus humi adhereat.* Quo loco *Glo.* verbo *sagimine*, argumentum infert: *Quod licet comedere de sagimine illis diebus, quibus oua, & caseum licet comedere.* Oua ergo à carnibus distinguuntur; licet quidem à carnibus trahant originem. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. denique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes* 6. *sine finali.* §. *par autem est. distinct.* 4. verba sunt Gregorii: *Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus, ab omnibus quoque, quę sementinam carnis trahunt originē, ieiunemus: à lacte videlicet, caseo, & ouis.* Ni enim distinguerentur, non oportuisset horum specialem facere memoriam. ex Stephano Papa V. Hastulpho in can. *admonere te cum lacbrymis, & multo gemitu cordis curamus* 8. *col* 3. *in principio* §. *sin autem publicam pœnitentiam, permanens in domo tua, vel in hoc mundo, vis agere* 32. *q.* 2. eidem imponente: *Exhortamur, omnibus diebus, quibus pœnitere debes, vinum, & siceram non bibas; carnem nullo vmquam tempore comedas, prēterquam in Pascha, & in die*

Na.

*Natalis Domini &c.* vbi *Glo.* verbo *carnem.* sequentibus infert, *Sed numquid oua, cum ouũ sit caro liquida: vel lac, cùm lac non sit nisi sanguis, colore mutato? Dicimus quod non.* inferens: *Sed numquid de lardo vtetur? numquid nomine carnis est prohibitum? Videtur quod non. argumento 82. distinct. presbyter. ibi enim sagimen permittitur, quando oua permittuntur.* Ita Glossa.

Oues sanę à morbidis separandę sunt. quod pastor curare debet. ex Augustino libro de correptione, & gratia in *can. corripiantur itaq; à prępositis suis subditi fratres* 17. *circa finem* 24. q. 3. dicente: *Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plura serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsan separatione sanãdam.* Rationem habes ex Origine in *can. sed illud nõ otiose transmittendum est.* 17. *in fine distinct.* 45. qui sic fatur: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur.* Decreuitque Hieronymus in *can. resecanda sunt putrida carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda* 16. *eadem* 24. *q.* 3. Rationem inferens: *Tota domus massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpuntur, putrescant, intereant.* Ferenda tamen ouis est, non lassanda. Ambrosius aduertit in *can. serpens decepit me, & manducaui.* 47. *in fine de pœnitentia distinct.* 1. verbis dicens: *Nam pastor ille Euangelicus* (Lucę 15.) *Lassam ouem vexisse legitur, non abiecisse.*

Oues Christi sunt omnes Christiani, & ad ipsũ Christum reuocandæ. ex Augustino Donato presbytero in *can. displicet tibi, quia traberis ad salutem* 38. *circa medium* 23. *q.* 4. Excipe illum: *Si mala voluntas semper sua permittenda est libertati, quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis:* (Ezecchiæ 34.) (*Errantem ouem non reuocastis, perditam non inquisistis.*) *Et vos oues Christi estis: characterem Dominicum portatis in sacramento, quod accepistis: sed erratis, & peritis: non ideo vobis displiceamus, quia reuocamus errantes, & quęrimus perditos.*

Oues Christi, qui pascere valet, & renuit, ostẽdit se pastorem suum minime amare. Merito Christus (*Ioannis* 21.) dixit Petro) *Simon Ioãnis amas me? Pasce oues meas:*) Quibus verbis Gregorius Cypriano Episcopo scribens in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis* 9. §. *& sicut scriptum est.* 8. *q.* 1. talem præstat interpretationem: *Quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem suum minime amare.* Concinitque Augustinus ad Eudoxium in *can. vos autem fratres exortamur in Domino* 30. 16. *q.* 1. in fine concludens: *Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiæ prępenatis: cui parturienti, si nulli boni ministrare vellent; quomodo nasceremini, non inueniretis.* Qui ergo gregem pascit Domini, necessitatibus ministrat Ecclesiæ.

Oues pastorem suum, nec repræhendere, nec accusare possunt, nisi in causa fidei. ex Eusebio Papa ad Episcopos Alexandriæ in *can. oues, quæ pastori suo commissę sunt* 13. 2. *quęst.* 7. Rationem inferẽte in fine: *Quia facta pastorũ oris gladio ferienda non sunt, quanquam rectè reprabendenda videãtur.* Nec diuersimode Pius Papa Epistola 1. in *can. oues pastorem suum non reprahendant* 9. 6. *q.* 1. Rationẽ & ipse reddẽs: *Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nã à subditis, aut prauę vitæ hominibus nõ sunt arguẽdi, vel accusandi, aut lacerãdi.*

Oues Christi, qui Christum diligit, pascat. Solicitum proinde pastorem oportet esse pro ouibus suis, pro ouibus Christi: quia negligenter pascens Dominicum gregem, toties commendatum: conuincitur summum non amare Pastorem. Leo verbis profert Papa Epistola quarta Episcopis Siciliæ in *can. diuinis pręceptis, & Apostolicis monitis incitamur* 2. 25. *quæst.* 1. diximusque in superioribus.

Oues si vel abreptę, vel blãde, leniterq; seductę à grege aberrauerint, & ab alienis possideri cęperint; inuẽtę ad ouile Dominicũ (si resistere voluerint flagellorũ terroribus, vel etiam doloribus reuocandæ. ex Augustino ad Bonifaciũ in *can. schismatici dicũt, cui vim Christus intulit?* 1. §. *an non pertinet ad diligentiã pastoris, etiã illas oues.* 23. *q.* 6. inferẽs quoq; *Vnde & ipse Dominus ad magnam cœnam suam prius adduci iubet conuiuas, postea cogi.* quia in *istis, qui coguntur inobedientia coercetur.*

Oues medicina carent vulnerato pastore. ex Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur simonica hæresis* 28. *circa finẽ* 1. *q.* 1. Rationem reddente: *Vulnerato namque Pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam?*

Ouium sanguinem de manu Pastorum, Pręlatorum videlicet, requiret Dominus: *Et sanguinem earum de manu tua requiram.* (Ezecchielis 3. 18. & 33. 8. & 34.) Pastor enim est, qui pro commissis sibi animabus compellitur reddere rationem. ex Gregorio Vitali Defensori Sardinię in *can. cognouimus, quod monasteria seruorum Dei* 19. *in fine* 18. *q.* 2. dicente: *Sed ille eorum vitam competenti, regularique debet moderamine disponere: qui pro commissis eorum animabus compellitur reddere rationem.* Concinit Stephanus Papa V. Hastulpho rescribens in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curauimus.* 8. *in fine* 33. *q.* 2. eidem denuncians: *Sin autem aliter feceris, & Sanctę matris Ecclesiæ tam salubrem admonitionem despexeris, ipse tibi sis iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & sanguis tuus super caput tuum, nos alieni à consortio tuo, aliorum filiorum Dei salute, ipso opitulante, omni solicitudine nitimur desuadere, & Domini misericordiam attentiùs quotidie implorare.* vbi *Gloss.* verbo *alieni* infert argumentum: *Quod non imputatur pręlato subditorum malitia, ex quo per eum non stat, quò minus corrigantur.* Corrigendę proinde oues erunt errantes: *Ne sanguis iniquorum à districto iudice de manu nostra requiratur.* verbis edixit Alexander Secundus Lucensis Ecclesię Clero, & populo in *can. ex multis temporibus hoc detastabile malum.* 9. *col.* 2. *ante mediũ* §. *qua propter ego Alexander, Sanctæ Romanæ Ecclesię, & Apostolicæ Sedis Episcopus* 1. *q.* 3. & rationem reddit Gregorius in *can. necesse est, vt esse munda studeat manus, quæ diluere sordes*

curat.93.1.q.1. ad verba Isaię 52. (*Mundamini, qui fertis vasa Domini.*) *Domini enim vasa ferunt, qui proximorum animas ad interiora perducendas, in conuersationis suę exemplo suscipiunt.* Quorum sanguis requiritur de manibus nostris *Gloss.* ibidem verbo *vasa* in fine infert. Quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacēdo pastor occidit. idē Gregorius Venātio respondit in can. *Ephesijs Paulus dicit 4. dist.43. in fine.* Dixitque Innocentius Tertius in Concilio Generali in cap. *irrefragibili constitutione sancimus 13. in ipso principio de officio Iudicis ordinarii.* disponens: *Vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorū excessus, maximè clericorum, & reformandos mores prudenter, ac diligenter intendant; ne sanguis eorum de suis manibus requiratur.* vbi *Gloss* verbo *ne sanguis.* infert: *Durum verbum est istud pro Prelatis negligentibus subditos corrigere.* Nec aliter Gregorius Nonus respondit in *cap. ne religiosi vagandi occasionem habentes, salutis propria detrimentū incurrāt, & sanguis eorū de prælatorum manibus requiratur, statuimus. 24. siue finali. de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* parique modo Benedictus XI. in extrauaganti *inter cunctas solicitudines nostras 1. in principio de priuilegiis.* inferens: *Ista debet esse præcipua, vt gregi Dominico nobis superna dispositione commisso animarum cura non desit, ne illum lupus rapax antiquus serpens humani generis inimicus inuadat, eiusque sanguis de nostris (quod absit) clamante propheta, manibus requiratur.* ibique *Gloss.* verbo *propheta.* exponens. sanguinem. *id est peccatum, quod est sanguine piandū (Leuitici 4. ad Hebræos 9.)* Nec discessit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 6. c. 1. de reformatione col. a. circa finem.* Sequentibus Episcopis protestans: *Implere autem illud se numquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant. atque ouium suarum, quarum sanguis de eorum est manibus à supremo iudice requirendus, custodiæ minime incumbant: cùm certissimum sit, non admitti pastoris excusationem, si Lupus oues comedit, & pastor nescit.* & *sessione 24. cap. 1. de reformatione in fine.* de Papa verba faciens: *nisi bonos maxime, atque idoneos Pastores singulis Ecclesiis preficiat, idque eo maximè, quod ouium Christi sanguinem, quæ ex malo negligentium, & sui officii immemorum Pastorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus de manibus eius sit requisiturus.*

## P




Abulum spargit aliquando fur pecoribus auertendis. Ideo vigilare pastores debent. ex Augustino ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in can. *non omnis, qui parcit, amicus est 2.5. quæst. 5.* in fine verbis edicente: *Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere: & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare.*

Pactio dummodo licita potest interuenire pro rē spirituali, pro labore videlicet. ex Gregorio Episcopis Siciliæ in *can. relatū est nobis sāctæ memorię decessoris mei temporibus 9. 10. q. 3.* pro administratione sacramenti confirmationis verba faciente. *Summa enim præfixa fuerat, vobis: vt audio consentientibus, quæ ab eisdem sacerdotibus pro labore clericorum dari debuisset:* inferendo denique *Vnde fraternitatem vestram admoneo, vt subiectis vestris non graues studeatis existere.* vnde *Gloss.* verbo *Summa.* argumentum deducit: *Quod pactio interuenire potest in spiritualibus.* ex Pelagio Papa in can. *Eleuterius frater, & coepiscopus noster queritur. 30. circa finem 18. q. 2.* dicente: *Et si apud te euidenti ratione constiterit, quia tempore, quo dedicatum est monasterium, conditiones superius positæ conuenerint; seruari eas ex nostra authoritate pręcipimus: nec aliquid ampliùs exinde ab aliquo exigatur.* Confirmatur ex Bonifacio Papa omnibus Calaritanę Ecclesię Cœnobiis in *can. quam pio mentis affectu, fratres charissimi 2. in fine. 1. q. 2.* illis verbis: *dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio* vbi *Gloss.* verbo *pactio.* infert: *Non remouetur nisi pactio inhonesta, nam honesta non remouetur.*

Pacta inita, vt suum obtineant firmitatem, Ecclesia ipsa disponit: Pax enim seruatur, cum pacta custodiuntur. ex Concilio Africano in *cap. 1. de pactis.* Antigono Episcopo dicente: *Aut inita pacta suam obtineant firmitatem; aut conuentus (si se non cohibuerit) Ecclesiasticam sentiat disciplinam. Vniuersi dixerunt; pax seruetur, pacta custodiantur.* ibique *Glossa* verbo *pacta custodiantur* Deduxitque Pelagius Papa in can. *Eleuterius frater, & coepiscopus noster quęritur 30. circa finem 30. circa finem 18. q. 2.* in ratione, quam reddit: *Quia tempore, quo dedicatum est ipsum monasterium, conditiones superius positæ conuenerint, seruari eas ex nostra auctoritate pręcipimus.* Pacta ergo seruanda inita. Docetque Leo Papa ad Rusticum Episcopum scribens in *can. puellę, quę non coactæ parentum imperio, seu spontaneo iudicio 8. in fine 20. q. 1.* Rationem & ipse reddens: *Nam si humana pacta non possunt impune calcari; Quid eos manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti?* Et Ambrosius libro officiorum Tertio in *can. innocens credit omni verbo*

bo 23. in fine 22. q. 4. De Iosne verba faciens; *Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione: ne dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solueret*. Nec dissimiliter Gregorius in epistola ad Bonifacium in *can. viduas à proposito discendentes viduitatis 2. §. de virginibus autem non velatis, si deuiauerint 27. q. 1.* Rationem & ipse reddens: *Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui; quantò magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit*. Rationem quoque habes ex Vlpiano libro 4 ad Edictum in *l. 1. in principio ff de pactis*. ipso quoque dicente, asserenteque: *Quid enim tàm congruum est humanæ fidei, quàm, quæ inter eos placuerint, seruare?* eodemq; sensu Diocletianus, & Maximianus Augusti in *l. non minorem 20. C. de transactionibus*. & ipsi reddentes rationem, decernentesque: *Si quidem nihil ita fidei congruit humanæ, quàm ea, quæ placuerunt custodiri*. Deduximus *respons.* nostra 37. *num.* 5. *&* 6. & *respons.* 77. *nu.* 22. 49. *&* 66. *parti.* 4. & *respons.* 20. *num.* 21. *& sequent. part.* 5. Quando Pactis Deus etiam obligatur.

Pactum ergo quodcumque inter homines initum seruandum erit; ne quid ex publica lege corrumpatur. verbis loquimur Caii in *l. sodales 4 siue finali ff. de collegiis illicitis*. Quia humana pacta non possunt impunè calcari. ex Leone Papa *d. can. puellæ, quæ non coacta 8. in fine 20. q. 1.* Vt ad ea seruanda quisue cogi valeat. ex Vlpiano lib. 4. ad Edictum in *l. iuris gentium 8. § prætor ait ff. de pactis*. Quia si inimico fides præstita seruanda est, multo vtiq; magis amico, & fratri. ex Augustino ad Bonifacium in *can. noli æstimare 3. 23. q. 1.* dicete: *Fides enim, quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur; Quantò magis amico, pro quo pugnatur?* Fidem ergo fallere graue facinus est. Quia contra iustitiam facit. ex *S. Thoma 2. 2. q. 62. art. 2. in corpore*. deduximus *respons.* nostra 47. *num.* 25. 26. 27. *& sequentibus parte* 5.

Pacto priuatorum iuri publico derogari non potest, neque illud tolli. ex Innocentio Tertio Decano Salesberien. A. Archidiacono & P. Penetel Canonico Parisiensi in *cap. cum dilectus filius Guil. Andren Ecclesiæ monachus 8. §. dictus vero procurator proposuit. de consuetudine*. illis verbis: *Quod, cùm olim ad petitionem patronorum Ecclesiæ à Morien Episcopo fuerit constitutum*. ibique per plura *Gloss.* verbo constitutum, deducens, quod: *pacto* priuatorum ius publicum non tollitur. statuitque idem Innocentius Tertius Pisano Archiepiscopo respondens in *cap. si diligenti 12. §. immemor constitutionis, qua cauetur; pacto priuatorum iuri publico minime derogari. de foro competenti*. pluraque connectit *Gloss.* ibidem verbo *pacto priuatorum*.

Pactum contra iura, & contra publicam vtilitatem, vel contra bonos mores non tenet. ex Ambrosio de officiis libro 3. in *can. vnus quisque simplicem sermonem proferat 8. 22. q. 4.* post principium verbis proferente: *Nihil promittat inhonestum: aut si promiserit; tolerabilius est promissa non facere, quàm facere, quod turpe sit*. ibique *gloss.* verbo *inhonestum*. Pro regula generali tradidit Vlpianus lib. 42. ad Sabinum in *l. generaliter 26. ff. de verborum obligationibus*. verbis edicens: *Generaliter nouimus turpes stipulationes nullius esse momenti*. Exemplificat Pomponius in *l. sequenti*: Veluti si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum promittat. & edixere Diocletianus, & Maximianus Augusti in *l. ex eo instrumento 4. C. de inutilibus stipulationibus*. Rationem reddentes: *Cùm omnia, quæ contra bonos mores, vel in pactum, vel in stipulationem deducuntur, nullius momenti sint*. Sidemque in *l. mercalem te habuisse vxorem. 5. in fine C. de conditione ob turpem causam*. Decreuitque Gregorius Nonus in *cap. pactiones factæ à vobis 8 siue finali in fine de pactis*. Rationem reddens: *Nam & iuxta legitimas sanctiones, pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis de iure, vel de facto, nullam obligationem inducit*. ibique plenè *gloss.* verbo *legitimas*. sequitur *gloss.* in *cap. si quis ordinauerit 45. extra de simonia*. verbo *promissionem, vel iuramentum*. Quia pactum tale (inquiens) vel iuramentum turpe est, & nullam producit obligationem. supra de pactis cap. vltimo. ita Glossa. Nec Pacta contra bonos mores, & honestas, laudabilesque consuetudines firmitatem obtinent, ex Augustino in *can. quæ contra mores hominem sunt flagitia 2. distinct. 8.*

Pactum appositum in contractu contra naturā contractus, non tenet, licet quidem contractus firmus sit. ex Concilio Toletano Tertio in *can. sic quidam contra omnem auctoritatem Ecclesias, quas fundauerint, postulant consecrare. 2. in. q. 1.* subsequendo: *vt dotem, quam eidem Ecclesiæ contulerint, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere*. ibique *gloss.* verbo *pertinere* dicens: *hic habes, quod contractus tenet, sed pactum appositum in contractu contra naturam contractus non tenet* ex Moguntinensi Concilio in *can. si quis laicus, vel clericus, vel vtriusque sexus persona 42. 16. q. 1.* in fine concludente: *Quod si facere tentauerit, talis traditio irrita prorsus ducatur, et ipse ad emendationem Ecclesiastica carceratur censura*. vbi *Glossa* verbo *irrita* subnectit ad tem: *Pactum illud non obstat, quin ab Ecclesia vel alio possessore possit peti decima*. tenet ergo contractus, sed pactum reiicitur.

Pactum personale, quamuis alias nullum respectu rei Ecclesiæ, tenet tamen quoad personas ipsas contrahẽtes. Ex Alexandro Tertio Abbati de Straphor, & Priori de Phe. in *cap. veniens ad Apostolica sedis clementiam 8. §. mandamus quatenus nisi præfati Monachi. de transactionibus*. verbis illis: *Cùm alias inter personas facta potiùs, quàm inter Ecclesias videretur, nec pacta inter alios acta, aliis obesse patiamur*. notat *gloss.* ibidem verbo *inter alios*. deducens: quod *Confessio inter alias personas non nocet alii*. ex Concilio Salagustadiensi in *can. interrogatum est, si duo de adulterio inculpati fuerint. 24. 2. q. 5.* dicente Concilio: *Decretum est à Sancto Con-*

*Concilio, vt ille, qui negauerit, probabili se iudicio expurget: & qui professus fuerit, dignam pœnitentiam agat.* plura deducit *Gloss.* ibidem verbo *profitetur.* in medio. notans, quod *cõfessio vnius non nocet alteri*. Neganti videlicet. Vnde est etiam, quod supra: *Pacta inter alios acta aliis non præiudicant.*

Pacta cum dæmonibus per magicarum artium molimina fœderata ab omni sunt Christiano fugienda, solique Deo credendum. vnde varia sunt nomina eorum, qui hæc pacta cum dæmonibus ineunt, & pessime, ideo vitanda. ex Augustino libro de natura dæmonum in *can. igitur genus diuinationis à Persis fertur allatum.* 1.26.q.3.

Pactum nullum sustineri potest, quod contra Dei præceptum est. ex Augustino libro 3. confessionum in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia.* 2. *dist.* 8. in fine verbis inferente: *Generale quippe pactum est societatis humanæ, obedire regibus suis: quanto magis Deo regnatori vniuersæ creaturæ suæ; ad ea, quæ iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus Societatis humanæ maior potestas minori ad obediendũ præponitur; ita Deus omnibus.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *sicut* & ipsa inferens: *Quia id, quod Deus præcipit cum sit de iure naturali, præfertur consuetudini, vel constitutioni.* Concinitque & illa Leonis Papæ ratio ad Rusticum Episcopum in *can. puellæ, quæ non coactæ parentum imperio* 8. in fine 20. q. 1. qua intulit: *Nam si humana pacta non possunt impune calcari, quid eos manebit, qui corrumpunt fœdera diuini sacramenti?*

Pallium datur Archiepiscopis, quo inter missarum solemnia vtuntur. ex Gregorio Virgilio Archiepiscopo Arelatensi in *can. pallium tibi transmisimus* 6. *distinct.* 100 dicente: *Pallium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra Ecclesiam ad sola Missarum solemnia vtatur.* Idemque Gregorius Ioanni Episcopo Rauennaten protestatus fuit in *can. contra morem quippe Ecclesiasticum est* 8. *eadem dist.* 100. Eundem Ioannem corripiens, quod *extra Missarum tempus vsum sibi pallii vindicasset.* Pallii vero honor dari non debet nisi petenti, & instanti ad Archiepiscopalem dignitatẽ admisso, is vero pallium si intra tres menses non petierit, Archiepiscopali carebit Ecclesia. ex Pelagio Papa in *can. quoniam quidam Metropolitanorum* 1. & ex Gregorio Branchildæ Reginæ in *can. prisca consuetudo obtinuit* 2. *eadem dist.* 100. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. q. 3.

Pallium petens antequam illud accipiat, fidei suæ professionem prius iuramento confirmare debet, & Apostolicis decretis, ac Synodalibus statutis se obediturum cauere. Pallio verò non nisi certis diebus, & intra Ecclesiam ad Missarũ solemnia vti licebit. Deducit Gratianus in *can. nouit sanctitas tua* 3. §. *causarum verò merita accipienda sunt eadem dist.* 100. Debetque propria subscriptione, atque Sacramento muniri. ex Ioanne Papa Vuliberto Agrippinensi Episcopo in *can. optaui tibi pallium nunc conferre nequiuimus* 4 *eadem dist.* 100.

Quamuis autem Episcopus sit consecratus, antequam pallium obtineat, alios Episcopos consecrare non poterit. ex Pelagio papa d. *can. quoniam quidam Metropolitanorum* 1. *eadem dist.* 100. pro

Pallio verò nihil dari, vel accipi potest, neque scilicet per commodum, aut per gratiam, aut quorundam supplicationem. vt Gregorius Papa Ioanni Corinthiorum Episcopo respondit in *can. nouit sanctitas tua: quia prius pallium, nisi dato commodo, non dabatur* 3. *eadem dist.* 100. Habet enim hoc speciem simoniæ ex *Gloss.* ibidem in casus figuratione in fine.

Ex Vsu vero pallij debet Archiepiscopus cum honoris augumento solicitudinis curam accrescere, & cultui vestium, actionis quoque ornamenta conuenire, vt enixius in cunctis se studiis exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, exemplumque instructior, & vita sit magistra. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustodunensi in *can. rationis ordo omnino nos admonet, vt cum vsu pallii.* 9. *eadem distinct.* 100. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *cura*. Quia nimirum: *ad quem pertinet honor, & onus.* inferens: *Nam dicit lex, quod vtilitas per dignitatem augmentatur.*

Pallium est priuilegium personale, & personam non transgreditur, nec transit ad successorem. ex Gregorio Episcopis Epiri in *can. scriptorum vestrorum insinuatio* 11. *siue finali distinct.* 100. Nec potest alteri accomodari. Et debet Archiepiscopus cum eo sepeliri. vt Cœlestinus Tertius respondit in c. *ad hoc, quia quæsitũ est à nobis* 2. *de auctoritate, & vsu pallii.* Nec debet se Archiepiscopum appellare priusquam pallium suscipiat. Nã in eo *pontificalis officii solicitudo cum Archiepiscopalis nominis appellatione confertur.* vt Innocentius Tertius C. presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legato respondit in *cap. nisi specialis dilectio illa* 3. *de auctoritate & vsu pallii.* Hinc est, quod si Archiepiscopus ad alium Archiepiscopalem Ecclesiam transferatur, denuo sumere pallium tenetur, atque cum vtroque sepeliri, cum obierit. ex Innocentio Tertio Præposito, & Capitulo Strigonien in *cap. bonæ memoriæ Guilielmo Archiepiscopo vestro* 4. *in fine de postulatione prælatorum.* ibique *Gloss* verbo *pallium*. Quia pallium licet sit personale, datur tamen contemplatione loci. ex *Hostiense in summa de translatione episcopi* §. *finali nu.* 7. *Ioannes Azorius institutionum moralium part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 34. q. 8.

Pallium, antequam Archiepiscopus obtineat, quæ sunt ordinis exercere minime poterit. neque Concilium conuocare. nec etiam Chrysma conficere. ex Innocentio Tertio I. tituli sancti Stephani in Cœlio Monte presbytero Cardinali Apostolicæ sedis Legato in *cap. quod sicut ex litteris tuis* 28. §. *super eo autẽ quod in die consecrationis. de electione, & electi potestate extra.* Quia pontificalis officii plenitudo confertur per Pallium. vt ex eodem Innocentio Tertio in superioribus deduxi-

duximus ex *cap. ut specialis dilectio illa 3. de auctoritate, & usu pallii.*

Pallium, qui apud sanctam Sedem Apostolicam recipiunt, non præstito prius Iuramento, & absque litteris traditionis ipsius pallii, discedere nequaquam debent, alioquin fructus non faciunt suos. ex Bonifacio VIII. in *extrauaganti iniunctæ nobis debitum seruitutis exposcit. 1. §. finali de electione inter communes.*

Pallio solus Romanus Pontifex in missarum solemniis semper vtitur, & vbique: Quoniam assumptus est in plenitudinem Ecclesiasticæ potestatis: quę per pallium significatur. Alii vero nec semper, nec vbique, sed in Ecclesia sua, in qua iurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, & certis diebus. ex Innocentio Tertio in *capit. ad honorem Dei 4. de auctoritate, & usu pallii. extra.* In Ecclesia sua, id est intra quamlibet Ecclesiam suę prouinciæ sibi commissæ. vt *Gloss* ibidem subnectit verbo in *Ecclesia sua.* Declarauitque Clemens Tertius in *cap. cùm super aliqua re. 1. eodem de auctoritate & usu pallii.* respondens. *Quod ita intelligitur, videlicet, intra quamlibet Ecclesiam prouinciæ tibi commissæ.*

Pallium à corpore Beati Petri tantùm assumitur. ex Paschali Papa Panormitano Episcopo in *can. significasti reges, & regni maiores, admiratione permotos 4. §. finali de electione, & electi potestate extrà.* dicente Paschali: *Cùm igitur a Sede Apostolica vestrę insignia dignitatis exigitis, quæ à beati Petri tantùm corpore assumuntur, dignum est, vt vos quoque Sedi Apostolicæ subiectionis debitę signa soluatis, quę vos cum beato Petro tamquam membra de membro habere, & catholici capitis vnitatem seruare declarent.* quo loco *Gloss.* verbo *corpore assumuntur.* id declarat sequentibus: *Sic intelligitur; quod de corpore beati Petri &c. Pallium benedicitur, & consecratur, à Papa super altare Beati Petri, & ibi ponitur, & ille qui debet vti pallio, recipit ipsum de altari, si est pręsens, vel alius pro ipso, si est absens. & sic assumitur de corpore B. Petri.* ita Glossa.

Palmarum nomine iusti appellantur. Nam ex qualitate palmarum designatur proficiens vita iustorum, qui numquam sunt in terrenis studiis fortes, & in cœlestibus debiles; sed longius, atque distantius studiose se Deo exhibent, quàm seculo fuisse meminerint. Cùm contrà seculi amatores quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: Quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. ex Gregorio in Moralibus in *can. omnes huius seculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt. 3. §. hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt. distinc. 47.* vbi *Glossa* verbo *palmarum.* subdit: *Secundum illud: Iustus vt palma florebit.*

Panem Angelorum manducauit homo. Dauid (Psalmo 77. 25.) *Panē angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.* Quę verba sic exprimit Ambrosius de his, qui mysteriis initiantur, in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus 69. de consecratione distinct. 2.* sequentibus inferens: *Sed tamen panem illum, qui manducauerunt, omnes in deserto mortui sunt. Ista autem esca, quam accipis, iste panis viuus, qui de cælo descendit, vitę æternæ substantiam subministrat, & quicumque panem hunc manducauerit, non morietur in æternum; quia corpus est Christi.*

Panis, id est corpus Christi, indicat vnitatem: sic & vinum in multis racemis fuit, & modo vnum est; vnum est in suauitate calicis post præssuram torcularis. Augustinus in *can. qui passus est Dominus pro nobis, commendauit nobis in isto sacramento corpus, & sanguinem suum 36. de consecratione distinct. 2.* ibique Gloss. verbo vnum. & ipsa dicens; *Siue vnum panem ex pluribus granis, siue vnum corpus Christi ex pluribus membris purissimis: cuius figuratum est Ecclesia sancta, quæ ex pluribus personis adunatur.* At Hęretici quando hoc accipiunt panem, testimonium contra se accipiunt; quia illi quærunt diuisionem, cum panis iste indicet vnitatem. vt Augustinus ibidem verba facit. de fidelibus subdens. *Simul enim hoc sumimus, simul bibimus, quia simul viuimus.* Simul ergo sumamus, vt simul viuamus.

Panis eleemosyna est, qui datu esurientibus. ex Ambrosio de officiis in *can. pasce fame morientē 21. dist. 86.* Rationē subsequens: *Quisquis enim pascendo hominē seruare poteras, si nō pauisti, occidisti.* Et hoc modo exauditur Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistā in *can. non omnis, qui parcit, amicus est; nec omnis, qui verberat, inimicus. 2. 5. q. 5.* dicens; *Vtilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iustitiam negligebat, quàm esurienti panis frangitur, vt iustitię seductus acquiescat.*

Panis, verbū Dei exauditur. ex Hieronymo in *can. audacter fortassis aliquid dicitur 18. in fine 8. q. 1.* docēs ex iustitia Dei procedere in pœnā populorū: *Talis Ecclesia iudex datur, sub quo famem, & sitim populus patiatur; nō famē panis, neq. sitim aquæ, sed famē audiendi verbū Domini.* Panis ergo est verbum Domini, quod nutrit animam.

Panis dicitur tribulationis, & pœnitentiæ, & aquā angustię. iuxta illud Silueri Papæ ad Amatorē Episcopū in *can. Guilisarius patricius noster mandauit. 30. 23. q. 4.* post principium dicentis: *Me verò vi retento, & ante prędictam patritiam deducto miserunt in exilium: in quo sustentor modo pane tribulationis, & aqua angustiæ. Ego tamen propterea non dimisi, nec dimitto officium meum.*

Papa ex gremio Romanę Ecclesię eligi debet, si reperitur idoneus. ex Nicolao Papa 2. in Concilio Lateranen in *can. in nomine Domini 1. §. Quia verò sedes Apostolica distinct. 23.* Et ideo vnus de Cardinalibus Presbyteris, aut Diaconis eligi debet. ex Concilio in Basilica Constantiniana Stephano Papa Tertio pręsidente in *can. oportebat. 3. duobusque sequentibus distinct. 79.* & *gloss. in d. can. in nomine Domini* verbo gremio.

Electus verò statim post electionem, sicut verus Papa, obtinet auctoritatem regendi Romanam Ecclesiam, & disponendi omnes facultates illius. ex eodem Cōcilio Lateranen. apud

apud Nicolaum Secundum dicto can. in nomine Domini 1. §. plane post quam electio facta fuerit distinct. 23. Nam Papæ potestas non est ab homine, sed à Deo. ex Innocentio Tertio Prælatis per Franciam constitutis in cap. innuit ille, qui nihil ignorat 13. §. cùm enim non humanæ constitutioni, sed diuinæ potius innitamur. de Iudiciis extrà Rationem prosequente: Quia potestas nostra non est ex homine, sed ex Deo.

Papæ electio fieri, neque de ea tractatus haberi potest, nisi post tres dies eius mortis & sepulturæ. Quod & in Episcopo procedit. ex Cõcilio Bonifacii Papæ tertii in can. nullus, Pontifice Romano viuente, aut Episcopo Ciuitatis suæ 7. distinct. 79. Sed per contrariam consuetudinem hoc hodie abrogatum est. vt glossa testatur in can. Ego Ludouicus Imperator Augustus 30. §. quando diuina vocatione 63. dist. verbo migrauerit.

Papa est caput Ecclesiæ, & Monarcha. Ordinis quidem potestate Episcopis æqualis; Sed auctoritate, & iurisdictione longe maior. Cùm sit legitimus in terris Christi generalis Vicarius. Non enim puri hominis, sed Veri Dei vicem gerit in terris. Innocentius testatur Tertius Episcopo, & Petro scholastico Moguntinen scribens in cap. quantò personam Hildesemen Episcopi 3. de translatione episcopi. Declarauitque Nicholaus Tertius in cap. exiit, qui seminat seminare semen suum 3. §. ad hæc cum fratres ipsi nihil sibi in speciali acquirere. de verborum significat. in 6. contestans verbis: Vel persona Romani Pontificis Christi vicarii, qui pater est omnium. &c. Nec diuersimode Innocentius Quartus in Cõcilio Lugdunen in cap. ad Apostolicæ dignitatis 2. circa finem §. nos itaque super præmissis, & quam pluribus aliis. de sententia, & re Iudicata in 6. Rationem reddens; Cum Iesu Christi vicem, licet immeriti, teneamus in terris. Eodemque modo Sixtus Quartus in extrauaganti. Vices illius, qui supra terram ædificauit Ecclesiam suam, meritis licet insufficientibus, gerentes in terris. 2. de tregua & pace. inter communes. deduxitque Glossa in can. serpens decepit me 47. de pœnitentia distinct. 1. super verbis Ambrosij de Carno verba lactentis: Quam sacrilegii, quod Deo credidit mentiendum. inferens: Sacrilegium cõmittit, qui Papæ mentitur. Ipse enim obtinet Vicem Dei viuentis in terris. prosequitur Nauarrus cons. 4. num. 7. lib. 4. de desponsatione impuberum. nos pluribus respons. nostra 1. part. 4. tuentes iure (Papam vice Deum) nuncupari, cum ipsius vices gerat in terris.

Papa omnia potest in terris. Quoniam locum Dei tenet in terris. Quamuis de occultis nõ possit diuinare. vt Innocentius Tertius Mediolanensi Archiepiscopo scribens rescripsit in cap. vt nostrum prodeat de vultu Dei iudicium. vnico §. cum enim iuris sit explorati. in fine. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. dicens: Quoniam, & si locum Dei teneamus in terris, non tamen de occultis potuimus diuinare. Quia nec Paulus, licet esset spiritu Dei plenus, potuit secreta Diuini consilij agnoscere. ex Glossa ibidem verbo diuinare. ex Gelasio Papa in can. Beatus Paulus Apostolus 5. 22. q. 2. Inde quippe Papa. id est admirabilis. dicitur à papè, quod est interiectio admirantis: & verè admirabilis: quia vices Dei in terris gerit. Inde dixit ille Anglicus in poetria noua. Papa stupor mundi. & circa finem, Qui maxima rerum, Nec Deus, nec homo, quasi neuter es inter vtrumque. Etymologia verò nominis est. id est pater patrum. verbis vt profert Gloss. in proœmio Clementinarum. §. hæc sane felicis recordationis Clemens Papa Quintus. verbo Papa. Deducit etiam Nauar. cons. 2. num. 13. in 5. dicto lib. 4. Qui filii sint legitimi. nos plura respons. nostra 1. part. 4. plura etiam deducit Glossa. de nomine Papæ in cap. 1. verbo Romanus. de constitutionibus in 6. in additione.

Papa electionem à Cardinalibus accipit, non potestatem. Illam enim immeditatione suppositi immediatè à solo accipit Christo, posita conditione electionis legitimæ. ex Nicolao Secundo in Concilio Lateranen in can. in nomine Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi. 1. §. nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, distinct. 23. illis verbis: hac Apostolica sedes, cui Deo auctore deseruio. Quòd si verò quispiam sine Cardinalium electione intronizare se fecerit; Non Apostolicus, nec Papa, sed Apostaticus habetur. ex eodem Nicolao Secundo in epistola, qua Synodum à se Romæ habitam refert. in can. si quis Apostolicæ sedi sine concordi, & canonica electione Cardinalium. 1. distinctione 79. Et idem in Concilio Romano statuit. in can. si quis pecunia, vel gratia humana 9. eadem distinct. 79.

Papa, vt Dei vicarius, omnes diiudicat, ipse verò à nemine iudicatur, Dei solius iudicio suppositus, cuius vices gerit. ex Symmacho Papa in can. aliorum hominum causas Deus voluit homines terminare 14. 9. q. 3. Rationem reddit Anterus Papa ad Episcopos prouinciarum Bæticæ, & Toletanæ in can. facta subditorum iudicantur à nobis: nostra vero iudicat Deus. 15. eadem. 9. q. 3. Et Ratio est vt Innocentius Papa in can. nemo iudicabit primam sedem 13. eadem 9. q. 3.

Prima enim sedes è nemine iudicatur. ex dictis Bonifacii Martyris in can. si Papa suæ salutis negligens deprehenditur 6. distinct. 40. verba sunt Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus, à nemine est iudicandus: nisi deprehendatur à fide deuius. Rationem excipe ex Gelasio Papa omnibus Episcopis in can. cuncta per mundum nouit Ecclesia 17. in fine eadem 9. q. 3. Quam sequentibus defert: Et hoc nimirum pro suo principatu, quem Beatus Petrus Apostolus Domini voce, & tenuit semper, & tenebit. Deduximus nos respons. nostra 1. num. 29. & sequentibus part. 4.

Papam proinde neque Concilium iudicare potest, nisi in sola causa hæresis. ex Symmacho Papa in can. concilia sacerdotum 6. ibique Gratianus in §. hinc etiam cũ auctoritas Theodorici Regis. distinct. 17. Glossa in can. mandastis, vt scriberem vobis 10. 2. q. 5. verbo potuissem. Cùm nullus mortalium Papam possit iudicare. vt Gloss etiam subnectit in can. non liceat

*ceat Papæ prædium Ecclesiæ alienare* 20. verbo *papæ* 12. q. 2. subdens in fine: *Sed certè licet sit solutus legibus, tamen secundum leges viuere debet*. Ideoque in sola causa hæresis iudicari potest. Quia Papa si hæreticus fuerit, in eo, quod hæreticus est, minor est quolibet catholico. *Quicumque enim in hæresim semel dãnatam labitur, eius damnatione, se ipsum in voluit*. Gelasius Papa verba facit an *can. Achatius nõ est factus inuentor noui erroris, sed veteris imitator* 1. in fine 24. q. 1. ibique *Gloss*. verbo *in hæresim* inferẽs rationem: *Quia lex factum notat, etiam sine sententia*. Hinc est quod si totus mundus, sententiaret contra Papam in aliquo negotio, videtur, quod sententiæ Papæ standum esset. ex *gloss*. in *can. nemo iudicabit primam sedem* 13. 9. q. 3. verbo *neque ab omni clero*. ex Hieronymo ad Damasum in expositione Symboli in *can. hæc est fides Papæ beatissime* 14. eadem 24. q. 1. De fide loquente, dicenteque: *In qua, si minus peritè, aut parum cautè fortè aliquid positum est; emendari cupimus à te, qui Petri & fidem, & sedem tenes*. Merito pro Papæ perpetuo statu vniuersitas fidelium, tantò instanciùs orat, quantò suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere. ex verbis Bonifacii Martyris in *can. si Papa suæ, & fraternæ salutis negligens deprehenditur* 6. in fine *distinct*. 40. vbi *Gloss*. verbo *à fide deuius*. in fine perquirit: *Numquid Papa posset statuere, quod non posset accusari de hæresi? Respondeo, quod non. Quia ex hoc periclitaretur tota Ecclesia, quod non licet*. Ex Vrbano Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges*. 6. 25. q. 1. prosequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part*. 2. *lib*. 4. *cap*. 7. *q*. 4. Nam

Papa, quod prędicatum est à sanctis Apostolis, & sancti Patres sententialiter aliquid definierunt, vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet. ex verbis Vrbani Papæ dicto *can sunt quidam dicentes* 6. *d*. 25. *q*. 1.

Papa suo confessario parere tenetur, & ligabit cum sententia illius. ex *gloss*. in *can nemo iudicabit primam sedem* 13. in *Glossa prima* verbo *nemo* 9. q. 3. Quia non vt Papa, sed vt homo peccator ei se subiicit, neque vt homini, sed vt Deo. Nam vt homo potest Papa peccare, & nisi pœnitentiam egerit, etiam damnari. ex S. Ioanne Chrysostomo in *can. homo Christianus* 5. *distinct*. 40. dicente: *Homo Christianus fortiter cadit in peccato; propter duas causas; aut propter magnitudinem peccati; aut propter altitudinem dignitatis*. Quia augetur peccatum dignitate peccantis. *Glossa* ibidem subnectit verbo *cadit*. Prosequiturque Gratianus ex dictis Bonifacii Martyris in *can. si Papa suæ, & fraternę salutis negligens deprędendatur*. 6. *eadem distinct*. 40. de papa proloquentis: *Nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennę, cum ipso plagis multis vapulaturus*. Mancipio. id est cum diabolo, qui mancipatus est gehennę. *gloss*. ibidem exprimit. & *in casus figuratione* in fine. dicens: *Sed licet iudicari non possit: nihilominus punietur cum ipso diabolo in æternum*. Imo sine venia debet puniri sicut diabolus, qui maximus comparatione aliorum creatus est. vt *Glossa* verba facit in *can. aliorum hominum causas Deus voluit homines terminare* 14. 9. q. 3. verbo *formidinem*. & verbo *replicabo*. subsequitur: *hoc est dicere; Cùm ipse sit maior omnibus, grauius punitur, cùm peccat*. prosequiturque *S. Antoninus in summa part*. 2. *titulo* 2. *cap*. 6. *in fine versic. Papa enim*.

Papa Episcoporum Concilium perquirere tenetur, cùm de fide agitur. ex *can. Anastasius Secundus, natione Romanus*. 9. *distinct*. 19. in ratione: *Eò quod communicasset sine Concilio Episcoporũ &c*. ibique *glos*. verbo *Cõcilio*. inferẽs: *Videtur ergo quod Papa tenetur requirere Concilium Episcoporum. Quod verum est, vbi de fide agitur. & tunc Synodus maior est Papa*. Ex S. Gregorio de quatuor Conciliis scribente in *can. sicut sancti Euangelii quatuor libros; sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor* 2. *distinct*. 25. in fine sequentibus concludente: *Cunctas verò, quas præfata veneranda Concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: Quia dùm vniuersali sunt consensu constituta: se, & non illa destruit, quisquis præsumit, aut soluere, quos religant; aut ligare, quos soluunt*. ibique *gloss*. verbo *præsumit*. sic infert: *Videtur ergo, quod Papa non possit destruere statuta Concilii: Quia orbis maior est vrbe*. 93. *distinct*. *legimus*. circa medium. *Vnde requirit Papa consensum Concilii*. 19. *distinct*. *Anastasius*. In fine inferens; *Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei*. Ex Vrbano Papa in *can. sunt quidam dicentes* 6. 25. q. 1. illis verbis in fine: *Ibi non nouam legem Romanum Pontificẽ dare; Sed potiùs, quod prędicatum est, vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet*.

Papa destruere non potest, quod semel benè definitum est, quin peccet. Nam illud dicitur posse, quod de Iure. ex Augustino contra mendacium in *can. faciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest* 15. 22. q. 2. inferente: *Cùm autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit; iam se existimet non habere quid faciat: quando id reliquum esse perspexerit, quod rectè faciat*. Et decreuisse videtur Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem scribens in *can. sententiam Romanę sedis non negamus posse in meliùs commutare* 6. 35. q. 9. verbis dicens: *Quando tamen illa, Romana videlicet Ecclesia, discretissima consideratione fieri delegerit; non quando ipsa, quæ benè sunt diffinita, retractare voluerit*. vbi *gloss*. verbo *non quando*. prosequitur: *Ex hoc dicunt quidam: Papam rescindere nõ posse, quod semel benè diffinitum est, quin peccet. nam illud dicitur posse, quod Iurè*. Cum scandalo pręsertim populorum. ex Gregorio Italię Patricię in *cap. nihil prodest*. 2. *de præscriptionibus*. dicente: *Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum definire vobis scripsisse meminimus*. ibique plene *Gloss*. verbo *nihil cum scandalo*. notat *Nauar. consil*. 1. *num*. 16. *lib*. 4. *Qui filii sint legitimi*.

papa cunctarum Ecclesiarum solicitudinem obtinet. ex Gregorio ad Matinianum Episcopum Rauennę in *can. qualiter ordinati à nobis sacerdotis 13. circa medium 7. q. 1.* dicente, verbisque proferente: *Vnde, quia cunctarum Ecclesiarum iniuncta nos solicitudinis cura constringit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, &c.* Namque Romanus Pontifex supremam in Ecclesia obtinet potestatem. vt Innocentius Tertius Priori, & Conuentui Dimoliensi respondit in *cap. licet quibusdam monachis, & canonicis. 18. §. talis ergo postquam à prælato suo transeundi licentiam postulauerit. circa finem. de regularibus, & transeuntibus ad religionem. Nauar. cons. 2. num. 5. lib. 4. qui filii sint legitimi.* Hinc est quod Papæ auctoritas plena est, & irrefragabilis; vt quod sedes Apostolica probauit, hodie teneatur acceptum; & quod illa repulit, hactenus inefficax habeatur. Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis scribens dixit in *can. si Romanorum Pontificum decreto. 1. in principio distinct. 19.* Nec diuersimode professus fuit Hieronymus ad Damasum Papã scribens in *can. hęc est fides Papa Beatissime 14. 24. q. 5.* Vnde Papæ honor, est honor vniuersalis Ecclesię, & aliorum Episcoporum solidus vigor. ex Gregorio Eulogio Patriarchę Alexandrino in *can. Ecce in prefatione epistolę. 5 d. stinct. 99.* Et plenitudinem obtinet potestatis. vt Innocentius Tertius in Concilio Generali contestatus & ipse fuit in *cap. cum ex eo 14. in fine. de pœnitentiis, & remissionibus.* Rationem reddens; *Cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet potestatis, hoc in talibus moderamen consueuerit obseruarę.* Aliorum enim Episcoporum semiplena potestas est: Quia in partem sunt vocati solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. vt Gregorius scribit omnibus per diuersas prouincias in *can. Decreto nostro vestram rogantes charitatem mandamus 11. 2. q. 6.* circa finem. Eodemque modo Vigilius Papa ad Eutherium in *can. qui se scit alijs esse prępositum. 12. eadem 2. q. 6.* dicens: *Ipsa namque Ecclesia, quę prima est, ita reliquis Ecclesijs vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatę solicitudinis, non in plenitudinem potestatis*: Sedis vero Apostolicę plena auctoritas est. vt Nicolaus Papa. I. Michaeli Imperatori testatus fuit in *can. consequens est, vt quod ab huius sedis rectoribus plena auctoritate sancitur. 2. dist. 21.* ibique. peroptime *gloss.* verbo *plena* sequentibus inferens: *Papę auctoritas plena est, aliorum Episcoporum semiplena est: quia ipsi sunt in partem solicitudinis vocati, non in plenitudinę potestatis.* Papa equidem portat onera omnium. testificatur Iulius Papa in decretis in *can. in sancta Nicęna Synodo statutum est 4. 2. q. 7.* proferens: *Portamus onera omnium, qui grauantur: Quin imò hęc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc in perpetuum tueamur aduersis.* sic Iulius Papa.

Papa sanctitatem recipit à cathedra, in qua Petrus sedit. *Ille perennem meritorum dotem cum hereditate innocentię misit ad posteros.* Vt Symmachus Papa loquitur in *can. non nos beatum Petrum, sicut dicitis. 1. distinct. 40.* Et Agatho Papa omnibus Episcopis scribens in *can. sic omnes Apostolicę sedis sanctiones accipiendę sunt, tamquam ipsius diuini Petri voce firmatę sint. 2. distinct. 19.* vbi *Gloss.* verbo *Petri.* Rationē reddit, subsequens: *Nam Papa sanctitatem recipit à cathedra.* Papa proinde semper pręsumitur esse bonus, & sanctus. vt *Gloss. d. can. non nos beatum Petrum.* ad verba illa Symmachi: *Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantę dignitatis attollit?* verbo *quis enim.* & *Glossella* Marginalis ibidem, adnotans: *Papa, siue Apostolicus semper pręsumitur bonus.* Sanctus enim præsumitur, donec contrarium constet: quia hæreditatem Innocentię recepit. ex *glossa* ibidem. & ibidem *Glossella* Marginalis in fine subnectens: *Ista fuit sententia Laurentii dicentis; quod qui de aliis præsumit, vel dubitat, peccat venialiter: qui de Papa, mortaliter, arg. huius §. hic allegati. qui autem.* sic Glossella.

Papa nihil disponere potest circa substantiam, & essentiam Sacramētorum, quia illa à Christo Domino instituta fuere. Hanc ob causam demandare non poterit simplici laico, vt cōficiat corpus, & sanguinem Christi: quia solis Presbyteris dictum est: *Hoc facite in meam commemorationem.* ex Augustino libro quæstionum veteris testamenti in *can. dictum est à Deo in Numeris ad Moysen, & Aaron sacerdotes 96. 1. q. 1.* deducens etiam, quod de Caipha interfectore Saluatoris (Ioannis 11.) dictum fuit: *Hoc autem à semetipso non dixit. sed cum esset Pontifex anni illius prophetauit.* inferens: *Per quod ostenditur spiritum gratiarum non personam sequi, aut digni, aut indigni, sed Ordinationem traditionis, vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit Ordinatus, vt officium ministerii exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.* deducitque peroptimè *Gloss.* in *can. peruenit quoque ad nos, quosdā scandalizatos fuisse 1. distinct. 95.* verbo *cōcedimus.* Quemadmodum nec potest facere Papa, vt quæ facta sunt, facta nō sint. prosequitur *Nauarrus cons. 2. n. 3. 4. & sequentibus lib. 4. qui filii sint legitimi.* diximus. *respons.* nostra *79. num. 30. & sequentibus part. 5.*

Papa supplere sua potestate non potest consensum, qui in actu matrimonii perquiritur. Quia matrimonium solo contrahentium libero consensu perficitur. ex S. Ioanne Chrysostomo in *can matrimonium quidem 1. 27. q. 2.* verbis dicens: *Matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas: & ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis.* Nec diuersimode Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de quorum coniunctionibus agitur. 2. eadem 27. q. 2.* subsequens: *Qui consensus si in nuptiis solus defuerit, cetera omnia etiam cū ipso coitu celebrata frustrantur.* Non ergo poterit Papa supplere consensum. Quia vbi nō est consensus, matrimonium esse non potest.

dixit

dixit Nicolaus Papa in *cap. ubi non est consensus 2. de desponsatione impuberum*. Concinit que Vlpianus libro 42. ad Sabinum in *l. nuptias 31. ff. de regulis Iuris*. regulam tradens: *Nuptias non concubitus, sed consensus facit*. Non ergo perquisitum quoad substantiam consensum supplebit Papa. *Nauar. cons. 14. num. 3. 8 & 10. lib. 4. de sponsalibus*. diximus *respons.* nostra 203. *num. 29. & sequentibus part. 5.*

Papa Petri & fidem, & sedem tenet. Hieronymus ad Damasum Papam in expositione Symboli in *can. hæc est fides Papa beatissime 24. 24. q. 2.* de fide loquens, ac dicens: *In qua si minus peritè, aut parum cautè forte aliquid positum est: emendari cupimus à te, qui Petri, & fidem, & sedem tenes.*

Papa, qui est Romanus Pontifex, iura omnia in scrinio pectoris sui censetur habere. Bonifacius dixit Octauus in *cap. licet Romanus Pontifex 1. in ipso principio. de cōstitutionibus in 6.* ibidemq; *Glos.* verbo habere. quę notat: ex *Glossa in can. quod autē vxor cum marito 6. siue finali 30. q. 4.* verbo *reperitur*. meminitque *Glossa* in *can. praeterea sciscitaris, vtrum solis presbyteris 12.* verbo *fallat. dist. 23.* Qui canō est Nicolai Papę Radulpho Archiepiscopo Bituricensi scribētis, eique dicentis: *Sed, & quia sit à nouæ legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat obtutus) legimus.* vbi *Glossa* verbo *fallat* sequentibus fatur: *Quod autem dicitur, quod Papa habet omnia iura in pectore suo. ut C. de testament. omniū. verū est, per interpretationē; quia omnia interpetrari potest. Nā & quādoq; impeditur minori intelligētia. ut extra de cēsibus cū instātia.* ita Glo. Diciturq; Canon animatus in terris; sicut & Princeps dicitur lex animata in terris. ex Iustiniano Cęsare in *authentico de consulibus §. finali. collatione 4.* sequitur *Nauarrus cons. 2. nu. 6. lib. 4. Qui filii sint legitimi.*

Papa vniuersalis Ecclesię Episcopus dicitur. ex Nicolao Papa II. in Cōcilio Lateranē in *can. In nomine Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi 1. §. nouit beatitudo vestra distinct. 23.* verbis dicente: *Decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ Vniuersalis Ecclesiæ Pontifice &c.* Nec diuersimode Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste 10. §. talibus igitur institutis, talibusque fulti auctoritatibus plerique Pontificū. distinct. 96.* verba damus: *Nam si speciale aliquod de personis Principum requiratur exemplū, beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit, vt S. Ioannes Chrysostomus à sua sede pelleretur) excommunicauit. Beatus etiam Ambrosius, licet sanctus, non tamen vniuersalis Ecclesia Episcopus, pro culpa, quæ aliis sacerdotibus non ita grauis videbatur, Theodosium magnū Imperatorem excommunicans ab Ecclesia exclusit.* Est ergo Papa vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, quia Romana vniuersalis est Ecclesia. Et ita exaudisse videtur Gregorius Eulogio Patriarchæ Alexandrino scribens in *can. Ecce in præfatione epistolę, quam ad me ipsū 5. distinct. 99.* eumque reprehendens, quod vniuersalem Papam appellasset. *Superbę appellationis verbum; Vniuersalem me Papam dicentes, imprimere curastis.* subsequens: *Meus namque honor est, honor vniuersalis Ecclesiæ. Meus honor est fratrū meorum solidus vigor.* Ludouicus tamen Imperator vniuersalem Papam Paschalem nuncupauit in *can. ego Ludouicus Imperator Augustus statuo, & concedo 30. distinct. 63.* verbis enuncians: *Tibi beato Petro Principi Apostolorum, & pe te Vicario tuo Domino Paschali summo Pontifici, & vniuersali Papa, & successoribus eius in perpetuum.* Vnus ergo esse debet. Vnde duo eodem tempore Papę esse non possunt: quia vna est Ecclesia Catholica, & vnum caput. Et offenderetur illa regula: vnam sanctam catholicam &c. *Gloss.* in *can. non autem tantum hoc scribimus gratulandum 12. 7. q. 1.* verbo *ut non succederet. circa finem vers. Item numquid eodem modo possunt esse duo Apostolici.* respondens: *Et Dominus tantum vnum constituit.* ex Cypriano de vnitate Ecclesię in *can. loquitur Dominus ad Petrum 18. 24. q. 1.* referens verba Apostoli: *Vnum corpus, & vnus spiritus: vna spes vocationis vestrę. vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus.* subsequens: *Vt Episcopatum ipsum vnum, atque indiuisum probemus.*

Papa vnus alium in testem adducit. & hoc ideo quia de eorum testimonio non est dubitandum. sicut Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. patet profecto sedis Apostolicę (cuius auctoritate maior non est) iudicium à nemine fore retractandum 10. 9. q. 3.* testem adduxit Innocentium, verbis eddicens: *Iuxta quod Innocentius Papa Ruffo, & cetera Episcopis per Tessaliam constitutis scribens ait.* et paulo post: *& Beatus* Papa *Gelasius. &c.* ibique *Gloss.* verbo *Innocentius.* dicens: *familiaris hęc est probatio, quod vnus* Papa *inducit alium in testem, sed hoc ideo; quia de ipsorum testimonio non est dubitandum.*

Papa potest Episcopum cogere ad renunciandum, si ille ex infirmitate sit inutilis Ecclesię. Ne languente pastore grex insidiatoris laniādus dentibus exponatur: vel Ecclesię ipsius vtilitates depereant. Disposuit Gregorius ad Eutherium Episcopum scribens in *can. quamuis triste nobis sit valde, quod loquimur. 14. 7. q. 1.* ibique notat *gloss.* verbo *fateatur*. Rationem reddens, quare debeat renunciare, qui inutilis est; quin imò et cogi: *Cùm aliis in hoc prosit, & sibi non noceat.* Sumptus tamen eidem debiti de eadem Ecclesia ministrentur. idem ibidem subnectit Gregorius.

Papa potest aliquem clericum beneficio priuare, quod obtinet, ex causa, etiam sine illius culpa, ob solam quoque Ecclesiæ vtilitatem. ex Gregorio Papa in *can. alius item Romanus Pontifex, Zaccharias scilicet. 3. 15. quest. 6.* ibique *Glossa* verbo *inutilis*. et ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. per principalem beatorum Apostolorum Petri, & Pauli 21. 9. q. 3.* ibique *gloss.* verbo *ad nos.* ad notata. ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam beati Petri Apostoli 3. dist. 19.*

Papa potest priuare Regem regno ex causa, atque vassallos à fidelitatis iuramento absoluere. Sicuti potest etiam Imperatorem

Imperio priuare, sicut fecit Zaccharias Papa. testatur Gregorius Papa in *can. alius quidam Romanus Pontifex, Zaccharias scilicet.3.15. q.6.* Nec repugnat Nicolaus Papa Episcopis Galliæ scribens in *can. auctoritatem venerabiliū prędecessorum nostrorum 2.eadem 15.q.6. Gloss.d.can alius quidam.* verbo *deposuit*, inferens consequentiam. *Ergo Papa deponit Imperatorem.* Ex Gelasio Papa Anastasio Imperatori in *can.duo sunt quippe Imperator Auguste*. 10.*distinct*. 96. Quia si Imperator catholicus est, filius est, non prælul Ecclesię; quod ad religionem competit, discere ei conuenit, non docere. Ioannes contestatur Papa in *can.si Imperator catholicus est* 11.*eadem distinct*. 96. Deduciturque ex Innocentio IV. Baronibus,& Comitibus regni Portugalliæ scribente *in cap.grandi non immerito.2. de supplenda negligentia prælatorum in* 6. Quia nimirum Imperator Papę subiectus est, eique fidelitatis Iuramentum prestat. testatur Clemens V. in Concilio Viennen in *clement. Romani Principes orthodoxę fidei professores. unica de Iure Iurando*. Vnde idem Innocentius IV. in Concilio Lugdunen Federicum Imperatorem regno priuauit, in *cap. ad Apostolicæ dignitatis 2.de sententia, & re Iudicata in 6* vide *Couarruuias in cap.si hæredes num.*10. *in fine de testamentis.*

Papa, si cum aliquo causam habet, non debet ipse esse Iudex, & rem occupare, sed arbitros eligere, ita verbis infert *Gloss.* in *can. consuetudo noua in Ecclesia hac, & valde reprehensibilis erupit* 1.16.*q*.6. verbo *Ecclesia* Ex Leone IV. ad Ludouicum Augustum in *can. nos, si incompetenter aliquid egimus* 41. 2. *q*.7. concordatque *glossa* ibidem verbo *aliena*. in causa tamen Ecclesię poterit. sequitur *gloss. d.can.consuetudo noua.* verbo *Ecclesia.* in fine.

Papa non potest inuito Episcopo nouum facere Episcopatum in loco suę diœcesis. ex Africano Concilio in *can. multis Conciliis hoc statutum est à cœtu sacerdotali.* 51.16.*q*.1. ibique *gloss.*verbo *rectores.* Ex Gregorio Papa Beneuentano Episcopo in *can.& temporis qualitas. & vicinitas nos locorum inuitat* 48. eadem 16. q. 1. ex verbis eiusdem: *Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vitæ huius expleuit: vtrasque nos Ecclesias præsentis auctoritatis pagina vnisse, tibique commisisse cognosce.* Cumanam scilicet,& Misenaten. ibique *glossa* verbo *expleuit.* dicens consequentiam: *Ergo si esset viuus non vniretur. vt infra eadem multis.* Concinit Vrbanus Tertius in *cap. ad audientiam nostrā peruenit* 5. *de Ecclesiis ædificandis.& reparandis,* eidem dicens: *Quod hoc deuotioni tuæ auctoritate Apostolica indulgemus, si tibi Episcopus diœcesanus consenserit in hac parte.* ibique *gloss.* verbo *indulgemus.* Rationem reddens in fine: *Quia Papa non intendit alicui facere præiudiciū per suum priuilegium.*

Papa per suum mandatum derogare minime velle videtur iuri alterius, quare semper exceptum videtur. ex Gregorio Papa Eulogio Patriarchæ Alexandrino in *can. in præfatione epistolę* 5. *distinct.* 99. verbis illis rationem reddente: *Quia vobis subtrahitur, quod alteri plus quàm ratio exigit, præbetur.* ibique *gloss.* verbo *subtrahitur.* Eodem ex Gregorio Dominico Carthaginensi Episcopo in *can. de Ecclesiasticis priuilegiis, quod vestra fraternitas scribit.*8. 25.*q*.2. Rationem reddente: *Quia sicut nostra defendimus; ita singulis quibusque Ecclesiis sua iura seruamus: nec cuilibet, fauente gratia, vltra quam meretur impertior: nec vlli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo.* & ad Natalē Episcopum in *can. quod verò dicitis nostris temporibus debere seruari.*10. *eadem* 25. *q*.2. in fine: *Absit à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam: quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.* & ex Vrbano Tertio in *cap. ad audientiam nostram peruenit* 5. *de Ecclesiis ędificandis, & reparandis. extrà.* ibique *gloss.* verbo *indulgemus* in fine argumentum inferens: *Quod Papa non intendit alicui facere præiudicium per suum priuilegium.*

Papa potest renunciare papatui. Nam Marcellinus renunciauit, qui postea insignis Martyr effectus est. ex Nicolao papa ad Michaelē Imperatorē in *can. nunc autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere* 7. *dist*.21. ibique notat *gloss.* verbo *Marcellinus.* & Clemēs Papa renunciauit, sed post Linum, & Cletum iterum recepit Cathedrā. vt Ioannes Tertius scribit Episcopis Germaniæ,& Galliæ in *can si Petrus princeps Apostolorum* 1.8.*q*.1. ibique *Glossa* verbo *aut ligandi. post medium.*& notat *Gloss.* in *can. non autem tantum hoc scribimus gratulandum* 12. verbo *non succederet* in fine *versiculo. Item numquid Papa potest renunciare? vtique.*7.*q*.1. Sicut etiam Sanctus Cœlestinus Papa Quintus papatui renunciauit, cui Bonifacius Octauus Caietanus successit. & ita ipse Cœlestius statuit. idemque cōfirmauit idem Bonifacius VIII. in *cap. quoniam aliqui curiosi* 1. *de renunciatione lib* 6. ibique *Glossa* verbo *resignare.*

Papa supremam,& absolutam obtinet potestatem in Beneficialibus, vt possit in eis quidquid vult. ex Innocentio Tertio Preposito, & Capitulo Camerscen in *cap. proposuit nobis T. presbyter* 4. §. *licet autem intentionis nostræ non sit. extra de concessione præbendæ, & Ecclesiæ nō vacātis.* dicēte: *Qui secundū plenitudinem, potestatis de iure possumus supra ius dispēsare. &c.* Quia eorū plenaria dispositio ad Romanum noscitur Pōtificē pertinere. vt Clemēs Tertius, siue Quartus contestatus fuit in *c. licet Ecclesiarū, personatuū, dignitatum*, 2. Et Gregorium X. in Concilio generali Lugdunen in *cap. statutum felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri.*3. *de præbendis, et dignitatibus* in 6. Declarauitque Clemens V. in Concilio Viennen in *clementina si duobus in Romana Curia super beneficio sibi collato litigantibus* 1. *in fine. vt lite pendente nihil innouetur.* decernens: *Salua tamen in præmissis omnibus Romani Pontificis potestate, ad quem Ecclesiarum, personatuum, dignitatum, aliorumque beneficiorum Ecclesiasticorum plena, ac libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine, noscitur pertinere.* notat *gloss.*

ibi-

ibidem verbo *pertinere*,

Papa dicitur seruus seruorum Dei. notat *Gloss. in can. quoties cordis oculus nube erroris obductus* 8. qui est Gregorii Magni 1.q.7. verbis illis: *Atque promitto tibi, & per te sancto Petro Apostolorum Principi.* verbo *& per te.* Rationem reddens: *Quia Papa seruus est beati Petri. vnde dicit de se in epistolis suis. Seruus seruorum Dei. vnde versus.*

*Serui erant tibi Roma prius Domini Dominorū.*
*Seruorum serui nunc tibi sunt Domini.*

ita Glossa.

Papa licet videatur Dominus bonorum Ecclesiarum, est tamen generalis eorum administrator, non verò ita Dominus, vt ea possit in perpetuum ab Ecclesia, & successoribus alienare, vel abdicare. ex Symmacho Papa in Synodo Tertia in *can. non liceat Papę prędium Ecclesię alienare aliquo modo* 20.12.q.2. in fine inferente: *Liceat etiam quibuslibet Ecclesiasticis personis contradicere, & cum fructibus alienata reposcere.* Cum nemo cedere iuri suo debeat, & potestati. ex Cypriano Episcopo & martyre ad Iubaianum in *can. quàm periculosum sit in diuinis rebus, vt quis cedat iure suo, & potestate* 8. 7.q.1. Et contestatus fuit Italiæ Patritiæ Gregorius in *cap. nihil prodest.* 2. *de prescriptionibus. in fine* verbis edicens: *Sed illud vos scire credimus: taciturnitatem, atque patientiam nostram futuris post me Pontificibus, in rebus pauperum, pręiudicium non facturam.* Dispensatio namque *Papę* credita est. vti Leo Papa Martiniano Augusto respondit in *can. priuilegia Ecclesiarum, & monasteriorum sanctorum Patrum auctoritate instituta.* 2.25.q.2. in fine concludens: *Dispensatio enim nobis credita est: & ad nostrum tendit reatum, si paternarum regulę sanctionum nobis consentientibus negligentibus violentur.*

Liberā tamē habet *Papa* potestatē in rebus Ecclesiarū iuste disponēdi. *Quia Sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habet iudicandi.* vti Gelasius omnibus respondit Episcopis in *can. cuncta per mundum nouit Ecclesia* 17. 9. q.3. Rationem reddens in fine: *Et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce, & tenuit semper, & tenebit.* Quam ob causam: *Quorumlibet sententiis ligata Pontificum, sedes Beati Petri Apostoli Ius habet resoluendi; vt puta, quæ de omni Ecclesia fas habet iudicandi.* Idē vt decreuit Gelasius Episcopis per Dardaniam constitutis rescribēs. in *can. cuncta per mundum nouit. Ecclesia* 18. *eadem* 9.q.3. Nam Papa ex illius plenitudine potestatis procedit, quam Christus Rex regum, & Dominus dominantium eidem in persona beati Petri concessit. vt Clemens fatur V. in concilio Viennen in *Clement. pastoralis cura solicitudinis* 2.5. *finali circa finem de sententia, & re iudicata.* deducit *Rota part.* 2. *in recensioribus decis.* 11. *sub num.* 7. Quis enim eidem dicere pôt; Cur ita facis? sicut & Deo. ex Augustino ad Macedonium in *can. quamuis cautè, & salubriter prouisum sit.* 28. *de pœnitentia distinct.* 3. dicente; *Quis tamen audet dicere Deo: quare huic homini, qui post primam pœnitentiam rursus se laqueis iniquitatis obstringit, adhuc iterum parcis?* Quo loco Glossa verbo Deo subnectit: *vel Papę.* Loco enim Dei est *Papa*, eius Vicarius. & notat *Glossa* in *cap. quanto personam Hildesemen Episcopi* 3.5. *non attendentes, quod veritas in Euangelio protestatur. de translatione Episcopi.* verbo *veri Dei vicem.* diximus *respons.* nostra 1. *num.* 32. *&* 33. *part.* 4.

Papa duobus in casibus non dispensat, neque dispensare potest: si vel sit contra articulos fidei; vel de vniuersali statu Ecclesiæ. Ex Alexandro Secundo Lucensis Ecclesię Clero, & populo in *can. ex multis temporibus* 9. 8. *Chalcedonense namque Concilium vnum ex principalibus, simili pœna condemnat eos.* 1.q.3. ibiq; *Glossa* verbo. *ex principalibus.* dicens: Papa *tamen benè potest dispensare contrà, si non sit in articulis fidei, vel de vniuersali statu Ecclesiæ.* ex Gregorio in *can. sicut sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor* 2. *distinct.* 15. Et ex professione Romani Pontificis in *can. sancta octo vniuersalia concilia* 8. *distinct.* 16. Et ex Vrbano Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges.* 6.25.q.1. dicente in fine: *Non nouam legem Romanus Pontifex dare; sed potiùs, quod prędicatum est, vsque ad animam & sanguinem confirmare debet.* vnde *gloss.* in *can. auctoritatem venerabilium prędecessorum nostrorum sequuti.* 2.15.q.6. uerbo *absoluimus* in fine. sequentibus infert de Iuramento verba faciens, num possit pontifex in iuramento dispensare: *Dico enim, quòd contra ius naturale potest dispensare; Dum tamen nō contra Euangelium, vel contra articulos fidei. tamen contra Apostolum dispensat.* Notatur ex Martino Papa in *can. lector si viduam alterius uxorem accipiat* 18. *distinct.* 34. ibique *glossa* uerbo *fiat.* notat ibidem *Glossella* Marginalis dicens: *Non est absurdum quò ad Ius positiuum.* Et exaudi quo ad Apostolum. Quādo uidelicet loquitur ex se, non uti Euangelista. Et interpretatiuè notat plene *gloss.* in *d. can. sunt quidam dicentes* 6. 25.q.1. uerbo *Apostoli.* Ex uerbis Vrbani dicentis: *Vbi verò aperte Dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes sancti Patres, sententialiter aliquid definierunt; ibi, non nouam legem Romanus Pontifex dare; sed potius, quod prędicatum est, vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet.* Lucio Tertio Spalatrensi Archiepiscopo in *cap. super eo, quod tua fraternitas de bigamis requisiuit* 2. *de bigamis non ordinandis.* Etiam confirmante & rationem reddente: *Quia in bigamis contra Apostolum dispensare non licet, vt debeant ad sacros ordines promoueri.* pluribusque adnotat *gloss.* ibidem uerbo *dispensare.* notat quoque *glossa* in *can. quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter sunt instituta* 3.25.q.1. uerbo *nulla commutatione.* dicens. *Ex hoc patet, quod Papa non potest contra generale Ecclesię statutum dispensare, nec contra articulos fidei.*

Papa contra iuramentum non dispensat, si licitum fuerit, secus uero si coactum, uel illicitum fuerit. ex Nicolao *Papa* Episcopis

Galliæ

Galliæ in *can. auctoritatē venerabilium prędecessorum nostrorum secuti* 2. 15. q. 6. ibique plenè *Glossa* verbo *absoluimus*. Ex Beda in *can. si aliquid fortè nos incautius iurasse contigerit* 5. 22. q. 4. ibique *Gloss.* verbo *peiorem*, pluribusque deducit *gloss.* in *can. sunt quidam dicentes* 6. 25. q. 1. verbo *Apostoli.*

Papa non potest sibi eligere successorem, & quasi dignitatis suæ hęredem testamento substituere. ex Symmacho Papa in Synodo Romana in *can. si transitus Papę (quod absit) inopinatus euenerit.* 10. *distinct.* 79. illis verbis: *Vt de sui electione successoris, non possit ante decernere.* ibique *Gloss.* verbo *non possit.* subnectens: *Aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, quod posset fieri.* Et ex Innocentio Papa Secundo in Concilio Romano in *can. Apostolica auctoritate prohibemus* 7. ibiq; Gratianus §. *his omnibus auctoritatibus prohibentur Episcopi successores sibi instituere* 8. q. 1. ibique *gloss.* verbo *Beatus*. Rationē reddans; *Quia hoc esset immutare statutum Ecclesiæ.* & *Quia statutum facit in id tempus, in quo non est futurus Iudex*. Ex Anacleto Papa in *can. quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sūt. nulla commutatione varientur.* 3. 25. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *nulla commutatione.*

Papę solius dicto creditur, eiusque attestationi, ac testimonio fides habetur. ex Innocentio Tertio Consulibus, & populo Beneuentano in *cap. cùm à nobis* 28. *in fine* ibique *Gloss. finalis extra de testibus, & attestationibus.* Etiam de his, quæ ante Papatum vidit. vt attestatur Bonifacius VIII. in *cap. 1. de renunciationem* 6. de Cœlestino Papa V. qui Pontificatui renunciauit, verba faciens: *Deliberatione habita cum suis Fratribus Ecclesiæ Romanę Cardinalibus (de quorum numero tunc eramus) de nostro, & ipsorum omnium tunc consilio, & assensu &c.* vbi *Gloss.* verbo *statuit* infert: *Credendum est Papę hoc referenti. supra de testibus, cùm à nobis in fine.* Confirmaturque ex Innocentio IV. in Concilio Lugdunen ad memoriam sempiternam in *cap. ad Apostolicæ dignitatis* 2 §. *Et quia Prælatorum, Clericorum, omniumque aliorum, quos detinebant captiuos de sententia & re Iudicata in* 6. verbis illis: *Cum hoc idem, tam ipse, quā sui nuncii, antequam ad Apostolatus vocati essemus officium promisissent.* ibique *Gloss.* verbo *promisissent.* subnectens. *Credendum est Papæ hoc referenti. supra de testibus. cum à nobis & dixi supra de renunciat. cap. 1.* Hanc ob causam Papæ asserenti, quod sibi fuit supplicatum, fides plenaria adhibenda ait, testatur Clemens V. in Concilio Viennē in *Clement. litteris nostris. vnica de probationibus.* ibique *gloss.* verbo *litteris.* notat *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 330. *num. 2. & sequentibus.*

Papæ sententia, etiam non scripta, facit Ius. ex Gregorio Bonifacio primo Defensori in *can. Institutionis nostrę decreta.* 7. 25 q. 2. verbis inferentem: *siue quæ scripto decreuimus; siue quę in nostra pręsentia videntur esse disposita.* vbi *gloss.* verbo *pręsentia.* consequentiam infert: *Sic ergo sententia Principis facit Ius, licet non redigatur in scriptis.* vt idem Gregorius Aslubiacono, Dom. Abbati respondit in *cap. sicut graue.* 1. *in fine extrà de transactionibus.* ibique *Gloss. finalis* verbo *auctoritate.*

Papa sanctus dicitur. Quis enim sanctum dubitet esse; quē apex tantę dignitatis attollit? In quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt, quę à loci decessore prętantur. Aut enim Claros ad hæc fastigia erigi: aut, qui eriguntur, illustrat. Symmachus Papa loquitur in *can. non nos beatum Petrum, sicut dicitis* 1. *distinct.* 40. Merito in Dei cultu maiorem Zelum habere ipse debet, quam alii Christiani. ex Iulio Papa ad Episcopos Orientales in *can. officii nostri consideratione nō est nobis dissimulare, non tacere libertas*: *Quibus maior cunctis Christianę religionis zelus incumbit* 13. 24. q. 2. vbi *gloss.* verbo *tacere* subnectit: *Taciturnitas est magnum vitium in Papa.* Cùm verò male processerit, nutu diuino percuritur. vt de Anastasio Secundo refertur ex Pontificali Romano in *can. Anastasius secundus natione Romanus* 9 *distinct.* 16. Rationem reddēs ibidem *gloss.* verbo *diuino* subsequens. *Quia dū assellaret, emisit intestina, ignominiose lapsus.* Quamuis quod de Anastasio defertur, omnino confictum esse in adnotationibus in nouis decretis referatur.

Papæ præceptis nullus debet dura superbia resistere, sed per obedientiam, quę Apostolica auctoritate iussa sunt, salutiferè impleantur, oportet. ex Gregorio Papa Quarto in *can. præceptis Apostolicis non dura superbia resistatur* 2. *distinct.* 12. in fine inferente: *Si quis hæc Apostolicę sedis pręcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.* addit *gloss.* ibidem verbo *non dura.* inferens: *Quamuis graue, & in tolerabile sit, tamen adimplendum est.* ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam beati Petri Apostoli* 3. *distinct.* 19. Verbis rationem referentis: *Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas: vt licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.*

Papę de Iudicio non licet disputare, dubitantes, an dignus sit, quem ipse elegerit. Gratianus in *can. si quis suadente diabolo* 29. §. *qui autem de Ecclesia vi aliquem exemerint in fine* 17. q. 4. Deferens illud Nicolai Papę omnibus Episcopis in *can. nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare* 30. ibidem. rationem reddens: *Videlicet propter Romanæ Ecclesię primatum Christi munere in beato Petro Apostolo diuinitus collatum.*

Papa suorum antecessorum statuta custodire debet. Nam Iustitię, & rationis ordo suadet, vt qui sua à successoribus desiderāt mandata seruari; decessoris sui proculdubio voluntatē, & statuta custodiat. Gregorius loquitur ad Montanum, & Thomam scribens. in *can. Iustitię, & rationis ordo suadet.* 15. 25. q. 1. Ipseque met Gregorius contestatus fuit Augustino Anglorum Episcopo respondens. in *can. in Galliarum Episcopos nullam tibi auctoritatem tribuimus* 3. 25. q. 2. Rationem reddens:

Ne

*Ne pretermitti possit hoc; quod antiqua patrum institutio inuenit.* ibidemq; idem ipse ad Natalem Episcopum in *can. quod verò dicitis nostris temporibus debere seruari.* 10. inferens; *Absit à me, vt statuta maiorum consacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam; Quia mihi iniuriam facio, si fratrum meorum iura perturbo.* Et Gelasius Papa Cresconio, & Ioanni Mesaliæ Episcopis in *can. decessorum statuta* 19. *eadem* 25. *q.* 2. verbis enunciat: *Decessorum statuta, sicut legitima, & iusta, successorem custodire conuenit; ita debet etiam malè facta corrigere.* Nec diuersimode Gregorius Dominico Carthaginensi Episcopo in *can. de Ecclesiasticis priuilegiis* 8. *eadem* 25. *q.* 2. Rationem quoque reddens; *Quia sicut nostra defendimus; ita singulis quibusque Ecclesiis sua iura seruamus; nec vlli hoc, quod sui iuris est, ambitu stimulante derogabo.*

Papa licet non ligetur prædecessorum statutis, conuenit tamen, vt quę iustè statuta sunt, probet. ex Gelasio Papa ad Episcopos Dardaniæ in *can. confidimus, quod nullus iam veraciter Christianus ignoret.* 1. 25. *q.* 1. nec diuersimode conciliatus fuit Leo Papa Quartus in *can. ideo permittente Domino pastores hominum summus effecti* 16. *eadem* 25. *q.* 1. Rationem in fine protrciens: *Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si, quod ipsi diuino statuerunt cõsulto, intactum non conseruamus.* Deducitque pluribus Gratianus ibidem subnectens. §. *his ita respondetur.* Quod licet sit aliorum solutus legibus, debet tamen illas seruare: *Sicut Christus, qui legem dedit, ipsam legem carnaliter impleuit &c.*

Pars connumeratur cum suo toto. ex *can. Ego Ludouicus Imperator Augustus.* 30. *dist.* 63. & ita sequitur *Gloss.* in *can. cùm longe, lateque diffuso tractu terrarum* 25. *eadem distinct.* 63. verbo *atque Gallecię.* quin

Pars ipsa quandoque totum significat, & à parte totum significatur. ex Augustino in *can. pœna de est occultè auferre* 13. *in fine* 14. *q.* 5. Rationem inferente: *A' parte enim totum significauit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur.* Quia nimirum Pars considerari non potest, nisi respectu totius. Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement.* 1. *de excessibus prælatorum* & *Clement.* 1. *de rescriptis.* ibique *Imola nu.* 29. *Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 314. *nu.* 9.

Par in parem non habet imperium. Innocentius Tertius Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. innotuit nobis, quod Vigoriensi Ecclesia destituta pastore* 20. § *quamuis autem canon Lateranen Concilii de electione, & electi potestate.* ibique *gloss.* verbo *in parem.* Quia nimirum inferiora non possunt agere in se maiora, & fortiora: cum agens passo maior esse debeat, vt in illud agat. ex Nicolao Papa ad Michaelẽ Imperatorem scribente in *can. inferior sedes superiorem absoluere non potest* 4. *distinct.* 21. deferẽte ex (*Isaia* 10.) ac dicente: *Vnde Propheta ait: Numquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?* notat *Nauarrus in can. medicina de pœnitentia dist.* 1. *nu.* 2.

Parentes filios proprios, citra necessitatis causam, de sacro fonte leuare; vel in confirmatione ante Episcopum tenere, non possunt, alioquin mortaliter peccant, & ab inuicem sunt inuicem separandi, donec cum ipsis dispenserur. Decreuit Deusdedit Papa, Gordiano Hispalensi Episcopo respondens in *can. peruenit ad nos Diaconus vester.* 1. 30. *quæst.* 1. quod si mulier in fraudem hoc fecerit matrimonii viro inscio, non separatur. ex Concilio Cabilonensi Secundo in *can. dictum est nobis, quasdam fœminas.* 4. *eadem* 30. *q.* 1. sequentibus decernente: *Vnde nos dignum duximus, vt si quę mulier filium suum desidia, aut fraude aliqua coram Episcopo tenuerit ad confirmandũ, propter fallaciam suam, aut propter fraudem, quandiu viuet, agat pœnitentiam, à viro tamen suo non separetur.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *fallaciam.* Quod dolus nemini debet patrocinari. Eodemque modo in Concilio Moguntinensi in *can. de eo, quod interrogastis.* 5. *eadem* 30. *q.* 1.

Parentes spirituales oportet nos magis diligere, quàm carnales. ex Zaccharia Papa Theodoro Episcopo Ticinensi in *can. Pitacium nobis tua veneranda fraternitas obtulit* 2. 30. *q.* 3. qui sic respondit: *Cùm ergo à propria consanguinitate præcipimur abstinere; multò magis à spirituali nostri patris filia, omni excusatione, aut argumento seposito, sub nimia districtione nos cauere conuenit.* ibique *Gloss.* verbo *multo magis* argumentum deducit: quod *Pater spiritualis est magis diligendus, quàm carnalis.* ex Clemente I. ad Iacobum epistola 2. in *can. qualis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant.* 8. 2. *q.* 7. sic inferente: *Si enim Cham, quia non operuit pudẽda patris, maledictus est: multo ampliori condemnatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.* vbi *gloss.* verbo *amplior.* argumentum defert: *Quod in eodem genere delicti, plus peccamus erga patres spirituales, quàm carnales.* 30. *quæst.* 3. *pitacium.* Quam ob causam Thelesphorus Papa in epistola vnica in *can. sacerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiẽdi, atque timendi, non dilacerandi* 8. 6. *q.* 1. in fine intulit sententiam: *Omnes, qui aduersus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.* Omnes. nullum ergo ex parentibus seclusit, magis autem spirituales inclusit, de quibus verba facit.

Parentes thesaurizare debent filiis, non filii parentibus. ex Apostolo Gentium Doctore 2. *ad Corinth.* 12. 14. Rationem dicente: *Nec enim debent filii parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.* Deduxit Gratianus ex Septima Synodo in *can. prædicator veritatis Paulus diuinus Apostolus* 64. *circa finem* 16. *q.* 1. ibique peroptime *gloss.* verbo *parentibus.* dilatat. *Etiam spiritualibus.* inquiens; & ex Concilio Lateranensi in *cap. cùm Apostolus se, & suos* 6. §. *prohibemus etiam ne subditos suos talliis, & exactionibus Episcopi grauare præsumant. de cẽsibus, exactionibus, & procurationibus extrà.* definitum fuit, rationem reddente: *Cum enim dicat Apostolus: Non debent filii, thesaurizare* pa-

parentibus, sed parentes filiis multum longè à paterna pietate videtur, si præpositi subditis suis grunes existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris debent more fouere. Rationem reddit gloss. ibidem verbo parentes filiis. & ipsa inferens: Ordine enim naturæ filius succedit patri, & non è conuerso ]ex Papiniano lib. 26. Quæstionum in l. scripto hærede deliberante 6. §. finali ff. vnde liberri. dicente: Non sic parentibus liberorum, vt liberis parentum debetur hæreditas: cùm parentes ad bona liberorum ratio miserationis admittat, liberos naturæ simul, & parentum commune votũ. vbi Glossella Marginalis locum refert Pauli in initio deductum. videndus S. Thomas 2. 2. q. 26. art. 9. diximus respons. nostra 100. num. 19. 20. & 21. part. 5.

Parentes carnales ex debito filii honorare debent, etiam ipsis necessaria subministrando. ex Concilio Gangrensi in can. si qui filii parentes, & maxime fideles deseruerint. 1. distinct. 30. Quod si non fecerint anathemati subijciũtur. Nam ex Ambrosio in Lucam ad cap. 3. ad verba illa: Genimina viperarum. in can. in singulis quoque generibus hominum 19. distinct. 86. Misericordia communis est vsus. Ideo commune præceptum omnibus officiis, omnibus ætatibus necessaria; & ab omnibus deferenda Misericordia enim plenitudo virtutum est. Maxime vero erga parentes proprios exhibenda.

Parentes si à Christo auertunt, omnino dimittendi sunt. ex Ambrosio ad Hilarium in can. si infidelis (dicit Apostolus) discedit discedat 7. 28. q. 1. verbis exagerante: Hoc & de filiis, atque parentibus, hoc de fratribus, & sororibus intelligitur, propter Christum omnes esse dimittendos, cum proponitur ista conditio, vt Christum dimittat, si illos secum habere desiderat.

Parentes filios egentes derelinquere non debent, vt ipsi religionem ingrediantur. alioquin anathema sint. ex Concilio Grangrensi in can. si quis dereliquerit proprios filios suos, & non eos aluerit 14. distinct. 30. Sicuti neque filii Parentes. ex eodem Concilio can. si qui filii parentes 1. eadem distinct. 30.

Parentes qui contra armantur, siue spirituales, siue carnales, notantur infamia, & infames æstimantur. ex Stephano Papa Hilario scribente in can. infames esse eas personas dicimus 17. 6. q. 1. Et qui patrum statuta spiritualium libenter violant. ibidem.

Parentibus ex malis, vt plurimum, mala progenies generatur. ex Bonifacii Martyris dictis ad Echeldobaldum Regem Anglorum in can. si gens Anglorum 19. distinct. 56.

Parentum tamen vitia filiis non imputantur, si Deum ipsi rectè colant, & honesti sint, nec parentum vitia sectentur. Quia Semen hominis ex qualicumq; homine, Dei creatura est: & ex eo male viuentibus malè erit, non ipsum aliquando malum erit. Augustinus de bono coniugii in can. vndecumque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur 3. eadem distinct. 56. & in can. sequenti. ex Ioanne Chrysostomo.

Parentes filios suos ante ætatem legitimam religionem intrantes, possunt ab illa reuocare, secùs si ipsi consenserint. ex Concilio Triburiẽsi in can. puella si ante duodecim annos ætatis 2. 20. q. 2. vel si ætate fuerint legitima. ex Leone Papa ad Rusticũ Episcopum in can. puellæ, quæ non coactæ parentum imperio 8. 20. quæst. 1.

Parochi regulares de populi cura Episcopis rationem reddere tenentur. Abbati vero pro rebus temporalibus ad monasterium pertinentibus debitam subiectionem exhibere debent. vt sic sua cuique iura seruentur. ex Vrbano Secundo in can. sane quia monachorum quidam Episcopis ius suum auferre cõtendunt 6. 16. q. 2.

Parochiarum diuisio esse debet, vt vnusquisq; suis contineatur terminis, neque vnus in cura animarum vlterius terminos transgrediatur, & taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni Iudicis, ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. ex Dionisio Papa Seuero Episcopo in can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. 13. q. 1.

Parochiani tenentur semel in anno, saltim in Paschate, proprio confiteri Parocho sua peccata. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. omnis vtriusque sexus fidelis 12. de pœnitentiis, & remissionibus extra. Decreuitque Sixtus Quartus in extrauaganti vices illius, qui supra petram ædificauit Ecclesiam suam 2. § nos igitur attendentes, quod Sacrosanctu Romana Ecclesia ab eius fundatione primaua. de tregua, & pace inter communes. mandans: Quod etiam ipsi Mendicantes desistant prædicare, quod parocchiani non sint obligati, saltim in Paschate proprio confiteri sacerdoti: quia de iure tenetur parocchiani saltem in paschate proprio confiteri sacerdoti. Vel saltem alteri de eius licentia. ex Vrbano Secundo in can. placuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat 3. siue finali. de pænitentia dist. 6. sequitur Glos. d. cap. omnis vtriusque sexus fidelis 12. verbo proprio sacerdoti. de pænitent. & remissionibus.

Particularium omnium non potest certa dari scientia, neque eorum (cum infinita sint) contingit fieri disciplinam. Ioannes 22. in extrauaganti quorundam exigit cæca scrupulositatis ambiguum. 1. §. quo circa nos seriosius rationibus prædictis auditis col. 5. vers. non enim particularium omnium. de verborum significatione. sequentibus rationem reddit: Non enim particularium omnium certa potest dari scientia; neq; eorum (cum infinita sint) contingit fieri disciplinã. Non ars, non regula circumstantias singulas, accidentiaque cuncta complectitur. notatque Gloss. ibidem verbo scientia. & verbo infinita sint. Scientia enim de vniuersalibus est, secundum Aristotelem.

Paruuli baptizandi sunt, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt: Quamuis ipsi nihil peccatorum in semetipsis idro committere potuerunt. Definitum fuit in Cõcilio Milcuitano, cui interfuit Augustinus, & Anselmus Romanæ Ecclesiæ legatus contra Pelagianos in can. placuit, vt qui-

cum-

*cuiuique paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat.* 153. *de consecratione distinct.* 4. in fine inferens: *Propter hanc enim fidei regulam, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semet ipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.* Per peccatum originale. iuxta illud Apostoli (ad Romanos. 5.) *Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.* regeneratione itaque mundatur, quod generatione traxerunt.

Pascha singulis annis in memoria nostra fit, ne obliuiscamur quod factum est. ex Augustino in psalmum 21. in *can. semel Christus mortuus est, iustus pro iniustis* 51. *de consecratione distinct.* 2. qui sequentibus verba dat: *Quoties Pascha celebratur, nūquid toties Christus moritur: sed tamen anniuersaria recordatio quasi repręsentat, quod olim factum est: & sic nos facit moueri, tamquam videamus in Cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes, sed credentes.* vbi *Gloss.* verbo *non obliuiscamini*. carmina refert circa Eucharistiæ sacramentum.

*Clauditur hoc Vase nostri pia victima phase.*
*Viua, salutaris, semel in Cruce, semper in aris.*
*Quos recreas Iesu tam sacri corporis esu,*
*A vitiis munda sacrati sanguinis vnda.*
*Hic editur, Iesus remanet tamen integer esus.*
*Res occultatur: quare? Quia si videatur,*
*Forsan horreres: & manducare timeres.*
*Vt sine subiecto dependet in aere nubes,*
*Et centrum terræ pelagi sustentat abyssos:*
*Sic vini color, & sapor est pondus quoque panis.*

Pascha Domini die Dominico annuis temporibus celebrari debet. Pius Papa, Nonus à Petro in primo suarum decretalium declarauit. in *can. nosse vos volumus, quod Pascha Domini* 21. *de consecratione distinct.* 3. videlicet à decimatertia luna primi mensis vsque ad vigesimam primā diem eiusdem mensis. vti Victor Papa, XIII. à Petro in primo decretalis suo declarauit in *can. celebritatem sancti Paschę die Dominico agi debere.* 22. *eadem de consecrat. dist.* 3. Primum mensem Aprilem appellant Hebræi. quia ipsi annum solarem non attendunt, sed lunarem. vt *Glossa* ibidem notat verbo *primi mensis.* quem Nisan appellant. Sanctum vero Pascha debet quotannis post Natalem Domini populis post Euangelicam lectionem in Ecclesia annunciari. ex Concilio Bracharensi Secundo in *can. placuit, vt postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata* 25. *eadem de consecrat. dist.* 3.

Pascha Domini vno die, & tempore per omnem orbem obseruari debet. ex Concilio Aurelianensi primo, quod confirmauit Papa Siluester. in *can. de obseruatione Paschæ Domini statuimus.* 26. *eadem de consecrat. dist.* 3.

Pascha verò cum letitia celebratur per quinquaginta dies. ex Augustino super Ioannem in *can. Ieiunium autem magnum, & generale est.* 25. *de consecrat. distinct.* 5. dicente ipso: *Vnde cum labore celebramus quadragesimam ante Pascha: cum lętitia vero, tamquam accepta mercede, Quinquagesimam post Pascha.*

Passio Christi ideo populis semper nuncianda, eiusque mors, vt discant, qua charitate dilexit suos, qui pro eis mori dignatus est; cui omnes vicem debemus rependere charitatis: quia ad hoc nos prior dilexit, cum essemus gehennæ filii, vt diligeremus eū à morte iam liberati. Paschasius Papa in libro de corpore, & sanguine Christi in *can. iteratur quotidie hęc oblatio.* 71. *in fine de consecrat. dist.* 2. & ibidem Ambrosius in *can. in Christo semel oblata est hostia ad salutem sempiternam potens.* 53. verba sunt Ambrosii: *Quid ergo nos? non ne per singulos dies offerimus quidem: sed ad recordationem mortis eius: & vna est hostia, non multa. Quomodo vna, & nō multa? Quia semel oblatus est Christus.*

Passio Christi dicitur efficax quoad sufficientiam, non quoad effectum. Efficax enim fuit quoad sufficientiam, in redimendo; non quoad effectum, propter eos, qui sua duritie, & peruicacia indignos se faciunt eius fructu. Quare mortuus est Christus, et si pro omnibus, quoad sufficientiam, pro solis tamen prędestinatis dicitur mortuus quoad effectū ex Prospero in libris sententiarum in *can. semel immolatus est Christus in semet ipso.* 52. *de consecrat. distinct.* 2. ibique *Gloss.* verbo *altitudo.* Cuius sunt verba in propositione assumpta. Nam & si pro omnibus mortuus sit Christus, non tamen omnes mortis eius beneficium recipiunt. Et ita verba illa consecrationis exaudiuntur: *Qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Quoad efficaciam pro multis. Nam quò ad sufficientiam pro omnibus effusus est. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione 6. de iustificatione cap. 3.* dicente: *Verùm & si ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt: sed ii dumtaxat, quibus meritum passionis eius communicatur.*

Passio enim Christi infinitę virtutis fuit, tàm quòad satisfactionem, quàm quò ad meritū, propter vnionem humanitatis Christi ad Verbum. ex Clemente VI. Archiepiscopo Tarraconen eiusque suffraganeis in *extrauaganti vnigenitus Dei filius de sinu patris in vterum dignatus est descendere matris.* 2. *de pœnitentiis, & remissionibus inter communes.* prosequiturque *Nauarrus de Indulgentiis notabili* 10. *nu.* 12. & *notabili* 12. *nu.* 8. & *notabili* 13. *nu.* 10. & *notabili* 32. *nu.* 8.

Passio Christi, & multiplex, & grauis fuit. Multa enim pro absolutione nostra, & liberatione pertulit, & se contumeliis afficiendum tradidit, vt nos à vinculis potestatis diabolicę liberaret. Liberius Papa omnibus Episcopis in *can. sugestum nobis est* 46. 7. *q.* 1. post medium

Passio Christi præfigurata in veteri testamento fuit in virga Moysi. Nam iussit Deus Moysi, vt tangeret petram de virga. tetigit petram, & petra vndam maximam frudit, deducit Ambrosius de sacramētis libro Quinto in *can. in calicem mittitur vinum.* 83. §. *Iussit Deus Moysi vt tangeret petram de virga.* de

*consecrat.* *distinct.2.*

Pastor pastorum Christus est. ex Gratiano in *can. testes absque ulla infamia, aut suspicione 39. §. ecce ostensum est quid respondeatur auctoritatibus, & argumentis 2.q.7.* dicente: *Christus, qui erat pastor pastorum, ouibus suis, de quibus ait: (Non sum missus nisi ad oues, quę perierunt Domus Israel) inter approbria, & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait &c.* Et ex Gregorio Cyriaco in *can. in scripturis vestris vos magnopere quæsisse narratis. 9. circa medium 8. q. 1.* Qui Christum, Pastorem summum nuncupat, dicens: *Quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se Pastorem summum minime amare.* Pastor est ergo summus Christus, & Pastor pastorum. Ita quoque Leo Papa epist. 4. Episcopis Sicilię in *can. diuinis preceptis, & apostolicis monitis. 2. in fine 25. q. 1.* Summum pastorem vocat.

Pastor est cuiuslibet Ecclesiæ Pręlatus. Et Episcopi, qui tamquam arieres ducatum gregibus debent. & ideo cum ouibus in periculis pro viribus persistere debent. ex Nicolao Papa Humifrido Moriensis Ecclesię Episcopo in *can. sciscitaris itaque per Guldagarium presbyterum 47. circa medium 7. q. 1.*

Pastor bonus oues pręseruat à ferarum incursibus, & ad statū prosperum fętu multiplicato perducit. ex Sixto Quarto in *extrauaganti, quemadmodum operosi, vigilisque pastoris solertia oues suę custodia deputatas curat à ferarum pręseruare incursibus, & ad statum prosperum fætu multiplicato perducere 4. de pœnitentiis & remissionibus inter communes.* Alioquin, nisi diligenter oues pascat, Christum, *qui est pastor summus, non videtur amare.* ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris 9. 8. q. 1.* Pastor enim pascit, non deglubet oues: *Pascite qui in vobis est gregem.* Petrus dixit Apostolus (*1. epistola 5.*) Non debent ergo Episcopi turpibus lucris inhiare, sed pascere. ex Septima Synodo in *can. prædicator veritatis Paulus diuinus Apostolus. 64. ad medium 16. q. 1.* dicente: *Definimus Episcopum nullatenus turpis lucri gratia excogitare ad excusandas excusationes in peccatis aurum, vel argentum, aut aliam speciem ab ipsis, qui sub ipso sunt.*

Pastor, qui negligenter pascit sibi commissum gregem, conuincitur, summum non amare pastorem. Leo Papa epistola 4. Episcopis Siciliæ in *can. diuinis pręceptis, & apostolicis monitis incitamur. 2. in fine 25. q. 1.* Rationem reddens: *Quia negligenter pascens Dominicum gregem toties commendatum, conuincitur summum non amare pastorem.* Eodemque modo Gregorius Cyriaco Episcopo scribens in *can. in scripturis vestris. 9. 8. q. 1.* & in superioribus quoque meminimus verbo Pastor pastorum.

Pastor debet pascere populum instructionis verbo, atque correctionis. ex Gregorio Venantio in *can. Ephesiis Paulus dicit 4. distinct. 43.* Rationem reddens: *Quia cum increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo pastor occidit.* Occidit quidem fame audiendi verbū Dei. ex Hieronymo in *can. audacter fortassis aliquid dicimus 18. in fine 8. quęst. 1.* de pastore loquens, dicensque: *Aut si malignum faciat populus in conspectu Domini: talis Ecclesiæ Iudex datur, sub quo famem, & sitim populus patiatur; non famem panis, nec sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.* Sicut etiam conuersationis exemplo. Namque *tot mortibus digni sunt* pręlati, *quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.* ex S. Gregorio, quem Nicolaus Papa ad Lotharium Regem describens retulit in *can. precipuè Gualdrada pellicis tuæ 3. circa medium 11. q. 3.*

Pastor optimus debet prospector esse, atque ita prospiciat, vt vniuersæ sibi oues commissæ à se maxime alantur, atque in necessitatibus adiuuentur, non illicitis exactionibus opprimantur: quia Dominus pascere, & docere nos docuit, & omnibus ministrare, non terrenis lucris, vel auaritiis delectari. In Concilio Leonis Papæ IV. in *can. nulli episcoporum liceat 62. 16. q. 1.*

Pastor bonus animam suam dat pro ouibus suis; quia debet vitam suam pro ouibus ponere, sicut & Christus pro ouibus suis animam posuit, & se contumeliis afficiendum tradidit. vt Liberius Papa scribit omnibus Episcopis in *can. suggestum nobis est 46. 7. q. 1.* ibidemque Nicolaus Papa Humfrido Moriensis Ecclesię Episcopo in *can. sciscitaris itaque per Gualdagarium presbyterum 47.* & Gregorius ad Recaredum Regem in *can. aduersitas, quę bonis votis obiicitur, probatio virtutis est 48. eadem 7. q. 1.*

Pastor cum languerit, grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur. ex Gregorio ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis triste nobis sit valdè, quod loquimur 14. 7. q. 1.* Rationem reddente, atque referente: *Ne ergo languente pastore grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur.*

Pastoris necessitas est, ne per plura serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo, cui nihil est impossibile, ipsam forsitan separatione sanandam. Augustinus libro de correptione, & gratia in *can. corripiantur itaque à præpositis suis subditi 17. 24. quęst. 3.*

Pastoris vita esse discipulis semper debet esse in exemplo. Merito quidam ex clericis, vel monachis ministerio cubiculi pontificalis obsequi debent, vt is, qui in loco regiminis est, tales habeat testes, qui vitam eius in secreta conuersatione videant, qui ex visione sedula exemplum profectus sumant. Gregorius in Generali Synodo præsidens dixit in *can. cùm pastoris vita esse discipulis semper debeat in exemplo 58. 2. q. 7.*

Pastoris sententia, siue iusta siue iniusta fuerit, timenda est. Gregorius in *can. sententia pastoris. 1. 11. q. 3.* secus verò si nulla. *Gloss.* ibidem verbo *timenda.*

Pastore illo nihil miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest. Anacletus Papa Episcopis omnibus in *can. nihil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur*

6. *fine*

6. *siue finali. distinct.* 83.

Pastore cadente dominicum gregem antiquus hostis insidiando dilaniat. Gregorius Mariniano Episcopo Rauennati in *can. postquam quemquam criminaliter absedentem* 11. *in fine distinct.* 50. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exposuit? aut qualem ex se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Gregorius Theodoro, & Theoberto Regibus Francorum scripsit in *can. fertur simoniaca hæresis* 28. *in fine*. 1. q. 1.

Pastores Ecclesiæ magno cum moderamine, & soluere studere debent, & ligare. Gregorius dixit in *can. plerumque contingit*, *vt hic indicis locum teneat* 88. *in fine* 11. q. 3.

Pastores sæpè deprauantur Ecclesiæ pro meritis plebis, vt procliuius corruant, qui sequuntur. dixit Anacletus Papa epistola 3. in *can. deteriores sunt, qui doctorum vitam, moresq; corrumpunt* 15. *in fine* 6. q. 1. Nec diuersimode Anterus Papa epistola vnica in *can. ex merito plebis* 13. *eadem* 6. q. 1. sequentibus eloquens: *Ex merito plebis non numquam Episcopi deprauantur, quatenus procliuius cadant, qui sequuntur. Capite languescente cetera corporis membra inficiuntur.* Timeant ergo plebes. & Deum timeant, eumque precentur. Merito itaque iure Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 25. *cap.* 1. *de reformat.* statuit: *Vt eum primum Ecclesia vacauerit, supplicationes, ac preces publicè, priuatimque habeantur, atque à Capitulo per Ciuitatem, & diœcesim indicantur, quibus clerus, populusque bonum à Deo pastorem valeat impetrare.*

Partus est pars viscerum maternarum. Cum autem in se ipso est ab eo, qui gennit eum alter est effectus. Quando vero intra claustra est, vnus est cum illa. ex Augustino ad Bonifacium in *can. iam itaque, cum homo in se ipso est* 8. 1. q. 4. Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *vnus.* dicens: *Partus enim pars viscerum est.* Ex Vlpiano lib 24. ad Edictum in *l. temporibus diuorum fratrum* 1. §. 1. *ff. de ventre inspiciendo, custodiendoque partu.* dicente rationem: *Nec immeritò. Partus enim antequam edatur, mulieris portio est, vel viscerum.* Nec diuersimode ex Augustino contra Iulianum in *can. si quid quid in homine est, quando baptizatur, baptizari, & sanctificari dicendum est* 35. *de consecratione distinct.* 4. ad rem verbis dicente: *Dicturus es baptizari, & sanctificari hominem in matris vtero constitutum; si ad hoc sacramentum accipiendum grauidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam non debere qui nascitur: postremo dicturus es, & ipsas baptizari febres, quando baptizantur ægroti.* Est ergo partus in vtero pars viscerũ, & sequitur idem contra eundem in *can. si ad matris corpus id, quod in eo concipitur pertineret* 114. *eadem de consecrat. dist.* 4. non tamen baptizatur in vtero existens: *Quia qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest.* Ex Isidoro de summo bono in *can. qui in maternis vteris sunt* 115. *eadem de consecratione distinct.* 4. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcessit. *Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui nascitur: propterea, quod vniuscuiusque propria voluntas in confessione monstratur.* Ex Concilio Martini Bracharensis in *can. si qua mulier pregnans* 116. *eadem de consecrat. dist.* 4.

Pater noster dicitur Deus creatione, qui nos creauit. ex Anacleto Papa epist. 1. in *can. qui abstulerit aliquid patri, vel matri*. 6. 12. q. 2. dicente: *Pater noster sine dubio Deus, qui nos creauit: mater verò nostra Ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regenerauit.*

Pater spiritualis dicitur quis baptismi collatione, vel in confirmatione, vel in sacramento pœnitentiæ pater est. ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Episcopo in *can. de bis, qui filiastros suos* 6. & Symmacho Papa in *can. omnes, quos in pœnitentia suscipimus* 8. 30. *quæst.* 1.

Pater potest Ecclesiam in bonis suis hæredem instituere, relicta tamen filiis legitima. ex Augustino sermone 2. de vita Clericorum in *can. si quis irascitur filio suo, & moriens exhæredat eum*. 8. 13. q. 2. ibique notat *Gloss.* verbo *irascitur*. & Gratianus §. *hac nimirum auctoritate* ibique *gloss.* verbo *prohibetur*. Ex eodem Augustino eodem sermone 2. in *can. quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Ecclesiã* 43. *siue finali* 17. q. 4. Quia nimirũ Pater bonorũ suorũ dominus est, eaq; potest cuicumque relinquere, relicta tamẽ filiis iure naturæ legitima portione. S. quoque *Thomas* 2. 2. q. 63. *art.* 1. *ad* 1. *Conarruuias in regula peccatum part.* 2. *relectionis* §. 7. *n.* 7.

Pater filium, quem diligit, corripit, & castigat. ex Ambrosio in *can. non osculatur semper pater filium, sed aliquando castigat.* 3. 5. *quæst.* 5. inferente: *Ergo quãdo castigatur, qui diligitur; tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas; quæ dulciores sunt, cum amarissimè inferuntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quam blanda remissio.* Nec diuersimode Augustinus in *can. non putes tunc te amare seruum tuum.* 36. 23. q. 5. Rationem reddens, etiam de filio loquens: *Non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corrigendum, ad emẽdandum; si sunt boni mores, delectent: si sunt mali emendẽtur.* Eodemque modo Innocentius Tertius in *cap. cum in iuuentute sua* 12. *in principio de purgatione canonica.* ratione vtens: *Quia vero pater filium, quem diligit, corripit.*

Paternus proinde amor non amittitur, quamuis aspere puniatur. Fit tamen quod nolit, & doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus. Augustini verba sunt in *can. paratus debet esse homo iustus, & pius.* 2. §. *nam in corripiendo filio quamlibet asperè, numquam profectò amor paternus amittitur.* 23. q. 1. Rationem excipe ex eodem Augustino in *can. ea vindicta, quæ valet ad correctionem, non prohibetur.* 51. *paulò post principium* 23. q. 4. sequentibus dicẽte: *Non enim metuendum est, ne odisse paruulum filium parentes videantur, cum ab eis vapulat peccans, ne peccet vlterius.* Nec longe abiit Pe-

lagius Papa in *can. non vos hominum vaniloquia retardent dicentium 42.§.& beatus Augustinus de talibus dicit.23. q.5.* eundem Augustinũ dicentem referens: *Nam in corripiendo filio, quamuis asperè, numquam paternus amor amittitur: fit tamen quod nollet, vt doleat, qui etiam inuitus videtur dolore sanandus.*

Patrum flagitia si cum filiis descendunt, abominationis filii dicuntur à Gratiano in *can. Cœnomanensem electum 13.§.quod autem vitiũ originis semini imputari negatur. distinct.56.* verbis nunciante: *Vt illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hęreditaria successione transcendunt.*

Patres spirituales contemnens plus peccat, quàm carnales. ex Clemente ad Iacobum in *can. qualis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant 9. q 7.* sequentibus interuenete: *Multo ampliori condemnatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.* ibique *gloss.* verbo *ampliori.* argumento ducto ex Zacharia Papa ad Theodorum Episcopum Ticinēsem in *can. pitacium nobis tua veneranda fraternitas obtulit 2. circa mediũ. 30.q.3.* illis verbis: *multò magis à spirituali nostri patris filia.* ibique *gloss.* verbo *multo magis.* diximus in superioribus verbo parentes.

Patere legem, quam tu ipse tuleris. ex Augustino ad Fortunatum in *can. neque quorumlibet 10. in fine distinct.9.* exagerante: *Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum.* Decreuitque Innocentius Tertius de Senon Archiepiscopo, & Episcopo Trecen loquens in *cap. cum omnes 6 §. cum igitur quod quisque iuris in altero statuit, ipse debet vti eo de constitutionibus.* subsequens: *& sapientis dicat auctoritas: Patere legem, quam tu ipse tuleris.* ibique *gloss.* verbo *patere.* rationem reddens: *Nec debet alii legem imponere, quam ipsi negligunt obseruare.* Ex eodē Innocentio Tertio Vauen Episcopo, & Abbati Vatian in *cap. pro illorum prouisione 22. § quia vero, quod per dictum Archiepiscopum. de præbendis, & dignitatibus.* dicente: *Cum nobis legem imponere non debeant, quam ipsi negligunt obseruare.* iuxta etiam Ouidianum illud

*Neque enim lex iustior vlla est:*
*Quam necis artificem arte perire sua.*

Vt quod iniuste fecit, iuste sustineat. ex Iustiniano Cęsare in *authentico de sanctissimis Episcopis collat.9.§. omnibus autem Episcopis.* dixitque Hadrianus Papa in *can. qui non probauerit 12.q.3.* verbis illis: *pœnam, quam intulit, ipse patiatur. Nauar. in can. hęc autem verba de pœnitent. dist.1. in Glossa.nn.7.*

Patriarcha gręca lingua, summus Patrum interpetratur: quia primum, id est Apostolicũ retinet locum; & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur. Isidorus lib. 7. Etymologiarum cap.12. in *can. Cleros, & clericos hinc appellatos credimus.1. §. Ordo Episcoporum dist.21.*

Patriarchæ, pręter Romanum Pontificem, qui est primus, deinceps Constantinopolitanus, deinde Alexandrinus, & Antiochænus, ac Hierosolymitanus sunt. ex Octaua Synodo habita sub Hadriano Papa in *can. diffinimus neminē prorsus mũdi potentiũ 7. sine finali dist.22.*

Patriarcha est primus post Romanum Pontificem. Sunt enim post Apostolicam sedem. ex Lucio Papa in *can. vrbes, & loca, quibus primates pręsidere debent.1. dist.80.*

Patriarchę vero & Primates licet sint diuersa nomina, idem tamen sunt. *Gloss.* in eodem *can. Vrbes, & loca* verbo *Patriarcha.* ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. prouinciæ multo ante Christi aduentum tempore diuisę sunt 1. distinct.99.* verbis dicente: *Ipsisque quoque in Ciuitatibus, vel locis nostros Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinę, & Ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt:*

Patriarchæ, & Primates supra Archiepiscopos sunt. Nihilq; priuilegiis habent præ ceteris episcopis. nisi, quantum sacri Canones concedunt, & prisca consuetudo illis antiquitus contulit. ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo in *can. conquestus est Apostolatui nostro frater noster Sigedodus Archiepiscopus Narbonensis.8.9. q.3.*

Patiētia in flagellis, prędestinationis est signũ. probat Augustinus libro de prædestinatione, & gratia in *can. Nabucodonosor penitentiam meruit fructuosam 22.23. q.4.* exemplo Nabucodonosor. & *Pharaonis.* in fine sequentibus differens: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione proprię iniquitatis ingemuit, alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?*

Patientia multa, necessaria est Prelatis, exemplo Christi. ex Liberio *Papa* omnibus Episcopis in *can. sugestum nobis est 46. & duobus sequentibus.7.q.1.* vt scilicet: *Præcepta patientiæ semper in cordis præparatione retineātur,* ipsaque beneuolentia, ne reddatur malũ pro malo, semper in voluntate compleatur. ex Augustino in *can. paratus debet esse homo iustus 2.9. nec Paulus Apostolus præceptum Domini. & magistri sui videtur implesse.23.q.1.*

Multa tamen per patientiam tolerantur, quę si deducta fuerint in Iudicium, exigente iustitia, non debent tolerari. verbis vt loquitur Innocentius Tertius Episcopo & Cantori Tornacen scribens in *cap. cùm iam dudum 18. in fine de præbendis, & dignitatibus.*

Pestifera autem sacerdotali vigore patientia est, quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. ex Leone Papa ad Anatolium in *can. illud sane plurimum mihi displicere significo 33 in fine 24.q.3.* verbis edicente: *Abiicienda prorsus pestifera hæc à sacerdotali vigore patientia est: quæ sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit.*

Patrini pueros, quos de sacro fonte susceperint, instruere debent, vt Christianè viuant, atque fidei Symbolum eos docere, & orationem Dominicam. *Pro* illis enim apud Deum ipsi fideiussores intercesserunt. ex Augustino sermone post *Pascha* in *can. vos ante omnia, tàm mulieres, quàm viros. 105. de consecrat. dist. 4.* Non potest verò alium suscipere in filiũ

siue

siue in baptismate, siue in chrismate, qui non est ipse baptizatus, uel confirmatus. ex Concilio Moguntino in *can. in baptismate, vel in chrismate* 102. *eadem de consecrat. distinct.* 4. Quod si susceperit non contrahitur compaternitas. secundum *Glossam* ibidem verbo *suscipere*. Rationem reddit verbo *baptizatus*. Quia patrini debent instruere filios suos in Symbolo, & in aliis, & hoc facere non possunt, qui primo in eis instructi non fuerunt.

Patrimonii secreta, & suspectum æs alienum pandi non debet. vt Imperator Antoninus admonet in *l. 2. sine finali C. de alimentis pupillis præstandis*. Quia famam propriam custodire proximi nostri per necessarium est. Nemo equidem suę famę prodigus esse debet. Propter enim proximos nostros necessaria ęstimatur fama nostra, propter alios. Quam ob causam non solum imprudenter, verum etiam crudeliter faciunt, qui existimationẽ hominum contemnunt. ex Augustino in *can. non sunt audiendi siue viri sancti, siue feminę* 56. 11. q. 3 in fine concludente: *Nobis necessaria est vita nostra, aliis fama nostra*. Crudelis proinde ęstimatur, qui suam negligit famam. eodem ex Augustino in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem* 10. *post principium* 12. q. 1.

Patrocinium viduis & orphanis Ecclesię presidium implorantibus contra improborum violentias denegare Episcopi non debent, sed eis adesse. ex Gratiano in *summa distinct.* 87. Probatque ex Gelasio *Papa* Gerontio, & Petro Episcopis scribente in *can. licet omnibus de nobis sperantibus*. 1. ibidem. & ex eodem in *can sequenti.*

Patrocinium qui præstat in malis, socius est criminis. ex Gregorio Vergilio Episcopo Arelatem in *can. peruenit ad nos fratrem, & coepiscopum nostrum* 59. 2. q. 9. Et ex Concilio Toletano Quarto in *can sępe malorum consortia, etiam bonos corrumpunt* 12. 28. q. 1.

Patroni habẽt ius in monasterii suis in electione Abbatis. ex Pelagio Papa Mellito subdiacono in *can. Abbatem in Monasterio illum volumus ordinari* 4. 18. q. 2.

Patroni non sunt spernendi ne pręsentent in Ecclesiis, quas fũdauerint. Quod si Episcopi illos spreuerint, ordinationem suam irritam esse nouerint. ex Concilio Toletano Nono in *can. decernimus, vt quandiu fundatores Ecclesiarum*. 32. *in fine* 16. q. 7. sine tamen consensu Episcopi pręsentare non possunt. ex Concilio Moguntino Primo in *can. laici presbyteros de Ecclesiis non eiciant* 37. *eadem* 16. q. 7. Si verò inter se non concordauerint patroni, poterit illos compellere Episcopus etiam per clausuram Ecclesiæ. ex Concilio Triburiensi in *can. si plures hęredes contenderint de communi Ecclesia* 36. *eadem* 16. q. 7. ibique *Gloss.* 1. plura deducit. & ex Gregorio ibidem *can. considerandum est de Ecclesiis*. 35.

Patroni Ecclesias ipsas diuidere, atq; trãsferre sine consensu Episcopi non possunt. ex Gregorio Papa Secundino Episcopo Tauromitano in *can. rationis ordo non patitur* 34. & *can. considerandum est de Ecclesiis, quę inter cohęredes sunt diuisæ* 35. 16. q. 7. Neque possunt eas dare presbyteris, nec auferre sine consensu Episcopi. ex Concilio Cabilonensi in *can. inuentum est, quod multi* 38. *eadem* 16. q. 7.

Patronus non potest recipere beneficii renunciationem sine consensu Episcopi, nec renunciatio tenet. ex Alexãdro Papa Secundo in *can. Gonsaldus presbyter* 2. 17. q. 2.

Patroni in dote, quam Ecclesiis contulerint, nullam aliam obtinent potestatem, sed ad Episcopum spectat & dotem, & Ecclesias ordinare. ex Concilio Toletano IV. in *can. nouerint conditores Basilicarum*. 6. 10. q. 1. si quid autem defraudauerint, excommunicationi subiiciuntur. ex Toletano Concilio IX. in *can. filiis, vel nepotibus* 31. *in fine* 16. q. 7.

Patroni vero, qui Ecclesiam dotauerint, si ipsi vel eorum filii redacti fuerint ad inopiam, ab eadem Ecclesia suffragium vitæ pro temporis vsu percipiant. ex Toletano Concilio IV. in *can. quicumque fidelium deuotione propria* 30. 16. q. 7. ibique *Glossa* verbo *ad inopiam* dicens: *Istud autem intelligas quando patronus in summam egestatem deductus est; & quando Ecclesia superest.* ex Gratiano in *can. itanos scyllacenorum cades geminata Pontificum* 25. §. *hostilitatis quoque, vel paupertatis*. 25. q. 2.

Patronus quis efficitur Ecclesiæ per fundationem, dotationem, vel constructionem. Nihil vero aliud proprii Iuris ibidem habebit. ex Gelasio Papa Sinecioni Episcopo in *can. pię mentis amplectenda deuotio est* 26. 16. *quæst.* 7. ibique plenè *Gloss.* verbo *piæ mentis*, deferens carmen.

*Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*

& ex Pelagio Papa Mellito Subdiacono in *can. Abbatem in monasterio illum volumus ordinari* 4. 18. q. 2. ibique *Gloss.* verbo *dominus*. Hoc verò ius patronatus ad filios, & nepotes, propinquosque, & hæredes transit. ex Concilio Toletano IX. in *can. filiis, vel nepotibus, ac honestioribus propinquis* 31. 16. *quæst.* 7. ibique plenè *gloss.* verbo *propinquis*. Extendit intelligi de quolibet hærede, etiam extraneo. ex Gregorio in *can. considerandum est de Ecclesiis, quæ inter cohæredes diuisę sunt* 35. *eadem* 16. *quæst.* 7. ibique *Gloss.* verbo *cohęredes*. infert: *etiam extraneis.*

Patronus presentare debet instituendum Episcopo idoneũ, & non malũ, illũq; debet Episcopus admittere. ex Romana Synodo Eugenii Secundi, & Leonis Quarti in *can. monasterium, vel oratorium canonicè constructum* 33. 16. q. 8. Nec potest Episcopus patrono spreto Beneficium conferre, quod si fecerit, nihil agit. ex Concilio Toletano IX. in *can. decernimus, vt quandiu fundatores Ecclesiarum* 32. *eadem* 16. q. 7.

Patronus turpitudinis est, qui crimen cœlat vxoris. Ioannes Chrysostomus in *can. sicut crudelis est, & iniquus, qui castam dimittit* 1. *in fine* 32. q. 1. ibique *Gloss* verbo *patronus*. Idemque dixit Innocentius Tertius Genuensi Archiepiscopo scribens in *can. quemadmodum*

*dum si vir mulieri iurasset* 25. §. *quod si expresse iurasset, quod eam super adulterio non impeteret,* de Iure iurando. inferens: *Cum scriptura testetur, quod Patronus est turpitudinis, qui cælat crimen vxoris.*

Paulinus sanctus Episcopus Nolanus ingentia prędia, quę fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit. S. Prosper de vita contemplatiua in *can. expedit facultates Ecclesiæ possideri* 13. *paulò post principium* 12. q. 1.

Paulus, qui Saulus antea vocabatur. vnde dicitur (actuum 13. 9.) *Saulus, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto*. prosequiturque Augustinus ad Vincentium in *can. nimium sunt inquieti* 37. §. *putas neminem debere cogi* 23. q. 4. verbis inferens: *Cùm legas, etiam ipsum primò Saulum, postea Paulum ad cognoscendam, & tenendam veritatem magna violentia Christi cogentis esse compulsum.*

Paulus, diuinus Apostolus nuncupatur à Septima Synodo in *can. prędicator veritatis Paulus Diuinus Apostolus* 64. 16. q. 1.

Paulus Elymam magum, qui credituros à fide retrahebat, cæcitate percussit. *(Actuum 13.)* meminit quoque Gratianus in *can. quod Christus discipulos increpauit* 26. §. *potest in hac prohibitione Apostolorum illud intelligi*. *paulò ante finem*. 23. q. 4.

Paulus Ciuem Romanum se esse testatus est. *(Actuum* 22. 25.) Perpenditque Augustinus contra litteras Petiliani in *can. si in adiutoriũ vestrum* 7. *in fine distinct.* 10. dicens: *Fecit hoc Paulus, cùm aduersus iniuriosos Ciuem Romanum se esse testatus est*. vbi *Gloss.* verbo *Ciuem*. subiungit: *Ciuem Romanum appellat se: Quia pater eius societatem contraxerat cum Romanis, & in signum fuit ei data penula.* Penula, vestis erat consularis, qua induebantur Consules ingredientes Curiam. notat *Glossella* Marginalis ibidem.

Paulus Apostolus ob carnis oculeos, & incentiua vitiorum, reprimit corpus suum, & seruituti subiicit. Ne aliis prędicans ipse reprobus inueniatur. &c. Et tu te putas securam esse debere? Hieronymus ad Eustochium de virginitate in *can si Paulus Apostolus vas electionis* 11. 32. q. 5. ex quo loco *Gloss.* verbo *putas*. Argumentum extrahit: *Quod Paulus fuit Virgo; Cùm sit comparatio inter eum, & Eustochium quæ fuit virgo.*

Paulus Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem sciret. Hieronymus super epistolam ad Galatas in *can. Paulus Petrum reprehendit.* 33. 2. q. 7. ex quo loco verbo *sciret*. notat *Gloss.* quod Pauli charitas magna fuit.

Paulus aurum, & argentum non concupiuit, ipse testatus fuit *(Actuum* 11. 33.) dicens: *Argentum, & aurum, aut vestem nullius concupiui*. Deducitur ex Septima Synodo in *can. prędicator veritatis Paulus diuinus Apostolus* 64. 16. *quęst.* 1.

Paulus pœna corporis ad Euangelium coactus intrauit. Plus illis omnibus, qui solo verbo vocati sunt, in Euangelio laborauit, & quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foris misit timorem. Augustinus ad Bonifacium Comitem in *can. Quis nos potest amplius amare, quàm Christus* 43. *circa finem* 23. q. 4. Hoc autem sola diuina voluntate factum fuit, vt cogeretur ad fidem. notat ibidem *Glossa* verbo. *cogentem*. & repetitur in *can. schismatici dicunt, cui vim Christus intulit?* 16. 23. q. 6.

Paulus homicida non vtique fuisset, cum egit, vt in Triboni notitiam perferretur, insidias sibi à quibusdam perditis pręparari, & ob hoc deductores accepit armatos: si in illa arma scelerati homines incidissent. deducit id Augustinus ad Publicolam scribens in *can. de occidendis hominibus* 8. *circa medium*. 23. q. 5. inferens rationem: *Absit, vt ea, quę propter bonum, ac licitum facimus, aut habemus; si quid per hæc, preter nostrã voluntatem, cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.*

Paulus non est permissus vti pessima volũtate, qua persequebatur Ecclesiã; sed prostratus est (actuũ 9.) vt excœcaretur; excęcatus est, vt mutaretur; mutatus, vt mitteretur. missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur. Augustinus Donato presbytero scribens in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem*. 38. §. *dicis Deum dedisse liberum arbitriũ*. 23. q. 4. & ibidem 23. q 6. in *summario*. Gratianĩ in fine, verbis inferentis; *Paulus quoque, cùm Ecclesiam Dei persequeretur in itinere cæcatus ad Deum conuerti coactus est. Vnde se arbortiuo similem testatus est:* (1. ad Corin. 15.) *Nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est & mihi.*

Paulus vas electionis nuncupatus est. dicente Domino ad Ananiam (Actuum 9. 15.) *Vade, quoniam Vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Ego enim ostendi illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati*. Dixitque Gelasius Papa omnibus orthodoxis scribens in *can. quamuis vniuersa per orbem catholica Ecclesię vnus thalamus Christi sint.* 3. *distinct.* 21. de Petro verba faciens: *Cui data est etiam societas beatissimi Pauli, vasis electionis*. Eodemque modo Anacletus Papa ad omnes Episcopos in *can. Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia* 2. *dist.* 22. deducens: *Adhibita est etiam societas in eadem Romana Vrbe beatissimi Apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est.* & Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. dispensatio est nobis cælestis seminis iniuncta* 5. *dist.* 43. dicens: *Quod cùm Electionis vas formidet, & clamet: quanto magis cuilibet exiguo metuendum est?* Nec dereliquit Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis, quin hoc ipsum perpẽderet in *can. si Paulus Apostolus Vas electionis, et separatus in Euangelium Christi* 11. 32. q. 5. ibique *Glossa* verbo *Vas*. subnectens: *Dicitur vas quia plenior fuit aliis.* Gratia scilicet prædicãdi. vt *Glossella* Marginalis ibidem subiungit. Idemque Hieronymus contra Iouinianum lib. 2. in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat* 40. §. *si non peccamus post baptisma.*

*na de pœnitentia dist.* 2. dicens: *Paulus Electionis Vas castigat corpus suum, & in seruitutem redigit, ne aliis prędicans, ipse reprobus inueniatur.*

Paulus à sumptibus sbstinet, ne aliquod offendiculum Euangelio Christi pręstaret. vt Gratianus perpendit in *summa* 5. *sic & Apostolus in prima epistola suadet Corinthiis.* 23. *q.* 3. & ipse(1. *ad Corinthios* 9.12.)dixit: *Sed non vsi sumus hac potestate. Sed omnia substinemus, ne quod offendiculum demus Euangelio Christi. Nescitis quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: Et qui altari deseruiunt; cum altari participant? Ita Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum.* Vnde est, quod manibus victum quęrebat, vti ad(*Thessalonicenses.* 2 *epistola cap.* 3.7.)scribens testatur eis: *Ipsi enim scitis, quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, sed in labore, & in fatigatione, nocte, & die operantes, ne quem vestrum grauaremus.* & in Concilio Cabilonensi Secundo in *can. cauendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragrāt.* 7. *in fine* 10. *q.* 3. decretum fuit: Episcopos nō debere aliquid accipere à subditis, si quid verò accipiendum sit: *Tanta in hacre discretio tenenda est, vt & verbi Dei pradicator, vbi proprii sumptus desunt, à fratribus accipiat; & item fratres illius potentia nō grauentur: exemplo Apostoli Pauli, qui, ne grauaret, arte, & manibus victū quęrebat.* Meminitq; Hieronymus ad Rusticū monachum de viuendi forma in *can. nūquā de manu tua, & oculis tuis recedat liber.* 33. *post principium de consecrat. dist.* 5.

Paulus Apostolus pradicaturus ad Italiam veniens, naufragium pertulit: sed nauis cordis in maris fluctibus integra stetit. Gregorius ad Recaredum regem in *can. aduersitas, quę bonis votis obiicitur, probatio virtutis est.* 48. 7. *q.* 1. deduciturque *actuum* 27.

Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit; & pauperes, & diuites vna terra supportat. Augustinus in Ioannem in *can. quo iure defendis villas Ecclesię?* 1. *post principium dist.* 8. Idēque sentit Iulius Papa in *can. omnibus nobis vnus est Pater in cælis.* 3. 29. *quęst.* 2. subsequens: *& vnusquisque diues, & pauper, liber, & seruus, ęqualiter pro se, & pro animabus eorum rationem reddituri sunt.* Idcirco seruus non tenetur obedire Domino in atrocibus. ex Augustino in *can. non semper malum est, non obedire pracepto* 92. 11. *q.* 3. rationem reddere: *Cùm enim dominus iubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc ei obediendum non est.*

Paupertas malum non excusat. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. fraternitas tua ex persona furis pensare potest* 11. 12. *quæst.* 2. illis verbis: *& sunt alii, qui hac in re ex inopia delinquunt.* vbi *Gloss.* verbo ex inopia. infert: *In delictis non excludit inopia.* in fine postmodum concludens: *Humanius est dicere, quod summa necessitas excusat.* vtique à furto. ex Beda in *cap. quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum* 4. *de regulis Iuris extrà.* Quia necessitas legi non subiacet. *Gloss.* ibidem verbo *necessitas.* Non tamen ignoscendum est ei, qui prętextu paupertatatis vitam ducit turpissimam. ex Alexandro Tertio in *cap. significasti quod quidam* 4. *de diuortiis.* illis verbis: *Et eundem sibi materiam adulterandi dedisse.* ibique notat *Glossa* verbo *materiam adulteradi. circa medium.* dicens: *Nec ignoscendū ei, qui prętextu paupertatis vitā turpissimam ducit.* Ex Vlpiano libro 3. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. palam quæstum facere dicemus, non tantum eam* 44. 5. *non est ignoscendum ei, quæ obtentu paupertatis ff. de ritu nuptiarum.* qui apertissime dicit: *Non est ignoscendum ei, quę obtentu paupertatis turpissimam vitam eligit.* vbi *glos.* verbo *eligit.* sequentibus adnotat: *& nota, non parci malo ratione paupertatis.* quin *Glossella* Marginalis subiungit: *Paupertas malum non excusat.*

Paupertas contemnenda non est, cum eam Christus sequutus fuerit. & Christum pauperem sequimur. ex Hieronymo ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. gloria Episcopi est pauperum inopia prouidere* 71. 12. *q.* 2. Vnde est, quod verus pauper nihil habere extra Christum quærit; quia Christus pars eius est, & cum propheta dicit (psalmo 15.) *Pars mea Dominus.* Nihil ergo extra Christum habere potest. ex eodem Hieronymo ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesię* 5. 12. *q.* 1.

Paupertas inter mala absolutè computanda non est. ex Ambrosio in Hexameron in *can. illa cauenda sunt, quæ ex nostra voluntate prodeūt* 6. *in fine* 15. *q.* 1. verba sunt Ambrosii. *Mala enim non sunt, nisi quæ crimine mentem implicāt, & conscientiam ligant. Cęterum pauperiem, ignobilitatem, ęgritudinem, mortem nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit: quia nec contraria istis in bonis habentur maximis: quorū alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur.* Neque enim simul & virtutes, & diuitiæ possideri possunt. Merito Crates phylosophus aurum abiiecit. vti Hieronymus perpendit in *can. Gloria Episcopi* 71. §. *Crates ille Thebanus* 12. *q.* 2.

Pauperum inopiæ prouidere, Episcopi munus est. Fraudare ergo quod est pauperū sacrilegium æstimatur. ex Hieronymo ad Nepotianum de vita clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere* 71. 12. *q.* 2. qui circa medium sic infert: *Amico quidpiam rapere furtum est; Ecclesiam fraudare sacrilegiū est: accepisse, quod pauperibus erogandum sit; & esurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium pradonum crudelitatem superat.* Cōcinit Hieronymus Damaso Papę scribens in *can. quidquid habent clerici* 68. *sine finali in fine* 16. *q.* 1. dicens: *Si quod pauperum est accipiunt, sacrilegium profectò committunt.* Hinc est quod Paupertatem professus in religione, si Episcopus efficiatur, paupertatis non frangit votum, quia Ecclesiæ facultates nō proprię sunt, sed communes, & omnium, quæ habet Ecclesia, dispensator efficitur. ex

Pro-

Prospero de vita contemplatiua in *can. expedit facultates ecclesiæ possideri* 13.12.q.1.

Pauperum sunt bona Ecclesiarum. Quam ob causam nullo se ante Tribunal Christi obstaculo munire poterit, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas, sine aliqua pietatis cõsideratione, dispergit. ex Synodo Sexta in *can. indigne ad altare Dei properare permittitur.* 21. *in fine* 12.q.2. vnde sacrilegium æstimatur, quod pauperũ est accipere. ex Hieronymo ad Damasum in *can. quoniam quidquid habent clerici pauperum est* 68. *siue finali in fine* 16.q.1. dicente: *Si quod pauperum est accipiunt; sacrilegium profectò cõmittunt, & per abusionem talium iudicium sibi manducant, & bibunt.* Nam non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem, ex Augustino ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obiiciunt, quod res eorum concupiscamus* 3. *post medium* 23.q.7. vbi *gloss.* verbo *procurationem.* subnectit: *Prælati sunt procuratores, non domini rerum Ecclesiasticarum.* ex eodem Augustino ad eundem Bonifacium in *can. si priuatum possidemus, quod nobis sufficiat; non illa nostra sunt, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus* 28. *siue finali* 12.q.1. ibiq; *gloss.* verbo *procurationem.*

Pauperibus & infirmis, qui debilitate faciente manibus suis laborare non possunt, præcipue subueniendum est. ex Concilio Aurelianensi Primo in *can. Episcopus pauperibus, vel infirmis* 1. *dist.* 82. Sicuti nobilibus, & diuitibus depauperatis, qui mendicare erubescunt. ex Ambrosio de officiis in *can. non satis est bene velle, sed etiam benè facere* 14. §. *perfecta liberalitas.* & *can. consideranda est etiam in largiendo ætas, atque debilitas.* 17. *dist.* 86. Nec tam in pauperibus paupertatem, quam religionem attendere. ex Hieronymo Damaso Papæ scribente in *can. quoniam quidquid habent clerici, pauperum est* 68. *siue finali ante medium* 16. *quæst.* 1.

Pauper dum non habet, quod offerat, non solum auditi contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Isidorus de summo bono in *can. pauper dum non habet, quod offerat.* 72. 11.q.3.

Pauperi in mala causa, vnde peccare valeat, iurè misericordia non impenditur; quin misericordiùs opem nostram talibus subtrahimus. Non enim opem fert, qui ad peccandũ adiuuat: ac non potius subuertit, atque opprimit. Augustinus ad Macedonium in *can. si res aliena, propter quam peccatum est* 1. §. *illud verò fidentissimè dixerim* 14.q.6.

Pauperibus quæ debentur, qui accipiunt, quamuis paupertatem simulent, grandi peccato se maculant, quia auferunt vnde pauper victurus erat. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. pastor. Ecclesiæ iis, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare* 7. 1. q.2. excipe illum: *Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt.* Rationem defert *Gloss.* ibidem verbo *pauper.* subnectens: *Panis egentium vita pauperũ est, qui fraudat illũ, homo sanguinis est.* Ex Ecclesiastico 34. relato *can. immolans ex iniquo, oblatio maculata est* 2. 14.q.2. Furtum itaque, & homicidium perpetrat. ex Ambrosio de officiis in *can. pasce fame morientem* 21. *distinct.* 86. Rationem inferente: *Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti.* vbi *Gloss.* verbo *occidisti.* dicens: *Occidit quis alium per subtractionem panis corporalis.*

Pax humana dulcis est pro temporali salute mortalium, multò dulcior pax diuina pro æterna salute Angelorum. ex Augustino ad Bonifaciũ in *can. noli existimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat* 3. *in fine* 23.q.1.

Pax Ecclesiæ dimittit peccata; & ab Ecclesiæ pace alienatio, tenet peccata, non secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitriũ Dei. Petra enim tenet, petra dimittit: columba tenet, colũba dimittit: Vnitas tenet, vnitas dimittit. Augustinus in *can. illud plane nõ temere dixerim.* 87. *in fine* 11.q.3. Columba id est Ecclesia. *Glossa* ibidem commentum agit.

Pacis auctor non nisi in pacis tempore benè colitur. ex Bonifacio VIII. in *extrauaganti super cathedram præeminentiæ pastoralis* 2. *in fine principii de sepulturis inter communes.* dicente: *Scimus enim, & ex euidentia facti colligimus, quod non nisi in pacis tempore benè colitur pacis auctor.* Iure meritissimo proinde Christus Dominus (*Ioannis* 14.) Apostolis dixit: *Pacem meam dò vobis, pacem relinquo vobis.* Pacem enim veniens docuit, pacem dedit, pacem reliquit. Sequiturque Gregorius in *can. nisi bella ista carnalia* 1. 23.q.1. Pacem ergo semper habere voluntas debet, bellum necessitas, vt liberet Deus à necessitate, & conseruet in pace. Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur; Sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Augustinus ad Bonifacium verba facit in *can. noli æstimare neminem Deo placere posse, qui in armis bellicis militat* 3. *circa medium eadem* 23. q.1. Hinc Apostolus ad *Romanos* 12. 18. dicebat: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* Dicturus quippe (*cum omnibus hominibus pacem habentes*) Quia hoc difficile esse perspexit, præmisit: (*si fieri potest.*) Sed tamen adiunxit, quod possit fieri, cum dixit: (*Quod ex vobis est.*) Quia si nos in mente charitatem erga odientes seruare cupimus, & si illi nobiscum pacem non habent; nos tamen cum illis sine dubio habemus. ita Gregorius Palladio Presbytero scribens in *can. inter verba laudantiũ.* 55. *in fine* 11.q.3. Pessimi equidem sunt, qui nolunt in pace colere pacis auctorem. ex Augustino in *can. quo iure defendis villas Ecclesiæ.* 1. §. *legantur leges, vbi manifestè præceperunt Imperatores. distinct.* 8. Pacem proinde violans excommunicationi iurè subiicitur. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis scribente in *can. illi, qui peregrinos, vel oratores cuiuscumq; Sancti* 25. *in fine* 24 q.3. verbis inferente: *Pax verò illa, quam treguam dicimus, sic obseruetur, sicut ab Archiepiscopis, & Episcopis vniuscumque* pro-

*prouinciæ constituta est. Qui autem eam infregeris, excommunicationi subdatur.* Quin imo: *Miles turbator pacis capite puniatur.* Paulus decreuit libro 5. Sententiarum in *l. qui metu criminis 16. fiue finali in fine ff. de re militari.* Sicuti damnari discordantes clericos Concilium Carthaginense Quartum præcepit in *can. discordantes clericos 1. distinct. 9.* ibique *Glossa* verbo *ratione* in additione in fine, dicens: *Pacis enim turbator capite plectendus est. ff. de re militari. qui metu.*

Pacem, qui cum fratre per Zeli discordiam non habet, neque pacatum habere Deum potest, sicut Cain. Cyprianus de vnitate Ecclesiæ in *can. neque ad Cain munera respexit Deus 5. distinct. 90.* Rationem inferens: *Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per Zeli discordiam non habebat.* Quin in fine addit: *Tales enim etiam si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur: Inexpiabilis, et grauis culpa discordiæ nec passione purgatur.* Rationē reddit *Glos.* ibidem verbo *inexpiabilis.* in fine: *Nam qui impœnitens decedit in martyrio, non saluatur.*

Pax in Missa defunctorum non datur: Quia iam non sunt in perturbatione huius mundi, sed quiescunt in Domino. Nec inter monachos, quia mundo mortui sunt. ex Hadriano Papa in *can. placuit eorum accusandi sacerdotes. 33. 2. q. 7.* ibique *Gloss.* verbo *mortuos esse.* inferens: *Quantum ad Ciuiles actus.* & dixit *Glossa* in *can. pacem igitur asseris ante cōfecta mysteria 9. de cōsecrat. dist. 2.* verbo *demonstretur.* dicens: *Non tamen in missa defunctorum &c.*

Pax tamen datur in Missa ante communionem, & inter sacerdotes, & populos per quam constet, populum ad omnia, quæ in mysteriis aguntur, præbuisse consensum. ex Innocentio Papa Decentio Eugubino Episcopo in *can. pacem igitur asseris ante confecta mysteria 9. de consecrat. distinct. 2.*

Pax non semper bono datur animo. Non omnis, qui dicit pax vobiscum, quasi columba est audiendus. Augustinus in Ioannem in *can. non omnis, qui dicit pax vobiscum 30. 2. q. 7.* Et qui dicit Pax vobiscum, plerumque non columba, sed coruus reputatur. Gratianus verba facit in *can. secuti sunt viam Balaam, & Bosor 31. §. Quia ergo non omnes Episcopi, sunt Episcopi. eadem 2. q. 7.*

Pacem inter subiectos & clericos, & laicos, curare debent seruari Episcopi. ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. studendum est Episcopis 7.* Et Innocentio Secundo in *can. præcipimus, ut Episcopi ad solum Deum, et salutem populi habentes respectum 11. distinct. 90.* Pacem proinde Ecclesiæ perturbantes diuersis sunt feriendi pœnis. Statuit Tiberius Papa in epistola ad Athanasium in *can. qui cō-tra Ecclesiæ pacem sunt 32. 24. q. 1.*

Pax ne turbetur in Ecclesia tolerandi sunt mali, nec corporaliter ab eis recedendum. Sunt tamen corripiendi. Quia nihil est tam immūdum, quàm consentire peccatis. ex Augustino in *can. tolerandi sunt quidem mali pro pace 1.* & *can. Ecce, inquiunt, dicit propheta: recedite, & exite inde, & immundum ne tetigeritis 4. 23. q. 4.*

Pacem qui prædicat, seruare & illam debet in se, & in omnes. ex Ioanne Papa Salomoni Tertio, & vltimo Regi Britonum in *can. hæc quippe est ordinatio Dei. 10. in fine 3. q. 6.*

Pacificus dicitur, qui, quod pōt arguēdo corrigit, vel quod corrigere nō pōt, saluo pacis vinculo excludit, vel quod, saluo pacis vīculo nō potest, æquitate improbat, firmitate supportat. Augustinus contra epistolam Parmeniani in *can. quisquis vel quod potest, arguendo corrigit 5. 23. q. 4.* Non potest. vel propter scandalum. vel quia crimen est occultum. *Gloss.* ibidem commentum agit.

Pharisei, quasi diuisi, dicti sunt. excipe Augustinum de vera, & falsa pœnitentia in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam. 1. §. laboret itaque pœnitens in Ecclesia esse, & ad Ecclesiæ vnitatem tendere. de pœnitentia distinct. 6.* de Iuda verbis inferentē: *Iudas enim pœnitens iuit ad Phariseos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilii, sed augumentum desperationis. Dixerunt enim: Quid ad nos, tu videris si peccasti, tibi sit.* & in fine §. cōcludit. *Iuit ad diuisos, et diuisus periit.* ad Diuisos. ad *Pharisæos* videlicet, qui diuisi interprātur. *gloss.* ibidē verbo *diuisos.* & ex Concilio Chalcedonensi in *can. coniurationum, & conspirationum crimen, quod apud Græcos dicitur φρατρια 21. 11. quæst. 1.* ibique *gloss.* verbo *phatria.* explicans: *à phares, quod est diuisio. inde pharisæi.*

Peccatum est transgressio alicuius legis iustæ; vel voluntas eam transgrediendi. vt enim ex Augustino peccatum definit Gratianus in *summa 15. q. 1. in fine.* dicens: *Peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere.* Subdens de bonitate definitionis: *propterea verò est, quia id definitum est, quod tantummodo peccatum est: non quod est etiam pœna peccati.* Nam omne prohibitum à lege peccatum est; & omne illud, quod sequitur ex eo. eodem ex Augustino in *cap. nam concupiscentiam nesciebam 4. de constitutionibus.* & summario illius. *Nauarrus conf. 15. nu. 1. lib. 5. de simonia.*

Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei æternam. ex Augustino, quem refert peroptime *Glossa* in *can. ille rex tantus, ac potens. 25. de pœnitentia dist. 3.* qui can. est Ambrosii in apologia Dauid ad verba (1. Ioannis. 5.) *Omnis, qui facit peccatum, & iniquitatem facit.*) subdentis: *peccatum est iniquitas, quia in peccato ipso iniquitas est. Tamen vt nobis videtur, peccatum est opus, iniquitas autem operatrix culpæ, aut delicti.* vbi plene *gloss.* verbo *operatrix iniquitatis.* in Glossa magna considerans peccatum large, & strictè, siue pressè. Nam quidquid à Deo non est, large peccati appellatione continetur. strictè verò, ac propriè dicitur peccatum peccantis actio. secundum illud Augustini: *Peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem Dei.* sequitur *Nauar. manuali prœludio 7. nu. 5.* & concinit Augustinus de baptismo paruulorum in *can. non ex quo quisque baptizatur, omnis vetus infirmitas in eo absumitur. 146. §. finali*

*de consecratione distinct.4.* illis verbis: *Sicut facta,& dicta,& cogitata iniqua animæ.*

Peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur, Donatur per gratiam, deletur per sanguinē Crucis: tegitur per charitatem: similiter, & iniquitas, quæ æstimatur habitudo mentis iniustę. Ambrosius in *can. ille rex tantus,& potens 25.§.peccatum aut donatur, aut deletur, aut tegitur.de pœnitentia dist.3.*

Peccatum futurum nec Deus indulget. ex Augustino in Enchiridio .in *can. sane cauendum est, ne quisquam existimet 18. de pœnitentia dist. 3.* sequentibus loquente: *In melius quippe est vita mutanda: & per elemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus; non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impunè committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata, si non satisfactio congrua negligatur.* De peccatis præteritis. vbi *Gloss.* defert quod notauit in *can. Ecclesię meę 1. dist.97.* verbo præterita. in ratione, quam reddit: *Quia nec Deus futurum peccatum indulget. iusta de pœnitentia dist. 3.sane cauendum. Nec pactum valet, si fiat, quod non agam de futura iniuria.* ex Paulo lib.3.ad Edictum in *l.si vnus ex argentariis 28. §. pacta, quæ turpem causam continent ff.de pactis.* Paulū excipe: *Pacta, quę turpem causam continent, non sunt obseruanda: veluti si paciscar ne furti agam; vel iniuriarum, si feceris. Expedit enim timeri furti, vel iniuriarum pœnam.* Non ergo indulgetur peccatum futurum, neque per Deum omnia potentem.

Peccatum aliud originale, actuale aliud. actuale est quod quisque ex se perperrat. Originale quod ex ipsa contrahitur origine. ex Augustino in *can. si Iudas teneret illud, ad quod vocatus est.1. de pœnitentia dist.4.* Originale quippe peccatum accidit naturæ ex corruptę carnis coniunctione. & infirmitas carnis appellatur, langnor naturæ, & corruptæ carnis concupiscentia. quę verius animæ infirmitas dici potest. ex Gratiano in *can. illud relatum peręquè est 2.§.itaque vt ex præmissis apparet, siue ex voluntate, siue ex infirmitate peccata procedant.15.q.1.* Omnis enim homo qui per concubitum viri,& mulieris concipitur, cum peccato originali nascitur, impietati subditus, mortique subiectus, & ob hoc natura irę filius nascitur. Determinat Augustinus ad Petrum Diaconum scribens in *can. firmissimè tene,& nullatenus dubites 3.de consecrat. distinct.4.* vbi in fine sequentibus peccatum actuale, & originale distinguit: de paruulis verba faciens, qui sine baptismo moriuntur; *Quia & si proprię actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione,& natiuitate traxerunt.*

Peccatum vero originale in veteri testamento per circuncisionem, quod erat tunc signaculum iustitię fidei, ad significationem purgationis originalis peccati; nunc per baptismū remittitur. ex Augustino ad Valerium contra Iulianum de nuptiis,& concupiscentia in *can. ex quo instituta est circumcisio in populo Dei 6. de consecrat. dist.4.* Trahitur vero originale peccatum ex Adam, in quo omnes peccauerūt. ad (*Romanos 5.13.*) & dixit Augustinus ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam 1.ad medium 24.q.3.* Quia vnus est cum illo, à quo traxit, Tunc enim traxit, cum admissum fuit. Non tamen sic est in actuali peccato, quod sine voluntate propria non contrahitur. ex Augustino ad Bonifacium in *can. iam itaque cum homo in seipso est 8.1.quæst. 4.* verba excipe Augustini: *Traxit ergo reatum, quia vnus erat cum illo, & in illo, à quo traxit; quando quod traxit, admissum est. Non autem trahit alter ab altero, quando sua vnoquoque propria vita viuente iam est, vnde dicatur:* (Ezechiele 18.) *Anima, quę peccauerit ipsa morietur.* Eodēque modo Gratianus in *summa 24.q.3.§.his ita respondetur.* Originale peccatum fomes quoq; appellatur per *Gloss.* verbo *quod autem in fine* in *summa 15.q.1.* non quod vere fomes sit, sed quod maneat in baptizatis concupiscentia, & fomes ad agonem, vt legitimè quisque certans coronentur. Quā concupiscentiam Apostolus peccatum appellauit, non quod vere, & propriè peccatum sit; sed quod ad peccatū inclinet: vt Sacrosancta declarauit Tridentina Synodus *sessione 5. in decreto de peccato originali in vltimo decreto anathematis, si quis per Iesu Christi Domini Nostri gratiam.* Concinitque Augustinus in *can si concupiscentia 8.eadem 15.q.1.* ibique *Gloss.* verbo *habitat.* ibique *Glossella Marginalis.*

Varijs quoque nominibus nuncupatur apud *Gloss. in can. si Iudas teneret illud, ad quod vocatus est e.1.de pœnitent. distinct. 4* verbo *originalia* dicens: *propter varias appellationes quas habet: dicitur enim lex membrorum; stimulus carnis; angelus Sathanæ. Languor naturæ; fomes.* Rationem reddit Paschasius Papa in *can. iteratur quotidie hæc oblatio 71. post principium de consecrat. distinct.2.* verbis edicens: *Quia licet omnia peccata donata sint in baptismo; infirmitas tamen peccati adhuc in carne manet.* ad pugnam videlicet. ex Augustino in *can. per baptismum Christi.1.de consecrat. dist.4.* & ibidē *can. non ex quo quis baptizatur. 146.* & ex Gregorio in *can. si peccatū Dauid.82. in fine de pœnitentia dist.1.*

Peccatum actuale, aliud mortale, aliud veniale. venialia sunt quæ humana fragilitate, quamuis parua, tamen crebra, subrepunt. Mortale dicitur, quod grande est. ex Augustino in *can. tres sunt actiones pœnitentiæ 81 §. est etiam pœnitentia bonorum,& humilium fidelium. de pœnitentia distinct.1.* Mortale siquidem est voluntas retinendi, vel consequendi, quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere. ex Gratiano in *summa 15.q.1. in fine.* Ita quidem vt Peccatum mortale actuale, voluntarium sit malum. dicente Augustino: *vsque adeo peccatum, voluntarium malum est, & nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium.* Nam peccatum, illud cogitandum est, quod tantummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati. idem Gratianus ibidem perpendit. Formaliter enim peccatum perperditur, vt à voluntate libera proficiscitur, non materialiter tantum. Namque venialia, non capitalia,

lia, sed mistura peccata dicuntur. perpendit ex Augustino Gratianus in can. vnum orarium oportet Leuitam gestare 3.5. alius autem ea demum significat. dist. 25.

Peccatum nemo vult propter se ipsum, sed propter illud, quod ex eo consequitur. ex Augustino in can. meritò quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium. 1. 15. q. 1. verbis damus: Nam si diligenter consideratur, fortè ipsum peccare nemo velit, sed propter aliud fit, quod vult, qui peccat. Omnes quippe homines, qui scientes faciunt, quod non licet, vellent licere. vsque adeo ipsum peccare nemo appetit, propter hoc ipsum; sed propter illud, quod ex eo consequitur.

Peccatum mors est animæ. ita Sacrosancta Tridentina Synodus sessione V. in decreto de peccato originali. 5. si quis Adæ præuaricationem sibi soli, & non eius propagini asserit nocuisse. Nam in peccato Adæ omnes moriuntur. ex Augustino in Genesim ad Litteram in can. quomodo renouari dicimur. 32. de pœnitentia distinct. 2. Nam Imaginem Dei in spiritu mortis impressam perdidit Adam per peccatum, & in eo omnes morimur. Et ex Concilio Mileuitano, cui Augustinus interfuit in can. placuit igitur omnibus Episcopis, qui fuerint in hac sancta Synodo 152. de consecrat. distinct. 4. vide S. Thomam 2. parte q. 100. art. 11. & Ioan. Azoritum Institutionum moralium part. 1. lib. 3. cap. 22. q. 6. & 7. & eadem parte lib. 4. cap. 25. q. 1. & sequentibus.

Peccatum deprauat hominem, eiusque intellectum. ex Augustino de Ciuitate Dei in can. nec mirum de magorum præstigiis. 14. col. 3. §. præterea quidam quærendum putant. & col. 4. De Saule Rege verba faciens: Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, vt ad Pythonissam confugeret. Deprauatus enim causa peccati, ad hæc se contulit, quæ damnauerat. Nec dissimiliter in can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore 1. de pœnitentia distinct. 5. paulo post principium de quibusdam loquens: Sunt enim, qui non solum non vincuntur, sed vltrò se peccato offerunt; nec expectant tentationem, sed præueniunt voluptatem, & pertractant secum, quam multiplici actione vitii delectabiliter peccent. Deprauat ergo hominem peccatum, eiusque intellectum, & voluntatem.

Peccatum licet actu transeat, reatu tamen remanet. ex Augustino de baptismo paruulorum in can. non ex quo quisque baptizatur, omnis vetus infirmitas in eo absumitur. 140. in fine de consecrat. distinct. 4. dicente: Licet autem quantum ad motus iam præterierunt, & non sunt; eis tamen præteritis reatus eorum manet, nisi peccatum per remissionem soluatur. Concinit Isidorus de summo bono in can. non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine 15. 32. q. 7. & dixit Glossa in can. testamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit 1. in fine principii distinct. 6. verbo ad vesperam. in ratione, quam reddit: Licet enim peccatum transeat actu, remanet tamen reatu.

Peccatum accelerat mortem. Stimulus enim mortis peccatum est. Apostolo (1. ad Corinth. 15. 56.) dicente: Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est; Virtus verò peccati, lex est. Deducit Clemens Papa epistola Quinta in can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis. 2. circa finem 9. Ananias autem vir austerus, & Sapphira vxor eius 12. q. 1. illis verbis. Propter peccatum eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui citius sunt ambo. ibique Glossa verbo propter peccatum. dicens; propter peccatum moritur quis citius. deducit Augustinum in can. ea vindicta, quæ valet ad correptionem, non prohibetur 5. c. ad medium 9. magni autem; & sancti viri, quamquam optime scirent, mortem istam. 23. q. 4. verbis illis: Non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset si viuerent. Peccatum igitur mortem accelerat.

Peccatum nihil est, & ducit ad non esse. ex illo (Ecclesiastici 17. 28.) A mortuo, quasi nihil, perit confessio. deducit Gratianus in can. conuertimini ad me in toto corde vestro. 34. 5. hinc etiam, cùm Dominus ostenderet, quod non sacerdotali iudicio, sed largitate diuinæ gratiæ peccator mundatur. de pœnitent. distinct. 1. referens: Item; A mortuo (vt auctoritas ait) perit confessio, veluti ab eo, qui non est. vbi Glossa verbo veluti. rationem infert: Qui enim peccat, nullus est; Quia peccatum ducit ad non esse, cùm nihil sit. iuxta illud: & sine ipso factum est nihil. & est veluti similitudinarium. Hinc est, quod Peccator eò ipso, quod peccat, Dei esse non dicitur. ex Gregorio in moralibus in can. disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. 9 5. Certè cùm Israeliticus populus ante Dei oculos pene inemiabilem contraxisset offensam. distinct. 45. illis verbis Moysi, dicente Deo: Ac si ei Diuina vox diceret; Qui in tali peccato lapsus est, iam meus non est. Si nō meus, alterius ergo, diaboli videlicet, cuius suggestione peccauit. Concinit Glossa ibidem verbo meus non est. in fine dicens: Similiter, cùm iudicatur rem meam esse; per consequens iudicatur tuam non esse. Vnde nec posse dicitur, qui peccat, quia peccatum nihil est. & Deus, cum omnia possit, peccare non potest, quia peccatum defectus est; & formaliter est nihil. et ex Augustino defert Gratianus in can. principium enim vitiorum Dei 45. fine finali. 5. charitas autem, quæ in aduersitate deseritur. de pœnitent. distinct. 2. dicens: Posse autem peccare, vt Augustinus ait, non est aliquid posse, imo aliquid non posse. Vnde ille solus vocatur Omnipotens, qui hoc non potest: quia omnia potest, quæ posse, est aliquid posse.

Peccatum infelicissima res est. Peccato proinde nihil est infeliciùs. ex Augustino sermone de puero Centurionis in can. paratus debet esse homo iustus 2. circa finem 5. ac per hoc, si terrena ista respublica, præcepta Christiana custodiat. 23. q. 1. Rationem reddente: Nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur: quoniam nihil est infeliciùs felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. Hanc proinde ob causam moralis ille philosophus Seneca: Et si scirem (aiebat) Deos ignoscituros; homines autem nescituros, adhuc dedignarer peccare. quæ

refert *Gloss.* in *can. meritò quæritur, quæ sint ipsa peccata nolentium* 1. *circa finem* 15. *q.* 1. ad verba Augustini: *vsque adeo ipsum peccare nemo appetit propter hoc ipsum, sed propter illud, quod ex eo consequitur.* verbo *nemo.* Adeo quidem peccare turpe est, atque infelicissimum infortunii genus.

Peccatum omne Bonus Deus indulget, si quẽ ex toto corde pœniteat. ex Patribus in Concilio Eliberitano in *can. actione quarta* 18. *in fine* 22. *q.* 4. Rationem reddente: *Omne enim peccatum bonus Deus indulget, si quis ex toto corde pœniteat.* vbi *gloss.* verbo *omne.* infert: *Nisi quando peccatur in Spiritum sanctum; ita quod sit impœnitens.*

Peccatum cui dimissum est, non habet, quod erubescat. ex Ambrosio libro 2. de pœnitentia in *can. quamtumlibet ergo fœtor sit.* 53. *de pœnitentia dist.* 1. de Lazaro verba faciente: *Sed Quia venia donatus est; reuelare faciem, aperire vultum iubetur. Non habet enim quod erubescat, cui peccatum dimissum est.* vbi *gloss.* verbo *erubescat.* Argumentum extrahitur per pœnitentiam deleri infamiam.

Peccatum maius est, quod in Deum committitur, quam quod in hominem; & grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari. Pium Papam epistola 2. Italicis excipe in *can. sicut, qui Ecclesiam Dei vastat, & eius prædia* 12. 17. *quæst.* 4. qui sic infert: *Non ergo grauius peccatum est fornicatio, quam sacrilegium. & Sicut maius est peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem; sic grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari.* explicat *gloss.* ibidem verbo *grauius* in eadem scilicet specie facti. Et simpliciter grauius peccatum est, quod in Deum directè committitur, ratione obiecti, quam quod in hominem. ex illo Augustini ad Publicolam in *can. mouet te, vtrum eius fide vtendum sit, qui vt eam seruet, per dæmonia iurauerit* 16. *post medium* 22. *q.* 1. verbis efferente: *Veruntamen sine vlla dubitatione minus malum est per deos falsos veraciter iurare, quam per Deum verum fallaciter. Quantò enim per quod iuratur magis est sanctum; tantò magis est pœnale periurium.* Rationẽ reddit *Gloss* ad rem nostram ibidem verbo *pœnale.* & ipsa docens: *Quantò enim res est sanctior, vel melior, tantò est maius peccatum offendere eam, quam aliam.* allegat textum in *d. can. sicut qui* 12. 17. *quæst.* 4. & concinit canon Pii in *can. qui peierat se in manu Episcopi, aut in cruce consecrata, tres annos pœniteat* 2. *eadem* 22. *q.* 5. Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *consecrata.* dicens; *Quia quantò sanctius est per quod iuratur: tanto maius est periurium.*

Peccatum iteratum difficilè sanatur. ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus, septem Angeli Ecclesiarum.* 23. *in fine distinct.* 93. excipe illum: *Moderatio enim Dei, ac pietas solum nostrum reditum quærit: ac nos cupit sua longa bonitate saluari. Sed si non conuertimur, si duri corde sumus, si in peccatis vsque ad mortem illicite perduramus; assiduè peccanti, sicut scriptum est, Deus non miseretur.* explicat *gloss.* verbo *assiduè.* id est iteratò. Non miseretur de facili. Nã vulnus iteratũ tardius sanatur. ex Augustino libro soliloquiorum in *can. inanis est pœnitentia* 12. *de pœnitẽtia dist.* 3. protestãte: *Inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat. Vulnus iteratum sanatur tardiùs: frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata.* Nam vt Isidorus de summo bono in *can. irrisor est, non pœnitens.* 11. *eadẽ de pœnitentia distinct.* 3. verba dat: *Irrisor est, non pœnitens, qui adhuc agit, quod pœnitet; nec videtur Deum poscere subditus; sed subsannare superbus. Canis reuersus ad vomitum est pœnitens ad peccatum.* prosequiturque: *Esaias peccatoribus dicit* (1.) (*Lauamini, mundi estote.*) *Lauatur itaque, & mundus est, qui, & præterita plangit, & flenda iterum non committit. Lauatur, & non est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec tamen deserit, sed post lacrymas ea, quæ fleuerat, repetit.* Peccatum ergo iteratum difficilè sanatur.

Peccatum omne fugiendum. iuxta illud (Ecclesiastici 21 2.) *Quasi à facie colubri fuge peccatum.* Concinit Augustinus de Ciuitate Dei in *can. ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur?* 3. 32. *q.* 5. verbis enuncians: *Sed cum pudicitia virtus sit animi, comitemque habeat fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo cõsentire decernas &c.* vt potius se excommunicari pati debeat, quàm peccatum operari mortale, vt Innocentius Tertius ferrariensi Episcopo respondit in *cap. inquisitioni tuæ respondentes* 44. *in primo responso de sententia excõmunicationis extra.* Hinc est quod nec modico tẽpore licet in peccato demorari, sed statim fugiendum. ex *S. Thoma* 2. 2. *q.* 62. *art.* 8. *in corpore.* Quia peccatum etiam minimum malis omnibus grauius est. Fugiendum propterea. Tolerabilius ergo est mundi mala pati omnia, quam peccato consensum præstare. eodem ex Augustino *d. can. ita ne aliquẽ polluat* 3. 32. *q.* 5. Concinitque Ambrosius ibidem in *can. tolerabilius est mentem virginem, quam carnem habere.* 4. sequitur *Nauarrus cons.* 57. *nu.* 4. *lib.* 5. *de simonia.*

Peccatum quantò grauius, tantò etiam grauius puniendum. Ex Gregorio Secundino scribente in *can. quia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit* 16. *in fine principii distinct.* 50. in eatione, quam defert; *Et quem maior sequitur culpa, maior plectatur vindicta.* Sicuti ex punitione ipsa grauius fuisse crimen, à posteriori, Augustinus arguit in *can. non afferamus stateras dolosas.* 21. *in fine* 24. *q.* 1. verbis dicens: *Quis tam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum?* Nec diuersimode Bonifacius Octauus in *cap. cùm secundum leges Ciuiles,* 19. *paulò ante finem de hæreticis in* 6. decernens: *Bona hæreticorum (qui grauius, horribilius, ac detestabilius, quàm prædicti deliquunt) ipso iure de fratrum nostrorum consilio decreuimus confiscata.* ibique *Gloss.* verbo *grauius.* inferens: *Ergo sunt grauius puniendi.* Veluti quanto aliquis delinquens est maior, tãtò grauius, magisque punitione feriendus. ex Gregorio IV. in *can. nulli fas est velle, vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta* 5. §. *sit ergo nunc suo dolore prostratus. distinctione* 19.

cir-

circa finem. Rationem inferente. *Quia maioris excommunicationis deiectione est abiciendus, cui sancta Ecclesiæ commissa fuerit disciplina. &c.* ibique notat Gloss. verbo *maioris*, argumentum deducens: *Quod quantò aliquis delinquens est maior, tantò magis est puniendus.* ex Ioanne Chrysostomo in opere imperfecto in can. *homo Christianus fortiter cadit in peccato* 5. distinct. 40. dicente: *Homo Christianus fortiter cadit in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.* Quia augetur peccatum dignitate peccantis. Glossa ibidem verbo *cadit*. circa medium infert. Nam gradus altior aggrauat delictum. ex Symmacho ad Cæsarium in can. *nullus itaque per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere* 1.18. 1. q. 2. illis verbis: *Quis dubitat, quin religiosis, & Deo seruientibus incutiat opprobrium?* ibique Gloss. verbo *religiosis* adnotans: *gradum altiorem grauius facere commissum.* Ex Augustino libro de pœnitentia in canone *consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia, in qualitate personæ* 1. in ipso principio. de pœnitentia distinct. 5. Rationem inferentem: *Oportet enim pœnitere fornicantem secundum excellentiam sui status, aut officii.* ibique Gloss. verbo *status*. Sunt enim circumstantiæ, quas aperire in confessione peccator debet, vt adnotat Gloss. d. verbo *cadit* d. can. *homo Christianus* 5. distin. 40. Siquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorum sublimitas peccantium: vti decreuit Hilarius Papa in Synodo Romana in can. *nulli fas sit status sui periculo.* 4. in fine 25. quæst. 1. Rationem defert Gloss. ibidem verbo *sublimitas* & ipsa subnectens: *Crimina enim augentur per dignitatem.* Ex Arriano lib. 3. de re militari. in l. *omne delictum est militis* 6. §. *qui manus intulit Præposito capite puniendus est* ff. de re militari. Rationem dante: *Augetur autem petulantiæ crimen dignitate Præpositi.* Quanto ergo grauius peccatum, tanto grauiori pœna feriendum.

Peccatum grauius æstimatur ex voluntate peccantis: ex Hieronymo in epistolam ad Titum in can. *fur autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus indicatur* 4. siue finali 14. q. 6. Verba attende: *Non enim id quod furto ablatum est; sed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione, non idcirco diuersa sit fornicatio, si mulier sit pulchra, aut deformis; ancilla, aut ingenua, paupercula, aut opulenta, sed qualiscumque illa fuerit, vna est fornicatio.* & si quidem ibidē Gloss. verbo *fornicatione* sequentibus inferat: *H. dixit, magis peccare cum pulchra, quàm cum deformi: quia magis voluptuosè cognoscit pulchram, Sed in deformi quàm citius potest absoluit se. Baz. dixit. magis peccari cùm deformi: quia plura sunt, quæ suadent commisceri pulchræ, quàm deformi: scilicet pulchritudo eius, & libido.* ita Gloss. Perpenditur enim affectus. secundum considerationem Augustini in can. *consideret qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perseuerantia* 1. de pœnitentia distinct. 5. dum perpendit pœnitentem debere se accusare: *Et secundum modum meretricis. & in modo operis sui, & qualiter turpitudinem suam peregit &c.* ibique Gloss. verbo *meretricis*. subnectens: *An scilicet fuit pulchra, vel deformis, an soluta, vel obnoxia viro, vel voto.* nec dimisit Felinus in cap. *cum quidam* 12. col. 4. de Iure Iurando num. 7. circa finem. Quia nimirum cum pulchra præsumitur quis magis tentatus.

Peccatum tanto grauius respectu personæ, quanto maiorem obtinet locum. ex S. Ioanne Chrysostomo in opere inperfecto in can. *homo Christianus fortiter cadit* 5. distinct. 40. Rationem reddente: *aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis.* Ex ratione, quam ex dictis Bonifacii Martyris refert Gratianus in can. *si Papa suæ fraternæ salutis negligens deprehenditur* 6. eadem distinct. 40. dicentis: *Quod magis officit sibi, & omnibus.* Deduciturque ex Augustino libro de bono coniugii in argumentum in can. *meliore proposito lapsas* 21. 27. q. 1. accipe verba: *Meliore proposito lapsas; si nupserint, fœminas à castitate sanctiori, quæ vouetur Deo, adulteris esse peiores.* Rationem reddens: *Quoniam istæ spirituale coniugium violant.* Augetur ergo peccatum ratione personæ dignioris. Concinit Alexander Quartus Inquisitoribus hæreticæ prauitatis scribens in cap. *accusatus de hæresi* 8. §. finali de hæreticis in 6. decernens: *Religiosi etiam sunt immurationis pœna, vel grauius puniendi, quàm seculares, si inuenti fuerint in hæresi, vel consimilibus deliquisse.* Quia nimirum ratione personæ grauius peccant. Statuit id Vrbanus Tertius Archiepiscopo Pisanen. rescribens in cap. *cum quidam* 12. in primo responso de Iure iurando, verbis illis: *Et tantò grauius vindicandum, quanto maiori præeminent dignitate, & eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia prouocari.* vbi gloss. verbo *dignitate*, infert: *Sic patet, quod dignitas delinquentis aggrauat peccatum.* ibique Felinus. nec dereliquit gloss. in cap. *generali constitutione sancimus* 13. de electione, & electi potestate in 6. verbo *præfulgeant*. dicens: *Et maiori pœna sunt digni, quibus cum plurimum honoris defertur, inueniuntur in crimine.* ex Gratiano in can. *quia iuxta canonicas patrum sententias* 3. §. *presbyteri citra iniuriam quæstionis testimonium dicant.* 5. q. 6 Ex Theodosio Cæsare, dicente illo rationem: *Multo magis enim pœna digni sunt, quibus quam plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si occultè inueniantur in crimine.* Augetur enim ratione personæ dignioris peccatum.

Peccatum tantò grauius, quanto plures offendit, & quantò grauius proximum lædit. ex Alexandro Papa I. epistola 2. omnibus Episcopis in can. *si quis autem legationem impedit, non vnius sed multorum profectum auertit* 2. distinct. 94. prosequendo. *Et sicut multis nocet; ita à multis arguendus est.* vbi Gloss. verbo *sed multorum*. argumentum adnotat: *Quod, qui peccat in multos, grauius peccat.* Concinit Concilium Toletanum octauum in can. *duo mala, licet sint omnino cautissimè præcauenda.* 1. in fine distinct. 13. in ratione, quam exhibet: *Illic enim duplici culparum telo perimimur, hic tripliciter*

citer iugulantur, vbi gloss. verbo duplici, & ipsa argumentum deducit, quod, qui plures offendit, plus peccat. Concordat in argumentum Iustinianus Augustus in § atrox iniuria Institutionibus de iniuriis. & Claudius libro de singulis pœnis in l. aut facta puniuntur 16. §. quantitas, discernit furem ff. de pœnis dicens. Quantitas discernit furem ab abigeo. Nam, qui vnum suem surripuerit, vt fur coercebitur, qui gregem, vt abigeus. Et hanc legem inter suos retulit canones, Gratianus in can. aut facta puniuntur, vt furta, cædesque, aut dicta, vt conuitia 19. de pœnitentia distinct. 1. Nec diuersimode Paulus lib. 54. ad Edictum in l. Pedius posse etiam dici, ex naufragio rapere eum. 4. §. Diuus Pius Antoninus ff. de incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata. in fine. verbis decernens: Et vtilius, vt in cæteris, ita, & in huiusmodi causis ex personarum conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ sunt æstimandæ, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa postulabit.

Peccatum maius est interficere paganum, quam Christianum bonum. ex Augustino ad Auxilium Episcopum in can. si habes dignam sententiam certis rationibus. 1. circa finem. 24. q. 3. excipe verba: Vnde si vna anima per istam seueritatem, qua tota domus ista anathematizata est, sine baptismate de corpore exeundo perierit; innumerabilium mors corporum, si de Ecclesia homines innocentes violẽter extraherentur, & interficiantur, huic damno non potest comparari. ex quo loco Glossa verbo Innocentes. argumentum ducit: Maius peccatum esse interficere paganum, quam Christianum bonum, idest maius peccatum est, si vna anima per peccatum infidelitatis pereat, quam si innumerabilium Martyrum corpora pro ea trucidentur.

Peccatum grauius æstimatur, quod maiori pœna feritur. ex Augustino libro septimo de baptismo in can. non afferamus stateras dolosas 21. in fine 24. q. 1. excipe illud: Quis iã dubitauerit hoc esse sceleratius commissũ, quod est grauius vindicatũ? Rationẽ affert Glossa ibidem verbo sceleratius. subsequens: Nã dicit lex, quod maiora delicta maioribus pœnis, minora minoribus, sunt punienda. & deducit gloss. in can. meliore proposito lapsas 21. 27. q. 1. verbo peiores. post principium, à posteriori namque ex pœna grauiori, grauius esse peccatum, quod tali feritur pœna, æstimatur.

Peccatum, in eodem genere, maius est, si peccamus erga patres spirituales, quam carnales, ex Clemente Papa ad Iacobum Apostolum in can. qualis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant 9. 3. q. 7. sequentibus inferente rationem: Si enim Chã, quia non operuit pudenda patris, maledictus est; multò ampliori condemnatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt. Vide in superioribus parentes spirituales. notatur ex Zachatia Papa Theodoto Episcopo Ticinensi in can. Pitacium nobis tua veneranda fraternitas obtulit 26. sed bene tua sãcta fraternitas. 30. q. 3. illis verbis; multò magis à spirituali nostri patris filia &c. ibique gloss. verbo multò magis. Quia patre spiritualis magis diligendus est, quam carnalis, inferens.

Peccatum publicum publica pœnitentia est emendandum. ex Augustino in can. si peccauerit in te frater tuus 19. §. ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus 2. q. 1. excipe verba: Ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus: ipsa verò corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius. Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor. ibidem in principio Augustinus subiungit. Concinit Ratio, quam retulit Gratianus ex confessione Berengarii in can. ego Berengarius indignus Sancti Mauritii Andegauensis Ecclesiæ diaconus. 42. in fine de consecrat. distinct. 2. Quod eius confessionem Papa Nicolaus misit per Vrbes Italiæ, Germaniæ Galliæ: Vt Ecclesiæ, quæ prius doluerant de auerso, atque peruerso, postea gauderent de reuerso, atque conuerso. Nec discedit principium a sententia Pauli (1. ad Timotheum 5. 20.) Peccantes, coram omnibus; argue: vt cæteri timorem habeant. Nec reticuit Alexander Papa in cap. 3. de pœnitentiis, & remissionibus extra decernens: Manifesta peccata, non sunt occulta correctione purganda. Imo qui publicè peccant, publicè corripiantur. Gloss. ibidem verbo occulta subnectit. Prosequiturque gloss. in cap. quicumque hæreticos. 2. in fine principii de hæreticis in 6. verbo publicè. Rationem quoque recolit Sacrosancta Tridentina Synodus sessione 24. cap. 8. de reformat. verbis dicens: Vt quos exemplo suo ad malos mores prouocauit, suæ emendationis testimonio ad rectam reuocet vitam. Deduxitque ex Origine Gratianus in can. sed illud non otiosè transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit 17. dist. 49. perpendens locum Pauli iam relatum: Peccantem coram omnibus, argue, vt cæteri timorem habeant, & iterum illud (1. ad Corinth. 5. 13.) Auferte malum ex vobis ipsis. Nam dum vni parcunt, vniuersæ Ecclesiæ moliuntur interitum.

Peccatum vero occultum propalari non debet; sed secretò peccans corripiendus, vt emendetur. ex Augustino eodem can. si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum 19. 2. q. 1. in principio rationẽ deferente: Quia enim secretum fuit, quando in te peccauit, secretum quære, tũm corrigis, quod in te peccauit. Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor, in fine concludens: Vbi contingit malum, ibi moriatur malum.

Peccatum veniale gratiam non tollit; neque pro veniali priuatur quis æterna salute. ex Gregorio in moralibus in can. si qualibet culpa sequenti solet pia operatione purgari 20. 22. q. 2. ibique gloss. verbo æterna in ratione: quia pro veniali peccato nullus priuatur æterna salute. & in fine: Cum veniale peccatum non tollat gratiam, nec eam impediat, etiam si omnia venialia peccata aliquis commisisset. Spernenda tamen venialia non sunt, ex Augustino in can. tres sunt actiones pœnitentiæ 81. §. est etiam pœnitentia bonorum, & humilium fidelium pœna quotidiana. de pœnitentia distinct. 1. verbis

con-

contestante: *Sed vtique illa, quæ humana fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint, ita grauabunt, & opprimens, sicut vnum aliquod grande peccatum.* Sūt enim dispositiones ad mortale, dum parum estimantur, iuxta Ouidianum pentrameton illud:

*Et quæ non prosunt singula multa iuuant.*

vti *Gloss.* ibidem verbo *collecta.* adnotat: subdens etiam: *Proinde ergo iudicandum est de pluribus minutis, vt de vno grandi, & graui delicto, cui minora coaccernata æquantur.* Quod tamen improprie exauditur, vt *Glossella* Marginalis ibidem adnotat. Quia disponunt ad mortale, & frigidam animam reddunt. ex *S. Thoma* 1. 2. *q.* 88. *art.* 4. *in corpore.* & notat *gloss. in can. vnū orarium oportet Leuitam gestare* 3. 5. *hinc etiam Augustinus ait. distinct.* 25. dum Gratianus Augustinum eundem refert dicentem: *Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale, dum placet.* vbi *Gloss.* verbo *criminale.* vide *S. Thomam* 2. 2. *q.* 24. *art. penult.* & *Nauar.* in *can. noli putare de penitentia distinct.* 1. in 4. *limitatione.* & in *commentario de silentio in diuinis officiis loco* 15. *nu.* 21. & *de oratione, & horis canonicis cap.* 22. *nu.* 8.

Peccatorum proinde occasiones, siue causæ fugiendæ, quin non magis excidendæ sunt, non fouendæ. ex Augustino de dogmatibus Ecclesiasticis in *can. Satisfactio penitentiæ est peccatorū causas excindere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.* 3. *de pœnitentia distinct.* 3. *causas*. *id est peccatorum radicem. non enim sufficit ramos incindere.* vel causas, *id est opportunitates, vel occasiones peccandi*. Gloss. ibidem subnectit. ex Isidoro de summo bono in *can. valet interdum conuersis pro animæ salute mutatio loci* 9. *dist.* 81.

Peccatum tribus modis perpetratur, & ad illud tribus gradibus peruenitur: Suggestione, delectatione, cōsensione. Ipsiusque peccati tres sunt differentiæ; in corde; in facto, incōsuetudine, tamquam tres mortes. Augustinus in *can. sicut tribus gradibus ad peccatum peruenitur* 21. *de penitentia dist.* 2. Tres enim suscitauit mortuos Dominus. in domo vnum. id est cū in corde consentitur libidini. alterum extra portam; cum in factum processit affectio. tertium; cum vi consuetudinis malæ, tamquam mole terrena præmitur animus, quasi in sepulchro iam putens: & notat *Glossa* ibidem verbo *tamquam.* carmen proferens:

*Tumba, puella, puer; Lazarus ista notant.*
*Hanc verbo, hunc motu, lacrimando suscitat illum*
*Christus, & in medico nascitur æger homo.*

Nec diuersimode Gregorius in moralibus in *can. sciendum quippe est, quod peccatum tribus modis committitur.* 22. *eadem de pœnitentia distinct.* 2. subsequens expositionem: *Nam aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio perpetratur: & grauius quidem infirmitate, quam ignorantia: sed multò grauius, studio quàm infirmitate peccatur.* Neque discessisse videtur Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo scribens in *can. Excellentissimus rex Carolus Apostolatū nostrum consuluit* 102. 11. *q.* 3. circa medium: *Et quia docta diuinitus sanctitas tua valde nouit aliud esse ex necessitate, aliud ex ignorantia, atque aliud, quod ex studio delinquitur; istudque posterius duobus prioribus districtius esse puniendum; idcirco solerter inuigilet, & cauta distretione singulorū modos diiudicet: quatenus qui ex necessitate, aut ignorantia delinquunt, auctoritate nostra per te absoluantur: Si tamen ipsa eorum ignorantia, vel necessitas vera, & non simulata, vel non ex voluntate processerit: quia vt benè nosti, plerique sunt, qui possunt quidem, sed nolunt recta nosse. Vnde psalmista* (psalmo 35.) *de huiusmodi: (Noluit (inquit) intelligere, vt benè ageret.) Illos autem, qui studio suo obligantur, & contemptu interdicta nostra postponunt, non nisi digna satisfactione præueniente volumus à te prorsus absolui.*

Peccatum omne fidei mysteriis abluitur. ex Ambrosio in Lucam. in *can. si Petrus volens percussit aurem* 17. 24. *q.* 1. inferente: *Secundum prophetica dicta demonstrans, & ipsos, si conuertantur posse sanari, qui in passione Domini vulnerati sunt; eo quod omne peccatū fidei mysteriis abluatur.* Cùm omne crimen, atque peccatum oblatis Deo sacrificiis deleatur. vt Iulius Papa Episcopis per Aegyptum respondit in *can. cum omne crimen, atque peccatum* 7. *de consecrat. distinct.* 2. Peccata quippe non tollit nisi solus Christus, qui est Agnus tollens peccata mūdi. Augustinus in *can. nemo tollit peccata nisi solus Christus, qui est agnus tollens peccata mundi.* 141. *de consecrat. distinct.* 4.

Peccatū vsque adeo volūtariū est malū, vt nullo modo sit peccatum, nisi voluntariū. ex Augustino de vera religione ca. 14. refert Gratianus in *summa* 15. *q.* 1. verba sunt Gratiani: *Cui sententiæ illud Augustini de vera religione cap.* 14. *contrarium videtur: (Vsque adeo peccatū voluntarium malum est: vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium; & hoc quidem adeò manifestum est, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba dissentiat. Quare, aut negandum est peccatum committi, aut fatendum est voluntate committi.)* & refert quoque *S. Thomas* 2. 2. *q.* 108. *art.* 4. Concinit idem Augustinus in *can. merito queritur, quæ sint ipsa peccata nolentium* 1. & in *can. aliquos scimus subito dementes factos* 5. *eadem* 15. *q.* 1. Nam ex Ambrosio de Iacob, & vita beata in *can. non est, quod cuiquam nostram adscribamus ærumnam, nisi nostra voluntati* 10. *eadem* 15. *q.* 1. prosequente: *Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria flexerit.* Et ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. non fidelibus Christi sit tædio vestra vita* 5. *in fine* 32. *q.* 5. inferente: *Non nisi voluntate peccatur.* Nec desiit Leo Papa ad Episcopos Africæ in *can. illæ autem famulæ Dei* 14. *circa finem eadem* 32. *q.* 5. rationem reddens: *Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui.* Quia nimirum peccatum sine voluntate opus non facit. Ioannes testatur Chrysostomus in *can. sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit.* 10. *eadem* 32. *q.* 5. veluti etiam sine facto voluntas peccat, inferens rationem: *Nisi enim ex voluntate sola fornicatio*

con-

*consumaretur: numquam Dominus diceret* (Matthæi 5.) (*Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam; iam mœchatus est eam in corde suo.*) *Ergo voluntas sine opere frequenter peccat*. ita Chrysostomus. Sine ergo voluntate peccatum non est.

Peccatum omne per pœnitentiam deletur. Isichius in Leuiticum. in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat* 35. *qui est* 2. *de pœnitentia dist.* 3. in ipso principio. rationem reddens: *Quia omne peccatum per pœnitentiam deletur.* Quod si per pœnitentiam non deleatur: peccato mortifero infectus non potest diu abstinere ab alio simili. iuxta illud Gregorii in Ezecchelem homilia 11. *Peccatum, quod per pœnitentiam non deletur, mox suo pondere, trahit ad aliud*, sequitur *S. Thomas* 1.2.q.109.art.8. & *Nauarrus in can. charitas est.* §. *ergo si. de pœnitentia dist.* 2. nu. 5. & in *can. sciendum quippe eadem dist.* 2. *num.* 1.

Peccatum meum contra me est semper. David (*psalmo* 50.3.) dicebat: *Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.* Quia è regione est mihi, semper, vt illud agnoscam; & plorem. Nam (ex Chrysostomo in *can. Iudas pœnituit, sed malè* 36. *in fine de pœnitentia distinct.* 3. dicente:) *Magnum bonum est, vt quis peccata sua agnoscat, & memoriam eorum perseueranter retineat. Nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continuata memoria*. Ad côtritionem scilicet, non ad delectationem. vt *Gloss.* ibidem verbo *memoriam* in fine adnotat. ex Gratiano in *can. quis aliquando vidit Clericum cito pœnitentiam agentem?* 87. §. *his auctoritatibus asseritur. de pœnitentia dist.* 2. nô multo post principium verbis attestante: *Item illud Ioannis Chrysostomi* (*Lauent lacrymæ delictũ, quod pudor est voce confiteri*) & *illud aliud, quod scribitur in epistola ad Hebræos:* (*Non tibi dico, vt te prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses; sed obedire te volo prophetæ dicenti* (psalmo 36.) *Reuela Domino viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata; apud verum Iudicem tum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientiæ tuæ memoria: & tunc demum spera misericordiam te posse consequi, si habueris in mente peccata tua continuè; malum numquam aduersus proximum tuum in corde retinebis.*

Memoria enim ad flendum laudabilis est. vt *Glossella* Marginalis ad *Glossam* in verbo *continuè* ibidem aduertit & adnotat. allegans *de pœnit. dist.* 3. *Iudas*.

Peccatum, parietis duritiei simile dicitur. iuxta illud (Ezecchielis 13.) *Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum*. Quæ verba Gregorius in moralibus in *can. sunt non nulli, qui dum malè facta hominum laudibus efferunt* 2. §. *hinc rursum scriptum est. distinct.* 46. sequentibus elucidat: *Parietis quippe nomine peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietem, est contra se quælibet obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificiant: ipsi adulantes quasi nitidum reddant.*

Peccatum, vt euitetur, quilibet agere potest. ex Augustino in argumentum in *can. si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum* 19. 2. *quæst.* 1. Est enim actio popularis. ex Alexandro Tertio Episcopo Sanctæ Agathe in *cap. præterea de muliere, quæ à viro impetitur*. 12. *de sponsalibus, & matrimoniis*. Et ibidem ex Innocentio Tertio Episcopo Beluacen in *cap. cum in tua diœcesi* 27. & ex eodem Innocentio Tertio in *cap. finali, qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.* Deducit *Abbas cons.* 81. *videtur quod dictus &c. in fine num.* 5. *in* 3. *dubio part.* 2. Ne dum quidem commissum, sed committendum. ex Clemente Papa epistola 1. ad Iacobum Fratrem Domini in *can. diaconi Ecclesiæ tamquam oculi sint Episcopi* 6. *distinct.* 93. verbis illis: *& perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esset peccato; vt referant hæc ad Episcopum.* ibique *Gloss.* verbo *præcipitio*. quæ infert: *Ergo non tantùm tenetur quis denunciare iam commissum crimen, sed etiam committendum*. ex Augustino in *can. hoc videtur dicere, peccare hominem* 8. 22. *q.* 5. *ante medium*, verbis inferente: *Possumus enim paratum ad periurium admonendo, vel prohibendo à tam graui peccato reuocare.* Nec diuertisse videndus est Alexander Tertius Pictauen Episcopo scribens in *cap. ex litteris Siluani Episcopi accepimus* 10. §. *quia igitur prædicto G. periculosum est de sponsalibus & matrimoniis*. illis verbis: *quatenus, si hoc sibi constiterit, eum moneas, & si non acquieuerit monitis: ecclesiastica censura compellas, vt &c.* ibique *Gloss.* verbo *compellas* circa medium, & ipsa dicens: *Et Ecclesia non solum peccata commissa punire debet, sed committenda prohibere, vt si videat aliquem vicinum præcipitio, vel paratum ad peccandum. ex. distinct. diaconi.* & ex Augustino ad Bonifacium in *can. ipsa pietas, veritas, charitas nos non permittit.* 24. §. *si duo aliqui in vna domo habitarent, quam certissime sciremus esse ruituram.* 23. *q.* 4. inferente ipso *nisi faceremus, non immeritò crudeles iudicaremur*. Merito proinde, vt peccatum, etiam committendum, euitetur, Ecclesia adhiri iure poterit, vt impedimentum afferat. ex Innocentio Tertio Prælatis per Franciam constitutis in *c. nouit ille, qui nihil ignorat.* 13. *de Iudiciis* §. *licet autem hoc modo*. ibique notat *Innocentius Quartus*.

Peccatum in Spiritum sanctum finalis dicitur impœnitentia, in qua quis moritur; quia post finem huius vitæ non est remissio peccatorum. ex Gregorio in Dialogis in *can. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur.* 4. *distinct.* 25. Quia obstinatus est in peccato, consequenterque irremissibile est ei. ex *gloss.* ibidem verbo *blasphemiam*. Docetque Augustinus in *can. ita sit verbum contra Spiritum sanctum* 81. 1. *q.* 1. subsequens rationem: *Cum ex dispersione ad congregationem numquam venitur, quæ ad remittenda peccata accepit Spiritum sanctum.* vbi *Gloss.* verbo *numquam* infert: *Et ita peccatum in Spiritum sanctum est finalis impœnitentia*. Nemo tamen desperandus est, dum

dum in hoc corpore constitutus est. ex Leone Papa ad Rusticum in *can. nemo desperandus est. 1. de pœnitentia distinct.* 7. Merito, dum tempus est pœnitentia agenda. ex Augustino in *can. nullus expectet, quando iam non possit peccare 6 siue finali eadem de pœnitentia distinct.* 7. Inde vero peccatum in Spiritum sanctum irremissibile esse, vt neque hic, neque in futuro remittatur, quia diffidens de benignitate misericordiæ Dei impœnitens moritur, neque veniam petit. Sicuti Iudas, de quo Ambrosius in *can. in potestatis suæ gratiam negat 54 de pœnitentia distinct.* 1. in fine verbis dicens: *Arbitror enim, quod etiam Iudas potuisset tanta Dei miseratione non excludi à venia, si pœnitentiam non apud Iudæos, sed apud Christum gessisset.* ibique Gloss. in casus figuratione de Iudæis, qui dicebant Christum in Beelzebub nomine eiicere dæmonia, quibus *Dominus dixit: qui peccat in filium, vel in patrem remittitur ei: qui verò peccat in Spiritum sanctum, non remittitur ei, neq; hic, neque in futuro* (Matthæi 12. 32.) Ratio est: quia sine pœnitentia nulla est peccati remissio. ex regula Bonifacii VIII. *Peccati venia non datur, nisi correcto* 5. *de regulis Iuris in* 6. Testatusq; fuit Gelasius Papa in commonitorio Fausto Magistro fungēti legationis officio apud Constantinopolim in *can. legantur ex quo est religio Christiana* 2. 24. q. 2. [illegible] quens: *Vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei à quibuslibet pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Saluatore veniam nisi se corrigentibus fuisse concessam.* in fine inferēs: *Mortuos suscitasse Christum legimus: in errore mortuos absoluisse non legimus.* subinferens: *Beato Petro principaliter mandat Apostolo* (Matt. 16.) *Quæcumque ligaueris super terram, ligata erunt & in cœlis Super terram* (inquit.) *Nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolui.* & Gratianus prosequitur in *can. si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo.* 59. *sed huiusmodi interrogationes non semper negationem inferunt in fine de pœnitentia distinct.* 3. verbis edisserens: *Hæc est etiam blasphemia in Spiritum sanctum, quam neque in hoc sæculo, neque in futuro remittendam Dominus in Euangelio asserit. Siue autem delectatione peccati, siue de speratione veniæ, vsque ad mortem quis in peccato perseueret, iustum est, vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauerit.* plurâque notat Gloss. ibidem verbo *remittendam.* Prosequens, quod nam dicatur peccatum in Spiritum sanctum dicens etiam: *Peccatum in Spiritum sanctum est obstinatio mentis.* adnotauitque Isychius in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat 35. in fine de pœnitentia distinct.* 3. Oratione prosequens: *Hoc autem sancti Patres irremissibile peccatum, blasphemiam in Spiritum sanctum dixerunt, in sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerare, de salute sui desperare, & de pœnitentia, & misericordia Redemptoris diffidere.* videndus S. Thomas 2. 2. q. 14. art. 1. Nauarrus d. can. *si sacerdos de pœnitent. distinct.* 1. num. 3. & can. 1. *de pœnitent distinct.* 7. à num. 5 ad finem vsque.

Peccatum paganitatis incurrit ille, qui sedi Apostolicæ obtemperare contemnit. ex Gregorio VII. omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam sancto Petro obedientiam exhibentibus in *can. si qui sunt presbyteri, diaconi, vel subdiaconi 15. distinctione* 81. in fine. ad verba illa (1. *Regum* 15.) Samuelis ad Saulem: (*Peccatum ariolandi est, non obedire; & quasi scelus idololatriæ non acquiescere.*) *Peccatum igitur paganitatis incurrit quisquis dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit.* Quia nimirum. *Sola est, quæ fidei meritū possidet obedientia: Sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.* vti Gregorius Magnus in moralibus in *can sciendum summopere est* 10. in fine 8. q. 1. ad eadem verba commentum agit. deduxitque Gloss. in *cap. dolentes referimus.* 9. *in fine de celebratione missarum, & sacramento Eucharistiæ, & diuinis officiis.* verbo *diuinum officium.* Rationem dicti reddens: *Quia peccatum paganitatis incurrit, quisquis Sedi Apostolicæ obedire contēnit.*

peccata Deus impunita non dimittit. ex Gregorio in *can. si peccatum Dauid tam detestabile Dominus transtulit.* 82. *de pœnitentia distinct.* 1. Rationem reddente: *Sed proculdubio Dominus delictum sine vltione non deserit. Aut enim ipse in se pœnitens punit: aut hoc Deus cum homine vindicans percutit. Nequaquam igitur peccato parcitur: quia nullatenus sine vindicta laxatur.*

peccatum quandoque accipitur pro pœna peccati. ex illo (*Daniel.* 4. 24.) ad Nabuchodonosor: *Quam ob rem rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis.* Et concinit Alexander Papa in *can. ipsi sacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedunt.* 91. 1. q. 1. Rationem referens: *Quia suis precibus, & oblationibus ea delent, atque consumunt. Qui quantò digniores fuerint, tantò faciliùs pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur.* ibique Gloss. verbo *comedunt* dicens: *Solus enim Deus delet peccatum, id est peccati reatum. Sacerdos pœnam infligendam pro peccato, orationibus, propter quod peccatum delere dicitur.* ex Gregorio Secundo Bonifacio Episcopo in *can. animæ defunctorum quatuor modis soluuntur.* 22. 13. q. 2. illis verbis: *Aut oblationibus sacerdotum.* à peccatis. hoc est à pœnis pro peccatis debitis. Nauar. in *can. medicina. de pœnitent. distinct.* 1. *num.* 4. & *can. si enim. de pœnitent. distinct.* 2. *in Glossa num.* 5. exponens illud Apostoli: (2. ad Corinth. 5.) *Christum factum pro nobis peccatū.* ex S. *Thoma* ibidem: vel quia pœnam tulit peccati; vel quia factus est hostia pro peccatis. vel quia reputatus peccatum, vel peccator. iuxta Esaiæ illud 53. 12. *Et cum sceleratis reputatus est.*

peccata tua eleemosynis redime. Cōsilium dedit Daniel Nabucodonosor regi 4. 24. quod consilium Ambrosius in *can. medicina misericordiæ tollit peccata magna* 76. *de pœnitentia distinct.* 1. lucidius reddit: *Habemus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: pecuniam habes; redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tuis, redime te*

*pecunia tua. Vilis pecunia, sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna (inquit) à peccato liberat.* (Tobię 12.) *Crimina ergo eleemosynis redimuntur.* Peccata. id est pœnas debitas pro peccatis. *Glossa* ibidem exprimit, & in antecedenti notauimus. Nec dissimiliter ipse Ambrosius in *can. est probanda illa etiam liberalitas 16. post medium distinct. 86.* verbis illis: *Et pretio misserationis peccata redimas tua.*

Peccata Deus non ex parte, sed ex toto dimittit. ex Innocentio Tertio Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesię causas. 3. § sed adhuc quaeritur. de baptismo, & eius effectu.* verbis respondente: *Ad hoc est taliter respondendum; quod Dominus, qui totum hominem saluum fecit in Sabato, opus imperfectionis non nouit: Et ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit.* Namque impietas est, ab eo, qui iustus est, dimidiam sperare veniam. vt *gloss.* ibidem verbo *ex parte in fine* adnotat. referens etiam distichon,

*Larga Dei pietas veniam non dimidiabit:*
*Nam nihil, aut totum, te lacrhymante dabit.*

Merito aduertit Augustinus libro de pœnitentia in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse: Sed non omnino 42 de pœnitentia distinct. 3.* ante medium dicens: *Numquam aliquem sanauit, quem omnino non liberauit. Totum enim hominem sanauit in sabbato: quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagione liberauit; indicans pœnitentem oportere simul dolere de omni crimine orto in anima, & corpore.* & paulo post: *Quędam enim impietas infidelitatis est, ab illo, qui iustus, & iustitia est, dimidiam sperare veniam.* Quin imo: *Diuina clementia dimissa peccata in vltionem vlterius redire eum patitur.* Gelasius testatur Papa in *can. diuina clementia 24. de pœnitentia distinct. 4.* Quę verba deduxerat per prius eodem ex Gelasio, Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro Episcopis in *can. sic ille, vti hac acta sunt 29. 23. q. 4.* Neque enim secundum arbitrium hominum, sed secundum arbitrium Dei peccata dimittuntur, & retinentur. Petra enim tenet, petra dimittit: Columba tenet, columba dimittit: Vnitas tenet, vnitas dimittit. Augustinus fatur in *can. illud planè non temere dixerim 87. in fine 11. q. 3.* Petra. id est Christus. Columba. id est Ecclesia. *Glos.* ibidem commentum agit. Peccata ergo semel dimissa, non redeunt. *Glos. in can. si Apostolus etiam peccata per baptismum dimissa continuo plorat 5. de pœnitent. distinct. 3.* verbo *de venia.*

Peccata latentia vindictam non habent. ex Hieronymo in *can. nolite recedere à Domino in hodierno die 22. post medium 11. q. 3.* Rationem reddente: *Vbi enim peccatum non est euidens, eucere de Ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes Zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum.* Nec diuersimode rationem habes ex Ambrosio in *can. nemo blandiatur sibi de legibus hominum 4. § tolerabilior est si lateat culpa 32. q. 4.* dicente: *Tolerabilior est si lateat culpa, quam si culpæ vsurpetur auctoritas.* quasi dicat: *Gloss.* ibidem verbo *tolerabilior* subnectit: *Maius peccatum est manifestè peccare, quam occultè.* Et quod non habeant latentia peccata vindictam. vt Innocentius Papa ad Exuperum Episcopum respondit in *can. Christiana religio adulterium in vtroque sexu pari ratione condemnat 23. sine finali 32. q. 5.* & sequuta fuit *Gloss.* in *cap. ex tenore tuarum litterarum accepimus. 4. extra de temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.* verbo *vtatur. post medium.*

Peccatis facientibus mala accidunt, & desolationes populorum. ex Gregorio Benenato Episcopo in *can. & temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat 48. post principium 16. q. 1.* illis verbis: *Nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est &c.* Eodemque Ioanni Episcopo Veliterno in *can. postquam hostilis impietas 49. eadem 16. q. 1.* dicente: *postquam hostilis impietas diuersarum Ciuitatum, ita (peccatis facientibus) desolauit Ecclesias, vt reparandi eas, spes nulla, populo deficiente, remanserit.* Eodemque sensu ex Concilio Triburiensi in *can. concedimus etiā, vt sicubi 30. de consecratione distinct. 1.* verba sunt Concilii: *Concedimus etiā vt sicubi (quod peccatis nostri exigentibus per plurimum est factum) à Normannis, & Sclauis &c.* Peccatis ergo exigentibus veniunt aduersa.

Peccati venia non datur nisi correpto. ex *Regula* Bonifacii Octaui *peccati venia 5. de regulis Iuris in 6.* deduxitque Gelasius Papa Fausto Legationis officio fungenti apud Cōstantinopolim in *can. legatur, ex quo est religio Christiana 2. 24. q. 2.* verbis exagerans: *Neque à Pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Saluatore veniam nisi se corrigentibus fuisse concessam.* inferens in fine: *Mortuos suscitasse Christum legimus, in errore mortuos absoluisse non legimus.* Quia venia non datur impœnitentibus. *Qui nūquam desinunt peccare dū viuunt.* vt Gregorius Papa in Dialogis loquitur in *can. voluissent iniqui, si possent, sine fine viuere. 60. de pœnitentia distinct. 1.* ibique *gloss.* verbo *numquam.* Rationem reddens: *Assiduè enim peccantium non miseretur Deus. & venia impœnitenti non datur. Nauar. cons. 2. nu. 1. lib. 4. qui clerici, vel vouentes. & cons. 8. num. 7. lib. 5. de simonia.*

Peccati remissio, non dat licentiam delinquendi. Nec, quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impunè committi. Ne quod ad tempus pia lenitate concessum est, instanti post hęc vltione plectatur. ex Leone Papa ad Episcopos Africę in *can. Donatum autem Saliciensem ex Nouatiano 20. 1. q. 7.* sequentibus rescribente, ac rationem reddente: *Quæ enim nunc certarum remissimus consideratione causarum, antiquis deinceps custodienda sunt regulis. Ne quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hęc vltione plectamus.*

Peccare posse, non est aliquid posse: imo aliquid non posse. Gratianus in *can. principium enim viarum Dei 45. sine finali. § charitas autē, quæ in aduersitate deseritur, ficta, idest fictilis, & fragilis esse perhibetur. de pœnitentia distinct. 2.* verba damus Gratiani: *Posse autem peccare, vt Augustinus ait, non est aliquid posse; imò aliquid non*

*non posse. Vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest: quia omnia potest, quæ posse, est aliquid posse.* vbi *Gloss.* verbo *posse* sic & ipsa infert rationem: *Ex quo enim resistere vitijs est verum posse. ergo non resistere, est non posse. Sed non resistere est peccare: & ita posse peccare, est nō posse resistere.* Dupliciter enim peccatum perpéditur materialiter, & formaliter. Peccatum verum est in formalitate, qua contra legem fit. & ideo peccare, est non posse.

peccare Deus non potest. vnde non peccare, solius Dei est. Emendare sapientis. Originē excipe in *can. inter hæc bircum, qui oblatus fuerat exustum* 34. *in ipso principio de pœnitentia distinctione* 3. dicentem. *Non peccare solius Dei est. Emendare, sapientis. Sed rarò inuenias, qui se corrigat.* Et diximus paulo antè.

peccare nemo debet, vt alium saluet. ex Augustino libro contrà mendacium in *can. faciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest* 15. 22. q. 2. subsequente: *Cum autem ad hunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando, non possit, iam se existimet non habere, quia faciat, quando id reliquum esse perspexerit, quod rectè faciat.* Nam solùm illud dicimur posse facere, quod iuste facere possumus. vt *Gloss.* ibidem verbo *quod potest.* subnectit.

peccat, qui minus diligit Deum. ex Prospero libro 3. de vita contemplatiua in *can. charitas est, vt mihi videtur, recta voluntas* 5. §. *ergo si charitatem Deo exhibemus. de pœnitentia dist.* 2. dicente: *Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis, vnde peccati desideriis seruiamus.* Ex qua minus diligit Deum *gloss.* ibidem explicat: *Id est: ex qua Dei dilectionem postponit facilius.* Et hinc omne malum nostrum.

Peccat, qui exigit vltra debitum. Augustinus contra Faustum in *can. quod debetur, & si benignè dimittitur, non tamen inique repetitur.* 2. 14. *quæst.* 1.

peccat qui contra legem Dei in Deum peccat, qui eius legem violat, & gratiam soluit. Et ideo, quia in Deum peccat, sacramenti cœlestis amittit consortium. Ambrosius in libro de Patriarchis in *can. nemo blandiatur sibi de legibus hominum* 4 *in fine* 32. q. 4.

Peccatorum remissio extrà Ecclesiam dari non potest. Dare proinde illam heretici non possunt, quos constat Spiritum Sanctum non habere. At per Spiritum Sanctum peccatorū remissio datur. Ex Cypriano Magno scribente in *can. didicimus omnes omnino hereticos, & schismaticos nihil habere potestatis, & iuris.* 31. *in fine* 24. q. 1. verba sunt: *Si autem foris cuncti heretici, & schismatici, non habent Spiritum sanctum: ideo apud nos manifestum est, nec remissionē peccatorum dari per eos posse, quos constat Spiritū sanctum non habere.* Quia extra Ecclesiam peccata non remittuntur. ex Augustino in *can. in actione pœnitentiæ, vbi tale crimen commissum est.* 84. *in fine de pœnitentia dist.* 1.

Peccantem corripere, eumque à peccato reuocare, magnum est misericordię opus. Clemēs Tertius in *cap. inter opera charitatis non minimum est errantem ab erroris sui semita reuocare* 20. *extrà de sponsalibus, & matrimoniis.* ibique *Glos.* verbo *reuocare.* dicens: *hoc est vnum genus eleemosynarum.* ex Albino in *can. tria sunt genera eleemosynarum* 12. *in fine distinct.* 45. verbis inferente: *tertio delinquentes corrigerere, & errantes in viam reducere veritatis.* Concinit Augustinus in Enchiridio in *can. & qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina* 11. *eadem distinct.* 45. verba sunt eius: *Non solum in eo, quod dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat: quia misericordiam prestat.* Deducit *S Thomas* 2. 2. q. 32. *art.* 3. *Couarruuias de sponsalibus part.* 2. *relectionis cap.* 8. §. 11. *nu.* 3.

peccatorum venia triplex est. Prima consistit in pœnæ dilatione. iuxta illud de Achab scelestissimo (3. Regum. 21.) quia fleuit in conspectu meo, non inducā mala in diebus eius. Secunda in culpę abolitione, quę fit per pœnitentiā. Tertia in culpæ, & pœnę dimissione, quod fit per baptismum. ita *Glossa* in *can. talis mihi crede, talis est erga homines pietas Dei.* 28. qui est Chrysostomi. *de pœnitent. dist.* 3. verbo *cunctis.* in fine.

Peccator vēdit se diabolo pretio peccati mortiferi. iuxta illud: Peccatis tuis venundatus es. dixitque Elias Achab Regi (3. Regum 21. 20.) *Eo quod venundatus sis, vt faceres malum in conspectu Domini.* & (nu. 25.) *Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venundatus est, vt faceret malum in conspectu Domini.* & (1 Machabęorum 1. 16.) *Et venūdati sunt, vt facerent malum.* Sequutusque fuit Ambrosius de Iacob, & vita beata in *can. non est, quod cuiquam nostram adscribamus ęrumnam, nisi nostra voluntati.* 10. *in fine* 15. q. 1. verbis edicens de diabolo. *Neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se priùs peccatorum ære ei vendiderit.* peccatorum ære. *id est peccatis delectantibus. Nam ipsum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.* Glossa ibidem commentum agit. & S. *Thomas* Doctor Angelicus 3. *parte* q. 48. *art.* 10. docet: quod homo per peccatum obligatur Deo, & diabolo. Deo quidem per reatum, & obligationem pœnæ secundum iustitiam, quam incurrit ob offensam. diabolo verò iure seruitutis. Quia qui facit peccatum, seruus est peccati. (Ioan. 8. & 2. Petri 2.) *a quo quis superatus est, eius & seruus est.* deducit quoque *Nauarrus in can. medicina de pœnitent. distinct.* 1. *nu.* 5. & 6.

Peccator cum iam se peccatorum pœnituit, peccator amplius non videtur. Incipit enim esse, quod non fuit. ex Gregorio in moralibus in *can. ferrum de terra tollitur.* 18. *distinct.* 50. inferente: *Non ergo in eo debet despici, quod fuit: quia iam incipit esse, quod non fuit.* & notat *Gloss.* ibidem verbo *incipit.* & verbo *quod non fuit.* Quia incipit esse nouus homo.

Peccator si satisfecerit pro crimine, indeque pœnitentiam egerit, pœna feriri exteriùs nō debebit, licet sit publicum crimen, ex Con-

cilio Toletano 11. in can. quicumque Sacerdotum, vel ministrorum 13 post principium 26. q. 5. illis verbis: Si eum antea verè pœnitudinis coram Metropolitano satisfatio non purgauerit. Si ergo pœnitentiam egerit, non erit ita. ex Gloss. ibidem verbo satisfactio argumentum inferente: Quod si aliquis satisfecerit pro crimine, vel inde egerit pœnitentiam, amplius non posset accusari; licet sit publicum crimen. ex Stephano Papa V. Hattulpho in can. admonere te cum lachrymis, et multo gemitu cordis curamus 8. ad medium 33. q. 2. Locum deferens (Ezechielis 33.) Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed, vt conuertatur ad pœnitentiam, & viuat. & notat Gloss. in summa distinct. 49. Ex verbis Gregorii: si in se adhuc vitium damnabiliter regnat. verbo adhuc. inferens: Quod quis nō potest accusari de crimine, de quo pœnituit.

Peccator, qui in vno offenderit, dicitur factus omnium reus. ex illo Iacobi 2. 10. Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno: factus est omnium reus. Per ingratitudinem videlicet. secundum Augustinum de pœnitentia in can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore 1. de pœnitentia distinct. 5. col. 2. circa finem. verbis exprimentem: Defleat etiā, quoniam in vno offendens: factus est omnium per ingratitudinem reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutibus Deum omnino non timuit. In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quò est Deo acceptior. Ideo Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium: quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. & in eodem can. Nauarrus per optimè. & nos respons. nostra 32. num. 10. part. 4. ex Dionysio Carthusiano: Quia à Diuina gratia excidit, atque æternę pęnę obnoxius fit: Qui enim dixit, non mœchaberis, dixit, & non occides: quod si non mœchaberis, occidas autem, factus es transgressor legis. Iacobus ibidem num. 11. inferens.

Peccator, cum in profundem peccatorum venerit, contemnit. ex Salomone in (prouerbus. 18. 3.) dicente: Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit. Deduxitque Gregorius in can. nec licuit aliquando, nec licebit 4. circa finem distinct. 17. verbis edicens: Aut si forte sicut de talibus scriptum est: (Peccator, cum veneris in profundum malorum, contemnit.) ita, obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint. hinc enim est quod

Peccator, cùm se peccatorem esse non credit, eò deterius peccator efficitur. eodem ex Gregorio in can. vera iustitia compassionem habet; falsa verò dedignationem. 15. in fine distinct. 45. Rationem reddēte: Et quò se peccatores esse non credunt, Eò deteriùs peccatores fiunt. Vnde

Peccator eo ipso, quod peccat, Dei esse non dicitur. ex Gregorio in can. disciplina, vel misericordia 9. §. certè cum Israeliticus populus. eadem dist. 45. perpendimus in superioribus, Peccatum nihil est.

Peccator suis peccatis Deū instruit, quomodo punire eūdebeat. Chrysostomū excipe in can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 12. dist. 40. de sacerdote verba faciente in ratione, quā defert: Nā bene viuendo, & benè docendo, populū instruit, quomodo debeat viuere: benè autem docendo, & male viuendo, Deum instruit quomodo te debeat condemnare. Et ex Augustino contra epistolam Permeniani in can. omnia sacramenta 78. 1. q. 1. verbis illis: vnde dictum est: Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite: Gloss. verbo dictum est. infert: tales instruunt Deum qualiter eos punire debeat.

Peccatorum, & iustorum magna est distantia. ex Augustino de Ciuitate Dei in can. nec mirum de magorum prestigiis 14. col. 4. post medium vers. hoc enim nititur, vt adoretur quasi Deus. 27. q. 5. illis verbis: cum magna distantia peccatorum, & iustorum sit.

Peccatoribus adulari in peccatis, pessimum. Quia dum mala facta hominum laudibus efferunt Præpositi, augent, quę increpare debuerunt. ex Gregorio in moralibus in can. sunt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt: augent, quę increpare debuerunt 2. distinct. 46. afferente locum (Ezechielis 13.) Vę qui consuunt puluillos sub omni cubito manus, & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis. ac subsequendo: Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. Quisquis igitur malè agentibus adulatur, puluillū sub capite, vel cubito iacentis ponit vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus, molliter quiescat. vbi gloss. verbo augent. Rationem refert: Non enim oportet laudando augere malitiam serui. Vlpianus vt dixit lib. 23. ad Edictum in l. 1. §. sed vtrum ita demū tenetur. ff. de seruo corrupto. excipe illum: Imo, & si erat seruus omnino fugiturus, vel furtum facturus: hic vero laudator eius propositi extitit, tenetur. Non enim oportet laudando augeri malitiam.

Peccator non propterea cessare debet bona facere, quod in peccatis fit. Iuuant enim, vt piẽtissimus Dominus cor illius illustret. habes. ex Gregorio VII. in Synodo Romana in can. falsas pœnitentias dicimus 6. in fine de pœnitentia dist. 5. excipe illum: Ne tamen desperet, interim quicquid boni facere potest, hortamur, vt faciat; vt omnipotēs Deus cor illius illustret ad pœnitētiā. Coitur. Ratio à Hieronymo deducta ad caput 1. Aggei in can. si quando videris inter multa mala opera peccatorum facere quempiam non nulla, quæ iusta sunt 46 de pœnitentia distinct. 3. subnectens: Non est tamen iniustus Deus, vt propter mala multa, paucorum obliuiscatur bonorum.

Peculatus crimen furtum dicitur de re publica. ex Augustino super Ioannem in can. Quid ergo nolit Dominus noster Iesus Christus, fratres mei. 3. ad medium. 23. q. 4. ibique Gloss. verbo & peculatus dicens: Quia peculatus committitur in re sacra, religiosa, & publica. Ex Vlpiano libro 44. ad Sabinum in l. 1. ff. ad legem Iuliam peculatus, & de sacrilegis, & residuis.

Pecunia dicitur quidquid homines in terra possident. Pecunia verò idcirco nuncupata est: quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant. Augustinus de disciplina Christiana in can. totum quid quid homines possident in terra, quorum domini sunt: pecunia vocatur.

catur 6.1.q.3. Accedit, quod ex Rothomagensi Concilio legitur in can. sancitum est, atque omnibus modis prohibitum 33.7 q.1. verbis illis: aut aliam pecuniam tribuere. quo loco gloss. verbo aut aliam pecuniam. Commentum agens faxa est: Aliam bene dixit, quia quidquid habent homines, pecunia nomine censetur. Concinit Ambrosius ad Hilarium in can. si infidelis (dicit Apostolus) discedit, discedat. 7. in fine 28.q.1. verbis deducens consequentiam: Hoc ergo & de domo, atque agris, hoc & de iis rebus, quæ iure pecuniario possidentur, hoc loco accipiendum est. Ita quidem vt pecuniæ nomine etiam iura comprehendantur. vt Gloss. adnotat d. can. totum quid quid homines possident. verbo pecunia. 2 nam verbo pecunia 1. strictius pecunia accipitur, sola numerata pecunia. ex Augustino can. si fœneraueris homini, id est mutuam pecuniam tuā dederis 1.14. q.3. ibique non pecuniam solam. & Hieronymo in can. putant quidam vsuram tantum esse in pecunia 2. eadem 14 q.3. vbi Gloss. verbo pecunia comminiscitur: strictè sumitur hic nomen pecunia. Nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes. vt 1.q.3. totum.

Pecuniam qui amat, eiusque tenetur desiderio, à iustitia recedit, & facillime iustitiam, quam gratis impertiri debet, acceptione pecuniæ vendit. ex Gregorio in can. qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat 66.11.q.3. inferente in fine: Acceptio nummorum præuaricatio veritatis est.

Pecunia materies est cunctorum criminum. Amorem proinde pecuniæ, quasi materiem cunctorum criminum Fugiant Clerici. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis in can. his igitur lege Patrum cauetur 3 post principium dist. 23. verbis inferente: Amorem pecuniæ quasi materiem cunctorum criminum fugiant. Eiusdem sensus videtur Augustinus lib. de pœnitentia in can. consideret qualitatem criminis. 1. col. 2. §. Defleat etiam, quoniam in vno offendens factus est omnium per ingratitudinem reus. de pœnitentia distinct. 5. verbis dicens, ac rationem reddens: Quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit; & etiam castitatem minorauit. Amor enim pecuniæ, vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret.

Pecunia proinde nemini debet esse causa peccandi. vti Petrus Apostolus (Actuum 8.20) Simoni illi Mago contestatus fuit: Pecunia tua tecum sit in perditione: quia Donum Dei existimasti pecunia possideri. Est enim simoniacæ hæresis ex Gregorio Nanzianzeno in can. qui studet donum Dei pretio mercari 11.1.q.1. Nec dissimiliter Ambrosius. hue magis. ex Concilio Toletano Octauo in can. reperiuntur quāplurimi negotio muneris percituri, mercari velle gratiam Spiritus sancti 7. eadem 1. q.1. & ipse protestans: obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem: Pecunia tua tecum sit in perditione; quoniam Donum Dei existimasti pecunia possideri. Eandemque perpensionem Vrbanus Secundus habuit L. præposito Ecclesiæ sancti Iuuentii apud Ticinum scribens. in can. Saluator prædicit in Euangelio 8.§. igitur, quia innotuisti nobis, quod tibi obiicitur, vtrum vendere Ecclesiasticam rem simoniacum sit. 1. q.3. deferens, & allatum locum Petri: Pecunia tua tecū sit in perditione, quoniam existimasti donum Dei pecunia possideri. Donum quippe Dei (inquiens) est Spiritus sanctus. & Donum Dei est res ipsi Ecclesiæ oblata. &c.

Pecunia iniquitatis nūcupatur. iuxta illud Domini (Lucæ 16.9.) Et ego dico vobis; facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt cum defecerttis recipiant vos in æterna tabernacula. Hoc est de pecunia per solicitudinem acquisita. ex Clemente epistola quinta in can. dilectissimis fratribus & condiscipulis Hierosolymis 2.§. communis enim vsus omnium, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. 12.q.1. verbis illis: Sed per iniquitatem alius hoc suum esse dixit, & alius illud; & sic inter mortales facta diuisio est. vbi gloss. verbo sed per iniquitatem. in fine: Vel per iniquitatem. id est per solicitudinem. vt ibi: facite vobis amicos de mammona iniquitatis, id est de pecunia, quę per solicitudinem est acquisita. ex Gratiano in can. qui habetis de malo, facite inde bonum 14. qui est Augustini. §. sed hoc multipliciter intelligitur. 14. q.5. inferente: De malo ergo bonum facit, qui pauperibus dispēsat, quod cum labore, & solicitudine acquisiuit iuxta illud Euangelii; facite vobis amicos de mammona iniquitatis.

Pecunia non ad alium vsum disposita est, nisi ad emendum. Est proinde ex se infructuosa pecunia. Quia ex pecunia reposita nullum capis vsum. Ex Ioanne Chrysostomo in can. eiciens Dominus vendentes; & ementes de templo 11. circa finem distinct. 88. potest tamen esse fructuosa vt subest industriæ. notat Caietanus 2. 2.q.79. art. 2. in responsione ad 1. circa secundam regulam. & art. 2. in respons. ad 6. Rota part. 1. in recentioribus dec. 72. n. 5. in fine. diximus respons. nostra 30. num. 115. cum sequentibus part. 1. & respons. 62. num. 13. part. 5. vbi plura deduximus.

Pedagia noua imponentes; vel imponere tentantes mercatoribus, vel peregrinis Romam petentibus, vel alia sacra loca visitantibus, eosque capientes, vel spoliantes, vel spoliare, tentantes, donec satisfecerint sunt excommunicati. ex Calixto Papa in can. si quis Romipetas, & peregrinos 23. 24. q. 3. ibique Gloss. vnica. Concinit Alexander Tertius in Concilio Lateranen in capit innonamus, vt presbyteri 2. siue finali extra de tregua, & pace. Hodie sunt etiam excommunicati in Bulla in Cœna Domini §. 9. & §. 18. vide apud Quarantam in summa Bullarum verbo excommunicatione in Bulla in Cœna Domini.

Pedem in diuersa ponere, vnum in diuinis, alterum in carnalibus, non licet. ex Hieronymo super Malachiam in can. sacerdotes nomen Domini despiciunt. 2. siue finali distinct. 49. verbis dicente: Claudum offert, qui lucra terrena quærentem locat; vt puta pedem in diuersa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: cui potest inferri illud de libro Regū (3. Regum 18.) Vsque quo claudicatis in duas partes? Rationem reddit gloss. ibidem verbo vsque quo. dicens: Nam

*Nam deficit ambobus, qui vult seruire duobus.* ex Augustino in *can. acutius intelligunt. 2. in fine distinct. 26.* & ipso asserente: *Itaque sicut duobus dominis seruire, sic ab vno Deo apostatare, & in alterius superstitionem ire, non licet.*

Pedes pro affectibus animę accipiuntur, qui sũt amor, & odium. ex Ambrosio lib. 2. de pœnitẽtia in *can. sunt, qui arbitrentur hoc esse pœnitentiam, si abstineant à sacramentis cœlestibus. 56. §. dicimus ergo, & agendam pœnitentiam, & eo agendam tempore, quo culpę deferuescat luxuria. de pœnitentia dist. 1.* super verbis Domini ad Moysen (Exodi 3.) *Solue calceamentum pedum tuorum.* subnectendo: *Quantò magis nos animę nostrę pedes exuere vinculis corporalibus, & gressus omnes mundi istius nexu debemus absoluere?* Pedes. id est affectiones *Gloss.* ibidem commentum agit. subiungens: *Vnde Augustinus super illum locum: In laqueo illo, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum. Dicitur pes animę amor: & si est ad bonum, dicitur charitas: si ad malum, dicitur cupiditas.*

Peius malum fore non existimatur: quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus. ex Gregorio Gratianus in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum amplius quàm debent, laudant 11. §. verùm hac auctoritate probantur spirituales à carnalibus accusari. in fine 6. q. 1.* dicens: *Et infra: Peius malum fore non existimo; quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus.*

Pellex dicitur, quam quis ad tempus habet causa saturandæ libidinis. ex Innocentio Papa I. Felici Episcopo Nocerino in *can. laici, qui habentes vxores baptizati sunt 6. in fine dist. 33.* illis verbis: *si nõ cõcubinã, nõ pellicem nouerint.* vbi *gloss.* verbo *si non pellicem.* idẽ aperit: *Pellicẽ vocat, quã quis ad tempus habet causa saturandæ libidinis.* Et Paulus libro 10. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. Massurius scribit 144. ff de verborum, & rerum significat.* Sic rem manifestius aperit: *Massurius scribit libro memorialium: Pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum vxor non esset, cum aliquo tamen viuebat: quam nunc verò nomine amicam, paulò honestiore concubinã appellari. Caius Flaccus in libro de iure Papyriano scribit: Pellicem nunc vulgo vocari, quæ cum eo, cui vxor non sit, corpus misceat: quosdam eam, quę vxoris loco sine nuptiis in domo sit.* Deducitque *Pardulphus Prateus in lexicon Iuris, siue de verborum significationi.* verbo *Pellex.*

Pœna duplex, temporalis videlicet, & æterna. punit proinde Deus quandoque peccata pœna temporali eos, qui ex ipsa pœna ad pœnitentiam excitantur peragendam in præsenti vita, eamque prosequuntur. *Qui autem inter flagella duriores, & deteriores fiunt, sicut Pharao; qui flagellatus à Domino, durior factus est; præsentibus ęterna connectunt; vt temporale supplicium sit eis æternę damnationis initiũ.* Gratianus in *can. sunt plures, quos pœnitet peccasse: sed non omnino 42. §. auctoritas illa Naum prophetę: Non iudicabit Deus bis. de pœnitentia distinct. 3.* &

Pœna ipsa temporalis dupliciter quoque perpenditur. & in hac præsenti vita, & in alia; temporaliter quidem, vt est ignis Purgatorii; *Hic autem ignis, & si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis passus est in hac vita, vel pati potest.* Augustinus libro de vera, & falsa pœnitentia in *can. qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis 5. distinct. 25.* de peccatis ergo pœnitentia hac vita agenda erit.

Pœna quoque temporalis, vel à Deo infligitur in hac vita, vel ab homine ipso, siue etiam superiore, quod facere debet, ne impunita delicta remaneant. ex Origine in *can. sed illud non otiose transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit 17. dist. 45.* & prosequitur Gratianus in *can. Ecclesia, quæ pactione consecrata fuerit, potiùs execrata, quam consecrata dici debet 11.* qui est Gregorii: *§. item peccato Ciuiũ, thesauri Hiericon anathematizati leguntur. 1. q. 4.* dilatè prosequens.

Pœna temporaliter nobis inflicta in hac vita per mala præsentia patienter ferenda, atque à Deo accipienda. Ambrosium excipe in Hæxameron in tractatu primi diei in *can. illa cauenda sunt, quę ex nostra voluntate prodeunt 6. in fine. 15. q. 1.* sequentibus aientem: *Mala enim non sunt, nisi, quæ crimine mentem implicant, & cõscientiam ligant. Cęterùm pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem, nemo sapiens mala dixerit, nec in malorum sorte numerauerit: quia nec contraria istis, in bonis habentur maximis: quorum alia nobis à natura, alia ex commoditate accidere videntur.* Idcirco enim non nulli in præsenti pœna afficiuntur vita, ne in æternũ flagellentur. ex Hieronymo in Naum prophetam in *can. Quid ergo, ait, contra Dominum cogitatis? 6. 23. q. 5.* sequentibus, non multo post principium, inferente: *Scitote enim ideo ad præsens reddidisse supplicia, ne in æternum puniret.* notatque *Gloss.* ibidem verbo *puniret.* explicat enim Hieronymus ibi illud prophetę: *Non vindicabit Dominus bis in id ipsum in tribulatione.* & in fine concludit: *Si quis autem punitus sit, vt ille in lege, qui Israelitimis maledixerat, & qui in Sabbato ligna collegerat: tales postea non puniri, quia culpa leuis pręsenti supplicio compensata sit.*

Pœna tamen quandoque in pręsenti subito ferit Deus propter criminis detestationem. vt notatur in *can. Anastasius secundus natione Romanus 9. distinct. 19.* in fine. verbis illis: *& quia voluit occultè reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino percussus est.* Rationem, siue modum reddit *Gloss.* ibidem verbo *diuino.* asserens: *Quia dum assellaret, emisit intestina, ignominiosè lapsus.* Quamuis quidam illã historiam de Anastasio non recipiant. vt adnotat Addens ad dictum *can. Anastasius.*

Pœna temporalis comminata ob pœnitentiam transfertur in posteros. vt in Achab, quia ieiunauit, & sacco se operuit. (3. Regum 21.) dicente Domino: *Quoniam reueritus est Achab faciem meam, non inducam malum in diebus eius.* Gratianus in *can. illud verò quàm mirabile est 26. §. ecce enim pœnitentia hic commendatur.* Et Hieronymus ad Rusticum scribens in *can. Achab rex impiissimus vineam Nabuthæ cruore possedit 27. de pœnitentia distinct. 3.* in fine subnectens:

ctens: *Vnum scelus Achab, & Iezabel; tamen cõuerso ad pœnitentiam Achab, pœna differtur in posteros: & Iezabel in scelere perseuerans præsenti iudicio condemnatur.*

pœna quoque triplex dicitur, æterna, corporalis, & spiritualis. & an vnus pro alio pœna præsertim æterna puniatur? & de pœnarum varietate pertractat *Gloss* in *summa* 1. q. 4. verbo *de quarta quæstione*. Nam ęterna pœna nullus pro alio punitur. quia ex Augustino ibidem *can*. 1. nullius crimen maculat nescientem. & *can. iam itaque* 8. ibidem. ex eodẽ Augustino.

pœna criminis ex tempore legis est, quę crimẽ inhibuit. Nec ante legem vlla rei damnatio est, sed ex lege. Ambrosius in libro de *Patriarchis*. in *can. dixit Sara ad Abraham* 3. post *principium* 32. q. 4. deduxitque *gloss*. in *cap. consuetudinem, quę in quibusdam partibus. vnico* §. *qui vero aliter de distributionibus ipsis quidquam receperit. de clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda* in 6. verbo *receperint*. Non multo post principium. rationem referens: *Quia pęna legis ex tempore legis.*

Pœna docente saltim cognoscere quilibet debet quãtum deliquerit. ex Gregorio Anthemio Subdiacono Campanię in *can. nunciatum est nobis Campaniæ Episcopos ita negligentes existere* 2. *in fine distinct.* 84. verba damus: *Si quem verò eorum post hæc negligentem esse cognoueris; ad nos eum sine aliqua excusatione transmitte; vt quàm sit graue nolle ab his, quę reprębensibilia, & valde vituperanda sunt, corrigi, regulari in se valeat districtione sentire.* Rationem reddit *Gloss*. ibidem verbo *in se valeat*. inferens: *Vt si stultus fuit in culpa, sapiens sit in pœna.* Eodemque ex Gregorio in pastorali in *can. qui ea, quę Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur*. 10. *distinct.* 38. Rationem reddente: *Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.* Nec diuersimodeque idem ipse Gregorius Vitaliano Sipontino Episcopo in *can. si custos religiosi habitus, aut esse nosses Episcopus*. 18. *in fine* 27. q. 1. verbis edicens rationem: *Vt quàm sit nefarium, quod cõmisit, ex tua possit districtione cognoscere.* & paulo post: *Vt quantum sit execrabile, quod presũpserit, postquam consideratione propria non aduertit, emendationis qualitate cognoscat.* Idemque Sergio Defensori in *can. si homo esses, aut aliquam discretionem habuisses* 19. *in fine. eadem* 27. q. 1. eundem admonens: *Nam si quolibet modo in hac re negligens, vel lentus extiteris, ita te districtissime noueris vindicandum, vt quod ex te nescis, pęna possis referante cognoscere.* Nec longe abiit Innocentius Tertius, tituli S. Laurentii in Lucina presbytero Cardinali Sedis Apostolice legato scribens, in *cap. nisi specialis illa dilectio, quam ad personam tuam habuimus, & habemus, iustum motum animi nostri temperaret, pęna docente cognosceres, quantum excesseris*. 3. *de officio legati extrà*. ibique *gloss*. verbo *pęna docente* Rationem infert: *Quia qui stultus est in culpa; sapiens fit in pęna.* Pœna ipsa docente, atque intellectum aperiente.

Pœnę infliguntur, vt medicinę, ad cohibendaque peccata. Hanc ob causam: Facientis culpam proculdubio habet, qui, quod potest corrigere, negligit emendare. Ioannes Octauus in *can. facientis culpam proculdubio habet* 3. *distinct.* 86. Rationẽ subitquens ex Apostolo (*ad Romanos*. 1.) *Scriptum quippe est: (Non solùm qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus) participes iudicãtur.* inferens. *Et negligere, cùm possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultè, qui manifesto facinori desinit obuiare.* Sunt ergo pęnę peccatorum medicinę. ex *Aristotele* 2. *ethicorum*. & *S. Thoma in* 4. *distinct*. 15. q. 1. *art*. 1. *in* 3. q. Ideoque in tantum pęnę rationem in seque continent Iustitiæ, in quantum per eas peccata cohibentur. Propter hanc causam, si ex inflictione alicuis pœnę, scandalum timeatur, schisma videlicet, vel quid in populo simile, expedit & à pœna desistere: Quia tunc inflictio pœnę non continebitur sub ratione Iustitiæ. *S. Thomas*. 2. 2. q. 43. *art*. 7. *ad* 1. sequitur *Lucas de Peana in l.* 3. *num*. 4. *C. de annonis, & tributis. libro* 10. Hinc est equidem, quod excommunicatio ipsa medicinalis ab Innocentio Quarto in Conciiio Lugdunen nuncupatur in *cap. cum medicinalis* 1. *de sententia excommunicat in* 6. sequiturque *Gloss*. in *cap. dilecto filio* 6. verbo *sibi met*. *in fine eodem titulo & libro*.

Pęnę proponuntur, vt saltim, qui non virtutis amore, pęnę saltim formidinę à peccãdo tẽperentur. ex Bonifacio VIII. in *cap. eum, qui beneficium, cui animarum cura imminet* 18. *in fine de prabendis, & dignitatibus in* 6. Nec diuersimode antea dixerat Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. Fraternitas tua ex persona satis pensare potest, qualiter valeant corrigi* 11. 12. q. 2. verbis admonens: *Et cùm paulò districtius agitur, ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennę ignibus tradatur.* Est ergo medicinalis pœna sic inflicta.

Pœnę proinde metu coercendi sunt delinquẽtes à delictis patrandis, & vt pęnę timoreque temeritatis audacia restenentur. secundum eundem Bonifacium Octauũ eodem *cap. eum, qui beneficium* 18. *in fine de prębendis, & dignitatibus in* 6. ibique notat *Gloss*. verbo *formidine pœnę*. sequaturque illud;

*Oderunt peccare mali formidine pœnę.*

Quia profecto Quisquis conatus fuerit tentare, prohibita: sentiet, & cẽsuram Sedis Apostolicæ minimè defuturam. vt Cœlistinus Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabriæ contestatus fuit in *can. docendus est populus, non sequendus*. 2. *dist*. 62. Vt metus pęnę meta huiusmodi præsumptionis existat. Innocentius IV. in Concilio Lugdunen rationem reddidit in *cap. pro humani redemptione generis* 1. §. *cum igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate de homicidio in* 6. & In Concilio Generali Innocentius Tertius in *cap. irrefragabili constitutione sancimus, vt Ecclesiarum prælati* 13. §. *caterum, si canonici absque manifesta, & rationabili causa. in fine de officio Iudicis ordinarii extra*. Rationem inferens quare id pręcipiat: *Quod*

*metu*

*metu pęnę talia de cætero non præsumant*. ibique notat *Glossa* verbo *metu pænę* proferens illud Horatii.

*Oderunt peccare boni virtutis amore:*
*Oderunt peccare mali formidine pęnę.*

Quia nimirũ ferro abscindenda sunt vulnera, quæ fomentorum non sentiunt disciplinam. vt *Glossa* ibidem subnectit, rationem referens. ex Syriaco Papa ad Himerium Tarraconen Episcopum in *can. quia aliquanti. de quibus loquimur, vt tua sanctitas retulit*. 4. *in fine distinct*. 82. Nec dissimilibus verbis Symmachus Papa in Synodo Sexta Romana in *can. in canonibus in Gangrensi Ecclesia Apostolica auctoritate conditis* 57. §. *ferro enim abscindenda sunt vulnera, quę fomenta non sentiunt*. 16. *quęst*. 1. Nec dedeceat metu pœnę homines à temeritatis audacia refrenare. ad Clementis V. in Concilio Viennen sentiu in *Clement. eos, qui diuino timore postposito. vnica de consanguinitate, & affinitate*. Vt quos propria voluntas non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. ex Concilio Toletano IV. in *can. plerique ex Iudæis, qui dudum ad Christianam fidem promoti sunt*. 94. *de consecrat. distinct*. 4.

pœnam soluere quis non tenetur, præsertim verò in foro conscientię, antequam per Iudicem ad illam damnetur soluendam. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopũ in *can. fraternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi* 11. §. *finali* 12 *q*. 2. verba sunt Gregorii: *Addis etiam quo augumento ea, quæ furto de Ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, vt Ecclesia cum augumẽto recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat*. vbi peroptime *Glossa* putata singularis verbo *cum augumento in fine*. quamuis quidem teneatur damnum resarcire. ex *Glossella* Marginali ibidem. & confirmatur ex *S. Thoma* 2. 2. *q*. 62. *art*. 3. *in corpore* Qui sequentibus dat doctrinam: *Sed quantum ad culpam adhibetur remedium per pœnam. cuius inflictio pertinet ad Iudicem: & ideo antequam sit condemnatus per Iudicem, non tenetur restituere plus, quàm accepit: sed postquam condemnatus est, tenetur pęnam soluere*. sequitur *Nauarrus cons*. 4. *lib*. 5. *de iniuriis, & damno dato*. & *cons* 92. *nu*. 3. *lib*. 5. *de simonia*. *Felinus in cap*. 1 *de constitutionibus. in* 6 *fallentia n*. 41. *in* 3. *casu*.

pœna Synodalis in foro conscientiæ soluenda non est. ex *Glossa* singulari in *Clement*. 2. §. 1. *& tam ipsorum, quam Episcoporum. de hæreticis*. verbo *officii in fine*. Quam tacit magni *Nauarrus cons*. 15. *nu*. 2. *in fine libro* 4. *de clandestina desponsatione*.

pœna grauior maioritatem indicat delicti. ex Augustino in *can. non afferamus stateras dolosas, vbi appendamus, quod volumus*. 21. 24. *quæst*. 1. in fine verbis hoc significante, argumento à posteriori: *Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum?* Rationem reddit *Gloss*. ibidem verbo *sceleratius*, verbis proferens: *Nam dicit lex, quod maiora delicta maioribus pœnis, minora minoribus sunt punienda. & in delicto ęquali propinquas esse pœnas*. Ex Iustiniano Cæsare in *Authentico vt fratrum filii succedant pariter ad imitationem fratrum, etiam ascendentibus extantibus. collatione* 9. § *quia vero interdiximus duarum per nostram legem, & viris, & mulieribus repudia mittere*. In ratione, quam reddit: *In delicto enim æquali proximas eis imminere pęnas, iustũ esse putamus*. Proximas. hoc est pares. ex *Gloss*. ibidem verbo *proximas* adnotante: *par delictum parem exigere pœnam*.

pęna grauior debetur ei, qui maiori dignitate fulcitur, si peccauerit. ex Liberio Papa ad Athanasium in *can. qui contra Ecclesię pacem sunt* 32. 24. *q*. 1. ibique notat *Glossa*. ex Concilio Ilardensi in *can. nullus clericorum seruum, aut discipulũ*. 19. *in fin*. 17. *q*. 4. disponente Cõcilio: *Si qui Clerici in mutuam cędem proruperint: pro vt dignitas officiorum in tali excessu contumeliam pertulerit, a Pontifice districtius vindicetur*. Rationem reddit *Glos*. ibidem verbo *dignitas*. Quia secundum dignitatem punitur aliquis. ex Concilio Brachatensi Tertio in *can. cum beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiat*: 8. *distinct*. 45. & Codice Thodosiano Gratianus in *can quia iuxta canonicas patrum sententias* 3. §. *presbyteri citra iniuriam quæstionis testimonium dicant*. 5. *quæst*. 6. verba sunt Cæsaris ad medium: *Multò magis enim pęna digni sunt, quibus quàm plurimum honoris per nostram iussionem delatum est, si occultè inueniantur in crimine*.

pœna peccatũ supponit, quia pro peccato pęna imponitur. In pęna igitur prętiũ esse nõ põt. ex August. ad Aureliũ in *can. legi Epistolã benignitatis tuę de Donato*. 36. *in ipso principio* 26. *q*. 1. verba damus Augustini: *Sed tamen etiam, atque etiam cogitanti quid sit vtile saluti eorum, quibus in Christo nutriendis seruimus: nihil mihi aliud occurrere potuit, nisi non esse istam viam dãdam seruis Dei, vt se facilius putent eligi ad aliquid melius, si facti fuerint deteriores*. Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *deteriores* inferens: *Nam nemo ex delicto suo facit conditionem suam meliorem. & è conuerso, ex merito non debet quis consequi pœnam*. Pęna ergo peccatum supponit. Neque ex peccato quis præmium mereri potest. ex Cypriano Magno scribenti in *can. didicimus omnes omnino hæreticos, & schismaticos nihil habere potestatis, ac iuris*. 31. *paulo ante finem* 24 *quæst*. 1. dicente: *Quę ergo apud eos merita esse circa Deum possunt, quibus supplicia diuinitus irrogantur?* Rationem refert *Gloss*. ibidem verbo *supplicia*. Satis ad rem: *Nam in pęna non potest esse præmium. argumento* 16. *q*. 1. *legi*. Nec dispendium esse debet cõsequenterque pęna, vbi præmium quis meretur. ex Lucio Tertio Elien Episcopo, & Archidiacono Noruicen scribente in *cap. peruenit ad nos ex conquæstione. R. Clerici* 2. *post principium extra de fideiussoribus*. Eisque rationem reddente, atque consequentiam inferente: *Ne igitur dispendium patiatur, vnde videtur præmium meruisse*. ibique *Gloss*. verbo *dispendium* in fine & ipsa doctrinam tradit: Similiter è conuerso, non debet præmium consequi, vnde pęnam meretur. Relatiui nãque

que

que videntur termini, pęna ad peccatũ, & ad meritũ pręmiũ. demõstrat hoc ipsũ Innocẽtius Tertius Compostellano Archiepiscopo, & vniuersis Episcopis in regno Legionen constitutis in *cap. & si necesse sit 5. in fine de donationibus inter virum, & vxorem, & dote post diuortium restituenda.* rescribens, aiensque: *Ne ad commodum ei cedat, quod debet in pęnam eius potius retorqueri.* vbi *Glos.* rationem refert: *Ex improbitate nemo consequitur actionem.* Ex Vlpiano lib. 29. ad Sabinum in *l. itaque fullo, qui curanda, poliendaque vestimenta accepit 12. in fine principii ff. de furtis.* loquente: *Sed nemo de improbitate sua consequitur actionem.* Ex peccato ergo pęna. In pęna vero præmium esse nõ potest. Quia pęna peccatum supponit.

Pęna delicto debita minuitur propter adiunctũ bonũ. ex Augustino de bono coniugali in *can. quidquid inter se cõiugati 3. 32. q. 2.* in argumẽtũ assumpto: quatenus probat cõmistionẽ inter coniuges, quãuis immoderatam excusari ob coniugii bonum. Accedit Ambrosius ad eundem sensum in *can. dixit Sara ad Abraham 3. eadem 32. quæst. 4.* Abraham curans: *Quod non ardore aliquo vaga succensus libidinis, non petulantis forma captus decore, ancillę contubernio coniugalẽ postbabit thorum: sed studio quęrendę posteritatis, & propagandæ sobolis.* In fin [illegible] adiungens: *Denique & Loth sancti filię hanc causam quærendę posteritatis habuerunt ne genus deficeret humanum: & ideo publici muneris gratia priuatam culpam prætexuit.* ex quo glos. verbo *prætexuit* infert: *Quod malum factum excusatur per bonam intentionem.* & *gloss.* in *can. si vir simplex votum virginitatis habens adiungitur vxori 3. distinct. 27.* verbo *sed tribus annis.* in fine, per illum textum infert: *Et sic habes, quod minuitur pęna delicti propter adiunctum bonum.* Vnde est etiam, quod minus punitur, qui publice delinquit, quam qui priuate, si putauit sibi licere. ex Concilio Neocæsariensi in *can. presbyter si vxorem duxerit 9. distinct. 28.* in argumentum sumpto. adiuncta *Gloss.* ibidem verbo *ab ordine.* ex Paulo libro singulari ad Senatus Consultum Iulianum in *l. Iure gentium incestum committit 68. sine finali ff. de ritu nuptiarum.* Rationem reddit Paulus: *Si quidem palàm fecerit, leuiùs: si vero clam hoc commiserit, grauius puniatur. Cuius diuersitatis illa ratio est circa matrimonium, quod ex latere non bene contrahitur palam delinquentes, vt errantes, maiori pęna excusantur: clam committentes, vt contumaces plectuntur.* & notat *gloss.* ibidem. verbo *palam fecerit.*

Pœna peccatum excedere non debet, sed commensurari delicto. ex Cęlestino Tertio Claremonten Episcopo in *cap. quæsiuit 2. in fine de his, quæ fiunt à maiore parte capituli.* Rationem reddente: *Cum peccata suos auctores tenere debeant, nec pęna sit vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedente repertum.* Et ex Leone Papa ad Episcopos Africę in *can. si qui episcopi talem consecrauerint sacerdotem, qualem non liceat 43. 1. q. 1.* illis verbis: *Nec illi vmquam sacramento intererunt, quod neglecto diuino iudicio immerito pręstiterunt.* ibique *gloss.* verbo *illi.* Rationem referens: *Quia hęc pœna est; & ideo non debet ampliùs extendi, quàm inueniatur delictum. & in quo quis deliquit, in eo puniri debet.* Glossa subnectit ibidem verbo *vmquam.* ex Nicolao Papa Frontario Archiepiscopo Busdegalensi in *can. de viro nefario, Burgando nomine 17.* & Gelasio Papa Maiorico, Sereno, & Ioanni Episcopis in *can. qui, & diuinis, & humanis legibus inciuili damnatione calcatis 24. 12. quæst. 2.* dicente Gelasio: *Merito diuini muneris participatione sunt priuãdi: vt huiusmodi perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui.* Quia nimirum *respiciendum est iudicanti, ne quid aut duriùs, aut remissiùs constituat, quàm causa deposcit.* Marcellus vt tradit lib. 2. de publicis Iudiciis in *l. respiciendum. 11. in principio ff. de pęnis.* & vt Paulus libro 9. Quæstionum in *l. ex facto quęritur 43. §. Iulianus Longinus pater. post medium ff. de vulgari, & pupillari substitutione.* In ratione, quam reddit: *Satis enim punitus est in eo, in quo fecit contra leges.* Quia pęna delicto correspondere det. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. vt Clericorum mores, & actus in melius reformentur. 13. §. ne verò facilitas veniæ. de vita, & honestate clericorũ.* decernente: *Pro vt magis, aut minus peccauerint puniãtur secundum canonicas sanctiones.* Quia profecto pęna secundum Iustitiæ proportionem peccato æquari debet. ex *S. Thoma 2. 2. q. 108. art. 4. in corpore.* Vt seuetur quod dixit ille.

*Plus quàm peccatur, non vltrà pęna trahatur.*

quod refert *Glossella* Marginalis ad tex. in *d. cap. quæsiuit. 2. de his, quę fiunt à maiori parte capituli.* ad *Glossam* verbo *deliquerit.* Nec abhorruit *gloss.* in *Clement. eos, qui diuino timore post posito. vnica de consanguinitate, & affinitate.* verbo *eos. in fine.* Inferens consequentiam, dicensque *Nunc cessat culpa. ergo & pęna.* Vt ę quo iudicio, in quo deliquerint, puniantur. vt Innocentius Tertius in Concilio Generali statuit in *ca. ad liberandã terram sanctam 17. in fine de Iudæis, & saracenis, & eorum seruis.*

Pœnę his, qui peccauerunt, debentur. Quia illę auctores suos, peccatorum videlicet perpetratores, tenere debent. Cęlestino Tertio Claremonten Episcopo in *cap. quęsiuit 2. in fine de his, quę fiunt à maiori parte capituli.* dicente, ac rationem inferente: *Cùm peccata suos auctores tenere debeant.* Quia alteri per alterũ non debet iniqua conditio inferri. vt dixit *Gloss.* in *can. denique si non potest subueniri alteri 10. 14. q. 5.* verbo *neutrum in fine.* & Pomponio lib. 1. Quæstionum in *l. non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. 75. ff. de regulis Iuris.* Et decreuere Arcadius, & Honorius Augusti in *l. sancimus ibi esse pœnam, vbi & noxa est. 22. §. finali C. de pęnis.* statuentes: *Peccata igitur suos teneant auctores, nec vlterius progrediatur metus, quàm reperiatur delictum.*

Pœnæ molliendæ legum interpretatione sunt, non exasperandæ. ex Hærmogeniano libro 1. Iuris Epitomatum in *l. interpetratione legum pęnæ mollienda sunt, priùs, quàm exasperandę. 42. ff. de pęnis.* Et hanc legem inter sacros retulit canones Gratianus in *can. pęna (sicut in*

Ffff di-

digestis titulo de pœnis legitur.18. de pœnitentia distinct.1.concinit Bonifacius Octauus in regula odia restringi 15. de regulis Iuris in 6. Nauar.cons.8. num.3.lib.2.de Iure Iurando. deduximus respons. nostra 60. num.20. & 21. part.3.

Pœna ipso iure imposita ad casum non expressum extendenda non erit. ex Gregorio IX. Archiepiscopo Eboracen in cap. transmisse ad nos tuę litterę continebant 31. siue finali. §. consultationi tuę taliter respondemus.de Iure patronatus.illis verbis: Quod cū ex vi iuris patronatus nō cōcessio,sed præsentatio pertineat ad patronum &c.ibique gloss. verbo ex vi iuris patronatus in fine; inferens: Nec est iste casus,in quo priuetur quis potestate eligendi: quia cùm sit illud pœna, non debet imponi, nisi exprimatur,quod sit imponenda. & hanc Glossam ad hoc singularē, atque receptam prędicat Nauar. cons.8 num. 2 libro 2.de iure iurando. Quod videlicet pœna priuationis alicuius iuris non est dicenda cuipiam imposita, nisi eam lex expresse ponat. Deducitur ex Iustiniano Cæsare in Authentico de non eligendo secundo nubentes mulieres.collatione 1.§.siu autem non valuerit(cum forsan & iuuenis) Circa medium. verbis edicente:Nec quęlibet est lex aliquid ta e dicens:sic, neque matres priuabimus filiorum successione, si matres ad virum venient secundum,licet ante nuptias secundas, aut post secundas filii moriantur. Quia quod lex non dicit,neque nos dicere oporteat. sequitur Crescentius decis.6. nu.6.de Iure patronatus. qui nu.18.20.& 21.limitat fauore animę,& Ecclesiarum.

Pœna pecuniaria potest imponi Clericis. ex Septima Synodo in can.quoniam quidem regula est, qua dicit.7. in fine d stinct.18. illis verbis: Quod si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum.ibique peroptime Glossa verbo quadruplum. Allegat Concilium Toletanum 11. in can.quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus.6. in fine d stinct.23. verbis edicente: Pœna etiam iuxta Ecclesiasticę consuetudinis morem,& placitis inferenda,& ab iis, qui transgressores fuerint,persoluenda est.ibique notat Glossa verbo transgressores. Quia nimirum potest Ecclesia pecuniariam pœnam infligere. ex Anastasio Papa in can. statuimus, vt si quis oblationes Ecclesię 55. in fine 1. q.1. ibique Gloss. verbo Bannum.allegans 18.distinct.quoniam.

Pœna vbi imponenda fuerit,nulla debet interuenire mora. Quiastatim post delictum quis agere debet pœnitentiā,exemplo Domini,qui Adam statim post peccatum puniuit. Ambrosium excipe in libro de pœnitentia in can. Adam post culpam 80. de pœnitentia distinct. 1. ambrosiam ex ore verbis profluentem: Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit.Non distulit; sed statim separauit à delitiis,vt ageret pęnitentiam: statim tunicam vestiuit pelliceam, non sericam. ibique notat Gloss. prima. Quod statim post delictum debet quis facere pœnitentiam.Idem sequitur gloss.in can. de persona autem consecrandi Episcopi 4. in fine distinct.65.verbo morę.& ipsa dicens: vbi pęna est imponenda, nulla mora debet interuenire. de pęnit.distinct.1. Adam. Concinit Gregorius in can. sicut sine iudicio quemquam 3.2. quęst.1. verba sunt eius: Sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari; ita quę iustè desinita fuerint, nulla patimur excusatione differri.

Pœna à malo remouere debet, quos Dei timor non auertit.ex Alexandro Tertio in Concilio Generali Lateranen in cap. cùm in cunctis sacris ordinibus 7.§.finali de electione, & electi potestate.Excipe illum in ratione,quam reddit: Dignum est enim, vt quos Dei timor à malo non reuocat,Ecclesiastica saltem coerceat seueritas disciplinę.ibique gloss.verbo coerceat.Nec diuersis verbis Bonifacius Octauus in cap. cum, qui beneficium 18.circa finem.de prebendis,& dignitatibus in 6. ipse dicens: Et si non virtutis amore,pęnæ saltē formidine à suę temeritatis audacia refrænentur.ibique Gloss.verbo formidine. Nam in pęna eorum; interdicitur aliis andacia similia pręsumendi. Rationem dedit Innocentius Tertius in Concilio Generali in cap.ad liberandam terram sanctam 17. in fine de Iudęis.& saracenis,& eorum seruis.ex quo glos. verbo aliis interdicatur.infert:Sic ergo pęna vnius est metus alterius. ex Gelasio Papa in can qua propter nec clericorū quispiā 47.2.q.7.verbis illis:rationē deferens: Et transgressionis vltio fiat,& cæteris intēditio delinquendi. Vt cæteri simili pęna perterriti ad similia non prosiliant. ex Innocentio Tertio Zamoren. Segubien.& Abulen Episcopis in cap.cum dilectus filius magister scholarum 2.siue finali in fine de calumniatoribus. Et quàm sit nefarium quod commisit,ex tua possit districtione cognoscere. Gregorius Sipontino respondit Episcopo in can. si custos religiosi habitus, aut esse nosses Episcopus.18. in fine 27.quæst.1.paulo post addens: Vt quantum sit execrabile, quod præsumpserit, postquam consideratione propria nō aduertit, emendationis qualitate cognoscat. Nec diuersimode Clemens V.in Concilio Vienen in Clement.vnica de consanguinitate & affinitate circa medium.subnectēs: Frenare metu pœnę ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes. Quia nimirum plures pęnarum grauitas, quàm Dei timor arcere solet à voluntate peccandi. vti Paulus Venetus Papa Secundus protestatus fuit in extrauaganti cùm detestabile scelus simoniacę prauitatis 2. siue finali in ipso principio.de simonia inter communes.Quia profecto

Pęnæ timore sunt cæteri in iustitia præseruādi. ex Alexandro Tertio in cap.1. in fine de excessibus pręlatorum, & subditorum. Comminante:Pro tantis excessibus vos taliter punimus, quòd timore pęnæ vestræ, cęteri à similibus abstinebunt. Nec à sensu discessit eodem Symmacus Papa in Sexta Synodo Romana in can.similiter, & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam 58.in fine 16.quæst.1.& ipse protestans: Vt qui moribus propriis, ac nulla conscientię castigatione corriguntur,saltem Ecclesiasticę,& canonicę vindicta persodiantur aculeis. Nam sunt non nulli, qui malorum metu, & suppliciorum timore complentes,quę in lege scripta sunt, perueniunt ad salutem.verbis pronunciamus Hierony-

ronymi in libro Iosue in *can. cum ergo in singulis quibusque fidelibus talis sit propositi veritas* 11. *in fine* 24. *quæst*. 3. Vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. Gregorius ad Ianuarium Episcopum scribens deduxit in *can. contra idolorum cultores, & aruspices, atque sacrilegos* 10. *in fine* 26 q. 5. Et cæteri à tali præsumptione, vltionis illius timore reuocentur. Gelasius vt contestatus fuit Papa Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, & Timotheo Episcopis scribens in *can. frater, & coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit* 10. *in fine* 17. *quæst*. 4.

Pœnitentia vera sicut veniam promeretur; ita simulata Deum irritat. Quia Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. (Sapientiæ 1.) Isychius in Leuiticum in *can. inter hæc hircū, qui oblatus fuerat*. 35. *in fine de pœnitentia distinct*. 3.

Pœnitentia, quantumuis grauis, imposita in foro pœnitentiali pro quocumque crimine, non tollit pœnam imponendam in foro Iudiciali, cùm vna ad vnum finem tendat, altera ad alium. Ex Stephano Papa V. Hastulpho in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curauimus* 8. *circa medium* §. *prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda*. 33. q. 2. verba sunt Stephani: *Nam si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est; post septem annos pœnitentia peracta, dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses*. vbi *gloss*. verbo *pœnitentia* argumentum deducit: *Quod post peractam pœnitentiam, & crimen purgatum, potest quis accusari de crimine illo*. Ex Nicolao Papa Salomoni Constantiensi Episcopo in *can. presbyter, aut diaconus* 2. §. *fine finali*. 15. *quæst*. 5. illis verbis: *Et si tamen notum sit Episcopo esse scelus ab ipso perpetratum; non potest per aliquam pœnitentiam, sacerdotali, vel diaconali officio potiri*. Rationem excipe ex *Gloss*. ibidem verbo *pœnitentiam*. satis aptam: *Quia pœnitentia non restituit aliquem in dignitati, sed gratiæ tantum*. Ex Augustino in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam*. 1. *de pœnitentia distinct*. 6. in ipso principio. & ex *Glossa* solemnis reputata in *cap gaudemus in Domino* 8. *in fine de diuortiis*. Ad verba illa Alexandri Tertii Tiberiadensi Episcopo: *Quamuis quoque secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur: non tamen dimissor poterit obiicere fornicationem dimissæ, quod nupsit alii post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata*. ad verbum *poterit obiicere*. post medium. quæ sequentibus ferur: *Sic etiā per pœnitentiam tollitur crimen, quod mulier contraxit fornicando, quò ad Deum: & tamen post quantamcumque pœnitentiam potest maritus illā accusare*. 33. q. 2. *admonere. nec eam etiam recipere compellitur post pœnitentiam*. ex Gregorio IX. in *cap. gaudemus in Domino* 19. *de conuersione coniugatorum*. Sic Glossa singularis.

Pœnitentiam de admissis, nisi egeris, saluus esse non poteris. Augustinum habeas ad Bonifacium in *can. quemadmodū membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore* 4. *fine finali*. §. *sed hoc est, inquiunt, quod nos monet*. 23. *quæst*. 7. verbis dicentem: *Quare (inquit) apud te pœnitentiam non ago? Imo nisi egeris saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correptum, nisi doleas fuisse peruersum?* Rationem quoque habes ex Leone Papa Galerio Episcopo Tripolitano in *can. audiuimus à quibusdam, quod in vestris diœcesibus, ac finibus*. 13. 33. q. 2. verbis edicente: *In quo errant, & de veritatis calle discedunt: Quia pro omnibus illicitis pœnitentiam vnusquisque Christi nominis cultor sustinere, ac peragere summopere debet, dicente Domino*: (Matthæi 3) *Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cœlorum*. Nec diuersimode Isychius in Leuiticum in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat*. 35. *in ipso principio de pœnitentia distinctione* 3. Rationem referens: *Quia omne peccatum per pœnitentiam deletur*. vbi *gloss*. verbo *quia omne*. Argumentum perficit: *Rectè pro peccato offertur hircus, per quem pœnitentia designatur: quia omne peccatum per pœnitentiam deletur*. Pœnitentiam igitur agamus de commissis, vt salui esse possimus.

Pœnitentia non valet ad salutem, nisi perseueret quis animo vsque ad finem. Cùmque insperata mors pœnitentem non inuenerit, proculdubio in æternum peribit. Gregorius in *can. si quis neque sanctis pollens moribus*. 115. *in fine* 1. *quæst*. 1. ibique *Gloss*. verbo *mors*. subsequitur: *In quolibet crimine non valet pœnitentia ad salutem, nisi perseueret animo vsque in finem*. & Isychius in Leuiticum in *can. inter hæc hircus, qui oblatus fuerat*. circa finem *de pœnitentia distinct*. 3. ad verba Pauli (ad Hebræos 10.) *Voluntariè enim peccantibus non relinquitur hostia pro peccato*. Rationem prosequitur: *Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur: ita simulata Deum irritat: Quia Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum*. (Sapientiæ 1.) *Hoc autem Sancti Patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in Spiritum Sanctum dixerunt; in sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerare, de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia redemptoris diffidere*. Et ex illo Ioannis Chrysostomi per Gratianum relati in *can. quis aliquando vidit Clericum citò pœnitentiam agentem?* 87. §. *his auctoritatibus asseritur, neminem sine pœnitentia*. *de pœnitentia distinct*. 1. *colum*. 1. *in fine versiculo*. *Item illud Ioannis Chrysostomi*. verbis illis: *Apud verum Iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientia tua memoria, & tunc demum spera misericordiam te posse consequi*. quem locum refert etiam *Gloss*. dicto *can. si quis neque sanctis pollens moribus*. verbo *mors*.

Pœnitentia etiam in extremis constitutis deneganda non est: *Quia misericordiæ Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio*. Ex Leone Papa Theodoro Foroliuiensi Episcopo in *can. multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis* 49. §. *his autem, qui in tempore necessitatis; & periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis im-*

*digestis titulo de pęnit legitur.* 18. *de pęnitentia distinct.* 1. concinit Bonifacius Octauus in *regula odia restringi* 15. *de regulis Iuris in* 6. *Nauar. consil.* 8. *num.* 3. *lib.* 2. *de Iure Iurando.* deduximus *respons.* nostra 60. *num.* 20. & 21. *part.* 3.

Pęna ipso iure imposita ad casum non expressum extendenda non etit. ex Gregorio IX. Archiepiscopo Eboracen in *cap. transmissę ad nos tuę litterę continebant* 31. *sine finali.* §. *consultationi tuę taliter respondemus. de Iure patronatus.* illis verbis: *Quod cū ex vi iuris patronatus nō cōcessio, sed præsentatio pertineat ad patronum &c.* ibique *gloss.* verbo *ex vi iuris patronatus* in fine: inferens: *Nec est iste casus, in quo priuetur quis potestate eligendi: quia cùm sit illud pœna, non debet imponi, nisi exprimatur, quod sit imponenda.* & hanc Glossam ad hoc singularē, atque receptam prędicat *Nauar. consil.* 8 *num.* 2 *libro* 2. *de iure iurando.* Quod videlicet pœna priuationis alicuius iuris non est dicenda cuipiam imposita, nisi eam lex expressè ponat. Deducitur ex Iustiniano Cæsare in *Authentico de non eligendo secundo nubentes mulieres. collatione* 1. §. *siu autem non valuerit (cum forsan & iuuenis)* Circa medium. verbis edicente: *Nec quęlibet est lex aliquid ta'e dicens: sic, neque matres priuabimus filiorum successione, si matres ad virum venient secundum, licet ante nuptias secundas, aut post secundas filii moriantur.* Quia quod lex non dicit, neque nos dicere oporteat. sequitur *Crescentius decis.* 6. *nu.* 6. *de Iure patronatus.* qui *nu.* 18. 20. & 21. limitat fauore animę, & Ecclesiarum.

Pœna pecuniaria potest imponi Clericis. ex Septima Synodo *in can. quoniam quidem regula est, quæ dicit.* 7. *in fine distinct.* 18. illis verbis: *Quod si hoc egisse conuictus fuerit, soluat quadruplum.* ibique peroptime *Glossa* verbo *quadruplum.* Allegat Concilium Toletanum 11. in *can. quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus.* 6. *in fine distinct.* 23. verbis edicente: *Pœna etiam iuxta Ecclesiasticę consuetudinis morem, & placitis inferenda, & ab iis, qui transgressores fuerint, persoluenda est.* ibique notat *Glossa* verbo transgressores. Quia nimirum potest Ecclesia pecuniariam pœnam infligere. ex Anastasio Papa in *can. statuimus, vt si quis oblationes Ecclesię* 55. *in fine* 1. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *Bannum.* allegans 18. *distinct. quoniam.*

Pœna vbi imponenda fuerit, nulla debet interuenire mora. Quia statim post delictum quis agere debet pœnitentiā, exemplo Domini, qui Adam statim post peccatum puniuit. Ambrosium excipe in libro de pœnitentia in *can. Adam post culpam* 80. *de pœnitentia distinct.* 1. ambrosiam ex ore verbis prolluentem: *Adam post culpam statim de paradiso Deus eiecit. Non distulit; sed statim separauit à delitiis, vt ageret pęnitentiam: statim tunicam vestiuit pelliceam, non sericam.* ibique notat *Gloss. prima.* Quod statim post delictum debet quis facere pœnitentiam. Idem sequitur *gloss.* in *can. de persona autem consecrandi Episcopi* 4. *in fine distinct.* 65. verbo *morę.* & ipsa dicens: *vbi pęna est imponenda, nulla mora debet interuenire. de pęnit. distinct.* 1. *Adam.* Concinit Gregorius in *can. sicut sine iudicio quemquam* 3. 2. *quęst.* 1. verba sunt eius: *Sicut sine iudicio quemquam nolumus condemnari; ita quę iustè definita fuerint, nulla patimur excusatione differri.*

Pęna à malo remouere debet, quos Dei timor non auertit. ex Alexando Tertio in Concilio Generali Lateranen in *cap. cùm in cunctis sacris ordinibus* 7. §. *finali de electione, & electi potestate.* Excipe illum in ratione, quam reddit: *Dignum est enim, vt quos Dei timor à malo non reuocat, Ecclesiastica saltem coerceat seueritas disciplinę.* ibique *glos.* verbo *coerceat.* Nec diuersis verbis Bonifacius Octauus in *cap. eum, qui beneficium* 18. *circa finem. de prabendis, & dignitatibus in* 6. & ipse dicens: *Et si non virtutis amore, pęna saltē formidine à suę temeritatis audacia refranentur.* ibique *Gloss.* verbo *formidine.* Nam in pęna eorum; interdicitur aliis audacia similia pręsumendi. Rationem dedit Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. ad liberandam terram sanctam* 17. *in fine de Iudęis. & saracenis, & eorum seruis.* ex quo *glos.* verbo *aliis interdicatur.* infert: Sic ergo pęna vnius est metus alterius. ex Gelasio Papa in *can quapropter nec clericorū quispiā* 47. 2. q. 7. verbis illis: rationē deferens: *Et transgressionis vltio fiat, & cæteris intedictio delinquendi.* Vt cæteri simili pęna perterriti ad similia non prosiliant. ex Innocentio Tertio Zamoren, Segubien, & Abulen Episcopis in *cap. cum dilectus filius magister scholarum* 2. *sine finali in fine de calumniatoribus.* Et quàm sit nefarium quod commisit, ex tua possit districtione cognoscere. Gregorius Sipontino respondit Episcopo in *can. si custos religiosi habitus, aut esse nosses Episcopus.* 18. *in fine* 27. *quæst.* 1. paulo post addens: *Vt quantum sit execrabile, quod præsumpserit, postquam consideratione propria nō aduertit, emendationis qualitate cognoscat.* Nec diuersimode Clemens V. in Concilio Vienen in *Clement. vnica de consanguinitate & affinitate circa medium.* subnectēs: *Frenare metu pœnę ab huiusmodi eorum temeritatis audacia cupientes.* Quia nimirum plures pęnarum grauitas, quàm Dei timor arcere solet à voluntate peccandi. vti Paulus Venetus Papa Secundus protestatus fuit in *extrauaganti cùm detestabile scelus simoniacæ prauitatis* 2. *sine finali in ipso principio. de simonia inter communes.* Quia profecto

Pęnæ timore sunt cæteri in iustitia præseruādi. ex Alexandro Tertio in *cap.* 1. *in fine de excessibus prędatorum, & subditorum.* Comminante: *Pro tantis excessibus vos taliter puniemus, quòd timore pęna vestræ, cęteri à similibus abstinebunt.* Nec à sensu discessit eodem Symmacus Papa in Sexta Synodo Romana in *can. similiter, & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam* 58. *in fine* 16. *quæst.* 1. & ipse protestans: *Vt qui moribus propriis, ac nulla conscientiæ castigatione corriguntur; saltem Ecclesiasticę, & canonicæ vindictæ persodiantur aculeis.* Nam sunt non nulli, qui malorum metu, & suppliciorum timore complentes, quę in lege scripta sunt, perueniunt ad salutem. verbis pronunciamus Hierony-

ronymi in libro Iosue in *can. eum ergo in singulis quibusque fidelibus talis sit propositi veritas* 11. *in fine* 24. *quæst.* 3. Vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba contemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem. Gregorius ad Ianuarium Episcopum scribens deduxit in *can. contra idolorum cultores. & aruspices, atque sacrilegos* 10. *in fine* 26 *q.* 5. Et cæteri à tali præsumptione, vltionis illius timore reuocentur. Gelasius vt contestatus fuit Papa Victori, Constantino, Martyrio, Felicissimo, Sereno, & Timotheo Episcopis scribens in *can. frater, & coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione sugessit* 10. *in fine* 17. *quæst.* 4.

Pœnitentia vera sicut veniam promeretur; ita simulata Deum irritat. Quia Spiritus Sanctus disciplinę effugiet fictum. *(Sapientię.* 1.) Isychius in Leuiticum in *can. inter hæc hircū, qui oblatus fuerat.* 35. *in fine de pœnitentia distinct.* 3.

Pœnitentia, quantumuis grauis, imposita in foro pænitentiali pro quocumque crimine, non tollit pęnam imponendam in foro iudiciali, cùm vna ad vnum finem tendat, altera ad alium. Ex Stephano Papa V. Hastulpho in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curauimus* 8. *circa medium* §. *prius causa criminis subtiliter erat inuestiganda.* 33. *q.* 2. verba sunt Stephani: *Nam si verum (quod absit) fuisset, sicut ille adulter mentitus est; post septem annos pænitentia peracta, dimittere eam per approbatam causam poteras, si voluisses.* vbi *gloss.* verbo *pęnitentia* argumentum deducit: *Quod post peractam pęnitentiam, & crimen purgatum. potest quis accusari de crimine illo.* Ex Nicolao Papa Salomoni Constantiensi Episcopo in *can. presbyter, aut diaconus* 2. *sine finali.* 15. *quæst.* 5. illis verbis: *Et si tamen notum sit Episcopo esse scelus ab ipso perpetratum; non potest per aliquam pęnitentiam, sacerdotali, vel diaconali officio potiri.* Rationem excipe ex *Gloss.* ibidem verbo *pęnitentiam.* satis aptam: *Quia pęnitentia non restituit aliquem dignitati, sed gratiæ tantum.* Ex Augustino in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam.* 1. *de pænitentia distinct.* 6. in ipso principio. & est *Glossa* solemnis reputata in *cap gaudemus in Domino* 8. *in fine de diuortiis.* Ad verba illa Alexandri Tertii Tiberiadensi Episcopo: *Quamuis quoque secundum Euangelicam veritatem, qui duxerit dimissam, mœchatur: non tamen dimissor poterit obiicere fornicationem dimissæ, quod nupsit alii post repudium, nisi aliàs fuerit fornicata.* ad verbum *poterit obiicere.* post medium. quæ sequentibus fatur: *Sic etiā per pęnitentiam tollitur crimen, quod mulier contraxit fornicando, quò ad Deum: & tamen post quantamcumque pęnitentiam potest maritus illā accusare.* 33. *q.* 2. *admonere. nec eam etiam recipere compellitur post pęnitentiam.* ex Gregorio IX. in *cap. gaudemus in Domino* 19. *de conuersione coniugatorum.* Sic Glossa singularis.

Pœnitentiam de admissis, nisi egeris, saluus esse non poteris. Augustinum habeas ad Bonifacium in *can. quemadmodū membrum, si præcidatur ab hominis viui corpore* 4. *siue finali.* §. *sed hoc est, inquiunt, quod nos monet.* 23. *quæst.* 7. verbis dicentem: *Quare (inquit) apud te pęnitentiam non ago? Imo nisi egeris saluus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse correptum, nisi doleas fuisse peruersum?* Rationem quoque habes ex Leone Papa Galerio Episcopo Tripolitano in *can. audiuimus à quibusdam, quod in vestris diæcesibus, ac finibus.* 13. 33. *q.* 2. verbis edicente: *In quo errant, & de veritatis calle discedunt: Quia pro omnibus illicitis pęnitentiam vnusquisque Christi nominis cultor substinere, ac peragere summopere debet, dicente Domino: (Matthæi 3) Pęnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorum.* Nec diuersimode Isychius in Leuiticum in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat.* 35. *in ipso principio de pęnitentia distinctione* 3. Rationem referens: *Quia omne peccatum per pęnitentiam deletur.* vbi *gloss.* verbo *quia omne.* Argumentum perficit: *Rectè pro peccato offertur hircus, per quem pęnitentia designatur: quia omne peccatum per pęnitentiam deletur.* Pœnitentiam igitur agamus de commissis, vt salui esse possimus.

Pœnitentia non valet ad salutem, nisi perseueret quis animo vsque ad finem. Cùmque inspetata mors pœnitentem non inuenerit, proculdubio in æternum peribit. Gregorius in *can. si quis neque sanctis pollens moribus.* 115. *in fine* 1. *quæst.* 1. ibique *Gloss.* verbo *mors.* subsequitur: *In quolibet crimine non valet pęnitentia ad salutem, nisi perseueret animo vsque in finem.* & Isychius in Leuiticum in *can inter hæc hircus, qui oblatus fuerat.* circa finem *de pęnitentia distinct.* 3. ad verba Pauli (ad Hebræos 10.) *Voluntarie enim peccantibus non relinquitur hostia pro peccato.* Rationem prosequitur: *Nam sicut vera pęnitentia veniam promeretur: ita simulata Deum irritat: Quia Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum.* (Sapientiæ 1.) *Hoc autem Sancti Patres irremisibile peccatum, & blasphemiam in Spiritum Sanctum dixerunt; in sceleribus vsque ad finem vitę perseuerare, de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia redemptoris diffidere.* Et ex illo Ioannis Chrysostomi per Gratianum relati in *can. quis aliquando vidit Clericum citò pęnitentiam agentem?* 87. §. *his auctoritatibus asseritur, neminem sine pænitentia. de pęnitentia distinct.* 1. *colum.* 1. *in fine versiculo. Item illud Ioannis Chrysostomi.* verbis illis: *Apud verum Iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientia tuæ memoria, & tunc demum spera misericordiam te posse consequi.* quem locum refert etiam *Gloss.* dicto *can. si quis neque sanctis pollens moribus.* verbo *mors.*

Pœnitentia etiam in extremis constitutis deneganda non est: *Quia misericordię Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire, apud quem nullas patitur venia moras conuersio.* Ex Leone Papa Theodoro Forolíuiensi Episcopo in *can. multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis* 49. §. *his autem, qui in tempore necessitatis; & periculi vrgentis instantia præsidium pęnitentiæ, & mox reconciliationis im-*

plorant. de pœnitentia dist. 1. nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio deneganda. Quia &c. addendo: *Si eã et amisso vocis officio per indicia integri sensus quærere comprobentur.* ita quidem, quod *Si ægritudine aliqua ita fuerint aggrauati, vt quod paulò ante poscebant, sub præsentia sacerdotis significare non valeant; testimonia eis fidelium circumstantium prodesse debebit, vt simul pœnitentiæ, & reconciliationis beneficium consequantur*. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo *venię.* dicens: *Scriptum est enim: Spiritus Sancti gratia tarda nescit habere molimina*. Vnde Cœlestinus Papa ad Episcopos Galliç scribens in can. *agnouimus pœnitentiam morientibus denegari*. 13. 26. q. 6. post principium. protestans: *Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem inueniri, vt Dei bonitatem desperet: quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expediri desiderat, & liberari*. Quin imo *Nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est: quia non numquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur*. Leo Papa ad Rusticum in can. *nemo desperandus est* 1. de pœnitentia distinct. 7. professus est. Et h quidem periculosam aleam parat pœnitentia ad supremum vsque vitę spatium dilata. Nam: *Fateor vobis* (Augustinus inquit in can. *si quis positus in vltima necessitate ægritudinis suæ* 2. eadem de pœnitentia dist. 7.) *non illi negamus, quod petit; sed non præsumimus, quod bene hinc exit: si securus hinc exierit ego nescio: pœnitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Numquid dico damnabitur? Sed non dico liberabitur.* Quia nimirum rogare illos, non delicti pœnitentia, sed mortis vrgentis admonitio compellit; nec dignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit esse moriturum. Cyprianus ad Antonianum testatur in can. *idcirco frater charissime pœnitentiam non agentes* 5. in fine eadem de pœnitentia distinct. 7. Sed quoniam Deus semper potens est, semper etiam potest in morte iuuare, quibus placet. Augustinus infert in can. *nullus expectet, quando iam non possit peccare* 6. post medium eadem de pœnitentia distinct. 7. videndus S. Thomas in 4. distinct. 20. art. 1. q. 2. ad 1. Dum ergo tempus habemus operemur bonum.

Pœnitentia, secunda post naufragium tabula dicitur. à Hieronymo ad Pammachium, & Oceanum. in can. *secunda post naufragium tabula est* 72. de pœnitentia distinct. 1. pr. ode verba: *Secunda post naufragium tabula est, culpam simpliciter confiteri. Imitati estis errantem: imitamini, & correctum. Errauimus iuuenes, emendemur senes: iungamus gemitus, lacrymas copulemus*. vbi Gloss. verbo *tabula*. sequentibus: *Prima tabula est baptismus, vbi purgatur vetus homo, & induitur nouus. Secunda tabula est pœnitentia, qua post baptismũ resurgimus. Post baptismum enim lapsi per pœnitentiam reuocari valent; sed non per baptismum. Prima tabula est nauis. Secunda tabula est scapha, qua in naufragio periculum vitatur*. vnde à Patribus in sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 14. *cap.* 2. *de sacramento pœnitentiæ, in fine*. Pœnitentia laboriosus quidam baptismus dictus fuit. & in can. 2. ibidem, qui pœnitentiam, non rectè secundam post naufragium tabulam appellari dixerit, anathema sit. decretum fuit.

Pœnitentia, vt iustè imponatur, ratio habenda erit ætatis, deuotionis, ægritudinis, periculorum quoque quorumcumque. ex Leone Papa ad Nicetam Episcopum in can. *tempora pœnitudinis habita moderatione constituenda sunt* 2. 26. q. 7. notatque ibidem Glossa verbo *ætatis senilis*. & verbo *tuo iudicio* dicens: pœnitentias omnes esse arbitrarias. vt patet etiam ex octaua Synodo in can. *hoc sit in iudicio positum eorum, qui præsunt* 8. eadem 26. q. 7. Rationem inferente: *Quia ætas, & eruditio multam haberi facit differentiam pœnæ*. Concordat ex Digestis Gratianus in can. *aut facta puniuntur* 19. de pœnitentia distinct. 1. Quia pœnitentiæ sunt arbitrariæ. & in his minor pœnitentia est amplectenda. vt Gloss. profert in can. *hoc ipsum, quod canonum censura*. 11. 33. q. 2. verbo *præcipit*. Ex Nicolao Papa Rhatoldo Episcopo Argentoratensi in can. *Latorem præsentium matricidam esse cognouimus* 15 eadem 33. q. 2. in fine sequentibus mandante: *Tamen si illius conuersionem, & lacrymarum fontem in omnibus videris floridis actionibus, & optimis operibus pullulare: humanius circa eum vestra solicitudo peruigil appareat, mitisque omnibus demonstretur*. notatque gloss. ibidem verbo *conuersionem*. Rationem habes ex Hieronymo in can. *mensuram autem temporis in agenda pœnitentia* 86. de pœnitent. distinct. 1. verbis edicente: *Sed magis in arbitrio sacerdotis intelligentis relinquendum statuunt. Quia apud Deum, non tam valet mensura temporis, quàm doloris; nec abstinentia tantùm ciborum, quam mortificatio vitiorum*. alias verò pro qualitate delicti tempus pœnitentiæ impendatur. in octaua ipsa Synodo legitur in can. *pro qualitate delicti tempus pœnitentiæ impendatur* 7. eadem 26. q. 7.

Pœnitentia toties indicenda, quoties quis peccauit. ex Ambrosio in can. *imitare Petrum tertio alibi dicentem*. 10. 6. q. 1. Domine tu scis. quia diligo te. *Etenim quia tertio negauerat, tertio confitetur: sed negauit in nocte, confitetur in die*. notatque gloss. ibidem verbo *tertio*, & ipsa dicens: *Hic videtur, quod toties pœnitentiam faciam, quoties committo fornicationem, etiam cum eadem muliere: Et quod quasi pro diuersis delictis sit mihi pœnitentia indicenda*. ex Augustino in can. *consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia* 1. de pœnitentia distinct. 5. Namque Cauere debemus pœnitentes, ne in ipsa pœnitentia fiat, quod postea indigeat pœnitentia. ex Ambrosio libro 2. de pœnitentia in can. *in salicibus, inquit, in medio eius suspendimus organa nostra*. 37. de pœnitentia distinct. 3. dicente consequentiam: *Melius est ergo tunc quiescere: cùm exercere non queas opera pœnitentię, ne in ipsa pœnitentia fiat, quod postea indigeat pœnitentia: Quæ si semel fuerit vsurpata, nec iure celebrata, nec prioris fructum obtinet; & aufert vsum posterioris*. notat gloss. ibidem verbo *posterioris*. rationem inferens:

rens: *Si enim superficialem talis agat pœnitentiam potius grauabitur, quàm iuuabitur*. ex Gregorio 10 pastorali in can. *qui admissa plangunt, nec tamen deserunt*. 13. eadem de pœnitent. distinct. 3. inferens: *Quia flendo, inaniter se mūdant, cùm idcirco se lacrymis lauant, vt mundi ad sordes redeant.*

Pęnitentia secundum modum culpę est imponenda. ex Agathensi Concilio in can. *in capite quadragesimę omnes pęnitentes* 64. distinct. 50. illis verbis: *Et secundum modum culpę pœnitentiam per pręfatos gradus iniungere*. Quod & decreuit Vrbanus II. Genebaldo Constantiensi Episcopo scribens in can. *sanctis quippe canonibus cautū cōstat* 110. 11. q. 3. in fine addens: *Eos verò, qui aut spontanee, aut negligenter inciderint; sub ea volumus disciplinę coertione suscipi, vt cęteris metus incutiatur*. & idcirco.

Pęnitentię tempus duplicatur eis, qui non seruant pęnam, & pęnitentiam iniunctam. & Concilio Ilerdensi 10 can. *de his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint*. 36. in fine distin. 50. definiente: *Quod si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelanda ipsius pęnitentia tempus in potestate maneat sacerdotis*. ibique *gloss.* verbo sacerdotis. ex Vlpiano lib. 9. de officio Proconsulis in *l. aut damnum cum infamia* 8. §. *inter eos autem, qui in metallum. ff de pœnis*. verbis illis: *quique refugę ex opere metalli, in metallum damnantur, ex metallo grauiùs coercentur*. Puta capite: vt *gl* ibidem subnectit verbo *grauius*.

Pœnitentia nulli deneganda est petenti. ex ratione Ambrosii in can. *nemo potest bene agere pęnitentiam, nisi, qui sperauerit indulgentiam*. 50. *de pęnitentia dist.* 1. in fine proferendo: *Deus autem nullum crimen excepit, qui peccata donauit omnia*. Quapropter Leo Papa Rustici Narbonensi Episcopo in can. *pęnitentia, quę dilata est* 62. eadem *de pęnitentia distinct.* 1. pręcepit: *Pœnitentia, quæ dilata est cum studiosius petita fuerit, non negetur; vt quoquomodo ad indulgentię medicinam anima vulnerata perueniat*. Cœteroquin peccatum in Spiritum Sanctum est, & blasphemia, desperatione veniæ vsque ad mortem in peccato perseuerare. *Quia iustum est, vt sine fine puniatur, qui sine fine peccauit*. Vt prosequitur Gratianus in *can. si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo* 59. §. *sed huiusmodi interrogationes non semper negationem inferunt*. in fine eadem de pœnitentia distinct. 1.

Pœnitentia est mala pręterita plangere, & plangenda iterum non committere. Pœnitentia enim vera, est dolor cordis, & amaritudo animę pro malis, quæ quisque committit. Ambrosius sermo 1. de quadragesima in can. *Ecce nunc tempus acceptabile adest*. 39. *in fine de pœnitentia distinct.* 1. repetitque in can. *pęnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere*. 1. *de pœnitent. distinc.* 3. Est enim gratia, quæ vere pœnitenti diffusa est, facit eum pręterita plangere, & eum munit, vt caueat, ne committat, quæ fleuit. *Gloss.* ibidem 1. subnectit. Eodemque modo Gregorius in can. *pœnitentiam agere digne non possumus* 6. eadem *de pęnitentia distin.* 3. in fine concludens: *Pęnitentiam verè agere est commissa plangere, & iterum plangenda declinare*. Nam, qui plangit peccatum, & iterum admittit peccatum; quasi si quis lauet laterem crudum: quia quantò magis lauerit, tanto magis lutum facit. Smaragdus in expositione regulæ Sancti Benedicti dixit in can. *ille pęnitentiam dignè agit* 9. eadem *de pęnitentia dist.* 3.

Pœnitentia enim est quædam dolentis vindicta, puniens in se, quod dolet commisisse. Nam pœnitere est pœnam tenere: vt semper puniat in se vlciscendo, quod commisit peccando. ex Augustino de vera, & falsa pœnitentia in can. *pœnitentia est quadam dolentis vindicta* 4. *de pœnitentia distinct.* 3. vbi *Gloss.* verbo *pęnam tenere*. infert: *Alludit Etymologia vocabuli. vnde Bernardus Clareuallis dixit super illum locum Genesis: Pœnitet me fecisse hominem super terram. idem est, ac si diceret: pęna tenebit me pro peccatis hominum. tenebit, inquit, me, cum venero super terram*. & dixit *Gloss.* in can. *tu dixisti, laqueo traditor periit, laqueum talibus dereliquit* 10. 23. q. 5. verbo *tu dixisti*. dicens: *Cum pęnitentia sit vindicta puniens in se, quod se commisisse dolet. vt infra de pęnitent. distinct. 3. pęnitentia.*

Pęnitentiæ sub fiducia delinquere nemo debet. ex Innocentio Tertio Herbipolen Capitulo in cap. *illud Dominus in beato Petro* 5. §. *illud autem, quod sub spe venię diuina sibi fecit. de Clerico excommunicato, deposito, vel interdicto ministrante*. Rationem reddente: *Cùm sub fiducia pœnitentiæ non debuerit deliquisse*.

Pœnitentia vera est, firmato proposito à peccato abstinere, deliberare. ex Gregorio 10. in Generali Concilio Lugdunen in cap. *decet domum Domini sanctitudo* 2. §. *Ordinarii locorum hoc faciant obseruari*. in fine *de immunitate Ecclesiarum, cęmeteriorum, & aliorum locorum religiosorum* in 6. verba excipe Gregorii: *Diuinę vltionis, & nostra poterunt acrimoniam formidare, donec suum confessi reatum à similibus firmato proposito deliberauerint abstinere*. Hæc est enim vera pęnitentia. vt *Gloss.* ibidem verbo *abstinere*. subnectit. ex Ambrosio in can. *pœnitentia est, & mala pręterita plangere, & plangenda iterum non committere*. 1. *de pęnitentia distinct*. 3. id est non committendi propositum habere ex *Gloss. finali* ibidem.

Pęnitentes ex corde suscipiendi sunt. Sicut Dominus ostēdit. (*Luc.* 15. 6.) dicens Pharisæis, & Scribis murmurantibus, quod erant approquinquantes ei publicani, & peccatores de oue deperdita verba faciens: *Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens. Et veniēs domum conuocat Amicos, & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi; quia inueni ouem meam, quę perierat*. Deductumque fuit in octaua Synodo in can. *pęnitentem ex corde ita oportet suscipi sicut Dominus ostendit, cum dicit, quia conuocauit amicos suos, & vicinos dicens: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam, quam perdideram* 5. 26. q. 7. Rationem excipe ex Ioanne Chrysostomo in opere imperfe-

cto

ctio in *can. alligant autem onera grauia, & importabilia* 12. *circa finem* 26. *q.* 7. verbis dicente: *Non ne meliùs est propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem? vbi enim pater familias largus est; dispensator non debet esse tenax. Si Deus benignus est, vt quid sacerdos eius austerus? Vis apparere sanctus: circa vitam tuam esto austerus; circa alienam benignus.*

Pœnitentibus proinde negare locum veniæ, non debemus. ex Gregorio Castorio Notario Rauennæ in *can. quanto à nobis credi tibi* 8. *in fine* 2. *q.* 5. rationem reddente: *Quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit; sic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.* Quia miseratio Apostolica veniam solet præstare correctis. Ioannis Octaui Ordini Salonitano scribentis verba sunt in *can. de illis presbyteris* 119. 11. *q.* 3. Neque profectò tantæ impietatis quis inueniri poterit, vt de Dei bonitate desperet: quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expediri desiderat, & liberari. vt Cœlestini Papæ ad Episcopos Galliæ verbis vtamur: in *can. agnoscimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desiderijs annui* 13. 26. *q.* 6. in fine inferentis: *Vera ergo ad Deum Conuersio in vltimis positorum mente potius æstimanda, quam tempore, propheta* (Esaiæ 30. apud 70.) *hoc taliter asserente: Cum conuersus ingemueris, tunc saluus eris. Cum ergo sit Dominus cordis inspector quouis tempore non est deneganda pœnitentia postulantis:* Non enim consideranda est mensura temporis, sed doloris. vt *Glossa* ibidem subnectit verbo *mente*. ex Hieronymo in *can. mensuram autem temporis in agenda pœnitentia* 86. *de pœnitentia distinct.* 1. dicente rationem: *Quia apud Deum non tàm valet mensura temporis, quam doloris.* Peccatoribus proinde negare locum veniæ non debemus ad pœnitentiam venientibus.

Pœnitentia contrahitur paternitas spiritualis, sicut per baptismum. ex Symmacho Papa in *can. omnes, quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii* 8. 30. *q.* 1. & duobus aliis capitibus sequentibus.

Pœnitentia Nabuchodonosor fructuosa fuit. Pharao autem in ipsis flagellis est durior effectus. S. Augustini pende responsionem libro de prædestinatione, & gratia in *can. Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22. 23. *q.* 4. in fine Rationem reddentis: *Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio?* Humiliemur ergo sub potenti manu Dei.

Pœnitentia quisque à peccatis sanatur, nec dicendus est peccator, quem de peccatis se pœnitet. ex Augustino ad Pollentium in *can. quod autem tibi durum videtur* 7. 32. *q.* 1.

Pœnitentiam septennem pro quolibet mortali consueuerat Ecclesia imponere, sed magis, ac minus pro modo dispositionis, grauare ex Isidoro ad Massonem Episcopum in *can. hoc ipsum, quod canonum censura post septem annos* 11. 33. *q.* 2. ibique Gratianus §. *hoc autem quamquam de sacerdotibus videatur specialiter dictum, generaliter tamen de omnibus pœnitentibus oportet intelligi.*

Pœnitentia incendiariorum est, quòd facta restitutione damnorum per vnum annum in terra sancta Hierosolymis, aut in Hispania demorentur. ex Innocentio Secundo in vniuersali Concilio in *can. pessimam siquidem, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam* 32. 23. *q.* 8.

Pœnitentia publica impositione manuum, & cilicii impositione super caput per sacerdotem danda est. Debentq; comas deponere, & vestimenta abiicere, siue mutare. ex Agathensi Concilio in *can. pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt* 63. *distinct.* 50. per sacerdotem. hoc est per Episcopum, ad quem solum spectat imponere solemnem pœnitentiam. *Gloss.* ibidem verbo *impositionem* exprimit. Sequiturque ibidem *can. in capite quadragesima omnes pœnitentes* 64. & ex Augustino in *can. in actione pœnitentiæ, vbi tale crimen commissum est* 84. *in fine de pœnitentia distin.* 1. verbis illis: *auctoritate Antistitis debet ab altario remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari.* Nam pœnitentia solemnis, nõ nisi pro graui imponitur. ibidem: *Ergo cum tanta est plaga peccati, atque impetus morbi &c.* Hinc est, quod iuuenibus non est facile committenda, propter ætatis fragilitatem. ex eodem Concilio Agathensi in *d. can. pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt* 63. *in fine dist.* 50. Neque Clericis imponenda, nisi prius ab ordinibus dimittantur. ex Concilio Carthaginense Quinto in *can. confirmandum est, vt si quando presbyteri* 65. *cum duobus sequentibus eadem distinct.* 50. Neque iteranda. ex Innocentio Papa Victricio Rothomagensi Episcopo in *can. si quis post remissionem peccatorum* 61. ibique Gratianus in §. *potest & aliter intelligi. Est quædam pœnitentia, quæ solemnis appellatur, quæ semel tantum in Ecclesia conceditur. eadem distinct.* 50. Solemnem pœnitentiam, qui agunt, interim à communione corporis, & sanguinis Domini abstinere debent, nisi in mortis articulo. ex Concilio Martini Bracharensis in *can. si quis de corpore exiens* 6. 26. *q.* 6. & ibidem ex Concilio Arausico in *can. qui recedunt de corpore pœnitentia accepta* 7.

Pœnitentiam solemnem qui egit, redire ad militiam secularem non potest. Cum Apostolus (2. ad Timot. 2.) dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus.* Ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. contrarium est omnino Ecclesiasticis regulis, post pœnitentiæ actionem, redire ad militiam secularem.* 3. *de pœnitentia distinct.* 5. Rationem reddit *Gloss.* ibidem *in fine*. Quia quasi persona Ecclesiastica est. Et ex Concilio Aurelianensi I. in *can. de his, qui suscepta pœnitentia* 5. *eadem de pœnit. dist.* 5. & ex Concilio Arelatensi Secundo in *can. hi, qui post sanctam religionis professionem* 69. *fine finali dist.* 50.

Pen-

pentecostes non minori lętitia celebranda est, quàm sanctum Pascha. vt similem obseruantiam similis lętitia subsequatur. ex Ambrosio in *can. nosse credo vos fratres 9. distinct.76.* Possunt a Pascha ad Pentecosten qui voluerint etiam ieiunare, nec prohiberi possunt, nisi tãtum die Dominico. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis in *can. post pascha vsque ad Pentecostem 10. eadem dist.76.*

pentecostes vigilia non ieiunandum, ieiunatur autem in ipsa hebdomada. Et propter solemnitatem Spiritus Sancti Diaconi Dalmaticis induũtur, & alleluia canũt, & flectamus genua non dicunt. ex Concilio Salegustæ habito in *can. de Ieiunio autem incerto quatuor temporum hanc certitudinem statuimus 3. eadem distinct.76.* Nunc vero ex consuetudine in vniuersa Italia recepta vigilia Pentecostes ieiunio seruatur. testatur *Ioannes Azorius Institutionum moralium p.1. lib.7. c.13. col.a, littera C. & D.* & ex Ambrosio in *can. scire debet sanctitas vestra 8.* ibique Gratianus §. *necessario ergo Ecclesia constituit. eadem distinct.76.* vbi *gloss.* verbo *necessario* in casus figuratione. & *Glossella* Marginalis ibidem dicens: *Vigilia Pentecostes est necessario ieiunanda.* tuetur *Nauarrus cons.1. lib.3. de obseruatione ieiuniorum.* & dixit etiam *Gloss.* in *cap consilium nostrum 2. extra de obseruatione ieiuniorum.* verbo *Paschalẽ.* verba damus Glossę: *inter quam* (paschalem videlicet solemnitatem) *Nullum ieiunium necessitatis est: 76. distinct. c. ieiunium. § non autem. Nisi rogationes, & vigilia Pentecostes. de consecrat. dist.3. rogationes.* Qui textus est ex Concilio Aurelianensi I. in *can rogationes, id est litanias, ante Ascensionem Domini placuit celebrari 3. de consecrat. distinct.3.* ibique *Gloss.* verbo *ieiunium.*

Penula vestis erat Consularis, qua induebantur Consules ingredientes Curiam. ita *Glossella* Marginalis ad *gloss.* in verbo *ciues.* in *can. si in adiutorium vestium etiam terreni Imperii leges assumendas putatis 7. distinct. 10.* qui est Augustini contra litteras Petiliani, dicentis: *Fecit hoc Paulus cùm aduersus iniuriosos Ciuem Romanum se esse testatus est.* subsequentem: *Ciuem Romanum appellauit se: quia Pater eius societatem contraxerat cum Romanis: & in signum fuit data ei penula.* Penula ergo vestis erat Consularis. vide *Radulphum Prateum* in Lexicon Iuris, siue de verborum significatione. verbo *penula.*

Percussio dupliciter perpendi potest, & corporaliter, & spiritualiter: Spiritualiter verbo fit, arguẽdo increpando. corporaliter fit facto, verberibus subditos subiiciendo. ex Concilio Bracharensi 3. in *can. cum Beatus Apostolus, arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia, & doctrina pracipiat 8. distinct. 45.* & ibidem Gratianus in §. *Salomon verò contrà admonet dicens:* (Prouerbiorum 25.) *Percute filium tuum virga, & liberabis animam eius à morte.* Et sane ex Anacleto Papa ad Episcopos Italię percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscietiã percutit infirmorum. in *can. sanè percussor ille dicitur Doctor. 18. siue finali eadem distinct. 45.* Et hæc vtique spiritualis est percussio, & spiritualis percussor.

Percussio corporalis dupliciter item imminere potest, vel pro purgatione, aut pro vindicta, iusto tamen Dei iudicio. Interim autem non debet à nobis addi flagellatis aflictio. ex Gregorio ad Candidum Episcopum in *can. cum percussio corporalis imminet 2. 7. q.1.* Quia duplici damno quis puniri non debet. ex *Glossa* ibidem verbo *flagellatis.* Sicuti percutitur quis diuino Iudicio, ob culpam grauem. vti de Anastasio secundo traditur in *can. Anastasius secundus, natione Romanus 9. distinctione 19.* Qui nutu diuino percussus fuit. Quia dum assellaret, emisit intestina. vt *Glossa* ibidem verbo *diuino* subiungit. pro vindicta. Percussor dicitur, qui non ex dispositione, sed præter voluntatem fecerit homicidium. quasi diuinæ minister vltionis. ex Ambrosio lib.2. de Cain, & Abel in *can. ne is, qui inuitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est 11.15. q.1.* Ita quidem, quod, qui emendat verbere eum, in quem potestas datur, vel coercet aliqua disciplina, vt à malo discedat, & aliqua emendatoria pęna plectit, elemosynam dat, quia misericordiam pręstat. ex Augustino in enchiridio in *can. & qui emendat verbere 11. distinct. 45.* Quod & Beato Benedicto accidit, de quo B. Gregorius scribit, quod monachum virga percutiendo sanauit, quẽ crebra correctione sanare nõ poterat. Gratianus in *can. cum Beatus Apostolus 8. §. Salomon verò contrà admonet dicens. eadem distinct.45.*

Percussores Episcopi esse nõ debent, quia *Pastores* positi sunt. Nam egregius Prædicator dicit: (2. ad Timot.4.) *Argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina.* Noua ergo, atque inaudita est ista prędicatio, quæ verberibus exigit fidem. Gregorius Ioanni Episcopo Constantinopolitano rescripsit in *can. quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt. 1. distinct.45.* Si autem fiat percussio ad emendationem ex charitate, non improbatur, si necessitas id exposcat. tradit id Gratianus in *can. duæ sunt eleemosinæ, vna cordis, altera pecunię 13. §. ex his omnibus apparet. eadem distinctione 45.*

Percutere vero Episcopus manibus suis non debet. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet. ex Agathensi Concilio in *can. non licet Episcopo manibus suis aliquem cædere. 25. distinct.86.* Potest tamen per alium causa exigẽte. *Glossa* ibidem subnectit.

Percutienti vnam maxillam alteram prębere, non materialiter exaudiendum semper est, sed formaliter, animi prępara tione. ex Christo Domino nostro, et Paulo doctore Gentium. ex Augustino sermone de puero Centurionis in *can. paratus debet esse homo iustus 2. 23. q.1.*

Peregrinatio, quæ ad loca sanctorum Martyrum fit, & oblationes, quæ in eorum quoq; Ecclesiis dantur, si quis contemnendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnen-

nen-

nendas. anathema sit. ex Gangrensi Concilio in *can. si quis per superbiam tamquam perfectum se existimans. 9. distinct. 30.*

Peregrinatio simpliciter, etiam Hierosolymis, ni cum virtute coniungatur, non prodest. *Non Hierosolymis fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est.* Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum scripsit in *can. gloria episcopi est pauperum inopiæ prouidere 71. §. Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus in fine 12. q. 2.*

Peregrinari non licet religiosis; atque etiam Clericis sine licentia sui *Prælati*. Et sine commendatitiis litteris Episcopi sui Clericis. ex Concilio Agathensi in *can. monachum nisi Abbatis sui aut permissu, aut voluntate 3. siue finali. §. item clericis sine commendatitiis litteris Episcopi sui. 20. q. 4.* & ex Concilio Laodicensi in *can. non oportet ministros altaris 36. de consecrat. distinct. 5.* Nec recipi debent Clerici peregrini absque formata, epistola videlicet sui Episcopi. ex Concilio Antiocheno in *can. nullus absque formata, quam Græci epistolam dicunt 9. siue finali distinct. 71.*

Peregrini Romam petentes, & ad Apostolorum limina, & aliorum sanctorum oratoria peregrinantes, sunt immunes à nouis pedagiis, ita quidem, quod eos capientes vel spoliantes, & nouis teloneorum, & pedagiorum exactionibus molestare tentantes sunt excommunicati. ex Calisto Papa in *can. si quis Romipetas, & peregrinos 21.* & ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can. illi, qui peregrinos vel oratores cuiuscumque sancti 25. 24. q. 5.* Hodie vero est excommunicatio in Bulla in cœna Domini legi consueta.

Peregrini Clerici transmarini ordinari non possunt, nisi quinque aut eo amplius episcoporum chirographis designentur. ex Siluestro Papa Generali Concilio præsidente in *can. nullus aliqua ratione transmarinum hominem 1. distinct. 98.* & per totam illam distinctionem.

Peregrini Episcopi, vel presbyteri, si causa visitandi ad Ecclesiam alterius episcopi venerint, in gradu suo debent suscipi, & tàm ad verbum faciendum, quàm ad oblationem consecrandam inuitentur. ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. Episcopi, vel presbyteri 38 7. q. 1.* & ex Concilio Nannatense in *can. nullus presbyter aut diaconus. 5.* & ex Concilio Antiocheno in *can. nullum Episcoporum audere debere 6. 9. q. 2.*

Peregrini Clerici possunt ingredi tabernas, quia necessitate compelluntur: alioquin non licet eis. ex Concilio Carthaginense Tertio in *can. Clerici edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur. 4. distinct. 44.* Possunt tamen vti habitu breuiori, etiam Episcopi. ex Zacharia Papa in Synodo Romana in *can. Episcopi, presbyteri, diaconi secularibus indumentis nõ vtantur. 3. 21. q. 4.* & possunt ab excommunicatis etiam cibos emere. ex Gregorio VII. in Concilio Romæ habito in *can. quoniam multos peccatis nostris exigentibus 103. in fine* 10. q. 3. atque ab eis cibos recipere. ibidem.

Peregrini seruare tenentur ieiunia, & dies festos, qui in loco, ad quæ peruenerint, seruantur. ne scandalo sint aliis. ex Ambrosio, quem refert Augustinus ad Ianuarium scribens in *can. illa autem, quę non scripta, sed tradita custodimus 11. in fine distinct. 12.* verba sunt Ambrosii: *Cum Romam venio, ieiuno Sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo: nec quemquam tibi.* vnde glossa verbo *societate*. Ex verbis Augustini ibidem paulo ante: *Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum: & pro eorum, inter quos viuitur, societate seruandum.* Argumentum deducit: *Quod quilibet tenetur viuere secundũ consuetudinem illorum, inter quos versatur.* Referens etiam versus:

*Si fueris Romæ, Romano viuito more:*
*Et si sis alibi, viuito sicut ibi.*

& verbo *veneris*. Argumentum, quoque defert, quod *Viatores tenentur sequi consuetudines loci, ad quem venerint.* ex Augustino in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia 2. post principium distinct. 8.* illis verbis: *Vt pactum inter se Ciuitatis, aut gentis consuetudine, vel lege firmatũ nulla Ciuis aut peregrini libidine violetur. Turpis enim omnis pars est suo vniuerso nõ cõgruẽs.* ibique *Glos.* verbo *aut peregrini*. Quod nõ est dissimile ex eodem Augustino de doctrina Christiana libro 3. in *can. quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur. 1. distinct. 41.* Nisi fortasse statim esset discessurus. ex *Gloss. d. can. quæ contra mores 2.* verbo *aut peregrini*. prosequitur *Ioãnes Azorius Institutionum moralium part. 2. lib. 1. cap. 26. q. 9.*

Perfecta videri non possunt mysteria, nisi perfectionis ordine compleantur. ex Concilio Toletano VII. in *can. nihil contra ordinis statum temeritatis ausu præsumatur 16. post medium 7. q. 1.* de Missę sacrificio verba faciente; quod per alium sacerdotem completur, deficiente, qui incępit: *Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit; quàm aut incipientis, aut subsequentis completa benedictio sacerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cùm enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format; vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat.* Perfecta igitur videntur, quæ complementum accipiunt.

Perfectior ille est, qui se mundi rebus expoliat, aut qui cùm nihil habuerit; nec habere desiderat. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. si quis propter hoc non vult sua relinquere, vt habeat vnde viuat 8. in fine 1. q. 2.* Rationem reddit *Gloss.* verbo *expoliat* dicens: *Nam tunc dicitur in eo manere Spiritus sanctus, cùm voluntariam diligit paupertatem.* ex Beda super Ioannem in *can. quærendum est interea 6. circa medium de pœnitentia distinct. 2.* de eo, in quo maneat Spiritus sanctus ex signis agnoscendo, verba faciens: *Manet quippe apud eos, vt bonis insistant actibus, voluntariam paupertatem*

*tatem diligant, mansuetudinem sequantur &c.*

Perfectum quod est, perfectius fieri potest. ex Zacharia Papa Bonifacio Martyri in *can. quod prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius*. 15. *non longe a principio* 11. *q.* 3. verbis illis: *ita vt orthodoxos Episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses perfectos, amplius confirmares.* vbi *Glossa* verbo *perfectos* infert: *hic habes, quod perfectum amplius potest perfici*. Ex Hieronymo distinctionem tradente in *can. charitas in quibusdam est perfecta* 19. *de pœnitentia distinct.* 2. de charitate verba dante: *Charitas in quibusdam est perfecta; in quibusdam est imperfecta: perfectissima aut in hac vita haberi non potest.* Id est, qua perfectior haberi non potest secundum *gl.* ibidem, subnectentē: *Vnde dicit auctoritas* (Augustini videlicet) *super epistolam ad Ephesios: Nemo tam perfectus, quin possit crescere*. Quod ergo perfectum est perfectius fieri potest.

Perfectum autem est, quod ex omnibus suis partibus constat. ex Caio libro 1. ad legem 12. Tabularum. in *l.* 1. *in fine principii ff de origine Iuris Ciuilis, & omnium magistratuum, & successione Iuris prudentium.* Et adiectione non indiget, vt perfectum sit. Alioquin perfectū non esset, nec ex suis partibus constaret. ex Anacleto Papa in *can. si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent* 7. *in fine* 6. *q.* 1. aiente rationem: *Quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirie commendationis augmenta.* Nam

Perfecta dicuntur, quæ perfectionis ordine complentur. ex Concilio Toletano Septimo in *can. nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur*. 16. *ad medium* 7. *q* 1. in ratione quam dat: *Quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur.* & *gloss.* ibidem verbo *compleantur*. dicens: *Nihil credas actum, dum aliquid superest ad agendum.* Ex illo Augustini in *can. quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum* 5. *circa finem distinct.* 38. dicentis: *Ex quibus omnibus, si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit.* Perfectum ergo est, quod ex omnibus suis constat partibus.

Perfecti debent esse Episcopi. imo in statu sunt perfectionis. ex Prospero de vita contemplatiua in *can. expedit facultates Ecclesiæ possideri* 13. 12. *quæst.* 1. ita quidem, vt Episcopus nec prouocatus pro rebus transitoriis litigare debeat. Sed tamen debet, quę Ecclesię sunt tueri, quia pauperum sunt. ex Concilio Carthaginensi IV. in *can. Episcopus nec prouocatus*. 1. ibique Gratianus in §. *quia, ergo generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere*. 14. *quæst.* 1.

Perfecti debent temporalia, & transitoria contemnere, & nihil extra *Dominum* habere. vt nudam Crucem nudi sequantur. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum*. 5. 12. *q.* 1. Et nihil debent curare nisi Deum, nec alterius impediri necessitatis munere. Vt suis se abnegēt, qui seruire Deo elegerint. ex Ambrosio de fuga seculi in *can. cui portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum*. 6. *eadem* 12. *q.* 1. Et totaliter contemplationi, & orationi intendere, & ab omni strepitu temporalium cessare. ex Hieronymo ad quendam suum leuitam de duobus generibus hominum. in *can. duo sunt genera Christianorum*. 7. *eadem* 12. *q.* 1. Et debent patienter iniurias tolerare. ex Augustino contra Faustum in *can. quod debetur, & si benigne dimittitur, non tamen inique repetitur*. 2. *in fine* 14. *q.* 1. Nec perfectis mentiri vel dicere falsum permittitur, neque pro sua, siue alterius anima. Quia non debent habere duplex cor. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem*. 14. 22. *q.* 2.

Perfectio non repente acquiritur, sed à minimis quisque inchoat, vt ad magna perueniat. Nemo enim repente fit summus. Sunt enim gradus non solum inter virtutem, & virtutem, sed in eadem virtute. Gratianus in *can. charitas est aqua, de qua Dominus ait in Euangelio* 14. § *hæc, quæ de charitate dicuntur, de perfecta intelligi possunt. de pœnitent. distinct.* 2. ibique notat *Gloss.* verbo *sunt itaque gradus*. nam ex Horatio ibidem

*Virtus est medium vitiorum vtrimque redactum.*

Periculum vbi vertitur animę, tutior semper, licet durior, est amplectenda via. ex Gregorio Tertio ad Bonifacium Episcopum in *can. presbyteri, quos ibidem reperisti* 2. *distinct.* 68. ibique *Gloss.* verbo *& consecrentur*. ex Innocentio tertio in *cap. ex parte tua fuit propositum. vnico de scrutinio in ordine faciendo* ibique plenę *Gloss.* verbo *æstimare* circa finem. ex Eugenio Papa in *cap. iuuenis, qui puellam non dū septennem duxit* 3. *de sponsalibus, & matrimoniis.* ex illatione, quam facit: *Quia igitur in his, quæ dubia sunt, quod certius existimamus, tenere debemus* ibique plene *Gloss.* verbo *dubia*. plura perpendimus *respons.* nostra 60. *à num.* 16. *cum sequentibus part.* 5.

Peiurium est nequiter decipere credentem. Augustinus in *can. in dolo iurat, qui aliter facturus est, quàm promittit*. 1. 22. *q.* 2. Decipere. habere scilicet animum decipiendi. Si enim non haberet animum, secus esset. *Glossa* ibidem verbo *nequiter decipere* exprimit. ex eodem Augustino eadem 22 *q.* 2. *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem* 14. Quia tunc non habet duplex cor. Ille verò peierat, qui falsum Iurãdo mentitur, & scit falsum esse, quod iurat. vnde non mentitur, qui fallendi non habet animum. ex Gelasio Papa in *can. Beatus Paulus Apostolus* 5. *eadem* 22. *quæst.* 2. ibique Gratianus §. *ille ergo falsum iurando mentitur, qui scit falsum esse, quod Iurat*. Qui enim putat falsum esse, quod iurat, nihilominus tamen iurat, iste peierat, qui autem verum putat esse, & tamen falsum est, non ex animo iste peierat, nam fallitur. ex Augustino in *can. homines falsum iurant, vel cum falluntur*. 3. *eadem* 22. *q.* 2.

Periurium est indiscretum iuramentum, si quis vtique sacramento firmauerit se ad pacem cum aliquo ex lite, quam cum eo habet, nullo

modo venite. ex Concilio Ilerdensi in *can. qui sacramēto se obligauerit, vt litigans cum quolibet, ad pacem nullo modo redeat.* 11. 22. q. 4. & meminit Gratianus in *can. vnum orarium oportet leuitam gestare* 3. §. *alias autem eadem vim significat.* in fine *distinct.* 25. verbis edicens: *Si dum incaute iuramus, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vtique periuramus.* & si Iuramentum est temerarium, peccatum mortiferum est. *Gloss.* ibidem verbo *iuramus.* allegat in exemplum 22. *q.* 4. *qui sacramento.*

Periurium est vbi iuramentum tres non habet comites; veritatem, Iudicium, & iustitiam. ex Hieronymo in *can. animaduertendum est, quod iusiurandum hos habet comites.* 2. 23. *q.* 2. ibique *Gloss.* verbo *veritatem.*

Periurium caueri debet non solum in altari, seu sanctorum reliquijs, sed etiam in communi loquela. ex Hieronymo in *can. habemus in lege Dei scriptum: Non peierabis in nomine meo* 12. 22. *q.* 1.

Periurium quatuor modis committitur. deducit *Gloss.* in summa 22. *q.* 2. verbo *quod autem.*

Semper vero periurium mortale est, etiam in re leuissima, si aduertenter fiat: Quia per iuramentum Deus in testem adducitur, qui est summa veritas: adducitur autem in testem falsitatis per eum, qui peierat. maximam proinde infert iniuriam Deo. inde dixit (Leuitici 19.) *Non peierabis in nomine meo: nec polluet nomen Dei tui in vanum.* ex Hieronymo in *can. habemus in lege Dei scriptum* 12. 22. *q.* 1. *S. Thomas* 2. 2. *q.* 98. *art.* 3. *Couarruuias variarum resolut. lib.* 1. *capit.* 1. *num.* 2.

Peierare maximum peccatum est: quia Deus in falsitatis testem adducit peierans, qui est summa veritas. ex Augustino ad Publicolam in *can. in nouo testamento dictum est, ne omnino iuremus* 3. 22. *q.* 1. in ratione, quam reddit: *Sed quia peierare immane peccatum est.* & ex Hieronymo d. *can. habemus in lege Dei scriptum* 12. *eadem* 22. *q.* 1. Est enim grauissimum scelus, & in lege, & in prophetis, & in Euangelio prohibitum. & ideo grauissima pœnitentia feriendum. ex Eutychiano Papa in *can. prædicandum est etiam, vt periurium fideles caueant.* 17. *siue finali* 22. *q.* 1. Quadraginta proinde dies in pane, & aqua ieiunare debet, & septem sequentes annos pœniteat. & numquam in testimonium recipiatur. ex Fabiano Papa in *can. quicumque sciens peierauerit* 18. 6. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *recipiatur.* Nec dissimiliter Gelasius Papa in *can. si quis peierauerit* 4. 22. *q.* 5. & concinit Alexander Tertius Beluacen Episcopo in *cap. sicut nobis est intimatum* 9. *in fine de testibus, & attestationibus extra.* subnectens rationem: *Non eum testimonium prædictorum, (cum periuri sint) est in hoc casu aliquatenus admittendum.* ibique *Gloss.* verbo *periuri.* dicens rationem. *Quia ad testimonium vlterius admitti non debent.*

Periurus Clericus infamis euadit. & ideo ab officio, & beneficio suspenditur. ex Lucio Tertio Elien Episcopo, & Archidiacono Noruicen in *cap. peruenit ad nos* 2. *in fine de fideiussoribus.* dicente Lucio, atque præcipiente: *Si religionem fidei, & iuramenti sui eos violasse constiterit: ab officio, & beneficio suspendatis.* ibique *Gloss.* verbo *religionem fidei, & iuramenti.* & Stephanus Papa ad Hilarium in *can. infames esse eas personas dicimus* 17. 6. *q.* 1. inter infames, periuros numerat. & nūquā sit sine pœnitentia. vt Gelasius Papa decreuit in *can. si quis peierauerit* 4. *in fine* 22. *q.* 5.

Periurus non est, qui certo tempore soluere promisit, si tamen post illud soluit: Quia iam soluit. ex Gregorio homilia 29 in Euangelia in *can. apud misericordem namque iudicem, nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur* 10. 32. *q.* 1. ibique notat *Glossa* verbo *reuertitur.*

Periurium minus malum est, quàm, quod pessime iuratum est, adimplere. ex Ambrosio de officiis libro 3. in *can. vnusquisque simplicem sermonem proferat* 8. 22. *q.* 4. verbis dicente: *Nihil promittat inhonestum: aut si promiserit; tolerabilius est promissum non facere, quam facere, quod turpe sit.* de Herode exemplum proferens: *Turpe quod regnum pro saltatione promisit crudelius, quod mors prophetæ pro iurisiurandi religione donatur.* & habetur ex Concilio Toletano Octauo in *can. duo mala, licet sint cautissimè præcauenda* 1. *distinct.* 13. ex ratione, quam defert, quod de duobus malis minus eligendum.

Periurium homicidio comparatur, & homicidii pœna feritur. ex Augustino Seuero Mileuitano Episcopo in *can. inter cetera, vt rogaueras, à Patre nostro Ambrosio quæsi* 11. 22. *post medium* 22. *q.* 4. illum prope: *Periurii namque percutitur pœna, & velut homicidæ in extremo examine à iusto iudice degrandinabitur.* id est grandine pœnę æternę flagellabitur. vt *gloss.* ibidem verbo *degrandinabitur* commentum agit.

Periurus est infamis, & non admittitur ad testimonium ferendum. diximus in superioribus verbo peierare.

permissio est assentio quędam eorū, quę indifferentia sunt. Nam permittit lex quædam, quædam verò prohibet. ex Isidoro in *can. omnis autem lex aut permittit aliquid, vt vir fortis petat prœmium, aut vetat* 4. *siue finali distinct.* 3. ibique *Gloss.* verbo *permittit:* dicens: Tribus modis aliquid permitti. vno modo, quod nullo iure prohibetur. 2. modo, quod contra constitutiones humanas indulgetur. Tertio modo dicitur illicitum permitti, vt magis illicitum vitetur. Et sane permittitur quandoque minus malum, vt maius euitetur. ex Gregorio in moralibus in *can. nerui testiculorum Leuiathan perplexi sunt* 2. *siue finali* §. *est tamen, quod ad destruendas Behemoth versutias subtiliter fiat. distinct.* 13. inferendo in fine: *Sed cum in dubiis constringimur, vtiliter minimis subdimur, ne in magnis sine venia peccemus.* Rationem reddit Gloss. ibidem verbo minimis, subdens; *Quoties enim sine captione nihil fieri potest, id faciendum est, quod minus captiosum est.* ad Caii sensum in *l. semper in dubiis* 57. *ff. de* re-

*regulis Iuris.*verbis pende:*Semper in dubiis benigniora preferenda sunt.*& Pomponii lib.5. ad Sabinum in *l. quoties dubia est interpretatio libertatis,secundum libertatem respondendum erit 21.ff eodem de regulis Iuris.*

permittente viro mulier potest vouere abstinentiæ causa, illo vero abnuente, non tenetur sequi votum,nec ipsa peccat,sed vir,qui abnuit. ex Augustino in *can. Manifestum est ita voluisse legem, feminam esse sub viro 11. 33. q.5.*

permissum videtur, quod prohibitum non inuenitur.Eo ipso equidem est aliquid licitum, quod prohibitum non inuenitur. accipe ex Benedicto Papa Grandensi Patriarchę scribente in *can. lex diuinæ constitutionis 18. in fine 27. q. 2.* verbis enunciante rationem: *Nam cur prohibeatur, quod prohibendum numquam sacra scriptura declarat?* concludens demum: *Non ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione docetis*. Nec diuersimode Augustinus ad Publicolam in *can. quamuis dictum sit. 15. 22. q. 2.* decernens: *Quamuis dictum sit, ne iuremus; nusquam me in scripturis sanctis legisse memini,ne ab aliquo iurationem accipiamus.*infert: *Glossa* ibidem verbo *accipiamus* in fine argumentum: *Quod eo ipso est aliquid licitum, quod non est prohibitum*. Ex verbis Vrbani Secundi Vitali presbytero Brixiæ in *can. quod autem vxor cum marito 6. siue finali 30. q. 4.* dicente:*Nulla auctoritate reperitur prohibitum.* ergo permissum.subsequimur nos ex Vlpiano lib.12.ad Edictum in *l.nec non, & si quis ex causa probabili adfuerit 28. §. quod eis (inquit Pretor)per leges,plebiscita &c ff.ex quibus causis maiores viginti quinque annis in integrũ restituãtur*. verba da nus Vlpiani, pende illa: *Quæ clausula,non illud pollicetur restituturum eum,si leges permittant,sed si leges non prohibeant.*Permissum ergo videtur, quod lege prohibitum non inuenitur.notatque *Gloss.* ibidem verbo *prohibitum* in fine dicens: *Item nota hic, quod omnia sunt permissa per legem,quæ prohibita non inueniuntur, vt hic.* Nec defuit Gelasius Papa in commonitorio Fausto magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim. in *can. legatur,ex quo est religio Christiana, vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei 1.24. q.1.* verbis exagerans: *Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere, quibus hoc canonibus,quibus regulis, qua lectione, quoue documento,siue à maioribus nostris,siue ab ipsis Apostolis,(quos potiores merito fuisse non dubium est,) seu ab ipso Domino Saluatore,qui iudicaturus creditur viuos, & mortuos, si factum est vmquam, vel faciendum mandatur.* notat *Nauarrus cons. 15.num.1 in fine lib.5 de simonia.*

Aduertendum tamen est, quod quandoque prohibetur aliquid non propter se,sed propter aliud, quod inde sequi potest. sicuti de iuramento Augustinus tradit ad Publicolam scribens in *can. in nouo testamento dictum est,ne omnino iuremus.3.22.q.1.* subdens rationem: *Non,quia verum iurare, peccatum est; sed quia peierare immane peccatũ est: à quo longè nos esse voluit, qui omnino ne iuraremus admonuit.* ibique notat *Gloss.* verbo *sed quia peierare*? Nec discessisse videtur Gratianus in *can.quisquis hanc sanctam, ac venerandam antistitis sedem 4.§.cum autem sacris canonibus accusationes omnino submoueantur.* circa finem 15.q.3. verbis edicens: *Cum enim generaliter legibus hoc eis permissum inueniatur; nisi quis specialiter aliqua lege hoc prohibitum ostenderit,eius distinctio locum non habebit.* ibique *gloss* verbo *generaliter* inferens: *Sic ergo argumentatur: Cùm nusquam inueniatur prohibitum. ergo non debet prohiberi.ex 27.q.2.lex diuinæ constitutionis.* Neque cõtraît Innocentius III. Arelaten Archiepiscopo in *c.cùm apud sedem Apostolicam 23.§.sanè consuluisti nos,vtrum mutus,& surdus. de sponsalibus,& matrimoniis.*decernens:*Quod cum prohibitorium sit edictum de matrimonio contrahendo;vt quicumque non prohibetur, per consequentiam admittatur*. ibique *glo.* verbo *non prohibetur* inferens:Quod id, quod non prohibetur, concessum videtur. ex eodem Innocentio Decano, & Capitulo Andegauen in *cap.inter corporalia,& spiritualia 2. §. sed neque illud,*{quod *in canone legitur in fine de translatione episcopi.* ibique *gloss.* verbo *non inuenitur.*

Permutatio Ecclesiarum, vel monasteriorum fieri non debet sine consensu Episcopi. ex decreto Bonifacii in *can. si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere 41.17.q.7.*Non tamen per seculares fieri poterit. Quod si factum fuerit non valebit, & Ecclesia, & monasterium ipsum in pristinum reformetur statum. ex Decreto Siluestri Papæ in in *can. nemini regum, aut cuiquam hominum 40.eadem 16.q.7.* Hoc autem non quacumque causa, sed ad meliorandum fieri debet.ex eodem Bonifacio eodem *can.si quis vult monasterium suum ad meliorandum 41.eadem 16.q.1.*Quia profecto hæc est vna ex tribus causis propter quas transferuntur Ecclesę de loco ad locum secundum *glossam* ibidem verbo *ad meliorandum*.

Pernoctare, est per totam noctem vigilare. ex Ambrosio in *can. nosse credo vos fratres 9. distinct.76.*illis verbis: *vigilias celebramus,orationibus pernoctantes*. per totam videlicet noctem.secundum *glossam* ibidem verbo *pernoctantes*. ex Pomponio lib. 6. ad Sabinum in *l.vrbana familia, & rustica non loco, sed genere distinguitur 166.§.finali ff.de verborum,& rerum significat.*sequentibus dicente: *Pernoctare extra vrbem intelligendus est, qui nulla parte noctis in vrbe est. Per totam enim noctem significat.*

Perpetuum dicitur, quod definitum non obtinet tempus. ex Innocentio Tertio vniuersis Doctoribus Parisiis commorantibus in *cap. ex litteris vestræ deuotionis accepimus 11. in fine de constitutionibus*. illis verbis; *Quia tamen constitutum non fuit, vt in perpetuum huiusmodi priuatio perduraret*. ibique *Gloss.*verbo *in perpetuum*.dicens:*Ex quo enim non est tempus definitum de quolibet tempore intelligitur*. ex Epistola Tarasii Constantinopolitani Episcopi ad Hadrianum Papam in *can. eos,qui per pecu-*

*niam manus imposuerunt* 21.*in fine* 1.q.1.dicendo: *Accipere enim est quandocumque accipere*. sine ergo temporis definitione. consequenterque in perpetuum. perpetuum vero multis dicitur modis ex *Gloss.*in *can.ea enim, quæ beatissimæ Ecclesiæ iura pertinent* 2. §. *perpetua quoque Emphyteusis in his permittitur rebus*.10. *q*.2.verbo *perpetua*. id est vsque ad triginta annos.vel perpetua,id est quandiù viuit. vel perpetua. id est quandiù pensio soluitur. sicuti excommunicatio dicitur perpetua. id est,quo vsque pœnitet.ex Hieronymo ad Damasum Papam de oblationibus altaris in *can.quia sacerdotes pro omnibus orare debent* 13. *in fine* 10. *q*.1. verbis edicente; *Ob hoc Papa Gloriosè mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, vt & coeteri metum habeant, & ampliùs hæc in Ecclesia non fiant*. Perpetuam nuncupauit excommunicationem. donec videlicet per pœnitentiam soluatur. ex Concilio Toletano Quarto in *can de viduis, & puellis, quæ habitum religionis* 7.*in fine* 27.*q*.1. verbis edicente: *Quod si emendare neglexerint,à communione,& omnium Christianorum conuiuio,perpetuò sint sequestratæ*. perpetuò. vsque quo emendauerit. *Glossa* ibidem subnectit.vt *extrà de constitutionibus ex litteris in fine*. Concinitq; Alexander Tertius Salernitano Archiepiscopo in *cap.clericos in sacris ordinibus constitutos,qui publicè tenēt concubinas* 3.*in fin. de cohabitatione clericorū,& mulierum*.præcipiens: *In aliquot eorum debes perpetuam excommunicationis sententiam proferre,vt alii eorum exemplo perterriti a similibus arceantur*. perpetuā.id est donec resipiscant.*glossa* ibidem comminiscitur: Quia perpetuum intelligitur, quod non habet præfinitum tempus. ex Claudia Cæsare in *l. falsò asseueratur*.a.*C.de diuersis rescriptis,& pragmaticis sanctionibus* verbis illis: *Cùm ea,quę ad ius rescribuntur,perennia esse debeant: si modo tempus in quo alligari, vel audiri debent,non sit comprehensum*. ibique *gloss.* verbo *perennia*.id est sine fine. Perpetuum quippe dicitur, quod potest esse perpetuum. ex Symmacho Papa in Synodo Romana prima in *can. si quis ex Episcopis,vel presbyteris, vel monachis* 5. *circa finem dist*.79. verbis illis: *ipsis,& sibi fauentibus fiat perpetuum anathema*. perpetuum. donec pœniteat. *Gloss.* ibidem subinfert. & notat *Cardinalis in clement*.2. *de rescriptis*. Nam recipit interpetrationem secundum naturam actus, cui adiicitur. ex *Decio cons*.13.*num*.53. & 55. *vol*. 2. *Rota apud Cardin.Caualerium decis*. 168. *num*. 2. & *decis*. 293.*num*.3. & *decis*. 454.*sub num*.10. & *sequentibus*.diximus *respons*.nostra 96.*num*.18. & 19. *part*.5.

Persecutio vel carnalis est, vel spiritualis. carnalis,qua malus bonum persequitur. de prima felix secundus Episcopis in Alexandrina Synodo congregatis in *can.quiescite(inquit sācta,& magna Nicæna Synodus)& nolite persequi eos,qui rectè Deo famulātur*.12.6.q.1.in fine cōcludens: *Quia nec decet,nec ordo patitur,vt iniqui,& carnales spirituales persequantur*. de secunda,& vtraque ex Hieronymo in *can.qui secundum carnem natus erat,persequebatur spiritualem* 13.23.q.4. dicente: *Numquam enim spiritualis carnalem persequitur; sed ignoscit ei, quasi rusticano fratri. Scit enim posse proficere per tempus*. Hoc autem petit spiritualis, vt malus se emendet, & proficiat per pœnitentiam.

Persequuntur quandoque mali bonos, Deo permittente, vt boni humilientur, nec in elationem se ex bono efferant. ex Gregorio ad Theotistam Patritiam in *can. sunt plurimi, qui vitam bonorum amplius, quàm decet, laudant:& ne qua elatio de laude subrepat* 11.6.q.1. ibique Gratianus §.*verùm hac auctoritate prohibentur spirituales à carnalibus accusari*. Proprium tamen est, vt mali bonos semper persequantur, ac tribulent. Propter hoc boni humilientur sub potenti manu Dei, vt liberet eos in tempore tribulationis.ex Alexandro Papa in *can. nulli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur*.5. 3. *quæst*.1.

Persequi Prælatus à subditis diabolus extimulat, vt capite languente facilius membra luant.ex Gregorio Gratianus in *can.sunt plurimi,qui vitam bonorum*.11. §.*verum hac auctoritate prohibentur* 6.*q*.1. deducens illud (Isaię 1.) *Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas*.Nec diuersimode Anterus Papa in *can. ex merito plebis nonnunquam Episcopi deprauantur*.13,*eadem* 6.*q*.1. & ipse rationem defferens: *Capite languescente cetera corporis membra inficiuntur*.

Persequi Prelatos,& Episcopos,est Christum persequi, quia Episcopi Christi legatione funguntur.Pelagium Papam secundum Benigno Archiepiscopo scribentem excipe in *can.omnis,qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat,& veniebat ad David*.36.7. q.1. verbis efferentem; *Qui enim persequuntur Domini Episcopos,eosque de Ciuitatibus ad Ciuitates trāsire compellunt; non eos tantum persequuntur, quantum Dominum nostrum Iesum Christum, cuius legatione funguntur.Nec ipsi in hoc peccant Episcopi, quoniā non spontè,sed coactè hoc agunt: sed illi, qui eos persequuntur: nec ipsis Episcopis hoc imputari potest; sed illis,qui eos hoc agere cogunt*.Prælati ergo exemplo Christi persecutores diligere debent,atque persequutiones patienter pati.ex Liberio Papa omnibus Episcopis scribente in *can. sugestum nobis est* 46. *eadem* 7.q.1.verba excipe:*Dicite Domino;Beatus,qui perseuerauerit vsque in finem. Vnde ergo est beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? Quoniam secundum Apostolicam prædicationē: (omnes, qui volunt in Christo piè viuere,persecutionem patientur*. (2.ad Timot.3.) *Ideo fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostra, & liberatione, Creator, Dominusque,& Redemptor noster pertulerit, quibusque se contumeliis afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret*.

Per-

persecutio prælatorum dupliciter perpendi potest, vna quidem exterior, altera verò interior; exterior quidem fit per passionem, quam sibi aduersarii inferre intendunt persequendo. vnde dixit Dominus: (Matthæi 10.) *Si vos persequuti fuerint in vna Ciuitate fugite in aliam.* Interior vero fit per compassionem, in qua Apostolus laborabat (2. ad Corinth. 11.) dicens: Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego nō vror? Prosequitur Gratianus in *can. aduersitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis est.* 41. §. *hoc tunc seruandum intelligitur.* 7. q. 1. notatque *Gloss.* ibidem verbo *hoc etiam.* & Aduertendum est, quod aut ratione personę prosecutio Prælato à subiectis infertur: & tunc seruandum: *Si vos persequuti fuerint in vna Ciuitate, fugite in aliam.* si vero ratione gregis: & tunc seruandum, quod dicitur; *Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.* quod prosequitur Gratianus eodem §. *hoc tunc seruandum intelligitur.* eadem 7. q. 1.

Persecutores Episcoporum suorum, si Clerici fuerint, infames efficiuntur, & à gradu debēt recedere, & Curiæ tradi seruituti. ex Stephano Papa in *can. Clericus verò, qui Episcopum suum accusauerit* 8. 4. q. 8. ibidemque ex Alexandro Papa in *can. hi, qui Episcopos suos persequuntur* 9. Nam hi perpetua notantur infamia, & exilio digni iudicantur. ex eodem Alexandro Papa.

Persecutorem esse criminis, non iniquitas, sed pietas extimatur. Propterea. n. est criminis persecutor, vt sit hominis liberator; secundum Augustinum ad Macedonium in *can. nō est iniquitatis, sed potius humanitatis societate deuictus* 17 23. q. 5. Namque

Persequi malos, vt ipsi corrigantur, magisque emendentur, non fanè malum, nec odisse eos est, sed diligere. *Non enim omnis, qui parcit amicus est: nec omnis, qui verberat inimicus Meliora sunt vulnera amici, quàm blanda oscula inimici. Melius est cū seueritate diligere, quā cū lenitate decipere.* Augustinus prosequitur Vincētio scribens in *can. nimium sunt iniqui Donatistę* 27. §. *non omnis, qui parcit, amicus est* 23. q. 4. & *can.* sequenti ad Donatum. *displicet tibi, quia traheris ad salutem.* 28. & ex Pelagio Papa in *can. non vos hominum vaniloquia retardent* 42. 23. q. 5. verbis dicente: *Non persequitur, nisi, qui ad malum cogit. Qui verò malum, vel factum iam punit; vel prohibet, ne fiat, non persequitur iste, sed diligit.* Augustinus quoque ad Bonifacium Comitem in *can. si Ecclesia vera ipsa est, quę persecutionem patitur* 42. 23. q. 4. ad medium. verba perpendens (psalmi 17.) *Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar, donec deficiant.* infert: *Ergo si verum dicere, vel agnoscere volumus; Est persecutio iniusta, quam faciunt impii Ecclesię Christi, & est iusta persecutio, quam faciunt impiis Ecclesię Christi. Ita itaque beata est, quę persecutionem patitur propter iustitiam: illi verò miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo; illi sæuiendo; ista vt corrigat; illi vt euertant: ista, vt reuocet ab errore; illi vt præcipitent in errorē.*

Persecutio non omnis culpabilis est. Nàm impii ab ipsis factis suis persecutionem patiūtur. & Pater filium persequitur: vir vxorem; Dominus seruum: Iudex subiectum. Cùm illi plerumque ordinatissima potestate sibi subiectos per terrores leuiarum pœnarum à grauioribus malis prohibeant, atque compescant. vnde Ecclesia hæreticos cum ratione persequitur. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. qui peccat non peccat legis auctoritate, sed Contrà legis auctoritatem* 40. 23. q. 4. dicente post principium rationem: *Non enim persequimur vos, nisi quemadmodum veritas persequitur falsitatem.*

Perseuerantia est, quæ coronat opus, & semper nobiscum esse debet, vt salui esse valeamus. ex Augustino in libro de correptione, & gratia in *can. si ex bono in malum deficiente bona voluntate, moriuntur* 8. col. 2. *post medium de pęnitentia distinct.* 4. verbis illis. *Erant itaque in bono; sed quia in eo non permanserunt, id est non vsque in finem perseuerauerunt. &c.* ibique *Gloss.* verbo *perseuerauerunt.* id est vsque in finē nō perseuerauerunt. refertq; ex Ouidio.

*Sed scilicet vltima semper*
*Expectanda dies homini est; dicique beatus*
*Ante obitum nemo, supremaque funera debet.*
*Argue prodesse modicum, quod desinit esse.*
*Quod non durabit, commoda parua dabit.*

Nam ex Gregorio in moralibus in *can. in cassum igitur bonum agitur.* 17. *de pœnitentia dist.* 3. verbis exagerante, atque rationem inferente: *In cassum quippe bonum agitur, si ante terminū vitæ deseratur: quia & frustra velociter currit, qui priusquam ad metas venit, deficit.*

Perseuerantia in bono vsque ad finem, donum Dei est. vnde illud, quod ait Apostolus (1. ad Corinth. 13.) *Si tradidero corpus meum ita, vt ardeam; charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Augustinus in *can. si quis autem non habens charitatem.* 49. *siue finali de pęnitentia distinct.* 3. ante finem, explicat: *Nihil prodesse intelligitur ad regnum cælorum obtinendum; non ad extremi Iudicii tolerabilius supplicium subeundum.* inferens: *Hæc propter charitatem dicta sunt; sine qua in nobis non potest esse vera pęnitentia: quia in bonis charitas Dei est; quæ tolerat omnia.* & Gratianus in *can. vt cognouerunt, quod nudi essent.* 39. §. *opponitur etiam illud, quod omnis clamat auctoritas de pænitentia distinct.* 2. Rationem reddens ex Gregorio: *Cum non habeat aliquid viriditatis in se ramus boni operis, nisi procedat ex radice charitatis.* quę donū Dei est. in fine deferens illud Ioannis (1. Io. 3.) *omnis, qui natus est ex Deo, peccatum non facit. Sed generatio Dei conseruat eum: & malignus non tangit eum.*

Perseuerantia bona, ex virtute procedit patientiæ. ex Liberio Papa omnibus Episcopis in *can. suggestum nobis est* 46. 7. q. 1. ad verba (*Matthæi* 10.) Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem: *Vnde namque est Beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ?* & proinde tribulationem vsque in finem sustinendo, atque in bono perseuerando, ibidem. *Qui*

*enim*

*enim perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit*. ex Gregorio in *can. non reuertebantur cum ambularent* 10. *de pænitentia distinct*. 2. Rationem reddente: *Quia electi quique sic ad bonum tendunt, vt ad mala perpetranda non redeant*. finaliter saltim. vt *Glossa* ibidem addit. Merito Augustinus ad Eudoxium scribens in *can. vos autem fratres exhortamur in Domino* 30. 16. q. 1. Exhortatur nos, vt propositum nostrum custodiamus, & vsque in finem perseueremus. in fine concludens de Ecclesia verba faciens: *Nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiæ præponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent: quomodo nasceremini, non inueneretis*.

Perseuerat, quod ex voluntate arripitur. Quod verò ex necessitate fit, citò soluitur. ex Hieronymo in Oleam. in *can. quidquid enim necessitate fit citò soluitur: quod voluntate arripitur, perseuerat*. 27. *de consecratione distinct*. 5.

Perseuerant, qui sic à terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, vt ad ea, quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectantur. Namque: *Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò aptus est regno Dei*. (Lucæ 9.) *Manum quippe in aratrum mittere est, quasi per quendam compunctionis vomerem ad proferendos fructus terram sui cordis aperire. Sed retrò post aratrum respicit, qui post exordia boni operis ad mala reuertitur, quæ reliquit*. Gregorius super Ezechielem homilia 3. in *can. pennata animalia* 9. *de pænitentia distinct*. 2.

Persona vna Domini nostri Iesu Christi est in duabus naturis, Diuina, & humana. Vnde Synodus Ephesina prima ducentum Episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita, Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condemnauit, ostêdens manere in duabus naturis vnam Domini nostri Iesu Christi personam. ex libris sanctorum Patrum in *can. canones generalium Conciliorum* 1. 9. *Tertia Synodus Ephesina prima distinct*. 15. ibique *Gloss.* verbo *vnam*. subnectēs: *Vna est Persona: sed habet duas naturas, diuinam, & humanam*. & ibidem ex Gregorio in *can. sicut sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor*. eadem *distinct*. 15. & in Synodo Chalcedonensi sexcentorum triginta sacerdotum sub Martiano Principe eudem *can. canones generalium Conciliorum* 1. 9. *quarta Synodus*. in qua Eutychen Constantinopolitanum Abbatem, Verbi Dei, & carnis vnam naturam pronunciantem, & eius defensorem Dioscorum, quondam Alexandrinum Episcopum, & ipsum rursum Nestorium cum reliquis hæreticis vna Patrum sententia damnauit, prædicans eadem Synodus: Christum Dominum de virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinæ, & humanæ confiteamur naturę.

Personarum inæqualitatem in diuinis personis ponebat Arius, qui in prima Nicæna Synodo tercentum, & decem, & octo Episcoporum Constantino Augusto imperante damnatus fuit: & consubstantialem Deo Patri Deum filium eadē sancta Synodus per Symbolum definiuit. eodem *can. canones Generalium Conciliorum* 1. 9. *harum prima Nicæna Synodus. distinct*. 15. vbi *Glos.* verbo *quam de in æqualitate*. Rationem reddit: *Dicebat enim (Arius vtique) Patrem maiorem filio: & filium spiritu sancto*. Nam ex Isidoro lib. 8. Etymologiarum in *can. quidam autem hæretici, qui de Ecclesia recesserunt* 39. 24. q. 3. 9. *Ariani ab Ario*. Arius dicebat: Isidorum pende: *Ariani ab Ario Alexandrino presbytero orti sunt: qui coeternum Patri filium non agnoscens, diuersas in Trinitate substantias asseruit; contra illud, quod ait Dominus*: (Ioan. 10.) *Ego & pater vnum sumus*.

Personarum trinitas semper in baptismate exponenda est, siue vna, siue trina mersione baptizatus infundatur: *Quia dum tribus personis vna substantia est, reprehensibile esse nullatenus potest infantem in baptismate, vel ter, vel semel immergere; quando, & in tribus mersionibus personarum trinitas, & in vna potest Diuinitatis singularitas designari*. Gregorius Leandro Episcopo Hispaniarum scribit in *can. de trina mersione baptismatis*. 80. *de consecrat. distinct*. 4. ibidemque Zaccharias Papa Bonifacio Episcopo in *can. in Synodo Anglorum decretum* 83. dicens: *Perfectus Christianus non est, nisi in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti fuerit baptizatus*.

Personarum acceptio in electionibus esse non debet, sicut nec munerum. ex primo libro Capitulorum Caroli, & Ludouici Imperatorum in *can. sacrorum canonum non ignari* 34. *distinct*. 63. Et ex Gregorio ad Clerum Mediolanensem in *can. dilectissimi filii* 1. 8. q. 2.

Personarum acceptor non est Deus; Petrus testatus fuit (*actuum* 10. 34.) Dū Cornelio Centurioni protestatus fuit: *In veritate comperi, quia non est personarum acceptor Deus*. & sequutus fuit Gratianus in *can. tali contagio generati* 17. 5. *huic Petrus concordans ait. In veritate comperi, quia non est acceptor personarum Deus*. 1. q. 7. & *Glossa* ibidem verbo *Petrus ait*: Quia apud Deum non est personarum acceptio.

Persona & si detestetur alicuius, non propterea eius scripta detestata censentur, si bene scripserit. ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. non ne Sodomitæ ethnici erant*. 37. *in fine* 1. q. 1. Rationem reddente: *Nam, & ipsi gentiles, si quid diuinum, & rectum in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauere sancti nostri*. ibique *Gloss.* verbo, *& rectum*. argumentum deducens: *Propter personę detestationem non reprobari dicta illius*. Eodem ex Augustino contra Faustum Manichæum in *can. si quid veri de Deo Sybilla, & orpheus, aliique gentium vates, atque philosophi prædixisse peribētur*. 13. *distinct*. 37. Nam valent ad paganorum vanitatem reuincendam. & coincidit ex Beda in *can. turbat acumen legentium, & deficere cogit* 8. *eadem distinct*. 37. in fine concludens: *Nec ipse Magister gentium aliquot versus pœtarum suis, vel scriptis indidisset, vel dictis*. ibique *Glossa* verbo *indidisset*.

Perso-

Persona loquentis, in generali sermone non includitur, sed excepta videtur. ex Augustino in libro de mendacio in *can. primum est capitale mendacium, longeque fugiendum. 8. in fine principii. 22. q. 2.* verbis illis: *Octauum est genus mendacii, quod & nulli obest, & ad hoc prodest, vt ab immunditia corporali aliquem tueatur.* vbi *Gloss.* verbo *& nulli.* infert: *Hic dicitur quod nulli obest; & tamen obest ei, qui mentitur. Et sic est argumentum; quod ipsa persona, de qua fit sermo, vel ad quam fit sermo, non includitur in generali sermone.* Allegat ex Vlpiano lib. 10. ad Sabinum in *l. quicquid venditor seruitutis nomine sibi recipere vult, nominatim recipi oportet 11. ff. communia prædiorum, tàm Vrbanorum, quàm rusticorum.* in ratione, quam intulit: *Quia nemo ipse sibi seruitutem debet.* Non ergo includitur in sermone generali persona loquentis. ex Honorio Tertio A. & C. canonicis Antiochenſis in *c. petitio vestra nobis exhibita continebat 31. extrà de Iure Iurando.* respondente: *Interpretratione congrua declaramus, vos iuramento huiusmodi non teneri, quin pro iuribus, & honoribus ipsius Ecclesię, ac etiam specialibus vestris defendendis, contra ipsum Principem stare liberè valeatis.* ibique *gloss.* verbo *specialibus* Rationem reddens: *Nam & in generali sermone persona loquens intelligitur excepta, vt hic.* inferens; *Nam nemo tenetur aliū plus diligere, quam se ipsum: Quia ordinata charitas à se ipso incipit.* Concinitque textus in *l. inquisitio veritatis tolli non potuit 18. C. de solutionibus, & liberationibus.* secundum *Baldi* summarium ibidem dicentis: *In generali sermone non includitur persona loquentis.* Reprime tamen si subiecta materia aliud suaderet. ex *Cyno* in *l. inquisitio veritatis.* Vel si vna, eademque ratio id exposcat in persona loquentis. *Rota part. 2. in recentioribus decis. 365. num. 2.* & apud S. memoriæ *Gregorium 15. decis. 176. num. 10. ad 20.*

Persona prius quærenda, quàm iuris ratio perquiratur. ex Sceuola libro 8. Quæstionum in *l. quidam referunt (quantum repeto) apud Iulianum 14. prope finem principii ff. de Iure codicillorum.* dicente: *Vt non ante Iuris ratio, quam persona quærenda sit.* Quam illātionem intulit precedentibus verbis: *Esse enim debet, cui detur: dein de sic quæri, an datum consistat; vt non ante Iuris ratio, quàm persona quęratur.* Datur enim qualitas est. qualitas vero sine subiecto, & essentia esse non potest. esse igitur debet, cui detur. *Gloss. in cap. ad dissoluendum 13.* verbo *accusari de disponsatione impuberum* deduximus *respons.* nostra *7. nu. 28.* & *respons. 23. num. 36. part. 5.* Nec dissimiliter Modestinus lib. 12. Pandectarum in *l. famosi, qui ius accusandi non habent 7. ff. ad legem Iuliam Maiestatis.* verbis intulit. pende illum: *Hoc tamen crimen à Iudicibus non in occasione, ob principalis maiestatis venerationem habendum est, sed in veritate rei. Nam & persona spectanda est, an potuerit facere: & an ante quid fecerit, & an cogitauerit. & an sanę mentis fuerit. nec lubricum linguæ ad pęnam facile trahendum est.*

Personatum, siue larualem agere ludum, quem personati faciunt, est Clericis interdictum. in Ecclesia præsertim. Inhibitum hoc esse respondit Innocentius Tertius in *cap. cum decorem domus Dei 12. de vita, & honestate clericorum.* ibique *Gloss.* verbo *monstra Laruarum.* Mortaliter igitur peccabunt. præsertim, si cum scādalo fiat. Quia non possunt habitum mutare, nisi causa rationabilis subsit. *Quos oportet per decentiam habitus extrinseci, morum intrinsecam honestatem ostendere.* Decreuit Clemens V. in Concilio Viennen in *Clement. Quoniam, qui abiectis vestibus proprio congruentibus ordini 2. de vita, & honestate Clericorum.* Imponitur enim inter cetera pœna suspensionis. Suspensio vero censura est, quę sine mortali non imponitur. *Angelus in summa* verbo *Ludus num. 2. Gregorius Sayrus in Claui Regia lib. 11. cap. 12. num. 4. vers. quod intelligendum est.*

Persuadere peius est, quàm facere. ex Anacleto Papa in *can. deteriores sunt, qui doctorum vitam, moresque depravant 15. 6. q. 1.* ibiq; *Glo.* verbo *deteriores.* Ita quidem, vt homici da dicatur, qui fratri suo mala persuadet. ex Augustino in *can. noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades. 29. de pœnitentia distinct. 1.* inferente: *Si fratri tuo mala persuades; occidis.* Est ergo homicida. ibique *glos.* verbo *persuades.* Rationem reddēs: *Qui enim persuadet corrumpit, non qui cogit.* Et duplex perpetrat peccatum: quia se ipsum perdit: & fratris animam occidit. plus ergo delinquit, qui persuadet, quàm, qui facit. quia conscientiam percutit infirmorum. vt Anacletus Papa ad Episcopos Italię scribens dixit in *can. sanè percussor ille dicitur Doctor, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum 18. siue finali distinct. 45.* Hanc ob causam grauiori pœna feriuntur excommunicationis. ex Gregorio Ianuario Episcopo in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit 24 circa finem distin. 86.* scribente, atque præcipiente: *Eos verò, quorum consilio hoc egisti, in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus.* ex quo loco *Gloss.* verbo *excommunicatos.* argumentum deducit: *Quod quandoque magis puniuntur consiliarii, quàm facientes.* Deducit peroptimè Vlpianus lib. 23. ad Edictum in *l. ait Prętor, qui seruum, seruamque 1. §. persuadere autem ff. de seruo corrupto.* excipe illum: *Persuadere autem est plus, quàm compelli, atque cogi sibi parere. Sed persuadet, etiam bonum consilium quis dando. potest persuadere & malum. ideo Prętor adiecit, dolo malo, quo eum deteriorē faceret. Neque enim delinquit, nisi, qui tale aliquid seruo persuadet, ex quo eum faciat deteriorem. Qui igitur seruum solicitat ad aliquid vel faciendum, vel cogitandum improbe: is videtur hoc edicto notari.* Pessimum malū est ergo persuadere quod malum est.

Petere quis dupliciter quid potest, vel iuste, vel iniustè. ex Graciano in *can. sex differentiæ sunt. reddere bona pro malis. 1. §. item ab aliquo capto iniustè sua exiguntur 23. q. 3.* verba excipe Gratiani: *Petere ergo, vel præstare in tribulatione subsidium, vt voluptuose quis in crimine viuat,*

*uat, damnabile est. Petere autem, vel præstare solatium, vt malis facultas delinquendi adimatur; Eclesia pacem adipiscatur; vt aliquis multorum vtilitati seruetur: vtile est, & honestum; dissimulare verò est grauissimum. Hinc de Paulo legitur,* (Actuum 23.) *Quod, cùm quidam Iudæorum iurassent, se non comesuros panem, nisi eum interficerent; petiit milites à Pretore, quorum præsidio illesus seruaretur ab iniuria Iudæorum, non suæ voluptati, sed omnium vtilitati victurus.*

Petrus Cephas à Christo dictus est, hoc est caput, & principium. vt ipse caput, & principium teneret Apostolatus. Anacletus Papa ad omnes Episcopos in *can. sacrosancta Romana, & Apostalica Ecclesia* 2.§. *inter beatos Apostolos quædam fuit discretio potestatis. dist.* 22. Petrus dictus est. (Matthæi 16.) *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* super hanc petram confessionis; Quia dixit: *Tu es Christus filius Dei viui* subsequitur Ambrosius in *can. fidelior factus est Petrus* 54. *in fine distinct.* 50. & ipse verbis exprimens illud: tu es Petrus & cet. *Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus fidei fundamenta posuerit, & tāquā saxū immobile totius corporis Christianitatis compagem, molemque contineat.* vel

Petrus à Petra, Christo videlicet Domino, qui Petra nuncupatus est, & ipse appellatus fuit. (1. *ad Corinth.* 10. 4.) dicente Apostolo: *Bibebant autem de spiritali, consequente eos petra. Petra autem erat Christus.* quæ perpendit Ambrosius in *can. re vera mirabile est. quod manna Deus pluit patribus* 69. *paulo post principiū de consecrat. dist.* 2. Explicuitque Leo I. ad Episcopos Viennenses scribēs in *can. ita Dominus noster Iesus Christus* 7. *ad medium distinct.* 19. verbis exprimens: *Sed huius muneris sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit: vt in Beatissimo Petro Apostolorum omnium summo principaliter collocaret; vt ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet; vt exortem mysterii intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere.*

Petrum in summum sacerdotem Christus elegit, dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues Regni Cœlorum tribuit: & à se Petra, Petri sibi nomen imposuit; atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, vt ceteros confirmaret sibi iniunxit, dicens: (Lucæ 22.) *Ego rogaui pro te, Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.* Ita Gratianus in *summa circa finem distinct.* 21. Elegit autem eum Deus, & Dominus noster in Prælatum, & Pastorem Ecclesiæ suæ, dicens ei: *Pasce oues meas* (Ioa. 21. 18.) & Ecclesiæ suæ prætulit, & pastorem constituit. perpendit Gregorius *in can. considerandum nobis est* 53. *distinct.* 50. ibique *gloss.* verbo *præposuit.* insequens, ac dicens: *hoc verbo. Pasce oues meas.* Nam tunc factus est Princeps. *non illo: Tu es Petrus & super hanc petram. &c. Quia illud fuit ei dictum ante passionem.* Concinit Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ in *can. in nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cæpit ordo.* 2. *distinct.* 21. Nec deuiare ab eodem sensu visus est Paschalis Papa Panormitano scribens Archiepiscopo in *cap. significasti, reges, & regni maiores admiratione permotos.* 4. *post principium extra de electione, & electi potestate.* dicens ei: *Mirentur in hac causa Dominum nostrum Iesum Christum, qui cùm ouium suarum curam Petro committeret: conditionem posuit dicens: si diligis me, pasce oues meas.* vbi *Gloss.* verbo *pasce oues meas.* subnectit: *Per hæc verba elegit eum Deus in prælatum.* Alias. n. Ecclesias oēs, & dignitates instituit Romana Ecclesia. *Hāc vero solus ille fundauit; et super petrā fidei mox nascentis erexit, qui beato æterna Vitæ Clauigero terreni simul, & Cœlestis imperii iura commisit.* vt Nicolaus Papa secundus Mediolanēsibus per Petrum Damianū Legatū suū scripsit in *can. omnes, siue Patriarchii cuiuslibet apices* 1. *distinct.* 21. post principium. vnde *gloss.* verbo *cœlestis* argumentum educit: *quod Papa habet vtrumque Gladium, scilicet, spiritualem, & temporalem.*

Petrus iam baptizatus fuerat, quando Christus Dominus eius Lauit pedes. Quod ex illo (Ioannis 13. 10.) *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus.* & ita interpretatur Augustinus in Epistola ad Seleucianam in *can. quando ab Hierosolymis exiit Iesus cum discipulis suis* 147. *de consecrat. distinct.* 4.

Petrus Malchi aurem præscidit in passione Domini, eo quod omne peccatum fidei mysteriis abluitur. Petrus vero tollit aurem. Quia ipse est, qui accepit claues Regni Cœlorum. Ille enim absoluit, qui condemnat: quoniam ligandi, & soluendi idem adeptus est protestatem. Tollit autem male audientis. tollit autem gladio spiritali autem interiorem male intelligentis. Ambrosius in Lucam in *can. si Petrus volens percussit aurem* 17. 24. q. 1.

Petrus ideo cecidit negando Christum, & permisit hoc Dominus. *Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat Pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset.* Gregorius loquitur in *can. considerandum nobis est, cur omnipotens Deus* 53. *distinct.* 50. Ter autem negauit & ter confessus est se amare. Sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta sunt, vt sciatis, neminem iactare se debere. Ambrosius in *can. imitare Petrum tertio alibi dicentem: Domine tu scis, quia diligo te* 10. 6. q. 1.

Petrus, qui primus Apostolorum à Domino fuerat electus, materialem gladium cū exerceret, vt Magistrum à Iudæorum iniuria defensaret. (*Matthæi* 26.) audiuit: *Conuerte gladium tuum in vaginam; Omnis enim, qui gladium acceperit, gladio peribit.* Quia deinceps in exemplum patientiæ gladium materialem exercere non debes, sed illum in vaginam conuertere; & tantùm spiritualem gladium, quod est verbum Dei, in mactationem veteris vitæ exercere. Gratianus in *summa* 23. q. 8. ibidemque Innocentius Papa in *can. cùm à Iudæis, inquit, Dominus caperetur, & Petrus cuiusdam*

inobe-

*inobedientis aurem abscinderet; ferire prohibuit, & forma omnium sacerdotum (quorum prior erat) etiam pro se ipso, capi arma carnalia prohibuit 2. eadem 23.q.8.*

Petrus Tabitam mortuam orando suscitauit. Ananiam, & Saphiram mentientes morti increpando tradidit. Quia Prælati & orando, & increpando subditos regere oportet. ex Gregorio in dialogis. in *can. Petrus, qui Tabitham mortuam orando suscitauit* 18. 23. q. 8. Debent tamen rationem pro se reddere, sicut & Petrus fecit. qui rationem reddidit cur ad gentiles intrasset (Actuũ 11.) perpendit Gregorius Theotistæ Patriciæ scribens in *can. Petrus potestatem regni acceperat* 40. 2. q.7.

Petrum Dominus respexit, & fecit eum suum peccatum flere. Ita non est negligenda correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos, faciat esse correctos. ex Augustino in *can. sicut, non est ab oratione cessandum pro eis, quos corrigi volumus*. 20. 23. q. 4. in fine inferente: *Tunc autem correptione proficit homo cùm miseretur, atque adiuuat, qui facit, quos voluerit, etiam sine correptione proficere.*

Petrus Princeps Apostolorum adiutores sibi asciuit Linum, & Clerum, qui tamen ministrabant exterioribus, ipse verò Petrus verbo, & orationi insistebat. Clementem vero post se successorem reliquit. ex Ioanne Tertio scribente Episcopis Germaniæ, & Galliæ. in *can. si Petrus princeps Apostolorum auditores sibi asciuit* 1. 8. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *aut ligandi*.

Petrus Roma fugiens Domino obuiam fuit, quem interpellans Petrus: Domine quo vadis? illo respondente; Venio Romam iterum crucifigi, reuersus Petrus, ac pro se dictum excipiens, & ipse Crucifixus est. ex Innocentio Tertio nobili viro G. Montis Pessolani in *cap. per venerabilem fratrem nostrum Arelatens Archiepiscopum* 13. §. *rationibus igitur his inducti, regi gratiam fecimus requisiti. in fine. qui filii sint legitimi*. verba damus eiusdem: *Cùm enim Petrus Vrbem fugiens, exiisset, volens eum Dominus ad locum, quem elegerat, reuocare, interrogatus ab eo: Domine quo vadis. Respondit: Venio Romam iterum crucifigi: Quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reuersus.*

Petrus, & Paulus inter vniuersos Apostolos, peculiari quadam prærogatiua præcellunt. de quibus Ambrosius sermone 66. de natali Petri, & Pauli in *can. Beati Petrus, & Paulus eminent inter Vniuersos Apostolos.* 37. 2. q. 7. prosequens: *Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione; & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrii gloriam peruenisse. Non enim sine causa factum putemus, quod vna die, vn in loco, vnius Tyranni tolerauere sententiam. Vna die passi sunt. vt ad Christum pariter peruenirent: Vno in loco, ne alteri Roma deesset; sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute.* Nam Romanam Ecclesiam Beatissimi Petrus, & Paulus suo martyrio consecrarunt. Anacletus testatur Papa ad omnes Episcopos scribens in *can. sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia* 2. §. *prima ergo sedes est cælesti beneficio Romana Ecclesia. distinct.* 22. Nec diuersimode Gelasius vrbis Romæ Episcopus omnibus orthodoxis in *can. quamuis vniuersæ per Orbem catholicæ Ecclesiæ* 3. *ad medium distinct.* 21. verbis edicit de Petro loquens: *Cui data est etiam societas beatissimi Pauli, vasis electionis, qui non diuerso, (sicut heretici garriunt) sed vno tempore, vno, eodemque die gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrarunt, eamque omnibus Vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt.*

Petrus cessit Paulo veritatem prædicanti. Augustinus in *can. qui contempta veritate præsumit consuetudinem sequi*. 6. *ad medium distinct.* 8. in ratione, quam reddit: *Quia & Petrus, qui prius circumcidebat, cessit Paulo veritatem prædicanti*. ibique *Glossa* verbo *circumcidebat*. Nec discessit Hieronymus super epistolam ad Galathas in *can. Paulus Petrum reprehendit: Quod non auderet, nisi se non imparem sciret*. 33. 2. q 7. vbi *Gloss.* verbo *imparem* subnectit: *meritis, non tamen administratione*. Quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed vnus omnibus præfuit. vt Clemens Papa ad Iacobum epistola 1. dixit in *can. in illis vero Ciuitatibus* 2. *in fine distinct.* 80. vbi *Gloss.* verbo *par.* adnotat: *Sed par fuit, quo ad consecrationem, non quò ad administrationem.*

Pictor coloribus sequitur arte naturam, colores admiscendo, ex visibilibus fucis corpora figẽs. Gregorius Venerio Calaritano Episcopo in *can. Fraternitatis vestræ studiosæ sagacitati.* 1. *in fine* 35. q. 10.

Picturæ sacræ, venerandæ. Nam quod legentibus scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus. Quia in ipso etiam ignorantes vidẽt, quid sequi debeant. In ipsa legunt, qui litteras nesciunt. vnde, & præcipuæ gentibus, pro lectione pictura est. verba sunt Gregorii Seuero Episcopo Massiliensi in *can. perlatum ad nos fuerat, quod indiscreto Zelo succensus* 27. *in fine de consecrat. distinct.* 3.

Pietas mater est boni operis. ex Gregorio in moralibus in *can. si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari* 20. 22. q. 2. prosequente: *Quanto magis hæc facillimè abstergitur, quam mater boni operis pietas ipsa comitatur?* Inde igitur culpa boni operis pietate purgatur. ibidem dicente. *si quælibet culpa sequenti solet pia operatione purgari.*

Pietas est vtilis ad omnia, habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Paulus docet. (1. *ad Timotheũ* 4.) sequiturq; Gratianus in *summa distinct.* 42. §. *vnde Apostolus.* verbis edicens; *Vnde Apostolus scribens ad Timotheum ait. Exercere te ipsum ad pietatem. Nam corporalis quidem exercitatio ad modicum vtilis est. pietas autem est vtilis ad omnia, habens promissionem*

*tiem vitæ, quæ nunc est, & futuræ*. Inferens; *Ab hoc quisquis alienus fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit*.

Pietatis causa operari impietas non debet. ex Nicolao Papa Salonitano Episcopo in *can. nosse desideras vtrum mulier* 3. ad medium 30. q. 1. verbis dicente: *Pertinet autem ad ingens vxoris exitium, quæ habens odio virum, vel infirmitatem eius non considerans, quasi causa pietatis operatur impietatem*. Concinitque, quod Gregorius Syagrio, & aliis Episcopis scribit in *can. non est putanda eleemosyna* 2. 1. q. 1. prope finem dicens; *Nimis ergo declinandum est dilectissimi fratres, sub obtentu eleemosynæ, peccata Symoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere*. Hoc autem non licet, quod iustum est infringere, sub prætextu canonicæ pietatis. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. ad Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit* 42. in fine principii de simonia. dicente: *Ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis*. vbi *Gloss.* verbo *pietatis* infert: *prætextu pietatis non est impietas committenda* 1. q. 1. *non est putanda* & ex Augustino in *can. neq; enim si agris inique, ac perperã inuasis* 9. 14 q. 5. & si quidem

Pietatis intuitu, & causa quędam permittantur. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit*. 11. *in fine* 1. q. 7. verba dam s? *Et quidem pœnę sententia in te fuerat iaculanda: Sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus, pietatis intuitu*. ibique *gloss.* verbo *pietatis*. a Inotans; Non nulla permitti pietatis intuitu. vt puta respectu naturę, respectu honestatis. vel fragilitatis. vnde dispensatur. vel etiam propter innocentiam.

Pietatis in doctrina mentiendum non est. Magnum enim scelus est, & primum genus detestabilis mendacii. ex Augustino in libro de mendacio in *can. primum est capitale mendacium*. 8 §. *non est igitur mentiendum in doctrina pietatis*. 22. q. 2.

Pietatis intuitu mortale quid patrandum non erit. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem* 14 & *can faciat homo etiam pro temporali hominum salute*, quod potest 15. 22. q. 2.

Pietas est, non crudelitas, crimina pro Deo punire. ex Hieronymo ad Riparium cõtra Vigilantium in *can. legi Syromasten Phinees* 13. 23 q. 8. dicente: *Non est crudelitas crimina pro Deo punire: sed pietas*. Syromasten. id est vindictam, siue Zelum indignationis. Quia Phinees coeuntem cum Madianita interfecit. *Gloss* ibidem agit commentum.

Pietatis scientia est, nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere; Apostolos non ignorare. Hieronymus in epistolam primam ad Titum in *can. si quis artem grammaticam nouerit, vel dialecticam* 10. prope finem distinct. 37. Nam aliæ scientiæ eatenus bonæ, quatenus ad pietatem dirigunt ex eodem ibidem.

Philosophiæ scientia non improbatur, si ad sciendum, quæ sunt diuina adhibeatur. Nam Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldeorum eruditi fuerunt. Magi quoque tria munera obtulerunt Domino: in quibus non nulli tres partes philosophiæ volunt intelligi. ex Gratiano in *can. legimus de beato Hieronymo* 7. §. *hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur*. *distinct.* 37. ibique *Gloss.* verbo *tres partes*. explicat: *Scilicet moralem, naturalẽ, rationalem*. Non tamẽ adhibenda est philosophia, rationalis præsertim, quæ dialectica nuncupatur, in destruenda vera, & catholica doctrina, vt hæretici faciunt, sed in defendenda vera ipsa doctrina. Nam alias non in dialectica placuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in cõtentione sermonis. ex responsione Hadriani Papæ ad Carolum in *can. omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici* 6. *distinct.* 37. Nam alioquin Origenes, ciniphes, & ranas, quibus Aegyptii sunt percussi, vanam dialecticorum vanitatem, & sophistica argumenta intelligit. Gratianus refert *d. can. legimus de beato Hieronymo* 7. §. *hinc etiam Origenes*. *eadem distinc* 37. In illis enim improbatur secularium scientiarum, & philosophorum argutiarum industria, qui his ad voluptatem nituntur. ex Beda in *can. turbat acumen legentium, & deficere cogit*. 8. ibique Gratianus §. *cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter leguntur probantur?* eadem *distinction.* 37. & valet hæc nosse ad paganorum vanitatem reuincendam. ex Augustino contra Faustum Manichæum in *can. si quid veri de Deo Sybilla, vel Orpheus* 13. *eadem distinct.* 37. Non tamen philosophicis dictis insistendum est ad sacram scripturam interpretandam, vnde eius intelligentia dura hat. ex Hieronymo ad Pammachium in *can. Ecclesiastica interpretatio* 15. *distinct.* 38.

Piscium esus diebus, quibus à carnibus abstinendum est, ita Christiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis solatium, non luxuriæ pariat incendium. & nequaquam sumptuosiora marinarum beluarum conuiuia præparet. Gregorius Augustino Anglorum Episcopo in *can. denique sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes* 6. *siue finali* §. *Cæterum piscium esus*. *distinct.* 4. Pœnitentiam autem agentes pisciculis vti diebus Dominicis, & præcipuis festis permittebatur. ex Concilio Hybernensi in *can. presbyter si fornicationem fecerit*. 5. *post principium non longe distinct.* 82. dicente: *Tantum autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur*.

Pisces ob malos retia rumpenda non sunt Domini. ex Augustino ad Vincentium in *can. quicumque vos ex occasione legis huius Imperialis*. 5. *in fine* 23. *quæst.* 7. verbis dicente: *Sed nec facile ista monstratis: & si monstratis, non nullos toleramus, quos corrigere, vel punire non possimus: neque propter paleam relinquamus aream* Do-

*Domini: Neque propter pisces malos rumpamus retia Domini: neque propter hados in fine segregandos, deserimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini.*

Placere malis à prelatis non est appetendum, atque ab his amari. Erit enim hinc ouibus magna pernicies. ex Anacleto Papa Episcopis omnibus in *can. nihil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur.* 6. *distinct.* 83. verbis subsequente; *Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo Pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest.*

Placendi causa hominibus, nec veritas enunciand a, multo minus mendacium. ex Augustino in libro de mendacio in *can. primum capitale mendacium* 8. §. *non est igitur mentiendum in doctrina pietatis.* 22. *q.* 2.

Placere Deo non possunt, qui in carne sunt. ex Apostolo (*ad Romanos* 8. 8.) dicante: *Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Deducitque Innocentius. (qui fuit tertius à Syricio, Exuperio Toletano Episcopo in *can. proposuisti quid de his obseruari debeat* 2. *post medium, & ante finem distinc.* 82. In carne sunt, *id est carnaliter viuunt.* secundum *Glossam* ibidem. & exprimit Apostolus sub inferẽs: *Vos autem in carne non estis, sed in spiritu.* Qui ergo in spiritu ambulant, placent Deo, non qui in carne sunt.

Placuit Abraham Deo in coniugio: sicut nunc virgines placent in perpetua castitate. ex Hieronymo contra Iouinianũ. in *can. si enim (inquit) omnis, qui natus est ex Deo, non peccat.* 40. *col.* 6. *prope finem.* §. *quomodo ante Abraham placuit in coniugio: sic nunc virgines placent in perpetua castitate. de pœnitentia distinct.* 2.

Planctus pœnitentibus conuenit. Qui debent mala præterita plangere, & plagenda iterũ non committere. ex Ambrosio in *can. pœnitentia est, & mala preterita plangere* 1. *de pœnitentia distinct.* 3.

Planctus monachis conuenit, quia plangentis monachus habet officium. ex Hieronymo ad Riparium presbyterum aduersus Vigilantium in *can. monachus non docentis* 4. 16. *q.* 1. sequentibus diffiniẽre: *Monachus non docentis, sed plangentis habet officium, qui vel se, vel mundum lugeat, & Domini pauidus prestoletur aduentum.* Eiusdemque sensus idem Hieronymus in caput 1. Iouelis in *can. qui sãctus sacerdos est* 66 *de pœnitentia distinct.* 1. verbis enuncians; *Qui autem peccator est, & quem remordet propria cõscientia; cilicio accingatur, & plangat vel propria delicta vel populi. &c.*

Plangere mortuos, qui ex vita discessere, quia eorum solatio in presenti vita priuati sumus, non omnino prohibemur pietatis affectu: secus si ex pusillanimitate id faciamus. Quia nimirum non eos amittimus, sed præmittimus. ex Cypriano in sermone de mortalitate in *can. quàm preposterum est, quàmque peruersum* 25. *in fine* 13. *q.* 2. ibidemque ex Ioãne Chrysostomo in *can. vbicumque sepeliamur* 26. Rationem reddente: *Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.* Cæteroquin, vt ibidem Gratianus §. *hoc autem ex desperatione future resurrectionis intelligitur.* in fine subnectit: *Pietatis namque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: sicut non nullos sanctorum, aliorum exequiis pias lacrymas impendisse legimus.*

Plenitudo adiectione non indiget. Symmachus Papa dixit in Romana Synodo p̃sidẽs in *can. bene quidem fraternitas vestra Ecclesiasticis legibus obsecuta* 1. *post principium distin.* 95. verbis edicens: *Nec adiectione indiget plenitudo.* Rationem obtines ex Anacleto Papa in *can. si omnia in hoc seculo vindicata essent* 7. *in fine* 6. *q.* 1 dicente: *Quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis argumenta.*

Plenus venter facile de ieiuniis disputat. Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere* 71. §. *Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus. in fine* 12. *q.* 2.

Plus est aliquid esse in actu, quàm in potentia: Quia actus rem constituit in esse. Habetur ex Felice Papa II. Athanasio, & omnibus Orientalibus Episcopis in *can. si primates, accusatores Episcoporum* 4. *sine finali* 5. *q.* 2. verbis illis; *Et non priùs, quàm eis per scripta significent, quid eis opponitur.* Quia non satis est aliquid esse in potentia, nisi sit in actu. Patet ex Nicolao Papa Galliooi Senensi Archiepiscopo in *can. indicas Hermannum Episcopum super quibusdam frequenter fuisse accusatum.* 14. 3. *q.* 9. verbis illis: *Quamuis, nec vsque adhuc, qui fuerint illi excessus, dixeris.* Non sat enim est aliquid esse in potentia, nisi sit in actu. Nec diuersimode arguitur ex Innocentio Tertio Elien Episcopo scribente in *cap. pastoralis officii* 14. §. *finali in fine de rescriptis.* verbis illis: *Sed antequam exprimantur personæ, vel res, delegatus nequit iurisdictionem huiusmodi exercere.* Quia non sat est rem esse in potentia, nisi fuerit in actu. notatque *Gloss.* ibidem verbo *iurisdictionem.* Nec abnuit, præter philosophos, Vlpianus lib. 53. ad Edictum in *l. si cui aqua pluuia damnum dabit* 1. § *hec autem actio. ff de aqua pluuia arcenda.* Vlpianum pende: *Hec autem actio locum habet in damno non dum facto, opere tamen iam facto. hoc est, de eo opere, ex quo damnum timetur. Totiesq; locum habet, quoties manu facto opere agro aqua nocitura est. id est cum quis manu fecerit, quo aliter flueret, quàm natura soleret, &c.* notatque summarium ibidem: *Quando timetur damnum ex aliquo opere manu facto, ista actio locum habet.* plus est ergo actus, quam potentia. Concinitque Pomponius libro 9. ex Plautio in *l. Labeo libro* 2. *Posteriorum ita refert.* 21. *post medium ff. de statu liberis.* verbis illis: *Sic & verba legis duodecim tabularum veteres interpretati sunt: Si aqua pluuia nocet. id est nocere poterit.* Quia non sat est in potentia quid esse, nisi in actu sit. notat *Decius cons.* 542. *num.* 13. *in fine, & cons.* 609. *num* 11. Eruiturque ex Paulo lib. 27. ad Sabinum in *l. statu liberos cõ-*

ditioni parere oportet 3. §. si quis acceperit libertatem. eodem de statu liberis. verba excipe: Si quis acceperit libertatem; cum decem dare poterit liber esto. Trebatius ait, licet habuerit decem, vel idoneus fuerit ad acquirendum, & conseruandum peculium, non tamen aliàs ad libertatem peruenturum, nisi dederit: aut per eum non steterit, quo minus det. Quæ sententia vera est. vbi glo. verbo vera est. consequentiam infert; Oportet ergo, quòd factum sequatur potentiam. perpendimus nos respons. nostra 87. num. 35. part. 5.

Plus est expresse contradicere, quàm minime consentire. ex Innocentio Tertio Arelatensi Archiepiscopo in cap. maiores Ecclesiæ causas 3. §. item quæritur vtrum dormientibus, & amentibus. in fine de baptismo, & eius effectu. verbis in fine. Ille verò, qui numquam consentit, sed penitus contradicit: nec rem, nec characterem suscipit sacramenti: quia plus est expresse contradicere, quàm minime consentire. ibique gloss. verbo plus est. Quę allegat Leonem IV. Ebrunio, & Adelfrido Episcopis in can. quia præsulatus nostri (quod bene nostis) magisterium 5. 1. q. 4. in fine. verbis illis: Tamen ipse sæpè dictus sacerdos dicit, quod absque sua voluntate, & sine eius consilio hoc sit peractum.

Plus soluit, qui ante tempus soluit. ex Cabilonensi Concilio in can. solent plures, qui se ieiunare putant, in quadragesima. 50. de pœnitentia distinct. 1. verbis edicente. qui nullatenus ieiunare credendi sunt, si ante manducauerint, quam vespertinum celebretur officium. ibique Glos. verbo si ante. deducens: Sed non ne licitum est debitori ante tempus soluere pecuniam? Plus enim soluit, qui ante tempus soluit. Institutionibus de actionibus §. plus autem. Respondeo verum est, quando dies obiectus est fauore debitoris. aliàs si fauore creditoris, ante tempus soluendo non liberatur ff. de annuis legatis. cum qui. Ioan. Ita Glossa.

Pluribus intentus minor est ad singula sensus, Et sæpe, qui ad vtrumque festinat, neutrum bene agit. ex Gregorio Maximiano Syracusano Episcopo in can. presbyteros, diaconos, cæterosque cuiuslibet ordinis Clericos. 38. in fine 16. q. 1. in ratione, quam reddit: Satis enim incongruum est, si cùm vnum ex his præ sui magnitudine diligenter quis non possit explere, ad vtrumque iudicetur idoneus. Concinit Concilium Vrbani II. habitum Placentię in can. sanctorum canonum statutis congrua sanctione decernimus 2. siue finali distinct. 70. §. omnino autem in duabus aliquem titulari non liceat. ibique Glossa verbo in duabus. deducitur ex Alexandro Quarto Inquisitoribus hæreticæ prauitatis in cap. accusatus de hæresi, vel suspectus 8. §. de quæstionibus præterea vsurarum. in fine de hæreticis in 6. verbis illis Ne per causas huiusmodi offendiculum negotio fidei præparetur. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo offendiculum. referens: Pluribus intentus minor est ad singula sensus, & sæpe, qui ad vtrumque festinat, neutrum benè peragit. 16. q. 1. presbyteros. & ex Iustiniano Cæsare A. Demosthini P. P. in l. nemo ex his, qui aduocati causarum constituti sunt 14. in fine principii C. de assessoribus, & domesticis, & cancellariis Iudicum. in ratione, quam & ipse refert: Ne cum ad vtrumque festinat, neutrum benè peragat. vbi Gloss. verbo ad vtrumque festinat. refert illud:

Qui duos lepores vna sectabitur hora,
Vno quandoque, quandoque carebit vtroque.

Plus debito petens, peccat. Rationem habes ex Augustino contra Faustum in can. quod debetur, & si benigne dimittitur, non tamen iniquè repetitur 2. 14. q. 1. dicente: Peccat autem, qui exigit vltra debitum.

Pluralitas vbi est, ibi discordiæ. merito Christus super vno ædificat Ecclesiam, ad Petrum dicens: (Matth. 16.) Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. vbi Cyprianus de vnitate Ecclesiæ in can. loquitur Dominus ad Petrum 18. 24. q. 1. sequentibus prosequitur: Super vnum ædificat Ecclesiam: & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat: (Ioann. 20.) Sicut misit me viuens pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum Tamen vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua potestate disposuit. ibique Gloss. verbo super vnum. Rationem reddit; Quia vbi pluralitas, ibi discordia. de pœnitent. distinct. 2. quando Adam. Qui canon est Ambrosij ad Sabinum quando Adam 33. de pœniten. distinct. 2. verbis edicentis. Quando Adam solus erat, non est præuaricatus: Quia mens eius adherebat Deo. ex quo loco Glossa verbo solus argumentatur pro solitudine. plura deduximus respons. nostra 86. num. 1. cum sequentibus parte 3.

Pluralitas, nisi in duobus saltim suppositis dici minime poterit. Nam ex Bonifacio VIII. in regula pluralis loquutio duorum numero est contenta 40. de regulis Iuris in 6. ibique Gloss verbo pluralis loquutio. ex Sotero Papa in can. hoc quoque statutum est 61. de consecrat. distinct. 1. Disponente, vt nullus presbyterorum missarum solemnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus. Quia cum pluraliter ab eo dicitur: Dominus vobiscum ibique Gloss. verbo nisi duobus. Rationem defert: Pluralis enim locutio duorum numero, est contenta. Gratianum afferens in can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint 3. col. §. 4. vbi numerus testium non adiicitur, etiam duo sufficiunt 4. q. 3. ibique Gloss. verbo duo. in concordiam defert. de consecrat. distinct. 1. hoc quoque. qui textus §. vbi numerus exceptus est ex Vlpiano lib. 37. ad Edictum in l. vbi numerus 12. ff. de testibus. verba sunt Vlpiani: Vbi numerus testium non adiicitur, etiam duo sufficiunt. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Prosequitur Cardinalis Zabarella cons. 60. num. 10.

Podagræ humores ciborum parsimonia reprimuntur. excipe Hieronymum aduersus Iouinianum lib. 2. in can. legimus quosdam morbo articulari 30. de consecrat. distinct. 6. verba damus: Legimus quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, conualuisse. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo conualuisse argumen-

tum

tum excipiens: *Quod contraria contrariis curantur*. ex Octaua Synodo in *can: si quis semel notatus fuerit inuidia, vel contentionis vitio* 1. *de pœnitent. distinct.* 2. post principium inferente consequentiam: *Oportet ergo eum per contraria curari. id est per humilitatis exercitium.*

Poetarum auctoritates in causis decidendis deduci iure possunt, nec iniuria. Deducimus id ex Claudio Saturnino libro de singulis pœnis Paganorum in *l. aut facta* 16. §. *euentus spectatur ff. de pœnis*. ex Homero poetarum Principe carmina referête, eandemque legem sacros inter retulit canones Gratianus in *can. aut facta puniuntur* 19. *de pœnitentia dist.* 1. in fine, verbis inferens: *Et ideo apud Græcos exilio voluntario fortuiti casus luebantur, vt apud præcipuum Poetarum scriptum est.*

*Quo puerū me tempore vestras duxit ad ędes*
*Ex Opoente pater, dira pro cede patrata,*
*Ob tales nempe ira percitus Ampidamantis,*
*Cum gnatū imprudens simul, inultusq; peremi.*

Nec dissimili modo Hieronymus ad Rusticum monachum de viuendi forma per Gratianum relatus in *can numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber* 33. *de consecratione distinct.* 5. verba excipe Hieronymi: *Sarriatur humus, areolę ęquo limite diuidantur: in quibus cum olerum iacta fuerint semina, vel plantę per ordinem positę, aqua ducatur irriguæ, vt pulcherrimorum versuum spectator assistas.* Vergilii Georgicorum I.

*Ecce supercilio cliuosi tramitis vndam*
*Elicit: illa cadens raucum per leuia murmur*
*Saxa ciet, scatebrisque arentia temperat arua.*

Neque longe Ambrosius abiit libro de Patriarchis. de Abraham in *can honorantur parentes Rebeccę muneribus, consulitur puella.* 13. 32. q. 2. Sequentibus ambrosiam ore proferens: *Vnde illud Euripideum*, (ex Hermione in Andromacha Euripidis) *Quod mirantur plerique vnde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quę tamen maritum volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias.* refert Gręce. hoc est.

*Sponsaliorū meorum pater meus curā subibit.*
*Hoc enim non est meum.*

Subdens: *Ergo, quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate virgines.* Paulus quoque Doctor Gentium aliquot versus poetarum suis vel scriptis indidit, vel dictis. vt Beda prosequitur in *can. turbat acumen legentium, & deficere cogit* 8. *distinct.* 37. Nec dissentit Martianus lib. 3. Institutionum in *l. in tantum, vt & soli domini constituantur* 6. §. *finali ff de rerum diuisione & qualitate*: Martianum pende: *Cænotaphium quoque magis placet locum esse religiosum, sicut testis in ea re est Vergilius.* vbi glossa in additione sequentibus: *Imo verò Cænotaphium imaginarium sepulchrum est, quale describitur per Vergilium Aeneidos. 3. solemnes tum forte dapes &c. Hectoreum ad tumulum &c. eundem etiam locum Vergilii hic notant Grati interpretes. Cont.* ita Glossa. Nec vetat quin ab exemplis etiam gentilium argumentum sumamus. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. submittitur Ignatius minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus* 8. *distinct.* 21. argumentum sumente ab hæreticis: *quod non solum à catholicis, verùm etiam ab ipsis constat obseruatum hereticis.* vbi *Gloss.* verbo *hereticis.* argumentum infert: *quod ab exemplis gentilium est argumentandum.* Sicut fecit Gregorius Mauritio Imperatori scribens in *can. sacerdotibus autem non ex terrena potestate* 41. 11. q. 1. post medium. dicens: *quid ergo mirum, si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare; dum pagani, vt prædiximus, Principes honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui Diis ligneis, & lapideis seruiebant.*

Pollicitatione nuda, quam quis Deo facit, cõueniri poterit. ex Vrbano Papa omnibus catholicis scribente in *can. scimus vos non ignorare* 9. §. *quicumque vestrum* 12. q. 1. verba excipe: *Quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere, videat ne pollicitationem suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter cupiat, ne damnationem. sed præmium sibi acquirat.* vbi *Gloss.* verbo *pollicitationem* infert: *Nota, quod ex nuda pollicitatione; quam quis facit Deo, potest conueniri.* Rationem excipe ex Chromatio in Matthęum in *can. iuramenti hæc causa est.* 2. 22. q. 5. dicente: *Et ideo Dñs inter iuramentum, & loquelam nostram nullam vult esse distantiam: quia sicut in iuramento nullam conuenit esse perfidiam; ita quoque in verbis nostris nullum debet esse mendacium: quia vtrumque & periurium, & mendacium diuini Iudicii pœna damnatur, dicente scriptura: Os, quod mentitur, occidit animā.* (Sapientiæ) 1. ibique adnotat *Gloss.* verbo *distantiam.* inferens: *quantum ad hoc: cum mortaliter peccet, qui simpliciter dicit falsum; sicut qui sub iuramento dicit falsum: magis tamen peccat peierando, quàm mentiendo. Solidius subsistit vbi iuramentum interponitur.* subinferens: *Item hic est argumentum: quod ex nudo pacto oritur actio.* ex Concilio Toletano Quarto in *can. quicumque Episcopi suffragio* 66. 12. q. 2.

Polycarpus Episcopus Smyrnę, & Martyr, Marcioni aliquando cum occurrisset, dicenti sibi: Agnoscis nos? respondit: Agnosco primogenitum Sathanę. Erat enim hæreticus. ita Beda super epistolam Ioannis secundam in *can. omnis, qui recedit, & non permanet in doctrina Christi* 24. *in fine* 24. q. 1. qui ibidem paulo ante, de Sancto Ioanne verba faciens sequentibus fatur: *Narrat enim de illo auditor eius sanctissimus, & Martyr fortissimus Polycarpus Smyrneorum Antistes; quod tempore quodam, cum apud Ephesum balneas lauandi gratia fuisset ingressus, & vidisset ibi Cerinthum exiluerit continuò, & discesserit non lotus, dicens: fugiamus hinc, ne & balneæ ipsę corruant, in quibus Cerinthus lauat inimicus veritatis.*

Pollutio, omnis immunda, fornicatio dicitur: quamuis quisque diuersa turpitudinis voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo à Deo separatur. Inter cętera septem vitia, vitium forni-

fornicationis maximum ſcelus eſt: quia per carnis immunditiam templum Dei violat, & tollens mēbrum Chriſti, facit membrum meretricis. Iſidorus lib. 2. de ſumme bono in *can. non ſolum de commiſſa fornicatione peccatum regnat in homine* 15. 32. q. 7.

Pollutio carnalis vel dormiendo contingit, vel vigilando. & dormienti contingere poteſt, aliquando ex crapula. aliquando ex naturę ſuperfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione. & quidem cùm ex naturę ſuperfluitate, vel infirmitate euenerit, omnino hæc illuſio non eſt timenda. Cum vero vltra modum appetitus gulę in ſumendis alimentis rapitur, atque idcirco humorum receptacula grauantur, habet ex inde animus reatum, non tamen vſque ad prohibitionem ſacri miſterii, & miſſarum ſolemnia celebrādi. Si vero ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis; patet animo ſuo reatus. Videt enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit: quia quod cogitauit ſciens, hoc cogitauit neſciens. propter talem pollutionem à ſacro myſterio ea die abſtinere oportet. S. Gregorius ad Auguſtinum Anglorum Epiſcopum in *can. teſtamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit* 1. *diſtinct.* 6.

Pollutio ex libidinis peruerſitate accidit, quæ fit contra naturam: *Violatur quippe ipſa ſocietas, quæ cum Deo nobis eſſe debet, cum eadem natura, cuius ipſe auctor eſt, libidinis peruerſitate polluitur.* Auguſtinus lib. 3. confeſſionum in *can. flagitia quæ ſunt contra naturam* 13. 32. q. 7. Siue cum maſculo, ſiue cum fœmina extra naturam accidat. ex eodem Auguſtino in *can. vſus naturalis, & licitus eſt in coniugio* 14. *eadem* 32. q. 7.

Pollutio extraordinaria matrimonium non impedit. ex Vrbano Secundo Hugoni Grationopolitano Epiſcopo in *can. extraordinaria pollutio non niſi in naturalibus admiſſa* 11. 35. q. 3. Quamuis ipſa ſit criminoſa, & damnabilis. Extraordinaria *id eſt citra, vel circa naturalia, & non intra: ita quod attigit, non clauſtra pudoris, ſed in circuitu palpitabat*. Gloſſa ibidem exprimit. & *Gloſſella* Marginalis addit *id eſt circa membrum ad hoc à natura conceſſum. Hugo.*

Pollutio inceſtuoſa, quę cum conſanguineis admittitur, vel per conſanguinitatem, vel per affinitatem in gradibus prohibitis. ex Concilio Agathenſi in *can. de inceſtis coniunctionibus* 8. Et ex Concilio Ilerdenſi in *can. de his, qui inceſti pollutione ſe maculant* 9. 35. q. 3. Hanc habere in coniugem non licet. Quia Inceſtuoſos nullo coniugii nomine deputandos è ſanctis Patribus dudum ſtatutum eſſe legimus. ex Gregorio ad Felicem Meſſanæ Ciuitatis Epiſcopum in *can. nec eam, quam aliquis ex propria conſanguinitate coniugem habuit, vel aliqua illicita pollutione maculauit.* 10. 35. q. 3.

Pollutio quoque extraordinaria eſt, cum peccatur contra naturam in alia ſpecie, vt puta cum brutis: & pręceperat Deus mulierem, & pecus interfici. Quia tali flagitio contaminata indignam refricant facti memoriam. ex Auguſtino in Leuiticum ad caput 20. in *can. mulier, quę acceſſerit ad omne pecus* 4. 15. q. 1.

Polluitur quandoque Caro, citra tamen mentis pollutionē. Quia omne peccatum ex voluntate naſcitur; & poterit corruptione carnis mens inuita non pollui. ex Leone Papa ad Epiſcopos Africæ in *can. illæ autem famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppreſſione barbarica perdidere* 14. 32. q. 5.

Polluitur autem mens quandoque ſine corporis inquinatione. vt ſi quis viderit mulierem ad concupiſcendam eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. ex Auguſtino de communi vita clericorum ſermone 4. in *can. nec ſolo tactu, ſed affectu quoque, & aſpectu appetitur, & appetit fœmina* 12. 32. q. 5.

Pondus ſanctuarii. Ait enim Dominus (Exodi 30. 24.) *Caſſiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarii.* (& Leuit. 5. 15. & Numeri 3. 50.) *Iuſta pondus ſanctuarii.* dicitur. & (Leuitici 27. 25.) *Omnis æſtimatio Siclo ſanctuarii ponderabitur.* Siclus viginti obulos habet. *Et ad menſuram ſanctuarij.* dicitur (Exodi 38. 24. & Leuitici 27. 3. & numeri 3. 47) *ad menſuram ſanctuarij.*

Qui igitur iuſte iudicat, pondere ſanctuarii, atque ſanctuarii menſura iudicare debet. Omnis enim, qui iuſte iudicat, ſtateram in manu geſtat, & in vtroque penſo iuſtitiam, & miſericordiam portat. Iſidorus loquitur in *can. omnis, qui iudicat* 10. *diſtinct.* 45. Inde Auguſtinus lib. 2. de baptiſmo in *can. non afferamus ſtateras doloſas* 11. 24. q. 1. verbis exagerat: *Non afferamus ſtateras doloſas, vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio noſtro, dicentes: hoc graue, hoc leue eſt: ſed afferamus diuinam ſtateram de ſcripturis ſanctis, tamquam de theſauris Dominicis, & in illa quid ſit grauius, appendamus; imo non appendamus, ſed à Domino appenſa recognoſcamus.* Pondere itaque atq; ſāctuarii mēſura quęcūq; expēdēda ſunt, vt videamus quid quodq; iuſto pēdeat pondere, ne illud accidat, quod apud *Danielem* (5. 25.) de Baldaſſare Rege Babilonis ſcriptum legitur; *Appenſus es in ſtatera, & inuentus es minus habens.* ſtatera illa Diuina ſtatera erat. ideo minus habens inuētus eſt, qui Domino Deo peccauerat. Vnde ſequitur: *Diuiſum eſt Regnum tuum, & datum eſt medis & Perſis.* & *eadem nocte interfectus eſt Baldaſſar Rex Caldęus.* Meminit Stephanus Epiſcopus familiari amico Hilario in *can. veſtimenta Eccleſiaſtica, quibus Domino miniſtratur* 42. *in fine de conſecratione diſtinct.* 1. & nos *reſponſ.* noſtra 77. *nu.* 9. & *reſponſ.* 84. *nu.* 60. & 61. *part.* 5.

Populum ſiue plebem faciunt decem. ex Concilio Toletano 11. in *can. vnio noſtra Congregationis decernit, atque inſtituit:* 3. §. *ſed, & hoc neceſſario inſtituendum delegimus.* 10. q. 3. ibique *Gloſſ.* verbo *mancipia.* & *Gloſſ.* in *can. ſi ex laicis quiſquam* 1. 10. q. 1. verbo *vbi congregatio.* in fine.

Populi propter peccata, & demerita, datur

princeps Ecclesiæ, etiam non dignus. Sicut Saul electus fuit rex propter peccata populi. Hieronymum excipe in *can. audacter fortassis aliquid dicimus:tamen quod scriptum est dicimus* 18. *post medium* 8.q.1. peode illum de Saule loquentem: *Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus: negat eum cum sua voluntate, & consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in Ecclesiis fieri: quod pro meritis populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur Rector Ecclesiæ: aut si malignum faciat populus in conspectu Domini, talis Ecclesiæ Iudex datur, sub quo famem, & sitim populus patiatur; non famem panis, neque sitim aqua, sed famem audiendi verbum Domini.*

Porta, ex qua ad Dei misericordiam introimus, confessio est peccatorum. Hinc verba illa Dauid (psalmo 99.) *Introite portas eius in confessione*. Gratianus in *can. voluisset iniqui si potuisset* 40. col. 3. 5. *quia us ultimum exemplis euidentissime datur intelligi de pœnitentia distinct.* 2. sequentibus enucleat: *Hinc idem propheta ait (Introite portas eius in confessione) ostendens ad portas misericordiæ non nisi per confessionem peccati aliquem posse pertingere.* Connectamur ergo peccata nostra, vt ad portas misericordiæ Dei pertingere valeamus.

Portæ inferi non præualebunt aduersus eam Ecclesiam videlicet. (*Matthæi* 24.) verba explicat Vrbanus Secundus dilecto filio L. præposito Ecclesiæ sancti Iuuentii apud Ticinum. in *can. Saluator prædicit in Euangelio circa finem seculi pseudo Christos, & pseudo prophetas surgere* 8. 1. q. 3. in ipso principio. afferens locum Apostoli (1. ad Corint. 11.) (*Oportet hæreses esse, vt, qui probati sunt, manifesti fiant.*) Portæ itaque inferi, vitia sunt, atque etiam hæreses, quibus intratur in infernum, & quæ non præualent Ecclesiæ; quia semper aliqui boni sunt in Ecclesia. vt *Gloss.* verbo *sed tamen portas*. commentum ibidem agit. namque vt Leo Papa ad Episcopos Viennenses describit in *can. ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Saluator instituit* 7. *in fine distinct.* 19. sequentibus enuncians; *Hac Ecclesiam suam firmitate corroborans, vt illam nec humana temeritas posset appetere; nec portæ contrà illam inferi præualerent.* vbi *Glossa* verbo *nec portæ*. exprimit illud portæ *id est vitia, vel etiam hæreses. quia Ecclesia non potest errare.* ex Lucio Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniæ in *can. à recta ergo fide, & Apostolico tramite* 9. 24. q. 1. Nec Ecclesia potest esse nulla. ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam, rapina in diuisione est.* 33. *eadem* 24. q. 1. Quia ipse Dominus rogauit pro ea, vt non deficeret. Firma proinde erit, nec portæ inferi præualebunt aduersus eam.

Posse, & velle, solius Dei est. ex Ambrosio libro 3. de officiis in *can. denique si non potest subuenire alteri, nisi alter lædatur.* 10. 14. q. 5. *in fine.* verba sunt Ambrosii: *Sacerdotis est igitur nulli nocere, prodesse velle omnibus; posse autem solius Dei est.*

Posse, & velle, contraria sunt quandoque. ex Innocentio Tertio Conuentui de Conchis in *cap. cum super Abbatia monasterii vestri* 23. 5. *quamuis solus Abbas. de officio Iudicis delegati* verbis illis: *Cum posset, & vollet negotio interesse. & in fine aliquid super prædicto negotio rite disponere non valebat, voluntate, ac potestate sibi mutuo aduersantibus; cum nolaerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit.* ibique *Gloss.* verbo *mutuo aduersantibus.* Quæ subnectit: nota, quod posse, & velle contraria sunt. vt hic. solius ergo Dei est: posse, & velle.

Posse id dicimur. quod de iure facere possumus. ex Augustino contrà mendacium in *can. faciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest.* 15. 22. q. 2. in fine concludente: *Iam se existimet non habere, quid faciat: quãdo id reliquũ esse pspexerit, quod rectè faciat.* explicat *gl.* ibidẽ verbo *quod pôt.* sequẽtibus; *Ex hoc capitulo habes, quod solum illud dicimur posse facere, quod iustè facere possumus. Quandoque hęc dictio, posse, simul denotat potentiam iuris, vel facti. quandoque potentiam facti tantum, quandoque refertur ad honestatem. quandoque ad commoditatem.* Concinit ad rem Callistratus libro 3 Edicti monitorii in *l. hæ demum impositæ operæ intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt, & sine periculo vitę* 38. *ff. de operis libertorum.* Nec diuersum videtur ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in *cap cum teneamur.* 6. *de præbendis, & dignitatibus extra.* verbis illis: *aut si non potest ei siue scandalo prouideri.* ibidem *Gloss.* verbo. *si non potest*, argumentum effert: *Id solum fieri posse, quod commodè, vel iure fit, etiam sine scandalo.* Et une incommodo, vel salua dignitate possumus. ex Proculo lib. 5. Epistolarum in *l. nepos Proculo suo salutem* 125 *ff. de verborum, & rerum significatione. Gloss.* in *cap.* 1. §. *final.* verbo *potuerit. de alienatione feudi paterni in usibus feudorum. Nauar. in manuali cap.* 16. *num.* 2. & *cap.* 27. *num.* 47. & 48. & *num.* 73. *Menochius lib.* 4. *præsumpt.* 183. *num.* 5. Rationem accipe ex Papiniano lib. 16. quæstionum in *l. filius, qui fuit in potestate* 15. *ff. de conditionibus institutionum.* Dicente illam sequentibus: *Nam, quæ facta lædunt pietatem, existimationem, verecundiam nostram, & (vt generaliter dixerimus) quæ contro bonos mores fiunt, nec facere nos posse credendum est.* ibique *Glo.* verbo *nos posse* dilatat; *licet de facto fieri facile possit.* Nec deuiat Innocentius Tertius Vniuersis cruce signatis scribens in *cap si verè* 34. *in fin. extrà de sententia excommunicat.* nouissima verba sunt: *in quibus eorum communionem non potuerint euitare.* addit *Gloss.* finalis ibidem: *supple commodè: quia illud dicimur posse, quod sine incommodo possumus.* deduximus *respons.* nostra 23. *num.* 15. 16. 17. *part.* 5. vide *Abbatem consil.* 67. *num.* 2. *circa finem part.* 2. & Rotam apud *Cardin. Caualerium decisione* 494. *num.* 5.

Posse liberam denotat voluntatem. ex Iuliano libro 1. Digestorum in *l. sæpe audiui Cæsarem nostrum dicentem* 8. *ff. de officio præsidis.* dicentem vtique: *Eum, qui Prouinciæ præest adire potest: non imponi necessitatem &c.* Quia nimirum

ex vo-

ex voluntate pendet. notat *Glossa* ibidem verbo *necessitatem*. distinctionem faciens inter verbum debet, & potest. *Nam per verbum potest liberam dat potestatem*.

Posse peccare, non est aliquid posse: imo aliquid non posse. ex Augustino, quem refert Gratianus in *can. principium enim viarum Dei Beemoth dicitur 45. siue finali. §. charitas autem. de pœnitentia distinct* 2. subsequente. *Vnde ille solus vocatur omnipotens, qui hoc non potest. Quia non potest, quę posse est aliquid posse*. Excepto autem Deo. omnes peccare possunt. ex Hieronymo contra Iouinianum in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo; non peccat. 40. §. finali in fine de pœnitentia distinct.* 2. dicente: *Et docuimus, quod excepto Deo, omnis creatura sub vitio sit*. & ex Origine, & Hesychio in *can. inter hæc circum, qui oblatus fuerat, exustum 34. in ipso principio de pœnitentia distinct.* 3. dicentibus: *Non peccare solius Dei est*.

Posse dicimur, quod possibile est fieri. nemo ergo ad impossibile tenebitur. ex Isidoro in *can. erit autem lex honesta, iusta possibilis, secundum naturam 2. distinct. 4.* Rationem, reddit *Gloss.* ibidem verbo *possibilis*, dicens: *Quia si de impossibilitate legis quis transgrederetur, frustra imputaretur et ad pęnam*; ex Augustino ad Macedonium in *can. si res aliena propter quam peccatum est, cùm reddi possit, non redditur*. 1 14. q. 6. & ex Ambrosio in *can. nō est quod cuiquam nostram adscribamus ærumnam, nisi nostræ voluntati* 10. 15 *q.* 1.

Posse non dicitur sedes Apostolica contra statuta Patrum aliquid mutare. ex Zozimo Papa in *can. contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare* 7. 25. *q.* 1. Rationem inferente: *Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam*.

Possessio rerum non lege diuina, quo omnia communia sunt, introducta est, sed lege humana. qua hoc meum, illud factum est tuum. ex Augustino in Ioannem in *can. quo iure defendis villas Ecclesiæ?* 1 *distinct.* 8. audi dicentem: *vnde quisque possidet, quod possidet? Non ne iure humano. Nam Iure Diuino: Domini est terra, & plenitudo eius. Pauperes, & diuites Deus de vno limo fecit, & pauperes, & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicitur; hęc villa mea est; hęc domus mea; hic seruus meus est*.

Possideri tamen res humanę non possunt, nisi vel iure diuino, quo cuncta iustorum sunt; vel iure humano, quod in potestate est regum terrę, possideantur. ex Augustino ad Vincentium in *can. quicumque vos ex occasione legis huius* 1. 23. *q.* 7. Deducitque Gratianus in *can si quæ causę, vel contentiones inter clericos* 26 §. *hinc ita respondetur. Clerici ex officio, Episcopo sunt suppositi*. 11. *q.* 1.

Possidere tamen quisque iure potest labores suos, non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate. ex Augustino ad Bonifacium in *can. quemadmodum membrum si præcidatur ab hominis viui corpore. 3. siue finali in principio. & in fine*. 23. *q.* 7. Nam licet hominibus temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. vt Hieronymus ad quendam suum Leuitam de duobus generibus hominum scripsit in *can. duo sunt genera Christianorum 7. circa finem* 12. *q.* 1. de laicis verba faciens: *His licet temporalia possidere, sed nō nisi ad vsum*. Rationem refert *Gloss.* ibidem verbo *ad vsum*. recte pendens; *hoc ideo, ne quis in auaritiam incidat; alias bene licet: Quia non debet quis omnia bona sua statim effundere. vel dic. non nisi ad vsum. id est. non ad abusum. bene enim possunt habere proprium*. Nā ex Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris* 11 *in fine* 14. *q.* 4. verbis edicente: *Non ne omnes, qui sibi videntur gaudere licitè conquisitis eisque vti nesciunt: aliena possidere conuincimus? Hoc enim certe alienum non est, quod iure possidetur: hoc autem iurè, quod iustè. & hoc iuste, quod bene. Omne igitur, quod malè possidetur, alienum est: malè autem possidet, qui male vtitur*. vbi *Gloss.* verbo *alienum* & ipsa infert: *Canon fingit, rem alienam illam, qua quis malè vtitur. vt hic*.

Possidere non dicitur, qui iniustè possidet. ex Augustino ad Vincentium in *can. quicumque vos ex occasione legis huius imperialis* 1. 23. *q.* 7. & *can quid dicam de vsuris* 11. *in fine* 14. *q.* 4.

Possidere quoque is dicitur, cuius nomine possidetur. Innocentius Tertius Pisano Archiepiscopo in *cap. si diligenti* 17. §. *nos igitur, quæ nuncius tuus proponere voluit plenius circumspectis. de præscriptionibus*. verbis edicens: *Et is etiam possidere dicitur, cuius nomine possidetur*. ibique *Gloss.* verbo *nomine possidetur*.

Possessor bonę fidei tandiu quisque rectissime dicitur, quandiu se possidere ignorat alienum: cùm verò sciuerit, nec ab aliena possessione recesserit; tunc male fidei possessor perhibetur, tunc iustè iniustus vocabitur. Augustinus in libro de fide, & operibus in *can. si virgo nesciens, viro nupserit alieno* 5. 34. *q.* 2.

Possessor vero bonæ fidei, si superueniat ei dubium, & post diligentem inquisitionem, nihil certi inuenit, potest rem ipsam sibi retinere. ex Bonifacio Octauo in regula *in pari causa potior est conditio possidentis* 65. *de regulis Iuris in* 6. Quod de iure melior est conditio possidentis. Alexander Tertius vt respondit Mauritano Episcopo in *cap. ad aures nostras peruenit* 6. *in fine. de prescriptionibus extra*. ibique *Gloss.* verbo *de Iure*. concinit Augustinus ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab inuito sumitur, iniuriose aufertur* 15. 14. *q.* 5. sequitur *Paulus Layman Theologiæ moralis. tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 3. *de iure dubio proprietatis. num.* 21. & 22.

Possessor quis æstimatur, & pro possessore habetur, ex eo quod fuit in possessione. nisi protestatio pręcesserit. ex Nicolao Papa Aluino Ianuensi Archiepiscopo in *can. Pontificet, qui aliqua occupantur infirmitate* 4. 7. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *cum cautela*.

Possessio momentanea dicitur, quę restituitur ei, qui spoliatus est. Diciturque momentanea, Quia apta est per momentum durare, si actor momento probet se spoliatum. ex Gratiano in *can. ei, qui appellat, imponitur annus*,

*nus, intra quem* 41. *col.* 4. §. *de possessione etiam, & eius momento.* 2. q. 6. & ibi notat *Glossa* verbo *momento.* id est de momentanea possessione. notans quę sit momentanea possessio. sequiturque *Benintendis decis. Bononien* 79. *nu.* 3. *cum sequentibus.*

Possessor deficiente actore, suæ possessionis titulum probare non cogitur. ex Gratiano in *summa* 2. *quæst.* 5. ex Gregorio ad Maximum in *can. quod autem postulas* 1. 6. q. 5. *in fine.* ex regula: Actore non probante reus absoluitur. in *can. accusator, quod assenerat* 2. *siue vltimo eadem* 6. q. 5. reprimit *Glo.* in d. *summa* verbo *non cogitur.* quinque in casibus. vt ibidem.

Possessorem vna secum, siue compossessorem, Auarus non quęrit. ex Augustino ad Bonifacium in *can quod autem nobis obiciunt* 3. 23. q. 7. Augustinum excipe: *Hoc vtique nullo modo faceremus si res eorum possidere vellemus. Quis auarus quærit compossessorem?*

Possident iure Christiani ea, quę ab hęreticis ablata in pœnam sunt, nec aliena possidere dicuntur: quia ab eis ablata, Christianis autem ea Dominus dedit, quia illius imperio, cuius sunt omnia, facta sunt Christianorum. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can si de rebus, vel locis Ecclesiasticis, quę tenebatis* 2. 23. q. 7.

Possident Dominum Clerici, quia Deo se obtulerunt, & in sortem Domini asciti sunt. & ipsi pars Domini sunt, vel Domini partem habent; tales itaque se exhibere debent, vt & ipsi possideant Dominum, & possideantur à Domino. *Qui ergo Dominum possidet, & cum propheta dicit;* (psalmo 15.) *Pars mea Dominus. nihil extra Dominum habere potest.* Hieronymus ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ.* 5. 12. q. 1.

Possidere iure possunt perfecti, quæ necessaria sunt ad vitam: exemplu Christi Domini, qui loculos habuisse dicitur. ex Augustino in *can. exemplum Domini accipe conuersantis in terra* 12. 12. q. 1. ibidemque ex Prospero in *can. expedit facultates Ecclesię possideri, & proprias perfectionis amore contemni* 13. & ex Augustino ad Bonifacium Comitem in *can. si priuatum possidemus* 28. *siue finali eadem* 12. q. 1.

Possessiones Ecclesię, quamuis paruas, alienare Episcopi non debent, nec etiam presumere. ex Agathensi Concilio in *can. casellas; vel manciptola Ecclesiæ* 1. 10. q. 2. Secus tamen, si inutiles sint Ecclesię, & longè positæ, ac paruæ. ex edem Agathensi Concilio in *can. terrulas, ac vineolas exiguas, & Ecclesiæ minus vtiles* 53. 12. q. 2. Cęteroquin sernanda erit Constitutio Pauli II. in *extrauaganti Ambitiosę cupiditati. vnica. de rebus Ecclesię non alienandis. inter communes.*

Possessorii causa, & spolii, com sit priuilegiata, semper est primò tractanda, ita quidem, vt ipsam intentans non cogatur, ante restitutionem, spoliatoribus respondere. ex Gregorio Nono in *cap. super spoliatione conuentus* 4. *siue finali de ordine cognitionum.* etiam in causa; matrimonii. ex Alexandro Tertio in *cap. causam matrimonii* 16. *extrà de officio Iudicis delegati.* ibique *Gloss.* verbo *recipiat.* quę est finalis. Namque regulare est, vt Iudicium possessorium prius terminari debeat. ex Innocentio Tertio Episcopo, & officiali S. Andreæ in *cap. cum dilectus* 6. *in fine de causa possessionis, & proprietatis.* ibique *Gloss.* verbo *prævalere.* quę est finalis. Nec diuersimode Diocletianus, & Maximianus Cęsares decreuere in *l. ordinarii iuris est* 13. *C. de rei vendicatione.* ibique notat *Glossella* Marginalis. Reprime, si turbida possessio esset. Poterit etenim tunc possessorium cum petitorio cumulari. *Rota* apud *Card. Caualerium decis.* 185. *num.* 1. & 2. & *decis.* 284. *nu.* 1. & decis. 507 *num.* 2.

Posuerunt iniqui, & contumaces in cœlum os suum; & lingua eorum transiuit in terram. (*psalm.* 72.) Merito Dioscorus Alexandrinus Antistes damnatus fuit, quia excommunicationem contra Leonem Papam proferre ausus fuit, inferior contra superiorem. Deduxit Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. in tantum hanc presumptionem sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt* 9 *siue finali distinctione* 21.

Postulatio, & electio inter se differunt. Nam postulatur, qui impedimento detinetur, ne eligi valeat. ex Sardicensi Concilio in *can. Osius Episcopus dixit.* 10. ibique etiam Gratianus in §. *sed aliud est postulari, aliud eligi. distinct.* 61. & toto titulo *de postulatione prelatorum.*

Postulatio non iuri, sed gratiæ innititur. ex Pelagio Papa Iuliano Episcopo Grumentino in *can. litteras charitatis tuæ suscepimus,* 14. *distinct.* 63.

Postulare est desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ex Digestis de postulando. deduxit apud sacros Canones Gratianus in *can. infames non possunt esse procuratores, vel patroni causarum* 2. *in ipso principio* 3. q. 7. vbi etiam deducitur. qui postulare prohibeantur.

Postulare pro aliis non debet Episcopus, neque in iudicio stare. ex Concilio Carthaginense Quarto in *can. Episcopus, nec prouocatus, pro rebus transitoriis litiget* 1. 14. *quęst.* 1. Debet tamen per alium litigare. ex Anacleto Papa rationem reddente in *can. quia Episcopus, vniuersique sacerdotes, ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituuntur* 3. *siue finali* 5. q. 3. in fine inferente: *Ne dum humana lucra attendunt, ęterna præmia perdant.* Poterit tamen id præstare pro miseris subleuandis. ex Gregorio Romano Defensori in *can. hi, qui in furtis publicis implicati sunt* 3. 14. q. 6. & ex Augustino ad Marcellinum Comitem de Donatistis in *can. circumcelliones illos, & clericos partis Donati* 1. 23. q. 5. Non tamen in his insistere debet, ne vilē se reddat, & reuerentiam Sacerdotalem annihilet. ex eodem Gregorio eidem Romano Defensori in *can. perlatum est ad nos Reuerendissimum fratrem nostrum Basilium Episcopum* 4. *distinct.* 88. Prohibetur enim in Iudicio se-

culari ne aduocatus litium fiat. ex Clemente ad Iacobum fratrem Domini in *can. te quidem oportet irreprehensibiliter viuere* 29. 11. q. 1. Nisi pro rebus Ecclesiæ. ex Pelagio Bencgello Defensori in *can. experientiæ tuæ præsenti auctoritate demandamus* 15. *eadem* 11. *q.* 1.

Potentes potenter tormenta patientur. (*Sapientia* 6. 7.) Defert Gratianus ex Hieronymo in epistolam ad Titum in *can. illud inferendum est aduersus eos, qui de episcopatu intumescunt* 20. *circa finem* 8. *q.* 1. verba expende Hieronymi: *Si autem peccata filiorum iustum ab Episcopatu prohibent; quanto magis vnusquisque se considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore, quàm onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare?*

Potentia differt ab actu, ex philosophis: Quia nimirum euenire potest, vt quod virtutem ad operandum obtinet, & potentiam, non tamen actu operetur. Astruimus ex Ioanne illo Chrysostomo in opere imperfecto in *can. Matrimonium quidem non facit coitus sed voluntas* 1. 27. *q.* 2. subsequente rationem: *Et ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis.* Et si enim, vt mutuo se coniungant potestas tradatur in matrimonio; fieri tamen potest, vt quamuis voluntate sit matrimonium contractum, & potestatem habeant coniuges se inuicem coniungendi, non tamen actu se coniungant. differt ergo potentia ab actu. Sicuti inter Beatissimam Mariam Virginem & Ioseph verum fuit matrimonium. & potentia aderat, ad se coniungendum. non tamen se carnaliter coniunxere. fuit ergo potentia ab actu seiuncta. & verum inter eos matrimonium. ex Augustino in *can. Beata Maria proposuit se seruaturam votum virginitatis.* 3. *eadem* 27. *q* 2. ibidemque dixit Isidorus Etymologiarum lib. 9. in *can. coniuges verius appellantur à prima desponsationis fide: quamuis tamen ignoretur inter eos coniugalis concubitus.* 6. Distinguuntur ergo actus à potentia. Nec diuersimode Innocentius Tertius Conuentui de Conchis describens in *cap. cùm super Abbatia monasterii vestri* 23. *in fine de officio Iudicis delegati.* verbis illis; *Voluntate, ac potestate sibi mutuo aduersantibus.* ibique *Gloss.* verbo *mutuo aduersantibus.* notans: *Quod posse, & velle contraria sunt.* Actus enim à potentia distinguitur. Sicuti Materia, & forma distincta quoque sunt. Decreuitque idem Innocêtius Tertius Arelatensi Archiepiscopo scribens in *cap. maiores Ecclesiæ causas* 3. §. *Cæterum ex vi litteræ satis patet. de baptismo, & eius effectu.* in fine verbis edicês: *Sunt, & alia multa verba, secundum communem vsum loquendi: non ad actum sed ad aptitudinem referuntur.* ibiq; *Glo.* verbo *ad aptitudinem.* refert Gratianum in *summa ead.* 27. *q.* 2. Definientem matrimonium: Viri, mulierisque coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. Est enim adhuc matrimonium, quamuis actu non retineatur. Quia consensus facit matrimonium. ex Isidoro ibidem. Concinitque quod Diocletianus, & Maximianus Augusti A. A. Dionysio in *l. multum interest, vtrum ne vxore tua comparante* 6. § *finali C si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.* respondere, dicentes: *Dumque tibi non vis, nec illi potes.* vbi *Gloss.* notat: *Quod possum, nolo; & quod volo, non possum.* Quia potentia ab actu distinguitur. & *Baldus* in *l. filium eum definimus* 6. *in* 4 *notabili nu.* 6 *ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* non incongrue dixit: *Quod vbi deficit potentia, ibi deficit actus.* Neque profecto actus exprimi poterit, nisi potentia præcesserit, ex qua producitur actus. Vnde inanis æstimatur illa potentia, quæ in actum non deducitur. ex Vlpiano lib. 1. de omnibus Tribunalibus in *l. hæ enim causæ faciunt* 3. §. *si Prætor sententia sua ff de suspectis tutoribus, & curatoribus.* Vlpianum pende: *Si Prætor sententia sua, non remouerit à tutela: sed gerere prohibuerit: dicendum est, magis esse, vt hic desinat tutor esse.* Quia potentia, quæ in actum non producitur, inanis æstimatur, nihilque operatur. Quamuis enim potentia sine actu esse possit, actus vero sine potentia esse minime poterit. ex *Aristotele libro* 1. de Cœlo cap. finali. *Petrus Gregorius Tholosates Commentariorum Syntaxeon artis mirabilis lib.* 1. *cap.* 4. *in principio. Cassadorus decis.* 7. *num.* 3. *in fine de causa possessionis, & proprietatis. Barbosa assiomate* 184. *num.* 1. *& sequentibus.* deduximus respons. nostra 84 *num.* 53. *part.* 5.

Potêtia vero propinqua actui, pro actu, formaliter saltim, habetur. Probamus ex Paulo libro singulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur in *l. qui in vtero est* 7. *ff de statu hominum.* sequentibus nempe illis: *Qui in vtero est, perinde ac si in rebus humanis esset, custoditur, quoties de commodis ipsius partus quæritur: quamquam alii, antequam nascantur, nequaquam prosit.* Quod sane iuris fictione, sic formaliter, exauditur, non quod phisicè natus sit, & in actu. Quia antequam nascatur, animal non est. vt *Gloss.* verbo *prosit* ibidem subnectit. Veluti in simili ex Pomponio in libris epistolarum in *l. & si non sunt* 27. § *infecti autem argenti appellatione ff. de auro, & argent. legato.* audias loquentem: *Quid ergo si cœptum sit argentum fabricari, non dum tamen perfectum? vtrum facti, an infecti appellatione contineatur, dubitari potest. Sed puto magis facti. Certè si iam erat factum, sed cœlabatur, facti appellatione continebitur. An & cœlati appellatione continebitur; quod cœlari cœpit, & puto contineri, sicut forte cœlatum sit argentum legatum.* Nec diuersimode ex Papiniano lib. 6. responsorum in *l. filius familias* 44. *ff. de militari testamento* excipe dicentem: *Filius familias equestri militia exornatus, & in comitatu Principum retentus, cingi confestim iussus, testamentum de castrensi peculio facere potest.* Rationem habes ex *Bart.* in summario. *Habetur pro facto, quod de proximo est faciendum.* Quia potentia ipsa proxima pro actu formaliter æstimatur. ac iuris fictione ex *Gloss.* ibidem verbo *confestim.* dicens, & ipsa: *Habetur cinctus, qui statim est* cin-

*vincendus*. Quod tamen exaudi in fauorabilibus, non sanè in odiosis. ex *Baldo in l.1 col. penult. in fine num.9. versic. Quod si filius fs solo matrimonio.*

Potestas Dei hominum omnium potestatem praecedit, merito proinde iure quod Deus praecipit omnino faciendum est. ex Augustino in *can. quae contra mores hominum sunt flagitia 2 in fine distinct. 8.* Rationem reddente. *Generale quippe pactum est societatis humanae, obedire regibus suis: Quantò magis Deo regnatori vniuersa creatura sua, ad ea quae iusserit, sine dubitatione seruiendum est? Sicut enim in potestatibus societatis humanae maior potestas minori ad obediendum praeponitur, ita Deus omnibus.*

Potestati qui resistit, Dei ordinationi resistit. Quia non est potestas nisi à Deo (ad *Romanos 13.*) Augustinus in *can. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 97. 11. q. 3.* inferens. *Ergo si aliud Imperator, aliud Deus: quid iudicatis? Solue tributum, esto mihi in obsequium: rectè. sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem; ille gehennam minatur.*

Potestas non est nisi à Deo, siue iubente, siue sinente. Augustinus contra Manicheos, siue contra Faustum in *can. quid culpatur in bello? 4. 5. sed si humana cupiditate bellum geritur. 23. q. 2.* Rationem deferens: *Non enim est potestas nisi à Deo, siue iubente, siue sinente.* Deducitur, quoq; ex Hieronymo in *can. audacter fortassis aliquid dicimus 18. 8. q. 1.* ibique notat *Gloss.* verbo *& non per me.*

Potestate iniusta iuste vti nec permittitur. & sane aliud est iniusta potestate iuste velle vti & aliud est iusta potestate iniustè velle vti. ex Augustino de bono coniugali in *can. neque enim si agris inique, ac perperam inuasis 9. in fine 14. q. 5.* Iniusta. id est iniustè acquisita. *Glossa.* ibidem commentum agit.

Potestate qui sibi permissa abutitur, priuilegium omnino meretur amittere. Gregorius in *can. priuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate 63. 11. q. 3.* Concinit idem Gregorius Natali Episcopo Salonitano scribens in *can. gesta, quae nobis in Concilii vestri confecta secretario direxistis 2. distinct. 74.* quem etiam allegat *Gloss. d. can. priuilegium.* in Glossa prima.

Potestas vel Pontificalis, vel Regalis est. & aurum non tam pretiosius est plumbo, quam regia potestate sit altior dignitas Sacerdotalis. *Quippe cùm videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorum dextera: orationibus eorum credant se submitti.* ex Ambrosio refert Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens in *can. Duo sunt quippe Imperator Auguste 10. distinct. 96. circa finem.* & ibidem ex Ioanne Papa in *can. si Imperator catholicus est 21.* Filius est, nō praesul Ecclesiae. Potestas namque secularis (ex Isidoro lib. 3. de summo bono in *can. principes seculi 20. ad medium 23. q. 5.*) ideo posita est: *Vt qui intra Ecclesiam positi contra fidem, & disciplinam Ecclesiae agunt: rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesiae humilitas exercere non praeualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat.* Idcirco equidem has duas potestates Christus Dominus distribuit; vna vt temporalibus praeesset, alia spiritualibus. ex Symmacho Papa in Synodo Romana in *can. cum ad verum ventum est 6. distinct. 96.*

Potestas ergo Regia Potestati cedit Pontificali. Iniustum enim videtur, si cedat Spiritus carni. Cum terrena à coelestibus superētur, & diuina praeferantur humanis. ex Nanzianzeno in *can. suscipitis ne libertatem verbi? 6. distinct. 10.* Ita quidem Quod Imperator etiam sacerdoti subiicitur. *Quid enim honorificentius quàm, vt Imperator Ecclesiae filius esse dicatur? Quod cùm dicitur; sine peccato dicitur; cùm gratia dicitur. Imperator enim bonus intra Ecclesiam est, non supra Ecclesiam. Bonus enim Imperator quaerit auxilium Ecclesiae, non refutat.* Ambrosius ad Marcellinam sororem in *can. conuenior ipse à Comitibus, & tribunis 21. 5. Tributum Caesaris est, non negatur. Ecclesia Dei est. 23. q. 8.* dicens: *Tributum Caesaris est, non negatur. Ecclesia Dei est: Caesari vtique non debet addici: Quis Ius Caesaris esse non potest templum Dei.* Firmum hunc reddit sensum Vrbanus Papa in *can. tributum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est 22. eadem 23 q. 8.* Rationem referens: *Quod non totum piscem Dominus reddi iusserit, sed tantum statcrem.* verba excipe: *Non autem totum piscem iussus est dare: sed tantum stacerem, qui in ore eius inuentus est: Quia non Ecclesia dari Imperatori, non Pontificalis apex, qui in ore capitis Ecclesiae praeeminet, subiici potest regibus, sed sanè, vt diximus, quod in ore piscis inuenitur, pro Petro, & Domino dari iubetur: Qua de exterioribus Ecclesiae, quod constitutum antiquitus est, propace, & quiete, qua nos tueri & defensare debent, Imperatoribus persoluendum est.*

Potestas secularis in spiritualibus ius nullum obtinet. ex Vrbano Papa in *can. tributum ex ore piscis, piscante Petro, inuentum est 22. 23. q. 8.* ibidemque Ambrosius in *can. conuenior ipse à Comitibus, & tribunis 21. 5. Allegatur Imperatori licere omnia, ipsius esse vniuersa.* respondeo: *Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quae diuina sunt, imperiale aliquod ius habere, noli te extollere; sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus. Scriptum est: Quae Dei, Deo; quae Caesaris, Caesari. Ad Imperatorem palatia pertinent, ad Sacerdotem Ecclesiae. Publicorum tibi moenium ius commissum est, non sacrorum.*

Potestati praecipienti quod non debes facere, iure contradici potest, nec parendum. Quia tunc non contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. ex Augustino in *can. qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit 97. 11. q. 3.*

Potestatem ordinum tenent suspensi, non tamen executionem, & exercitium. ex Gratiano in *can. quod quidam dicunt 97. 5. sed ne Augustinum in hac sententia penitus reprobemus 1. q. 1.* subsequente, *intelligamus aliud esse potestatem distribuendi ordines sacros; aliud esse exercitium illius potestatis. Qui enim intra vnitatem catholicae Ecclesiae constituti, sacerdotalem, vel*

Episcopalem vnctionem accipiunt, officium, & executionem sui officii ex consecratione adipiscuntur. Recedentes verò ab integritate fidei potestatem acceptam sacramento tenus retinent; effectu suæ potestatis penitus priuãtur. idem ipsemet Gratianus repetit in can. miramur quomodo excommunicati ad iudicandum recepti sunt 37.§. his auctoritatibus promiscue demonstratur 24.q.1. dicens: Sed aliud est potestas officii, aliud executio.

Potestate, qui vtitur, quam ei testator permisit, in pœna non est; Quia lege vtitur sibi à testatore dicta. Nõ ergo peccat legem, qui sequitur. ex Ambrosio in can. quod Christus discipulos increpauit 26. in fine 23. q. 4. dicente: Nec discipuli peccant, qui legem sequũtur. ibique Glossa verbo peccant. in fine. & ipsa dicens: Vel dicuntur non peccasse: quia lex hoc permittebat. Concinit Augustinus contra litteras Petiliani in can qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem 40. eadem 23. q. 4. Qui ergo legis facit auctoritate, non peccat. Cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcipit, & Deus iniunxit. Innocentius Papa Ruffo, & Eusebio, & ceteris Episcopis per Macedoniam respondit can. deinde ponitur non dici oportere bigamum eum 3. §. Quæro, & solicitius quæro, si vna, eademque sit vxor eius. distinct. 26. Decisionem verò excipe ex Vlpiano libro 50. ad Edictum in l. quia autem is, qui ab intestato possidet hæreditatem 6. § plane si nominatim id ei permisit. ff si quis omissa causa testamenti, ab intestato, vel alio modo possideat hæreditatem. Verba referimus: Planè si nominatim id ei permisit, dicemus eum non incidere in edictum: Quia vsus est facultate, quam ei testator concessit. & dixerat etiam ibidem in l. 1. §. si proponatur idem institutus, & substitutus, & pretermiserit institutionem: an incidat in interdictum quæritur. Et non puto incidere, Quasi testator hanc ei dederit facultatem, qui eum substituit. Qui ergo facultate, & potestate vtitur à testatore sibi facta, non peccat. Quia lex est eius voluntas in bonis suis. diximus respons. nostra 93. nu. 47. & 48. part. 5.

Potiora iura, qui ostenderit, obtinebit. argumento petito ex Concilio Toletano Octauo in can. duo mala licet sint omnino cautissime præcauenda 1. in fine distinct. 13. verbis illis: illic enim duplici culparum telo perimitur. ibiq; Gloss. verbo duplici in fine. deducens in argumentum: Quod, qui potiora iura ostenderit, obtinebit.

Prauum est, & contra Dominicum preceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Damasi verba Papæ sunt in can. hanc consuetudinem. quę cõtra sanctam Ecclesiam Catholicam angeri videtur. 15. post medium 10. q. 1.

Prauitatem suam his, qui satagunt palliare, via aperienda non est. vt Innocentius Tertius Mediolauensi Archiepiscopo rescripsit in cap. vt nostrum prodeat de vultu Dei Iudicium. vnico in finalibus verbis, extra vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur. verba excipe: Secundum autem dicimus non licere: ne viam aperiamus his, qui prauitatem suam satagunt palliare.

Præbenda duobus modis perpenditur; Quandoque Ius quodam spirituale percipiendi Ecclesiam, vel ipsam præbendam: hoc modo emere simoniacum est. Quandoque dicuntur ipsi fructus prębendæ, quod emere non est simoniacum. vt extra ne prælati vices suas cap. vltimo. Nisi quis forte emeret fructus ab initio suæ ordinationis, vel institutionis in ipsa Ecclesia, vt habeat dum vixerit. Ita Gloss. in summa 1 q. 3. verbo sed ad huc. Et quo ad fructus prębendę simpliciter, quod possint sub annuo censu ad tempus concedi. respondit Alexander Tertius Exonen Episcopo scribens in cap. querelam Magistri G. recepimus 4. siue finali extrà ne prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant, ibique Gloss. verbo præfatam Ecclesiam. circa finem perpendens: Item dicitur Ecclesia, ipsæ obuentiones Ecclesiasticæ prouenientes occasione Ecclesiæ. vt hic. & in hac significatione, Ecclesia conceditur ad firmam, sub annuo censu reddendo. quod licet; quia nullum spirituale locatur. Ita Glossa.

præbendę in duabus Ecclesiis vni non sunt dandę. Quia in duabus Ecclesiis intitulari quisque prohibetur. ex Concilio Vrbani II. habito Placẽtiæ in can sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus 2. siue finali. omnino autem in duabus aliquem intitulari non liceat. distinct. 70. eodemque modo Gregorius omnibus Episcopis scribens in can. singula Ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi iubemus 1. distinctione 89. Rationem reddens in fine. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulque turpissimum si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

Præcarię dicuntur præstationes quędam vsus fructus in recompensationem eius proprietatis, quæ datur Ecclesiæ. & est quidam contractus affinis emphyteusi. differt autem quod de quinquennio in quinquennium renouatur. ex Concilio Mediomatricis in can. præcariæ à nemine de rebus Ecclesiasticis fieri præsumantur 4. Et ex Concilio Belluacensi in can. præcariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquam consuetudinem, & auctoritatem renouentur 5. 10. q. 2. ibique Gloss. verbo præcariæ. vide in cap. 1. de pręcariis. ibique Hostiensem, & Abbatem: & Aemilium Ferettũ cons. 21. num. 8.

Præcariæ verò, sicuti & commutationes, viduata pastore Ecclesia, fieri non debent, & factę rescindantur. Ex eodem Concilio Mediomatricis in can. præcariæ, & commutationes tempore viduatarum Ecclesiarum facta 44. 12. q. 2.

Prǫcarię vero cõcedi debẽt sub scripturę professione, ne ob temporis diuturnitatẽ præiudicium inferatur Ecclesiæ, alioquin concessio nulla erit. ex Concilio Toletano VI. in

can.

*can.sępè fit,vt proprietati originis obsistat longin quitas temporis* 72.12.q.2.

Precarię irrationabiliter factæ, quamuis sub pœnę adiectione, successori in Ecclesia non prǽiudicant; quin eas reuocare valeat. Ex Concilio Belluacensi in *can.de præcariis, quæ à rectoribus Ecclesiarum irrationabiliter fiebant.* 6.10.q.2.

Precarię autem temporis diuturnitate non præscribuntur. ex Agathensi Concilio in *can. clerici quilibet quantacumque diuturnitate temporis* 11.16.q.3.

Præcauere debent prælati Ecclesiarum (auxiliante Deo) futuris casibus prudenter occurrere; & Ecclesiastico statui, ne recidiua mala præualeant. ex Nicolao Papa II. in concilio Lateranen *in can in nomine Dñi nostri, & Saluatoris Iesu Christi* 1.5.*nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres. non longe post principium distinct.* 23. ibique *Gloss.* verbo *futuris casibus*. Nam ad cautelam futurorum aliquid statuitur. ex Gregorio in *can.cùm Hadrianus secundus ad Romanum Pontificatum* 29. *in fine dist.* 63. verbis illis: *Sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit.* ibique *Gloss.* verbo *temporis.* quæ adnotat dicens: *Quæ non sunt mala, interdum debent omitti, ne sint exemplo perniciosa vt supra distinct.* 23. *in nomine*. notatur ex Innocentio Papa Felici Episcopo Nuceriano in *can. designata sunt genera laicorum* 2. *in fine distinct.* 51. dicente, & præmonente, *Cauendum ab his est propter tribulationem, quæ sæpe de his Ecclesię prouenit*. ibique *Gloss.* verbo *sępè*, & ipsa aduertens argumentum: *Aliquid statui propter cautelam futurorum*. ex Pelagio Cethego Patritio in *can. de Syracusanæ vrbis antistite* 13. *post principium distinct.* 28. verbis illis. *Per quos Ecclesiástica solet periclitari substantia.* ibique *Glossa* verbo *solet*. inferens: *Nota cauert debere ex eo, quod solet aliquid fieri*. Nam ex Concilio Toletano in *ca.1. in fine. de seruis non ordinandis, & eorum manumissione.* ratio deducitur dicente: *Et ideo, quod infirmari, vel vituperari potest, præcaueri debet.* ibique notat *Glossa.* & ipsa inferens. *Quod futura sunt precauenda.* 23. *distinct. in nomine Domini.*

Precepta maiorum leges Apostolicas arbitrari debemus. ex Hieronymo ad Lucinium in *can. vtinam omni tempore ieiunare possimus.* 11. *in fine distinc.* 76. verbis edicente: *Sed vnaquęque Prouincia abundet in suo sensu: & precepta maiorum leges Apostolicas arbitretur.* Contuetudo enim interpretatur legem. vt *Gloss.* ibidem. verbo *Apostolicas* subnectit.

Præceptum Dei omnibus aliis anteferetur, etiã si contra morem & pactum quorumlibet fit. Nam si Regi obediendum est, multo magis Deo Regnatori vniuersę creaturę suæ ad ea, quæ iusserit seruiendum est. ex Augustino lib. 3. Confessionum in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia* 2. *distinct.* 8. nec dinerimode Isidorus in *can. si is, qui præest, fecerit, aut cuiquam, quod à Domino prohibitum est, facere iusserit* 101.11.q.3. deducens illud Pauli: (ad Galatas 1) *Etiam si nos, aut angelus de Cœlo euangelizauerit vobis, præterquam quod euangelizauimus, anathema sit.* in fine inferens: *Is qui præest, si præter voluntatẽ Dei, vel præter quod in sanctis scripturis euidenter præcipitur, vel dicit aliquid, vel imperat; tamquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habetur.*

Precepta ergo Veteris testamenti, si Iuris canonici in corpore relata fuerint per potestatem habentem, seruari precise debent. ex *S. Thoma* 1.2.q.104. *art.* 2. Quod exaudi de preceptis iudicialibus, secus verò de ceremonialibus; & nisi obseruari mandaret, tamquam habentia vim obligandi ex veteris legis obseruatione. hoc enim peccatum esset: ex eodem *S. Thoma* ibidem in corpore. *Syluester in summa* verbo *Luxuria q.* 5. *Paristus consf.* 68. *num.* 105. *lib.* 4. *Rota in Taurinen matrimonii* 23. *Ianuarij* 1590. *coram Penia decis.* 74. *num.* 5. *post* 1. *volumen consiliorum Farinacij Nauar. cons.* 14. *num.* 8. *vers. ad primum ergo peccatum lib.* 4. *de sponsalibus.*

Præceptum Domini facit licitum, quod alias illicitum ęstimabatur. Sicuti iussit Deus expoliari Aegyptum. *Hoc enim Deus iussit, qui nouerat, quid quemque pati oporteret. Nec Israelitę furtum fecerunt: Sed Deo iubenti ministeriũ prabuerunt.* Augustinus exprimit in *can. Dixit Dominus ad Moysen: Petat vir à proximo, & mulier à proxima vasa aurea, & argentea, & vestem.* 12.14.q.5.

Præceptis duobus sibi inuicem repugnantibus, & in vnum coeuntibus; quod maius est seruari debet. vt puta si naturale, & positiuũ simul concurrat. naturale magis seruandum. Argumento petito ex Felice Papa omnibus orthodoxis scribente *can. sicut non alii, quam sacrati Domini sacerdotes debent missas cantare* 21. *ad medium de consecrat. distinct.* 1. excipe, ac pende loquentem: *Satius ergo est missam non cantare, aut non audire, quàm in illis locis, vbi fieri non oportet. nisi pro summa contingat necessitate; Quoniam necessitas legem non habet.* Necessitas ergo, quæ naturalis causa est, positiuo prefertur precepto. Concinit Hieronymus in epistola ad Titum in *can. si Dominus ea iubet, quę non sunt aduersa scripturis sanctis* 93.11.q.3. deferens illud de actibus Apostolorum 5. *Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.* & prosequitur ex Ambrosio in *can. Iulianus Imperator, quamuis esset apostata* 94. *eadem* 11.q.3. prosequitur *Nauar. cons.* 40. *num.* 7. *vers. tertio quod. lib.* 5. *de pœnitent. & remissionibus. Ioannes Azorius Institutionum moralium part* 3. *lib.* 13. *capit.* 28. *in* 2. *dubio vers. in his igitur casibus.* & per Doctores in *cap. omnis vtriusque sexus* 12. *de pœnitentijs, & remissionibus. Gregorius Sayrus in Claui Regia lib.* 12. *cap.* 20. *num.* 14. *in fine vers. ratio est; quia concurrentibus duobus præceptis. Lælius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu* 1. *num.* 10. *vers. in hac difficultate fol mihi* 35.

Preceptis diuinis nihil vacuum esse debet. ex Leone Papa sermone 10. de ieiunio decimi mensis. in *can. huius obseruantiæ vtilitas, dilectissimi* 6. *circa finem distinct.* 76. verba sunt: *Intelligentes diuinis nihil vacuum esse preceptis;* &

*& verbo Dei ad eruditionem nostram, omnia elementa seruire.*

Præcepto Domini non obedire, peccatum est: Consilio, si vti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis. Augustinus de sancta virginitate in *can. quisquis pręceptis non obtemperat, reus est, & debitor pœnę 3. siue finali 14. q. 1.* ibique Hieronymus contra Iouinianum. & ipse proferens: *Quod præcipitur, imperatur: Quod imperatur, necesse est fieri; si non fiat, pœnam habet. Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi pręceptum, necessitas est seruientis.*

Pręcepto Domini temporalis obedire contra Domini Dei præceptum nemo debet. ex Augustino in *can. non semper malum est non obedire pręcepto 92. 11. q. 3.* & ibidem ex Hieronymo in *can. si Dominus ea iubet 93.* & diximus paulò ante verbo *duobus præceptis concurrentibus*. Etiam si iurauerit parere mandatis: Quia id exauditur de licitis, & iustis. secundum *Glossam* in *can. nerui testiculorum Leuiathan plexi sunt 2. §. alius cuncta, quę mundi sunt, deserens distinct. 13.* illis verbis Gregorij: *Obedire trepidat, & non obedire formidat.* verbo *formidat.* inferens in fine: *Sed si dubitet, an sit contra Deum, obedire debet.*

Pręceptis Papæ subreptitie relaxatis parendum non est. ex Gelasio Papa Maximo, & Eusebio Episcopis in *can. licet in regulis contineatur antiquis 5. post principium 16 q. 5.* verba excipe: *Tamen etiam decretis nostris ante non multum temporis destinatis, omnia iussimus, quę taliter fuerant inuasa, restitui.* Quod exaudi si constet de subreptione. alioquin in dubio parendum. vt paulo ante diximus. Quia profecto.

Pręceptis qui non obtemperat iustis, reus est, & debitor pœnę. ex Augustino in *can. quisquis præceptis non obtemperat; reus est & debitor pœnę 3. siue finali 14. q. 1.* & Cypriano sermone de lapsis in *can. si quis præpropera festinatione temerarius 27. post principium distinct. 50.* verbis illis: *Aut audet Domini pręcepta rescindere; non tantum nihil prodest sed obest lapsis. Prouocasse est iram, non seruasse sententiam* vbi *Gloss.* verbo *sententiam* consequentiam infert: *Qui ergo non seruat sententiam Iudicis, offendit Iudicem.*

Pręcepta patientiæ, non tam ostentatione corporis, quàm pręparatione cordis sunt retinenda. Gratianus in *can. nisi bella ista carnalia figuram præliorum spiritualium gererent 1. §. his ita respondetur. 23. q. 1* ex Augustino ibidem in *can. paratus debet esse homo iustus, & pius patienter eorum malitiam sustinere, quos fieri bonos quærit 2.* inferente: *Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere, quam ad opus, quod in aperto fit: vt teneamur in secreto animi patientia cum beneuolentia, in manifesto autem id fiat, quod eis videtur prodesse posse, quibus benè velle debemus.*

Pręces nostras non semper exaudit Deus: Quia non expedit. ex Cypriano in *can. si quis præpropera festinatione temerarius 27. in fine distinct. 50.* Rationem inferente: *Nam & Moyses pro peccatis populi petiit: nec tamen peccantibus veniam cum petijsset, accepit.*

Pręces subditorum, quæ sunt canonicę disciplinæ contrarię, exaudire prælatus non debet, sed repellere. ex Ioanne Septimo Cœnomastico Vticensi Episcopo in *can. miror minus doctam scientiam tuam 4 distinct. 50.* excipe illum: *Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumque pœnitentiam concedendum: cum sit canonicæ disciplinę contrarium?* Rationem quoque ex Augustino habes ad Macedonium scribentem in *can. si res aliena propter quam peccatum est 1. §. illud verò fidentissime dixerim 14. q. 6.* verbis dicente: *Nam misericordius opem nostram talibus subtrahimus, quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat; ac non potius subuertit, atque opprimit.*

Pręces superiori datæ, ni veritate nitantur, effectum non sortiuntur. ex Theodosio, & Valentiniano in *can. rescripta contra Ius elicita 15. 25. q. 2.* excipe illos inter sacros canones iam relatos: *Rescripta contra Ius elicita ab omnibus Iudicibus pręcipimus refutari.* ibique *Gloss.* verbo *contra Ius.* ibidemque ex Pelagio Papa Ioanni Comiti in *can. dicenti sacras iussiones se habere pre manibus 16. in fine* concludente: *Ea vero, quæ subreptione, vel falsis præcibus forsitan impetrantur, nullum supplicantibus ferre remedium.* Decreuitque Innocētius Tertius A Canonico Pictauen in *cap. super litteris, quę ab aliquibus ex malitia 20. extrà de rescriptis*: Nam rescripta Principum sic exaudiri debent, si præces veritate nitantur. diximus *respons.* nostra 61. *num. 40. 41. part. 5.*

Præces proinde quę veritati non nituntur per Iudices arguendę sunt, nec admittendæ. Mendax enim præcator debet carerere impetratis. prosequitur Gratianus d *can. dicenti sacras iussiones 16. §. rescripta siue sint adnotationes, siue pragmaticæ sanctiones. 25 q. 2.* Quia exauditur clausula: *Si præces veritate nitantur.* ex Alexandro Tertio Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. ex parte Conuentren Episcopi 2. §. verum, quoniam non credimus ita præcise scripsisse. extra de rescriptis.* Rationem reddente; *& in huiusmodi litteris intelligenda est hęc conditio, etiam si non opponatur: si præces veritate nitantur,* ibique plenè *Gloss.* verbo *conditio.*

Pręcisus à Christi iusti corpore nullo modo potest tenere spiritum iustitiæ, etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore. Augustinus ad Bonifaciũ in *can. quemadmodum membrum si præcidatur ab hominis viui corpore, non potest tenere spiritum vitę 3. in principio 23. q. 7* Non debent igitur homines foris remanere, vt calumnientur; sed intrare potius, vt iustificentur. ibidem in fine. *§. si corpus Christi.*

Pręda in potestate Victoris esse debet, vnde docet militaris disciplina in posse regis seruari omnia. ipse tamen tenetur ęqualiter diuidere, tamquam mercedem Laboris. Ambrosius libro de Patriarchis id est de Abrahā

in

*in can. dicat aliquis, cum ipse vicerit.* 25. 23. *quęst.* 5.

pręda non esse debet finis militandi. Nam propter Prædam militare, peccatum est. Augustinus in libro de verbis Domini sermone 19. in *can. Militare non est delictum: sed propter prędam militare peccatum est.* 5. 23 *q.* 1.

Pręda illicita furti nomine continetur. Nam furti nomine benè intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienę. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed vtique à parte totum intelligi voluit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur. ergo & pręda illicita furtum erit. ex Augustino in quæstionibus Deutoromii in *can. meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus* 11. *circa finem* 32. *q.* 4.

prędantes, siue deprędantes peregrinos, & oratores cuiuscumque sancti. siue Clericos siue monachos, vel fœminas, & inermes pauperes, anathematis vinculo feriuntur, nisi dignè emendauerint. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis *in can. Illi, qui peregrinos, vel oratores cuiuscumque sancti* 25. 24 *q.* 3. siue etiã Romipetas, & peregrinos. ex Calixto Papa in *can. si quis Romipetas, & peregrinos* 23. *eadem* 24. *q.* 3.

prędestinatio Dei necessitatem in homine non ponit, cum boni per gratiam corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. & voluntas in bonis intelligenda est, non sine gratia, in malis autem voluntas intelligenda est sine gratia. *Prædestinatio igitur Dei semper in bono est, quę peccatum sola hominis voluntate commissum, aut remittendum nouit cum laude misericordiæ, aut plectendum cum laude iustitiæ.* Augustinus in libro de prædestinatione, & gratia in *can. Nabucodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22. & *can. vasis iræ numquam Dei redderet interitum* 23. ibique Gratianus §. *non ergo necessitatem facit correctionis, vel obdurationis diuina prędestinatio* 23. *q.* 4. Prędestinatio enim non est causa efficiens, sed sine qua non fit. Prædestinatio Dei æterna est. Nam firmum Dei fundamentum stat immobile, habens signaculum hoc: (1. ad Timoth. 2.) *Scit Dominus, qui sunt eius.* ex Augustino in *can. firmum Dei fundamentum stat immobile* 25. *de pœnitentia dist.* 2. vbi *Nauar.* ex *S. Thoma* 1. *part. q.* 23. *art.* 5. reprehendit *Glossam* ibidem verbo *scit* in fine, quæ dixit, quod prædestinati quodam signo, siue charactere distinguantur à damnandis. Quia prædestinatio nihil rei ponit in prędestinato. sed in mente diuina, cuius prouidentiæ pars est. ex *S. Thoma* Est tamen prædestinatio certissima, & effectum sortitur certissimum. Quia *Nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam.* ex Augustino in *can. nullus eorum* 26. *eadem distinctione* 2. *de pœnitentia.* Quia *Horum fides, quæ per dilectionem operatur, profectò, aut omnino non deficit, aut, si qui sunt, quorum deficit, reparatur antequam vita ista finiatur: & deleta, quæ intercurrerat, iniquitate in finem perseuerantia deputatur.* idem prosequitur Augustinus d. *can. firmum Dei fundamentum stat.* 25. & Card. *Turre Cremata* in *can. obtineri nequaquam possunt, quæ prędestinata non sunt.* 21. 23. *q.* 4. Qui est Gregorii in Dialogis. Duo in prædestinatione attendenda docet: & prædestinationem ipsam, quæ est à Deo, & effectum eius. Prædestinatio quidem Diuina, precibus non iuuatur. effectus vero eiusdem, & precibus iuuatur, & bonis operibus. His ergo insistamus.

Prędestinatus, in quantum prædestinatus, damnari non potest. ex Gratiano in *can. peccatum quod ex Adam contrahitur* 7. §. *eorum vero, qui hanc sententiam sequuntur. de pœnitentia distinct.* 4. vnde dixit Augustinus in *can. vasis irę numquam Dei redderet interitum* 23. *in fine* 23. *q.* 4. verbis apertis de præscitis dicens: *Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati: essent autem prędestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac veritate mansuri. At per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.* ibique gloss. verbo *standi* S. *Thomas part.* 1. *q.* 23. *art.* 2. in corpore: Rationem reddens. Quia *prædestinatio est quędam ratio ordinis aliquorum in salutem æternam in mente diuina existentes.* & Gratianus d. *can. vasis irę* 23. §. *non ergo necessitatem facit.* in fine. consequentiam infert: *Sicut ergo, quamuis certissimè sciamus, neminem vltra terminum à Deo sibi præfixum esse victurum; omnibus tamen languentibus non incongruè medemur. Sic, quamuis nemo saluetur, nisi prędestinatus ad vitam, omni tamen delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est relinquenda disciplina.*

Prædestinatio est præparatio gratię in præsenti, & glorię in futuro. Quia prædestinatio importat respectum ad gratiam, vt causę ad effectum, & actus ad obiectum. S. Thomas *d. q.* 23. *art.* 2. *in* 4. *argumento & ad* 4. *part.* 1. Vnde

Prędestinationis, siue pręscientię (Quia & sub nomine præscientię includitur prædestinatio) duplex est effectus: scilicet, & in tempore iustificare, & ęternaliter gloriam tribuere. Quoad primum effectum operatur Deus quandocumque in hac vita peccata dimittit. & hoc est secundum iustitiam peccata dimittere. Quòad secundum effectum, quando sic peccata dimittit, ne finaliter peccatum redire patiatur vt ad beatitudinem perducat. Et hoc est secundum pręscientiam peccata dimittere. Qui ergo finaliter ad peccatum reuertitur, non secundum iustitiam remissionem peccatorum consequutus est. ita verbis loquitur *Glossa* in *can. peccatum, quod ex Adam contrahitur* 7. §. *eorum verò, qui hanc sententiam.* qui est Gratiani. *de pœnitentia distinct.* 4. verbo *eorum.* idemque Gratianus in *can.* sequenti. *si ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur.* 8. §. *finis huius auctoritatis, eorum sententię concordat, qui peccata dicunt remitti secundum pręsentem iustitiam. eadem distinct.* 4. *de pęnitentia.* ibidemque in *can. in domo patris mei mansiones multæ sunt* 11. §. *secundum iustitiam deletur, qui gratia subtracta, ea operari permittitur, quibus æternam damnationem meretur.*

Prę-

Prædestinati ad vitam, sine correptione mutantur; sicut Petrus, quem Dominus respiciens nemine corripiente, commouit ad lachrymas. Presciti ad mortem, inter flagella deteriores fiunt; sicut Pharao. Gratianus in *can. cum quisque fratrum, idest Christianorum* 19. §. *est & alia causa, qua correptio*. 23. q. 4. Nihilominus subnectit idem Gratianus ibidem ex Augustino in *can. sicut non est ab oratione cessandum* 20. dicente: *Sicut non est ab oratione cessandum pro eis, quos corrigi volumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro, Dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere; ita non est negligenda correptio, quamuis Deus, quos voluerit, etiam non correptos, faciat esse correptos*. Rationem reddit *Gloss* ibidem verbo *ab oratione*. Quia de nemine est desperandum, quandiù est in hac vita. Ex Leone Papa ad Rusticum in *can. nemo est desperandus, dum in hoc corpore constitutus est* 1. de pœnitent. distinct. 7. Rationem reddit: *Quia nō numquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur*.

Prædestinati non sine labore ad vitam perueniunt. ex Gregorio in Decalogis io *can. obtineri nequaquam possunt, quę prædestinata non sunt* 21. 23. q. 4. Rationem excipe *Nam ipsa perennis regni prædestinatio, ita est ab omnipotenti Deo disposita, vt ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus postulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante secula disposuit donare*. probatur ex Gratiano in *can. voluissent iniqui, si potuissent, sine fine viuere* 60. §. *ex his itaque apparet, quod sine confessione oris*. de pęnitentia distinct. 1. col. 3. ante medium. vers. *Christus quoque alios legitur suscitasse à mortuis* dicente: *Tres quoque mortuos audiuit, quos aliorum orationibus reddidit vitæ. Quartum quoque discipulo nunciante audiuit; sed quia defuerunt viui, qui pro eo pręcarentur, resuscitari non meruit*. Licet ergo Prædestinatio à Deo solo pendeat, & ab eius misericordia; potest tamen effectus eius pręcibus iuuari, & operibus bonis. ex *S. Thoma* 1. *part* q. 23. *art*. 2. Et diximus in superioribus. prædestinatio Dei, necessitatem in homine non ponit. in fine ex *Turre Cremata*.

Prędestinati multi videntur merito præsentis iustitię, non autem prędestinatione claritatis æternę. deducit Gratianus in *can. in domo patris mei mansiones multæ sunt* 11. §. *hanc societatem si quis solo nomine, & professione*. de pęnitentia distinct. 4. circa finem *vers. Hoc ergo modo non solum filii Dei*. Hinc est quod Pco. spec in libro sententiarum in *can. semel immolatus est Christus in se ipso* 52. *in fine de consecratione distinct*. 2. dixit: Christum obtulisse se patri hostiam viuam, passibilem, mortalem, *viuorum, & mortuorum redemptionis efficacem; eorum scilicet, quos diuini consilij altitudo redimendos iudicauit, præstituit, prædestinauit, vocauit, modis, atque temporibus, quibus id fieri congruebat*. consequentiam infert *Glossa* ibidem verbo *altitudo*. in fine, sequentibus: *Mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro solis prędestinatis, quò ad effectum: sed quò ad efficaciam pro omnibus*.

Prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi. Augustinus in *can. vasis iræ numquam Dei redderet interitum* 23. *in fine* 23. q. 4. ibique *Glossa* verbo *standi*. & in principio in *casus figuratione* in fine. differentiam statuit inter Prædestinationem, & præscientiam: Quia prędestinatio est tantùm de bonis; præscientia tantum de malis.

Prædia Ecclæsię non sunt deputanda Clericis pro portionibus suis: ne per iniuriam, & negligentiam minuantur, sed redditus dandi pro victu. non enim sunt alienanda prædia. Ex Gelasio Iustino Archidiacono, & Faustino defensori in *can vobis enim, & famę vestræ consultum duximus* 23. 12 q. 2. ex bonis enim Ecclesię diuiso facienda est: *Vt portionem vnam sibi tollat Antistes; aliam Clericis pro suo iudicio; & electione dispertiat, tertiam pauperibus pro omni conscientia faciat erogari: Fabricis vero quartam, quæ competit ad ordinationem Pontificis*.

Prędicatio verbi Dei cōtēnenda non est: Quin imo tāta diligētia verbū Dei, q̃ nobis erogatur p p̄dicatores, custodiendū est, vt de corde nostro nō pereat: *Quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit, quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit*. ex Augustino in *can. interrogo vos fratres, vel sorores* 94. 1. q. 1.

Prędicationi verbi Dei, etiam in Ecclesia, omnes interesse possunt, etiam gentiles, hęretici, Iudęi, & excommunicati. ex Concilio Carthaginēse IV. in *can. Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue gentilem siue hæreticum siue Iudęum* 68. *de consecratione distinct*. 1. ibique *Gloss.* verbo *prohibeat*, De excommunicato meminens. vt conuertantur: Secus vero si ad subsannandum accederent: Ne margaritas nostras mittamus ante porchos. *Math*. 7. ex Clemente Epistola 3. in extremo in *can. in mandatis habemus* 2. *distinct* 43.

Prędicationi verbi Dei contemplatio iungenda est. probat Gregorius Papa Cypriano Episcopo scribens, exemplum deferens Hieremię, & Isaiæ in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis* 9. *post medium* 8. q. 1.

Prędicatio verbi Dei spiritualiter Christo suscitat mortuos. ex Augustino contra Faustum Manichęum in *can. olim iussus est frater præmortui fratris vxorem ducere* 8. 8. q. 1.

Prędicatio contemnitur eius, cuius vita despicitur. ex Benedicto 11. in *extrauaganti inter cunctas solicitudines nostras* 1. §. *verum quia post baptismum inter cetera magis ad salutem necessaria est propositio verbi Dei. de priuilegijs inter communes*. Rationem reddente: *Nam cuius vita despicitur, consequens est, vt eius prędicatio contemnatur*.

Prędicatio Euangelii, pabulum verbi Dei nuncupatur. Sic Innocentius Tertius in Concilio Generali in *capit. inter cætera, quę ad salutem spectant populi Christiani* 15. *de officio Iudicis ordinarii extra*. sequitur: *Pabulum verbi Dei* per-

permaxime sibi noscitur esse necessarium: Quia sicut corpus materiali; sic anima spiritali cibo nutritur: eo quod non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit ex ore Dei. Nec diuersimode Leo Tertius cœleste pabulum appellauit in cap. nos instituta maiorum Patrum considerantes 1. post principium extrà de sepulturis. verbis illis. Illi Ecclesię dari censemus, in qua cœlesti pabulo refici consuerit. quo loco Glossa verbo pabulo. subsequitur: Pabulum cęleste exposuit Alanus, id est doctrinam secretorum fidei, vt solida cibaria. Pabulum enim dicitur prædicatio verbi Dei. supra de officio ordinarij inter cętera. Bernard. hic Glossa.

Prædicatio verbi sententijs bene dictis referta esse debet, non disertis sermonibus. Augustinum excipe libro de cathechizandis rudibus in can. sedulò monendi sunt scholastici 12. distinct. 38. eloquentem; His etiam maximè vtile est nosse, ita esse præponendas verbis sententias, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant, veriores, quàm disertiores audire sermones; sicut malle debent prudentiores, quam formosiores habere amicos. vbi Gloss. verbo formosiores. infert: Vnde Seneca: Infirmus non quærit medicum eloquentem; sed curare scientem.

Prædicatores proinde Cultores idonei agri Dominici, Buccinnatores Spiritus sancti, & Præcones verbi Dei à Sixto IV. appellantur in extrauaganti vices illius, qui supra petrā ędificauit Ecclesiam suam 2. §. nos igitur attendentes, quod Sacrosancta Romana Ecclesia. de tregua, & pace inter communes. varbis edicente: Rursusque animaduertentes, quod hodiernis temporibus hominum crescente malitia, nisi ager Dominicus cultoribus idoneis, buccinnatoribus Spiritus sancti, & pręconibus verbi Dei &c. assiduè colerentur. &c.

Prędicator, qui cùm ipse sit in peccato, mortali præsertim notorio, alios docet, scripturam sacram exponendo, peccat mortaliter. pręsertim vero si ex officio prælationis hoc præstet. Quia impedit finem doctrinę ita docendo. Ore namque profitetur se nosse Deum, factis autem negat. excipe ex Gregorio in moralibus in can. qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat 3. 3. q. 7. Meritò illos reprehendisse Dominum narrans ex (Ioanne 8.) Ad aliena quippe punienda peccata ibant, & sua reliquerant. Reuocantur itaque intus ad conscientiam, vt prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant. in fine. rationem inferens: Nisi, quod priùs ipsi purgandi sũt, per quos aliorum culpæ feriantur: vt ipsi iam mũdi per vltionem veniant, qui aliorum vitia corrigere festinant. parique modo Ambrosius in can. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet quod in se ipse condemnet 4. eadem 3. quæst. 7. subsequens: Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda; ne cum de alio iudicas, in se ferat ipse sententiam. sequitur. S. Thomas in 4. sentiarum distinct. 19. art. 2. q. 2. ad 4. quem etiam sequitur Dionysius Carthusianus in psalmos in prœmio cap. finali. de intentione, & forma prædicandi; verba faciens, dicensque. Qui non facit, quod alios docet; eo ipso, quod sibi docendi munus assumit, mortaliter peccat: Quoniam quantum in se est, intentionem sacræ scripturæ euacuat. Concinit Caietanus in 3. part. diui Thomę q. 64. art. 5. & 2. 2. q. 187. art. 2. & Nauarrus manuali cap. 25. num. 141. vers. 2. peccat mortaliter, qui aduertens se esse in peccato mortali, ante instam contritionem, concionatur. Rationem reddit: Quia actus prędicandi saltim per legem humanam, est actus peculiaris ordinis Diaconatus. Et de oratione, & horis canonicis. cap. 6. num. 41. Contrariam verò sententiam, non peccare mortaliter, licet grauiter venialiter; secluso tamen scandalo, tuetur Aegidius de Koninch. tom. 1. q. 64. dubio 1. nu. 39. ita quoque. Frater Hieronymus Gliamas in summa Ecclesiastica part. 1. cap. 1. §. 6. in fine.

Prędicator, licet quidem vendere doctrinam non possit; honestam tamen substentationem, siue procurationem recipere valet. ex Synodo Eugenii Papæ Secundi in can. de quibusdam locis ad nos refertur 12. distinct. 37. in fine, rationem reddens: Quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata. in magistris videlicet, qui sacram docent doctrinam. ibique peroptime Gloss. magna verbo. vt magistri. & ex Concilio Cabilonensi Secundo in can. cauendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragrant 7. in fine 10. q. 3. consequentiam inferente. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, vt & verbi Dei prædicator, vbi proprii sumptus desunt, à fratribus accipiat, & item fratres, illius potentia non grauentur. exemplo Apostoli Pauli, qui, ne quem grauaret, arte, & manibus victum quærebat. ibique Glossa verbo sumptus. Poterit tamen pretium recipere in eleemosynam ex laudabili consuetudine iam recepta. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. ad Apostolicam audientiam 42. in fine principii extra de simonia. Loquens enim de consuetudine recipiendi aliquid pro exequiis mortuorum, & similibus; laudabilem consuetudinem pia deuotione fidelium introductam, rescindendam non esse, respondet. notatque Gloss. ibidem verbo nituntur laudabilem inferens: Ergo laudabilis consuetudo seruanda est, cuius transgressor, vt iuris, punitur. Ex Augustino ad Casulanum in can. in his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege seruanda sunt. 7. distinct. 11. subsequendo: Et sicut præuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt. & adnotat etiam Glossa finalis verbo exigere in cap. abolendæ consuetudinis peruersitas 13. extrà de sepulturis. Veluti etiam permissum est prędicatori pro sola obligatione, qua certo aliquo loco, & tempore ad concionandum se præstringit, pretium recipere & exigere, neque simoniam admittit. Vendit enim suam libertatem, quę res est tamporalis. ex Alexandro Tertio Pręposito, & Capitulo Insulen in cap. significatum est nobis 11. de præbendis, & dignitatibus extra, ad verba; Ita, quod missam de Beata Maria

*(nisi corporis infirmitate grauatus sit) quotidie celebrare*. ibique *Glossa* recepta & singularis verbo *ita quod* ad finem. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib 5 cap. 88. num. 6.* & *cap. 89. num. 5.* diximus *respons.* nostra *5 num. 35. &* 43. alios referentes; & *respons 32. num. 13.* & *respons. 33. num. 2. & 3. parte 1.*

Prædicationis officium priuilegiatum est. Dixit Innocentius Tertius V. plebano sancti Gauinii scribens in *cap. quod Dei timorem præ oculis habeas 5. circa finem de statu monachorum*. verba excipe: *Et per antiquos canones etiam monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in presbyteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium, (quod priuilegiatum est) exercere*. Priuilegiatum *Glossa* ibidem subnectit: *In hoc est priuilegiatum officium prædicandi: quia nemo debet prædicare, nisi ei sit commissum ab Episcopo loci, vel ab Apostolica sede, & illi, qui per electionem ad hoc eliguntur*. Qui vero absque facultate prædicationis munus assumpserit, excommunicationis vinculo colligatur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *capit. excommunicamus itaque, & anathematizamus omnem hæresim 13. §. Quia vero non nulli sub specie pietatis de hæreticis extra*.

Prædicatores quippe deputandi munus ad Episcopum spectat. Quia ei verbum Dei populis sibi subiectis prædicare incumbit. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in capit. *Inter cetera, quæ ad salutem spectant populi Christiani 15. §. vnde cum sæpe contingat. de officio Iudicis ordinarii*. verbis edicente: *Vt Episcopi viros idoneos ad sanctæ prædicationis officium salubriter exequendum assumant, potentes in opere, & sermone*. & hoc sane quando: *per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei. maxime per amplas diœceses & fusas*. Quia nimirum vt *Gloss.* ibidem verbo *prædicationis officium* subnectit: *Non potest aliquis prædicare, nisi mittatur, auctoritate Episcoporum, vel Apostolicæ sedis*. Hoc est enim præcipuum Episcoporum munus. Sacrosancta decreuit Synodus Tridentina *sessione 5. cap. 2. de reformat. & sessione 24. cap. 4. de reformat*. Nisi fortasse eligendi prædicatores ex consuetudine ad alios spectet munus. Non tamen in Cathedrali. Approbabit tamen eum Episcopus, vt declarasse sacram Congregationem refert *Barbosa* in collectanea doctorum ad sacrum Tridentinum *dicto cap. 2. sessione 5. num. 5.*

Prædicatores verbi Dei poetarum fabulas in suis concionibus exponentes, & si moralitet eas traducant præsertim Episcopi, non bene faciunt: *quia in vno se ore cum Iouis laudibus Christi laudes non capiunt*. ex Gregorio Desiderio Episcopo in *can. cum multa nobis bona de vestris fuissent studiis nunciata 5. in fine distinct. 86.* ibique *Gloss.* verbo *grammaticam*.

Prædicatores, genæ sponsæ, hoe est Ecclesiæ dicuntur. *Vnde in canticis ( 5. 13.) canticorum genæ sponsæ, id est prædicatores, turturi comparantur*. vt loquitur Gratianus in *summa distinct. 43.* ibique *Glossa* verbo *genæ*. quæ commentum agit: *Sicut enim per Genas cibi, sic per prædicatores Ecclesiæ fideles incorporantur*. Quia per Augustinum in *can. quia passus est Dominus pro nobis 36. post principium de consecrat. distinct. 2.* Prædicatores bouum nomine explicantur. dicentem; *Ad arcam dominicam comportasti estis laboribus bouum; id est annunciantium Euangelium*. Nec dissimiliter Melchiades Papa in *can. decreuit sancta Synodus nullum deinceps clericum 1. §. sic & Iacob. distinct. 88.* deferens visionem Iacob: *sic & Iacob. (Genesis 28.) ascendentes, & descendentes Angelos vidit*. Prædicatores exaudiens, qui pro ingenio auditorum debent se aptare. ex *Glossa* ibidem verbo *Angelos*. ex S. Petro in *can. oportet, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio discentium se met ipsum possit aptare 12. 8. q. 1.* & ex Gregorio in pastorali in *can. sic tector dist retus in silentio, vtilis in verbo 1. 9. finali distinct. 43.* Quia non debet prædicator in sermone essuere.

Prædicationis officium laicis vniuersis, cuiuscumque ordinis censeantur, vsurpandi auctoritas interdicta omnino est. Ex Gregorio Nono Archiepiscopo Mediolanen in *cap. sicut in vno corpore 14. de hæreticis extra*. ex Ratione: *Quod Doctorum ordo est in Ecclesia Dei quasi præcipuus. Et verendum nimis est, ne vitia sub specie virtutum occulte subintrent*. ibique *gloss.* verbo *alios Domini Apostolos*. Vnde si hoc præsumpserint excommunicationis vinculo iure innodantur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. excommunicamus, itaque & anathematizamus omnem hæresim 13. §. quia verò nonnulli sub specie pietatis. eo. dem de hæreticis*. ibidemque ex eodem in *cap. cum ex iniuncto 12.* Rationem deferens & consequentiam: *Cum igitur Doctorum ordo sit præcipuus in Ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter prædicationis officium vsurpare. Nam secundum Apostolum; quomodo prædicabunt, nisi mittantur? &c.* Hanc ob causam

Prædicatores, præsertim Regulares, detrahentes Prælatis Ecclesiæ in eorum sermonibus ad Populum, graui feriuntur pœna per Clementem V. in Concilio Viennen in *clement. religiosi, qui clericis, aut laicis. 1. §. quibus etiam in virtute sanctæ obedientiæ. de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum*. Et Sixtus quartus in *extrauaganti vices illius, qui supra petram ædificauit Ecclesiam suam 2. de tregua, & pace inter communes*. Excommunicationem latæ sententiæ intulit. à qua absolui nequeant, nisi de expresso consensu patris læsi, & debita satisfactione prævia.

Prædicandi munus proprium Episcoporum est. ex Concilio Carthaginensi IV. in *can. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet. Sed lectioni et orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet 6. distinct. 88.* Et sacrosancta Tridentina Synodus *sessione 5. cap. 2. de reformat. & sessione 24. cap. 4.* in eadem reformationis materia, vocans: *Præcipuū Episcoporū munus*. Factis tamen magis, atq; ipsis vitæ actionibus, quod est veluti perpetuum quoddā prædicādi genus, se muneri suo cōformes osten-

ostendere debent. ex verbis eiusdem sacro-Sanctæ Tridentinę Synodi *sessione 25. cap. 1. de reformatione post initium.* Alioquin in tenebras exteriores eiicientur. ex Hieronymo in Micheam in *can. Ecclesię principes, qui deliciis affluunt 4. in fine distinct. 35.* excipe illum: *An non confusio, & ignominia est, Iesum Crucifixum; magistrum pauperem, atque esurientem fartis prędicare corporibus? eiuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferrę? Si in Apostolorum locum sumus, non solum sermonem eorum imitemur; sed conuersationem quoque & abstinentiam amplectamur.* Vnde est etiam, quod fratres ex Ordine Minorum, & Prędicatorum non possunt prædicare etiam in eorum Ecclesiis, ea ipsa hora, qua Episcopus ipse prędicat, vel coram se solemniter prædicari faciat. ex Bonifacio VIII. in *extrauaganti super cathedram praeminentię pastoralis 2. §. nos autem (pii patris more laudabilis) moleste ferentes incommoda filiorum. de sepulturis. inter communes.*

Prædicatorem veritatis quicumque contristauerit, peccat in Christum, & patrem omniũ exacerbat Deum, propter quod, & vita carobit. Petrus in ordinatione Clementis 1. *can. quicumque contristauerit doctorem veritatis 12. 11. q. 3.*

Prędicator bene docendo, & male viuendo, Deum instruit quomodo debeat eum condemnare. ex Ioanne Chrisostomo in opere imperfecto in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes 12. post medium distinct. 40.* dicente illo: *Nam bene viuendo, & bene docendo populum instruis quomodo debeat viuere: bene docendo, & male viuendo, Deum instruis quomodo te debeat condemnare.*

Prędicatoris verba, quamuis ipse non bene vixerit, contemni non debent. *Vt enim Lixiuiũ per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur: ita bona doctrina per malum doctorem, animas credentium lauat à sordibus peccatorum.* ex Hieronymo Gratianus in *can. nihil illo est pastore miserius, qui Luporum laudibus gloriatur. 6. sine finali. §. quamquam sacerdotem tam à suis, quam ab alienis criminibus oportet esse immunem. distinct. 83.*

Prędicatores ita docere debent, vt ab auditoribus intelligantur. Qui enim ea docet, quę ab auditoribus non valent intelligi: non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Gratianus in *can. dispensatio est nobis cœlestis seminis iniuncta 5. sine finali §. pariter quoque obseruare debet sacerdos. distinct. 43.* Proinde secũdum capacitatem, & ingenium discentium oportet se ipsum aptare. ex S. Petro in *can. oportet eum, qui docet, & instruit animas rudes. 12. 8. q. 1.*

Prędicatores sine peccato esse oportet. Inde Ezecchieli dicitur. 2. Sta supra pedes tuos, & loquar tecum. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Gregorius in Ezecchielem homilia 9. in caput 2. in *can. quid est hoc, quod prophetæ iacenti dicitur: sta supra pedes tuos. 18. dist. 50.* ibidemque ex Hieronymo in *can. cum exaudiero eos, dabo eis virtutem spiritus mei 19. in fine.* deferens verba Dauid (psalmo 50.) *Redde mihi lętitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.* Cumque hoc feceris: docebo (ait) *iniquos vias tuas, & impii ad te conuertentur.*

Prædicata talia sunt, qualia sunt subiecta. Quia ex qualitate contractus, verba etiam impropriantur. ex Papiniano libro 4. responsorum in *l. si vno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem 17. in principio ff. locati, & cõducti.* verbis illis: *Sed & si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum: quasi non sit donatio, sed transactio.* Quia ex qualitate contractus verba accipiuntur contra propriã significationem. *Gl.* ibidem verbo *sed transactio* subnectit: & talia sunt prædicata, qualia sunt subiecta. prosequiturque *Glossula* Marginalis ibidem dicens: *Verba quandoque contra propriam significationem capiuntur.* vide Bellameram *decis. 543. num. 6.* vide Barbosam *assiomate 212.*

Præfationes, quę in missa leguntur nouem sunt canonicę. vna in Albis Paschalibus. alia de Ascentione Domini. tertia de Pentecoste. Quarta de Natali Domini. quinta de Apparitione Domini. sexta de Apostolis. Septima de Sancta Trinitate. Octaua de Cruce. Nona de ieiunio in Quadragesima. ex Pelagio II. Vniuersis Germaniarum, atque Galliarum Episcopis in *can. inuenimus has nouem prefationes in sacro catalogo tantummodo recipiendas 71. de consecrat. dist. 1.* Addita est & decima de Beata Maria. testatur Gratianus in *can sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus 2. sine finali.* ex Concilio Vrbani II. habito Placentię. *§. in eodem etiam Concilio antiquis nouem prefationibus decima addita est. distinct. 70.* Ante vero orationem Prefationis parat sacerdos Fratrum mentes dicendo (*Sursum corda*) vt dum respondet plebs: (*habemus ad Dominum*) admoneantur nihil se aliud, quàm Dominum cogitare debere: *Claudatur contra aduersarium pectus, & soli Deo pateat: nec ad se hostem Dei, tempore orationis adire patiatur.* Ex Cypriano sermone sexto de oratione Dominica in *can. quando autem stamus ad orationem fratres dilectissimi 70. eadem de consecrat. dist. 1.*

Præiudicium dicitur quodlibet factum iniuriosum. in Iudicio pręsertim. vt si lite pendente res in alterum transferatur donec legitimę cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit cognosci. ex Gelasio Papa Quingesio Episcopo in *can. Quia res in litigio posita 50 sine finali 11. q. 8.* ibique *Glossa* verbo *quia res* inferens: *Nec etiam actionem potest quis cedere alii postquam res est deducta in litigium.* Fit ergo ei pręiudicium.

*Præiudicium* fit alteri, quando etiam in Iudicio altera parte inaudita proceditur. ex Nicolao Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo in *can. necesse est secundum sacrarum scripturarum documenta 21. sine finali 3. quæst. 9.* vel quando quis contra iustitiam damnatur. ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est de per-*

*sona presbyteri* 7.2.q.1. dicente : *subtiliter ipso præsente, & pro se rationem reddente, quærendum est, & genus causæ, & modus probationis: ut ex hoc colligere valeas, utrum adhuc in exilio &c.* Sicuti ex furtiua vsurpatione præiudicium alicui generatur. Ex eodem Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in can. *illud autem, quod pro vtendis à Clero vestro mappulis* 22.*in fine distinct*.93.

Prælatio ad malos ab illicitis coercendos instituta est. & debet prælatus bonos imitari. Nam stultus est, qui in eo se primum existimat, vt bona, quæ viderit, discere contemnat. ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in can. *de constantinopolitana Ecclesia, quod dicunt* 4.*distinct*.22.

Prælatio Ecclesiastica desideranda non est, oblata vero non respuenda ob commodum Ecclesiæ, vt Christo filii acquirantur. Nam qui electus ab Ecclesia ministerium Euangelizandi renuerit, ab Ecclesia ipsa merito, dignéque contemnitur. Qui enim, & sibi prodest, & Ecclesiæ, benè intelligitur vtroque pede calceatus. vnde illud: *Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.* Deducit Augustinus contra Faustum Manichæum in can. *Olim iussus est frater præmortui fratris vxorem ducere* 8. & Gregorius Papa Cyriaco Episcopo in can. *in scripturis vestris* 9.8.q.1. quia nimirum (Gregorius ibi subnectit) *si is qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime amare.* Vnde *Gloss.* ibidem verbo *minime* consequentiam infert: *Ergo, qui se dignum credit, & Prælaturam sibi oblatam non recipit, mortaliter peccat. vt supra eadem can. proximo. & infra eadem can. qui episcopatum.* Qui est Augustini de Ciuitate Dei. *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* 12. dum infert: *Exponere voluit, quid sit Episcopatus: quia nomen est operis, non honoris.* subsequens: *Vt intelligat, non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse.* Nam Chrysostomus in can. *multi sacerdotes* 12. *dist*. 40 *in fine.* consequentiam infert: *Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.* Exhortaturque Augustinus in can. *vos autem fratres exhortamur in Domino* 30.16. q.1. deducens: *ac si quam operam vestra mater Ecclesia desiderauerit; nec elatione auida suscipiatis, nec blandiente desidia respuatis: sed mnti corde obtemperetis Deo, cum mansuetudine portantes eum, qui vos regit, qui dirigit mites in iudicio, qui docet mansuetos vias suas.* Ambitio tamen ad Prælaturam reprobatur: *Quia difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio.* Ex Leone Papa ad Mauros Episcopos in can. *principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitio occupauit* 25.1.q.1. quod est repetitum in can. *miramur tantum apud vos* 5. §. *principatus autem dist*.61.

Prælaturæ Ecclesiasticæ non quærentibus, sed fugientibus dandæ, vt qui inuitatus renuit, quæsitus refugit, sacris sic altaribus admouendus: qui vero vltrò ambit, vel importune se ingerit, repellatur. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustodunensi in can. *sicut is, qui inuitatus renuit, quæsitus refugit* 3. *fine finali* 1.q. 6. notat ibidem *Gloss.* verbo vel *importune. ex Pyr. Quod meritis potest petere, aliàs non.* Ex eodem Gregorio Cyriaco Episcopo in can. *in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis* 9.*post principium* 8. *quæst*.1. dicente rationem: *Quia sicut locus regiminis desiderantibus negandus est: ita fugientibus offerendus.* Non vero omnino inuitus. vt *Gloss.* ibidem verbo *fugientibus.* & d. can. *sicut is, qui inuitatus renuit.* verbo *renuit.* Neque etiam Cōsanguineis dandæ, sed dignis. vt *Qui præstantior est in omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligatur ad sacerdotium.* Hieronymi sunt verba in can. *licet ergo Dominus de cōstituendo principe præcepisset* 15.8.*quæst*.1. ibidemque ex eodem in can. *si ergo tantus ille* 16. in fine dicēte: *Gubernatio populi illi traditur, quem Deus elegerit: homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semet ipso Spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt.*

Prælatum non loca, sed vita, & mores sanctum faciunt. Gratianus in *summa dist*.40 *in fine.* interens: *Vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi, se nouerint assecutos.* Ex Symmacho Papa ibidem *can*.1. & Gregorio in *can. nos, qui præsumus* 3. *ibidem dist*. 40 Quoniam nō qui maior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui fuerit iustior, ille maior. ex Chrysostomo in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotes.* 12 *in fine eadem distinct*.40. Debet proinde cunctos conuersatione præire, sermone, scientia. ex Hieronymo in *can. qualis enim ædificatio erit discipuli* 21.8.q.1.

Prælatorum integritas salus est subditorum: & vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sanè est forma doctrinæ. ex Leone Papa ad Episcopos Africæ in can. *miramur tantum apud vos. per occasionem temporis impacati* 5. *post principiū distinct*.61.

Prælati tamquam arietes ducatum gregibus præbent, & horum sunt pastores. Conuenit ergo cū eis in periculis pro viribus persistere. ex Nicolao Papa Humifrido Morinensis Ecclesiæ Episcopo in *can. sciscitaris itaque per Gualdagarium presbyterum* 47. *circa finem*.7. *quæst*.1.

Prælati ergo litteris eruditi esse debent, cum ipsi alios ex officio docere debeant. vnde litteris carens sacris non potest esse aptus officiis. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam *can. illiteratos*.1. & Zozimo ad Hechiū Episcopū Salonitanū in *can qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinē nō est imbutus*.2. ibiq; Gratianus §. *ecce, quod sacrarū litterarū oportet Episcopū habere peritiam. dist*.36. ibidemque Hieronymus in *can. si quis vult Pontifex non tam vocabulo esse, quam merito*.3. *fine finali*. Inferens post principium: *Hæc duo sunt Pontificis opera, vt aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus Sanctus docet.* Quia videlicet non solum Deo contemplando superna appetere debent: sed deorsū quoque ad membra illius miserando descen-

de-

dere. sicut, Iacob ascendentes, & descendentes Angelos vidit (Genesis 28.) ex Melchiade Papa in can. decreuit Sancta Synodus 1. in fine dist.88. vnde præcepit Paschalis Papa in can. Episcopi lectioni, & orationi vacent 60. siue finali 2.q.7. Rationem reddens: Vt secundum Apostolum, & Sanctorum Patrum instituta, possint irreprehensibiles inueniri. Nec ab eodem sensu discessit Gregorius Cyriaco Episcopo scribens in can. in scripturis vestris 9. 8.q.1.& in superioribus perpendimus.

Prælati Boni ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum studere debent peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde Doctor gentium: factus sum, inquit, infirmus infirmis. Hieronymus ad 4. Trenorum in can. recedite, inquiunt, polluti 16. distinct.45. Discordantes ad concordiam ratione, vel potestate trahere. ex Concilio Carthaginensi IV. in can. discordantes clericos Episcopus 1. distinct.90. & ibidem ex eodē Cōcilio in can. studendum est Episcopis, vt dissidentes fratres, siue Clericos, siue laicos, ad pacem magis, quam ad iudicium coerceant 7. Nec facile credant omnibus, nec ad vindictam facilè accendantur de incognitis, sed diligenter veritas perscrutanda. ex Gregorio Ioanni Episcopo Panormitano in can. si quid verò de quocumque clerico 23. dist. 86.

Prelatus promptior esse debet ad miserendum, quàm ad puniendum. Nam ex Concilio Bracarensi IV. in can. cum Beatus Apostolus 8. distinct.45. ad medium: Non est dignum, vt passim vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, pro vt voluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne dum incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam subditorum reuerentiam subtrahat; iuxta illud, quod quidam Sapiens dixit. Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti; asperitatis autem nimiæ increpatio, nec correptionem recipit, nec salutem. Quia non pro sua voluntate, sed pro subditorum moribus ligandi, atque soluendi potestate vti debet. ex Gregorio in can. ipse ligandi, atque soluendi potestate se priuat. 60. 11. q.3. Misericordiam proinde præstabit, ne alliget onera importabilia, quę ferri non possint. ex Ioanne Chrysostomo in can. alligant autem onera grauia, & importabilia 12. 26. q.7. in fine concludens; Non ne melius est propter misericordiam rationem reddere, quàm propter crudelitatem? Vbi enim pater familias largus est; dispensator non debet esse tenax. Si Deus dignus est; vt quid Sacerdos eius austerus? Hanc ob causam Leo Papa ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem in can. licet non nūquam accidant 6. dist. 45. modum tribuit. Vt plus erga corrigentes agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio, plus charitas, quam potestas.

Prelatus seuerus debet esse contumacibus, humiliatis vero, & pœnitentibus veniæ locum non negare. ex Gregorio Castorio Notario Rauennæ in can. quanto à nobis credi tibi, & necessarias vides causas iniungi 8. in fine 2. q. 5. Rationem exhibente: Quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic uerum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus. Si tamen in corrigendo excesserit, à subditis veniam petere non debet. Rationem defert Augustinus de vita Clericorum in can. quando necessitas disciplinæ. 4. distinct. 86. excipe illum: Si etiam ipsi modum vos excessisse sentitis; non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. equidem ex Gloss. ibidem verbo frangatur auctoritas datur ratio: Augere enim ex ingenio debet dignitatem. Quia sæpe nimia familiaritas contemptum generat. ex Callistrato lib. 1. cognitionum in l. obseruandum est ius reddenti 19. ff. de officio pręsidis dicente illo. Nam ex conuersatione æquali, contemptio dignitatis nascitur.

Prelati sunt aduersitatibus plus aliis expositi. His enim subditi insidias præparant, atque laqueos ponunt, vt capiant. Dominus enim Crucifixus fuit. Et mali eum in sacerdotibus suis persequuntur. Quia Crux à Cruciatu dicitur. ex Alexandro Papa in can. nulli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur 5 in fine 3. q. 1. Merito iure liberius Papa omnibus Episcopis scribens in can. sugestū nobis est, quod pro præteritis laboribus. 46. 7. q. 1. post medium verbis eddicens, exhortans eos: Ideo fratres charissimi, nō vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestrę proposito coartet recedere. Considerate namque quanta pro absolutione nostra, & leberatione Creator, Dominusque, & Redemptor noster pertulerit, quibus ve se contumeliis afficiendum tradiderit, vt nos à vinculis potestatis diabolicæ liberaret.

Prælatis peccata imputantur subditorum si emendare illa neglexerint. ex Concilio Toletano Vndecimo in can. quid quid inuisibilis gratię consolatione tribuitur 101. ad medium 1. q. 1. disponente Concilio: Equidem si sciente loci Episcopo tale quidquam à subditis perpetratum fuerit, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiacet pro eo. quod scita mala contexit: & correptionem necessariam non adhibuit. Nec sane diuersimode perpendit Beda super Apocalypsim ad verba illa: Et Angelo Ecclesię Ephesi scribe in can. Episcopo scribit, de cuius manu peccata subditorum requeris 9. 9. q. 3. sub inferens; ne sine eius consensu subditos iudicare debeat.

Prelatorum superbia, & auaritia supra modum improbatur, qui aliis exemplo esse debent. ex Hieronymo de septem ordinibus Ecclesiæ in can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus. septem Angeli Ecclesiarum 23. 5. nunc autem. ex quo in Ecclesiis. sicut in Romano imperio, creuit auaritia distinct. 93.

Prælatorum exempla multos in gehennam trahunt. ex dictis Bonifacii martyris in can. si Papa suę, & fraternę salutis negligens deprehendatur 6 distinct 40. verbis enunciantis: Nihilominus innumerabiles populos cacteruatim secum ducit, primo mancipio gehennæ, cum ipso

*ipso plagis multis in æternum vapulaturus.*

Prælatu itaque malo, nihil apud Deum miserius, & tristius & damnabilius secuti, nihil est in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius Episcopi, & prælati officio; Sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Augustinus ad Valentium in *can. ante omnia peto, vt cogitet religiosa prudentia tua 7. distinct.* 40.

Prælati mali tot mortibus digni sunt, quot ad subditos perditionis exempla transmittunt, Nicolaum excipe Papam ad Lotharium Regem in *can. præcipue Gualdradæ pellicis tuę.* 3. 11. q. 3. scribentem dicentemque ei. *Deterius quippe in Populis Prælati delinquunt: ac per hoc ipsi crudelius, quàm cæteri puniuntur. vt ait Beatus Gregorius: (Scire etenim prælati debent, Quia si peruersa vnquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot subditos suos perditionis exemplo transmittunt. Vnde necesse est, vt tanto se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non soli moriuntur.)* Et propter altitudinem dignitatis fortius cadit in peccato, quam subditi. ex Ioanne Chrysostomo in *can. homo Christianus fortiter cadit in peccato 5. distinct.* 40.

Prælati pro populo interpellant, & peccata populi comedunt; quia suis precibus, & oblationibus ea debent, atque consumunt. Qui quanto digniores fuerint, tantò faciliùs pro necessitatibus, pro quibus clamant, exaudiuntur. ex Alexandro Papa in *can. ipsi sacerdotes pro populo interpellant* 91. 1. q. 1.

Prælatus malus datur quandoque propter peccata populi. ex Antero Papa in vnica sua epistola in *can. ex merito plebis non numquam Episcopi deprauantur quatenus procliuius cadant qui sequuntur.* 13. 6 q. 1. Rationem subsequente: *Capite languescente cætera corporis membra inficiuntur.* Namque *Non semper Princeps populi, & Ecclesiæ iudex per Dei arbitrium datur: sed pro vt merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini: dantur nobis principes secundum cor nostrum.* ex Hieronymo in *can. audacter fortassis aliquid dicimus* 18. 8. q. 1. deferendo illud (Oseę 8.) *Fecerunt sibi regem non per me: Principem, & non per consilium meum.* & subnectendo: *Et hoc dictum videtur de Saul illo &c.*

Prælatus malus toleratur vsque quo Iudicio reprobetur per sententiam. ex Nicolao Papa ad Consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis si à sacerdote, qui siue deprehensus sit in adulterio 5. siue finali* 15. q. 8. *& vltima.* respondente. *Ideoque ab eo, vsque quò iudicio Episcoporum reprobetur, communio percipienda est: Quoniam mali bona administrando se ipsos lædunt: Et cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen tenebris administrat: Et vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet.* Quia nimirum ex Augustino in *can. tres personas dixit Dominus* 12. 23. q. 4. in fine dicentem: *Diligendus est Pastor; tolerandus est mercenarius, cauendus est latro.*

Prælatus malus incongruè sanctorum locum tenet, si non sectetur opera eorum. ex Hieronymo ad Heliedorum in *can. non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Christo regnantium 2. distinct.* 40. Rationem inferente: *Quia hinc dicitur, non sanctorum filii sunt qui tenent loca sanctorum; Sed qui exercent opera eorum.* ex eodem in *can. Ecclesię principes, qui deliciis affluunt. 4. distinct.* 35. & in superioribus quoque diximus.

Prælati non quales sunt, attendendi, sed quid de Domino loquantur. ex Nicolao Papa Michaeli Imperatori in *can. non quales sacerdotes Domini sunt, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prędendum.* 86. 1. q. 1. proferente illud Domini (Matthæi 23) *de quibus Dominus præcepit, dicens: Quęcumque dixerint vobis seruate, & facite; secundum opera verò eorum nolite facere.*

Prælati vero, qui quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, mercenarii sunt. Non Christum gratis diligentes: non Deum propter Deum quærentes; sed temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Augustinus in *can. sunt in Ecclesia quidam prępositi* 19. 8. q. 1.

Presbyter græcè, latine senior interpretatur: non modo pro ætate, vel decrepita senectute; sed etiam propter honorem, & dignitatem, quam acceperunt, presbyteri nominantur. Vnde & apud veteres, iidem Episcopi, & presbyteri fuerunt: Quia illud nomen dignitatis est, non ætatis. Isidorus in *can. Cleros, & Clericos* 1. §. *presbyter grecè, latine senior interpetratur distinct.* 21.

Presbyteri non solum propter decrepitam senectutem: sed propter sapientiam presbyteri nuncupantur. Nam Canities hominum prudentia est. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. porro Moysi præcipitur, vt eligat præsbyteros, id est seniores. 6. siue finali distinct.* 84.

Presbyteri iidem sunt atque Episcopi, nam antiquitus nomen confundebatur, vt Episcopi presbyteri dicerentur, & contrà, Episcopi pro presbyteris exaudirentur. deducit hoc Hieronymus ad Euagrium Episcopum in *can. Legimus in Esaia: fatuus fatua loquitur 24. in principio distinct.* 93. Et ex eodem Hieronymo ad Titum in *can. olim idem erat presbyter, qui & Episcopus 5. distinct.* 95.

Presbyter præsente Episcopo non signat infantes, nisi ab Episcopo fuerit illi præceptum. ex Concilio Martini Papę in *can. presbyter præsente Episcopo* 11. *distinct.* 95. non signat in vertice; *Quia in fronte non potest, etiam auctoritate Episcopi.* ex Innocentio Papa Decentio Episcopo in *can. presbyteris (seu extra Episcopum seu præsente Episcopo baptizant)* 119. *in fine de consecrat. distinct.* 4. ibique *Gloss.* verbo oleo id est Crismate. & *Gloss.* d. verbo *non signet. d. can. presbyter præsente Episcopo. distinct.* 95.

Præscriptio introducta est fauore possidentis, & odio petentis. Quia lex fauet his, qui bona fide, & iusto titulo, vel bona fide tantum, possident; odit autem, & punit circa rem suã negligentes, & desides. Gratianus in *can. placati*,

*cit, vt quicumque Episcopi negligunt loca ad suam cathedram pertinentia* 15. §. *hæ præscriptiones introductæ sunt fauore possidentis* 16. q. 3. Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *negligentes* dicens: *Vigilantibus enim, non dormientibus subueniunt iura.*

præscriptio aduersus loca religiosa non nisi quadraginta annorum cursu impletur. Ecclesia vero aduersus Ecclesiam triginta cursu annorum præscriptionem implet. Monasterium autem aduersus Ecclesiam quadraginta annorum præscriptione indiget. Gratianus d. *can. placuit. vt quicumque Episcopi.* 15. §. *hæc de præscriptionibus inter priuatos.* eadem 16. q. 4. vbi deducit hanc materiam §. *potest autem aliter intelligi præscriptio illa longi temporis.* Dicens etiam, quod longum tempus ad præscribendum, sicut ex legibus habetur, decennium, vel vicennium intelligitur. Duo autem perquiruntur, vt præscriptio iure canonum procedat, bona fides, & iustus titulus. Qui enim bona fide, & iusto titulo rem præsentis per decennium, & absentis per vicennium tenuerit, perpetua exceptione tutus erit, non solum aduersus alios, sed etiã aduersus creditores, quibus res ipsa obligata fuerat, etiam aduersus verum dominum. Si autem nullo titulo, bona tamen fide per tricennium rem alicuius possederit, simili gaudebit præsidio. Bona verò fides non ad tractum medii temporis, sed ad initium possessionis refertur. Sufficit enim in initio cuique bona fide possidere cœpisse, etiam si medio tẽpore scientiam rei alienæ habuerit. ita Gratianus. & prosequitur ex Anastasio Cæsare in *can. iubemus eos* 16. *eadem* 16. q. 3. & ex nouellis Iustiniani in *can. neque decennij, neque vicennii, neque triginta annorum præscriptio sed solũ quadraginta annorum curricula religiosis domibus opponantur.* 5. *siue finali* 16. q. 4. diximus *respons.* nostra 77. *nu.* 53. *& sequentibus parte* 5.

Præscriptio vnius anni, & diei, currit ad versus parentes puellæ duodecim annorum, quæ sponte sua sacrum velamen accepit, non possunt statim parentes, vel tutores id factum irritum facere si voluerint. At si annum & diem id dissimulando consenserint, vlterius nec ipsi, nec ipsa mutare hoc poterunt. ex Concilio Triburiensi in *can. puella, si ante* 12. *annos ætatis* 2. 20. q. 2. Verum hodie hoc non currit, cum ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 25. *cap.* 15. *de regularibus*, in quacũque religione tàm virorum, quàm mulierum professio fieri non potest ante decimum sextum annum expletum.

Præscriptio aduersus res Ecclesiæ nulla nullo procedit tempore etiam Longissimo, si res præcario possideatur. ex Agathensi Concilio in *can. clerici quilibet quãtacumque diuturnitate temporis de Ecclesiæ remuneratione aliqua possederint, in ius proprium præscriptione temporis non reuocantur.* 11. 16. q. 3. & ibidem ex Aurelianensi Concilio primo in *can. si Episcopus humanitatis intuitu* 12. neque si hostilitatis metus intercesserit. Non enim erit obiicienda præscriptio temporis, vbi necessitas interest hostilitatis. ex Concilio Hispalensi Secũdo, cui interfuit Isidorus in *can. prima actione Theodulphi Malacitanæ Ecclesiæ Antistitis* 13. *eadem* 16. q. 3. Idem statuitur in Concilio Toletano VI. in *can sæpe fit, vt proprietati originis obsistat longinquitas temporis* 71. 12. q. 2. proinde præcipitur ibidem, vt præcario recipiens rẽ Ecclesiæ debeat papyro scribere, se præcario recipere.

Præscriptio nullo procedit tempore, si res Ecclesiæ male alienetur, etiam si trigesimus excesserit annus. ex Concilio Toletano IX. in *can si sacerdotes, vel ministri* 10. 16. q. 3 Rationẽ inferente: *Numquam enim poterit ad tricennium temporis pertinere vita crite hoc iudicantis: quia status contractuum initia non sumpsit ab origine æquitatis.* Initium igitur spectandum. vt *Gloss.* ibidem verbo *ab origine.* Argumentum defert. Hodie seruatur Constitutio Pauli II. in *extrauaganti Ambitiosæ cupiditati. vnica de rebus Ecclesiæ non alienandis. inter communes.* Quæ reuocat alienationes omnes nõ legitimè factas.

Præscribere decimas laici non possunt siue primitias, siue cum titulo, siue sine titulo decimas, & primitias possederint, & nullo tempore præscriptionis. Quæ enim ab initio de iure sortiri effectum non possunt, tractu temporis non conualescunt. Gratianus in *can. placuit, vt quicumque Episcopi* 15. §. *hæc de præscriptionibus inter priuatos.* 16. q. 3.

Præscribi libertas non potest, vt homo liber pro seruo detineatur, etiam si quadraginta annorum curricula excesserint: quia sola temporis longinquitate libertatis iura minime mutilabuntur. Gratianus d. *can. placuit, vt quicũq; Episcopi* 15. §. *finali in fine eadem* 16. q. 3.

præscribi non potest, quod ex vsurpatione initium duxit. ex Gregorio Ioanni Rauennaten Episcopo in *can. contra morem quippe Ecclesiasticum est* 8. *in fine distinct.* 100. dicente illo: *Quod si hoc non ostenditur, restat, post quam talia agere, neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes, quod fecisti.* Et quod de iure non possidetur, nec præscriptione acquiritur. *Glossa* ibidem verbo *te comprobes. in fine.* defert. Concinit Pelagius Papa in *can. schisma siquidem ipsum, quod græcũ nomen est* 34. *ante medium* 24. q. 1. in ratione, quam defert: *Nec enim leuigat crimen eorum: magis verò auget, quod eos diù restitisse dicitis, ne Apostolicis communicantes sedibus in sua communione reciperent.* Ex vsurpatione igitur præsciptio non procedit.

Præscriptio ad limites diœcesum, & parochiarum, neque præsumptione, neque temporis cursu mutari potest, ne per consuetudinem pessimam, exempli mali temeritate crescente, vniuersalis confusio nascatur. Neque etiam ignauia faciente, neque negligẽtia pontificis. ex Gelasio Papa Maximo, & Eusebio Episcopis scribente 10 *can. licet in regulis contineatur antiquis* 5. 16. q. 3. & hoc ne quis terminos alienos vsurpet. vt Innocentius Papa eadem 16. q. 3. decreuit *can. inter memoratos fratres nostros* 6. Ius verò diœcesum triginta annorum cursu præscribitur. per eum qui dicto tempore

in

in possessione cōtinuauit. ex Cōcilio Chalcedonense in *can. per singulas Ecclesias parochias rusticanas* 1. *eadem* 16.*q*.3. & ibidem *Gloss. in summa* verbo *quod autem præscriptione* circa medium, carmina defert.

*Non vsucapies, nisi sint tibi talia quinque:*
*Recta fides, iustus titulus, res non vitiosa,*
*Quod res tradatur, possessio continuetur.*

Præscriptionis interruptio datius agendi, vt mouere, qui se dixerit læsum, apud competentes Iudices valeat certamen. ex Synodo Chalcedonensi in *can. per singulas Ecclesias parochias rusticanas*. 1. *in fine* 16.*q*.3. Decreuitque Gregorius Petro subdiacono scribens in *can. volumus accedentem te ad Panomitanam Ecclesiam* 2. *in fine eadem* 16.*q*.4. Fit vero duobus modis interruptio, vel naturaliter, vel ciuiliter; naturaliter, si quis interceptam denuo possessionem ingrediatur. Ciuiliter per libelli oblationem, & litis contestationem. per Gratianum eodem *can. placuit, vt quicumque Episcopi* 15.§. *Quod si per naturalem detentionem possessio interrupta fuerit. eadem* 16.*q*.3.

Præscientia Dei nullam libero arbitrio necessitatem imponit. Augustinum pende in *can. vasis iræ numquam Dei redderet interitum* 23. *circa medium* 23.*q*.4. dicentem: *Vires itaque obedientiæ non inde cuiquam subtrahit, quia eum non prædestinauit; sed ideo eum non prædestinauit, Quia recessurum ab ipsa obedientia esse prænidit.* & paulo post: *In malis autem operibus nostris sola præscientia Dei intelligenda est; quia sicut præsciuit, & prædestinauit, quæ ipse fecit, & vs faceremus dedit; ita præsciuit tantum, non etiam prædestinauit, quæ nec ipse fecit, nec vt faceremus exegit*. & in fine: *Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati: essent autem prædestinati, si essent reuersuri, & in sanctitate, ac veritate permansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei multis est causa standi, nemini est causa labendi.* plura notat ibi *Gloss.* verbo *standi.* diximusque supra verbo *prędestinatio* Nam alias secundum pręscientiam scribi in libro vitæ, est ad vitam pręordinari: quod ab æterno factum est. Similiter secundum pręscientiam deleri, & ad mortem non ad vitam pręsciri: Quod & ipsum ab æterno factum est. Gratianus in *can. si ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur*. 8. §. *finis huius auctoritatis eorum sententię concordat in fine* & §. *similiter secundum præscientiam deleri. de pęnitentia distinctione* 4.

Pręsumptio violenta oritur ex propinqua facti circunstantia. ex Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum in *can. quorundam relatione fidelium nostris auribus intimatum est* 1. *distinct*. 34. ad medium, verbis dicente: *quæ res in hoc maxime displicet, & magis, ac magis de se reddit opinionem.* Quod scilicet, (de Lanfredo Episcopo verba dicens) *cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama ei orta sit*. Ex facto igitur præsumptio oritur violenta. Nam, nec solo tactu, sed affectu quoque, & aspectu appetitur, & appetit fęmina. ex Augustino in *can. nec solo tactu* 2. 32. *q*.5.

Pręsumere nemo debet alienos terminos vsurpare, nec alienum parochianum Iudicare, quidquid autem quis fecerit vsurpando, ratum non erit. ex Calixto Papa ad Episcopos Gallię in *can. nullus alterius vsurpare* 1. & *can. nullus primas, nullus metropolitanus* 3. 9. *q*.2. & ex Aniceto Papa Episcopis Galliæ in *can. si autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit* 6. *eadem* 9. *q*.3. Ne talia deinceps pręsumere audeat.

Præsumptio diabolica est, quæ Ecclesiæ sunt vsurpare, atque diuina polluere. Grauissima proinde pœna feritur audacia. ex Nicolao Papa Frontario Archiepiscopo Burdegalensi in *can. de viro nefando, Burgando nomine* 17. 12. *q*.2. Quin insuper sanctum Chrisma pollutis arripere manibus, quasi vilia, & ad vsum commuoem apta, pręsumpsit. proinde si quisquam hæc pręsumpserit, vt sacrilegus habetur. ex Pio Papa in *can. prędia diuinis vsibus tradita quidam humanis applicant vsibus* 5. *eadem* 12.*q*.2.

pręsumptio damnabilis est, quę fit per coniurationem, & conspirationem contra proprios Episcópos, quę instigatio diabolo pręsumitur instigante facta. Ex Concilio Aurelianensi Tertio in *can. si qui clericorum* 25. 11. *q*. 1. Debet ergo auctoritate reprimi, ac districtione pontificali.

Præsumptio est pessima, & explodenda, si serui sine domini voluntate, vel ad monasteria admittantur; vel ad ordines recipianaur. ex Gelasio Papa Episcopis per Lucaniam scribente in *can. generalis quoque querelę vitanda præsumptio*. 12. *distinct*. 54. Reddendi proinde Dominis suis. Rationem reddens duplicem in fine. *Magnis quippe studijs, secundum beatum Apostolum, pracauendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur.* deinde: *Nihil perire credimus Ecclesiasticis vtilitatibus; si quæ sunt aliena, reddantur*. postquam, scilicet, scit Ecclesia ea esse alterius. *Gloss.* ibidem verbo *reddantur*. subnectit

Pręsumptionis nefandę excidium est, si officia Ecclesiastica sanguine propinquis, aut fauore, personis quibuscumque sibi coniunctis, conferantur. Ideo reuocandum in irritum, quod factum fuerit, & qui ordinauerit annuę excommunicationi subiaceat. ex Concilio Toletano X in *can. decenter omnibus placet, & in pręsenti tale rescindere factum* 6. *distinct* 88.

pręsumptio ambitionis est, cum pręlaturæ perquiruntur. & minor pręsumit exequi, quod est maioris. ex Nicolao Papa Aluano Ianuensi Archiepiscopo in *can. pontifices, qui aliqua occupantur infirmitate, vel ægritudine* 4. 7. *q*.1. Nam temeritatis ausu pręsumuntur. ex Concilio Toletano VII. in *can. nihil contra ordinis statum temeritatis ausu præsumatur* 16. *eadem* 7.*q*.1.

Pręsumptio est cùm Prælati se non posse accusari prętendunt. Prohibitio namq; est, ne boni accusētur, non verò, oe criminosi. Nam de reprehendendo veritas ipsa constituit: (Ioānis 18.) *Si malè locutus sum testium perhibe de ma-*

*malo; si autem benè cur me cædis?* Augustinus in soliloquijs in *can. præsumunt pruluti, non debere se reprehendi, vel accusari* 12.2.q.7.

Præsumptio est in ordinata, cùm Episcopi vltra debitum quid exigunt, & Ecclesias grauant, eas visitando. ex Concilio Toletano VII. in *can. inter cetera denique, quæ communi consensu nos conferre conuenienter oportuit* 8. 10. q.3. Sicuti etiam si secularibus vestibus vtantur, etiam Clerici; nisi vt condecet sacerdotes. ex Zaccharia Papa in Synodo Romana in *can. Episcopi, presbyteri, diaconi secularibus indumentis non vtuntur* 3.21. q.4. Et duobus canonibus sequentibus. ex Leone Papa Tertio in Synodo Romana in *can. sine ornatu Sacerdotali extra domos sacerdotes apparere non decet.* 4. & ex Innocentio II. in Concilio Lateranen in *can. præcipimus, vt tam Episcopi, quam clerici in statu mentis, in habitu corporis* 5. *eadem* 21.q.4.

Præsumit pessime prælatus, qui in emendado, & & corrigendo subiectos sibi, piger, aut negligens est: nemque criminibus illotum coram Deo particeps erit, cuius zelo ad perscrutanda subtiliter nefandi causas criminis non mouetur. ex Gregorio Vniuersis Episcopis Concilio Bizacij *can. sicut, inquit, laudabile, discretumque est, reuerentiam, & honorem debitum exhibere prioribus* 46. in fine 2. q.7. verba damus: *Nam si quis in hoc piger, aut negligens esse præsumpserit; dictis criminibus apud Deum se nouerit esse participem, cuius Zelo ad perscrutandas subtiliter nefandi causas facinoris, non mouetur.*

Præsumptio blasphemiæ æstimatur sacros voluntarie violare canones. Illi enim Spiritu sancto inspirante dictati sunt. Damalum sanctum excipe Papam in *can. violatores canonum voluntarij grauiter à sanctis patribus iudicantur.* 5.25.q.1. in fine sequentibus rationem reddentem: *Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemantium Spiritum sanctum: Quia, vt iam prælibatum est, contra eum agit, cuius nutu, & gratia sancti canones editi sunt.* Imo eo ipso videtur excommunicatus, & hæreticus. vt *Gloss.* ibidem verbo *blasphemare* adnotat. ex Gregorio Quarto in *can. nulli fas est velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta* 5. *distinct.* 19. & ex Hadriano Papa in *can. generali decreto constituimus* 11. *eadem* 25. q.1.

Præsumptio crudelitatis est, atque sæuitiæ, exactores esse prælatos in sua diœcesi clericorum, & sacerdotum, eosque angarijs prægrauare: Ne videantur in Ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominari. ex Concilio Toletano Tertio in *can. quia cognouimus Episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter desæuire* 6. 10. q. 3. & ibidem ex Concilio Cabilonensi in *can. cauendum est, ne cum Episcopi parochias sua peragrant* 7.

Præsumere de se ipso, quantumcumque perfectus sit, pessimum. Nam & Petrus cecidit qui de se præsumpsit, & negauit in nocte, contentur, die. ex Ambrosio in Lucam in *can. imitare Petrum Tertio alibi dicentem: Domine tu scis, quia diligo te.* 10.6. q.1. inferente: *Hæc autem ideo scripta sunt, vt sciatis neminem iactare se debere. Nam si Petrus lapsus est, qui dixit: (Et si alij scandalizati fuerint in te; sed non ego) Quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid, qui dixerat: Ego dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum.* (psalmo 29) *eam sibi iactantiam obfuisse profitetur, dicens: Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.* In Abundantia, id est confidentia bonitatis meæ. *Gloss.* ibidem subnectit. & ideo per detractionem, ne in superbiam erigantur, Deus puniri eos permittit. ex Pio Papa in *can. oues pastorem suum non reprehendant* 9. ibique Gratianus §. *ipsa autem detractio. eadem* 6. q.1. dicens: *Ipsa autem detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen iusto Dei iudicio non numquam aduersus bonos excitatur, vt quos domestica præsumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.*

*Præsumptionis* temeritas non interuenit, vbi est diligentia pietatis. Hanc ob causam si vere nescitur, an quis fuerit baptizatus, conferendum est eidem baptisma, quod collatum esse nescitur: *Quia non temeritas interuenit præsumptionis, vbi est diligentia pietatis.* Leo Papa ad Rusticum in *can. si nulla extant indicia inter propinquos, aut familiares.* 113 *de consecrat. distinct.* 4. vbi *Gloss.* verbo *venieбunt* notabile infert verbum:

Præsumptionem ex signis esse colligendam. ex Nicolao Papa Carolo Archiepiscopo, & eius suffraganeis in *can. vidua quidem, quæ capiti sacrum velamen imposuit.* 34.27.q.1. & ex Toletano Concilio 10. in *can. si in qualibet minori ætate, vel religioni debitam vestem, vel religionis tonsuram* 1.20.q.1.

Præsumitur ex præsenti circa præteritum. ex Leone Papa Nicætæ Aquiliensi Episcopo in *can. cum per bellicam cladem, & per grauissimos hostilitatis incursus* 1. in fine § *sin autem aliquæ mulieres, ita posteriorum virorum amore sunt captæ, vt malint his cohærere: quàm in legitimum redire consortium, merito sunt notandæ* 34. q. 2. subsequendo rationem argumenti ad rem nostram: *Ita, vt etiam Ecclesiastica communione priuentur quæ de re execrabili contaminationē criminis elegerunt: Ostendentes sibi met pro sua incontinentia placuisse, quod iusta remissio poterat expiare.* Et ex hoc ergo præsenti de futuro præsumitur, & argumentū trahitur, non tunc animum fuisse bonum. Et ex præsenti etiam præsumitur circa futurum. ex Ambrosio in *can. sicut* 13, *qui per insaniam mente translati sunt* 8. ibique Gratianus §. *necesse est etiam, vt ille, qui ordinandus est, suæ domui sit benè præpositus distinct.* 46. deferens illud Apostoli (1. ad Timotheū 5) *Qui domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesia Dei diligentiam habebit.* Sicuti, ex præterito quoque præsumitur, atque præsumptio habetur, quod quid non fuerit. & argumentum sumitur. ex Gregorio in *can. quia sunt culpa, in quibus culpa est relaxare vindictā* 10. *dist.* 28. paulo post principium verbis dicente. *Sed quoniam iste contin-*

tempore in Prouinciis Primates erant, & diuisio ipsa ab Apostolis, ac Sancto Clemente renouata fuit. vt ibidem

Prima sedes à nemine iudicatur. Quia Papæ culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: Quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus. ex dictis Bonifacii martyris in *can. si Papa, suæ & fraternæ salutis negligens deprehenditur 6. distinct.* 50. Et Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. nunc autem diuina inspiratione non nos pigebit 7. distinct.* 21. referens quid Episcopi in Concilio congregati Marcellino Papæ responderunt: *Prima sedes non iudicabitur à quoquam.* & Innocentius Papa in *can. nemo iudicabit primam sedem* 13. 9. q. 3. Quia Deus eius causas suo reseruauit examini. ex Symmacho Papa in *can. aliorum hominum causas Deus voluit homines terminare; sed sedis istius præsulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio* 14. *eadem* 9. q. 3. & ibidem *can.* 16. & 17.

Primus Innocentiæ gradus est odisse nefanda. Ioannes Octauus in *can. facientis culpam sine dubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare* 3. *circa finem dist.* 86.

Princeps vnus in apibus est. Grues vnã sequuntur ordine litterario. Imperator vnus. Iudex vnus Prouinciæ. Roma, vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. Hieronymus ad Rusticum Monachum in *can. in apibus princeps vnus est.* 41. 7. q. 1.

Princeps proinde populi ad regendum diuina ordinatione eligi debet, sicut Iosue. ex eodẽ Hieronymo in *can. si ergo tantus ille, ac talis Moyses* 16. 8. q. 1. In fine inferente: *Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit; homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semet ipso Spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moysi valde notus, & familiaris sit: id est, in quo sit claritas legis, & scientia, vt possint eum audire filii Israel.*

Principes seculi debent Ecclesias, & Prælatos earum defendere. Sicut & historia Tripartita in *can. Valentinianus Imperator veniens ab oriente* 3. *dist.* 63. Sancto Ambrosio Mediolanensi Archiepiscopo electo protestatus fuit, in fine dicens: *Noli timere, quia Deus, qui te elegit, sẽper te adiuuabit; & Ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem decet) semper existam.* Et Rationem reddit Isidorus libro 3. sententiarum de summo bono in *can. principes seculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent* 20. *in fine* 23. q. 5. admonens eos. *Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam; quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam siue augeatur pax, & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, siue soluatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit.* vbi *Gloss.* verbo *principes ad notat: hæc quatuor capita ad hoc inducuntur, vt Principes Ecclesias defendant, & reos non permittant viuere.*

Principes seculi non debent se intromittere in electione Prælatorum Ecclesiæ: ne inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio. Ex Octaua Synodo actione prima in *can. Hadrianus Papa secundus* 2. *distinct.* 63. & ibidem in *can. Valentinianus Imperator* 3. circa medium. Ipse enim Episcopis congregatis responsum dedit: *Super vos est (inquit) talis electio. Vos enim gratia diuina positi, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi, de Episcopali sede tractabant.* Electus autem fuit Ambrosius.

Principes seculi debent summum honorem Episcopis. Tales ergo eligi debent, quibus summus debeatur honor. Sicuti Valentinianus Imperator Episcopis protestatus fuit in *can. Valentinianus Imperator* 3. *distinct.* 63 verbis enuncians: *Talem itaque in pontificali constitute sede, cui, & nos, qui gubernamus Imperiũ sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus, necessariò, velut curantis medicamenta, suscipiamus.* Et Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens in *can. duo sunt quippe imperator Auguste.* 10. *in fine distinct.* 96. eundem admonuit: *Quippe cùm videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum, & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri.* Rationem reddit Ioannes Papa in *can. si Imperator catholicus est* 11. *eadem distinct.* 96. verbis & ipse enũcians: *Si Imperator Catholicus est, quod salua pace ipsius dixerimus, filius est, non præsul Ecclesiæ. quod ad religionem competit, discere ei conuenit, nõ docere. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ Ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad seculi potestates, quas, si fideles sunt; Ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas.*

Principis boni est, ac religiosi, Ecclesias contristatas, atque cõscissas restaurare, nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atq; tueri. Marcellus Papa Maxentio in *can. Boni Principis est, ac reliogiosi* 16. *siue finali distin.* 96. ¶ Debẽt proinde Principes attendere ad Ecclesiarum tuitionem, pupillorum, & viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem, & ab Episcopis requisiti, eis parere. Alioquin excommunicari poterunt. ex Ioanne Octauo in *can. administratores plane secularium dignitatum* 26. 23. q. 5. & concinit Gelasius Papa Anastasio Imperatori in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste* 10. *distinct.* 96. & aliis sequentibus.

Principum secularium leges non possunt infringere statuta Ecclesiarum. ex Nicolao Papa Episcopis in Concilio apud Conuicinum congregatis in *can. lege imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis vtendum est* 1. *distinct.* 10. aliisque sequentibus: Quia *Non licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti, aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quidquam quod Euangelicis, propheticis, atque apostolicis regulis obuiet, agere.* Vt Symmachus Papa in Sexta Synodo Romana tempore Theodorici regis decreuit in *can. non licet imperatori* 2. *eadem dist.* 10.

Principio quæ sunt inchoata malo, vt bonum sortiantur exitum difficile. ex Leone Papa ad Mauros Episcopos in *can. principatus, quem seditio extorsit* 25. *in fine* 1. q. 1. & ex eodem in can.

*miramur tantum apud vos per occasionem temporis impaccati* 5. §. *principatus autem, quem aut seditio, aut ambitus occupauit dist* 61. nam ex Caio lib. 1. ad legem 12. tabularum in *l.* 1. *ff. de origine Iuris*. Cuiuscumque rei potissima pars principium est. Difficile est ergo, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. diximus *respons.* nostra 75. *nu.* 45. *&* 46. *part.* 5.

Priuilegia sunt leges priuatorum, quasi priuatæ leges. Nam priuilegium inde dictum est, quod in priuatò feratus Isidorus libro 5. Etymologiarum in *can. priuilegia sunt leges priuatorum* 3. *dist.* & Gratianus in *can ideo permittente Domino pastores hominum sumus effecti* 16. *sine finali* §. *quamquam si decretorum intentionem diligenter aduertamus* 25. *q.* 1. docens: Priuilegia contra generalem legem aliquid sonare. præter enim generalem legem aliquid speciale alicui indulgent. subdens: *Priuilegia namque dicuntur tamquam priuata legia, eo quod priuatam legem singulis generent*. Subdens etiam ex Hieronymo in Ionam: *Priuilegia singulorum non possunt legem facere communem*. Concinit cum eo, quod habet Gregorius in *can. hinc est etiam quod Xenodochium* 39. *in fine* 16. *q.* 1. verba damus: *Quod priuilegium ita est illius Ecclesiæ. vt communem legem regibus, vel Abbatibus omnino dare non possit. Non enim quod vni sigillatim conceditur statim omnibus conuenit*. vbi *Gloss* verbo *sigillatim*. Argumentum educit: *Quod Priuilegium concessum vni, non extenditur ad alios*. Priuilegium enim à cõsuetudine distinguitur generali. ex eodem Gregorio Ioanni Episcopo Rauennati in *can. contra morem quippe Ecclesiasticum est*. 8 *post medium, & circa finem distinct*. 100. verbis edicente: *Quod si hoc non ostenditur, restat, postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes, quod fecisti*.

Priuilegium personale est, quod vni personæ peculiariter conceditur. ex Zacharia Papa Bonifacio Moguntino Archiepiscopo in *can petiisti, vt cum nostro consulto* 17. 7. *q.* 1. *circa finem*. verbis edicente: *Hoc nulli concedi alii patimur; quod tibi, charitate cogente, largiri censuimus*. Priuilegium ergo fuit, illudque personale. vnde ad alium non porrigitur.

Priuilegiũ prouinciale est, quod vni tantũ prouinciæ ex causa indulgetur. ex Gregorio ad Augustinũ Anglorũ Episcopũ in *can quędam lex terrena in Romana republica permittit*. 10. §. *quod scripsi Augustino Anglorum gentis Episcopo*. 35. *q.* 3.

Priuilegium proinde ad consequentiam trahi non debet, quia priuata lex est. ex *d. can. petiisti* 17. 7. *q.* 1. & dixit *Gloss.* in *can. quæsitum est ab aliquibus fratribus* 30. 13. *q.* 2. verbo *in patibulis* in fine.

Priuilegia per superiores indulta, inferiores dimouere non possunt. ex Nicolao Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo in *can. conquestus est Apostolatui nostro* 8. *circa finem* 9. *q.* 3. verbis edicente: *Ita vt secundum Nicenas regulas sua priuilegia seruentur Ecclesiis: preter quam si Apostolica sedes aliquam Ecclesiam, vel ipsius rectorem quolibet speciali priuilegio decreuerit honorare*. Decreuitque Leo Papa Martiniano Augusto scribens in *can. priuilegia Ecclesiarum, & monasteriorum* 2. 25. *q* 2.

Priuilegia aliarum Ecclesiarum intemerata seruare consueuit Sancta Romana Ecclesia. ex Anacleto Papa in *can. priuilegia Ecclesiarum, & sacerdotum* 1. 25. *q.* 2. Poterit tamen illa, vel in partem mutare, vel in totum derogare Sancta Romana Ecclesia Mater, si causa, vel necessitas expostularit. deducit Gratianus in *can. postea quam Ecclesiæ iura* 21. §. *his ita respondetur eadem* 25 *q.* 2.

Priuilegium allegans, docere de illo debet, illudque ostendere. ex Gregorio Ioanni Episcopo Rauennati in *can. contrà morem quippe Ecclesiasticum est* 8. *post medium distinct*. 100. verbis edicente illo: *Aut si tuæ Ecclesię aliquid specialiter dicis esse concessum, preceptumue à prioribus Romanę vrbis pontificibus: quod hac Rauennati Ecclesię sunt cõcessa, a vobis oportet ostẽdi. Quod si hoc nõ ostẽditur, restat postquã talia agere, neq; cõsuetudine generali. neq; priuilegio vẽdicas vt vsurpasse te cõprobes, quod fecisti*. notatque ibidẽ *gloss.* verbo *nõ ostẽditur*. Rationẽ deferens: *Qui enim priuilegiũ allegat; debet probare, & ostẽdere*. & notatur ex Hormisda Papa ad Ioannẽ Episcopum in *can. seruatis priuilegiis metropolitanorum* 6. 25. *q.* 2. notat *Gloss* verbo *inspectis*. Quod inspiciendum sit priuilegium. Et secundum quod priuilegium continet Iudicandum.

priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. Gratianus in *can. posteaquam Ecclesiæ iura* 21. §. *his ita respondetur*. *in fine* 25. *q.* 2 ex Gregorio in *can. priuilegium omnino meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate* 63. 11. *q.* 3. plura notat *Glossa* ibidem verbo *priuilegium*: quod *Perditur priuilegium propter abusum*: *& c.* 8 Simplicius dixit Papa Ioanni Episcopo Rauennati scribens in *can. vbi ista didicisti* 7. *distinct.* 74. in ratione, quam eidem reddit: *Nam priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate*.

Priuilegium perditur per renunciationem expressam. Sicut Esau primogenituræ amisit priuilegium. ex Cypriano martyre ad Iubaianum in *can. quàm periculosum sit in diuinis rebus. vt quis cedat iure suo, & potestate* 8. 7. *q* 1.

Priuilegium principis latissime debet interpretari. in pręiudiciũ quidem concedentis, non verò tertii. ex Ioanne Chrysostomo in *can. alligant autem onera grauia. & importabilia* 12. *in fine* 26 *q.* 7. verbis illis. *Vbi enim pater familias largus est: dispensator non debet esse tenax*. ibique notat *Glossa* verbo *tenax*. sequentibus inferens: *Similiter generalia verba, quæ Princeps ponit in suis priuilegiis, tu non debes strictè, & tenaciter interpetrari*. ex Gregorio Ioanni Episcopo Larisæo in *can. frater noster Hadrianus Thebanę Ciuitatis Episcopus* 52. 15 *q.* 1. Deducit noster Proauus *Robertus Maranta de multiplici alienatione nu.* 194. & *Triuisanus decis.* 65. *num.* 1. *& sequentibus. lib.* 1.

Priuilegiorũ verba potius causaliter, quã cõditionaliter exaudiri debẽt. vnde si ni Priuilegio

gio inueniatur verba: *sicut iuste possides*: verbū illud, *sicut*, pro *Quia*, ex audiēdū intelligitur: *Quia*, scilicet, *iuste possides*. Rationem excipe: Quia cum priuilegium sit Lex; & lex debeat esse certa. ex Isidoro in *can. erit autem lex honesta, iusta, possibilis* 2. *distinct*. 4. erunt proinde priuilegij verba certa. ex *can. Priuilegia sunt leges priuatorum* 3. *distinct*. 3. ibiq; *Gloss*. verbo *priuatorum*. Ex Innocentio Tertio Episcopo, & Cantori Atrebaten in *cap. Abbati Sācti Siluani Alciaten* 25. §. *contra quod fuit ex aduerso responsum. de verborum significatione extrà*. Argumentum pende: *Hic autem sensus rectior esse videtur. Quia cum priuilegium sit lex priuata; & lex non debeat esse obscura, vel captiosa, sed certa, & manifesta: nec esset priuata, nisi aliquid specialiter indulgeret, profectò sic intelligenda sunt illa verba; vt res de qua agitur valere possit potius, quam perire &c.* vide Rotā apud *Card. Mantuicam decis*. 82. *num*. 1. & *decis*. 163. *num*. 2. & 3.

Priuilegia singulorum non possunt legem facere communem. Sic rationem reddit Hieronymus super Ionam in *can. non statim debemus sub exemplo Ionę sortibus credere* 2. *in fine* 26. *q*. 2. ibidemque ex eodem Hieronymo deducit Beda super Actus Apostolorum in *can. non exemplo Matthię, vel quod Ionas propheta sorte deprehensus sit* 4 *eadem* 26. *q*. 2.

Priuilegium ex causa datum, cessante causa, & ipsum pariter deducitur, ac finit. Gratianus in *can. ita nos Scyllacenorum cędes geminata pontificum* 25. §. *sed obijcitur illud Symmachi Papæ*. 25. *quæst*. 2. verbis illis: *Sic religiosè viuentes, cùm à religione cessauerint, priuilegiis exuantur, quæ religiosis domibus conferuntur*. ibique *Gloss*. verbo *cessauerint*. ex Leone Augusto *C. de Episcopis & clericis in l. generaliter sancimus* 40. relata per Gratianum in *can. generaliter sancimus omnes viros Reuerendissimos Episcopos* 40. 16. *q*. 1. verbis edicente: *Eos tamen clericos, & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus; qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel monasteria permanent; non diuagantes, neque circa diuina ministeria desides. Cum propter hoc ipsum, beneficium eius indulgemus, vt aliis omnibus derelictis; Dei omnipotentis ministeriis inhæreant*. ibique notat *Gloss*. verbo *non diuagantes*. expresse dicens: *Causa cessante, cessat & priuilegium*; Ex Syricio Papa Himerio Tarraconen Episcopo in *can. quisquis Clericus* 5. *dist*. 84.

Priuilegium dari non potest rei, quę non extat. ex Augustino in libro Quęstionum Exodi q. 80. in *can. Quod vero non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere* 8. 32. *q*. 2. verbis decernente: *Et ideo non sit homicidium: Quia nec animatum dici potest, si adhuc animam non habet*. ibique *Gloss*. verbo *si adhuc animam*. dicens: *Et rei, quæ non extat, priuilegium dari non potest*. argumento sumpto ex Vrbano Tertio in *cap. ad audientiam nostram peruenit* 5. *in fine extrà de Ecclesiis ædificandis, vel reparandis*. verbis edicente: *Licet autem nobis instātiùs supplicaueris, vt Ecclesię prędictæ confirmationis priuilegium faceremus, tibi non possumus de Iure deferre: cùm nulli Canonici adhuc ibidem existant, quibus priuilegium concedatur*. vbi *Glossa* verbo *non possumus*. infert; *Sic ergo patet, quod rei, quæ non est, non datur priuilegium Non enim ante ratio quærenda est, quam persona*.

Priuilegium qui confitetur, & ex priuilegio se aliquid facere dicit, legem communem aliud statuere se consequenter nosse confitetur. Quia priuilegium priuata lex est. argumento satis apte petito ex Gregorio Ioanni Episcopo Rauennati scribente in *can. contra morem quippe Ecclesiasticum est* 8. *paulo ante finem dis*. 100. verbis illis: *Quod si hoc non ostenditur, restat, pæsquam talia agere, neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te comprobes, quòd fecisti*. Lex ergo communis contra priuilegium est, quam legem priuilegium diminuit.

Priuilegia Ecclesiæ occupantes, vel ea calcare cōtendentes, ni illata sacris rebus detrimenti sarcire, & nequitiam sopire consenserint, excomunicatione, vt sacrilegi feriuntur. ex Gelasio Papa Maiorico, Sereno, & Ioanni Episcopis in *can. qui, & diuinis, & humanis legibus incultis damnatione calcatis* 24. 12. *q*. 2. & ex eodē Gelasio in *can. placuit huic sanctę magnęque Synodo* 8. 16. *q*. 3. in fine cōcludente: *Quisquis ergo Secularium contra pręsentem definitionem egerit; tamquam sacrilegus iudicetur: & donec se correxerit, & Ecclesię propria priuilegia, seu res restituerit; anathema sit*. Deduximus nos in nostro *Apologetico* pro Iuribus Ecclesiæ *respons*. 2. *num*. 18. & *sequentibus*. Romę impresso.

Probatio vel diuina, vel est humana. Nam quędam accidunt, vt probet nos Deus, an in fide persistamus eius. Augustinum excipe de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum pręstigiis* 14. *circa finem* §. *si autem aliquis mihi opponit*, & *dist*. 26. *quæst*. 5. verba sunt eius: *Quod ideo quisque non debet eis credere, quia aliquando eueniunt, quæ prædicunt, aut sanare videntur languidos, aut lędere sanos: quia hoc permissu Dei fit, vt ipsi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareant qua fide sint, vel deuotione erga Deū*. inferens illud (Deuteronomij 13.) *quia tentat vos Dominus Deus vester vt palam fiat vtrum diligatis eum, an non, in toto corde, & tota anima vestra*.

Probatio virtutis est, non iudicium reprobationis aduersitas, quæ bonis votis obiicitur ex Gregorio ad Recaredum Regem in *can. aduersitas, quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis est, nō iudicium reprobationis*. 48. 7. *q*. 1. Notat ibidem Gratianus §. *hoc tunc seruandum intelligitur*. & *Gloss*. ibidem verbo *hoc etiam*: Duplicem perpendens esse persecutionem, & extrinsecam, & intrinsecam. & prosequitur ibi.

Probatio est cōtra eum, qui cum possit alteriùs vitare damnum, non excludit illud. ex Gratiano in *summa in fine distinct*. 83. verbis dicente: *Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit*. Ex Gregorio VII. in Romana Synodo in *can. si quis Episcopus* 1. *eodem distinct*. 83.

Probatio actori incumbit, non reo. ex Gregorio Maximo scribente in *can. quod autem postulas, vt illùc personam dirigere valeamus*. 1. 6. *quæst*. 5.

in fine dicente: *At, postquam non tibi, sed accusantibus hoc onus incumbit*. Rationem reddit Gratianus in cannne sequenti, ex l. actor C. de probationibus. *Cum per rerum naturam, factum negantis probatio nulla sit.* vnde *Accusator, quod asseuerat, probare se non posse profitendo, reū necessitate mostrandi contrarium, non astringit.* & plene ibidem *Gloss.* verbo *accusator*. Duas statuens regulas: Vnam, quod *Nisi actor probet, quod intendit, reus absoluitur*. Alteram, quod *Negantis factum nulla est probatio*

Probatione deficiente legitima non potest Episcopus aduersus presbyterum, vel diaconum ad officij, gradusque priuatione procedere, nisi, vel accusati confessione, vel accusantis legitima probatione crimen admissum cōstiterit. ex Nicolao Papa Salomoni Costātiensi Episcopo in *can presbyter, aut diaconus, quem asseris crimina nolle publice confiteri* 2. 15. *quæst*. 5.

Probantur crimina, vel per rei euidētiam; cùm quis in crimine deprehensus fuerit; vel per ipsius rei confessionem, aut si ab aliis reus cōuictus fuerit. ex Hormisda Papa omnibus Episcopis per vniuersas Prouincias scribente in *can. si quis diaconus, aut presbyter* 29. *post principium distinct*. 50. ibique notat *Gloss.* verbo *deprehensi*. Modos numerans quibus quis deprehensus dicatur. vel si factum sit notorium, ex facti euidentia. ex Tertia Synodo Aurelianensi in *can. si quis clericus adulterasse, aut confessus, aut conuictus fuerit*. 10. *dist*. 81. Vt quia in crimine captus est. ex canone Apostolorum 25. in *can. presbyter, aut diaconus* 12. *eadem dist*. 81. ibique *Gloss.* verbo *captus est*. addens: *& conuictus*. Vel ita notoriam est factū, vt nulla possit tergiuersatione cœlari. vt factū erat illius, de quo Apostolus. Omnes enim crimen eius sciebant, & non arguebant. Publicè enim nouercam suam loco vxoris habebat. In qua re, neque testibus opus erat, neque tergiuersatione aliqua poterat tegi crimen. ex Stephano Papa V. Leoni Episcopo Theanensi in *can. de manifesta, & nota pluribus causa non sunt quærendi testes*. 17. 2. q. 1. ibique pluribus Augustinus in *can. multi corriguntur, vt Petrus; multi tolerantur, vt Iudas; multi nesciuntur*. 18. *eadem* 2. q. 1.

Probantur crimina per famam. ex Gratiano in *can. placuit sancto conuentui* 2. §. *In criminali causa*, producens ex digestis *l. ex carmen ff. de testibus can. si testes omnes* 3. 4. q. 3. in fine producens illud Beati Bricii, qui voce pueri triginta dies ab ortu habentis, innocens probatus est. Inferens: *Sed miracula diuina sunt admiranda, non in exemplum humanę actionis trahenda*.

Probatur aliquid à posteriori, siue ab effectu. vt ex Concilio Chalcedonensi in *can. peruenit ad nostras aures* 6. *distinct*. 18. dicente Concilio: *Hoc ex eo probatur, quod multę, quæ correctione opus habent, Ecclesiasticę res negligantur*. vbi gloss verbo *multę* infert argumentum: quod *per sequentia intelliguntur præcedentia*. Deduxitque Gregorius simili argumento Natali Episcopo scribens in *can. multis ab vrbe venientibus frater charissime didici* 5. *dist*. 44. inferens: *Nam, quia, nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi inuigiles, sed ipsum quoque vsum Ecclesiastici ordinis ignores: hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiā nescis* vnde *Gloss.* verbo *actionum*. Argumentum deducit: *Præsumi contra aliquem quandoque propter crimen præteritum*. 18 *distinct*. Peruenit.

Probatur aliquid ita esse, per partis iuramentū. ei legitime illatum. ex Gelasio Papa Iusto Episcopo in *can. dilectio tua studeat quæsita omniū fideliter rerum veritate* 7. 16 q. 3. *in fine*. præcipiente: *Alioquin si nihil vmquam constiterit terminatum, tunc de præscriptione temporum, si qua pars confidit præbeat sacramentum: vt tamen de his, quæ hactenus possedisse probatur, ius iurandum sinatur offerre*. ibique *Gloss.* verbo *offerre*.

Probatione deficiens, cum per calumniam crimina opponere videatur, eadem pœna plectitur, qua si probasset, delatus multatus fuisset. atque infamis efficitur. ex Gregorio Papa in *can. qui iuxta canonicas patrum sententias* 3. 5. q. 6. & in *can.* sequenti ibidem idem Gregorius Ianuario Episcopo rescribens.

Procuratio Episcopi dum parochias visitat, moderata esse debet, ne quem scandalizet, aut grauet, atque lucris animarum operam det. ex Concilio Cabilonensi secundo in *can. cauendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragrant*. 7. 10. q. 3. ibidemque ex Concilio Toletano Septimo in *can. inter cætera denique, quę communi consensu nos conferre competenter oportuit* 8. vt neque prandia ipsa enormia sint, sed secundum mediocritatem fit conuiuium. ex Pelagio Papa Cresconio Illustri in *can illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare*. 10. *siue finali eadem* 10. q. 3. Nec pacta interponere debent quoad procurationem, neque, vt pecuniis procurationem ipsam redimant victandi. ex Concilio Toletano in *can. relata est coram Sancta Synodo querimonia* 9. 10. q. 1. Hodie verò seruatur quod ex Sacrosancta Tridentina Synodo statutum est *sessione* 24. *cap*. 3. *de reformatione*.

Procuratio verò præscribi non potest. ex Innocentio Tertio Parisiensi Episcopo in *cap. cum ex officii sui debito* 16. *de præscriptionibus*. Quia ex subreptione factum præsumitur. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in *can. illud autem* 22. *in fine dist*. 93. verbis illis: *Sed etiam si in qualibet Ecclesia hoc præsumptum fuerit, asserunt emendandum; quod non concessione Romani pontificis, sed sola subreptione præsumitur*. ibique *Gloss.* verbo *præsumptum*. Circa medium, dicens: *Nam sunt alia iura quę non præscribuntur, vt subiectio, vel procuratio*. & tradit *Gloss.* in *can. oblata est coram Sancta Synodo querimonia*. 9. 10. q. 1. verbo *aliquo pretio*.

Procurator Ecclesiæ intelligitur quilibet Ecclesiasticarum rerum administrator, vt puta, præpositus, œconomus, vicedominus. ex Vrbano Secundo. I. præposito Ecclesiæ Sancti Iuuentii apud Ticinum in *can. Saluator prędicit in Euangelio* 8. *post medium* 9. *nomine verò procuratoris intelligit præfata Synodus*. 1. q. 3. Namque procuratoris hoc nomen, generale

quid

quid est. vt *Gloss.* ibidem verbo *procuratores.* aduertit.

Procuratores esse non possunt personæ infames. ex Sancta Romana Synodo in *can. infamis persona, nec procurator esse potest, nec cognitor.* 1.3.q.7. & ex Digestis ibidem in *can infames non possunt esse procuratores, vel patroni causarum* 2.eadem 3.q.7.

Procurator statui non debet in causa criminali, sed per seipsum quis agere debet. ex Hadriano Papa in *can. si quando in causa capitali, vel causa status* 40.2.q.6.

Proditor est veritatis non solum ille, qui transgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam libere pronunciare oportet: aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit. Ioannes Chrysostomus in *can. Nolite timere eos, qui occidunt corpus* 86.11.q.3. plura adnotat *Gloss.* in *can. Clericus. qui adulationibus, et proditionibus vacare deprehenditur.* 3. *distinct.* 46. verbo *proditionibus.* Deducens, quibus modis proditor quis dicatur.

Proditor est non correptor, qui peccatum occultum publicat, vel coram omnibus arguit. ex Augustino in *can. si peccauerit, inquit, in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum* 19. in *principio.* 2.q.1.

Proditio ad mortem, homicidio nihil differt. Nam neque Iudas Christum interemit, sed tradidit Iudæis Crucifigendum, & ipsi Crucifixerunt gladio linguæ, quando clamauerũt Crucifige, Crucifige eum. ex Augustino in *can. perniciose se decipiunt, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus hominem occidunt* 23. *de pœnitentia distinct.* 1.

Proditor Clericus, & proditionibus vacans ab officio degradatur. Sicuti & adulationibus. ex Concilio Carthaginensi IV. in *can. clericus, qui adulationibus, & proditionibus vacare deprehenditur, ab officio degradetur* 3. *distinct.* 46. vbi *Gloss.* verbo *proditionibus.* deducit: Proditorem multipliciter dici.

Professio regularis scriptis fieri debet, vel ante signo, vel subscriptione notata. ex Concilio Toletano X. in *can. vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit* 16 *fine finali* 20 q.1. & ex eodem Concilio in *can. omnes fœminæ venientes ad sacram religionem pallio capita sua cõtegant.* 36 27.q.1. subsequente: *can. scriptam, roboratamque professionem faciant.* vbi *gloss* verbo *professionem.* Quamuis quidem scriptura de essentia non sit, sed de probatione, ne facile sit professionem iam emissam, negare. ex *gloss.* d. *can. vidua vltimo* verbo *scriptis.*

Professio regularis ante annos discretionis emissa nulla est. Erat autem antiquitus ætas nuptiis apta. ex auctoritate Synodi in *can. firma autem tunc erit professio virginitatis* 1.20.q.1. Hodie vero ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 25. *cap.* 15. *de reformatione regularium.* statutum est, vt. *In quacumque religione tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante decimum sextum annum expletum.* Nec ante expletum probationis annum. ex Alexandro Papa Secundo in *can. Gonsaldus presbyter* 1. *in fine* 17.q.2. Concinit Concilium Triburiēse in *can. puella, si ante* 12. *annos ætatis* 2.20.q.2. & ex Gregorio Fortunato Episcopo Neapolitano in *can. Monasteriis omnibus fraternitas vestra districtius interdicat* 6.19.q.3. perquirebatur biennium. *Vt eos, quos ad conuersationem susceperint priusquam biennium in conuersatione cõpleant, nullo modo audeant tonsurare.* Nunc ex dicto decreto Sacri Tridentini Concilii d. *cap.* 15. *sessione* 25. annus perquiritur: *Nec qui minore tempore, quàm per annum post susceptum habitum in probatione steterit ad professionem admittatur. Professio autem ante facta, sit nulla, nullamque inducat obligationem ad alicuius Regulæ, vel religionis, vel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscumque effectus.*

Profiteri ne dum non debet laicus incognitus in religione, verum nec ad monachi habitum admitti, ni per triennium probetur. ex decreto Bonifacii in *can. si quis incognitus monasterium ingredi voluerit* 3. *fine finali* 17. *quæst.* 2. præsertim qui milites fuerunt. ex Gregorio Papa ad Episcopos Siciliæ de lege Mauritii Augusti in *can. legem. quam piissimus Imperator dedit.* 1. *fine finali* 5. *si quis verò ex militaribus. dist.* 53.

Prohibitio Dei maior est, & humanis omnibus etiam Regum, etiam Imperatorum præferenda. Quamuis ergo lex humana quid concedat, si id lex diuina prohibeat, quod diuina prohibuit lex, id seruandum. ex Nicolao Papa ad Episcopos in Concilio apud Conuicinum congregatos scribente in *can. lege Imperatorum non in omnibus Ecclesiasticis controuersiis vtendum est.* 1. *distinct* 10. Imperiali ergo Iudicio non possunt Ecclesiastica iura dissolui.

Prohibitio superioris, etiam Papæ, si non seruetur necessitate vrgente, nihil culpatur. ex Bonifacio martyre ad Zachariam Papam in *can. antecessor prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius* 104.11. *quæst.* 3. verbis illis: *Quod ex parte seruaui, & ex parte custodire, & implere non potui, sed spiritualiter impleui sacramentum, quia in consensum, & consilium eorum non venit anima mea.* vbi *gloss* verbo *sed spiritualiter.* Adnotat argumentum: quod sufficit, quod quis non faciat contra mentem rescripti, licet faciat contra verba. & ita idem Zacharias eidem Bonifacio martyri respondet in *can. sequenti, Quod prædecessor noster Beatæ memoriæ Gregorius* 105. *eadem* 11.q.3.

Prohibitum quod non est, concessum videtur. ex Paschali Papa secundo ad Rheginum Episcopum in *can. post vxoris obitum cum commatre vxoris viri superstitis coniugio copulari, nulla videtur auctoritas, vel ratio prohibere* 5.30.q.4. Non est ergo prohibitum. permissum propterea. Namque permissum censetur, quod prohibitum non inuenitur. ex Augustino ad Publicolam in *can. quamuis dictum sit, ne iuremus:* 15.22.q.1. verba sunt Augustini: *Quamuis dictum sit, ne iuremus, nusquam me in scripturis sacris legisse memini, ne ab aliquo iurationem accipiamus* vbi *Gloss.* verbo *accipiamus* in hac argumentum infert: *quod eo ipso est ali-*

quid

*quid licitum, quod non est prohibitum.* Rationem excipe ex Benedicto Papa Grandensi Patriarchæ in *can. lex diuinæ constitutionis* 18. *in fine* 27. q. 2. dicente: *Nam cur prohibeatur, quod prohibendum numquam sacra scriptura declarat?* deduximus *responsione* nostra 79. *num.* 58. *part.* 5. *Barbosa assiomate* 178. *num.* 1.

Prohibita non censentur maiora, minoribus concessis, secundum tamen subiectam materiam. ex Gregorio ad Theotistam patriciam in *can. sunt, qui dicunt religionis causa coniugia debere dissolui* 19. 27. q. 2. verba damus: *Quando certum est, quod Omnipotens Deus, qui minora cōcessit, maiora non prohibuit.* Vbi etiam notatur quod prohibetur quandoque etiam bonum, propter euitandam causam mali, quod inde posset oriri. Sicuti ibi prohibetur dissolui matrimonium etiam causa religionis, ob malum quod inde posset oriri, si vnus ex coniugibus remaneret, & non vtriusque consensu vterque in religionem transiret.

Prohibetur minor maiore præsente etiam benedicere. Non quidem quod benedicere peccatum ast. Absit. Sed per hoc innuitur, quantæ censuræ freno inferiores quique à suis præpositis iudicandis coercendi sunt, si his etiam benedicendi Ius vllum penitus obtineant. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. denique si in epistola legimus ad Hebræos* 6. *distinct.* 21. *in fine.*

Prohibita quædam sunt propter mali occasionem euitandam, non quod ipsa mala sunt: Veluti prohibetur iuratio, non quod mala simpliciter sit, sed propter vitandum periurium. Nam iuratio à malo est, non iurantis, sed incredulitatis eius, cui iurare cogitur. ex Augustino super epistolam ad Galatas in *can. non est contra præceptum iuratio* 2. 22. q. 1. in fine inferente rationem: *Quamuis enim iuramentum amplius sit, quàm est, est, non, non, & ideo à malo sit, non tamen à malo tuo; sed infirmitatis, aut incredulitatis eorum, qui non aliter mouentur ad fidem.* aliam reddit rationem ipse met in *can. ita ergo præcepisse Dominum intelligitur, ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat Iusiurandum; & ex assiduitate iurandi ad periurium per consuetudinem dilabatur.* 5. *eadem* 22. q. 1. inferens: *Si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades; quæ infirmitas vtique malum est.*

Prohibentur quędam propter scandalum, malumque exemplum, vti prohibetur quis manere in matrimonio cum ea, quam sibi sponsam, ipso ignorante, pater eius oppresserat. ex Concilio Triburiensi in *can. si qui sponsam filii tui oppresserit* 32. 27. q. 2. merito

Prohibentur Christiani figmenta legere poetarum: quia per oblectamenta inanium fabularum mentem excitant ad incentiua libidinū. Isidorus libro 3 sententiarum de summo bono in *can. ideo prohibentur Christiani* 15. *dist.* 37.

Promissio est impia, quæ scelere impletur. ex Augustino in *can. In malis promissis rescinde fidem* 5. 22. q. 4. subsequens: *In turpi voto, muta decretum. Quod incautè vouisti, ne facias. Impia enim est promissio, quæ scelere adimpletur.* & Gloss. 1. ibidem distinguit: *Aliud in malis promissis, aliud in male promissis. primum non est seruandū, secundum sic.* Ex Beda in decollatione Sancti Ioannis Baptistæ in *can. si aliquid forte nos incautius iurasse contingerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum.* 6. *eadem* 22. *quæst.* 4. subsequendo: *Liberè illud consilio salubriore mutandum nouerimus.* Nam tolerabilius est promissum non facere, quàm facere, quod turpe sit. respondet Ambrosius libro 3. de officiis in *can. Vnusquisque simplicem sermonem proferat* 8. *eadem* 22. q. 4. in fine consequentiā inferens: *Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suā mutat sententiam, sicut scriptura indicat.*

Promissa igitur noxia implenda non sunt. Tunc enim Dei iussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. ex Concilio Toletano Octauo in *can. duo mala licet sint omnino cautissime præcauenda* 1. *distinct.* 13. quare melius est peierare, quam mala promissa implere. vt Herodes, qui decollauit Ioānem d. *can. vnusquisque simplicem sermonem* 8. 22. q. 4.

Promissa non soluere, ex necessitate, mendacium non æstimatur. Inde Paulus fefellisse minime est credendus: quoniam eum ad Hispanos se promisisset iturus, dispositione diuina maioribus occupatus ex causis, implere non potuit, quod promisit. ex Gelasio Papa in *can. Beatus Paulus Apostolus* 5. 22. *quæst.* 1. & Petrus Apostolus pro affectu diuinæ reuerentię ipsi Domino respondit (*Non lauabis mihi pedes in æternum*) si postmodum diuinę voluntati cesserit. ibidem. Impleuisse nempe videtur, qui necessitate prohibitus fuit. ex Bonifacio Martyre ad Zachariam Papam in *can. antecessor prædecessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius* 104 11. q. 3. & ibidem in *canone sequenti* Responsionis Zacharię ad eundem Martyrem.

Promissa humana pollicitatione, etiam à sanctis, non statim videri potest à diuina Maiestate concessum. *Nam & Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccātibus veniam cum petiisset, accepit.* Cyprianus in sermone de lapsis in *can. si quis præpropera festinatione* 27. *in fine dist.* 50. Rationem reddit *Glo.* ibidem verbo *videri.* Quia in dubio, non est firmiter dictis inherendum, etiam viri boni.

Promissio de minori ad maius procedit. ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia: fatuus fatua loquetur* 24. *in fine distinct* 93. dicente: *Qui prouehitur, de minori ad maius prouehitur.* Nec discessit à sensu Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia principem locū.* 2. *post medium dist.* 59. & ipse asserens: *Iam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia ante acta testentur. Iure inde summi Pontificis locum sperare debebit.* Quia ex Cœlestino Papa Episcopis Galliarum in *can. ordinatas verò quosdam fratres charissimi, Episcopos* 4. *eadem dist.* 59. Rationem reddēte: *Debet enim ante esse disci-*

*scipulus, quisquis doctor esse desiderat. ut possit docere, quod didicit: omnis vitę institutio, hæc ad id, quò tendit, se ratione confirmat.* Nec diuersimode Modestinus libro XI. Pandectarum in *l. ut gradatim honores deferantur. 11. de muneribus, & honoribus.* subsequens: *Et ut à minoribus ad maiores perueniatur, Epistola Diui Pij ad Titianum exprimitur.* vbi *Glossella* Marginalis defert textum in d. *can. legimus. 93. dist.* & *can. si officia 59. dist. & ibidem Gloss.*

Promotionis in causa seruari debent pacta honesta, quę in fundatione Ecclesiæ adiecta per fundatores fuere. ex Pelagio Papa in *can. Eleutherius frater, & coepiscopus noster queritur* 30. 18. q. 2. in fine præcipiens: *Quia sempere, quo dedicatum est ipsum monasterium conditiones superius posita conuenerint; seruari eas, ex nostra auctoritate pręcipimus: nec aliquid amplius ex inde ab aliquo exigatur.* Nec ab eodem discessit sensu idem Pelagius Cresconio Illustri scribens in *can. illud magnitudinem tuam minime volumus ignorare 10. siue finali* 10 q. 3. de prandio verba faciens, quod Episcopo debebatur ad consignandum veniente, dicens: *Nec ipsa quoque prandia enormia fieri; sed secundum mediocritatem uniuscuiusque loci Episcopo ad consignationem venienti susceptionis præparari conuiuium: quia, nec eo prætextu pauperibus inferri damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.* notatque ibidem *Gloss.* in principio ad verba illa: *Quod Syracusanę Ciuitatis Episcopus inter alia, quæ in cautionum suarum pagina spopondit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœnæ legitime promisisse legitur.* verbo *pœnę* dicens: *Nota, quod aliquis sub pœna potest obligari in spiritualibus.* ex Concilio Toletano XI. in *can. quamquā omnes, qui sacris mancipantur ordinibus 6. distinct.* 23. in

Promotione vero inhonesta pacta quęcumque prohibentur. ex Bonifacio Papa omnibus Caralitanæ Ecclesię cœnobiis in *can. quam pio mentis affectu fratres charissimi.* 2. 1. q. 2. in fine pręcipiens: *Veruntamen si vestræ necessitati adeo est opportunus, quem reperistis, dumtamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio, nullaque vestra Ecclesia fiat distractio, accedat; gratis Deo seruire incipiat, suique regiminis deuotè gestet obsequium.* ibique *Gloss.* verbo *pactio.* dicens, & ipsa: *Non remouetur nisi pactio inhonesta, nam honesta non remouetur.* 23. *dist. quamquam.*

Promptiora sunt iura ad absoluendum, quàm ad condemnandum. Lucius Tertius Cisteen Episcopo in *cap. ex literis tuis intelleximus.* 3. 5. *quod si ambarū partiū testes sint æquè idonei. de probationibus.* Et ex Calixto Papa I. ad Episcopos Galliarū in *can. ponderet unusquisq; sermones suos 14. in fine dist.* 50. Rationē reddens in fine: *Quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificiis.* Nec diuersimode Paulus lib. 4. ad Paulutium in *l. Arianus ait 46. ff. de actionibus, & obligationibus.*

Propheta est, qui futura prænunciat, quamuis ipse quod pronunciat ignoret. Sicuti Prophetauit Abraham, quod ignorabat, quando pueris suis (Genesis 22.) dixit: *Sedete hic cum asino: ego & puer illuc usque pertransibimus: & cum adorauerimus reuertemur ad vos.* Licet aliud se facturum deliberaret. *Ipse solus disponebat redire immolato filio. Sed Dominus per os eius locutus est, quod parabat,* Ex Ambrosio de Patriarchis, Gratianus in *can. si quęlibet culpa sequenti solet pia operatione purgari* 10. §. *Abrahā quoque loquens ad pueros suos.* 22. q. 2.

Prophetæ quandoque in sacro eloquio, doctores vocantur, qui dum fugitiua esse præsentia indicant, quæ sunt ventura, manifestant. ex Gregorio parte 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio* 1. *col.* 1. *ad finem vers. hinc rursus delinquenti populo dicitur. dist.* 43.

Propheta si annunciet aliquid, quod est contra Deum, credendum nō est ei. ex (*Deutoronomio* 13.) dicente Domino: *Si surrexerit in medio tui propheta, aut, qui somnium dicat se vidisse, & prædixerit signum, atque portentum, & euenerit, quod locutus est; & dixerit tibi: eamus, & sequamur Deos alienos, quos ignoras, seruiamus eis: non audies verba prophetę illius, aut somniatoris: Quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat, utrum diligatis Deum, an non. In toto corde vestro, & tota anima vestra Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete: mandata eius custodite, & audite vocem illius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis.* Defert Augustinus de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis.* 14. circa finem §. *si autem aliquis mihi opponit.* 26. *quęst.* 5.

Prophetant quandoque mali, vt de Saule dicitur. ex Augustino in psalmum 103. in *can. prophetauit, & Saul malus Rex, & tunc prophetauit, cum David sanctum persequeretur* 79. 1. *quęst.* 1. in fine dicens: *Ex his erant, qui dicturi sunt* (Matthæi 7.) *Non ne innomine tuo prophetauimus?) Non illis dicetur mentimini. Sed dicetur: Nō noui vos* Vbi Gratianus respondet: *Spiritum ergo prophetię dicendi sunt habuisse, non meritum.*

Prophetæ non boni, sed mali donum vendunt prophetię. Si quid autem prophetæ quandoque acceperunt: stipes magis ęstimandæ sunt tabernaculi, quàm munera prophetiæ. ex Hieronymo in *can. Iudices, inquit, eius in muneribus indicabant* 23. 1. q. 1. & sequenti *can. nonnumquam diuinatio* 24. ex eodem Hieronymo. ibidēque *Gratianus* §. *cum ergo secundum Hieronymum.*

Prophetæ quamuis à populis persequutionem paterentur, non tamen illos deserebant, sed increpabant eos. ex Augustino de verbis Domini in *can. tolerandi sunt quidem mali pro pace.* 1. 23. q. 4.

Proprietas rerū ex hominū iniquitate inducta. *Cōmunis enim usus omniū, quæ sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit. Sed per iniquitatē alius hoc suum esse dixit, & alius illud, & sic inter mortales facta diuisio est.* Clemens Papa Epistola Quinta in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis Hierosolymis* 2. 12. q. 1. vbi *Gloss.* verbo *omnium* refert illud philosophi: *Quietissime viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet: meum, & tuum.*

Proprię non sunt Ecclesiæ facultates, sed communes. & ideo Episcopus dispensator est bonorum Ecclesiæ, non dominus. ex Prospe-

ro de vita contemplatiua in can. expedit facultates Ecclesiæ possidere, & proprias perfectionis amore contemnit 13. 12 q. 1. & ideo fideliter dispensandę, quia Domino oblatæ fuerunt, & proinde communes, non propriæ. ex Vrbano Papa in can. res Ecclesiæ non quasi propriæ, sed vt communes, & Domino oblatę 26. eadem. 12. q. 2. Primum tamen sibi prouidere debet, & necessaria percipere; si quæ vero suis necessitatibus supersunt; in communes vsus Ecclesię expendat. ex Gratiano in can. nulli Episcoporum liceat 29. §. si ergo res Ecclesię non quasi proprię, sed quasi communes habendæ sunt. eadem 12. quæst. 1.

Proprietatem non habent clerici in rebus Ecclesię, cum debeant habere omnia communia. ex Hieronymo ad quendam suum leuitam de duobus generibus hominum in can. duo sunt genera christianorum 7. circa finem 12. quæst. 1. de illis aiente: Illi enim victu, & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem habentes, debent habere omnia communia. Est tamen Clericus dominus fructuum collectorum, secūdū Glossam ibidem verbo proprietatem.

Propriis studere diuitiis ignominia sacerdotis est. Gloria verò Episcopi est pauperum inopiæ prouidere. Ex Hieronymo ad Nepotianum de vita Clericorum in can. gloria Episcopi est pauperum prouidere inopiæ 71. 12. q. 2. omnenim Episcopi est seruare aurum, & à se reuocare mendicantis manum. Verba sunt Augustini in sermone de communi vita clericorum in can. nolo, vt aliquis ex vobis inueniat male viuendi occasionem. 10. §. Enthecam nobis habere non licet 12. q. 1.

Proprium habere regulares non decet, imo non debent. ex Augustino in can. nolo, vt aliquis ex vobis inueniat male viuendi occasionem 10. 12. q. 1. in fine concludente: Qui non vult mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem; sed videat vtrum habere possit fœlicitatis hæreditatem.

Proprium qui non habet, testamentum facere non potest. ex Augustino in can. nolo, vt aliquis ex vobis inueniat male viuendi occasionem 10. §. qui enim hypocrita est, mortuus est. 12. q. 1.

Proprium nemo dicat quod est commune. Ambrosius in can. sicut ij, qui per insaniam mente translati sunt 8. §. sed ais: quid iniustum est, si cū aliena nō inuadam, propria diligentius seruo, distinct. 47.

Propositio Vniuersalis ex singularibus propositionibus, licet veris, non apparet, nisi per signum vniuersale exprimatur. ex Gregorio IX. in cap. in Genesi legitur 55. §. nec etiam electio communiter celebrata de electione, & electi potestate extra. audias verba: Quemadmodum ex singularibus propositionibus licet veris vniuersalis propositio non apparet, nisi per signum vniuersale forsitan exprimatur.

Propinquitas sanguinis verbis dicitur, non verbis efficitur. Sed neque osculum parit propinquitatem; quod nullam faciat sanguinis commistionem. Benedictus Papa Grandensi Patriarchę respondens in can. lex diuinæ constitutionis 18. circa finem 27. q. 2.

Prosperitate malorum turbari nemo debet. Ioannem Chrysostomum homilia 67. ad populum Antiochenum in can. quid ergo turbamur? 48. de pœnitentia distinct. 3. excipe subsequentem; Nemo videns malignos prosperitatem habere, turbetur. Non est hic retributio malignitatis, neque virtutis: ac, si aliquando contingat, vt aliqua sit retributio, vel malitiæ, vel virtutis; non tamen secundum quod dignum est; sed simpliciter, veluti quidam gustus Iudicij: vt qui resurrectionem non credunt talibus doceantur. in fine concludentem: Cum ergo prosperitatem malus habet, malo capitis sui est. vnde Gloss. ibidem verbo malignos refert illud Claudiani.

Tolluntur in altum, vt lapsu grauiore ruant.

Prosperitate itaque peccantium nihil infelicius, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, veluti hostis interior, roboratur. Augustinus in can. paratus debet esse homo iustus, & pius 2. §. Ac per hoc, si terrena ista respublica præcepta christiana custodiat. 23. q. 1.

prosperitatem accipiunt mali quandoque propter bona nonnulla, quæ faciunt: Nam non est tam iniustus Deus, vt propter mala multa; paucorum obliuiscatur bonorum. Hieronymus loquitur in Aggeum prophetam in can. si quando videris inter multa mala opera peccatorum facere quempiam non nulla, quæ iusta sunt 46. de pœnitentia distinct. 3. vnde ibidem can. cauendum nobis est, vt si forte aliquid boni agimus 47. Gregorius perpendit verba illa (Lucæ 16.) ab Abraham diuiti dicta: (Recepisti bona in vita tua.) Nisi enim (subnectens) diues iste aliquid boni egisset, vnde in præsenti sæculo remunerationem accepisset, nequaquam Abraham ei diceret: Recepisti bona in vita tua.

Protestari nos oportet peccatoribus, & conuenire eos, vt peccare desinant, & actus suos à vitijs emendent. ex Clemente Papa epistola 3. in extremo in can. in mandatis habemus, vt venientes ad Ciuitatem discamus prius quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus 2. circa finem distinct. 43.

Propter quod vnum quodque tale, & illud magis tale. ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis in can. si Romanorum Pontificum decreto cæterorum opuscula tractatorum approbantur, vel reprobantur. 1. in ipso principio distinct. 19. Simili modo, & argumento ex Clemente V. in Concilio Viennen in element. si Dominum in sanctis eis laudare iubemur. vnico in ipso principio. de reliquijs, & veneratione sanctorum. ibique Glos. verbo profectò. dicens; & est argumentum à minori. de quo de elect. cum inuncitis. vel quod dicimus: propter quod vnumquodq; tale, & illud magis. & ex Iustiniano Augusto in authentica multo magis C. de sacrosanctis Ecclesijs ibique summarium: Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. concinitque Pomponius in libris Epistolarum in l. & si non sunt claui vestimentis consuti 22. §. perueniamus ad gemmas inclusas argento, auro ff. de auro, & argento legato. ibique Bart. in summario dicens: cum quid est propter aliud, consideratur id, propter quod est. deducit S. Thomas part. 1. q. 2. art. 3. in corpore. vers. quarta via sumitur.

Na-

*Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap. 16. num. 22. Boerius decis. 110. num. 2. Mobedanus decis. 4. de Iure patronatus num. 1.* Alexander Tertius in Concilio Generali in *cap. cum in cunctis sacris ordinibus 7. de electione, & electi potestate. Perez de Lara de Cappellanijs lib. 1. cap. 15. num. 14. in fine.*

Prouincia est; quæ habet decem, aut vndecim Ciuitates, & vnum regem & totidem minores potestates sub se, & vnum Metropolitanum, aliosque suffraganeos 10. vel 11. Episcopos Iudices. Pelagius Papa Secundus omnibus Episcopis in *can. scitote certam Prouinciam esse* 2. 6. q. 3.

Prouincia vero vnaquæq; suos debet Iudices, & nō iniquos, neque extraneos habere. Nisi aliter sancta decreuerit Apostolica sedes. ex Anacleto Papa in *can. vnaquæque prouincia* 15. 3. q. 6. Ita quidem, vt nemo alienam in prouinciam extrahi, vt ibi conueniatur, oporteat. ex Romana Synodo in *can. neminem exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet* 16. *eadem* 3. q. 6. Nisi tamen per appellationem extrà trahatur Iudicium. ex Sixto Papa Tertio ad Orientales Episcopos in *can peregrina Iudicia* 12. *eadem* 3. q. 6. & ex Pelagio Papa Secundo omnibus Episcopis in *can. scitote certam prouinciam esse* 2. *ad medium* 6. q. 3. dicente illo: *Nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab ijs, qui Iudicandi sunt, appellatum.* & in fine: *Et quicumque causam habuerit, à suis iudicibus iudicetur, & non ab alienis; id est à suæ instit Iudicibus Prouinciæ, & non ab extraneis, nisi (vt iam prælibatum est) à iudicandis fuerit appellatū.* Vel etiam nisi ratione loci patrati criminis extra iudicandus sit. ex Pelagio Papa ad Benegestum Defensorem in *can. experientiæ tuæ præsenti auctoritate mandamus* 15. & ex codem Sergio Cancellario in *can. si quisquam Clericus, siue inferioris, siue potioris gradus petitor existat* 16. 11. q. 1. ex Gregorio Nono in *cap. licet ratione finali, de foro competenti.* & Innocentio IV. in Concilio Lugdunen in *cap. 1. de priuilegijs. in 6. Glossa in summa* 3. q. 6. verbo *statuitur.* deduximus *responsione* nostra 54. *per totam part.* 5. Vel etiam si quis Clericum grauiter manibus percusserit violentis, quia ad sanctam sedem pro absolutione accedere debet. ex Innocentio Papa II. in Concilio Lateranensi in *can. si quis suadente diabolo huius sacrilegij reatum incurrerit* 29. 17. q. 4. Vel ratione fidei, quia ad sanctam erit sedem reccurrendum. ex Innocentio Papa Episcopis Concilij Mileuitani in *can. quoties fidei ratio ventilatur.* 12. 24. q. 1. Vel si causæ fuerint Episcoporum. nam ad sanctam sedem sunt referendæ. Ex Eleutherio Papa ad Galliæ prouincias in *can. quamuis liceat ad comprouinciales, & Metropolitanos* 7. 3. q. 6. Et hodie statutum est ex sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 24. *cap.* 5. *de reformatione.*

Prouidere debemus bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus. ex Apostolo ad (*Romanos* 12. 17.) dicente: *Prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus.* & (2. *ad Corinthios* 8. 12.) insequente: *Prouidemus enim bona, non solùm corā Deo, sed etiā corā hominibus.* Deduxitq; Augustinus sermone de cōmuni vita Clericorū in *can. nolo, vt aliquis ex vobis inueniat male viuēdi occasionē.* 10. 12. q. 1. inferens rationē. *Propter nos conscientia nostra sufficit nobis; propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Duæ res sunt conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi: fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famam suam, Crudelis est.*

Proximum nostrum diligere debemus, prohibendo illum à malo, & ad Deum trahendo. ex Augustino ad Macedonium in *can. debet homo diligere proximum tamquam seipsum* 53. 23. q. 4. Namque Mali sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum. ex eodem Augustino ad Donatum presbyterum in *can. mali sunt prohibendi à malo* 54. *sine finali eadem* 23. q. 4.

Proximos nos Creatori nostro non loca faciunt, vel ordines: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt, ex Gregorio ad Anastasium presbyterum in *can. non loca, vel ordines creatori nostro nos proximos faciunt* 4. *distinct.* 40.

Proximis nostris prodesse debemus, præsertim Prælati, qui proximorum sibi commissorum vtilitates magis, quàm propria commoda perquirere debent. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis* 9. 18. q. 1. & ibidem ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.* 11. subsequente: *Exponere voluit, quid sit Episcopus: quia nomen est operis, non honoris.* inferendo: *Vt intelligatur: non esse Episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse.*

Prudentia maxime in prælatis desideratur: ex Gratiano in *summa distinct.* 36. dicente: *Prudentē autem Episcopum oportet intelligi, non solum litterarum peritia, verùm etiam secularium negotiorum dispositione.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *secularium.* inferens: *Cum enim Episcopus sit Iudex, & corporum, & animarum, oportet ipsum tam spirituali; quàm seculari scientia ornari.* prosequitur idem Gratianus in *summa distinct.* 39. & *can.* 1. subsequitur S. Gregorius Clero, & nobilibus Neapolitanis scribens in *can. Petrus diaconus* 1. *eadem distinct.* 39. verbis enuncians; *Et nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.* & subsequitur *dist.* 40. & *dist.* 84. in sūma. dicens; *Solicitum, quoque & vigilantem oportet esse Episcopum circa defensionem pauperum, & releuationem oppressorum.* & *Gloss.* ibidem verbo *solicitum.* & ipsa subnectens; *Quod Episcopus debet esse prudens, continens, & morigeratus.* & *Glossella* Marginalis ibidem: *Prudentia consistit in scientia litterarum: Sed non videtur esse astutus, qui in his, quæ debet agere peruigil non est, & solicitus; & ita patet, quod esse solicitum refertur ad esse prudentem. secundum Hugonem.* Ita Glossella.

Prudentia non potest esse in Iuuenibus; quia pru-

prudentia requirit experientiam, quæ indiget tempore. ex 6. *ethicorum*. Nã 8. *politicorum*, impossibile est, vel certe admodum difficile, vt qui opera ipsa non tractat, perite valeat iudicare. *Ioannes Neuizanus in silua nuptiali lib. 3. num. 6. in fine*. Postantea nouissima verbo *Iuuentus*.

Psalmistę à psalmis canendis vocati. ex Isidoro in *can. Cleros, & clericos hinc appellatos credimus 1. §. Lectores à legendo distinct.* 21. verba sunt eius: *Lectores à legendo, psalmistę à psalmis canendis vocati. Illi prędicant populis quid sequantur; isti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium*. Idemque Isidorus Hispalensis Episcopus in Epistola ad Ludifredum scribens in *can. perlectis sanctitatis tuæ litteris gauisus sum. 1. §. ad psalmistam pertinet officium canendi. dicere benedictiones, laudes, sacrificium, responsaria, & quidquid pertinet ad canendi peritiã, distinct.* 25.

Pubertas, in masculis quidem ad quartum decimum ætatis annum computatur. ex Concilio Toletano in *can. si in qualibet minori ætate 1. §. parentibus sane filios suos religioni contradere*. 20. *q.* 2. in fœminis vero ad duodecimum. Ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. puellę, quæ non coactę parentum imperio* 8. §. *cum ergo in principio huius Capituli dicatur. ead.* 20. *q.* 1. & ex Concilio Triburiensi in *can. puella, si ante 12. annos ætatis 2. eadem* 20. *quęst.* 2. ante ergo 14. in masculis, & 12. ætatis annum in fœminis, neque ad matrimonium, neque in religione per parentes obligari possunt. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can audistis adhuc 3. eadem* 20. *q.* 1. ex dictis *can. si in qualibet minori ętate* 1. & *can. puella, si ante 12. annos ætatis. 2. eadem* 20. *q.* 2.

Pudicitia virtus est animi, comitemque habet fortitudinem, qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo consentire decernit. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur?* 3. 32. *q.* 5. & in *can.* sequenti comprobat exemplo Lucretiæ matronę Romanę, cuius pudicitiam magnis efferunt laudibus scribentes. Vnde est, quod si mente pudicitia seruatur, quamuis vi corpus corrumpatur, pudicitia tamen integra conseruatur. ex Ambrosio in *can. tolerabilius est mentem virginem, quàm carnem habere* 1. subsequens in *can. re vera non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta* 2. *eadem* 32. *q.* 5. ibidemque ex Augustino in *can. de pudicitia quis dubitauerit, quia ea sit in animo constituta* 6. in fine inferente: *Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas*. & Honorato Episcopo scribens in *can. magis timeatur, ne sensu interiore corrupto pereat castitas fidei* 9 *eadem* 32. *q.* 5. ibidem ex Leone Papa ad Episcopos Africę in *can. illę autem famulę Dei, quę integritatem pudoris oppressione barbarica perdidere* 14.

Pudicitia animo perditur. ex Augustino in *can. nec solo tactu* 12. 32. *q.* 2. expende illum: *Nec solo tactu, sed affectu quoq; & aspectu appetitur, & appetit fœmina. Quia impudicus oculus, impudici cordis est nuncius*.

Pudorati filij parentum verecundiam contegunt. ex Nicolao Papa Ludouico Imperatori scribente in *can. in scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse. 8. distinct.* 96. exemplum afferendo filiorum Noe, in fine, ac dicendo: *Non insultantium, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegatis*. & in principio defert dictum Constantini Imperatoris: *Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, chlamidem meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur*.

Punire dicitur Deus peccata patrum in filios vsque ad tertiam, & quartam generationem. (Exodi 20.) ex Augustino, quẽ refert Gratianus 10 *can. homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua* 9. § *è contra Dominus ad Moysem: Ego sum Deus Zelotes; qui visito peccata patrum in filios vsque in tertiam, et quartam generationem*. 1. *q.* 4. docente, & exponente: *Non in equalitate iniquitatis, vt alij peccent, & alij puniantur; sed magnitudine clementiæ: dum semper expectat ad pœnitentiam, & quod in prima generatione delinquitur, non prius corrigit, & emendat, nisi & tertia, & quarta generatio venerit*.

Punit quandoque Deus peccata aliorum per nescientes se ministros esse punitionis peccatorum aliorum. vnde dicitur (Isaiæ 10.) *Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognouit*. deducit per plura Gratianus in *can. remittuntur peccata Dei per verbum* 49. *fine finali*, qui est Ambrosij §. *hinc notandum est, quod aliquando punit Deus peccata* 23. *q.* 5. & Ambrosius in d. can. in fine sequentibus id defert: *Puniũtur peccata etiam per populos: sicut legimus, quia sępe ab alienigenis Dei iussu excitatis, propter Diuinæ Maiestatis offensam subactus est populus Iudęorum*.

Punitur quandoque & ipsa attentatio in te grauis. vt si quis sacratissimas virgines, ne dum rapere, sed attentare pręsumpserit, capite feritur. ex Iouiano Cęsare in *l. si quis non dicam rapere; sed attentare tantummodo. 5. C. de Episcopis, & Clericis*. Quam inter sacros defert canones Gratianus in *can. si quis non dicam rapere* 4. 36. *q.* 2. & repetitur in *can. si quis non dicam rapere 6. de pœnitentia distinct.* 1. sicuti

Punitur quoque propositi fraus, & damnatur fracta voti fides. ex Augustino in *can. nuptiarum bonum, semper est quidem bonum* 41. *post principium col. 2. ad finem* 27. *q.* 1. Nam quandoque sola cogitatio punitur. ex Concilio Niceno in *can. quoniam multi sub regula constituti auaritiam, & turpia lucra sectantur* 2. *in fine distinct.* 47. verbis illis de vsura disponens: *Vel aliquid tale prorsus excogitans turpis lucri gratia, deijciatur à Clero, & alienus existat à regula*. ibique *Gloss.* verbo excogitans: quæ adnotat argumentum: *Quod sola cogitatio punitur*. in actu quidem attentato, & si non perfecto. & Arcadio, & Honorio Augustis in *l. quisquis cum militibus, vel priuatis 5. C. ad legem Iuliam Maiestatis*. quam sacros inter canones Gratianus deduxit in *can. si quis cum militibus, vel priuatis* 22. 6. *q.* 1. verbis illis paulo post principium

cipium : *Eadē enim feueritate voluntatem fcele-ris, quã affectum puniri iura voluerunt*. Rationem reddit *Gloff.* ibidem verbo *voluntatem*. dicens : *Quia in maleficijs voluntas fpectatur, non exitus*. voluntas quidem quæ ad aliquem actum procesfit.ex eadem *Gloffa* ibidem in fine. & deducitur ex *can.fi quis nõ dicam rapere, fed attentare tantummodo 6.de pœnitentia dift.* 1. vbi *Gloff.* verbo *attentare* perpendit: *attentatio non fit fine actu*.deducitur ex *ff. de iniurijs in l.fed eft quæftionis.9.in fine* deducta in *can fi quis tam fœminam. quàm mafculum* 12.*eadem de pœnitentia diftinct.* 1. in qua includitur *lex attentati pudicitia* 10.eodem *ff. de iniurijs & famofis libellis*.quæ eft Pauli lib.55.ad Edictum,qui sequentibus docet : *Attentari pudicitia dicitur, cum id agitur, vt expudico impudicus quis fiat.* & plura notat *Gloff.* in d.*can.fi quis tam fœminam* 12.verbo *attentauerit*.Modos enumerans,quibus quid attentatur.In attentatione ergo aliquid facti perpenditur. & fi quidem non effectus.veluti etiã perpendi videtur in *can.fi quis necãdi infãtis piaculum aggreffus, eggreffanc fit, ftat fe capitali fupplicio effe puniendu* 10. *eadẽ de pœnitentia diftinct* 1.& ibidem in can. *fi quis pulfatus quidem non eft : verùm manus aduerfus eum leuata,& fæpe territus eft* 13.*eadem de pœnitentia diftinct*.1. & notat *Gloff.* ibidem verbo *vapulaturus*.

Purgatoria confractarũ culparum,& contagiosorum funt facramenta à Christo Domino instituta. Et omnia fide Christi purgantur. ex Nicolao Papa ad Confulta Bulgarorum in *can. fcifcitantibus vobis fi a facerdote.5.fiue finali* 15.*q.*8. Nifi ergo quis

purgatus fuerit ab omni forde peccati per pœnitentiæ confeffionem,vel per donum baptifmi falutaris,non poteft gratiam vitæ cœleftis accipere. ex Ioanne Chryfoftomo in *can. non poteft quis gratiam vitæ cœleftis accipere 4.de confecratione diftinct.*4.

Purgatur etiam culpa fequenti pia operatione. ex Gregorio in *can. fi qualibet culpa fequenti folet pia operatione purgari* 20. 22. *q.*2. Per pœnitentiam ab omni quis peccatorum forde purgatur.ex Hieronymo in Malacchiam in *can. & purgabit filios leui* 15.*in fine diftinct.* 50. vbi in principio de facerdotibus verba faciens fequentibus ait: *Si autem facerdotes purgandi funt, & colandi, vt purum aurum remaneat,& argentum.quid de cæteris eft dicendum?*

Purgatus effe debet à culpis, qui ad prædicandum mittitur. Sicut Ifaias, qui ad prędicandum fe obtulit,purgatus per altaris calculum fuit. Quia profecto non purgatus adhibere nemo facra minifteria audere debet. ex Gregorio ad Cyriacum Epifcopum in *can. in fcripturis veftris vos megaopere requiem quæfiffe narratis* 9. *circa finem* 8.*q.*1.

Purgatio canonica indicitur Sacerdoti de crimine accufato, fi teftes non fuerint, qui crimen probent. Purgatio verò per Iufiurandum prǽftatur, per quod illum in teftem Innocentię fuæ producit,cui nuda, & aperta funt omnia. ex Gregorio Tertio ad Bonitacium in *can. presbyter, vel quilibet facerdos* 5.2.

*q.*5.Adiungit enim fibi feptem collegas, & iurat in Sacrofancto Euangelio coram pofito, quod crimen fibi illatum non perpetrarit, Et hac fatisfactione purgatus, fecure deinceps fuum exequitur officium. Ex Concilio Ilerdenfi 10 *can.presbyter fi à plebe fibi commiffa mala opinione infamatus fuerit.* 13. *eadem* 2. *q.* 5. ibidemque ex Leone Papa ad Carolum regem in *can. omnibus vobis vifu, & auditu notum effe non dubitamus* 19.*circa finem*. modum tribuens fe purgandi.& quod purgatio non indicitur, fi apud viles perfonas quacumque præfumptione infamatus fuerit.

Purgatio vero apud eofdem eft facienda, apud quos infamatio procesfit; vt qui prius dolueruntde auerfo,atque peruerfo,poftea gaudeant de reuerfo, atque conuerfo. ex Sancta Synodo Romana fub Nicolao Secundo in *can.ego Berengarius indignus Santi Mauritij Andegauenfis Ecclefiæ Diaconus* 42. *in fine de confecrat.diftinct.*2.

Purgat etiam fe Papa, non fane neceffitate, fed volontate.vt fecit Leo Papa in *can.auditum eft fratres chariffimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt* 18. & ad Carolum Regem fcribens in *can. omnibus vobis vifu, & auditu notum effe non dubitamus* 19.2.*q.*5.Nam duodecim Epifcopos in fua purgatione habuit. Eodemque modo Sixtus Tertius ad Orientales Epifcopos fcribens purgauit fe de calumnijs à quodam Baffo fibi obiectis in *can.mandaftis vt fcriberem vobis* 10.*eadem* 2.*q.*5. Et Leo Quartus Ludouico Augufto fcribens in *can. nos, fi incompetenter aliquid egimus* 41. 2. *q.*7. & ibidem ex Gratiano in §. *item cum Balaam ariolus iret ad maledicendum populum* §. *item Hieronymus in libro virorum Illuftrium, quod Damafus Papa à fubditis fuis de adulterio accufatus cum quadraginta duobus Epifcopus fe purgauit*.

Purgatur electus in Epifcopum, fi qua contradictio fuerit oborta, coram quinque, vel lex Epifcopis. ex Concilio Carthaginenfe Tertio in *can. illud ftatuendum eft, vt quando ad eligendum Epifcopum conuenerimus* 5.*diftinct.* 23.

Purgatus vero, etiam in Romana Curia,cum litteris Apoftolicis debet redire, vt cognofcant vicini fui, quod caufam finierit. ex Sixto Papa I.in *can.quilibet fratrum pulfatus.*1.*fiue vnico* 8.*q.*1.

Purgatio Vulgaris, feruentis fcilicet, fiue frigidę aquæ, ignirique ferri contactum, vel alterius modi, præter facramentum, omnino fubftulit Gregorius ad Brunichildam Reginam Fräcorum fcribens in *can.Mennam reuerendiffimum fratrem, & coepifcopum noftrum* 7.5. *Purgationem tamen ante te* 2.*q.*5. ibidemque Stephanus V. Humberto Epifcopo Moguntino in *can. confuluifti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur*. 20 *eadem* 2. *q.*5. rationem reddens. *Nam ferri candentis,vel aquæ frigidæ examinatione confeffionem extorqueri à quolibet facri non cenfent canones: & quod Sãctorum Patrum documento fancitum non eft, fuperftitiofa adinuentione non eft præfumendum*.

Put-

Purgatorii ignis, & si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis passus est in hac vita, vel pati potest. Augustinus de vera, & falsa pœnitentia in can. *qui in aliud seculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis* 5. *distinct.* 25. & repetitum est in can. *nullus expectet quando tam non possit peccare* 6. *sine vltimo*. circa finem *de pœnitentia distinct.* 7. superioribus verbis addens. *Numquã in carne tanta inuenta est pœna, licet mirabilia passi sunt Martyres tormenta: & multi nequiter iniqui tanta sustinuerunt supplicia. Studeat ergo quilibet, sic delicta corrigere, vt post mortem non oporteat talẽ pœnam tolerare.* diximus *respons.* nostra 20. *nu.* 88. *part.* 1.

Purgatorius ignis est pro purgandis pœnis peccatorum, quæ in hoc sæculo purgatæ non fuere, & pro venialibus. ex Gregorio in dialogis in *can. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur* 4. *dist.* 25. diximus *respons.* nostra 4. *nu.* 16. *part.* 1. & d. *can. nullus expectet* 6. *circa finem de pœnitentia dist.* 7.

Purificatio, q̃ ẽ in lege veteri præcipiebatur, vt si mulier masculum pareret, quadraginta, si vero fœminam octoginta diebus à templi cessaret ingressu, nunc autem statim post partũ Ecclesiam ingredi non prohibetur. ex Gratiano in *summa dist* 5. rationem habet. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopũ in *can. si mulier eadem hora, qua genuit, actura gratias intrat Ecclesiam, nullo pondere peccati grauatur.* a *eadem dist.* 5. inf[illegible] c: *Voluptas enim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est: in prolis vero partu, dolor, & gemitus. Si itaque enixam mulierem prohibemus intrare Ecclesiam, ipsam ei pœnam suam, in culpam deputamus.* Ita quoque nec prohiberi debet, dum mestrua patitur, Ecclesiam intrare: *Quia ei natura superfluitas in culpa non valet imputari: & per hoc, quod inuita patitur, iustum nõ est, vt Ecclesiæ ingressu priuetur.* Ex eodem Gregorio in *can. ad eius vero concubitum* 4. *sine fina, li eadem dist.* 3. circa medium.

## Q



Quadragesima summa obseruatione est obseruanda. Et ipsi dies decimæ sunt anni, & quasi anni decimas Deo damus. Quia vero sex Dominici dies in ieiunio non comprehenduntur, merito, vt facer numerus quadraginta dierum adimpleatur, quem Saluator noster suo sacro ieiunio consecrauit, quatuor dies prioris hebdomadæ ad complementum quadraginta die rũ tolluntur. ex Gregorio Papa in *can. Quadragesima summa obseruatione est obseruanda* 16. *de consecrat. dist.* 5. Excepta autem causa necessitatis, ab omnibus seruanda. dicente Gregorio ibidem in principio: *Nisi quem infirmitas impedierit, nullatenus soluatur.* Nec etiam quinta feria nouissimæ septimanę, sed sincetè totam Quadragesimam quisque peragere debet. ex Concilio Martini Papæ Bracharensis in *can. non liceat quinta feria nouissimę septimanæ ieiunium soluere* 7. *de consecrat. distinct.* 3. Quasi quod Dominus surrexit de cœna, & lauit pedes discipulorum, & cum iterum recubuisset &c. vt *Gloss.* ibidem verbo *ieiunium* aduertit. & duobus canonibus sequentibus.

Quadragesimam abstinentiæ celebramus cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus abstinemus. ex Augustino super Ioannem in *can. ieiunium autem magnũ & generale, est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sæculi. Quod est perfectum ieiunium* 25. *de consecratione dist* 5.

Quadragesimæ tempore sicut à carnibus abstinemus animalium, ab omnibus quoque, quæ sementinam carnis trahunt originem, à lacte videlicet, caseo, & ouis abstinere debebimus. Strictius vero id seruare debebunt Ecclesiastici, vt sicut loco, ita religione laicos præcellant. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. denique sacerdotes, & diaconi* 6. *fine finali dist.* 4. magisque orationibus insistere debent. ex Telesphoro Papa omnibus Episcopis in *can. statuimus, vt septẽ hebdomadas plenas* 4. *eadem distinct.* 4. excipe illum: *Has autem septem hebdomadas omnes clerici à carne, & delicijs ieiunent, & hymnis, & vigilijs, atque orationibus Domino inhærere die, noctuque studeant.* Non debent tamen sumptuosa marinarum belluarum conuiuia præparare. vt Gregorius d. *can. denique sacerdotes, et diaconi* 6. *in fine dist.* 4. concludit.

Quadragesimali tempore non nisi post expletis vespertinis officiis comedendum est. ex Concilio Cabilonensi in *can solent plures, qui se ieiunare putant in quadragesima, mox, vt signum audierint ad horam nonam, Comedere.* 50. *de consecratione dist.* 1.

Quadragesimæ in capite pœnitentes se Episcopo præsentare debent. ex Concilio Agathensi in *can. in capite quadragesima* 64. *dist.* 50.

Quadragesimę tempore nuptias celebrare non licet, neque natalitia. ex Laudensi Concilio in *can non oportet in quadragesima, aut nuptias, vel qualibet natalitia celebrare* 8. & ex Concilio Martini Bracharensis in *can. non liceat in quadragesima* 9. *in fine*. Et ex Concilio Ilerdensi in *can. non oportet à septuagesima* 10. & ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can. nec vxorem ducere* 11. 33. *q.* 4.

Quadraginta diebus post resurrectionem suam Dominus in terra cum discipulis conuersatus est, quadragesimo autem die ascendit in Cęlum, peractis decem diebus misit mercedem Spiritus Sancti. ex Augustino super Ioannem in *can. ieiunium autem magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus* 25. *in fine de consecrat. dist.* 5.

Quæ Dei sunt ab hominibus dari non possunt. Hilarius dixit Papa in Synodo Romana in can.

can. plerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locũ suũ feruntur alios designatis nominibus subrogare. 5. in fine 8. q. 1. quę Dei sunt; vt Ecclesiasticę dignitates Glossa ibidem subjungit. ex Symmacho Papa in Synodo Sexta Romana in can. in canonibus in Gangrensi Ecclesia Apostolica auctoritate conditis 57. 16. quæst. 1. & ex Ambrosio ad Marcellinam sororem in can. conuenior ipse à comitibus, & tribunis, vt basilicæ fieret matura traditio 21. 23. q. 8.

Quę communicatio luci ad tenebras? Quis cõsensus Christi ad Balial? ex Apostolo 2. ad Corinthios 6. 14. dicente: Quę enim participatio iustitię cum iniquitate? Aut, quæ societas luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial? Deducit in Argumẽtũ Hieronymus ad Amãdũ presbyterũ in can. non satis animaduertere potui, quid sit, quod dicere voluit 3. 24. quæst 1. ad medium dicens, & exhortans: Audiat Apostolum conclamentem: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini communicare, & mensę dęmoniorum. & alio in loco: Quę communicatio luci ad tenebras? Quis consensus Christo ad Belial?

Quę malo sunt instituta principio, non conualescũt, quamuis ad eum casum peruenerint, à quo rectè posset incipi. ex Concilio Antiochæno in can. si quis episcopus vacans in Ecclesiam non habentem Episcopum 8. circa finem dist. 92. verbis illis: Etiam si populus, quem seduxit, desideret illũ. ibiq; Glos. verbo desideret. Ex eodẽ Cõcilio Antiochęno in can. Episcopũ de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire 25. 7. q. 1.

Quę à Deo sunt, ordinata sunt. ex Apostolo ad Romanos 13. 2. deducit Bonifacius Octauus in Extrauagti vnam sanctam Ecclesiam Catholicã 1. §. in hac, eiusq; potestate duos esse gladios. de maioritate, & obedientia inter communes.

Quę viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis cum dehonestaueris amicum tuum. Prouerbiorum 25. 8. deducitur in can. qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana 5. 5. quę viderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito. 5. q. 5.

Qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio pręsentatur, Gregorius in Dialogis in can. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur 4. distinct. 25. Nauarrus in can. multiplex de pęnitentia dist. 1. nu. 3. Abbas. cons. 51. col. 2. post principium lib. 1.

Qualis quisque sit, ex operibus ostenditur. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Gallię in can. tantis Daniel grauatus testimoniis, tanta facinorũ accusatione pulsatus 3. dist. 81. in fine cõcludante: Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit. Quia ex operibus quisqua Iudicatur.

Qualem te inuenit Dominus cùm vocat, talem pariter & iudicat: quando ipse testetur, & dicat: (Apocalypsis 2.) Et scient omnes Ecclesiæ: quia Ego sum scrutator renis. & cordis. Cyprianus in can. numquid Cain, cum Deo munus offerret 26. in fine de pęnitentia dist. 1.

Qualia quisque fecit, vt talia patiatur. Iustum videtur. ex Augustino ad Marcellum Comitem de Donatistis captis: in can. circum celliones illos, & clericos partis Donati 1. non multo post principium 23. q. 5. verba damus: Vnde mihi solicitudo maxima, incussa est, ne forte sublimitas tua censeat, eos tanta legum seueritate plectendos; vt qualia fecerunt, talia patiantur.

Quæ Spiritu Dei aguntur, sub lege non sunt. Quia ipse Spiritus lex est. Nemo ergo Spiritui sancto resistere poterit. ex Vrbano Papa Secundo in Capitulo Sancti Ruffini in can. duæ sunt, inquit, leges, vna publica, altera priuata 2. siue finali in fine 19. q. 2. expende dicentem: Dignior est enim lex priuata quàm publica. Spiritus quidem Dei lex est: & qui Spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui Spiritui Sãcto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur: etiam Episcopo suo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: sed vbi Spiritus Dei, ibi libertas: & si Spiritu Dei ducimini, nõ estis sub lege. (2. ad Corinthios 3. 17. ad Galatas 5. 18.) Nec diuersimode Innocẽtius, Tertius Priori & Cõuẽtui Dimoliẽsi in cap. licet quibusdam monachis, & canonicis 18. non longe post principium extra de regularibus, & trãseuntibus ad religionem. verbis edicens: Quia tamen vbi Spiritus Dei est, ibi libertas: & qui Dei spiritu aguntur, non sunt sub lege, quia lex non est posita iusto: ea ratione videtur hoc illis fuisse concessum. &c.

Quædam sunt culpę, in quibus culpa est relaxare vindictam. Innocentius Tertius Decaco, & Capitulo Sanonen in cap. ad hęc in beato Petro 1. 5. nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci. de postulatione pręlatorum. Iuxta canonicas sactiones. ex Gregorio in can. quia sunt culpę, in quibus culpa est relaxare vindictam. quęrenda semper est veritas. 10. dist. 28.

Quę ab initio de iure sortire effectum non possunt, tractu temporis non conualescunt. Gratianus in can. placuit, vt quicumque Episcopi negligunt loca ad suam cathedram pertinentia 15. circa finem §. quas actiones tricennalis pręscriptio excludit 16. q. 3. concordat Leo Papa ad Mauros Episcopos in can. principatus 43. in fine 1. q. 1. in ratione, quam reddit: Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quę malo sunt inchoata principio. & dicit Paulus lib. 8. ad Sabinum in l. quod ab initio vitiosum est, non potest tractu temporis conualescere 30. ff. de regulis Iuris. Nec ab eodem recessit sensu Licinius Rufinus lib. 2. regularum in l. quæ ab initio inutilis fuit institutio, temporis tractu conualescere non potest. 211. quæ est penultima eodem de regulis Iuris.

Quæ religiosis adherent, religiosa sunt. ex Augustino libro quæstionum Numerorum in can. Et dixit Dominus ad Moysem & ad Eleazarum filium, Aaron sacerdotem 26. de consecrat. dist. 2. verbis illis: Quia sanctificauerunt thuribula peccatorum horum in animabus suis. Et in fine ad verba (Quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata facta sunt in signum filiis Israel.) subnectendo: Non ergo in eis reprobari voluit, quod à talibus oblata sunt, sed hoc potius attendi, ante quem oblata sint, id est, quia ante Dominum. vt plus in eis valeret nomen Domini, ante quem oblata sũt, quã pessimũ meritã eorũ, à quibus oblata sunt. Et notatur in can. si quis pulsatus quidem

non

non est 13. de pœnitentia dist. 2. ibique Gloss. verbo pulsatus in fine rationem reddens: *Quia res Ecclesiæ cohærens, eius gaudet priuilegio.* Per Alexandrum Tertium Illustri Regi Angliæ in cap. quanto diuina gratia 3. extrà de Indictis. ibique Gloss. verbo connexa. ad medium. Dixitque Paulus libro 37. ad Edictum in l. quę religiosis adhærent religiosa sunt 44. ff. de rei vindicatione. subnectens: *& idcirco nec lapides inædificati, post quam remoti sunt, vindicari possunt.* Deducit Rebuffus in praxi beneficiaria part. 1. tit. de Vicarijs perpetuis nu. 16. diximus respons. nostra 18. nu. 20. part. 4.

Quę ordinata semel fuere, & rationabiliter decisa, nulla in posterum debent refragatione turbari. ex Nicolao Papa in Epistola ad Carolum Regem in can. quod benè semel definitum est 6. 6. q. 4. præsertim vero si sacramento deliberatum fuerit. vt ibidem. *Et interpositis iuramentis deliberatum.* Decreuit Gregorius Præfecti Illustri scribens in can. Ecclesiasticę moderationi est omnino conueniens 12. 25. quęst. 2. subsequēs: *Vt quæ ordinata fuerint, vel rationabiliter decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari.* Rationem habes ex Paulo libro 4. ad Paulutium in l. minime sunt mutanda, quæ interpretat onem certam semper habuerunt. 23. ff de legibus, & senatus Consultis.

Quæ sunt iuris naturalis imutabilia perseuerant. Gratianus in summa distinctione. 1. Naturale namque Ius ab exordio rationalis creaturę incipiens, manet immobile. idem Gratianus in can. non est peccatum quando nolētes imaginibus nocturnis illudimur. 3. fine finali. 5. his itaque respondetur. dist. 6. Licet tamen Ius humanum, quę naturalia sunt tollere non possit, neque immutare; poterit nihilominus circum stantiam ex parte obiecti apponere, cuius superuentione, desinat id esse de Iure naturali; qua seclusa circumstantia, iam erat de iure naturali. Molina de Iustitia, & Iure tom. 1. tract. 2. disputat. 20. in respons. ad 1. post 4. conclusionem.

Quędam licitè possunt recipi, quę tamen petere prohibemur. Ex Leone Quarto ad Episcopos Brittanniæ in can. de eulogiis ad sacra concilia deferendis 8. in fine dist. 18. verbis edicente: *Quę, vt arbitror non sunt rationabiliter quęrendæ, nec vltro delatæ respuendæ.* ibique notat Gloss. verbo respuendæ. Et decretum in Concilio Bracharensi in can. placuit vt quoties ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi inuitantur. 1. 1. q. 2. verbis illis: *Sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur.* Eodemque modo Bonifacius Papa omnibus Caralitanę Ecclesiæ Cœnobiis in can. quàm pio mentis affectu 2. eadem 1. q. 2. Nec diffitetur Gregorius Papa Ianuario Episcopo Sardiniæ scribens in can. quæsita est nobis Neetida fœmina clarissima 12. in fine 13. q. 2. de sepultura verba faciens: *Si quidem parentes proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint; accipi non vetamus, peti vero aliquid, aut exigi omnino prohibemus.*

Qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis Matthæi 7. Deducit Innocentius Tertius Vercellen Episcopo, & Abbati de Tileto scribens in cap. qualiter & quando 17. ad medium extra de accusationibus. verbis ess adnonens: *Quoniam apud Iudicem districtum, in qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.* Et sane Christus Dominus ad misericordiam nos horrabatur, cum Matthęi d. cap. 7. 2. nos admonuit: *Nolite iudicare, vt non iudicemini. In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: Et in qua mensura mensi fueritis, remetietur & vobis.*

Quę publicè facta sunt, hęc ab aliis ignorari facile non creditur. ex Stephano Papa Clero Constantinopolitano in can. quod dicitis, neq; Sardicense Concilium, neque decreta alia vos habere Sanctorum Pontificum 14. dist. 16. ibique per optime gloss. verbo regionibus. dicens: *Quod nulli licet ignorare, quę publicè facta sunt.* Concinit Gelasius Papa Maiorico, Sereno, & Ioāni Episcopis scribens in can. qui & diuinis, & humanis legibus inclusi damnatione calcatis 14. in fine 1 2. q. 2. verbis illis in ratione, quam reddit: *Cùm non potuerit ignorare sententiam proprii sacerdotis; ab officio protinus Ecclesiastico pellatur.* ibique Gloss. verbo ignorare. subnectens: *audiretur tamen, si vellet probare ignorasse.* Ex Vrbano Papa in can. si qui à Simoniacis, non simoniacè ordinati sunt. 108. 1. q. 1. verbis inferente: *Si quidem probare potuerint ipse cum ordinaretur nescisse eos simoniacos esse.* ibique Glossa verbo probare.

Quam speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Paulus Apostolus ad Romanos 10. 15. dixerat antea Isaias. 52. 7. verbis edicens: *Quā pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem: annunciantis bonum, prædicantis salutem.* Quę deducit Augustinus contra Faustum Manichęum in can. olim iussus est frater præmortui fratris vxorem ducere, vt non sibi, sed illi subolem suscitaret. 8. 8. quęst. 1. de prędicatoribus loquens: *Nunc Euangelii quisque prædicator, ita debet in Ecclesia laborare, vt ex sancto fratri, id est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, & quod suscitatum fuerit eius nomen accipiat.*

Quæstio criminalis pręiudicat ciuili, & aliquādo criminali. ex Gratiano in can. nō est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur. 3. 5. hoc autem intelligendum est in pari, vel minori crimine in fine 3. q. 11.

Quæstiones sacræ scripturę, quę dubię, & perplexę fuerint, ex versionibus grecis, vel hebraicis, & sanctorum patrum dictis explicandę, vel à senioribus doctis exquirendæ. *Facilius namque inuenitur, quod à pluribus senioribus quæritur.* Ex Innocentio Papa in can. de quibus causis nulla solœcudi, liganda que auctoritat in libris veteris testamenti, quatuor Euangeliorum, cū totis scripturis Apostolorum apparet 3. distinct. 20. Rationem reddit Gloss. ibidem verbo pluribus dicens: *Nam per ampliores homines manifesta veritas reuelatur.*

Quęstus duplex, honestus videlicet, & turpis. Leo Papa ad Rusticum Episcopum in can. qualitas lucri, negotiantem, aut excusat, aut arguit: quia est, honestus quæstus, & turpis. 2. de pœnitentia distinct. 5. Rationem in fine inferens: *Quia dis-*

*difficile est inter ementis, vendentisque commercia non interuenire peccatum.* & *Gloss.* ibidem verbo *interuenire*. Et ipsa rationem exhibens: *Nam contrahentibus naturale est, se inuicem decipere.*

Quæstus turpis est, cùm Præpositi, non quæ Iesu Christi sunt, sed sua quærunt. ad Apostoli dictum ad Philippenses 2.21. *Omnes enim, quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi.* Deducit Augustinus In Ioannem in *can. sunt in Ecclesia quidam præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit.* 19.8.q.1. inferens: *Quid est: sua quærentes? non Christum gratis diligentes; non Deum propter Deum quærentes, temporalia commoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes.* Merito Christus Dominus eiecit ementes, & vendentes de templo, & mensas nummulariorum euertit, & cathedras vendentium columbas, dicens: *Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis*, perpendit Origenes in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum* 9. 16.q.7. in fine concludens: *Et arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarum eis, qui tradunt Ecclesias auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis Episcopis, aut presbyteris Propter quod & cathedras tantummodo appellauit Euangelista euersas esse à Iesu.* Secundario tamen quæstum quærere, non primariò illicitum nõ æstimatur, iuxta illud Gelasii Papę Victori Episcopo in *can. consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum* 9 *distinct.* 74. in finalibus verbis: *Vt hac saltem ratione constricti, & honorem, quem refugerunt, appetere nitantur, & quæstum.* vbi *Gloss.* verbo *vt hac.* & verbo. *nitantur*. infert. *quod fit quandoque secundario, quod principaliter fieri non potest.*

Quæstores eleemosynarum pro sacris hospitalibus, locisque piis quærentes, nisi Romani Pontificis, vel saltim Ordinarii literis commendatoriis muniti fuerint, non admittantur per alios Ordinarios; qui tamen probatę vitæ esse debent, neque per se, neque per alios prædicare. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. eum ex eo* 14. *extrà de pœnitentiis, et remissionibus.* ibique *Abbas.* Decreuit Clemens V. in Concilio Viennen in *clement. abusionibus, quas non nulli eleemosynarum quæstores* 2. *eodem de pœnitentiis, & remissionibus*. Et nouissime decreuit, & innouauit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 5. *cap.* 2. *de reformat.* 5. *vltimo. quæstores vero eleemosynaru. & sessione* 21 *cap.* 9. *siue vltimo. de reformat.* attende *Nauarrum de indulgentiis notab.* 31. *nu.* 46. & *lib.* 5. *de pœnitentiis, & remissionibus conf.* 33. *Rotam apud Coccinum decis.* 281. *num.* 2. & 5.

Quies, oratio, & labor manuum sunt propria monachorum. ex Pelagio Papa Antoninæ patritię, & Deciæ. in *can. de præsentium portitore, quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit.* 20.16.q.1.

Quies contemplationis à prælatis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis vestris* 9.5. *quies itaque nobis ex corde appetenda est.* 8. q.1.

Quietissimè viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet, Meum, & Tuũ. ex Clemente Papa Epistola 5. in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis* 2. *post principium* 12. q.1. verbis edicente: *Communis enim vsus omnium, quę sunt in hoc mundo, omnibus esse hominibus debuit: Sed per iniquitatẽ alius hoc suum esse dixit, & alius illud; & sic inter mortales facta diuisio est.* ibique *gloss.* verbo *omnium* verba deducit: *Vnde Tullius: Dulcissima rerum possessio communis est.* & dicit Philosophus *Quietissime viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet, meum & tuum.* & Glossella marginalis ibidẽ: *Meum & tuum turbant humanum otium.*

Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana; qui autem fidelis est, celat amici commissum, Prouerbiorum 11.13. deducit Gratianus in *can. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana* 5.5.q.1.

Quisquis veraciter loquitur; se ipsum innotescere non debet formidare: oportet proinde vt publicè exeat, & quęcumque in contestatione sua loqui præsumpsit, ostendat. verba sunt Gregorii in *can. quidam maligni spiritus consilio repletus* 2. *post principium* 5. q.1.

Quilibet tenetur prohibere iniuriam à proximo, si possit. Prælatus potissimum. ex Eleutherio Papa in Epistola ad Galliæ Prouincias in *can. negligere, cùm possis deturbare peruersos, nihil est aliud, quam fouere*. 55. 2. q.7. subnectente: *Nec caret scrupulo societatis occultę, qui manifesto facinori desinit obuiare.* ibique notat *gloss.* verbo *deturbare.* exaudiens: *cùm commode potest hoc facere, alias non peccat, qui sic non facit.* Alioquin *Mihi iniuriam facio. si fratrum meorũ iniu perturbo.* Gregorius ad Natalem Episcopum dixit in *can. quod verò dictis nostris temporibus debere seruari* 10. 25. q.2. in fine vbi *Gloss.* verbo *infringat.* Rationem reddit: *Qui enim debet tueri alios contra alios: multo magis contrà se ipsum.* notatur ex eodem Gregorio in *cap. indecens esse credimus. vnico. in fine extrà de natis ex libero ventre.* ibique *Gloss.* verba *à qua tueri*. Rationẽ excipe ex Ambrosio de officiis in *can. non in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est* 7.23.q.3. verbis ambrosiam inferẽte: *Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest; tàm est in vitio, quàm ille, qui facit.* vbi *Gloss.* verbo *si potest.* subnectens: *Id est, si est in potestate positus.* Nam ex Augustino in *can. forte in populo Dei stat iuxta te vsurarius, raptor, inhians rebus alienis.* 11.23.q.4. in fine dicente: *Sanè si Iudex es, si iudicandi potestatem accepisti; Ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si veris documẽtis, testibusque conuincitur: coerce; corripe, excommunica, degrada.* Et ex Innocentio Papa in *can. error, cui non resistitur, approbatur: & Veritas cum minime defensatur, opprimitur* 3. *distinct.* 83. Nam ex Pio Papa ad omnes Christi fideles in *can. quid enim prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præbet erranti?* 4. *eadem distin.* 83. quin imò consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quę corrigi debent, non occurrit. ex Gregorio in *can. consentire videtur.* 5. *eadem distinct.* 83. Quia si ex Iustitia tenetur; quia Iudex, vel Prælatus peccat. Quia facientis culpam proculdubio habet, qui quod potest

Nnnn cor-

corrigere, negligit emẽdare. ex Ioanne VIII. in can facientis culpam proculdubio habet 3. dist. 86. notat Nauar. manuali cap. 14. num. 27. & cap. 15. num. 16. Ludouicus à Beia decisionum casuum Conscientiæ part. 1. casu 60 petens; Nũ in canonem incidat si quis suadente diabolo, qui potest prohibere, ne Clericus verberetur, & non prohibet? dicitque saltim ex iuris præsumptione incidere. cum Nauarro. Negat tamen Aegidius de Conink tom. 2. disputat. 14. dubio 15. conclus. 2. num. 174. nisi ex officio teneretur, vt publicus Iustitiarius. vide Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 19. nu 92. vers. Collano, quod prædicta opinio. & in commentariis d. can. non inferenda 7. 23. q. 3. Expende textum ex Concilio apud Vermerias in can. si quatuor, aut quinque homines 34. siue finali 23. q. 8. in fine: Qui verò nec eum impugnabant, nec vulnerabant, nec consilio, nec auxilio cooperati fuerunt, sed tantum ad fuerunt, extra noxam sint. ibique Glossa verbo extra noxam. addens: si ei subuenire non poterãt. vide Conink vbi supra disputat. 18 dubio 8. num. 72. Card. Toletum Instructionis sacerdotalis li. 1. cap. 31. num. 8. & cap. 32. num. 20. & cap. 80. num. 10.

Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit? Et non iucundabitur in bonis suis. Ecclesiastici 14. 5. vsus fuit Ioannes XXII. in extrauaganti diuini exemplis, quę nostrorum debent esse actuum regula, patenter instruimur. vnica col. 3. circa finẽ §. Tertio quantum ad se; vt qui sibi nequam existeret, nulli alii bonus esset. de pęnis. inter communes. deduximus respons. nostra 29. num. 9. part. 4.

Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo. Gratianũ excipe in can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. col. 4. §. sicut præcipit Dominus discipulis suis. 13. q. 1. verbis enim tacitis: Non facile inuenies, qui tales hospites libẽter suscipiãt. Mus in pera, ignis in sinu, serpẽs in gremio male suos remunerant hospites. Vnde in prouerbiis dicitur: Qui serpentem in sinu suo nutrit, percutietur ab eo. Nec dissimiliter Innocentius Tertius Archiepiscopo Senonen, & Episcopo Parisien. in cap. & si Iudæos, quos propria culpa submisit perpetuę seruituti 13. non longe à principio de Iudæis, & Sarracen. &, & eorum seruis. verba pende: Nobis illam retributionem impendunt, quam iuxta vulgare prouerbium: mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu suis consueuerunt hospitibus exhibere. ibidemque Glossa verbo mus in perá. Quę allegat Gratianum d. §. Item præcipit Dominus. Concinit Apologus Gabrię Fabulatoris ex Græco

*Anguem fouebat rusticus in suo sinu,*
*Brumæ rigentem frigore; hic igni calens*
*Punxit fouentem, & sustulit cita nece.*

Adagiorum Hadriani Iunii centuria V. adagio 61. Serpentem foues, & is te.

Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Matthæi 10. 41. deduxit Sancta Nicæna Synodus in can in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Vualterio Spirensi Episcopo. 1. post principium distinctione 73. sequitur & Apostolus ad Romanos 12. iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communicare.

Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suauiter, verum etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sępe etiam mordacissimum medicamentum tribulationis adiungẽs, exercet fame patriarchas, etiam pios, & religiosos: populum contumacem pœnis grauioribus agitat, non aufert ab Apostolo stimulũ Carnis tertiò rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in can. non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus. 2. 5. q. 5.

Qui manifesto facinori desinit obuiare, cum potest, consentit. Gratianus in summa 17. q. 3. ostendit Augustinus in psalmum 81. in can. ostendit propheta nec illos immunes à scelere esse, qui permiserunt Christum principibus interficere. 11 siue finali 23. q. 3. in fine inferens: Qui desinit obuiare, cum potest, consentit. Deduximus in superioribus. Quilibet tenetur prohibere iniuriã

Qui Spiritualia seminat, non est magnum, secũdum Apostolum, si metat carnalia. ex Innocentio Tertio Parisiensi Episcopo in cap. cum officii sui debito Senonen prouinciã visitaret Archiepiscopus Senonẽ. 16. in fine de prescriptionibus verba damus: Quia secundum Apostolum: Qui spiritualia seminat, non est magnum si metat carnalia: cum nemo cogatur suis stipendiis militare. Apostolus verò 1. ad Corinthos. 9. 11. sequentibus: Si nos vobis spiritualia seminamus: magnum non est si nos carnalia vestra metamus? Si alii potestatis vestræ participes sunt: quare non potius nos? &c.

Qui tetigerit immundum, immundus erit. Numerorum 19. 22. & Leuitici 22. 4. Deducit Innocentius Papa ad Alexandrum Episcopum in can. Arianos præterea, ceterasque huiusmodi pestes 73. in fine 1. q. 1. Expositionem excipe. ex Augustino sermone 18. de verbis Domini in can. Ecce, inquiunt, dicit propheta: (Esaię 52.) Recedite exinde, & immundum ne tetigeritis. 4 23. q. 4. qui sequentibus fatur: Quid est enim tangere immundum, nisi consentire peccatis? Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro vnius cuiusque gradu, atque persona, salua pace, fieri potest? sequiturque in can. recedite ex inde, & immundum ne tetigeritis 9. eadem 23. q. 4. Eundem sermonẽ explicatius propalans: Displicuit tibi, quod quisque peccauit? Non tetigisti immundum. Redarguisti, corripuisti, monuisti, adhibuisti etiam, si res exigit, congruam, & quæ vnitatem non violet, disciplinam? existi inde.

Qui tacet, in sui præiudicium consentire non videtur. ex Gregorio Ianuario Episcopo in can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit 10. 1. q. 7. verba percipe: Et quidem pœnæ sentẽtia interfuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. Ex quo loco Glos. verbo taceamus. Argumentum deducit: Qui tacet, non consentit. Concordat Augustinus in can. cum pro paruulis

*lis alii respondent* 77. *de consecrat. distinct*.4. dicens: *At si pro eo, qui respondere potest, alius respondet, non itidem valet*. ibique *Gloss*. verbo *itidem*. Argumentum infert: *Quod taciturnitas nō habetur pro consensu*. Ex eodem Gregorio ad eundem Iauuarium in *can. tanta nequitia ad aures meas* 24. *distinct*. 86. ibique peroptime *Glossa* verbo *taceamus*. Inferens: *Non ergo semper, qui tacet, consentit: nec semper idem est tacere, quod voce consentire. argumento de consecrat. dist.* 4. *cum pro paruulis*. Et ex Sardicense Concilio in *can. si forte in prouincia vnum tantum contingerit remanere Episcopum* 9 *in fine dist*. 65. verbis illis: *Quod si litteris conuentus tacuerit, & dissimulauerit, nihilque rescripseris; tunc satisfaciendum est populis, vt conueniant ex vicina prouincia Episcopi, & ordinent Episcopum*. vbi *Gloss*. verbo *tacuerit* ad notat: *Hic tacens pro contumace reputatur*. Sequiturque alia ad rem, quod præsumitur in multis contra tacentem. vide *Crescentium decis*. 2. aliàs 17 *in fine, vt lite pendente*.

Quicumque vult exhæredato filio heredem facere Ecclesiam, quærat alterum, qui suscipiat, non Augustinum: imo Deo propitio nullū inueniet. ita Augustinus sermone 1. de vita Clericorum in *can. quicumque vult exhæredato filio* 43. *sine finali* 17. *q*. 4. Quē tamen cautelam in *can. si quis irascitur filio suo, & moriens exheredat eum* 8. 13. *q*. 2. sequentibus: *Sed plane sic faciat: quod sæpe hortatus sum. Vnum filium habet; putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decem habet, Christum vndecimum faciat; & suscipio*. Quod sane exauditur, simpliciter, si ex relicto, filii etiam portione legitima priuarentur; secus verò, si legitima portione iure naturæ illis relicta, in reliquis pro anima disponeret sua. ex authenticis in *can. si quæ mulier, aut vir monasticam eligerit vitam* 9. *in fine* 19 *q*. 3. Nam in illa lege disponitur; *vt si liberos habeat, in quos aut nihil, aut minus legitima portione, quoquo donandi titulo contulerit, catenus substantia monasterio destinatis detrahatur; ne quid contingat circa liberos iniquum*. notat *Ancharanus cons*. 46 *prima facie videtur. n*. 2. sequitur Cardinalis *Tuscus tom*. 5. *littera L. conclus*. 187. *nu*. 26. *Couarruuias in cap. si heredes num*. 9. *col*. 2. *in princip. de testamentis. Ioannes Baptista Costa de facti scientia, & ignorantia centuria* 1 *dist*. 2. *nu*. 23. 24. & 25. *Cauedus Canonicarum quæstionum q*. 17. *nu*. 2. & 14. & 15. *Medices opusculo* 4. *in fine num*. 32. & 33. *tom*. 1. *operum. Marta de successione legali tom*. 2. *part*. 4. *q*. 8. *art*. 3. *à num*. 4. *cum sequentibus. Marcus Antoninus de Amato decisionum Rotæ Marchiæ decis*. 10. *n*. 34.

Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? Aut domum construere, & non illic habitare? Sic Gregorius Secundino in *can. quia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit*. 16. *non longe post principium dist*. 50. inferens: *Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem*.

Qui manducat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit, non diiudicans corpus Domini. 1. *ad Corinthios* 11. 29. Augustinum expende contra Epistolam Parmeniani in *can. per Esaiam Dominus dicit*. 98. §. *sacrificia impiorum eis ipsis oberunt*. 1. *q*. 1. audi dicentem: *Nā vnum, atque idem sacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit: Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Non aliis, sed sibi*. Idemque sermone 24. de verbis Apostoli in *can. forte in populo Dei stat iuxta te auarus* 11. *in fine* 23. *q*. 4. Excipe: *Apostolus dicit: (Qui enim mādacat, & bibit indigne iudicium sibi manducat, & bibit) sibi, non tibi*. Timorem igitur nos docet Apostolus. ex Octaua Synodo Basilius Episcopus in *can. timorem docet nos Apostolus* dicēs: *Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit*. 25. *de consecratione distinct*. 2. in fine concludens: *Talem ergo affectum, & fidem præparare debet in animo suo is, qui panem, & calicem Domini percipit*. Sed quomodo manducandus est Christus? Quomodo ipse dicit: Ioannis 5. *Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum in me manet, & ego in eo*. Si itaque in me manet, & ego in illo; tunc manducat, & bibit. Qui autem non in me manet, nec ego in illo: & si accipit Sacramentum, acquirit magnum tormentum. verbis enucleat Augustinus in sermone de verbis Euangelii in *can. quid est Christum manducare? non hoc solum est, in sacramento corpus eius accipere* 46. *de consecrat. dist*. 2.

Qui potest facere vt possit, dicitur posse. Gratianū pende in *can. Paulianistæ, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sācti minime baptizant*. 53. §. *alii formam Ecclesiæ in baptizando seruant. in fine* 1. *q*. 1. sic dicentem: *Vnde de Domino dicitur, quòd in Patria sua nō poterat facere signū propter incredulitatē eorū*. vbi *Glos*. verbo *nō poterat*. Id est nolebat, vel nō cōgruebat. *Quia ipsi erāt incredubii* inferēs in fine. *Nā dicit regula; iuris: Quod, qui potest facere, vt possit, dicitur posse*. ex Vlpiano libro 8. ad Paulutium in *l. qui potest facere, vt possit conditioni parere, iam posse videtur* 135. *ff. de regulis Iuris*. Concordat Innocentius Tertius Conuentui de Conchis scribens in *cap. cùm super Abbatia monasterij vestri* 23. *de officio, & potestate iudicis delegati*. verbis illis: *Cum posset, & nollet negotio interesse, per consequentiam confessus est, se non posse mandatum Apostolicum adimplere*. & deinde: *Voluntate, & potestate sibi inuicem aduersantibus, cum noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit*. Vnde sequitur quod: Qui non vult facere, quod potest, & vult facere, quod non potest, nihil videtur facere. sequitur *Nauar. cons*. 14. *num*. 2. *in fine libro* 3. *de testamentis*.

Qui vnum sciens, & prudens efficit, & vult: facit, & vult subinde ei annexa. ex Augustino libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore*. 1. *col*. 2. *circa finem*. 5. *etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium. de pœnitentia distinct*. 5. excipe, dicentem, rationemque proferentem quare offendens in vno, fiat omnium reus: *Nam si quis cadit in auaritiam, largitatem destruit, & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ, vel violaret castitatem, vel saltim minus amaret. & c*. Qui ergo vult antecedentia, vult etiam an-

nexa. sequitur *Sanchez de matrimonio lib. 7. disput. 27. num. 11. in fine.*

Qui non callet id, quod est officio, quod suscipit, exercendo necessarium, non debet illud suscipere. ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis rebus accipitur* in fine 1. q. 1. expende dicentem: *Prius vires suas cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, ut si impar est, abstineat; & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat.* vbi *Gloss.* verbo *prius vires suas.* Defert illud Horatii de arte poetica.

*Sumite materiam vestris, qui scribitis, æquam*
*Viribus: & versate diu, quid ferre recusent,*
*Quid valeant humeri.*

Accedat Caius lib. 7. ad Edictum prouinciale in *l. idem Iuris est, si medicamento perperam usus fuerit* 8. § *mulionem quoque si per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit. ff. ad legem Aquiliam.* Hanc ob causam, si iui. eperit, annexa discere tenetur requisita, quod si nolit, vel nequeat, priuandus erit. *Nauar. de oratione, & horis canonicis cap. 11. num. 41. & cap. 10. num. 30. & cap. 19. num. 88. vers. secundo respondetur.*

Qui potest, & debet, & non corripit peccantē, & ipse peccat. ex Hieronymo in Threnos in *can. recedite, inquiunt, polluti.* 16. *dist.* 45. excipe illum: *Talis loquela non illuminat cæcum, non sanat ægrotum, non curat infirmum; sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit.* Eodemque modo Origenes in *can. sed illud nō otiose transmittendum est.* 17. *eadem distinct.* 45. in fine de pastore loquens: *Quæ est ista bonitasque ista misericordia? vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus.* Debet ergo prelatus corripere, & emendare peccantes, sed prius se ipsum. Sic enim Dominus Iudæis dixit mulierem in adulterio deprehēsam accusantibus: Ioānis. 8. *Qui sine peccato est vestrū, primus in illā lapidē mittat.* Deducit Gregorius in moralibus in *can. qui sine peccato est vestrū* 3. 3. q. 7. dicēs: *Ad aliena quippe punienda peccata ībāt, et sua relinquebāt. Reuocantur itaque intus ad conscientiā; ut prius propria corrigant, & tunc aliena reprehendant.* Nec diuersimode Beda in *can. postulatus Dominus iudicare de peccatrice* 6. *eadem* 3. q. 7. in fine concludens: *Qui sine peccato est vestrum. id est primo vos iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite.* Respondetque Ioannes Octauus Demagn Dnci glorioso in *can. præterea deuotionis tuæ studium exhortamur* 12. 23 q. 8. in fine dicens: *Tamen, quia à te corripi posse dicuntur; nisi eos compesceris, innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: Qui crimina, cum potest emendare non corrigit, ipse committit.* prosequiturque *Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap. 16. num. 79. vers. trigesimum tertium. & cap. 19. nu. 62 vers. quinto male secundum Hadrianum quodlibet 8. q. 1 in fine argumenti.* Deducitur & illud Vlpiani libro 2. de adulteriis in *l. si vxor non fuerit in adulterio, concubina tamen fuerit* 13. § *Iudex adulterii ante oculos habere debet. ff. ad legem Iuliam de adulteriis, & stupro.* In ratione, quam refert: *Periniquum enim videtur esse, ut pudicitiam vir ab vxore exigat, quam ipse non exhibeat.* In cuius summario sic habetur: *Nemo iure ab alio virtutem exigere conatur, quā ipse non habet iuxta illud Iuuenalis.*

*Nil Iudæus Iudæo; nil Catelina Cethego.*

&: *Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum.*

Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. perpendimus paulo ante. & peroptime Augustinus in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam.* 1. *col.* 2. *post medium* 5. *sacerdos itaque cui omnis offertur peccator. de pœnitentia dist.* 6. Rationē reddit, aiens: *Ideo enim liberauit peccatricem: quia non erat, qui iustè proiiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret? Nullus enim erat sine peccato: in quo intelligitur, omnes crimine fuisse reos.*

Qui hominibus obsequeris, Deū Verere. Audi lege Domini, cui obsequuntur etiā qui leges ferunt. Non ergo lic et facere quidquam; quia lex humana non prohibet; Sed Diuina, prohibet. ex Ambrosio super Lucam in *can. an, quod in subditos nefas est; in comparem fas est* 2. 33. q. 2.

Qui ordinare non poterit, qualiter Iudicabit? Nullatenus procul dubio iudicabit, aut iudicare poterit. Calixtus Papa Epist. 2. ad Episcopos Galliæ in *can. nullus primas, nullus metropolitanus* 3. in fine 9. q. 2. Quoniam nulla alterius iudicis, nisi sui sententia tenebitur, aut damnabitur, ex eodem *can. nullus alterius terminos vsurpet.* 1. *eadem* 9. q. 2. ibidemque ex Concilio Antiocheno in *can. Episcopum non debere in alienam irruere Ciuitatem* 7. in fine. concludente: *Nam si ordinare non poterit; nullatenus ad alios pertinentes iudicare præsumat.*

Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna Gregorius in pastorali in *can. qui ea, quæ Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur. & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, à Domino nesciuntur.* 10. *distinct.* 38. & ex eodem Gregorio in Epistola ad Bonifacium in *can. viduas à proposito discedentes viduitatis* 2 in fine. 27. q. 1. deferens verba Dauid psalmo 57. *Lætabitur iustus, cum viderit vindictam; manus suas lauabit in sanguine peccatoris.* vbi *Gloss.* verbo *manus suas.* explicat: *Id est in pœna, id est propter pœnam, quam videt: quia cum stultus punitur sapiens fit astutior.* Ex Augustino ad Vincentium in *can. vides, vt opinor, non esse considerandum quod quisque cogitur, sed quale sit illud, quo cogitur* 3. 23. q. 6. verbis illis: *Vel quærat verum, quod nesciebat, & volens iam teneat, quod nolebat.* Sic ex nolente fit volens. vt *Gloss.* ibidem verbo, *& volens.* aduertit. Concinit Innocentius Tertius tituli Sācti Laurentii in Lucina presbytero Cardinali Sedis Apostolicæ legato in *cap. nisi specialis illa dilectio* 3. *de officio legati* verbis illis: *pœna doceute cognosceres quantum excesseris.* ibique *Gloss.* verbo *pœna docente.* inferens: *Quia qui stultus est in culpa, sapiens fit in pœna.*

Qui sapiens est, intelligat. modus dicendi Nicolai Papæ scribentis Michaeli Imperatori

in

*in can. quod suspecti, & inimici Iudices esse non debeant, & ipsa ratio dictat* 15.5. *veniat & secundissimus noster Papa Gelasius.* 3.q.5. dicentem excipe: *Quod si iudicio, vbi idem sunt inimici, qui Iudices, nec humana debent committi negotia; quanto minus diuina, id est Ecclesiastica? Qui sapiens est, intelligat.*

Qui totam legem seruauit, offendat autem in vno, factus est omnium reus *Iacobi* 2.10. pluribus explicat Augustinus libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore, in perseuerantia* 1. *de pœnitentia distinct.* 5.5. *Defleat etiam, quoniam in vno offendens, factus est omnium per ingratitudinem reus.* & deinde. *Etiam alio modo offendens in vno, reus est omnium: Quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio.* Praeterea & alio modo Innocentius Papa 2. in Concilio Romano in *can. fratres nostros Episcopos, & presbyteros admonemus.* §. *fine finali. eadem de pœnitentia distinct.* 5. verbis enuncians: *Qui totam legem obseruauerit, offendat autē in vno, factus est omnium reus scilicet, quantum ad vitam æternam: sicut enim si peccatis esset omnibus inuolutus; ita si in vno tantum maneat, æternę vitæ ianuam non intrabit.* Notatur ex Nicolao Papa in *can. Clericum, qui paganum occiderit* 5. *in fine distinct.* 50. verbis illis: *non conuenit militibus Ecclesiæ militare seculo, per quod ad effusionem sanguinis necesse sit peruenire.* vbi *Gloss.* verbo *per quod* argumentum format: *quod ratione vnius delicti imputantur omnia delicta quę sequuntur ex illo.* Deducitur que ex Augustino in *can. quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum* 5. *distinct.* 38. verbis edisce: *Ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit.* vbi *Gloss.* verbo *si vnum.* sic infert a simili: *sic qui offendit in vno, factus est reus omnium.* & ex Hieronymo contra Iouinianum in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo, non peccat.* 40. *col.* 5. §. *liberi arbitrij nos condidit Deus; nec ad virtutes, nec ad vitia necessitate trahimur. posit medium. de pœnitentia distinct.* 2. audi dicentem: *Frustra monuit, vt iungerent opera fidei, si post baptisma peccare non poterant. (Qui totam legem, inquit, seruauerit, & peccauerit in vno, factus est omnium reus.*

Qui offert sacrificium ex substantia pauperum; Quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. *Ecclesiastici* 34.24. deduxit Gratianus in *can. immolans ex iniquo oblatio est maculata* 1. 14.q.5.

Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Non est enim potestas, nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Paulus ad *Romanos* 13.*nu.*2. Deduxit ex Augustino sermone 6. de verbis Domini Gratianus in *can. qui resisti potestati, Dei ordinationi resistit* 97. 11.q.3. plura notat *Glossa* ibidem verbo *potestati.* Quod exaudi si iuste præcipiat. infert enim consequentiam: *Ergo si aliud Imperator, & aliud Deus: quid iudicatis? Solue tributum: esto mihi in obsequium: rectè; sed non in idolio. Iu id otio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da veniam: tu carcerem: ille gehennam minatur.*

Qui multum emungit, elicit sanguinem. ex Salomone *prouerbiorum* 30.33. defert Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. denique Sacerdotes, & diacoui, & reliqui omnes* 6.5. *de ipsa vero die Dominica hesitamus. distinct.* 4. in fine dicens: *Vnde nec à tali consuetudine auelli possunt: Et ideo, cum venia suo ingenio relinquendi sunt; ne forte peiores existant, si a tali consuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon: Qui multum emungit, elicit sanguinem.* notat que *Gloss.* ibidem verbo *sanguinem.* deferens illud eiusdem Salomonis Ecclesiastes 7.17. *Noli esse iustus multum.* Deduxitque Ambrosius libro de paradiso in *can. serpens decepit me, & manducaui.* 47. *in fine de pœnitentia distinct.* 1. Rationem reddens: *Nam pastor ille Euangelicus lassam ouem vexisse legitur, non abiecisse. & Salomon ait: Noli esse nimium iustus.* ibique *Gloss.* verbo *nimium iustus,* & ipsa inferens: *Et alibi: Qui multum emungit, elicit sanguinem.* vt supra *dist.* 4. *denique.*

Qui non laborat, non manducat. ex Apostolo 2. *ad Thessalonicenses.* 3. 10. verba sunt eius: *Nam, & cum essemus apud vos, hoc denunciauimus vobis: Quoniam si quis non vult operari, nec manducet.* Vnde in Concilio Cabilonensi 2. in *can. cauendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragrant.* 7 *in fine* 10 q 3. deductum fuit exemplum: *Exemplo Apostoli Pauli, qui ne quem grauaret, arte, & manibus victum quærebat.* proinde: *Aegyptiorum monasteria hunc morem tenent, vt nullum absque labore suscipiant; non tam propter victus necessitatem, quàm propter animæ salutē: ne vagetur perniciosis cogitationibus mens, & instar fornicantis Hierusalem omni transeunti diuaricat pedes suos.* Hieronymus ad Rusticum Monachum de viuendi forma scribens, relatus *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber* 33. *in fine de consecrat. distinct.* 5. deduxitque Glossa ad Pauli lentum lib. 49. ad Edictum in *l quamuis alienus vsusfructus sit* 10. *ff. de damno infecto, & de suggrundis, & proiectis,* dicente Paulo: *Sed nisi proprietario repromittenti fructuarius caueat, denegandam ei fructus petitionem Iulianus scribit.* Verbo denegandam, rationem reddēs: *Qui non laborat, non manducat.* adnotat *Marcus Antonius de Amatis decis.* Rotæ Marchiæ 52. *nu.*6.

Qui ignorat, ignorabitur. ex Paulo 1. *ad Corinth.* 14.39. dicēte Apostolo: *Si quis autē ignorat, ignorabitur.* Deducit Gregorius in pastorali in *can. qui ea, quę Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur.* 10. *distin.* 38. subsequens; *Et qui ea, quæ Dei sunt nesciunt, à Deo nesciuntur. Paulo attestante, qui ait: Si quis ignorat, ignorabitur.* Nec diuersimode Gratianus in *can. ideo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum.* 15. §. *vt itaque ex præmissis apparet, imperitia sacerdotibus summopere debet esse aduersa. in fine distinctione* 36. verba expende: *Licet enim seruus nesciens voluntatem Domini sui, & non faciens, dicitur vapulare paucis; non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus: Qui ignorat, ignorabitur. Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, vt bene ageret.* Notat idem Gratianus in *summa* 15.q.1. §. *ex vtraque autem infirmitate, quę procedunt, imputantur ad pœnam.* Vn-

*Vnde de quibusdam ignorantibus dictum est: si quis ignorat, ignorabitur.* ibique gloss. verbo *ignorat*. dicens: *Id est qui appetit ignorare, vel qui contemnit scire; cum possit quærere à peritioribus.* Et distinguit de triplici ignorantia. & notat Gloss. in capit finali de consuetudine extra verbo *naturali iuri*. in fine. plura deducens de ignorantia. quod qui ignorat, ignorabitur.

Qui seruit altari, de altari viuere debet. ex Paulo *1. ad Corinthios 9. 13.* verbis edicente: *Nescitis, quoniam, qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt. Et qui Altari deseruiunt, cum altari participant?* Et in Canonibus Apostolorum deductum fuit in *can. ex his autem, quibus Episcopus indiget 23. 12. q. 2.* dicentibus illis, rationemque reddentibus: *Lex enim Dei præcipit, vt qui altario deseruiunt, pascantur de ipso.* Redditque nec in congrue rationem Hieronymus ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ 5. in fine eadem 12. q. 1.* verba excipe: *Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hæreditatis eius: nec accipio partem inter cæteras tribus; sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione sustentor. Hebens victum, & vestitum his contentus ero, & nudam Crucem, nudus sequar.* & Prosper de vita contemplatiua in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est. 9. §. de talibus dicere videtur Apostolus: qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt eddũt, & qui in altario deseruiunt, cum altario participant. 1. q. 3.* & consequentiam infert Gratianus in *summa distinct. 44.* ante finem. consequenter inquiens: *Sacerdos itaque de altari viuere, non luxuriari quærat, vt ait Hieronymus: Tibi ò sacerdos de altario viuere. non luxuriari permittitur.* notatque Gloss. ibidem verbo *viuere*. & ipsa inferens: *sufficere ergo debet clerico, quod viuat, id est sola necessaria habeat. & arctatur illa necessitas tantum ad victum, & vestitum,* Ex Concilio Anthiocheno in *can. Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent 23. 12. q. 1.* Respondetque Innocẽtius Tertius Zamoren Episcopo scribens in *cap. cum secundum Apostolum, qui altari seruit, viuere debeat de altari, & qui ad onus eligitur, repelli non debeat à mercede 16. extrà de prębendis, & dignitatibus.* diximus *respons.* nostra *15. num. 45.* & *respons. 99. num. 60. part. 4. S. Thomas 2. 2. q. 100. art. 1. & 2. ad 2.*

Qui sentit onus, sentire debet commodum, & è cõtrà. Ita Bonitacius Octaus in *regula qui sentit onus 55. de regulis Iuris in 6.* Nec diuersimode Gregorius Theodoro Consiliario scribens in *can. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes, Ecclesiastica dignum est, remuneratione gaudere. 67. 12 q. 2.* subsequens: *Vt qui se voluntarijs obsequiorum necessitatibus sponte subijciunt, digne nostris prouisionibus consolentur.* Concinitque, quod idẽ Gregorius Petro subdiacono scribens in *can. de lapsis sacerdotibus, vel Leuitis 5. 16. q. 6.* pro ratione respondet, de ijs sacerdotibus verba faciens, qui in monasterio deponuntur, ad agendam pœnitentiam; *Vt res Lapsorum in eodem loco proficiant. in quo, agere pœnitentiam trudũtur: quatenus ipsi ex rebus illorum subsidium habeant, qui de correctione eorum sollicitudinem gerunt.* vbi Gloss. verbo *subsidium* argumentum defert: *ad quem spectat onus. 12. q. 2. charitatem.* quæ est eiusdem Gregorii Maximiano Syracuiano Episcopo in *can. charitatem tuam commonere curauimus 45.* verbis illis: *Nec (sicut ante fieri dicebatur) species quædam, aut aliud quodlibet, de rebus Ecclesię, quasi pro faciendis inuentari labore, tollatur.* Rationem reddens in fine: *Iustum namque est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare pertuntur obsequium.* ibiq; Gloss. verbo *stipendium*. Et ipsa dicens argumentum: *Quod ad quem onus spectat, & emolumentum.* Ex Concilio Toletano IV. in *can. quicumque Episcopi suffragio cuiuslibet aliquid Ecclesiasticæ vtilitati, prouiderint. 66. eadem 12. q. 2.* Dicente. Concilio *Ita vt id ad Concilium prouinciale deferatur, vt eorum conniuentia confirmetur: quia sicut Paulus ait: Dignus est operarius mercede sua.* Num ex Paulo lib. 3. ad Sabinum in *l. secundum naturã est 10. ff. de regulis iuris.* Regula firmatur. *Secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incõmoda.* Iuxta etiam illud Apostoli *2. ad Corinth. 1. 7.* dicentis: *Scientes, quod sicut socii passionũ estis, sic eritis, & consolationis.* Quo sensu Leo Tertius in *cap. nos instituta maiorum patrum considerãtes 1. de sepulturis* extra. loquutus fuit: *Vt, iuxta Apostolum sint cõsolationum socii, vt fuerunt passionum.* vbi Gloss verbo *consolationum* subnectit: *Ad quem spectat onus, & emolumentum.* Rationem reddit Clemens V. in Concilio Viennen in *clementi. Cũ sit natura consonum, illos non recusare onera, quæ rerum commoda complectuntur. 1. de censibus, exactionibus, & procurationibus.* vbi Gloss. verbo *naturæ* subnectit: *Et dicit lex, quod non est ferendus, qui lucrum amplectitur, onus, autem ei annexum contemnit.* Ex Iustiniano Cæsare *C. de caducis tollendis l. vnica. §. pro secundo vero ordine. in fine* qui dicit rationem: *Neque enim ferendus est is, qui lucrum quidem amplectitur, onus autem ei annexum contemnit.* plura deduxit: *Gizzarellus decis. 38. num. 1. cum sequentibus. Gigan. consil. 114. nu. 6.* Et ex Innocentio in Concilio Generali in *cap. aduersus Consules, & rectores Ciuitatum 7. in finalibus verbis, de Immunitate Ecclesiarum, cæmeterii, & rerum ad eas pertinentium.* Ratio defertur: *Cum succedat in onere, qui substituitur in honore.*

Qui causam damni dat, damnũ dedisse videtur. ex Hieronymo in *can. hi, quoscumque de affectis suis ordinat clericos. 44. 1. q. 1.* subsequendo: *& vitam eorum in scandalum populis exponentes, rei sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur. 1. q. 1.* vbi Gloss. verbo *in scandalum* infert: *Qui ergo occasionem dãni dat, damnum dedisse videtur.* ex Concilio Bracharensi Secundo in *can. placuit, vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc percipiat 103.* in fine eadem 1. q. 1. verba pendẽ Concilii: *Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptismo retrahunt: qui si fortè, dum differuntur, sine gratia baptismi de hac vita recesserint, necesse est, vt ab illis eorũ perditio requiratur, quorũ spolia pertimescentes, à baptismi gratia se retraxerunt.* vbi Gloss. verbo *perditio* subsequenter perpendit: *Nihil enim interest, an occidat quis, an causam mor-*

mortis præbeat. Ex Vlpiano libro 8. ad legem Iuliam, & Papiam in l. nihil interest, occidat quis, an causam mortis præbeat. 15. ff. ad legem Corneliam de Sicarijs, & veneficijs. Nec diuersimode Gregorius Nonus in cap. si culpa tua datum est damnum, vel iniuria irrogata 9. siue finali de iniurijs, & damno dato. in fine concludens: Sanè licèt, qui occasionem damni dat, damnum videatur dedisse. Concinit Alexander Tertius in cap. presbyterum, qui quendam puerum intuitu disciplinæ percussit sa capite 7. de homicidio voluntario, vel casuali. ibique notat Gloss. verbo aliā infirmitatem. Et in vetere Mimo

*Bis peccat, qui peccanti auxilium accomodat.*

Nec discessit Ouidius lib 5. de tristibus Elegia 15.

*Qui monet vt facias, quod iam facis, ille monēdo*
*Laudat, & hortatu comprobat acta suo.*

Rationem reddit Paulus libro 22. ad Edictū in l. qui occidit adulterum deprehensum seruum alienum 30. §. in hac actione, quæ ex hoc capite oritur ff. ad legem Aquiliam. verbis edicens: Et qui occasionem damni præstat, damnum fecisse videtur. Concinit S. Thomas 2.2.q.40. art.2. in 3. argumento. docens: eiusdem rationis videri, quod homo aliquid faciat, vel quod consentiat facienti. ex illo Pauli (ad Romanos 1.32.) Quoniā qui talia agunt digni sunt morte; non solum qui ea faciunt, sed etiā, qui consentiunt facientibus.

Qui per alium facit, per se ipsum videtur facere. ex Gratiano in can. si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit. 12. §. e contra exemplis, & auctoritatibus probatur in fine dist. 50. dicente: Paulus Stephanum lapidauit, Lapidauit. Id est lapidantibus consensit, custodiendo vestes. Gloss. ibidem infert: Vnde non fuit penitus immunis. & pari modo Glossa in summa distinct. 21. verbo septuaginta duos discipulos: dicens: Sed dic, quod Dominus bene dicitur fecisse, quod eius minister facit: quia qui per alium facit, per se ipsū facere videtur. Ex Alexandro Tertio in cap. mulieres, vel aliæ personæ 6. §. finali de sentententia excommunicationis extra: Rationem reddens: Cum is committat verè, cuius auctoritate, vel mādato delictum committi probatur. Probatur ex Gregorio in can. cōsuetudo noua in Ecclesia hac, & valde reprehensibilis erupit 1. in fine. 16. q.6. dicente: Is autem, qui Ecclesiæ præest, si hoc, vel ipse fieri præceperit, vel sine sua præceptione factū digna punire animaduersione neglexerit, anathema sit. Nec discessit Glossa in summa 22.q.5. verbo quod autem. Rationem reddens: Quia quod alter mandato nostro facit, nos reputamur fecisse. Quia potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. ex Bonifacio Octauo in regula potest quis per alium 68. de regulis Iuris in 6. Quin addit in regula 72. Qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum. eodem de regulis Iuris in 6. Nec discessit longius Vlpianus. libro 17. ad Paulutium in l. quod iussu alterius soluitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset. 141. ff. de regulis iuris. Nauar. cons. 6. num. 1. de cognatione spirituali lib. 4. Rota part. 4. diuersorum decis. 651. nu. 1. Reprime si esset ad factum personæ electa industria. Lodouicus à Bea responsorum casuum Conscientiæ part. 4. casu 21. in 2 q. vers. respondemus: vide Rotam apud Durarum decis. 266. n. 3. 7. & 8. ac sequentibus part. 2. Licet quandoque liceat nobis per alios exercere, quod per nos ipsos non licet; ne videlicet pluribus distrahamur negotijs. ex Concilio Carthaginense IV. in can. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillarum, ac peregrinorum non per se ipsum 7. distin. 88. ibique notat Glossa prima.

Qui malè agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius. Ioannis. 3. 20. sequutusque fuit Innocentius II in Concilio Romæ habito in can. perniciosam, & detestabilem consuetudinem quarumdam mulierum 25. circa finem 18. q. 2. Nec diuersimode Innocentius Tertius Archiepiscopo Toletano scribens in cap. consuluit nos tua fraternitas 24. §. ne vero iudicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris. extra de officio Iudicis delegati. Rationē subsequens: Quia iuxta testimonium Veritatis: qui malè agit, odit lucem. ibique Gloss. verbo qui malè agit. referens illud Horatij:

*Vt iugulent homines surgunt de nocte latrones.*

Qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me. Lucæ 10.16. Quæ verba hic Hieronymus ad Titum cap. 1. in can. qui vos spernit, me spernit. 14. 8. q. 1. aperta facit: Ex quo manifestum est eos, qui Apostoli lege contempta, Ecclesiasticum gradum non merito voluerit alteri deferre, sed gratia, contra Christum facere.

Quinquagesimæ tempore, à Quinquagesima videlicet, vsque ad Octauas Paschæ, nulla Iudiciaria Potestas licentiam habeat sua auctoritate Christianos ad placitum bannire; & septem diebus ante Natalem Dominiusque ad Octauas Epiphaniæ. Quatenus adeundi Ecclesiam, orationibusque vacandi liberius habeatur facultas. ex Concilio apud Erphesfurt habito præsente Rege Henrico in can. placuit secularia Dominicis, vel alijs præcipuis festis 2. 15. quæst. 4.

Quod aliquis non diligit, facile contemnit. Nicolaum excipe Papam omnibus Episcopis in regno Ludouici scribentem in can. præsens Clericus nomine Lambertus vna cum patre suo, nomine Atho. 4. post mediū 20. q. 3. verbis dicētē rationem: Quod enim quis non eligit, nec optat; profectò non diligit: Quod autem non diligit, facile contemnit. Nullum quippe bonum, nisi voluntarium. Idcirco Dominus non ferendam in via virgam, per quam violentia vlli inferatur, præcepit. notat Sanchez de matrimonio lib. 4. disputat. 12. nu. 18. in fine tom. 1. diximus respons. nostra 50. nu. 12. & nu. 44. part. 5. Vnde in Synodo habita sub Eugenio Papa 2. in can. sicut qui monasteria elegerunt, à monasterijs egredi non permittuntur 9. eadem 20. q. 1. verbis deducitur satis aptis: Ita hi, qui inuiti sine iustæ offensionis causa sunt intromissi, nisi volentes, non retineantur: quia, quod non petunt, non obseruant. Rationem habes ex Augustino contra literas Petiliani in can. ad fidem nullus est cogendus inuitus 33. post medium 23. q. 5. dicente: Nam bene facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera volūtate. vbi Gloss. verbo nisi elegerit. Notat aliam ra-

rationẽ, & ipsa dicens: *Potest enim aliquis male facere propter voluntatem coactam. vt 15. q. 1. merito: sed non potest bene facere propter voluntatem coactã. vt hic dicitur.* addit *Glossella* Marginalis ibidem explicãs: *Scilicet meritoriè: quia penes voluntatem meritum consistit.* Quoniã ex Ambrosio in *can. non est, quod cuiquam describamus erumnam nisi nostræ voluntati* 10. 15. *q.* 1. Nemo tenetur ad culpam nisi voluntate propria deflexerit.

Quinquagesimam celebramus, cùm æternæ vitæ denarium mercedem accipimus. Cum labore quippe dum viuimus Quadragesimam huius vitæ celebramus, ante pascham cum lætitia vero, tamquã accepta mercede; quinquagesimam post pascha. *Nam huic tamquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad Quadragenarium numerum, additur quietis, & fælicitatis denarius, vt Quinquagenarius fiat.* Ex Augustino super Ioannem in *can. ieiunium autem magnum, & generale est*, 25. *de consecrat. dist.* 5.

Quinquagesimam ex bonis Ecclesię potest Episcopus conferre in monasterii constructionem. ex Concilio Toletano IX. in *can. bonę rei dare consultum* 74. 12. *q.* 2.

Quinquagesima à Thelephoro Pontifice addita Quadragesimę ieiunio, fecitque septem hebdomadas. ex Ambrosio in *can. quadragesima septimanas habet.* 5. *dist.* 4. Vnde sacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas ecclesiastici gradus exornat, à quinquagesima propositũ ieiunãdi suscipiunt. vt Gregorius Augustino Anglorũ Episcopo rescripsit in *can. denique Sacerdotes, & diaconi* 6. *eadẽ dist.* 4. quod sanè fit; nam feria quarta eiusdem Quinquagesimę, dies incipiũt Cinerum quadragesimę.

Quis est ex vobis, qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus Exercituum; & munus non suscipiam de manu vestra: *Malachiæ.* 1. 10. deducit Gratianus in *summa* 1. *q.* 3. §. *his itaque respondetur.* Probans, quod non solum, qui spiritualia, sed etiam, qui temporalia eis annexa, pretio accipiunt, vel tribunt, simoniaci iudicantur. in fine inferens: *Ostia claudere non est sacri muneris officium, sed tantum sibi adiunctum.* plura *gloss.* ibidem verbo *qui claudit ostia.*

Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis. Dominus dixit Petro *Matthęi* 16. 19. Quia in negotiis diffiniendis non solùm est necessaria sciẽtia, sed etiam potestas. *Vnde Christus dicturus Petro (Quodcumque legaueris super terram &c.) prius dedit sibi claues regni cælorum; in altera dans ei scientiam discretionis inter lepram, & lepram; in altera dans sibi potestatem eiciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi.* Verba sunt Gratiani in *summa distinct.* 20. §. *sed aliud est causis terminum imponere.* Alioquin hæc sententia, aut Domini non est; aut vera est. vt Calixtus Papa I. ad Episcopo Galliarum scribit in *can. ponderet vnusquisque sermones suos.* 14. §. *Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pœnituit.* 14. *distinct.* 50. & merito sane Dominus noster: *Quodcumque ligaueris super terram* dixit, vt Gratianus perpendit in *summa* 24. *q.* 2. verbis exprimens: *Super terram inquit, non sub terra: ostendens, quod viuentes pro varietate suorum meritorum, soluere possumus, vel ligare: de mortuis autem sententiam ferre nõ possumus.* Ibidẽque Gelasius Papa in commonitorio Faustio Magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim. in *can. legatur, ex quo est religio Christiana* 2. *in fine.* inferens: *Super terram, inquit. Nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolui.* Hæc autem potestas sicut extra Ecclesiam nihil operatur. ex eodem Gratiano in *can. audiuimus, quod Henricus Rauennas dictus Archiepiscopus, nisus sit te excommunicare* 4. §. *sin autem ex c. r. de suo nouam hæresim confixerit. non multo post principium* 24. *q.* 1. Itaque quando Petrus hanc potestatem accepit, nomine Ecclesiæ accepit, & Ecclesiam sanctam significauit. ex Augustino in *can. quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum, & in cælo* 6. *eadem* 24. *quęst.* 1. Et ipse accepit claues regni cœlorum. Ille enim condemnat, qui & absoluit: quoniam ligandi, & soluendi idem adeptus est potestatem. Sanctus prosequitur Ambrosius in Lucam in *can. si Petrus valens percussit aurem* 17. *eadem* 24. *q.* 1. Quin imo Gratianus sublimie in *can. nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari à Corpore Christi* 33. §. *item Hieronymus.* 11. *q.* 3. verbis proferens: *Item Hieronymus: Quorum remiseritis peccata remittuntur eis &c.) Id est quibus Ecclesiam interdixeritis, nisi reconciliati per satisfactionem fuerint, ipsis ianua regni cælestis clausa erit.* Nam ex Augustino in *can. cæpisti habere fratrem tuum tamquam publicanum, ligas illum in terra* 48. *eadem* 11. *q.* 3. Cum autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra: cùm solueris in terra, solutus erit & in Cœlo. Alioquin, non sequitur: *Quęcumque solueritis in terra, soluta erunt & in Cælo.* Prosequitur Augustinus in *can. agite pęnitentiam, qualis agitur in Ecclesia, vt oret pro vobis Ecclesia* 41. *de pęnitentia dist.* 1. consequentiam deducens: *Ergo sine causa claues datę sunt Ecclesiæ Dei: frustramus Euangeliũ Dei: frustramus verba Christi: promittimus vobis, quod ille negat; nõ ne vos decipimus?* Quem ergo pœnitet, verè pęniteat: nã soluetur catena peccatorum: Alioquin non pœnitens, sed irrisor eris. ex Augustino in *cap. pęnitentes. (si tamen estis pœnitentes, & non estis irridentes.)* 10. *de pęnitentia distinct.* 3. Ecclesiæ quippe charitas, quæ per Spiritum sanctum diffunditur in cordibus eorum, qui participes sunt, peccata dimittit: eorum, qui non sunt, tenet. Augustinus rationem reddit in *can. Ecclesiæ charitas* 140. *de cõsecrat. dist.* 4. Tenet. id est non dimittit peccata *gloss.* ibidem infert, eorum vtique qui participes nõ sunt charitatis Ecclesiæ. Absolutè ergo verum est: *Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatũ, & in cęlis. &c.*

Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. *Tobię* 4. 16. Audi illum filium instruẽtẽ: *Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias.* Et Dominus (Lucę 6. 31. *Et pro vt vultis, vt faciant*

ciant vobis homines, & vos facite illis similiter. Et (Matthęi.7.12.) consequẽtiã intulit: Omnia ergo, quęcumque vultis, vt faciant vobis homines: & vos facite illis. Hæc est enim lex, & prophetę: Merito Calixtus Papa I. ad Episcopos Galliarum in can. põderet vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. 14. in principio dist. 50. subsequens: Vnde bene sacra ait scriptura: (Tobiæ 4.) Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias: & Concilium Bracharense Secundum in can. placuit omnibus Episcopis, vt per singulas Ecclesias Episcopi. 12. in fine 10. quęst. 1. admonet omnes: Vt quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant. Et Gregorius IX. Patriarchę Grandensi scribens in cap. dilecti filii, Archidiaconus, & Capitulum Castellanum 13. §. cum igitur non deceat. de maioritate, & obedientia. Illum admonuit: Cum igitur non deceat aliite fecisse, quod ab alio fieri tibi nolles, mandamus &c. vbi gloss. verbo nolles. distichon refert:

Quod tibi vis fieri, mihi fac. quod non, mihi noli:
Sic potes in terris viuere iure poli.

Et hoc est primũ pręceptum ex tribus gradibus Iuris naturalis. ex Eminentissimo & dignitate, & doctrina Card. Bellarmino tom. 2. cõtrouersiarum de Clericis libro 1. c. 29. in principio. deduximus respons. nostra 21. nu. 17. & 18. part. 3. & respons. 38. nu. 15. 16. & 17. part. 5. noster Maranta cons. 56. nu. 5. in fine.

Quod quisque iuris in alterum statuit, hoc sibi contra se quoque iustum videri debet. ex Augustino ad Fortunatianum in can. neque quorũlibet disputationes, quamuis catholicorũ 11. in fine dist. 8. de se dicente: Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. ibique gloss. verbo eorum. Argumentum infert: Quod quisque iuris in alterum statuit &c. Ex Leone Papa ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum in can. qui scit se quibusdam esse prapositum, non moleste ferat 14. 2. q. 6. verbis inferẽte: Sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat: & sicut non vlt grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alii importabile pondus imponere. Augustinus quoque de vxoribus loquens in can. si ducturi estis vxores, seruate vos vxoribus vestris 2. 32. q. 6. subsequens: Quales vultis eas inuenire, tales, & ipsæ inueniant vos. & paulo post: Intactam quæris? intactus esto: puram quęris? Noli esse impurus. Non enim illa potest, & tu non potes. ibique Gloss. verbo intactam circa mediũ: Item frustra petit debitum, qui, quod debes, non impendit. Quod enim quisque iuris. &c. Decreuitq; Innocẽtius Tertius. de Senonẽ Archiepiscopo, & Episcopo Trecen scribẽs in ca. cũ omnes 6. §. cũ igitur. de cõstitutionibus extra. verba excipe: Cum igitur, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debeat vti eo: & sapientis dicat auctoritas: Patere legem, quam tu ipse tuleris. Quis enim aspernabitur, idem ius sibi dici, quod ipse aliis dixit: vel dici effecit? Vlpianus & ipse respondit libro 3. ad Edictum in l. hoc Edictum summam habet æquitatem 1. in ipso principio ff. quod quisque iuris in alterum statuerit, vel obtinuerit, ipse eodem iure vtatur.

Quod non legitur scriptum; quod nullo exemplo manifestatur, asserendum nõ est. Hanc tibi faciat fidem Gelasius Papa in commonitorio Fausto Magistro fungenti legationis officio apud Constantinopolim in can. legatur ex quo est religio Christiana, vel certè detur exemplum in Ecclesia Dei 2. 24. q. 2. qui sequentibus fatur: Auditum enim sub isto sęculo non legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis: dumtamẽ nos in errore duremus. Id quoque pariter ostendant, qui nobis canones nituntur opponere: Quibus hoc canonibus, quibus regulis, qua lectione, quoue documento, siue à maioribus nostris, siue ab ipsis Apostolis (quos potiores merito fuisse nõ dubium est) siue ab ipso Domino Saluatore, qui iudicaturus est viuos, & mortuos; siue factum est vmquam, vel faciendum esse, mandatur. Accedit Augustinus ad Aurelium Episcopum litteras siue Epistolam dans. in can. si habes de hac re sententiam certis rationibus, vel scripturarum testimoniis exploratam; nos quoque docere digneris 1. eadem 14. q. 3. & sane Dominus legis perito eum tentanti (Luca 10. 26.) dixit In lege quid scriptum est? quomodo legis? diximus respons. nostra 100. nu. 32. & sequentibus part. 5. Nauarrus cons. 1. nu. 2. libro 4. de matrimonio contracto contra interdictum Ecclesia.

Quod non est sanctorum Patrum decretis sancitum, non est superstitiosis adinuentionibus inducendum. Stephanus Papa Quintus Huberto Episcopo Moguntinen scribens in can. consuluisti de infantibus, qui in vno lecto dormiẽtes cum parentibus mortui reperiuntur. 20. 2. q. 5. assertionem testatam facit: Et quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa adinuentione non est pręsumendum. Nec diuerso sensu Augustinus super primam Epistolam ad Corinthios in can. quod si dormierit vir eius 13. sine finali 31. q. 1. ad quæ verba sic agit cõmentum Augustinus: Non dicit primus, vel secundus, vel quotus: nec nobis definiendum est, quod non definit Apostolus. ibique Gloss. verbo nec nobis definiendum est. Quæ sequentibus infert: Hic argumentatur quod nõ licet alicui definire, vel determinare, vel excipere, quod canon non excipit, vel definit, vel determinat. Ex Benedicto Papa Grandensi Patriarchæ in can. lex diuina constitutionis 18. in fine 27. q. 2. in ratione, quam reddit: Nam cur prohibeatur, quod prohibendum nũquam sancta scriptura declarat? Sed neque mundana leges connumeratis personis, quę inter se nuptias contrahunt, de huiusmodi aliquid dicunt. Nec ergo abnegetis, quod negandum nulla ratione docetis. Nihilque diuersum Innocentius Tertios Decano, & Capitulo Andegauen respondit in can. inter corporalia, & spiritualia eam cognouimus esse differentiam 2. § sed neque illud, quod in canone legitur de electo. in fine. de translatione Episcopi. respondit: Vnde si circa translationem idem fieri voluisset, quod de cessione dixerat, & de translatione poterat expressisse: Et quod non est sanctorum Patrum decreto sancitum, superstitiosis non est adinuentionibus præsumendum; præsertim cùm non numquam intelligatur prohibitum, quod non inuenitur concessum. Similique sensu Fabianus Papa Episcopis Orientalibus respondit in can. significasti insuper plerosque attendere 85. in fine 1. q. 1. Rationem reddẽs: Nam Apostoli talem con-

*ſuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt.* Ergo nec nos præſumere, nec innuenere debemus. *Gloſſa* ibidem verbo *docuerunt.* conſequentiam infert. Accedit Iuſtinianus Auguſtus in *authentico de triente, & ſemiſſe, & ſucceſſionibus filiorum. collat.* 3. §. *conſideremus autem aliquid ad ſolam naturam clemens.* prope finem. *Nam ſi hoc non conſtituimus; indiſcretæ erunt mulieres, quem magis, aut quem minus amauerint; indiſcreti etiam filij: & nos non præbemus luxuriantibus, ſed caſtè viuentibus legem.* Quod ergo lex non dicit, neque nos dicere oportebit. proſequiturque. *Nauarrus de pœnitentia diſtinct.* 6. *can.* 1. *num.* 45. *verſ. ex quo infertur.* & de oratione *& horis canonicis. cap.* 5. *num.* 8. diximus *reſponſ.* noſtra 100. *num.* 31. *& ſequentibus part.* 5. Et idem eſt

Quod lex non dicit, nec nos dicere, & aſſerere debemus. deduximus in ſuperioribus: lex quod non dicit &c.

Quod per me non ſtat, quin impleatur, imputari mihi minime debet. ex Iuſtiniano Auguſto in *authentico, de appellationibus, & intra quæ tempora debeat appellari. collat.* 4. §. 1. defert Gratianus in *can. anteriorum legum acerbitati plurima remedia imponentes* 28. §. *ad hæc ſancimus, ſi quando lis ſperatur inferri in noſtrum conſiſtorium* 2. q. 6. verba tinniunt Imperatoris: *Quia enim vitium eſt litigantium, ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis vt nolentem principem poſſit ad conuocandos patres, cæteroſque proceres coarctare. &c.* ibique *Gloſſ.* verbo *vitium eſt.* argumentum deducit; *Quod per me non fiat, mihi non eſt imputandum.* ex Gregorio Venantio in *can. Epheſijs. Paulus dicit: Mundæ ſunt manus meæ a ſanguine omnium veſtrum: non enim ſubterfugi, quo minus annunciarem omne conſilium Dei vobis.* 4. *diſtinct.* 43. inferendo: *Mundus ergo à ſanguine eorum non eſſet ſi eis Dei conſilium annunciare noluiſſet. Quia cum increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo paſtor occidit.* ex quo *Gloſſ.* verbo *annunciarem.* argumentum deducit: *Quod ſi per te nõ fiat aliquid, quo minus fiat, non eſt tibi imputandum.* Ex Stephano Papa V. Haſtulpho in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curamus* 8. in fine 3. q. 2. verba perpende: *Sin autem aliter feceris, & ſanctæ matris Eccleſiæ tam ſalubrem admonitionem deſpexeris; ipſe tibi ſis Iudex, & in laqueo diaboli, quo irretitus teneris, permanebis, & ſanguis tuus ſuper caput tuum; nos alieni à conſortio tuo pro aliorum filiorum Dei ſalute, ipſo opitulante, omni ſolicitudine nitimur deſudare, & Domini miſericordiam attentius quotidie implorare.* vnde *Gloſſ.* verbo *alieni.* argumentum deducit: *Quod non imputatur prælato ſubditorum malitia; ex quo per eum non ſtat, quominus corrigantur.* & notat *Gloſſ.* in *cap. ſi autem aliquis auctoritate poſteriorum litterarum* §. *in fine de reſcriptis extra Gloſſa finali.* dicente: *ſi per me non ſtat, mihi non eſt imputandum.* ex verbis Lucii Tercii Norwicenſi Epiſcopo dicentis: *Si autem quia delegati Iudicis copiam nequierit habere: per poſteriores literas non poterit conuenire.* Quia ſcilicet per eum non ſteterat.

Quod ſemel extinctum eſt, reuiuiſcere amplius non poteſt. ex Gelaſio Papa in *can. Diuina clementia dimiſſa peccata in vltionem vlterius redire non patitur.* 24. *ſiue finali de pœnitentia diſt.* 4. & repetitur ex eodem Gelaſio Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro Epiſcopis in *can ſi illi, vbi hæc acta ſunt.* 29. 23. q. 4. verbis edicente: *Semel in ablatione remiſſa punitio recidiuo dolore non debet iterari; Diuina ſcilicet imitatione clementia, quæ dimiſſa peccata in vltionem redire non patitur.* notat *Gloſſ.* ibidem verbo *recidiuo.* concinit Paulus lib. 15. Quæſtionum in *l. qui res ſuas obligauit* 98 §. *aream promiſi alienam. ff. de ſolutionibus & liberationibus.* excipe illum: *Si alienum hominem promiſi, & is à Domino manumiſſus eſt, liberor: nec admiſſum eſt, quod Celſus ait: ſi idem rurſus lege aliqua ſeruus effectus ſit, peti eum poſſe: In perpetuum enim ſublata obligatio reſtitui non poteſt. & ſi ſeruus effectus ſit, alius videtur eſſe.* quo loco *Gloſſa* verbo *in perpetuũ.* notat regulam, quod: *actio extincta, non reuiuiſcit.* docuit id Papinianus libro 17. Quæſtionum in *l. Mæuius fundum mihi, ac Titio ſub conditione legauit.* 68. §. *duobus teſtamentis. pars fundi quæ Mæuij eſt, Titio legata eſt ff. de legatis* 2. poſt principium verbis edicente Papiniano: *Neque poſtea parte alienata reuocari actionem ſemel extinctam.* proſequitur *Pariſius de reſignat. beneficiorum libro* 11. q. 2. *num.* 26. & nos *reſponſ.* noſtra 81. *num* 17. *&* 18 *part.* 3.

Quod iudicatur meum eſſe, per conſequens iudicatur tuum non eſſe. ex Gregorio in moralibus in *can. diſciplina, vel miſericordia multum deſtituitur. ſi vna ſine altera teneatur.* 9. §. *certè cum Iſraeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxiſſet offenſam. diſtinct.* 49. ſuper verbis illis (*Exodi* 32.) ad Moyſen. (*Deſcende: peccauit populus tuus.*) *ac ſi ei diuina vox diceret: qui in tali peccato lapſus eſt, iam meus non eſt.* vbi *Gloſſ.* verbo *meus non eſt.* ſequentibus fatur: *Similiter, cum iudicatur rem meam eſſe, per conſequens iudicatur tuam non eſſe.* Accepit ex Vlpiano libro 9. ad Edictum in *l. Pomponius ſcribit* 60. §. *ſed & is, qui quaſi defenſor in rem actione conuenitur in fine ff. de procuratoribus, & defenſoribus.* Signa verba: *Et ita Iulianus libro quinquageſimo Digeſtorum ſcribit: Nam cum iudicatur rem meam eſſe, ſimul iudicatur, illius non eſſe.* Notatque ibidem *Gloſſella* Marginalis verbis edicens: *Dic & hoc per quandam conſequentiam. Concordat, quod ſic notatur. in can.* 1. *in Gloſ. ſuper* verbo *prohibetur* 1. *diſtinct.* Eſt enim Gratiani in *ſumma diſtinct.* 1. vbi *Gloſſ.* verbo *prohibetur:* Rationem reddens: *Nam vbi vnũ contrarium præcipitur, per conſequens aliud prohibetur: ſic vbi aliquid iudicatur meum eſſe. per conſequens iudicatur tuum non eſſe. ff. de procurat. Pomponius* §. 2. Hinc ſequitur

Quod tuum non eſt, hoc ad alium ſpectare noſſe debes. ex Hieronymo in *can. multi ſine peccato putat eſſe, ſi alienum, quod inuenerint, teneãt, & dicunt: Deus mihi dedit &c.* 8. 14. *quæſt.* 5. vbi *Gloſſa* verbo *dicunt,* ſequentibus explicat: *Iſti male dicunt: quia omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, ad alios pertinere.* Accepit ex Iuſtiniano Cæſare in *l. cum quærebatur* 11. §. *finali* §. *omnes autem ſcire debẽt. C. vnde vi.* verbis edicente: *Om-*

*Omnes autem scire debent: quod suum non est, hoc ad alios modis omnibus pertinere*. ibique norat Gloss. verbo *quod suum non est*. inferens: *subaudi ergo, quod alicuius sit*. Quod scilicet tuum non est.

Quod operatur oppositum in opposito, operatur propositum in proposito: atque contra. ex Gregorio in moralibus in can. *sciendũ summopere est* 10. in fine 8. q. 1. verbis eiusdem: *Quo contrà, ariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quanta sit virtus obedientię demonstretur. Ex aduerso igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. Si enim (quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatria nolle acquiescere.) sola est, qua fidei meritum possidet, obedientia: sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur*. ibique Gloss. verbo *ex aduerso*. exponens: *id est: ex eo, quod vnum contrarium commendatur; aliud vituperatur*. Ex Gratiano in can. *si sermo meus inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei* 40. §. *E contrario etiam gradus in virtute esse probantur: quia, & ipsius peccati gradus euidenter apparent*. de pœnitentia distinct. 2. vbi Gloss. verbo *è contrario*. Exponit: *Id est, per suum contrariũ. id est peccatum, & vitium, quod virtuti est contrarium*. argumento. 8. q. 1. *sciendum*. prosequitur Nauarrus in manuali prœludio 4. n. 14. vers. *quarto desperatio* & lib. 5. de simonia cons. 16. nu. 2.

Quod tibi non prodest, & mihi nocet, facere prohibetis. veluti è contrà; quod mihi prodest. & tibi non nocet, æquum est, vt mihi nõ prohibeas. ex Isidoro in can. *omnes leges, aut diuina sunt, aut humana* 1. in fine dist. 1. verbis illis: *Transire per agrum alienum fas est, ius non est*. vbi Gloss. verbo *fas est*. explicat: *Id est æquum est, cum subest causa*. Rationem reddens: *Vbi enim aliquid mihi prodest, & tibi non nocet, ęquũ est, vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat*. Deducit verò ex Vlpiano lib. 53. ad Edictum in l. *si aqua pluuia damnum dabit*. 1. §. *ijdem aiunt aquam pluuiam* ff. de aqua pluuia arcenda. Excipe ipsum ex Sabino, & Cassio dicentem: *Idẽ aiunt, aquam pluuiã in suo retinere; vel super effluentem ex vicini fundo in suum deriuare, dum opus in alieno non fiat, omnibus ius esse. prodesse enim sibi vnusquisque, dum alij non noceat, non prohibetur: nec quemquam hoc nomine teneri*. Nec diuersimode Paulus libro 38. ad Edictũ in l. *in summa tria sunt, per quæ inferior locus superiori seruit*. 2. § *item Varus ait, Aggerem, qui in fundo vicini erat*. ff. eodem. In ratione, quam reddit: *Nam hac actione neminem cogi posse, vt vicino prosit: sed ne noceat, aut interpellet id facientem, quod iure facere possit*. & inferius: *Quod factum quidem mihi prodesse potest, ipsi autem nihil nociturum est. Hoc æquitas suggerit, etiam si iure deficiamur*. Quia prefertur ęquitas rigori. Gloss. ibidem verbo *etiam si iure*. intert. notat Cepola de seruitutibus rusticorum prędiorum cap. 1. de seruitute itineris n. 22. in penultimo quęstio. Surdus cons. 18. num. 6. lib. 1. Hieronymus de Laurentius decisione 160. n. 3. Rotæ Auenionen.

Quod antiquatur, & se nescit: prope interitum est. Paulus ad *Hebræos*. 8. 13. Senectus enim morti proxima est. vnde Senex quanto morti vicinior efficitur, tanto fieri solicitior, atque timidior debet; cum ad Iudicium properet. ex Gregorio Ianuario Episcopo Caralitano in can. *tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit*. 24. non longe à fine distinct. 86. perpendirque Nauarrus cons. 14. lib 4. de sponsalibus, & matrimonijs sub. nu. 8. vers. *Eccedies venient dicit Dominus*.

Quod non est, rumpi non potest. Quid enim rumpas, quod esse non habet? veluti, quod formatum non est, nec animatum intelligi potest. ex Augustino in can. *quod verò non formatum puerperium noluit ad homicidium pertinere* 8. 32. q. 2. excipe verba: *Hic de anima quęstio solet agitari, vtrum, quod formatum non est, nec animatum quidem possit intelligi: & ideo non sit homicidium: quia nec exanimatum dici potest, si adhuc animam non habeat*. ibique Gloss. verbo *si adhuc animam*. Nam id, quod non est rumpi non potest. ex Vlpiano libro 3. ad Sabinum in l. *nam, & si sub conditione sit hæres institutus quis*. 5. in fine principii ff de iniusto, rupto, & irrito facto testamento. audi illum: *Post defectum autem conditionis natus posthumus gradum non rumpit: quia nullus est*. Quod ergo non est, rumpi non potest. Gratianum pende in can. *principium enim viarum Dei Beemoth dicitur* 45. §. *charitas autem, quæ in aduersitate deseritur, ficta*. de pœnitentia dist. 2. in fine dicentem: *Quod enim nullo modo verè est; nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo verè deseritur: & aliquo modo id verè esse oportet*. Confert Innocentius Tertius C. & P. quondam Filiis Malebrancię scribens in cap. *ad dissoluendum quod factum fuerat*. 13. §. *interloquendo pronunciamus de desponsatione impuberum*. verbis enuncians: *Quo circa nec accusatio locum habebat, cum non esset, quod posset legitime accusari*. vbi Gloss. verbo *legitimè accusari*. Commentum agens rationem infert: *Bene dicit: quia primo debet existere in rerum natura id, de quo agitur: nec ante Iuris ratio, quam persona quærenda est. nec potest dici verum, quod nũquam fuit*. Confirmatur ex Calixto Papa II. in can. *presbyteris, diaconis, subdiaconis, & monachis concubinas habere* 8. sine finali distinct. 27. verbis illis: *contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pœnitentiam redigi debere, iuxta sacrorum canonum diffinitiones iudicamus*. ibique glos. verbo *disiungi* exprimit: *Quo ad carnis copulam: Quia quod non est, non potest dissolui, neque accusari*. Hinc est, quod

Quid quid ligatur, dissolubile est. alioquin nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit, qui aut ligare possit, aut soluere. ex Augustino de baptismo contra Donatistas in can. *remissionem peccatorum auari non dabant* 39. 1. q. 1. verba sunt Augustini ad verba: Ioan. 20. (*Si cui dimiseritis peccata, remittentur illis, si cui retinueritis, tenebuntur*.) *Foris quidem nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit, qui, aut ligare possit, aut soluere; sed soluitur, qui cum Columba fecerit pacem; & ligatur, qui cum Columba non habet pacem, siue aperte foris sit; siue intus esse videatur*. Soluitur ergo, quod ligatum est, alioquin solui nõ oporteret: & ligatur, quod ante ligatũ nõ erat. dixitque Iustinianus Cæsar

in authētico de nuptiis. collatione 4. §. nuptias itaq; affectus alternus facit. verbis exprimēs: Quoniā eorū, quę in hominibus subsequuntur, quidquid ligatur solubile est. Rationem reddit gloss. ibidē verbo solubile est. & ipsa inferens: Nec mirum; cum omnis noster status sub perpetuo motu consistat. notatque Gloss. in cap. fraternitatis tuę literas accepimus 6. de frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi. verbo Diuinum miraculum: Rationem deferens: Quia quidquid ligatur, dissolubile est. diximus respons. nostra 43. num. 34. part. 5.

Quidquid verò bene gestum est, & secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire. Sic Innocentius Papa Ruffo, & Esebio, & cęteris Episcopis Macedoniæ in can. deinde ponitur, non dici oportere bigamum eum 3. in fine §. si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur. dist. 26.

Quod vni dicitur, ad omnes extenditur. ex Cōcilio Toletano Quarto in can. ignorantia mater cunctorum errorum 1. distinct. 38. Nam, quod Paulus ad Timothęum dixit, hoc ad omnes alios extendi sacerdotes, profitetur. notatq; ibidem Gloss. verbo ad Timothęum. dicens argumentum: Quod vni dicitur, ad omnes extenditur. iuxta illud Leonis Papę ad Episcopos Africanos in can. miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati 5. §. quod si in quibusdam Ecclesię gradibus prouidenter, scienterque curandum est. distinct. 61. excipe argumentum: Vbi est illa Beati Pauli Apostoli per Spiritum Dei emissa pręceptio? Qua in persona Timothei omnium sacerdotum Christi numerus eruditur, & proinde vnicuique nostrum dicitur: Manus cito nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. quo loco Gloss. verbo omnium argumentum deducit: Quod vni dicitur, ad alios extenditur. ex Augustino super epistolam Pauli ad Corinthios in can. Apostolus dicit: His qui sunt in coniugio, pręcipio non ego, sed Dominus: vxorem à viro non discedere 3. 32. quęst. 7. Hieronymus quoque in Malachiam in can. & purgabit filios Leui. 15. distinct. 50. rem aperit: In filiis autem Leui omnem Sacerdotalem intelligit dignitatem. Omnem. quia: quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur. Glossa ibidem verbo omnem. infert. Notanterque dixit Gloss. in can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere 9. §. neque enim frustra in sanctis, canonicisque libris. 23. q. 5. Ex Augustino philosophante ad verba, siue præceptum Domini: Non occides. atque dicente; Nihilo deinde addito: nullus, nec ipse vtique, cui pręcipitur, intelligitur exceptus. & ipsa ad verbum exceptus infert: Item est hic argumentum: quod id, quod de vno dicitur, de omnibus aliis intelligendum est. Quia profecto

Qui vnum dicit, dicit omnia, quę sequuntur ex illo. ex Augustino in can. quo iure defendis villas Ecclesię, diuino, aut humano? 1. in fine distinct. 8. verbis illis: Noli dicere, quid mihi, & Regi? quid ubi ergo, & possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti quid mihi, & regi? Noli dicere possessiones tuas: Quia ipsa iura humana renunciasti, quibus possidentur possessiones. quo ex loco Glossa verbo dicere argumentum educit: Quod qui vnum dicit, dicit omnia, quę sequuntur ex illo. ex Hieronymo in epistola ad Titum can. existimant quidam in eo santum Christum negari 84. 11. q. 3. vbi probat Hieronymus, non tantum verbis, sed multo magis factis Christum negari. vbi Gloss. verbo factis: notat: Quod ipso facto negamus Christum. & ipso facto mentimur. & ipso facto appellamus.

Quod de vno oegarur, de altero conceditur. Gregorius in Dialogis lib. 4. in can. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio præsentatur 4. paulo post principium distinc 25. verba sunt eius: Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur. ibique est Gloss. verbo negatur. argumentum inferens: Quod de vno negatur, de alio concidetur. Sic quod de vno conceditur, de alio negatur. ex Gregorio in moralibus in can. disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur 9. §. Certe cum Israeliticus Populus ante Dei oculos pene inuenіabilem contraxisset offensam distin. 45. verbis illis: Ac si ei diuina vox diceret; qui in tali peccato lapsus est, iam meus non est, vbi Gloss. verbo meus non est, argumentum infert: Quod de vno conceditur, de altero negatur. & post paulo: similiter cum iudicatur rem meam esse, per consequens iudicatur, tuam non esse, Quomodo argumentatur Hieronymus libro primo aduersus Iouinianum in can. qui sitit, veniat & bibat 9. 33. q. 5. in fine: verbis ea differens: Simulque tractanda sententia: (qui se (inquit) castrauerunt propter regna cęlorum.) si castrati mercedem habent regni cælorum, ergo, qui se non castrauerunt, locum non possunt accipere castratorum. vbi Gloss. verbo si castrati. argumentum infert; quod de vno conceditur &c. alibi dicitur: quod de vno negatur, de alio conceditur. vt. 25. distinct. qualis. Nec discessit Augustinus in can. vnus ex vobis me traditurus est. 6. 2. q. 1. inferens: Bene dicit ex vobis, & non ex nobis. Quia nimirū; quod de voo dicitur, de aliis negatur Glossa ibidē verbo vnus ex vobis subnectit. peroptimè Gregorius in cap. non ne dicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes 6. extra de præsumptionibus. dicens. Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, alterum tacendo concessit. notat Gloss. ibidem verbo tacendo. deducit Nauar. cons 1. nu. 1. libro 4. de clandestina desponsatione. & cons. 12. num. 5. circa finem eodem libro 4. de consanguinitate, & affinitate.

Quod contra leges accipitur, per leges dissolui meretur. Regula est, quam Ioānes Octaus Ludouico Imperatori insinuauit in can. vides fili charissime 10. distinct. 10. ibique plene Gloss. verbo dissolui. dixitque Gregorius Ioanni Caralitano Episcopo scribens in can. Imperiali constitutione aperte sancitum est: vt ea, quæ contra leges fiunt; non solum inutilia, sed etiam pro infectis habenda sint 13. 25. q. 2. Quia nimirum principali destructo, & accessorium destruitur, & omne quod sequitur ex eo. tradit peroptime Glos. dicto verbo dissolui. d. can. vides fili charissimè.

Quod omnes alii faciunt. ergo & tu obseruabis. ex Stephano Papa Clero Constantinopo-

li-

litano scribente in *can. quod dicitis, neque Sardicense Concilium, neque decreta alia vos habere sanctorum Patrum* 14. *fine finali distinct.* 16. verbis illis: *maxime cum Sardicense Concilium, quod penes vos, in vestris regionibus actum est, & omnis Ecclesia recipit; qua ratione conuenerit, vt hoc sancta Constantinopolitana Ecclesia abijceret: & vt dignum est, retineret?* ibique *Gloss.* verbo *regionibus*, pro regula statuens: *Ex quo omnes alii hoc faciunt: ergo & tu obseruabis illud*. ex Augustino ad Ianuarium in *can. illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus* 11. *in fine distinct.* 12. referente, quod Ambrosius eius Matri respondit: *Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi*.

Quod differtur, non aufertur. ex Leone Papa ad Rusticum Narbonensem Episcopum in *can. ancillam à toro abijcere* 11. *in fine* 32. *q.* 2. in ratione, quam reddit: *Nemo enim desperandus est, dum in hoc corpore constituitur: quia non nunquam, quod diffidentia ætatis differtur, consilio maturiore perficitur*. & repetitur in *can. nemo desperandus est, dum in hoc corpore constitutus est*. 1. *de pœnitentia distinct.* 7.

Quod ab initio voluntarium est, fit ex post facto, necessitatis. Ex Gregorio Theodoro Consiliario in *can. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes* 67. *in ipso principio* 12. *q.* 2. verbis illis: *Vt, qui se voluntariis obsequiorum necessitatibus sponte subijciunt; digne nostris prouisionibus consolentur*. ibique *gloss.* verbo *voluntarijs*. Rationem reddens: *Quia, ab initio est voluntarium; sed postquam illud incæpit, tenetur illud confirmare*. ad Bonifacij VIII. regulam 21. *quod semel placuit, amplius displicere non potest. de regulis Iuris in* 6. *Ioseph Ludouicus decis. Perusina* 21 *num.* 32.

Quod iure fit permittente, nec male permissum dicitur. Namque fit Iuris auctoritate. & sic iurè. Si iure iustè. si autem iuste bene. ex Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges, & Iudices reddi iubent* 11. *in fine* 14. *q.* 4. Augustinum pende: *Hoc enim certè alienum non est, quod iurè possidetur: hoc autem iure: quod iustè; & hoc iustè, quod benè. Omne igitur quod male possidetur, alienum est: male autem possidet, qui male vtitur*. Concinit Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius verò concubitum vir suus accedere non debet* 4. *fine finali in fine*. §. *Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita tetigit*. *distinct.* 5. verba damus: *Si igitur bene præsumpsit, quæ vestimentum Domini in languore posita, tetigit: quod vni personæ infirmanti conceditur: cur non conceditur cunctis mulieribus, quæ naturæ suæ vitio infirmantur?* Quod igitur bene, hoc iuste. Quia profecto non peccat, qui legis aliquid facit auctoritate. vt contrà, qui peccat, non peccat, legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. qui peccat, non peccat legis auctoritate* 40. 23. *q.* 4. Cum non possit inter peccata deputari, quod lex præcepit; & Deus iniunxit. Innocentius Papa Ruffo, & Eusebio Episcopis Macedonibus respondit in *can. numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortium* 1. *in fine* 28. *q.* 1. Concordat Innocentius Tertius Archidiacono Richemundiæ scribens in *cap. post electionem & confirmationem Episcopi Elien.* 7. §. *quoniam constitit nobis archidiaconatum prædictum. de concessione præbendæ*. verbis illis. *Et quod institutione facta per ipsum, secundum Iuris ordinem, minime reprobata* Quod ergo fit iuris ordine, non vtique reprobatur. vt contra, quod sine iure fit, consequenterque iniuste, atque cum alterius iniuria, nulliter fit: Quia contra iustitiam fit. *Rota* apud *Cencium de censibus decis.* 88. *num.* 6. *Andreas de Isernia in cap.* 1. *qui successores teneantur num.* 13. *vers. Vnde dic quod reuocent. in vsibus feudorum*. *Federicus de Senis q.* 36. *num.* 2. *Triuisanus decis* 22. *nu.* 2. *part.* 2. *Cænedus canonicarum quæstiorum q.* 17. *num.* 8. *col.* 2. *in principio*. diximus *respons.* nostra 13. *nu.* 85. 86. *& sequentib part.* 5.

Quos Deus coniunxit, homo non separet. *Matthæi* 19. 7. Deduxit Isidorus in *can. quos Deus coniunxit, homo non separet* 18. 33. *q.* 2. subdēs: *Quæris quomodo? subaudi violenter, sine lege, absque ratione, quos Deus coniuxit, homo non separet. Non enim homo separat, quos pœna condemnat; quos reatus accusat; quos maleficium coarctat*. Imo iustum est. vt Hieronymus in *can. Ebron dicitur esse Ciuitas quatuor virorum* 2. *in fine* 13. *q.* 2. verbis edicens: *Quos coniunxit vnum coniugium; coniungat vnum sepulchrum: quia vna caro sunt; & quos Deus coniunxit, homo non separet*. Quod sane exauditur etiam in matrimonio spirituali. ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Andegauensi in *cap. inter corporalia, & spiritualia* 2. *in fine principij de translatione episcopi*. Nam quod in comparem nefas est, neque in subditos permissum erit. ex Ambrosio in Lucam in *can. an quod in subditos nefas est, in comparem fas est*. 2 *eadem* 33. *q.* 2. in fine inferens: *Audi legem Domini, cui obsequuntur etiam, qui leges ferunt: quas Deus coniunxit, homo non separet*. ibique *gloss.* verbo *in subditos*. Vnde neque religionis causa benè instituta coniugia licet dissolui, nisi vtriusq; cōsensu libero. *Per se enim veritas dicit: Quod Deus coniunxit, homo non separet*. Respondit Gregorius Theotistæ patriciæ in *can. sunt, qui dicunt religionis causa coniugia debere dissolui* 19. 27. *q.* 2. Nam quando ex consensu vtriusq; matrimonium dissoluitur causa religionis diuinique amoris intuitu; Deus, & non homo separat. vt Nicolaus Papa Carolo Regi respondit in *can. scripsit nobis Tietberga regina* 26. *eadem* 27. *q.* 2. quæ sanè propositio in infidelibus, quoque procedit, nam eos etiam Deus in matrimonium coniugit. ex Innocētio Papa Rufo, & Eusabio Episcopis Macedonibus in *can. numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortium* 1. 28. *q.* 1. & in seruis quoque procedit, etiam si diuersos Dominos habeant. vt in vno coniugio permanentes Dominis seruiant suis. vt in Concilio Cabilonensi Secundo decretum fuit. in *can. dictum est nobis, quod quidam legitima seruorum coniugia* 8. *fine finali* 29. *q.* 2. Ita sane vt si coniux ad alias nuptias transierit, quod vir eius

mor-

mortuus affectus fuerit, si reuertatur, ad eũ transire cogatur. Quia quos Deus coniunxit, homo nō separat. vt Leo Papa Nicetę Aquilienſi Epiſcopo ſcribens respondit in *can. cum per bellicam cladem, & pergrauiſſimos hoſtilitatis incurſus*.1.34.q.1.

R



Adix malorum omniũ eſt auaritia, atque cupiditas rerum mundi aliſi.ex Paulo 1. *ad Timotheum* 6.10.dicente: *Radix omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis.* & ex Gregorio in *can. bonorum auctori inhærere aliter non valemus, niſi cupiditatem à nobis, quę omnium malorum radix eſt, abſcindamus*.7. *diſtinct*.47. nec diſſimiliter Auguſtinus in *can. quia radix omnium malorũ eſt cupiditas* 13. *de pœnitentia diſtinct*.2. ſubſequens:&

*Radix omnium bonorum eſt Charitas; & ſimul ambę eſſe non poſſunt; niſi vna penitus euulſa fuerit, alia plantari non poterit. Sine cauſa aliquis conatur ramos incidere, ſi Radicem non contendit euellere.*

Radix vbi optima eſt, in ea fundati rami fructus patiunt, ſi à radice auulſi, nec fructus dant. vt ergo fructus dent in vnitate radicis fundamentum habere debent rami. Sic qui in vnitate Eccleſiæ non fuerint, fructus reddere non poterunt. ex Cypriano de vnitate Eccleſiæ in *can. loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, quia tu es Petrus*.18 §. *Epiſcopatus vnus eſt*. 24.q.1. Sic & ramus cum in radice inſeritur. ex Auguſtino in *can. ipſa pietas, veritas, charitas*.24.§. *ſi inquiunt Donatiſtę oportet. vt nos*. 23.q.4. verba excipe: *Cùm enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud vnitus in arbore, quo poſſit recipi, vt viuat qui ſine vita radicis peribat: ſed cùm receptus recipienti coaluerit, & vigor conſequetur, & fructus: ſi autem non coaluerit, ille quidem areſcit, ſed vita arboris permanebit.*

Rapina fieri, dupliciter dicitur. Aliquando enim res ipſa rapitur: aliquando ipſius rei vſus tantummodo violenter rapitur. Res ipſa tunc rapitur, cùm violenter domino eripitur, vt in perpetuum teneatur. Aliquando verò non res ipſa affectatur; ſed vſus rei domino prohibetur, & violenter vſurpatur. Gratianus in *can. de raptoribus autem id conſtituendum eſſe cenſuimus* 3. *ſiue finali*.§. *ex hac auctoritate liquet*. *in fine* 36.q.1.

Rapina, cum violentiam contineat, magis prohibetur, quàm furtum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita vſurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtique furti nomine in lege veteris teſtamenti, & rapinam intelligi voluit. à parte enim totum ſignificat, quid quid illicitè rerum proximi aufertur. Auguſtinus in *can. pœnale eſt occultè auferre: multò maioris pęna eſt viſibiliter eripere*.13.14. *quæſt*. 5. Quia magis delinquit raptor, quã fur. *Gloſſ.* ibidem verbo *maioris*. rationem reddit.

Rapinæ ſimile peccatum eſt, ſi quis inuenta non reddat. ex Hieronymo in Leuiticum in *can. multi ſine peccato putant eſſe, ſi alienum, quod inuenerint teneant* 8.14.q 5. ſubdēte: *Et dicunt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Diſcant ergo, peccatum hoc eſſe ſimile rapinę, ſi quis inuenta non reddat*. Rationem reddit *Gloſſa* ibidem verbo *dicunt*: ſubdens: *Iſti male dicunt: quia omnes ſcire debent, quod ſuum non eſt, ad alios pertinere.* Nec diuerſimode Auguſtinus ibidem in *can. ſi quid inuenſti, & non reddidiſti, rapuiſti: quātũ potuiſti, fecisti*.6. inferēs: *Quia plus non inueniſti, ideo non plus rapuiſti. Qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret. Deus cor interrogat, nõ manũ.*

Rapinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reddatur. Ambroſius in *can. rapinam emere* 5.14 q 5.

Rapinam facit, qui vſuram accipit. Ambroſius in *can. ſi quis vſuram acceperit; rapinam facit, vita non viuit* 10.14.q.4.

Rapere conuincitur aliena, qui vltra neceſſaria ſibi retinere probatur. præſertim Prælatus. qui hoſpitalis eſſe debet. ex Hieronymo Gratianus in *ſumma*. §. *ordinandus itaque ſacerdos*. *diſt*.42. Nec diuerſimode Ambroſius in *can. ſicut* 15. *qui per inſaniam mente tranſlati ſunt* 8 §. *proprium nemo dicat quod eſt commune diſt*. 47. excipe illum: *Proprium nemo dicat, quod eſt commune; quod plus, quàm ſufficeret, ſumptum, etiam violenter obtentum eſt.* vbi *gloſſ.* verbo *etiã violenter*. infert: *dicitur hicquod per violentiam dicitur auferre, qui vltra neceſſaria ſibi, retinet*. Quod exaudit *gloſſ.* ſubſequenter: *ſi hoc fiat tempore neceſſitatis*. Ex ratione eiuſdem Ambroſii ibidem in fine, dicentis: *Neque enim minus eſt criminis, habenti tollere: quàm cum poſſis, & abundes, indigentibus denegare. Eſurientiũ panis eſt, quem tu detines: nudorum indumentum eſt, quod tu recludis: miſerorum redemptio eſt, & abſolutio, pecunia, quam tu in terram fodis: Tot te igitur ſcias inuadere bona, quot poſſis prętare, quod velis.*

Raptores ſunt, eisque deteriores, qui alterius famam diripiunt, detractoreſque Epiſcoporum, vnde infames ſunt, & ab Eccleſia extorres fiunt. ex Anacleto Papa in *can. deteriores ſunt, qui doctorum vitam, moreſque corrumpunt*.15.6.q.1.& ex Calixto Papa ad Epiſcopos Galliæ in *can. conſanguineorum coniunctiones* 4. *in fine* 3 q.4. verbis edicente: *Hos ergo leges ſeculi interficiunt; ſed nos miſericordia pręeunte, ſub infamię nota ad pęnitentiam recipimus* Nec diuerſimode Euſebius Papa ad Epiſcopos Thuſcię in *can. conſtituimus iternũ, firmãtes cana Patrum ſtatuta* 9. *eadem* 3.q.5. in fine concludens: *Quia infames ſunt, & inſtè repellendi; quia funeſta eſt vox eorum.*

Raptus, eſt illicitus coitus, à corrumpendo dictus. Vnde qui raptu potitur, ſtupro fruitur. ex Iſidoro lib.5. Etymologiarum in *can. raptus*

*raptus*

*raptus quoq; illicitus coitus*. 1. 36. q. 1. & repetitur in *can. raptus est illicitus coitus* 48. 27. q. 2. Nam

Raptus admittitur, cùm puella violenter à domo patris abducitur, vt corrupta in vxorem habeatur; siue puellę solummodo; siue parentibus tantum, siue vtrisque vis illata constiterit; hic morte multatur. Sed si ad Ecclesiam cum rapta confugerit, priuilegio Ecclesiæ mortis impunitatem promeretur. Gratianus in *can. lex illa prateritorum principum* 2. §. *cum ergo hoc illicito coitu sit corrupta. in fine* 36. q. 2. & ex Aurelianensi Concilio primo in *can. de raptoribus autem id constituendum esse censuimus* 3. *siue finali eadem* 36. q. 2. vide *Farinaccium de Immunitate cap*. 6. *ampliat* 1. *nu*. 88. & 90. Hodie viget Decretum Sacrosanctę Tridentinæ Synodi *sessione* 24. *cap* 6. *de reformatione matrimonij*.

Raritas prætiositatem facit. Rarum est enim omne, quod magnum est. Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia principem locum* 2. *in fine distinct*. 95. Nec disuncto sensu Hieronymus ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia* 24. §. *sed dicis quomodo Romæ ad testimonium Diaconi presbyter ordinatur? distinct*. 93. verbis testante: *Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius est*. eodemque modo Iulius Papa in decretis in *can. in sancta Nicæna Synodo statutum est* 4. 2. q. 7. in ratione, quam reddit: *Quia Rarum est omne, quod magnum est*.

Raro proinde, quæ accidunt, iudicantur secundum leges in casibus cõmuniter accidẽbus. ex Iuliano libro 17. Digestorum in *l. ea, quæ raro accidunt, non temere in agendis negotijs computantur* 65. *ff. de regulis Iuris*. ibique *Glossa* & *Dinus*. *Vincentius de franchis decis*. 20. *num*. 4. Licet quidem Ius adaptetur ad ea, quæ frequentius accidunt. quàm ad ea, quę per rarò eueniunt. ex Celso libro 8. Digestorum in *l. nam ad ea potius debet aptari Ius, quæ frequenter, & facilè, quàm ad ea, quæ per rarò eueniunt* 5. *ff. de legibus, & senatus consultis, & longa consuetudine*. Vnde vna hirundo non facit ver. secundum Aristotelem 2. *ethicorum* 7. *Andræas de Isernia in cap*. 1. §. *hoc autem. de his, qui feudum dare possunt. num*. 18. vbi Liparulus littera E.

Ratio exemplis præferenda. ex Augustino ad Marcellinum de Ciuitate Dei in *can. sana quippe ratio, etiam exemplis anteponenda est*. 11. *siue finali distinct*. 9. ac subsequente. *Cui quidem* (rationi videlicet) *& exempla concordant*. Nam

Ratione lex constat. vnde lex est omne, quod ratione constat. ex Isidoro in *can. cõsuetudo autem est ius quodam moribus institutum* 5. *distinct*. 1. Quin Ratio æquiualet canoni. ax Augustino ad Hieronymum in *can. ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur* 5. *in fine eadem distinct* 9. verba damus: *Sed, quia mihi per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt*. ibique *Gloss*. varbo *probabiles* argumentum infert: *quod ratio æquiualet canoni*. inde est: quòd, quod

Ratione carer, carit pari necesse est. vt Damasus Papa ad Episcopos Africæ respondit in *can. chorepiscopi tam ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerunt Episcopis prohibiti* 5. §. *nam non amplius, quàm duos ordines. distinct*. 68.

Ratione prædita sunt homines, & proinde, quia rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus, quas in vsum vitę præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo; & pro suorum actuum qualitate recipient, aut pœnam, aut gloriam. Gratianus in *can. firmissime tene. & nullatenus dubites* 3. §. *ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur. in fine*. 15. q. 1.

Rationem, qui Deo, & hominibus, iustam reddere non possunt, quiescere magis animo debent. ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam certis rationibus* 1. *circa medium* 24. q. 3. excipe illum: *En adsum: Senex à iuuene coepiscopo, & Episcopus tot annorum à collega nec dum anniculo paratus sum discere, quomodo, vel Deo, vel hominibus iustam possumus reddere rationem. &c*. & circa finem: *Si ergo de hac re potes reddere rationem; vtinam, & nobis rescribendo præstes, vt possimus & nos. Si autem non potes: quid tibi est inconsulta commotione animi facere; vnde si interrogatus fueris rectam rationem non valeas inuenire?* Animo ergo quiescamus. Quia nimirum ex eodem ibidem in fine: de quo Rationem reddere non possumus, neque illud asserendum, verbis illis: *Si autem non potes: quid tibi est?*

Rationem reddituri sumus Deo in die iudicii de omni otioso verbo. Quid ergo de pernicioso? Consideremus itaque quid loquamur. ex Hieronymo in *can. quaties verò loquimur, aut non in tempore, aut importuno loco* 21. *in fine* 22. q. 5. Sicut etiam de negligentia. ad Augustini sensum in *can. quando vult Deus concitare potestates aduersus hæreticos* 39 *ad medium* 23. q 4. verbis illis: *Si non ergo mouerentur; quo modo redderent rationem de imperio suo Deo?* Rationem ergo reddent etiam Principes de negligentia in defendenda Ecclesia; *vt temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, vnde spiritualiter nati sunt*. vt ibidem subnectit idem Augustinus. ibique *Gloss*. verbo *pacatam*. rationem reddẽs: *Ad hoc enim cõstituti sunt Principes, vt tueantur Ecclesias*. ex Isidoro in *can. principes seculi* 20. *in fine* 23. q. 5. verbis inferente: *Cognoscant Principes seculi Deo debere se rationem reddere propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt*.

Ratio est anima legis. Deducitur ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus, vt in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat* 24. 12. q. 1. in ratione, quam reddiderunt: *Si enim animę hominum pretiosiores illi sunt traditæ, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere*. Ratio ergo legis est anima. Quia legem informat, sicut anima corpus. ita & ratio prefertur legi *quanto anima prefertur corpori* ex Innocentio Tertio Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori in *cap. solitę benignitatis affectu* 6. §. *quod autem sequitur. de maioritate, & obedientia. Rota part*. 1. *in recentioribus decis*. 10. *num*. 7.

Surdus

Surdus decis. 329. num. 23. & de alimentis tit. 1. q. 44. num. 15.

Ratio cùm afferri non potest in contrarium eorum, quæ dicuntur, quin dicere contra ea absurdum sit, afferendum non vtique est. ex Innocentio Papa Rufo, & Eusebio Episcopis Macedonibus in can. numquid non erunt admittendi in hæreditatis consortium 1. in fine 28. q. 1. verba sunt eius; Quod cum ita sentire, atque iudicare absurdum est; quæ (malum) ratio est, hoc defendi, & vacuari; cùm non possit inter peccata deputari, quod lex præcipit, & Deus iunxit?

Ratio, & lex prauum vsum vincit. vsus vero auctoritati cedit. ex Isidoro de Synonimis lib. 2. in can vsus auctoritati cedat, prauum vsum lex, & ratio vincat 1. distinct. 11. veluti, & Augustinus contra Donatillas in can. veritate manifestata, cedat consuetudo veritati 4. distinct. 8. & ipse subsequitur: Nemo consuetudinem rationi, & veritati preponat: Quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit. Et, si enim Cõsuetudinis, vsusque longeui non vilis auctoritas sit; verùm non vsque adeo preualet, vt rationem vincat, & legem. Ex Constantino Cæsare ad Proculum, relato in can. consuetudinis, vsusque longeui non vilis auctoritas est. 4. eadem distinct. 11. ibique plura notat Glossa.

Ratio de singulis querenda non est: Quia nec illam de singulis reddere valemus. ex Augustino libro de predestinatione, & gratia in can. Nabucodonosor penitentiam meruit fructuosam 22. 23. q. 4. verbis prosequente: Hic mihi rationem reddat, qui diuinum consilium nimium alto, sapientique corde diiudicat. ibique Glossa verbo rationem. argumentum inferens: Quod de singulis non est ratio reddenda. Deducit ex Gratiano in can. vasis iræ 23. 5. item Augustinus eadem 23. q. 4. de Tyriis, & Sydoniis verba faciente sequentibus; Quare autem hoc negatum fuerit; dicant si possunt, qui calumniantur, & ostendant; cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit: Et apud eos, quibus profutura erant, non fecerit. Nos etenim si rationem facti, & profunditatem iudicij eius, penetrare non possumus: manifestissime tamen scimus, & verum esse, quod dixit, & iustum esse, quod fecit: & non solum Tyrios, & Synodios, sed etiam Corozain, & Bethsaida potuisse conuerti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis voluisset Dominus operari. Deducit plenissime Augustinus in can. si ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur; respondeant si possunt. 8. de pænitentia distinct. 4.

Rationem reddere omni poscenti parati esse debemus de ea fide, & spe, quæ in nobis est. ex S. Petro 1. 3. 15. & deducit Gratianus in can. qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus 2. §. hinc, & Petrus cum rectoribus Ecclesiæ scriberet. distinct. 36. verba sunt Sancti Petri: Parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe. verba vero Gratiani: Hinc & Petrus cùm rectoribus Ecclesię scriberet, ait: Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem de ea fide, & spe, quę in vobis est.

Ratio naturalis sine lege, sola sufficit. ex Augustino ad Pollentium in can. si enim reredere ab infidelibus vxoribus 9. 28. q. 1. Nam ratio naturalis lex est quædam tacita. ex Paulo libro singulari de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur in l. cum ratio naturalis quasi lex quędam tacita 1 ff de portionibus, quę liberis damnatorum conceduntur. Nec diuersimode Modestinus libro 4. excusationum in l. scire oportet, quoniam neque dati tutores. 15. §. sufficit autem intra constitutum tempus excusare se solum ff. de excusationibus tutorum, & temporibus earum. verbis illis: Cuius fidem, tam & si sufficit firmare ex ipsa naturali iustitia, est tamen & constitutio Imperatorum Veri, & Antonini hęc dicens. Naturalis itaque ipsa iustitia, & ratio legi æquiperatur. sequitur Cassadorus decis. 7. nu. 17. de causa possessionis, & proprietatis. Plura deducit Crauetta cons. 31. nu 5. Quam ob rem rectè Gregorius ad Guidiscalcum in can. illa prępositorum solicitudo vtilis 67. 11. q. 3. illa dicitur Cautela laudabilis, in qua totum Ratio agit. subdens: Restringenda sub Ratione potestas est: nec quidquam agendum priùs, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit.

Ratio vbi vniformis in vno casu, sicut in alio fuerit, idem ibi debet Ius esse, & par debet esse iudicium. ex Hieronymi ad Oceanum de morte Fabiolę in can. pręcepit Dominus vxorē non debere dimitti, excepta causa fornicationis 19. 32. q. 5. inferens: Quidquid viris iubetur, hoc cõsequenter redundat in fœminas Neque enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus retinendus. Rationem refert Glossella ibidem verbo redundat, dicens: Nam vbi par est ratio. par debet esse Iudicium. Sequitur ibidem idem Hieronymus in can. sequenti 20. dicens: Apud nos, quod non licet fœminis, æquè non licet viris; & eadem seruitus pari conditione censetur. vbi Gloss. verbo par. argumentum infert: De quibus par ratio attenditur, simile debet esse iudicium. ex Augustino in can. nihil iniquius, quàm fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari 1. 32. q. 6. & in can. Apostolus dicit: his, qui sunt in coniugio. 3. 32. q. 7.

Ratione quò magis quisque nititur, eò maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Gratianus in summa distinct. 20. in ipso principio. dicens: Quò enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur.

Rationi proinde magis deferendum, quàm Doctorum auctoritati. prosequitur Ioannes Sanchez in selectis disputat. 7. nu. 18. Nam ratio dicitur communis lex. ex Isidoro in can. consuetudo autem 5. distinct. 1. & diximus in superioribus. Aymon Crauetta cons. 192. nu. 2.

Rationem reddere tenentur etiam Monachi curam animarum tenentes Episcopo loci ordinario. ex Vrbano II. in can. sanè, quia monachorum quidam Episcopis ius suum auferre contendunt 6. 16. q. 2.

Ratihabitio in delictis mandato æquiparatur. ex Nicolao Papa Girardo Turonensi Archiepiscopo in can. notum sit tuæ fraternę charitati 10. in fine 2 q. 1. dicente rationem: Quia

scien-

*scientem, & consentientem par pœna constringit.* ibique *Gloss.* verbo *& consentientem.* Siue tatum habentem. Patique modo ex Leone Papa in *canon. auditum est fratres charissimi* 18. *in fine* 2. q.5. illis verbis: *nec perpetraui, nec perpetrari iussi.* vbi Glossa verbo *iussi* dicēs: *Et hoc, quod nō habeam ratum, quod factum est: cum etiam in maleficiis rati habitio mandato æquipareetur.* Ex Vlpiano lib.69. ad Edictum in l. *idem est, si quis armis deiectius est* 3. §. *Cum procurator armatus venit. ff. de vi, & vi armata.* Verba sunt Vlpiani: *Cum procurator armatus venit, & ipse Dominus armis deiecisse videtur: siue mandauit, siue ratum habuit.* Decreuitque Bonifacius Octauus in *cap. cū quis absque tuo mandato* 23. *de sententia excommunicat. in* 6. Rationem reddens: *Cùm ratihabitio retrotrahatur, & mandato debeat comparari.* dixitque in regula *ratihabitionem* 10. *de regulis Iuris in* 6. sequitur *Nauarrus conf.* 10. *nu.* 7. *lib.* 5. *de simonia.*

Ratihabitio retrotrahitur, & confirmat illud, quod per se inualidum erat. ex Hieronymo ad Damasum Papam in *can. quoniam quidquid habent Clerici, pauperum est* 68. *fine finali propè finem* 16. *q.* 1. verbis: *Quam ob rem, si aliqua modo fuerint ab his malè detenta quæ diuini iuris esse noscuntur, & in vsum transierint monachorū, & seruorum Dei; Episcopo tamen loci illius præbente consensum, constabunt eis omnia perpetua firmitate, & stabilitate subnixa.* ibique *Glossa* verbo *consensum præ*lectum verò, si præscriptio accesserit. Deducit Gratianus in *can. placuit, vt quicumque Episcopi negligunt loca ad suam residentiam pertinentia* 15. §. *potest etiam aliter intelligi præscriptio illa longi temporis.* 16. q. 3. Concinit Ioannes Papa Salomoni Tertio, & Vltimo Regi Britonum in *can. hęc quippe est ordinatio Dei, patris tui.* 10. *circa medium* 3. q. 6. in ratione, quam reddit: *Nam cum prædecessores mei præsules, Electionem eorum Episcoporū, qui ab Ecclesiis suis expulsi sunt, nec admiserunt, nec approbauerunt; nec ipsos, qui eis subrogati post sunt, viuentibus illis, legitimos Episcopos dixerunt: Sane &c.* Ratihabitio igitur confirmat, quod erat aliàs inualidum. vide nostrum *Marantam conf.* 73. *nu.* 6.

Ream linguam non facit nisi mens rea. Augustinus de verbis Apostoli in *can. homines falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur.* 3. *in fine* 22. q. 2. repetiitque Gratianus in *can. queritur, cur patriarcha mentiri voluit* 22. *post medium* §. *Episcopus vero iste de quo agitur, & si falsum iurauit eadem* 22. q. 2. dicens: *tamen quia, vt supra dictum est, ream linguam non facit nisi rea mens.* Concinit Alexander Papa omnibus orthodoxis scribens: *In can si quandoque à sacerdotibus Ecclesia* 1. *in fine* 15. q. 6. diximus *respons.* nostra 33. *num.* 22. *parte* 5.

Reatus, est obligatio, qua quis ob peccatum se Deo obstrinxit ad pœnam debitam persoluendam. Quamuis enim per pœnitentiam culpa à Deo remittatur, non tamē tota pœna peccato debita remittitur. ex Gregorio in *can. si peccatum Dauid tam detestabile Dominus transtulit* 82. *de pœnitentia distinct.* 1. exemplo Dauid id probans; *Sic enim Dauid audire post confessionem meruit: (Dominus transtulit peccatum tuum.) & tamen post multis cruciatibus afflictus, ac fugiens, reatum culpæ, quam patrauerat, exoluit. Sic nos salutis vnda à culpa primi hominis absoluimur. Sed tamē reatū eiusdē Culpæ diluētes, absoluti quoq; adhuc carnaliter obimus.* deducit *Nauar.* in manuali præludio 7. *num.* 21. 22. & 23. & de *Indulgentiis, & Iubileo notabili* 9. *num.* 13. & *notabili* 10. *num.* 5. & 6. & *num.* 23. Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 26. *vers. secunda sententia. S. Thomas.* 1. 2. q. 87. *art.* 1.

Recedere oportet à malis, non tantum corpore, quàm mente, vt spiritualiter ab eis recedatur, non corporaliter. vt malos ipsos corrigamus quantum licet pro gradu nostro, salua pace. ex Augustino de verbis Domini in *can. tolerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur* 1. & *can. ecce inquiūt, dicit propheta: Recedite, & exite inde, & immundum ne tetigeritis* 4. 23. q. 4. Tangere enim immundum, est consentire peccatis. *Quid est autem exire inde, nisi facere, quod pertinet ad correctionem malorum, quantum pro vniuscuiusque gradu, atque persona, salua pace, fieri potest?* Augustinus ibidem verba facit. prosequitur Gratianus in *can. aduersitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis est* 48. §. *Cùm autem vitiis subditorum prælatus affligitur.* 7. *quæst.* 1. dicens: *Quando boni simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos: ne peruersè malos euitando vincamus, quos fugimus, in gehennam; sed potius mali tolerentur propter bonos.*

Recidiuare est iterum redire ad id, quod per pœnitentiam relictum fuerat. Est namque primam illam causam, ex qua peccatum ortū fuerat, in interioribus medullis habere reconditam. ex Octaua Synodo in *can. si quis semel notatus fuerit* 1. *de pœnitentia distinct.* 2. Nam ex Augustino in *can. charitas, quę deseri potest, nunquam vera fuit* 2. *ibidem.* & ex Ambrosio in *can. pęnitentia est mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere.* 1. *de pœnitentia dist.* 3. Qui vero recidiuat, plangenda iterum committit. Nam ex Augustino ibidem *can. satisfactio pęnitentiæ* 3. Satisfactio pœnitentiæ est, peccatorum causas excidere, nec earum sugestionibus aditum indulgere. Sicuti

Recidiuare dicitur Clericus facto subdiaconatus ordine promotus, si quando suæ sponsionis immemor ad terrenas nuptias, aut ad futuros concubitus vltra recurrat, vnde sacrilegii reatum incurrerit. ex Concilio Toletano Secundo in *can. de iis, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis clericatus officio mancipauit* 5. *post medium distinct.* 28. Veluti

Recidiuasse dicuntur Virgines, quæ post consecrationem nupserunt, & non tantum adulteræ sunt, sed incæstę. ex Hieronymo contra Iouinianum in *can. Virgines, quæ post consecrationem* 9. *fine finali dist.* 27. Quin etiam sacrilegæ. vt *Gloss.* ibidem verbo *quam incesta.* Subnectit ex Concilio Tributiensi in *can. virginibus*

 se-

*sequasdam temere sociare cognouimus* 14. 27. q. 1. subiungendo: *& post dicatum Deo propositum incesta fœdera, sacrilegaque miscere*. Incestum committit secundū *Glossam* ibidem verbo *incesta*. Rationem reddentem: *Nam accedens ad monialem incestum committit, quia sponsa Dei est, qui est Pater noster. & incestus committitur cum affini, sicut cum consanguinea. Item sacrilegium, quia est res sacra.*

Reconciliatio ad priorem est restitutio statum, atque pristinum honorem. ex Nicolao Papa Girando Turonensi Archiepiscopo in *can. notum sit tuæ fraternę charitati* 10. *in fine* 2. q. 1. verbis illis: *tuæ fraternitatis censura celeri emendatione corrigantur; scilicet restituendo Ecclesię proprię iam dictum Sacerdotem, atque ei reddendo tua pietate pristinum, quem perdidit, honorem, & nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contemni permittas.*

Reconciliati post hæresim, reconciliationem ipsam per confessionem, per scripturam publicam præstare debent, vt fateantur, se communi consensu Ecclesię catholicæ, & Apostolicę statuta obseruaturos. ex Nicœno Concilio in *can. si qui voluerint venire ad Ecclesiam Catholicam, & Apostolicam ex Nouatianis* 8. 1. q. 7. Concinit Concilium apud S. Medardum in *can. legum Ecclesiasticarum consuedo, & auctoritas talis est, vt in causis gestorum semper scripturam requirant* 9. 2. q. 1.

Reconciliare pœnitentes Episcopi officium est, sicut & chrisma conferre. ex Concilio Carthaginensi secundo. in *can. si iubet sanctitas vestra, suggero.* 1. & ex Concilio Arausicano in *can. qui recedunt de corpore pœnitentia accepta* 3. 26. q. 6. Nisi tamen absente Episcopo, vltima necessitas cogat, vt à presbytero reconciliationem accipiat. & Concilio Carthaginense Tertio in *can. presbyter inconsulto Episcopo non reconciliet pœnitentem* 14. *siue finali eadem* 26. q. 6. Alioquin pœnitentem in Ecclesia benedicere, & reconciliare absque Episcopi permissu presbytero non licet. ex Concilio Agathensi in *can. ministrare diaconus, aut consecrare altarę presbyter non præsumat* 3. *eadem* 26. q. 6. Quia nimirum in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia reconciliatio nulli neganda erit: Quia misericordię Dei, nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire; apud quem nullas patitur venię moras conuersio. ex Leone Papa ad Theodorum in *can. hi, qui in tempore necessitatis* 10. *eadem* 26 q. 6.

Reconciliari non potest, qui in malitia perseuerat; Quia venia neque ab ipso Saluatore data conspicitur, nisi se corrigētibus. Equidē *Mortuos suscitasse Christum legimus: in errore mortuos absoluisse non legimus*. Gelasius Papa Fausto Magistro fungēti legationis officio apud Constantinopolim scripsit in *can. legatur, ex qua est religia Christiana* 2. 24. q. 2. & Leo Papa ad Pulcheriam Augustam in *can damnationis sententiam* 5. *eadem* 24. q. 2. sic testatus ait: *Damnationis sententiam quicumque meretur accipere: si in sensu voluerit permanere, nullus relaxare poterit.*

Reconciliari debet Ecclesia homicidio, vel adulterio polluta. ex Igino Papa in *can. si motum fuerit altare* 19. *in fine*. & ex Concilio Nicæno in *can. Ecclesijs semel Deo consecratis, non debet iterum consecratio adhiberi* 10. *de consecrat. distinct.* 1.

Reconuentio non datur accusato in pari, vel minori crimine, nisi se priùs ipse purgauerit. ex Valentiniano, Valente, & Gratiano Augustis *l. neganda C. qui accusare non possunt*; à Gratiano inter sacros relata canones in *can. neganda est accusatis* 2. 3. q. 11. & *can. sequenti*. ex decreto Hadriani Papæ. & ex eodem repetitur in *can. qui crimen intendit, agnoscendum est, si ipse ante non fiat criminosus* 6. 6. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *qui crimen.*

Redemptio viuorum, & mortuorum Christi passio fuit, vniuersalis pro omnibus, efficax vero eorum, quos diuini consilii altitudo redimendos iudicauit, præsciuit, prædestinauit, vocauit, modis, atque temporibus, quibus id fieri congruit. ex Prospero libro sententiarum in *can. semel immolatus est Christus in semetipso, & tamen quotidie immolatur in sacramento* 52. *de consecrat. distinct.* 2. vbi *Gloss.* verbo *altitudo*, sequētibus commentum agit: *Christus mortuus est pro omnibus, quoad sufficientiam, non qua ad effectum Efficax enim fuit quantum in redimente. Sed per eos stetit, qui se indignos fecerunt. Mortuus est ergo, vt hic dicitur, pro solis prædestinatis, quo ad effectum: sed quo ad sufficientiam pro omnibus.* vt meminit quoque Gregorius Cyriaco Episcopo scribens in *can. in scripturis vestris* 9. *non longe post principium* 8. q. 1. ex verbis Pauli 2. ad Corint. 5. 15. *Et pro omnibus mortuus est Christus.*

Redimūtur peccata pretio miserationis. Namque vitam perpetuam fructu bonorum operum acquirimus. ex Ambrosio libro de officijs in *can. est probanda illa etiam liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias.* 16 *distinct.* 86. & in *can. medicina misericordię tollit peccata magna* 76. *de pœnitentia distinct.* 1. ipse idem Ambrosius ad verba prefata Eccles. 10. secundum 70. sequentibus fatur: *Habemus etiam plura subsidia, quibus peccata nostra redimamus: pecuniam habes; redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es. Peccatis tuis venundatus es: redime te operibus tuis, redime te pecunia tua. vilis pecunia; sed pretiosa est misericordia. Eleemosyna. inquit,* (Tobiæ 12.) *à peccato liberat. Crimina ergo eleemosynis redimuntur.* Alioquin ex eodem Ambrosio in *can. non satis est bene velle, sed etiam bene facere* 14. *eadem distinctione* 86. grandis est culpa si sciente te fidelis egeat, si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti: qui præsertim egere erubescat. *Vel si tempore periculi, quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri; non est lene peccatum.*

Redemptio captiuorum, ac miserorum etiam conflatis vasis Ecclesiæ operanda. Nam aurum habet Ecclesia, non vt seruet, sed vt erogет, & subueniat in necessitatibus. Ambrosius loquitur in *can. aurum habet Ecclesia* 70. 12. q. 2.

12.q.1.subsequens ad medium rationem: *Nemo enim potest dicere;cur pauper uiuit? nemo potest queri:quia captiui redempti sunt: nemo potest accusare,quia templum Dei ædificatum est. Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquijs spatia laxata sunt. Nemo potest dolere,quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. In his tribus generibus,vasa Ecclesiæ, etiam initiata,confringere, conflare,vendere licet,opus est.* Et in Octaua Synodo vniuersali statutum fuit in can. *Apostolicos, & paternos canones renouans hæc sancta, & vniuersalis Synodus,diffiniuit* 13.eadem 12.quæst.2. Idemque Ambrosius in can.pulchra etiam liberalitas est 18. in fine eadem distinct.86.Rationem reddens: *Melius est enim pro misericordia causas præstare,vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam; vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregimus mystica,vt captiuos redimeremus.*

Reddere nos oportet, quę sunt Cæsaris,Cæsari, & quę sunt Dei,Deo. Sic nempe Christus Dominus Pharisęis tentantibus eum, respõdit quandoque.Matthęi 22. 21. *Reddite ergo, quæ sunt Cęsaris,Cęsari, & quę sunt Dei,Deo.* Visa tamen prius imagine, & super scriptione Cęsaris.*Marci* 12.*Lucæ* 20.Perpendit Ambrosius ad Marcellinam sororem scribens in can. *conuenior ipse à Comitibus, & tribunis* 21. *circa finem* 5.*tributum Cęsaris est, non negatur. Ecclesia Dei est*.23.q.8. interês de iis,quæ Dei sunt:*Cæsari vtique non debet adijci: quia ius Cæsaris esse non potest templum Dei. Quod cum Imperatoris honorificentia dictum nemo potest negare. Quid enim honorificentiùs, quàm vt Imperator Ecclesiæ filius dicatur?* Et Vrbanus Papa in can.*tributum in ore piscis piscante Petro,inuentum est* 22. eadem 23.q.8.Nec diuersimode Honorius Tertius H.quondam Reginę Anglorũ respondit in *cap.ex parte tua fuit propositum* 9. *siue penultimo in fine extra de Clericis coniugatis.* ibique *Glossa* verbo. *Quę sunt Dei,* Deo. refereos disticon.

*Reddite(Christus ait)ea,quæ sunt Cæsaris illi:*
*Reddat quisque Deo,quę legit esse Dei.*

Reddere malum pro malo non licet, at bonum pro bono,satis licitum est.ad Iudicem solum spectat malum pro malo reddere.Hoc autem facit non delectatione alienæ miseriæ, sed dilectitione iustitiæ. iustum pro iniusto. quod etiam Deus Iudex iustus facit. ex Augustino in can.*sex differentię sunt*.1.23.q.3.

Reddi oportet,quæ sunt aliena, ab Ecclesia quoque. ex Gelasio Papa Episcopis per Lucaniam in can. *generalis etiam querelę vitanda præsumptio est*.12. distinct.54. in fine concludente: *Nihil perire credimus Ecclesiasticis vtilitatibus;si,quæ sunt aliena,reddãtur.* ibique notat *Glossa* verbo *reddantur*. Semper enim res aliena reddi debet,si potest;alioquin, non remittitur peccatum,nisi restituatur ablatum. ex Augustino ad Macedonium in can. *si res aliena propter quam peccatum est*.1.14.q.6. nec Ecclesia debet lucris inhiare. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in can.*fraternitas tua ex persona furis pensare potest* 11.in fine 12.q.2.Etiam si quid ei sic restituendum.Nam abstinere debet ab augmento.*Sed absit(*inquit Gregorius*)Vt Ecclesia cum augmento recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere,& lucra damnis quærat.* Quandoque vero in quadruplum quid redditur iuxta illud Euangelii (Lucę 19.) *Si quid aliquem defraudaui,reddo quadruplum.* ex Ioanne Papa I.ad Zacchariam Archiepiscopum in can. *in antiquis Ecclesiæ statutis decretum est* 7.12.q.2.

Reddere prętium Ecclesia debet illius rei,quę contra voluntatem domini Ecclesię consecrata est.Nam res illa,cum semel Deo consecrata est,reddi non potest. prętium ergo restituendum,reddendumque erit. Gregorio Fantino Defensori præcipiente in can. *comperimus nullam extitisse causam*.2.14.q.6.

Reddendæ sunt res Ecclesiæ,ab ea propter Episcopi delictum ablatę. Quia delictum personę in damnum Ecclesię non est conuertendum.ex Gregorio Ioanni Defensori eũti in Hispaniam in can. *si Episcopum talem culpã commisisse constiterit* 3.16.q.6.

Reddere cum quis debet,quod ablatum est, & refugit,non agitur pœnitentia, sed fingitur. ex Augustino ad Macedonium in can. *si res aliena,propter quam peccatum est, cum reddi possit,non redditur,non agitur pœnitentia,sed fingitur.* 1.14.q.6.Si verò non habeat,vnde reddat,differtur restitutio. vt ibidem. & regula. *Non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum* 4. Bonifacij Octaui de *regulis Iuris in* 6.Tamen pro culpa maior eidem imponitur pœnitentia. ex eodem Augustino eodem in can. *si res aliena.*

Reddere debitum vxori petenti meritorium est.Quia est debitum.Non ergo denegandum. Augustinum excipe in can.*si dicat vir,continere iam volo;nolo autem vxor; non potest* 1.33.q.5. ita exortantem:*Redde debitum;& si non exigis, redde. Pro satisfactione perfecta Deus tibi computabit,si non,quod tibi debetur, exigis;sed reddis, quod debetur vxori.* ibique *Gloss.* verbo *pro satisfactione*. Rationem reddens: *Quia reddere debitum meritorium est.* ex eodem Augustino ad Ecditiam in can.*secundum verba Apostolica* 5 eadem 33.q.5.

Redire ad vomitum post peccatum, Canum est,non pœnitentium.excipe Isidorum libro 2.de summo bono in can.*irrisor est, non pœnitens* 11.*de pœnitentia distinct*.3.verbis id significantem:*Irrisor est,non pęnitens,qui adhuc agit, quod pęnitet; nec videtur Deum poscere subditus, sed subsannare superbus. Canis reuersus ad vomitum est pęnitens ad peccatum.*

Regeneratio dici non potest in eo,quem generatio non præcessit.Ideo,qui adhuc natus nõ est, regenerari per baptismum non poterit. Isidorum pende libro 1. de summo bono in can.*qui in maternis vteris sunt* 115. *de consecrat. distinct*.4. verbis pronunciantem: *Qui in maternis vteris sunt, ideo cum matre baptizari non possunt: quia qui natus adhuc secundum Adam non est, renasci secundum Christum non potest. Neque enim dici regeneratio in eo poterit, quem generatio non præcessit.* Ibidemque ex Concilio Martini Bracharensis in can. *si qua mulier prægnans*

*guans desiderauerit gratiam baptismi percipere* 116. rationem reddente: *Nam nihil participat in hoc mater infanti, qui nascitur: propterea quod vniuscuiusque propria voluntas in confessione mõstratur.* Nec dissimiliter Augustinus in *can. si baptizata est cara Christi, quę sine peccato erat* 132. *eadem de cõsecrat. distinct* 4. Rationem reddit: *Quia sicut, qui non vixerit, mori non potest; ita, qui natus non fuerit, renasci non potest. Ex quo conficitur: neminem in suo parente renasci potuisse non natum.*

Regeneratio duplex carnalis, & spiritualis. ex Augustino in *can. regenerante autem carne* 136. *de consecrat. distinct.* 4. audi dicentem: *Regenerante autem carne tantummodo contrahitur peccatum originale. Regenerante autem spiritu non solum originalium, sed etiam voluntariorum fit remissio peccatorum.* ibique *Gloss.* verbo *originalium.* adnotans: *Quod licet Baptismus ad delendum originale peccatum fuit institutum; delet tamen etiam actualia cum originali.*

Reficere non est proprie de nouo ędificare. Hanc ob causam, & si in noua monasterii ędificatione perquiratur Episcopi consensus, non ita tamen in refectione, siue reparatione, nisi in totum monasterium esset destructum. ex Decreto Bonifacii in *can. si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere* 41. 16. q. 7. ibique *Glossa.* & ex Agathensi Concilio in *can. de monachis monasterium nouum (nisi Episcopo permittente, aut probante) nullus incipere, aut fundare præsumat.* 12. 18. q. 2. ibique *Gloss.* verbo *nouum.* dicens: *Nouum dicitur, cuius facies immutatur. Si ergo totum monasterium sit destructum, requiritur consensus Episcopi in constructione, sed in reparatione non requiritur* 16. q. *vltima si quis vult.* Concordat per optime Alexander Tertius in Concilio Lateranen in *cap consuluit* 7. *extra de Iudæis, & saracenis, & eorum seruis.* ibique *Gloss.* verbo *reędificent.* Namque licet permittatur Iudæis eorum Synagogas si corruerint, & ruinam minẽtur, eas reędificare, nõ tamen de nouo construere. deducit Ioannes *Azorius Institutionum moralium part.* 1. *libro* 8. *cap.* 22. q. 10. *vers permittitur tamen eis.* & *part.* 2. *lib.* 6. *cap.* 19. q. 10. vide *Afflictum decis.* 392. *num.* 14. *Nauarr. de vsuris in can. si fœneraueris* 24. q. 3. *num.* 118.

Regimen in creaturis perquiritur, vt rectè possit persistere rerum administratio. Id circo Deus omnipotens sua Diuina prouisione gradus constituit diuersos, atque distinctos ordines, vt dum reuerentiam minores potioribus exhiberẽt, & potiores minoribus dilectionem impenderent, vera concordia fieret; & ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. ex Gregorio in *can. ad hoc dispensationis diuinæ prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos.* 7. *siue finali distinct.* 89. in fine addente, rationemque reddente: *Quia verò quæque creatura in vna, eademque qualitate gubernari, ac viuere non potest; cœlestium militiarum exemplar nos instruit: Quia dum sunt Angeli, & sunt Archangeli; liquet, quia non sunt æquales; sed in potestate, & ordine (sicut nostis) differt alter ab altero.* Curandum proinde est, si contrà fiat: *Ne quod prouisum est ad concordiam, tendat ad noxam.* ex Leone Papa ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem. in *can. licet non numquam accidant, quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis* 6. *in fine distinct.* 45.

Regimen qui abnuunt maiorum, acephali, hoc est sine capite, nuncupantur. ex Concilio Parisiensi in *can. nulla ratione clerici, aut sacerdotes habendi sunt, qui sub nullius episcopi, disciplina, & prouidentia gubernantur* 8. *distinct.* 93. Rationem reddente: *Tales enim acephalos, id est, sine capite, prisca Ecclesię consuetudo, nominauit.* Concinit Pascalis Papa Secundus in *can. abbatibus, qui neque sub episcopo, neque sub metropolitano* 18. 18 q. 2. Ita quidem, vt ipsa bruta animalia sub principe viuant. ex Hieronymo ad Rosticũ monachũ in *can. in apibus princeps vnus est; grues vnum sequuntur ordine litterario. Imperator vnus: Iudex vnus prouinciæ.* 41. 7. q. 1. Inuigilare siquidem debet disciplina, quæ cuique regenti apta est, atque accomodata, non solum Episcopo regenti plebem suam, sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam; marito regenti coniugem suam; patri regenti prolem suam; Iudici regenti prouinciam suam; regi regenti gentem suam. vti Augustinus verba facit in *can. duo ista nomina cum dicimus, homo, peccator, non vtique frustra dicuntur.* 35. *post principium* 23. q. 4.

Regere Ecclesiam in communi debent, & Episcopi, & presbyteri, isti quidem vt subiecti, illi verò vt maiores. ex Hieronymo in Epistolam ad Titum in *can. olim idem erat presbyter, qui & Episcopus* 5. *distinct.* 95. ad verba Apostoli: *Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephę.*

Regendi tamen ita seruari debet maiestas, ne dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas. ex Augustino de vita Clericorum in *can. quando necessitas displinę, minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit* 4. *distinct.* 86. inferente: *Non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.*

Regimini animarum talis pręfici debet, qui nõ solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus. ex Gregorio Clero, & Nobilibus Neapolitanis in *can. Petrus diaconus, quem à vobis electũ asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est.* 1. *siue finali distinct.* 39. Non tamen debet ita viribus, vel senio esse confectus, vt ad regiminis officium non possit assurgere. ex Gregorio Ioanni Episcopo in *can. Archidiaconum Florentinum* 1. *dist.* 85.

Regina Austri surget in Iudicio, quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & condemnabit negligentes, qui nec mouentur vt bene agant. *Matthæi* 12. 42. dicente Domino: *Regina Austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: Quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.* Perpendit

que

que Hieronymus in *can vereor, ne quomodo Regina Austri veniens à finibus terrę audire sapientiam Salomonis iudicatura est homines temporis sui.* 32.8.q.1. iudicatura. Non potestate iudicii, quia illud fœminæ non habent. vt *Glossa* ibidem subnectit, sed comparatione melioris vitæ. vt *Glossella* Marginalis ibidem aduertit. Nam vt Hieronymus in fine subnectit similitudinem tradens: *Sic plurimi in populis Episcopos iudicant, subtrahentes se ab Ecclesiastico gradu, & ea, quæ Episcopo non conueniunt exercentes.*

Regula topica est; Si quod magis videtur inesse, & non inest. ergo nec id, quod minus. ex Anastasio Secundo ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesię catholicæ consuetudinē* 8. *distinctione* 19. post principium. excipe illum: *Nam si visibilis solis istius radij, cum per loca fœtidissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus, nulla ministri indignatione constringitur.* Concinit Alexander Tertius in Concilio Lateranen in *cap. cùm in cunctis* 7. *in ipso principio extra de electione, & electi potestate.* ibique plenè *Glossa* verbo *multò fortius* dicēs: *Si id, de quo minus videtur in esse, inest: & id de quo magis.* Probat ex Leone Papa ad Clerum, & plebem Constantinopolitanam in *can. si in laicis vix tolerabilis videtur inscitia: quantò magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna, nec venia?* 3. *distinct.* 38. Nec diuersimode argumētatus fuit Felix Papa Secundus ad fratres Aegypti in *can. de inducijs vero Episcoporum super quibus consuluistis* 2.3.q.3. audi argumentum: *Minus verò, quàm sex menses non repperi: Quia, & laicis hae indulta sunt; quantò magis Domini sacerdotibus?* Eodemque modo Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia principem locum* 2. *in ipso principio distinct.* 59. Neque discessit Leo Papa Nicetæ Aquiliensi Episcopo scribens in *can. cum per bellicam cladem* 1. *in fine* 34.q. 2. argumentum exipe: *Quia sicut hæ mulieres, quę reuerti ad viros suos nolunt, impię habendæ sunt; ita illæ, quę in affectum initum ex Deo redeunt, merito sunt laudandę iudicio.* Parique modo ex Iustiniano Cęsare in *authentica multo magis C. de Sacrosanctis Ecclesijs.* & in *authentico, vt matri, & auiæ collatione* 8. §. *quia vero comperiuntur.* sequitur *Nauarras cons.* 3. *An lex Principis num.* 3. *in fine lib.* 1. *de constitutionibus.*

Regulas *Patrum*, & admonitiones paternas, ac leges Principū contēni non licet. ex Gelasio Papa Rufino, & Aprili Episcopis in *can. quis autē leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas dicat debere contemni?* 1. *distinct.* 10. Qui autem contemnit leges, peccat. Non tamen omnis peccat, qui non paret legibus, vbi de consilio loquuntur. ex *Glossa* ibidem verbo *contemni.* ex Augustino in libro de sancta virginitate in *can. quis quis pręceptis non obtemperat, reus est, & debitor pœnæ* 3. *fine finali* 14.q.1. verbis dicente: *Pręcepto Domini non obedire, peccatum est: si consilio vti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis.* & ibidem ex Hieronymo contra Iouinianum in fine: *Vbi consilium datur, offerentis arbitrium est: vbi pręceptum, necessitas est seruientis,* ibique plenè *Glossa.*

Regula dicta est, eò, quod rectè ducit, nec aliquando aliorsum trahit. Alii regulam dictam volunt, vel quod regat, vel quod normam rectè viuendi præbeat; vel quod distortum, prauumque corrigat. ex Isidoro in *can. regula dicta est* 2. *distinct.* 3.

Regula quoque appellatur, in quo generaliter aliquod statuitur, non adiunctis exceptionibus. secundum *Glossam* ibidem verbo *aliorsum.* Hinc sane in Concilio Toletano 11. in *can. de jis, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni verbo doctrinæ* 13. *distinct.* 13. statutum fuit: *Vt inde vnusquisque sumat regulas magisterii, vnde honoris consecrationem accepit.* subdendo in fine: *Sub ista ergo regula disciplina, non solum Metropolitanus totius suæ prouinciæ pontifices, vel sacerdotes astringat; sed etiam ceteri Episcopi subiectos sibi Ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.* Sub regula ergo viuere quisque debet. & ad illam seruandam subiecti cogendi.

Regula sanctæ Romanæ Ecclesię, quæ caput est aliarum omnium, ab omnibus aliis firmiter, atque inconcusse tenenda. ex Nicolao Papa Michaeli Imperatori in *can. consequens est* 2. *distinct.* 11.

Regulam dat Apostolus, quales oporteat Episcopos esse, ad Timothęum & Titum scribens: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. prosequiturque Gratianus in *can. vnum orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero* 3. §. *hanc autem per singulos gradus ordine recurrentes. distinct.* 25.

Regnum *Dei* in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis. ex ratione Hadriani Papę ad Carolum in *can. omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici* 6. *in fine distinct.* 37. Proinde omnem vim venenorum suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quę philosophorum sententia, definitur, non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica placuit Deo saluum facere populum suum. ex verbis eiusdem Hadriani.

Re integra fieri quid dicitur, cum ad grauamen processum non dum est. vel iniuria non dum illata. ex Gregorio 10. in Concilio Generali Lugdunen in *can. quicumque pro eo, quod reges, principes, barones* 11. *in fine principij. de sententia excommunicationis in* 6. verbis illis: (*nisi licentiam ipsam, re integra reuocauerint.*) ibique *Glossa* verbo *re integra.* vbi ex Gulielmo: rem integram dicit: priusquam ad grauandum personas processum fuerit. vel re integra. id est, iniuria non dum illata in persona, vel in rebus. veluti etiam Glossa in *can. eos sacerdotes, qui ab Ecclesia migrauerunt* 43.7. q.1. verbo ordinatus. argumentum inferens: *Quod re integra potest repeti Ecclesia, quæ habita est pro derelicta. Nam si cessit quis bonis, rebus non dum distractis, potest eas repetere.* ex Iustiniano Cæsare A. Ioanni *Præfecto* pretorio

in

*io l. si quis suus retusanerit paternam hæreditatem 6. sine finali C. de repudianda, vel abstinenda hæreditate*. quo loco res integra exauditur: *donec res paterna in eodem statu permanent*. vel *rebus in suo statu manentibus*.

Reiterari oportet, quod male actum est. Vrbanus secundus Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis Vmbrosę in *can. Daibertum à Nezelone* 24. 1. q. 7. ex Damaso Papa, qui in *can.* sequenti *per illicitam manus impositionem* 25. *eadem*. 1. *q*. 7. eisdem verbis fatur: *id est, reiterari necesse est quod legitime actū, aut collatum minimè probatur*. & notat *gloss.* in *d. can. Daibertum* verbo *reiterari*. dicens: *Nam sæpe, quod malè fit, vel minus plene, ex integro est agendum*.

Reipublicę interest, ne delicta, & peccata impunita remaneant. ex Augustino in Enchiridio in *can. sane cauendum est, ne quisque existimet* 18. *de pœnitentia distinct.* 3. verba pende: *In melius quippè est vita mutanda: & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus: non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi: quamuis miserando deleat iam facta peccata si non satisfactio congrua negligatur*. Interest enim reipublicæ peccata puniri. vt *Gloss.* ibidem verbo *emendus* in hoc rationem reddit. ex Gregorio in *cap. crimina semel audita Gregorius indiscussa nullo modo prætereat. de collusione detegenda extrà*. ibique *gloss.* verbo *prætereat*. ex Prospero lib. 2. de vita contemplatiua in *can. ecce autem crimina quorumlibet* 18. 24. q. 3. Rationem reddente: *Ne, sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliqua carnis putredinis suę cōtagione corrumpit; ita isti, qui se emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permāserint, eos exemplo suæ perditionis inficiant*. Interest proinde reipublicę delicta puniri. *Cum neque impunita maleficia esse oporteat*. verbis dicimus Iuliani lib. 86. Digestorum in *l. si ita vulneratus est seruus*. 52. §. *æstimatio autem perempti. ff. ad legem Aquiliam*. Nec diuersimode Vlpianus lib. 22. ad Edictum in *l. si longius spatium intercessurum erit* 18. §. *si filius familias ex aliqua noxa, ex qua patri actio competit ff. de Iudicijs, & vbi quis agere, vel conueniri debeat*. Ratione illa: *Ne dum pater expectatur impunita sint maleficia*. Quod esse non debet. *glossa* ibidem verbo *impunita*. subnectit. & decreuere Valentinus, Theodosius, & Archadius Augusti in *l. per omnes regiones* 6. *C. de defensoribus Ciuitatum*. illa ratione; *Qui non sinant crimina impunitate coalescere*. deduximus *respons.* nostra 59. *num*. 32. *parte* 5. Sicuti

Reipublicæ interest, ne quis re sua male vtatur. vti Iustinianus Cęsar respondit in § *sed & maior asperitas Dominorum eiusdem Principis constitutione coercetur. Institutionibus de ijs, qui sui, vel alieni Iuris sunt*. Rationem reddens: *Expedit enim reipublicæ, ne sua re quis male vtatur*. ibique *glos.* verbo *vtatur*.

Relatiua inuicem referuntur. ex Innocentio Tertio Meteo Episcopo in *cap. debitum* 4. *in finalibus, verbis de baptismo, & eius effectu*. verbis illis: *oportet vt vtrobique paternitas, & filiatio valeat inueniri, quibus baptizans, & baptizatus ad inuicē referantur*. Nō tñ se patiūtur inuicē in eodē subiecto eodē tēpore, & eadē rōne. ex *glos.* ibidem verbo *referantur*. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. cum igitur genus humanū post primam copulam viri facti ex puluere*. 1. 35. *q*. 1. ante medium verbis illis. & sequentibus: *Pater quippe, & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Dum ergo habet quis aliū, alium patrem, alium socerum, numerosius se charitas porrigit. &c. vtrumque autem vnus Adam esse cogebatur, & filijs, & filiabus suis, quando frater, & sorores connubio cogebantur*. hoc tunc fuit ex necessitate.

Relaxatio voti sine causa facta, non tenet. Quia postquam Deo promittimus, necessario reddere constringimur. ex Augustino in *can. sunt quædam, quæ etiam non vouentes debemus: Quædam etiam, quæ nisi vouerimus, nō debemus*. 1. 17. q. 1. Si tamen iusta subsit causa, poterit vel *Papa*, vel etiam Episcopus in aliquibus, dispensare, magis autem declarare, votum tunc locum non habere. ex Innocentio Tertio Strigonen Archiepiscopo in *cap. non est voti dicendus transgressor, qui, quod vouit auctoritate sedis Apostolicæ distulit adimplere* 5. *de voto, & voti redemptione*. ibique *glos.* verbo *auctoritate sedis Apostolicæ*. & strictius verbo *adimplere*. Vnde qui sine causa dispensationem obtinuit, securus in conscientia non est. ex *d. cap. non est voti dicendus transgressor*. Quia *Papa* non est Dominus, sed dispensator. Fidalis autem esse debet. iuxta illud Pauli (1. ad Corinthios 4. 2.) *Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur*. prosequitur *Nauarrus de Indulgentijs notabili* 15. *num*. 2. *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib*. 5. *cap*. 83. *num*. 3. Eodemque modo in Iuramento, nam licitum iuramentum, neque *Papa* relaxat sine causa. ex Innocentio Tertio Illustri Regi Aragonię in *cap. quanto personam tuam* 18. *in primo responso de Iure Iurando*. ibique plene *glos.* verbo *absolui*. ex Nicolao *Papa* Episcopis Gallię in *can. auctoritatem venerabilium prędecessorum nostrorum secuti* 2. 15. *q*. 6. vbi declarauit: iuramentum extortum vi non tenere. *Nauarrus d. notabili* 15. *num*. 2.

Religionis ingressum confessarius pęnitenti in sacramentalem peccatorum satisfactionem iniungere nec debet, nec potest. quòd si iniunxerit, acceptare illam non debet pœnitens, quia suaderi potest, imperari non potest. Est enim opus mere voluntarium. ex Ambrosio in *can. integritas corporis expetenda à vobis est; quam ego pro consilio suadeo, non pro imperio pręcipio* 13. 32. *q*. 1. Rationem reddit: *Sola est enim virginitas, quæ suaderi potest, imperari non potest Res magis voti, quàm præcepti*. magis liberę voluntatis, quàm coactionis. vt *glosia* ibidem verbo *voti*. subnectit: inferens quoque argumentum: quod *Monachi, vel Canonici non possunt inuiti compelli ad districtiorem vitam; quia res est magis voti, quàm præcepti*. Et iustum est, vt nemo crescere compellatur.

ex

ex verbis Gregorii Natali Episcopo Salonitano in *can. gesta, quæ nobis in Concilii uestri confecta secretario direxistis, in fine distinct. 74.* Nec diuersimode Nicolaus Papa omnibus Episcopis in regno Lodouici in *can. præsens Clericus nomine Lambertus 4. 20. q. 3.* circa finem rationem inferens: *Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum quippe bonum, nisi uoluntarium.* sequitur *Nauarrus manuali cap. 26. nu. 25. & can. 1. 5. ponat depœnitent. distinct. 5. num. 4. Henriquez lib. 5. summæ cap. 21. §. 1. Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ casu 1. part. 3.*

Religionem ingredienti non est imponenda alia pœnitentia pro peccatis ante commissis. ex Alexandro Tertio in *cap. scriptura 4. de voto, & voti redemptione.* Rationem reddente: *Quia temporale obsequium in perpetuum noscitur religionis obseruantium commutare.* ibique plenè *Gloss.* verbo temporale. sicut Stephanus Papa V. Haitulpho in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curamus 8. 33. q. 2.* Publicam pœnitentiam in ingressum religionis commutauit. & *Hoc propter continuationem pœnitentiæ, & exercitii, in quo semper debent esse monachi.* vt *Gloss.* d. verbo temporale. subnectit. ex Augustino in *can. vos autem fratres exhortamur in Domino, vt propositum vestrum custodiatis, & vsque ad finem perseueretis. 30. 16. q. 1.*

Religionem quis ingredi dupliciter potest, vel causa probandi, siue experiendi; vel causa conuertendi se. Qui autem conuertendi se causa ingrediuntur, egredi non poterunt. ex Gregorio Ianuario Caralitano Episcopo in *can. Quia ingredientibus monasterium conuertendi gratia vlterius nulla sit testandi licentia 7. 19. q. 3.* ibique *Gloss.* verbo *conuertendi.*

Religionem ingredi volentes diligenter examinandi sunt, de vita, moribus, & qualitate, & ne publicarum rerum nexibus implicatus sit, vel publica pœnitentia notatus. ex Gelasio Papa Episcopis per Lucaniam, & Brutios constitutis in *can. pristis igitur pro sui reuerentia manentibus constitutis 1. circa finem distinct. 55.*

Religionis ingressus irregularitatem tollit ex defectu natalium. ex Vrbano Papa Secundo *can. presbyterorum filios à sacris altaris ministeriis repellimus: nisi aut in cœnobiis, aut canoniis religiosè probati fuerint conuersati 1. distinct. 56.* & ex Alexandro Tertio Abbati Sanctæ Geneuefæ in *cap. ex litterarum tuarum tenore perpendimus a. §. discretioni tuæ præsentibus litteris respondemus. de apostatis, & reiterantibus baptismo.* ibique plenè *Gloss.* verbo *religionis.* Nec dissimiliter ex Concilio Pictauen in *cap. vt filii presbyterorum, & ceteri 1. de filiis presbyterorum ordinandis, vel non. extra.* Quo quidem ad ordines, etiã sacros. *Prælationem verò nullatenus habeant.* sine dispensatione Sedis Apostolicæ. vt *Gloss.* ibidem subnectit.

Religio, quasi religatio, seu vinculatio, dicta. ex Ioanne XXII. in *extrauaganti quorundam exigit cæca scrupulositatis nubiguum. 1. de verborum significatione inter extrauagantes eiusdem in* principio. verbis dicente: *Ne dixerimus, quod irreligiosa horum sit vana, & in hoc superstitiosa religio.* Religio, quasi religatio, seu vinculatio. *Glossa* ibidem cõmentum agit. ibidemque in §. *quia circa nos seriosius rationibus prædictis auditis* In fine. verbis enunciat sequentibus: *Neq; taliter conuiuentibus ordo, sed horror inhabitet: adsit (quod absit) discordia: religans religiore legetur.* Religio ergo à religando dicitur. Vel dicitur Religiosum, quod propter sanctitatem remotum, atque sepositum à nobis est, secundũ *Aulũ Gelliũ noctium atticarum lib. 4. cap. 9. circa finem* deduximus *respons.* nostra 18. *nu. 26. part. 5.*

Religio tollit proprietatem, & propriam voluntatem. ex Augustino sermone 3. de communi vita clericorum in *can. non dicatis aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia 11. 12. q. 1.* ibique ex Prospero de vita contemplatiua in *can. expedit facultates Ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis gratia cõtemni. 13.* & ex Ambrosio de fuga seculi in *can. cui portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deũ. 6. ead. 12. q. 1.*

Religio castitati perpetuæ professum astringit, vt si contra fecerit, ergastulis ad pœnitenciam retrudatur. ex Concilio Triburiensi in *can. impudicas, detestabilesque personas monachorum 11. 27. q. 1.* Atque etiam Communi vitæ, neque proprium possidere, ne sicut Ananiæ, & Saphiræ accidit, & illis eueniat. Per iniquitatem enim factum est, vt alius hoc suum esse dicat, alius illud. Nam vt Græcorum quidam Sapientissimus dixit: *Communia debent esse amicorũ omnia.* protulit Clemens Epistã 5. in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis Hierosolymis 2. 12. q. 1.* Nec diuersimode Vroanus Papa omnibus catholicis in *can. scimus vos nõ ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes Christianos viguit, & adhuc (gratia Dei) viget. 9.* & Augustinus sermone de communi vita clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem 10. eadem 12. quæst. 1.* Ita quidem, vt Religioso non liceat, sine licẽtia sui prælati aliquid accipere. ex Augustino in *can. non dicatis aliquid proprium. 11. 12. q. 1.* Neque testamentum facere licet. ex Augustino d. *can. nolo, vt aliquis de vobis 10. in fine eadem 12. q. 1.* dicente: *Quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat testamentum: sed delebo eum de tabula clericorũ:* subsequens: *Qui non vult mecum manere, & in commune viuere, habeat libertatem; sed videat vtrum habere possit felicitatis hæreditatem.* Decreuitque Gregorius scribens Ianuario Caralitano Episcopo in *can. quia ingredientibus monasterium conuertendi gratia, vlterius nulla sit testandi licentia 7. 19. quæst. 3.* Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *testandi* inferens: *Qui enim in potestate alterius est, non potest testari.* deduximus *respons.* nostra 82. *nu. 10. cum sequentibus part. 5.*

Neque litigia, & clamores excitare, sed in quiete, oratione, & labore manuum viuere. ex Pelagio Papa Antoninæ patriciæ, & Deciæ in *can. de præsentium portitore, quod defensor factus non est, nulla vobis animi molestia sit 20. 16. q. 1.* Nam Re-

Religiosi, qui in regulari habitu non dissimiliter, quam vixerant, viuunt; nequaquam student seculum fugere, sed mutare. ex Gregorii verbis Episcopis Siciliæ de lege Mauritii Augusti in *can. legem, quam piissimus Imperator dedit.* 1. *siue finali distinct.* 53. Et detestabile est, vt natus in paupere domo, & in tugurio rusticano, qui vix milio, & cibario pane rugientem saturare ventrem poterat, nunc similam, & mella fastidiat. vt Hieronymus ad Nepotianum loquitur de vita clericorum in *can. gloria Episcopi est pauperum inopiæ prouidere* 71. 12. q. 2.

Religiosi, qui nomen sanctitatis habent, peruerse agentes magis nocent in Ecclesia. Oportet proinde illos corrigere. *Episcopus enim, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm Episcopus.* ex Gregorio prima parte pastoralis in *can. nemo quippè in Ecclesia nocet ampliùs* 2 *distinct.* 83. Ne quis eorum aut non sit contentus eo, quod voluit, aut ratum non habeat, quod elegit. ex Gregorio Fortunato Episcopo Neapolitano in *can. monasterijs omnibus fraternitas vestra districtiùs interdicat.* 6. 19 q 3. Simile ex Leone Papa ad Episcopos Africanos in *can. miramur tantum apud vos per occasionem temporis impacati* 5. *distinct.* 61.

Religiosi, qui in religione non proficiunt, pessimi æstimantur. vt contrà, qui proficiunt, optimi. ex Augustino Clero, & populo Hipponensi in *can. quantumlibet vigilet disciplina domus meæ* 9 *in fine distinct.* 47. verbis edicente: *Quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt; ita non sum expertus peiores, quam qui in monasterijs ceciderunt, ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi scriptum.* (22.) *Iustus iustior fiat, & sordidus sordescat adhuc.* ibidemque notat *Glossa* verbo *difficile.*

Religiosis valet quandoque mutatio loci: *Plerumque enim dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus* Isidorus verba facit libro 2. sententiarum de summo Bono in *can. valet interdum conuersis pro animæ salute mutatio loci* 9. *distinct.* 81.

Religiosorum excessus, propter scandalum ex inde oriturum, sunt occultandi. vt Constantinus Imperator dixit quandoque: *Verè si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccantem, clamidem meam expoliarem, vt cooperirē eum, ne ab aliquo videretur.* refert Nicolaus Papa Ludouico Imperatori scribens in *can. in scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse* 8. *distinct.* 96. Ceeeroquin

Religiosi, qui verè religiose viuunt, digni sunt conuenienti honore. ex Concilio Chalcedonense in *can. qui verè, pureque solitariam eligunt vitam* 12. 16. q. 1.

Religiosis viris facilius dispensatur ad ordines, ob vitę puritatem. quam in religione tenere debent. ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. monachus verò nouitius morum honestate fulcitur.* 9. *distinct.* 77. Propter quam causam etiam dispensatur in presbyterorum filius, si in cœnobijs, aut canonijs religiose probati, fuerint conuersati. ex Vrbano Secondo in *can. presbyterorum filios à sacris altaris ministerijs remouemus* 1. *distinct.* 56.

Religiosi in his, in quibus exempti à sancta sede Apostolica facti non sunt, Episcopis locorum subiiciuntur. ex Concilio Chalcedonense in *can. qui verè, pureque solitariam eligunt vitam* 12. §. *eos, verò, qui per Ciuitates singulas.* 16. q. 1.

Religiosam enim vitam agentibus cōgruè prospiciendum est, ne cuiusquam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur conuersationis infringat. ex Gregorio Gratioso subdiacono in *can. religiosam vitam eligentibus* 75. *siue finali* 12. q. 2.

Religiosorum monasteria de loco ad locum sine consensu Episcopi meliorare non licet. ex Decreto Bonifacii in *can. si quis vult monasterium suum ad meliorandum in alium locum ponere.* 41. 16. q. 7.

Religionem ingredi quilibet potest, quamuis Clericus, & Canonicus, si spiritu Dei ducatur, Episcopo quoque repugnante. Quia vbi Spiritus est, ibi libertas, & nemo est, qui Spiritui sancto dignè possit resistere. ex Vrbano II. in Capitulo sancti Ruffini in *can. Duæ sunt, inquit, leges* 2 §. *lex vero priuata est* 19. q. 2. in fine, sic rationem reddente: *Spiritus quidem Dei lex est: & qui Spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur: & quis est, qui Spiritui sancto possit dignè resistere? Quisquis igitur hoc spiritu ducitur: etiam Episcopo contradicente, eat liber nostra auctoritate. Iusto enim lex non est posita: Sed vbi spiritus Dei, ibi libertas. & si spiritu Dei ducimini non estis sub lege.* Non tamen sunt cogendi ad monachicum ordinem suscipiendum, vel Clerici, vel canonici regulares. temere, qui hoc egerint, anathemate feriuntur. ex Concilio Educensi sub Gregorio VII. in *can. nullus Abbas, vel monachus* 1. 19. q. 3.

Religionem mutare, quamuis ad arctiorem transire quis voluerit, nemini liceat, nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate, neque etiā alteri superiori illum suscipere, aut retinere. Quod si de facto id fecerit, reuocetur. ex Agathensi Concilio in *can. monachum, nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate* 3. *siue finali* 20. q. 4.

Reliquiæ sanctorum, cùm deferuntur in processionibus, à Diaconis saltim deferri debent. Ex Concilio Bracharensi I. in *can. non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare.* 31. *distinct.* 23. ibique *Gloss.* verbo *portare* exprimens: *in processione. & vocat hęc vasa sacra, vbi continentur reliquię.* & in praxi refert *Genuensis* Episcopus Mōtis Marani in *praxi cap.* 57. siue 71. *de corporibus sanctorum. in additionibus num.* 6. verum de *Graffiis decisionum aurearum part.* 2. *lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 8. id exaudiri ait, de sacris vasis, vti calice, & patena. & vsus passim fit in contrarium. Sed Glossæ sententia maxima est. magisque cōgruit glorię sanctorum.

Reliquias, hoc est corpora sanctorum, de loco ad locum nullus transferre pręsumat, sine consilio Principis, vel Episcoporum, sanc

tæque

tæque Synodi licentia. ex Concilio Moguntinensi Primo in *can. corpora sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat.* 37. *de consecrat distinct.* 1. Principis. id est Papæ *Glossa* ibidem exprimit, subdens quoque; *Et hoc verum est, cùm corpus traditum est iam perpetuæ sepulturæ, nisi fortasse necessitas immineat.*

Reliquiæ vero sanctorum, cum inter mobilia prætiosa agnoscantur, immobilium naturam sortiuntur. quam ob causam alienari sine sũmi Pontificis assensu prohibentur. ex Pauli 2. dispositione in *extrauaganti ambitiosæ cupiditatis 2. de rebus Ecclesiæ non alienandis inter communes.* prosequitur *Genuensis in praxi d. cap. 71. de corporibus sanctorum num.* 6. Decreuit Innocentius Tertius in Concilio Generali in *cap. 2 de reliquijs, & veneratione sanctorum.* ibiq; *Gloss.* verbo *venales.* plura tradidimus nos *respons.* nostra 3 *per totam part.* 2.

Reliquias surripiens sacrilegio se fœdat. quia res sunt sacræ, ni fortassis ex locis infidelium, & saracenorum illas surripuerit. ex dicto *can. corpora sanctorum* 37 *de consecrat. distinct.* 1. ibique *Archidiaconus* & Cardinalis *de Turrecremata.*

Reliquias verò sanctorum licet deferre collo appensas, modo id absque vanitate fiat, & ob deuotionem, sanctorumque venerationem, & ad eorum sortiendam apud pientissimum Dominum intercessionem. ex *S. Thoma 2. 2. q. 4. ad 3. Nauarrus cons. 1. de reliquijs, & veneratione sanctorum lib. 3.*

Reliquiæ vero sanctorum extra capsam, in qua reperiuntur repositæ, non ostendantur. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. cum ex eo, quod quidam sanctorum reliquias exponunt venales 2 siue finali de reliquijs, & veneratione sanctorum.*

Remissio aliquorum peccatorum, & in hoc mundo fit, & in futuro. Excipe Gregorium in Dialogis in *can qualis hinc quisque egreditur.* 4. *distinct.* 25. afferentem illud Matthæi 12. (*Quia si quis in Spiritum sanctum blasphemiam dixerit: neque in hoc seculo remittetur ei, neque in futuro.*) ac subsequentem: *In quam sententia datur intelligi, quasdam culpas in hoc seculo, quasdam verò in futuro posse laxari. Sed tamen vt prędixi, hoc de paruis, minimisque peccatis fieri posse credendum est. &c.*

Remissio peccatorum, quamuis ab hominibus ministris Christi detur, à Deo tamen datur: Quia eius fit auctoritate. Nam Spiritus sanctus operatur remissionem peccatorum. ex Augustino libro de verbis Domini in *can. ita fit verbum contrà Spiritum sanctum* 81. 1. *q.* 1. & *can. vt euidenter hoc ostenderet Dominus* 82. *eadem* 1. *q.* 1. deferente quoque illud *Ioannis* 20. quãdo resurgens ex mortuis, ait: (*Accipite Spiritum sanctum.*) e continuo *subijcit: Si cui demiseritis peccata, dimittuntur eis. hoc est spiritus dimittit, non vos.* Deduxitque Gratianus in *can. vt cognouerunt quod nudi essent* 39. §. *opponitur etiam illud, quod omnis clamat auctoritas. col.* 2. *circa finem. de penitentia distinct.* 2. de Dauide verba faciens, cui Natanael dixit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Nec diuersimode Ambrosius libro 2. de Cain. & Abel in *can. remittuntur peccata, Dei per verbum, cuius Leuites interpres, & quidã executor est* 49. 23. *q.* 5. inferens: *Remittuntur etiam per officium sacerdotis, sacrumque misterium.* Sed *Deus* remittit. ex Augustino in *can remissionem peccatorũ auari non dabant.* 39. 1. *q.* 1. inferente etiam: *quæ per orationes sanctorum, id est per columbæ gemitus, datur.* & pluribus deducit ipse met Augustinus de baptismo contra Donatistas in *can. quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem* 41 *de consecrat. distinct.* 4. §. *qua propter.* dicens: *Qua propter sacramentum gratiæ dat Deus, etiã per malos. Ipsã verò gratiam nõ nisi per seipsum, vel etiam per sanctos suos: & ideo remissionem peccatorum, vel per se ipsum facit, vel per illius columbæ membra, quibus ait: (Si cui dimiseritis dimittentur: & si cui tenueritis, tenebuntur.* Per sanctos. Quia, quæ prędestinata sunt, sanctorum præcibus obtinentur. *Glossa* ibidem verbo *per sanctos.* infert.

Remotio, siue mutatio Episcopi ab vno ad aliũ Episcopatum non propria voluntate, sed vel necessitate, vel populi exigente vtilitate facienda est, non ambitu, vel auaritia, ac præsumptione propriæ, sed sanctæ Sedis auctoritate. ex Antero Papa scribente Episcopis Bæticę, & Toletanę Prouincię in *can. mutationes Episcoporum scitote commum vtilitate, atque necessitate fieri licere.* 34. 7. *q.* 1. veluti etiam Hilarius Papa Episcopo Tarraconen scripsit in *can. remoto ab Ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Ireneo Episcopo* 30. *eadem* 7 *q* 1. Quia nimirum à Deo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum. vt ibidem in fine. Fit quoque Remotio propter crimen. ex Concilio Agathenii in *can. si Episcopus. presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit.* 7. *distinct.* 50. Itaque quoque propter senectutẽ. ex Zaccharia Papa Bonifacio Moguntino Archiepiscopo in *can. petiisti, vt cum nostro consulto pro superueniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate* 17 *eadem* 7. *quęst.* 1. Sicuti si Ciuitas ab hostibus occupetur, quãdiù ocupatio ipsa durauerit. Ex Gregorio Papa Ioanni Episcopo Scyllatino in *can pastoralis officij Cura nos admonet* 42 *eadem* 7. *q.* 1. Si quis sine causa se à sua remouerit Ecclesia, ad illam restitui debet. ex Niceno Concilio in *can. non oportet Episcopum, vel reliquos ordines* 19. *eadem* 7. *q.* 1. & ibidem Gregorius Anthemio Subdiacono in *can. peruenit ad nos Pimerium Amalphitanę Ciuitatis Episcopum* 20. cum reliquis sequentibus. Vel etiam propter ambitionem. ex Concilio Antiocheno in *can. si quis presbyter, vel diaconus* 24, *eadem* 7. *q.* 1.

Remunerationem pro suorum actuum qualitatem à Deo quisque recipięt, aut videlicet pœnam, aut Gloriam. ex Gratiano in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites,* 3. §. *ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur. in fine* 15. *q.* 1. excipe dicentem: *Homines verò, quia rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus, quas in vsum vitę prǽsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuum quali-*

*tate recipient, aut pœnam, aut gloriam.*

Remuneratio duplex, & temporalis, & æterna. ex Gregorio in moralibus in *can. si qualibet culpa sequenti soles pia operatione purgari* 20. 22. q. 2. de obstetricibus loquente, quæ filios, Israel in flumen non proiecere &c. quæ à Domino remuneratæ fuere: *Nam benignitatis earum merces, quę eis in æterna potuit vita retribui, pręmissa culpa mendacij in terrenam est recompensationem declinata.* ecce tibi & temporalis remuneratio, & æterna. Timendum igitur ne temporalem recipiamus remunerationem, & amittamus æternam. quod perpendit *Gloss.* ibidem verbo *æterna.* admonens: *Videas ergo, quod si aliquis prosperitatem habet in hac vita, per hoc aufertur ei spes ęternę vitę.* ex Ioanne Chrysostomo in *can. quid ergo turbamur? Nemo videns malignos prosperitatem habere turbetur.* 48. *de pœnitentia distinct.* 3. Rationem tribuens: *Non est hic retributio malignitatis, atque virtutis: ac, si aliquando contingat, vt aliqua sit retributio vel malitiæ, vel virtutis; non tamen secundum, quod dignum est, sed simpliciter. velut quidam gustus iudicij: vt qui resurrectionem non credunt, talibus doceantur.*

Remuneratio bonorum, quę nunc agimus in præsenti seculo, si recta intentione egerimus, in ęterna erit vita: *Nam in hoc seculo quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit, expectamus beatam illam spem, & reuelationem gloriæ magni Dei, & Saluatoris Iesu Christi. In illa spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium.* Augustinus super Ioannem in *can. ieiunium autem magnum, & generale est abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi.* 25. *de consecrat. distinct.* 5.

Remuneratum nihil dimittit Deus. Ita quidem, vt propter mala multa, paucorum bonorum non obliuiscatur. ex Hieronymo in *can. si quando videris* 46. *de pœnitentia distinct.* 3. excipe illum: *Si quando videris inter multa mala opera peccatorum facere quempiam non nulla, quę iusta sunt, non est tam iniustus Deus, vt propter mala multa, paucorum obliuiscatur bonorum.* Magna est enim benegnitas Dei. Cauendum tamen est, ne hic remunerationem accipiamus, ne forte dicatur nobis: (*Receperunt mercedem suam*) (Matthæi. 6.) sicut & Abraham Diuiti dixit (Lucę 16.) (*Recepisti bona in vita tua.*) perpenditque Gregorius in *can. cauendum nobis est, vt si forte aliquid boni agimus, in præsenti seculo remunerationem accipiamus.* 47. *de pęnitentia distinct.* 3.

Renunciare quilibet potest iuri, quod habet; sed reuerti ad illud post renunciationem, minimè valet. Sic Esau primatus suos inde perdidit; nec recipere id postmodum potuit, quod semel cessit. ex Cypriano ad Iabazanum in *can. quàm periculosum sit in diuinis rebus, vt quis cedat iure suo, & potestate.* 8. 7. q. 1. pręsertim post ius quęsitum alteri. ex *Rota apud Caualer decis.* 47. *num.* 2. *Maceraten, variarum resolut. lib.* 1. *resolut.* 204. *num.* 14. *in fine.*

Renunciatio tamen facta ignorante prælato suo, Papa videlicet, in Episcopatu, non tenet. Quamuis in sui præiudicium tenere videatur. vnde restituitur in pristinum. ex Nicolao Papa in *can. denique Suffredus, si tale in se crimen nouerat.* 36. q. 3. ibique plene *Gloss.* verbo *restituatur.* vbi in fine infert: *Vel dic, quod renunciare potest ijs, quę spectant ad onus, sed non ijs, quæ spectant ad honorem. Non enim subditus potest à se abdicare Iurisdictionem sui Episcopi.*

Renunciatio facta ab eo, vel beneficij, vel Episcopatus, qui suæ mentis capax non est, vel non habet dilucida interualla, non tenet. Ex Gregorio ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis triste nobis sit valde, quod loquimur.* 14. 7. q. 1. verbis illis Gregorii post medium: *Sed si internalla ægritudinis habere est solitus; ipse data petitione, non se vlterius ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subuertente infirmitate posse fateatur, assurgere, & alium loco suo expetat ordinandum.*

Renunciatio verò sine superioris sui licentia fieri minime potest, nec vim habet. Quin, qui sine facultate sibi à suo superiore facta, renunciauerit, ab officio suo deponi debet. ex Concilio Antiocheno in *can. si quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet Clericus* 24. 7. q. 1.

Renuncians autem iuri ad rem, non in re, etiã in manibus laici renunciare potest, neque perquiritur superioris acceptatio. Ex Bonifacio Octauo in *cap. si electio ex ca non sortiatur effectum* 26. ibique *Gloss.* verbo *renunciat de electione, & electi potestate in* 6. *Geminianus cons.* 127. Rota apud *Crescentium decis.* 1. *de renunciatione.*

Renunciatio prelaturæ Ecclesiasticę coram Papa fieri debet. nec facile admitti sine causa. ex Gregorio ad Eutherium Episcopum in *can. quamuis triste nobis sit valdè, quod loquimur.* 7. q. 1. & ibidem ex Cypriano ad Iabaianum in *can. quam periculosum sit in diuinis rebus* 8. Magna præsertim vrgente necessitate, infirmitatis pręcipue perpetuæ. vt apud Gregorium Ariminensi Episcopo in *can. qualiter ordinati à nobis sacerdotes* 13. *eadem* 7. q. 1. Nec dissimiliter ibidẽ per Euaristũ Papam omnibus Episcopis in *can. sicut vir non debet adulterare vxorem suam* 11. *eadem* 7. q. 1. ibidemque Gratianus §. *ecce his auctoritatibus patenter ostenditur.* Ex Gregorio dicens (renunciationem scripto fieri oporrere, verbis illis: *Eo petitionem scripto dante, concedendum est.* deducituque in *can. scripsit mihi tua dilectio* 1. *eadem* 7. q. 1. ex eodem Gregorio ad Anatolium Cõstantinopolitanum diaconum. vide nostrum *Marantam cons.* 48. *in principio.*

Remotus autem sine causa, restitui debet. ex Nicæno Concilio in *can. non oportet Episcopum, vel reliquos ordines de Ciuitate in ciuitatem migrare.* 19. 7. q. 1. dicente in fine: *Hoc factum, prorsus in irritũ ducatur, & Ecclesiæ restituuntur, cuius fuit Episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.* Addit *Gloss.* ibidem verbo *restituatur.* commentum agens; si Ecclesia eum repetierit. Sed in terminis textus Leonis Papæ Anastasio Thessalonicensi Episcopo in *can. si*

quis

quis Episcopus mediocritate Ciuitatis sua despe- Eta 31. eadem 7. q. 1.

Renuncians vni, renunciat omnibus, quæ sequuntur ex illo, & etiam omnibus coherentibus. ex Alexandro Secendo Clero Mediolanen in can. si quis Sacerdotum, vel diaconorum, vel subdiaconorum officium contumaciter deserens 17. distinct. 81. ibique Gloss. verbo cogatur. dequiturque Glossa in can. quo iure defendis possessiones Ecclesiæ? diuino, an humano 1. in fine distinct. 8. verbo dicere.

Repetitio debiti non inique fit, quamuis benigne possit remitti. ex Augustino contra Faustum in can. quod debetur, & si benigne dimittitur; non tamen inique repetitur. 2. 14. q. 1. Quod exaudi in sensu diuiso, non in sensu composito. Quia nimirum potest benigne remitti. Non tamen iniquè repetitur, quod debetur. & notat Glossa ibidem. verbo quod debetur.

Repetere quod tibi ablatum est, non est contra Euangelium: Si quis abstulerit tibi tunicam &c. Nam non est præcipientis, sed exhortantis. vti Gratianus explicat in can. Episcopus nec prouocatus, pro rebus transitorijs litiget 1 §. his ita respondetur in fine 14. q. 1. verba damus: Illud vero Euangelij: (Si quis abstulerit tibi tunicam &c.) non est præcipientis, sed exhortantis. ibique Gloss. verbo illud in casus figuratione. Possunt tamen repetere ablata quia res Ecclesiæ sunt, & pauperibus dandæ sunt e- le mosynę. ex Gratiano. d. § his ita respondetur. Si tamen redditio fieri non posset, quia qui abstulit, non habet vnde reddat, supersedendum erit in repetendo. ex Augustino ad Macedonium in can. si res aliena, propter quam peccatum est. 1. 14 q. 6.

Repetit pecuniam, qui iustum iudicium emit: Quoniam venale esse non debuit. ex Augustino ad Macedonium in can. non sane quidquid ab inuito sumitur iniuriose aufertur 14. 14. q. 5. excipe Augustinum circa medium: Ille tamen solet tamquam male sibi ablatã pecuniam repetere, qui iustum Iudicium emit. Quoniam venale esse non debuit. Quia vero pro iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. notat Gloss. ibidem verbo ille.

Repetitio non superest pro rebus Ecclesię, quę pro redemptione captiuorum impensæ sunt. In hoc enim res Ecclesiæ impendendæ sunt. ex Gregorio Demettio, & Valeriano Clericis Firmanis in can. sacrorum canonum statuta, & legalis permittit auctoritas, licitè res Ecclesiasticas in redemptionem captiuorum impendi. 15. 12 q. 2.

Reprehendere iis iure aliena potest peccata, qui prius propria corrigit. ex Gregorio in moralibus in can. qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat 3. 3. q. 7. ibidemque Ambrosius super psalmum (Beati immaculati) in can. Iudicet ille de alterius errore, qui non habet, quod in se ipso condemnet. 4. pariquemodo Beda in Ioannem in can. postulatus Dominus iudicare de peccatrice, non statim dat iudicium, sed prius inclinans se deorsum scribebat in terra 6. eadem 3. q. 7. in fine inferens: Qui sine peccato est vestrum, ad est primò vos ipsi iustitiam legis implete, & sic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Reprehendere qui alios debet, sacerdotes presertim: plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quam comminatio; plus charitas, quàm potestas. Ex Leone Papa ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem in can. licet non numquam accidant, quę in sacerdotibus sunt reprehendenda personis 6. dist. 45. & Augustinus de vita clericorum in can. quando necessitas disciplinę, minoribus coercendis dicere vos verba dura compellit. 4. distinct. 86. subiiciens: Non à vobis exigitur, vt ab eis veniam postuletis: ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dum nimia seruatur humilitas, regendi frangatur auctoritas.

Reprehendere, ne dum diiudicare superioris vitam subiecti debent, presertim temere, sed vt filii circa spiritualem patrem, & discipuli erga magistrum deuoti esse debent. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem. in can. nolite nos existimare 5. distinctione 21. ibique Glossa verbo reprehendendam. Nec diuersimode Gregorius etiam de se ipso verba faciens in can. si quis super his nos arguere voluerit 42. ibique Gratianus §. ex his omnibus colligitur. & can. 43. & 44. 2. q. 7.

Reprehendunt, atque magis in publicum qui produnt peccata Prelatorum suorum si miles efficiuntur Cham, qui Noe patris sui pudenda non operuit, sed foras nunciauit. deducit. ex Anacleto Papa Gratianus in can. plerũq; boni viri propterea sufferũt aliorũ peccata 27. §. de his etiam illud Anacleti intelligitur 2. q. 7. in fine lequentibus inferens: Infames enim sunt eo ipso, quòd suorum doctorum vitam reprehendere canantur. Infames enim sunt (vt canonum tradit auctoritas) omnes, qui in patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant.

Reprobus factus per peccatum, non potest bonum intellectum habere: sicuti de Saule dixit Augustinus de Ciuitate Dei in can. nec mirum de magorum prestigijs 14. col. 4. §. Quid mirum ergo, si imminentem quoque mortem potuit preuidere. 26. q. 5. Rationem reddens: Deprauatus enim causa peccati, ad hac se contulit, quæ damnauerat. & paulo post: Neque enim reprobus factus, poterat bonum intellectum habere.

Repugnantia vbi sunt duo, eligens vnum, alteri renunciare videtur. ex Alexandro secundo Clero Mediolanensi in can. si quis sacerdotum, vel diaconorum, vel subdiaconorum officium contumaciter deserens feminam sibi potius elegit. 17. distinct. 81. ibique Gloss verbo cogatur. Facit Gratianus in can. conuertimini ad me in toto corde vestro 34. circa finem §. Item si ante quam quisque confiteatur, à Domina resuscitatur. de pœnitent. distinct. 1.

Repellere nobis factã iniuriã, siue magis faciendam, vim vi repellendo, non vtique prohibemur, & si patienter quoque ferre doceamur. ex Gratiano in summa 23. q. 1. ibique plene Gloss. verbo propulsandum. ibidemque Gregorius in can. nisi bella ista carnalia figuram bellorum spiritualium gererent 1. eadem 23. q. 1.

q.1. Nam quod patiēter sufferre iniurias debeamus, quo ad animi præparationem elc. ex Augustino sermone de puero Centurionis in *can. paratus debet esse homo iustus, & pius pattenter eorum malitiā sustinere 2. eadem de 23. q. 1.* Nam animi ira sedanda est, ne iusto amplius irascamur. ex Ambrosio libro de sancto Ioseph. in *can. ira sæpe etiam innocentes in crimine adducit. 68. 11. q. 3.* vbi *Gloss.* ad verba Apostoli: *Non vos ipsos vindicantes charissimi.* verbo *vindicantes.* repercutiēdo, inquit, 23. q. 1. §. 1. Alias possumus vim vi repellere. ex Florentino lib. 1. Institutionum in *l. vt vim, atque iniuriam propulsemus 3. ff. de Iustitia, & Iure.* & ex iure descendit naturę ex Isidoro in *can. Ius naturale est commune omnium nationum 7. distinct. 1.* ibique *Gloss.* verbo *per vim.* & *Glossella* Marginalis *d. can. in fine.* verbo *vindicantes.* non esse præceptum, sed consilium illud Apostoli: quamuis interat: *Sed subtilius intuentibus videtur esse præceptum, secundum L.* Ne videlicet nos vindicemus, non verò ne iniuriam propulsemus. deduximus nos plura perpendentes *respons.* nostra 52. *num. 13. 14. & sequentibus part. 5.* Licet vero perfectis iniuriam non tanc verberibus, sed verbis repellere, sicut & Christus pulsanti se dixit: *Si male locutus sum, testimonium peribe de malo; si autem bene, cur me cædis?* (Ioannis 18.) perpenditque Augustinus *d. can. paratus debet esse homo iustus, 2. 23. q. 1.* prohibemur equidem mala pro malis reddere. ex Augustino in *can. sex differentiæ sunt 1. 23. q. 3.*

Rescriptum sanctæ Sedis, quamuis durum, recipiendum, donec sancta ipsa Sedes consulatur. ex Capitulis Caroli Imperatoris in *can. in memoriam beati Petri Apostoli honoremus sanctam Romanam, & Apostolicam Ecclesiam 3. distinct. 19.* Nec dissimiliter Gregorius Ioanni Episcopo Rauennati in *can. contra morem quippe Ecclesiasticum est 8. distinct. 100.* ibique *Glossa* verbo *patienti̇ssimè.* Concinit idem Gregorius Petro subdiacono Siciliæ scribens in *can. ante triennium subdiacones omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ Ecclesiæ, nullatenus suis vxoribus misceantur. 1. distinct. 31.* Concinit Augustinus contra Manichæos in *can. quid culpatur in bello 4. in fine 23. q. 1.*

Rescriptum Apostolicum contra Euangeliū, et contra Apostolos non admittitur. Non enim præsumitur legitimum ex Vrbano Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges 6. 25. q. 1.* Rationem reddit ibidem Zozimus Papa in *can. contra statuta Patrum. 7.* dicens: *Contra statuta Patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem Sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reuerentiam.* Quia omne, quod irreprehensibile est, catholica defendit Ecclesia. ex Marcellino Papa in *can. omne, quod irreprehensibile est 8. eadem 25. q. 1.* vnde est, quod

Rescripta cōtra ius elicita ab omnibus iudicibus debent refutari. vt Theodosius, & Valentinianus Augusti decreuerunt. & deduxit Gratianus in *can. rescripta contra Ius elicita 15. 25. q. 2.*

Rescripta vero originalia exhibenda sunt, non per exempla. ex Constantino Cesare. Deduxitque eum Gratianus in *can. dicenti sacras iussiones se habere præmanibus 16. §. sancimus, vt autentica ipsa, atque originalia rescripta 25. q. 2.* & verò

Rescripta ipsa personalia fuerint sine die, ac consule, auctoritate careant. ibidem in eodem loco. Sequiturque ex Zenone Imperatore: Rescripta exaudiri deoere, si preces veritate nitantur. ibidem. & ex Innocentio Tertio in *cap. super litteris 20. de rescriptis.* diximus *respons.* nostra 61. *num. 40. 41. & sequentib. part. 5.* Sicuti nec attenditur rescriptum si non fuerit honestum, iustum, possibile, ac tēpori, locoue conueniens quod in eo disponitor. sicuti lex. ex Isidoro in *can. erit autem lex 2. distinct. 4.* vide *Nauar. consi. 92. num. 5. lib. 5. de simonia* & *de Ponte decis. 3. num. 3.*

Rescriptum Principis est latissime interpretandum. Ex Gratiano in *can. si quem pœnituerit accusasse criminaliter 8. 9. Indulgentia Patres conscripti, quos liberat, notat 2. q. 3.* verbis illis: *Vt autem scias, quid sit in integrum restituere, restituo te honoribus & ordini tuo & in omnibus ceteris.* vbi *Gloss.* verbo *& in omnibus ceteris.* argumentum inducit: *Quod rescriptum Principis est latissime interpretandum.*

Rescriptum in totum annullatur si necessaria, quæ requiruntur desunt. ex Ioanne Papa Vliberto Agrippinensi Episcopo in *can. optatum tibi pallium nunc conferre nequiuimus 4. distinct. 100.* ibique *Gloss.* verbo *minus.* ex Ambrosio in libro de Paradiso in *can. pura & simplex testimonij series inemanda est. 17. 3. quæst. 9.* in argumentum adducto, atque de teste verba dante: *Plerumque testis, dum aliquid ad seriem gestorum ex suo adijcit, totam testimonij fidem partis mendacio deuorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum est* ibique *Gloss.* verbo *adiicit.* addens: *vel subtrahit.* ex Theodosio Augusto relato per Gratianum in *can. quia iuxta canonicas patrum sententias 3. §. presbyteri citra iniuriam quæstionis testimonium dicant. 5 q. 6.* verbis illis: *hoc ipso, quod nihil metuant, vera suppresserint.*

Rescriptum non extenditur, vt quis extra Prouinciam trahatur, nisi id expresse præcipiatur. ex Romana Synodo in *can. neminem exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet. 16. 3. q. 6.* ibique *Glossa* verbo *neminem.* Rationem reddens: *Quia alibi non possunt habere testes, vel amicos.*

Rescriptum quantum ad verba quandoque non seruatur, verum sufficit quod quis non faciat contra mentem. ex dictis Bonifacii martyris Zachariæ Papæ in *can. antecessor præ decessoris vestri venerandæ memoriæ Gregorius. 104. ante finem 11. q. 3.* verbis dicentis: *Quod ex parte seruaui, & ex parte custodire, & implere non potui; sed spiritualiter impleui sacramentum: Quia in consensum, & in consilium eorum nō venit anima mea: corporaliter autem ab eis omnino abstinere non potui.* ibique peroptime *Gloss.*

verbo

verbo *sed spiritualiter*. argumentum educit: *Quod sufficit, quod quis non faciat contra mentem rescripti, licet faciat contra verba*: ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem* 14. 22. q. 2.

Resecandę sunt putridę carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda, ne tota domus, massa, corpus, & pecora ardeant, corrumpantur, putrescant, intereant. Hieronymus in epistolam ad Galatas *in can. resecandæ sunt putridæ carnes* 16. 24. q. 3. in fine subsequens: *Arius in Alexandria vna scintilla fuit: Sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.*

Res contra naturam penè est, vt sine peccato aliquis sit. Hieronymus ad Oceanum quem refert Gratianus in *can. vnum orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero, propter quod orat, id est prædicat* 3. §. *nunc autem per singulos gradus ordine recurrentes. distinct.* 25. verba sunt Gratiani: *vnde in eadem epistola Hieronymus dicit; Res contra naturam pene est, vt sine peccato aliquis sit; sed talis eligatur, cuius comparatione cæteri grex dicantur*. vbi *Gloss.* verbo *pene*. subiungit: *pene dicit propter beatam Virginem, & sanctum Ioannem Baptistam, qui sanctificati fuerunt in vtero*. & intelligi in aliis de peccato originali, vel veniali.

Res ad suam pristinam naturam facile reuertitur. ex Hieronymo lib. 1. contra Iouinianum in *can. ab exordio conditionis humanæ, nec carnibus vescebamur, nec dabamus repudium* 2. *ad medium distinct.* 35. verbis: *post quam autem Christus venit in fine temporum, & (ω) omega, deuoluit ad (α) alpha, extremitatem retraxit ad principium*. vbi *Gloss.* verbo *ad α*. argumentum infert: *Quod non fit iniuria rei, si restituitur ad pristinũ statum*. ex Paulo lib. 3. ad edictum in *l. si vnus ex argentarijs socijs cum debitore pactus sit* 28. §. *pactus ne peteret, postea conuenit, vt peteret ff. de pactis*. ibique pluribus *Iason. Nauarrus* de lege pœnali in *can. fraternitas* 12. q. 2. *num.* 34.

Res Ecclesię coherens eius gaudet priuilegio; ex Concilio Triburiensi in *can. si quis contumax vel superbus timorem Dei, vel reuerentiam sanctarum Ecclesiarum non habuerit*. 20. 17. q. 4. verbis illis. *Vel de porticibus quolibet modo Ecclesiæ adhærentibus per vim abstraxerit*. ibique *gloss.* verbo *adhærentibus*, subnectit: *eodem gaudent priuilegio cum sacris*. adhærentia scilicet. Nec dissimiliter ex Digestis *lege apud labeonem in can. si quis pulsatus quidem non est, verum manus aduersus eum leuatę* 13. *de pœnitentia distinct.* 1. ibique *gloss.* verbo *vapulaturus* in fine in ratione, quam reddit: *Quia res Ecclesiæ cohęrens eius gaudet priuileg.* Nam

Res ex sola oblatione Domino facta, sanctificatur, & sacra efficitur. ex Augustino libro quęstionum Numerorum q. 30. in *can. & dixit Dominus ad Moysen* 26. *de consecrat. distinct.* 2. ex verbis Domini: *Quoniam oblata sunt ante Dominum, & sanctificata sunt*. Et hoc sane: *Vt sit discretio inter sacrum, & non sacrum*. ex decretis Horsmidæ Papę in *can. nullus presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat* 25. *de consecrat. distinct.* 1. deduximus *respons.* nostra 19. *num.* 37. & 38. & 39. & *respons.* 84. *num.* 34. *part.* 5.

Res desiderata quanto amplius subtrahitur, tanto amplius desideratur. ex Augustino in Ioannem in *can. In domo patris mei mansiones multę sunt* 11. *de pœnitentia distinct.* 4. ad verba Domini: *si quo minus dixissem vobis*. ibique *gloss.* verbo *si quò minus*. & *Glossella* Marginalis afferens illud Gregorii: *desideria dilatione crescunt*. ex Archidiacono.

Res eadem, atque vna duplici iure censeri non debet, neque diuerso. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. cognouimus de redditibus Ecclesię nouiter acquisitis* 29. *in fine* 12. q. 2. dicente illo: *Incongruum namque est, vnam, eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, id est vsurpationis & canonum*. ibique *glossa* verbo *duplici*. notans: *duplicitatem à canone reprobari*. Quia non debent, quæ vna sunt, ad imparia iudicari. ex Chrysostomo in *can. si quis vxorem suam inuenerit adulteram* 4. *in fine* 32. q. 1. concludente: *Similiter si virum suum vxor inuenerit adulterum, non ad imparia iudicatur*. vide *Rotam in recensionibus per Rubeum part.* 2. *partis* 5. *decis.* 418. *num.* 8. *coram Card. Sacrato: Gallus practicarum obseruationum lib.* 2. *obseruat.* 69. *sub num.* 6.

Rem eandem in simul, & eodem modo in solidum duo possidere non possunt. Innocentius Tertius in *capitu. licet causam, quæ inter Ecclesiam Rauennatem* 9. §. *expræmissis igitur euidenter apparet*. *circa finem de probationibus*. vbi *gloss.* verbo *eodem modo*. rationem dicens: *Nam vnus potest habere Ciuilem, & alius naturalem possessionem*.

Res inanimata si fuerit consecrata Domino nõ restituitur. ex Gregorio Fantino Defensori in *can. inuenimus nullam extitisse causam* 2. *In fine* 14. q. 6. præcipiente: *Id circo experientię tuæ præcipimus, vt quia, quod semel consecratum est; eis non valet vltra restitui, studij tui sit, vt ipse Episcopus debeat pretium dare*. Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *ei*. verbis edicens: *Quia res semel consecrata, non debet amodo ad profanos vsus redigi*. concinitque Anacletus Papa in *can. Episcopus in diœcesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet* 28. 7. q. 1. illis verbis: *altaris tamen consecratione manente*. ibique *Gloss.* verbo *altaris*. dicens: *Si res aliena fuerit consecrata Dominó non restituitur*. 14. q. 6. comperimus. *Secus in re animata* 54. *dist. frequens*. *Quia animata delinquere potest*. *secus in animata*. ex Gelasio Papa Herculenrio, Stephano, & Iusto Episcopis in *can. frequens equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his Pontificibus* 10. *distinctione*. 54. Nam Leontium ordinatum Clericum, seruũ tamen, ad sequendam conditionis suę necessitate modis omnibus Dominę reddi mandauit. Non tamen Antiochum eiusdem fratrem Sacerdotio consecratum. & rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *reddi*: Quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. item quia ibi est consecratio in superficie, sed in homine est in anima, & lex dicit, quod alia ratio est in homine, quam in alia re. ita Glossa.

Res

**Res** inter alios acta aliis præiudicium generare non debet. ex Innocentio Tertio Florentinen & Fesulanen Episcopis in *cap. inter dilectos filios hospitalarios sancti sepulchri* 8. *in fine de donationibus* dicente Papa rationem: *Cum res inter alios acta, non debeat aliis præiudicium generare*, & pro regula posuit Gregorius Nonus in *cap. quamuis regulariter aliis non noceat res inter alios iudicata*. 25. *sine penultimo de sententia, & re iudicata extra*. ibique plenè *Gloss.* verbo *res inter alios*. ponens multas regulę fallentias

**Res** inter diuinas, & humanas magna est differentia. Res equidem humanę cum Deo consecrantur, & offeruntur diuinam quandam acquirunt qualitatem, & sanctum sanctorum Domino efficiuntur, siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quidquid semel fuerit Domino consecratum. ex Bonifacio Papa in *can. nulli liceat ignorare, omne, quod Domino consecratur* 3. 12. q. 2. deducit *S. Thomas* 2. 2. q. 99. *art.* 1. *in corp.* & nos latè *respons.* nostra 58. *num.* 2. *& sequentibus part.* 4. sacrilegus proinde est, qui bona Ecclesiæ, Deo iam dicata in vadit, atque diripit. ibidem ex eodem Bonifacio. & *num.* 55. & diximus in nostro *Apologetico pro iuribus Ecclesia respon.* 2. *nu.* 7. *& seq.*

**Rei** appellatio generale nomen est. Omnes proinde res comprehendit. ex Vrbano secundo in *can. saluator prędicit in Euangelio* 8. *post principium* 5. *Igitur, quia innotuisti nobis, quod tibi obijcitur, vtrum vendere rem Ecclesiasticam simoniacum sit* 1. q. 3. ibique *Gloss.* verbo *Ecclesiasticam*. rationem reddens: *nam est nomen rei generale*: ex Vlpiano lib. 14. ad Edictum in *l. rei appellatione, & causę, & iura continentur* 23. *ff. de verborum & rerum significatione*. ibique *Gloss.* verbo *continentur*. dicens: *Verbum enim res, & ad corporalia, & ad earum causas, id est omnes vtilitates, & incorporalia, quę sunt iura, protenditur*. Deduximus in nostro *Apologetico pro iuribus Ecclesiæ respons.* 2. *nu.* 26. *&* 27. *&* 28. Romę presso, tuentes rei appellatione, priuilegia quoque Ecclesię comprehendi.

**Residentia** in Romana Curia propria est Cardinalium, Quia assistere eos oportet Papæ, nisi ex causa legationis absint ex Nicolao Papa in *can. nobilissimus vir, atque strenuus vestra sublimitatis legatur*. 3. *siue finali distinct.* 97. ibique *Glossa* verbo *nihilominus*: quę infert: *Ergo, & Cardinali, qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine litteris; maxime cùm non contingat Cardinalem vmquam abesse, nisi legationis causa. Ioannes*.

**Residere** tenentur, qui cum obtinent animarum, vt Episcopi, & Parochi, & ab administratione, & solicitudine Dominici gregis discedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur. ex Nicolao Papa Alaino Ianuensi Archiepiscopo in *can. Pontifices, qui aliqua occupantur infirmitate* 4. *in fine* 7. *q.* 1. Excusatur tamen ex causa ægritudinis vel alio iusto impedimento, etiam negotiorum. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. præsentium Latus Adeodati querelam* 3. *eadem* 7. *q.* 1. alioquin non licet abesse, diebus præsertim solemnibus, Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, Paschę, & Pentecostes. ex Concilio Agathensi in *can. si quis in Clero constitutus, ab Ecclesia sua diebus solemnibus defuerit*. 29. *eadem* 7. *q.* 1. Quamuis nunc ex recepta in Ecclesia Dei consuetudine in simplicibus Beneficijs residentia non exquiratur. Deduximus alios referentes. *respons.* nostra 22. *à num.* 6. *cum sequentibus*, atque ita declarasse sacram Congregationem & *respons.* 98. *num.* 50. *part.* 5.

**Residentia** quippe in cura animarum de Iure est diuino, ita quidem, vt eam simpliciter abolere Papa non possit, sicuti neque ea, quæ Iuris diuini sunt. prosequitur *Lęlius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis. casu* 3. & amplexandam hanc sententiam tuetur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 2. *cap.* 12. *col.* 2. *vers. sunt, qui etiam opinentur*. nec dereliquit Card. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 4. præsertim verò in Parochialibus. ex Gregorio 10. in Concilio Lugduneo in *cap. licet canonà fœlicis recordationis Alexandro Papa tertio prædecessore nostro* 14. *de electi potestate in* 6. circa finem. prosequitur *Possevinus de officio Curati tit. de residentia cap.* 1. *num.* 1. *&* 2. Decreuitque sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 6. *cap.* 1. *de reformationes*: Quia non debent sibi commissos greges mercennatiorum more deserere. & *sessione* 23. *cap.* 1. *de reformat.*

**Resistere** qui potest malis, eisque obuiare, & non resistit, consentire videtur, atque illa permittere. ex Anastasio, & Damaso Papa in *can. qui potest obuiare, & perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quàm fauere eorum impietati* 8. 23. *q.* 3. Rationem inferentes: *Nec enim caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare*. Nec dissimiliter Eleuterius Papa ad Gallię Prouincias in *can. negligere, cùm possis perturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere* 55. 2. *q.* 6. ibique *Glossa* verbo *deturbare*.

**Resistere** autem malis armata manu non est Ecclesiæ. & Petrus pro Christi corpore gladium stringit, & amputauit auriculam serui: Sed tunc perfectus Petrus non erat. ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. pro membris Christi aduersus vos sæuiunt, & vobis resistunt*. 4. 23. *q.* 3. ex Ambrosio namque in *can. non in inferenda* 7. *eadem* 23. *q.* 3. Non in inferenda, sed in repellenda iniuria, lex virtutis est. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tàm est in vitio, quàm ille, qui facit. Nam *qui desinit obuiare cum potest, consensit*. verba sunt Augustini in psalmos in *can. ostendit propheta: Nec illos immunes à scelere esse, qui permiserunt Christum principibus interficere* 11. *siue finali eadem* 23. *q.* 3.

**Resistere** verò peruersorum iniquitatibus propter afflictionem pauperum, sine intermissione fatigatur Ecclesia, atque apud Principes intercedit. ex Concilio Carthaginense. V. in *can. ab Imperatoribus vniuersis visum est postulandum* 10. *eadem* 23. *q.* 2. & ex Augustino ad Bonifacium in *can. Maximianus Episcopus Vagiensis*

*giensiis auxilium petijt ab Imperatore Christiano contra hostes Ecclesiæ* 2. *eadem* 23. *q.* 3. probans exemplo Apostoli Pauli.

Resistere malo nō debemus, vt dixit Dominus (Matthæi 5 39.) *Ego autem dico vobis non resistere malo: sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram.* Quod sane dictum explicat Augustinus ad Publicolam in *can. de occidēdis hominibus, ne ab eis quisquam occidatur, non mihi placet consilium* 8. *post principium* 23. *q.* 5. audi verba: *Qui verò repelluntur aliquo terrore, ne malè faciant; etiam illis aliquid fortasse præstatur. Hinc autem dictum est: (Non resistamus malo.) ne nos vindicta delectet, quæ alieno malo animum pascit; non vt correctionem hominum negligamus.* Nam

Resistere debemus destruentibus, quod si non fecerimus, nocemus. ex Hieronymo in primo prologo Bibliæ in *can. Sancta quippe rusticitas.* 56. 2. *q.* 7. verba damus: Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. quem locum Glossa ibidem verbo quippe. intelligi dicit de prælatis, *Qui ex officio tenentur resistere malis; & quorum taciturnitas est mortale peccatum, & magnum damnum in Ecclesia operatur.* Ex Gregorio in 1. parte pastoralis in *can. nemo quippe in Ecclesia nocet amplius* 2 *distinct.* 83. in fine inferente: *Episcopus itaque, qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quam Episcopus.* Resistere itaque debemus malo.

Rem nouam loquor, imo non nouam, sed veterem; quæ veteris testamenti auctoritate firmatur. verba sunt Hieronymi ad Amandum presbyterum in *can. non satis animaduertere potui, quid sit, quod dicere voluit,* 3. *ad medium.* 34. *q.* 1. deduximus *respons.* nostra 37. *num.* 8. & *respons.* 61. *nu.* 8. *part.* 5.

Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & ad munera illius non respexit. *Genesis* 4. 5. prius dixit: *respexit ad Abel:* Quia non offerens à muneribus; sed munera ab offerente placuerūt. Gregorius in præfatione in Iob in *can. in grauibus peccatis quis positus* 5. 1. *q.* 7. in fine rationem reddens: *Dona quippe iniquorum non probat Altissimus, nec respicit oblationes eorum; nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis.*

Respondere nos oportet interrogantibus de fide nostra. Sed si aliquis sit, qui ad eludendum interroget: prudenter nos debemus eludere: Nam nihil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur: ne forte existiment nos responsionis penuria declinare certamē; & fides eorum lędatur non intelligentium propositum nostrum. Nam alias margaritas nostras ante porcos mittere non debemus. ex Clemente Papa Epistola 3. in extremo, in *can. in mandatis habemus* 2. *circa finem dist.* 43. Quia nimirum Dispensatio est nobis cœlestis seminis iniuncta. & væ est nobis si non sparserimus, væ si tacuerimus. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. dispensatio est nobis* 5. *eadem dist.* 43. non tamen ad ostentationem respondere debemus; sed ad audientium vtilitatem. vt ibidem Gratianus aduertit §. *pariter quoque obseruare debet sacerdos.*

Res simplex, & indiuidua est matrimonium, quamuis, & materiam & formam requirat ad esse suum ex Augustino in *can. nuptiarum bonum semper est quidem bonum* 41. 27. *q.* 1. *Gloss.* in *cap. tua nos duxit fraternitas consulendos* 25. *circa finem de sponsalibus, & matrimonijs.* verbo *nec forma in fine.* dicens: *Et matrimonium quamuis duo exigat, res tamen simplex est, & indiuidua.*

Res vbi deest, nec nomen habebitur. ex dictis Augustini in *can. quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum* 5. *circa finem distinct.* 38. verbis illis: *Ex quibus omnibus si vnum defuerit, sacerdotis nomen vix in eo constabit.* vbi *Gloss.* verbo *vix.* rationem reddit: *Quia vbi res deest, nec nomen habebitur.* Ex Damaso Papa ad Episcopos Africę in *can. Chorepiscopi tàm ab hac sancta sede, quàm à totius orbis fuerint Episcopis prohibiti* 5 *in fine dist.* 68. verbis inferente: *Si nomen non habent, qualiter officium habebant?* vbi *Glossa* verbo *nomen non habent.* Argumentum infert: *Si re priueris, nec nomen habere mereris.* Concinit Ambrosius sermone de sancto Ioanne in *can. dicat aliquis vxorem non habeo, ideo hanc illam mihi sociaui* 9. *circa medium* 32. *q.* 4. in ratione, quam dat: *Nec enim habere potest hæreditatis consortium, qui non habet originis priuilegium* diximus *respons.* nostra 77. *num.* 35. 36. & 37. & *respons.* 78. *nu.* 68. *part.* 5. Nec diuerso modo sentisse videtur Constantinus Cæsar in *l. à nullo Iudice.* 4. *C. de feriis.* Dum sequentibus rationem refert: *Ac per hoc si nomine eximuntur, etiam, & fructu carebunt.* Quia nomina sunt consequentia rebus. deduximus *respons.* nostra 86. *nu.* 55. & *sequentibus part.* 3.

Res vbi semel extincta fuerit, per humanam potentiam reuiuiscere amplius non poterit. iuxta illud Amos prophetę 5. 2. *Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est, qui suscitet eam.* Quę verba ad rem perpendit Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis relatus *can. si Paulus Apostolus vas electionis, & separatus in Euangelium Christi* 21. *post principium* 32. *q.* 5. verbis sequentibus eloquens: *Caue, quæso, ne quando de te dicat Deus. Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam.) Audenter loquar: Cùm omnia possit Deus, suscitare virginem non potest post ruinam. Valet quidem liberare de pœna, sed non vult coronare corruptam.* Vbi Glossa verbo suscitare. & ipsa infert: *Idem dicit lex: quod virginitas restitui non potest.* Quia profectò res semel extincta reuiuiscere amplius non potest. per humanam scilicet potentiam. ex Iustiniano Cæsare in *l.* 1. *in fine principij C. de raptu virginum, seu viduarum, nec non sanctimonialium.* In ratione, quam refert: *Maximè cùm Virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit.* ibique notat *Glos.* ad hunc sensum ex eodem Hieronymo. verbo. *restitui non possit.* & concinit Triphonius lib. 4. disputationum in *l. in bello post liminium est* 12. §. *factę autem causæ ff. de captiuis, & postliminio reuersis,*

*& de*

& de redemptis ab hostibus. Verbis edicens: *Facta autem causa infecta nulla constitutione fieri possunt.* Quia, quod factum est, ne factum sit fieri non potest. proinde itaque est, quod semel extincta res, reuiuiscere non potest. & hunc sensum secutus fuit Paulus lib. 15. Quæstionum in *l. qui res sua obligauit* 98. §. *Aream promisi alienam ff. de solutionibus, & liberationibus.* ex Celso deducens: *Celsus ait: si idem rursus lege aliqua seruus effectus sit, peti eum posse. In perpetuum enim sublata obligatio restitui non potest. & si seruus effectus sit, alius videtur esse.* vbi *Gloss.* verbo *in perpetuum.* Notat regulam. quod actio extincta non reuiuiscit. Notat quoque *Nauarrus cons.* 32. *num.* 1. *in fine libro* 5. *de simonia.* deduximus *respons.* nostra 28. *num.* 25. & *sequentibus. part.* 4.

Restitutio ab eo facienda non est, qui aliquem læsit in animas inducendo vtique illum ad peccandum, quia non contra legem iustitiæ, ex qua restitutio cadit facit, sed contra legem charitatis in anima occidendo illum, vnde etiam & homicidium dicitur. ex Augustino *in can. noli putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades* 27. *de pœnitentia distinct.* 1. ibique *Nauarrus a num.* 2. contra *Sotum in* 4. *dist.* 15. *q.* 3. *art.* 1. Quia nimirum plus est persuadere quàm facere. *Gloss.* ibidem verbo *persuadere* subnectit. ex Vlpiano libro 23. ad Edictum in *l. ait pretor* 1. §. *persuadere est. plus quàm compelli, atque cogi sibi parere. ff. de seruo corrupto.* Ita quidem, vt percussos dicatur ille, qui sermone inutili conscientiam percutit infirmorum. ex Anacleto *Papa* ad Episcopos Italiæ in *can. sanè percussor ille dicitur doctor.* 18. *siue finali dist.* 45.

Restitutio est in primo statu reponere, remque reddere in statu, in quo ab initio fuit, & in quo Dominus seruasset si ab eo ablata non fuisset, ex Gregorio Septimo Romanæ Synodi præsidenti in *can. nos sanctorum prædecessorum nostrorum statuta tenentes* 4. 15. *quæst.* 6. in finalibus verbis: *Quousque ipsi ad satisfactionem veniant.* Sequitur que Gratianus in *can. si quem pœnituerit accusasse criminaliter* 8. *siue finali.* §. *notandum quoque est quod sicut Digestorum libro in fine* 2. *q.* 3. ex Antonino Cesare dicente: *Restituo te in integrum prouinciæ tuæ: & adiecit: Vt autem scias quid sit in integrum restituere: restituo te honoribus, & ordini tuo, & omnibus cæteris.* Est ergo restitutio in priorem statum repositio. ex Paulo libro 17. ad Edictum in *l. restituere autem is intelligitur, qui simul, & rem, & causam actori reddit.* 35. & lib. 50. ad edictum in *l. restituere videtur is, qui restituit, quod habiturus esset actor, si controuersia ei facta non esset* 75. *ff. de verborum, & rerum significatione. Nauar. manuali cap.* 17. *num.* 43. *S. Thomas* 2. 2. *q.* 62. *art.* 1. *in corpore.* diximus *respons.* 58. *num.* 17. & *sequentibus part.* 4. & *respons.* 21. *num.* 11. *part.* 5. *gloss. in cap. auditis & intellectis causa meritis.* 3. *in fine de in integrum restitutione.* verbo *contra reliquam.* dicens: *Et nota. quod restituere in integrum est reducere in eum statum, in quo erat ante læsionem.* deducit *Sfortius Oddus de restitutione in integrum part.* 1, *q.* 1. *art.* 4. *num.* 34. & *sequent. Rota* apud *Card. Caualerium decis.* 180. *num.* 3. quę est etiam in impressis apud *Marchesanum part.* 1. *fol.* 623. *decis.* 26 *num.* 3. in Barchinonen pensionis 16. Ianuarij 1612.

Restitutio facienda in integrum est spoliato, etiam ante litis ingressum ex Ioanne Papa I. ad Zachariam Archiepiscopum in *can. antiquitus decretum est* 1. cum omnibus aliis sequentibus 2. *q.* 2. rationem reddit ibidem Iulius Papa in epistola ad Orientales *can.* 5. dicens: *Nullus potest conuocari, aut iudicari, antequam omnia sibi ablata, & omnia iura, ei in integrum restituantur: Quia non habet priuilegium, quo possit exui iam nudatus.* rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *omnia iura:* verbis enuncians: *Quia inermes non possunt resistere inimicis.* Ex Stephano Papa V. Gerardo Leodiensi in *can oportet: vt primum vos, tam de inuasis Ciuitatibus* 3. *q.* 2. dicente: *Quia nec nudi contendere, nec inermes inimicis nos debemus opponere.* vbi *glossa* verbo *nudi* ad rem satis optime infert: *Ecce ratio canonis, quare spoliatus non tenetur respondere; & est forte ideo statutum: Quia, cum est spoliatus, non potest sufficere ad sumptus iudiciales, nec inuenire homines adeo fauorabiles; & per hoc videtur, quod nec spoliatori, nec alij teneatur respondere super aliquo, quod ei obijcitur,* & ita quoque Gratianus in *can. Deus ergo fratres ad hoc præordinauit vos.* 6. *siue finali.* §. *patet ergo, quod expoliati prius sunt præsentialiter restituendi* 3. *q.* 1.

Restitui prius debet mulier, & in sua libertate poni, vel pœnes parentes suos, antequam de coniugii fœdere, siue de adulterii crimine iudicium subeat, eique de loco prouideatur tuto, in quo nulla fit vis multitudinis formidanda. ex Nicolao Papa Carolo Regi in *can. siue de coniugij fœdere, siue de adulterij criminę iudicium agendum sit* 4. 33. *q.* 2.

Restitutis sex dantur induciæ menses post integram restitutionem, ante quam respondeant. ex Caio Papa epistola ad Felicem in *can. eiectis, vel expoliatis, post integram restitutionem anniuersariæ induciæ, vel sex mensium indulgendæ sunt* 5. 3. *q.* 3. & *can sequentibus.*

Restitutio facienda est ablati, vt remittatur peccatum, alioquin non agitur pœnitentia, sed fingitur. nisi fortasse vnde restituat non habeat. ex Augustino ad Macedonium in *can. si res propter quam peccatum est, cum reddi tur.* 1. 14. *q.* 6. deduxitque Bonifacius VIII. in *regula peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum.* 4. *de regulis Iuris in* 6. concordat Innocentius Secundus in Vniuersali Concilio in *can. pessimam siquidem, & depopulatricem, & horrendam incendiariorum malitiam* 32. *in fine* 23. *q.* 8. illis verbis: *damnum restituat &c.* Restitutio autem statim facienda est ab eo, qui potest. *S. Thomas* 2. 2. *q.* 62. *art. fin. in corpore.* ita male acceptorum, sicuti, & male detentorum. *Molina de Iustitia, & Iure tom.* 3. *tract.* 2. *de restitutione disputat.* 716. *num.* 2. Nam ex Gregorio Rothomagensi Episcopo, & Gallicis omnibus in *can. si quis dator, vel acceptor.* 2. *in fine* 1. *q.* 3. verbis dicente: *Rationis ergo vigore cogitur,*

gitur, quod iniustè receperit, restituere; & quicquid turpis lucri gratia receperat non tenere.

Restituit pretium, qui rem alienam Deo sacrauit: quia quod semel consecratum est Deo, non valet vltra restitui. ex Gregorio Fantino Defensori in *can. comperimus nullam extitisse causam 2. 14. q. 6. Glossa* ibidem verbo *eis.* dicens rationem: *Quia res semel consecrata, non debet amodo ad prophanos vsus redigi.*

Restituitur quis, quamuis graue patrauit crimen, si pœnitentia magna fuerit. ex Gregorio Secundino in *can. quia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit 16. distinct. 50.* ad medium. dicente: *Hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore; ita & in crimine: & quem maior sequitur culpa, maiore plectatur vindicta, & sic postea pœnitentia credatur esse. Quid enim prodest triticum seminare, & fructum illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse reddi ad honorem.* vbi *Gloss.* verbum illud *& fructum illius non colligere.* fructum, id est *restitutionem.* Enucleat quamuis sacerdos, nam si cadat, habet restitutionis locum, post dignam peractam pœnitentiam, in honorem suum. ex propheta attestante: *Numquid qui cadit non adiciet, vt resurgat?* Palea ex Gregorio in *can. sacerdos quidem, si cadit 14. dist. 50.* Ideo namque permisit Dominus vt Petrus, quem tuti Ecclesiæ præficere, instituerat, eum negaret: *Vt is, qui futurus erat Pastor Ecclesiæ in sua culpa disceretet, qualiter alijs misecere debuisset.* ex Gregorio in *can. considerandum nobis est, cur omnipotens Deus 53. eadem distinct. 50.*

Restitutio male acceptorum, non pauperibus facienda est, sed iis, à quibus illa accepta sunt. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sanè quicquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur 15. 5. finali 14. q. 5.*

Restituere tamen quis tenetur, quod sine causa recepit, vel si turpi causa, illa postmodum non sequuta, vel si causa iniusta fuerit. ex Vlpiano lib. 6. ad Sabbin. in *l. 1. ff. de conditione sine causa* prolequitur *Nauarr. in conf. 99. nu. 1. lib. 5. de simonia.*

Restitutionis enim origo est iniustè acceptū. Omnia quippe peccata iniustitiæ ad restitutionem obligant iniustè acceptorum ex Augustini regula in allato superius in *can. si res, propter quam peccatum est. 1. 14. q. 6.* & in d. regula *peccatum 4 de simonia.*

Restitutio autem debet fieri, qui priuatus est re sua, quod si is non inuenitur quia resciitur, neque eius heredes, facienda est Deo, Ecclesiæ, vel pauperibus, facta tamen prius diligentia debita ad inueniendum verum Dominum ex Innocentio Tertio Iudici Catalitano in *cap. ex te credimus discretione vigere 22. in principio de Iure Iurando:* dicente *Quod enim non remittitur, sed augetur, cum cuiquam improuide soluitur, quod alij ex debito est præstandum* verbo *quod alij.* ex Augustino in *can. si ad peccatū faciendum fides adhibeatur 20. 22. q. 4.* nec diuersimode Alexander Tertius Exonen Episcopo respondit in *cap. sicut dignum. 6. 5. eos insuper* qui dicuntur illius sancti viri. de homicidio voluntario, vel casuali. dicens in fine: *Quia licet, quadam ex bis, quæ occupauerunt fateantur se pauperibus erogasse, non tamen aliena. (cum ipsa potius, sicut eis, quorum fuerint, restituere) debuerunt pauperibus erogare.* ibique *Glossa* verbo *non tamen aliena.* ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna 27. 1. q. 1. S. Thomas 2. 2. q. 62 art. 5.* & plura deduxi nu 5 nos *respons.* nostra *22. num. 60. & 61. cum sequentibus part. 1.* & ibidem eandem prosequentes materiam *respons. 23. à nu. 70. cum sequentibus.* idem *S. Thomas in 4. dist. 15. q. 1. art. 5.* ad 4. q. ad 2. & 3. Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 23.*

Resurrectio Domini magno est gaudio celebranda. Ideo in Concilio Martini Papæ in *can. si quis presbyter propter publicam pœnitentiam 17. dist. 30.* statutum fuit: *Vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsque ad Pentecostem, non prosternant se in ratione causa humilitatis: sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio: quia in bis diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus.* Nec diuersimode Ambrosius in *can. scire debet sanctitas verbs 8. §. 1. dist. 76.* dicens: *Instar ergo Dominica, tota quinquaginta dierum curricula celebrantur: & omnes isti dies velut Dominici deputantur: Resurrectio enim Dominica est. Nā in Dominica resurgens Saluator reuersus ad homines est; & post resurrectionem tota quinquagesima cum hominibus conuersatus est. Aequalis ergo eorum necessarium vt esset festiuitas, quorum æqualis est sanctitas. Sic enim disposuit Dominus, vt sicut eius passione in quadragesima ieiunis contristamur: ita eius resurrectione in quinquagesimæ festis lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima: quia in bis diebus nobiscum Dominus commoratur.*

Resurrectionis Dominicæ tempore, & Pentecostes olim baptismus celebrabatur. ex Leone Papa vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis in *can. duo tempora, id est Pascha, & Pentecostes ad baptizandum 12. de consecrat. dist. 4.* Rationem reddit ipsemet Leo in *can. propriè in morte Crucifixi 13.* ibidem post medium excipe illum dicentem: *Ad cuius rei confirmationem plurimum valet, quod ipse Dominus Iesus Christus, postea quàm resurrexit à mortuis discipulis suis in quibus omnes Ecclesiarum præsules docebantur, & formam, & potestatem tradidit baptizandi, dicens: Euntes ergo nunc docete omnes gentes baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti &c.*

Resuscitatus idem dicitur homo. Non nouus. & an recuperet omnia bona. Etiam vxorem? ex Augustino de adulterinis coniugijs in *can. licitè dimittitur coniux ex causam fornicationis 2. 32. q. 7.* ad verba illa Augustini: *Carebit autem si mortuus fuerit vir eius.* ibique plene *Gloss.* verbo *numquam* dicens: *Non esse mortem, vbi resuscitatio sit secuta: sed potius Diuinā quandam vocationem: ideoque neque matrimoniū dissoluitur neque catera amittuntur.* pertractat Troybus Malutius *de canonizatione sanctorum cap. 3. à num. 9* sicut de Lazaro respondet Andreas de Isernia in *cap. 1. 5. hoc autem de bis, qui* feu-

Rrrr

*feudum dare possunt.* nu.20. & disputauit *Bart.* in quæstionibus dominicalibus q.54. & *Bald. in l.1.C.de Sacrosanctis Ecclesiis num* 63. dicēs, quod recuperabit, quę sunt in eodem statu, non alienata. concordare videtur cum *Gloss.* dicto verbo *numquam*. deducit *Molfesius ad Consuetudines Neapolitanas tom.1.cons* 1.*ad calcem num.*23.*&* 24.

Retinere alienum, vel capere illud paria sunt. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap.sæpe contingit,quod spolians* 18. *in fine de restitutione spoliatorum*. Rationem reddente: *Eo, quod non multum interfit quò ad periculum animæ,iniustè detinere,ac inuadere alienum.*ibiq; *Gloss.* verbo *iniustè detinere.*inferens:*Nota,quòd iura pro eodem reputant, auferre, & detinere iniuste.*ad Augustini sensum in *can.decimæ tributa sunt egentium animarum* 66 16.q.1. de decimis verba faciens, atque in fine concludentis rationem tribuendo: *Decimę enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit*, idem est ergo retinere, atque capere, quod alienum est. Quia præceptum de non retinendo, quod alienum est (*Leuitici* 19.) vtrumque complectitur; non rapere, nec detinere alienum. *S.Thomas.*2.2.q 62. *art.* finali: *Nauar.manual.cap.*17.*in principio,& num.*54.*& conf.*3.*lib.*4 *de diuortijs*. concinitque Ambrosius in *can.sicut ij qui per insaniam mente translati sunt* 8.*in fine distinctione* 47. dicens rationem: *Neque enim minus est criminis habenti tollere quàm cum possis, & abundans indigentibus denegare.*d. tinct.e 19.

Reuelatio diuina instruit in agendis. Quemadmodum Moyses Iosue in principem populi post se diuina reuelatione instituit. non ergo electiones ad dignitates, ecclesiasticas presertim, suasionibus fieri debent. nec fit, qui se idoneum in hoc iudicet, nisi ei cui oratis, & petenti à Domino reueletur. ex Hieronymo in librum Numerorum in *can.si ergo tantus ille,ac talis Moyses* 16.*non multò post prin. cipium* 8.q 1.

Reuelat arcana amici sui qui ambulat fraudulenter. nam qui fidelis est celat amici commissum. ex prouerbiis cap. 11. 13. in *can. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana* 5.5.7 5.

Reuelatio diuina dirigit in scripturis. Quia non omni scripturę standum est, sed scripturis canonicis nisi aliter reuelatum fuerit. audi Augustinum ad Vincentium contra Donatistas in *can. noli frater contra diuina, tam multa,tam clara,tam indubitata testimonia* 9.*circa finem distinct.* 9. Deferentem locum Apostoli ad *Philippenses* 3.15.dicentis: *Quicumque ergo perfecti sumus,hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelauit.* verba sunt Augustini: *In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur, etiam nobis dictum ab Apostolo accipere.(Et si quid aliter sapitis,id quoque Deus vobis reuelauit.*

Reuelare peccata secreta non licet. corripere verò debemus, sed secretò. Augustinum excipe in sermone 16. de verbis Domini in *can. si peccauerit.inquit in te frater tuus,corripe eum inter te,& ipsum solum* 19.2.q.1, dicentem rationem: *Nam si solus nosti,quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor,sed proditor.* ibique *Gloss.* verbo *sed proditor.* & in fine dicit Augustinus: *Vbi contingit malum ibi moriatur malum.*

Reuerentia quam maxima sanctæ sedi habenda est. vnde qui illam exhibent, reuerendi. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in *can.vestris litteris charitatis vestrę,quibus satis perpenditur, quanto studio huic sanctæ sedi reuerentiam exhibetis, non mediocrè gausi sumus* 1. 16. q.2.

Reuerentia debetur Prælato, quamuis inutilis fortassis videatur, ob dignitatem, quam obtinet. ex Leone IV. Carolo Regi in *can.si fortassis, quod non credimus) apud vos inutilis iudicam.*6.16 q.6.Quia inutilitas prælati in damnum Dignitatis, & Ecclesiæ redundare non debet. secundum *Glossam* ibidem verbo *non inutilis.* Et subditi Prælatos suos reuereri debeut, quasi animæ parentes. ex Hieronymo ad Nepotianum Epistola 2.in *can. esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe* 7. *distinct* 95. Prælati vero subditos honore afficere debent. & non quasi dominantes in clero sed forma facti gregis ex *S. Petri* 5.ibidem.vnde Gregorius ad Iustinum Prætorem scribens in *can. habet hoc proprium antiqui hostis inuidia* 6 2.q 5. de Leone Episcopo verba faciens infert sequentibus: *Proinde gloria vestra prædictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem Sacerdoti decet, exhibeat*, adiungens: *Sed ita supra scripto vos Episcopo denotissime oportet in omnibus adhærere, vt congruè dicenterque Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.*

Reuerentia autem subditorum erga eorum supra latos est, vt eis obedientiam exhibeant, in his, quæ iuste præcipiunt. ex Gratiano in *summa distinct.* 93. & in *can.* 1.ibidem in verbis Petri ad Populum dum Clementem Papam ordinauit. dum verbis infert: *Et per hoc reddeat ad salutem, eum obedire coeperit monitis præsidentis.*extra salutem ergo est, qui non paret. Vnde Pelagius Papa Clero Narniensi in *can quia frater, & coepiscopus noster Ioannes* 18. 7. q. 1. post medium præcepit verbis inferens: *Ideoque præsenti iussione præcipimus, vt seruata primo in loco Episcopo memorato reuerentia,quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, qua ad diuini cultus obsequium pertinent,vel,qua Ecclesiastica vtilitatis peragere cura suaserit, præbeatis obedientiam.* Non debent proinde subiecti Prælatorum temeritate vlla diiudicare: sed nec saltem tenuiter reprehendendam habere. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can.nolite nos existimare facta cuiuscumque proximorum nostrorum, quę sunt digna reprehensione,velle defendere* 5. *distinct.*21. & ibi notata per *Gloss.* verbo *reprehendam*. Vnde idem Nicolaus Ludouico Imperatori scribens in *can.in scripturis narratur Constantinus Imperator* 9.*distinct.*96.factum narrans eiusdem Constantini, quod dixerit, *Verè si proprijs oculis vidissem Sacerdotem Dei*

aut

*aut aliquem eorum, qui monachico habitu circum amitti sunt, peccantem; chlamidem meam expoliarem, & cooperirem eum ne ab aliquo videretur.* Quia facta Pontificum Imperator iudicare non debet: *Non infrunitum, sed puderatos filios Noe imitantes.*

Reus non statim est, qui accusatur, sed qui conuincitur criminosus. Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis 5. sine finali in fine* 15. *q.* 8. eodemque modo Symmachus Papa in *can. non ne directa sunt verba canonum in fine* 8. *q.* 4.

Reus, cuius crimen probari non potest, quamuis illud soli Episcopo innotescat, non propterea prodendus est, quod si predatur, negare poterit, neque parere in foro exteriori. ex Concilio Vasensi Primo in *can. si tantum Episcopus alieni sceleris se conscium nouit* 2. & ex Concilio Africano in *can. placuit, vt si quando Episcopus dicit* 3. 6. *q.* 2.

Reus à Iudice interrogatus non tenetur se prodere, neque manifestare sua crimina. ex Ioanne Chrisostomo, quem refert Gratianus in *can. quis aliquando vidit Clericum cito pænitentiam agentem* 87. §. *his auctoritatibus asseritur paulo post principium* §. *item illud Ioannis Chrysostomi de pœnitentia dist.* 1. dicens: *Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses: sed obedire te volo prophetæ dicenti: Reuela domino viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata; apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua sed conscientiæ tuæ memoria; & tunc demum spera misericordiam te posse consequi: si habueris in mente peccata tua continue, malum numquam aduersus proximum tuum in corde retinebis.* Quem textum plene explicat. *Nauarrus eodem can.* §. *non dico vt te prodas de pœnitentia dist.* 1. *à num.* 7. Nisi tamen præcesserit infamia, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiam cum præcessit semiplena probatio *à num.* 19. *ad secundum respondetur. & nu.* 20. *cum sequentibus.* ex S. *Thoma* 2. 2. *q.* 69 *art.* 2. plura deducit *Lessius de Iustitia, & iure lib.* 2. *cap* 31. *dub* 3 *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 58. requisita enuncians, vt dicatur reus iuridice interrogatus *Nauar. manuali cap.* 25. *num.* 36. *Ludouicus à Beia respons. casuum conscientiæ part.* 1. *casu* 32. *& part.* 3. *casu* 57. vide *Dianam part.* 3. *tract.* 5. *miscellaneo. resolut.* 91.

Reus rite interrogatus, si negauit delictum, quod confiteri tenebatur, si nihilominus damnatus ad mortem ducatur, non tenetur ad confitendum illud, nisi notabile ex inde damnum alicui enascatur, saltim probabiliter, sat equidem erit ad eius animæ salutem sacramentalis confessio cum absolutione, inde sequuta per confessarium. ex Augustini sensu in *can. quam pænitet omnino pæniteat.* 88. *de pænitentia distinct.* 1. prosequitur *Nauar. manuali cap.* 25. *num.* 38. *vers. ad noue quasitum.*

Reorum est fugere. Quia, qui Iudicium refugit, apparet eum de Iustitia diffisum. ex Gelasio Papa Ezechiæ Comiti in *can. Christianis gratũ semper debet esse* 42. *in finalibus verbis.* 11. *quæst.* 1. Nec diuersimode Iustinianus Cæsar detexit in *l. properandum nobis visum est, nelites fiāt pene immortales* 12. §. *sin autem reus abfuerit. C. de Iudiciis.*

Rex veraciter dici non potest, qui nullo salubri regimine, corporis appetitus restænat. sed salubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit. Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam constitutis in *can. scelus, quod Lotharius rex* 21. *sine finali* 2. *q.* 1. Nam

Reges sunt, & eius est officium, iusta precipere, & illicita prohibere. ex Augustino in *can. si Ecclesia vera ipsa est, quę persecutionem patitur, & non quę facit* 42. *in fine* 23. *q.* 4. ad verba illa *psalmi* 2. (Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) *Quomodo ergo reges Domino seruiunt cum timore; nisi ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim seruit, quia homo est, aliter, qui etiam & rex est. Quia homo est: ei seruit viuendo fideliter. Quia verò etiam rex est: seruit leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.*

Regis potestas non frustra instituta est vt mala coerceat, & ideo ministri Iustitię, vt mali coerceantur, cum ministri timentur, & quietius inter malos viuant boni, ex Augustino ad Macedonium in *can. non frustra sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius* 18. 23. *q.* 5. Nam

Regum officium, est proprium facere Iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos. ex Hieronymo super Hieremiam in *can. Regum officium est proprium* 23. *eadem* 23. *q.* 5. & Cum ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuiorum pœnarum, à grauioribus malis prohibent, atque compescunt. ex Augustino contra littera Petiliani in *can. qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem.* 40. §. *finali* 23. *q.* 4.

Rex debet delicta cohibere, atque punire. & filios suos non sinere impiè agere. ex Cypriano in *can. rex debet furta cohibere* 40. 13. *quæst.* 5. Vnde dixit Ambrosius ad Marcellinam sororem scribens in *can. conuenior ipse à Comitibus, & triaunis* 21. *col.* 5. §. *allegatur Imperatori licere omnia* 23. *quæst.* 8. verbis edicens: *Respondeo: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod Ius habere, noli te extollere: sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus.*

Reges debitis pœnis punire debent, qui verum Deum blasphemant, exemplo regis Nabuchodonosor; cum conuersus ad honorandum Deum verum decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misęch, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. ex Augustino ad Vincentium in *can. non inuenitur exemplum in Euangelicis, & Apostolicis litteris* 41. *ad medium* 23. *quæst.* 4. vide infra.

Reges filijs sunt Ecclesię, & ideo Deus voluit, vt ipsi, sicut, & Imperator, sacerdotibus, & Pontificibus sua colla pia deuotione submit-

*feudum dare possunt.* nu.20. & disputauit *Bart.* in quæstionibus dominicalibus q.54. & *Bald.* in l.1.C.de *Sacrosanctis Ecclesiis num* 63. dicēs, quod recuperabit, quę fuit in eodem statu, non alienata. concordare videtur cum *Gloss.* dicto verbo *numquam*. deducit *Molfesius ad Consuetudines Neapolitanas tom.1.cons.1.ad eatem num.23.& 24.*

Retinere alienum, vel capere illud paria sunt. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap. sæpe contingit, quod spoliatus* 18. *in fine de restitutione spoliatorum*. Rationem reddente: *Eo, quod non multum interest quò ad periculum animæ, iniustè detinere, ac inuadere alienum.* ibiq; *Gloss.* verbo *iniustè detinere.* inferens: *Nota, quòd iura pro eodem reputant, auferre, & detinere iniuste.* ad Augustini sensum in *can. decimæ tributa sunt egentium animarum* 66 16.q.1. de decimis verba facientis, atque in hac concludentis rationem tribuendo: *Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit*, idem est ergo retinere, atque capere, quod alienum est. Quia preceptum de non retinendo, quod alienum est (*Leuitici* 19.) vtrumque complectitur; non rapere, nec detinere alienum. *S.Thomas.2.2.q 62. art. finali: Nauar. manuali cap.17. in principio, & num.*54.& *cons.2.lib.4 de diuortijs*. concinitque Ambrosius in *can. sicut ij qui per insaniam mente translati sunt* 8. *in fine distinctione* 47. dicens rationem: *Neque enim minus est criminis habenti tollere quàm cum possis, & abundans indigentibus denegare*. detinet ergo.

Reuelatio diuina instituit in agendis. Quemadmodum Moyses Iosue in principem populi post se diuina reuelatione instituit. non ergo electiones ad dignitates, ecclesiasticas presertim, suasionibus fieri debent. nec sit, qui se idoneum in hoc iudicet, nisi si cui orāti, & petenti à Domino reuelatur. ex Hieronymo in librum Numerorum in *can. si ergo tantus ille, ac talis Moyses* 16. *non multò post princ̄ipium* 8.q 1.

Reuelat arcana amici sui qui ambulat fraudulenter. nam qui fidelis est cœlat amici commissum. ex prouerbiis *cap.* 11. 13. in *can. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana* 5.5.q 5.

Reualatio diuina dirigit in scripturis. Quia non omni scripturę standum est, sed scripturis canonicis, nisi aliter reuelatum fuerit. audi Augustinum ad Vincentium contra Donatistas in *can. noli frater contra diuina, tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia* 9.*circa finem distinct.* 9. Deferentem locum Apostoli ad *Philippenses* 3.15. dicentis: *Quicumque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis* Deus *reuelauit*. verba sunt Augustini: *In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur, etiam nobis dictum ab Apostolo accipere. (Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit.*

Reuelare peccata secreta non licet. corripere verò debemus, sed secretò. Augustinum excipo in sermone 16. de verbis Domini in *can. si peccauerit, inquit in te frater tuus, corripe eum inter te, & ipsum solum* 19.2.q.2, dicentem rationem; *Nam si solus nosti, quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere, non es correptor, sed proditor*. ibique *Gloss.* verbo *sed proditor*. & in fine dicit Augustinus: *Vbi contingit malum ibi moriatur malum.*

Reuerentia quam maxima sanctæ sedi habenda est. vnde qui illam exhibent, reuerendi. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo in *can. lætificatis litteris charitatis vestrę, quibus satis perpendimus, quanto studio huic sanctæ sedi reuerentiam exhibeatis, non mediocriter gauisi sumus* 1. 16. q.2.

Reuerentia debetur Prælato, quamuis inutilis fortassis videatur, ob dignitatem, quam obtinet. ex Leone IV. Carolo Regi in *can. si fortassis, quod non credimus) apud vos inutiles iudicam.* 6. 16 q.6. Quia inutilitas prelati in damnum Dignitatis, & Ecclesiæ redundare non debet. secundum *Glossam* ibidem verbo *non inutilis*. Et subditi Prælatos suos reuereri debent, quasi animæ parentes. ex Hieronymo ad Nepotianum Epistola 2. in *can. esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe* 7. *distinct* 95. Prælati vero subditos honore afficere debent. & non quasi dominantes in clero sed forma facti gregis ex *S. Petri* 5. ibidem. vnde Gregorius ad Iustinum Prætorem scribens in *can. habet hoc proprium antiqui hostis inuidia* 6 2.q 5. de Leone Episcopo verba faciens inferit sequentibus: *Proquare gloria vestra prędictum virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem Sacerdoti decet; exhibeat*. adiungens: *Sed ita supra scripto vos Episcopo deuotissime oportet in omnibus adhærere, vt congruè, dicenterque Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.*

Reuerentia autem subditorum erga eorum prælatos est, vt eis obedientiam exhibeant, in his, quæ iuste pręcipiunt. ex Gratiano in *summa distinct.* 93. & in *cau.* 1. *ibidem* in verbis Petri ad Populum dum Clementem Papam ordinauit. dum verbis infert: *Et per hoc redeat ad salutem, cum obedire coeperit monitis prę sidentis*. extra salutem ergo est, qui non paret. Vnde Pelagius Papa Clero Narniensi in *can quia frater, & coepiscopus noster Ioannes* 18. 7. q. 1. post medium, præcepit verbis inferens: *Ideoque præsenti iussione præcipimus, vt seruata primo in loco Episcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obsequium pertinent, vel, quæ Ecclesiasticæ vtilitatis peragere cura suaserit, præbeatis obedientiam*. Non debent proinde subiecti Pręlatorum temeritate vlla diiudicare: sed nec saltem tenuiter reprehendendam habere. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. nolite nos existimare facta cuiuscumque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere* 5. *distinct.*21. & ibi notata per *Gloss.* verbo *reprehendam*. Vnde idem Nicolaus Ludouico Imperatori scribens in *cau. in scripturis narratur Constantinus Imperator* 9. *distinct*.96. factum narrans eiusdem Constantini, quod dixerit, *Verè si proprijs oculis vidissem Sacerdotem Dei*, aut

*aut aliquem eorum, qui monachico habitu circum amitti sunt, peccantem; chlamidem meam expoliarem, & cooperirem eum ne ab aliquo videretur.* Quia facta Pontificum Imperator iudicare non debet: *Non infrunitum, sed puderatos filios Noe imitantes.*

Reus non statim est, qui accusator, sed qui conuincitur criminosus. Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis* 5. *sine finali in fine* 15. q. 8. eodemque modo Symmachus Papa in *can. non ne directa sunt verba canonum in fine* 8 q. 4.

Reus, cuius crimen probari non potest, quamuis illud soli Episcopo innotescat, non propterea prodendus est, quod si predatur, negare poterit, neque parere in foro exteriori. ex Concilio Vasensi Primo in *can. si tantum Episcopus alieni sceleris se conscium nouit* 2. & ex Concilio Africano in *can. placuit, vt si quando Episcopus dicit* 3. 6. q. 2.

Reus à Iudice interrogatus non tenetur se prodere, neque manifestare sua crimina. ex Ioanne Chrisostomo, quem refert Gratianus in *can. quis aliquando vidit Clericum cito pœnitentiam agentem* 87. §. *his auctoritatibus asseritur paulo post principium* §. *item illud Ioannis Chrysostomi de pœnitentia dist.* 1. dicens: *Non tibi dico vt te prodas in publicum, neque vt te apud alios accuses sed obedire te volo propheta dicenti: Reuela domino viam tuam. Ante Deum ergo tua confitere peccata; apud verum iudicem cum oratione delicta tua pronuncia, non lingua, sed conscientia tuæ memoria; & tunc demum spera misericordiam te posse consequi: si habueris in mente peccata tua continue, malum numquam aduersus proximum tuum in corde retinebis.* Quem textum plene explicat. *Nauarrus eodem can,* §. *non dico vt te prodas de pœnitentia dist.* 1. *à num.* 7. Nisi tamen præcesserit infamia, vel aliqua expressa indicia apparuerint, vel etiam cum præcessit semiplena probatio *à num.* 19. *ad secundum respondetur. & nu.* 20. *cum sequentibus.* ex S. *Thoma* 2. 2. q. 69 *art.* 2. plura deducit *Lessius de Iustitia, & iure lib.* 2. *cap* 31. *dub* 3 *Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 58. requisita enuncians, vt dicatur reus iuridice interrogatus *Nauar. manuali cap.* 25 *num.* 36. *Ludouicus à Beia respons. casuum conscientia part.* 1. *casu* 31. *& part.* 3. *casu* 17. vide *Dianam part.* 3. *tract.* 5. *miscellaneo resolut.* 91.

Reus rite interrogatus, si negauit delictum, quod confiteri tenebatur, si nihilominus damnatus ad mortem ducatur, non tenetur ad confitendum illud, nisi notabile ex inde damnum alicui enascatur, saltim probabiliter, sat equidem erit ad eius animæ salutem sacramentalis confessio cum absolutione, inde sequuta per confessarium. ex Augustini sensu in *can. quam pœnitet omnino pœniteat.* 88. *de pœnitentia distinct.* 1. prosequitur *Nauar. manuali cap.* 25. *num.* 38. *vers. ad nonę quæsitum.*

Reorum est fugere. Quia, qui iudicium refugit, apparet eum de Iustitia diffisum. ex Gelasio Papa Ezechiæ Comiti in *can. Christianis gratiũ semper debet esse* 42. *in finalibus verbis.* 11. *quæst.* 1. Nec diuersimode Iustinianus Cæsar detexit in *l. properandum nobis visum est, nelites fiãt penè immortales* 12. §. *sin autem reus absfuerit. C. de Iudiciis.*

Rex veraciter dici non potest, qui nullo salubri regimine, corporis appetitus refrænat. sed salubrica eneruatione magis illicitis eius motibus cedit. Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam, Italiam, & Germaniam constitutis in *can. scelus, quod Latharius rex* 21. *sine finali* 2. q. 1. Nam

Reges sunt, & eius est officium, iusta precipere, & illicita prohibere. ex Augustino in *can. si Ecclesia vera ipsa est, quę persecutionem patitur, & non quę facit* 42. *in fine* 23. q. 4. ad verba illa *psalmi* 2. (Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.) *Quomodo ergo reges Domino seruiunt cum timore; nisi ea, quæ contra iussa Domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim seruit, quia homo est, aliter, quia etiam & rex est. Quia homo est: ei seruit viuendo fideliter. Quia verò etiam rex est: seruit leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.*

Regis potestas non frustra instituta est vt mala coerceat, & ideo ministri Iustitię, vt mali coerceantur, cum ministri timentur, & quietius inter malos viuant boni, ex Augustino ad Macedonium in *can. non frustra sunt instituta potestas regis, & cognitoris ius* 18. 23. q. 5. Nam

Regum officium, esę proprium facere iudicium, & iustitiam, & liberare de manu calumniatorum vi oppressos. ex Hieronymo super Hieremiam in *can. Regum officium est proprium* 23. *eadem* 23. q. 5. & Cum ordinatissima potestate homines sibi subditos per terrores leuorum pœnarum, à grauioribus malis prohibent, atque compescunt. ex Augustino contra littera Petiliani in *can. qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem.* 40. §. *finali* 23. q 4.

Rex debet delicta cohibere, atque punire. & filios suos non finere impiè agere. ex Cypriano in *can. rex debet furta cohibere* 40. 13. *quæst.* 5. Vnde dixit Ambrosius ad Marcellinam sororem scribens in *can. conuenior ipse à Comitibus, & tribunis* 21. *col.* 2. §. *allegatur Imperatori licere omnia* 23. *quæst.* 8. verbis edicens: *Respondeo: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea, quæ diuina sunt, imperiale aliquod Ius habere, noli te extollere: sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus.*

Reges debitis pœnis punire debent, qui verum Deum blasphemant, exemplo regis Nabuchodonosor; cum conuersus ad honorandum Deum verum decreuit in regno suo, vt quicumque blasphemaret Deum Sidrach, Misęch, & Abdenago, pœnis debitis subiaceret. ex Augustino ad Vincentium in *can. non inuenitur exemplum in Euangelicis, & Apostolicis litteris* 41. *ad medium* 23. *quæst.* 4. vide infra.

Reges filijs sunt Ecclesię, & ideo Deus voluit, vt ipsi, sicut, & Imperator, sacerdotibus, & Pontificibus sua colla pia deuotione submittere-

tere. Ne si mensura cœlestis dispositionis excedatur, eatut in contumeliam disponentis. ex Felice Papa in *can. certum est hoc rebus vestris esse salutare 3. distinct. 10.* Nec dissimiliter ex historia Tripertita in *can. Valentinianus Imperator veniens ab oriente 3. paulo post principium distinct. 63.* Valentinianus Imperator Mediolani Episcopis congregatis ad eligendum Episcopum dixit: *Talem itaque in Pontificali constituite sede; cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincere nostra capita submittamus, & eius monita, dum tamquam homines deliquerimus necessariò, velut curantis medicamenta, suscipiamus.* Electus autem fuit Ambrosius non dum baptizatus.

Rex omnis Dei habet imaginem, habens Imperium Dei, quasi Vicarius eius. ex Augustino in *can. hac imago Dei est in homine 13. 13. quest. 5.*

Rex dicitur, & sacerdos quisque fidelis. ex verbis Rabani de Institutione clericorum in *can. post baptismum traditur Christiano vestis candida, designans innocentiam, & puritatem Christianam 91. de consecrat. distinct. 4.* in fine dicentis: *Tegitur enim post sacram unctionem caput eius mystico velamine, ut intelligas se diademate regni, & sacerdotali dignitate potiri.* vbi *Gloss.* verbo *vt intelligat.* sequētibus exprimit: *Istud sacramentum est regni, & sacerdotii. Quilibet enim fidelis rex debet esse, & sacerdos: Rex, quia, & se, & alios virtutibus regere debet. Sacerdos, quia cor contritum, & humiliatum, quod est vera oblatio ad est se, debet offerre Deo.*

Reges maxime curare debent, vt Ecclesię, earumque iura conseruentur. vt enim Constātius, & Constans tradidere Augusti in *can. in qualibet Ciuitate, in qualibet Oppido, vico. & castello 23. 23. q. 8.* Rationem reddentes: *Gaudere enim, & gloriari ex fide semper volumus, scientes magis religionibus, quàm officiis, & labore corporis vel sudore nostram rempublicam contineri.* Quia magis diuinis presidiis, quàm armis regna conseruantur. Vnde ex Augustino ad Bonifacium Comitem in *can. si Ecclesia vera ipsa est 42. circa finem 23. q. 4.* Reges Domino seruiunt in timore, cum ea, quæ contra iussa Domini fiunt religiosa seueritate prohibent & plectunt. & meminimus insuperioribus.

Regis filius Rex & ipse dicitur. ex Gregorio in dialogis libro 3. de sancto Ermenegildo. in *can. cœpit Ermenegildus rex iuuenis terrenum regnum despicere. 42. 24. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *Rex* argumentum deducens: *Quod filius regis Rex vocari debeat.* Sed impropriè vt *Glossella* Marginalis ibidem adnotat. In actu scilicet primo, & in potentia. non in actu secundo, & exercitio.

Reges Ecclesiam Dei defendere debent ab hostibus Ecclesię, quod si negligant valdè culpandi. ex Augustino ad Bonifacium in *can. Maximianus Episcopus Vagensis auxilium petiit ab imperatore Christiano contra hostes Ecclesia 2. 23. q. 3.* Alioquin erūt ipsi similes seruo sacerdotis Iudæorum, qui Christum in facie percussit. non Petro, qui ferrum pro Christo contra ministros stringxit. perpendit Augustinus contra litteras Petiliani in *can. prombris Christi contra vos seuiunt 4. 23. q. 3.* Ita quoque personas Ecclesiasticas ab oppressionibus potentum tueri debent, ne quid illis aut surreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat. ex Gelasio Papa Ezechiæ Comiti in *can. Christianis gratum semper debet esse, quod ab eorum pojcitur dignitate præstandum 12. 11. q. 1.* Contra hæreticos præsertim pugnādo, eosque opprimendo. *Quia hoc pertinet ad Reges seculi Christianos, vt temporibus suis peccatam velint Matrem suam Ecclesiam habere, vnde spiritaliter nati sunt.* ex Augustino in Ioannem in *can. quando vult Deus concitare potestates aduersus hæreticos 39. 23. q. 4.* exemplum etiam inferens, ac dicens: *Nabuchodonosor rex decreuit dicens: Quicumque dixerit blasphemiam in Deum Sidrach, Misach, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem.* & idem dixit in *can. non inuenitur exemplum in Euangeliis, & Apostolicis litteris 41. eadem 23. q. 4.* & meminimus supra. Sicuti etiam debent oppressos releuare. ex Hieronymo in *can. regum officium est proprium 23. 23. q. 5.* hoc modo facientes eorum regnum confirmatur. ibidem.

Regibus debetur fidelitas. Alioquin, Quomodo poterit quis fidelis esse in substantia Dei, qui carnali Domino fidem exhibere non potuit? Hieronymus rationem reddit in *can. si apud carnales dominos in minimo fidelis fuerint 24. 23. q. 5.* Ideo soluitur eis tributum. ex Ambrosio in *can. si tributum petit Imperator 28. & can. magnum quidem est, & spiritale documentum. 28. 11. q. 1.* & notat *Gloss.* d. *can. tributum* verbo *potestatem.* & Vrbanus Papa in *can. tributum in ore piscis, piscante Petro inuentum est. 22. 23. q. 8.* perpendit, quod Petrus non totum piscem iussus est dare, sed statetem, qui in ore eius inuentus est. exteriora videlicet.

Reges dicuntur Clerici. id est se, & alios virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ Ecclesię in signum regni, quod in Christo expectatur. ex Hieronymo ad quendam suum Leuitam de duobus generibus hominum in *can. duo sunt genera Christianorum 7. 12. q. 1.*

Regnare dicitur peccatum in homine, cum in illo dominatur. ex Isidoro de summo bono in *can. non solum de commissa fornicatione peccatum regnat in homine 15. 32. q. 7.* Peccatum, hoc est reatus peccati *Glossa* ibidem verbo *peccatum* exprimit. Quia peccatum actuale transit actu, sed remanet reatus. obligatio videlicet ad æternam pœnam, ni pœnitentia dissoluatur.

Reges, & Principes possunt opponere contra electum ad Episcopatum, vel aliam dignitatem, vel Beneficium, esse sibi illum suspectum. ex Stephano Papa Guidoni Comiti in *can. Lectis sagacitatis vestrę apicibus 18. distinct. 63.* & ita exaudit *Innocentius IV.* in *cap. super his 16. num. 8. in fine de accusationibus.* quem sequitur *Abbas in cap. 1. num. 9. de electione, et electi potestate.*

Ridi-

Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris, vel falso insimulari Sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur. Nicolaus Papa Hincmaro Archiepiscopo testatus est in *can. ridiculum est, & satis abominabile* 5. *distinct.*12. & dixit eodem modo Paulus lib.2. ad ædilitium ędilium Curulum in *l. iustissime adiles noluerunt hominem, ei rei, qua minoris esset, accedere* 44. *ff de adilitio edicto, & redhibitoria, & quanto minoris actione*. Rationem reddens post principium: *Ridiculum namque esset tunica fundum accedere*. Quin addidit Celsus lib.15. Digestorum in *l. Domitianus Labeo Celso suo salutem* 27. *ff. de testamentis, & qui testamenta facere possunt, & quemadmodum testamenta fiant*. Excipe illum. *Iuuentius Celsus Labeoni suo salutem. Aut non intelligo quid sit, de quo me consulis, aut valde stulta est consultatio tua. Plus enim quàm ridiculum est dubitare, an aliquis iure testis adhibitus sit, quoniam idem, & tabulas testamenti scripsit*. vbi *Gloss.* verbo *adhibitus*. Rationem venans consequentiam intulit.

*Ergo tabellio in numero computatur testium.*

Neque ab hoc ipso sensu Augustinus discessit super Matthæum in *can. ridiculum est, vt eum mundum esse dicamus* 45.11.q.3. Excipe dicentem: *Ridiculum est, vt eum mundum esse dicamus, qui vinculis peccatorum suorum ligatus, propter hoc solum, quod Episcopus dicitur habere huiusmodi potestatem, vt soluti ab eo soluti sint in cœlo, & ligati in terris, sint ligati in cęlo. Sit ergo irreprehensibilis, qui alterum ligat, aut soluit.*

Rigor canonum, aut pro necessitate temporũ, aut pro consideratione ætatum temperatur quandoque. ex Leone Papa ad Rusticum Narbonensem Episcopum in *can. sicut quędã sunt, quę nulla possunt ratione conuelli*.2. *fine finali.dist.*14. addendo: *Illa consideratione seruata, vt in us, quæ, vel dubia fuerint, aut obscura, id noueris sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inueniatur aduersum*. Namque multi canones constituti sunt non desperationis indulgentiæ, sed rigore disciplinę. vt Augustinus ad Bonifacium scribens tradidit in *can. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *in principio distinct.*50. in fine addens: vbi scilicet: *Non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat*. Quia mirum: Quoties à populis, aut à turba peccatur: quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solet transire. Tradit Innocentius Episcopis Macedoniæ scribens in *can quoties à populis, aut turba peccatur* 14. 1. q 7. notat ibi *Gloss.* verbo *propter multitudinem*. Argumentum deducens: *Quod parcendum est multitudini.*

Riuales dicuntur qui cum eadem muliere habent consuetudinem, cum qua accedunt, quasi ad eundem riuum. ex Ambrosio Hexameron die quarta in *can. horrendus, & inclitus est vir*.17. *in fine* 32.q.5. excipe dicentem, quia ex probtantem: *Tu iugalem tuum repudias, & putas sępe mutandum? si vno defeceris die, super induceis riualem &c.* ibique *Gloss* verbo *riualem*. inferens: *Riuales propriè dicuntur, qui per eundem riuum aquam ducunt* Ex Vlpiano lib.70. ad Edictum in *l.1. ff. de aqua quotidiana, & æstiua.*5. *si inter riuales, id est qui per eundem riuum aquã ducunt, sit contentio*. Sequitur *Barnabas Brixonius de verborum significatione lib.*16. *verbo riuales.*

Rogo verbum quandoque pręceptiue ponitur. vt per Gregorium Clero, & populo Salonitano in *can. rogo hortor, & moneo*.25 11. q.3. ibique peroptime *Gloss.* verbo *rogo*.

Rogationum tres dies feriantur. ex Concilio Lugdunensi in *can. pronunciandum est laicis* 1. *de consecrat. distinct.*3. ibidemque ex Concilio Aurelianensi Primo in *can. rogationes, id est litanias, ante Ascentionem domini* 3. triduanum ieiunium erat indictum, & vt omnes abstinerent, & Quadragesimalibus cibis vterentur. & serui, & ancillę ab operibus relaxarentur. vbi *Gloss.* verbo *ieiunium*. Non esse preceptum affirmat, sed suaderi. Hodie vero non seruatur ieiunium, quod inter Pascham, & Pentecostem non seruetur ieiunium. ex Gratiano in *can. ieiunium quarti, & ieiunium quinti* 7. §. *non autem videntur ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. distinct.*76. ibique *Gloss.* verbo *ieiunia*. In Rogationibus, ad Litanias videlicet, omnes sacerdotes accere debent. ex Concilio Toletano Quarto in *can. quando presbyteri in parochiis ordinantur*.2. *in fine distinct.*38. ibique *Gloss.* verbo *ad Litanias.*

Roma principium & caput obtinet nationum. Inde eodem in loco Principes Apostolorum Petrus, & Paulus Martyrium pertulerunt; vt vbi caput superstitionis erat, ibi caput quiesceret sanctitatis; & vbi gentilium principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morerentur. Ambrosius in *can. Beati Petrus, & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos*.37. *in fine* 2. q.7. & Gelasius Papa omnibus Orthodoxis in *can. quamuis vniuersę per orbem catholicę Ecclesię vnus Thalamus Christi sint* 3. *distinct.*21. Contextatur dicens: *Romana tamen Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis Synodicis constitutis, cęteris Ecclesiis prę lata est, sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit: Tu es Petrus* (inquiens) *& super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni Cęlorum. &c.* Idemque decreuit Nicolaus Papa Secundus in *can. omnes siue patriarchis cuiuslibet apicis* 1. *dist.*22.

Roma, vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. Hieronymus ad Rusticum Monachum epistola quarta in *can. in apibus princeps vnus est; grues vnam sequuntur ordine litterario* 41.7. q.1. vbi *Gloss.* verbo *Roma*. refert: *Quod ideo Romulus interfecit Remum, quia muros transilijt*, addens: *Respondeo. Nam potuit hoc idem fecisse ex inuidia*. Meminit Nicolaus Tertius in *cap* *fun-*

*fundamenta militantis Ecclesiæ* 17. *in fine principij. de electione, & electi potestate in* 6. ibique *Gloss.* verbo *dexteras* . & *Glossella* Marginalis ibidem. vbi etiam *Ioannes Monachus* dicens, quod fundata fuit à prędonibus, dicta Roma, quasi rodens manus

*Roma manus rodit; quas rodere non valet, edit.*

Roma tamen mater est omnium communis. *Nauar. conf.* 6. *sub principio in casus positione. lib.* 5. *de donationibus.*

Romanę Ecclesiæ primatum qui auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur, & dicendus hæreticus est. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit, quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis alijs Ecclesiis pręrulisse cognoscitur. verba sunt Nicolai Papæ secundi Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum scribentis in *can. omnes siue Patriarchij cuiuslibet apices* 1. *distinct.* 22. Rationem reddit etiam ibidem Anacletus Papa ad omnes Episcopos in *can.* 2. dicens: *Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia, non ab Apostolis, sed ab Ipso Domino Saluatore nostro primatum obtinuit, & eminentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse Beato Petro dixit: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portę inferi non prçualebunt aduersus eam: & tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcumque ligaueris super terram erit ligatum, & in cœlis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum, & in cœlis.* in fine inferens: *Hęc vero Apostolica Sedes, Cardo, & caput. (vt prętactum est) omnium Ecclesiarum à Domino, & non ab alio, est constituta, & sicut cardine ostium regitur: sic huius sanctæ Sedis auctoritate omnes Ecclesię (Domino disponente) reguntur.*

Romanorum Ius, quod ius Quiritum dicebatur, erat quod nulli tenebant, nisi Quirites id est Romani. ex *can. Ius Quiritum est proprie Romanorum* 12. *distinct.* 1.

Romanus Pontifex iura tuetur, vnde non censetur eisdem absque causa derogare. Gregorium IX. Cathalanen Capitulo scribentem excipe in *cap. Ecclesia vestra destituta pastore* 57. §. *denique statutum generalis Concilij. de electione, & electi potestate* extrà verbis rationem reddentem, dicentemque *Neque enim credendum est Romanum Pontificem, (qui iura tuetur) quod alias excogitatum est multis vigilijs, & intentum, vno verbo subuertere voluisse.*

Romipetas, & peregrinos ad Apostolorum limina accedentes, & aliorum sanctorum oratoria ad visitandum peregrinantes, persequentes, vel spoliantes, donec satisfecerint, communione carebunt Christiana. ex Calixto Papa in *can. si quis Romipetas, & peregrinos* 23. 24. q. 3. Et Nicolaus Papa omnibus Episcopis scribens in *can. illi qui peregrinos, vel oratores cuiuscumque sancti* 25. *eadem* 23. q. 3. nisi digne emendauerint anathematis vinculo feriri mandauit. *anathematis vinculo feriantur*. eddicens. Hodie est excommunicatio in Bulla in cœna Domini §. 10. & comprehendit *dantes auxilium, consilium, vel fauorem*. vide apud *Quarantam in summa Bullarum verbo excommunicatio in Bulla.*

## S



Sabbatum festiuitate tenendum à Christianis non est, ne Iudaicizare videantur. imitator equidem Antichristum, qui & diem sabbathi seruari mandabit, vt gratiam ineat cum Iudæis, & diem Dominicum, vt à Christianis ab horrere non videatur. Multo magis, quia mori se, & resurgere simulabit, & in veneratione haberi volet diem Dominicum. ex Gregorio dilectissimis Ciuibus Romæ scribente in *can. peruenit ad me, quosdam peruersi spiritus homines* 12. *de consecratione distinct.* 3.

Sabbato ieiunandum esse ob sepulturam Domini Innocentius decreuit Papa Epistola prima ad Decentium in *can. sabbato vero ieiunandum esse ratio euidentissima demonstrat* 13. *de consecrat. distinct.* 3. propterea mirabatur Sancta Monica Mater Sancti Augustini, quæ eum Mediolanum secuta fuerat, quod Mediolani sabbato non ieiunarent. & ab Ambrosio responsum fuit; *Cum Romam venio, ieiuno sabbato, cum Mediolani sum non ieiuno*. Augustinus ad Ianuarium in *can. illa autem, quæ non sunt scripta, sed tradita, custodimus* 11. *circa finem distinct.* 12. consuetudo igitur sequenda. Est enim consilium non pręceptum ieiunandi die sabbati, à carnibus vero abstinendum est, nisi infirmitas impediat. ex Gregorio VII. in Synodo celebrata Romæ in *can. Quia dies Sabbati apud sanctos Patres nostros in abstinentia celebris est habitus* 31. *de consecrat. distinct.* 5. ibique *Glossa* verbo *admonemus*. subnectens: *Et ita consilium est; nisi vbi consuetudo est; quod abstineant; tunc enim præceptum est*. Nec dissimiliter Innocentius Tertius Bracharensi Archiepiscopo in *cap. consilium nostrum* 2. 5. *cum autem quęsieris, quæ sit illis pænitentia iniungenda. de obseruatione ieiuniorum extra.* respondit, dicens: *Item de illis, qui propter debilitatem in sabbato carnes sumunt, quod in partibus tuis vulatenus fieri consueuit, cum hoc ab alijs molestè feratur, & oriatur inde illis occasio detrahendi: Respondemus: Quod super hoc consuetudinem tuæ regionis facias obseruari: sic tamen, quòd debilibus, & infirmis propter hoc periculum non emergat.*

Sacra scriptura grammaticalibus regulis non subijcitur. ex Gregorio ad Leandrum Episcopum Hispalen in pręfatione moralium. in fine in *can. indignum vehementer existimo, vt verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati* 13. *distinct.* 38. Rationem habere poteris ex Augustino de cathechizandis rudibus in *can sedulo monendi sunt scholastici* 12. *circa finem. eadem distinct.* 38. verbis dicente: *Nouerint etiā*

*non esse vocem ad ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros Ecclesiæ forte animaduerterint, vel eum barbarismis, vel solæcismis Deum inuocare; vel eadem verba, quæ pronunciant, non intelligere, perturbateque distinguere. Nonqua ista minime corrigenda sunt, vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat: Amen: Sed quia pie toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono in foro, sic voto in Ecclesia benedici. Itaque forensis illa, non unnquam forte bona dictio, numquam tamen benedictio dici potest.*

Sacerdos qualiscumq; sit, quæ sancta sunt coinquinare non potest. ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can* *sciscitantibus vobis* 5. *si ne finali* 15. q. 8. qui sequentibus fatur: *Non potest aliquis, quantumcumque pollutus sit, sacramenta diuina polluere, quæ purgatoria cunctarum contagionum existunt. nec potest solis radius per eloacas & latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiscumque sacerdos sit, quæ sancta sunt, coinquinare non potest.* subsequens: *Quoniam mali bona ad ministrando, se tantummodo lædunt; & cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstat, aliis vero lumen in tenebris administrat: & vnde alii commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet.*

Sacerdos nomen habet compositum ex Græco, & latino, quasi sacrum dans. sicut enim Rex à regendo, Ita Sacerdos à sacrificando vocatus do vocatus est: consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autem Gentilium flamines appellabantur. Isidorus Etymologiarum lib. 7. in *can. Cleros, & clericos hinc appellatos credimus.* 1. §. *Sacerdos autem nomen habet. distinct.* 21.

Sacerdotalis ordo post Christum Dominum à Petro cœpit. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. In nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo* 2. *eadem distinct.* 21. Quia ipse Petrus post Christum Dominum fuit primus sacerdos vt *Gloss.* ibidem in *casus figuratione.* subsequitur.

Sacerdotis nomen, cum generale sit, ne dum presbyteros, sed & diaconos, & subdiaconos complectitur. ex decreto Eugenii Papæ in *cap. si quisquam Sacerdotum, id est presbyter, diaconus, vel subdiaconus.* 2. *de vita, & habitatione clericorum, & mulierum.* notat ibidem *Gloss.* verbo *sacerdotum* inferens: *Nomine sacerdotum intelliguntur inferiores, vt patet hic Quia inferiora intelliguntur in superioribus.* ex Hieronymo ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia* 24. *in fine distinct.* 93. verba sunt eius; *Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione Episcopi, & diaconi dicitur; de presbyteris omnino reticetur: quia in Episcopo, & presbyter continetur. Qui prouehitur de minori ad maius prouehitur.* & de Diacono Stephanus P. pa scribit Leoni Episcopo [illegible] in *can. de crimine sibi illato diaconus tuus verissime fatebatur se esse immunem.* 1. *in fine* 15. q. 5. præcipiens et: *Et in deinceps boni testimonii eum annuncia: & compesce, & commune Ecclesiæ tuæ filios, ne Sacerdotem Dei vlterius infamare præsumant; timentes quod Cham maledictus est, qui patris verenda derisit.* vbi *Glossa* verbo *ne sacerdotem* adnectit: *hic sacerdotem appellat diaconum.* deducens ex *sic extra de cohabitatione clericorum, & mulierum si quispiam:* imo, & Clericatum comprehendit ex Octaua Synodo in *can. qui per pecunias quemquam consecrauerit, vel ab alio consecratus est, alienus à sacerdotio fiat.* 9. 1. q. 1. ibiq; *Gloss.* verbo *à sacerdotio*. notat etiam *Card. Toletus Instructionis Sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 37. *num.* 7. *Fabius Anna conf.* 22. *num.* 5 *lib.* 1. *Rota in recentioribus decis.* 496. *num.* 8 *pars* 1 & *Aegidius de Coninck tom.* 2 *de censuris. de excommunicatione. disputat.* 14. *dub.* 6. *num.* 36. docet, quod:

Sacerdos triplicem personam potest substinere 1. Immediatè ipsius Christi, vt sit, dum ipse sacrificat, & fructum ex opere operato alicui applicat. 2. ipsius Ecclesiæ, in cuius persona tamquam eius legatus ad Deum sacrificium offert, & publica officia celebrat; & in vtroque eatu publicam personam agit; omninò priuatam, non tantum in priuatis orationibus, sed etiam, suo modo, in publico officio, aut etiam sacrificio, quatenus hæc habent rationem operis operantis. Et vt sic fuor satisfactoria, meritoria, aut etiam impetratoria.

Sacerdos quilibet potest dici officialis publicus Ecclesiæ vniuersalis. inde enim ex Epistola 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini in *can. sacerdotes verò* 7. *distinct.* 93. Beatus Petrus Sacerdotes sal terræ, & mundi lumen appellabat. Quia in splẽdore bonorum operum glorificare Deum eos oportet. dixitque ancrtissimis verbis Innocentius Tertius I. Moniali monasterii de Planda respondens in *cap. dudum à C laico mota contra te (quam vxorem suam dicebat) materia quæstionis* 20. *de conuersione coniugatorum.* paulo post principium. verbis illis: *Resignando illud in manibus alterius ex Sacerdotibus supradictis, qui in personam Ecclesiæ resignationem huiusmodi recipere procurauit.* Est ergo persona publica Sacerdos. & ita notat *Abbas* ibidem *num.* 3. dicens: *Sacerdos quilibet potest dici officialis publicus Ecclesiæ vniuersalis.* & *num* 10. & *conf.* 63. *num.* 9 *part.* 2. *Grammaticus conf.* 63. *num.* 9. *part.* 2. *Grammaticus conf. Ciuili* 29. *num.* 10.

Sacerdos, qui iustum titulum habebat à superiore excipiendi pœnitentiam confessionis, & absoluendi, si de facto, & ipso iure priuetur, & hoc ignoretur, ille vero nihilominus absoluat pœnitentem, id ignorantem, tenet absolutio. argumento ex Symmacho Papa deducto in *can. non ne directa sunt verba canonum* 1. 1. q. 4. Quia interim relinquendus non est. & notat *Gloss* ibidem verbo *sententiæ*. & satis per optime *Gloss.* in *cap. dudum Ecclesia Rothomagensi pastoris solatio destituta* 54. *circa finem principij. de electione & electi potestate extra.* ad verba Gregorii 11. ibidem dicentis: *Insuper quoque salutis, & multarum animarum dispendium prædictas parochiales Ecclesias retinebat; eum earum cura, qua iam priuatus fuerat ipso iure, ad eum nullatenus pertineret: & sic per ipsum eadem animæ damnabiliter sunt deceptæ.* verbo *deceptæ.* deferamus Glossam: *Sed numquid valebit illis absolutio illius talis prælati, siue pœnitentia*

*tia per illum imposita? Non videtur, quia nullam potestatem habet ligandi, vel soluendi, sicut non valet sententia a non suo Iudice lata infra de Iudicijs. at si clerici. & sic peribant. In isto casu non credo, quod perirent, non quia ille hoc posset; sed propter fidem quam habebant de sacramento, cùm crederent ad huc illud esse suum prelatum. & ita in sola fide saluantur.* hanc *Glossam* singularem dicit *Abbas* ibidem *num.* 20. & illam, & illud sequitur *Nauar cons.* 1. *li.* 1. *de officio Iudicis Ordinarij*. optimam rationem defert *Aegidius de ConinK part.* 2. *de censuris disputat.* 14. *dub.* 10. *num.* 88. & 89. Quia tunc Ecclesia ob bonum publicum illius defectum supplet, conferendo illi Iurisdictionem. ad Vlpiani sensum lib. 28. ad Sabinum in *l. Barbarius Philippus, cum seruus fugitiuus esset* 3. *ff. de officio prætoris*. Ex ratione, quam ipse refert Vlpianus, verbis dicens: *Et verum puto nihil eorum reprobari. hoc enim humaniùs est. Cùm Populus Romanus etiam seruo potuisset decernere hanc potestatem.* multo magis itaque sancta mater Ecclesia: & hanc sententiam prosequitur *Sanchez de matrimonio tom.* 1. *lib* 3. *disputat* 22. *num.* 39. & sequitur *Barbosa de officio, & potestate Episcopo allegat.* 25. *num* 38 *& sequentibus. Henricus Henriquez in summa lib.* 5. *cap.* 14 § 4 *littera H.* vbi de communi testat r. ex d. *l. Barbarius ff. de officio prçsidis.* & *lib.* 6. *cap.* 6. § 2. *littera E circa medium.* vbi ita Pium V. respondisse fatetur. Quamuis Rota *part.* : *diuersorum decis.* 731. *nu.* 87. dixerit dictam legem *Barbarius*. non procedere in spiritualibus. tamen in casu de quo nunc agimus Ecclesia supplet, quod non ita est in casu Rotç de ordinatione agentis. videndus *Lufterius de re beneficiaria lib.* 1. *q.* 24. *num.* 75. 76. & 77. *Campanilis in diuersorio Iuris canonici rubrica* 11. *capit.* 13 *num.* 49.

Sacerdos cum ad missarum solemnia accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario vtroque humero circumseptus, sicut, & tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus; ita vt de vno eodemque orario ceruicem pariter, et vtrumque humerum præmens signum in suo pectore preparet crucis. si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiaceat. ita Concilium Bracharense Tertium in *can. Ecclesiastica, & antiqua instiutione præfixum nouimus* 9. *post medium distinct.* 23. et ita *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 6 *cap* 16. *in fine* non esse peccatum si omittatur dicit *Victorellus* ad eundem *Toletum lib* 2 *cap.* 3. in fine verbo *die sabbathi vers. dum sacerdos Eucharistiam ab alio exhibitam suscipit.*

Sacerdotes, Dij, & Angeli nuncupantur in diuinis litteris. deducit Gregorius Mauricio Imperatori scribens in *can. sacerdotibus autem non ex terrena potestate Dominus noster cicius indignetur* 21. 11. *q.* 1. inferens: *Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut Angelos, aut Deos ipse etiam appellat Deus?* deducens in exemplum factum Constantini Cæsaris *circumscripto oblatç accusationes contra Episcopus fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdem, qui accusati fuerant, Episcopos conuocans, in eorum conspectu libellos quos acceperat, incendit dicens: Vos Dij estis à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: Quia dignum non est, vt iudicemus Deos.* eodemque modo Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. satis euidentes ostenditur* 7. *distinct.* 95.

Sacerdotalis proinde ordo Imperiali, atque regali prçeminet dignitati. docuit hoc Gelasius Papa Anastasio Imperatori scribens in *can. duo sunt quippe Imperator Auguste* 10. *distinct.* 96. in fine. sic inferens: *Si regum fulgori compares, principum diademati: lõgè erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares: Quippe cùm videas regum colla, & principum submitti genibus sacerdotum; & osculata eorum dextera: orationibus eorum credant se communiri.* ibique Gloss. verbo fulgori. et textatus Imperatori in *cap. solitæ benignitatis affectu* 6. § *preterea nosse debuerat. de maioritate, & obedientia. Rota part.* 2. *in recentioribus decis.* 719. *num* 4. *circa finem*. plura de sacerdotis dignitate *Marcus Mantua cons.* 208. *num.* 52. *ad* 58.

Sacerdos solo nomine dicitur, et materialiter, qui per simoniam ordinatur. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustudonensi in *can. quicumque studet pretij datione sacrum ordinem mercari* 2. 1. *q.* 1. Rationem subsequente: *dùm non officium, sed nomen attendit; sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit.*

Sacerdos potest locare operas suas ad certum tempus ad sacrificandum, atque condignam accipere elemosynam, quia non in pretium, sed in sumptum accipit. ex Hieronymo in caput 3. Michææ in *can. Iudices, inquit, eius in muneribus iudicabant* 23. § *hoc ipsum sonat, & in tertio regnorum libro.* 1. *q.* 1. in ratione quam reddit: *Quia hoc magis in sumptum prophetæ, quàm muneri prophetica reputanda sunt.* ibique notat *Gloss.* verbo *in sumptum.* rationem reddens, atque dicens: *ad sumptus enim & substentationem accipere licet. tamquam mercedem laboris.* verbis dicimus Ambrosii de Patriarchis, id est Abraham in *can. dicat aliquis, cùm ipse vicerit* 25. 23. *q.* 5. Nec dissimili modo ex Alexandro Tertio Vigilien Episcopo in *cap. cùm sit Romana* 10. *in fine extrà de simonia.* potest enim Episcopus pro consecratione Ecclesiç procuratione Ecclesiæ procurationem recipere: ibi; *præter procurationem exigere.* ibique *Gloss.* verbo *procurationem.* dicens: *quod recipit illam pro labore.* Et notat optime *gloss. in summa* 1. *q* 1. verbo *spiritualia* circa finem: dicens: : *In operis etiam. quas clericus non debet, vt si Sacerdos locat operas suas per annum.* argumentum ducto ex Alexandri Tertii responsione Exonen Episcopo data in *capit. querelam magistri G recepimus* 4. *sine finali. ne prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant.* verbis edicentis, mandantisque: *Ideoque mandamus, quatenus si constiterit ita esse, eum districte compellas, vt prçfatam Ecclesiam dicto G. restituat: & vsque ad terminum consilii.*

*stitutum* (*secundam, quod inter se conuenerint*) *ipsum candem permittat pacificè possidere*. ibiq; *Gloss.* verbo *prefatam Ecclesiam*. Nec diffiteri videtur Gregorius Maximiano Syracusano Episcopo scribens in *can. charitatem tuam monere curauimus* 45. §. *finali*, 12. *q*. 2. Rationem reddēs, quare labris sui subsidium accipiant: *Iustum namque est* (dicens) *vt illi consequantur stipendium, qui pro tempore suum commodare reperiuntur obsequium*. deduximus nos plene post *S. Thomam* 2. 2. *q*. 100. *art*. 2 *ad* 2. & *Caietanum* ibidem *respons*. nostra 5. *à num*. 35. *cum sequentibus*. & *responsione* 33. *à num*. 1. *cum sequentibus part* 1. etiam si fuerit diues *Barbosa in collectanea ad sacrum Tridentinum sessione* 22. *de sacrificio missę num*. 2. *& sequentibus*.

Sacerdotes Domini iurè Patres dicuntur, pręsertim Episcopi. ex Nicolao Papa Ludouico Imperatori in *can. in scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse* 8. *circa finem distinct*. 96. ibidemque ex Epistola Gregorii septimi ad Hermanum Metensem Episcopum in *cap. quis dubitet sacerdotes Christi regum, & principum, omniumque fidelium patres, & magistros censeri*. 9. ideoque honorandos, neque iniquis obligationibus subiugandos esse oportet, cùm ab eis non solum in terris, sed etiam in cœlis ligari posse, & solui certum sit. ibique notat *Gloss.* verbo *si filius*. ex eodem Nicolao ad Michaelem Imperatorem in *can. inferior sedes superiorem absoluere non potest* 4. *distinct*. 21. Rationem raddente: *Quia quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potiorem ligare*. & *can. sequenti*. Vnde est quod

Sacerdotum pręcibus inuocatus Dominus Iesus adest. Ambrosium excipe in *can. cum scriptura tibi testatur* 83 *in fine* 1. *q*. 1. dicentem, atque inferentem: *Crede ergo adesse Dominum Iesum inuocatum pręcibus sacerdotum, qui ait: Vbi fuerint duo, vel tres, ibi ego sum*. Hinc sanè est quod sacerdotes sunt clientes domus Dei, clauem auream gestantes. vnde dicuntur Gens sancta, Regale sacerdotium 1. *Petri* 2. *Ioannes Sanchez selectarum disputationum disput*. 22. *num*. 1. concinit Gregorius in pastorali in *can. sit rector discretus in silentio* 1. *col*. 1. *in fine distinct*. 43. verbis illis: *Clauis quippe apertionis est sermo correctionis: Quia increpatio culpam detegit, quam sape nescit, ipse etiam, qui perpetrauit*.

Sacerdotis verò dignitas quanta sit. ex Augusno perpende libro quæstionum veteris testamenti in *can. dictum est à Deo in Numeris ad Moysem, & Aaron sacerdotes* 96. §. *Quanta autem sis dignitas* 1. *q*. 1. verba damus: *Quāta autē sit dignitas ordinis sacerdotalis hinc aduertamus. Dictum est enim de nequissimo Caipha Interfectore Saluatoris* (Ioannis 11.) *inter cetera*. (*Hoc autem à semet ipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit*.) *Per quod ostenditur spiritum gratiarum, non personam sequi, aut digni, aut indigni, sed ordinationem traditionis; Vt quamuis aliquis boni meriti sit, non tamen possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, & officium ministerij exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis*. & talis quidam tātaque. Sacerdotis est dignitas, vt is nobilior sit quocumque nobili, dignitata attenta Sacerdotali. Nanzianzenum excipe in oratione ad Ciues Nanzianzenos, angoris plenos, & Magistratum iratum. in *can. suscipitis ne libertatatem verbi* 6. *distinct*. 10. Sic namque eloquitur: *Dedit enim* (Deus vtique) *& nobis potestatem, dedit & principatum multò perfectiorem principatibus vestris. Aut, numquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni: si à terrenis cœlestia superenturisi diuinis præferantur humana?* & notat *Abbas* in *cap solitæ* 6. *num*. 2. *de maioritate & obedientia*. *Marius Antoninus variarum resolutionum lib*. 3. *cap*. 21. *num*. 6. *Tiraquellus de nobilitate cap*. 9. *num*. 4. multa *Mastrillus decisi* 130. *num*. 8. *&* 9:

Sacerdotes ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari. Clemens Papa epist. 2. ad Iacobum in *can. Ecclesias per congrua, & vtilia facite loca, quæ diuinis pracibus sacrarem oportet* 13. *in fine de consecrat. distinct*. 1. Quia nimirum

Sacerdotes, Christus vicarios suos in Ecclesia instituit. vt Isichius in Leuiticum in *can. inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat* 35. *paulò post principium de pœnitentia distinct*. 3. verbis edicit: *quibus* (sacerdotibus videlicat) *hoc pręceeptum est, quos Christus in Ecclesia vicarios suas constituit*. vbi *gloss* commentum agit, dicens: *Sacerdotes etiam simplices*. vnde etiam dicitur quod verbo *vicarios*;

Sacerdotes peccata populi comedunt: Quia suis pręcibus, & oblationibus ea delent, atque consumunt. ex Alexandro *Papa* Epistola 2. in *can. ipsi sacerdotes pro populi comedunt*. 91. 1. *q*. 1 inferendo quoque *Qui quantò digniores fuerint, tantò facilius pro necessitatibus pro quibus clamant, exaudiuntur*. ibique pluribus *glossa* verbo *comedunt* et repetitur ex eodem Alexandro in *can. nulli dubium est, quia boni à malis semper persequuntur, & tribulantur*. 5. *ad medium* 3. *q*. 1 in ratione, quam reddit dicens: *Ipsi enim pro populo interpellant, & populi peccata comedunt: Quia pracibus suis, & oblationibus ea debent, atque consumunt*. Nam, vt Adamantius, & Isychius tradunt in *can. inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat exustum* 34. *in fine de pœnitentia distinct*. 3. Sacerdotum cibus est peccatorum remissio. audi dicentes: *Culpam verò eius non auferunt sacerdotes, qui dolosè offerunt: nec in eo possunt Epulari, quorum cibus est, peccatorum remissio*.

Sacerdotes Martyres appellat Cyprianus sermone de lapsis in *can. si quis prępropera festinatione temerarius* 27. §. *mandant aliqua martyres fieri. distinct*. 50. vbi *gloss.* verbo *Martyres* id est Christi sacerdotes, exprimit. sunt ergo Martyres sacerdotes. Quia eorum vita continua est martyrium.

Sacerdos quilibet cum ordinatur præconis officium suscipit. ex Gregorio in Dialogis in *can. Agapitus Papa vas catholicum; Euangelij tuba, praeco iustitię*. 23. *de conseerat. distinct*. 1. vbi *Gloss.* verbo *pręco iustitiæ* rationem reddens infert: *Pręconis enim officium suscipit quisquis ad sacerdotium accedit*. concinit idem Grego-

rius part. 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat.* 1. *distinct.* 43. ad verba Esaiæ 56. *Canes muti non valentes latrare.* in ratione, quam reddit: *Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud quam tacendo terga præbuisse?* clamare igitur debet quia præco est.

Sacerdotes Dei, quæ Ecclesiæ sunt, disponere Deus voluit, non verò sæculi potestates, quin ipsas potestates sæculi, si fideles sunt, Ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. ex Ioanne Papa in *can. si Imperator catholicus est* 11 *distinct.* 96. inferendo etiam: *Non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à Pontificibus, & sacerdotibus Omnipotens Deus Christianæ religionis Clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti, recipique de errore remeantes.* vbi gloss. verbo. *& discuti.* consequentiam infert: *Ergo, antequam esset aliqua constitutio, sic à Clerici non erant de Iurisdictione sæculari. Vnde omnes constitutiones, quæ emanauerunt, quod Clerici non sunt iudicandi, nisi ab Episcopis, non sunt nisi Iuris declaratio. Ioan. & Glossella* Marginalis adnotat. *Clerici numquam fuerunt de Iurisdictione sæculari.* Quia omnipotens Deus ab eorum iurisdictione eos exemit de sua familia effectos.

Sacerdotes Medici dicuntur; qui medicinam animæ præstant, non quod ipsi sanent, et resuscitent, sed Deus. ex Gratiano in *can. conuertimini ad me in toto corde vestro.* 74. § *hinc etiam, vt Dominus ostenderet, quod non sacerdotali iudicio, sed largitate diuinæ gratiæ peccator emundatur de pœnitentia distinct.* 1. ad verba illa psalmi 87. *(Numquid medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?)* Glossa infert Medici. *id est sacerdotes, qui medicinam animæ præstant: sed Deus dicitur medicus.* ex Augustino in *can. adhuc instant persidi, qui sapiunt plus quam oportet* 31. ad medium *de pœnitentia distinct.* 3. dicente: *Medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare. Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare. Qui ceteris minor esset, si alijs possibilita ignoraret: memor est sui, qui dicit: (Nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur, & viuat.) Quem enim peccatorem exclusit?*

Sacerdos Iudex est, non enim ipse, sed Deus dimittit peccata. ex Ambrosio de Cain, & Abel in *can. verbum Dei dimittit peccata* 51. *de pœnitentia distinct.* 1. vbi *Gloss.* verbo *Iudex.* exprimit. *id est minister, ministerio enim; nō auctoritatē habet dimittere.* ex Augustino super Ioannem in *can. aliud est baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem* 39. *de consecrat. distinct.* 4. § *per hanc potestatem quam Christus solus sibi tenuit.* inferendo super verba (*Ioan.* 1.) dicta Ioanni Baptistæ: *(Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum ipse est, qui baptizat in spiritu sancto.) Nouerat, quia ipse baptizabat in spiritu sancto. Sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transiret in alium, quamuis eo donante.* hoc ibi dicit. inferens in fine verba Pauli (1. ad Corinth. 3.) *Ergo computo cum Paulo istum ministrum. Quid enim dicit Paulus? (Ego plantaui, Apollo rigauit; Deus autem incrementum dedit.* Incrementum. id est virtutes apponendo post peccatorum remissionem. Glossa ibidem commentum dat:

Sacerdos verus vt quis sit, oportet. vt non solum sacramento, sed iustitia quoque induatur. sicut scriptum est (psalmo 131. 9.) Sacerdotes tui induantur iustitia.) Qui autem solo sacramento Sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas persecutor vnius & verissimi Sacerdotis, quamuis ipse non sit verax, quod dat tamen verum est, si non det suum, sed Dei. Augustinus contra litteras Petiliani in *can. Dominus declarauit in vno cœto hominum eadem sacramenta sumentium* 87. *post principium* 1. q. 1. sacramento: *Ordine videlicet, & officio, siue iustitia.* et *Gloss.* ibidem exprimit. Perfecta proinde debet esse sacerdotis vita, quæ alijs exemplo esse debet. Quia sacerdotium est status perfectus in se complectens vitam activam, & contemplatiuam. *Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 3.

Sacerdos indiscrete soluendo se ipsū magis ligat, quam pœnitentes soluit, Quia pœnitens suam conscientiam, male solutus, non exuit, & sacerdotis induit. Scriptum est enim atque præceptum (*Matthæi* 7.) *Nolite sanctū dare canibus, neque miseritis margaritas vestras ante porcos.* Ex Ambrosio de pœnitentia lib. 2. in *can. nulli ideo poscunt pœnitentiam* 55. *de pœnitentia distinct.* 1. de quibus infert: *Hi non tam se soluere cupiunt, quam sacerdotem ligare. Suam enim conscientiam non exuunt, sacerdotis induunt.* vbi *Glossa* verbo *ligare.* Rationem reddit: *In se onus pœnitentiæ suscipiendo, quod potest, & debet quandoque sacerdos. vel indiscrete soluendo.* Ex Cypriano in sermone de lapsis in *can. si quis præpropera festinatione temerarius* 27. *dist.* 50. verbis dicente: *Si quis præpropera festinatione temerarius com ssionem peccatorum dare se cunctis putat posse, aut audet Domini præcepta rescindere non tantum nihil prodest sed obest lapsis.* Nam quæ in Deum commissa sunt crimina, cum magna discretione, nec sine pœnitentia debemus relaxare. Gregorius in homelis ostēdit in *can. si is, qui prælatus est, debitori Dominico culpas impune dimittit, non mediocriter profecto offendit* 28. 23. q. 4.

Sacerdos per promotionem ad sacerdotium, num liber euadat è patria potestate in difficultatem vertitur. quod tamen in Episcopo absolutum est. ex Constitutione Nona in *can. si seruus, sciente, & non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus* 20. *in fine distinct.* 54. dicente Canone: *Sed & Ius patriæ potestatis soluit Episcopalis dignitas.* vbi *Glossa* verbo *Episcopalis* diffundit. *Et etiam sacerdotalis.* Ex Gelasio Papa Martino, & Iusto Episcopis in *can. ex antiquis regulis, & nouella Synodali explicatione comprehensum est* 9. *in fine eadem distinct.* 54. de seruis disponente, atque dicente: *Ita, vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu peculij sui amissione multatus, maneat.* Est ergo sacerdos

dos à patria potestate liber per promotionē effectus. quamuis *Glossa* in can. *Circum celliones illos, & clericos partis Donati* 1. *in fine* verbo, *& à magistris* 23 q 5. de ordine sacro, non liberare à patria potestate dicat. nihil tamen de sacerdotio loquitur. Verum *Gloss.* notabilis in *cap. in decorum est, vt hi debeant Ecclesias regere* 3. *de ætate, & qualitate & ordine præficiendorum* verbo *qui se ipsos*. Absolute dicat ex Laurentio, quod *Quilibet sacer ordo liberat à patria potestate; quoniam liberat à Dominica, quæ maior est*. Quod expressius prosequitur *Glossa in cap. cum voluntate, & proposito maleficia distinguantur*. 54. *s finali in fine*. verbo *inferiorum graduum de sententia excommunicationis extra*. inferens; *Secus si sint in superioribus, vt puta subdiaconatu, vel aliis superioribus: Quia per sacros ordines liberati sunt à patria potestate; vnde nullum Ius habe t in eis. Sacer enim ordo liberat à patria potestate: quia liberat à seruili: quod plus est* 54. *distinct. ex antiquis. can. frequens. & can. si seruus sciente*. Glossam prosequitur *Marsa de Iurisdict. part.* 4. *casu* 27. *num.* 5. *&* 6. *Barbosa de officio & potestate Episcopi part.* 2. *allegatione* 1. *num.* 20. & idem per plenè d. *cap indecorum* 3. *de ætate, & qualitate. nu.* 4. *Valascus consultatione* 108. *num.* 31. *Bellectus disquisitionis Clericalis part.* 1. *tit. de fauore Clericorum Canonis* §. 2. *nu.* 6. & titulo de *bonis clericorum* §. 7. *num.* 20. vbi ex *Hostiense* eodem *cap indecorum num.* 5. distinguit: quod filius presbyter quoad patrimonialia profectitia remanet in potestate patris, & etiam quoad reuentiam naturalia. Aliud enim est in domo paterna, aliud verò in Ecclesia. ita quoque *Barbosa eodem cap. indecorum nu.* 4.

Sacerdos, qui sine Iurisdictione, & licentia sui Ordinarii confessiones excipit pœnitentium iuxta decretum Vrbani Papæ Secundi in *can. placuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat* 3. *sine finali de pœnitentia distinct.* 6. gradus sui periculo subiacebit. Ita quidem, vt licet ipso facto suspensus non fit, erit tamen ad audiēdis confessionibus, sicuti à sacro faciendo, suspendendus. quamuis etiam regularis fuerit. tuetur *Rodriquez tom.* 1. *quæstionum regularium q.* 28. *art.* 1. *vers. restat autem*. Declarat per optime Gratianus in *can. adiicimus illud etiam*. 19. qui est Leonis Papæ ad Theodoricum Episcopum Cypri. 5. *Ecce in hoc capite, & vitium est expressum, & generali constitutione euacuatum* 16. *b.* 1 quia executionem suę potestatis non habent, nisi ab Episcopo fuerit eis demādatum. & Innouauit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 23. *cap.* 15. *de reformatione*.

Sacerdos, qui necessitate cogente, quia aliàs veritas occultaretur, in causa prophana testimonium dicere debet, ne veritas occultetur: prouidentia proprii Episcopi erit, vt aut coram se, aut coram competentibus Iudicibus aut aliter honorificę veritatem proferat. sacerdotis verò testimonium credibilius habetur. ex Synodo habita Romæ ab Eugenio Papa Secundo in *can. quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur* 2. 14. *q.* 2. Maiori enim fide dignus est sacerdos, quàm laicus testis. prosequiturque *Rota* apud 1. Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 351. *num.* 2. quamuis ad reuelationem monitori aliium deponat. *Franciscus de Ponte cons* 63 *num.* 18. *&* 19. *lib.* 1. *Cæsar. Bartius decis. Bononiæ* 28. *nu.* 31.

Sacerdos tamen, qui numquam dixit Missam, neque officium, & Breuiarium non habet, idoneus testis non habetur, etiam in causa matrimonii, etiam incidenter deductus. *Rota in Cæsaraugustana status* 1587. *coram Bubulo dec.* 43. *num* 3. *in fine post primum volumen Consiliorum Farinacii*.

Sacerdos vero in Causis pecuniariis interuenire non debet. ex Ambrosio lib. 3. de officiis in *can. denique si non potest subuenire alteri, nisi alter lędatur* 10. 14. *distinct.* 5. rationem reddit in fine dicens:

Sacerdotis igitur est, nulli nocere, prodesse velle omnibus. posse autem solius Dei est. vbi *Gloss.* verbo *non est sacerdotale*. Argumentum infert. sacerdotes coram seculari Iudice non posse allegare. nisi pro se, & Ecclesia sua, & pro coniunctis, & miserabilibus personis. ex Concilio Lateranen *cap* 1. & ex Gregorio IX *cap. finali extra de postulando*.

Sacerdos malus de sacerdotio suo crimen acquirit non dignitatem. Ioannes Chrysostomus in *can. multi sacerdotes, & pauci sacerdotem* 12. *ad medium distinct.* 40. in fine inferens: *Cōuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus*. Quia profectò, vt Martinus Papa I. ad Amandum in *can. si post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit.* 12. *dist.* 50. dixit quisquis iste fuerit. *Prohibendus erit manibus luculentis, atque pollutis mysteria nostra salutis tractare*. Hinc est enim, quod sacerdotes mali semper damno populis fuere. Hieronymum in librum Oseę in *can. transferunt principes Iuda terminos, quos posuerunt patres eorum*. 33. 24. *q.* 3. *in fine* dicentem excipe: *Veteret scrutans historias inuenire non possum scidisse Ecclesiam, & de domo Domini populos seduxisse, præter eos, qui sacerdotes à Deo positi fuerant, & prophetæ, id est speculatores. Isti ergo vertuntur in laqueum tortuosum, in omnibus locis ponentes scandalum*. Timeamus igitur Domini sacerdotes Dominum. & Sanctissimus, quia Deus noster sanctus est.

Sacerdotes sancti esse debent: Quia Deus. cuius sunt ministri, & cui sacerdotio sacri facti sūt sanctus est. Sic enim ipse (Leuitici XI. 44.) *Ego enim sum Dominus Deus vester: Sancti estote, quia Eego sanctus sum*. (Et 19 1.) *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester* (Eodemque Leuitici 20. 7.) *Sanctificamini, & Estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester*. (& ibidem num. 26.) *Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à ceteris populis, vt essetis mei*. Vnde Petrus Apostolus (1. Epistola sua Canonica cap. 1. 15.) Exhortatur nos: *Secundum eum, qui vocauit vos Sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis: quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam Ego sanctus sum*. Et ita pariter Innocentius Primus Victricio Rothomagensi Episcopo in *can. tene*.

re debet omnino Ecclesia, vt Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceantur. 4. distinct. 31. Rationem subsequens: Quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim: Sancti Estote, quoniam Ego sanctus sum Dominus Deus vester. Nec dissimili modo Gregorius in can. oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est 23. distinct. 81. ad medium verba fecit: Cauere enim nos oportet Fratres, ab illicis, vt mundas valeamus ad Dominum leuare manus. scriptum est enim: Sancti Estote, quoniam sanctus ego sum Dominus Deus vester. Parique modo Innocentius, qui fuit Tertius à Syricio Exuperio Tolosano Episcopo in can. proposuisti, quid de his obseruari oporteat 2. post principium distinct. 82. deferens quod & veteris legis sacerdotes, præceperat Dominus Deus, ab omni labe purgatos sibi vendicent diuina misteria, neque eos ad sacra officia fas sit admitti, qui exercent, vel cum vxore carnale commercium: quia scriptum est: Sancti Estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Eodemque argumento Syricius Papa ad Himerium Tarraconensem Episcopum in can plurimos sacerdotes Christi, atque Leuitas 3. ad medium eadem dist. 82. verbis edicens: Dicat mihi nunc quisquis ille est sectator libidinum, præceptorque vitiorum, si æstimat, quod in lege Moysis passim sacris ordinibus à Deo nostro laxata sunt fræna luxuriæ, cur eos, quibus committebantur Sancta sanctorum, præmonet dicens: sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester? Vide Cardinalem Toletum Instructionis sacerdotalis lib. 1. cap. 93. num 2. & nu. 7.

Sacerdotes pro omnibus orare debent, quorum eleemosynas, & oblationes recipiunt, neque illæ ad laicos spectant: cùm non debeant ex officio suo pro populo orare. Vnde si aux[i] fuerint excommunicandi sunt. ex Hieronymo ad Damasum Papam de oblationibus altaris in can. quia sacerdotes pro omnibus orare debent, quorum eleemosynas, & oblationes accipiunt 13. 10. q. 1.

Sacerdotes faci comparantur, quæ alios illuminat, & se ipsam consumit: ita illi vnde aliis commodum exhibent, sibi mortis dispendiũ præbent, si malè vixerint. ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in can. sciscitantibus vobis à sacerdote 5. 15. q. 8. ante medium, qui sequentibus rem profert, rationemque reddit: Quoniam mali bona administrando se tantummodo lædunt & cerea fax accensa sibi quidem detrimentum præstet. aliis verò lumen in tenebris administrat: & vnde aliis commodum exhibet, inde sibi dispendium præbet. vide Homo bonum de Bonis in examine Ecclesiastico tomo 1. tract. 5. cap. 18. q. 104. Hinc est enim quod.

Sacerdotes quamuis sacramenta ipsi, si mali fuerint indignè tractent, prosunt tamen ea per eos dignè sumentibus: sicut & verbum Dei Vnde dictum est (Matthæi 23.) Quæ dicũt facite quæ autem faciunt facere nolite. Augustinus contra Epistolam Parmeniani libro 2. in can omnia sacramenta cum obsint indignè tractantibus. 78. 1. q. 1. Rationemque reddit in can. vtrum sub figura, an in veritate hoc mysticum calicis sacramentum fiat 72. post principium 5. Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Christus semel passus sit, quia quotidie peccamus. de consecratione distinct. 2. Augustinum excipe: Intra Catholicam Ecclesiam in mysterio corporis Christi: nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote. Quia non in merito consecrantis sed in verbo efficitur creatoris, & in virtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Iure ergo Nicolaus Papa ad Consulta Bulgarorum in can sciscitantibus vobis 5. post medium 15. q. 8. consequentiam intulit inquiens: Sumite ergo intrepidi ab omni sacerdote Christi misteria: quia omnia fide Christi purgantur. Fides est enim, quæ hunc mundum vincit: & quia non dantis sed accipientis fit, dicente Beato Hieronymo; Ad credendum in anima omni baptismus est perfectus: & in omni sacerdote Corpus Christi est perfectum.

Sacerdotes à Christo ad ministerium salutis electi sunt. ex Concilio Toletano Quarto in can. sæpe principes contra quoslibet Maiestatis obnoxios sacerdotibus negotia sua committunt 29. 23. q. 8. non possunt ergo iudices esse in causa sanguinis. & ibidem, & ex Concilio Toletano XI. in can. his, à quibus Domini sacramenta tractanda sunt, iudicium sanguinis agitare non licet. 30 eadem 23. q. 8. An autem si sacerdos toto vitæ suæ tempore non celebret, peccatum admittat, illudque mortale? sunt qui affirmant ac præsertim quod ter, aut quater in anno celebrare tenebitur, saltim festis solemnibus quibus solent fideles communicare. & oppositum facere esse mortale. ex S. Thoma 3. part. q. 82. art. 10. nisi Parochus fuerit, quia tunc celebrare tenetur omnibus diebus quibus populus audire sacrum tenetur, vel saltim alium sacerdotem suo loco substituere, probant ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. dolentes referimus. 9. 5. sunt & alii de celebratione missarum. extrà. verbis edicente: Sunt, & alii, qui missarum solemnia vix celebrant quater in anno Nam in fine prosequitur: Hæc igitur, & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus. sequitur Cardinalis Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 2 cap. 3. num. 1. contrariũ vero prosequitur Ioannes Sanchez in selectis, & practicis disputationibus disputatione 7. nu. 16. ad finem vsque. Nisi fortasse aliquod sequeretur scandalum eod. num. 16.

Sacerdos cum celebrat Crucem habet ante se, vt quasi Christum præsentem in Cruce videat. ex Augustino in can. semel Christus mortuus est, iustus pro iniustis 51. in fine de consecrat. distinct. 2. verbis edicente: Sed tamen anniuersaria recordatio, quasi repræsentat, quod olim factũ est: & sic nos facit moueri, tamquam videamus in cruce pendentem Dominum, non tamen irridentes sed credentes. Dixitque in specie Gloss. in can. corpus, & sanguinem Christi dicimus 60. eadem de consecrat. dist. 2. ad verba Augustini de corpore Christi loquentis: Et prece mysticat consecratum rite sumimus ad salutem spiritualem in memoriam pro nobis Dominicæ passionis in verbo in memoriam. prosequens: Vnde sacerdos, cùm celebrat, crucem habet ante se. Addit Glos-

sella

fella Marginalis: *Vt quasi Christum præsentem in cruce vident. supra eadem distinct. semel Christus. secundum Hugon.*

Sacerdos si post cœptam missam vt complere non valeat infirmitate opprimatur, alias auctoritate Episcopi supplebit. *Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format: vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat.* Ex Concilio Toletano 7. in *can. nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur* 16. 7. q. 1. non tamē relinquet inceptum sacrificium si excommunicatus superuenerit. *Gloss.* in *can. sicut Apostoli statuerunt dicentes* 16. 11. q. 3. verbo *vel orauerit.*

Sacerdoti maledicens, eumque lacerans, accusans, & infestans, eosque persequentes. Quia summi Dei sunt famuli, excomunicatur, & minime absoluatur, antequam per satisfactionem condignam egerit pœnitentiam. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. accusatio quoque eorum* 55. §. *si detractores quorumcumque grauiter iudicantur* 2. q. 5. in fine cōcludente: *Si autem aliqui eos priusquam hoc egerint, lacerare accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfactionem (vt iam dictum est) condignam egerint pœnitentiam: Quoniam iniuria eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur:* Quia profecto per Zachariā prophetam a. dicit: *Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Vt ibidem Anacletus docet. & sanè notanda hęc est doctrina aduersus eos, qui sacerdotes iniuriis publicè afficiunt, quamuis manus in eos non iniiciant violentas, quia nimirum huius canonis decreto excommunicari possunt, nec absolui, nisi satisfecerint; quod peculiare est in Ecclesia, vt non absoluatur, nisi satisfecerit. vt *Gloss.* ibidem verbo *per satisfactionem*. Aduertit. ex Innocentio Tertio Abbati Sanctæ Genouefę, Decano, & Cancellario *Parisiensi* in *cap. ex parte in Christo dilectæ filia Comitissę Blesen.* 23. §. *ad intelligendam autem clausulam priuilegii memoratis de verborum significatione extra.* Et ita nos & seruauimus, & seruamus. Quamuis id durum aliquibus visum fuerit. sed pro Ecclesia tenendum.

Sacerdos, qui sacrificium conficit altaris, si dū celebrat mortale eius iam patratum, nec confessum, memoriæ occurrit, dimittere sacrificium non debet, sed potest continuare, pœniteat tamen se, & actum perficiat contritionis, & postmodum confiteatur, quia tunc caret copia confessarii. ex Concilio Arausicano in *can. qui recedunt de corpore pœnitentia accepta* 7. in fine 26. q. 6. & ex Augustino de Ecclesiasticis dogmatibus in *can. quotidie Eucharistiæ communionem accipere, nec laudo, nec vitupero* 53. *de consecratione distinct.* 2. in ipso principio, verbis illis: *Si tamen mens sine effectu peccandi sit. Nam habentem adhuc voluntatem peccandi, grauari magis dico Eucharistiæ perceptione, quàm purificari. Et ideo quamuis peccato mordeatur, peccandi non habeat de cetero voluntatem, & communicaturus satisfaciat lachrimis, & orationibus.* Et ita quoque sequi videtur *Gloss.* in *can. nihil contra ordinis statutam temeritatis ausu præsumatur* 16. 7. q. 1. verbo *vel presbytero.* Circa finem. & ipsa verbis enarrans: *De sacerdote quid dices, qui dum venit ad consecrationem memor est mortalis peccati. Dica quod perficere debet, licet peccet percipiendo. extra de celebratione missarum. de homine.* Sed quoad hanc secundam partem erit declaranda, quod peccat perficiendo, nisi se conterat & propositum habeat confitendi, quia tunc caret copia confessarii. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 13 *de sanctissimo Eucharistiæ sacramento cap.* 7. *in fine* Et Innocentius Tertius Rectoribus Romanę Fraternitatis in *d. cap. de homine* 7. *de celebratione missarum, & sacramēto Eucharistiæ, & diuinis officiis.* In casu satis diuerso respondet. nam loquitur de sacerdote, qui in peccato existens celebrat ob necessitatem, & non consecrat. nam *Glossa* ibidem verbo *peccet grauiter.* Rem determinat. verbis decernens: *Sed numquid talis sacerdos potest celebrare, si habeat contritionem cordis: quia forsitan, dùm instat necessitas, non potest habere, cui confiteatur? Satis potest dici, quod sic; dum tamen habeat propositum satisfaciendi, & illud postea, quàm cito confiteatur.* vide S. *Thomam* 3. *part. q.* 83. *art.* 6. *ad* 2. *argumentum*, & eadem *sessione* 13. sacri Concilii can. 11. disponit de eo, qui habet copiam confessarii. vide *Ioannem Azorium Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 10. *cap.* 31. *q.* 2. disputat *Ioannes Sanchez in selectis disputat.* 22. *nu.* 12. *& sequentibus.* Per totam.

Sacerdos cum ipse sit in peccato, sacramenta ministrans mortaliter peccat. quia iniuriam infert sacramentis. & tale peccatum ex genere suo est mortale. quia hoc peccatum pertinet ad irreuerentiam Dei, & contaminationem sacramentorum. ex parte scilicet ipsius peccatoris, qui irreuerenter fegerit. *S. Thomas* 3. *part. q.* 64 *art.* 6. *in corpore*. Quamuis in speciali. & in indiuiduo non semper sit mortale nouum frater *Hieronymus Gluamas in summa Ecclesiastica part.* 1. *cap.* 1. §. 4. 5. *&* 6. potest tamen ex accidenti eum necessitas vrget neque etiam veniale esse, vt ibidem. videndus etiam *Homo bonus de Bonis in examine Ecclesiastico tom.* 1. *tractat.* 5. *cap.* 58. *q.* 103. probatur hoc ex Augustino in *can. qui vult confiteri peccata, vt inueniat gratiam* 1. *de pœnitentia distinct.* 6. §. *sacerdos itaque cui omnis offertur peccatorum* tationem inferende: *Iudicans enim alium, qui est iudicandus, condemnat se ipsum.* deferens, & illud Domini (Ioannis 8.) *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Ideo enim liberauit peccatricem; quia non erat, qui iuste proiiceret lapidem. Quomodo lapidaret, qui se lapidandum cognosceret?*

Sacerdotes mali, licet sint culpandi, non tamen despiciendi. rationem reddit ex Hieronymo Gratianus in *can. nihil illo pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur.* 6. § *quamquam sacerdotem tam à suis, quàm ab alienis criminibus oportet esse alienum distinct.* 83. verbis subnectens: *Sicut enim Hieronymus ait; vt lixiuium per cinerem humildum fluens lauat, & non lauatur; ita*

bona

*bona doctrina per malum Doctorem, animas credentium lauat à sordibus peccatorum.*

Sacerdotes in omni gente semper liberi fuerunt ab omni tributo. Gratianus in *can. tributum in ore piscis, piscante Petro, inuentum est* 23. §. *quamuis etiam huiusmodi pan inueniantur imperialibus exactiantibus subijciendi.* 23. q. 8. qui sequentibus rationem reddit: *Nam, cùm tempore famis cunctarum Aegyptiorum terram sibi emeret Pharao, atque sub eadem fama seruituti cuncta subijceret; sacerdotibus ita necessaria subijceret; sacerdotibus ita necessaria subministrauit, vt nec possessionibus, nec libertate nudarentur, Domino ex tunc pronunciante: Sacerdotes in omni Gente liberos esse oportere.* vbi *Gloss.* verbo *liberos esse.* infert: *non dixit, vt redderent tributum.* Sacerdotibus ergo ex iure naturali, & diuino immunitas debetur. Quia subiecti non sunt, Dei ministri.

Sacerdos ob fornicationem deponitur. ex Innocentio Papa ad Maximum, & Seuerum in *can. Maximianus filius noster* 6. *distinctione* 81. rationem in fine addente: *Quia qui sancti non sunt sancta tractare non possunt.* Verum num per simplicem fornicationem deponatur? *Glossa* ibidem verbo *remoueantur.* negatiuè respondeo, dicens: *Communiter autem dicitur, quod pro simplici fornicatione quis deponi non debet: cùm pauci sine illo vitio inueniantur.* Vnde misericordia digni sunt si pœnitentiam agãt. ex Gregorio Secundino in *can. quia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit* 16. §. *ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelij proferamus sententiam distinct.* 50. & dictum fuit in Concilio Hybernensi in *can presbyter si fornicationem fecerit* 5. *distinct.* 82. ibique *Gloss* verbo *presbyter.* quæ sequentibus profert: *Vnde dicunt hodie pro fornicationem neminem deponendum, nisi in ea perduret; & ideo: quia hodie fragiliora sunt corpora nostra, quam erant olim.* ex Pelagio Papa Florentino Episcopo scribente in *can. fraternitatis tuæ relatione suscepta* 7. *distinct.* 34. verbis edicente rationem: *tamen, quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram.*

Sacerdotem proinde, quamuis publicum concubinarium, etiam nunc post Constantiense Concilium, sacris operantem vitare non debemus, donec ipso iure suspensos nominatim denunciatur. ex *Syluestro* verbo *concubinarius num.* 4. & *Angelo.* ibidem quamuis *Nauarrus manuali cap.* 25. *& num.* 77. *&* 78. omnino vitandum putarit, si delictum euidentia facti sit notorium. verùm eum non admittit *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *libro* 7. *cap.* 7. *q.* 16. *in fine* subnectens, tunc concubinarium publicum dici: quando concubinam domi habet, & ita cum ea habitat, vt tamquam vxore familiariter vtatur. & ad terminos sacrosanctæ Tridentinæ Synodi *sessione* 25. *c.* 14. *de reformatione* prosequitur Illustrissimus *Hieronymus Campanilis* Episcopus Laquedonens, postmodum Eiernien in *diuersorio Iuris canonici rubrica* 4. *de vita, & honestate clericorum num.* 47. & *Barbosam in collectanea ad dictum caput.* 14 *sacri Concilij.* Illustrissimus quoque *Riccius* Episcopus vici Equen in *collectanea part.* 4. *collect.* 857. *in fine* & in *praxi pœnarum cap.* 707. *part.* 1. *Salzedus* ad *Diaz in praxi, cap.* 82. verbo *irregularis littera C.*

Sacerdotes elaborare in hoc super omnia debent, vt ignorantiam à se quasi pestem abiiciant. Quia cum per ignorantiam cæcati aliis ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt. vnde dicitur (in psalmo 68.) *obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua.* Cùm enim obscurantur illi, qui præeunt; ad ferenda onera peccatorũ facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque Sacerdotibus, vt ignorantiam à se, quasi quandam pestem abiiciant. verba sunt Gratiani in *can. ideo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum* 15. §. *vt itaque ex præmissis apparet distinct.* 37. vnde dicit ipse Dominus (Oseæ 4. 6.) *Conticuit populus meus eò, quod non habueris scientiam: qui tu scientiam repulisti, repellam te; ne sacerdotio fungaris mihi.*

Sacerdotis solius officium est prædicare. sicut etiam & Diaconi. ex Gregorio in *can in sancta Romana Ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta* 2. *post principium distinct.* 92. ibique *Glossa* verbo *prædicationes.* eodemque modo Leo Papa ad Theodoricum Episcopum Cypri in *can. adijcimus illud etiam.* 19. 16. *q.* 1. verbis decernens: *Vt præter Domini sacerdotes nullus audeat prædicare siue monachus, siue laicus ille sit, qui cuiuslibet scientia nomine glorietur.* ibique *Gloss.* verbo *sacerdotes.*

Sacerdotes ab omni macula puros esse oportet. iuxta illud (Malacchiæ 3. 3. *Et purgabit filios Leui, & colabit eos, quasi aurum, & quasi argentum.* ad hæc verba Hieronymus in *can. & purgabit filios Leui.* 15. *distinct.* 50. sequentibus commentum agit: *In filijs autem Sacerdotalem intelligit dignitatem. si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, vt purum aurum remaneat, & argentum; quid de ceteris est dicendum?* tuam

Sacerdos, vt sapiens, & perfectus medicus, primum sciat curare peccata sua, & postea aliena vulnera detergere, & sanare: & non publicare. ex verbis Augustini ad quẽdam Comitẽ in *can sacerdos, vt sapiens* 7. 3. *q.* 7.

Sacerdos si peccauarit publicam pœnitentiam accipere non debent. ex illo (1. Regum 2.) *sacerdos si peccauerit, quis orabit pro eo.* Vnde intulit Leo Papa Rustico Narbonensi in *can. alienum est à consuetudine Ecclesiastica* 67. *distinct.* 50. verbis prosequens: *Vnde huiusmodi lapsis ad promerendam misericordiam Dei, priuata est expetenda secessio: vbi illis satisfactio, si fuerit digna, sit etiam fructuosa.* idem habetur in *can. si sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo.* 59. *de pœnitentia distinct.* 1. Hinc sequitur quod Nicolaus Papa Ludouico Imperatori scripsit in *can. in scripturis narratur Constantinus Imperator dixisse* 8. *distinct.* 96. circa finem sequentibus exhortans illum: *sed hoc equidem diximus cautos vos reddere cupientes; vt si de Domini sacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contingere*

gere

*gerit vos audire: quod confusionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitantes, paternam de reliquo verecundiam contegatis; & affluenti, quodammodum & illi benedictione repleti, moderante Domino mereamini.* meminimus etiam in superioribus. Hinc est etiam quod

Sacerdos quamuis in publico crimine depræhensus si pœnitentiam egerit, & se emendatum ostendit, suspendi non debeat. ex Rabano Archiepiscopo ad Heribaldum in *can. de his verò visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes* 34. *distinct.* 50. vbi *Glossa* finalis verbo *seruato* in fine perquirit de illo sacerdote, qui pœnitentiam agit, num interim possit officio suo fungi? & Respondet: *Dico, quod meliùs est si abstineat, si credit se indignum, si autē conteritur, dico, quod potest celebrare.* Seruatur tamen quod habilitati per Palatium si delictum non est adeo graue, ex licentia celebrāt notat *Genuensis in praxi Episcopali cap.* 34. *num.* 12.

Sacerdotales claues datæ sunt Petro a Christo Domino, ligandi atque soluendi, cum dixit ei: *& tibi dabo claues regni cœlorum quodcumque ligaueris &c.* Matthæi 16. Claues autem istæ duæ sunt: Potestas videlicet, & scientia: scientia est indiscernendo inter lepram, & lepram; id est inter causam, & causam. Potestas est iurisdictio exercendi claues. & absoluendi, atque ligandi, Gratianus in *summa distinct.* 20. §. *sed aliud est causis terminum imponere.* ibidemque *Gloss.* verbo *dedit.* & ex Gregorio in pastorali in *can. sit rector discretus in silentio* 1. §. *Clauis quippe apertionis est sermo correctionis distinct.* 43. deduximus nos *respons.* nostra 40. *num.* 59. & 60. *part.* 4.

Sacerdos malus simiæ comparatur, quæ cum homines non sint, humana tamen imitantur. ex Cypriano in epistola contra hæreticos relata in *can. si quis, inquit, de Ecclesia hæretica præsumptione exierit, à semet ipso damnatus est.* 70. *non longe post principium* 1. q. 1. verba sunt Cypriani de hæreticis verba facientis dicentisque: *Nam hæreticus simiarum more, quæ, cum homines non sint, humana tamen imitantur, vult Ecclesiæ catholicæ auctoritatem sibi, & veritatem vindicare, quando ipse in Ecclesia non sit. Benedicit, à Deo maledictus; vitam pollicetur, mortuus: Deum inuocat blasphemus; Sacerdotium administrat prophanus; ponit altare, sacrilegus.*

Sacramentum est inuisibilis gratiæ, visibilis forma, namque Sacrificium visibile, inuisibile est sacramentum. id est sacrum signum. ex Augustino in libro X. de Ciuitate Dei in *can. sacrificium visibile inuisibile est sacramentum* 32. *de consecrat. distinct.* 2. vide Card. *Toletum Instructionis sacerdotalis lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 1. & sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 13. *de sacramento Eucharistiæ cap.* 3.

Sacramentum aliud est, aliud vero effectus sacramenti. Augustino teste libro 6. de baptismo contra Donatistas in *can. etiam corde tardiores, quantum existimo, intelligunt.* 48. 1. q. 1. ibiq; *Gloss.* verbo *sed quia.* inferens similitudinem: *sicut aliud est elementum, aliud consecratio.* ex Ambrosio lib. 1. de sacramentis in *can. per aquam Baptismi transitus est à terrenis ad cœlestia* 9. *de consecrat. distinct.* 4. audi dicentem: *Non omnis aqua sanat, quæ habet gratiam Christi. Aliud est elementū, aliud Consecratio: aliud opus, aliud operatio. Aqua, opus est: operatio Spiritus sanctus est. Non sanat aqua, nisi Spiritus sanctus descenderit, & aquam illam consecrauerit.*

Sacramenta ideo dicuntur, quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur. Quod videtur, speciem habet corporalem: Quod intelligitur, fructum habet spiritualem. verba sunt Augustini sermone 2. de verbis Apostoli in *can. qui manducant, & bibunt Christum* 58. §. *finali. de consecrat. distinct.* 2.

Sacramenta omnia a Christo Domino ordinata processerunt. Iulius Papa Episcopis per Aegyptum in *can. cùm omne crimen, atque peccatum oblatis Deo sacrificijs deleatur.* 7. *non multò post principium. de consecrat. distinct.* 2. proferens enim quorundam schismaticorum errores, sic infert: *Quod quàm sit Euangelicæ, & Apostolicæ doctrinæ contrarium, & consuetudini Ecclesiasticæ aduersum, non difficile ab ipso fonte veritatis probatur, à quo ordinata ipsa sacramentorum mysteria processernnt.* sacramenta namque omnia ab ipso Domino fuerunt instituta, & quo ad materiam, & quoad formam. Forma enim est per verba à Christo Domino instituta. nam *accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum.* ex Augustino in *can. detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum.* 14. 1. q. 1. ibique *gloss.* verbo *& fit sacramentum.* & ita verba necessaria sunt. ex eodem Augustino contra Donatistas in *can. sic autem Deus adest sacramentis, & verbis suis* 32. *eadem* 1. q. 1. & ibi *glos.* verbo *& verbis suis.* dicens: *& ita verba necessaria sunt. Lælius Zecchius de sacramentis cap.* 1. *fol.* 10. *col.* 1. *vers. in alijs sacramentis. Frater Hieronymus Gliamas in summa Ecclesiæ part.* 1. *cap.* 9. §. 13.

Sacramenta quippe tribus perficiunt: materia forma, & Ministro, qui ea ministrat. ex Concilio Florentino, cum intentione faciendi, quod intendit Ecclesia facere. *Lælius Zecchius d. cap.* 1. *fol.* 13. *col.* 1. *vers. ex his colligitur.* & *fol.* 14. *col.* 2. *vers. ad sacramenti.* sacramenta enim absque rebus sensibilibus, & signis exterioribus constare non possunt. ex *S. Thoma recepto part.* 3. *q.* 60. *art.* 1. sequitur *Nauar. in can. si quis non dicam rapere de pænitentia distinct.* 1. *num.* 9. & ob id sacramenta dicuntur, quia subtegumento corporalium rerum, virtus diuina secretius salutem eorundem sacramentorum operatur. verbis, vt fatur Gregorius in *can. multi secularium hominum* 84. §. *sacramentum vero est.* 1. q. 1. vnde est quod

Sacramenta hæretici si informa Ecclesiæ conferant, non abiiciuntur. ex Augustino dicto *can sic autem Deus adest sacramentis, verbis suis* 32. *cum alijs sequentibus* 1. q. 1. et in *can. remissionem peccatorum auari non dabant.* 39. ibique Gratianus §. *si ergo sacramenta in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt eadem* 1. q. 1. inferens: *Sicut ergo sunt vera sacramenta hæreticorum,*

*eorum, quantum ad formam; ita sunt vera, & non mania quantum ad effectum*. pręterrim vera quoad sacramenta necessitatis. vt notat Gratianus ibidem §. *sed notandum*. & *gloss.* ibidem verbo *& non inania*. &. verbo *necessitatis*. vnde est etiam quod

Sacramenta quamuis à malo ministro ministrata, sanctitatem suam non perdunt; Quia illorum virtus nulla ministri indignitate constringitur. ex Anastasio II. ad Anastasiũ Augustum in *can. secundum Ecclesiæ catholicæ consuetudinem* 8. *dist.* 19. rationem inferente ad medium: *Nam si visibilis solis istius radij, cùm per loca fœtidissima transeunt nulla contactus inquinatione maculantur; multò magis illius. qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur*. Eodemque sẽsu Augustinus contra hæreticos in *can. si iustus fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam nõ quęrit* 30. 1. q. 1. in fine inferens: *Spiritualis enim virtus sacramenti, vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur*. Idemque Augustinus contra Epistola Parmeniani in *can. omnia sacramenta* 78. *eadem*. 1. *q*. 1. proferens: *Omnia sacramenta, cùm obsint indignè tractantibus, prosunt tamen per eos dignè sumentibus: sicut verbum Dei. Vnde dictum est: Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite* Matthæi 23. idemque Augustinus contra eũdem Parmenianum in *can. Dominus declarauit in vno cœtu hominum eadem sacramenta sumentium* 87. §. *memento ergo eadem* 1. *q*. 1. verbis dicens: *Memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum quo ista, vel omnino non sint, vel minus sancta sint*. Vide *Victoriam in sũma sacramentorum. de sacramento baptismatis. q.* 28. *& sequentibus*. Plura habes per Gratianum in *can. præter hoc autem precipiendo mandamus* 6. § *porro ad hæc, quę tibi syllogistice ini eadem epistola obijciuntur. distinct.* 32.

Sacramentum gratiæ dat Deus, etiam per malos ministros, ipsam verò gratiam non nisi per se ipsum. Quia aliud est sacramentum, ab effectu sacramenti. ex Augustino contra Donatistas in *can. etiam corde traditores, quantũ existimo* 48. 1. *q*. 1. ibique *Gloss.* verbo *hæreticos*. Ex eodem Augustino contra eosdem in *can. quomodo exaudit Deus homicidam deprecantem* 41. *post principium* §. *qua propter de consecratione dist.* 4. verba sunt Augustini: *Qua propter sacramentum gratiæ dat Deus etiam per malos: ipsam vero gratiam non nisi per se ipsum, vel per sanctos suos*. ibique *Gloss.* verbo *per sanctos*. Id est sanctorum præcibus. Nam gratiam semper per se ipsum dat Deus.

Sacramenta potest quis recipere, materialiter, sed non formaliter. quia recipit quidem sacramentum, sed non rem sacramenti. hoc est gratiam, & sanctificationem. Quia nimirum omnis sanctificatio constant in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis operatur. ex Anaclero Papa ad Episcopos Italię in *can. ordinationes Episcoporum*. 1. *in fine dist.* 75. ibique *Glos.* verbo *sanctificatio*. inferens verbis: *Et sic patet, quod in collatione sacramentorum confertur gratia, & illa gratia inuisibiliter operatur*. Rationem reddit Gregorius in *can. multi secularium hominum* 84. *ante medium* 1. *quęst.* 1. verbis edicens: *Cùm vnus idemque Spiritus sanctus in Ecclesia diffusa per totum orbem incomprehensibiliter ea mysteria, & occultè, atque inuisibiliter, & operando sanctificet, & benedicendo benedicat*. Qui igitur dignè accedit ad sacramenta, ille inuisibiliter gratiam recipit. *Sed si sacramentum confertur indigno, solum sacramentum recipit, & illud recipit ad sui malum; sed non recipit rem sacramenti*. Ita sequitur *Gloss.* d. verbo *sanctificatio in fine d. can. ordinationes Episcoporũ* 1. *dist.* 75.

Sacramenta quędam necessitatis sunt, voluntatis quædam, & quidem necessitatis sacramentum est baptisma, sine quo neque infantes saluantur. quia nimirum si sine baptismate ex hac vita discadunt, in tenebris manent. carent scilicet visione Dei. ex Augustino in *can. nulla præter baptismum Christi salus promittitur infantibus* 142. *de consecrat., dist.* 4. idemque dixit Augustinus in *can. firmissime tene, & nullatenus dubites* 3. § *firmissime tene, & nullatenus dubites. eadem de consecrat. dist.* 4. Deinde sacramentum est confirmationis, siue chrismatis ex Concilio Arasicano in *can. nullus ministrorum, qui baptizandi recipit officium* 135. *de consecrat. dist.* 4. in fine sequentibus dicente: *Nam inter nos chrismatis ipsius non nisi vna benedictio est. Non præiudicantes cuiquam hoc dicimus: sed vt necessaria habeatur Chrismatio*. Est ergo necessaria Chrismatio. Preterea est pœnitentię sacramentum. Eucharistiæ. in extremo scilicet vitę, vt secundum statuta sanctorum Patrum, communione viatici confirmetur, qui moriturus est. & sacra vnctione olei inungatur. ex Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in pœnitentiali suo in *can. ab infirmis in articulo mortis positis*. 1. 26. *q*. 7. & quidem de sacramento pœnitentię Ambrosius in libro de paradiso, quem transtulit Gratianus in *can. non potest* 38. *de pœnitentia dist.* 1. expressè contestatus fuit: *Non potest quis iustificari à peccato, nisi ante fuerit peccatum confessus*. Ore videlicet sacerdoti, & corde Deo, ex *Gloss.* ibidem. testatusque fuit Leo papa ad Episcopos Campaniæ in *can. sufficit pœnitenti illa confessio* 61. *eadem de pœnitentia dist.* 1. Voluntaria vero sacramenta sunt Ordo, & matrimonium. Ordo quia nemo inuitus ordinari debet. ex Simplicio Papa Ioanni Episcopo Rauennati exprobrante in *can. vbi ista didicisti* 7. *in fine dist.* 74. ibi: *inuitum facere forte crediderit*. ibique *Glossa* verbo *inuitum*.

Matrimonium vero, quia sine vtriusque contrahentis consensu matrimonium non consistit. ex Nicolao Papa in *can. vbi non est consensus vtriusque, non est coniugium*. 1. *siue finali*. 30. q. 2.

Sacramentum baptismatis ianua est, per quam in credentium numerum creatura ingreditur rationalis, ac transit, & ideo diuinitus est institutum. ex Augustino in *can. nulla præter baptismum Christi salus promittitur infantibus* 142. *de consecratione distinct.* 4. Nam per baptismum baptizati Christo incorporantur, & mem-

membre eius habeantur, & consepeliantur. ex eodem Augustino in *can. adhoc baptismus valet* 143. *eadem dist.* 4. *de consecrat.* Et ianua est sacramentorum. & dixit Gratianus in *can. preter hoc autem pracipiendo mandamus.* 6. 5. *hac de malis catholicis, qui intra Ecclesiam sũt. dist.* 32.

Sacramentum vero confirmatis augumentum præstat ad gratiam. Nam in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismum confirmamur ad pugnam. in baptismo abluimur, post baptismum roboramur. Melchiedes papa ad Episcopos Hispaniæ in *can. Spiritus sanctus* 2. *de consecrat. dist.* 5. subsequens: *Et quamuis continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia; victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia.*

Sacramentum autem Eucharistię in extremo vitæ tempore sanctorum Patrum diffinitiones congruè Viaticum nominauerunt. ex Concilio Arausicano in *can. qui recedunt de corpore pœnitentia accepta* 7. 26. *q.* 6 Quia nimirum recedentium est sacramentum. ex Nicæno Concilio in *can. de his verò, qui recedunt ex corpore, antiqua legis regula obseruabitur etiam nunc.* 9. *eadem* 26. *q.* 6. subnectente; *Ita, vt si forte quis recedit ex corpore, necessario vita sua Viatico non defraudetur.* Est ergo vitę viaticum ex corpore recedentibus, vt illo muniti ad ęternam perueniant vitam. veluti

Sacramentum pœnitentiæ, redeuntium sacramentum dicitur, quia à patratis conuertitur peccatis per pœnitentiam, & propter misericordiam, & bonitatem Dei, ad eundem redeunt, à quo peccando discessecant. ex Concilio Laodicensi in *can his, qui diuersorum peccatorum lapsus incurrit.* 4. 26. *q.* 7. concinitque Ambrosius in *can reperiuntur, qui sępius agendam pęnitentiam putant.* 2. *de pęnitentia dist.* 3. ficuti

Sacramentum recedentium sacramentum extremæ est vnctionis, quia his datur, qui in extremo sunt vitæ, vt sacre vnctione olei inuncti, secundum statuta patrum, communione viatici reficiantur. ex Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in suo pœnitentiali in *can. ab infirmis in periculo mortis positis.* 1. *in fine.* 26. *q.* 7. Hoc verò sacramentum magna veneratione venerandum, & tenendum est; quia nimirum à maioribus fit, id est à summis Põtificibus, quod à minoribus fieri non potest. ex Melchiade Papa omnibus Christianis in *can. de his verò, super quibus rogastis vos infirmari* 3. *de consecrat. dist.* 5. eodemque modo Eusebius Papa ad Episcopos Tuscię, & Campaniæ in *can. manus quoque impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est* 4. *ead. dist.* 5. *de consecrat.* Rationem in fine reddens, ac irritum esse si aliter fiat: *Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur. & vacuum: & inter Ecclesiastica nunquam reputabitur sacramenta.* Nisi Papa inferiori ab Episcopo hoc demandauerit. ex *Gloss.* ibidem verbo *irritum.* & in *can sequenti.* Decreuitque Leo I. ad Episcopos Germaniæ, & Galliæ. in *can. quamuis chorepiscopis, presbyteris.* 4. *circa finem dist.* 68. verbis edicens, de illis verba faciens, chorepiscopis videlicet, & presbyteris: *Nec chrismate baptizatorum frontes signare.* In fine rationem reddens: *Quoniam quamquàm consecrationem habeant: pontificatus tamen apicem non habent.*

Sacramentum matrimonii magnum dicitur ob significationem. significant enim sacramentũ coniunctionis Christi, & Ecclesiæ. ex Leone Papa in *can. cum societas nuptiarum ita à principio sit instituta.* 17. 27. *q.* 2. nam vt ibidem in *can. in omni matrimonio* 36. Ambrosius verba facit: *In omni matrimonio coniunctio intelligitur spiritualis: quam confirmet, & perficit coniunctorum commistio corporalis.*

Sacramenta à propriis Parochis sumi debent, in quorum Parochijs fideles demorantur, vel à propriis Episcopis. ex Calixto Papa II. in *can. interdicimus etiam Abbatibus, & monachis,* 10. 16. *q.* 1. Quia sacramenta non sunt danda ijs, qui subiecti non sunt, sed extranei. ex Paschali II. in *can. Abbatibus, qui neque sub episcopo.* 18. 18. *q.* 2. sacramentorum enim administratio de iure, & ex Conciliis Generalibus ad Parochum spectat. specialis proinde perquiritur derogatio, nec generalis sufficit. *Rota apud Card. Caualerium decis.* 601. *nu.* 1. *& sequentibus.*

Sacramenta suscipientium affectum, mentisque deuotionem in suscipiente exquirunt, vt vigilent omnes animi virtutes, & in vnum cõgregentur, & intente sint ad illud. quod suscipiunt. ex Hieronymo in librum Leuitici in *can. licet ergo Dominus de constituendo principe præcepisset.* 15. *ad medium.* 8. *q.* 1.

Sacramenta danda minime sunt impœnitentibus, sed pœnitentiam agentibus, ne illis ianua pietatis clausa videatur, in extremo præsertim. ex Theodoro Cantuariensi Archiepiscopo in *can. ab infirmis in periculo mortis positis* 1. 29. *q.* 7. cum aliis sequentibus. publicis verò peccatis grauatis differenda sunt, donec pœnitentiam egerint. ex Augustino in *can. in actione pœnitentiæ, vbi tale crimen commissum est* 84. *de pęnitentia dist.* 1.

Sacramenta Ecclesię malus in malum recipit. Nec mirum. Ipsa enim salus nostra buccellã Iudę dedit: statim cum buccella non bonus, sed malignus spiritus intrauit: Quare? Non quia bonus non daret bonum; sed quia malus malè accepit bonum; sicque bonum effectum bonum non habuit; quia vbi illud faceret, non inuenit. Verba sunt Gratiani in *can. quod quidam dicunt* 97. §. *quamuis possit generaliter dici, sacramenta.* 1. *q.* 1. nam ex Augustino eodem *can. circa finem* § *sicut redeunti non redditur, quod & foris habebat.* Quamuis dicantur mali sacramenta polluere, hoc exauditur *Quantum in se ipsis est: cum illa impolluta permaneant: sed in bonis permanent ad pręmium, in malis permanent ad iudicium.*

Sacramenta aurum non quærunt, neque auro placent, quæ auro non emuntur. Ambrosius libro 2. de officiis in *can. aurum Ecclesia non habet, vt seruet, sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus.* 70 *ad medium* 12. *q.* 2. inferens: *Ornatus sacramentorum, redemptio captiuorum est,*

Tttt & ve-

*& verè illa sunt vasa pratiosa, quæ redimunt animas à morte. Ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis eius operatus est.*

Sacramenta gratis danda, nihilque pro illorum administratione suscipiendum, si quod autē gratis, & voluntarie oblatum fuerit, potest recipi. ex Concilio Toletano XI. in *can. quid quid inuisibilis gratia consolatione tribuitur.* 101. 1. q. 1. eodemque modo ex Concilio Bracharensi Secundo in *can. placuit, vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc præcipiat.* 103. *eadem* 1. q. 1.

Sacramentalia sunt, quę nos aliqua ratione sanctificant, & pręparant ad sacramenta, ea plura sunt, quę enumerat *Gloss.* in *præmio sexti decretalium.* verbo *benedictionem.* Quę sunt: Benedictio prælati deuote suscepta. Generalis cōfessio. pectoris tūsio. Oratio Dominica. Aqua benedicta. Eleemosynæ, & ieiunia religiosè suscepta. Per Eucharistiam deuote sumptā. & per extremam vnctionem. per quæ sacramentalia dimittuntur. quod sanè intelligitur de eo, qui mortalia non tunc habet. nam qui in mortali est extra gratiam Dei est. ex *Gloss.* ibidem. & prosequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 4. cap. 11. q. 5. & part. 2. libro 9. cap. 15. sine finali. q.* 2. Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap. 84. num.* 2. *Henricus Herriquez lib. 4 summę cap. 15.* §. 8. *Aegidius de Conink de sacramentis. q. 71. dub. 1. num. 23. conclus.* 1.

Sacramentalia, vt cathechismus, & exorcismus, non conferunt gratiam ex operato, quia id sola sacramenta efficiunt. *Nauar. cons. 3. num. 2. libro 3. de sepulturis.*

Sacramentum dicitur quasi sacrum factum, quia pręce mystica consecratur pro nobis in memoriam Dominicę passionis. Sacramentum verò est in aliqua celebratione, cùm res gesta ita fit, vt aliquid significare intelligatur quod sanctè accipiendum est. Sunt autem sacramenta, baptisma, chrisma, corpus & sanguis Christi: quę ob id sacramenta dicuntur, quia sub tegumento corporalium rerum virtus diuina secretiùs salutem eorundem sacramentorum operatur. Vnde & à secretis virtutibus. vel sacris sacramenta dicuntur. Quę ideo fructuose perces Ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spiritus eorundem sacramentorum latenter operatur effectum, verba sunt Gregorii in *can. multi seculari um hominum.* 84. §. *Mysterium itaque fratres, ob hoc dicitur, quod secretam, atque reconditam habeat dispensationem.* 1. q. 1. nam ex sancto *Thoma 3. parte q. 60. art. 1. in 2. argumento.* Sacramentum aliquid occultum significare videtur. iuxta illud Tobie 12. *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* et in responsione ad idem argumentum sacramentum idem est, quod sacrum secretum. & consideratur pluribus modis.

Sacri Canones non dedignantur sacras leges imitari. ex Augustino ad Macedonium in *can. qui dicum de vsuris, quas etiam ipsæ leges & iudices reddi iubent* 11. ibique *Gloss.* verbo *reddi.* 14. q. 4. verba sunt *Gloss.*: post d... *quod secundum leges non sint danda vsura. tàm quia sacræ leges non dedignantur imitari sacros canones.* & in versum vt Lucius Tertius Paduano respondit Episcopo In *cap. intelleximus ex litteris tuis.* 1. §. 1. *de noui operis nunciatione.* verbis edicens: *Quia verò sicut leges non dedignantur sacros canones imitari; ita & sacrorum statuta canonum Principum constitutionibus adiuuantur*, ibidemque *Glossa* verbo *adiuuantur.*

Sacrificia dicuntur altaris, orationes, & eleemosynę, quę pro mortuis offeruntur. ex Augustino in libro de agenda cura pro mortuis in *can. non æstimemus* 19. 13. q. 2. verba percipe Augustini: *Non æstimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus, peruenire; nisi quod pro eis, siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs solemniter supplicamus.* Sacrificia ergo dicuntur orationes, & eleemosynæ pro mortuis oblatę, sicuti, et altaris sacrificia. et ibidem ex Gregorio secundo Bonifacio Episcopo in *can. pro obeuntibus.* 21. et in *can. animę defunctorum.* 22.

Sacrificium dicitur cordis contribulati, cum quis peccata sua plangit. nam que *Cor contritum, & humiliatum Deus non spernit.* perpendit Augustinus in homilia de pœnitentia in *can. in actione pænitentia* 84. *de pænitentiā distinct.* 1.

Sacrificium Deo magnum offertur, cum hi, qui in suam, et aliorum perniciem debacchātur, competenti vigore compescuntur. ex Pelagio Papa in *can. quali nos gloriæ vestræ studijs iudicio gratulemur* 44. *in fine* 23. q. 5. Pelagium excipe: *Nec quidquam maius est, vnde Deo sacrificium possitis offerre: quam si id ordinetis. vt hi, qui suam, & aliorum perniciem debacchantur, competenti debeant vigore compesci.*

Sacrificiorum omnium nihil maius, quàm corpus, et sanguis Christi, nec vlla oblatio hac potior est: sed hæc omnes præcellit. ex Alexandro Papa Quinto à Petro in *can. nihil in sacrificijs maius esse potest.* 8. *de consecrat. distinct.* 2. Quia nullum sacramentum dignus est illo. quantum in se ipso est. vt *Gloss.* ibidem verbo *quàm corpus.* adnotat.

Sacrificiorum magnitudinem, nō aspicit Deus, sed offerentium merita, causasque diiudicat. ex Hieronymo in Amos in *can. odi, & proieci festiuitates vestras* 28. *circa finem* 24. q. 1. prosequente exemplum: *Vnde & vidua, quę in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore præfertur: Quia Dominus non ea, quæ offeruntur; sed voluntatem respicit offerentium*, vbi *Gloss.* verbo *duo minuta.*

*Affectum dantis pensat censura Tonantis.*

refertque illud etiam.

*Iuppiter vt centum taurorum sanguine fuso.*
*Sic capitur minimi thuris amore Deus.*

Nec diuersimode Augustinus in libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis.* 1. §. *in his omnibus dolens, aut seculum derelinquat. in fine de pænitentia distinct.* 5. verbis edicens: *Vidua enim duobus, quæ habuit, largа minutis plus omnibus misit.*

Sacrificium quasi sacrum factum dicitur: Quia præce mystica consecratur pro nobis in

mem-

memoriam Dominicę passionis. Gregorius in *can. multi secularium hominum* 84. §. *Mysterium itaque fratres, ab hac dicitur*. 1. q. 1.

Sacrificium altaris vnum est, & vna hostia est, non multę. ex Ambrosio in epistolam ad Hebręos in *can. in Christo semel oblata est hostia* 53. *de consecrat. distinct.* 2. Rationem reddente: *Quomodo vna, & non multę? Quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius: idipsum, & semper idipsum*. Nec diuersimode Gregorius in homilia Paschali in *can. quid sit sanguis agni non iam audiendo, sed bibenda didicistis*. 73. §. *tanta est Ecclesiæ vnitas in Christo. eadem de consecrat. distinct.* 2. excipe dicentem: *Tanta est Ecclesiæ vnitas in Christo, vt vnus vbique sit panis Corporis Christi & vnus sit calix sanguinis eius.*

Sacrificium in sola Ecclesia Deo offertur, vt placeat. rationem defert Gregorius in moralibus in *can. quia ex sola Ecclesia catholica veritas conspicitur* 22. *post principium* 24. q. 1. de Ecclesia loquentem intende *Sola quippe est, per quam sacrificium Dominus libenter accipit: sola, quæ pro errantibus fiducialiter intercedat. Vnde etiam de agni hostia Dominus precepit dicens*, (Exodi 12.) *In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras. In vna namque domo agnus comeditur: Quia in vna catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus Diuina lex efferri foras prohibet: Quia sanctum dari canibus vetat.*

Sacrilegium violatio est Ecclesiasticę libertatis, vel immunitatis. Quam ob causam sacrilegium committitur, si quis infregerit Ecclesiam, vel triginta Ecclesiasticos passus, qui in circuitu Ecclesię fuerint, vel domos, quæ intra prædictos passus fuerint, aliquid inde diripiendo, vel auferendo; seu qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma non deferentibus, vel monachis, siue Deo deuotis, omnibusque Ecclesiasticis personis. Similiter sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, siue sacrum de non sacro. verba sunt Ioannis Papæ Octaui omnibus Episcopis scribentis in *can. quisquis inuentus fuerit reus sacrilegij* 21. 17. q. 4. & dixit Gratianus ibidem in *can. si quis contumax, vel superbus* 20. §. *sacrilegium ergo est, quoties quis sacrum violat*. vide Marium Mutam siculum decis. 50. vbi plura.

Sacrilegium quoque erit, & sacrilegus quis æstimabitur, qui prędia diuinis vsibus tradita, humanos in vsus transtulerit, vel subtraxerit, sibique applicuerit. ex Pio Papa in *can. prędia diuinis vsibus tradita* 5. *cum alijs sequentibus* 12. q. 2. eodemque Pio Papa in *can. sicut qui Ecclesiam Dei vastat, & eius prædia* 12. 17. q. 4. sicuti qui oblationes, & quod Deo cõsecratum est rapuerit, vel consenserit facientibus. ex Eusebio Papa in *can. in legibus seculi cautum habetur* 10. *eadem* 12. q. 2. ibidemque ex Sexto Synodo in *can. nulli ad altare Dei properare permittitur*. 21. vnde anathemati subiicitur. & absoluta sacrilegium est, & sacrilegio tenetur, qui pecuniam, vel res Ecclesiæ abstulerit. ex Anacleto Papa in *can. qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem operatur; qui autem pecuniam, vel res Ecclesiæ abstulerit, sacrilegium facit* 18. 17. q. 4. Nam

Sacrilegium, & contra leges est, si quis, quod venerabilibus locis relinquitur, prauę voluntatis studiis, suis tentauerit compendiis retinere. Gregorius decernit Sabino Subdiacono scribens in *can. sacrilegium, & contrà leges est*. 4. *eadem* 17. q. 4. vbi *Glossa* pluribus exprimit quid sit sacrilegium.

Sacrilegium est, si quis diabolo suadente in Clericum, aut monachum violentes manus iniecerit, vnde anathematis vincula supponitur. vt nullus etiam Episcopus, nisi in mortis articulo, absoluere eum possit, donec Apostolico conspectui se presentauerit, eiusque mandatum suscipiat. ex Innocentio Papa II. in Concilio Lateranensi in *can. si quis suadente diabolo* 29. 17. q. 4. plures tamen excipit casus *Glossa* ibidem verbo *violentas*. & in fine si percussio fuerit leuis. ex Clemente Tertio in *cap. peruenit ad nos* 17. *de sententia excommunicationis extra*. Deducit quoque Gratianus in *can. si quis contumax, vel superbus* 10. §. *sacrilegium ergo est. eadem* 17. q. 4.

Sacrilegium est cum Iudæis eorum cibos manducare. cum ea, quę Apostolo permittente nos sumimus ab illis indicentur immunda, & ita inferiores Christiani Iudæis erunt: si nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur: illi verò à nobis oblata contemnant. ex Concilio Agathensi in *can. omnes deinceps clerici siue laici Iudæorum conuiuia euitent*. 14. 28. q. 1.

Sacrilegium committit, qui Iudęis publica officia exercere permiserit. Quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. si quis contra fecerit, vti sacrilegus excommunicari poterit. ex Concilio Tolerano Quarto in *can. constituit sanctum Concilium* 31. 17. q. 4.

Sacrilegium committit sacerdos, qui adulteras benedicit nuptias. Quia illa benedictio, quam nupturę sacerdos imponit, apud fideles, cuiusdam sacrilegii instar est, si vlla transgressione violetur: Siricius Papa Hymerio Episcopo Tarraconen in *can. de coniugali violatione requisisti* 50. 27. q. 2. ibique etiam Gratianus. §. *sed auctoritate hac Siricii. illa prohibetur ad secunda vota transire, quæ in propriam domum est ducta, & cum sponso suo est velata, & benedicta.*

Sacrilegium patrat, qui cum monacha, vel monacho, abiecto sanctitatis proposito illicita, atque sacrilega contagione, se carnaliter miscent. sunt ergo in ergastulis detrudendi ad pœnitentiam agendam. ex Concilio Tiburiensi in *can. impudicas, detestabilesque personas monachorum, atque monacharum* 11. 27. q. 1.

Sacrilegium grauius peccatum est, quam fornicari. ex Pio Papa Epistola 2. Italicis in *can. sicut, qui Ecclesiam Dei vastat, & eius prædia* 12. §. *non ergo grauiùs peccatum est fornicatio, quàm sacrilegium* 17 q. 4. inferendo rationem: *Et sicut maius est peccatum, quod in Deum committitur, quàm quod in hominem; sic grauius est sacrilegium agere, quàm fornicari.* Nam

Sacrilegium est speciale peccatum propter spe-

ſpecialem deformitatis rationem, quæ religioni opponitur. *S. Thomas 2.2.q.99.art.2.*

Sacrilegium perpetrat, qui aliquid de Ecclaſia furatur, & Iudæ traditori comparatur. ex Auguſtino io Ioannem in *can. quid ergo voluit Dominus noſter Ieſus Chriſtus 3.23.q.4.* Auguſtinum excipe dicentem: *Ecce inter ſanctos eſt Iudas; ecce fur eſt Iudas: & ne contemnas, fur ſacrilegus; non qualiſcumque fur: fur Loculorum, ſed Dominicorum, loculorum, ſed ſacrorum.* in fine inferendo: *Qui aliquiquid de Eccleſia furatur, Iudæ perdito comparatur.*

Sacrilegus eſt. qui res Eccleſię vendit indebitè. ex Concilio Martini Papæ in *can. ſi qui presbyter, aut Diaconus 22. diſtinct. 50.*

Sacrilegus quoque eſt, & ſacrilegium committit clericus, qui bonis parentum, & opibus ſubſtentari poteſt; ſi quod pauperum eſt accipit, nam per abuſionem talium iudicium ſibi manducat, & bibit. ex Hieronymo ad Damaſum Papam in *can. Quoniam quidquid habent clerici, pauperum eſt 68. ſine finali in fine 16. q. 1.* vbi *Gloſſ.* verbo *parentum* commentum agit, dicens: *Videtur loqui de illis Clericis, qui Eccleſię non ſeruiunt.*

Sacrilegus eſt, & ſacrilegio ſe fœdat, qui fugientem ad Eccleſiam, inde trahit, quamuis ſeruum ſit quia iniuriam infert Eccleſiæ, & excommunicationi ſubiicitur. ex Concilio Ilerdenſi in *can. nullus clericorum ſeruum, aut diſcipulum ſuum fugientem ad Eccleſiam. extrahere audeat. 29. 17. q. 4.* & violat Eccleſiaſticam emmunitatem. ex Concilio Triburienſi in *can. ſi quis contumax, vel ſuperbus 20. eadem. 27. q. 4.* Etiam de atrio Eccleſiæ, vel porticibus Eccleſiæ adhærentibus. vt ibidem. vnde excommunicatio eſt ſanctæ ſedi reſeruata. Et ex *extrauaganti* Pauli ſecundi *Et ſi Dominici gregis ſalutis ſemper intenti 3.* non multo poſt principium. *de pœnitentiis, & remiſſionibus inter communes.* Ita quidem, vt in facultate quoque facta abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, ſemper inter alios intelligatur exceptus: *Videlicet offenſę Eccleſiaſticę libertatis.* nec diſſimiliter Benedictus XI. in *extrauaganti inter cunctas ſolicitudines noſtras 1 §. obſeruent ergo ſolicitè dicti fratres, ne ad confeſſiones recipiant. de priuilegiis inter communes.* Nam inter caſus retentos, et non indultos enumeratur: *Eccleſiarum immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ violatores.* Innouauitque Gregorius XIV. in conſtitutione ſua nouiſſima. et nos deduximus plene *reſponſ.* noſtra 35. *per totam* præſertim verò *à num. 16. part. 2.*

Sacrilegium eſt, vaſa Domini, hoc eſt proprias perſonas, quæ Deo ſacratæ ſunt, vel per votum, vel per conſecrationem, contaminare. ex Hieronymo contra Iouinianum libro 1. in *can. virgines, quæ poſt conſecrationem nupſerunt, non tam adulteræ ſunt, quàm inceſtę. 9. ſine finali diſtinct. 27.* ibique *Gloſſ.* verbo *quam inceſtę.* rationem reddens: *Sacrilegæ enim ſunt. 27. q. 1. virginibus. Quia vaſa Domini, id eſt ſe ipſas contaminant.* ex Innocentio II. in Concilio Romano. in *can. decernimus vt ii, qui in ordine ſubdiaconus, & ſupra, vxores duxerint. 2. in fine diſt. 28.* et ibidem ex Toletano Concilio 2. in *can. de iis, quos voluntas parentum 5.* illis verbis: *Quod ſi forte fecerint; vt ſacrilegii rei, ab Eccleſia habeantur extranei.*

Sacrilegus eſt, qui de Iudicio ſummi Romani Pontificis diſputat, vel iudicat. & hoc propter Romanę Eccleſię primatum. ex Gratiano in *can. ſi quis ſuadente diabolo 20. §. qui autem de Eccleſia vi aliquem exemerit.* in fine deducendo diſpoſitionem Nicolai Papę omnibus Epiſcopis in *can. nemini eſt de Sedis Apoſtolicæ iudicio iudicare 30. 17. q. 4.* decreueruntque Gratianus, Valentinianus, & Theodoſius Auguſti in *l. diſputare de Principali Iudicio non oportet 3. C. de crimine ſacrilegii.* inferentes: *Sacrilegij enim inſtar eſt.*

Sacrilegii ſe crimine inficiunt, & ſacrilegi nuncupantur, qui arti Magicæ operam dant, & inde conantur, vel actiones noſtras, vel actionum euenta prędicere. ex Auguſtino libro 2. de doctrina Chriſtiana in *can. illud, quod eſt ſecundum inſtitutiones hominum 6. §. hinc ſunt etiam illa, limen calcare. 26. q. 2.* exemplum deferente ex Saule (1. *Regum* 28. 12.) verbiſque dicẽte: *Non enim, quia imago Samuelis mortui Sauli Regi vera prænũciauit, propterea talia ſacrilegia, quibus illa imago præſẽtata eſt, minus execrãda ſũt.* Sacrilagia ergo ſũt per magicas artes futura prędicere. Quia honorẽ tribuit diabolo, qui ſoli Deo exhibendus eſt. ſicut fecit Saul. *& intellexit Saul, quod Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit.* Non enim fuit Samuel ille, ſed diabolus. Quãuis vera ei prędixerit. Hinc eſt quod Sixtus V. conſtitutione ſua, quæ incipit: *Cœli, & terrę Creator Deus.* Aſtrologiam iudiciariam prohibuit. eamque refert *Quaranta in ſumma* verbo *Aſtrologia iudiciaria.*

Sacrilegi ſunt qui temerè rebaptizant. & quod ſchiſmatici ſint, ab vnitate Eccleſię recedentes, & quod ſacramento iniuriam faciunt. ex Auguſtino libro de vnitate Eccleſiæ in *can. ſi vos contra Eccleſiam Chriſti altare erexiſſe. 35. 23. q. 5.* & ideo ad vnitatem, & pœnitentiam compellendi. ibidem.

Sacrilegi ſunt, & ſacrilegium perpetrant, qui munerum datione, vel acceptione Dei Eccleſias, vel earum ſibi beneficia vſurpant. Ille quippe donum Dei emere, hic autem præſumit vendere. Gregorius Vniuerſis Epiſcopis Hiſpanis in *can. audiuimus dilectiſſimi, quod nos non audiſſe oportuit 1. 1. q. 3.* inferens in fine: *A ſacrilegio quique hoc facinus non diſpar dixerim: Cùm id, quod ſponte, & ſacro deliberationis arbitrio, gratis fieri debuit; ſub pecuniæ pactione cauſatur.* Quia cauſa eſt, vt fiat. ex *Gloſſa* ibidem verbo *cauſatur.* Eſt ergo ſimonia. conſequenterque hæreſis. ex eodem Gregorio Rothomagenſi Epiſcopo, & Gallicis omnibus in *can. ſi quis dator, vel acceptor 2. eadem 1. q. 3.*

Sacrilegii magna dementia eſt, ſi quis pœnitentem de miſericordia diffidere dicat. Auguſtinum excipe ad Macedonium in *can. in tantum hominum iniquitas aliquando progreditur 33. in*

fine

*pus de pænitentia distinct.* 3. dicentem, atque loquentem. *Quis nostrum ita desipit, vt huic homini dicat, nihil tibi ista proderunt in posterum: Vade; saltem vitę huius suauitate perfruere? Auertat Deus tam immanem sacrilegij dementiam.*

Sacrilegi infames sunt, & infamia notantur. Nam inter personas infames, sacrilegos numerat Stephanus Papa Hilerio scribens in *can. infames esse eas personas dicimus* 17. *non longe post principium.* 6. q. 1. verbis edicens: *Similiter fures, sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos.* infames igitur sunt sacrilegi. nam inter infames numerantur.

Sacrista, alio nomine Thesaurarius nuncupatur. Ad eum pertinet basilicarum, & ostiarij ordinatio, incensi preparatio, cura crismatis conficiendi, cura baptisterij ordinandi, preparatio luminariorum in sacrario, & in sacrificiis. Isidorus Hispalensis Episcopus in epistola ad Ludifredum in *cas. perlectis sanctitatis tuę litteris gauisus sum.* 1. *in fine* §. *finali ad Thesaurarium pertinet distinct.* 25. ordinatio. idest vt ordinet ea, quæ sunt necessaria ad Basilicam. summam *Glossam* ibidem verbo: *ordinatio.*

Sacristiæ duæ non possunt esse in eadem Eccl. sia. Rota in *Montis Regalis Iurisdictionis* 20. *Iunij* 1605. *coram Coccino decis.* 238. *per totam*. Quid verò sacristiæ nomine infatatur ibidem *num.* 9.

Sacrum, & non sacrum inter se discrepant. Ex decretis Hormildæ Papæ in *can. nullus presbyter in Ecclesia consecrata aliud altare erigat* 25 *de consecratione distinct.* 1. verbis edicendo: *Vt sit discretio inter Sacrum, & non sacrum.*

Sagimen, & laridum licet comedere diebus illis, quibus ouis, & caseo vesci licitum est. ex Concilio Hybernensi in *canon. presbyter, si fornicationem fecerit* 5. *ad medium distinct.* 82. verba sunt sacri Concilii: *Postea aliquantisper resumptis viribus, vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis, & pręcipuis festis, in quibus vino, & Sagimine, ouis, & caseo iuxta canonicam mensuram vti poterit.* & paulo ante, similibus verbis: *sine carne, & sagimine ouis, & caseo* vbi *Gloss* verbo *sagimine*. argumentum infert: *Quod licet comedere de sagmine illis diebus, quibus oua, & caseum licet commedere.* & *Glossella* Marginalis ibidem. dicens: *Sagimen, & laridum die veneris comendere licet.* Glossa affert textum Gregorii ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. deniq; Sacerdotes, & diaconi* 6. §. *Par autem est. dist.* 4. verba sunt Gregorii: *Par autem est, vt quibus diebus à carne animalium abstinemus.* ab omnibus quoque quæ sementinam carnis trahunt originem, ieiunemus; à lacte videlicet, caseo, ouis. hæc certè caro non sunt, sed sementinam carnis trahunt originem. eodem modo, & sagimen, et laridum, quę caro non sunt, sed ex carne sementinam trahunt originem. sequiturque *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 7 *cap.* 10. q. 8. vt eum seruande loci erit consuetudo in hoc. et *Marcus Antonius de Amatis decis. Maceraten* 64. *num.* 50. *Ra*tionem reddit de Larido verba faciens: Quia mutauit formam.

Sal sapientiam significat. vnde Dominus (*Matthei* 9.) dixit: *Habete Sal in vobis, & pacem habete inter vos.* Quę verba explicat Gregorius 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio* 1. *ad medium distinct.* 43. §. *sed cum rector se ad loquendum praparat.* verbis edicens: *Per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur.* Hinc *Paulus* (ad Romanos 12.) *ait: Non plus sapere quam oportet sapere; sed sapere ad sobrietatem.* Ad sobrietatem. id est sine presumptione. *Glossa* ibidem commentum agit.

Sal cœlestis sapientiæ, quo initiantur cathecumani, in cunctis operum nostrorum sacrificiis iubemur offerre. Beda verba facit in Eidem in *can. Sal cœlestis sapientia* 65. *de consecratione dist.* 4. Quod sanè mysticæ exaudiendum est ex *Glossa* ibidem. nam cessauit vetus obseruantia legis.

Sal infatuatū ad nihilum prodest, nisi vt proiiciatur foras, & à porcis conculcetur. verba sunt Hieronymi ad Heliodorum in *can. non omnes Episcopi, sunt Episcopi* 29. *in fine* 2. q. 7. ex *Luca* 14. quod *Gloss.* ibidem verbo *infatuatum Sal.* exaudit de prælatis stultis, in insipidis in prædicando, fatuis in delinquendo. Hi namque à porcis. hoc est à dæmonibus conculcantur: quia dæmones malis dominantur prælatis, quasi pecori suo. ex Gratiano in *can. miramur quomodo excommunicati ad Iudicandum recepti sunt* 37. §. *his auctoritatibus perspicuè monstratur. in fine* 24. q. 1. de hæreticis verba faciens: *In hæreticum autem potestatem habere videtur hęreticus: Sicut & diabolus potest in malis, tamquam in pecore suo.* Et hunc eundem sensum de prelatis malis, quòd Sal infatuatum dicantur, & a porcis conculcentur, prosequitur idem Gratianus in *can. secuti sunt viam Balaam, & Bosor* 31. §. *Quia ergo non omnes Episcopi sunt Episcopi eadem* 2. q. 7. idem Gratianus in *can sacerdos, vt sapiens, & perfectus medicus* 7 *sine finali.* §. *item in Euangelio sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur.* 3. q. 7.

Sal cum aqua aspersum benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur. Alexandrum Papam Quintum à Sancto Petro excipe in *can. aquam sale conspersam populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificentur, & purificentur.* 20. *de consecrat. dist.* 3. dicentem, ac prosequentem: *Quod & omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulę sanguine aspersus populum sanctificabat, atque mundabat, multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacrata populum sanctificat, atque mundat.* Ibique Glossa verbo cinis virulæ.

Salomon Rex Israel templum Domino ędificauit, & fecit festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna. Templa ergo Domino sanctificare, & ornare multò magis nos debemus, quibus veritas patefacta est. ex *can. tabernaculum enim.* 2. qui est Fœlicis Quarti §. *fecit ergo Salomon in tempore*

ille

*illo de consecrat. distinct.* 1.

Salomon non diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo petiit, & impetrauit. 3. *Regum* 3. deducit Gratianus in *can. qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus.* 2. §. *Ecce quod sacrarum litterarum oportet Episcopum habere peritiam. non longe post principium. dist.* 36.

Salomonis sapientiam Saba Regina Austri à finibus terræ venit audire. Iudicabit proinde homines temporis sui. Sic plurimi in populis Episcopos iudicabunt, subtrahentes se ab Ecclesiastico gradu, & ea, quæ Episcopo non conueniunt exercentes. ex Hieronymo in epistolam ad Titum in *can. vereor, ne quomodo Regina Austri veniens à finibus terræ audire sapientiam Salomonis.* 22. 8. q. 1.

Salomon quendam modum exorcizandi inuenit, quo dœmones adiurati ex obsessis corporibus pellebantur. Huic officio mancipati, exorcistæ vocati sunt. de quibus Dominus in Euangelio: (Lucæ. XI.) *Si ego in Beelzebub ficio dæmonia, filij vestri* (videlicet exorcistæ) *in quo eiciunt?* Verba sunt Gratiani in *summa* §. *summi Pontifices. dist.* 21.

Salomon cum amore muliercularum Deos gentium coleret; tamen vniuersa plebs Israelitica ad eius iudicium confluebat. Vebis loquitur Gratian. in *can. sacerdos, & sapiens, & perfectus medicus* 7. *fine finali* §. *item in Euangelio sal infatuatum ad nihilum vtile esse dicitur.* 3. q. 7. Nec dissimiliter Gregorius in moralibus in *can. Salomon quippe immoderato vsu, atque assiduitate mulierum* 13. 32. q. 4. verba damus Gregorij: *Salomon quippe immoderato vsu, atque assiduitate mulierum, ad hoc vsque perductus est, vt templum idolis fabricaret.* Hieronymus quoque contra Iouinianum in *can, si enim (inquit) omnis, qui natus est ex Deo non peccat* 4. *col.* 6. *in fine de pœnitentia dist.* 2. & ipse dixit: *Salomon amabilis Domini, & cui bis Deus fuerat reuelatus, quia amator mulierum fuit, à Dei amore discessit.* Postmodum verò egisse pœnitentiam refert *Glossa in d. can, Salomon quippe* 12. 32. q. 4. verbo *idoli, in fine.* dicens: *Post vero egit pœnitentiam secundum quosdam.* Egisse illum pœnitentiam pluribus tuetur *Martinus del Rio in procemio ad Cantica canticorum.*

Saluatum quem credimus, licet non in numero sanctorum sit relatus, orare possumus secreto, velut sanctum, quamuis tamen non publicè. Doctrina est *Innocentij IV.* in *capit.* 1. *de reliquijs, & veneratione sanctorum num.* 2. *in fine.* Quem sequitur *Nauar. de oratione, & boris canonicis capit.* 19. *num.* 69. & communem dicit.

Samuel vir fuit sanctus, sanctèque vixit, & sanctè mortuus est. Falsum ergo fuit, quod suscitauerit illum Pythonissa, atque Sauli loquutus fuerit pessimo viro. (1. *Regum* 28.) fuit ergo diabolus, qui apparuit ei, & permisit se à Saule adorari. *Hoc enim nititur, vt adoretur quasi Deus.* Ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigiis* 14. § *prætetea quidam quærendum putant, quomodo scriptura narrat Pythonissam Samuelem prophetam suscitasse ad colloquium Saul impijssimi regis.* 26. q. 5. inferente: *Si enim illi verè Samuel apparuisset, non vtique vir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat Deum solum esse adorandum.*

Sancta, quæ sunt, à non sanctis tractari non possunt. ex Innocentio Papa ad Maximum, & Seuerum in *can. Maximianus filius noster agens in rebus huiusmodi* 6. *in fine dist.* 81. Rationem reddente: *Quia, qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt. atque alieni efficiuntur a ministerio, quod vtendo illicitè, polluerunt.* Quatenus scilicet ad se pertinet. secundum *Glossam* ibidem verbo *polluerunt.*

Sanctum præsumitur, quod à viro sancto factũ est. Argumento ducto ex Augustino in *can. iste Aarabs etiam vsque ad decrepitam senectutem* 1. 32. q. 4. ibique *Gloss.* verbo *sacramentum* infert: *Quia est a viro sancto factum, sanctum præsumitur.* Ex Vrbano Papa Hugoni Lugdonẽsi Archiepiscopo in *can. Lugdunensis parochiæ Clericos* 10. *fine finali* 9. q. 2. verba sunt Vrbani: *Legimus quippe Sanctum Epiphanium Episcopũ ex diœcesi Sancti Ioannis Chrysostomi quosdam Clericos ordinasse: quod sanctus vir omnino non fecisset, si ei detrimentum fore perpenderet.* ibique *Gloss.* verbo *quod sanctus vir.* Ex Pelagio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can. omnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.* 36. *in ipso principio* 7. q. 1, vbi *Gloss.* ex eodem argumento Pelagij, argumentum & ipsa infert: *Quod eò ipso videtur aliquid Bonum, & iustum, quod à bono factum est.* Ex Hieronymo in Danielem in *can. qui de mensa regis, & de vino potus eius nolunt comedere, ne polluantur.* 11. *dist.* 37. qui sequentibus argumentum ducit: *Vtique si ipsam sapientiam, & doctrinam Babiloniorum scirent esse peccatum: numquam acquiescerent discere, quod non licebat.* Eiusdemque argumenti Sanctus Prosper de vita contemplatiua in *can. expedit facultates Ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni* 13. *in fine* 12. q. 1. audi illum: *Isti ergo tàm sancti, tàm perfecti Pontifices, factis euidenter clamant, posse, & debere fieri quod fecerunt.*

Sancti omnia, quæ agunt in conspectu Dei agũt ex Hieronymo super Exodum in *can. & venit, inquit, Aaron, & omnes presbyteri de Israe* 45. *de pœnitent. dist.* 1. inferente: *Omnia ergo, quæ faciunt sancti, in conspectu Dei faciunt: peccatores autem à conspectu Dei fugiunt.* Et paulo post exemplo Cain, de quo *Genesis* 4. scriptum est (*Exiit, inquit, à facie Dei, & habitauit in terra Naim.*) subiungens: *Exit ergo à facie Dei, qui indignus est Dei conspectu. sancti autem manducant, & bibunt in conspectu Dei, & omnia, quæ agunt in conspectu eius agunt.* subnectens: *Isti etiam si malum faciunt, coram Deo faciunt, & in conspectu eius faciunt: sicut ille, qui dixit. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Quid ergo plus habet, qui malum coram Deo facimus? Illud profecto, quòd continuo pænitet, & dicit: Peccaui. Qui autem discedit à conspectu Dei; nescit conuerti, & peccatum pœnitendo purgare. Hoc ergo interest, malum coram Deo facere, & à Dei conspectu discessisse peccantem.* Namque

Sancti, qui consumare pium certamen gestiunt, & currere cursum salutis, sicubi forte, vt ho-

homines corruunt, naturę magis fragilitate, quam peccandi libidine, acriores ad currendum resurgunt, pudoris stimulo maiora reparantes certamina, vt non solum nullum attulisse existimetur lapsus impedimentum, sed etiam velocitatis incentiua cumulasse. Verbis ambrosiam tribuit Ambrosius in apologia David *in can. ille rex tantus, ac potens* 35. *post principium* §. *sancti, qui consummare plum certamen gestiunt. de pœnitentia dist.* 3.

Sancti veteris testamenti eiusdem fuere meriti, cuius nunc Christiani. Hieronymum damus in *can. si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat* 40. *col.* 6. *post medium* §. *Ceterum quis ignorat sub alia dispensatione Dei omnes retro sanctos. de pœnitentia dist.* 2. excipe dicentem: *Ceterum quis ignorat sub alia dispensatione Dei omnes retro sanctos eiusdem fuisse meriti, cuius nunc Christiani sunt? Quomodo ante Abraham placuit in coniugio, sic nunc virgines placent in perpetua castitate. Seruiuit ille legi, & tempori suo: seruiamus, & nos Euangelio, & tempori nostro, in quos fines seculorum deuenerunt.* Et prosequitur ad finem.

Sancti eritis, quia ego sanctus sum. dicit Dominus. & ita præcepit eis (Exodi 22.31) dicens *Viri sancti eritis mihi.* & (Leuitici 11.45.) *Sancti estote, quia ego sanctus sum.* (ibique num. 45.) *Sancti eritis, quia ego sanctus sum.* Et (Leuitici 19.2.) *Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester.* & (Leuitici 20.7. & 26) *Sanctificamini, & estote sancti; quia Ego sum Dominus Deus vester.* & (1 Petri 1.16.) *secundum eum, qui vocauit vos sanctum, & ipsi in omni conuersatione sancti sitis, quoniam scriptum est. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.* Deduximus supra verbo *sacerdotes sancti esse debent.*

Sanctum, qui dixerit hominem, qui sanctus non est, & Deieum iunxerit societati, Christum violat, cuius corporis omnes membra sumus. *Væ* enim est (Isaias 5. ait) *eis qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* Ex Hieronymo in *can. si quis hominem, qui sanctus non est, sanctum esse crediderit* 58. 11. *q.* 3. ibique *Gloss.* in casus figuratione. & Hieronymus in fine infert: *Dulce puto esse sanctimoniam, amarum, quod sanctimoniæ contrarium est.*

Sanctorum Doctorum dicta collegare, ac prosequi possumus in causis decidendis, si sacros Canones in illis non haberimus. decreuit Leo Papa Quarto Episcopis Brittanniæ scribens in *can. de libellis, & commentarijs aliorum* 1. *distinct.* 20. verbis dicens: *Nam si tale emerserit, vel contingerit insistatum negotium, quod minime possit per istos definiri; (Canones videlicet) tunc si illorum, quorum meminimus dicta Hieronymi, Augustini. Isidori, vel ceterorum similiter Sanctorum Doctorum similium reperta fuerint; magnanimiter sunt retinenda ac promulganda, vel ad Apostolicam Sedem referendum de talibus.*

Sanctitas non ex locorum, vel generis dignitate; sed morum nobilitate innotescere debet; nec Vrbium claritate, sed fidei puritate. ex Gregorio in *can. nos, qui præsumus* 3. *distinct.* 40. Namque

Sanctitas in ministris Christi ex sacramentis Dei est, quamuis ex eis aliquis malus sit. nam & *Saul non habebat innocentiam, & tamen habebat sanctitatem, non vitæ suæ, (nam hoc sine innocentia nemo potest) sed sacramenti Dei, quod & in malis hominibus sanctum est.* Ex Augustino côtra litteras Petiliani in *can. Dominus declarauit in vno cœtu hominum* 87. §. *quæro si non habebat Saul sacramenti sanctitatem* 1. *q.* 1. & notat Gratianus in *can. plerumque boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent.* 27. §. *Item in libro Regum legitur* 2. *q.* 7.

Sanctitas, quæ incorrupta esse debet, si corrûpatur, nullus locus securus esse poterit. ex Leone, & Anthemio Augustis in *l. si quemquam, vel in hac regia Vrbe* 29. *ad mediû C. de Episcopis, & clericis.* Dicentes de simonia verba facientes: *Quid denique cantum esse poterit, aut securû, si sanctitas in corrupta corrumpatur?*

Sanctificatio consecratur, vbi abominatio abolerur. Quia Dominus dixit: (Numerorum 3.) *(In ea die, qua interfecero omne primogenitum Aegypti, sanctificabo mihi omne primogenitum Israel.)* Quod non ad vnum diem afflictionis Aegypti refertur, sed ad omne tempus. *Quia cum interficitur impius, Christus infanditur.* ex Ambrosio lib. 2. de Cain, & Abel. in *can. nec is, qui inuitus aliquod fecerit homicidium, extra ministerium est.* 11. 15. *q.* 1.

Sanctificatio omnis constat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sancto chrismati est permista. Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ in *can. Ordinationes Episcoporum* 1. *in fine dist.* 75.

Sanctum nemo dubitet esse, quem apex dignitatis Apostolicę attollit. In quo, si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit aut qui eriguntur illustrat. Symmachus Papa loquitur in *can. non nos Beatum Petrum, sicut dicitis.* 1. *in fine distinct.* 40. notat *Gloss.* ibidem verbo *quis enim.* Quod sancti præsumuntur, donec contrarium constet.

Sancta, vel Sacrosancta dicebantur, quæcumque violari non licebat. sicuti etiam muri ciuitatis, & personæ in dignitatibus constitutæ. *S. Thomas* 3. *part. q.* 60. *art.* 1. *ad* 2. diximus infra verbo sacramentum dicitur, quasi sacrum factum.

Sanguis Christi, qui in terra seruatur. vt tradit *Syluester in aurea Rosa tractatu* 3. *q.* 34. in Euangelia totius anni, adorari hyperdulia, quia nô est vnitus hypostaticè. & D. *Thomas* 3. *part. q.* 54. *art.* 2. *ad* 3. ait: *sanguinem, qui in quibusdam Ecclesiis seruetur, non fluxisse, & Christo, sed ex quadam imagine at re vera adorandus est latria, vt imago & res quædam ad Christum pertinens.* sequitur *Henriquez in summa lib.* 8. *cap.* 32. §. 4. *in fine littera P.* Nam Christus ex mortuis resurgens totum sanguinem resumpsit. *S. Thomas ibidem.*

Sanguis Christi post consecrationem, si dubius sit in calicem venenum immissum, debet seruari in aliquo vase cum reliquiis. & sacerdos denuo vinum cum aqua consecrare, & sumere,

re, atque complere sacrificium. D. *Thomas 3. parte q.83. art.6. ad 3. in fine.* Et ita seruatum fuisse Napoli anno 1601. refert *Gennensis in praxi cap.60. de miraculis num.1. in fine. & num.2.*

Sanitas corporis ex moderata ciborum temperie conseruatur. Nam morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulę vomitu temderiantur: & quod turpiter ingesserunt, turpiùs egerunt. Hieronymus aduersus Iouinianum libro 2. in can. *ne tales accipiamus cibos, quos aut difficulter digerere 29. ad medium de consecrat. dist.5.* inferens in fine: *Vnde, & Galenus vir doctissimus Hyppocratis interpres, athletas, quorum vita, & ars sagina est, dicit in exortatione medicinę, nec viuere posse diu, nec sanos esse: animasque eorum, ita nimio sanguine, & adipibus, quasi luto inuolutas, nihil tenue, nihil cœleste, sed semper de carnibus, & ructu, & ventris ingluuie cogitare.*

Sanitatis causa multa toleranda, quanto magis, vt animam seruet? ex Augustino libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis 1. §. in his omnibus dolens, aut seculum derelinquat. de pœnitentia dist.5.* rationem inferens: *Cum gaudio enim debet facere immortalis futurus, quę faceret pro differenda morte moriturus.* vbi *Glossa* verbo *moriturus.* refert ex Ouidio:

*Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignes,*
*Arida nec sitiens ora lauabis aqua.*
*Vt valeas animo quicquam tolerare negabis?*
*At pretium pars hæc corpore maius habet.*

Sanitas corporalis, etiam podagrę humoribus profligatis, proscriptione ciborum conseruatur. ex Hieronymo contra Iouinianum in *can. legimus quosdam morbo articulari 30. de consecrat. dist.5.* Quia nimirum Epulæ, & corpus frangunt, & animam subsequens: *Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam.* dicens *Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.* refert *Glossa* ibidem verbo *irridet.*

Sapientia in prelato necessaria est, & ipsa quoque ad sobrietatem iuxta illud Pauli (ad Romanos 12.) *Non plus sapere, quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem.* Et Dominus in Euangelio (Marci 9.) *Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos.* Per sal quippe verbi sapientia designatur. *Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur.* Vt Gregorius in mocalibus in *can. sit autem rector discretus in silentio 1. vel 2. post medium dist.43.* oportet enim sapere ad moderatam, & non plus quam oportet ex dicto loco Pauli refertque Augustinus libro de pœnitentia in *can. adhuc instant perfidi, qui sapiunt, plusquam oporteat. 32. de pœnitentia dist.3.* vbi *Gloss.* verbo *oporteat.* infert: *Ille dicitur plus sapere, quàm oportet sapere, qui diuinum consilium vmnis alte perquirit.*

Sapere est de alieno labore victum quærere. Terentius dixit. retulitq; Gratianus in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. §. Sic quis militat stipendiis suis vmquã? 13 q.1.* Gratiano dicentem excipe: *Nos militamus: & vos stipendio nostra militia vobis quæritis. Nos gregem pascimus; & vos lac eius, & lanam accipere vobis vultis. Sapere est de alieno labore victum quærere, si sapere est velle, quod non possis.* vnde congruit eis:

Sapientes sunt ad malè faciendum, benè autem facere nesciunt. ex Origine in *can. & hoc diximus secundus simplicem intellectum. 9. in fine 16. q.7.* verba sunt Originis: *Ad quos rectè dicatur à Domino per Hieremiam prophetam: (Principes populi mei non cognouerunt.) filij enim sunt insipientes, & non intelligentes: Sapientes sunt ad malè faciendum, benè autem facere nesciunt.*

Sapientis est mutare consilium in melius: Et sani consilij mala facta reuocare, notati proinde de inconstantia non debet, magis autem sapiens æstimari. Augustinum excipe in *can. magnæ sapientiæ est, reuocare hominem, quod male locutus est. 22 q.4.* Nec dicitur fallax, si ad rei veritatem reuertitur. vt *Glossa* ibidem subnectit: *Reuocare inquam cessatione operis scilicet, vt cesset, & non adimpleat illud malum, quod dixerat se facturum, vel verbo, vel iuramento.* secundum Hugonem, quam refert *Glossella* Marginalis ibidem. Quamuis quis iurauerit se facturum. Ex Decretis Soteris Papæ in *can. si aliquid fortè incautius nos iurasse contigerit, quod obseruatum peiorem vergat in exitum 16. eadem 22. q.4.* inferendo: *Et magis instante necessitate, peierandum nobis, quàm pro facto iuramento in aliud crimen maius esse diuertendum.* Rationem habes ex Gregorio homilia 29. in Euangelia in *can. apud misericordem Iudicem 20. 32. q.1.* dicit namque *Apud misericordem namque Iudicem nec ille fallax habetur, qui ad veritatem reuertitur, etiam post quam mentitur. Quia omnipotens Deus dum libenter nostram pœnitentiam suscipit: ipse suo iudicio, hoc quod erranimus absconditt.* ex illo Innocentij Tertij Versellen Episcopo, et Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando 16. non longè post principium de accusationibus.* dicentis, ad monentisq; *Non pudeat vos errorem vestrum corrigere, qui positis estis, vt aliorum corrigatis errores.* ibiq; pleonè notat *Gloss.* verbo *corrigere.* & *Felinus. num.8.* Nam alias

Sapiens non est, qui nocet. vt dixit Lucius Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniç scribens in *can. sapiens non est, qui nocet 14. 6. q.1.* ibique *Glossa.* ex illo Ambrosij libro 3. officiorum in *can. Innocens credit omni verbo 23. 22. q.4.* de Iosue verba facientis, qui credidit Gabaonitis. dicendo: *Hoc est innocentem esse ignorare quod noceat.*

Sapiens erit in pœna, quicumque stultus est inculpa. ex Gregorio in Pastorali parte 1. in *can. qui, ea quę Dei sunt, sapiunt, à Domino sapiuntur. 10. in fine distinct. 38.* dicente: *Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.*

Sapientia in prudentia consistit. vnde in (prouerbiis. 20.29.) *(Dignitas senum Canities.)* Quia nimirũ Canities sapientiam designat. de qua scriptum est: *Canicies hominum prudentia est.* senes igitur propter sapientiam Presbyteri nuncupantur. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italię in *can. porrò Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros. id est seniores 6. fine finali distinct. 84.*

Sa-

Sapienti quidem & philosophico ore prolete sententie. Ironicè Gratianus dixit, & arguté in can. *Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus 1. col 3. in fine 3. arguitis nos* 13. q. 1. verba excipe Gratiani, cum lepore enim loquitur: *Arguitis nos, quod ea, quæ vobis debentur, subripere quærimus; quia nostra persequimur. Sapienti quidem, & philosophico ore prolata sententia: Suum persequi est ne alienum rapere? Vnde ad vos hæc sententia manauit, nisi quia tanto ardore nostra concupiscitis, vt vestra pueris vobis auferi, cùm nos nostra consequimur?*

Sapiens nouit bene conuiuere cum his, quibus cum viuit. ex Augustino libro 3. de doctrina Christiana in can. *quisquis rebus prætereuntibus rectius vtitur.* 1. *ad medium distinct.* 41. Rationem reddente: *fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur: insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat, & sanius quisque maluerit, more Domini, piscis vesci, quàm lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo more iumentorum*: in fine subiungendo: *Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex rerum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.* Quia nimirum exeodem Augustino in can. *quod dicit Dominus in Euangelio*: (Matthæi 11. & Lucę 7.) *iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis* 4. eadem *distinct.* 41. nisi sapientiæ intelligunt, *nec in abstinendo, nec in manducando esse Iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est.* ita Augustinus. nouit equidem sapiens sine peccato vti licitis.

Satisfactio pœnitentię est peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Augustinus libro de dogmatibus Ecclesiasticis in can. *satisfactio pænitentia est.* 1. *de panitent. distinct.* 3. & in eadem distinct. Gratianus in can. *quærat hic aliquis* 44. § *illud autem Gregorij. circa finem.* verba sunt Gratiani; *Si satisfactio illa fuit, veniam impetrauit: si autem veniam non impetrauit, satisfactio non fuit: si autem satisfactio non fuit, adhuc sibi pœna imponenda est.* subdens; *Non procedit argumentatio. Satisfactio namque est, dum ipsius causa peccati exciditur, & eius suggestionibus aditus non indulgetur, sed eius fructus non percipitur impeditus peccato, quod non deseritur: percipitur autem; cum eius pœnitentia fuerit subsecuta.* Ita Gratianus. & ipse etiam in can. *quamuis cautè, & salubriter prouisum est.* 22. § *hac auctoritate, & illud Ambrosij determinatur, eadem de pænitentia distinct.* 3. probans, quòd satisfactio in pœnitentia consistat. Deferens & illud Domini ad mulierem in adulterio deprehensam (Ioannis 8. 12.) *Vade, & iam amplius noli peccare.* Non enim amplius peccare, satisfactio est, & faciliue ibi Deum placebilem faciunt, qui vltrò propria agnoscunt crimina, eorumque se ex corde pœnitet. ex Prospero de vite contemplatiua in can. *facilius Deum sibi placabunt.* 32. *de pænitentia distinct.* 1. ibique Gratianus §. *hoc idem probatur.* perpendens illud Iœelis 2. *Conuersus fuerit, & ingemuerit, vita viuet, & non morietur.*

Satisfactio correspondens esse debet quantitati delicti. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in can. *fraternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi* 11. 12. q. 2. & ex Gregorio VII. in Synodo Romana in can. *falsas pœnitentias dicimus, quæ non secundum auctoritatem sanctorum Patrum pro qualitate criminum imponuntur* 6. *de pœnitentia distinct.* 5. Quia correspondens delicto satisfactio esse debet. vt notat *Glossa* ibidem verbo *auctoritatem*. Quia nimirum

Satisfactio publice fieri debet si delictum fuit publicum, & delictum tandiu prosequi etiam per publicam pœnitentiam donec, qui peccauit resipiscat, & Ecclesiæ Dei satisfaciat. ex Concilio Arausicano in can. *canonica instituta, & sanctorum patrum exempla sequentes* 107. 11. q. 3. Nec

Satisfecisse videtur, qui pluribus irretitus criminibus pro vno tantum satisfecerit, non pro aliis ex Gratiano in can. *fceleratior omnibus è Iuda, & infœlicior exstitisti* 39. §. *his auctoritatibus de pœnitentia distinct.* 3.

Satanes transfigurat sępe se in angelum lucis, vt decipiat. sicut Apostolus doctor Gentium (2 ad Corinthios 11. 14.) testatur dicens: *Et non mirum: ipse enim Satanas transfigurat se in Angelum lucis.* vnde propter hoc sortilegam, & magicam artem inuenit, vt decipiat. ex Anquirensi Concilio in can. *Episcopi, eorumque ministri modis omnibus elaborare studeant.* 13. §. *siquidem Satanas, qui transfigurat se in Angelum lucis.* 26. q. 5. hoc autem facit, *vt adoretur quasi Deus.* ex Augustino de Ciuitate Dei in can. *nec mirum de magorum prestigijs* 14. §. *præterea quidam quærendum putant, quomodo scriptura narret eadem* 26. q. 5. rationem reddente, atque dicente: *Porrò autem hoc est prestigium Satanæ, quo, vt plurimos fallat, etiam bonos in potestate se habere confingit. Quod Apostolus inter cetera ostendit, dicens: (Ipse Satanas transfigurat se in Angelum lucis.* parique modo Innocentius Tertius Priori, et Conuentui Dimolien si respondit in cap. *licet quibusdam monachis* 18. §. *si verò probabiliter dubitatur de regularibus, & transeuntibus ad religionem* verbis dicens: *Ne forte Angelus satanę in lucis Angelum se transformet.*

Setanæ malitiæ magnę sunt ed perdendes animas. hinc proinde curare quam maxime debemus: *vt non circumueniamur à satana. Non enim ignoramus cogitationes eius.* sicut Apostolus Paulus nos admonet. 2. *ad Corinthios* 2. 12. et vsurpauit Iulius Papa in can. *Sed si fortè aliqua intercessio fuerit* 21. *in fine distinct.* 85. verbis exhortans: *Nemo tamen cum extranea habitet fœmina, nisi proxima, aut soror fuerit. Et hoc cum magna solicitudine fiat. Non enim ignoramus malitias satanæ.* Magna igitur cum cautela eduersus malitias eius inuigilate nos oportebit.

Saul quamuis reprobus esset à Deo, quia tamen vnctus erat, eū Dauid reuerebatur. Gratianum excipe in can. *plerumque boni viri propterea*

pterea sufferunt aliorum peccata 27.5. *Item in libro Regum legitur* 1.q.7. prosequens, (ex 1. Regum 24.) *Quod cum Dauid fugeret à facie Saul, latuit in spelunca, in quam tum Saul di uertisset ad purgandum ventrem, Dauid præcidit oram clamydis eius quod se fecisse postea grauiter doluit & vehementer pœnituit. Saul à Domino erat reprobatus, & ex inuidia Dauid persequebatur, vt eum morti traderet Dauid erat vir humilis, & mitis, Sauli à Domino substitutus per Samuelē vnctus in regem: Sed tamen quia præcidit oram clamydis Sauli, grauiter fleuit, cum à saule sola admiratione Vnctionis superaretur. Vnde datur intelligi, quod subditi, quamuis religiosi sint, prælatos suos criminosos accusare non possunt. Nam per Saulem qui ventrem purgabat prælati intelliguntur, qui malitiam suam corde conceptam in opus producunt.* sic Gratianus.

Scandalum est dictum, vel factum minus rectum præbens alteri occasionem peccati ex Hieronymo super *Matthæum cap* 15. Sanctus *Thomas* 2.2.q.43 *art.* 1. ad illud Leonis Papæ ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem in *cap. licet non numquam accidant* 6. *in fine distinct.* 45. verbis dicentis: *Et quod prorsum est ad concordiam, tendit ad noxam* ibique *Archidiacons Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib* 12. *cap* 16. *q* 4 *Nauarrus de spoliis clericorum §* 19. *num.* 3. ad constituendam scandali circumstantiam non sufficit actionem ex se malam esse, & suapte natura occasionem ruendi præstantem, nisi et qualitas illorum, coram quibus ea fit, verisimile faciat viro prudenti, occasionem ruendi dedisse. ex *Nauar. in can.* 1. §. *animaduertat de pœnitentia distin.* 5. *à num* 4 *cum sequentibus. Henriquez lib* 5. *summa cap.* 6. § 3. vnde Dominus (*Matth.* 17.) tributum soluit: dicens: *Ne forte scandalizemus eos*. Quando autem aliis, cum e (*Matth.* 15.) dictum fuisset *Scis quia Pharisæi audito hoc verbo scandalizati sunt*, respondit: (*sinite illos; cæci sunt, & duces cæcorum.*) Paulus quoque ad Romanos 12.) *si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.* vbi Gregorius *in can inter verba laudantium* 55. *ad Item* 21. q.3. Palladio presbytero scribens, prosequitur: *Dicturus quippe:* (*Cum omnibus hominibus pacem habentes.*) *Quia hoc difficile esse prospexit, præmisit.* (*si fieri Potest*) *Quia si nos in mente charitatem erga odientes seruare cupimus, & si illi nobiscum pacem non habent; nos tamen eum illis sine dubio habemus.* Nam

Scandalum vt euitetur quandoque quidquam permittitur, ad effugiendam maiorem ruinę causam. ex Gregorio Ianuario Episcopo Caralitano *in can. peruenit quoque ad nos, quosdam scandalizatos fuisse* 1. *distinct.* 95. & ibidem ex Gelasio Papa Episcopis per Lucaniam in *can. presbyteros vltra suum modum tendere prohibemus* 2. ibique Gratianus. § *sed illud Gregorij pro scandalo sedando semel concessum legitur.*

Scandala vt euitentur, quandoque permittuntur quædam, quę permitti de Iure non deberent, sed tempori seruiendum est. Ex Innocentio Papa Episcopis in Tolstana Synodo constitutis *in can. aliquantos ex his* 1. *distinct.* 51. dicente summo Pontifice: *Quæ si singula discutienda mandemus non modicos motus, aut scandala Hispaniis ipsius prouinciis, in quibus medericupimus de illicito emendationis inducemus: id circo remittenda potius hæc putamus.* vbi *Glossa* verbo *remittenda* ad ostat argumentum: *ratione scandali aliquid tolerari* ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum *in can. denique sacerdotes & diaconi* 9 § *de ipsa vero die Dominica bestiarum quid dicendum sit. distinct.* 4. inferendo: *Vnde nec à tali consuetudine auerti possunt: & ideo cum venia suo ingenio relinquendi ne forte peiores existant si à tali consuetudine prohibeantur.* ibique notat *Gloss.* verbo *venia* in fine dicens; *Sustinenda enim sunt crimina ratione scandali, vel chrismatis.* Ex Augustino contra epistolam Parmeniani *in can. non potest esse salubris à multis correptio* 32. 23. q. 4. sicut etiam ratione multitudinis, ex ratione eiusdem Augustini ad Bonifacium *in can. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *distinct.* 50. in fine. dicentis: *Detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* Sicuti etiam ad pacem tuendam, ad euitanda scandala, quidquam permittitur. Suadet hoc Vrbanus II. *in can. congregato apud Claramontensem Vrbē multorum Episcoporū Synodulo conuentu.* 1. 16. q. 7. verbis edicens: *Nos autem vsi seniori consilio eorundem Episcoporum, condescendentes pro tempore, prouidentesque Ecclesiasticę paci, vel quia aliter absque inuitabilis scandali periculo huiusmodi quæstio non poterat procedere; Apostolica auctoritate decreuimus & hoc tamen tenore ne in posterum inconsultis Episcopis talia præsumantur.* videndus *S Thomas* 2.2 q.43 *art. vltimo*. Quod scandalum ne succedat animarum fidelium Ecclesia pati debet damnum quodcumque temporale. & *Caietanus ibidem.* & idem *S. Thomas* 2.2 q 97. *art* 4. *in respons. in fine* deferens illud (*Matthæi* 5.) *Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo alia duo; & qui abstulerit tibi tunicam præbe et. & pallium.*

Scandalum summopere vitandum est à prælatis, etiam in his quæ alias licitè accipere posset. Ex Concilio Cabilonensi Secundo *in can. cauendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragraut* 7 10. q 2. verbis illis: *Et si quando eis ad peragendum ministerium suum à fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent, aut grauent*, & Hieronymus *in can. nolite recedere à Domino in hodierno die* 22. §. *audi ergo scripturam dicentem.* 11. q.3. Exhortatur omnes dicens: *Vnde deprecor vos, qui fideles estis, vt ita vitam vestram, & conuersationem seruetis, ne in aliqua vel ipsi scandalum patiamini, vel aliis scandalum faciatis.*

Scandalizantes enim alios, rei ipsi sunt infidelitatis eorum, qui scandalizantur. ex Hieronymo in caput 3 Michæę *in can. hi, qui de vsfcelis suis ordinant clericos* 44. 1. q. 1. propterea ipse met Hieronymus *in can. nolite recedere à Domino in hodierno die.* 32. §. *audi ergo scripturam dicentem* 11. q. 3. exhortatur nos verbis edicens, & deprecans: *Vnde deprecor vos, qui fideles*

fideles estis. vt vitam vestram & conuersationem structis, ne in aliquo, vel ipsi scandalum patiamini, vel alijs scandalum faciatis: sed sit vobis summi studij, summęque cautelę; ne quis in hanc sanctam Congregationem vestram pollutus intreat, ne quis Hiebusęus habitet vobiscum. & paulo post: Hiabusęus autem interpretatur conculcatio.

Scandalisant alios, qui recta non docent. Ex Anacleto Papa in can. ille proculdubio scandalizatur in Deum, qui rectè nō docet 10. distinct. 93.

Scandali materies omnis per Spiritum charitatis, & pacis pręcidenda. Hanc ob causam si quæ sunt reprehendenda etiam in sacerdotibus, plus erga corrigendos agat benignitas, quàm seueritas, plus cohortatio, quàm commotio, plus charitas, quàm potestas. Cùm nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat. suadet Gregorius IV. ad Episcopos per Galliam, & Germaniam constitutos in can. licet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda. 4. distinct. 45.

Scandalum qui dant aliis, etiam Ecclesiastici: præscindendi sunt. iuxta illud Euangelii, Si manus tua, vel pes tuus scandaliza te, pręscinde eum & proiice abs te. (Matthæi 5.) ex Leone Papa ad Anatolium in can. illud planè plurimū mihi displicere significo 36. 24. q. 3. audi Leonem: Oportet enim nos Euangelici meminisse mandati: quo ab ipsa veritate pręcipitur; vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus; à compage corporis auferatur: quia melius sit his in Ecclesia carere membris, quam cum ipsis in ęterna ire supplicia. in fine inferendo: Abucienda prorsus pestifera hęc à sacerdotali vigore patientia est, quæ sibi met, peccatis aliorum parcendo, non parcit. eodemque modo Augustinus de fide, & operibus in can. vxor legitima societate connubii 4 in fine 28. q. 1. concludens: & membrum, quod eum scandalizat, fortiter amputabit. nemo vendo scilicet à se. vt Glossa ibidem verbo amputabit. concludit.

Scandalum est populo Dei prælatos super se positos habere, quos vltra modum vitiosos esse constat. Quia inde retrahuntur homines à sacrificio Dei, & eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. ex Rabano Archiepiscopo ad Heribaldum in can. de his verò vi sum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes. 34. distinct. 50.

Scandalum ne alijs præstemus, abstinendum à quibusdam erit, quamuis licitis. ex Apostolo (1. ad Corinthios 8. 13. dicente: Quæ propter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in ęternum, ne fratrem meum scandalizem. deducitque Gratianus in summa 23. q. 3. §. item sicut legitur in Isaia circa finem.

Scientia vera in eo est, vt Christum sciamus. vnde correptus fuit Hieronymus ab Angelo, quod libros legeret Ciceronis ex Rabano de pressuris Ecclesiasticis in can. legimus de beato Hieronymo 7. ibique Gratianus §. hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur. distinct. 37. & infert in fine ex Ambrosio: Omnis ratio scientię supernę, & terrenę creaturę in eo est, qui est caput earum, & auctor: vt qui est caput earum, & auctor: vt qui hunc norit, nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia; quicquid alibi quæritur, hic perfectè inuenitur. inferens in fine: Qui verò Christum nouit, thesaurum sapientiæ, & scientię inuenit; quia id nouit, quod vtile est. De astrologia etiam verba faciens: Quæ ideo despecta sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem; & dum his student, curam animæ non habent.

Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apostolos nō ignorare. verba sunt Hieronymi in Epistolā ad Titum ad caput primum in can. si quis artem grammaticam nouerit. 10. in fine dist. 37.

Scientia Ecclesiasticis summè necessaria est: quia ipsi docere alios debent. Vnde valde periculosæ sunt minæ, quibus dicitur: (Matthæi 15.) Si cęcus cęco ducatum præstat; ambo in foueam cadunt. Ex dictis Augustini in can. quę ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad dicendum. 5. distinct. 38. ibique Clemens Papa epistola 3. in can. nullus Episcopus propter opprobrium senectutis 16. siue finali. hic infert rationem: Qui enim rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat; magis diaboli, quàm Christi membrum esse ostenditur; et potiùs infidelis, quàm fidelis esse monstratur. nam

Scientia mundus illuminatur. Vnde per Malachiam 2. dicitur Labia sacerdotum custodiant scientiam & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituum est. Hinc est quod litteris carens sacris, non potest esse aptus officiis. vt Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam scripsit in can. illiteratos, aut aliqua parte corporis vitiatos. 1. & prosequitur Zozimus Papa ad Isichium Episcopum Salonitanum in can. qui Ecclesiasticis disciplinis 2. ibique pluribus Gratianus in §. Ecce, quod sacrarum litterarum oportet Episcopum habere peritiam. distinct. 36. Abbas cons. 63. nu. 5. part. 2. contemptor ergo scientiæ membrum est diaboli. ex eodem Clemente Papa d. can. nullus Episcopus. finali d. dist. 38. sequiturque Philippus Francus in cap. 2. nu. 4. ne clerici, vel monachi in 6. namaliòqui

Scientia mundus ipse fulget, & qui docti sunt in Dei Ecclesia velut splendor fulgens firmamenti. vt Honorius Tertius dixit in cap. super specula 5. §. statuentes. de magistris, & ne aliquid exigatur pro licentia docendi extrā. verbis enuncians: Qui enim docti fuerint, in Dei Ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti. Perpendit etiam Federicus Imperator in authentica habita super hoc diligenti inquisitione. in ipso principio C. ne filius pro patre, vel pater pro filio emancipato, vel libertus pro patrono, vel seruus pro domino conueniatur. Quem allegat Glossella Marginalis ad dictum textum super specula. ad verbum velut splendor fulgeat. Verba sunt Federici Augusti: Dignum namque existimamus, vt eum omnes bona facientes nostram laudē, & protectionem, omnimodo mereantur; quorum scientia totus illuminatur mundus, & ad obediendum Deo. & nobis eius ministris, vita subiectorum informatur, quadam speciali dilectione eos ab omni iniuria defendamus. &c.

Scientia alia Eminens, alia mediocris. alia idonea.

nec pertractat. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. libro 6 capite 6. q. 5.* vide *Menochium de arbitrariis Iudicium casu 425.*

Scientia tamen competens satis est in prælato, vt sciat quæ necessaria sunt ad suum officium peragendum. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Calaritano in *cap. nisi cum pridem 10. col. 3. §. pro defectu quoque scientiæ plerumque potest quis petere cessionem, ac renunciatione.* ibique *Gloss.* verbo *plerumque* & *Gloss.* in *cap. constituit in præsentia nostra 46. extra de electione.* post principium verbo *Magis utilem in fine.* dicens: *sufficit tamen si est idoneus: quia conueniens scientia toleratur in prælato. & sufficit quod non sit malus.* Ex Romana Synodo II. & Leonis Quarta in *can. monasterium, vel oratorium canonicè constructum 33. in fine 16. q. 7.* verba damus: *liceatque illi* (patrono videlicet) *presbytero, cui voluerit, pro sacro officio illius diœcesis cum consensu Episcopi, ne malus existat, commendare.* vbi *Gloss.* verbo *ne malus.* Argumentum infert: *Quod sufficit aliquem non malum esse.* & notat *Abbas d. cap constituit in præsentia nostra 46. nu. 3. & nu. 11.*

Scientia non præsumitur nisi probetur, probatur autem per examen. ex Gregorio X. in Concilio Lugdunen in *cap. si forte inter cætera, quæ obiciuntur electo 11. de electione, & electi potestate in 6.* rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *scientia.* Quia litteratura est quædam extrinseca qualitas, quæ non præsumitur nisi probetur vnde dixit ille: *Loquere vt te cognoscam.* probatur verò, & tutè, per examen. ex Eleutherio Papa ad Galliæ Provincias in *can. iudicantem oportet cuncta rimari. 11. sine synodali 30. q. 5.* quatenus probatur per interrogationem occulta patescere. An autem quis sciat, interrogatione per examen patebit. nam scientiam probare debet se fundans in illa: *Rota apud Cardin. Cavalerium decis. 94. num. 4.*

Scientiam qui habent rerum, & docti & eruditi sunt, vt possint alios docere, non debent suæ assignare prudentiæ, ingenioque, quod possident: sed gratias agent primum Deo, qui cuncta largitur: deinde sacerdotibus eius, & magistris à quibus docti fuere. ex Hieronymo in Malacchiam in *can. revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus Exercituum 65. §. finali. si quis doctus, & eruditus legem Dei. 16. q. 1.* verbis etiam inferentia rationem: *Si enim non egerit gratias; sed sibi scientiam vendicauerit, in penuria maledicetur. Quod si intelligens largitorem Deum, & agens his gratias, per quos à Deo eruditus est, humiliauerit se, & in horreum Dei intulerit cibos; hoc est, scripturæ sanctæ alimenta in Ecclesia populis ministrauerit; statim aperientur super eum cataractæ cœli, & effundetur pluuia spiritualis: et mandabit Deus nubibus suis, vt pluant super eum imbrem: & abundantia rerum omnium perfruetur.* Ita Hieronymus. audiamus eum.

Scientiæ veritatem de fonte magis, quam de riuulis quærere debemus. ex Hieronymo in *can. vt veterum quartū, & veterum quintū, & veterū septimi, & veterum decimi. 7. post principium dist. 76.* dicente: *Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatem de fonte magis, quam de riuulis quærere.* vbi *Gloss.* verbo *de fonte.* infert: *Collige, in dubiis ad rei originem recurrendum; & plus magistro, quam discipulis credendum.*

Scientia non est de particularibus, sed de vniuersalibus: quia indiuidua sunt infinita, vnde illa nullis artis præceptis comprehendi possunt. præter Aristotelem, & philosophos. dixit Ioannes 22. in *extrauaganti quorumdam exigit caræ scrupulositatis ambiguum 1. §. quo circa nos sententiis rationibus prædictis auditis de verborum significatione col. 5.* verb. sunt Ioannis: *Non enim particularium omnium certa potest dari scientia, neque eorum (cum infinita sint) contingit fieri disciplinam. non ars non regula circunstantias singulas, accidentiaque cuncta complectitur.* vbi *Gloss.* verbo *scientia.* deducitur ex Iuliano libro 15. Digestorum in *l. non possunt omnes articuli singulatim 12. ff. de legibus & senatus consultis: Pegna in 3. parte directorii commentario 24. col. 2. vers. verùm nos, vt bene his fol. mihi 439.*

Scientia, & habilitas scientiæ de præsenti præsumptionem non facit de præterito. Quia scientia est habitus acquisitus, non innatus. decreuit *Rota part. 2. in recentioribus decis. 505. num. 4.* Ex Caio lib. 1. fideicommissorum in *l. si heres liber esto 12. ff. de legatis 3.* deducit *Menochius de præsumptionibus lib. 1. præsumpt. 24. à num. 5 cum sequentibus. Card. Seraphinus decisi 968. num. 7.*

Scire tunc quis aliquid videtur, si ei rei, de qua agitur, testis fuit, aut vidit, aut conscius fuit, id est aliquo modo cognouit, aut oculis suis conspexit, aut ipse, qui agit, illi indicauit. Ita enim potest esse conscius. Augustinus in quæstionibus Leuitici in *can. hoc videtur dicere peccare hominem quo audiente iurat aliquis falsum 8. 22 q. 5.* vbi *Glossa* verbo *fuit.* infert: quod scire videtur, qui talem habet rei notitiam, quod talis rei possit esse testis.

Scientia liberalium artium, & studia litterarum, atque etiam poëtarum, proficiunt ad sacram scripturam intelligendam. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, & litteras Aegyptiorum eruditi potuissent. & ipse magister Gentium versus aliquos poëtarum suis et scriptis, et dictis indidit, ex Beda in *can. turbat acumen legentium. & deficere cogit 8.* ibique Gratianus §. *cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur.* & canonibus sequentibus *distinct. 37.* vnde ex Synodo Eugenii Papæ secundi in *can. de quibusdam locis ad nos refertur: 12. eadem distinct. 37.* præcipiens, *vt omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri, & doctores constituantur, qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assiduè doceant. Quia in his maximè diuina manifestantur, atque declarantur mandata.* Rationem reddit Hieronymus ibidem in *can. qui de mensa regis, & de vino potus eius noluit bibere, ne pollueretur. 11.* de Daniele, & sociis verba faciens, dicensque: *Discunt autem, non, vt sequantur, sed vt iudicent, atque conuincant: Quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & aduersus philosophos disputaret, si ignoret dogmata philosophorum.*

Scien-

Scientias autem philosophorum, & poëtarum, qui id circo quærunt, vt in illis permaneant, in vanitatem sensus, & in obscuritate mentis versantur. ex Hieronymo in *can. non ne vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi.* 3. *dist.* 37. Vino enim inebriari videntur. ex eodem *can. vino inebriantur, quando scripturas sanctas malè intelligunt* 4. *eadem distinct.* 37. in fine inferens: *Quicumque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.*

Scintilla vna, nisi statim opprimatur, magnum parat incendium. ex Hieronymo in epistolam ad Galatas in *can. resecandæ sunt putridæ carnes.* 16. *in fine* 24. q. 3. verba damus: *Arius in Alexādria vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum Orbem eius flamma populata est.*

Schisma, græcum nomen est, & scissuram sonat. in veritate autem scissura esse non potest. Non ergo vnitati communicant, qui schismaticis communicāt. ita Pelagius Papa in *can. schisma siquidem ipsum, quod græcum nomen est, scissuram sonat* 34. 24. q. 1. hinc sane est, quod vestis Domini, quæ vnitatem significat, indiuisa permansit. vt *Glossa* ibidem verbo *scissura esse non potest.* Adnotat. ex Paschali Papa Secundo in *can. sicut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo sortiti sunt.* 19. 16. q. 7. ita Ecclesia Dei tota in vnitate est, & scindi non debet. ex *Gloss.* ibidem.

Schismaticus est quisquis ab Apostolica diuisus est fede. Quia contra vniuersalem Ecclesiam se dirigit. ex Pelagio Papa in *can. non vos hominum vani loquia retardent* 42. *paulò post principium* 23. q. 5. Schisma est enim non habere caput sanctam Romanam Ecclesiam. ex *Glossa* ibidem verbo *in schismate.* ex Hieronymo ad Damasum in expositione Symboli in *can. hæc est fides, Papa beatissime, quam in Ecclesia catholica didicimus* 14. 24. q. 1.

Schismatici Corpus Christi Dei nostri, sanctam videlicet Ecclesiam lacerant, & in ea scissuras faciunt. Ideo persequendi, sed & exiliis, ac rerum proscriptione, atque dura custodia coercendi. ex Pelagio Papa Narsæ Patricio, & Duci in Italia in *can. de Liguribus, atq; Venetiis, & Histrijs Episcopis* 43. 23. q. 5. eodemque modo Ambrosius in oratione funebri de obitu fratris in *can. aduocauit ad se Cyprianus Episcopum Satyrum* 23. 24. q. 1. verbis rationem reddens: *Etenim cùm propter Ecclesiam Christus passus sit, & Corpus Christi Ecclesia sit, non videtur ab his exhiberi Christo fides, à quibus euacuatur passio eius, corpusque distrahitur.* schismattici vero charitatem non habent. Vbi charitas non est, non potest esse iustitia. Dilectio enim proximi malum non operatur: quam si haberent, non dilaniarent Corpus Christi, quod est Ecclesia. Augustinus fatur in *can. vbi sana fides non est, non potest esse iustitia: quia iustus ex fide viuit* 29. 24. q. 1.

Schismatici namque sunt, qui indiscissam Domini tunicam, & desuper contextam per frustra discerpunt; & Christi vineam vulpas exterminant. ex Hieronymo ad Damasum in *can. quoniam vetusto oriens inter se populorum furore collisus* 25. 24. q. 1. inferente circa finem: *Quicumque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in arca Noe non fuerit, peribit regnante diluuio:* & paulo post: *Quicumque tecum non colligit, spargit: hoc est qui Christi non est, Antichristi est.* Quia quicumque à nde catholica discrepat, ei contrarius est. *Glossa* ibidem verbo *Antichristi.* subnectit.

Schisma, & hæresis inter se differunt. Hieronymum damus in *can. inter hæresim, & schisma* 26. 24. q. 3. dicentem: *Inter hæresim, & schisma hoc interesse arbitrantur; quòd hæresis peruersum dogma habeat, schisma propter Episcopalem dissensionem ab Ecclesia pariter separat. Cæterum nullum schisma, non aliquam sibi confingit hæresim, vt rectè ab Ecclesia recessisse videatur.* Glossa verò ibidem verbo *& schisma* sic verba profert: *Vel aliter dicas: quod omnis hæreticus sit schismaticus: sed non conuertitur. & sic est illa differentia, quæ est inter speciem, & genus.* vide Sanctum *Thomam* 2. 2. q. 39. *art.* 1. *ad* 2.

Schismatici gentilibus æquantur. ex S. Cypriano Martyre ad Magnum in *can. denique quàm sit inseparabile vnitatis sacramentum.* 9. *in fine principii* 7. q. 1. audi dicentem: *Addendo autem, & Ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adæquari.* ibique *Glossa* verbo *adæquari.* Affert Augustinum in *can non afferamus stateras dolosas* 21. 24. q. sequentibus dicentem: *Idololatria gladio punita est: & exustio libri bellica cæde, & peregrina captiuitate: schisma hiatu terræ sepultis auctoribus viuis, & cæteris cælesti igne consumptis. Quis iam dubitauerit, hoc esse sceleratius commissum, quod est grauius vindicatum?* vbi *Gloss.* verbo *sceleratius.* Rationem refect dicens: *Sed dic, quòd omne schisma habet hæresim annexam: maxime ex quo perseuerat.* Sunt ergo in statu perditionis, vt nec vinculis peccatorum absolui valeant, nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi. vt Beda venerabilis verba dat in *canon. quicumque ab vnitate fidei, vel societatis Petri Apostoli quomodolibet se segregant* 27. 24. q. 1. subsequens: *tales nec vinculis peccatorum absolui, nec ianuam possunt regni cœlestis ingredi* Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *ingredi.* Satis adæquatam. *Cùm iste claues habeat.* à quo videlicet se alienauere per schisma; per quod extra Corpus sūt Christi, & extra Ecclesiam. Quam scindere tentarunt, cùm illa, quæ Catholica est, vna sit, nec scissa, neque diuisa. ex Cypriano ad Florentium Puppianum in *can. scire debes Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiam in Episcopo* 7. 7. *quæst.* 1.

Schismatici cum Ecclesiæ vnitatem non habeant, nec Ecclesiasticam habent ordinationem, vnde officii executionem nec habeant ex Cypriano Martyre ad Antonianum in *can. factus est Conelius de Dei, & Christi eius iudicio* 5. 7. q. 1. in fine inferente: *Et cùm post primum secundus esse non possit, quisquis post vnum qui solus esse debeat, factus est, non iam secundus ille, sed nullus est.* vbi *Glass.* verbo *nullus.* Argumentum infert, quod *nullus est, qui malus est.* & in *can. sequenti. Nouatianus Episcopus* 6. eodem ipse

ipse Cyprianus in fine sic deducit consequẽtiam: *Qui ergo nec vnitatem spiritus, nec coniunctionem pacis absernat, & se ab Ecclesia vinculo, atque à sacerdotum collegio separat; Episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem: qui Episcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.* Idemque Cyprianus Magno scribens in *can. didicimus omnes omnino hereticos, & schismaticos nihil habere potestatis, ac iuris* 31.24.q.1.in §. *inuenimus in tali facinore*. Sequentibus prosequitur de Chore, & Datham, & Abiron verba faciens: *Quo exemplo astenditur, & probatur obnoxios omnes, & culpæ, & pœnę futuros, qui se schismaticis contra prępositos, & sacerdotes irreligiosa temeritate miscuerint.* Et in fine quoque prosequitur. Schismaticos, & hæreticos spiritum sanctum non habere. quia foris sunt dicentem audi: *Si autem foris cuncti hæretici, & schismatici non habent Spiritum sanctum, & ideo apud nos, eis manus imponitur, vt hic accipiatur, quod illic nec esse, nec dari potest; manifestum est, nec remissionem peccatorum dari per eos posse, quos constet Spiritum sanctum non habere.*

Schismatici cum in Ecclesia non sint, corpus Christi consecrare non possunt. ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam rapina in dimissione est non consecratus, sed execratus Episcopus* 33. 24. q. 1. vbi in fine ex Augustino præclarissimo doctore, quem ipse appellat, infert: *Quod si nullo modo dici potest Ecclesia, in qua schisma est; restat, vt quoniam Ecclesia nulla esse non potest, ea sit quam in Sedis Apostolica per successiones Episcoporum radice constitutam nullorum hominum malitia (etiam si nota excludi non possit, sed pro temporis ratione toleranda iudicetur) vllo modo valeat extinguere.* Idemque Pelagius in *can.* sequenti *schisma siquidem ipsum, quod græcum nomen est* 34.*eadem* 24.q.1. in fine sequentibus ostendit: *Non est Christi corpus, quod schismaticus conficit, si veritate duce dirigimur. Nec enim diuisum esse Christum poterit quisquam sine Apostoli reprobatione confingere. Vnam, vt sępè dictum est, quæ Christi corpus est, constat esse Ecclesiam: quę in duo, vel in plura diuidi non potest. Simul enim cum ab ea quisque recesserit, esse desistit Ecclesia.*

Schismatici proinde damnandi sunt, atque excommunicandi ex eodem Pelagio Papa Narsæ Patricio, & Duce Italię in *can. de Liguribus, atque Veneticis, & Hystriis Episcopis* 43. *ad medium* 23.q.5. atque per Principes seculares etiam coerceri. ex eodem Pelagio ibidem *can. non vos hominum vaniloquia retardent* 42. atque cogendi, vt ad vnitatem Ecclesiæ reuertantur. ex Augustino ad Bonifacium in *can. ipsa pietas, veritas, charitas* 24. *in fine* 23.q.4. dicente illo: *Et veniant ad Ecclesiam Christi veram, id est matrem Catholicam.* subdens: *Et quos in vijs, & in sepibus inuenimus, intrare cogimus: & sic, non dum quibusdam persuademus, quia non res eorum, sed ipsos quęrimus.*

Schismatici sacerdotes anathemate feriuntur, & locum amittunt. ex Concilio Carthaginensi Secondo in *can. si quis presbyter ab Episcopo sua correptus* 5. 11.q.3. Decreuitque Pelagius Papa in *can. non vos hominum vaniloquia retardent* 42. *ad medium* 23.q.5. ex Synodo Chalcedonensi. dicens: *Qui à communione se ipsum suspendit, & collectam facit &c. hunc omnino damnari, nec vmquam vel orationem mereri, nec recipere eum posse honorem. Si enim permanserit turbas faciens, & seditiones Ecclesię; per Exteram potestatem tamquam seditiosum comprimi.* atque pœnis etiam corporalibus puniuntur ex dicto Pelagio Papa d. *can. de Liguribus, atq; Veneticis, & Histrijs Episcopis* 43. 23. q. 5. & ex Cypriano Martyre ad Magnum in *can. denique quam sit inseparabile Vnitatis sacramentum* 9. §. *quod vero eundem, quem & nos Deum pacem &c.* 7. q.1. Ex Nā, & Chore, & Dathan, & Abiron. id probans. *Nam illi diuinitus percussi pœnas statim pro illicitis conatibus rependerunt.*

Schismaticorum pœna eorum fautores sunt feriendi. sicuti qui cum Chore, & Dathan, & Abiron complices fuere, & fautores eorum. ex Cypriano ad Magnum in *can. didicimus omnes omnino hereticos, & schismaticos nihil habere potestatis, & iuris* 31. § *quod vero eundem, quem & nos* 24.q.1.

Scriptura sancta Canonica est, quę tam veteris, quàm noui testamenti certis suis terminis continetur. Debet proinde omnibus aliis etiam Episcoporum litteris prępone, vt de illa omnino dubitari, aut disceptari non possit, vel vtrum rectum sit, quidquid in ea scriptum esse constiterit. ex Augustino de baptismo contra Donatistas in *can. quis nesciat sanctam scripturam canonicam* 8 *distinct.* 9. Non vtique licet disceptari, vt in dubium reuocentur, quæ ibi statuta sunt. Sed disputari licet de eis ad maiorem intelligentiam. non reprobando. secundum *Glossam* ibidem verbo *disceptari*. ex Augustino in prologo libri tertij de Trinitate in *can. noli meis litteris, quasi canonicis scripturis inseruire* 3. *eadem distinctione* 9 prosequens: *in illis*, (Canonicis videlicet scripturis) *Et quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede.* Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *canonicis*. inferens: *Quod de canonicis scripturis non possumus disputare, an iustę sint, vel non.* Quippe Nefas est dicere, quod scriptura mentiatur. *Glossa* in *can. ego solis* 5. *eadem distinct.* 9. verbo *errasse*.

Scriptura equidem sacra firmamentum est, cui inhærentes non obscurantur mundana iniquitate. ex Zepherino Papa ad Episcopos Siciliæ in *can. sicut Stellas cæli non extinguit nox* 8. *distinct.* 38. subsequente; *Sic mentes fidelium, firmamento inhęrentes sanctę scripturę, non obscurat mundana iniquitas.* vnde iurè Hieronymus ad Rusticum monachum de viuendi forma in *can. numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber* 33. *post principium de consecratione distinct.* 5. dixit: *Ama scientiam scripturarum: & carnis vitia non amabis.*

Scripturę sanctę propter Deum sunt, non Deus propter scripturas. Ioannes Chrisostomus in *can. si aliqua causa fuerit modicum videtur facere, qui iurat per Deum* 11. *in fine* 22. q.1.

Scriptura sacra non secundum propriam intelligentiam exaudienda est, sed secundum diui-

uinam intelligentiam. ex Clemente I. epistola 5. ad suos discipulos in can. relatum est nobis, quod quidam in vestris partibus 14. distinct. 37. iuuant verò studia liberalium artium, quę quis in pueritia didicit, vt ibidem. Inde ex Hieronymo ad Eustochium in prœmio commentariorum in Esaiam io can. si iuxta Apostolum, Christus Dei virtus est Dei sapientia 9. dist. 38. argumentum infertur: Qui nescit scripturas, nescis Dei virtutem, eiusque sapientiam. Ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est. vbi Glossa verbo sapientiam. Sic argumentatur: Christus est scientia ergo qui ignorat scientiam, ignorat Christum. & intellige de tali ignorantia, qua contemnit discere. Hinc est, quod Ecclesia fons signatus appellatur & puteus aquæ viuæ, deducitque Augustinus in can. omnibus consideratis, puto me non temere dicere 20. 24. q. 1. vbi Glossa verbo fons signatur. Rationem reddit; Quia spiritualis sensus indignis absconditur, & secretiora fidei. Ideo etiam dicit signatus; quia hæreticus inde non bibit. Nam est proprius fons, cui non communicat alienus. Et verbo Puteus subsequitur: Puteus dicitur, propter occulta mysteria, quæ solis sanctis per reuelationem Spiritus sancti aperta sunt.

Scripturarum enim sacrarum sensum sola sancta Mater Ecclesia Catholica habet. Apostolis enim Dominus noster Iesus Christus (Lucę 24.) aperuit sensum, vt intelligerent scripturas. Non propter illos tantum, sed multo etiam magis propter Ecclesiam suam. Ecclesia enim firmamentum est veritatis. Veritas autem verè, & propriè in scripturę sacræ intelligentia est. ex Septima Synodo in can. omnes psallentes repromittimus Deo 6. & ex Zepherino Papa ad Episcopos Sicilię in can. sicut stellas cœli non extinguit nox 8. & ex Hieronymo in can. si iuxta Apostolum Paulum 9. cum aliis sequentibus. distinct. 38. Regula in Directorio Inquisitorum part. 2. q. commentario 27. colum. 2. in prima regula fol. mihi 234.

Scripturæ equidem sensus, vel historicus est, vel allegoricus moralis videlicet, siue tropologicus, vel anagogicus. ex Hieronymo in can. vino inebriantur 4. §. secundum tropologiam dist. 37. vbi meminit sensus tropologici, siue moralis. ibique Glossa verbo secundum tropologiam. Id est sensum moralem. & can. ieiunium quarti, ieiunium quinti, & ieiunium septimi 7. circa finem. dist. 76. meminit. iuxta anagogię, id est sensum superiorem, & spiritualem secundum Glossam ibidem verbo anagogiam. dicentem. Sine hæc vox Hierusalem historicè significat Ciuitatem illam terrestrem. allegoricè Ecclesiam. moraliter animam fidelem. anagogice cœlestem Hierusalem. Moralis intellectus attendit, quæ iuxta nos sunt. allegoricus quæ intra nos. anagogicus, quæ supra nos. Vnde Isidorus libro 8. Etymologiarum cap. 5. in can quidem autem hęretici, qui de Ecclesia recesserunt. 39. 24. q. 3. referens omnes hæreticos nominatim. in fine sequentibus ad rem concludit: Sed quicumque aliter Scripturam sanctam intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, à quo conscripta est; licet de Ecclesia non recesserit; tamen hęreticus appellari potest. Iisdemque verbis locutus fuit Hieronymus in Epistolam ad Galatas cap. 5. 10 can. Hæresis græcè ab electione dicitur 27. eadem 24. q. 3. verbis edicens: Quicumque igitur aliter scripturam intelligit, quàm sensus Spiritus sancti flagitat, quo scripta est; licet de Ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest, & de carnis operibus est, eligens, quę peiora sunt.

Scriptura intelligenda est ex Causa, ex persona, ex loco, ex tempore, hęc enim omnia consideranda sunt. quorum modi, quia medullitus non indagantur, in erroris labyrinthum non nulli intricando impinguntur, cùm ante iudicant, quàm intelligant; ante inculpant, quam iterando lecta perquirant. ex Isidoro in can sciendum est 1. distinctione 29. nam vt ibidem traditur ex Gregorio can. 2. Regulę sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate traditæ sunt. Nec diuersimode Hieronymus in proemio epistolę ad Ephesios in can. necesse est, vt iuxta diuersitatem locorum, & temporum, & hominum, quibus scriptę sunt: diuersas & causas, & argumenta, & origines habeant 3. siue finali dist. eadem 29. ne (vt in fine habet) ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos velis curare. proinde

Scriptura vt concordet distinguenda sunt tempora. ex Augustino sermone 16. de verbis Domini in can. si peccauerit, inquit, in te frater tuus corripe eum inter te, & ipsum solum. 19. post principium. §. ergo ipsa corripienda sunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. 2. q. 1. dicente: Distribue tempora, & concordat scriptura. subsequitur Glossa ibidem verbo scriptura. exponens: Euangelium cum Apostolo dicente: Peccantem coram omnibus argue. vnde

Scripturarum diuinarum locutio secundum cuiusque linguę proprietatem accipienda est. ex Augustino de vera religione in can. locutio diuinarum scripturarum 14. distinct. 38. Nec restringenda sub regulis Donati. vt Gregorius ad Leandrum Episcopum Hispalensem in præfatione ad moralia in fine. tradit in can. indignum vehementer existimo, vt verba cœlestis oraculi restringam sub regulis Donati 13. eadem dist. 38.

Scripturas veteris, & noui testamenti sancta Romana Ecclesia primo recipit, postmodū quatuor Concilia Nicęnum, Constantinopolitanum, Ephesinum, & Chalcedonense. Ita quoque decretales epistolas à Sanctis Romanis Pontificibus descriptas. ex Gelasio Papa in Concilio habito Romæ Septuaginta Episcoporum in can. Sancta Romana Ecclesia 3. distin. 15. dixitque Nicolaus Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis in can. si Romanorum Pontificum decreto 1. dist. 19. ibidemque Agatho Papa omnibus Episcopis in can. 2. dicens: Sic omnes Apostolicæ Sedis sanctiones accipiendę sunt, tamquam ipsius diuini Petri voce firmata sint. Quia Papa sanctitatem recipit à Cathedra. Gloss. ibidem verbo Petri. Rationem reddit. ex Symmacho Papa in can. non nos beatum Petrum, sicut dicitis 2. distinct. 40. de Petro verba faciente: Ille pe-

ren-

*rennem meritorum dotem, cum hereditate innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum iure, ad illos pertinet, quos par conuersationis splendor illuminat. Quis enim sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit?*

Scripturæ vicem obtinent traditiones Ecclesiæ. Nam ex dictis Basilij in can. *Ecclesiasticarum institutionum* 5. *distinct.* 11. cuius verba proponimus: *Ecclesiasticarum institutionum quasdam scripturis quasdam verò Apostolica traditione per successores in ministerio confirmatas accepimus; quasdam verò consuetudine roboratas approbauit vsus; quibus par ritus, & idem vtriusque pietatis debetur affectus. Vnde quis, vel aliquantulum sacrarum expertus scripturarum hæsitauerit? Si enim attentauerimus consuetudines Ecclesiæ, non per scripturas à Patribus traditas, nihil æstimare, quantum religio detrimenti sit latura, intente inspicientibus liquidò constabit.*

Scripturarum scientiam qui amat, carnis vitia non amabit. ex Hieronymo ad Rusticum Monachum de viuendi forma in can. *numquam de manu tua, & oculis tuis recedat liber* 33. *post principium de consecrat. distinct.* 5. nam ex

Sacra scriptura. *Omnis splendor rethoricæ eloquentiæ, omnis modus poëticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronunciationis à diuinis scripturis sumpsit exordium.* Cassiodorus in psalmis testatur, quem Gratianus retulit in can. *legimus de beato Hieronymo* 7. §. *Magi quoque tria munera obtulerunt Domino. dist.* 37.

Scriptura sacra diuina dicitur statera, qua omnia ponderanda sunt Augustinum excipe in can. *non afferamus stateras dolosas* a 1. 24. q. 1. dicentem audi: *Non afferamus stateras dolosas, vbi appendamus, quod volumus. & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes: hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam stateram de scripturis sanctis, tamquam de thesauris Dominicis; & in illa quid sit grauius appendamus: imo non appendamus, sed à Domino appensa recognoscamus.*

Scriptura necessaria est in sententia proferenda, vt probari valeat. Quia sententia, quæ sine scripto profertur, nec nomen sententiæ habere meretur. ex Concilio apud Sanctum Medardum in quo Hincmarus Rhemorum Archiepiscopus ex Gregorio Papa locutus fuit in can. *Legum Ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est.* 9. *in fine* 2. *q.* 1. decernens etiam, vt in causis gestorum, semper scripturam requirant, qui agunt. vt quæ aguntur, probari valeant. prout probatur etiam ex can. *Ego Berengarius indignus sancti Mauritij Andegauensis Ecclesiæ diaconus* 42. *circa finem. de consecratione distinct.* 2. verbis illis: *Lecto, & perlecto sponte subscripsi.* Fuit enim illa abiuratio hæresis requirebatur proinde scriptura manu abiurantis, ad probationem gestorum. Et ita quoque ex iure Ciuili, & inter Sacros transtulit Canones Gratianus in can. *in primis requirendum est* 7. *in fine eadem* 2. *quæst.* 1.

Scriptura legationis est necessaria in legato, qui mittitur, alioquin legatus non admittitur. & ita seruat sancta Romana Sedes. ex Nicolao Papa in can. *nobilissimus vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus* 3. *dist.* 97. ibique peramplè *Glossa* verbo *signatis*.

Scriptura perquiritur dimissorialium, vt vnus clericus ab alio promoueatur Episcopo. ex Vrbano Papa Hugoni Lugdunensi Archiepiscopo in can. *Lugdunensis parochiæ clericos.* 10. *sine finali* 9. *q.* 2. Benigne tamen recipiendi sunt à proprio Episcopo, si sine fraude id factum fuerit, & cum illis dispensandum. ibidem ibique etiam *Glossa* verbo *moderatio tua*. Nisi simoniace ordinati fuerint.

Scriptura quoque requiritur cum quis per excommunicationem à communione separatur Ecclesiæ. ex Concilio apud Sanctum Medardum in can. *legum Ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est.* 9. 2. *q.* 1. verba excipe circa finem: *Sed, & qui accusatur, aut excommunicatur, seu reconciliatur, per scripturam accusari, aut reconciliari iubetur.* Alioquin erit excommunicatio nulla. vt ibidem ex Gregorij Papæ sententia. & ex decreto Honorij Papæ in can. *Curæ sit omnibus Episcopis* 20. 11. *quæst.* 3. ibidemque in can. *debent duodecim sacerdotes Episcopum circumstare* 106. *in fine eadem* 11. *q.* 3. verbis illis: *Deinde Epistola per parochias mittatur continens excommunicatorum nomina, & causam excommunicationis.* Et ita in Concilio Lugdunen Innocentius Quarto decreuit in *cap. cùm medicinalis sit excommunicatio, non mortalis.* 1. *de sententia excommunicationis, suspensiones, & interdicti, in* 6. verbis edicens: *Quisquis igitur excommunicat, excommunicationem in scriptis proferat, & causam excommunicationis expressè conscribat, propter quam excommunicatio proferatur.* contra faciens: *per mensem vnum ab ingressu Ecclesiæ, & diuinis officijs nouerit se suspensum.* An autem Episcopus in eandem suspansionis pœnam dat, si ipse contraueniat? Affirmauimus *respons.* nostra 98. *à num.* 51. *parte* 5.

Scriptura etiam requiritur in appellatione, si apostoli sint dandi, siue dimissoriæ, ex Martiano lib. 2. de appellationibus relato per Gratianum inter sacros Canones in can. *post appellationem interpositam litteræ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est.* 31. 2. *q* 6. ibique ipse Gratianus §. *forma apostolorum hæc est*. in fine.

Scriptura nisi suffulti sint, transmarini homines, illaque à quinque adminimum Episcopis subsignata non fuerit, ad Clericatum admittendi non sunt. ex Anastasio I. Papa ad omnes Germaniæ, & Burgundiæ Episcopos in can. *transmarinos homines in Clericatus honorem nemo suscipiat* 1. *distinct.* 98. Rationem reddit in fine: *Quia multa per subreptionem solent euenire.* Pro vt etiam dixit Eleutherius Papa in epistola ad Galliæ Prouincias in can. *induciæ non modicæ ad inquirendum dandæ sunt* 3. *in fine* 3. *q.* 3. dicens & ipse. *Quia per subreptionem multa proueniunt.*

Scriptura perquiritur in alienatione bonorum Ecclesiæ. ex Leone Papa vniuersis Episcopis per Siciliam in can. *sine exceptione decernimus* 52. 12. *q.* 2. in fine decernente: *Irrita enim Epi-*

sca-

*sceporum venditio, & commutatio rei Ecclesiasticæ erit absque conuenientia, & subscriptione clericorum.* & decreuerat antea Agathense Concilium in *can. Casellas, vel mancipiola Ecclesiæ* 1.10.q.2. Et multa plura postmodum summi Romani Pontifices addidere ne bona alienentur Ecclesiarum, nisi certi interuenientibus solemnitatibus. tradidimus *respons.* nostra 32. *per totam parte* 5.

Scriptura etiam perquiritur in baptismo, vt qui ad sacrum fontem accedit suum dare nomen præcipiatur. ex Concilio apud sanctum Medardum in *can. legum Ecclesiasticarum consuetudo* 9. *in ipso principio* 2. *quæst.* 1. & ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. Baptizandi nomen suum dent.* 60. *de consecrat. distinct.* 4. Vnde Sacrosancta Tridentina Synodus præcepit *sessione* 24. *cap.* 2. *de reformatione matrimonij cap.* 2. vt Parochi Baptizatorum librum conficiant. & in eo baptizatorum nomina: & eorum, qui baptizatum de sacro fonte sulceperunt, nomina describant.

Scriptura quoque registrari debet votum religionis. ex Concilio Toletano. 10. in *can. vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit* 16. *siue finali* 20. q. 1. dicente Concilio: *Scriptis professionem faciat, à se, aut signo, aut subcriptione notatam.* Non quod sanè scriptura sit de essentia; sed vt scriptura propria obuiet ei, qui contraueniet. vt *Glossa* ibidem verbo *scriptis.* adnotat. & Idem Concilium Toleranum 10. cap. 5. in *can. omnes fœminæ venientes ad sacram religionem pallio capita sua contegant* 36.27.q.1. ad omnes generaliter extendit dicens omnes fœminæ, *conscriptam, roboratamque professionē faciant.* vbi Glossa verbo *post quam scripturam.* argumentum infert: *Quod scriptura facit votum solemne,* Quia scriptura probat solemne votum iam factum, atque promissum Deo.

Scriptura quoque requiritur in expositione puerorum, vt si is, qui collectus est, intra decem dies quæsitus, agnitusque non fuerit, securus habeat, qui collegit. ex Concilio Arelatensi Secundo in *can. si expositus ante Ecclesiam, cuiuscumque fuerit miseratione collectus* 9. *siue finali. distinct.* 87.

Scriptura, quæ formata, vel aliàs dimissoriæ dicuntur litteræ, quæ dantur vt quis ordinari valeat, ab altero Episcopo, vel vt promatus de vno in alium locum, siue etiam Ecclesiam transire valeat. tradit Gratianus in *can. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti* 1. *distinct.* 73.

Scriptura debet constare manumissione seruorum Ecclesiæ, si ab Episcopo fiat; vt traditum fuit in Concilio Toletano IV. in *can. Episcopus, qui mancipium iuris Ecclesiæ* 58. 12.q.2.

Scriptura quoque constare debet delibertate à Dominis consecuta, quæ charta ante ordinationem publicè in ambone legatur, antequam qui fuerat seruus ordinetur. ex Concilio Triburiensi in *can. nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur* 2. *distinct.* 54.

Scriptura pari quoque modo exigitur ab Ecclesiastica locietate quolibet excessu discinditur, aut eiicitur, aut recipitur. ex Concilio apud sanctum Medardum in *can. legum Ecclesiasticarum consuetudo* 9.2.q.1.

Scriptura exigitur cùm quis in Iudicium vocatur responsurus, neque semel, aut bis, sed etiam tertio per congruum spatium rationabilibus scriptis vocetur. Gratianus *in summa* 5.q.2. & prosequitur ibidem. ex Damaso Papa Stephano Archiepiscopo in *can. vocatio ad Synodum iuxta decreta Patrum canonica eius, qui impetitur rationabilibus scriptis per spatium debet fieri congruum, atque canonicum* 1. *eadem* 5.q.2. ibique etiam *Glossa*.

Scriptura exhibita renunciatio fieri debet per Episcopum si ex necessitate Ecclesiam, cui coniunctus est, dimittere voluerit. Quia sicut vir non debet adulterare vxorem suam; ita nec Episcopus Ecclesiam suam; id est, vt illam dimittit, ad quam sacratus est. absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Ex Euaristo Papa omnibus Episcopis in *can. sicut vir non debet adulterare vxorem suam* 11.7.q.1. ibique Gratianus §. *Ecce his auctoritatibus patenter ostenditur.* referens quoque Gregorium ad Anatolium Constantinopolitanum diacononum in *can. scripsit mihi tua dilectio* 1. *eadem* 7.q.1.

Scyllaceni duos interemerunt Episcopos. ideo Gelasius Papa Ciuitatem illam Episcopatu priuauit in *can. ita Scyllacenorum cædes geminata Põtificum, horrendi criminis attrocitate confudit, vt diu constitutia nostræ deliberationis hæsitaret* 25.25.q.2. inferens circa finem rationem, quare. *Egeat ergo Episcopalibus subsidijs sibi met aliunde pensandis, quæ sacram in suo gremio collocatam fusa crudeliter maculat sanguine dignitatem: Quia in vtroque hęc est vltione plectenda, siue instintu domestico, siue furijs incitata nefas hoc committit externis.*

Secreta sacramentali in confessione patefacta nullo modo per Sacerdotem patefacienda sunt, etiam si totus quodammodo mundus periret. Gregorium excipe in *can. sacerdos ante omnia Caueat* 2. *de pœnitentia distinct.* 6. dicentem: *Sacerdos ante omnia caueat, ne de his, quæ ei confitentur peccata, alicui recitet non propinquis, non extraneis; neque quod absit, pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit, deponatur, & omnibus diebus vita sua ignominiosus peregrinando pergat.* Quia quæ tunc nouit sacerdos, non vt homo cognoscit, sed vt Deus. & ita quoq; Innocentius Tertius in Concilio in Generali *cap. omnis vtriusque sexus fidelis* 12. *§. caueat autem omnino ne verbo, aut signo. extrà de pœnitentijs, & remissionibus.* & ipse verbis disponens: *Caueant autem omnino, ne verbo, aut signo, aut alio quo vis modo aliquatenus prodant peccatorem. Sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque vlla expressione personę, cautè requirat: Quoniam, qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum præsumpserit reuelare, non solùm à sacerdotali officio deponendum decernimus; verùm ad agendam perpetuam pœnitentiam in*

*nretnm monasterium detrudendam*. & docet *S. Thomas in 4. distinct. 21. q. 3.* & *2. 2. q. 70. art. 1. ad 2.* vbi etiam *Caietanus. Card. Toletus Instructionis Sacerdotalis lib. 3. cap. 16. num. 7. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib. 13. cap. 28. in 2. dubio. vers. dubium est an. &c. Clnuis Regia lib. 12. cap. 20. num. 12.* estende etiam in crimine hæresis, quod quis in confessione sacramentali aperit. ex *S. Thoma. d. q. 70. Lelius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu 2. num. 3. versiculo 3. ampliatur. Card. Toletus d. cap. 16. lib. 3. num. 6. Henriquez in summa lib. 6. cap. 19. §. 5. & §. 8. Nauarrus in d. can. Sacerdos de pœnitentia distinct. 6. à num. 116.* Nec Papa præcipere potest, vt id, quod sacramentali confessione quis nouit, manifestet ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in *cap. intimauit R. presbyter, quod G. Clericus. 10. de testibus & attestationibus.* ibique scribentes Canonistæ, tum etiam Theologi, quia aliàs, & proximi fama, multoque magis confessionis sacramentorum violaretur. *Toletus d. lib. 3. cap. 16. & libro 8. cap. 45. Nauar. man. cap. 25. num. 42. & cap. 18. num. 60. Sayrus d. lib. 12. cap. 20. num. 16. Henriquez in summa d. lib. 6. cap. 19. §. 5. & §. 8. Aegidius de Conink tom. 2. disputat. 9. de sigillo dub. 1. num. 19 cum sequentibus.* de re hac per plene *Martinus del Rio disquisitionum magicarum lib. 6. cap. 1. sect. 2. per totam.* vbi *col. 2. in fine* perquirit: possit ne sacerdos vti aliquando scientia ex confessione habita, saltim ad gubernationem, & mala aliqua imminentia auertenda, vti? duas profert sententias. Negatiuam tutiorem dicit, magisque sacramento fauentem. Affirmatiuam tamen probabilem putat. Præsertim verò si de malo imminenti auertendo agatur. Remanet enim cognitio apud ipsum, neque quidquam ex notitia parta prodit.

Secretum equidem hoc confessionis, siue sigillum, non est finis, & substantia sacramenti, sed conditio, sine qua Christus noluit, vt præceptum confessionis obligaret, idque in fauorem pœnitentis. *Henriquez lib. 5. summę cap. 10. in fine.* Est enim præceptum hoc secreti, & sigilli confessionis, præceptum negatiuum, quo in gratiam sacramenti, & ipsius pœnitentis Christus vetat, nec vnquam illud soluere, aut infringere liceat. *Henriquez lib. 6 summę cap. 19. §. 3.* descenditque ex diuino, & positiuo præcepto. *d. lib. 5. cap. 10. §. 10.*

Securitas ibi est, vbi est perfecta dilectio. Turbatio vero est, vbi modica fides. ex Ambrosio in caput. 5. Lucæ in *can. non turbatur nauis, quę Petrum habet turbatur illa, quæ Iudam habet* 7. 24. q. 1. dicentem audi: *Ergo non turbatur hæc nauis, in qua prudentia nauigat, abest perfidia fides aspirat. Quemadmodum enim turbari poterat, cui præerat is, in quo est Ecclesię firmamentum? Illic ergo turbatio, vbi modica fides; hic securitas, vbi perfecta dilectio.*

Securus an hic egrediatur, qui in extremo pœnitentiam agit. Augustinum percipe in libro quinquaginta homiliarum homilia 41. in *can. si quis positus in vltima necessitate ęgritudinis suæ voluerit accipere pænitentiam, & accipit, et mox reconciliatur, & hinc vadit 2. de pænitentia distinct. 7.* talibus enim prosequitur. *Fateor vobis, non illi negamus quod petit; sed non præsumimus quod bene hinc exit; si securus hinc exierit ego nescio: pænitentiam dare possumus, securitatem autem dare non possumus. Numquid dico damnabitur? Sed non dico liberabitur.* inferens in fine: *Si autem vis agere pænitentiam, quando iam peccare non potes; peccata te dimiserunt, non tu illa.*

Sedes Apostolica Prima est Prima vero Sedes non iudicabitur à quoquam. vti Patres in Concilio congregati Santo Marcellino postmodum Martyri responderunt, dicentes. Tuo te ore iudica causam tuam, non nostro iudicio. ex Nicolao Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem in *can. nunc autem diuina inspiratione non nos pigebit 7. distinct. 21.* eodemque modo Innocentius Papa in *can. nemo iudicabit primum sedem 13. 9. q. 3.* dicente Pontifice: *Nemo iudicabit Primam sedem iustitiam temperare desiderantem. Neque enim ab Augusto, neque ab omni clero, neque à Regibus, neque a populo Iudex iudicabitur.* ibidemque Symmachus Papa in *can. aliorum hominum causas Deus voluit homines terminare sed Sedis istius Præsules suo sine quęstione reseruauit arbitrio. 14.* Rationem tradidit Marcellus Papa vniuersis Episcopis per Antiochiam constitutis in *can rogamus vos fratres, vt non aliud doceatis, neque sentiatis 15. 24. q. 1.* sequentibus verba exprimens: *Ipse enim caput est totius Ecclesię cui ait Dominus: (Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam &c.) Eius enim sedes primitus apud vos fuit: quæ postea, iubente Domino, Romam translata est: cui adminiculante gratia diuina, hodierna præsidemus die.* in fine inferens: *Si vestra Antiochena, quæ eius non sit subiecta ditioni.*

Sedes proinde Apostolica (cuius auctoritate maior non est) à nemine iudicari potest, ipsa de omnibus iudicans. ex eodem Nicolao ad eundem Michaelem Imperatorem in *can patet profecto sedis Apostolicę (cuius auctoritate maior non est) iudicium à nemine fore retractandum 10. eadem 9. q. 3.* Ad hanc sedem aliarum Ecclesiarum appellationes deferuntur, ab eius vero sententia nusquam prorsus appellari debere sacri sanxere canones. Quia ipsa nemini subiicitur, caput omnium. ex Gelasio Papa Faustum legatum in *can. ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huiusmodi examen voluere deferri 15. eadem 9. q. 3.*

Sedes propterea quod decreuit Apostolica, omnino seruandum nullius consuetudinis præpediente occasione, sed firmiter, & inconcussè tenendum. Ex eodem Nicolao Papa I. Michaeli Imperatori in *can. consequens est 1. distinct. 1.* Quia *Nemini est de sedis Apostolicæ iudicio iudicare, aut illius sententiam retractare permissum.* Et hoc propter *Romanæ Ecclesię Primatum Christi munere in beato Petro Apostolo diuinitus collocatum.* verbis vt decreuit Nicolaus Papa omnibus Episcopis scribens in *can. nemini est de sedis Apo-*

stolicę

*stolica iudicio iudicare* 30. 27.*quaest.* 4.

Sedi Apostolicę qui obedire renuerit, eique se subijci detrectauerit quasi infidelis habetur. ex Gregorio magno, quem refert Gregorius VII. omnibus per regnum Italicum, & Theutonicorum debitam Sancto Petro obedientiam exhibentibus in *can. si qui sunt presbyteri diaconi, vel subdiaconi* 15. *in fine distinct.* 81. dicente illo: *Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis dum Christianum se asserit, sedi Apostolicę obedire contemnit.* Nam vt Cyprianus de vnitate Ecclesię in *can. qui cathedram petri* 3. *distinct.* 93. verbis edicit: *Qui cathedram Petri, super quam fundata est Ecclesia, deseruerit, in Ecclesia se esse non confidat.*

Sedem ad Apostolicam proinde in dubiis recurrendum est ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem. ex Gregorio in *can nec licuit aliquando, nec licebit particularem Synodum congregare* 4. *distinct.* 17. Vnde non erit licitum absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari, alioquin conuenticula, siue conciliabula dicentur, & irrita erunt, & inania. & qui celebrauerint, sedis Apostolicæ communione carebunt. Pelagius Papa II. Episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani in *can. multis denuo Apostolicis, & canonicis, atque Ecclesiasticis instituimus regulis* 5. & Symmachus Papa in *can. concilio sacerdotem* 6. *eadem distinct.* 17. Quam ob causam in arduis causis ad Apostolicam sedem recurrendum erit. vti Gregorius Ioanni Episcopo Larissæo rescripsit in *can. frater noster Hadrianus Thebanę Ciuitatis Episcopus ad Romanam vrbem veniens* 52. *post modum*. 16. *q.* 1. eodemque modo Marcellus Papa in *can. rogamus vos fratres* 15. *ad finem* 24. *q.* 1. verbis insonans: *Nec ab eius dispositione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora Ecclesiastica negotia, diuina disponente, a gratia, iussa sunt referri; vt ab ea regulariter disponantur à qua sumpsere principia.* Quicquid ergo Sancta Sedes Apostolica approbat pro approbato habetur, & quidquid reprobat pro reprobato. ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis in *can si Romanorum Pontificum decreto, ceterorum opuscula tractatorum approbantur* 1. *dist.* 19.

Sedis Apostolicę Iudicium perquiritur, vt Episcopus damnari valeat etiam à Synodo prouinciali. ex Sixto Papa II. ad Gratum Episcopum in *can. accusatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus.* 5. 3. *q.* 6. ibique Damasus Papa Stephano Archiepiscopo in *can. discutere Episcopos* 6. quemuis in remotissimis regionibus Episcopi sint. ex Athanasio Patriarca Papæ Felici Secundo in *can. antiquis regulis sancitum est* 12. 9. *q.* 3. ex Sacrosancta verò Tridentina Synodo *sessione* 13. *cap.* 6. *de reformatione.* in fine definitum fuit, vt criminales causę Episcoporum coram Pontifice Maximo referantur, ac per ipsum terminentur. & *sessione* 24. *cap.* 5. *de reformatione.*

Sedis quoque Apostolicę auctoritas exquiritur, vt Episcopus Ecclesiam, in qua consecratus est, nectat. vt Anterus Papa decernit Episcopis Beticæ, & Toletanæ prouincię scribens in *can mutationes Episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitate fieri licere.* 34. 7. *q.* 1. Ratio omnium est quia

Sedes Apostolica Primas omnium Ecclesiarum est, & Prima, & caput ceterarum, & ad eam, quasi ad Matrem & apicem omnes maiores Ecclesię causę, & iudicia Episcoporum recurrere debent. Neque ergo sine Romani Pontificis sententia concilia celebrari, neque Episcopi damnari poterunt. vt Iulius Papa orientalibus descripsit Episcopis in *can. dudum à sanctis Apostolis, successoribusque eorum in antiquis decretum fuerat statutis.* 9. 3. *q.* 6. & omnes oppressi. & iniuste damnati ab eadem sancta Sede auxilium petere debent. ex eodem Iulio ad eosdem Episcopos orientales. in *can. ideo huic sanctæ sedi priuilegia specialiter concessa sunt.* 17. 2 *q.* 6.

Sanctam sedem Apostolicam Episcopi quiprope quinqui erant singulis annis visitare tenebantur. ex Anacleto, & Zaccharia Papa in *can. iuxta sanctorum Patrum, & canonum instituta* 4. *distinct.* 93. nunc vero ex Constitutione Sixti. V. anno 1585. quę incipit *Romanus Pontifex*. Episcopi Itali quolibet triennio Apostolorum limina visitare tenentur Pontificemque Summum de pastorali eorum officio certionem facere, eique rationem reddere. Si verò per se ipsos id nequeant, per nuncium certum speciale mandatum habentem, & in dignitate ecclesiastica constitutum. vel saltim per diœcesanum sacerdotem. Qui verò longius distant, singulis quinquenniis. ad hoc vero iurando tenentur antè consecrationem. ex Gregorio Petro subdiacono in *cap. Ego N. Episcopus ab hac hora in ante fidelis ero Santo Petro, sanctęque Romanæ Ecclesię* 4. *in fine de Iure Iurando extrà.* & Ioannes 22. statuit vt Episcopi ad Romanam Curiam accedentes palatium Apostolicum, & ipsum Romanum Pontificem videre teneantur habitu Pontificali induti, neque inde discedere sine licentia summi Pontificis. in *extrauaganti vt prælatorum inepta discursibus grauitas* 2. & *extrauagati & si deceat.* 3. *de maioritate, & obedientia inter communes.* de his omnibus vidēdus *Vgolinus de potestate Episcopi part.* 1. *cap.* 3. *num.* 8 *fol. mihi* 14. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 151 *num.* 41 & in collectaneis ad dictum *cap. ego N. episcopus* 4. *num.* 5. *de Iure Iurando. Anastasius Gennonius* Archiepiscopus Tarantasiæ *de indultis* 5. *vltimo à num.* 12. *ad finem*. *Alzedus in praxi episcopali cap.* 4. *num.* 19. *cum sequentibus.* Aduertendum vero, quòd Differentia est inter visitare, et accedere ad sedem Apostolorum namque Sedes Apostolica dicitur esse vbi *Papa* est, et si non fuerit Romæ. Limina vero Apostolorum Romæ sunt, quamuis alibi esset sedes Apostolica. Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis libro* 1. *cap.* 25. *num.* 2. & 4. Nec minori animaduersione dignum est; ad huiusmodi visitationem non posse admitti quemcum-

Xxxx 2 que

que Presbyterum diœcesanum, nisi fuerit de Capitulo Cathedralis, saltim Canonicum, vel in dignitate Ecclesiastica constitutum, & missum cum speciali mandato. *Barbosa in collectanea.* ad Tridentinum *sessione 24. cap. 3. de reformatione nu. 48.* neque permanentem in Curia, sed mittendum. *nu. 49.* neque per Regularem commensalem *num. 55.* Coadiutum autem teneri visitare, non Coadiutorem *nu. 50.*

Sedis Apostolicæ fides nullam vnquam hæresim fouit sed eius à Domino Iesu Christo est confessio glorificata. ideo ipsa omnes hæreses destruit. Sixtus Papa II. ad Gratū Episcopum in *can. memor sum me sub illius nomine, Ecclesiæ præsidere* to. 24. q. 1. nam vt ibidem Eusebius Papa Episcopis Tusciæ testatur in *can.* 11. *In sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio*. Quotiescumque igitur de fide disceptatio erit, non nisi ad Petrum, id est sui nominis, & honoris auctorem referre debere, quod per totum mundū possit Ecclesiis omnibus in commune prodasse. vt Innocentius Papa Episcopis Concilii Mileuitani respondit in *can. quoties fidei ratio ventilatur* 12. *eadem* 24. *q.* 1. merito ibidem Hieronymus ad Damasum in expositione Symboli scribens in *can. hæc est fides Papa beatissime*, quam in Ecclesia catholica didicimus 14. verbis intulit: *Emendari cupimus à te, qui Petri, & fidem, & Sedem tenes.* In fine rationem reddens: *Sancta Romana Ecclesia, quę semper immaculata mansit, & Domino prouidente, & beato Petro Apostolo opem ferente in futuro manebit. sine vlla hæreticorum insultatione firma, & immobilis omni tempore persistet* vbi *Gloss.* verbo insultatione. explicat: *Scilicet prævalente. aliàs falsum esset, cum quotidie insultetur.* Sed semper præualet, & adiuuante Deo superat. ex *can. per baptismum Christi id agitur 2. de consecrat. distinct. 4. verbis illis: ibi habet, cum qua pugnet, eamque adiuuante Deo superet.*

Sedes Apostolica dat pallium Archiepiscopis, qui intra tres menses ad illum suscipiendum ad sanctam Sedem Apostolicam mittere debent, alioquin commissa sibi careant dignitate. ex Pelagio Papa in *can. quoniam quidam metropolitanorum* 1. *distinct.* 100.

Sedes Apostolica item vnit, & diuidit Ecclesias Cathedrales, sicut Gregorius Papa Benenato Episcopo scribens in *can. & temporis qualitas, & vicinitas nos locorum inuitat, vt Cumanam, atque Misenatem vnire debeamus Ecclesias* 48. 16. q. 1. Cumanam Ecclesiam vacantem Misenatem vniuit. inferens Episcopo: *Vbi verò commodius, atque vtilius esse perspexeris, ibi habitatoris tamen vt alteram Ecclesiam, cui corporaliter præsens non es, sollicita prouidentiaque cura disponas: quatenus diuina illic mysteria solemniter auxiliante Domino peragantur.* Vnionis vero causa fuit, ob populi defectum excipe illum: *Quoniam nec longo itineris spatio à se se iuncta sunt; nec (peccatis facientibus) tanta populi multitudo est, vt singulos, sicut olim fuit, habere debeant sacerdotes.*

Sedes Apostolica contractum dimittit infamiam. ex Gregorio Ioanni Episcopo Chorinthiorum in *can. paulum itaque Diaconum* 6. & in *can. Euphemium atque Thomam* 7. ibique Gratianus §. *hinc colligitur clericorum infamiam per Romanum Pontificem aboleri posse*. 2. q. 3.

Sedes Patriarchales quatuor sunt, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, Hierosolymitana. ex Sexta Synodo sub Iustiniano congregata in *can. renouantes sancti Constantinopolitani decreta Concilii* 6. *distinct.* 22. & ex Octaua Synodo habita sub Hadriano Papa Secundo in *can diffinimus neminem prorsus mūdi potentum* 7. *fine finali eadem distinct.* 22. & fanè Constantinopolitana Ecclesia inde primatum obtinuit post Romanam Ecclesiam, propterea, quod sit noua Roma. dictum fuit in *can. Constantinopolitanæ Ciuitatis Episcopum* 3. *eadem dist.* 22.

Sedas autem Apostolica Romana non ab Apostolis sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum, & præmioentiam potestatis super vniuersas Ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est. sicut ipse Beato Petro Apostolo dixit: *Tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam.* Statuit Anacletus Papa ad omnes Episcopos scribens in *can. Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia*. 2. *eadem dist.* 22.

Sedes Alexandrina ideo Secunda constituta est, quia Petri nomine à S. Marco eius discipulo, & Euangelista consecrata est. idem testatur Anacletus Papa eodem *can. Sacrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia* 2. §. *secunda autem sedes. eadem dist.* 22.

Sedes Patriarchales, & Primitiales iussit sanctus Petrus poni in illis Ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos Primi Flamines eorum, atque primi legis doctores erant. In quibus vero erant Archiflamines, Archiepiscopos poni iussit. In singulis vero Ciuitatibus Episcopos destinari mandauit. Clemens Papa ad Iacobum Epistola 1. in *can. in illis vero ciuitatibus* 2. *dist.* 80.

Sedes Episcopales non in villis, & Castellis aut modicis Ciuitatibus sed in magnis constitutæ sunt. ex Anacleto Papa in *can. Episcopi non in castellis* 3. *eadem distinct.* 80. ita quidem vt vbi excreuerit multitudo populorum à Sancta Sede Apostolica ibi debeat ordinari Episcopus: ipsa tamen contemplatione, vt non vilescat Dignitas Episcopatus. vti Gregorius iunior scribit Bonifacio Episcopo in *can. præcipimus vt iuxta sacrorum canonum statuta* 53. 16. q. 1. & dictum fuerat in Concilio Carthaginensi Secundo in *can. Felix Episcopus Selemselitanus dixit* 50. *eadem* 16. q. 1. sicuti propter multitudinem eorum, qui ad fidem conuertuntur potest etiam Primas constitui. ex Aniceto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. nulli Archiepiscopi Primates vocentur* 1. *dist.* 99. & propter Barbariem populorum de loco ad locum Episcopalis Sedes mutatur, atque transponitur, in ipsa quoque diœcesi. Vti Gregorius scribit Ioanni Episcopo Velitrano in *can. temporis qualitas admonet* 44. 7. *quæst.* 1.

Se-

Sedes Episcopalis aufertur ex illa Ciuitate in qua Ciues proprium interemerunt Episcopum. vti Gelasius Papa decreuit in can. *ita nos scyllacenorum caedes geminata Pontificum, horrendi criminis atrocitate confudit* 25. *fine finali* 25. *quaest.* 2. circa finem, sic inferens: *Egeat ergo episcopalibus subsidiis sibi met aliunde pensandis qua sacram in suo gremio collocatam fuso crudeliter maculat sanguine dignitatem: quia in vtroque hac est vltione plectenda, siue instinctu domestico, siue furiis incitata nefas hoc committit externis.*

Seducunt se ipsos, qui sibi blandiuntur in his, quae non oportet. ex Augustino, quem defert Gratianus in can. *vnum orarium oportet leuitam gestare* 3. 5. *aliis autem ea demum significat, quae semel commissa ad damnationem sufficiunt. dist.* 25. super verbis Apostoli: *Si quis super hoc fundamentum aedificauerit ligna, faenum stipulam &c.* inferens demum: *Intellectus iste, fratres charissimi, corrigendus est. Quia ipsi se seducunt, qui taliter sibi blandiuntur.*

Semen hominis, ex qualicumque homine, Dei creatura est. Augustinus de bono coniugii in can. *vndecumque homines nascantur* 3. *distinct.* 56. & reduxit iterum Gratianus in can. *sicut satius est mori fame, quam idolothytis vesci* 8. 32. q. 4. Vndecumque igitur nascantur homines, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti, & salui erunt. idem vt ferr Augustinus ibidem. Diximus *respons.* nostra 31. *num.* 6. *part.* 2.

Semel admissus, manutenari debet. ex Ambrosio in Hexameron titulo diei quartae in can. *horrendus, & incultus est vir.* 17. 32. q. 5. verbis sub sequente: *Semel placuit: numquid vir frequenter est eligendus?* vbi *Gloss.* verbo *semel* argumentum infert: *Quod sufficit semel consentire.* Concinitque Bonifacius Octauus in regula *Quod semel placuit, amplius displicere non potest* 21. *de regulis Iuris in* 6. semel ergo admissus manutteneri debet. sequutus fuit *Tritsanus dec.* 12. *nu.* 3. *part.* 1. diximus *respons.* nostra 52. *num.* 30. *parte* 4.

Semel Deo dicatum, non est ad humanos vsus amplius transferendum. Quia semel est Domino consecratum; siue fuerit homo, siue animal, siue ager, vel quiquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum Domino erit, & ad Ius pertinebit sacerdotum. dacreuit Bonifacius Papa in can *nulli liceat ignorare* 3. 12. q. 2. alioquin sacrilegi erunt, qui ea auferunt; & nisi restituerint excommunicantur vt ibidem in fine. quod semel consecratum est, non valet vltra restitui; quamuis alienum sit, debet tamen restitui pretium. vt Gregorius Fantino Defensori respondit in *can. comperimus nullam exstitisse causam* 2. *in fine* 14. q. 6. ibique *Gloss.* verbo *eis.* inferens. *Id est laicis: Quia res semel consecrata, non debet amodo ad prophanos vsus redigi* ex Ambrosio in can. *aurum habet Ecclesia* 70. 12. q. 2. ex Hygino Papa in can. *ligna Ecclesiae dedicatae non debent ad aliud opus iungi* 38. *de consecrat. dist.* 1. decreuitque atque pro regula statuit Bonifacius Octaus in regula *Semel Deo dicatum, non est ad vsus humanos vlterius transferendum.* 51. *de regulis Iuris in* 6. Nec diuersimode statutū fuit in Chalcedonensi Concilio in *can. quod semel dedicata sunt monasteria cum consilio Episcoporū, maneant perpetuò monasteria* 4. 19. q. 3. quod sane quam maxime in hominibus locum habet vt qui semel sunt Deo dicauere, semper eius perdurent. vt in Concilio Aurelianensi in can. *viduas, quae spontanea voluntate ab altari cōnersionis sacrę velamen susceperunt* 16. 27 *quaest.* 1. decretum fuit, rationem reddendo: *Non enim fas esse decernimus, postquam se Domino semel sub verbo consecrauerint, iterū eis concedi Spirito sancto mentiri.* docet S. *Thomas* 22. *quaest.* 99 *art.* 1. *in responsione.* diximus *respons.* nostra 54. *num.* 24. *part.* 5.

Semel malus semper pręsumitur esse malus, regula est ex Bonifacio Octauo *Semel malus* 8. *de regulis Iuris in* 6. deducitur ex Gregorio Natali Episcopo in *can. multis ab Vrbe tua venientibus, frater charissime, didici.* 5. *dist.* 44. illis pręsertim verbis; *Quae audita non crederem, nisi hac actionum tuarum experimentis approbarem* vbi *Gloss.* verbo *actionum.* Argumentum inferens: *Praesumi contra aliquem quandoque propter crimen praeteritum.* ex illo Concilii Chalcedonensis in *can. peruenit ad nostras aures, quod in prouinciis constituta Episcoporum Concilia minime celebrentur.* 6. *distinct.* 18. dicentis in probatione m: *Hoc ex eo probatur, quod multa, quae correctione opus habent Ecclesiastica res, negligantur.* ibique *Gloss.* verbo *multa.* inferens argumentum: *Quod per sequentia intelligantur, & praesumuntur praecedentia.* Semel enim malus semper pręsumitur malus. plura deducit *Glossa* in d. *regula semel malus.* Nec inepte infertur ex Vlpiano lib. 7. de officio Proconsulis in l. *si cui crimen obiiciatur* 7. §. *iisdem criminibus, quibus quis liberatus est. ff. de accusationibus, & inscriptionibus.* Verbis edicente in eodem argumento: *Si tamen alio crimine postuletur ab eodem, qui in alio crimine cum calumniatus sit; puto non facile admittendum eum, qui semel calumniatus sit.* vbi *Gloss.* verbo *admittendum eum* prosequitur. *nota: qui semel malus est, & postea praesumitur. vt hic. &c.* declara vt per *Hyppolitum singulari* 74. tu habes regulam. & *singulari* 393. regula &c. *Hieronymus de federicis resolutione criminali* 44. *num.* 4. ad calcem 21. *voluminis consiliorum Farinacij.* & *resolut.* 55. *n.* 9. pręsertim verò in eodem genere mali. Reprimn tamen, si constet de emendatione per triennium. *Rota* apud *Farinacium vol.* 1. *consiliorum ad calcem. decis.* 51. *num.* 10. eodemque modo conuersim. Bonus semper bonus pręsumitur, eodem in genere boni. deducit *Hyppolitus de Marsiliis cons.* 77. *num.* 11. & 12. *libro.* 2. diximus *respons.* nostra 13. *num.* 39. & 40. *part.* 2.

Senatores pars sunt corporis Principis. ex Arcadio, & Honorio Augustis deduxit Gratianus in *can. si quis cum militibus vel priuatis.* 22. *post principium* 6. q. 4. verbis illis: *Senatorum etiam, nam & ipsi pars corporis nostri sunt.* Politici videlicet. & formaliter, non materialiter.

Se-

Seniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem. Paulus dixit 1. *ad Timotheum* 5.1. quæ verba Gregorius Ianuario Episcopo scribēs in *can. Paulus dixit: Seniorem ne increpaueris*. 28. 2. q. 7. sequentibus interpretatur: *Sed hęc eius regula in eo seruanda est: cùm culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum prębet ibi districta increpatione feriendus est*. nam ex *Glossa* ibidem verbo *seruanda*, verbis edicente. *exempla Prelatorum, & seniorum faciliùs corrumpunt. & ideo magis sunt punienda*: ex eodem Gregorio ad eundem Ianuarium Episcopum in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit* 24. *distinct.* 86. Verum est tamen quod

Senectuti parcitur quandoque vt idem Gregorius ad eundem Ianuarium Episcopum in d. *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit* 24. *distinct.* 86. ad medium dicens: *Et quia adhuc canis tuis parcimus; hortamur vt aliquando resipiscas miser senex, atque à tanta te leuitate morum, & operum peruersitate compescas*. subsequens: *Et quidem pœna sententia in te fuerat iaculanda; sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus; interim tacemus*. vbi *gloss.* verbo *simplicitatem* inter: *Nota, quod parcitur senectuti*. iuxta illud Pelagii Papę ad florentinum Episcopum in *can. fraternitatis tuæ relatione suscepta* 7. *post medium distinct.* 34. verbis edicentis; *& ætas istius, de quo agitur, futurę incontinentiæ suspitionem auferre dinoscitur*. subsequens: *temporum, vt dictum est, condescendentes defectui, concessisse nos noueris.*

Senex quantò morti vicinior efficitur, tantò fieri solicitior, atque timidior debet: ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit* 24. *ad medium distinct.* 86. verba damus ad senem: *Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri solicitior. atque timidior debes.*

Senes presbyteri nominantur, non tantum propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam. vnde Prouerbiorum 20. *Gloria senum canities*. hæc vero canities sapientiam designat, de qua scriptum est: Canities hominum prudentia est. ita Anacletus Papa ad Episcopos Italię in *can. porro Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros (id est seniores.) 6. siue finali distinct.* 84. vnde (*Leuitici* 19. 32.) Dominus pręcepit: *Coram cano capite consurge & honora personam senis; & time Dominum Deum tuum. Ego sum Dominus.*

Senectus præsumptionem tribuit bonitatis. ex Septima Synodo in verbis illis: *Et quando necessaria vitę à parte virorum ad regulares deferuntur; extra portum hęc suscipiat Abbatissa monasterii fœminarum cum aliqua vetula monacha*. præsumitur ergo pro senectute, & in bonum. &

Senectus incontinentiæ aufert suspitionem. vt dixit Pelagius Papa Florentino scribens Episcopo in *can. fraternitatis tuæ relatione suscepta* 7. *circa finem distinct.* 34. verbis expressis: *& ætas istius, de quo agitur, futura incontinentię suspitionem auferre dinoscitur.*

Senectus decrepita facit quem ineptum ad Episcopatum obtinendum si ad functiones assurgere non valeat. ex Gregorio Ioanni Episcopo scribente in *can. Archidiaconum Florentinum Ecclesiæ Anconitanę qui ad Episcopatum fuerat electus* 1. *distinct.* 85. ac prosequente: *Scripturę quidem sacrę scientiam habere; sed ita ętatis senio iam confectum accepimus, vt ad regendum non possit assurgere.*

Senectus alia naturalis dicitur. & hæc tendit ad defectum, quia morti vicinior efficitur. & in simplicitatem homo tendit. vt perpendit Gregorius Ianuario Episcopo scribens in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit* 24. *distinct.* 86. Nec diuersimode Gelasius Papa Honorio Episcopo scribens in *can. illud etiam sinceritatem tuam volumus non latere* 5. *post medium* 13. q. 2. verbis illis: *Ac si eidem quidquam humanitus fortè contingerit, quia grandæuus esse memoratur*. sequitur enim senectutem mors. Alia vero virtutis, quia Canities prudentiam designat. vt perpendit Anacletus Papa ad Episcopos Italię in *can. porrò Moysi præcipitur* 6. *seu finali distinct.* 84. & perpendimus in superioribus. Quia senes prudentes esse consueuere. plura enim per ætatem experti sunt. vnde ad senes in difficultatibus recurrendum erit. ex Innocentio Papa in *can. de quibus causis* 3. *in fine distinct.* 20. verbis rationem reddente: *Seniores prouinciæ congrega & interroga. Facilius enim inuenitur, quod à pluribus senioribus quęritur*. vbi *Gloss.* verbum illud *seniores*. id est sapientes exponit. Est etiam & senium culpæ. vnde dicitur (Esaiæ 65.) *Maledictus puer centum annorum*. perpenditque Gregorius Ianuario Episcopo scribens in *can. Paulus dicit seniorem ne increpaueris*. 28. 2. q. 7. tunc enim senior iuuenibus ad interitum exemplum prębet.

Senectus pro defectu æstimatur naturę. ex Innocentio Tertio Trecensi Episcopo in *cap. magnę deuotionis* 7. 9. *prętereà non videbatur expedire de voto, & voti redemptione*. dicente summo Pontifice: *Verùm ętatis vitę senescentis defectus, atque canicies, quę vix labores, & dolores suos tolerare possunt, in contrarium allegabant*. Defectus est ergo ipsa senectus.

Senes proinde inter infirmos æstimantur. Nam inter ætates infirmas senectus computatur. Paulum excipe libro 3. Regularum in *l. Ciuitatibus legari potest*. 125. *in fine principii ff. de legatis*. 1. sequentibus aientem. *Hoc amplius, quod in alimenta ętatis infirmę, puta senioribus, vel pueris, puellisque legatum fuerit: ad honorem Ciuitatis pertinere videtur*. nam alias ex Terentio

*Senectus ipsa est morbus.*

& apud Maronem:

*Subeunt morbi, tristisque senectus.*

Senectus vero computatur ab anno quinquagesimo ad septuagesimum. vt numerat *gloss.* in *proœmio sexti decretalium*. verbo *perfectus*. deduximusque *respons.* nostra 97. *num.* 52. & 53. *parte* 5. pluribus *Felinus* in *cap. quoniam frequenter* 5. *vt lite non contestata non procedatur ad testium receptionem, vel ad sententiam diffinitiuam.*

*nitiuam num.4. ad 3. quaestionem, & num.5. circa quartam quaestionem.* Quis autem senex esse dicatur Iudicis remittitur arbitrio. deducit *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegatione 41. num.27. & 28. Parisius de resignat. beneficiorum libro 5. q.6. num.5. cum sequentibus. Annaeus Robertus rerum Iudicatarum lib.4. cap.2. in prima part. fol.731.* plura deducens, & fol. 737.

Sensus duplex dari potest in omni locutione, diuisus scilicet, & compositus, vt vocant philosophi; & educitur ex Ambrosio lib. 2. de Cain, & Abel in *can. cum renunciatur improbitati, statim adsciscitur virtus. Egressus enim malitiae, virtutis operatur ingressum 9. 32. q. 1.* ibique per optime *Gloss.1.* circa finem quę sequentibus fatur: *Ego dico; omnes quaestiones tales esse duplices: isti infunditur gratia; isti dimittuntur peccata. Est enim in suo composita, & simplex. sicut haec est duplex: lupus egreditur silvam: si enim intelligatur de composita egressione, vtraque istarum est vera lupus egreditur siluam, lupus est in silua. secus de simplici eg essione.* sic Glossa, & prosequitur *Alciatus l b 9 responsorum cons. 39. num.19. & sequentibus* verba faciens de sensu composito, & diuiso, deduximus *respons.* nostra *46. num.6. part.5* adnota Ambrosium in apologia Dauid. in *can. ille rex tantus, ac potens 25. de paenitent distinct. 4. ad* finem. verbis illis: *Prius est ergo. vt ipsa iniquitas deleatur, excidatur radix, & seminarium peccatorum; mala tollatur radix. ne malos fructus ferat: aboleatur erroris omnis affectus, vniuersa iniquitatum genera tollantur.*

Sensus humanae cogitationis, si flustrum se, peccatoremque intelligit, cognitionem intimae claritatis apprehendit. Si autem canorem sibi iustitię, siue sapientię tribuit, à luce supernae cognitionis excludit: & eò claritatem veri luminis nequaquam penetrat, quò se apud se per arrogantiam exaltat, sicut de quibusdam dicitur: (Romanorum 1.) *Dicentes enim se sapientes, stulti facti sunt.* Gregorius in pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur. c.5. albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur. dist. 49.*

Sensus ratione conceptus, nisi in opera prorumperit, adhuc in ventre retinetur, & cito perit ab hoste. Hieronymus ad Algasiam. q.4. in *can sicut semina paulatim formantur in vteris 10. 32. q.2.* ibique *Glossa* verbo *ratione conceptus* quę id explicat: *Id est cogitatio bona mente concepta cito perit. &c.* est equidem in effectum deducenda cogitatio bona.

Sensus sapientis in capite eius. Ambrosius libro 3. de sacramentis in *can accepisti mysterium, hoc est vnguentum supra caput, &c. de consecrat. dist.4.* prosequens: *Quia est supra caput? Quia sensus sapientis in capite eius, vt dixit Ecclesiastes. 2.14.) Sapientis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat.* Quia anima habet sedem in capite. vt *Gloss.* in *d. can.* explicat verbo *in capite.*

Sensus non sequitur hominis membrum quando amputatur à corpore: ita virtus pietatis inuisibilis, & spiritualis esse non potest in eis qui sunt separati ab Ecclesia, & in vnitate Corporis Christi non sunt, & administrant sacramenta. ex Augustino sermone 11. de verbis Domini de blasphemia in Spiritum sanctum in *can. corporalia sacramenta, quae portant, & celebrant segregati ab vnitate corporis Christi. 49. 1. q. 1.*

Sensualitas rationis repugnat. iuxta illud. Apostoli (ad Galatas 5.17.) *Caro concupiscit aduersus Spiritum: spiritus autem aduersus carnem. haec enim sibi inuicem aduersantur, vt non quaecumque vultis illa faciatis.* deducit in *can. perfecta paenitentia cog t peccatorem omnia libenter sufferre 40.* qui est Ioannis Chrysostomi *de paenitentia distinct 1.* verbo cogit dicens *hoc intellige quantum ad sensualitatem, quae semper ei (rationi) repugnat. vnde Apostolus. Caro concupiscit aduersus spiritum. & e contra.*

Sententia pastoris siue iusta, siue iniusta, timenda est. Gregorius homilia 26. in Euangelia in *can. sententia pastoris 1. 11. q.3.* quod sane de excommunicatione intelligitur. ex Vrbano Papa omnibus Episcopis in *can. quibus episcopi neu communicant 27. eadem 11. q.3.* inferente de excommunicatione verba dicente: *Valdè enim timenda est sententia episcopi, licet iniustè liget.* addit *Gloss.* ibidem verbo *liget.* infereos: *Dumtamen error non sit expressus in sententia.* Nec diuersimode *Gloss.* in *d. can. sententia pastoris.* verbo *timenda est.* & ipsa dicens: *Nisi in duobus casibus: scilicet cum sententia est post appellationem lata: & cùm continet intolerabilem errorem* Ex Innocensio Tertio Archiepiscopo Senonen in *cap. per tuas litteras 40. §. nos igitur credimus distinguendum. de sententia excommunicat. extra.* Concinitque quod Hieronymus in Leuiticum tradit in *can. si quis non recto iudicio eorum. qui praesunt Ecclesiae depellatur, & foras mittatur. 4. 24. q 3.* subsequenter dicens: *Nihil laeditur in eo, quod non recto Iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit, vt interdum ille, qui foras mittitur, intus sit; & ille foris, qui intus retineri videtur.* ibique *Gloss.* verbo *qui intus.* inferens in fine propositionem: *Sententia autem pastoris semper est timenda.* Non tamen procedit in sententreria nulla. deduximus *respons.* nostra *98. nu.39. 40. & 41. cum sequentibus part.5.*

Sententia Christi Dei si non prodest alicui, neque imo multo minus prodesse ei poterit sententia hominis. argumento *Authentic multo magis C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* ita argumentatur *Nauarrus cons.1. num.3. ad quartam quaestionem lib.4. de diuortiis.* De diuortio verba faciens. Quod potest quis vxorem dimittere ex causa fornicationis. Nam si prodest ei sententia Christi, neque proderit ei sententia hominis.

Sententia diffinitiua, quae condemnationem, vel absolutionem non continet pro nulla habetur. Gratianus in *can ei, qui appellat impertitur annus. 41. §. diffinitiua quoque sententia. 2. q.6.* ibique *Glossa* verbo *diffinitiua.* Distinguens sententiam inter diffinitiuam, & interlocutoriam Diffinitiua est, quę finem ponit negotio. Alia omnis est interlocutoria. namque

Sen-

Sententia diligenter ventilatis omnibus, & remota personarum acceptione, secundum quod in actis definitum est, non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino, vel condemnationis, vel absolutionis proferenda est. ex dictis Gregorii in *can. summopere præcauere debent rectores Ecclesiarum* 70. 11. q. 3.

Sententia interlocutoria, ex qua damnum sequitur irreparabile, est nulla, vel saltim vim habet diffinitiuæ. vnde ab ea datur appellatio, & causat attentare. ex Bonifacio VIII. in *cap. non solum innouata post appellatione à diffinitiua sententia* 7. *de appellationibus in* 6. *Rota apud Coccinum decis.* 407. *num.* 2.

Sententia dicitur diffinitiua, quæ perimit totum negotium & potest transire in iudicatum. *Rota apud Card. Canaler. decis.* 158 *num.* 3. sicuti interlocutorio, quę non definit totum negotium. apud *Coccinum d. decis.* 407. *num.* 1. *&* 2.

Sententię Principum super animaduersione prolatę, in diem vigesimum ab executoribus differuntur; quò locus misericordiæ, vel si res tulisset, pœnitentiæ non desit. ex libro 11. Ecclesiasticæ historiæ Rufini in *can. cum apud Thessalonicam seditione exorta quidam vir ex militaribus* 69. 11. q. 3. ex facto Theodosii Imperatoris. ibique notat *Gloss.* verbo *animaduersione*. Imperatores verò Gratianus, Valens, & Theodosius vsque ad trigesimum diem differri statuere in *l. si vindicari in aliquos seueriùs contra nostram consuetudinem pro causę intuitu iusserimus*. 20. *C. de pœnis*. vbi *Gloss.* verbo *nolumus* meminit *canonis cum apud*. & *Glossella* Marginalis facti, quod accidit inter S. Ambrosiũ, & Theodosiũ Cęsarẽ.

Sententia, quæ sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententiæ habere meretur. ex libro Codicis. vt ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est* 7. §. *finali* 2. q. 1. refert Gratianus. & prosequitur ex Valentiniano, Valente, & Gratiano Augustis in *can. statutis generalibus iussimus, & vniuersi Iudices* 8. *eadem* 2. q. 1. & notat *Gloss.* ibidem verbo *vt sententia*. Referens etiam Episcopum inter subditos suos sine scripto sententiam suam proferre in causa Ciuili. ex *can. si quis cum clerico litigium habuerit* 45. *in fine principij* 11. q. 1. dicente canone: *Vbi verò Episcopus causam dirimere vult; sine scriptura omnia procedant; & diffinitiua sententia sine scriptis ab eo proferatur*. Sicuti in modicis causis, neque scriptura requiritur. vt notat *Gloss.* ibidem verbo *sine scriptura*. Nã contrarium procedit in *criminalibus, & in maioribus negotijs*. Scriptura equidem non de essentia, sed est probationis. quod notatur ex Concilio apud S. Medardũ in quo Hincmarus Rhemorum Archiepiscopus interfuit in *can. legum Ecclesiasticarum consuetudo, & auctoritas talis est, vt in causis gestorum semper scripturam requirant*. 9. *eadem* 2. q. 1. referens in fine illud Gregorii: *Sententia, quæ sine scripto profertur, nec nomen sententiæ habere meretur*. Et diximus in superioribus: *scriptura necessaria est in sententia proferenda*. Vnde sat erit si

Sententia scribatur in pariete. sicut Dominus (*Ioannis* 8.) mulierem adulteram, quę ei delata fuerat, iudicaturus. inclinans se deorsum, digito scribebat in terra. ex Beda ibidem. in *can. postulatus Dominus Iudicare de peccatrice* 6. 3. q. 7. nam sententiam dixit: *Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat*. vbi *Gloss.* verbo *scribebat*. adnotat: *Quod sufficit si sententia scribatur in pariete: nam & ibi Edicta Prętorum olim scribebantur in albo*. & sanè in scriptis sententia proferenda est. alioquin est nulla. ex Bonifacio Octauo in *cap. & si sententia diffinitiua* 5. *siue finali. de sententia & re Iudicata in* 6. Concordat Gregorius Ioanni Defensori in Hispaniam eunti scribens in *can. in primis requirendum est* 7. §. *quia ergo Stephanus Episcopus*. 2. q. 1. verbis illis: *Si scriptis iudicatũ est, & partibus præsentibus sententia recitata est*.

Sententia sine citatione eius contra quem fertur lata, irrita est. ex Eleuterio Papa ad Episcopos Galliæ in *can. caueant Iudices Ecclesię* 2. 3. q. 9. ibique *Glossa* verbo *caueant*. Etiam si esset sententia Principis, & citatio ad interesse habentem principalem non peruenisset. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina pastoralis cura solicitudinis*. 2. §. *verum quia huiusmodi sententia. de sententia, & re iudicata. Triuisanus decis.* 6. *num.* 8. *libro* 1. sicuti etiam, si sententia lata esset pendente termino, seu dilatione. *Rota apud Coccinum decis.* 373. *num.* 8. diximus *respons.* nostra 75. *num.* 25. *part.* 5. *& in recentioribus part.* 2. *decis.* 486. *nu.* 4.

Sententia quamuis iusta, per pecuniam tamen data, nulla est qui simonia est, si de re agatur Ecclesiastica. ex Gregorio homilia 39. in Euãgelia in *can. vendentes, & ementes de templo eliminat. Christus* 10. *ad finem* 1. q. 3. qui de simonia verba faciens, sequentibus fatur: *Iustitiam enim vendere, est hanc pro premij acceptatione seruare*. ibique *Gloss.* verbo *iustitiam*. Quæ & ipsa argumentum educit, *Quòd sententia etiã iusta, si per pecuniam data fuerit, nullius momenti sit, & simoniam committit*. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab inuito sumitur, iniuriose aufertur* 15. *post principium* 14. q. 5. dicente: *Sed non ideo debet Iudex vendere iustum iudicium; aut testis verum testimonium; quia vendit Aduocatus iustum patrocinium, Iuris peritus verum consilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen adhibentur, isti ex vnà parte consistunt*. & Gregorius in *can. qui rectè iudicat* 63. 11. q. 3. sequentibus proferens: *Qui rectè iudicat, premium inde remunerationis expectat; fraudem in Deum perpetrat: quia iustitiam, quam gratis impartiri debuit, acceptione pecunię vendit*. Non est proinde necessaria appellatio à tali sententia venali, quia ex infirma est, & nulla. Gratianus in *can. ei, qui appellat, impertitur annus*. 41. §. *venales quoque sententias*. 2. q. 6. Gratianum excipe: *Venales quoque sententias, quæ in mercedem à corruptis Iudicibus proferuntur, etiam citra interpositę prouocationis auxilium infirmas esse decretum est*. ibique *Gloss.* verbo *venales*.

Sententia debet dictari secundum formam petionis. ita *Gloss.* in *can. quæsitum est de Episcopis*

*pis 4. ad finem* verbo *redemptione in fine* 1. q. 3. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. qualiter, & quando debeat prælatus procedere ad inquirendum* 24. §. *ad corrigendos itaque subditorum excessus ad finem.* extra de accusationibus. verbis dicente: *Illo semper adhibito moderamine, vt iuxta formam Iudicij sententię quoque forma dictetur.* Idem ipse Innocentius Priori Sancti Victoris, Magistris I. Bonien, & L. Modicen canonicis in *cap. licet Heli summus sacerdos in se bonus existeret.* 31. §. *descendam inquit Dominus, & videbo.* in fine de simonia. verbis non diuersis: *eo semper adhibito moderamine, vt iuxta iudicij formam, sententia quoque forma dictetur.* ibique *Gloss.* verbo *Iudicij formam.* infert: *Et ita Index semper secundum finē, ad quem quis agit, formabit sententiam* & sequitur *Gloss.* in *cap. vnico.* verbo *responsione*, circa *finem.* extra de litis contestatione. dicens: *Et sententia semper ferenda est, secundum modum agendi.*

Sententia per appellationem soluta firmitatem non obtinet. Gratianus in *can. si quis Episcopus criminaliter accusatus* 5. §. *sub intelligendum vero est, nisi ad Iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem soluta sententia firmitatem non obtinet.* 6. q. 4. Non sanè, quod sententia tollatur, tamen suspenditur iudicatum per illam. *Rota* apud Card. *Caualerium decis.* 482. *num.* 6. & *decis.* 643. *num.* 7. & apud Card. *Manticam decis.* 69. *nu.* 4. Facit equidem præsumptionem boni Iuris, pro quo lata sententia fuit. *Rota in recentioribus part.* 1. *decis.* 250. *num.* 2. & apud Card. *Caualerium decis.* 554. *num.* 2. *Couarruuias practicarum quæstionum cap.* 6. *num.* 6. *vers. secundum, quod.* deducunt ex Paulo libro 6. Opinionum in *l. si instituta de in officioso testamento accusatione* 27. *de in officioso testamento accusatione* 27. §. *de in officioso testamento nepos contra patruum suum vel alium scriptum heredem ff. de in officioso testamento.* verba sunt Pauli: *pro portione egerat, & obtinuerat: Sed quia scriptus heres appellauerat, placuit interim propter inopiam pupilli, alimenta pro modo facultatum, quæ in officiosi testamenti accusatione, pro parte ei vendicabantur decerni: eaque aduersarium ei subministrare necesse habere vsque ad finem litis.* Et hoc quia obtinuit in principali. vt *Gloss.* ibidem verbo *decerni.* adnotat.

Sententia non dat nouum Ius, sed vetus declarat ita *Gloss.* in *can. quomodo sacerdos mundum leprosum non facit* 44. verbo *quomodo* circa *finem* 11. q. 3. eodem; ex textu, qui est Hieronymi per Matthæum ex illo Leuitici. quod sacerdos non faciebat hominem, vel leprosum, sed declarabat: *ita Episcopus, vel presbyter non alligat eas, qui insontes sunt, nec soluit noxios: sed pro officio suo cùm peccatorum varietates audierit, scit quis ligandus sit, qui soluendus.* Ita planè sententia non dat nouum ius, sed vetus, quod quis habebat, declarat. allegat *Gloss.* Vlpianum lib. 17. ad Edictum in *l. sicuti autem refectio parietis ad vicinum pertinet.* 8. §. *Aristo Cerelio Vitali respondit.* 5. *si seruitus vendicetur, vel ad alium pertinere negetur.*

Sentētia lata contra vnū præiudicat alteri. Ex connexitate negotii. ex Nicolao Papa Lothario Regi in *can. ita corporis tui cedere motibus consensisti* 96. 11. q. 3. verbis illis *Probat hoc Thieugaldi, & Guntarij dudum Episcoporum legitimus casus.* ibique *Gloss.* verbo *probat.* ex Ioāne Papa Solomoni Tertio & Vltimo Regi Britonum in *can. hæc quippe est ordinatio Dei, Patris tui, & hæc est lex Ecclesiæ matris tuæ* 10. 3. q. 6. ibique deducit plenè *Gloss.* verbo *bis amotis.* vbi respondet, hoc esse propter causæ coherentiam. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracosano in *can. præsentium latoris Adeodati querelam.* 3. 7. q. 1. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Galliæ in *can. tātis Daniel grauatus testimonijs, tanta facinorum accusatione pulsatus* 3. *distinct.* 81. *in fine.* & ex Gregorio in moralibus in *can. disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur* 9. §. *certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos penè inueniabilem contraxisset offensam distinct.* 45. Sicut è contrà

Sententia lata in fauorem vnius; prodest aliis eandem causam habentibus. in his planè, quæ sunt Iuris, non quæ sunt facti. *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 44. *num.* 2.

Sententia tamen inter alios acta, tertio, qui non fuit in iudicio, non nocet. *Rota in Papien Iuris patronatus* 9. *Maij* 1594. *coram Cardin. Millino decis.* 1. *num.* 3. *apud Viuianum in praxi Iuris patronatus.* & apud *Verallum* Episcopum Caputaquen *decis.* 101. *part.* 2. & apud Card. *Caualerium decis.* 203. *num.* 2.

Sententiam suam frequenter Dominus Deus mutat, sicut scriptura iudicat, ex Ambrosio de officiis libro 3. in *can. vnusquisque simplicem sermonem proferat* 8. *in fine* 22. q. 4. attende dicentem: *Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.* Loquebatur enim Ambrosius de Herode, qui regnum pro saltatione puellę promisit, & caput tradidit Ioannis Baptistę. concordatque quod idem Ambrosius in capite 1. Lucæ profert. in *can. nouit Dominus* 64. *de pænitent. distinct.* 1. verbis enuncians: *Nouit Dominus mutare sententiam, si tu naueris emendare delictum.* vbi *Glos.* verbo *sententiam*, comminationis explicat. concinitque Hieronymus in Amos prophetam. in *can. si agamus pænitentiam, ipsum quoque sua pænitebit sententiæ* 97. *eadem de pænitentia distinct.* 1. Nec diuersimode Concilium Toletanum Octauum in *can. incommutabilis, eademque semper existens Dei natura* 9. *eadem* 22. q. 4. vbi *Gloss.* verbo *sententiam.* id est *comminationem.* explicat. inferens: *Ea, quæ Dominus Deus dicit comminando, vel commonenda, bene renocat; Sed quę asserendo dicit, non renocat.*

Sētētia sedis Apostolicæ tanta semper consilii moderatione concipitur, tanta patientię maturitate decoquitur, tantàquo deliberationis grauitate profertur, vt retractatione non egeat. nisi forte prolata sit, vt retractari possit. Gregorius in *can. Apostolicæ sedis sententia* 4. 35. q. 9. potest tamen ex causa sum-

mus Pontifex demutare sententiam. vt Innocentius Papa ad Episcopos Macedoniæ scripsit in can. veniam nunc ad Maximum Photinum 5. eadem 35. q. 9. & ibidem Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola septima in can. sententiam Romanæ sedis, non negamus posse in melius commutari 6. hoc vero secundum temporum diuersitatem, & grauium necessitatum exigentiam. & notat Gratianus in can. loci nostri consideratio nos admonet 2. §. Quia ergo sententia hæc rationabiliter data est. eadem 35. q. 9.

Sententia lata super mandato de manutenendo, ab ea tamquam in iudicio possessorio, prohibita est appellatio. ex Gratiano in can. ei, qui appellat 41. §. in fine finali. §. de possessione etiam, & eius momento. 2. q. 6. verba damus: De possessione etiam, & eius momento, si causa dicatur (quæ sententia interlocutoria appellatur) quamuis prouocatio interposita fuerit; tamen lata sententia sortiatur effectum. Momento. id est momentanea possessione. secundum Glossam ibidem verbo momento. Rota part. 2. in recentioribus decis. 18. num. 3. & num. 4. vbi declarat; si procedatur in possessorio manutentionis per decretum interlocutorium; secus si per sententiam diffinitiuam. vide Benintendis decis. 79 per totam & nu. 6. & sequentibus. Coccinum decis. 441.

Sententia Iudicis rationabiliter lata retractari non debet. ex Gregorio in can. omnibus modis Ecclesiasticis disciplinæ, vel moderationi conueniens est, vt quæ rationabiliter ordinata fuerint; nulla in posterum debeant refragatione turbari. 1. 35. q. 9. etiam à successoribus. vt ibidem decreuit Stephanus Papa V. Paulo Episcopo Placentino scribens in can. loci nostri consideratio nos admonet rationis auctoritate, quæ à prædecessoribus nostris vtiliter decisa fuerint roborare. 2. vbi Gloss. in initio rationem refert: Peccat enim, qui benè statuta violat: & qui delicta non punit, peccandi viam aperit. ex verbis Stephani ibidem in fine dicente illo: Proinde si negligenter ea, quæ malè vsurpantur omittimus, excessus viam proculdubio alijs aperimus. Quia nimirum

Sententia quæ iusta est confirmari debet. vt Innocentius tertius Canonicis Nouariensibus respondit in cap. causam, quæ inter vos, & A. Clericum super præbenda 14. de sententia & re Iudicata extrà Rota apud Card. Caualer. decis. 98. num. 1. & decis. 373. in principio.

Sentententia cum animi tranquillitate ferenda est, nec interim Iudicandum, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. ex Gregorio ad Guidiscalcum in can. illa præpositorum solicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis, in qua totum ratio agit, & furor sibi nihil vendicat 67. 11. q. 3. in fine rationem reddens: Nam commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit. Iure merito proinde Iudex sedendo sententiam proferre debet. ex Bonifacio VIII. in cap. & si sententia diffinitiua 5. de sententia, & re iudicata in 6. ibique plene Gloss. verbo sedendo. concinit illud Pauli (Actuum 23.) ad summum Sacerdotem: Percutiat te Deus paries deabalta: Sedens iudicas me secundum legem & contra legem iubes me percuti. adnotanda enim verba sunt: Sedens iudicas me. & deducit Augustinus sermone de puero Centurionis in can. paratus debet esse homo iustus 2. ad medium 23. q. 1. plura deduximus nos respons. nostra 36. à num. 1. part. 5. nec incogitatum dimisit Callistratus libro 1. de Cognitionibus in l. obseruandum est 19. ff. de officio Præsidis. modum tribuens, quo Iudex esse debet: Sed, & in cognoscendo (inquiens) neque excandescere aduersus eos, quod malos putat; neque precibus calamitosorum illacrimari oportet. Id enim non est constantis, & recti Iudicis, cuius animi motus vultus detegit. Et summatim ita Ius reddere debet, vt auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat. vnde ad illud Domini (Genesis 18.) de Sodomitis: (Descendam & videbo &c.) Euaristus Papa epistola 2. in can. Deus omnipotens 20. 2. q. 1. sic explanauit ad rem. Cuius exemplo mouemur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temere, indiligenterque discussa quæque quoquomodo iudicemus.

Sententia, quæ nulla est, non potest ratihabitione confirmari: Quia sententia plus habet iuris, quàm facti. Gloss. in can. nullus alterius terminos vsurpet 1. 9. q. 2. verbo rata ad mediũ. vers. dicas ergo quod sententia, quæ nulla est. Potest tamen solus Princeps sententiam, quæ nulla est, confirmare. ex Gregorio Ioanni Defensori in Hispaniam eunti scribente in can. in primis requirendum est de persona presbyteri dilectissimi fratris, & coepiscopi nostri Ianuarij 7. 2. q. 1. & ex Ioanne Papa Salomoni Tertio, & vltimo Regi Britonum in can. hæc quippe est ordinatio Dei 10. ad finem 3. q. 6.

Sẽtentia aliquando est iniusta ex animo proferentis, iuste vero ex ordine, & causa; aliquando est iusta ex animo, & ordine, sed non ex causa. deducit Gratianus in can. Episcopus, presbyter, aut diaconus ex gradu suo iniuste deiectus 65. §. si ergo iniuste deiecti. 11. q. 3.

Sententia à non suo Iudice dicta, firma non est. ex Zepherino Papa ad Episcopos siciliæ in can. accusatores Episcoporum omni careant suspitione 1. in ipso principio. 3. q. 8. Rationem reddit Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ scribens in can. nullus alterius terminos vsurpet 1. 9. q. 2. verbis edicens: Quoniam nullus alterius Iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur. & ibidem ex Antiocheno Concilio in can. Episcopum non debere in alienam irruere Ciuitatem 7. in fine rationem quoque referente: Nam si ordinare non potuerit; nullatenus ad alienos pertinentes iudicare præsumat. & ex Hadriano Papa in can. Clericus, siue Laicus, si crimine, aut lite pulsatus fuerit, non alibi, quàm in foro suo prouocatus audiatur 49. & can. sequenti in clericorum causa huiusmodi forma seruetur, ne quemquam eorum sententia à non suo Iudice dicta constringat. 49. 11. q. 1. Sententia ergo à non suo Iudice dicta, firma non erit.

Sententia ab vno Iudice dicta, si plures dati fuerint, firmitatem non obtinet, quamuis ab illa non appelletur. ex Gratiano in can. ei, qui appellat impertitur annus 41. §. Item si plures

*res Iudices dati sunt, & vnus tantum ex eis proponitur* 2.q.6.

Sententia canonicè non prolata, condemnatum non afficit. ex Gregorio Antonio subdiacono in *can. non debetis pœnam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica prolata sententia* 64.12.q.3. vnde est quod

Sententia iniusta reuocanda est, etiam post mortem eius, contra quem dicta fuit. ex Quinta Synodo in prima actione in *can. sanè profertur à quibusdam* 6.*post principium* 24.q.2. verba damus: *Sicuti eos, qui iniuste condemnati sunt, reuocauerunt post mortem* Quia nimirum qui ex passione in Iudicio ducitur, peruertit Iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in amaritudinem. ex Hieronymo in Amos in *can. quicunque aut consanguinitate, aut amicitia* 79.11.q.3. attende dicentem: *Quicunque aut consanguinitate, aut amicitia, & è contrario, vel hostili odio, vel inimicitijs in iudicando ducitur; peruertit Iudicium Christi, qui est iustitiam, & fructum illius vertit in amaritudinem.*

Sententia ferenda non est, quando multitudo est in causa, vel quando ille peccat, qui secum habet multitudinem. verba sunt Gratiani in *can. si quis potestatem non habet* 31. §. *similiter non est ferenda sententia*. 23. q. 4. probatque ex Augustino libro 3. contra epistolam *Parmeniani* in *can. non potest esse salubris à multis correptio nisi cum ille corripitur, Qui non habet sociam multitudinem*. 32. eadem 23 q. 4. Rationem inferente: *Nam consilia separationis & inania sunt, & perniciosa, atque sacrilega quia impia, & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animosos malos*. Rationem reddit etiam dicti *Glossa* ibidem verbo *infirmos*. addens: *Qui facile scandalizantur*.

Sententia plurimorum vincit, eique standum, vti Symmachus Papa in Synodo Romana statuit in *can si transitus Papæ, (quod absit) inopinatus euenerit* 10. *in fine distinct*.79. dicens: *Si autem, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum*. concordat Concilium Lateranen in *cap cùm in cunctis Ecclesijs* 1. *de his, quæ fiunt à maiori parte Capituli*. vbi Concilium cantat: *appellatione remota præualeat semper, & suum consequatur effectum, quod à maiori, & seniori parte Capituli fuerit constitutum*. ibique plenè *Glossa* verbo *rationabiliter*, deducit plenius *Afflictus decis*.1.

Separatio omnis pessima. Nam consilia separationis, perniciosa sunt, & pessima atque sacrilega. ex Augustino libro 3. contra Epistolam Parmeniani in *can. non potest esse salubris à multis correptio* 32. *ad medium* 23. q. 4. Quia nimirum, & ex philosophis, & medicis: Separatio continui est causa morbi, atque interdum mortis. sequiturque *Baldus* in *capit quia propter* 42.*num*.25.*in fine, vers. Item quæro quis sui causa de electione, & electi potestate*.

Separatorũ proinde separata est ratio. Vnde aliud est de parte separata à toto, & de speciebus subtractis à genere, quam sit de ipso toto in se integrè persistente. ex *Gloss.* in extrauaganti Ioannis 22. *Suscepti regiminis nos cura solicitat. vnica. post principium*. verbo *vacantium.col*.3.*prope medium.vers. In contrarium videtur. Quia cum separatorum separata sit ratio. Ne sede vacante aliquid innouetur. inter communes*. probaturque ex *Papiniano* libro 2. de adulteris in *l. de seruo, qui accusatur*.9.*siue finali in fine ff. de calumniatoribus*. dicente Papiniano: *Sed circa pretii æstimatione quæritur de calumnia eius: Separatum est enim calumniæ crimen à damno, quod in seruo propter quæstionem, Domino datum est*. vbi *Bartolus* in summario: *Separatorũ separata debet esse ratio*. Quia, quæ separata sunt, non coniunguntur. Ex Vlpiano libro 29 ad Edictum in *l. procuratoris autẽ* §.§.*si plures habuit seruus creditores ff. de tributoria actione*. Qui negotium, de quo ibi agebatur, sequentibus dirimit: *Aequissimum puto separatim tributionem faciendam: ne ex alterius re, mercede alij indemnes fiant: alij damnum sentiant*. rationem infert *Glossa* ibidem verbo *separatim*. Quia: *Quod separatum est, non coniungitur*. Separatorum ergo separata est ratio. & à separatis, & diuisis non rectè infertur. ex eodem Vlpiano in *l. Papinianus exuli* 21.*ff. de minoribus* 25. *annis*. & eodem libro 7. siue 70. ad Edictum in *l. naturaliter* 12. §. *nihil commune ff de acquirenda, vel amittenda possessione*. deduximus *respons*. nostra 96. *num*.26.& *num*.47.*parte* 5. & in nostro *Apologetico pro Iuribus Ecclesiæ num*. 198. quem Romæ pressimus.

Separari ab Ecclesia (vt schismatici, & hæretici) cum in vnitate non sint corporis Christi, Spiritum Dei non habent. de quibus sequitur Apostolus (1.*ad Corinth*.B:) dicens: *Spiritum non habentes*. explicatque Augustinus sermone 11. de verbis Domini in *can. de illis, qui sunt ab Ecclesia segregati* 8.24 q 2. duo genera separatorum in fine tradens: *Neque enim solùm ad Ecclesiam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt: Sed etiam illi, qui in eius vnitate corporaliter misti per pessimam, vitam separantur.*

Separantur à Christi corpore, qui per excommunicationem traduntur Sathanæ, & de Ecclesia traduntur Zabulo. iuxta illud Pauli (1. ad Corinthios 5.) *Tradidi* (inquit) *huiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, vt Spiritu saluus fiat*. & explicat Hieronymus in *can. audi denique Apostolum dicentem* 21.11.q.3. Et sunt non nulli qui quamuis ab Ecclesia per sententiam excommunicationis separati non sunt, tamen iam exierunt à veritate, à timore Dei à fide à charitate, & exiere à Castris Ecclesiæ. cùm possit esse, vt qui foris mittitur per sententiam, intus sit. Quia non recto iudicio mittitur; vnde nihil læditur. *Interdum enim, qui foras mittitur intus est, & qui foris est, intus retineri videtur*. Ex Origine super Leuiticum homilia 14. in *can. cum aliquis exijt à veritate* 7.23.q.3. Nihil ergo sic formidare debet Christianus, quam separari à corpore Christi. Si enim Separatur à corpore Christi, non est membrum eius. Si non est mem-

membrum eius, non vegetatur spiritu eius: *Quisquis autem* (inquit Apostolus) (Roman. 8.) *Spiritum Christi non habet; hic non est eius* Augustinus verbis edicit in Ioannem in *can. nihil sic debet formidare Christianus, quàm separari a corpore Christi.* 33.11.q.3. Vnde virtus spiritualis sacramentorum in eis iam esse non potest. Sicuti sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore. ex Augustino sermo 11. de verbis Domini in *can. corporalia sacramenta* 49.1.q.1.

Separare nos debemus ab hæreticis, vt nec aue eis dicamus. ex precepto Apostoli (ad Titum 3.10.) *Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita, sciens, quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit, cùm sit proprio iudicio condemnatus.* & prosequitur Augustinus Glorio, & Eleusio, & aliis in *can. dixit Apostolus: hæreticum hominem post primam, & secundam correptionem deuita* 29. 24.q.3. plura deducit *Glossa* ibidem verbo *& secundam.* Intelligens de hæretico iam damnato. nam si non est damnatus possumus eum admonere, vt ad catholicam reuertatur Ecclesiam. Ita quidem si est damnatus neq; *Aue ei dicamus.* ex Ioanne *Epistola* 2 *cap* 1. & deducit Beda in *can. omnis, qui recedit. & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet.* 24.24.q.1. Debent enim omnes ab eorum

Separari communione alioquin in malis inuoluuntur. Vnde per Moysen precepit *Dominus* quibusdam: (Numerorum 16.) *Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum, & nolite tangere ab omnibus quę sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum.* Et ad rem perpendit Martyr Cyprianus in epistola contra hæreticos in *can. si quis. inquit, de Ecclesia hęretica pręsumptione exierit, à se ipso damnatus est.* 70. *ad finem* § *quare, qui hęreticis, & schismaticis patrocinatur.* 1.q.1. dicente Cypriano: *Quare qui hęreticis, & schismaticis patrocinantur, censura diuina in eorum probantur facinore, & pœnis, non solum duces, & auctores, sed etiā participes destinari, nisi se à communione malorum separauerint, pręcipiente per Moysen Domino, ac dicente: Separamini à tabernaculis hominum istorum durissimorum &c.* subdens; *Et quod comminatus per Moysen Dominus fuerat, impleuit:*

Separantur Iudæi ab vxoribus, si illæ Christianæ fuerint effectæ, illique in Iudaismo perseuerare amauerint: *Quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quę iam in Christianam translata est fidem.* decretum fuit in Concilio Tolerano Quarto in *can. Iudæi, qui Christianas mulieres in coniugio habent.* 10. 28. q.1. addendo etiam: *Filij autem, qui ex talibus nati existunt, fidem, atque conditionem matris sequantur.* & è contrario.

Sæpe malorum consortia etiam bonos corrũpunt: quanto magis eos, qui ad vitia poni sunt? Ita Concilium Toletanum quartum in *can sæpe malorum consortia* 12. 28.q.1. vetans, ne ex hebręis ad fidem conuersis, cùm in Iudæismo persistentibus sit amplius conuersatio: *Ne forte eorum participatione subuertantur.*

Sępe de facultatibus suis plus sperant homines, quàm in his sit. ex Iustiniano Cæsare §. *in fraudem autem creditorum manumittere videtur. Institutionibus quibus ex causis manumittere non licet.* Quod pręsertim in vltimis procedit voluntatibus, & ad excludendam fraudē. secundum *Glossam* ibidem verbo *sępe.* & in additione.

Septies in die cadit iustus. & resurgit. ex *prouerbiis* 24.16. dicente Salomone: *Septies enim in die cadet iustus, & resurget: impii autem corruent in malum.* Vbi Hieronymus ad Rusticū de pœnitentia in *can septies cadit iustus, & resurgit* 23. *de pœnitentia distinct.* 3. sequentibus explicat: *Si cadit, quomodo iustus? si iustus quomodo cadit? Sed iusti vocabulum non amittit, qui per pœnitentiam semper resurgit. Et non solum septies sed septuagies septies delinquenti, si conuertatur ad pœnitentiam, peccata donantur. Cui plus dimittitur. plus diligit.* Lucæ 7. *Gloss.* ibidem verbo *septies.* explicat. *id pro vniuersitate ponitur. id est omnibus modis, & generibus flagitiorum, & tribulationum.* Sed additur ibidem prosequitur. *Quod hęc non est intentio litterę: nec propter hoc inducitur: sed secundum quod cadit in peccatū.* Et Dionysius Carthusianus in prouerbia *Septies enim in die cadit iustus.* explicat. *Id est frequenter, pręsertim in venalia. sicque ponitur numerus determinatus, pro indeterminato; quemadmodum* Iob. 33 *habetur: Ecce hęc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, vt reuocet animas eorum à corruptione, & illuminet luce viuentium. Vnde subiungitur.* Et resurget. *per pœnitentiā Propter quod ait propheta:* (psalmo 36.) *Cum ceciderit non conteretur, quia Dominus supponit manum suam.* Ita Dionysius.

Sepelire mortuos opus est pietatis. *Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt Nemo potest dolere quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est.* Ambrosius lib. 2. de officijs in *can. aurum Ecclesia habet, non vt seruet, sed vt eroget* 70. §. *nemo enim potest dicere* 12.q.2.

Sepulturę datus locus tributo amplius subiectus non est. ex Concilio Parisiensi in *can. secundum canonicam auctoritatem* 24. 23. *quæst.* 8. verbis edicente: *vel si quilibet pro loco sepulturę aliquid largitus Ecclesię fuerit.* & paulo post: *Nullus quemquam presbyterorum aliquem censum persoluere cogat.* & infrà: *Quod si fecerit; communione vsque ad satisfactionem priuetur.* Sicuti pro sepulchris, & hominibus sepeliendis nihil muneris exigi debet: nisi fortè, qui sepelitur, viuens iusserit, Ecclesię, in cuius atrio sepelitur, aliquid de suis rebus tribuere; aut etiam post mortem ipsius illi, quibus commissum est, eius eleemosynam facere de rebus illius aliquid sponte dare voluerint: & tamen nullatenus à presbyteris Ecclesiæ illius aliquid exigatur. Ita ex Concilio Varensi decretum fuit. in *can. precipiendum est secundum canonum auctoritatem.* 15.13.q.2. & decreuit Innocentius Tertius Episcopo Magalonen scribens in *cap. abolende consuetudinis peruersitas apud Montem Pessullanum* 13 *de sepulturis extra.* Nihil posse exigi pro sepultura

ecclo-

effodienda in terra cœmeteriata. Possunt tamen compelli laici pias, & laudabiles consuetudines seruare. vt *Gloss.* ibidem verbo *exigere.* adnotat. ex Innocentio tertio in Concilio Generali in *cap. ad Apostolicam audientiã frequenti relatione peruenit. 42. de simonia, ne aliquid pro spiritualibus exigatur, vel promittatur.* ibique *Gloss.* verbo *nituntur laudabilem.* plura deducens. diximus *respons.* nostra 18. *num.* 89. *& sequentibus parte* 5. & sane duplici iure prohibemur quidquam exigere, & ne venalis dicatur Ecclesia, & ne ex cadaueribus hominum videantur Ecclesiasticè compendium quærere vti Gregorius Ianuario Episcopo Sardiniæ respondit in *can. questa est nobis Nereida femina Clarissima* 12. 13. *q.* 2 Gregorium excipe in fine dicentem: *Sed si quando aliquem in Ecclesia vestra sepeliri conceditis, si quidem parentes ipsius proximi, vel hæredes pro luminaribus sponte quid offerre voluerint; accipi non vetamus. Peti verò aliquid, aut exigi omnino prohibemus: ne (quod valde irreligiosum est) aut venalis fortasse (quod absit) dicatur Ecclesia; aut vos de humanis videamini mortibus gratulari; si ex eorum cadaueribus studeatis quærere quolibet modo compendium.* Eodemque modo in quæstionibus Hebræorum Hieronymus in *can. postquam pretio victus est Ephron, vt sepulchrum venderet argento, licet cogente Abraham* 13. *eadem* 13. *q.* 2. & ibidem ex Concilio Triburiensi in *can. in Ecclesiastico namque libro scriptum est.* 14. vbicumque verò sepeliamur, Domini est terra, & plenitudo eius. verba sunt Ioannis Chrysostomi in *can. vbicumque sepeliamur.* 26. *eadem* 13. *q.* 2. vbi *Gloss.* in ipso principium sequentibus infert:

*Libera fortuna mors est: capit omnia tellus,*
*Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vrnam.*

Vbi vero consuetudo viget, vt pro sepultura detur aliquæ eleemosyna. Non poterit exigi, antequam sepulturę detur cadauer, sed postmodum eo condito. dictum fuit in *Rota parte* 1. *diuersorum decis.* 223. *num.* 1. *in fine.*

Sepultura quatuor perpenditur modis. ex *Gloss.* in *can. clerici, vel seculares* 11 §. *item quæritur an pro sepultura mortuorum aliquid sit exigendum.* Qui est Gratiani 13. *q.* 2. Glossam excipe: Hugo ponit quatuor significationes huius nominis sepultura. Quandoque dicitur sepultura locus, vbi quis sepelitur. Talis locus licite venditur, si non est sacer, vel religiosus. Id est, qui non sit in cœmeterio aliquo quia licitè venditur ad Ecclesiam ædificandam, vel ad cœmeterium ampliandum. vt 12. *q.* 2. *aurum.* Secundo modo dicatur sepultura, ipsa sepultura iam facta; & hæc vendi non potest, specialiter si locus est sacer. Tertio modo dicitur Ius inferendi in sepulchrũ nec pro hoc aliquid recipi potest. Quarto dicitur ipse actus, vel officium sepeliendi; & illud non possunt vendere Clerici, qui ex officio suo ad hoc tenentur. vt *infra ead. præcipiendum.* & 1. *q.* 1. *dictum. & infra de simonia non satis.* ita Glossa.

Sepulturę itaque Ius ad vsum ipsum sepulturę siue sepulchri tradi potest. tradit *Nauarrus cons.* 1. *libro* 3. *de sepulturis num.* 1. sequiturque *Sayrus decis.* 787. *num.* 4. Gratis tamen concessio ipsa facienda erit. ex Innocentio Tertio dicto supra *cap. abolendæ consuetudinis* 13. *de sepulturis. Genuensis in praxi cap.* 41. *num.* 28. *&* 29. *Molina de hispaniç primogeniis lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 40. *Gratianus Forensium disceptationum part.* 1. *cap.* 110. *nu.* 7. & *pars* 2. *cap.* 210. *nu.* etiam 7. *Rodriquez in summa part.* 2. *cap* 60. *num* 2. noster *Robertus Maransa Proanus cons.* 100. *nu.* 4. *&* 5. ad Ius tamen sepulchri obtinendum expressus Episcopi consensus non perquiritur, sicut in iure patronatus. sufficit tamen illum non repugnare, neque dissentiri vt dixit *Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 222. *&* 223. an autem ius ipsum sepulturę vendi valeat. & an Ius in illa sit creditoribus? deduximus pleoè *respons.* nostra 16. *part.* 1. per totam.

Sepelire humana corpora humanitatis officium est, atque resurrectionis futuræ argumentum fideique resurrectionis testimonium, cùm corpus mortuum, resurrecturum tamen, humatur. ex Augustino libro de agenda cura pro mortuis in *can. non æstimemus ad mortuos, pro quibus curam gerimus* 19. §. *corpori autem humano quid quid impenditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium, secundum affectũ quo nemo vnquam carnem suam odio habet.* 13. *q.* 2. & sepulturę conditio, pompa exequiarum, magis viuorum solatia sunt, quàm subsidia mortuorum. Si aliquid prodest impio sepultura pretiosa; oberit pio vilis, aut nulla. verba sunt Gregorii Secundi Bonifacio Episcopo in *can. animæ defunctorum quatuor modis soluuntur.* 22. §. *curatio verò funeris eadem* 13. *q.* 2. plura deduximus *respons.* nostra 18. *á num.* 1. *cum sequentibus parte* 5.

Sepulturam sibi, siue sepulchrum eligere quisque potest vbi voluerit. ex Augustino in *can.* ibiq; Gratianus §. *Item Ioseph moriens in Aegypto rogauit fratres suos, vt tempore visitationis suæ ossa sua secum deferrent; & in sepulchro Patrum suorum ea collocarent.* & in fine *Item Iacob ibi collocatus est.* 13. *q.* 2. Leo Tertius in *cap.* 1. *de sepulturis extra* in ipso principio dicens: *Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam, & etiam alienam. Dominus enim, & magister, alienam elegit, vt propriam.* Ibidemque Alexander Tertius Decano, & Magistro R. Rauennaten in *cap. cum liberum sit.* 6. & Lucius Tertius in *cap. de vxore vero* 7. *ibidem.* Eodemque modo Bonifacius Octauus in *cap.* 1. *de sepulturis. in* 6. parique sententia Clemens V. in Concilio Viennen in *Clemente cupientes eos, quos ad obseruantiam iurium virtutum præmia non inducunt* 3. § *finali de pœnis.* Ex Constantini Cæsaris constitutione in *l.* 1. *C. de Sacrosanctis Ecclesijs, & rebus, & priuilegiis earum.* dicente: *Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quàm quod supremæ voluntatis, postquam iam aliud vello non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium. Rota in recentioribus part.* 2. *decis.* 745. *num.* 2. Quin imo, R. semel factam sepulturæ electionem variare. Quia sepulturę electio actus est vl-

vltimæ voluntatis, quæ ad supremum vsque perdurat vitę flatum. *Rota part.1. diuersorum decis.47. num.2. & sequentibus*. Plura deduximus *respons.* nostra 14. *num.1. cum sequentibus part.2.*

Sepulturā tamē in dubio quis deligere videtur in loco in quo reciperat sacramenta, dùm in humanis agebat, & vbi decimas soluebat. ex Concilio Triburiensi in *can. vbicumque temporum, vel locorum facultas tulerit 6.* in fine 13. q.2. concludente: *Vbi quis decimas soluebat viuus, ibi sepeliatur & mortuus.* Sequitur *Siluester in summa* verbo *sepultura q.8. § secundum. peregrini.* versiculo *nisi recepisset sacramenta. Armilla* verbo eodem. §.11. *vers si autem non apparet*. peroptimè *Federicus de Senis. cons. 253. & cons.254.* diximus *respons.* nostra 14. *à num.1 part.2, & respons.15. num.60.61. & 62. parte 5.*

Sepulturę homines donare mortuos, gratiæ tribuitur. dicente Sapiente (Ecclesiastici 7. 37.) *Et mortuo non prohibeas gratiam*. quæ verba *Dionysius Carthusianus* explicat: *id est opera misericordia non viuis tantum, sed & defunctis impende, corpora sepeliendo: animabus quoque per orationes, eleemosynas, & obligationes subueniendo*. Deduxitque Concilium Triburiense in can *in Ecclesiastico namque libro scriptum est: Mortuo non prohibeas gratiam. sciens, quoniam omnes moriemur. & item omnes, qui de terra sunt, in terram conuertentur* 14. 13. q.2. deduximus etiam nos *respons.* nostra 18. *num.33. part.5.* Hinc est quod

Sepultura hominis locus religiosus efficitur. *Domini enim est terra & qui habitant in ea.* Ex eodem Concilio Triburiensi dicto *can. in Ecclesiastico namque libro*. ibique *Gloss.* verbo *si terram.* inferens: *Quod locus efficitur religiosus, vbi corpus eo proposito ponitur, vt ibi perpetuò remaneat*. Sacer vero, & religiosus efficitur authoritate Pontificis. inferens: *Et nota, quod quid est sacrum, est religiosum; sed non conuertitur. vbi enim mortuus infertur fit religiosus, sed non sacer* Ex Martiano libro 3. Institutionum in *l.in tantum, vt & soli domini constituantur, qui ibi ędificant 6. § sacrę autem res sunt ff. de rerum diuisione & qualitate.* verba sunt Martini: *Sacrę autem res sunt; quę publica consecrata sunt, non priuatim. Si quis ergo priuatim sibi sacrum constituerit, sacrum non est, sed prophanum: Semel autem ade sacra facta, etiam diruto ædificio, locus sacer manet. Religiosum autem locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum* Reprimit tamen *Glossella* Marginalis ad dictam *Glossam* verbo *si terram d. can. in Ecclesiastico.* illis verbis: *Vbi enim mortuus infertur fit religiosus*. deducens: *Hoc non est verum si mortuus esset excommunicatus. & ita sentit Goffred. extra de sepulturis sacris. & ibi de hoc per Ben.* ita Glossella

Sepultura deneganda ei non est Ecclesiastica, qui casu precipitatus obiit; vel repentinò animam efflauit. Ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Turonen in *cap. ex parte parentum M. nobis est intimatum 11. extra de sepulturis*; illum excipe: *Quo circa mandamus, quatenus, cùm illa non sponte pręcipitauerit se de ponte, sed (sicut superius est expressum) casu ceciderit, corpus eius tradi facias Ecclesiastica sepulturę; pręsertim cùm ex honesta causa fugisse noscatur: & cui communicabatur viuenti, communicandum sit iam defunctę*. ibique per optimè *gloss.* verbo *non sponte.* Qui enim sponte propria se interfecerint, cum psalmis ad sepulturam eorum cadauera non deducuntur. vti decretum fuit in Concilio Bracharensi primo in *can. placuit, vt qui ipsis voluntariè, aut per ferrum 12. 23. q.5.* ibique *gloss.* verbo *ad sepulturam.* ex Concilio Triburiensi in *can quicumque clericus, aut in bello, aut in rixa 4. in fine 23. q.8.* verbis pręcipiente: *Sepultura tamen non priuetur*. vbi *Glossa* verbo *sepultura*. addit: *Si pœnituit*. Nam qui in mortali decedit, vel impœnitens Ecclesiastica carebit sepultura. *gloss.* in *can. nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur 18. eadem 13. q.2.* verbo *fideles* in fine: *Repertorium Inquisitorū* verbo *Sepultura vers. quilibet in peccato*. deducitque *Couarruuias. variarum resolutionum lib.2. cap.1. num.11. col.2. ad medium. versiculo. Illud profectò non est prętermittendum, quod se ipsum occidens in Ecclesia sepeliendus non est.* Secus vero si mentis alienatione, aut furore. se præcipitem dedit nam Ecclesiasticę sepulturæ is traditur. sequiturque *Graucasis in praxi Episcopali cap. 76. de sepulturis plura scitu digna num. 20. in additionibus*. qui ita in praxi seruatum dicit. & per optime *Lopez* ad *praxim Diaz cap. 17. nu. 22.* traditque *Martinus Nauarras cons. 6. an priuari debeat sepultura lib.3. de sepulturis nu. 8.* & nos pluribus *respons.* nostra 2. *num. 28. 29. & 30. part.4.* traditque notabiliter *Bernardinus de Bustis tom.2. sermonum sermone 1. parte 1. § septimo quaritur. vers. tertio prohibetur sepultura illis, qui se ipsos occiderunt &c.*

Sepultura impediri à creditoribus defuncti nullo modo potest, donec sibi satisfiat de credito; ita quidem vt intra nouem dies luctus neque defuncti cognatis molestia inferri valeat pro causa prędicta. decreuit, sanxitque Iustinianus Cæsar §. *meminimus insuper*, qui est finalis. in *Authentico vt cum de appellatione cognoscitur collat.8.* & in §.1. & sequenti *sancimus igitur. in Authentico. vt defuncti, seu funera eorum non iniurientur à creditoribus collat. 5.* sequitur *glossa* in *cap. ex parte canonicorum 5. de sepulturis extrà* verbo *post appellationem*. ibi; *Abbas num.3. & Butreus num.7. Branoras à sole quęstionum legalium q.29. per totam* & nos pluribus alios referentes *respons.* nostra 103. *nu. 8. 9. & 10. part.5.*

Sepeliri in Ecclesia nemo debebat, sed in atrio, aut in porticu, aut in exhedris Ecclesię. hoc est in voltis, quę exterius adhęrent parietibus Ecclesię. statutum fuit in Concilio Vacensi in *can. pręcipiendum est secundum canonum auctoritatem. 15. in fine 13 q. 2.* verba damus Concilii: *Prohibendum est etiam secundum maiorum instituta, vt in Ecclesia nullatenus sepeliantur; sed in atrio, aut in porticu, aut in exhedris Ecclesiæ Intra Ecclesiam verò, aut prope altare, vbi corpus, & sanguis Domini conficitur, nulla-*

*nullatenus sepeliantur*. ibique *gloss.* verbo *in exhedris*. & verbo *sepeliantur*. Rationem reddens: *Et ideo prohibetur fieri sepultura in Ecclesia; Quia locus ille specialiter Deo dicatus est; cui mors vltrà non dominabitur*. Et in Concilio Moguntiaco primo in *can. nullus mortuus* 18. *eadem* 13. *q*. 2. decretum quoque fuit: *Nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni presbyteri, vel fideles laici*. Sed Decretum postmodum fuit, vt in Ecclesiis sepeliantur omnes fideles. ex Gregorio libro 4. dialogorum cap. 50. in *can. cum grauia peccata non deprimunt* 17. *eadem* 13. *q*. 2. Rationem reddens, dicensque; *Cùm grauia peccata non deprimunt, hoc prodest mortuis si in Ecclesia sepeliantur, quòd eorum proximi quoties ad eadē sacra loca veniunt, suorum quoque sepulchra aspiciunt, recordantur, & pro eis Dominos preces fundunt. Nam quos peccata grauia deprimunt; non ad absolutionem potiùs, quàm ad maiorem damnationis cumulum, eorum corpora in Ecclesiis ponuntur*. Rationes refert quoque *glossa* ibidem verbo *sepeliantur*. Quare factum sit postmodum vt mortua fidelium cadauera in Ecclesia sepeliantur. prima est quam ipse Gregorius refert, *Secunda ratio: Quia specialiter commendantur patrociniis Sanctorum illorum, in quorum nomine dedicata est Ecclesia illa. vt infra eadem non estimemus. in fine. Tertia ratio est: Quia minus ibi vexantur à spiritibus immundis. Vnde in Cæmeteriis dicitur esse requies defunctorum. vt* 12. *q*. 2. *aurum* Plura deducit frater *Bernardinus de Bustis tom*. 2. *sermonum. sermone* 2. *part*. 1. §. *tertio quaritur vtrum prosit in charitate morientibus Ecclesiastica sepultura?* & prosequitur per alios paragraphos. plura quoque *Ioannes lupus tract. de libertate Ecclesia part*. 2. *q*. 15. *num*. 2. & 3. *tomo* 13. *tractatuum part*. 1.

Sepeliri debet mulier, vbi vir suus sepultus fuit, si alias ipsa sepulturam non elegit. ex Augustino in *can. vna quaque mulier sequatur virum suum, siue in vita, siue in morte* 3. 13. *q*. 2. ibique *glossa* verbo *sequatur*.

Sepulchrorum violatores infames redduntur. Nam inter infames numerantur per Stephanum Papam Hilario scribentem in *can. Infames esse eas personas dicimus, qua pro aliqua culpa notantur infamia* 7. 6. *q*. 1. agnoscens inter infames: *Sepulchrorum quoque violatores*. Sepulchri enim violati pœna puniuntur, qui ossa ex sepultura extraxerint. *Humilioris quidem fortuna summo supplitio afficiuntur: honestiores in insulam deportantur*. ex Paulo lib. 1. ad Edictum in *l. rei sepulchrorum violatorum* 11. *siue finali ff. de sepulchro violato*. Tali equidem obtractione, & viui & mortui iniuria afficiuntur, vnde iniuriarum aduersus extrahetem datur actio ex Vlpiano libro 25. ad Edictum in *l. assa, qua ab alio illata sunt* 8. *ff. de religiosis, & sumptibus funerum*. noster *Maranta cons*. 100. *num*. 7. meminimus in nostro *Apologetico* pro Iuribus Ecclesiæ *respons*. 1. *nu*. 97. quem Romę pręssimus

Sequestrum apponitur super fructibus possessionis, si post sententiam possessor appellat, ne interim dilapidentur. ex Theodosianis legibus in *can. quoties post auditam causam Iudici possessor appellat*. 26. 2. *q*. 6. ita etiam, si res pœnea nullum in possessione erat litigio pendēte. Nam interim fructus sequestrantur. ex Gelasio Papa Quingesio Episcopo in *can. qua in litigio posita in nullam transferri potest omnino personam* 30. *siue finali*. 11. *q*. ibique *gloss.* in casus figuratione ex Beneuentano: secus tamē est si quis legitime possideat, nam interim in possessione permanebit, donec lis legitimo iure terminetur. ex Vrbano Secundo Petro Subdiacono in *can.* §. *volumus accedente te ad Panormitanam* Ciuitatem 2. 16 *q*. 4. & notat *Glossa* dicto *can. quoties post auditam causam*. 26. verbo *sequestrantur*. sicuti

Sequestro supponitur res interim, si pendente iudicio qui possidet bona dilapidat, atque dispedit. ex Pelagio Papa Petro Presbytero in *can. quia ea, quę de fraudibus Maximiliani* 9. *siue finali*. 3. *q*. 2. decreuitque Honorius Tertius Priori Deben, & Decano de Calin. in *cap. dilectus filius R. rector Ecclesia de Bethusia* 2. ibique *gloss.* verbo *sequestrari*. *de sequestratione possessionum, & fructuum*. & ibidem Gregorius Nonus in *cap. ab eo, qui à sententia prouocauit* 3. *siue finali*. Qui canon concordat cum lege Ciuili ex Papyro Iusto libro 1. Constitutionum in *l. Imperatores verus, & Antoninus* 21. §. *finali ff. de appellationibus, & relationibus*. verba inferimus: *Iidem rescripserunt, quamuis vsitatum non sit, post appellationem fructus agri, de quo disceptatio sit, deponi: tamen cùm depopulentur ab aduersario, equum sibi videri, fructus apud sequestrum deponi*. & notat *Glossa finalis*. ibidem. & *Glossa d. cap. ab eo, qui à sententia prouocauit*. verbo *si dissipentur*. Reprime si possessor potis ad satisfaciendum fuerit. ex *Abbate cons*. 22. *in fine. libro* 1. & ex *Afflicto decis*. 188. *in fine. nu*. 7. licet quidem sequestrum regulariter cautionis remedio reuocetur. ex Innocentio Tertio Mediolanen Archiepiscopo in *cap* 1. *in fine de sequestratione possessionum & fructuum*. ibique *Glossa finalis*, *Rota* apud *Cocinum decis*. 15. *nu*. 1. secus tamen dicit esse in obligatione Camerali *num*. 2. sequestratio quoque fit in beneficio, si possessor triennalis non fuerit, & ipse, qui possidebat, vnum contra obtinuit sententiam apud Sedem Apostolicam. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clement. vnica de sequestratione possessionum, & fructuum*. *Marisrottus variarum resolutionum lib*. 2. *cap*. 77. *nu*. 17.

Sequestrum liti initium dare non debet. Non enim debet incipi à sequastro, sed iuris ordo seruandus erit. ex Honorio, & Theodosio Augustis in *l. vnica C. de prohibita sequestratione pecunia*. ibique *Glossa* verbo *sequestrationis*. concinit Symmachus Papa in *can. non ne directa sunt verba canonum* 1. & *vltimo* 2. *q*. 4. & textus in *cap*. 1. 2. & 3. *de sequestratione possessionum & fructuum*. vbi *Gloss.* in *cap*. 2. verbo *sequestrari*. & *d. Gloss.* in *d. l. vnica* verbo *sequestrationis*. Plures referunt casus, in quibus poterit à sequestratione incipi. *Rota in Seguntina fructuum coram Scotto ad Marrbesanum tom*. 2. *fol*. 574

fol.574. & apud *Achillem de Graßis. decis.1. de sponsalibus.* Licet verò à sequestratione incipi non posit;erit tamen permissum pernumerare, vel describere bona, quæ sequestro supponi petuntur. ex Vlpiano lib.14.ad Edictum in *l.1.§.eligitur autem curator.* Qui est penultimus *ff.de ventre in possessionem mittendo, & curatore eius.* Vlpinianum attende: *Seruius aiebat, res hæreditarias hæredem institutum, vel substitutum obsignare non debere; sed tantum pernumerare, & mulieri assignare.* Id est omnes numerare. vt *gloss.* ibidem notat verbo *pernumerare.* ibidemque *Bartolus* sequiturque *gloss.* in *d.l.vnica C. de prohibita sequestratione pecuniæ d.* verbo *sequestrationis.* in additione. ibique etiam *Bart.* sequiturque *Guido Papa decis.35.nu.3.*

Sequestrum tamen non potest dari, vbi constat de possessione. *Gratianus Forensium part.5.cap.850.nu.18.*

Sermo Christi sacramentum conficit altaris. Ambrosium attende libro 4. de sacramentis in *can. panis est in altari vsitatus ante verba sacramentorum 55. post principium de consecrat.dist.2.* dicentem audi: *Ergo Christi sermo hoc conficit sacramentum. Quis sermo Christi? nempe is, quo facta sunt omnia. Iussit Dominus, & factum est Cælum: iussit Dominus, & facta est terra: iussit Dominus, & facta sunt maria: iussit Dominus, & omnis creatura generata est. Vides ergo quàm operatorius est sermo Christi. Si ergo tanta vis est in sermone Domini Iesu, vt inciperent esse, quę non erant; quantò magis operatorius est, vt sint, quę erant, & in aliud commutentur. Et sic, quod erat panis ante consecrationem, iam Corpus Christi est post consecrationem: quia sermo Christi creaturam mutat, & si ex pane fit corpus Christi, & vinum cum aqua in calice missum fit sanguis consecratione verbi cælestis.* Idemque Ambrosius libro de his, qui mysteriis initiantur in *can. re vera mirabile est, quod Manna Deus pluit patribus 69. col.3. §.quod si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret. eadem de consecrat. dist.2.* sunt verba Ambrosii ambrosiam ore dantis: *Sermo igitur Christi, qui potuit ex nihil facere, quod non erat, non potest ea, quę sunt, in id mutare, quod non erant? Non enim minus est nouas rebus dare, quàm mutare naturas.* & in fine: *Ipse clamat Dominus Iesus: Hoc est corpus meum. Ante benedictionem verborum cælestium alia species nominatur: post consecrationem corpus Christi significatur. Ipse dicit sanguinem suum. Ante consecrationem aliud dicitur: post consecrationem sanguis nuncupatur: & tu dicis. Amen. hoc est, verum est. Quod os loquitur, mens interna fateatur: Quod sermo sonat, affectus sentiat.* Ita Ambrosius.

Sermone sanare. dixit Gregorius Papa Mauritio, & Vitaliam scribens in *can. suppliciter gloriæ vestrę per filium nostrum Vitilianum, cum quo & tractetis, & verbo, & scripto mandauimus 18. post principium non longe 23.q.8.* verba damus: *Et insuper eos denuò sacramentis obstringite, reddentes eis quod loco pignoris substulistis, & sermonibus vestris eos sanantes.*

Seruitus ab ebrietate traxit originem. Presto tibi sit Ambrosius ad probationem. libro de Elia, & ieiunio in *can. sexto die bestia sunt creata 8.§.manebat, antequam vinum inueniretur. distinct.35.* verbis edicens: *Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas; nemo sciebat à consorte naturę suę obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidem iam fraterna prælationis inuidia, manebat tamen adhuc paterna pietatis reuerentia. Lęsa pietas est dum ridetur ebrietas. Non illis itaque solis nocent vina, quos tentant, sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur.* Noe primus plantauit vineam, & ex vino inebriatus est. (*genesis 9.22.*) & nudatus in tabernaculo suo; *Quod cùm vidisset Cham pater Chanaan; verenda scilicet patris sui esse nudata, nunciauit duobus fratribus suis foras.* & paulo post: *Euigilans autem Noe ex vino, cum didicisset, quę fecerat ei filius suus minor, ait: Maledictus Chanaan, seruus seruorum erit fratribus suis.* Ex ebrietate igitur seruitus. Iure postmodum gentium seruitus introducta. *Nam, quos ab initio natura liberos protulit, ius gentium iugo substituit seruitutis.* Gregorius tradidit Montanæ, & Thomæ scribens in *can. cùm redemptor noster totius conditor creaturæ.68.12.q.2.* et dixerit etiam Isidorus in *can. Ius gentium est sedium occupatio 9.distinct.1.* ibi: *Seruitutes.* vbi *glossa.* dicens. quod seruitus sit inducta per ebrietatem. *Sed dicitur inducta de Iure Gentium; quia Ius gentium eam approbat; non quod eam primo inuenerit.* Nec eam Ius canonum soluit. ex Concilio Aurelianensi I. in *can. id constituimus obseruandum, quod Ecclesiastici canones decreuerunt 36.§. seruus etiam, qui ad Ecclesiam confugerit.17.q.4.* Nam seruus, qui pro qualibet culpa ad Ecclesiam confugit; si à Domino pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitutem Domini sui redire cogitur: seruitute itaque non reprobat.

Seruitus morti comparatur. ex Vlpiano libro 4. ad legem Iuliam et Papiam in *l. seruitutem 201.ff.de regulis Iuris* docente; *Seruitem mortalitati ferè comparamus.* ibique *glossa.* dicens; *Si quis fiat seruus; pro mortuo habetur.* sequtaque fuit *glossa* in *can. inter cętera, vt rogaueras, à patre nostro Ambrosio 22.§.sed cum his omnibus illicita iuramenta non seruanda probetur.* qui est Gratiani.22.q.2. verba namque faciens de Iosue, cur Gabaonitas non deleuit. iurauerat enim eis, et si deceptus. verbo *decepti.* Rationem reddens: *vel dic, quod satis impleuerunt pręceptum Domini, quia satis videntur interfecti, cùm redegerint eos in seruitutem. Nam seruitus morti comparatur ff.de regulis Iuris. seruitutem.* Vnde per bellè Ambrosius libro officiorum 3. in *can Innocens credit omni verbo 23. in fine eadem 22.q 4.* eodem de facto verba faciens, sic infert: *Iosue tamen pacem, quam dederat, reuocandam non censuit; quia firmata erat sacramenti religione, ne dum alienam perfidiam redargueret, suam fidem solueret. Mulctauit tamen eos vilioris obsequio ministerii. Clementior sententia, sed diuturnior,* Iosue 9. Quia nimirum seruitus morti comparatur.

Se-

Seruitus duplex corporalis, et spiritualis. à spirituali seruitute nos liberauit Redemptor noster, cum humanam assumpsit carnē, ut diuinitatis gratia, dirupto, quo tenebamur captiui, vinculo seruitutis, pristinæ nos restitueret libertati. à corporali vero manumissionis beneficio, quo libertati naturali per manumittentem serui donantur, Ciuesque Romani efficiuntur. ex Gregorio Montanę, & Thomę. in *can. cum redemptor noster totius conditor creaturæ 68 12. q. 2.*

Seruituti Curiæ traditur Clericus qui episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit. nec est recipiendus, quia infamis effectus est. & ideo à gratia deponitur. ex Stephano Papa in *can. clericus vero 8. 3. quæst. 4.* eodemque modo Fabianus Papa Episcopis Orientalibus scribens in *can. statuimus, ut si quis clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit. 31. 11. q. 1.* quod sane exauditur si clericus fuerit incorrigibilis. ex *gloss.* d. *can. clericus vero* 8. verbo *Curię tradi.* & generaliter de omnibus Ecclesiasticis disposuit Pius Papa epistola a. in *can. si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit. 18. eadem 11. q. 1.* si conuinci quidem poterit. *Mox depositus Curiæ tradatur, & recipiat, quod inique gessit.* ibique *gloss.* verbo *mox depositus.*

Seruituti mancipandæ sunt per Principes illæ feminę, quæ se subdiaconis in matrimonium collocauere, si ab Episcopo commoniti illi non se correxerint. ex Vrbano Secundo in Synodo apud Melphiam in *can. eos, qui post subdiaconatum uxoribus vacare volunt 10. dist.* ga. verba sunt Vrbani: *Quod si ab Episcopo commoniti non se correxerint, Principibus indulgemus licentiam, vt eorum fœminas mancipent seruituti.*

Seruitutis causa, qua Clerici altari seruiunt, de altari viuere debent. Quia nimirum Clerici in sortem Domini adscripti sūt, vel ipsi pars Domini sunt, vel Dominum partem habent. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesię 5. 12. q. 1.* in fine sic concludente: *Si autem ego pars Domini sum, & funiculus hereditatis eius, nec accipio partes inter cæteras tribus; sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione sustentor. Habens victum, & vestitum his contentus ero, & nudam Crucem nudus sequar.* Vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit. vti concludit Ambrosius de fuga seculi citatus verba faciens: in *can. cui portio Deus est 6. in fine eadem 12. q. 1.* & de talibus dicere videtur Apostolus (1. ad Corinth. 9. 13.) *Nescitis, quoniam, qui sacrario operantur: quæ de sacrario sunt edunt: & qui altari deseruiunt: cum altari participant?* Quæ verba perpendit Prosper de vita contemplatiua in *can. sacerdos, cui dispensationis cura commissa est 9. 5. de talibus dicere videtur Apostolus. 1. q. 2.* inferens: *Quid est aliud de Euangelio viuere; nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitæ percipere?* Nec diuersimode Innocentius Tertius Zamoren Episcopo in *cap. cum secundum Apostolum, qui altari seruit, viuere debeat de altari 16. de præbendis, & dignitatibus extra.* Nos deduximus plura *respons.* nostra *99. nu. 60. 61. & sequentibus part. 4.*

Seruiunt Domino Principes, & Prælati etiam Ecclesiarum bene viuendo, sibique subiectos populos bene regendo. iuxta illud (psalmi 2.) *Et nunc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore.* Quę verba explicat Augustinus epistola ad Bonifacium Comitem. in *can. si Ecclesia vera ipsa est, quæ persecutionem patitur, non quę facit. 42. in fine 23 q. 4.* sequentibus dicens: *Quomodo ergo reges Domino seruiunt in timore; nisi ea, quę contra iussa Domini sunt, religiosa seueritate prohibendo, atque plectendo? Aliter enim seruit, quia homo est, aliter, quia etiam rex est. Quia homo est, ei seruit viuendo fideliter. Quia verò etiam rex est, seruit leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore sanciendo.* Simile est illud Augustini in *can. duo ista nomina cum dicimus homo, peccator 35. eadem 23. q. 4.* audi dicentem: *Duo ista nomina cùm dicimus, homo, peccator; non vtique frustra dicuntur. Quia peccator est corripe; quia homo est, miserere; nec omnino liberabis hominem, nisi eum persecutus fueris peccatorem. Huic officio nominis inuigilet disciplina, sicut cuique regenti apta, & accomodata est, non solùm Episcopo regēti plebem suam; sed etiam pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, Iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suā.* Ita Augustinus.

Seruum Domini non oportet litigare. Ita Clericis multoque magis sacerdotibus non congruit litigatio. ex Fabiano Papa ad Episcopos Orientales in *can. sicut sacerdotes, vel reliqui clerici 6. in fine 2. q. 7.* rationem reddente: *Quoniam sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum* (Laicorum videlicet) *Conuersatione; ita, & litigatio: Quia seruum Domini non oportet litigare.* Ne dùm humana lucra attendunt, æterna premia perdant. vt Anacletus Papa dixit in *can. quia Episcopus, vniuersique sacerdotes ad solam laudem Dei, bonorumque operum actiones constituuntur 3. siue finali in fine 5. q. 3.* ibique *gloss. 1.* paulo post principium. Rationem reddit: *Quia non expedit seruos Dei litigiosos esse.* Ex ratione, quam refert Gregorius Papa Subdiacono Defensori Siciliæ in *cap. vnico in fine extra de Syndico.* dicens: *Expedit enim pro paruo incommodo à strepitu causarum seruos Dei esse quietes.* & ideo per procuratorem litigabunt.

Serui Dei omnes sumus. ex Augustino in quodam sermone de verbis Euangelii in *can. inuitat Dominus seruos suos, & præparauit eis cibū seipsum 70. de consecrat. dist. 2.* & adnotauit *glos.* in *can. audiuimus, quod Henricus, Rauennas dictus Archiepiscopus 4. 5. vnde non nisi congregatis in vnum dictum est; Accipite Spiritum sanctū.* Qui est Gratiani: *col. 2. vers. Innomine namque Domini, atque eius virtute cooperante, non nisi fidelis aliquid operari valet: cum nemo possit dicere: Dominus Iesus, nisi in Spirito sancto.* (1. ad Corinth. 12.) 24. q. 1. verbo *nisi in spiritu.* exprimens; id

*id est nisi sit seruus eius. id est nisi habeat spiritum eius. Omnes enim sumus serui Dei. de consecrat. dist.2.itutat.* Ita Glossa. Serui igitur Dei sumus omnes. Gaudeamus proinde in Domino.

Serui Ecclesiarum, & Episcoporum, & omniũ Clericorum à Iudicibus & rectoribus publicis angariis fatigari non debent. Quod si fecerint à communione Ecclesiastica efficiãtur extranei. ex Concilio Toletano Tertio in *can. Ecclesiarum seruos, & Episcoporum, vel omnium Clericorum 69.12.q.2.* nam eodem priuilegio gaudent serui clericorum, quo Ecclesię *Gloss.* ibidem verbo *clericorum*. Argumentum infert. ex Concilio Arausicano primo in *can. eos; qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere 6. dist.87.* concordatque Gregorius Papa Ianuario Calaritano Episcopo in *can. indicatum est nobis, quod laicis quibusdam curam vestri patrimonii commiseritis.5.dist.89.* & dictũ fuit in Synodo Sexta Romana in *can. similiter & hoc ad omnium Ecclesiarum notitiam.58.16.q.1.* ibique *gloss* verbo *Ecclesię*. inferens: *Ex hoc canone consueuit dici, quod res clericorum eodem gaudeant priuilegio, quo res Ecclesiæ.12.q.2. Ecclesiarum. &c.*

Seruos libertati donare, meritoria res est. pietatis enim intuitu fieri potest. sicut Gregorius Papa Montanæ, & Thomæ seruis Ecclesiæ Romanę pietatis intuitu libertatem reddidit in *can. cum redemptor noster totius conditor creaturę 68.12.q.2.*

Seruum Ecclesię libertati donare non potest Episcopus sine consensu Capituli, & non retento Ecclesiastico patrocinio. quod si manumittere voluerit non retento patrocinio duos alios meriti eiusdem dare debebit; quia tunc quem libertati tradere disponit, iuri proprio acquirit. ex Concilio Toletano Quarto in *can. Episcopus qui mancipium iuris Ecclesię 58.12.q.2.* liberati autem Donati, si Ecclesię ingrati fuerint in seruitutem reuocantur. ibidem.

Seruus vero Ecclesię potest alicui donari pro benemeritis, quibus Ecclesię, & ipse seruiuit. debet autem de donatione per scripturam constare. ex Gregorio Theodoro Concilio in *can. Ecclesiasticis vtilitatibus desudantes.67.12. quæst.2.*

Serui autem Ecclesię fugitiui, qui etiam si reuocati fuerint, non possunt teneri, ab Episcopo distrahi possunt. ex Concilio Agathensi in *can. fugitiui domos suas, aut familias deserentes, qui etiam si reuocati fuerint, non possunt teneri. 54.12.q.2.*

Seruus si absente, vel nesciente Domino, Episcopo tamen sciente quod seruus sit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus. Episcopus eum domino duplici satisfactione compenset, seruo in clericatu permanente. ita quoque si Episcopus ignorauerit, sed qui testimonium prębuere, sciuerint. compensabitur Domino. ex Concilio Aurelianensi Primo in *can. si seruus absente, vel nesciente domino 29 dist.54.* secus vero si domino sciente & nõ contradicente in Clero fuerit ordinatus, nam liber & ingenuus erit. ex noua Constitutio ne in *can. si seruus sciente, & non contradicente domino 20. eadem dist.54.* velut etiam si legitimo prouato experimento monachus efficiatur, euadit iugum seruitutis. Nam debent per triennium, antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere; postquam autem monachi effectu fuerint, liberi efficiuntur. vt ibidem. Si autem nesciente domino clericus ordinatus fuerit, licet domino intra vnius anni spatium seruilem fortunam probare, & seruum suum accipere. eodem *can. si seruus.* notatque ibi *gloss.* verbo *vnius.*

Seruus alterius ordinari omnino prohibetur, nisi qui ius habent in illum consenserint. ex Leone Papa omnibus Episcopis per Cãpaniam in *can. nullus Episcopus seruum alterius ad clericatum officiorum promouere præsumat. 1. distinct. 54.* Rationem refert in fine 1. *Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militię est eggregandus, vt à castris Dominicis quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.* sicut ex Concilio Triburiensi in *can. nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur 2. eadem dist. 54.* prohibitum fuit ne ad sacros ordines promouerentur serui, nisi primus consequuta libertate à propriis dominis. atque de illa constaret per scripturam; quæ in ambone publice legatur.

Seruus à domino fugiens sui ipsius furtum facit, & redire tenetur & hoc consulens anathemati subiicitur. ex Gangrensi Concilio in *can. si quis seruum alienum occasione religionis docet Dominum suum contemnere 37.* & ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis seruum alienum 38. 17. q.4.* certum est equidem seruum fugitiuum sui furtum facere. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. seruum fugitiuum 1. C. de seruis fugitiuis, & libertus.* Hinc est quod iusto bello captus, si fugerit, mortaliter peccat. Quod sane exauditur quandiu est intra hostium confines, seruus si à confinibus fugerit. notat optimè *Couarruuias variarum resolutionum lib.1.cap.3.num.10. & in secunda proposita quæstionis specie.* quem etiam sequitur eius Magister *Nauar. in manuali cap. 17.num. 103. & num. 104.* non tamen procederet, si ab infidelibus fidelis aufugeret. ex *Nauar. ibidem.*

Seueritas necessaria est, vbi admonitio non proficit. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabrię in *can. docendus est populus, non sequendus. 2. distinct. 62.* sequentibus dicente, ac rationem reddente: *Quæ cum sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est, vt per seueritatem congruentem regulis vindicemus.* vbi *Gloss.* verbo *seueritatem.* interpretatur

Seueritatem. scilicet Excommunicationem. *Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quę fomentum non sentiunt.* ex verbis Symmachi Papæ in Synodo sexta Romana in *can. in canonibus in Gangressi Ecclesia, Apostolica auctoritate conditis 57.5. ferro enim abscindenda sunt vulnera. 16. q.1.*

Seueritas tamen ita seruanda est, vt quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuien-

sæuientis plectatur animo, sed medentis. ex Leone Papa Rustico Narbonensi Episcopo in *can odio habeantur peccata, non homines; corripiantur tumidi, tolerentur infirmi.* 2. *distinct.* 86. nam ex *Gloss.* ibidem verbo *non sæuientis.* Hoc solum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. ex Hieronymo ad Damasum in *can. importuna in Euangelio mulier tandem meruit audiri* 58. *de pœnitentia distinct.* 1. in fine concludente: *Vbi verò peccator intelligens vulnus suum tradit medico se curandum, ibi non est virga necessaria, sed spiritus Lenitatis.* Proinde

Seueritati est quandoque aliquid detrahendum, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat. ex verbis Augustini ad Bonifacium in *can. vt cõstitueretur in Ecclesia, ne quisquam* 25. *in finalibus verbis dist.* 50. decreuitque Honorius Tertius I. tituli sanctæ Praxedis Presbytero Cardinali scribens in *cap. ex parte tua* 11. *fine finali extra de transactionibus.* in ipso principio dicens: *Poteris ad componendum interponere partes tuas, & interdũ aliquid seueritati detrahere.* ibique *Glossa.* verbo *seueritati;* & ipsa inferens rationem. *Quandoque enim detrahendum est seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat* Vnde Gregorius in moralibus in *can. disciplina, vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur.* 9. *dist.* 45. perpendens, quod semiuiui illius vlneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus fuit, (Lucę 10.) & vinum adhibetur, & oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueãtur: *Quatenus vnusquisque qui sanadis vulneribus potest, in vino morsum districtionis adhibeat in oleo mollitiem pietatis; per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foueantur.* inferens consequentiam: *Miscenda est ergo lenitas cum seueritate faciendumque quodam ex vtraque temperamentum; vt neque multa austeritate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur.* ibidemque Isidorus de summo bono in *can. omnis, qui iustè iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iustitiam, & misericordiam portat.* 10. eo ex eodem Gregorio in moralibus in *can. sunt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant* 14. *eadem dist.* 45. concordat Augustinus Festo scribens in *can. quid faciet hic Ecclesia medicina, salutem omnium materna charitate conquirens, tamquam inter phreneticos, & Lethargicos æstuans?* 25. 23. *q.* 4. & in can. sequenti Ambrosius in Lucam *can. quod Christus discipulos increpauit, quia ignẽ super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant* 26. subsequens: *Ostenditur nobis non semper in eos, qui peccauerunt, vindicandum: quia non numquam amplius prodest clementia; tibi ad patientiam, lapso ad correctionem.*

Seueritatem exercere in contumacia existentibus oportet, ita humiliatis, & pœnitentibus negari locus veniæ non debet. ex Gregorio Castorio Notario Rauennæ in *can. quanto à nobis credito tibi, & necessarias vides causas iniungi.* 8. 2. *q.* 5. Gregorium excipe rationem reddente: *Quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit; sic iterum humiliatis, & pœnitentibus negare locum veniæ non debemus.* Concordat Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Senonen scribens in *cap. ad hæc in beato Petro* c. 5. *nos igitur, qui secundum Apostolum prompti sumus inobedientiam omnem vlcisci. de postulatione prælatorum extra.* Non enim omnis qui parcit amicus est, nec omnis qui verberat, inimicus. Meliora sunt vulnera amici, quàm voluntaria oscula inimici. Melius est cum seueritate diligere, quàm lenitate decipere. Verbis dicimus Augustini ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can non omnis, qui parcit amicus est* 2. 5. *q.* 5. quę accepit ex Salomone (*prouerbiorum* 27. 5.) dicente illo: *Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.*

Seueritas fugienda vbi graues dissentionum scissuræ timentur, & populorum stragea secundum Augustinum ad Bonifacium in *canon. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *in fine distinct.* 50. verba sunt Augustini dicentis: *Verùm in huiusmodi causis, vbi per graues dissentionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendũ est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* iisdemque verbis in *can. ipsa pietas, veritas, charitas* 24. circa finem § *verum in huismodi causis, vbi per graues dissentiorum scissuras.* 23. *q.* 4. Tunc enim dormire non debet seueritas disciplinę, cum nullos prorsus, vel non tales malum habeat defensores, per quos possit schisma contingere. ex Augustino contra epistolam Parmeniani in *can. cum quisque fratrum, id est Christianorum* 19. 23. *q.* 4. hic enim nos gerere oportet eiusdẽ Augustini Concilio in *can. quidam verò è contrario periclitantes.* 18. *non longè post principium. eadem* 23. *q* 4. vt & canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ toleremus; & canibus sanctum, vbi pax Ecclesię tuta est, non demus. sequiturque ad finem vsque, patetque ex epistola Cleri Romani ad Cyprianum Papam in *can. absit à Romana Ecclesia vigorem suum tam profana facilitate dimittere* 26. *dist* 50.

Seueritatem Ecclesiasticæ disciplinæ iustum est, vt sentiat, qui salubriter à sanctis Patribus instituta seruare contemnit. ex Cõcilio Arelatensi Tertio in *can. nullus pœnitentem, nullus bigamum.* 2. *in fine dist.* 55. nec dissimilibus verbis Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ in *can. iustum est, vt qui diuina contemnunt mandata* 9. 23. *q.* 3. aduersus simoniacos præsertim exemplo Domini, qui omnes ementes, & vendentes in templo de templo eiecit & cathedras vendentium columbas euertit, nummulariorumque effudit ęs, pręcepti sui auctoritate denuncians, & dicens: *Nolite facere domum patris mei domum negotiationis.* (Matthęi 21) *cum nusquam reperiatur Dominũ tanta seueritate, tam districta censura iustitiæ, peccantes corripuisse, cum non solùm eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauerit de templo.* ex verbis Alexandri Secundi Lucensis Ecclesię Clero, & Populo in *can. ex multis temporibus hoc dete-*

*stabile malum in vestra Ecclesia inoleuisse cognouimus* 9.5. *Chalcedonense namq; Concilium vnū ex principalibus*.1. q.3.

Seueritatis immemores sunt sacerdotalis sacerdotes isti, qui populo præsunt, & erga delinquentes benigni videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte de eis loquantur, seueritatis sacerdotalis immemores nolunt complere quod scriptum est (1. Timot. 5.) *Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeant*. & iterum. (*Auferte malum ex vobis ipsis*.) Nec Dei Zelo succensi imitantur Apostolum dicentem (1. Corinth. 5.) *Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritu saluus fiat*. Ex Origine homilia 7. in Iosue in *can. sed illud non otiosè transmittendū est, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit* 27. *dist*. 45. vbi *Gloss.* verbo *vt ceteri*. sequentibus infert: *Nota, quòd cùm quis delinquit publicè, publicè est arguendus, & non occultè, vt sic cęteris metus incutiatur & etiam scādalum auferatur*. Rationem defert in fine Origenes: *Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcunque scelus committente plebs vniuersa polluitur*. Seueritas proinde necessaria erit, nam, vt ibidem §. *hinc aut alibi dicitur*. Gratianus infert ex Gregorio in Pastorali. *Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero Patrem exhibeat*.

Si cœcus cœco ducatum præstat ambo in foueam cadunt. Dominus dixit (*Matthęi* 15. 4.) deduxitque Augustinus in *can. quę ipsis Sacerdotibus necessaria sunt ad discendum* §. *in fine distinctione*. 38. Quod sane animaduertere sacerdotes deberēt ne ipsi cœci sint, cœcosque ducant, nam si ipsis, quę necessaria sunt ad alios docendos, defuerint, Sacerdotis nomen vix in eis constabit. vt idem tradit Augustinus ibidem & *Gloss.* in *can. quod quidam* 97. §. *quod vt planè*. 1. q. 2. *verbo cœco*. subnectit.

*Si cœcus cœcum conetur ducere secum:*
*In foueam ductor primum cadet, inde secutor*,
diximus littera C. Cœcus cœco.

Sicuti difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasterio profecerunt; ita non sum expertus peiores quàm qui in monasteriis ceciderunt. verba sunt Augustini Clero, & populo Hipponensi in *can. quantumlibet vigilet disciplina domus meæ, homo sum, & inter homines viuo* 9. *distinct*. 47. audi dicentem: *Simpliciter autem fateor charitati vestrę coram Domino nostro qui testis est super animam meam, ex quo Deo seruire cœpi; Quomodo Difficile sum expertus meliores, quàm, qui in monasterio profecerunt; ita non sum expertus peiores, quàm, qui in monasteriis ceciderunt. ita vt hinc arbitrer in Apocalypsi* (22.) *scriptum: Iustus institior fiat; & sordidus sordescat adhuc*.

Si Dominus voluerit, & si vixerimus faciemus, dicere in omnibus debemus, vti nos admonuit in epistola sua canonica 4. 15. Sanctus Iacobus verbis edicens: *Quę est enim vita vestra? vapor est ad modicum parens, & deinceps exterminabitur; pro eò, vt dicatis: Si Dominus voluerit: & si vixerimus, faciemus hoc aut illud*. Quibus verbis vsus fuit quoque Pelagius Papa Laurentio Episcopo Centumcellensi scribens in *can. principali deuotissimorum militum* 15. *in fine distinct*. 63. dicens: *Veniente mediana septimana Paschę, si Dominus voluerit; & si vixerimus, vnumquemque per officia, quę prædiximus, non differas promouere*. eodemque modo idem ipse Bono Episcopo Sauiotati in *can. in parochia tua, basilica Sancti Laurentij*. 31. *in fine* 16. q. 1. dicens; *Ideo dilectio tua his litteris acceptis, Sabbato veniente facias eum diaconum; & si Deus voluerit, & vixerimus mediana hebdomada presbyterum faciemus*.

Si eis cui minus videtur inesse, inest, & ei, cui magis. Regula est Topica Aristotelis, atque etiam Iuris. si de quo minus, ergo & multò magis lo *authentica multo magis C. de sacrosanctis Ecclesijs*. Gregorium excipe ad Bonifacium in *can. viduas à proposito* 2. §. *si enim inter homines* 27. q. 1. argumento huiusmodi vtentem: *Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui; quanto magis illa pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit?* & Hieronymus contra Iouinianum in *can. si enim, inquit* 40 §. *quid enim, numquid homo? de pœnitentia distinct*. 2. argumentatur: *Si in cœlo ruinę; quanto magis in terra?* & nos pluribus supra. *Argumentum à fortiori. Pelbartus in Stellario Corona Beatę Marię libro* 10. *part*. 1. *art*. 1. *col*. 2. *in principio fol*. 162. *col*. 4.

Sigillum, siue annolum quælibet Ecclesia Cathedralis habere debet, quo scripturę muniri atque firmari possint. ex Nicena Synodo in *can. in nomine Patris, & filij, & Spiritus sancti in fine distinct*. 23. proinde litteris itaque Episcopi, vel Abbatis sigillo firmatis. ex Vrbano II. Abbati sancti Ruffini in *can. fratrimus ne professionis canonicę quispiam* 3. *in fine* 19. q. 3. illis verbis: *Discedentem verò, nullus Abbatum, vel Episcoporum, nullus monachorum sine communi litterarum cautione suscipiat*. Quia profectò Litteris Iudicis ordinarij statur dum est, donec probetur contrarium. decreuit Innocentius Tertius Archidiacono Parisienū scribens in *cap. post cessionem* 7. *de probationibus extrà*. ibique *Gloss.* verbo *litteris iudicis ordinarij*, Rationem referens: *Ex quo videtur, quod litteris Episcopi creditur, tamquam publico Instrumento; Et quod sigillo Episcopi creditur, licet non adsit sigillum Capituli*. & *d. can. statuimus* 3. 19. q. 3. & ex decreto Honorij Papæ in *can. cura sit omnibus Episcopis* 20. 11. q. 1. vide *Oldradum cons*. 100. *num*. 6. *in fine*.

Sigillum scripturam authenticam facit. Ex Lucio Tertio Elien Episcopo, & Archidiacono Noruicen in *cap. peruenit ad nos ex conquestione R. Clerici* 2. *de fideiussoribus*. §. *ne igitur dispendium patiatur*. dicente illo, atque præcipiente: *Et eorum transcripta suo sigillo signata vobis mittere non postponat*. de Episcopo Bononien verba faciens. vbi *Gloss.* verbo *sigillo* animaduertit; *Nota scripturam authenticam illam, quæ continet sigillum Episcopi*. probatur ex Alexandro Tertio in *cap. scripta verò authen-*

*tica*

*tica 2 de fide instrumentorum*. illis verbis, de scriptura authentica dicens: *aut authenticum sigillum habuerint.* vbi *gloss.* verbo *sigillum.* infert: *Authenticum dicitur sigillum Episcopi, & ei creditur, quandiù contrarium non ostendatur. &c.* concinit Gregorius X. in Concilio Lugdunen in *cap. si canonici à diuinis cessare voluerint 2. post principium de officio ordinarij in 6.* verba sunt Gregorii: *Instrumentis publicis, vel patentibus litteris sigillorum suorum, aut alterius authentici munimine roboratis.* vbi *gloss.* verbo *alterius.* & ipsa infert. *Nota, ex vi relatiui, sigillum Capituli authenticum.* notat *Baldus* in *l. in bonæ fidei contractibus 3. C. de iure iurando.* siue. *de rebus creditis, & iure iurando. Afflictus decis. 271. nu. 4.* vide *Cappellam Tholosanam decis. 31.* & *Fabium de Anna cons. 38 num. 64. & 65. lib. 1.* & *Ioannem Kappen decis. 45. à nu. 34. cum sequentibus.*

Signa quædam, quæ apparere solent morituris, quę tamen occulta sunt nobis, dœmones vero norunt, causa sunt vt illi præuidere quędam dicantur. ex Augustino de Ciuitate Dei in *can. nec mirum de magorum præstigijs. 14. §. præterea quidam quærendum putant 26. q. 5.* verba sunt Augustini: *Sed hoc quosdam fallit, quod de morte Saul, & filij eius non sit mentitus: quasi magnum sit diabolo ante occasum, mortem corporis præuidere: Cùm signa quædam soleant apparere morituris, quippe à quibus Dei protectio amota videtur; quanto magis diabolo, quem Angelica potestate sublimem prophetica oracula fuisse testantur: de cuius magnitudine Apostolus ait: An ignoratis altitudinem Satanæ? Quid mirū ergo si imminentem propè mortem potuit præuidere, cùm hoc sit, vnde fallit, & se in Dei potestate vult adorari?* Ita Augustinus.

Signatura sanctissimi, quæ omnia verba cum mysterio apponit, superfluis non vtitur. hanc ob rem clausulę ab ea positæ seruari debent, atque suum sortiri effectum. ex Innocentio Tertio Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori in *cap. solita benignitatis affectum 6. §. quod autem sequitur; regi tamquam præcellenti extra de maioritate & obedientia:* verbis illis: *Nec purè sit subscriptum: regi præcellenti, sed interpositum forsan fuit, non sine causa; tamquam* vbi *gloss.* verbo *tamquam.* in fine infert: *Est hic argumentum; quòd nulla dictio debet vacare in rescripto. alioqnin frustra membranas occupat.* ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Gallias constitutis in *can. si Romanorum Pontificum decreto 1. §. si ideo non esse decretales epistolas priscorum Pontificum Romanorum admittendas dicunt distinct. 19.* verbis illis: *Vt quid vel membranas occupant, post quam non habentur accepta?* vbi *gloss.* verbo *membranas.* in fine infert: *& est hic argumentum; quòd nullum verbum positum in aliqua scriptura debet vacare, vel superfluè poni.* Argumento petito ex Augustino ab Pollentiom in *can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis, fideles viri, vel feminę non prohibentur 9. § quoniā ergo ab infideli fidelem discedere non prohibet nec iubet Dominus, 28. q. 1.* ad verba illa Apostoli (1. ad Corinth. 7.) *Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam.* Sic Augustinus inflectitur: *Proinde intelligendum est, etiam ipsa, quę non à Domino iubentur, sed à sancto eius famulo vtiliter suadentur, eodem Domino inspirante suaderi.* Non ergo frustra apposita sunt ab Apostolo; quę à spiritu Dei inspirata sunt. *Cassadorus decis. 3. num. 4. vt lite pendente.* & *decis. 3. nu. 31. de præbend.*

Signo Crucis salutiferę fideles insigniuntur. & ita pręcepit Ecclesię traditio. ex dictis Basilii in *can. Ecclesiasticarum traditionum 5. §. quæ enim (vt inde ordiamur) scriptura salutiferæ Crucis signaculo fideles docuit insigniri? distinct. 11.* vbi *gloss.* verbo *scriptura.* sequentibus prosequitur: *Verumtamen videtur signum Crucis originem traxisse ex veteri testamento: Cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti præceptum est filiis Israel vtrumque postem linire de sanguine Agni ad modum Thau litterę, quæ est ad modum Crucis. & dicitur quod Iacob cancellatis manibus suis benedixit filijs Ioseph &c.*

Signo Crucis omnia chrismata sacerdotalis mysterii perficiuntur. & baptismatis vnda cruce sanctificata peccata relaxantur. & sine Crucis signaculo nemo sacerdotis gradum ascendit. Stephanus Papa Quintus in *can. numquid non omnia chrismata sacerdotalis mysterii Crucis figura perficiuntur? 10. de consecrat. distinct. 5. Card. de Turre Cremata d. can. Ecclesiasticarum traditionum. & Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap 19. conclus. 17. nu. 200.*

Signum Crucis, quia est signum, & Imago Christi (*Matthæi 24.* latria adoramus, propter Christum, qui in ea perpendit. vt in nomine Iesu omne genu flectatur. *ad philippenses 2. Henriquez in summa lib. 8. cap. 32. § 4.* diximus in superioribus: Crux Christi. *S. Thomas. 2. 2. q. 103. art. 4. ad 3.* ibique *Caietanus,* & *q. 99. art. in respons.*

Signum est res, præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens ex se in cognitionem venire. Augustinus libro 2. de doctrina christiana in *can. signum est res 33. de consecrat. dist. 2.* signum enim dicitur, quod vltra sui cognitionem ducit nos in alterius rei cognitionem. hoc est, dùm se facit agnoscere, simile aliud reducit in memoriam. Est triplex: rememoratiuum, demonstratiuum; & prognosticum. Rememoratiuum, quod sua præsentia, alterius nobis memoriam ingerit. vt puta cum non vult aliquis obliuisci alicuius rei, filum digito ligat; filum vtique signum est rememoratiuum eius, quod sibi proposuit obseruandum. Demonstratiuum, quod aliquam occultam rem pręsentem demonstrat. Ramus enim in taberna appositū, signum est vini vendibilis. Prognosticum, quod futura prænunciat. Ira iris signum est prognosticum futurę pluuiæ. Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis libro 2. cap. 15 nu. 3. S. Thomas 3. parte q. 60. art. 1. in 2. argumento.* de qua re Beda super Ioannem in *can. quærendū est interea 6 de pænitentia dist. 2.* dicente: *Quærendum est interea, quomodo speciale filium Dei agnoscendi signum fuerit, quod super eum descenderit spiritus.* In Christo enim semper manūt,

in

in aliis vero sanctis non semper manet, sed recedit quandoque manet vero, cum virtutes & miracula per eos operatur. ibique pluribus *Glossa* verbo *quęrendum*. descēdit enim Spiritus sanctus, & mansit in eo, vt ostenderet illum esse filium Dei, huius ergo rei signū fuit.

Si in Cœlo ruinat, quanto magis in terra? Hieronymus argumentatus fuit contra Iouinianum libro 2. in *can si enim, inquit, omnis, qui natus est ex Deo non peccat*. 40. *paulo ante finem de pœnitentia dist*. 2. excipe dicentem: *Vnde saluator in Euangelio*: (Lucę 10.) (*Videbam* (inquit) *Satanam, quasi fulgur de cælo cadentem.*) *Si altissima illa sublimitas cecidit, quis cadere non possit? Si cælo ruinæ, quantò magis in terra?*

Si ita creditur, mihi credite, non minimum erratur. Verba sunt Innocentii Papæ Ruffo, & Eusebio, & cęteris Episcopis Macedonię in *can. Deinde ponitur non dici oportere bigamum eum qui cathecumenus habuerit, atque amiserit vxorem*. 3. *dist*. 26. *paulo ante finem*. damus illa: *Si ita creditur, mihi credite, non minimum erratur quia quidquid bene gestum fuerit, & secundum præcepta legalia custoditum, non potest facientibus deperire.*

Silentium iustitię cultus est. ex Isaia 32. 17. dicente: *Et erit opus iustitia pax; & cultus iustitię silentium*. Deductumque fuit ex Concilio Toletano XI. in *can. in loco benedictionis considentes Domini sacerdotes, nullis debent, aut indiscretis vocibus strepere*. 3 *sine finali* 5. q. 4. verba sūt Concilii: *Si quis enim* (*vt Apostolus ait* (Iacobi 1.) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio.*) *Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia Iudicij obstrepentium turba confundit, dicente propheta* (Esaiæ 32.) *Erit cultus iustitię silentiū*.

Silentium autem discrete seruari debet à Rectore. ex Gregorio in pastorali in *can. sit rector discretus in silentio* 1. *dist*. 43. sequentibus nempe ipse: *Sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo: ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorē pertrahit: ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant in errore derelinquit*. & inferens: *Pastorem enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse?* & multa ibi prosequitur. Nā ex Hieronymo quem in *summa* ibidem Gratianus deducit: *Innocens, & absq; sermone conuersatio, quantùm exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, & baculo pastorum lupi sunt arcendi.*

Siluerius Papa à Guilisario Patricio deceptus vi retentus fuit, & in exilium missus, vnde multa mala pertulit: propterea collecto Cōcilio illum anathematizauit. & ita statuit in alios, qui similia cum aliis agunt Episcopus ipsemet Siluerius Papa ad Amatorem Episcopum in *can. Guilisarius patritius noster*. 30. 23. q. 4.

Simiæ, cum homines non sint, humana tamen imitantur. sic sunt heretici qui cum in Ecclesia non sint, Ecclesiam tamen sibi vsurpant. ex S. Cypriano Martyre in Epistola contra hęreticos in *can. si quis inquit de Ecclesia, hæretica pręsumptione exierit, à semetipso dānatus est* 70. *non longe à principio* 1 q. 1. verba excipe in ratione, quam reddit, quod apud hæreticos vera sacramenta non sint, cum apud eos sit fides falsa, vbi omnia per mendacium geruntur. *Nam hæreticus* (inquiens) *Simiarum more; quæ, cum homines non sint, humana tamen imitantur; vult Ecclesię catholicæ auctoritatem sibi, & veritatem vendicare, quando ipse in Ecclesia non sit. Benedicit, à Deo male dictus; vitam pollicetur, mortuus; Deum inuocat, blasphemus; sacerdotium administrat, profanus ponit altare sacrilegus.*

Similago, flos est farinæ, de quo fiebat panis propositionis. *Gloss*. in *can. per Esaiam Dominus dicit*: (Esaię 66.) *Facinorosus, qui sacrificat mihi vitalum, quasi qui canem occidit: & coquit similaginem quasi sanguinem procinum; & qui offert thus in memoriam, quasi blasphemus*. 98. qui est Augustini libro 2. contra epistolam Parmeniai. 1. q. 1. verbo *coquit*. Sic faciunt hæretici, de quibus loquitur Augustinus ibidem inferens. *Sacrificia impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impiè. Nam vnū atque idem sacrificium propter nomen Domini, quod inuocatur, & semper sanctum est, & tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit* (*Qui enim manducat & bibit, indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.*) (1. ad Corintios XI.) *non ait alijs sed sibi*. Ita Augustinus.

Simile dicitur vbi est eadem ratio, & sequitur idem effectus. ex Synodo Ancyrana in *can. quotquot virginitatem pollicitam pręuaricatę sunt professione contempta, inter bigamos, id est qui ad secundas nuptias transierunt, haberi debebunt*. 24. 27. q. 1. quia nimirum similes sunt. vnde propter similitudinem, & effectum dici de numero eorum debebunt. ex *Glossa* ibidem verbo *debebunt*. Nam ex Hieronymo contra Iouinianum libro 1. in *can Virgines* 9. *sine finali dist*. 27. verbis dicente: *Virgines, quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulteræ sunt, quàm incestę*. Sicuti ergo qui secundas nuptias cōtrahunt, bigamus est. nam simile dicitur, vbi est eadem ratio. *Parisius cons*. 107. *num*. 62. *vol*. 3. *Rota in Seuogallien fideicommissi* 1594. *coram Card. Arigono decis*. 97 *sub nu*. 1. *post primum volumen consiliorum Farinacij*. Similium enim simile debet esse Iudicium. plura deducit *Glossa finalis*. verbo *in vtroque in cap super eo vero quod apud vos*. 4. *de parochijs, & alienis parochianis*. ex eodem textu, qui est Vrbani Tertii de parochiarum finibus parochiarū non pręscribendis. verba facientis, an idem in prouincialibus esset dicendum. *Respondemus* (inquit) *quod bene videtur in vtroque seruandum*. Quia nimirum similia sunt, & de similibus idem est iudicium. ex Alexandro Tertio Eboracen Archiepiscopo in *cap. inter cæteras consultationes tuas*. 4. *extra de rescriptis*. in fine dicente: *Et idem in similibus obseruandam est*. ibique *Gloss*. finalis dicens: *Nota, quod de similibus simile debet esse iudicium*. Concinit Alexander Tertius Decano, & Capitulo Andegauen in *cap. inter corporalia, & spiritualia cum cognouimus esse differentiam*

2 S si-

2.§.*sicut enim Episcopus consecratus, sine licentia Romani Pontificis suam non debet Ecclesiam derelinquere;sic & electus confirmatus. de translatione Episcopi.* vbi in fine addit: *propter expressam tamen similitudinem, vel identitatem potius,nemini poterat videri dubium subtiliter intuenti: cùm de similibus iudicium sit habendum.* vbi *Gloss.* verbo *similitudinem.* inferens argumentum; *Quod de similibus idem debet esse iudicium.* ex eodem Innocentio Tertio Arelaten Archiepiscopo in *cap. maiores Ecclesiæ causas* 3. §. *verum quidam ex hac solutione. de baptismo & eius effectu.* verbis illis: dicunt idem in consimilibus iudicandum. ibique *Gloss.* verbo *inconsimilibus.* argumentum deducens; *Quòd de similibus simile Iudicium debet esse.* Rationem in fine reddens: *Quia vbi eadem ratio, & idem Ius.* Concinit Gregorius ad Augustinum Anglorum Episcopum scribens in *can. ad eius vero concubitum vir suus accedere non debet 4. sine finali distinct.* 5. post medium de muliere verba faciens, quæ fluxum sanguinis patiebatur, & fimbriam vestimenti Domini tetigit, & sanata fuit. à simili argumentum deducens: *si ergo in fluxu sanguinis posita (inquiens) laudabiliter potuit Domini vestimentum tangere: cum quæ menstruum sanguinis patitur, ei non liceat Domini Ecclesiam intrare?* Accedunt Theodosius, Arcadius, & Valentinianus Augusti ad sensum scribentes in *l. leges. vt generales ab omnibus æqualiter in posterum obseruentur.* 3. *in fine principij C. de legibus, & constitutionibus Principum, & edictis.* verbis edicentes: *Quod principes censuerint ea, quæ in certis negotijs statuta sunt similium, quoq; causarum fata componere.* plura deducit ad materiam *Felinus in cap. non dubium* 5. *de sententia excommunicat. num.* 3. & nos etiam pluribus *respons.* nostra 69. *num.* 63.64. & 65. *parte* 3.

Similitudo verò vt concludat, sat erit vel si in aliquibus, vel quoad omnia, vel saltim in aliquibus casibus vnus modus sit similis alteri. ex Augustino in *cap. translato sacerdotio* 3. *de constitutionibus.* verbis edicente: *Quia enim simul, & ab eodem, & sub eadem sponsione vtraque data sunt; quod de vno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur.* ibique *Gloss.* verbo *quod de vno.* Argumentum producens: *Quod vbi est eadem ratio, ibi debet esse idem Ius, & quod de similibus idem iudicium est habendum.* allegat Gregorium in *d. can. ad eius verò concubitum* 4. *sine finali distinct.* 5. & notanter *Abbas in d. cap. translato sacerdotio num.* 3. *in fine* quem sequitur *Cassadorus decis.* 6. *num.* 2. *in fine de Iure patronatus.*

Simile autem non est idem. nam ex Aristotele: *Nihil est idem, cui id ipsum simile est.* Deducitur ex Caio in *l.* 11. *D. gestorum in l. quod Herna dicit, lationem culpa dolum esse* 32. *ff. depositi, vel contra.* ibique *Glossa* verbo *dolum esse. Aemylius Ferrettus cons.* 22 *num.* 6.

Simile sibi simili expetere, & affectare præsumitur. ex illo (Ecclesiastici 13. 20.) *Omnis caro ad similem sibi coniungetur; & omnis homo simili suo sociabitur.* & in ethicis Aristotelis; *Similis similem quærit; & monedula monedulam.* meminit *Nauarrus de spolijs clericorum* 3. 19. qui est vltimus *num.* 9. §. & probatur primo. *vers. Quinto, quia non est verisimile, quòd Pius quintus pientissimus &c.* & de reditibus *Ecclesiasticis q.* 1. *monito* 23. *num.* 1. §. *tertio quod similes similia expetere & affectare præsumuntur.* & ibidem *num.* 5. Quod mens tacita alicuius conijcitur ex eo, quod est verisimile.

Similitudo Dei est homo. ipse enim ad similitunem Dei factus est. *(Genesis* 1. 26.) Deus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram.* vnde Gregorius in moralibus in *can. principium enim viarum Dei Beemoth.* 45. §. *hinc enim rursum per eundem prophetam dicitur:* (Ezechiel. 28.) *Tu signaculum similitudinis Dei.* Prosequens: *Et licet homo ad similitudinem Dei creatus sit; angelo tamen quasi maius aliquid tribuens non eum ad similitudinem Dei conditum; sed ipsum signaculum Dei similitudinis dicit; vt, quò subtilior est in natura, eò in illo similitudo Dei plenius credatur expressa.*

Similes fuerunt Petrus, & Paulus. vnde Ambrosius sermone 66. de natali Petri, & Pauli in *can. Beati Petrus, & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadam prærogatiua præcellunt* 37 2 q.7. sequentibus dicit: *Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione; & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse.* in fine inferens: *Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in Vrbe Romæ; quæ principatum, & caput obtinet nationum: scilicet, vt vbi caput superstitionis erat, illic caput. quiesceret sanctitatis; & vbi gentilium principes habitabant, illic Ecclesiarum principes morarentur.*

Simon Magus ex Iudæa oatus fuit. vt perpendit Augustinus super Ioannem in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham* 2. §. *inuenis ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. in fine* 32. q. 4. verbis illis: *& quæ istos, eadem ipsa & Iudam pseudo Apostolum, et Simonem magum, & cæteros vsque ad hæc tempora pseudo christianos in affectione animali pertinaciter obdúratos, sine in vnitate permistisint, sine aperta præcisione dissentiant.* Ipse autem in Samaria erat cum Philippus in illam accessit. & ipse credidit, & baptizatus fuit. *Actuum* 8. 9. dicente luca: *Vir autem quidam nomine Simon, qui ante fuerat in Ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum: cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes: Hic est virtus Dei quæ vocatur magna.* & paulo post: *Tunc Simon & ipse credidit: & cum baptizatus esset, adherebat Philippo.* Sed quid profuit Simoni mago baptismum sacrum fictè suscipere, & in Christianitate permansurum se finxisse, cùm per Apostolum fraude eius detecta, quod sibi futurum esset, pronunciatum fuit, ex Gratiano in *can. nam si consenserimus* 7. *distinct.* 27.

Simonia est studiosa voluntas emendi, vel vendendi pretiosem spiritualem, vel spiritualitati annexam. ex *S. Thoma* 2. 2. q. 110. art. 1. & ita *Gloss.* in *summa* 1. q. 1. verbo *quidam.* & *Glos.* in

Gloss. in rubrica extra de simonia. deducitur ex Vrbano II. Preposito Ecclesię Santi Inuentii apud Ticinum. in can. Saluator pradicit in Euangelio 8. §. igitur quia innotuisti nobis 1. q. 3. verba damus Vrbani: Igitur quia innotuisti nobis, quòd tibi obijcitur, vtrum vendere Ecclesiasticam rem simoniacum sit. hoc simoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quòd beatus Apostolus Petrus ait Simoni (actuum. 4.) Pecunia tua tecum sit in perditionem; Quia existimasti donum Dei pecunia possideri. subsequens: Donum quippe Dei est Spiritus sanctus; & donum Dei est res ipsi Ecclesię oblata. Et si bene aduertatur, Simon magus, qui ad fidem fictè accessit, non Spiritum sanctum propter Spiritum sanctum, quo ipse erat indignus, (quoniam scriptum est (Sapientiæ 1.) (Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum) sed ideo, quantum in ipso erat, emere volui, vt ex venditione signorum, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniā lucraretur. Est itaque Simonia donum Dei pretio mercari. diciturque Simoniaca hæresis. Nam Spiritus sancti donum pretio comparari, quid aliud est, quam capitale crimen, & simoniaca hæresis? verbis edicimus Gregorii Nanzianzeni in can. qui studet donum Dei pretio mercari. 11.1. q.1. prosequitur Nauarrus manuali cap. 23. num. 100. & cons. 49. num. 1 libro 5. de simonia nos respons. nostra 34. num. 23. part. 5. & respons. 39. num. 56. & sequentibus eadem parte 5.

Simonia tribus modis contrahitur à manu, ab obsequio, à lingua Gloss. in eadem summa 1. q. 1. verbo quidam deducit. ex Gregorio homilia 4. in Euangelia in can. sunt non nulli, qui quidem nummorum pręmia ex ordinatione non accipiunt 114. eadem a. q. 1. perpendente illud prophetæ (Isaię 33.) Qui excutit manus suas ab omni munere. subsequens: ab omni munere. Quia aliud est munus ab obsequio; aliud munus à manu, aliud munus à lingua Munus quippe ab obsequio est subiectio indebità impensa. Munus à manu pecunia est. Munus à lingua fauor. Tunc ergo ab omni munere Quis manus excutit: Quando in diuinis rebus, non solum nullam pecuniam; sed etiam humanam gratiam non requirit. Eodemque modo Vrbanus Secundus in d. can. Saluator predicit in Euangelio 8. 1. q. 3. ante medium. verbis edicens: Ideo, qui easdem res, non ad hoc, quod institutę sunt. sed ad propria lucra munere linguę, vel indebiti obsequii, vel pecunię largitur, vel adipiscitur, simoniacus est. Cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecuniæ auaritia; idest Idololatria. vt ait Apostolus. (ad Colossenſ. 3.) & Augustinus de baptismo contra Donatistas in can. sicut vrger videor cum mihi dicitur 47. in fine 1. q. 1. dicens: Quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus sit templum Dei, si ab auaritia non recedit, quæ est Idolorum seruitus.

Simonia non arguitur ex iis, quæ sequuntur actum, in quo pretenditur commissa simonia nisi probetur, quod in vim tractatus, & pactionis præcedentis gesta fuerint. ex gestis Vrbani Secundi in can. Artaldus Arelatensis Episcopus, Narbonensis Ecclesiæ suffraganeus 2. 8. q. 3. dicente illo Vrbano Papę: De iuramento. quod Canonicis nostræ Ecclesię feci post electionem, nullam conuentionem antè, vt eligerer feci. Nec diuetsimode Bonifacius Papa omnibus Calaritanæ Ecclesiæ Cœnobitis in can. quam pio mentis affectu, fratres charissimi 2. in fine 1. q. 2. audias respondentem: Verum tamen si vestræ necessitati adeò est opportunus, quem reperistis, dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio, nullaque vestrę Ecclesiæ fiat distractio, accedat, gratis Deo seruire incipiat, suique regiminis deuotè gestet obsequium: & postmodum vos, quasi subsidij gratia aliqua suæ Ecclesię munera largiri fratrum solatio Romana permittit Ecclesia. vbi Glossa verbo postmodum. Argumentum infert: Quod licet post, quod non licet antea. vt infra 8. q. 3. talia, & c. Artaldus. Respondes etiam contrariis dicens: Solue ibi ex pactione datum fuit, quiquid datum fuit; hic verò ex mera liberalitate, vel gratia subsidii conceditur extra de simonia, & si quæstiones. Qui canon est Alexandri Tertii Scrigonensi Archiepiscopo. cap. & si quæstiones tuas 18. extrà de simonia. peroptime quod asseritur probās. deduxit Rota apud S. memoriæ Gregorium 15. decis. 238. nu. 9. & Nauar. cons. 14. à nu. 2. cum sequentibus libro 5. de simonia. & cons. 17. nu. 1. & 2. & cons. 30. nu. 1. eodem titulo. Quia simonia non inducitur ex actu licito. vt dixit Rota in Meliten Canonicatus 1595. coram Card. Mellino decis. 104. nu. 1. in fine post primum volum. consiliorum Farinacij. Sicuti neque

Simonia non perpenditur in obligatione antidorali; quia neque est debitum, neque pretium. ex S Thoma 2. 2. q. 78. art. 2. ad 2. Nauarrus cons. 16. nu. 2. lib. 5. de simonia. & cons. 19. nu. 4. in fine. & cons. 39 nu. 2. eodem titulo. concordat Gloss. in can. Ecclesiasticis vtilitatibus de suadentes 67. 13. q. 2. per eundem textum, qui est Gregorij Theodoro Consiliario scribens, eique seruum Ecclesię donantis. verbo voluntariis. in fine. inferens: & habes hic, quod Ecclesia tenetur ad antidora. Tradidimus ad rem nos respons. nostra 34. num. 28. & sequentibus part. 5. Veluti

Simonia non intercedit ex promissione eius, quod iustè debetur. Quia nimirum expressio eius, quod tacite inest, simoniam non infert. ex d. can. quam pio mentis affectu 2. 1. q. 2. prosequitur Glossa in cap. ad audientiam nostram peruenit 32. qui est Honorij Tertij Bituricensi Apostolicę Sedis legato extrà de rescriptis. verbo renunciantes. Quam memorabilem appellat Nauarrus cons. 3. nu. 4. libro 5. de simonia. Quemadmodum simonia neque infertur. ex conditionibus, quę de iure communi insunt. notauit Rota in Romana Iurispatronatus 10. nouembris 1600. coram Card. Mellino decis. 137. n. 1. in fine post primum volumen consiliorum Farinacij. Neque etiam ex verbis generalibus: Io non vi saro ingrato. dictum fuit in Britonoriē Commendę 1588. coram Gyptio decis. 63. num. 5. post primum volum. cosiliorum Farinacii.

Simonia pessimum est crimen, atque proinde heresis vocatur à Gregorio Nanzianzeno in can. qui studet donum Dei pretio mercari 11. 1. q. 1. de ea dicens, quid aliud est, quam capitale crimen,

*men, & simoniaca hæresis*. Eodemque Modo Gregorius vniuersis Episcopis per Helladam Prouinciam constitutis in *can. quibusdam narrantibus agnoui* 117. *post medium eadem*. 1. *q*. 1. verbis dicens: *Et cum primo contra sanctam Ecclesiam simoniaca hæresis sit exorta*. & ex eodem Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum. in *can. fertur simoniaca hæresis* 27. *eadem* 1. *q*. 1. & Vrbanus Secundus in *can. Saluator prædicit in Euangelio* 8. §. *Quisquis igitur res Ecclesiasticas, quæ dona Dei sunt*. *q*. 3. idololatriam nuncupauit, quia simonia pecuniæ auaritia mouetur, quam idolorum seruitutem nuncupauit Apostolus ad *Colossenses* 3. propterea Dominus solos ementes, & vendentes columbas de templo eiicit, relictis aliis in templo peccatoribus. vt Gregorius Nazianzenus dicto *can. qui studet*. perpendit dicens. *Dominus etiam, vt vendentes & ementes huius gratiæ expertes ostenderet, cunctos peccatores per gratiam in templo dimisit; singulariter ementes, & vendentes increpans, & flagellans de templo eiecit, in quo venditores, & emptores suos gratia Spiritus sancti constat destitutos esse, & vacuos. Quos enim Christus eiicit de templo, numquid Spiritus Christi faciet sibi templum?* Et Gregorius d. *can. quibusdam narrantibus* 117. sequentibus & ipse perpendit: *Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noster, per semetipsum fecerit: qui ingressus in templum cathedras vendentium columbas euertit. Columbas quippe vendere est, de Sancto Spiritu, (quem sibi consubstantialem Deus Omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere*. Tenetur proinde qui sic receperit, quod accepit, restituere. ex eodem Gregorio Rothomagensi Episcopo, Gallicis omnibus in *can. si quis dator, vel acceptor* 2. *in fine* 1. *q*. 3. dicente: *Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuste receperit, restituere, & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere*. ibique *Gloss.* verbo *restituere*. Oportet autem vt formaliter quod datur, in pretium detur rei sacræ, quæ venditur. non autem si aliam detur ob causam. *Nauar. cons.* 14. *num*. 2. *de simonia*. Nam intentio minus principalis, accipiendi, vel dandi aliquod spirituale pro temporali simoniam non efficit. ex *Glossa* memorabili in *cap. vnico de clericis non residentibus in Ecclesia, vel præbenda in* 6. verbo *receperit*. *in fine*. & *Gloss.* in *can. quid proderet per singula* 7. *distinct*. 61. verbo *proderit*. *Nauar. manuali cap*. 23. *num*. 103. & *cons*. 17. *num*. 2. *in fin*. & *cons*. 22. *num*. 4. & *cons*. 23. *num*. 1. & *cons*. 29. *num*. 10. & *cons*. 52. *sub num*. 4. *in* 2. *præsupposito lib*. 5. *de simonia*. & in *can medicina de pænitent. distinct*. 1. *num*. 3.

Simonia committitur etiam in annexis spiritualitati ex *Gloss.* in *rubrica extra de simonia* in definitione, quam tradit: *Simonia est studiosa voluntas, vel cupiditas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spiritualitati annexum*. ibique Doctores. *S. Thomas* 2. 2. *q*. 110. *art*. 1. *Nauar. cons*. 89. *num*. 1. *de simonia*. etiam si spirituale pro spirituali vendatur, & ematur, modo in pretium detur. *Nauar. cons*. 14. *sub num*. 5. *vers. Itaque vere coram Deo. de simonia* & ibidem *cons*. 16. *num*. 1. & *sequentibus*.

Simonia est, siue pactum sit expressum, siue tacitum vendendi pretiorem spiritualem pro temporali. ex Bonifacio Papa omnibus Calaritanæ Ecclesiæ cœnobitis in *can. quam pio mentis affectu* 1. *in fine* 1. *q*. 2. verbis illis: *Dum tamen omnis absit pactio, omnis cesset conuentio, nullaque vestra Ecclesia fiat distructio*. ibique *Gloss.* verbo *pactio*. & verbo *conuentio*. quod nomen generale esse dicit. Rationem habes ex Gregorio IX. in *cap. pactiones factæ à vobis* 3. *siue finali extra de pactis*. verbis edicente: *Cum in huiusmodi omnis pactio, omnisque conuentio debeat omnino cessare*. ibique *Glossa* verbo *cessare* inferens & ipse rationem. *In spiritualibus enim omnis pactio illicita, seu conuentio cessare debet* 1. *q*. 2. *quam pio*. *Nauar. cons*. 29. *num*. 5. *lib*. 1. *de simonia*.

Simonia committitur circa ordines, & circa beneficia. ex Gregorio Nazianzeno in *can. qui studet domum Dei pretio mercari*. 11. 1. *q*. 1. ibique *Gloss.* verbo *ordine* in fine etiam ad beneficia extendit. ex Vrbano Papa in Concilio Placentino, et in Concilio Romano in *can. quicumque sane cupiditate parentum* 1. 1. *q*. 5. & can. sequenti. et Gregorius in *can. quicumque sacros ordines vendunt, aut emunt sacerdotes esse non possunt*. 12. *eadem* 1. *q*. 1. et ex Alexandro Secundo Lucensis Ecclesiæ Clero, et populo in *can. ex multis temporibus*. 9. 1. *q*. 3. verbis disponente de vtraque simonia, et in ordine, et in beneficiis. Hodie vero in simonia et quò ad ordines, et quo ad beneficia viget constitutio Pauli Secundi Veneti in *extrauaganti cum detestabile scelus simoniacæ prauitatis* 2. *de simonia inter communes*. per quam in huiusmodi crimine, tàm quò ad ordines, quàm quo ab beneficia excommunicatio inducta est Summo Pontifici reseruata. aduersus mediatores quoque, et qui procurauerint. vide *Nauar. manuali cap*. 23. *num*. 111. et *cons*. 42. *num*. 2. & *cons*. 98. 99. & 100. *lib*. 5. *de simonia*. *Prosper de Augustino ad Quarantam in summa* verbo *simonia fol. mihi* 460. *Rota* apud Card. *Seraphinum decis*. 244. *num*. 1. vel etiam Ecclesiæ.

Simonia non erit intentione minus principali deseruire Episcopo vt postmodum quis beneficium consequatur. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ. et Calabriæ in *can. quid proderit per singula clericos stipendia militasse* 7. *distinct*. 61. ibique per optimè *Gloss.* verbo *proderit*. dicens: *Sed dic, quod sperare potest, dum tamen non principaliter ad hoc seruiat*. ex Zozimo Papa ad Hesychium in *can. in singulis gradibus hæc tempora sunt obseruanda* 2. *distinct*. 77. prosequitur *Ioannes Salas de vsuris dub*. 5. *num*. 5. dicitque communem esse doctorum sententiæ Theologorum. et diximus in *superioribus*, et plene *Gloss.* in *cap. cum esses in nostra præsentia* 12. qui est Alexandri Tertii Eboracen Archiepiscopo. *de simonia*. verbo *promiserat*. tuetur que *Couarruuias libro* 1. *variarum resolutionum cap*. 20. *num*. 3.

Simonię crimen quo ad accusationem, & modū formandi inquisitionem ęquiparatur crimini Lęsę Maiestatis, quin imo maior est crimine hæresis. Gratianus ex Leone Cæsare Armasio Præfecto Pretorij *C. de Episcopis & Clericis l. si quemquam* in *can. quisquis hanc sanctam, & venerandam antistitis sedem* 4. 1. q. 3. ibiq; *Glossa* verbo *ad instar*. Nam ex Tarasio Constantinopolitano episcopo in epistola missa Papę Gadriano in *can. eos, qui per pecunias manus imposuerunt, vel imponunt* 21. 1. q. 1. verba Excipe Tarasi: *Tolerabilior est enim Macedonij, & eorum qui circa ipsum sunt, Spiritus sancti impugnatorum impia heresis. Illi enim Creaturam, & seruum Dei patris, & Filij, Spiritum sanctum delirando fatentur: isti verò eundem spiritum efficiunt suum Omnis enim Dominus, quod habet, si vult vendit siue seruum, siue aliquid aliud eorum, quę possidet. Similiter & qui emit, dominus eius volens esse, quod emerit, per pretium pecunię illud acquirit: Ita, & qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui sancto; ęqualiter peccantes his, qui blasphamauerunt dicentes Christum in Belzebub eijcere dæmonia, atque vt verius dicamus, Iudę comparantur proditori, qui Iudęis Dei occisoribus Christum vendidit.* Vnde est, quod Innocentius Tertius in *cap. per tuas nobis litteras intimasti* 32. §. *nos vero ne innocentię puritas confusa succumberet. de simonia.* subsequitur loquutus fuit: *propter immanitatem heresis simoniacę, ad cuius comparationem cętera crimina, quasi pro nihilo reputantur.* &c. immanitatem itaque heresis simoniacę dixit. Nec minori ęstimatione Paschalis Papa in *can. patet simoniacos, velutì primos, & pręcipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos* 27 *fine finali* 1. q. 7. in fine concludens: *Omnia enim crimina ad comparationem simoniacę heresis, pro nihilo reputantur.* ibique explicat *Glossa* verbo *reputantur*. Prosequitur *Hieronymus de Federicis resolutionum criminalium resolut.* 2. *post* 2. *volumen consiliorum Farinacij*. ex Deodato Papa in *cap tanta est labes huius criminis* 7. *extra de simonia*. *Nauarrus cons.* 12. *sub nu.* 1. *in* 1. *argumento de simonia*. Rationem quoque aliam afferens, quare sit heresis quia est contra sacram scripturam, vel emere rem spiritualem pro temporali. *Nauarrus cons.* 52. *nu* 1. *de simonia*.

Simonia prohibita est eò quidem modo, vt pręscriptio nulla dari possit aduersus iura illam vetantia hęc enim conformia sunt iuri diuino, & naturali, quod sanè pręscribi nullo potest modo, neque vlla consuetudine. ex Gregorio Nono in *cap. cum tanto sint grauiora peccata, quantò diutius infelicem animam detinent alligatam.* 11. *fine finali de consuetudine*, ibique Doctores. *Nauarrus cons.* 1. *nu.* 6. *in* 5. *argumento lib* 5. *de simonia*.

Simonia est, pactum, vt vnus alium ad Ecclesiā, vel Ecclesiasticam dignitatem eligat ex Bonifacio Papa omnibus Calaritanę Ecclesiæ Cœnobitis in *can. quam pio mentis affectu* 2, 1. q. 2. rationem reddente: *Nusquam enim legimus, Domini discipulos vel eorum ministeria conuersos, quempiam ad Dei cultum aliquo muneris interuentu prouocasse.* &c. Deducitur que ex Alexandro Tertio Exonen. & Vuigornen. Episcopis in *cap. iam pridem S. Clericus* 4. & Gregorio Nono in *cap. pactiones factę à vobis* 8 *fine finali. extra de pactis*. ibique *Gloss.* verbo *cessare*. Quia in spiritualibus omni pactio illicita, seu conuentio cessare debet. *Nauar. cons.* 8. *nu.* 4. *lib.* 5 *de simonia*. Et in superioribus quoque diximus.

Simonia pro matrimonio contrahendo non committitur. Nam parentes Rebeccæ muneribus honorantur. Quod perpendit Ambrosius libro de Patriarchis in *can. honorantur parentes Rebecca muneribus* 13. 32. q. 2. ibique *Gloss.* verbo *honorantur*. Rationem refert ex non nullis; propter onera matrimonij, nā datur dos ad matrimonij onera subleuanda. Verum perpendendum est dupliciter matrimonium considerari, & vt contractus est, & vt est sacramentum. Potest itaque aliquid dari vt contractus est, & vt coniunctio maris, & fœminę, non vt sacramentum aliquod rea est spiritualis. Vnde sacrum Tridentinū Concilium *sessione* 24. *de reformatione matrimonii. cap.* 1. reformauit modum contrahendi matrimonium, vt contractus est, non vt sacramentum. Nam sacramenta omnia à Christo Domino sunt instituta.

Simoniæ in crimino cum eo, qui scienter incidit, solus Papa dispensat cum ignorante vero etiam Episcopus. *Gloss.* in *can. ex multis temporibus hoc detestabile malum* 9. *ad finem* 1. q. 3. verbo *possit*. ad verba textus: *Nec ministrare possit Ecclesię*. ex Lucio Tertio in *cap de simoniacè ordinatis*. 23. & ex Clemente Tertio in *cap. de regularibus canonicis* 25. *in fine. extrà de simonia*. ibique *Gloss* verbo *ignorantibus*. Eodemque modo *Gloss.* in *can presentium portitorem* 3. *in fine* 1. q. 5. verbo *fratrumque* ibique *Glossella* Marginalis *Mauritius Alzedus in praxi Episcopali part.* 2 *cap* 6. *nu.* 41. alios referens: & *sequentibus*. *Nauarrus cons.* 35. *num.* 1. *de simonia*.

Simoniæ crimen, quia detestabile est, & omnia crimina ad ipsum nulla penè æstimantur. ex Paschali Papa in *can. patet simoniacos* 27. *fine finali* 1 q. 7. rationem dicente, *velutì primos, & pręcipuos hereticos: Omnia enim crimina ad comparationem simoniacę heresis, quasi pro nihilo reputantur.* In detestationem scilicet huius sceleris. vt *gloss.* ibidem verbo *pro nihilo*. subnectit. Merito ad hoc accusandum crimen omnes admittuntur, etiam criminosi, etiam meretrix. Argumento ducto ex Symmacho Papa in Synodo Romana Prima in *can. si quis Papa superstite* 2. *distinct.* 79. *Glossa* notabilis in *summa* 6. q. 1. verbo *quod autem*. ex Deodato Papa in *cap. tanta est labes huius criminis* 7. *extrà de simonia*. Ita quidem vt sufficiat confessio extra iudicialis. *Rota part.* 1. *diuersarum decis.* 191. *nu.* 2. cùm scilicet Ciuiliter agitur. Nam si criminaliter agatur probationes esse debebunt concludentes. vt dictum fuit in vna *Ciuitatis plebis pratensa simonię* 14. *Ianuarij* 1620 *coram Buratto* impressa post tractatum *de simonia* per Patrem *Franciscum Ripam post principium consultationem nu.* 12. *fol. mihi* 172.

quę

quę est in impressis apud ipsum *Buraclum decis.445. à num.6. cum sequentibus* ad finem. In dubio tamen sumenda interpetratio erit, quę simonia excludat. vt dictum fuit in *Hispalen Beneficiorum 1591. coram Card. Mellino decis.88. num.2. post 5. volum. consiliorum farinacij.*

Simoniaca hæc hæresis est prima, quę ex radice pestifera in Ecclesia Dei pullulauit, atque in ipsa origine sua Apostolica detestatione fuit damnata. ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. cum liqueat hanc hæresim ante omnes radice pestifera surrepsisse 13. 1. q. 1.* simoniacam hæresim appellauit idem Gregorius Maximiano Episcopo Syracusano scribens in *can. præsentium latoris Adeodati querelam 3. §. illud autem charitatem specialiter admonemus.7.q.* verbis edicens: *Vt in simoniacam hęresim non potuisset incidere.* & apertis verbis Paschalis II. in *can. altare & decimas per pecuniam dare 14.1.q.3.* sequens: *Et spiritum sanctum vendere, simoniacam hęresim esse, nullus fidelium ignorat.* Et primos & præcipuos hereticos nuncupauit Paschalis Papa in *can. patet simoniacos veluti primos, & pręcipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos 27. sive finali 1.q 7.* principium enim dedere crimini huic.

Simonię Giezi in veteri testamento; in nouo autem Simon magus. Gregorium Nanzianzenum magnum illum Theologum in *can. qui studet donum Dei pretio mercari 11. 1. q. 1.* eloquentem excipe: *Giezi gratiam sanitatis Naaman Syro vendidit; eandem gratiam sanitatis, Helisæo vindicante, leprosus factus amisit. Iudas omnium redemptorem vendidit, mox laqueo suspensus eandem redemptoris gratiam, non obtinuit; & meritò, quia nemo potest retinere, quod vendidit. Simon etiam magus, cùm eandem Spiritus sancti gratiam emere vellet, damnationis sententiam a Petro audiuit:* (Actuum 8.) *Pecunia tua tecum sit in perditionem, quia Donum Dei existimasti pecunia possideri.*

Simonia efficit, vt sacramenta à simoniacis ministrata, et si vera sint, quò ad formam, inania tamen & falsa sint quò ad effectum excipe ex Augustino, qui dixit Ignem Spiritus sancti non lucere in simoniacis sacramentis. in *can. sicut Eunuchus fuit, qui Ioseph comparauit 29. 1. q. 1.* verba proponimus: *Sic quoque ignis sacrificijs, qui per septuaginta annos Babilonicę captiuitatis sub aqua vixerat, extinctus est, Antiocho Iasoni vendente sacerdotium:* (2. Macchabeorum. 1. et 4.) *Quod significauit Spiritus sancti ignem non lucere in simoniacis sacramentis.* prosequiturque ibidem Gratianus *§. quid in his similitudinibus Beatus Augustinus notare voluit.* subdens: *Nisi quia sacramenta simoniacorum, (sicut & cæterorum hereticorum) licet sint vera quantum ad formam; inania tamen, & falsa sunt, quantum ad effectum, cùm non possint in cordibus hominum gignere, vel accendere cæleste gratiam.* eodem modo Augustinus contra Donatistas in *can. sicut vrgeri videor cum mihi dicitur.47. eadem. 1. q. 1.*

Simonia sacrilegium est, & simoniacus sacrilegus est, quia rem sacram, vel emit, vel vendit, iniuriamque rei infert sacrę. ex Paschali Secundo in *can. sunt quidam, qui vel violentia, vel fauore non permittunt Ecclesias regulariter ordinari. 125. 1. q. 1.* subsequendo: *Hos etiam decreuimus vt sacrilegos iudicandos.* sacrilegos. *id est simoniacos.* Gloss. ibidem exprimit. Quia nimirum simonia rei sacræ iniuriam infert. Et hoc sacrilegium est. ex Gregorio Sabino subdiacono in *can. sacrilegium 4. 17. q. 4.* & nos in superioribus verbo *Sacrilegium.* et *Glossela* Marginalis ad eundem *can. sunt quidam.* verbo *sacrilegos.* dicens: *Simoniaci dicuntur sacrilegi.* dilucideque Gregorius ipse Vniuersis Episcopis Hispanis scribens in *can. audiuimus dilectissimi. 1. in fine 1. q. 3.* excipe dicentem: *Iste quippe donum Dei emere, hic autem præsumit vendere. A' sacrilegio quoque hoc facinus non dispar dixerim: cùm id, quod sponte, & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur.* & nos diximus *respons.* nostra *39. num.58. & 59. part.5.* ex *S. Thoma 1.2. q.99. art.1.2.3. & 4.*

Simonia est, pecuniam, vel rem pecuniæ æstimabilem dare, vt tollatur impedimentum, quod iustè opponi potuisset, ne quis beneficium, vel dignitatem consequeretur, si obiectum fuisset. ex *S. Thoma 2.2. q.100. art.2. ad 5. Nauarrus cons.41. num.1. de simonia.* facit Paschalis secundus d. *can. sunt quidam. 125. 1. q. 1.* Quia, qui sic agit, pecunia facit Ecclesiam non regulariter ordinari. est ergo simoniacus. consequenterque sacrilegus. Concinit Gregorius Ioanni Episcopo Corinthiorum in *can. Euphemium, atque Thomam, qui pro deferenda accusatione Episcopi sui sacros ordines acceperunt. 7. 2. q. 3.*

Simonia voluntate etiam sola committitur, sicut cętera peccata si deliberata illa fuerit. ex Augustino de libero arbitrio *can. si cui etiam non contingat facultas concumbendi cum hac coniuge aliena. 30. de pœnitentia distinct. 1.* subsequendo: *planum tamen aliquo modo sit id eum cupere, & si potestas detur, facturum esse; non minus reus est, quàm si in ipso facto deprehenderetur.* Quia nimirum iam mœchatus est in corde suo, nihilominus reus est, quamuis in opus exterius non processerit, quia non potuit. ex *Gloss.* ibidem verbo *non minus.* deducitque Ioannes Chrysostomus in opere imperfecto in *can. sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit 10 32. q. 5.* deducens locum (Matthæi. 5.) *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam; iam mœchatus est eam in corde suo.* inferens: *Ergo voluntas sine opere frequenter peccat.* simoniam itaque sola voluntate deliberata quis committit, quò ad peccatum. in pœnas tamen non incidit; Quia illę factum requirunt. *Nauar. consil.9. num.1.3. & 5. libro 5. de simonia.* Hęc simonia mentalis dicitur, in qua pœnę locum non habent. ex Gregorio nono in *cap. finali de simonia.* ibique *Gloss. finalis* verbo *affectu animi.* vnde priuatio locum non habet. vt dictum fuit in *Britonoren comendę 1588. coram Giptio decis. 63. num. 3. post 1. volumen consiliorum farinacij.*

Aaaaa 2 Car-

Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis libro 5.cap.87.num.1.*

Simonia triplex mentalis, realis, & conuentionalis. Hęc conuentionalis non committitur ex quolibet animi proposito, sed ex effectu subsequuto. *Rota in Pampilonen Rectorię coram Orano decis.34.num.1.post 1.volum.consiliorum farinacij.* Realis committitur si per vnam partem per totum pacta adimpleta fuerint, pro altera verò parte, licet non in totum tamen pro parte adimpleta fuere. *Nauarrus cons.34.num.1.de simonia.* Realis quoque multoque aptius simonia nuncupatur cùm ab vtraque parte completa est. *Nauar. manuali cap.23. num.104.* & *cons.47.in fine in 2. conclusione de simonia.Card. Toletus d. libro 5. cap.87. & cap.94.* & aduertendum, quod *extrauagans* Pauli secundi *cum detestabile scelus. 2. de simonia.* Quam retulimus in superioribus. in simonia reali locum habet, cùm datur videlicet, & accipitur, non in conuentionali tantum. vt dictum fuit in *Elnen Perceptorię coram Lancellotto.decis.23.num.3. post 1. volum. consiliorum Farinacij.*

Simonia non est, etiam in administratione sacramentorum, si quid voluntariè offeratur & sine pacto. ex Concilio Toletano 11. in *can. quidquid inuisibilis gratię consolatione tribuitur* 101.1.q.1. super verba Domini: (Matthęi 10.) *Quod gratis accepistis, gratis date.* sequentibus inferente: *Et ideo quicumque deinceps in Ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consigandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quędam, vel pręmia (nisi voluntariè oblata) pro huiusmodi ambitione susceperit. &c.* Alioquin omnino prohibetur. ex Concilio Eliberitano. in *can. emendari placuit, vt qui baptizantur (vt fieri solebat) nummos in Concham non mittant* 104. *eadem* 1. *q.1.* ibique notat *Glossa* verbo *non mittant.* declarans si aliquo modo in pretium detur, secus si quid gratis, & voluntariè offeratur. hoc pacto exaudiens, quod etiam in Concilio Triburiensi in *can. dictum est soler e in quibusdam locis pro perceptione chrismatis nummos dari.* 105.*eadem 1.q.1.* nam id non voluntariè fiebat. proinde Concilium prohibuit, quod declarat Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam scribens in *can. baptizandis, consignandisque fidelibus sacerdotes pretia nulla pręsigant* 99.*eadem 1.q.1.* inferens: *Et ideo nihil à prędictis exigere prorsus moliantur.* vbi *Gloss.* verbo *exigere.* prosequitur: *Aliquid tamen sponte oblatum recipi potest.* ex Leone Quarto ad Episcopos Brittannię in *can. de Eulogiis ad sacra concilia deferendis* 8. *dist.*18; in fine concludente: *Quæ, vt arbitror; non sunt rationabiliter quærendæ, nec vltro delatæ respuendę,* ibique *Gloss.* verbo *respuendæ* argumentum inferens: *Quod quædam licitè possumus recipere, quæ tamen petere prohibemur.* Nec diuersimode Gregorius in Synodo Romæ habita in *can. sicut episcopũ non decet manum, quàm imponit vendere* 4. *in fine* 1.q.2. illis verbis: *Gratiæ tantummodo causa dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus.* ex post facto videlicet. Non antecedenter, neque ex pacto. Vel si, quod datur, minimum quid sit, vt appareat pietatis amore dari, neque in pactum, neque in pretium. ex Hieronymo in capur 3. Michææ in *can. Iudices, inquit, eius in muneribus iudicabant* 23. §. *hoc ipsũ sonat, & in tertio Regnorum libro. eadem 1.q.1.* verbis edicente: *Hoc ipsum sonat, & in tertio regnorum libro, quod vxor Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei, & defert ei decem panes & crustulam, & vas mellis; quia hæc magis in sumptum prophetę, quàm muneri prophetiæ reputanda sunt.* Concinit Alexander Tertius Strigonien Archiepiscopo respondens in *cap. & si quęstiones tuas de feruore religionis ad nos perferri nullatenus ignoremus.* 18. *extra de simonia.* verbis illis *non petenti.* ibique *Gloss.* dicens: *& ideo gratius.* & hunc textum defert *Gloss.* in *can. furtum autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur.* 4. *fine finali.* Qui est Hieronymi 14.q.6. verbo *quod furto.* ad medium dicens: *Item est contrà extra de simonia & si quæstiones. vbi non committitur simonia in modico, sicut in magno.* & *Glossella* Marginalis ibidem dicens: *Simonia non fit in modico.* Quia saltim subnectit *Glos.* ibidem *non prę sumitur committi in modico, sicut in magno. Nauar. cons.52. nu.3. de simonia.* & *de datis, & promissis pro gratia, & iustitia notabili* 10. *nu.*20. *Suarez de religione tom.1. libro 4. cap.3. num. 4. & 5.*

Simoniaci anathemate feriuntur. ex Ambrosio in libro pastorali in *can. reperiuntur quam plurimi negotio muneris periituri velle gratiam Spiritus sancti.* 7.1.q.1. verba sunt Ambrosii: *Decernentes omnino; vt quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotij dignitatem quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse, ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum.* vbi *Gloss.* verbo *anathematis* argumentum infert. *Quod ipso iure sit anathematizatus clericus simoniacus.* & statuit Gregorius in *can. quicumque sacros ordines vendunt, & emunt, sacerdotes esse non possunt.* 12. *eadem* 1.q.1. inferens: *Vnde scriptum est: (Anathema danti anathema accipienti; hoc est simoniaca hæresis.)* est etiam excommunicatio ipso iure, reseruata per *extrauagantem* Pauli Secundi *Cum detestabile scelus.* 2. *de simonia.* inter communes. & diximus in superiobus.

Simoniacum est quidquid accipitur vel datur pro præbendis, & dignitatibus Ecclesiasticis, dignitate & honore carent qui accipiũt, & tam dantes, quàm accipientes, atque interuentores nota infamiæ percelluntur. ex Innocentio Secundo in Synodo Romana in *can. si quis prębendas, vel prioratum* 15. *fine finali* 1.q.3. sicuti & pro altari, & decimis nam Spiritus sanctus venditur. ex Paschali Secundo in *can. altare, & decimas* 14. *eadem* 1. *quæst.*3.

Simonia est, si quid exigatur pro sacræ communionis dispensatione. ex Sexta Synodo in *can. nullus Episcopus, aut presbyter, aut diaconus* 100.1.q.1. rationem reddens: *Neque enim venditur gratia; neque pro pretio gratiam Spiritus*

san-

*săcti damus; sed dignis munere sine defrudatione participare concedimus.* Qui contrà fecerit deponitur, *sicut imitator simoniacæ fraudis.*

Simonia dupliciter perpenditur. Nam quędam prohibita sunt, quia simonia, quædam verò ideo sunt simonia, quia prohibita. Prohibita, quia simonia, sunt illa, quę in veteri testamēto, siue nouo simoniaca sunt, ex sui natura, vt vendere sacramenta. vt ex Gragorio Nazianzeno in *can. qui studet donum Dei pretio mercari* 11.1.q.1. rationem reddente : *Nam Spiritus sancti donum pretio comparari, quid aliud est, quàm capitale crimen, & simoniaca hęresis?* & ex Augustino in *can. sicut eunuchus fuit, qui Ioseph comparauit.* 29. *eadem* 1. q. 1. Simoniaca verò, quia prohibita; sunt illa, quæ per constitutionem Ecclesię facta sunt simoniaca, vt beneficiorum permutatio, & renūciatio. distinctionem hanc tradit *Glossa* satis notabilis in *cap. ex parte N. nobis innotuit* 12. *extrà de officio & potestate Iudicis delegati.* verbo *dimittere.* Illa tamen distinctio in vtraque perpenditur; quod in illa prima, quę de sui natura prohibita sunt, & simoniaca tam in veteri testamento, quam in nouo vt vendere sacramenta, & alia spiritualia; nec Papæ auctoritas excusat, neque dispensat. In his vero, quę per constitutionem Ecclesię simoniam inducunt, Papę excusat auctoritas, quia dispensare potest. vt tradit *gloss.* in *cap. cum pridem S. Clericus* 4. *extrà de pactis verbo illicitæ pactionis circa finem. Nauar. cons.* 6. *nu.* 2. *in fine de simonia.* Quia nimirum

Simonia etiam in Summo Pontifice prohibetur in his, quę iure diuino tam in veteri, quā in nouo testamento prohibentur. & peccat Papa, licet in pœnas iure humano datas non incidat. *Nauar. cons.* 56. *nu.* 4. *de simonia.* Doctores *d. cap. cum pridem* post *glossam* iam deductam. *Mandosius cons.* 8. *nu.* 15. *& sequentibus ad finem vsque* Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis libro* 5. *cap.* 86. deduximus nos plenè *respons.* nostra 37. *nu.* 11. 12. *& sequentibus parte* 4.

Simonia equidem ex genere suo mortale est, & prohibita etiam iure naturę, ne dum diuino, quatenus prohibitum est rem non suam, quin inuendibilem pretio distrahere. ex Nazianzeno *d. can. qui studet donum Dei pretio mercari* 11. 1. q. 1. & Augustino *d. can. sicut Eunuchus fuit* 29. *ibidem*, vnde est hæresis. vt in superioribus quoque deduximus.

Simoniæ vitium purgat authoritas Papæ in his, quæ simoniaca sunt, quia prohibita, vt puta in beneficiis. ex *gloss d. cap. cum pridem* verbo *illicitæ pactionis. Nauar. cons.* 47. *nu.* 1. *& nu.* 4. *de simonia & cons.* 48. *nu.* 2. *in* 1. *&* 3. *argumento.* & *cons.* 49. *nu.* 1. *de simonia Rota part.* 4. *diuersarum decis.* 701. *nu.* 1. & in *Hispalen Beneficiorum* 1592. *coram* Card. *Mellino decis.* 88. *nu.* 1. *& sequent. post prim. volumen Consiliorum Farinacij.* & ibidem in *Cusentina præstensa Confidentię* 1595. *coram Orano decis.* 102. *nu.* 7. *&* 9.

Simonia non intercedit ex pręcibus, si pro digno intercedant, licet simpliciter pręcibus simonia induatur. ex Gregorio vniuersis Episcopis per Elladem prouinciam constitutis in *can. quibusdam narrantibus agnoui* 117. *in fine* 1. q. 1. decernente illo: *Sed neque gratia alicuius, neque supplicatione aliquos ad sacros ordines audeat promouere; nisi eum, quem vitæ, & actionis qualitas ad hoc dignum esse monstrauerit.* & sequitur *glossa* ibidem verbo *& actionis*, prosequens : *Hic argue carnales præces pro digno porrectas non facere simoniam.* deducitque *gloss.* in *can. Moyses amicus Dei* 6. qui est Hieronymi *in fine.* 8. *q.* 1. verbo *rogauerit.* eodemque modo *gloss.* in *can. illud quidem præomnibus tibi curę sit* 18. *q.* 2. verbo *patrocinia.* secus vero si præces siue patrocinia in pecunia consistant, vel obsequio vt ibidem. veluti

Simonia inducitur per gratiarum actiones, si antecedenter illę intercedant, secus si ex post facto. ex Leone Quarto Lothario, & Ludouico Augustis in *can. Reatina Ecclesia, quæ post tot temporum spatia pastoralibus curis destituta consistit* 16. *in fine distinct.* 63. verbis illis: *Vestroque imperio grates peragere valeat.* Ibique notat *gloss.* verbo *grates.* dicens: *Imo videtur, quod non sit simonia, dummodo ex post facto mere, sine aliqua ambitione petentis.* ex Gregorio in Synodo Romę habita in *can. si Episcopum non decet manum, quam imponit, vendere.* 4. *in fine* 1. *q.* 3.

Simonia est quocumque nomine pallietur id, quod venditur, si spirituale pro temporali detur. Ex Concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ in *can quęsitum est de Episcopis, qui altaria monasteriis data, frequenter redimi compellebant pecunia.* 4. 1. q. 3.

Simonia verò non æstimatur, si quis iniustam suam redimat vexationem, data pecunia. deducit *Glossella* Marginalis ad dictum *can. quęsitum est de Episcopis* 4. 1. q. 3. ad *Glossam* in casus figuratione de Episcopis, qui altaria monasteriis data repetebant nisi Abbates darent pecuniam. talem enim dationem simoniam appellat textus: sed *Glossella* declarato dicens: *Ex parte Episcoporum recipientium; monasteria tamen crimen simonię non incurrebant; quia Ius suum redimebant. secundum Hugonem.* ita Glossella. sequiturque *Glossa* in *cap. cùm pridem S. clericus* 4. *extra de pactis.* verbo *illicitæ pactionis.* sequentibus dicens: *Si verò, cùm ius habeo, dedero tibi pecuniam redimendo vexationem meam, non pecco argumento* 1. *q.* 3. *quæsitum. & infra de simon. c. dilectus. iuxta illud Apostoli: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt.* sic Glossa. Et sane textus præfatus Dilectus filius R. Præpositus nobis exposuit 28. de simonia, qui est Cœlestini Tertii Lincolnien Episcopo, & Priori de Ponte fracto approbat enim factum à pręditto Præposito, qui *cum Eboracen Archidiaconus eum multis grauaminibus afficere non cessaret, promisit ei certam quantitatem pecunię se daturum, vt ab ipsius desisteret læsione.* pecuniam dedit. & nihilominus etiam vexabat. mandauit Papa: *Quatenus, si rei ita se habet, Archidiaconum restituere, quod accepit (Si eum contra promissionem suam venisse constiterit) compellatis.* pluribusque & per optime deducit *Glossa* ibidem verbo *restituere, quod accepit.* verbis dicens:

*Nota,*

*Nota, quòd, ex eò quòd præcipitur ei restituere, quod accepit, ei, qui dedit, innuitari, nō esse turpitudinem ex parte dantis ius suum redimere volentis. arg. 1. q. 3. quæsitum.* tæc hanc sententiam veriorem dicit. & *Glossella* Marginalis defert Sanctum *Thomam 2. 2. q. 100. art. 2. ad secundum.* verba damus. S. Doctoris: *Sed postquam ius alicui acquisitum est, licet per pecuniam iniusta impedimenta remouere.* sequitur *Nauarrus cons. 38. num. 2. de simonia & cons. 41. num. 2.* & *cons. 47. num. 1. in 2. argumento. & in fine.* & *cons. 47. num. 1. in 1. argumento. & in fine.* & *cons. 47. num. 1. in 2 argumento. & in fine.* & *cons. 55. num. 1. de simonia.* Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 5. cap. 91. num. 3.* & ibidem *Visitarellus.* addens. licet quidem hanc compositionem in beneficiis periculosam existimet *Rota* sine approbatione Apostolica in vna *Vlisponen Prioratus Sancti Petri 14. Martij 1612. coram Sacrato decis 95. num. 3. volum. 2. post bumas Farinacij.*

Simonia est vendere iustitiam in Prælato Ecclesiastico præsertim. Ementis enim, et vendentes in templo, quæ offerri debebant, eijecit Dominus. perpenditque Gregorius homilia 39. in Euangelia in *can. vendentes, & ementes è templo eliminat Christus 10. 1 q. 3.* Nec diuersimode Augustinus ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab inuita famitur, iniuriosè aufertur 15. 14 q. 5.* Dans enim differentiam inter Aduocatum, & medium, & inter Iudicem, et testem: sequentibus rationem tribuit: quare illi iuste mercedem accipiant, sic infert: *Sed non ideo debet Iudex vendere iustum iudicium, aut testis verum testis verum testimonium; Quia vendit aduocatus iustum patrocinium, & iuris peritus verum consilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen adhibentur; isti ex vna parte consistunt.* et Concordat Concilium Toletanum 11. in *can quidquid inuisibilis gratia consolatione 101. 1. q. 1.* verba sūt Cōcilii: *Equidem si sic ëte loci Episcopo tale quidquam à subditis perpetratum fuerit, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiare at, procò, quod scita mala contexit, & correptionem necessariam non adhibuit.* Et hunc textum ad rem allegauit *Glossa d. can. vendentes, & ementes. 10.* verbo *Iustitiam. 1. q. 5.* ad rem quod simoniacam committit Prælatus Iustitiam vendens.

Simoniaci Giezi lepram cum diuitiis suis possident, et malè quæsita mercede, non tam patrimonium facultatum, quàm thesaurum criminum congregarunt æterno supplicio, et breui fructui S. Ambrosius in Lucam lib. 4. ad cap. 4. in *can. citò turpem sequitur lepra mercedem 16. 1. q. 1.* in fine quia Giezi semen vsque in æternum pro cupiditate habendi prophetica auctoritate damnatur. Ideo apud simoniacos sacerdotium non subsistit secundum Gregorium à Gratiano relatum ibidem § *quia ergo auctoritate Leonis Papæ simoniaci non nisi spiritum mendacij accipiunt.*

Simoniaci in triplici differentia constituuntur quoad Ordines, ex Nicolao Papa Secundo omnibus Episcopis. in *can statuimus decretam de simoniacis, tripartita heresi 107. 1. q. 1.* sunt enim simoniacè ordinantes, & simoniacè ordinati. Secundo de ordinatis simoniacè, non tamen à simoniacis. Tertio simonici ordinatis non simoniacè à non simoniacis. Primo ab Ecclesiastico gradu vtrique decidunt. Similiter secùndi ab officio malè accepto remouentur. Cùm tertii misericorditer dispēsatur si tamen eos Laudabilis vita commendat. ex Vrbano *Papa* in Concilio *Placentino* in *can. si qui à simoniacis 108. ibidem 1. quæst. 1.* & ita quoque ex Vrbano *Papa* in Concilio Placentino & in Concilio Romano in *can. quicumque sanè cupiditate parcatum cum adhuc paruuli essent. 1. 1. q. 5. cum sequentibus.* Nam dispensatur cum eisdem.

Symplex quandoque dicitur à composito, & si sane quod simplex est composito aduersetur. simplex enim dicitur, quod compositione caret arguitur ex *Pomponio* lib. 6. ad Sabinū in *l. Titia textores meos omnes 36. ff de legatis 1.* & ex Vlpiano lib. 70. ad Edictum in *1. § item quæritur, si quis aqua, quam hoc anno ducebat aliā aquam admiscuerit. ff. de aqua quotidiana, & æstiua.* Meminit enim ibi Vlpianus aquę mistę ad differentiam simplicis. Simplex ergo est, quod admistum non est. Differt enim simplex à composito. vt videre quoque est. ex Vlpiano libro 17. ad Edictum in *l. si seruus seruum alicuiū surripuerit 27. §. inquit lex ruperit. quod verbum ferè omnes Veteres sic intellexerunt, corruperit ff. ad legem Aquiliam.* sequiturque *Glossa* in *can. raptus quoque illicitas coitus à corrumpendo est dictas. 1.* qui est Isidori lib. 5. Etymologiarum 36. q. 1. verbo *à corrumpendo est dictus.* Vnde simpliciter dicitur, quod nullo addito dicitur. ex Aristotele *lib. 2. topicorū.* in fine. *S. Thomas part. 3. q. 10. art. 4. in responsione.* deduximus *respons.* nostra 52. *num. 30. & 31. parte 3.* concordat Gregorius Syagrio Episcopo Augustodunensi & aliis Episcopis scribens in *can. sicut is, qui inuitas renuit. 3. siue finalis 1. quæst. 6.* illis verbis: *Sit simplex sine venalitate consensus.* Simplex ergo est, quod sine aduento est. notat *glossa* in *can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint. 3. § in testibus considerandum est, qui simpliciter visi sunt dicere. 4. q. 3.* verbo *simpliciter* exponens: *Id est sine adiectione causę. vel simpliciter. idest non obscure. 3. q. 9. pura.* quia

Simplicitas veritatis amica est. ex Clemente Tertio in *cap. veritatis amica simplicitas 14. extra de Iure Iurando.* Rationem reddit *gloss.* ibidem verbo *simplicitas.* & ipsa dicens: *Fides enim veritatis, verborum adminicula non requirit.*

Simplicitatem columbæ Dominus commendauit: (Matthæi 10 16.) *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę.* Merito Antonius Papa Epistola vnica in *can. ca nerito plebis nonnumquā Episcopi deprauantur. 13. in fine 6. q. 1.* exhortatur omnes: *Habeant omnes simplicitatem columbæ* (inquiens) *Nec aliquam machinentur dolos; & serpentis astutiam, ne aliarum supplantentur insidiis.* Ita quoque Hieronymum ad *Paulinum* de institutioni mona-

chi

chi in can. si cupis esse quod diceris, monachus, id est solus. 5. post principium 16. q. 1. verbis edicens: Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidiis: Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi. vbi Gloss. verbo simplicitatem. subsequitur: Duplex est simplicitas. Quædam contraria dolositati, & illa est bona, quædam contraria discretioni, & hæc est mala. ex Gregorio Clero, & nobilibus Neapolis in can. Petrus Diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est. 1. siue vltimo dist. 39. vbi Gloss. 1. dicens: Vocat hic simplicitatem, negligentiam, siue stultitiam. Inde est quod

Simplicitati quandoque parcitur. ex Innocentio Tertio Decano, & Capitulo Andegauensi in cap. inter corporalia, & spiritualia cum cognoscimus esse differentiam. 2. §. sanè quoniam Tu torem Archiepiscopus, de translatione Episcopi. dicente: Veniam errori dedimus quia non ex malignitate, sed ex simplicitate peccauerunt. distinguitur enim simplicitas à malignitate. vt gloss. ibidem verbo ex simplicitate. dicens: simplicitati enim parcendum est: ex Gregorio Ianuario Episcopo in can. santa nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit. 24. dist. 86. circa finem. dicente: Et quidem pœnę sententia in te fuerat cacunlanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus. vbi gloss. verbo quia simplicitatem. Notat quod parcitur simplicitati.

Simplicitas pro ignorantia accipitur. vt ex Gregorio Clero, & Ciuibus Neapolitanis in can. de Petro insuper ad nos peruenisse cognoscite 4. post medium distinct. 47. dicente: Quia persona eius nobis ignota est, & vtrum ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus. Simplicitas enim ibi pro ignorantia comprehenditur. Sicuti ex Cypriano Cæcilio in can. scriptura dicit quotiescumque enim ederitis panem istum 3. de consecrat. dist. 2. manifestè excipitur. excipe dicentem: Sed vide frater charissime, si quis de antecessoribus nostris vel ignoranter vel simpliciter non hoc seruauit, & tenuit, quod nos Dominus facere & exemplo, & magisterio suo docuit; potest simplicitati eius, de indulgentia Domini venia concedi: nobis verò non poterit ignosci, qui nunc à Domino admoniti, & instructi sumus, vt calicem Domini cum vino mistum, secundum, quòd Dominus obtulit offeramus. vbi gloss. verbo vel simpliciter. expresse de ignorantia exaudit dicens: Sed non ne exemplum Domini ita potuit eos instruere, sicut & nos? Quare ergo excusabantur? Sed dic, quod nos docuerunt Patrum sacra scriptura de ipso Christo quas forte ipsi non habuerũt. Simplicitas ergo pro ignorantia exauditur quandoque sicuti etiam ex Concilio Agathensi in can. Episcoporum etiam, quorum vita non reprehenditur 5. §. sane si officium Archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit. dist. 74. nam datur ei coadiutor, qui possit supplere eius defectum dispositique Pelagius Papa Clero Narniensi respondens in can. Quia frater, & coepiscopus noster Ioannes 18. 7. q. 1. de illius simplicitate in rebus agendis tractans, coadiutorem sufficientem dari eidem disponit.

Simplicitas solum sibi prodest, quam Hieronymus in primo prologo bibliæ rusticitatem appellat. in can. sancta quippe rusticitas. 56. 2. q. 7. verbis edicens: Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vita merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat. Rusticitas. id est simplicitas gloss. ibidem explicat. Loquiturque de Prælatis, qui ex officio tenentur resistere malis; & quorum taciturnitas est mortale peccatum, & magnum damnum in Ecclesia operatur. secũdum verba gloss. ibidem verbo. quippe. id est cum simpliciter, & pie viuũt, & alios nolunt inquietare. inde est quod dum

Simplicitati solum studetur, disciplina negligitur. vti Gregorius Ianuario Episcopo Caralitano testatus fuit in can. fratris, & coepiscopi Felicis, & Ciriaci Abbatis relatione cognouimus 40. in fine 12. q. 1. verbis proferens: Dumque solùm simplicitati à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur. Notatque Glossa ibidem in casus figuratione: quia prælatus disciplinæ Ecclesiasticæ inuigilare debet, ne subiecti illam negligant.

Simplex sine venalitate debet esse consensus in ordinandis subiectis. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustodunensi, & aliis Episcopis in can. sicut is, qui inuitatus renuit 3. in fine 1. quæst. 6. qui sequentibus fatur: Itaque fratres charissimi in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat; sit simplex sine venalitate consensus, pura preferatur electio, vt ad summa sacerdotii, non suffragio venditorum prouectus sed Dei credatur esse iudicio.

Simulatio vtilis est, & in tempore assumenda. ex Hieronymo in Epistolam ad Galatas in can. vtilem simulationem, & in tempore assumendam 21. 22. q. 2. quod sanè exemplis comprobat. Et Dauid quandoque mutauit faciem suam coram Abimelech, & dimisit eum, & abiit. Nec mirum, quamuis iustos homines, tamen aliquasimulare pro tempore ob suam, & aliorum salutem. Cum, & ipse Dominus noster non habens peccatum, nec carnem peccati, simulationem peccatricis carnis assumpserit: vt condemnans in carne peccatum, nos in se faceret iustitiam Dei. vbi Glossa verbo simulationem rationem reddit: Vt falleret diabolum. Dicit enim auctoritas: Si Diabolus cum filium Dei sciuisset, numquam eum à Iudæis crucifigi passus fuisset. Auctoritas. alias Augustinus addit Glossella Marginalis. & probat Abbas. in cap. nisi. 3. de auctoritate, & vsu pallij nu 5. & 6. quod est quandoque permissa simulatio, quando alias auctoritas vilesceret superioris.

Simulatio dupliciter perpenditur. vna ex causa honesta, altera ex inhonesta. videndum ex Nicolao Papa Albinum Viennen Ecclesiæ Archiepiscopum in can. quod interrogasti de fœmina, quæ post abitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit se sub eodem velamine sanctimonialem esse 6. distinct. 27. ibique notat plureibus Glossa verbo & finxit. defecens ex Hieronymo allatum 22. q. 2. vtilem simulationem. & ex Augustino libro

que.

quæstionum in *can. Dominus noster iubet ad Iesum Naue, vt constituat sibi retrorsus insidias* c. 23. q. 2. verbis illis: *Cum autem iustum bellum susceperit, verum aperta pugna, verum insidiis vincat, nihil ad iustitiam interest*. ibique notat *Glossa* verbo *insidiis*. inferens: *Sic ergo per insidias, & per dolum possumus vincere hostes nostros*. In bello sanè iusto. Nam alias Simulatio dolose, peccatum est. S *Thomas* receptus in 2.2. q. 111 art 1. *Nauarrus de vsuris* q. 66. nu. 119. nam simulatio dolosa nemini debet prodesse. Si vero prudenter id facimus, peccatum non erit ex Clemente Papa epistola 3. in *can. in mandatis habemus* 2. ad finem *distinct.* 43. verbis dicente: *Quod si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quę eum minus rectè agentem, non oportet audire; prudenter eum debemus eludere*. vbi *Gloss.* verbo *eludere*. subnectitur: *Nota dolum esse bonum contra hostem. sic* 22. q. *vtilem*. Veluti etiam obstetrices tempore Pharaonis simulauerunt se infantes hębręorum interficere, & à Deo muneratę fuere. quod perpendit ad rem Gregorius in moralibus in *can si qualibet culpa sequenti solet pia operatione purgari* 20. 22. q. 2. & in §. sequenti: *Abraham quoque loquens ad pueros suos ait: sedete hic cum asino*. Gratianus exemplum defert Abrahami, qui simulauit (*Genesis* 22.) dicens: (*Sedete hic cum asino: & ego & pueri illuc vsque pertransibimus: & cum adorauerimus reuertemur ad vos*) iubdens: *Licet aliud se facturum deliberaret*. Augustinus quoque in *can. quæritur, cur patriarcha mentiri voluit* 22. *eadem* 22. q. 2. vt diceret Sacram sororem suam inferens: *Sed veritatem voluit cælari non mendacium dici. Soror enim dicitur quia filia fratris erat*. Et plura ad rem Gratianus in §. sequenti. *Item opponitur, quod Iacob*.

Simulatè quibus Christi miscetur, ac ficto corde in Ecclesia non est. ex Augustino sermone XI. de verbis Domini in *can. de illis, qui sunt ab Ecclesia segregati* 8. 24. q. 3. verbis dicēte: *Sed nec dicendus est esse in Ecclesia, & ad istā societatem spiritus pertinere qui ouibus Christi ficto corde miscetur. Sanctus enim Spiritus disciplinæ fugiet fictum. Non enim solùm ad Ecclesiam non pertinent, qui separationis aperto sacrilegio manifesti sunt. sed etiam illi, qui in eius vnitate corporaliter misti per pessimam vitam separantur*.

Simulare propositum peiùs est, quam cedere à proposito. ex Augustino sermone 2. de vita Clericorum in *can. certè ego sum, qui statueram* 18. 12 q. 1. ad finem dicente: *Nolo habere hypocritas. Malum enim esse, quis nesciat? Malum est cadere à proposito: sed peius est simulare propositum*. & sequitur: *Si non habet sanctitatem foris; dimidius cecidit: si verò intus habuerit simulationem; totus cecidit Nolo vt habeat necessitatem simulandi*.

Simulata opera mendacium sunt. Namque vt Augustinus in *can. cauete fratres mendacium, quia omnes, qui amant mendacium, filij sunt diaboli* 20. 22. q. 5. verba facit: *Non solum in falsis verbis; sed etiam in simulatis operibus mendaciū est*. vbi *glossa* verbo *operibus*. argumentum deducit: *Quod factis mentimur, sicut verbis: & factis negamus Christum, sicut verbis*. ex Hieronymo in Epistolam ad Titum in *can. existimant quidam in eo tantum Christum negari* 84 11. q. 3. dicente in ipso principio: *Sed ecce Apostolus omnibus, quæ peruersa sunt, factis, Deum asserit denegari*.

Sine pœnitentia sunt dona, & vocatio Dei. Ambrosius in *can. sine pænitentia sunt dona, & vocatio Dei* 99. *de consecrat. distinct.* 4. sequitur *Gloss.* in *can. deinde ponitur non dici oportere bigamum eum* 3. *in fine* §. *si ita creditur distinct.* 26. verbo *inter peccata*. post principium in ratione, quam reddit, quòd Baptismus tollit infamiam pręcedentem: *Quia dona baptismi sunt sine omni pænitentia, & satisfactione. vt de consecrat. dist.* 4. *fine*.

Sine pœnitentia impossibile est saluari. ex Augustino ad Vincentium in *can. neminem putes ab errore ad veritatem*. 43. *de pænitentia distinct.* 1. & ex eodem Augustino ad Seleucianam in *can. agunt homines ante baptismum pænitentiam de suis prioribus peccatis* 97. *de consecrat. distinct.* 4 dicente Apostolo Petro Iudęis (Actuum 2. *Agite pænitentiam, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Domini Nostri Iesu Christi*. Est itaque pœnitentia agenda peccatorum.

Singularitas monachorum propriè est. ex Hieronymo ad Paulinum de institutione monachi in *can. si cupis esse quod diceris*. 5. 16. q. 1. excipe dicentem: *si cupis esse, quod diceris, monachus, id est solus quid facis in Vrbibus, quæ vtique non sunt solorum habitacula, sed multorum*. vbi *Glossa* verbo *solorum*. id est solitariorum, exprimit.

Singularitas in viuendo seruanda non est, magis autem accomodare nos debemus communi vsui, quo in Ecclesia Viuitur. ex Augustino ad Ianuarium in *can. illa autem, quę non scripta, sed tradita custodimus*. 11. *dist*. 12. post medium verba sunt Augustini: *Nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentique Christiano, quàm, vt eo modo agat, quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcumque forte deuenerit*. Exemplū referens de metre tua, quę Mediolanum eum sequuta fuerat. & de responsione sancti Ambrosii: *Cum Romam venio ieiuno Sabbato: cum Mediolanum, non ieiuno. sic etiam tu, ad quamcumque Ecclesiam veneris eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi*.

Singularitas in cibis etiam vitanda. sed communioni nos conformare debemus. ex Augustino lib. 2. quęstionum Euangelicarum cap. 11. in *can. quod dicit Dominus in Euangelio: Iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis* 4. *distinct.* 41. ad medium rationem reddente: *Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum cum his, cum quibus tibi viuendum est Neque quantum sumas interest multum: cum videamus aliorum stomachum citiùs saturari*.

Singularitas quoque in psallendo vitanda, sed omnes se confirmare debebunt metropolitanę Ecclesiæ. Ex Concilio Toletano XI. in *can. de ijs, qui contra Apostoli voluntatem circum-*

cum-

*circumferuntur omni vento doctrinæ* 13. *distinct.* 12.

Synodus ex Greco interpretatur comitatus, vel cœtus. ex Isidoro libro 6. Etymologiarum in *can. Canones generales conciliorum.* 1. *circa finem* §. *synodus autem ex graco distinctione.* 15. Synodi principales fuerunt quatuor, fidei doctrinam plenissimè prædicantes, quasi quatuor Euangelia, vel totidem Paradisi flumina. Prima Nicæna tercentum & decem, & octo Episcoporum, in qua Ariana perfidia condemnata fuit. Secunda Constantinopolitana centum quinquaginta Patrum contra Macedonium. Spiritum sanctum Deum esse negantem condemnas. Tertia Synodus Ephesina, ducentorum Episcoporum contra Nestorium duas personas in Christo asserentem. Ostendens manere in duabus naturis Domini nostri Iesu Christi personam. Quarta Chalcedonensis quatuorcentum triginta sacerdotum in qua Eutyches Abbas Constantinopolitanus damnatus fuit, qui verbi Dei, & carnis vnam naturam pronunciabat. & iterum Nestorius damnatus fuit. in eodem *can. canones generalium Conciliorum.* 1. *distinct.* 15. ex eodem Isidoro.

Synodus quoque conuentus est Clericorum, qui concilium appellatur, dicit *Glossa* in *can. Episcopus si Clerico, vel Laico crimen impegerit, deducatur ad probationem in Synodum.* 1. 6. *q.* 2. verbo *Synodum*. Ex Concilio Carthaginensi vnico in *can. placuit, vt presbyteri non vendant rem Ecclesiæ.* 51. 12. *q.* 2. ibi *Inconsulto Concilio, vel cuncto presbyterio* vbi *Gloss* verbo *Concilio.* scilicet Clericorum. addit. idem est ergo Cōcilium, atque Synodus. ex eodem Isidoro d. *can Canones* 1. *distinct.* 15. *circa finem*. eodemque modo ex Concilio Toletano 16. *in can. decernimus, vt dum in qualibet prouincia Concilium agitatur.* 17. *siue finali distinct.* 18. idem est enim Concilium, atque Synodus. Interesse autem in

Synodo debent omnes Abbates, Presbyteri, Diaconi, atque Clerici. ex euncta diœcesi. ibidem. plura per *Barbosam de officio & potestate Episcopi allegat.* 93. & in *Collectanea ad Tridentinum sessione* 24. *cap.* 2. *Alzedum in praxi Episcoporum part.* 2. *cap.* 1. *num.* 25. *cum sequentibus.* Qui vero ad

Synodum vocati fuerint, si venire contempserint, aut si post quam venerint sacerdotalibus respuerint obedire præceptis, vel ante finitam causam à Synodo abierint, excommunicari poterunt. ex Concilio Triburiensi in *can. certum est pro his tribus criminibus aliquem excommunicari debere* 43. 11. *q.* 3.

Synodo interesse debet Prelatus, quamuis exēptus, parochianorum curam habens, quo ad ea, quæ ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochiani etiam eximuntur. ex Clemente Quarto in *cap. vt Apostolicę sedis benignitas* 6. & Bonifacio VIII. in *cap. per exemptionem Ecclesię concessam* 9. *de priuilegijs in* 6. ibique *Glossa* verbo *curam habet* in fine. dicens & ipsa: *propter hanc Curam, & populum non exemptum, Prelatus exemptus vadit ad Synodum Episcopalem. Rota apud Card. Seraphinum decis.* 190. *num.* 1. ad

Synodum vero cùm hi accedere tenentur, & eius decreta seruare oportebit, ne frustra accessisse videantur. ex Innocentio Tertio Abbati, & fratribus Euasen Cœnobiis. in *cap. ex ore sedentis in throno procedit gladius bis acutus.* 17. §. *porrò in priuilegio Constantini. de priuilegijs, & excessibus priuilegiatorum extrà.* verbis edicente: *Quare tenentur ad Synodum Episcopalem accedere, ac per hoc ipsius statuta recipere, ac seruare.* concinit cum Concilio Toletano XVI. in *can. decernimus, vt dum in qualibet prouincia concilium agitur* 17. *siue finali distinct.* 18. quem canonem allegat *Gloss.* in d. *cap. ex ore sedentis.* verbo *recipere, ac seruare.*

Synodales constitutiones maximum faciunt adminiculum, in causis prę sertim antiquis: Quia in Synodo vocantur omnes Rectores, & beneficia totius diœcesis. *Rota apud Card. Seraphinum decis.* 303. *sub. num.* 3.

Synodus centum quinquaginta trium Episcoporum celebrata fuit in Patriarchico Lateranen per Hadrianum Papam presente Carolo Imperatore. vt ex historia Ecclesiastica habetur in *can. Hadrianus Papa Romam venire Carolum Regem ad defendendas res Ecclesiæ postulauit* 22. *distinct.* 63. & confirmata fuit à Leone Papa in *can. in Synodo congregata Romæ in Ecclesia sancti Saluatoris.* 23. *eadem distinct.* 63.

Synodum celebrandi annus, non currit à die captę possessionis per nouum Episcopum, sed à die vltimę Synodi celebratę. *Barbosa* ad sacrum Tridentinum *sessione* 24. *de reformat. cap.* 18. *num.* 102. *in fine.*

Synodo, qui intersunt Prouinciali Episcopi votum obtinent decisiuum. Canonici autem non nisi in casibus à Iure expressis, vel ex priuilegio, vel consuetudine. Tunc vero votum eorum pro vno tantum computatur. Barbosa *d. sessione* 24. *de reformat. cap.* 2. *nu.* 33.

Synodo intercedens Vicarius, Episcopi, Capitulum Cathedralis non pręcedit in hoc casu: Quia Vicarius non est ex ijs, qui Synodo interesse necessario debet: Capitulum vero hac in parte procedit vti Iurisdictionem habens cum Episcopo. quamuis aliter *Abbas* dicere videatur *cons.* 21. *lib.* 1. plenè *Mariscottus variarum resolutionum lib.* 1. *cap.* 69. *à num.* 3. *cum sequentibus.*

Si oculus tuus, vel pes tuus scandalizat te, proscinde eū, & proiice abs te. Expedit enim tibi, vt pereat vnum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Dominus dixit *Matthęi* 5. 30. vlus fuit Leo Papa ad Anatolium in *can. illud sane plurimum mihi displicere significo* 34. 24. *q.* 3. scribens, dicensque *Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercendis debet diligentia tua vigilanter insistere: ita vt his, quibus prodesse non poterit correptio, non parcat abscissio. Oportet enim nos Euangelici meminisse mandati:* (Matthęi 5.) *Quo ab ipsa veritate pręcipitur, vt si nos oculus, aut dextera scandalizauerit manus; à compage corporis auferatur: quia melius sit, bis in Ecclesia*

*carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia.*

Si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent. Anacletus Papa epistola I. in *can. si omnia in hoc seculo iudicata essent 7. 6. quæst. 1.* vbi *Gloss.* verbo *si omnia* dicit, quod *de occultis loquitur, quæ soli Deo reseruantur*. eisdemque verbis Alexander Papa omnibus orthodoxis scribens in *can. si quandoque à sacerdotibus 1. 5. non potest autem humano condemnari examine 19 q. 6.* verba sunt Alexandri: *Non potest autem humano condemnari examine, quem Dominus suo reseruauit iudicio. Si omnia namque in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent.*

Si quod magis videtur inesse, & non inest, ergo nec id, quod minus ex regula topica Aristotelis. deducitur ex Iustiniano Cæsare in *Authentica multo magis C. de sacrosanctis Ecclesiis*. & ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in *cap. cum in cunctis sacris ordinibus, & Ecclesiasticis ministerijs sint ætatis maturitas, grauitas morum, & litterarum scientia inquirenda, multò fortius in Episcopo hæc oportet inquiri 7. de electione, & electi potestate extrà*. ibique optimè *gloss.* verbo *multò fortius*. dicens: *Item argumentum est à minori, & similiter secundum hanc regulam affirmando: Si id, de quo minus videtur inesse, inest, & id, de quo magis.* sic argumentatur Leo Papa ad Clerum & Plebem Constantinopolitanæ vrbis in *can. si in laicis vix tolerabilis videtur inscitia, quanto magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia? 3. distinct. 38.* eodemque modo argumentatus fuit Felix Papa secundus in Epistola ad fratres Aegypti in *can. de inducijs vero Episcoporum 2. 3. q. 3.* attende argumentum: *Quidam autem annum, in quo plurimi concordant. Minus autem, quàm sex menses, non reperi: Quia & laicis hæc indulta sunt; quanto magis Domini sacerdotibus?* Nec diuersimode Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per singulos gradus examinatis a. distinct. 59* prosequendo: *Quis ille tàm arrogans, tàm imprudens inuenitur, vt in cœlesti militia, quæ propensiùs ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret; cum tyro ante non fuerit, & priùs velit docere, quàm discere.* vbi *Gloss.* verbo *quis*. & ipsa animaduertit, dicens: *Nota modum argumentandi; ex quo ita est apud seculares Iudices, eodem modo erit apud Ecclesiam.* hanc regulam topicam ornat *Nauar. cons. 3. num. 3. in fine libro 1. de constitutionibus.* & nos diximus in superioribus, verbo *si ei, cui minus videtur in esse, in est*. Accedit huic propositioni & altera non dissimilis:

Si vinco vincentem te, à fortiori vinco et te. ex Marcello Papa Vniuersis Episcopis per Antiochiam constitutis in *can. rogamus vos fratres, vt nō aliud doceatis, neque sentiatis, quàm quod à beato Petro Apostolo, & reliquis Apostolis, & patribus accepistis 25. 24. q. 1. in fine* dicente argumentum: *Si verò vestra Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit Sedi, nulla est, quæ eius non sit subiecta ditioni*. ibique verbo *quæ olim* dicens Argumentum: *Quod in maioribus conceditur, fortius in minoribus locum habere. Nam si vinco vincentem te ergo & te*. ex Nicolao Papa in *can. si quis Episcoporum 1. 16. q. 1.* & ex Nicolao Papa Secundo in *can. in nomine Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi 1. distinct. 25.* reprime tamen regulam, vbicumque datur diuersa vincendi ratio. ex Bonifacij VIII. regula in *cap. Auctoritate Martini Papæ prædecessoris nostri 7. de concessione prabendæ. & Ecclesiæ non vacantis in 6.* ibique notat *Gloss.* verbo *primam secundus*. deducens limitationes regulæ. *Si vinco vincentem te*. notat *Couarruuias variarum resolutionem libro 1. cap. 7. num. 3. col. 3.* & fallentias deducit *Gloss.* in *Authentica defuncto sine liberis filio*. quæ est finalis *C. ad senatus Consultum Tertullianum*. verbo *proximis*. ad finem dicens: *Prædicta autem regula: Si vinco & c. quæ est in d. l. de accessionibus. Fallit in multis casibus. & c.* Regula est Scæuolæ libro singularium quæstionum publicè tractatarum in *l. de accessionibus possessionum 14. in fine principij. ff. de diuersis, & temporalibus præscriptionibus, & de accessionibus possessionum.* verbis dicentis: *Nam, qui me potior est, cum ego te superaturus sim, multò magis aduersus te obtinere debet.*

Sobrietas decet omnes, maxime verò Episcopos. ex Hieronymo in. *can. Ecclesiæ principes, qui delicijs affluunt 4. ad finem distinct. 35.* verbis edicente: *An non confusio, & ignominia est, Iesum Crucifixum, magistrum pauperum, atque esurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque ora proferre? Si in apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque & abstinentiam amplectamur.* & eodem distinct. Ambrosius in *can. sexto die bestiæ sunt creata 8 5. eo vsque nemo præuaricari nouerat*. dicens: *Indictum ieiunium, abstinentiæ lex à Domino Deo, præuaricatio legis à diabolo, culpa per cibum, latebra post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio:* & paulo post: *Serpens gulę persuadet; Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit: abstinentia ad paradisum reuocauit errantem.* & in fine sic concludit: *Denique annunciauit eum Ioannes non manducans panem, neque bibens vinū. Qui enim Christū annunciat, ab omni vitiorū incentiuo præstare se debet alienū.* Sobrietas ergo decet omnes. vt enim Augustinus libro tertio de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm se habent mores eorum cum quibus viuit, aut intemperans, aut superstitiosus est 1. dist. 41* post principium. concludens: *In omnibus enim talibus, non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est.* Rationem reddens in fine: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.* Sobrietas ergo seruanda, vt ibidem ex Concilio Gangrensi in *can. Parsimoniam cum veste humili non reprobamus. sicut etiam ornatum præter*

ter corporis diligentiam infucatum laudamus.9. vbi Gloss.r Parsimonia(inquit)est vsus rerum temporalium cum moderatione. Optima ergo sobrietas.

Societas non in inferenda, sed in depellenda consistit iniuria.ex S.Ambrosio libro 1.de officiis in can.non in inferenda,sed in depellenda iniuria,lex virtutis est.7. 23. q.3. subsequente: Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tàm est in vitio,quam ille, qui facit. Confirmat exemplo Moysis. Nam cum vidisset Hebrǽum ab Aegyptio iniuriam accipientem;defendit,ita,vt Aegyptium prosterneret, atque in arena absconderet. Quin ex Anastasio & Damasum Papa. Non caret scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare.Cum scilicet potest. in can.qui potest obuiare,& perturbare peruersos, & non facit, nihil aliud est, quam fauere eorum impietati.8. eadem 23.q.3. nam vt Augustinus quoque ibidem in can.ostendit propheta, nec illos immunes à scelere esse 11.in fine defert: Qui desinit obuiare cum potest,consentit.& dixit Ioãnes Octauo in can. facientis culpam proculdubio habet 3.dist.86.eodemque modo Innocentius Papa in can.error, cui non resistitur, approbatur.3.in fine distinct.83. & ipse dicens: Nec caret scrupulo societatis occultæ,qui manifesto facinori desinit obuiare.

Societas vitanda eorum qui mali sunt, ne illi alios inficiant. ex Hieronymo in epistolam ad Galatas in can.resecãda sunt putrida carnes, & scabiosa ouis à caulis repellenda 16.24.q.3.rationem inferendo: Ne tota domus massa,corpus, & pecora ardeant,corrumpantur,putrescant,intereant. Eadem ratione vsus est Origines homilia 7.in Iosue in can. sed & illud non otiose transmittendum est 17.in fine dist.45.& ipse inferens: Sicut ex vna oue morbida vniuersus grex inficitur:sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente,plebs vniuersa polluitur. Quia nimirum, vt Augustinus libro 2.contra epistolam Parmeniani in can. quisquis, vel quod potest,arguendo corrigit.5.in fine 23.q.4. rationem reddit: Quomodo, inquit Parmenianus, incorruptus poteris permanere;qui corruptis sociaris? Nam scriptura dicit:(Esaiæ 5.20.5.2.)Væ his,qui dicunt,quod nequam est,bonum, & quod bonum est, nequam:ponentes tenebras lucem,& lucem tenebras:ponentes amarum dulce,& dulce amarum.Quia ex Prospero libro 2. de vita contemplatiua in can. Ecce autem crimina quorumlibet 18.circa finem 24.q.3. id omnino debet fieri: Ne,sicut caro morbis emortua,si abscissa non fuerit, salutem reliquę carnis putredinis suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciuntur, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint,eos exemplo suæ perditionis inficiant. Quod tamen exaudiendum erit, cum sine scandalo id fieri potest. vt Gloss. ibidem verbo putredinis.aduertit.

Societas enim malorum toleratur quandoque ne maius malum oriatur. ex Liberio Papa omnibus Episcopis in can.suggestum nobis est, quod pro prateritis laboribus 46.7.q.1. & Nicolao Papa Hunifrido Morinensis Ecclesiæ Episcopo in can.sciscitaris itaque per Gualdegarium presbyterum 47. eadem 7.q.1. rationem reddente vnde id accidat:quia mali ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitus assequuntur: prę sertim cum eis prodire vltrò non debeamus,& multos prophetas,& Apostoles, ipsumque Dominum huiusmodi fugisse insecutores luce clarius constet.

Societas, quam quidam maligni habent cum dœmonibus,causa est superstitionum,& magicarum artium. Docet id Augustinus lib. 2 de doctrina Christiana in can.illud, quod est secundum institutiones hominum partim superstitiosum est, partim superstitiosum non est 6.in fine 26 q.2.sequẽtibus prosequens: Omnes igitur artes huiusmodi vel nugatoriæ,vel noxię superstitionis,ex quadã pestifera societate hominũ,& dæmonũ,quasi pacta infidelis,& dolosa amicitia cõstituta penitus sunt repudiãda, & fugiẽda Christiano.

Societas præsumptionem facit contra aliquẽ. namque qui secum corruptis moribus habet socium, pręsumitur contra eum. ex Gregorio Virgilio Episcopo Arelatensi in can.peruenit ad nos fratrem,& coepiscopum nostrum Serenum Massyliensem prauos homines omnino in societate sua recipere 59.2. q.7. prosequente: ita denique,vt presbyterum quendam,qui post lapsum in suis adhuc dicitur iniquitatibus volutari, familiarem habeat. vbi gloss. verbo in societate sic subnectit: Nota quod pręsumitur contra aliquem,vel aliquo ex societate. ex Concilio Toletano Quarto in can. sępe malorum consortia etiam bonos corrumpunt: quanto magis eos qui ad vitia proni sunt? 12.28.q.1.

Socio criminis non creditur contra socium, nisi se prius purgauerit,atque innocentem probauerit. ex decretis Hadriani Papæ.in can.non est credendum contra alios eorum confessioni,qui criminibus implicantur 3.3.q.21. rationem deferens: Quia periculosum est: (confessio vtique) & admitti non debet rei aduersus quemquam professio. Et proinde socii criminis confessioni non statur. ex Clemente Tertio in cap.1.de confessis ex tra.ibique gloss.communiter recepta verbo confessio.& Panormit.ibidem.Nauar.cons.3. nu.2.lib.5.de accusationibus. Præsertim verò si fuerit mulier etiam si duæ. Idem.Nauar. cons.4. nu.3.& 4. & cons.5.nu.2. eodem de accusationibus. Ita quidem vt socius Criminis indicium non faciat,neque ad torturam, neque etiam ad inquirendum. Decius cons.189.in fine.noster Maranta cons.147. num. 3. Excepto tamen crimine Læsæ Maiestatis ex eodem Clemente Tertio d.cap.1. de confessis.& dixerat atque decreuerat Iulius Papa in decretis in can. nemini (pręterquam de crimine Lęsę Maiestatis) de se confesso credi potest. 5.sine finali 15. q.3. & plenè Gloss. ibidem verbo Lęsę Maiestatis. Et quid in crimine simoniæ?Gloss.ibidem d.verbo Lęsę Maiestatis. Rota apud Card.Caualerium decis.352.num.5.& 8. vide Hieronymum de federicis resolutionum Criminalium resolut. 44. post 2. volum. consiliorum Farinacij.

Sodomitarum crimina contra naturam fuerũt, merito detestanda, quæ si omnes gentes fa-

cerent, eodem criminis reatu diuina lege tenerentur, quæ non sic fecit homines, vt suo illo vterentur modo. Augustinus confessionum libro 3. in *can. flagitia, quę sunt contra naturam, vbique & semper detestanda, atque punienda sunt, qualia sodomitorum fuerunt* 13. 32. q. 7. rationem subsequens: *Violatur quippe ipsa societas, quę cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur*. vbi *gloss.* verbo *peruersitate* infert: *Quod tale crimen pestilentias, & tempestates inducit*. Quod mutuata sibi fuit ex Iustiniano Cæsare in *Authentico vt non luxurientur homines contra naturam. §. pręterea igitur omnibus hominibus huiusmodi pręcipimus nec iurent per capillos Dei aut aliquid huiusmodi, neque blasphement in Deum collatione* 6. in ratione, quam reddit: *Propter talia enim delicta, & fames, & terromotus, & pestilentia fiunt: & propterea admonemus abstinere ab huiusmodi prædictis illicitis vt non suas perdant animas.*

Sodomiticum enim hoc crimen omnium criminum pessimum est, quia contra naturam est. Augustinum excipe de adulterinis coniugiis in *can. adulterij malum vincit fornicationem; vincitur autem ab incestu.* 11. 32. q. 7. subdentē: *Sed omnium horum est pessimum, quod cōtra naturam fit; vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. Vsus enim naturalis si vltra modum prolabitur, in vxore quidem veniale est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturam, execrabile fit cum meretrice, sed execrabilius in vxore.* & in *can. vsus naturalis* 14. eadem 32. q. 7. sequentibus prosequitur: *Vsus naturalis, & licitus est in coniugio, sicut illicitus in adulterio. Contrà naturam verò semper illicitus, & proculdubio flagitiosior, atque turpior, quem sanctus Apostolus* (ad Romanos 1.) *& in fœminis, & in masculis arguebat, damnabiliores volens intelligi, quam si in vsu naturali, vel adulterando, vel fornicando peccarent.*

Sodomiticum hoc scelus. vt depelleret sanctus Loth. (Genesis 19.) vt S. Ambrosius de Patriarch. s. lib. 1. de Abraham in *can. offerebat sanctus Loth filiarum pudorem* 12. eadem 32. q. 7. proloquitur rationem exhibens: *Nam & si illa quoque flagitiosa impuritas erat: tamen minus erat secundum naturam coire, quàm aduersus naturam delinquere.* Et meminit ex S. Augustino libro quæstionum super Genesim Gratianus in *can. quod ait Sodomitis Loth. sunt mihi duæ filię* 1. *distinct.* 14. In huius criminis pessimi detestationem sunt hodie duę constitutiones à sanctę Memorię Pio V. promulgatæ aduersus clericos huius nefandi criminis patratores, vt etiam seculari Curię tradantur, quas refert *Quaranta in summa bullarum* verbo *sodomia.* & pertractat *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allagat.* 14. *nu.* 11. *& sequentibus.* Et disposuit Alexander Tertius in Concilio Lateranen in *cap. Clerici* 4. *extra de excessibus Prelatorum, & subditorum.* Vt propter hanc incontinentiam, propterquam ira Dei venit in filios diffidentię, & quinque Ciuitates igne consumpsit. Clerici à Clero deiiciantur. & laici excommunicationi subdantur. Sed vt dictum est hodie Clerici Curię traduntur seculari ex Pii Papæ V. Constitutione, ad quam vide *Nauarrum in manuali cap.* 27. *num.* 249. & per plura *Lopez ad Praxim Diaz cap.* 88. *Card. Toletum Instructionis sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 94. *Lælium Zecchium de casibus Episcopo reseruatis casu* 1. *Ceuallos de cognitione per viam violentię part.* 2. *q.* 87. *nu.* 4. *&* 4.

Sodomię crimen laicus perpetrans si ad Ecclesiam confugiat, non immunitate gaudeat? negatiuè respondet *Couarruuias variarum resolutionum lib.* 2. *cap.* 29. *nu.* 8. *&* 9. *Rodriquez quęstionum regularium tom.* 2. *q.* 50. *art.* 4. *circa finem.* & ad terminos Constitutionis Gregorii XIV. *Marius Italia de immunitate Ecclesiastica part.* 1. *cap.* 5. ob immanissimum hoc scelus. & deducit *Marta de Iurisdictione part.* 2. *cap.* 51. *nu.* 28. deduximus nos *respons.* nostra 36. *nu.* 22. *& sequentibus part.* 2. contra *Castillum decis.* 155. respondentes gaudere: quia nimirum quamuis crimen sit detestandum, non est tamen ex exceptis per Constitutionem pręfatam Gregorii XIV. sanctę memorię alios referentes *nu.* 31.

Sodomiæ crimen attentans potest impune ab attentato interfici. vti *Scappa de Iure non scripto lib.* 5. *cap.* 143. *nu.* 12. refert: ipso patrocinante liberatum fuisse quendam pistoris famulum Bononiæ.

Sophronij pratum spirituale probatum fuit in Concilio Elebertano in *can. auctione quarta Septimæ Synodi* 18. 22. q. 4.

Sol quia visibilis radij cùm per loca fœdissima transeunt, nulla contactus inquinatione maculantur: multò magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla, ministri indignitate constringitur. verba sunt Anastasii II. ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesiæ catholicę consuetudinem* 8. *ante medium dist.* 19. eodemque modo Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis* 5. *seu finali* 15. q. 8. dicens: *Nec potest solis radius per cloacas, & latrinas transiens aliquid exinde contaminationis attrahere.*

Solem factus adiuuare velle, ridiculum. ex Anacleto Papa in *can. si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent* 7. 6. q. 1. audi dicentem: *Superuacaneis enim ad beneficia laborat impendiis, qui solem certat facibus adiuuare.* Facit ratio quam Vlpianus libro 19. ad sabinum. refert in *l.* 1. *§. finali in fine ff. de dote prælegata.* verbis edicens: *Nam quicquid demonstratę rei adiicitur satis demonstratæ, frustra est.* vbi *Gloss.* verbo *demonstratę* subiicit: *Et nota quod manifesta non indigent demonstratione, vel probatione.* sequitur *Euerardus cōs.* 170. *nu.* 16. *in fine.*

Solertiam negotiorum secularium Pręlatos habere oportet, ne dum sacrarum litterarū scientiam vt eorum cautela & Ecclesię seruentur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrentur. Gratianus in *summa distinct.* 39. vbi notanter *Glossa* verbo *solertia.* explicat: *id est industriam & solitudinem.* inferens: *Solers enim antiquitus dicebatur, qui erat omni bona arte instructus. Et dicitur, Solers, quod*

sit

*sit solicitus in arte, & vtilis, secundum Papiam.* Ita Glossa. Rationem habes ex Gregorio Clero, & nobilibus Neapolitanis in *can. Petrus diaconus quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est* 1. *sine vnico eadem distinct.* 39. quam talibus defert: *Quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.* vbi *Gloss.* verbo *extrinseca.* & ipsa rationem reddit: *Debet enim cautus circa sua negotia esse.* Ex Concilio Carthaginensi in quo Augustinus interfuit in *can. qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur.* 2. *dist.* 23. nam inter alia, quæ in Episcopo desiderantur est: *Si semper suis negotijs cautus.* vbi *Gloss.* verbo *cautus.* Rationem infert: *Nam propter simplicitatem repellitur quis. vt 39 distinct. Petrus sed iam promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur.* 7. *q.* 1. *quia frater noster.* Solers ergo debet esse Episcopus, atque in regendi arte solicitus.

Solicitare, pro vsurpare quandoque sumitur. Accipe ex Sardicensi Concilio in *can. illud quoque sanctitas vestra statuat.* 1. *distinct.* 71. In quo Concilio Ianuarius Episcopus dixisse legitur: *Illud quoque sanctitas vestra statuat, vt nulli Episcopo liceat alterius Ciuitatis Ecclesiasticum hominem solicitare, & in sua diœcesi clericum ordinare.* Verbum enim illud solicitare, pro vsurpare accipitur. vt adnotatur ibidem verbo *Hominem.* ex Concilio Carthaginensi I. in *can. Primatas Episcopus Vegeselitanus dixit.* 6. *eadem distinct.* 71. subsequens: *Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis, non licere Clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere: nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eam obtineat sine licentia eius Episcopi de cuius plebe est.* Solicitare igitur vsurpare est. & ita ibidem expressit Gratus Episcopus dicens: *Nam memini in sanctissimo Concilio Sardicensi statutum; & nemo alterius plebis hominem vsurpet.* ibi vero dictum fuit: *solicitare.* vsurpare ergo, solicitare est.

Solicitudo rerum terrenarum abiicienda à Prælatis est. Quia nimirum Gibbus est Prælatus, quem terrenæ solicitudinis pondus deprimit, ne vmquam ad superna respiciat. ex Gregorio in pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur.* 1. §. *Gibbus vero est. distinct.* 49. subsequente: *Qui & si quando aliquid ex bono patriæ cælestis audierit, ad hoc nimirum peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus cordis faciem non attollit: Quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet.* *Ex horum quippe specie Psalmista (psalmo* 118.) *dicit: Incuruatus sum, & humiliatus sum vsque quaque. Quorum culpam quoque per semetipsam Veritas reprobans, ait.* (Lucæ 8.) *Semen autem, quod in spinis cecidit; hi sunt qui audiunt verbum & à solicitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.* Et hoc ipsum esse debet in Clericis, & Ecclesiasticis, quorum portio Deus est. ex Hieronymo ad Nepotianum in *can. Clericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primò vocabulum suum, & nominis defini-*

*tione prolata, nitatur esse, quod dicitur.* 5. 21. *q.* 1. ibique Ambrosius de fuga seculi in *can. cui portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum, ne alterius impediatur necessitatis munere* 6. rationem reddens: *Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur.*

Solicitudinem piam negare non debent erga egentium commoda, qui Ecclesiæ Dei mancipati sunt. ex Gelasio Papa Honorio Episcopo in *can. Diuinæ retributionis memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam solicitudinem non negare* 4. *distinct.* 87. rationem reddit *Glossa*, ibidem: *Quia nullum bonum irremuneratum nec aliquod malum impunitum.* Quin imo

Solicitudinis cura cum honoris augumento debet crescere. ex Gregorio Syagrio Episcopo Augustudunensi in *can. rationis ordo omnino nos admonet.* 9 *distinct.* 100. excipe scribentem: *Sed quoniam cum honoris augumento, cura quoque solicitudinis debet accrescere, vt cultui vestium, actionis quoque ornamenta conueniant, oportet, vt enixius in cunctis se studiis vestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.*

Solicitudinem itaque atque sacerdotalem Zelum Episcopos habere oportet, & vt vigilantes sint erga ea, quæ iuste secundum Deum agere eos conuenit, erga Ecclesias, & oppressos pauperes, vt eorum erga se dilectionis studium sentiant. ex Gregorio Anthemio Subdiacono Campaniæ in *can. peruenit ad nos, fratrem & coepiscopum nostrum Paschasium* 5. & *can. nunciatum est vobis Campaniæ Episcopos ita negligentes existere* 2. *distinct.* 84. Quia nimirum ex eodem Gregorio in *can. oportet sacerdotes* 23. *distinct.* 81. verbis significante: *Oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est, eum magna animi constantia vigilare super Dominicas oues, ne lupinis morsibus, idest diaboli stimulis lanientur.*

Solue, & repete. Vulgatum axioma deducitur ex Alexandro Tertio Episcopo Vigilien. in *cap. debitores ad soluendas vsuras, in quibus se obligauerant, cogi non debeat.* 6. *de Iure Iurando extra.* Secus vero si soluere iurauerint, tunc enim soluere tenentur: *Et cum vsuræ solutæ fuerint, creditores ad eas restituendas, sunt Ecclesiastica seueritate, (si necesse fuerit) compellendi.* ibique *Gloss.* verbo *cogendi sunt.* Eodemque modo in eadem materia idem Alexander Rothomagensi Archiepiscopo, & eius suffraganeis in *cap. ad nostram noueritis audientiam peruenisse* 7. *eodem de Iure Iurando.* in fine dicens: *Cum autem ei pecuniam sicut iurauerant persoluerint: vos ipsum ad restituendam quidquid (deductis expensis) vltra sortem recepisse constiterit, inducere studeatis.* ibique *Gloss.* verbo *ad restituendum.* Iure ergo ex his axioma deducitur: Solue, & repete.

Solutio ligamen supponit. Id namque soluitur, quod ligatum est. Augustinum excipe de baptismo contra Donatistas in *can. remissionem peccatorum aliquid non dabant.* 39. 1. *q.* 1. ad

ver-

verba Domini ( Ioannis 20. ) *Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi; si cui retinueritis, tenebuntur.* dicentem, atque loquentem: *Foris quidem nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit, qui aut ligare possit, aut soluere: Sed soluitur, qui cum columba fecerit pacem; & ligatur qui cum columba non habet pacem, siue apertè foris sit, siue intus esse videatur.* vnde ad rem Idem Augustinus libro de vera, & falsæ pœnitentia in can. *quem pœnitet omnino pœniteat* 88. *col.* 2. *ad medium de pœnitent. distinct.* 1. de peccatorum remissione, atque solutione verba faciens, sic infert: *Lazarum enim de monumento iam fœtentem obtulit Dominus discipulis soluendum.* Soluendum, ligatum vtique. *Et statim prodijt, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus institis: Dixit Iesus: soluite eum, & sinite abire.* Ioannis 11 44. Soluite, ligatum vtique. & dixit Iustinianus Cęsar in *Authentico de nuptijs collatione* 4. §. *nuptias itaque affectus alternus facit.* Rationem reddens. *Quoniam eorum, quę in hominibus subsequuntur, quidquid ligatur, solubile est.* Quod ergo soluitur, antecedentem supponit ligamen. & dixit *Gloss.* in *cap. fraternitatis tuę litteras accepimus* 6. *de frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi*, ad verba Innocentij Tertii dicentis: *Nos tamen perspicaciter attendentes, quod impedimentum illud non erat perpetuum, quod præter diuinum miraculum, per opus humanum, absque corporali periculo, potuit remoueri.* verbo *diuinum miraculum*. argumentum ducens, *Quod nullum maleficium est perpetuum, cùm possit remoueri præter diuinum miraculum, saltim per illum, qui ipsum induxit; Quia quidquid ligatur dissolubile est.* deduximus *respons.* nostra 43. *num.* 34. *part.* 5. & *Gloss.* in *can. desponsatam puellam.* 27. verbo *monasterium in fine* 27. *q.* 2.

Solum esse cum muliere; periculosum. Rationem excipe ex Gregorio in *can. oportet sacerdotes, quibus Domini populus commissus est* 23. *distinct.* 81. dicente: *Vbi enim talis fuerit commorantium cohabitatio, antiqui hostis stimuli non desunt.* vnde in VII. Synodo in *can. in omnibus obseruare conuenit* 26. *eadem distinct.* 81. statutum fuit de Clericis vt ne cum mulieribus Clerici loqui deberent, vt excluderetur omnis nefanda suspicio. rationem inferendo: *Certe solum, & ad solam accedere nulla religionis ratio permittit. Melius est enim duos esse simul, quam vnum.* & Gregorius in *can. legitur, quod beatus Augustinus nec cum sorore habitare consenserit* 29. *eadem distinct.* 81. dictum refert eiusdem Augustini: *Quæ cum sorore mea sunt, sorores meę non sunt.* inferens ipse consequentiam: *Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio.*

Somno dæmones quandoque apparent, vt decipiant, qui eis confidunt ex Augustino libro de diuinatione dæmonum in *can. sciendum est hanc esse naturam dæmonum* 2. §. *nunc igitur, quoniam de diuinatione dæmonum quæstio est.* 26. *q.* 4. verba damus: *Suadent autem miris, & inuisibilibus modis per illam subtilitatem suorum corpora hominum non sentientium penetrando, se seque cogitationibus eorum per quadam imaginaria visa miscendo, siue vigilantium, siue dormientium.* pręcipuè autem mulieres hoc pacto in somnis eludunt. Ex Concilio Anquiensi in *can. Episcopi, eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant* 12. §. *siquidem ipse Satanas* 26. *q.* 5. verbis dicente: *Siquidem ipse satanas, qui transfigurat se in Angelū Lucis, cū m mentem cuiuscumque muliercula ceperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit; illico trāsformat se in diuersarum species personarum, atqi similitudines: & mentem, quam captiuam tenet, in somnis deludens, modo læta, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas personas ostendens, per deuia quæque deducit, & cum solus spiritus hęc patitur, infidelis mens hoc non in animo, sed in corpore euenire opinatur. Quis enim non in somnijs, & nocturnis visionibus extra se educitur, & multa videt dormiendo, quæ numquam viderat vigilando?*

Somniorum tempore illusiones hominibus accidunt, ex varijs causis, quę enumerat Gregorius Augustino Anglorum Episcopo scribens in *can. testamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit* 2. *distinct.* 6. & *con. sequenti* & *can. non est peccatum* 3. ibidem ex Isidoro libro 3. sententiarum de summo bono. dicente: *Non est peccatum quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur; sed tūc est peccatum; si antequàm illudamur, cogitationis affectibus præueniamur.*

Somno sopitus dicitur Prelatus & obdormisse, qui rebus, quibus ex officio debet, non intendit. vnde non solum legere, & orare debet, sed etiam largam manum habere, & necessitatem patientibus concurrat alienam inopiam suam credat: Quia si hęc non habet, vacuum Episcopi nomen tenet. ex Gregorio Secundino Seruo Dei in *can. Fratrem nostrum Marinianum Episcopum verbis, quibus vales, excita: Quia obdormisse eum suspicor* 6. *distinct.* 86.

Sors non est aliquid male sed res est in dubitatione humana diuinum indicans voluntatem. Augustinus in psalmum 30. ad versiculum: *In manibus tuis sortes meæ.* in *can. sors non aliquid mali est.* 1. 26. *q.* 2. vbi *Gloss.* verbo *sors in sui natura non est mala, tamen prohibetur, quia propter assiduitatem laberer talis in idololatriam. sicut in iuramento.* ex Hieronymo in Hieremiam in *can. & iurabunt viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia* 7. 22. *q.* 1. Rationem reddens quare iuramentum prohibeatur. dicens: *Denique auferuntur offendicula, & iuratur per Dominum. &c.* & protulit Gratianus *d. can. sors non aliquid mali est.* 5. *his ita respondetur in fine principij* deducens: *Sic & sortibus nihil mali in esse monstratur: prohibetur tamen fidelibus, ne sub hac specie diuinationis ad antiquos idololatriæ cultus redirent.* probatque consequenter ex Hieronymo in *can. non statim debemus* 2. *eadem* 26. *q.* 2. scribente: *Non statim debemus sub exemplo Ionę, sortibus credere. vel illud ex Actibus Apostolorum huic testimonio copulare: Vbi sorte in Apostolatum Matthias eligitur: cùm priuilegia singulorum non possint legem facere communem.* Quia nimirum

vt

vt *Glossa* verbo *Iong* infert, *hoc fuit diuina inspiratione factū*. ex illo Augustini in quęstionibus Exodi in *can. dixit Dominus ad Moysen. Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vasa aurea, & argentea, & vestem* 12.14.q.5. prosequentis: *Non hinc quisquam sumendum exemplū putare debet, ad expoliandum isto modo proximū. Hoc enim Deus iusserat, qui nouerat, quid quemque pati oporteret. Nec Israelitæ furtum fecerunt: sed Deo iubenti ministerium prębuerunt.* Merito iure

Sortes, quas mentiuntur quidam esse sanctorū, sicuti diuinationes & auguria, si quis eis crediderit ab Ecclesię communione pellitur, siue clericus, siue monachus, siue secularis fuerit. ex Concilio Aurelianensi Primo in *can. si quis clericus, monachus, vel secularis* 9. *eadem* 26.q.5. & Augustinus in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Kalendas Ianuarii* 16. *eadem* 26. q.7. post medium verbis edicens, ac prosequens: *Siue qui attendunt somnialia scripta, & falsò Danielis nomine: & sortes, quę dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium &c.* Vnde

Sortes in duplici sunt differentia ex *Gloss.* in *summa* 26.q.2. verbo *sortes*. quędam enim sunt licitæ, quędam illicitę. Illicitę sunt, quæ fiunt per magicas artes, siue incantationes: vel quæ fiunt ad exercendas vanitates aliquam vel, quæ fiunt ad inquirenda aliqua occulta. Sed quæ fiunt necessitatis causa, non sunt illicitæ; vt si contentio esset de electione aliquorum, & esset paritas vtriumque, in omnibus exemplo Matthię possunt fieri sortes. Cum enim non superest humanum auxilium, tunc possumus recurrere ad Diuinum. *Ita Glossa*. Verum per

Sortes fieri electiones Ecclesiasticas prohibuit Honorius Tertius Capitulo Lucanen scribens in *cap. Ecclesia vestra Episcopo destituta* 3. *siue finali de sortilegiis extra.* ibique *Gloss. finalis* verbo *in electionibus*. ibique *Ananias nu.* 3. & 11. S. *Thomas* 2.2.q.95. *art.* 8. ibique *Caietan.* & *Garsias de Beneficiis pars.* 5. *cap. nu.* 205. *Rota* apud *Duranum decis.* 201. *nu.* 36. *part.* 2.

Sortes sub anathematis pœna, quas diuinationes, & malefica esse decreuit, prohibuit Leo Quartus Episcopis Britannię scribens in *can. sortes, quibus cuncta vos in vestris discriminatis indiciis* 7.27.q.5. & fugiendas esse dixit Augustinus ad inquisitiones Ianuarii respondēs in *can. hi, qui de paginis Euangelicis sortes legunt* 3.26.q.2. dicit tamen minus malum hoc esse. quam consulere dœmones. & *Glossa* ibidem in casus figuratione. Necessitate verò compulsi ad sortibus vtendum, non sine oratione id facere debent, sicut Apostoli, & in fratrum cœtu ex Beda super actus Apostolorum in *can. non exemplo Matthei, vel quod Ionas propheta sorte deprahensus sit* 4. *eadem* 26. *quæst.* 2.

Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis, per quasdam, quas sanctorum sortes vocant, diuinationis scientiam profitentur, aut qua rumcumque scripturarum inspectione futura promittunt. Isidorus Etymologiarum lib. 8. capite 9. in *can. Sortilegi sunt.* 1. *siue vnico* 26. q.1. Sortilegi proinde sunt, qui obseruāt constellationes, & colunt elementa, aut lunæ & stellarum cursus, & inanem signorum fallaciæ pro domo facienda, aut propter segetes, vel arbores plantandas, vel coniugia socianda. ex Concilio Martini Papę in *can. non liceat Christianis tenere traditiones gentilium, & obseruationes.* 3.26.q.5. & ex eodē, qui dicitur Martinus Bracharensis in *can. non liceat iniquas obseruationes agere Calendarum* 13.26.q.7. ibidem que Zaccharias Papa in Concilio Romano prohibuit Calendas Ianuarias, & brumas ritu paganorum colere, vel aliquid plus noui facere propter nouum annum, aut mensas cum dapibus, vel epulis in domibus pręparare, & per plateas cantiones, & choros ducere. & hoc sub anathematis pœna. in *can. si quis Calendas Ianuarias* 14. *eadem* 26. q.7. ibidemque Augustinus in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarij.* 16. circa finem rationem reddens: *Qui autem talibus credunt, aut ad eorum domum eunter, aut suis domibus introducunt, vt interrogent; sciant se fidem Christianam, & baptismum preuaricasse, & vt paganum, & apostatam, id est retrò abeuntem, & Dei inimicum, iram Dei in ęternum grater incurrisse: nisi Ecclesiastica pœnitentia emendatus Deo reconcilietur.*

Sortilegium tamen non est petras, vel herbas habere, sine tamen incātatione, ad demones à se abiiciendos. ex Hieronymo in *can. dæmonium sustinenti licet petras, vel herbas habere sine incantatione* 18. *siue finali eadem* 26.q.7.

Sortilegi subuersi sunt, & à diabolo captiui tenentur. Quia relicto Creatore suo, diaboli suffragia quęrunt. ex Concilio Anquirensi in *can. Episcopi, eorumque ministri omnibus modis elaborare studeant* 12. 26. *quæst.* 5. *in fine principij.*

Sortilegiorum genus sunt omnes ligaturę, atque remedia, quæ medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocāt, siue in quibusdam rebus suspendendis, atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas. Quę eminentiori nomine Phisicam vocant, vt quasi non superstitionē implicare, sed naturæ prodesse videantur: sicut sunt inaures in summo aurium singularum; aut de struthionum ossibus ansulæ in digitis, aut cum tibi dicitur singultienti, vt dextera manu sinistrum pollicem teneas. verbis Augustinus loquitur lib. 2. de doctrina Christiana in *can. illud, quod est secundum institutiones hominum* 6. nō longe post principium 26. q.2. nihil enim remedii infirmitatibus hominum possunt conferre, sicut etiam nec animalibus. & exercentes anathematizandi sunt. ex Augustino in *can. admoneant sacerdotes fideles populus* 15.26.q.7. vnde qui ad

Sortilegos, magosque concurrerint, nullatenus ad accusationem sunt admittendi. ex Eutychiano Papa Episcopis Sicilię in *can. quisquis ille*

*ille est, qui crimen intendit* 3. *in fine* 2. *q*. 8. dicente: *Qui verò ad sortilegos, magosque concurrerint nullatenus ad accusationem sunt admittendi*.

Sacrilegii crimine se fœdant, grauibusque pœnis feriendi sunt. ex Gregorio ad Ianuarium Episcopum in *can. contra idolorum cultores, vel aruspices, atque sortilegos* 10. 25. *quest*. 5.

Species omnes sub genere continentur. Vnde genus qui dicit, species omnes enumerasse videtur. Quia nimirum tantum est generaliter quid dicere, quantum si singulæ species enumerarentur prętę philosophos. deducitur id ex Anastasio Cęsare in *l. omnes nocendi quibuslibet modis artes* 4. *in principio C. de præscriptione triginta, vel quadraginta annorum*. Damus verba: *Omnes nocendi quibuslibet modis, artes omnibus amputantes, cunctas quidem temporales exceptiones, quę ex vetere iure, vel ex principalibus decretis descendunt, tamquam si per hāc legem specialiter, ac nominatim fuissent enumerata cum suo robore durare, & suum cuncti, quibus competunt, vel in poterum competere valuerint, pro suo videlicet, tenore præsidium in perpetuum deferre decernimus*. vbi *Gloss*, verbo *enumeratę*, infert: *Tantum valet generaliter dici, quantum si singula numerentur*. Secus tamen est, si species tantum dicatur, nam illa sola comprehenditur. ex Venuleio libro 6. stipulationum in *l. si duo, pluresue tutores tutelam nistrent* 52. *ff. de administratione. & periculo tutorum, & curatorū, qui gesserunt, vel non*. In fine dicente, ac rationem reddente: *Quantum enim facit in totum degata* (administratio videlicet) *tantundem valet si in ea re, de qua agitur, denegata sit*. Quia remoto genere & species remouentur. & notat *Glossa* ibidem verbo *denegata Rota apud Coccinum decis*. 203. *nu*. 10. deduximus plura *respons*. nostra 25. *nu*. 41. 42. & 43. *part*. 5. & *respons*. 106. *num*. 43. eadem *part*. 5 nam

Species omnes propriè sub genere continentur; Quia genus prædicatur de speciebus, vnde species omnes sub genere contentæ, dicuntur propriè nomine generis. secundū *Baldum* in *l*. 2. *C. de iure aureorum annulorum, & de natalibus restituendis*. *nu*. 2. *versiculo sed tu dic Nauarrus de Indulgentiis notabili* 34. *nu* 4. & in *can. pœnitentia de pœnitentia dist*. 3. *num*. 2. *Surdus decis*. 255. *nu*. 20.

9 Specierum autem enumeratio post genus facta, ipsum reprimit genus ad illas species enumeratas. Succurrat tibi *Paulus* libro 32. ad Edictum in *l. sed & si adijciatur* 13. *ff. pro socio*. attende illum: *Sed, & si adijciatur, vt & quęstus, & lucri socii sint, verum est non ad aliud lucrum quàm quod ex quæstu venit, hanc quoque adiectionem pertinere*. Quia nimirum species enumeratæ reprimunt generis laxitudinem & notat *Glossa* ibidem deducitur etiam ex Vlpiano libro 20. ad Sabinum in *l. quæsitū est an frumentum* 12. §. *si quis fundum ita, vt instructus est legauerit, & adijecerit cum supellectile*. *ff de fundo instructo instrumentoque legato*. ibique *Gloss*. verbo *non videri minutum*, & *Bart*. ibidem. & in *summario*. *Rota apud Card. Seraphinum decis*. 964. *num*. 3. & apud Coccinum *decis*. 441. *nu*. 1. & *nu*. 7. secus si specierum enumeratio non facta fuerit ad reprimendum genus. vt in d. §. *si quis fundum*. & notat *Surdus cons*. 430. *nu*. 6. *vol*. 3. & *Rota* apud *Farinacium post primum volum. consiliorum decis*. 68. *num*. 2. *in fine*.

Specialis prouisio derogat generali. Quia per speciem generi derogatur. ex Bonifacio Octauo in *cap. dudū venerabili fratri nostro S. Episcopo Prænestrino*. 14. §. *nos igitur attendentes, quod, & si memorato Episcopo de præbendis, & dignitatibus in* 6. verbis indicente, ac rationem reddente: *pręsertim, quod secundum canonicis, & legitimas sanctiones, per speciem generi derogatur, quamquam de genere in derogante specie merito nulla fiat*. ibique notat *Gloss*. verbo *sanctiones*. & pro regula idem met deduxit regula *Generi per speciem derogatur* 34. *de regulis Iuris in* 6. Nec diuersimode Cœlestinus Tertius in *cap. audiuisti à nobis quærere* 2. *extra de officio legati*. dicens: *Respondemus. quod cùm mādatum speciale deroges generali*. Deducitur in argumentum ex Sexta Synodo in *can. prçoicipimus ne diaconus* 26. *siue finali distinct*. 93. Quatenus regulę generali. quod dicit Diaconus, qui inferior est ordine presbyterum non pręcedat, derogatur; si diaconus superioris locum teneret: *Tunc enim sicut illius: locum tenens honorabitur* textus infert sequitur. *Cassadorus decis*. 4. de *Iure patronatus num*. 5. & regulam quoque statuit Pomponius libro 34. Quęstionum in *l. in toto iure* 81. *ff. de regulis Iuris*. dicens: *In toto Iure, Generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quo ad speciem directum est*. plura deduximus *respons*. nostra 15, *num*. 43. ampliantes *num*. 44. in materia potissimum odiosa *parte* 5.

Speciei diuersitatem inducunt diuersitas actus diuersitas personarum, diuersitas temporum, & diuersitas finis, primarii potissimum. ex *S. Thoma* 1. 2. *q*. 7. *Nauarrus cons*. 10. *num*. 5. *in fine libro* 5. *de simonia*.

Spectacula rerum vanarum prohibentur, diebus pręsertim solemnibus. Vnde in Concilio Carthaginensi Quarto in *can. qui die solemni* 66. *de consecrat: distinct*. 1. decretum fuit: *Qui die solemni prętermisso solemni Ecclesię conuentu ad spetacula vadit, excommunicetur*. Sicuti etiam Clericis & altaris ministris spectacula prohibentur, siue in nuptiis agantur, siue in scenis exhibeantur, nam interesse eis non debent. ex Concilio Laodicensi in *can. non oportet ministros altaris, vel quoslibet Clericos spectaculis* 37. *de consecrat. distinct*. 5. Ratio affertur ex Cōcilio Agathensi in *can. Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, vel deinceps*. 19. *distinctione* 34. in fine decernente: *Ne auditus, aut obtutus sacriis mysterijs deputati, turpium spectaculorum, aut verborum contagione polluantur*. Dicit enim Dominus: sancti eritis, quoniam ego sanctus sum Dominus Deus vester. non ergo spectaculis interesse debent. ex Isidoro de Ecclesiasticis officiis in *can. his igitur lege patrum cauetur*. 3. *in principio distinct*. 23. vbi *Gloss*. verbo *non spectaculis*. Spectacula dicuntur vbi turpes ludi exercentur. *infra de consecrat*.

*fecrat distinct.* 5. *non oportet.*

Spectaculis interesse non debent, qui pœnitentiam agunt. ex Augustino in *can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore* 1. *col.* 4. 5. *cautus sit ne verecundia ductus, ante finem de pœnitentia distinct.* 5. verbis edicente, atque exhortante pœnitentiam agentem: *Cohibeat se praeterea à Ludis, & à spectaculis seculi, qui perfectam vult consequi gratiam remissionis Nam Dina si se cohibuisset, si inter suos remansisset, ab extraneo raptore corrupta non fuisset.* Genesis 34.

Spiæ siue, quas sculpas, Gregorius appellauit, exploratores sunt, qui ad inquirendum mittuntur. ex Gregorio Mauritio, & Vitaliano in *can. suppliciter gloriæ vestræ per Vitalianum, cum quo & tractetis.* 18. *in fine* 23. *q.* 8. verba sunt Gregorii: *aut certè sculpas, quos mittitis, solicite requirant; me dolens factum ad nos discurrat.* vbi *Gloss.* verbo *sculpas*. infert declarans: *alias sculcas, id est exploratores.* & ibidem *Glossella* Marginalis. *Est vulgare Hispanorum, sicut Italici dicunt spias. Ioann. de F.*

Spiritualis profectus vnde sequitur, inde salutis dispendium subsequi non debet. ex Alexandro Quarto fratribus prædicatoribus, & minoribus in *cap. nõ solum.* 2. *post principium de regularibus, & transeuntibus ad religionem in* 6. verba sunt Alexandri: *Ne vnde spiritualis profectus quæritur, salutis dispendium subsequatur.*

Spiritus sanctus per columbam significatur, quia in columbæ specie apparuit. ex Anastasio Papa II. ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem* 8. *circa medium distinct.* 19. verba sunt Anastasii: *Nam, & baptisma (quod procul sit ab Ecclesia) siue ab adultero, siue à fure datum fuerit, ad percipientem munus peruenit illibatum: quia vox illa, quæ sonuit per Columbam, omnem maculam humanæ pollutionis exclusit: qua declaratur, ac dicitur (Hic est, qui baptizat in spiritu sancto, & igne)* Ioannis. 1. per columbam. id est per Spiritum Sanctum in specie columbæ. *Glossa* ibidem exprimit. & ex Augustino super Ioannem in *can. aliud est baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem* 39. §. *per hanc enim potestatem, quam Christus solus sibi retinuit de consecrat. distinct.* 4. Augustinum excipe: *Intendite fratres. Antequam veniret Dominus noster Iesus Christus descendit columba in aquam; cognouit Ioannes quiddam proprium ei, cui hoc dictum est* (Ioannis. 1.) *(Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu Sãcto. Nouerat, quia ipse baptizat in Spiritu Sancto; Sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transiret in alterum, quamuis eo donante, hoc ibi didicit.* Ita Augustinus per columbam ergo Spiritus sanctus exauditur. Quia in columbæ specie apparuit. ibique notat *Gloss.* verbo *antequam.*

Spiritui Sancto mentiri fas non est. Qui enim mentiuntur graui pœna feriuntur habetur in *can. nam si consenserimus, quod omnia sacramenta Ecclesiastica quisque pro vt vult fingat* 7. *distinct.* 27. in fine in rationem, quam textus Palea, reddit: *Non enim fas est Spiritui Sancto mentiri, sicut Ananias, & Saphira mentiti sunt, & statim perierunt:* Actuum 5.

Spiritus Sanctus Deus est. Quod ergo suadet Spiritus Sanctus, Deus suadet. Augustinum pende: ad Pollentium scribentem in *can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis fideles viri, vel fœminæ non prohibentur à Domino, vt neque iubeantur.* 9. §. *Quoniam ergo ab infideli fidelem discedere non prohibet.* 28. *q.* 1. super verbis Apostoli (1. Corinth. 7.) *Puto autem, quod & ego Spiritum Dei habeam.* sic subnectit: *Absit enim, vt quisquam catholicus dixerit, quod suadet Spiritus Sanctus, non Dominum suadere, Cùm & ipse Dominus sit, & inseparabilea sint opera Trinitatis.*

Spiritus Sanctus disciplinæ effugiet fictum. (Sapientiæ 1.) deducit Augustinus lib. 5. de baptismo contra Donatistas in *can. quomodo exaudit Deus homicidam deprecante* 41. *circa finem* §. *his qui ficto corde baptizantur. de consecrat. distinct.* 4. audi dicentem: *His, qui ficto corde baptizantur, aut peccata nullatenus dimittuntur: quia Spiritus disciplinæ effugiet fictum; aut in ipso temporis puncto per vim Sacramenti dimissa, iterum per fictionem replicantur, vt, & illud verum sit* (ad Galatas 3.) *Quot quot in Christo baptizati estis, Christum induistis)* & illud (Sapientiæ 1.) *Spiritus enim Sanctus disciplinæ effugiet fictum, id est, vt induat eum Christo sanctitas baptismi, & exuat eum Christo pernicies fictionis.* & Ischius in *can. inter hæc hircum qui oblatus fuerat* 35. *in fine de pœnitent. distinct.* 3. dicens: *Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur; ita simulata Deum irritat, quia Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum.*

Spiritus sanctus vbi vult spirat, & nescis vnde veniat, aut quo vadat: & ideo non est qui possit vias illius Spiritus perscrutari: qui verò Spiritu Dei aguntur, non sunt sub lege: quoniam vbi spiritus Dei, ibi libertas. Sic verba profert Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano rescribens in *cap. nisi cum pridem.* 10. §. *sed dices; Spiritus vbi vult spirat. extra de renunciatione.* inferens: *Certe desipis, si sic sapis: nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? si enim vera sunt, quæ præmisimus, (imo quia indubitanter sunt vera) proculdubio contra Spiritum Dei agit, qui aliquid contra veritatem attentat, quoniam ipse est Spiritus veritatis.*

Spiritus Sanctus æqualis est Patri, & Filio, & à Patre, & Filio procedit, Spiritus est veritatis, & veritas Christus est. Ex Symbolo in Concilio Ephesino ducentorum Episcoporum contra Nestorium in *can. de spiritu dicit Dominus in Euangelio ille me clarificabit.* 39. *de consecratione distinct.* 5. Concilium excipe in fine: *Vnde & ab isto similiter, sicut ex Deo Patre procedit. Denique hic ipse spiritus etiam per manus sanctorum Apostolorum miracula gloriosa perficiens Dominum glorificauit Iesum Christum postquam ascendit in cælum. Nam creditus est Christus natura Deus existere, per suum spiritum virtutes efficiens: ideoque dicebat: De meo accipiet & annunciabit vobis.* ibique notat *Glossa.* verbo

Cccc c ex

*ex Deo patre*. eodemque modo Innocentius Tertius Archiepiscopo Calaritano in allegato supra *capit. nisi cum pridem*. 14. §. *sed dices: Spiritus ubi vult spirat extrà de renunciatione*. verbis illis in tatione: *Quoniam ipse est Spiritus veritatis*. Nec diuersimode Dydimus, lib. 2. de Spiritu sancto contrà errores Græcorum in *can. Saluator, qui & veritas ait*. 40. *sine finali eadem de consecratione distinct.* 5. verba damus: *Saluator, qui est veritas ait: Non enim loquetur à semetipso*. (Ioannis 14. & 16.) *Hoc est, non sine me, & sine meo, & patris arbitrio; Quia inseparabilis à mea, & patris est voluntate. Quia non ex se est, sed ex patre, & me est, Hoc enim ipsum, quod sibi subsistit, & loquitur, à patre, & me illi est.*

Spiritus sanctus efficit miracula, & miraculorum potentia Spiritui sancto attribuitur. ex Synodo Ephesina in Symbolo. in *d. can. de Spiritu sancto dicit Dominus in Euangelio; Ille me clarificabit* 39. *de consecrat. distinct.* 5. verbis dicente: *Denique hoc ipse Spiritus etiam per manus sanctorum Apostolorũ miracula gloriosa perficiens Dominum glorificauit Iesum Christum.*

Spiritus sanctus est qui dimittit peccata. Nam Dominus (Ioannis 20.) Apostolus dixit: *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt*. subnectit Gratianus in *can. audiuimus, quod Henricus, Rauennas dictus Archiepiscopus* 4. §. *sin autem ex corde suo nouam hæresim confinxerit*. 24. *q.* 1. verbis prosequens. *Vt euidenter cunctis ostenderet, eum, qui Spiritum sanctum non habet peccata non posse tenere, vel remittere. Porro Spiritum sanctum nemo, nisi intra Ecclesiam accipit; quia, & ipsam vnitatem per gratiam facit. Vnde non nisi congregatis in vnum dictum est (Accipite Spiritum sanctum.) Nec nisi super congregatos in vnum die Pentecostes descendit. Spiritus sanctus.* (Actuum 2.) *Sicut autem extra Ecclesiam non accipitur; ita extra eam nihil operatur.*

Spiritus sanctus ergo extra Ecclesiam non est, nec virtutes extra Ecclesiam operatur. Prosequitur proinde Gratianus ibidem: *Cùm ergo peccata dimittere, vel retinere, excommunicare, vel reconciliare, opus sit Spiritus sancti, & virtus Christi; apparet, quod hi, qui extra Ecclesiam sunt, nec ligari possunt, nec soluere, nec reconciliando Ecclesiastica communione reddere; nec excommunicando eius societate priuare; Quia ipsi hæresi, vel schismate polluti, siue sententia notati, penitus carere probantur*, & Augustinus de verbis Domini sermone 11. in *can. ita fit verbum contrà Spiritum sanctum* 81. 1. *q.* 1. in fine sic infert: *In ipsa Spiritus sanctus operatur remissionem peccatorum; Qui in sancta Ecclesia ita operatur, vt reprobos fugiat, & tamen per eorum ministerium probos colligat*. & in sermone de remissione peccatorum in *can. vt euidenter hoc ostenderet Dominus, à Spiritu sancto, quem donauit fidelibus suis, dimitti peccata, non meritis hominum* 82. *eadem* 1. *q.* 1. subsequens: *Quodam loco sic ait resurgens à mortuis* (Ioannis 20.) *Accipite Spiritum sanctum & continuo subiecit: (Si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei.) hoc est Spiritus dimittit peccata, non vos.*

Spiritus sanctus in Christo semper mansit; in sanctis autem hominibus non semper manet. Bedam excipe super Ioannem in *can. quærendum est interea* 6. *de pœnitentia distinct.* 2. sequentibus dicentem: *Notandum ergo, quod semper in Domino manserit Spiritus sanctus; in sanctis autem hominibus, quandiu mortale corpus gestauerint, partim maneat in æternum, partim rediturus secedat. Manet quippe apud eos, vt bonis insistant actibus, voluntariam paupertatem diligant, mansuetudinem sequantur, pro supernorum desiderio lugeant &c. Recedit autem ad tempus, ne semper infirmos curandi, mortuos suscitandi, dæmones ejiciendi, vel etiam prophetandi habeant facultatem. Manet semper, vt possint habere virtutes, & vt mirabiliter ipsi viuant. Venit ad tempus, vt etiã aliis per miraculorum signa, quales sint intus, effulgeant*. ita Beda.

Spiritum sanctum blaspemant, qui sacros Canones contemnunt, & violant voluntariè cuius instinctu, ac dono dictati sunt. ex Damaso Papa in *can. violatores Canonum voluntarij grauiter à sanctis patribus iudicantur*. 5. 25. *q.* 1. vnde à Spiritu sancto damnantur in fine inferendo rationem. *Talis enim præsumptio manifestà vnum genus est blasphemantium Spiritum sanctum; quia, vt iam prelibatum est, contra eum agit, cuius nutu, & gratia sancti Canones editi sunt*. vbi *Glossa* verbò *blaspemare*. addit: *Imo eò ipso videtur excommunicatus, et hæreticus*. ex Hadriano Papa in *can. generali decreto constituimus, vt execrandum anathema sit* 11. *eadem* 25 *q.* 1. Nec minori censura Gregorius IV. in *can. nulli fas est, vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta* 5. *distinct.* 19. Nam maioris excommunicationis dejectionem intulit.

Spiritu sancto sine; nemo potest dicere Dominus Iesus. ex Paulo 1. ad Corinthios 12. deduxitque Gratianus in *can. audiuimus, quod Henricus, Rauennas dictus Archiepiscopus, nisus sit, te excommunicare*. 4. §. *vnde non nisi congregatis in vnum dictum est*. 24. *q.* 1. *col.* 2. *ante medium*. verbis edicens. *In nomine namque Domini, atque eius virtute cooperante, non nisi fidelis aliquid operari valet: cum nemo possit dicere Dominus Iesus, nisi in Spiritu sancto*. id est nisi sit seruus eius: id est nisi habeat spiritum eius, Omnes enim sumus serui Dei. *Glossa* ibidem verbo *nisi in spiritu*. commentum agit, ex Augustino in *can. inuitat Dominus seruos, & præparauit cibum se ipsum* 70. *de consecrat. distinct.* 2.

Spiritum sanctum Cathaphryges hæretici, quorum caput Montanus fuit, peruerso sensu esse patuum hominem credebant. & ideo damnati per Gregorium Quirino Episcopo in Ibernia inscribentem in *can. hi nerobe-retici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur*. 84. *de consecrat. distinct.* 4. ibique *Gloss.* verbo *et isti* & Isidorus lib. 8. *Etymologiarum* cap. 5. in *can. quidam autem hæretici, qui de Ecclesia recesserunt* 39. §. *Cataphrygis nomen prouincia Phrygia dedit* 24. *q.* 3. alia hæresi notas

di-

dicens: *Hi aduentum Spiritus sancti non in Apostolos, sed in se traditum asserunt.* in se vtique descendisse, non in Apostolos. vt tradit *Gloss.* d. *can. hi vero heretici.* verbo. *& isti.*

Spiritum sanctum negant, grauiterque peccant & in peccato obstinantur, atque de remissione desperant. Merito Christus medicum se vocat, & male habentibus necessarium, nõ sanis. Augustinum excipe de pœnitentia in *can. adhac instant perfidi, qui sapiant plus quam oportet, non sobrii; sed excedentes mensuram* 32. *col.* 2. *post principium. de pœnitentia dist.* 3. ad cor loquentem: *Medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare? Medicorum enim est centies infirmum visitare, centies curare. Qui ceteris minor esses, si alijs possibilem ignorares: memor est sat, qui dicit* (Ezecchielis 33.) (*Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat.*) *Quem enim peccatorem exclusit?* & post multa sic infert: *Qua propter eliminandus est ab Ecclesia iste error, qui vnquam pœnitentibus negat indulgentiam.* & in fine: *Cur enim Dominus Petri pedes lauisset, & Ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quia (quoniam quotidiana est offensio) oportet, vt quotidiana sit remissio? Cur docuisset orantes dicere: (Dimitte nobis debita nostra) nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non vult deficere?* pluribusque deducit per exempla Gratianus in *can. voluissent, inqui, si potuissent, in fine viuere* 60. 5. *ex his itaq; apparet, quod sine confessione oris, & satisfactione operis peccatum non dimittitur de pœnitent. dist.* 1. in fine perpendens illud prophetæ. (psalmo 99.) *Introite portas eius in confessione.* atque inferens. *Ostendens ad portas misericordiæ non nisi per confessionem peccati aliquem posse pertingere.* Nam qui de pœnitentia desperat similis est Cain, qui in desperationis profundum mersus dixit (*Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*) vnde vagus, & profugus exiit à facie Domini, ostendens: *Eos, qui peccata confiteri dissimulant, respectu diuinæ misericordiæ indignos haberi.* vt idem Gratianus ibidem §. *Cain, quoque, cum primæ preuaricationi fratricidium addidisset.* Perpendit. Nec dissimode Ambrosius libro 1. de pœnitentia in *can, potest fieri, vt aliquis victus supplicijs, sermone, & corde adoret* 52. *eadem de pœnitentia dist.* 1. in fine sequentibus inferens: *Sicut semel pro omnibus immolatus est Christus; ita quotiescumque peccata donantur, corporis eius sacramentum sumimus, vt per sanguinem eius fiat peccatorum remissio. Ergo euidentissimi criminis reis si ex toto corde, & manifesta confessione peccati pœnitentiã agant, sacramenti cælestis gratiam refundendam.* Qui ergo de pœnitentia desperant Spiritum sanctum negant. Namque

Spiritum sanctum blasphemant, qui de salute sua desperant. Hychium excipe in *can inter hæc hircum qui oblatus fuerat* 35. *in fine de pœnitentia distinct.* 3. dicentem rationemque ferẽtem: *Nam sicut vera pœnitentia veniam promeretur, ita simulata Deum irritat: quia Spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum. Hoc autem sancti patres irremissibile peccatum, & blasphemiam in Spiritum sanctum dixerunt, in sceleribus vsque ad finem vitæ perseuerare, & de salute sui desperare, & de potentia, & misericordia Redemptoris diffidere.*

Spiritum sanctum blasphemant, & Spiritus sancti impugnatores sunt simoniaci. ex Epistola Tharasii Constantinopolitani Episcopi missa Papæ Hadriano in *can. eos; qui per pecuniam manus imposuerant, vel imponant* 21. *ad medium* 1. *q.* 1. verbis enim differit: *Ita & qui hanc iniquam actionem operantur, detrahunt Spiritui sancto æqualiter peccantes his, qui blasphemauerunt dicentes, Christum in Belzebub eiicere dæmonia, atque, vt verius dicamus, Iudæ comparantur proditori, qui Iudæis Dei occisoribus Christum vendidit. Cum ergo Spiritus sanctus consubstantialis sit Christo, eiusdem omnino & ipsi portionis erant.*

Spiritus sancti gratia tarda nescit habere molimina. ex Leone Papa Theodoro Foroliuiensi Episcopo in *can. multiplex misericordia Dei ita lapsibus subuenit humanis* 49. §. *his autem qui in tempore necessitatis, & in periculi vrgentis instantia præsidium pœnitentiæ, & mox reconciliationis implorant. de pœnitent. distinct.* 1. definiente. *Nec satisfactio interdicenda est, nec reconciliatio denegauda: quia misericordiæ Dei nec mensuras possumus ponere, nec tempora definire apud quem nullas patitur veniæ moras conuersio.* vbi *Glossa* verbo *veniæ.* Rationem reddit dicens: *Scriptum est enim: Spiritus sancti gratia tarda nescit habere molimina.* ex Cœlestino Papa epistola 2. ad Episcopos Galliæ in *can. agnouimus pœnitentiam pœnitentibus denegari* 13. 26. *q* 6. inferẽte: *Horremus (fateor) tantæ impietatis aliquem inueniri, vt de Dei bonitate disperet: quasi non possit ad se quouis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem redimere, quo se expediri desiderat, & liberari.* Rationem reddendo *Cùm Deus ad subueniendum paratissimus, inuitans ad pœnitentiam, sic promittat peccatori, inquiens:* (Ezecchielis 33.) (*In quacumque die conuersus fuerit, peccata eius non imputabuntur ei.*) *& iterum* (*Nolo mortem peccatoris, sed tantum conuertatur, & viuat.*)

Spiritus sancti dona per digitum Dei intelliguntur. per factum Domini (*Marci* 7.) quando Iesus surdum, & mutum sanauit, tangens cum sputo linguam eius, & mittens digitos in auriculas eius, dixit (*Effeta, quod est adaperire.*) quod perpendit Rabanus de Institutione clericorum in *can. postea tangantur ei nares, & aures cum saliua* 68. *de consecrat. dist.* 4. ibique *Glossa* verbo *typicam.* exprimit: *Id est figuratiuam sapientia Dei. Per Digitum Dei intellige dona Spiritus sancti.* Referens & carmina.

*Et caro nostra latum: Patris sapientia sputum.*
*Creditur humanũ genus hoc medicamine sanu.*

Spiritus sancti operationes multæ sunt. Quas enumerat Apostolus (1. ad Corinth. 12.) inferens: *Omnia autem hæc operatur vnus, atque idẽ spiritus, diuidens singulis pro vt vult.* Deducitque Augustinus contra Donatistas de baptismo in *can. multæ autem operationes sunt Spiritus sancti.* 38. 1. *q.* 1. vbi *Glossa* verbo *operationes.*

nes exprimit. *Id est multa si et dona, quę Spiritus sanctus operatur.* Et Deus Ledit Papa Gordiamo Hispalensis Ecclesię Episcopo scribens in can. *peruenit ad nos Diaconus sanctitatis vestrę epistolam deferens.* t. *ad finem* 30. q. 1. dixit: *Scitis, quia, quando sunt septem dona Spiritus sanctiti, ita sunt septem dona baptismi.*

Spiritum sanctum sibi consubstantialem Deus Omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit. Gregorii sunt verba vniuersis Episcopis per Elladem prouinciam constitutis in *can. quibusdam narrantibus agnoui* 117. *paulo post principium* 1. q. 1.

Spiritui sancto nemo est, qui possit digne resistere. Vrbanum secundum in Capitulo Sancti Ruffini in *can. duę sunt inquit leges, vna publica, altera priuata* 2. 19. q. 2. in fine loquentem excipe: *Spiritus quidem Dei lex est, & qui spiritu Dei aguntur, lege Dei ducuntur, & quis est, qui Spiritui sancto possit digne resistere?* & diximus supra *Spiritus sanctus vbi vult spirat.*

Spiritus sanctus in Sanctis habitat. Hanc ob causam si quis fidelium fuerit anathematizatus iniuste, potius ei oberit, qui facit, quàm qui hanc patitur iniuriam. ex Augustino in *can. illud plane non temere dixerim* 87. 11. q. 3. rationem reddente, ac subsequendo: *Spiritus enim sanctus habitans in sanctis per quem quisque ligatur, aut soluitur, immeritam nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus nostris, quę non agit perperam.*

Spiritualia temporalibus digniora sunt, quanto anima præfertur corpori. ex Innocentio Tertio Illustrissimo Constantinopolitano Imperatori in *capit. solitę benignitatis affectu* 6 §. *quod autem sequitur, regi tamquam præcellenti. de maioritate & obedientia.* verba sunt Innocentii: *Sed Pontifex in spiritualibus antecellit: quę tanto sunt temporalibus digniora, quanto anima præfertur corpori.* ex canonibus Apostolorum in *can. præcipimus vt in potestate sua Episcopus Ecclesię res habeat* 24. 12 q. 1. rationem reddentes: *Si enim animæ hominum pretiosiores, illi sunt creditę, multò magis oportet eum curam pecuniarum gerere.* Vnde vnius animæ salus nobilis corporibus præfertur. ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam certis rationibus, vel scripturarum testimonijs exploratam* 1. *circa finem* 24. q. 1. quia spiritualia temporalibus præferuntur.

Spiritualis tribus modis dicuntur. Vno modo dicuntur gratiæ virtutum, & dona Dei. Quandoque Dignitas ordinis, & omne sacramentum Ecclesiasticum. Tertio omnia Iura Ecclesiastica spiritualium rerum, vt administrationes, prebendæ, ius decimarum, cœmeteria, ordo. tradit *Gloss. in summa* 1. q. 1. *quod autem* verbo *spiritualia.*

Spoliatus ante omnia restituendus erit. ex Ioanne Papa I. ad Zachariam Episcopum in *can. antiquitus decretum est* 1. 2. q. 2. vt enim Nicolaus Papa ibidem in *can.* sequenti subnectit: *Omnes leges tàm Ecclesiastica, quàm vulgares, & publica præcipiunt, vt omnia sibi ablata restituantur ei, qui suis est rebus expoliatus.* eodemque modo Gregorius IV. Episcopo Constantieo in *cap.* 1. *de restitut. spoliatorum extra.* vt neque in Iudicium ante restitutionem factam conuocari possit. ex Iulio Papa in Epistola ad orientales, in *can. nullus potest cōuocari, aut iudicari* 5 *eadem* 2. q. 2. neque etiam accusari nisi omnia, quę accusato ablata sunt, redintegrata fuerint. ex Caio Papa ad Felicem Episcopum in *can. Episcopi suis rebus expoliatis* 13. q. 1. & Ioannes Papa Zacchariæ Archiepiscopo in *can. redintegranda sunt omnia spoliatis* 3. *eadem* 2. q. 1. alioquin interim nec vocari ad Iudicium possunt, nec respondere tenentur, antequam omnia restituantur: & sua eis omnia legaliter reddantur. iuxta determinationem Felicis Papæ II. Anastasio, & omnibus Orientalibus Episcopis in *can. si primates, accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint.* 4. 3. q. 2. rescripsitque Nicolaus Papa Carolo Regi in *can. historia Ecclesiastica ab Eusebio Cęsariensi Episcopo confecta* 3. 33. q. 2. Quia restitutionem fieri, ante omnia spoliatis. *Hoc omnes leges, tàm Ecclesiastica, quàm vulgares, publicaque præcipiunt.* Quamuis à Iudice, cùm iuste absens esset, & inauditus expoliatus fuisset, quia nihilominus restituitur. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can præsentium latoris Aceodati querelam* 3. 7. q. 1. audias mandantem: *Et si manifeste ęgritudinis, sicut dicitur, causa Ecclesia suę eum defuisse reperisti, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: sed in locum suum sine aliqua cum facias dubietate restitui.* Secus autem si contumax quis fuerit, & intra annum suā non purgauerit contumaciam ex Concilio Carthaginensi Quinto in *can. rursus constitutum est,* 36, 11. q. 3.

Spolij exceptio dilatoria est, proponi proinde debet ante litem contestatam si tamen vult dicere agere de spoliatione etiam post litem contestatā poterit *Gloss. in d. can. antiquitus decretum est,* 1. 2. q. 2. verbo *ante litem contestatam.* ex ipso met textu Ioannis primi, & decreuit Innocentius tertius Episcopo Nouionensi scribens in *cap. pastoralis officii* 5. *extra de caus. possessionis, & proprietatis.*

Spolii causa prius tractanda est, postmodum proprietatis. vt puta cum quis dicit se de possessione violenter deiectum: & aduersarius dicit, eum non fuisse canonice institutum: prius de violenta eiectione, quàm de canonica institutione agi debebit: quia prædo, sicut est secundum rigorem Iuris restituendus. vt Alexander Tertius Brixien Episcopo respondit in *cap. in litteris tuis* 5. *de restitutione spoliatorum.* Nec dissimiliter ex Vlpiano libro 69. ad Edictum in *l. si quis aliquem deiecerit ex agro suo* 5. *ff. ad legem Iuliam de vi priuata.* notat *Grilenzonius cons.* 15. *num.* 6. vide *Card. Caualerium decis.* 161. *num.* 3. Vnde est quod

Spoliator interim non auditur, nisi prius purgato spolio. ex Alexandro Tertio Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. conqua rente nobis R. Clerico accepimus* 7. *extra de restitutione spolia-*

litorum. ubi Pontifex: *Restitutione autem facta si quid aduersus eum super præscripta Ecclesia proponere volueris.* ibique notat Baldus *vers. tu ibi integre. Rota apud Coccinum decis. 496. nu. 1. & sequentibus.* limitat tamen; si non fuerit dolosus spoliator. nam

Spolium non intrat quando possessio fuit capta authoritate Iudicis vt dicit *Gloss.* recepta, & finalis verbo *in alia.* in fine in *can. præsentium latoris Adeodati* 3.7. *q.* 1. verbis ei sereos: *Et nota quod hoc cap. semper consueuit ad hoc induci, quod spoliatus à Iudice non possit petere restitutionem.* dedueit ex Nicolao Papa Girardo Turonensi Archiepiscopo in *can. notum sit tuæ fraternæ charitati.* 10.2. *q.* 1. nisi tamen possit Iudex de dolo coargui. vt *Gloss.* d. verbo *in alia in fine* prosequitur. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. hoc autem placuit.* 37. *in fine* 2. *q.* 6. illis verbis: *Si conuinci non potuerint, vel iniquo animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati.* ibique *gloss.* verbo. *vel iniquo.* vel si Iudex nulliter procedat. *Caputaquen decis.* 175. *num.* 5. & 6. *part.* 3. *Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 202. *num.* 3. & *decis.* 336. *per totam.* & apud *Card. Cauælerium decis.* 324. *num.* 3. & *decis.* 524. *num.* 5. & apud *Martinum Andrea. decis.* 1. *num.* 6. & 7.

Sponsa non statim, vt pacta est, tradenda, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspirauerit sponsus dilatam. Augustinus libro 8. confessionum in *can. institutum est, vt iam pactæ sponsa* 39. 27. *q.* 2. Rationem exhibet *Glossa* ibidem verbo *ne vilem* dicens: *Nam gratior est fructus, quem spes productior edit.*

Sponsam iam factam, siue desponsatam puellam non licet parentibus alii vero tradere: licet tamen illi monasterium sibi eligere. ex verbis Eusebii Papæ in *can. desponsatam puellam.* 27. 28. *q.* 2. plura tradit *Gloss.* ibidem verbo *monasterium.*

Sponsa, siue desponsata quandoque dicitur quę vxor est, licet non dum traducta. ex Gregorio Papa Mauritia Imperatori in *can. qui desponsatam puellam proximi sui acceperit in coniugium; anathema sit ipse, & omnes consentientes ei.* 22. 27. *q.* 2. Rationem inferens: *Nam diuinę legis est mos, sponsas appellare coniuges, vt in Euangelio (Matthęi 2.) (Accipe Mariam coniugem tuam. &c.* refert etiam locum Deutoronomii 22. *Quia vxorem proximi sui violauit.* de sponsa loquens. inferendo: *Non quę iam vxor erat, sed quę à parentibus vxor fieri debebat.* vbi *Gloss.* verbo *iam vxor erat.* explicat: *id est carnaliter cognita.*

Sponsam proinde hanc, si vir mortuus fuerit, prędueniente morte eam cognoscere non potuerit, frater eius eam ducere in vxorem non poterit. ex Canonibus in *can. si quis desponsatam sibi aliquam* 10. 27 *q.* 2. Est enim impedimentum publicæ honestatis iustitia non affinitatis. Quia illa non est nisi interueniat carnalis copula vt *Gloss.* ibidem *prima* explicat. Rationem dat Benedictus Papa Grandensi Petriarchę scribens in *can. lex diuina cōstitutionis* 28. *eadem* 27. *q.* 2. post medium proserens: *Propinquitas enim sanguinis verbis dicitur, non tamen verbis efficitur. Sed neque osculum parit propinquitatem, quod nullam facit sanguinis commistionem.* eodemque modo decreuit Iulius Papa in *can. si quis desponsauerit vxorem, vel subharrauerit* 15. *eadem* 27. *q.* 2. & ibidē ex Gregorio in *can. si quis vxorem desponsauerit* 14.

Sponsæ nomen quandoque permixtim dicitur. ex Hieronymo super Matthæum in *can. Genuit Ioseph virum Mariæ* 40. 27. *q.* 2. subsequente: *Cum virum audieris; suspectio tibi non subeat nuptiarum; sed recordare consuetudinis scripturarum; quod sponsi viri, & sponsæ vocentur vxores.* & ibidem eodem modo ex Ioanne Chrysostomo in *can. priusquam conuenirent* 42. super verbis illis Angeli ad Ioseph. (*Noli timere accipere Mariam coniugem tuam.*) inferendo: *Quo sermone sponsam similiter indicauit. Sicuti etiam eos, qui ad huc sponsi sunt, generos appellare scriptura consueuit.* Quid enim est *acciperetur: Domi profectò retinere.* ita Ioannes Chrysostomus.

Sponsus, & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis offerantur, qui cùm benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerentia ipsius benedictionis in virginitate permaneant. Ita definitum fuit in Concilio Carthaginensi Quarto in *can. sponsus, & sponsa cùm benedicendi sunt* 33. *siue finali distinct.* 23. Quod tamen non preceptum, sed de consilio est. vt etiam notat *Glossa* ibidē verbo *in virginitate.* & Euaristus Papa Episcopis Africæ scripsit in *can. aliter legitimum non fit coniugium* 1. 30. *q.* 5. dicens: *Et biduo, vel triduo orationibus vacerit, & virginitatem custodiant.* Quod de consilio est, non de precepto. ex *Gloss.* d. verbo *in virginitate. d. can. sponsus, & sponsa.*

Sponsalia futurarum sunt nuptiarum promissio. vt Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum respondens definiuit in *can. nostrates tā mares, quàm feminę* 2. *post principium* 30. *q.* 5.

Sponsalia proinde non sunt, si parantes in cunabulis puellas, & è conuerso dederint; nisi vterque puerorum, post quam venerint ad annos discretionis, consentiat. Quia vbi non est consensus vtriusque non est coniugium. Respondit Nicolaus Papa in *can. vbi non est consensus vtriusque non est coniugium* 1. *siue vnico* 30. *q.* 2.

Sponsalia de futuro per contractum matrimonium cum alia dissoluuntur secus sponsalia de pręsenti, quia in matrimonium transeunt. & hæc est distinctio quam tradit Augustinus de fide pactionis, & consensus in *can. duobus modis dicitur fides, pactionis, & consensus.* 51. & ibidem Gratianus 9. *est autem fides pactionis.* 27. *q.* 2. Hodie vero sponsalia quamuis de pręsenti in matrimonium non transeunt, nisi seruetur forma tradita à sacro sancta Tridentina Synodo *sessione* 24. *capite* 1. *de reformatione matrimonii.* vt matrimonium in facie Ecclesiæ contrahatur corā proprio Parocho, vel alio sacerdote de parochi licētia, & duobus adminimum testibus.

Spon-

Sponsalia subharrantur per digitum fidei annulo insignitum ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in can. nostrates tam mares, quàm fœminæ 2. ante medium 30. q. 5. Nã annulus significat mutuũ amorem, & fidem cõiugalem esse seruandam *Glossa* ibidem verbo *annulo* adnotat. ex Isidoro libro 2. de officiis in *can. fœminæ dum maritantur, ideo velantur 7. in fine eadem 30 q. 5.* verba sunt Isidori: *Itẽ, quod in primis nuptijs annulus à sponso sponsæ datur: fit hoc nimirum, vel propter mutuæ fidei signum vel propter id magis, vt eodem pignore eorum corda iungãtur. Vnde, & quarto digito annulus idẽ inseritur: quod in eo verna. quædam, vt fertur, sanguinis ad cor vsque perueniat.* plura deduximus respons. nostra 22. *num.* 6. 7. 8. 9. & 10 *part.* 2. *Rota apud Card. Cavalerium decis.* 415. *num.* 2. Veluti etiam per dationem monilis. vnde poterit pars reluctans cogi, e censuris ad sponsalia firmanda per matrimonium. *Rota apud Card. Cavalerium decis.* 421. *num.* 1. & *per totam*. Debet tamen Iudex à coactione desistere stante iusta causa contradicendi, quæ Iudicis remittitur arbitrio. apud eundem *Cavaler. decis.* 447. *num.* 1. & *per totam*. & inter causas agnoscit, si puella timeat, ne exhæredetur à parentibus iuxta statutum regionis. & *decis.* 468. in eadem Causa. nulla vero existente causa sunt coëgendi. apud *eundem decis.* 526 quam melius erit moneri non moneri non præcise cogi. apud Card. *Manticam decis.* 1. *num* 1.

Sponsalia filiorum dissoluere parentes non possunt; quòd si fecerint triennij tempore abstineat se à communione. Si autem ipsi filii voluntarie ipsi dissoluerint non consentientibus parentibus immunes erunt. Si vero cõsensum præstiterint in eandem dabunt pœnam. ex Concilio Liberitano in *can. si qui parentes fidem fregerint sponsaliorum* 1. *siue finali* 31. q. 3.

Sponsalia iurata qui contraxit, potest per censuras cogi ad firmandum sponsalia, moneri tamen prius debebit, post modum cogi, *nisi rationabilis causa obstiterit*. vt Alexander Tertius Pictauensi respondit Episcopo in *cap. ex litteris Siluani Episcopi* 10. *de sponsalibus, & matrimonijs*. Et Lucius Tertius Papalen Episcopo in *cap. requisiuit à nobis tua fraternitas* 17. *eodem de sponsalibus*. dicens: *monenda est potius quàm cogenda, cùm coactiones difficiles solitæ exitus frequenter habere*. præsertim si causa ad fuerit rationabilis. ex Innocentio Tertio Genuen Archiepiscopo in *cap. quemadmodum si vir mulieri iurasset* 25. §. *quod si post huiusmodi Iuramento de Iure Iurando. Nauar. cons.* 19. *num.* 2. *lib.* 4. *de sponsalibus, & matrimonij*. ad dissoluendum vtriusque requiritur consensus *Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 376. vbi etiam *Beltraminus num.* 9. & apud *Cavalerium decis.* 415. *num.* 1. & *sequentibus* & plura deduximus *respons.* nostra 6. *num.* 28. & *sequuntur parte* 1.

Sponsalia inter consanguineos promissa sub cõditione futuræ dispensationis ipso sunt iure nulla. Licet igitur ab illis recedere. Quia accedente dispensatione, nouus perquiritur consensus. *Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 410. *Rota Maceratem apud Marcum Antonium Thomati*, nunc Episcopum Biterten *decis.* 84. *num.* 7. 8. & 9. Quæ autem iustæ dicantur causa ad Iurata etiam non seruanda sponsalia. vide *Guttierez de matrimonio cap.* 15. *nu.* 2. *Rota apud Cocrinum decis.* 437.

Sponsalia non puellæ, sed parentes inire debent, *Non enim est Virginalis pudoris eligere maritum*. Ambrosius profert in *can. honorantur parentes Rebeccæ muneribus* 13. 32. q. 2. deferens illud Euripidis: *Sponsaliorum meorum pater meus curam subibit Hoc enim non est meũ.* addens ipse: *Ergo quod ipsi Philosophi mirati sunt, seruate virgines*. Et in fine rationem reddit: *Expetita enim magis debet videri à viro, quàm virum ipsa expetisse. Verecundiam præmittat antequàm nubat, quò ipsum coniugium plus commendet verecundia.* & in can. antecedenti 12. Gratianus §. cum ergo dicitur à paterno arbitrio iunctæ iuris. Quod si Pater sibi potestate sit patris, aui arbitrium sequi puella debebit. ex Pelagio Papa Pontentio Defensori in *can. patrem puellæ* 1. *siue vltimo* 32. *quæst.* 3.

Stabilitas seruanda & per Episcopos, & presbyteros in Ecclesia in qua assumpti fuere. ex Niceno Concilio statutum fuit in *can. non oportet Episcopum, nec reliquos ordines de Ciuitate in ciuitatem migrare* 19. *cum sequentibus* 7. q. 1. & ibidem ex Antiocheno Concilio in can. *Episcopum de diœcesi ad diœcesim alteram non debere transire* 25. quia vnusquisque secundum regulas sanctorum Patrum propriam debet habere firmitatem ex Concilio Chalcedonensi in *can. propter eos Episcopos, siue clericos qui de Ciuitate ad Ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à Sanctis Patribus habere propriam firmitatem* 26. *eadem* 7. q. 1.

Statera iusta, & æqua sint pondera, iustus modius, æquusque sextarius. Ego Dominus Deus vester. præcepit Dominus *Levitici* 19. 36. propterea Augustinus in *can. non afferamus stateras dolosas* 21. 24. q. 1. verbis satis apertis dicebat: *Non afferamus stateras dolosas, vbi appendamus quod volumus, & quomodo volumus pro arbitrio nostro dicentes; hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinam stateram de scripturis sanctis, tamquam de thesauris Dominicis, & in illa quid sit grauius appendamus.*

Stateram in manu portat qui iuste iudicat. Isidorum excipe libro 3. sententiarum de summo bono in *can. omnis, qui iustè iudicat stateram in manu gestat.* 10. *distinct.* 45. verba deferimus *Omnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat: Sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam peccanti temperat pœnam vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat; quædam verò per misericordiam indulgeat.* plura adnotat *Gloss.* ibidem verbo *portat*. Hoc autem facere poterimus si seruauerimus quod Calixtus Papa I. ad Episcopos Galliarum scribens in *can. pōderet vnusquisque sermones suos.* 14. *distinct.* 50. verbis edicit: *Sed si aliquis lapsus quocumque modo fuerit, por-*

temus

*gemus eum, & fraterno corripiamus affectu. sicut ait Beatus Apostolus* (ad Galatas 6.) *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans te ipsum, ne, & tu tenteris. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* in fine concludens: *Sententiam fratres, quę misericordiam vetat, non solum tenere, sed & audire refugite: quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificii.*

Statera ponderandi sermones sunt, priusquam proferantur. ex Calixto *Papa* I. ad Episcopos Galliarum, in *can. ponderet unusquisque sermones suos.* 14. *distinct.* 50. sic nempe ille: *Ponderet vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura* (Tobię 4.) *(quod tibi non vis fieri, alteri ne facias.) Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturius agamus.* Rationem refert *Gloss.* ibidem verbo *ponderet.* ex Seneca; *Et qui citò fatur ad poenitentiam properat.*

Statuta sanctorum Patrum, & Apostolorum, & Apostolicorum virorum canonesque inuiolabiliter sunt seruãda, ex Iulio Papa ad Episcopos Orientales in *can. nolite errare fratres mei charissimi: doctrinis variis, & peregrinis nolite abduci* 3. *dist.* 11. in fine rationem referens: *Multum enim conuenit, vt totum corpus Ecclesię in hac sibimet obseruatione concordet, quę inde auctoritatem habet, vbi Dominus Ecclesię totius posuit principatum.* Et vt ipse met Iulius ad eosdem scripsit in *can. amputato totius vsurpationis excessu.* 11. 23. *q.* 2. verbis edicens: *Ea, quę sunt ab Apostolis, eorumque successoribus instituta, nulla desidia negligantur, nulla dissentione violentur, nulla concertatione turbentur.*

Statutum prædecessoris, si oppressionem inferat, & grauamen cassatur. quatenus & pręterita mala, quæ per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura cautè caueantur. ex Gregorio Papa Petro Subdiacono Siciliæ in *can. ante trienniũ subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant* 1. *distinct.* 31. sicuti etiam si iniustitiam contineat ex Anastasio II. ad Anastasium Augustum in *can. secundum Ecclesiæ Catholicæ consuetudinem sacratissimum serenitatis tuæ pectus agnoscat.* 8. *dist.* 19. & ex Gregorio Ioanni Corinthiorum Episcopo in *can. nouit sanctitas tua, quia prius pallium, nisi dato commodo non dabatur.* 3. *distinct.* 190 verba sunt, Gregorii: *Quod quoniam incongruum erat, facto Concilio ante corpus Beati Petri Apostolorum principis, tàm de hoc quam de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus.* Deducitur q; ex Concilio Carthaginensi in *can. de precariis, quę rectoribus Ecclesiarum irrationabiliter fiebãt* 6. 11. *q.* 2.

Statutum iam factum mutatur ex causa. ex Augustino sermone 2. de communi vita clericorum. in *can. certè ego sum, qui statueram sicut nostis, nullum ordinare Clericum, nisi qui mecũ vellet manere* 18. 12. *q.* 2. subdente: *Ecce in conspectu Dei, & vestro, muto Consilium.* Vel si in malum retroducatur, quod statutum prius fuerat, sicut *Ezecchias rex.* (4. Regum 18.) *dissipauit excelsa, & contriuit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentem aeneum, quem fecit Moyses: videlicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret, ideo ipse populus colere, & venerari eum cęperat; & idcirco destruxit iste, quem iubente Deo fecerat ille.* verbis profert Gratianus in *can. quia sancta Romana Ecclesia, cui, auctore Deo praesidemus* 28. qui est Stephani Papæ. §. *verùm quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes.* *distinct.* 63. vbi *Glossa* verbo *destruantur*. argumentum infert: *Successores debere mutare facta, & instituta pradecessorum, etiam bona, si viderint esse ea perniciosa exemplo.* ex Vrbano Papa in *can. videntes autem summi Sacerdotes, & alii* 36. 12. *q.* 1. ex ratione, quam reddit Gregorius Papa in *can. regula sanctorum Patrum* 2. *distinct.* 29. dicens: *Regulę sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate tradita sunt.* mutantur proinde ex causa. notat *Gloss.* 1. ibidem. vel etiam ex Dei reuelatione. iuxta illud Apostoli (ad Philippenses 3.) *Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit.* & prosequitur Augustinus ad Vincentium contrà Donatistas in *can. nolite fratres contra diuina tàm multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias* 9. *in fine distinct.* 9. inferens: *In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: (Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit.*

Statuta decessorum legitima, & iusta successorem custodire conuenit; ita etiam debet mala facta corrigere. Gelasius Papa Cresconio, & Ioanni Metalia Episcopis in *can. decessorum statuta* 19. 25. *q.* 2.

Status mutatio facit, vt aliquid non liceat, quod prius licebat. ex Leone Papa Rustico Narbonensi Episcopo scribens in *can. lex continentiæ eadem est altaris ministris, quę Episcopis, atque Presbyteris* 10. *distinct.* 31. verbis illis: *Sed, cùm ad praedictos peruenerunt gradus, cæpit eis non licere, quod licuit.* Quia nimirum iam status mutatus est. vt ibi notat *Glossa* verbo *eis non licere.* inferens: *Nota, quod propter commutationem status incipit aliquid non licere, quod prius licuit.* ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem* 14. §. *duo sunt omnino genera mendaciorum.* 22. *quęst.* 2. *Glossa* verbo *furtus*. Quia res in eodem statu tunc non est. concordat *Gloss.* in *can. fornicari omnibus semper non licet* 10. *distinct.* 88. verbo *non licet.* argumentum inferens: *Quod propter mutationem status, quod ipsi erat licitum, fit illicitum, & è contrà. argumento dist.* 31. *lex continentię.* ita Glossa. licet.

Status mutatio regulariter non præsumatur, & ideo probanda per asserentem ex Papiniano lib. 9. Responsorum in *l. cum tacitum fideicommissum ab eo datur.* 3. *ff. de probationibus, & pręsumptionibus.* verbis edicente: *probatio mutuę voluntatis ei debet incumbere, qui conuenitur.* sequitur *Rota* apud Cardin *Caualerium decis.* 233. *sub num.* 1. & in Causa status sententia facit fidem quo ad omnes, *Rota* apud eundem *Caualerium decis.* 294. *num.* 2. & *decis.* 75. *num.* 3.

num. 2. neque status rei mutatur per denominationem partium. *Rota in recentioribus part. 2. decis. 254. n. 5.* & ad statum datur restitutio. *Rota apud Seraphinum decis. 212. num. 1.*

Sterilitas maximo in opprobrio antiquitus habebatur. Vnde in lege dicebatur: (ex Deuteronomii 7.) *Maledicta sterelis, quæ non reliquerit semen suum super terram.* sequitur Gratianus in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, & Iacob. 2.* Qui est Augustini super Ioannem. §. *his ita respondetur. 32. q. 4.* vbi *Glossa.* verbo *maledicta.* id est ignominiosa, & obscuræ famæ apud homines habita est exprimit.

Sterilitatis causa non licet dimittere vxorem, vt aliam fœcundam accipiat. Rationem reddit Augustinus libro de bono coniugali in *can. tantum valet illud sociale vinculum coniugum 27. 32. q. 7.* Quia nimirum: *Manet vinculum coniugum 27. 42. q. 7.* Quia nimirum: *Manet vinculum nuptiarum, & si proles, cuius causa initium est, manifesta sterilitate non subsequatur.*

Sterilitatem autem venenis procurare pessimum. ex Augustino de nuptijs, & concupiscentia in *can. aliquando eousque peruenit hæc libidinosa crudelitas 7. 32. q. 2.* in fine concludens. *Si autem non ambo sunt tales: audeo dicere; aut illa est quodammodo meretrix mariti, aut ille adulter vxoris.*

Sterilitatis causa antiquitus vxores viris ancillas supponebant. vt ex illis filios acciperent. Vt perpendit Gratianus in *summa 32. q. 4.* sed an liceat hodie hoc agere negat Augustinus in d. *can. tantũ valet illud sociale vinculum coniugum 27. in fine 32. q. 7.* verba damus Augustini dicentis; *Plane vxoris, volantate adhibere aliam, vnde communes filij nascantur vnius commistione, ac semine alterius autem iure, ac potestate, apud antiquos, patres fas erat: vtrùm, & nunc fas sit, temere non dixerim.* id est nullo modo dicam *Glossa* ibidem verbo *temere.* subnectit: *Quia temerarium esset dicere, & sic sentire.*

Stola, id est orario, vtroque humero ambiatur sacerdos cum ordinatur, vt qui inperturbatus præcipitur consistere inter prospera, & aduersa, virtutum semper ornamento vtroque circumseptus humero. Ex Concilio Bracharensi Tertio in *can. Ecclesiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus 9. distinct. 23.* Hanc ob causam *cum sacerdos ad solemnia missarum accedit, aut per se sacrificium oblaturus, aut sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat: quam orario vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis sua dinoscitur consecratus.* Etiam si in ægritudine sumit Sacerdos Eucharistiam circundabit stola vtrumque humerum *Gloss.* ibidem verbo *corporis.* infert. Debet tamen eodem orario ceruicem pariter, & vtrumque humerum premens signum in suo pectore præparare Crucis. *si quis autem aliter egerit excommunicationi debitæ subiaciat.* vt ibidem Concilium decernit.

Stolã Leuita, siue Diaconus in sinistro humero gestare debet; & dexteram partem oportet habere liberam, vt expeditius ad ministerium sacerdotale discurrat. Decretum fuit in Cõcilio Toletano Quarto in *can. vnum orarium oportet Leuitam gestare in sinistro humero 3. distinct. 25.* Rationem reddit *Gloss.* verbo *in sinistro humero.* dicens: *Et hoc ideo, vt ostendatur, quod debet transire de Leua ad dexteram. id est de temporalibus ad Spiritualia. Et hoc ostenditur, cum circumflectitur postea versus dexteram.*

Strena est primum donum quod datur in principio Kalendarum, & datur pro Augurio. & dicitur strena, quasi sine threna, id est sine lamenratione. ex Hieronymo in Epistolam ad Ephesios in *can. legant Episcopi, atque presbyteri, qui filios suos secularibus litteris erudiunt. 5. distinct. 37.* verbis illis; *hoc in Kalendariam strenam, & saturnalitiam sportulam.* ibique notat *Gloss.* verbo *strenam.* ex Augustino in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarij 16. 26. q. 7.*

Studium esse debet Apostolatus, vt quotidianis orationibus. expostulet à Deo, vt Imperium dirigatur, & status hominum custodiatur ad Dei famulatum. ex Honotio Imperatore in litteris ad Bonifacium Papam in *can. victor Honorius inclytus triumphator semper Augustus 1. distinct. 97.*

Studiũ Episcopi esse debet, vt Magistri, & Doctores constituantur in Episcopiis, qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue doceant. Quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mãdata. Ex synodo Eogenii Papæ Secundi in *can. de quibusdam locis ad nos refertur neque magistros, neque curam inueniri pro studio litterarum. 12. distinct. 37.*

Studium Clericorum esse debet, vt nullo iactãtie studio se ipsos attollant; sed doctrinæ lectionibus, & psalmis, hymnis, & canticis, exercitio iugiter incumbant. Contubernia, externarum fœminarum nullatenus appetant; castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: senioribus quoque debitam obedientiam præbeant ex Isidoro de Ecclesiasticis officijs libro 2. in *can. his igitur lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus se abstineant. 3. ad finem distinct. 23.* studere quoque debent amorem pecuniæ, quasi materiem cunctorum criminum fugere; & secularia officia, negotiaque abiiciant. ibidem in principio, in fine inferendo: *Tales enim debent esse, qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.*

Studium sacerdotis est, vt à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando, aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ Spiritus sanctus docet. ex Hieronymo in Leuiticum in *can. si quis vult Pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito 3. sine finali dist. 36.* in fine inferendo: *Oret ergo, & sacerdos Ecclesia indesinenter, vt vincat Populus,*

*lus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volũt piè viuere in Christo.*

Studere quoque debent qui ad Clericatum accessere simoniæ crimen quin pessimam hæresim omnino fugiat. *Nam Spiritus sancti donum pretio comparare, quid aliud est, quam crimen, & simoniaca hęresis?* vt Gregorius Nanzianzenus docit in *can. qui studet donum Dei pretio mercari* 1. 1. *q.* 1.

Studia prophana vitare debent, sed satis insistere scripturis & Euangeliis, nõ comœdias legere, nec amatoria bucolicorum versuum verba cantare, Vergilium tenere, & id, quod in pueris necessitatis est, crimen in se facere voluptatis. vt Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo scribit in *can. sacerdotes Dei omissis Euangeliis, & prophetis, videmus comœdias legere* 2. *cum aliis sequentibus distinct.* 37. licet valeat aliquis ad paganorum vanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatẽ amplectendam, si quid veri Deo Sybilla vel Orpheus, aliiue gentium vates, Vatque Philosophi prædixisse perhibentur, accipere. ex Augustino contra Faustum Manichæũ in *can. si quid veri de Deo Sybilla* 13. *eadem dist.* 37. & ibidem Hieronymus in Danielem in *can. qui de mensa regis, & de vino potus eius noluit comedere, ne polluantur.* 11. dicens in fine de se ipso: *Si quando cogimur litterarum secularium recordari, & aliqua ex his dicere, quę olim omisimus; non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam grandissima necessitatis, vt probemus ea, quæ à Sanctis Prophetis ante secula multa predicta sunt, tam Graecorum, quàm Latinorum, & aliarum gentium litteris contineri.* vbi *Gloss.* verbo *contineri.* profert illud Ouidii.

*Odero, si potero: si non, inuitus amabo.*

Stultus est, qui in eo se primum existimat, vt bona, quę viderit, dicere contemnat. Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano in *can. de Constantinopolitana Ecclesia, quod dicunt, quis dubitet Sedi Apostolicę esse subiectam?* 4. *post medium distinct.* 22. vbi *Gloss.* verbo *stultus.* deriuãs vnde dicatur. & infert: *Vel dic, quod propriè stultus est, qui per stuporem non mouetur iniuria. nec vllo ignominiæ mouetur dolore; quia stultus est hebetior corde. Vnde quidam ait: Ego me esse stultum existimo: fatuum esse non opinor. id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis.* Vnde ad rem Celsus libro 15. Digestorum in *l. Domitius Labeo Celso suo salutem* 27. *ff. de testamentis, & qui testamenta facere possunt, & quemodmodum testamenta fiant.* Sequentibus respondit: *Iuuentius Celsus Labeoni suo salutem: Aut non intelligo quid sit de quo me consulis; aut valde stulta est consultatio tua. Plus enim, quàm ridiculum est dubitare, an aliquis iure testis adhibitus sit; quoniam idem & tabulas testamenti scripsit.*

Stulta id est sine sensu. Nam stultus dicitur, qui discere contemnit. ex *Glossa* in *can. nullus Episcopus propter opprobrium senectutis* 16. *dist.* 38. verbo *opprobrium.* inferens ad rem: *Et stultus est, qui bona, quæ videt discere contemnit.* 22. *dist. de Constantinopolitana. Et si vnum pedem haberem in sepulchro, aliũm extra adhuc vellem discere. ff. de fideicommissariis libertatibus apud Iulianum. Vnde Seneca: Nulla ætas sera est ad discendum.* ita Glossa non extra rem proinde.

Stultitiam alicuius ex verbis perpendimus. vt dixit *Gloss.* in *can hoc habet proprium doctrina arrogantium, & humiliter nesciant inferre, quod docent.* 1. *dist.* 46. ad verba Gregorii in moralibus *In verbis enim eorum proditur: quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere.* verbo *in verbis.* inferens: *Ex verbis enim perpendimus alicuius stultitiam.* Allegat Hieronymum ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia (Fatuus fatua loquetur.)* 24. *distinct.* 93. vbi *gloss.* verbo fatua loquetur notat argumentum: quod qui fatua loquitur fatuus est. Stultus ergo dicetur qui non sensata loquitur. Hinc est quod

Stultus non debet esse melioris conditionis, quàm sapiens. vt Bonifacius Octauus respõdit in *cap. eũ, qui beneficium, cui animarum cura imminet, vi occupat* 18. *de præbendis, & dignitatibus in* 6. post principium. verbis edicens: *Non enim decet, vt stultus melioris, quàm peritus conditionis existat.* Opponitur enim stultus perito. & *Gloss.* in *summa distinct.* 51. verbo *adiecit quoque* in finalibus verbis ad rem rationem afferens: *Quia non debet esse melioris conditionis peccans, quam non peccans.* Concinitque Venuleis libro 2. Interdictorum in *l. Seruius etiã clam facere eum ait, qui existimare debet, sibi controuersiam futuram* 4. *ff. quod vi, aut clam.* in ratione quam infert: *Quia non opinionem eius, & resupinam existimationem sequi oportet: Ne melioris conditionis sint stulti, quam periti.* Opponit enim, & hic stultum perito. & refert *Glos.* in *cap. si verè* 34. qui est Innocentii Tertii Vniuersis Cruce signatis *extra de sententia excommunicationis.* ad verba illa: *Si aliter fieret, videremini vos damnum ex pœnitentia, ipsi vero præmium ex contumacia reportare.* verbo *reportare.* in fine dicens: *Nec stulti debent esse melioris conditionis, quam periti. & quia delinquunt, nõ debet esse eorum conditio melior.* sequitur *Rota decis.* 66. *nu.* 4. *post primum volum. Consiliorum Farinacii* coram *Seraphino.* & *Riccinllus de iure personarum extra gremium lib.* 4. *cap.* 56. *num.* 2. vide, quæ diximus *respons.* nostra 37. *à num.* 1. *part.* 5.

Stultus in culpa, sapiens erit in pœna ex Gregorio in pastorali in *can. qui ea, quæ Dei sunt sapiunt, à Domino sapiuntur.* 10. *in fine distinct.* 38. dicente: *Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.*

Stuprũ propriè est illicita virginum defloratio: quando videlicet non pręcedente coniugali pactione, vtriusque voluntate virgo corrumpitur, patre iniuriam ad animum statim post cognitionem non reuocante. Ita definit Gratianus in *can. lex illa præteritorũ Principum ibi raptum dixit commissum esse* 2. §. *cum autem hęc illicito coitu sit corrupta* 36. *quæst.* 1. ibique *Glossa* verbo *propriè.* inferens: *Benè dixit propriè: nam & alias stuprum dicitur committi in vidua, in virgine, vel puero.* ex Paulo libro 5. sententiarum in *l.* 1. §. *qui puero stuprum ff. de variis criminibus.* Quod in his pudendarum

ftactura perficiatur. ex Modeſtino libro 1. Regularum in *l. ſtuprum committit 34. §. adulterium ff. ad legem Iuliam de adulterijs & ſtupro.* verbis edicens: *Stuprum in vidua, vel virgine, vel puero committitur.* deduximus *reſponſ.* noſtra 59. *nu.* 25. & 26 & *nu.* 63. *parte* 5.

Suadere plus eſt quam compellere. ex Ioanne Octauo Cœnomatico Vticenſi Epiſcopo in *can. minor minus doctam ſcientiam tuam.* 4. *ad medium diſtinct.* 50. verbis illis: *Imo quod eſt ineptius nobis ſuadere velle, vt ipſi tali præſumptioni præberemus aſſenſum.* vbi *Gloſſ.* verbo *ſuadere.* infert: *plus eſt ſuadere, quàm compellere. & plus punitur ſuaſor, quam faciens.* Argumento ex Gregorio Ianuario Epiſcopo in *can. tanta nequitia ad aures meas de tua ſenectute peruenit* 24. *diſt.* 86. ad finem ex verbis illis: *Eos vero, quorum conſilia hæc egiſti, in duobus menſibus excommunicatos eſſe decernimus.* vbi *gloſſ.* verbo *excommunicatos.* Argumentum deducit: *Quod quandoque magis puniuntur conſiliarijs, quàm facientes.* Quia nimirum ex Vlpiano libro 23. ad Edictum in *l.* 1. §. *perſuadere autem ff. de ſeruo corrupto.* dicente: *Perſuadere autem eſt plus, quàm compelli, atque cogi ſibi parere. Sed perſuadet etiam bonum conſilium quis dando: poteſt ſuadere, & malum. Et ideo Prętor adiecit, dolo malo, quo eum deteriorem faceret. Neque enim delinquit, niſi qui tale aliquid ſeruo perſuadet, ex quo eum fecit deteriorem.* Suadere igitur plus eſt, quàm compellere.

Subdiaconi, qui hypodiacones græcè nuncupantur, nos ſubdiaconos dicimus, quia ideo ſic appellantur, quia ſubiacent pręceptis, & officiis Leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipſi ſuſcipiunt, & Leuitis ſuperponendas altaribus deferuntur. Hi apud Hebræos Nathinæi vocantur. Iſidorus libro 7. Etymologiarum cap. 12. in *can. cleros, & clericos hinc appellatos credimus* 1. §. *presbyter grecè, latine ſenior, interpretatur. diſt.* 21.

Ad Subdiaconum pertinet Calicem, & Patenam ad altare Chriſti deferre, & Leuitis tradere, eiſque miniſtrare; Vrceulum quoque, & aquam, mantile, & manutergium tenere; Epiſcopoque, & Presbytero, & Leuitis pro lauandis ante altare manibus aquam præbere. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus in Epiſtola ad Ludifredum in *can perlectis ſanctitatis tuę litteris gauiſus ſum* 1. §. *ad ſubdiaconum pertinet calicem & patenam diſt.* 25.

Subdiaconi prius in Oriantali Eccleſia vxores ducebant, ſed poſtmodum ſtatutum fuit vt non ordinetur quis ſubdiaconus, niſi continentiam profeſſus fuerit. ex Gratiano in *can. de ſyracuſanę Vrbis Antiſtite optaueramus* 23. 9. *Ecce hac auctoritate electus in Epiſcopatum &* §. *in laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus conſtitutus diſt.* 28. decreuitque Gregorius Petro Subdiacono Siciliæ ſcribens in *can ante triennium ſubdiaconi omnium Eccleſiarum Sicilię* 1. *diſt.* 31. præcipiens: *Vnde videtur mihi, vt à præſenti die Epiſcopis omnibus dicatur, vt nullum Subdiaconum facere, pręſumant, niſi, qui ſe victurum caſte promiſerit.*

Subdiaconatus tempore Apoſtolorum inter ſacros ordines non computabatur, poſtmodum vero decreuit Vrbanus Papa in *can. nullus in Epiſcopum eligatur, niſi in ſacris ordinibus religioſè viuens fuerit inuentus* 4. *diſt.* 60. rationem afferens: *Quia & ipſi altaribus miniſtrant.* Vnde ex hoc ſubdiaconus poteſt eligi in Epiſcopum; ſi tamen ſ ectatę ſit religionis, & ſcientiæ ibidem Archidiaconus vero ordinari non poterat. ex Innocentio II. in Concilio Romano in *can. innouamus autem & præcipimus.* 3. *eadem diſt* 60.

Subſcriptio in aliqua ſcriptura vt publica ſit, & authentica, vel cum tabellariorum ſubſcriptione roborata eſſe debet; vel ſi (ciuitas tabellarios non habeat) cum trium teſtium ſubſcriptione. ex Gratiano in *can. placuit, vt quicumque Epiſcopi* 15. §. *hęc de pręſcriptionibus decennij, vel vicennij.* 16. *q* 3. vbi *Gloſſ.* verbo *ſubſcriptione.* Quæ argumentum deducit, *Quod Inſtrumento habenti ſubſcriptionem trium teſtium ſtandum eſt, etiam ſi per tabellionem confectum non ſit. argumento C. qui potiores in pignore habeantur l. penult. Hodie autem duo teſtis æquipollent tabellioni. vt extra de probationibus. quoniam contrà* ita Gloſſa.

Subſcriptio requiritur in electione facta de Epiſcopo. ex Gregorio Ioanni ſubdiacono in *can. quanto Apoſtolica Sedes, Deo auctore, cunctis prælata conſtat Eccleſijs* 10. *paulo poſt initiū diſt.* 63. dicente illo: *Sed quoniam eadem non fuit ſubſcripta relatio.* ibique notat *Gloſſ.* verbo *relatio.* ex quibuſdam dicentium; electionem nō adhuc ſubſcriptam poſſe variari non verò poſt ſubſcriptionem.

Subſcriptio quoque requiritur in Conſtitutionis alicuius promulgatione, vt firmitatem obtineat. ex Symmacho Papa In Synodo Romæ præſidente in *can benè quidem fraternitas veſtra Eccleſiaſticis legibus obſecuta* 1 *poſt principium* §. *quorum exceſſus enarrare difficile eſt. diſt.* 96. verbis edicente de conſtitutione quodam. *In qua nullus Romanæ Eccleſiæ, nec interfuit, nec ſubſcripſit Antiſtes, per quem potuiſſet ſortiri legitimam firmitatem.* vbi *Gloſſ.* verbo *vel ſubſcripſit.* argumentum infert: *In contractibus rerum Eccleſiaſticarum non ſufficere conſenſum Clericorum: nec in alienationibus, niſi ſpecialiter ſubſcribant* plura cumulauimus in hac materia *reſponſ.* noſtra 32. *nu.* 7. & *ſequentibus parte* 5. Nec diſſimiliter decreuit Hilarius Papa Romanæ Synodi pręſidens in *can. quod quis cōmiſit illicitè* 3. *in fine.* 35. *q.* 9. excipe præcipientem: *Quod, vt deinceps poſſit tenacius cuſtodiri, ſi placet, ſententias, cauſas, & ſubſcriptiones proprias omnes cōmodate, vt Synodali iudicio aditus claudatur illicitis.*

Subſcriptio quoque requiritur Epiſcoporum in Synodis. ex Gratiano in *can. Concilia ſacerdotum Eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias* 6. §. *hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis. ad finem. diſt.* 17. deducente deſcriptiones ſiue ſubſcriptiones: *Laurentius Eccleſię Mediolanenſis Epiſcopus hunc ſtatuto noſtro, in quo totam cauſam Dei Iudicio commiſimus, ſubſcripſi. Petrus Eccleſię Rauennatis Epiſcopus, ſub eiſdem verbis ſubſcripſit: & poſt eum* ſeptua-

*septuagintaquinque Episcopi.*

Subscriptio exquiritur clericorum in alienatione rerum Ecclesiasticarum, etiam per Episcopum facienda. ex Epistola Leonis Papæ Vniuersis Episcopis per Siciliam constitutis in *can. sine exceptione decernimus, ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere valeat* 52. *in fine* 12. *q.* 2. in fine concludendo: *Irrita enim Episcoporum venditio, & commutatio rei Ecclesiasticæ erit absque conuenientia & subscriptione Clericorum.* nos plura cumulauimus *respons.* nostra 32. *d. nu.* 7. *part.* 5 & non multo ante meminimus. Veluti etiam, si Episcopus seruum Ecclesiæ libertati donare voluerit, per communicationem subscribentibus sacerdotibus ad formam præscriptam in Concilio Toletano Quarto in *can. Episcopus, qui mancipium Iuris Ecclesiæ non retento Ecclesiastico patrocinio manumitti desiderat* 38. *eadem* 12. *q.* 2. præstare debebit.

Substantia rerum semper spectanda erit, sine enim substantia nec nomen habetur. ex Augustino in *can. quæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum* 5. *distinct.* 38. verbis illis: *Ex quibus omnibus, si vnum defuerit; sacerdotis nomen vix in eo constabit.* vbi Gloss. verbo vix. Rationem reddit: *Quia vbi res de est, nec nomen habebitur.* Concinit Damasus Papa ad Episcopos Africæ in *can. Chorepiscopi, tàm ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerãt Episcopis prohibiti* 5. *distinct.* 68. §. *nam non amplius.* dicens: *Et quod ratione caret, extirpari necesse est.* & in finalibus verbis: *Si nomen non habent, qualiter officium habebunt?* Quod ergo caret substantia, nec nomen habebit. Substantia enim rerum spectanda erit. ex Paulo libro 54. ad Edictum in *l. sequitur de vsucapione dicere* 4. §. *si ex lana furtiua vestimentum feceris ff. de vsucapionibus, seu vsurpationibus.* verba damus Pauli: *si ex lana furtiua vestimentum feceris: verius est, vt substantiam spectemus: & ideo vestis furtiua erit.* & ita ex hoc loco, quod substantia rerum semper spectanda erit, deducit *Petrus Gregorius Tholosanus commentariorum Syntaxis artis mirabilis tomo* 1. *lib.* 5. *cap.* 2. in initio. verbis dicens: *Paulus substantiam considerandam esse scribit.* & ideo

Substantia actus remota, remouetur & ipse actus. ex *Abbate in cap. finali num.* 4. *de conditionibus appositis. Rota apud Card. Seraphinum; decis.* 269. *num.* 2. Quia nimirum

Substantia rei, si certa erit, nomen extrinsecum non attenditur. ex Vlpiano libro 3. ad Sabinum in *l. siue ingenua sit mater, siue libertinam, habebit Tertylliani commodum.* 2. §. *sed si sint sui hæredes, verùm hæreditas ad eos non pertineat. ff. ad senatus Consultum Tertyllianum.* verbis edicente: *Africanus, & Publicus tentant dicere: in casu, quo se abstinent sui, matrem venire: vt tunc ei obstent, quoties rem habent, ne nudum nomen sui hæredis noceat matri. quæ sententia æquior est.* Quia substantia rei attendenda est, non verba. *Mariscottus variarum resolutionum lib.* 2. *cap.* 71. *num.* 8. *Rota part.* 2. *in recentioribus decis.* 254. *num.* 5. Quia vt Paulus libro 2. ad Vitellium rationem reddit in *l. pediculis argenteis adiuncta sigilla ænea* 34. §. *Labeo testamento suo Neratiæ vxori suæ nominatim leganit vestem, mundum muliebre ff de auro & argento legato, mundo, ornamentis, vnguentis, vestibus, vel vestimentis, & statutis legatis,* dixit: *Sed non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio.* deducitque Card. *Mantica de tacitis, & ambiguis Conuentionibus tom.* 2. *libro* 13. *tit.* 23. *num.* 14.

Substãtia si absit subsistere nihil potest. ex Innocentio Tertio in *cap. tua nos duxit fraternitas consulendos* 26. *in fine. de sponsalibus & matrimoniis.* dicente rationem: *Cùm in eo, nec substãtia coniugalis contractus, nec forma contrahendi coniugium valeat inueniri.* vbi *Gloss.* verbo *forma* notat, *quod ad esse matrimonii duo sunt necessaria, scilicet substantia, & forma. sicut ad esse hominis: pro substantia est ibi consensus & pro forma verba ad exprimendum consensum deputata.* plura deducit *Couarruuias de sponsalibus part.* 2. *cap.* 3. §. 1. *num.* 1. Prius igitur de substantia rei quærendum, postea verò de qualitatibus. *Baldus cons.* 465. *num.* 1. *lib.* 4. *Gratianus forensium disceptat. part.* 4. *cap.* 657. *num.* 39. & *part.* 5. *cap.* 988. *num.* 16. *Menochius de arbitrariis Iudicum q.* 11. *num.* 7. *lib.* 1. *Rota apud Manticam decis.* 254 *num.* 2.

Substantia vna, eademque diuerso iure censeri non debet. Dixit Innocentius Tertius Londonien Archiepiscopo Apostolicæ sedis legato scribens in *cap. quia circa* 22. *in fine extra de priuilegiis, & excessibus priuilegiatorum.* verbis inferens: *Nec debet vna, eademque substantia diuerso iure censeri.* Nec diuerso modo Iabolenus libro 9. Epistolarum in *l. eum, qui ædes mercatus est non puto aliud, quàm ipsas ædes possidere.* 23. *in fine principii ff. de vsucapionibus seu vsurpationibus.* Rationem reddens, ac dicens: *Quod absurdum, & minimè iuri Ciuili conueniens est, vt vna res diuersis temporibus vsucapiatur.* & in fine subsequens: *Neque enim recipi potest, vt eadem res, & vt res soli, & tamquam mobilis sit possessa.* Quod sane principio congruit philosophico Substantiæ susceptibiles subr contrariorum, vnum, & idem numero permanentes: sed non eodem tempore, verùm, vnum post aliud. prosequitur *Petrus Gregorius Tholosates Commentariorum Syntaxis artis mirabilis tom.* 1. *lib.* 5. *cap.* 4 *in fine.*

Substantia rei illud est, sine quo res ipsa esse non potest & si desit, res non est. Facit hanc rem claram tibi Pomponius libro 8. ad Sabinum in *l. nec emptio, nec venditio sine re qua veneat potest intelligi* 8. *ff. de contrahenda emptione et venditione, & de pactis inter emptorem, & venditorem conuentis, & quæ res venire possint.* & ibidem Vlpianus libro 50. ad Sabinum in *l. inter patrem, & filium.* 2. §. *sine pretio venditio nulla est.* eodemque modo Iustinianus Cæsar in §. *pretium autem constitui oportet Institutionibus de emptione, & venditione.* dicens: *Pretium autem constitui oportet. Nam nulla emptio sine pretio esse potest.* ita sine substantia nihil est, & id de substantia dicitur esse, sine quo res ipsa non est. *Abbas in cap. cum I. & A.* 21. *de senten-*

*tia & re Iudicata num.10.verſ. & nota ſingulariter. Mynſingerius ſingularium obſeruationum centuria 4.obſeruat.52.num.4.*

Subrogatum naturam ſapit eius, cuius in locum ſubrogatur. ex Paulo libro 1. ad Paulutium in *l. ſi eum iudicio ſiſti promiſero, qui iam tempore liberatus eſſe dicebatur* 10. §. *qui iniuriam acturus eſt.* ad finem vſque *ff. ſi quis cautionibus iudicio ſiſtendi factis non obtemperauerit.* ibique *Bart.* ſummatium: *ſtipulatio alteri acceſſoria aſſumit ſibi naturam eius, cui accedit.* Concinit Celſus libro 18 aliàs 17. ad Sabinum in *l. item ſi fundi vſus fructus ſit legatus.* 10. § *ſeminarios autem fructus puto ad fructuarium pertinere. ff. de vſufructu, & quemadmodum quis vtatur, fruatur.* Nec diffiteri videtur quod Iuſtinianus Cæſar in *l. comperimus diuinus quidem fuiſſe diſpoſitum* 13. *in fine principij* C. de *proximis ſacrarum ſcriniorum*, cæteriſque qui in ſacris ſcrineis militant libro 12. verbis illis: Licet non dum redacta ſit quantitas priſtina, tamen alios pro ſe, quos elegerint, ſubrogandos adiutores petere. Subrogatus ergo naturam aſſumit ſubrogati. & in §. *illud etiam diſponendum duximus.* Apertius manifeſtat verbis dicens: atque hominem, nec non etiam rem ipſam continens, id eſt, quod inter adiutores ei, quem pro ſe ſubrogat, mereri permiſſum eſt. ibique notat Bartolus. plura notat ad regulam hanc *Iaſon in § fuerat Inſtitutionibus de actionibus à num. 4.* noſter *Maranta conſ. 143. num. 14. in 6 dubio in fine Aemylius Ferrettus conſ* 24 *num.* 28. *Afflictus deciſ.* 395 *num.* 10. *ibique Vrſillus Addens num* 8.

Subrogatum enim oſtendit eiuſdem eſſe naturę eius, cuius in locum ſubrogatur. ex *Paulo* lib. 35. ad Edictum in *l ſi donatę res extant* 37. §. *ſi ſponſus alienum annulum ſponſę muneri miſerit ff. de donationibus inter virum & vxorem.* Dicentem perpende: *Si ſponſus alienum annulũ muneri miſit, & poſt nuptias pro eo ſuum dedit. quidam, vt Nerua, putant fieri eum mulieris: Quia tunc facta donatione confirmare videtur, non inchoare nouam. quam ſententiam veram eſſe accepi.* Quia ſub rogatum eiuſdem eſſe naturę videtur cum eo, cui ſubrogatur. *Vincent. de Franchis deciſ.* 544. *num.* 12. *Rota apud Card Caualerium. deciſ.* 128. *num.* 4. & apud ſanctę memorię *Gregorium* 15. *deciſ.* 115. *num.* 3. & *deciſ.* 463. *num.* 3. & *deciſ.* 544. *nu.* 16. & 38. *Gabriel de regulis Iuris concluſ.* 2. potiſſimum vero ſi ſubrogatio facta ſit cum omnibus qualitatibus ad primordiale ſubrogatum requiſitis. ex *Rota in Vna Romana pretij 4. Iunij* 1597. *coram Gyptio deciſ.* 9. *num.* 2. *apud Zacchiam ad Galleſium de obligatione Camerali.* & *Rota apud Caualer. deciſ* 277. *nu.* 1. & *deciſ* 579. *nu.* 3. *Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium part.* 2. *lib.* 9. *cap.* 13 *q.* 4. *in* 7 *caſu. Rota apud Duranum deciſ.* 339. *num.* 77. *in fine part.* 3.

Succeſſio dari non debet in Eccleſiis, atque Beneficiis & dignitatibus Eccleſiaſticis ex Innocentio Secundo in Concilio Romano in *can. Apoſtolica auctoritate prohibemus* 7. 8. *q.* 1. Rationem habes ex Hieronymo ibidem in *can. Moyſes amicus Dei* 6. probãte, quod Moyſes ſucceſſores principatus filios ſuos non fecit: *vt ſciremus* (inquiendo) *principatum in populos non ſanguini deferendum eſſe, ſed vitę.* concinit Gregorius in *can. nos, qui præſumus, non ex locorum, vel generis dignitate: ſed morum nobilitate innoteſcere debemus: nec Vrbium claritate, ſed fidei puritate.* 3. *diſtinct.* 40. Aliam habes rationem ex Ambroſio libro 4. ad caput 4. Lucę in *can. cito turpem ſequitur lepra mercedem, & pecunia corpus, animumque male acquiſita commaculat* 16. 1 *q.* 1. verbis profetente: *Vides, quia facto auctoris ſucceſſio damnatur hæredis.* de Giezi loquens: & paulo poſt: *Denique Moabitæ, & cæteri non intrabunt Eccleſiam, vſque ad tertiam, & quartam generationem; tandiù videlicet (vt ſimplicius interpetremur) donec culpam auctorum multiplicis ſucceſſio generationis aboleret.* Non itaque per ſanguinem dari ſucceſſio.

Succeſſori reſeruantur bona defuncti Epiſcopi, ita quidem vt ſi qui Clerici ex bonis defuncti ſubtraxerint prolixiori anathemate condemnantur. ex Concilio Ilerdenſi in *can. hac huius placiti conſtitutione inter nos cenſura placuit cuſtodiri.* 38. 12. *q.* 2. parique modo in Concilio Chalcedonenſi definitum fuit in *can. non liceat Clericis poſt mortem Epiſcopi ſui ſui rapere res pertinentes ad eum.* 43. *eadem* 12. *q.* 2. decreuitque Gregorius Maximiano Syracuſano Epiſcopo ſcribens in *can. charitatem tuam commonere curauimus.* 45. *eadem* 12. *q.* 2. præcipiens, vt nec etiam pro conficiendo inuentario aliquid accipiatur. Hodię verò non ſucceſſori reſeruantur, ſed Camera ſuccedit Apoſtolica. vide plene *Quarantam in ſumma Bullarum* verbo *ſpolia clericorum.*

Succeſſor tamen, ſicut & hodie Camera, tenetur ad debita neceſſaria. quæ contraxit prędeceſſor, pro neceſſitate Eccleſiæ, præſertim verò pro ſuæ perſonę ſubſtentatione, vel valetudinis conſeruandę: quia Eccleſia inre ſuum miniſtrum alit, & conſeruat. ex Alexandro Tertio Decano, & Capitulo Mirinen in *cap.* 1 *extra de ſolutionibus.* Diſponendo: *Sicut filius debita patris ſoluere tenetur; ita Prælatus ſui prędeceſſoris pro Eccleſię neceſſitate contracta.* Rationem reddit *Gloſſa* ibidem verbo *prędeceſſoris.* ſubnectens: *Eſt enim quaſi hæres ipſius.* ex Ambroſio ad Marcellinam ſororem in *can. conuenior ipſe à comitibus, & tribunis* 21. §. *Nabuthe ſanctum virum* 23 *q.* 8. Decreuitque Bonifacius VIII. in *cap. pręſenti prohibemur edicto* 9. *ſiue finali.* §. *porrò vbi ex priuilegio de officio ordinarij in* 6. verbis edicens, atque declarans; *hoc de illis bonis debet intelligi, quę ſolutis debitis, ſi quę ſint, & his, quę fuerint neceſſaria pro ſeruitoribus, & miniſtris, atque incumbentibus oneribus, vſque ad nouos redditus, ſupportandis cõgruè reſeruatis; & ipſi reperta fuerint ſupereſſe.* ibique notat *Gloſſ.* verbo *debitis. Abbas conſ.* 10. *lib.* 2. *Nauarrus de ſpolijs Clericorum* §. 10. *num.* 6. *Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *q.* 3. deduximus nos alijs relatis *reſponſ.* noſtra 57 *à num.* 13. *part.* 5. *Puteus deciſ.* 43. & 44. *libro* 2.

Succeſſio in iure patronatus Eccleſię in ſtirpes

darur.

datur; non in capita nisi primi fuerint fundatoris descendentes, quia isti in capita succedunt descendentes verò ab eis in stirpes, nam omnes descendentes ab vno ex duobus, ipsius vnius, cui succedunt loco habentur, & pro vna voce computantur. ex Clementis V. in Concilio Viennen dispositione in *Clement. plures* 2. *sint finali de Iure patronatus*. ibique *Gloss.* verbo *plures*. diximus *respons.* nostra 14. *nu.* 2. *part.* 2. & *respons.* 70. *nu.* 9. *part.* 5.

Successor non tenetur stare locatione per prędecessorem facta de bonis Ecclesię, etiam si ad tempus facta fuerint à iure statutum; nisi tamen pro anno iam cœpto. ex Alexandro Tertio Exonen Episcopo in *cap. querelam Magistri G.* 4. *fine finali. extrà ne Prçlati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant* ibique *Glossa* verbo *statutum terminum*. noster *Marania cons.* 96. plura *Barbosa* in collectanea Doctorum ad sacrum Tridentinum *sessione* 25. *cap.* 11. *de reformat. num.* 9. & *de officio & potestate Episcopi allegat.* 94. *per totam*.

Successor mutare potest factum prædecessoris ob subditorum, vel commodum vel grauamen, vel ob aliam iustam Causam. ex Gregorio Petro Subdiacono Siciliæ in *can. ante triennium subdiaconi omnium Ecclesiarum Siciliæ* 1. *distinct.* 31. Sicut etiam propter manifestam iniquitatem. ex eodem Gregorio Ioanni Corinthiorum Episcopo in *can. nouit sãctitas tua; Quia prius pallium, nisi data commodo, non dabatur* 3. *distinct.* 100. Vnde est quod successor in Episcopatu poterit reuocare concessionem per prędecessorem factam, non seruata forma Canonum sacrorum: ex *cap.* 2. *ne Prçlati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant*. ibique notati deducit *Afflictus decis.* 101. *nu.* 2. vbi fuit decisum non potuisse Episcopum concedere Bancam ad vitam notarii in præiudicium successoris. limitat ibidem *Vrsillus*. nisi facta fuisset ob benemerita cum consensu Capituli *num* 1. sed absolute non potest prędecessor disponere de bonis mensæ in præiudicium successorum: Quia bona sua non sunt. ex Concilio Ilerdensi in *can. hæc huius placiti constitutione inter nos censura placuit custodiri*. 38. 12. *q.* 2. & ibidem ex Gregorio Maximinno Syracusano Episcopo in *can. charitatem tuam commonere curauimus*. 45. & ex Innocentio Papa II. in Concilio Lateranensi in *can. illud, quod in sacro Calcedonensi Concilio constitutum est, irrefragabiliter conseruari præcipimus* 47. *eadem* 12. *q.* 2.

Successor in Beneficio tenetur soluere pensiones non solutas per prędecessorem: Quia Pensio est onus reale, & possessorem prosequitur, siue beneficium, cui imposita est. ex Moguntinensi Concilio in *can. si quis laicus, vel clericus, vel vtriusque sexus persona* 42. 16. *q.* 1. ibique *Glossa* verbo *inde extrahere*. in ratione, quam reddit: *Res enim transit cum onere suo*. pręsertim verò factis diligentiis per pensionarium aduersus prædecessorem Beneficiarium. ad doctrinam Africani libro 7. Quæstionum in *l. quæsitum est, si tùm in annos decem proximos vsum fructum de te dari stipulatus es-sem* 44. *ff. de vsufructu, & quemadmodum quis vtatur fruatur*. verba sunt African: *Quęsitum est, si cum in annos decem proximos vsum fructum de te dari stipulatus essẽ, & per te steterit, quo minus dares, & quinquennium transit: quid Iuris sit? Item, si Stichi decem annorum proximorum. Operas de te dari stipulatus sim, & similiter quinquennium præterisset? Respondi eius temporis vsum fructum, & operas rectè peti: quod per te factum esset quòminus darentur*: notat *Franchus in cap. vltimo* §. *finali num.* 3. *de officio ordinarii in* 6. *Geminianus cons.* 3. *num.* 2. *de censibus*. *Gigans de pensionibus q.* 40. *num.* 2. *Rota* apud Card. *Manticam decis.* 224. *nu.* 1. & *decis.* 273. *nu.* 2. & *part.* 2. *in recentioribus decis.* 352. *num.* 1. & 2. quæ est in Impressis apud Sanctæ Memorię *Gregorium* 15. *decis.* 507 quam refert *Campanilis in diuersorio Iuris canonici rubrica* 11. *cap.* 14 *num.* 20. *Rota apud Duranum decis.* 359 *num.* 1. *part.* 2. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *libro* 8 *cap.* 8 *q.* 14. & *q.* 15 *Darius de resignat. beneficiorum libro* 2. *q.* 8 *num.* 30 *Gratianus forensium disceptationum part.* 1 *cap.* 94 *quoad* 3. *à num.* 51 *ad* 60. *Vincent de Franchis decis.* 107. *nu.* 14.

Suffragia pro defunctis, quę offert Sancta Mater Ecclesia prosunt eis: qui in statu sunt saluationis purgantes pro pœnis non satisfactis, siue altaris, siue orationum, siue eleemosynarum sacrificijs solemniter supplicamus. ex Augustino libro de agenda Cura pro mortuis in *can. non æstimemus ad mortuos pro quibus curam gerimus, peruenire, nisi quod pro eis* 19. 13. *q.* 2. vbi sequitur debere suffraggia fieri pro omnibus, non quod omnibus prosint. verba sunt Augustini: *Sed quia non discernimus, qui sint; oportet ea pro regeneratis omnibus facere: vt nullus eorum prætermittatur, ad quos hęc beneficia possint, & debeant peruenire. Melius enim supersunt ista eis, quibus nec obsunt, nec prosunt, quàm eis deerunt, quibus prosunt. Diligentius tamen facit hoc quisque pro necessarijs suis, quo pro illo fiat similiter à suis* & ibidem Gregorius Papa Secundus Bonifacio Episcopo *can. pro obeuntibus quippe consuluisse dignosceris* 21. respondit: *Sancta sic tenet Ecclesia, vt quisque pro suis mortuis verè Christianis offerat oblationes, atque presbyter eorum memoriam faciat*. in fine subdens: *Non tamen pro impijs (Quamuis Christiani fuerint) tale quid agere licebit*. ibique *Gloss* verbo *pro impijs*. cum euidens est aliquem decessisse in mortali:

Suffragia pro mortuis ex eodem Gregorio Secundo in *can. animę defunctorum* 22. *eadem* 13. *q.* 2. verba referimus: *Animę defunctorum quatuor modis soluuntur; aut oblationibus sacerdotum; aut precibus sanctorum, aut charorum eleemosynis, aut ieiunio cognatorum*. hæc verò suffragia quæ offert Sancta mater Ecclesia prosunt ad Impetrationem. Non quod ipsa ex se potestatem obtineat ad liberandum, cum in eos potestatem non habeant; sed quod eos sua ope, & auxilio subleuẽt. Nam ex Hieronymo in Epistolam ad Galatas in *can. in præsenti seculo scimus siue orationibus, siue consilijs inuicem posse nos coadiuuari*. 20. *eadem* 13. *q.* 2. subsequẽdo: *Cùm autem ante tribunal Christi venerimus*

non

*non Iob, non Daniel, nec Noe, rogare posse pro quemqnam; sed vnumquemque portare onus suum.* Vnde Ecclesia dicitur liberare per modum suffragij mortuos, quia intercedit deprecando, & sacrificia offerendo, & opera pia, orationes, ieiunia, & eleemosynas. Nam per modum absolutionis non potest, cum in illos iurisdictionem non obtineat, alterius fori effectos, id est Dei. *Quodcumque ligaueris super terram* (Petro dixit, Dominus) *erit ligatum, & in cœlis, & quodcumque solueris super terram erit solutum, & in cælis.* prosequitur *Couarruuias in cap. alma mater part. 1. §. 5. num. 11.* & post alios *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10 cap. 22. q. 10.* & *part. 2. lib 5. cap. 26. q. 4. & 5. Nauar. de Indulgentijs notab. 22. à num. 30. cum sequentibus. Card. Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 6. cap. 26. num. 2. 3. & sequentibus.* diximus *respons.* nostra *4. à n. 41. cum sequentibus parte 1.*

Suffragia pro defunctis facta ab existenti in peccato mortali prosunt illis, qui sunt in purgatorio. ex *S. Thoma in 4. distinct. 45. art. 1. q. 2.* & in *2. q. 41.* sequitur *Nauar. manuali cap. 3. num. 7. vers. tum quod etiam idem S. Thomas post magistrum in 4. & de Indulgentijs & Iubileo notab 22. à num. 30 cum sequentibus.* Deducitur ex Augustino contra litteras *Petiliani* libro 2. in *can. Dominus declarauit in vno catu hominum 87. §. memento ergo sacramentis Dei nihil obesse mores malorum hominum, quo illa vel omnino non sint, vel minus sancta sint 1. q. 1.* prosequitur *Pater Bernardinus de Bustis part. 2. sermonum. sermone 2. in 3. parte sermonis §. sed hic quæri posset vtrum suffragia facta pro defunctis. fol. mihi 31. & 32.* vbi in fine concludit: *Et ideo omnes, non solum boni, sed etiam scelerati peccatores debent pro defunctis orare, & ieiunare, atque eleemosynas, & alia opera pietatis facere.* Et Nos hoc sequamur consilium.

Suffragia, quę pro defunctis fiunt, si illi sunt iam in patria felicitatis, prosunt ad gratiarum actionem, sicut etiam pro puero recens baptizato mortuo, non lanè ad expiationem animę illius, sed ad gratias agendas *Deo.* ex *Alexandro de Ales part. 4. q. 42. art. vltimo. Gabriel in can. missę lect. 57.* Sicut etiam ad augendum gaudium accidentale mortuorum, qui regnantes in Cœlo plurimum gaudent, quod amici eorum tam pia pro eis agentes Deo gratiores fiant: & quod *Deus* honoretur: & quod animę aliæ purgatorii iuuentur. *Nauarrus de Iubileo & indulgentijs. d. notabili 22. num. 50. vers. Alia quoque antiquę. Heriquez in summa lib. 9. cap. 14. §. 2. Ioannes Azorius Institut. moralium lib. 10. part. 1. cap. 22. q. 5.*

Suffragia defũctorum ex Ambrosio in libro de obitu Theodosii Imperatoris relato in *can. quia alij tertium diem 24. 13. q. 2.* agi consueuerunt: *Quia alij tertium diem, alij tricesimum, alij septimum, alij quadragesimum obseruare consueuerunt.* Quod probat auctoritate Genesis, & *Deutoronomii.*

Suffragia defunctorum ab illis relicta, qui negligunt, & retinent & Ecclesiis tradere demorantur, vt infideles sunt ab Ecclesia abijciendi: quia vsque ad inanitionem fidei peruenire certum est hanc pietatis diuinę exacerbationem: quia & fideles de corpore recedentes votorum suorum plenitudine, & pauperes consolatu alimonię, & necessaria substentatione fraudantur. verbis dicimus Concilij Vasensis I. in *can. qui oblationes defunctorum retinent, & Ecclesijs tradere demorantur. 10. 13. q. 2.* inferendo subsequenter rationem, in exacerbationem facti: *Hi enim tales, quasi egentium necatores, nec credentes Iudicium Dei habendi sunt.* Nec dissimiliter ibidem ea Concilio Agathensi in *can. Clerici, vel seculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut testamento relictas retinere persistiterint. 11.* sicut Sancta Synodus constituit, velut necatores pauperũ, quousque reddant excludantur Ecclesijs. Quia sacrilegi sunt. ex *Gloss.* ibidem verbo *excludantur.* Quoniam interim donec, quæ fideles reliquerint, nisi executa fuerint, vi, & efficacia eorum animę a pœnis purgatorii nõ liberantur. Nam & si prosunt eis, quòad meritum, quam reliquerunt suffragia, si in gratia fuerunt, cũ reliquerunt illa, non vero quo ad effectum post mortem consequendum ex operato. post S. *Thomam in supplemento 3. partis q 71. art. 6.* & in *4. distinct. 45. q. 2. art. 2. ad 2. q. in respons ad 4.* & *quodlibeto 6. quęst. 8. art. 13. Turrecremata d. can. qui oblationes.* Diximus alias referentes *respons.* nostra *4. nu. 77. part. 1. & respons. 44. nu. 28. part. 5.*

Suffragia pro pluribus oblata, tantum cuique prosunt, atque omnibus probant. ex Hieronymo in *can. non mediocriter errant, qui bono magno prę ferunt mediocre bonum 24. de consecratione dist. 5.* verba sunt Hieronymi: *Dum igitur pro cunctis animabus psalmus, vel missa dicitur, nihil minus, quàm si pro vnoquoque ipsorum diceretur accipitur.* sed *Gloss.* ibidem verbo *dum igitur.* in dubium propositionem, siue intelligentiam reuocat, aliorum sententias reportando. ibique *Archidiacon.* & *Turrecremata.* Ab omnibus tamen recepta sententia est. Quod pro multis oblata, non tantundem valent multis, præsertim vero quoad solutionem pœnarum Purgatorii, & satisfactionem, ac si specialiter pro vno quoque fierent quia finito modo non infinito applicantur. *Abbas cons. 99. col finali. nu. 6. part. 2.* & ex communi refert *Couarruuias in cap. alma mater de sententia excommunicat. in 6. parte. 1. relectionis §. 5. nu. 9.* & hanc tuetur sententiam pluribus rationibus contra *Prapositiuum* eiusque sequaces Frater *Bernardinus de Bustis p. 2. sermonum. sermone 2. in 2. parte sermonis. §. sed hic quæritur. numquid suffragia facta pro vno prosint æqualiter. fol 25. & 26.* ex S. *Thoma in 4. dist. 45. q. 2. art. 4.* & nos prosecuti fuimus *respons.* nostra *4. num 46. & sequentibus. part. 1.* alios referentes pro hac sententia, quę communis est.

Superbia est aliis se prę ferre, prę sertim vero maioribus, cum alias ratione humilitatis æquales sumus omnes ex Gregorio Ioanni Episcopo Syracusano in *can. de Constantinopolitana Ecclesia quod dicunt 4. distinct. 22.* Vnde

iure

iure idem Gregorius in Ezzechielem homilia 9. in *can. quid est hoc, quod prophetę iacenti, dicitur: Sta supra pedes tuos, & loquar tecum 17. ad finem dist. 50.*

Superbiæ verticem appellauit dicens: *Nam quia adhuc ex superbiæ vertice flamus, cùm de æternitatis timore aliquid sentire cœperimus, dignū est, vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatē nostram subtiliter cognoscentes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.*

Superbia est officia aliis debita sibi vsurpare, meritò officia potestatis Deus distinxit, volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia in inferna demergi. vti Nicolaus Papa I. epistola 7. ad Michaelem Imperatorem contestatus fuit in *can. quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus 8. dist. 10.*

Superbia est eorum, qui se extoliunt aduersus scripturas, & Ecclesiasticos canones, & noua introducunt præcepta. Sicuti qui in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simpliciùs viuunt. ex Grangensi Concilio cap. te vltimo in *can. hac autem scripsimus 16. dist. 30.* ibidemque ex eodem Concilio cap. 20. in *can. si quis per superbiam. 9.* superbia est se perfectum existimare, aliosque contemnere, & quæ benè alii faciunt spernere, & condemnere. sicuti superba est, compassionem non habere. ex Gregorio in *can. vera iustitia compassionem habet; falsa verò dedignationem 15. dist. 45.* subsequente: *Quamuis & Iusti soleant rectè peccatoribus dedignari. Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ, aliud, quod Zelo disciplinę.*

Superbia inflat, & facit, vt quod prouisum est ad concordiam, tendat ad noxiam. Vnde aduersus corrigendos inflantur, quia dominari magis, quam consulere subditis quærunt, cùm quandoque plus erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio; plus charitas, quàm potestas. vt Leo Papa ad Anastasium Episcopum Thessalonicensem scribit in *cam. licet non numquam accidat 6. dist. 45.* Nam

Superbia est arroganter subiectos corrigere. Talis enim loquela non illuminat cœcum, nō sanat ęgrotum, non curat infirmum; sed magis occidit. & in desperationem periclitantē mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere; quàm per austeritatem in foueam perditionis fluctantes propellere ex Hieronymo in 4. Threnorum in *can. recedite, inquiit polluti recedite, & abite 16. dist. 45.* eodemque modo Gregorius in moralibus in *can. hoc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciant inferre quod docent 1. distinct. 46.* rationem reddens: *In verbis enim eorum proditur, quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmina residere: eoque, quos docent, vt longe infra se positos, veluti in imo respiciunt: quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur.*

Superbia non minima est, sine meritis præfici velle, vel ordinari, vt statim dux esse debeteret, eùm tyro ante non fuerit, & priùs velit docere, quàm discere. ex Zozimo Papa ad Isichium Salonitanum Episcopum in *can. si officia secularia, principem locum 2. distinctione 59.*

Superbia homines in bruta mutat. Augustinū ad Bonifacium scribentem excipe in *can. miror, quomodo tam subito fidei murum aries ruperit inimici 8. 17. q. 4.* ita nempe fatur: *Nabucodonosor Regem intende; qui causa superbię in bouem est ex homine commutatus.* Ratio autem quare Nabucodonosor mutatus fuit, Pharao vero periit idem reddit Augustinus in *can. Nabucodonosor pœnitentiam meruit 22. in fine 23. q. 4.* dicens: *Quod vnus manum Dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra Dei misericordissimam veritatem pugnauit arbitrio.* Humiliemur ergo sub potenti manu Dei. Superbia est, si quis simulara affectione doctrinę, aut humilitatis, vt misericordiæ superioris sui merita obumbrate prę sumat. Nam is à vero deuius superbit. *Quoniam veritatis ea est regula, vt nihil facias commendandi tui causa, quo minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerceas.* ex Ambrosio libro 2. de officiis in *can. si quis verò non obediat Episcopo, extollere, atque exaltare se desiderans 13. 11. q. 3.*

Superflua resecanda. Mediocritas autem in omnibus tenenda. Ita vt ipsa liberalitas sine mediocritate non laudetur. Ambrosium aduerte libro 2. officiorum in *can. pulchra etiam liberalitas est 18. distinct. 86.* ex verbis exeipias, quia ore profert ambrosiam: *Pulchra etiam liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quid quid ex affectu puro, & sincero promittur, hoc est decorum: non supeflnas ædificationes agredi, nec prętermittere necessarias. Et maxime Sacerdoti hoc conuenit ornare Dei templum honore congruo, vt etiam hoc cultu aula Dei resplendeat.* & ita prosequitur *Gloss.* in *cap. legebatur in litteris tuis. 3. in fine. extra de maioritate, & obedientia. verbo adnentus officio. in fine.* inferens ex textu: *Est hic argumentum pro superfluis resecandis* desert ex Concilio Toletano Tertio in *can. quia cognouimus Episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter deseuire 6. 10. q. 3.* imperando, ne Episcopi sint exactores diœcesis suę, nec damna infligant, sed moderatis contententur. inferens: *Ne videamur in Ecclesia Dei exactores potius, quàm Dei Pontifices nominari.* Concinit quoque quod Neratius. libro 79. ad Edictum in *l. hęc stipulatio, & in fideicommissis locum habet 14. §. Diuus quoque Pius ff. vt legatorum, seu fideicommissorum nomine caueatur.* in ratione quam refert: *per quàm iniquum esse, super vacua cautione onerare hæredem.* Quia nimirum superflua refrenanda, non multiplicanda.

Superfluitas resecanda: Quia *Nec satietas vmquam, nec finis aderit cupiditati.* ex Ambrosio in

6 *an*,

*can. sicut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas; sed passionis suę phantasias vident* 8. *distinct.* 47. in fine prosequente: *Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta suum non vsum, sed abũdantiam, & delitias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere: quàm cum possis, & abundens, indigentibus denegare*. Rationem reddit idem Ambrosius libro 2. de officiis in *can. aurum Ecclesia habet, non vt seruet sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus* 70, 12. q. 2. post principium dicens: *Non ne melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis. Non ne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum vnde ministrasses alimoniam.*

Superfluitas ciborum, & vini vitanda omnibus maxime vero *Altaris ministris*. Vnde dixit Apostolus ad Ramanos 13. scribens (*Non in commessationibus, & ebrietatibus.*) Ventris namque ingluuias ad luxuriam prouocat facilè, & omne opus bonum dissoluit. ex Gratiano in *summa distinct.* 44. inferente: *Hinc etiam Habuzardam Princeps coquorum muros Hierusalem dextruxisse legitur;* (4. Regum vltimo secundum Septuaginta) *Quia venter, cui multitudo coquorum deseruit, ędificia virtutum ad solum redigit*. ex Gregorio in pastorali cap. 10. part. 2. merito ex Hieronymo in Malacchiam in *can. Ecclesię Principes, qui delicijs affluunt* 4. *distinct.* 35. qui deliciis affluunt, lautisque conuiuiis, & multo labore epulis cõquisitis, eiicientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. *In omnibus autem talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est*. ex Augustino libro 3. de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prętereuntibus restrictius vtitur, quam se se habet vsus eorum, cum quibus viuit*. 1. *distinct.* 41. post medium prosequente: *Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens vtatur, insipiens autem fœdissima gulę flamma in vilissimum olus ardescat: & Sanius quisque maluerit, more Domini, pisce vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abraha, aut ordeo more iumentorum*. Rationem inferens: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vteudi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.*

Superfluitas ciborum, & abundantia morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum: magis autem & multò peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita pœnali. Excessus vero ciborum consumit, & putrescere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna: & tunc eum morte crudeli consumit. verba sunt Ioannis Chrysostomi in *can. nihil enim sic iucundum est, sicut cibus benè digestus* 28. *de consecrat. distinct.* 5. Nec diuersimode Hieronymus aduersus Iouinianum libro 2. in *can. ne tales accipiamus cibos* 29. *eadem de consecratione distinct.* 5. ad medium verbis edicens: *Vnde, & morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulæ, vomitu remediantur: & quod turpiter ingesserunt, turpius egerunt*. inferens etiam can. sequenti *legimus quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, conualuisse*. in fine prosequens: *Irridet Horarius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam*. Dicit enim Horatius

*Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.*

vt *Gloss.* ibidem verbo *irridet*. subnectit.

Superfluitas in sermone quoque damnatur. sacerdotis pręsertim ex Gregorio part. 2. pastoralis. in *can. sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo* 1. *distinct.* 43. ad medium §. *vestimẽta enim sacerdotis, quid aliud quam recta opera debemus accipere?* verbis prosequente; *Sed cum rector se ad loquendum pręparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si in ordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur; & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit: (Habete salem in vobis, & pacem habete inter vos.) per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait (Non plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem.)* (ad Romanos. 12. Ita Gregorius.

Superstitio, siue superstitiosum est, quidquid institutum est ab hominibus ad facienda, & colenda Idola pertinens; vel ad colendam sicut Deum creaturam, partemue vllam creaturę; vel ad consultationes, & pacta quædam significationum cum dœmonibus placita, atque fœderata, qualia, sunt molimina magicarum artium: quæ quidem commemorare potius, quam docere assolent pòëtę. Ita S. Augustinus libro 2. de doctrina Christiana in *can. illud, quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum est partim superstitiosum non est*, 6. 26. q. 1. subdens; *Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturę, atque remedia, quæ Medicorum quoque disciplina condemnat, siue in pręcationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibusdam rebus suspendendis, atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo; non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas.*

Superstitio est obseruare dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarii, aut aliquos menses, & tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, solisque cursum. siue etiam sortes, quæ dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium, quę enumerat Augustinus in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci* 16. & *can. quis ęstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tẽpora* 17. *siue finali* 26. *q.* 7.

Superstitiosus dicitur qui rebus prætereuntibus strictius vtitur quàm se se habent mores eorum cum quibus viuitur. non enim debet quis metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedere. *In omnibus enim*

tali-

*talibus non vsus rerum, sed libido vtentium in culpa est* ex Augustino libro 3. de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus pretereuntibus restrictius vtitur.* 1. *dist.* 41. meminimus verbo superfluitas.

Suspensione notantur, & officio atque beneficio omni Ecclesię carere decernuntur, qui post subdiaconatum vxoribus vacare voluerint. ex Vrbano II. in Concilio apud Melphiam in *can. eos, qui post subdiaconatum vxoribus vacare volunt.* 10. *distinct.* 32. & idem in canonibus sequentibus.

Suspensio de facto non datur nisi verum sit crimen, pro quo suspensio imponitur. ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis* 5. *sine finali in fine* 15. *q.* 8. verba deferente sacrę scripturæ (*Priusquam audias, ne iudicaueris quemquam*) Ecclesiastici 11. 8.) inferendo: *Atque ante probationem accusationis illasę neminem à tua communione suspendas: Quia non statim, qui accusatur, reus est, sed qui conuincitur criminosus.*

Suspensi sunt à diuinis & Presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi, qui concubinam indubitanter tenent, aut subintroductam mulierem, ita quidem, vt nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can. nullus missam audiat presbyteri* 5. *distinct.* 32. & confirmauit Alexander Secundus in *can. propter hoc autem pręcipiendo mandamus, vt nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere.* 6. *eadem dist.* 32. subnectens: vt nullus Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus missam cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia, cum his, qui pręfatę constitutioni inobedientes fuerint, maneat, neque partē ab Ecclesia suscipiat. concinit Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis finali* 15. *q.* 8. & notat *Glossa* ibidem verbo *sciscitantibus*. allegat textum in *d. can nullus. distinct.* 32.

Suspensi sunt, qui arrepti à dœmonibus in terram eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur; secus tamen qui corporis incomoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus in terram probantur elisi. Erunt tamen hi per anni spatium probandi per discretionem Episcopi, si inueniantur ab incursu dœmonum liberati. Ex Pio Papa in *can. communiter diffinimus* 3. *distinct.* 33. Qui vero, etiam Clerici, non sunt ordinati, ad anteriora ordinari prohibentur. ex Nicolao Papa in *can. clerici, qui in adolescentia à dœmonibus cognoscuntur obsessi* 4. *eadem* 33. *distinct.* Vnde ordinati à ministerio altaris mouentur, ne alijs fidelibus scandalum ingenerent. ex Gelasio Papa ad Vniuersos Episcopos per Lucaniam constitutos in *can. vsque adeo sanè comperimus illicita quaque prorumpere* 5. *eadem distinct.* 33.

Suspensi quoque sunt Simoniaci, quia sunt anathemate damnati, atque à participatione Christi Corporis, & Sanguinis alieni. ex Ambrosio in libro in pastorali in *can. reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri, mercari velle gratiam Spiritus Sancti* 7. 1. *q.* 1. Huiusmodi enim Sacerdotes esse non possunt. ex Gregorio in *can. quicumque sacros ordines vendunt, aut emunt sacerdotes esse non possunt.* 12. *eadem* 1. *q.* 1. verbis inferente: *Quomodo ergo si anathema sunt, & sancti non sunt, sanctificare alios possunt? Et cùm in Christi corpore non sint; quomodo Christi corpus tradere, vel accipere possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?*

Suspensi etiam sunt hæretici, & schismaticis quia extra vnitatem Ecclesię sunt. ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam rapina in diuisione est, non consecratus, sed execratus Episcopus.* 33. & *can. schisma siquidem ipsum, quod gracū nomen est, scissuram sonat.* 34. 24. *q.* 1.

Suspensi pariter sunt Clerici omnes negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminentes. *Quia ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse.* Ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est, vt illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio, nunciauit.* 2. *distinct.* 88 in fine decernente: *aut in quocumque gradu sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur: Quoniam domus Dei, domus orationis esse debet, & dici: ne per officia negotiationis potius sit latronum spelunca.* Nec etiam sub qualibet fraude excogitata possunt exerceri negotiationes. vt *Gloss* ibidem verbo *ingenio.* argumentum defert;

Suspēnditur Episcopus venationi volucrum, & bestiarum intendens, & si emendatus noluerit resipiscere, & inobediens fuerit. ita decernente Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum scribente in *can. quorundam relatione fidelium nostris est auribus intimatum, quod Lanfredus Episcopus, qui & iuuenis esse dicitur.* 1. *distinct.* 34. in fine inferendo: *Quod si in hoc contumax apparuerit, a ministerio cessare debebit.*

Suspenduntur Clerici Pręlatis suis non obedientes, quin ipsos contemnentes, & quærentes eorum merita obumbrare, vt se meliores ostendant. ex Ambrosio libro 2. de officijs in *can. si quis verò non obediat Episcopo* 13. 11. *q.* 3. in fine inferente: *Non defendas improbum, & sancta indigno committendo non arbitreris.* Nec diuersimode Anterus Papa Episcopis Hispanię scribens in *can. absit, vt quidquam sinistrum de his arbitremur.* 14. *eadem* 11. *q.* 3. in fine concludens; *Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur, & eiectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.* Quia traditur satanę, vt citius conuertatur. ex Glossa ibidem verbo dœmonum. ex Hieronymo in librum Iudicum in *can. audi denique Apostolum dicentem de eo, qui peccauerat (Tradidi (inquit) huiusmodi hominem Satanę in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.* 21. *eadem.* 11. *q.* 3.

Suspensus vero si se diuinis ingresserit siue; etiam excommunicatus irregularis effici-

tur. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit siue presbyter, aut diaconus à suo Episcopo* 7. 11.q.2. quod si ad laicam potestatem Ecclesiam côcitans recursum habuerit oportet eũ sicut seditionariũ ab omni plebe expelli ibidẽ in fine. Si autẽ presbyter contra suum Episcopũ ab eo correctus schisma fecerit, & celebrauerit, anathema habetur, & locũ amittit. ex Concilio Carthaginẽsi Secũdo in *can. si quis presbyter ab Episcopo suo correptus* 5. eadem 11.q.2.

Suspendit se laqueo Iudas, & sceleratæ traditionis pœnas auxit, non minuit, neque commissum expiauit crimen: quoniam de *Dei* misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentię locum reliquit. ex Augustino, libro 1. de Ciuitate Dei in *can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere 9. post principium* 23. q.5. inferente: *Iudas enim cùm se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solum Christi, verùm etiam & suę mortis reus finiuit hanc vitam. Quia licet propter suum scelus, alio tamen scelere suo occisus est.*

Suspendio qui vitam finiunt damnati à iustitia pro suis sceleribus post confessionem Deo factam de peccatis suis sacra communione reficiuntur, & eorũ cadauera Ecclesiasticę sepulturæ tradũtur & pro eis missę celebrãtur. Nã si omnibus pro peccatis suis purã confessionem agentibus, & dignè pœnitẽtibus communio in fine secundum canonum iussum danda est: *cur nõ eis qui pro peccatis suis pœnam extremam per soluũt? Scriptum est enim (Non vindicat Deus bis, in idipsum.)* Naum 1. secundum Septuaginta. Ita in Maguntinẽsi Concilio Secundo sub Rabano in *can. quæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui patibulis suspenduntur*. 30. & *can. sequenti* 13.q.2. diximus etiã verbo Dãnati ad mortẽ sepeliũtur tamẽ, dũmodo hoc fiat auctoritate Principis secundũ *Glossam* d. *can. quęsitum*. verbo *in patibulis*. ex Concilio Bracharensi primo in *can placuit, vt qui sibi ipsis* 12. in fine 23.q.5. & ibidem Gloss. verbo pro suis sceleribus.

Suspicionis omnis occasio pręcidẽda est, qua fidelis homo moueatur, vt dicat, aut faciat, quę pari ipse non vult. ex Pio Papa epistola 1. in *can. oues pastorem suum nõ reprehendãt* 9. 6.q.1. rationem in fine inferẽte: *Quia omnis suspitio potiùs reppellenda, quam approbanda, vel recipienda.* Temerarię verò suspicioni non est credendum. ex *Glossa* ibidem verbo *suspicio*. ex Gregorio Constantio Mediolanensi Episcopo in *can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt*. 52. 11.q.3. dicente: *absit à Christianorum iudicio, vt ea quę maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo suspicionis adduci.*

Suspitio de aliorũ factis nõ temere est inferẽda, sed per iudiciũ aufecẽdi sũt mali ab Ecclesiæ cõmunione: ita quidẽ, quod si per iudiciũ auferri nõ possũt, tolerãdi potiùs sint ne peruersè malos quilq; euitando, ab Ecclesia ipse discendẽs, eos, quos fugere videtur, vinciat ad gehennã. verbis dicimus Augustini homilia de pœnitentia, quę est 50. in *can. multi corrigũtur, vt Petrus: multi tolerãtur, vt Iudas* 18. ad mediũ §. *quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare?* 2. q.1. Hac de causa

Suspicio, quæ probabilitatem habet, solemniter perquirenda est, atque districte discutiẽda, & si probatione non solidetur repellenda, ne cuique iniuria inferatur. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. pręsentium latoris Adeodati quarelam* 3. *ad medium* 7. q.1. Quia ad proferendam de aliquo sententiã vnquam præcipites esse nõ debemus. ex Euaristo Papa epistola 2. in *can. Deus omnipotens* 20. 2.q.1. id probans exẽplo Domini Dei, qui Sodomam iudicare noluit, priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur: *Vt nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotiis essemus: & ne mala quorumque priùs quisquam præsumat credere, quàm probare.*

Suspectionibus vero affecti, atque suspecti ab accusatione, & testimonio ferendo repellũtur? quia facile mouentur. presertim verò aduersus sacerdotes. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in *can. accusatio quoque eorũ super qua nos consulere voluisti* 15. 2.q 7. ibique *Glossa* verbo *suspitionibus*.

Suspicio fornicationis dat causã vt maritus libere vxorem dimittat, ex Hieronymo in Matthęũ in *can. Dixit Dominus in Euãgelio*. 2. 32.q.1. vbi plenè *Glos.* verbo *suspitio*. vt puta si sola cũ solo inueniatur. Triplicẽ enĩ distĩguit suspicionẽ probabilẽ, temerariã, violẽtã. Est ergo violenta suspitio, si solus cũ sola inueniatur, in cubiculo, vel in lecto. ex Alexãdro Tertio in *capit. litteris tuę fraternitatis receptis* 12. & Clemente tertio in *c. tertio loco quęstionis huiusmodi* 13. *de probationibus* extrã.

Suspitio, quæ aduersus aliquem sacerdotem insurrexit, vnde mala opinione infamatus fuit, & Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit; ne populus fideliũ inde scandalum patiatur, purganda erit, vt ita mala cesset opinio. quæ insurrexerat. ex Cõcilio Ilerdensi in *can. presbyter si à plebe sibi commissa, mala opinione infamatus fuerit* 13. 2. q 5. Si verò suspictio ipsa maledicorũ hominum rumoribus conficta credatur, contẽnenda erit: *Quia ex sacri eloquii testimonio tenemur, vt maiora mala, cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant; sed probata citius vlcisci*. ex verbis Gregorii Constantio Mediolanensi Episcopo in *can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt* 52. 11.q.3.

Suspectis se cõmittere solum nemo debet. ex Bonifacio Octauo in *extrauaganti debent superioribus suis reuerentiam subditi* 1. *ante finem* §. *attendentes quoque quod id Episcopali nõ modicum detrahit dignitati*. *de officio Iudicis ordinarii inter communes*. verba damus: *Attendentes quoq; quod id Episcopali nõ modicũ detrahit dignitati, si ab Episcopo, qui dignitatẽ propriam suo ingenio augere debet, comites honoris sui causa adhibiti abducãtur, seque solũ suspectis, quandoque forsitan, quos visicauit, committere cõpelletur.* Quod esse non debet *Glossa* ibidem subnectit.

Suis

-s se abneget oportet, qui seruire Deo elegerit. Quia cui portio Deus est, nihil debet curare nisi Deum: Ne alterius impediatur necessitatis munere. Ex Ambrosio de fuga seculi in *can. cui portio Deus est.* 6. 12. q. 1. exhortante, ac rationem reddente: *Hac enim vera est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quadam alienatio charissimorum: vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit.* diximus etiam verbo Deus cui portio est.

Suum persequi, non est alienum rapere. Gratianus in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus* 1. §. *Arguitis nos, quod ea, quę vobis debentur, subripere quærimus.* 13. q. 1. dicentem excipe: *Arguitis nos, quod ea, qua vobis debentur, subripere quæramus; quia nostra persequimur. Sapienti quidem, & philosophico ore prolata sententia: Suum persequi, est ne alienum rapere? Vnde ad vos hec sententia manauit; nisi quia tanto ardore nostra concupiscitis, vt vestra putetis vobis auferri, cùm nos nostra consequimur? Vnde cum causa nostra debitam finem sortita fuerit; exclamabitis, ab miseri; Crutior tantum bolum esse ereptum ex faucibus: Sed videte ne damnum effusi vnguenti vobis recompensare quæratis.* Nam Iudas suspendit se, qui ita tristatus fuit de effuso vnguento. vt *Gloss.* ibidem verbo *recompensare.* aduertit.

T



Abellariorum subscriptio necessaria est, vt scriptura dicatur authentica; quod si Ciuitas tabellarios non habeat, trium testium subscriptio requiritur. Ex Gratiano in *can. placuit, vt quicumque Episcopi* 15. §. *hec de præscriptionibus decennij, vel vicennij ad finem.* 16. q. 3. ibique *Gloss.* verbo *subscriptione.* & ita decreuit Leo Imperator in *l. scripturas, quę sæpe assolent à quibusdam secretè fieri* 11. *sine penultima C. qui potiores in pignore habentur.* Hodie etiam duo testes tabellioni æquiperantur. vt *Gloss.* d. verbo *subscriptione* subnectit. ex Innocentio Tertio Papa in Concilio Generali in *cap. quoniam contra falsam assertionem iniqui Iudicis* 11. §. *statuimus, vt tam in ordinario Iudicio. de probationibus.* verbo sunt Innocentij. *Statuimus vt tam in ordinario Iudicio, quàm in extra ordinario Iudex semper adhibeat, aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa acta Iudicii conscribant.* ibique notat *Gloss.* verbo *duos viros.*

Tabernam, aut ergasterium, siue stationem habere nulli Clerico liceat ad ministrandum alijs. Si quis tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur: ex Sexta Synodo in *can. nulli clerico liceat tabernam, aut ergasterium habere* 3. *distinct.* 44. Sicuti

Tabernam ingredi ad comedendum, & bibendum non liceat, nisi peregrinationis necessitate compellantur. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. Clerici edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur.* 4. *eadem distinct.* 44.

Taciturnitas pessima, in Prælato præsertim. Nam, sicut in canta locutio in errorem pertrahit; ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt; & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis custodię, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente Lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, (Esaiæ 56.) dicens: (*Canes muti non valentes latrare.*) verba sunt Gregorii par. 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat.* 1. *dist.* 43. Quin imo Prelatus reticendo occidit oues. ex Paulo (*Act.* 20.) Ephesiis dicens (*Mundę sunt manus meę à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis.* quę verba perpendit. Gregorius venantio scribens in *can. Ephesijs Paulus dicit:* 4 *eadem distinct.* 43. verbisque prosequens: *Mundus ergo à sanguine eorum non esset si eis Dei consilium annunciare noluisset. quia cùm increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo pastor occidit.* peccat proinde: Quia

Taciturnitas mortalis est in Prælato Ex dictis Bonifacii Martyris in *can. si Papa suę, & fraternę salutis negligens deprehenditur.* 6. *distinct.* 40. verbis illis: *Insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi & omnibus.* vbi Glossa verbo *taciturnus.* rationem reddit: *Taciturnitas mortalis est in Prælato. vt 43. dist. can.* 1. & licet Gratianus in *can. vnum orarium oportet Leuitam gestare.* 3. *col.* 3. §. *quæ autem fiat minuta peccata, licet omnibus nota fiat. distinct.* 25. inter minuta peccata numerat; *aut plus tacet quam expedit.* tamen *Glossa* ibidem verbo *plus tacet.* limitat dicens: *In prælatis est taciturnitas mortale peccatum. vt 43 dist sit rector. 40. dist si Papa. in alijs est veniale.* Præsertim vero in Papa d. *can. si Papa* 6. *distinct.* 40. & ex Iulio Papa ad Episcopos Orientales in *can. officii nostri consideratione* 13. 24. q. 1. excipe dicentem: *Officij nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christiana religionis zelus incumbit.* vbi *Glossa* verbo *tacere.* infert: *Taciturnitas est magnum vitium in Papa. vt 40. distinct. si Papa.* Nam

Taciturnitas in puniendo simoniacum nocet, & debet qui potest in simoniacam hæresim exardescere, alioquem cum eo participat, qui simoniam primo introduxit. Ex Gregorio primo in *can. quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hęreticus promouetur* 5. 1. q. 1. ibique *Gloss.* verbo *exarserit.* declarans: *Hoc verum est, si potest probare illud, alias non nocet si taciturnitas. vt* 2. q. 7. plerique qui canon est Augustini homilia de pœnitentia incipit: plerumque boni

 viri

*viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia sæpe destruuntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, Iudicibus probare non possunt.* 27. 2. q. 7. vbi *Gloss.* verbo *& tacent.* plura deducit, quando taciturnitas nocet, & quando non.

Taciturnitas necessaria quando ex locutione malum timetur, & qui debent audire contemnant. Hieronymum excipe super duodecim prophetas in *can. quando ergo vir Ecclesiasticus, & prudens, atque intelligens* 43. 11. q. 3. in fine inferente, atque instruentem Ecclesiasten: *Taceat in illo tempore, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui conuersi conculcent eas; & imitentur Hieremiam* (15.) *dicentem (solus sedebam, quia amaritudine repletus sum.) & illud psalmi* (149.) *(singulariter sum ego, donec transeam.)* & hoc ipsum dixit Clemens I. epistola 2. in extremo in *can. in mandatis habemus* 2. *distinct.* 43. verbis proferens: *Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos.* Alias vero loqui tenentur prelati, hoc enim illis ex officio conuenit, vt resistant malis, quorum taciturnitas est mortale peccatum, & magnum damnum in Ecclesia operatur. vt loquitur *Glossa* in *can. sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest* 36. 2. q. 7. verbo *quippe.* ex verbis Hieronymi in primo prologo Bibliæ dicendo: *Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet, si destruentibus non resistat.* Quia nimirum vt Gregorius in prima parte pastoralis capite 2. in *can. nemo quippe in Ecclesia nocet amplius, quàm qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet.* 2. *distinct.* 83. in fine concludit: *Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm Episcopus.* Aliam refert rationem Augustinus ad Vincentium Donatistã, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus,* 2. 5. q. 5. verbis suadens: *Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat.* Debent itaque Prælati corrigere quos delinquentes nouere, nec tacere. Vnde iure Gregorius ad Constantiam Reginam Galliæ in *can. cum deuotissimam Dominam sciam de cælesti vita, atque remedio animæ suæ sedulo cogitare* 8. 11. q. 2. scribens admonuit illam dicens: *Culpam me committere vehementer existimo, si ea, quæ pro timore Omnipotentis Domini sunt suggerenda silnero, & te sanctissimam de Ecclesiastica pace non commouero.* Admonebat enim illam Reginam pro violata emunitate Ecclesiastica. Peccatum ergo est Tacere. in Prælato verò magnum. Nam

Tacens consentire videtur in sui præiudicium præsertim. ex Martino Papa in *can. Diaconus, qui eligitur, & contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio* 1. *distinct.* 27. subsequente: *Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit; alienus sit à ministerio, & vacet à Clero.* vbi Glossa verbo tacuerit infert: *Nota taciturnitatem haberi pro consensu.* Excipe tres casus, quos enumerat. & hoc idem in Ancyrana Synodo dictum fuit in *can. Diaconi quicumque cùm ordinantur* 8. in fine *distinct.* 28. prosequente: *Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt.* Quia tacens consentire videtur, & venire videtur contra promissionem propriam, vt *Gloss.* ibidem verbo *in ministeria.* Adnotat. & ex noua constitutione in *can. si seruus sciente, & non contradicente Domino, in clero fuerit ordinatus liber, & ingenuus erit.* 20 *distinct.* 54. quia nocet domino taciturnitas. ex *Glossa* ibidem verbo *sciente.* Concinit Pomponius libro 14. ad Quintum Mutium in *l. Labeo ait.* 19. *ff de aqua pluuia arcenda.* verba excipe: *Labeo ait; Si patiente vicino opus faciam, ex quo ei aqua pluuia noceat, non teneri me actione aquæ pluuiæ arcendæ.* Quia scientia inducit patientiam; patientia consensum ad aliquid vt *Gloss.* ibidem verbo *non teneri.* in fine concludit. *Aymon cons.* 10. *nu.* 4. *vers. secundo principaliter in fine. Hyppolitus singul.* 344. *taciturnitas.* & *singulari 66 patientia.* Ita quoque ancillam sciens ducens tacitè in eam consentit vt liberam. ex Concilio apud Vermeriam, cui interfuit Rex Pipinus in *can. si quis ingenuus homo vxorem ancillam alterius acceperit.* in *fine* 29. q. 2.

Taciturnitas necessaria in Concilijs. non enim debent, qui ibi assident, aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari; nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, & (quod deteriùs est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis* enim Appostolus ait: (Iacobi 1.) *putat se religiosum esse, non refrenans linguam suam sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia Iudicij obstrepentium turba confundit, dicente propheta (Esaiæ 32.) *Erit cultus iustitiæ silentium.* Dictum fuit in Toletano Concilio 11. in *can. in loco benedictionis considentes Domini Sacerdotes* 3. *sine finali* 5. q. 4.

Taciturnitas peccati in confessione sacramentali pessima. Quia Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatũ suum celare quisque desiderat; ne iniquitas sua alijs manifesta fiat; ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iam dudum exhibuit Diuino conspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est: Species enim superbiæ est, se velle videri iustum, qui peccator est, atque hypocrita conuincitur; qui ad imitationem primorum parentum tergiuersatione verborum, peccata sua leuigare contendit: vel sicut Cain peccatum suum reticenda penitus supprimere quærit. Vbi autem superbia regnat, vel hypocrisis; humilitas locum habere non potest. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Nec ergo vbi est taciturnitas confessionis, venia est speranda criminis. Ita verbis edicit Gratianus in *can. quis aliquando vidit Clericum cito pœnitentiam agentem?* 87. *his auctoritatibus asseritur, neminem sine pœnitentia, & confessione propriæ vocis à peccatis posse mundari* col. 6. *sine fina.*

*in ali. 5. item taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis de pœnitent. dist. 1.*

Taciturnitas veritatis malum. Ita quidē quod, qui metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat; Quia magis timet hominem, quàm Deum. Augustinus ad Casulanum in *can. quisquis metu cuiuslibet potestatis*. 80. 11. q. 3. inferens: *Vterque reus est, & qui Veritatem occultat, & qui mendacium dicit: Quia & ille prodesse non vult; & iste nocere desiderat.* Rationem etiam habes ex Ioanne Chrysostomo in opere imperfecto in *can. nolite timere eos, qui occidunt corpus* 86. *eadem* 11. q. 3. verbis deducente: *Quod non solùm ille proditor est Veritatis, qui transgreditur veritatem, palā pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor est veritatis.*

Taciti, & expressi eadem est virtus, idem iudicium. ex Gelasio Papa in *can. Beatus Paulus Apostolus non ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius* 5. 22. q. 2. quia quod non expressit verbis, animo tamen retinuit. Sicuti nec Petrus, qui dixit Domino: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* veluti etiam ex Augustino in *can. Beata Maria* 3. 27. *quæst.* 2. verbis edicente: *Beata Maria proposuit se seruaturam votum Virginitatis in corde: sed ipsum votum virginitatis non expressit ore. Subiecit se diuinæ dispositioni, dum proposuit se perseueraturam Virginem, nisi Deus aliter sibi reuelaret. Cōmittens ergo Virginitatem suam diuinæ dispositioni consensit in carnalem copulam, non illam appetēdo sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo.* Taciti ergo, & expressi eadem est virtus. notat *Gloss.* ibidem verbo *ore*. Ita quoque ex Alexandro Tertio Cantuariensi Archiepiscopo in *cap. ex parte Conuerten Episcopi* 2. *extra de rescriptis*: illis verbis: *Et in huiusmodi litteris intelligenda est hæc conditio, etiam si non apponatur: si preces veritate nitantur.* taciti ergo & expressi eadem est virtus, idem Iudicium. notat *Glossa* ibidem verbo *conditio*. quemadmodum & Pomponius lib. 27. ad Sabinum respondit in *l. cum quid mutuum dederimus*, 3. *ff. de rebus creditis, & si certum petatur*. conuentum enim videtur, vt reddatur in eadem bonitate, & si expressum non fuerit. rationem reddens: *Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est.* Taciti ergo, & expressi eadem virtus est. Reprimè tamen si alius expressus perquiratur consensus. ex Glossa notabili in *cap. si diligenti* 12. qui est Innocentii Tertii Pisano Archiepiscopo, ad finem. *de foro competenti*. ad verba illa: *Manifestè patet, quod non solum inuiti, sed etiam volentes pacisci non possunt, vt secularia Iudicia subeant.* verbo *manifestè patet*. in fine. *Hyppolitus de Marsilijs singulari* 387. *taciti, & expressis. Cardinalis Tuscus tomo vltimo littera T. conclus.* 7. præsertim. *num.* 39. & 41. & *conclus.* 8. diximus *respons.* nostra 70. *num.* 18. & 19. *part.* 3. & pluribus etiam *respons.* 78. à *num.* 74. *cum sequentibus part.* 5. vbi *nu.* 81. repressimus: si tacitum in expresso non includatur. ex *Mario Antonino variarum resolutionum libro* 2. *resolut.* 57. *num.* 72. agiturque de annullando actum. ex *Card. Tusco d. conclus.* 7. *num.* 35. & 36. *Barbosa axiomate* 118. *num.* 2.

Tactus sacratum scripturarum, seu Euangeliorum in Iure iurando præstando requiritur, si expresse à Iure perquiratur, vt ex Gregorio in *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus supernæ illustrationis lumine fit serenus* 9. 1. q. 7. de redeunte à schismate verba faciente, verbis illis: *Vnde iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc sancta quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo.* Nec diuersimode Gregorius 10. in generali Concilio Lugdunen in *cap. vt circa electiones, postulationes, & prouisiones Ecclesiasticas* 4. *de electione, & electi potestate in* 6. verbis illis: *Coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito iuramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & se posse probare.* ibique *Glossa* verbo *corporali* dicens; requiri tactum scripturarum Euangeliorum, eodemque modo Bonifacius VIII. in *cap. is, qui contra electionis formam* 19. *eodem de electione in* 6. & ipse dicens: *corporali à se præstito iuramento.* Nec discessit Clemens V. in Cōcilio Vionnen in *clementina multorum querela Sedis Apostolicæ pulsauit auditum* 1. §. *porro coram Episcopo. de hæreticis*. De Iuramento à Custodibus hæreticorum præstando disponens: *Porrò (inquit) coram Episcopo, vel Capitulo sede vacante, & Inquisitore prædictis, vel Substitutis ab eis custodes supradicti, antequam suum officium exequantur, iurabunt ad sancta Dei Euangelia corporaliter à se tacta.* ibique peroptimè *Glossa* verbo *tacta*. infert: *In corporali iuramento non sufficit præsentia; sed requiritur tactus Euangeliorum.* ibique etiam *Glossella* Marginalis. & ita exaudit Card. *Zabarella* ibidem *num.* 2. & 4. vbi sacri Canones de corporali tactu disponunt. Secus verò si de testibus verba faceret, quod iurati deponeret; nam sufficeret Iuramentum, quamuis Euangeliorum librum non tangerent. ex Honorio Tertio Pennen Episcopo in *cap nuper nobis A. presbytero supplicante* 51. *de testibus, & attestationibus extra.* illis verbis: *Qui iurauerunt super hoc (contradicente dicto presbytero) non iurati. (& paulo post) nisi iuratus deposuerit.* ibique *Gloss.* verbo *nisi iuratus*. Vnde Card. *Zabarella d. clement.* 1. *num.* 4. supponit Regulam: testi non iurato, non præstari fidem. Nisi iuramentum ex parte sibi remitteretur. ex Innocentio Tertio Bisantino Archiepiscopo in *cap. tuis quæstionibus* 39. *eodem de testibus, & attestationibus extra.* verbis dicente: *testes in causis proprijs producere absque iuramenti exhibitione non possunt: nisi fortè à parte remitteretur aduersa.* ibique Glossa & Abbas.

Velut et in *extrauagāti Malitiæ hominum vnica de authoritate, et vsu pallii inter cōmunes*. quæ est Ioānis 22. qui de Iuramento corporali loquitur: *Nisi obijcientes firmiter corporali præstito iuramēto, sed id malitiosè non agere, sed obiecta vera esse se credere.*

Iuramentum vero præsumitur præcessisse in teste. Notario dicente pro. vt Iurauit manu &c.

&c. saltim ob stilum. ex *Abbate in cap. fraternitatis de testibus* vbi etiam *Felinus col. finali*, & idem *Felinus d. cap. tuis 29. num 7. de testibus. Flaminius Chartarius de interrogatione reorum libro 3. cap. 3. num. 18. Rota* apud *Caualer. decis. 434 num. 2. & 3.* & in *recentioribus part. 2. decis. 393. num. 8. 9. & sequentibus.* Testes sacerdotes sufficit iurasse tacto pectore ex consuetudine Curiarum omnium. *Rota apud Caualerium decis. 32a num. 2. & per totam.*

Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. Quia nimirum prædicata debent esse talia, qualia premittuntur eorum subiecta, post Philosophos deducitur ex Papiniano libro 4. Responsorum in *l. si vno anno remissionem quis colono dederit 17. in 1. responso ff. locati, & conducti.* aduota verba: *Si vno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem; deinde sequentibus annis contingerit vbertas: nihil obesse domino remissionem. sed integram pęsionem, etiam eius anni, quo remiserit, exigendam. Hoc idem, & in vectigalis damno respondit. Sed & si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum; quasi non sit donatio, sed transactio. Quid autem, si nouissimus erat annus sterelis in quo remisit? Verius dicetur, & si superiores vberes fuerint, & scit locatori non debere eum ad computationem vocari.* Quia talia sunt predicata, qualia sunt subiecta. & verba debent intelligi secundum subiectam materiam, & secundum naturam contractus. *Bart.* ibidem adnotat in *summario.* concinit Celsus libro 5. Digestorum in *l. si defensor in iudicio interrogatus 10. ff. de interrogatorijs actionibus.* Idem ex Gidroano Cæsare in *l. si maritus quondam vxoris tuæ 10. C. de donationibus inter virum, & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.* In ratione in fine, quam refert: *Cum causa liberalitatis à criminatione separata sit.* & separatorum separata debeat esse ratio. secundum *Glossam* ibidem verbo *separata sit. Baldus cons. 10. in quęstione nu. 8. lib. 5. Andręas de Iseriam cap. 1. qui successores teneantur nu. 7.* ibique *Liparulus Aymons cons. 25. nu. 30.* & *cons. 35. nu. 26 Surdus decis 149. nu. 18.* & *cons. 430. nu. 15.* & *cons. 450. num.* etiam *14. libro 3. Plaza in epitome delictorum lib. 1. cap. 6. num. 2 circa medium.*

Talis quisque pręsumitur, qualia sunt verba quæ profert, & qualis eius sit animus, ex verbis agnoscitur, quia verba sunt eorum, quæ sunt in anima, passionũ notæ. ex Aristotele & Taliter quisque iudicat, qualiter, & ipse affectus est. ex Gregorio homilia 26. in Euangelia in *can. Iudicare de subiectis digne nequeunt, qui in subditorum causa, sua vel odia, vel gratiam sequuntur 61. 11. q. 3.* Rationem reddit ipsemet Gregorius ad Guidiscalium in *can. illa prepositorum solicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis 67. eadem 11. q. 3.* sequẽtibus dicẽs: *Restringenda subratione potestas est; nec quidquam agendum prius, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne putat, quod fecerit.* Ex verbis ergo quis agnoscitur, qualis in animo sit, nisi contrarium probetur. ex Diocletiano ex Maximiano Augustis in *l. si non conuitij consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes 5. C. de iniurijs.* & ex summario *Saliceti*, ibidem. notatque *Gloss.* verbo *probare potes*, rationem reddens: *Quia verba sic se habent.* vt probare debeat si per iocũ dixerit. probatur ex illo Salomonis (prouerbiorum 26. 18.) *Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cum fuerit deprębensus dicit, Ludens feci.* Quæ verba deducta sunt in *cap. 1. de pręsumptionibus extrà:* ibique notat *Glossa* verbo *Ludens.* cum det operam rei illicitę. ex Vrbano Secundo Guarnerio Narbonensi Episcopo in *can Clerico iaciente lapidem puer dicitur interemptus. 37. dist. 50.* & ex Capitulis Martini Bracarensis Episcopi in *can. si quis voluntariè homicidium fecerit 44. eadem distinct. 50.* notat *Rota in antiquis decis. 875.* quæ est *1. de hæreticis. nu. 10.*

Tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse prępositos. verba sunt Gregorij Ioanni Episcopo Syracusano in *can. quorundam ad nos relatione peruenit. 6. ad medium dist. 74.* concinit Iustinianus Cæsar in *authentico vt eum de appellatione cognoscitur. collatione 8. 5. considerare namque debens parentes, quia & ipsi filij fuerunt, & eadem à suis parentibus spectauerunt.*

Talis in regiminis debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus. verba sunt Gregorij Clero, & nobilibus Neapolitanis respondentis in *can. Petrus diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est. 1. siue vnico dist. 39.*

Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. Augustinus ad Fortunatianum in *can. neque quorumlibet disputationes 10. in fine dist. 9.*

Talis quisque præsumitur, quales, & socios sibi asciuit. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Gallię in *can. tantis Danielus grauatus testimonijs tanta facinorum accusatione pulsatus. 3. distinct. 81.* damus verba: *Cui conuictio sociabitur, qui sibi eum credidit, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit.*

Tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum. Gregorius in moralibus in *can. omnes huius sęculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. 3. distinct. 47.* afferens locutũ Apostoli (ad Romanos 6.) *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* inferens ipse: *Eorum proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: Si nequaquam ampliùs potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum; ne debiliores vos habeat sancta libertas aeris, quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.* Aeris. id est cœlestis conuersationis. *Glossa* ibidem commentum facit. *Qua ideo dicitur aer,* quia

*quia in ea sępe boni penna contemplationis eriguntur ad sublimia sicut auis in aera.* 23. q. 4. *cum in lege.* *Archid.* Sic Glossella Marginalis ibidem qui *can. cum in lege scriptum sit* 16. 23. q. 5. est Gregorii homilia 38. in Euangelia in fine dicendo: *Quid vero per altilia; nisi patres veteris testamenti figurantur? Qui dum gratiam internæ pinguedinis percipiunt, ęternis desiderijs innitentes, ad sublimia contemplationis suæ pennis subleuantur.*

Talis quis pręsumitur, qualis in matricula reperitur descriptus. ex Zenone Imperatore in *l. matriculam agentium in rebus.* 3. *C. de agentibus in rebus. libro.* 12. quod exaudi: si faciat id, quod ad talem spectat matricolam. *Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 572. *nu.* 4. *&* 5.

Tale quid dici non debet, ex eo, quod potest contingere tale, si non sit nunc. ex Vlpiano libro 27. ad *Sabinum* in *l. rem in Iudicio deductam non idcirco pluris esse opinamur* 1. *ff. de in litem iurando.* in fine inferente. *Non enim res pluris fit per hoc, sed ex contumacia pluris ęstimabitur vltra eius pretium.* & ex summario ibidem: *Non debemus inspicere, quod euenire potest; sed ad id, ad quod est res naturaliter destinata.* Concordat idem Vlpianus libro 60. ad Edictum in *l. Ergo quandiù incertum sit vtrū existat successor, an non, cessabis constitutio* 4. *ff. de fideicommissarijs libertatibus.* subsequendo: *Cum certum esse cœperit, tunc erit constitutioni locus.* notat *Afflictus decis.* 385 *nu.* 7. ad finem. ibique ad notat *Grammaticus* Addens *littera A.* Vnde etiam

Tale non est, propriè, quod est tale sub conditione. ex Vlpiano libro 32. Digestorum in *l. donationes complures sunt.* 1. §. *dat aliquis ff. de donationibus.* Vlpianum excipe: *Dat aliquis, vt tunc demum accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit. Hęc non propriè donatio appellatur, sed totum hoc donatio sub conditione est.* sequitur *Surdus decis.* 283. *num.* 4.

Talionis pœna dicitur similis illi, quam accusatus merebatur. ex Damaso Papa ad Stephanum Archiepiscopum in *can. calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat* 2. 2. *q.* 3. ibique *Glossa* verbo *talionem*: subsequens: *Id est aliam pœnam similem.* ex Decreto Hadriani papę in capitulis ab ipso collectis in *can. qui non probauerit, quod obiecit: pœnam, quam intulerit, ipse patiatur* 3. *eadem* 2. *q.* 3. eodemque modo Sixtus tertius ad Episcopos Orientales in *can. qui crimen obijcit scribat se probaturum.* 4. 2. *q.* 8. in fine concludens: *Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.* Et ex Augustino libro 19. contra Faustum in *can. quod debetur, & si benignè remittitur, non tamen iniquè repetitur.* 2. 14. *q.* 1. subsequente, *Peccat autem, qui exigit vltra debitum: idcoque lex modum figens, pœnam talionis instituit.* vbi *Gloss.* verbo *talionis*. subnectit: *Vt tanta satisfactio petatur ab eo, quanta iniuria precessit.*

Tangit pupillam oculi Dei, eius qui tangit Sacerdotes. Sicut per Zachariam prophetam 2. ipse dixit Dominus: *Quis vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Hinc est, quod Dominus ipse proprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit (*Ioannis* 1.) & perpendit Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ scribens in *can. accusatio quoque eorum* 15. 2. *q.* 7. verbis subsequens: *Vnde liquet, quòd summi sacerdotes; id est Episcopi à Deo sunt iudicandi, non ab humanis, aut prauæ vitę hominibus lacerandi; sed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exēplum dāte, quando ipse per se ipsū & non per alium vendētes, & ementes eiecit de templo.* & nō multo post: *Vnde & Dominus per prophetam inquit: (Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.)*

Tangere pollutum, est peccatis aliorum consentire. Vnde Boni Pręlati & Rectores ex sua infirmitate aliorum infirmitates pensantes, magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde Doctor gentium: (1. ad Corint. 9.) *Factus sum* (inquit) *infirmus infirmis.* Hieronymus ad quartum Threnorum in *can. recedite inquiunt polluti: recedite, abite; nolite nos tangere.* 16. *distinct.* 45. & Augustinus in libris de verbis Domini sermone 18. in *can. tolerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur* 1. *in fine* 23. *q.* 4. in fine sic ad rem infert: *Hoc est exire, ore non parcere: Hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire.*

Tangere mulierem ad eum finem, vt cum illa concubas, quamuis concubitus non sequatur, peccatum est, & illud mortale, ad speciem mulieris, si vel virgo, vel nupta, vel vidua fuerit, vel corrupta. ex Cypriano ad Pomponium de virginibus in *can. nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi* 4. 27. *q.* 1. dicente Cypriano in ipso principio, & rationem reddente: *Cùm & manus obstetricum, & oculi sæpe falluntur; & si incorrupta inuenta fuerit virgo ex parte, qua mulier potest esse; potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quę corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & cōplacentiam duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confiteatur?* Et Augustinus de communi vita Clericorum in *can. nec solo tactu* 12. 31. *q.* 5. verbis dicens: *Nec solo tactu, sed & affectu quoque & aspectu appetit fœmina. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius.*

Tāquā dictio expressiua est veritatis; quādoq; etiā similitudinis dictio est. ex Innocentio Archiepiscopo, Decano, & Præcētori Lugdunē in *cap. cum pro causa, quę inter G. & P. Cabilonē Ecclesia Archidiaconos vertebatur* 27. *in fine de sētētia excōmunicationis extra* verbis illis: *Ipsum tamquā excōmunicatū satisfacere Ecclesia sua & altera, monitione præmissa cogat*

vbi

*ean sicut ij, qui per insaniam mente translati sunt, non iam res ipsas; sed passionis suę phantasias vident* 8. *distinct.* 47. in fine prosequente: *Quis enim tam iniustus, tam auidus, tam auarus, quàm qui multorum alimenta suum non vsum, sed abũdantiam, & delitias facit? Neque enim minus est criminis habenti tollere: quàm cum possis, & abundens, indigentibus denegare*. Rationem reddit idem Ambrosius libro 2. de officiis in *can. aurum Ecclesia habet, non vt seruet sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus* 70, 12. q. 2. post principium dicens: *Non ne melius conflat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis. Non ne dicturus est Dominus, cur passus es tot inopes fame emori? Et certè habebas aurum vnde ministrasses alimoniam.*

Superfluitas ciborum, & vini vitanda omnibus maxime vero *Altaris ministris*. Vnde dixit Apostolus ad Ramanos 13. scribens (*Non incommessationibus, & ebrietatibus.*) Ventris namque in gluuias ad luxuriam prouocat facilè, & omne opus bonum dissoluit. ex Gratiano in *summa distinct.* 44. inferente: *Hinc etiam Habuzardam Princeps coquorum muros Hierusalem dextruxisse legitur*; (4. Regum vltimo secundum Septuaginta) *Quia venter, cui multitudo coquorum deseruit, ędificia virtutum ad solum redigit*. ex Gregorio in pastorali cap. 10. part. 2. merito ex Hieronymo in Malacchiam in *can. Ecclesię Principes, qui delicijs affluunt* 4. *distinct.* 35. qui deliciis affluunt, lautisque conuiuiis, & multo labore epulis cõquisitis, eiicientur in tenebras exteriores, vbi erit fletus, & stridor dentium. *In omnibus autem talibus non vsus rerum, sed libido vtentis in culpa est*. ex Augustino libro 3. de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prętereuntibus restrictius vtitur, quam se se habet vsus eorum, cum quibus viuit*. 1. *distinct.* 41. post medium prosequente: *Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis pretiosissimo cibo sapiens vtatur, insipiens autem fœdissima gulę flamma in vilissimum olus ardescat: & Sanus quisque maluerit, more Domini, pisce vesci, quam lenticula more Esau nepotis Abraha, aut ordeo more iumentorum*. Rationem inferens: *Nam in omnibus huiusmodi rebus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.*

Superfluitas ciborum, & abundantia morbum facit, & molestias ingerit, & ægritudines generat. Quod enim fames facit, hoc etiam plenitudo facit ciborum: magis autem & multò peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat de hac vita pœnali. Excessus vero ciborum consumit, & putrescere facit corpus humanum, & macerat ægritudine diuturna: & tunc eum morte crudeli consumit. verba sunt Ioannis Chrysostomi in *can. nihil enim sic iucundum est, sicut cibus benè digestus* 28. *de consecrat. distinct.* 5. Nec diuersimode Hieronymus aduersus Iouinianum libro 2. in *can. ne tales accipiamus cibos* 29. *eadem de consecratione distinct.* 5. ad medium verbis dicens: *Vnde, & morbi ex saturitate nimia concitantur: multique impatientiam gulæ, vomitu remediantur: & quod turpiter ingesserunt, turpius egerunt*. inferens etiam can. sequenti *legimus quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, conualuisse*. in fine prosequens: *Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam*. Dicit enim Horatius

*Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas*. vt *Gloss.* ibidem verbo *irridet*. subnectit.

Superfluitas in sermone quoque damnatur sacerdotis prȩsertim ex Gregorio part. 2. pastoralis. in *can. sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo* 1. *distinct.* 43. ad medium §. *vestimẽta enim sacerdotis, quid aliud quam recta opera debemus accipere?* verbis prosequente; *Sed cum rector se ad loquendum prȩparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinatè ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur; & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit: (Habete salem in vobis, & pacem habete inter vos) per sal quippe verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait (Non plus sapere, quam oportet, sed sapere ad sobrietatem.)* (ad Romanos. 12. Ita Gregorius.

Superstitio, siue superstitiosum est, quidquid institutum est ab hominibus ad facienda, & colenda Idola pertinens; vel ad colendam sicut Deum creaturam, partemue vllam creaturę; vel ad consultationes, & pacta quædam significationum cum dœmonibus placita, atque fœderata, qualia, sunt molimina magicarum artium: quæ quidem commemorare potius, quam docere assolent poëtę. Ita S. Augustinus libro 2. de doctrina Christiana in *can. illud, quod est secundum institutiones hominum, partim superstitiosum esse partim superstitiosum non est*, 6. 26. q. 1. subdens; *Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturę, atque remedia, quæ Medicorum quoque disciplina condemnat, siue in præcationibus, siue in quibusdam notis, quas characteres vocant, siue in quibusdam rebus suspendendis, atque ligandis, vel etiam saltandis quodammodo; non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas.*

Superstitio est obseruare dies, qui dicuntur Aegyptiaci, aut Calendas Ianuarii, aut aliquos menses, & tempora, aut dies, & annos, aut lunæ, solisque cursum. siue etiam sortes, quæ dicuntur sanctorum Apostolorum, & auguria auium. quę enumerat Augustinus in *can. non obseruetis dies, qui dicuntur Aegyptiaci* 16. & *can. quis ęstimaret, quàm magnum peccatum sit dies obseruare, & menses, & annos, & tẽpora* 17. *siue finali* 26. q. 7.

Superstitiosus dicitur qui rebus prætereuntibus strictius vtitur quàm se se habent mores eorum cum quibus viuitur. non enim debet quis metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedere. *In omnibus enim*

*tali-*

*talibus non vsus rerum, sed libido vtentium in culpa est* ex Augustino libro 3. de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prÿterevntibus restrictius vtitur.* 1. *dist.* 41. meminimus verbo superfluitas.

Suspensione notantur, & officio atque beneficio omni Ecclesiÿ carere decernuntur, qui post subdiaconatum vxoribus vacare voluerint. ex Vrbano II. in Concilio apud Melphiam in *can. eos, qui post subdiaconatum vxoribus vacare volunt.* 10. *distinct.* 32. & idem in canonibus sequentibus.

Suspensio de facto non datur nisi verum sit crimen, pro quo suspensio imponitur. ex Nicolao Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis* 5. *sive finali in fine* 15. *q.* 8. verba deferente sacrÿ scripturæ (*Priusquam audias, ne iudicaueris quemquam*) Ecclesiastici 11. 8.) inferendo: *Atque ante probationem accusationis illatÿ neminem à tua communione suspendas: Quia non statim, qui accusatur, reus est, sed qui conuincitur criminosus.*

Suspensi sunt à diuinis & Presbyteri, & Diaconi, & Subdiaconi, qui concubinam indubitanter tenent, aut subintroductam mulierem, ita quidem, vt nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can. nullus missam audiat presbyteri* 5. *distinct.* 32. & confirmauit Alexander Secundus in *can. propter hoc autem prÿcipiendo mandamus, vt nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere.* 6. *eadem dist.* 32. subnectens: vt nullus Sacerdos, Diaconus, vel Subdiaconus missam cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia, cum his, qui prÿfatÿ constitutioni inobedientes fuerint, maneat, neque partē ab Ecclesia suscipiat. concinit Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. sciscitantibus vobis finali* 15. *q.* 8. & notat *Glossa* ibidem verbo *sciscitantibus*. allegat textum in *d. can nullus. distinct.* 32.

Suspensi sunt, qui arrepti à dœmonibus in terram eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur; secus tamen qui corporis incomoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus in terram probantur elisi. Erunt tamen hi per anni spatium probandi per discretionem Episcopi, si inueniantur ab incursu dœmonum liberati. Ex Pio Papa in *can. communiter diffinimus* 3. *distinct.* 33. Qui vero, etiam Clerici, non sunt ordinati, ad anteriora ordinari prohibentur. ex Nicolao Papa in *can. clerici, qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi* 4. *eadem* 33. *distinct.* Vnde ordinati à ministerio altaris mouentur, ne alijs fidelibus scandalum ingenerent. ex Gelasio Papa ad Vniuersos Episcopos per Lucaniam constitutos in *can. vsque adeo sanè comperimus illicita quoque prorumpere* 5. *eadem distinct.* 33.

Suspensi quoque sunt Simoniaci, quia sunt anathemate damnati, atque à participatione Christi Corporis, & Sanguinis alieni. ex Ambrosio in libro in pastorali in *can. reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri, mercari velle gratiam Spiritus Sancti* 7. 1. *q.* 1. Huiusmodi enim Sacerdotes esse non possunt. ex Gregorio in *can. quicumque sacros ordines vendunt, aut emunt sacerdotes esse non possunt.* 12. *eadem* 1. *q.* 1. verbis inferente: *Quomodo ergo si anathema sunt, & sancti non sunt, sanctificare alios possunt? Et cùm in Christi corpore non sint; quomodo Christi corpus tradere, vel accipere possunt? Qui maledictus est, benedicere quomodo potest?*

Suspensi etiam sunt hæretici, & schismaticis quia extra vnitatem Ecclesiÿ sunt. ex Pelagio Papa in *can. pudenda, vt ita dicam rapina in diuisione est, non consecratus, sed execratus Episcopus.* 33. *& can. schisma siquidem ipsum, quod gracū nomen est, scissuram sonat.* 34. 24. *q.* 1.

Suspensi pariter sunt Clerici omnes negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminentes. *Quia ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse.* Ex Gelasio Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. consequens est, vt illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio, nunciauit.* 2. *distinct.* 88 in fine decernente: *aut in quocumque gradu sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur: Quoniam domus Dei, domus orationis esse debet, & dici: ne per officia negotiationis potius sit latronum spelunca.* Nec etiam sub qualibet fraude excogitata possunt exerceri negotiationes. vt *Gloss* ibidem verbo *ingenio.* argumentum defert.

Suspenditur Episcopus venationi volucrum, & bestiarum intendens, & si emendatus noluerit resipiscere, & inobediens fuerit. ita decernente Nicolao Papa ad Albuinum Archiepiscopum scribente in *can. quorundam relatione fidelium nostris est auribus intimatum, quod Lanfredus Episcopus, qui & iuuenis esse dicitur.* 1. *distinct.* 34. in fine inferendo: *Quod si in hoc contumax apparuerit, a ministerio cessare debebit.*

Suspenduntur Clerici Prÿlatis suis non obedientes, quin ipsos contemnentes, & quærentes eorum merita obumbrare, vt se meliores ostendant. ex Ambrosio libro 2. de officijs in *can. si quis verò non obediat Episcopo* 13. 11. *q.* 3. in fine inferente: *Non defendas improbum, & sancta indigno committendo non arbitreris.* Nec diuersimode Anterus Papa Episcopis Hispaniÿ scribens in *can. absit, vt quidquam sinistrum de his arbitremur.* 14. *eadem* 11. *q.* 3. in fine concludens; *Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur, & eiectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore discerpitur.* Quia traditur satanÿ, vt citius conuertatur. ex Glossa ibidem verbo dœmonum. ex Hieronymo in librum Iudicum in *can. audi denique Apostolum dicentem de eo, qui peccauerat (Tradidi (inquit) huiusmodi hominem Satanÿ in interitum carnis, vt spiritu saluus fiat.* 21. *eadem.* 11. *q.* 3.

Suspensus vero si se diuinis ingresserit siue etiam excommunicatus irregularis effici-

tur. ex Concilio Martini, Papæ in can. si quis Episcopus in concilio excommunicatus fuerit siue presbyter, aut diaconus à suo Episcopo 7. 11.q.2. quod si ad laicam potestatem Ecclesiam cōcitans recursum habuerit oportet eũ sicut seditionariũ ab omni plebe expelli ibidē in fine. Si autē presbyter contra suum Episcopũ ab eo correctus schisma fecerit, & celebrauerit, anathema habetur, & locũ amittit. ex Concilio Carthaginēsi Secũdo in can. si quis presbyter ab Episcopo suo correptus 5. eadem 11.q.2.

Suspendit se laqueo Iudas, & sceleratæ traditionis pœnas auxit, non minuit, neque commissum expiauit crimen: quoniam de Dei misericordia desperando exitiabiliter pœnitens, nullum sibi salubris pœnitentię locum reliquit. ex Augustino, libro 1. de Ciuitate Dei in can. si non licet priuata potestate alicui hominem occidere 9. post principium 23. q.5. inferente: Iudas enim cùm se occidit, sceleratum hominem occidit: & tamen non solum Christi, verùm etiam & suę mortis reus finiuit hanc vitam. Quia licet propter suum scelus, alio tamen scelere suo occisus est.

Suspendio qui vitam finiunt damnati à iustitia pro suis sceleribus post confessionem Deo factam de peccatis suis sacra communione reficiuntur, & eorũ cadauera Ecclesiasticę sepulturæ tradũtur & pro eis missę celebrãtur. Nã si omnibus pro peccatis suis purã confessionem agentibus, & dignè pœnitẽtibus communio in fine secundum canonum iussum danda est: cur nõ eis qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluũt? Scriptum est enim (Non vindicat Deus bis, in idipsum.) Naum 1. secundum Septuaginta. Ita in Moguntinẽsi Concilio Secundo sub Rabano in can. quæsitum est ab aliquibus fratribus de his qui patibulis suspenduntur. 30. & can. sequenti 13. q.2. diximus etiã verbo Dãnati ad mortẽ sepeliũtur tamẽ, dũmodo hoc fiat auctoritate Principis secundũ Glossam d. can. quęsitum. verbo in patibulis. ex Concilio Bracharensi primo in can. placuit, vt qui sibi ipsis 12. in fine 23.q.5. & ibidem Gloss. verbo pro suis sceleribus.

Suspicionis omnis occasio precidẽda est, qua fidelis homo moueatur, vt dicat, aut faciat, quę pati ipse non vult. ex Pio Papa epistola 1. in can. oues pastorem suum nõ reprebendãt 9. 6.q.1. rationem in fine inferẽte: Quia omnis suspitio potiùs reppellenda, quam approbanda, vel recipienda. Temerarię verò suspicioni non est credendum. ex Glossa ibidem verbo suspicio. ex Gregorio Constantio Mediolanensi Episcopo in can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt. 52. 11.q.5. dicente: absit à Christianorum iudicio, vt ea, quę maledicorum hominum rumoribus conficta credimus, in qualicumque modulo suspicionis adduci.

Suspitio de aliorũ factis nõ temere est inferẽda, sed per iudiciũ auferẽdi sũt mali ab Ecclesiæ cõmunione: ita quidẽ, quod si per iudiciũ auferri nõ possũt, tolerãdi potiùs sint ne perversè malos quisq; euitando, ab Ecclesia ipse discendẽs, eos, quos fugere videtur, vinciat ad gehennã. verbis dicimus Augustini homilia de pœnitentia, quę est 50. in can. multi corrigũtur, vt Petrus: multi tolerãtur, vt Iudas 18. ad mediũ §. quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? 2. q.1. Hac de causa

Suspicio, quæ probabilitatem habet, solemniter perquirenda est, atque districte discutienda, & si probatione non solidetur repellenda, ne cuique iniuria inferatur. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in can. pręsentium latoris Adeodati querelam 3. ad medium 7. q.1. Quia ad proferendam de aliquo sententiã vnquam præcipites esse nõ debemus. ex Euaristo Papa epistola 2. in can. Deus omnipotens 20. 2.q.1. id probans exẽplo Domini Dei, qui Sodomam iudicare noluit, priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebantur: Vt nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotiis essemus: & ne mala quorumque priùs quisquam præsumat credere, quàm probare.

Suspectionibus vero affecti, atque suspecti ab accusatione, & testimonio ferendo repellũtur: quia facile mouentur. prę sertim verò aduersus sacerdotes. ex Anacleto Papa ad Episcopos Italiæ in can. accusatio quoque eorũ super qua nos consulere voluisti 15. 2.q 7. ibique Glossa verbo suspitionibus.

Suspicio fornicationis dat causã vt maritus libere vxorem dimittat, ex Hieronymo in Matthęũ in can. Dixit Dominus in Euãgelio. 2. 32.q.1. vbi plenè Glos. verbo suspitio. vt puta si sola cũ solo inueniatur. Triplicẽ enĩ distĩguit suspicionẽ probabilẽ, temerariã, violẽtã. Est ergo violenta suspitio, si solus cũ sola inueniatur, in cubiculo, vel in lecto. ex Alexãdro Tertio in capit. litteris tuę fraternitatis receptis 12. & Clemente tertio in c. tertio loco quęstionis huiusmodi 13. de probationibus extra.

Suspitio, quæ aduersus aliquem sacerdotem insurrexit, vnde mala opinione infamatus fuit, & Episcopus legitimis testibus approbare non potuerit; ne populus fideliũ inde scandalum patiatur, purganda erit, vt ita mala cesset opinio, quæ insurrexerat. ex Cõcilio Ilerdensi in can. presbyter si à plebe sibi commissa, mala opinione infamatus fuerit 13. 2. q 5. Si verò suspictio ipsa maledicorũ hominum rumoribus conficta credatur, contẽnenda erit: Quia ex sacri eloquii testimonio tenemur, vt maiora mala, cum forsitan dicuntur, nisi probata credi non debeant; sed probata citius vlcisci. ex verbis Gregorii Constantio Mediolanensi Episcopo in can. in cunctis, quæ in hac vita aduersa proueniunt 52. 11.q.3.

Suspectis se cõmittere solum nemo debet. ex Bonifacio Octauo in extrauaganti debent superioribus suis reuerentiam subditi 1. ante finem §. attendentes quoque quod id Episcopali nõ modicum detrahit dignitati. de officio Iudicis ordinarii inter communes. verba damus: Attendentes quoq; quod id Episcopali nõ modicũ detrahit dignitati, si ab Episcopo, qui dignitatẽ propriam suo ingenio augere debet, comites honoris sui caussa adhibiti abducãtur, seque solũ suspectis, quandoque forsitan, quos visitant, committere cõpelletur. Quod esse non debet Glossa ibidem subnectit.

Suis

-s se ambneget opottet, qui sernite Deo elegerit. Quia cui portio Deus est, nihil debet curare nisi Deum: Ne alterius impediatur necessitatis munere. Ex Ambrosio de fuga seculi in *can. cui portio Deus est.* 6. 12. q. 1. exhortanre, ac rationem reddente: *Hac enim vera est Sacerdotis fuga, abdicatio domesticorum, & quadam alienatio charissimorum: vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit.* diximus etiam verbo Deus cui portio est.

Suum persequi, non est alienum rapere. Gratianus in *can. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus* 1. §. *Arguitis nos, quod ea, quę vobis debentur, subripere quarimus.* 23. q. 1. dicentem excipe: *Arguitis nos, quod ea, qua vobis debentur, subripere quaramus: quia nostra persequimur. Sapienti quidem, & philosophico ore prolata sententia: Suum persequi, est ne alienum rapere? Vnde ad vos hac sententia manauit; nisi quia tanto ardore vestra concupiscitis, vt vestra putetis vobis auferri, cùm nos nostra consequimur? Vnde cum causa nostra debitum finem sortita fuerit; exclamabitis, ah miser; Crucior tantam bolam esse ereptum ex faucibus: Sed videte ne damnum effusi vnguenti vobis recompensare quaratis.* Nam Iudas suspendit se, qui ita tristatus fuit de effuso vnguento. vt *Gloss.* ibidem verbo *recompensare.* aduertit.

T

TAbellariorum subscriptio necessaria est, vt scriptura dicatur authentica; quod si Ciuitas tabellarios non habeat, trium testium subscriptio requiritur. Ex Gratiano in *can. placuit, vt quitamq; Episcopi* 15. §. *hęc de prascriptionibus decennij, vel vicennij ad finem.* 16. q. 3. ibique *Gloss.* verbo *subscriptione.* & ita decreuit Leo Imperator in *l. scripturas, quę sape assolent à quibusdam secretè fieri* 11. *siue penultima C. qui potiores in pignore habentur.* Hodie etiam duo testes tabellioni æquiperantur: vt *Gloss.* d. verbo *subscriptione* subnectit. ex Innocentio Tertio Papa in Concilio Generali in *cap. quoniam contra falsam assertionem iniqui Iudicis* 11. §. *statuimus, vt tam in ordinario Iudicio. de probationibus.* verbo sunt Innocentij. *Statuimus vt tam in ordinario Iudicio, quàm in extra ordinario Iudex semper adhibeat aut publicam (si potest habere) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa acta Iudicij conscribant.* ibique notat *Gloss* verbo *duos viros.*

Tabernam, aut ergasterium, siue stationem habere nulli Clerico liceat ad ministrandum alijs. Si quis tale quid fecerit, aut cesset, aut deponatur: ex Sexta Synodo in *can. nulli clerico liceat tabernam, aut ergasterium habere* 3. *distinct.* 44. Sicuti

Tabernam ingredi ad comedendum, & bibendum non liceat, nisi peregrinationis necessitate compellantur. ex Concilio Carthaginensi Tertio in *can. Clerici edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur.* 4. *eadem distinct.* 44.

Taciturnitas pessima, in Prelato præsertim. Nam, sicut in cauta locutio in errorem pertrahit; ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt; & iuxta veritatis vocem, nequaquam iam gregis custodię, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente Lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per Prophetam Dominus increpat, (Esaiæ 56.) dicens: (*Canes muti non valentes latrare.*) verba sunt Gregorii par. 2. pastoralis in *can. sit rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda proferat aut proferenda reticescat.* 1. *dist.* 43. Quin imo Prelatus reticendo occidit oues. ex Paulo (*Act.* 20.) Ephesiis dicens (*Mundę sunt manus meę à sanguine omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annunciarem omne consilium Dei vobis.* quę verba perpendit. Gregorius venantia scribens in *can. Ephesijs Paulus dicit:* 4. *eadem distinct.* 43. verbisque prosequens: *Mundus ergo à sanguine eorum non esset si eis Dei consilium annunciare noluisset. quia cùm increpare delinquentes noluerit; eos proculdubio tacendo pastor occidit.* peccat proinde: Quia

Taciturnitas mortalis est in Prælato Ex dictis Bonifacii Martyris in *can. si Papa suę, & fraternę salutis negligens deprehenditur.* 6. *distinct.* 40. verbis illis: *Insuper à bono taciturnus, quod magis officit sibi & omnibus.* vbi Glossa verbo *taciturnus.* rationem reddit: *Taciturnitas mortalis est in Prælato: vt 43. dist can. 1.* & licet Gratianus in *can. vnum orarium oportet Leuitam gestare.* 3. *col.* 3. §. *qua autem fiat minuta peccata, licet omnibus nota sint. distinct.* 25. inter minuta peccata numerat; *aut plus tacet quam expedit.* tamen *Glossa* ibidem verbo *plus tacet.* limitat dicens: *In prælatis est taciturnitas mortale peccatum. vt 43. dist sit rector. 40. dist si Papa. in alijs est veniale.* Præsertim vero in Papa d. *can. si Papa* 6. *distinct.* 40. & ex Iulio Papa ad Episcopos Orientales in *can. officii nostri consideratione* 13. 24. *q.* 1. excipe dicentem: *Officij nostri consideratione, non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christiana religionis zelus incumbit.* vbi *Glossa* verbo *tacere.* infert: *Taciturnitas est magnum vitium in Papa. vt 40. distinct. si Papa.* Nam

Taciturnitas in puniendo simoniacum nocet, & debet qui potest in simoniacam hæresim exardescere, alioquem cum eo participat, qui simoniam primo introduxit. Ex Gregorio primo in *can. quisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promouetur* 5. 1. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *exarserit.* declarans: *Hoc verum est, si potest probare illud, alias non nocet et taciturnitas. vt 1. q. 7. plerique* qui canon est Augustini homilia de pœnitentia incipit: *plerumque boni*

*viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent, quia sæpe destruuntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, Iudicibus probare non possunt*, 27. 2. q. 7. vbi *Gloss.* verbo *& tacent.* plura deducit, quando taciturnitas nocet, & quando non.

Taciturnitas necessaria quando ex locutione malum timetur, & qui debent audire contemnant. Hieronymum excipe super duodecim prophetas in *can. quando ergo vir Ecclesiasticus, & prudens, atque intelligens* 43. c. 1. q. 3. in fine inferente, atque instruentem Ecclesiastem: *Taceat in illo tempore, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui conuersi conculcent eas; & imitentur Hieremiam* (15.) *dicentem (solus sedebam, quia amaritudine repletus sum.) & illud psalmi* (149.) *(singulariter sum ego, donec transeam.)* & hoc ipsum dixit Clemens I. epistola 3. in extremo in *can. in mandatis habemus* 2. *distinct.* 43. verbis proferens: *Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos.* Alias vero loqui tenentur prælati, hoc enim illis ex officio conuenit, vt resistant malis, quorum taciturnitas est mortale peccatum, & magnum damnum in Ecclesia operatur. vt loquitur *Glossa* in *can. sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest* 56. 2. q. 7. verbo *quippe.* ex verbis Hieronymi in primo prologo Bibliæ dicendo: *Sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest: & quantum ædificat ex vitæ merito Ecclesiam Christi, tantum nocet si destruentibus non resistat.* Quia nimirum vt Gregorius in prima parte pastoralis capite 2. in *can. nemo quippe in Ecclesia nocet amplius, quàm qui peruersè agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet.* 2. *distinct.* 83. in fine concludit: *Episcopus itaque qui talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus, quàm Episcopus.* Aliam refert rationem Augustinus ad Vincentium Donatillã, & Rogatistam in *can. non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus,* 2. 5. q. 5. verbis suadens: *Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat.* Debent itaque Prælati corrigere quos delinquentes nouere, nec tacere. Vnde iure Gregorius ad Constantiam Reginam Galliæ in *can. cum deuotissimam Dominam sciam de cælesti vita, atque remedio animæ suæ sedulo cogitare* 8. 12. q. 2. scribens admonuit illam dicens: *Culpam me committere vehementer existimo, si ea, quæ pro timore Omnipotentis Domini sunt suggerenda, siluerat, & te sanctissimam de Ecclesiastica pace non commouero.* Admonebat enim illam Reginam pro violata emunitate Ecclesiastica. Peccatum ergo est Tacere. in Prælato verò magnum. Nam

Tacens consentire videtur in sui præiudicium præsertim. ea Martino Papa in *can. Diaconus, qui eligitur, & contestatus fuerit pro accipiendo matrimonio* 1. *distinct.* 27. subsequente: *Quod si in ordinatione tacuerit, & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit; alienus sit à ministerio, & vacet à Clero.* vbi Glossa verbo tacuerit infert: *Nota taciturnitatem haberi pro consensu.* Excipe tres casus, quos enumerat. & hoc idem in Ancyrana Synodo dictum fuit in *can. Diaconi quicumque cùm ordinantur* 8. *in fine distinct.* 28. prosequente: *Quicumque sanè tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiam, si postea ad nuptias venerint, à ministeria cessare debebunt.* Quia tacens consentire videtur, & venire videtur contra promissionem propriam, vt *Gloss.* ibidem verbo *in ministerio.* Adnotat. & ex noua constitutione in *can. si seruus sciente, & non contradicente Domino, in clero fuerit ordinatus. liber, & ingenuus erit.* 20 *distinct.* 54. quia nocet domino taciturnitas. ex *Glossa* ibidem verbo *sciente.* Concinit Pomponius libro 14. ad Quintum Mucium in *l. Labeo ait.* 19. *ff de aqua pluuia arcenda.* verba excipe: *Labeo ait: Si patiente vicino opus faciam, ex quo ei aqua pluuia noceat, non teneri me actione aquæ pluuiæ arcendæ.* Quia scientia inducit patientiam; patientia consensum ad aliquid vt *Gloss.* ibidem verbo *non teneri.* in fine concludit. *Aymon cons.* 10 *nu.* 4. *vers. secunda principaliter in fine. Hyppolitus singul.* 44. *taciturnitas.* & *singulari* 66 *patientia.* Ita quoque ancillam sciens ducens tacitè in eam consentit vt liberam. ex Concilio apud Vermeriam, cui interfuit Rex Pipinus in *can. si quis ingenuus homo vxorem ancillam alterius acceperit* 6. *in fine* 29. q. 2.

Taciturnitas necessaria in Concilijs. non enim debent, qui ibi assident, aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus, perturbari; nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi, & (quod deteriùs est) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. *Si quis enim* Apostolus ait: (Iacobi 1.) *putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam sed seducens cor suum, huius vana est religio.* Cultum enim suum iustitia perdit, quando silentia iudicij obstrepentium turba confundit. dicente propheta (Esaiæ 32.) *Erit cultus iustitiæ silentium.* Dictum fuit in Toletano Concilio 11. in *can. in loco benedictionis consedentes Domini Sacerdotes* 3. *siue finali* 5. q. 4.

Taciturnitas peccati in confessione sacramentali pessima. Quia Taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. Ideo enim peccatũ suum celare quisque desiderat; ne iniquitas sua alijs manifesta fiat; ne talis reputetur apud homines foris, qualem se iam dudum exhibuit Diuino conspectui. Quod ex fonte superbiæ nasci nulli dubium est: Species enim superbiæ est, se velle videri iustum, qui peccator est; atque hypocrita conuincitur; qui ad imitationem primorum parentum tergiuersatione verborum, peccata sua leuigare contendit: vel sicut Cain peccatum suum reticenda penitus supprimere quærit. Vbi autem superbia regnat, vel hypocrisis; humilitas locum habere non potest. Sine humilitate vero alicui veniam sperare non licet. Nec ergo vbi est taciturnitas confessionis, venia est speranda criminis. Ita verbis edicit Gracianus in *can. quis aliquando vidit Clericum cita pœnitentiam agentem?* 87. §. *his auctoritatibus asseritur, neminem sine pœnitentia, & confessione propriæ vocis à peccatis posse mundari col.* 6. *siue*

fina-

*In ali. §. item taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis de pœnitent. dist. 1.*

Taciturnitas veritatis malum. Ita quidẽ quod, qui metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat; Quia magis timet hominem, quàm Deum. Augustinus ad Casulanum in *can. quisquis metu cuiuslibet potestatis* 80. 11. q. 3. inferens: *Vterque reus est, & qui Veritatem occultat, & qui mendacium dicit: Quia & ille prodesse non vult; & iste nocere desiderat.* Rationem etiam habes ex Ioanne Chrysostomo in opere imperfecto in *can. nolite timere eos, qui occidunt corpus* 86. eadem 11. q. 3. verbis deducente: *Quod non solùm ille proditor est Veritatis, qui transgreditur veritatem, palã pro veritate mendacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet: aut non liberè veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor est veritatis.*

Taciti, & expressi eadem est virtus, idem iudicium. ex Gelasio Papa in *can. Beatus Paulus Apostolus non ideo (quod absit) fefellisse credendus est, aut sibi extitisse contrarius* 5. 22. q. 2. quia quod non expressit verbis, animo tamen retinuit. Sicuti nec Petrus, qui dixit Domino: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* veluti etiam ex Augustino in *can. Beata Maria* 3. 27. *quæst.* 2. verbis edicente: *Beata Maria proposuit se seruaturam votum Virginitatis in corde: sed ipsum votum virginitatis non expressit ore. Subiecit se diuinæ dispositioni, dum proposuit se perseueraturam Virginem, nisi Deus aliter sibi reuelaret. Cõmittens ergo Virginitatem suam diuinæ dispositioni consensit in carnalem copulam, non illam appetẽdo sed diuinæ inspirationi in vtroque obediendo.* Taciti ergo, & expressi eadem est virtus. notat *Gloss.* ibidem verbo *ore*. Ita quoque ex Alexandro Tertio Cantuatiensi Archiepiscopo in *cap. ex parte Conuerten Episcopi* 1. *extra de rescriptis*: illis verbis: *Et in huiusmodi litteris intelligenda est hæc conditio, etiam si non apponatur, si preces veritate nitantur.* taciti ergo & expressi eadem est virtus, idem Iudicium. notat *Glossa* ibidem verbo *conditio*. quemadmodum & Pomponius lib. 27. ad Sabinum respondit in *l. cum quid mutuum dederimus*. 3. *ff de rebus creditis, & si certum petatur*. conuenrum enim videtur, vt reddatur in eadem bonitate, & si expressum non fuerit. rationem reddens: *Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est.* Taciti ergo, & expressi eadem virtus est. Reprimè tamen si alius expressus perquiratur consensus. ex Glossa notabili in *cap. si diligenti* 12. qui est Innocentii Tertii Pisano Archiepiscopo. *ad finem. de foro competenti*. ad verba illa: *Manifestè patet, quod non solum inuiti, sed etiam volentes paciscei non possunt, vt secularia Iudicia subeant.* verbo *manifestè patet*. in fine. *Hyppolitus de Marsilijs singulari* 387. *taciti, & expressis. Cardinalis Tuscus tomo vltimo littera T. conclus.* 7. præsertim. *num.* 39. *&* 41. *& conclus.* 8. diximus *respons.* nostra 70. *num.* 18. *&* 19. *part.* 3. & pluribus etiam *respons.* 78. *à num.* 74. *cum sequentiqus part.* 5. vbi *nu.* 81. repressimus: si tacitum in expresso non includatur. ex *Mario Antonino variarum resolutionum libro* 2. *resolut.* 57. *num.* 72. agiturque de annullando actum. ex *Card. Tusco d. conclus.* 7. *num.* 35. *&* 36. *Barbosa axiomate* 118. *num.* 2.

Tactus sacratum scripturarum, siue Euangeliorum in Iure iurando præstando requiritur, si expresse à Iure perquiratur. vt ex Gregorio in *can. quoties cordis oculus nube erroris obductus supernæ illustrationis lumine fit serenus* 9. 1. q. 7. de redeunte à schismate verba faciente, verbis illis: *Vnde iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc sancta quatuor Euangelia, quæ in manibus meis teneo.* Nec diuersimode Gregorius 10. in generali Concilio Lugdunen in *cap. vt circa electiones, postulationes, & prouisiones Ecclesiasticas* 4. *de electione, & electi potestate in* 6. verbis illis: *Coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeant veritati, corporali præstito iuramento, quod credunt ea, quæ sic exprimunt, esse vera, & se posse probare.* ibique *Glossa* verbo *corporali* dicens; requiri tactum scripturarum Euangeliorum, eodemque modo Bonifacius VIII. in *cap. is, qui contra electionis formam* 19. *eodem de electione in* 6. & ipse dicens: *corporali à se præstito iuramento.* Nec discessit Clemens V. in Cõcilio Viennen in *clementina multorum querela Sedis Apostolicæ pulsauit auditum* 1. §. *porro coram Episcopo. de hæreticis*. De Iuramento à Custodibus hæreticorum præstando disponens: *Porrò (inquit) coram Episcopo, vel Capitulo sede vacante, & Inquisitore prædictis, vel Substitutis ab eis custodes supradicti, antequam suum officium exequantur, iurabunt ad sancta Dei Euangelia corporaliter à se tacta.* ibique peroptimè *Glossa* verbo *tacta.* infert: *In corporali iuramento non sufficit præsentia; sed requiritur tactus Euangeliorum.* ibique etiam *Glossella* Marginalis. & ita exaudit Card. *Zabarella* ibidem *num.* 2. *&* 4. vbi sacri Canones de corporali tactu disponunt. Secus verò si de testibus verba faceret, quod iurati deponeret; nam sufficeret Iuramentum, quamuis Euangeliorum librum non tangerent. ex Honorio Tertio Pennen Episcopo in *cap nuper nobis A. presbytero supplicante* 51. *de testibus, & attestationibus extra.* illis verbis: *Qui iurauerunt super hoc (contradicente dicto presbytero) non iurati (& paulo post) nisi iuratus deposuerit.* ibique *Gloss.* verbo *nisi iuratus*. Vnde Card. *Zabarella d. clement.* 1. *num.* 4. supponit Regulam: testi non iurato, non præstari fidem. Nisi iuramentum ex parte sibi remitteretur. ex Innocentio Tertio Bisantino Archiepiscopo in *cap. tuis quæstionibus* 39. *eodem de testibus, & attestationibus extra.* verbis dicente: *testes in causis proprijs producere absque iuramenti exhibitione non possunt: nisi fortè à parte remitteretur aduersa.* ibique Glossa. & Abbas.

Velut & in *extrauagãti Malitijs hominum vnica de authoritate, et vsu pallii inter cõmunes.* quæ est Ioãnis 22. qui de Iuramento corporali loquitur: *Nisi obijcientes firmiter corporali præstito iuramẽto, sed id malitiosæ non agere, sed obiecta vera esse se credere.*

Iuramentum vero præsumitur præcessisse in teste. Notario dicente pro vt Iurauit manu &c.

&c. saltim ob stilum. ex *Abbate in cap. fraternitatis de testibus* vbi etiam *Felinus col. finali*, & idem *Felinus d. cap. tuis 29. num 7. de testibus. Flaminius Chartarius de interrogatione reorum libro 3. cap. 3. num. 18. Rota* apud *Canaler. decis. 434 num. 2. & 3.* & in *recentioribus part. 1. decis. 393. num. 8. 9. & sequentibus.* Testes sacerdotes sufficit iurasse tacto pectore ex consuetudine Curiarum omnium. *Rota apud Caualerium decis. 322 num. 2. & per totam.*

Talia sunt subiecta, qualia prædicata demonstrant. Quia nimirum prædicata debent esse talia, qualia præmittuntur eorum subiecta post Philosophos deducitur ex Papiniano libro 4. Responsorum in *l. si vno anno remissionem quis colono dederit 27. in 1. responso ff. locati, & conducti.* adnota verba: *Si vno anno remissionem quis colono dederit ob sterilitatem; deinde sequentibus annis contingerit vbertas: nihil obesse domino remissionem. sed integram pensionem, etiam eius anni, quo remiserit, exigendam. Hoc idem, & in vectigalis damno respondit. Sed & si verbo donationis dominus ob sterilitatem anni remiserit, idem erit dicendum; quasi non sit donatio, sed transactio. Quid autem, si nouissimus erat annus sterelis in quo remisit? Verius dicetur, & si superiores vberes fuerint, & scit locator, non debere eum ad computationem vocari.* Quia talia sunt prædicata, qualia sunt subiecta. & verba debent intelligi secundum subiectam materiam, & secundum naturam contractus. *Bart.* ibidem adnotat in *summario.* concinit Celsus libro 5. Digestorum in *l. si defensor in iudicio interrogatus 10. ff. de interrogatoriis. actionibus.* Idem ex Gidroano Cæsare in *l. si maritus quondam vxoris tuæ 10. C. de donationibus inter virum, & vxorem, & à parentibus in liberos factis, & de ratihabitione.* In ratione in fine, quam refert: *Cum causa liberalitatis à criminatione separata sit.* & separatorum separata debeat esse ratio. secundum *Glossam* ibidem verbo *separata sit. Baldus cons. 10. In quæstione nu. 8. lib. 5. Andreas de Isernia in cap. 1. qui successores teneantur nu. 7.* ibique *Liparulus Aymons cons. 25. nu. 30.* & *cons. 33. nu. 16 Surdus decis 149. nu. 18.* & *cons. 430. nu. 15.* & *cons. 450. num.* etiam *19. libro 3. Plaza in epitome delictorum lib. 1. cap. 6. num. 2 circa medium.*

Talis quisque præsumitur, qualia sunt verba, quæ profert, & qualis eius sit animus, ex verbis agnoscitur, quia verba sunt eorum, quæ sunt in anima, passionũ notæ. ex Aristotele & Taliter quisque iudicat, qualiter, & ipsa affectus est. ex Gregorio homilia 26. in Euangelia in *can. Iudicare de subiectis digne nequeunt, qui in subditorum causa, sua vel odia, vel gratiam sequuntur 61. 11. q. 3.* Rationem reddit ipsemet Gregorius ad Gundiscalium in *can. illa præpositorum solicitudo vtilis, illa est cautela laudabilis 67. eadem 11. q. 3.* sequẽtibus dictis: *Restringenda sabratione potestas est; nec quidquam agendum putas, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotianis tempore iustum omne putat, quod fecerit.* Ex verbis ergo quis agnoscitur, qualis in animo sit, nisi contrarium probetur. ex Diocletiano ax Maximiano Augustis in *l. si non conuitij, consilio te aliquid iniuriosum dixisse probare potes 5. C. de iniurijs.* & ex summario *Saliceti*, ibidem. notatque *Gloss.* verbo *probare potes*, rationem reddens: *Quia verba sic se habent.* vt probare debeat si per iocũ dixerit. probatur ex illo Salomonis (prouerbiorum 26. 18.) *Sicut noxius est, qui mittit sagittas & lanceas in mortem; ita vir qui fraudulenter nocet amico suo: & cum fuerit deprehensus dicit, Ludens feci.* Quæ verba deducta sunt in *cap. 1. de præsumptionibus extrà:* ibique notat *Glossa* verbo *Ludens.* cum det operam rei illicitæ. ex Vrbano Secundo Guarnerio Narbonensi Episcopo in *can. Clerico iaciente lapidem puer dicitur interemptus. 37. dist. 50.* & ex Capitulis Martini Bracarensis Episcopi in *can. si quis voluntariè homicidium fecerit 44. eadem distinct. 50.* notat *Rota in antiquis decis. 875.* quæ est *1. de hæreticis. nu. 10.*

Tales erga subiectos nostros debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos. verba sunt Gregorij Ioanni Episcopo Syracusano in *can. quorundam ad nos relatione peruenit. 6. ad medium dist. 74.* concinit Iustinianus Cæsar in *authentico vt cum de appellatione cognoscitur. collatione 8. §. considerare namque debent parentes, quia & ipsi filij fuerunt, & eadem à suis parentibus sperauerunt.*

Talis in regiminis debet arce constitui, qui non solùm de salute animarum, verùm etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus. verba sunt Gregorij Clero, & nobilibus Neapolitanis respondentis in *can. Petrus diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est. 1. siue vnico dist. 39.*

Talis ego sum in scriptis aliorum, quales volo esse intellectores meorum. Augustinus ad Fortunatianum in *can. neque quorumlibet disputationes 10. in fine dist. 9.*

Talis quisque præsumitur, quales, & socios sibi asciuit. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Galliæ in *can. tantis Danielus grauatus testimonijs tanta facinorum accusatione pulsatus 3. distinct. 81.* damus verba: *Cui conuictu sociabitur, qui sibi eum credidit, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit.*

Tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum. Gregorius in moralibus in *can. omnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. 3. distinct. 47.* asserens locutũ Apostolũ (ad Romanos. 6.) *Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.* inferens ipse: *Eorum proculdubio infirmitati condescenditur, vt si eis apertius diceretur: Si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum; ne debiliores vos habeat sancta libertas æris, quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.* Aeris. id est cœlestis conuersationis. *Glossa* ibidem commentum facit. *Qua ideo dicitur æra*

quia

*quia in ea sępe boni penna contemplationis eriguntur ad sublimia sicut auis in aera.* 23. q. 4. *cum in lege. Archid.* Sic Glossella Merginalis ibidem qui *can. cum in lege scriptum sit* 16. 23. q. 5. est Geegorii homilia 38. in Euangelia in fine dicendo: *Quid vero per altilia; nisi patres veteris testamenti figurantur? Qui dum gratiam interna pinguedinis percipiunt, ęternis desiderijs innitentes, ad sublimia contemplationis sua pennis sublenantur.*

Talis quis pegsumitur, qualis in matricula repeeitur descriptus. ex Zenone Imperatore in *l. matriculam agentium in sebus.* 3. *C. de agentibus in rebus. libro.* 12. quod exaudi: si faciat id, quod ad talem spectar marricolam. *Rota* apud sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis.* 572. *nu.* 4. & 5.

Tale quid dici non debet, ex eo, quod potest contingere tale, si non fit nunc. ex Vlpiano libeo 27. ad Sabinum in *l. rem in Iudicio deductam non id circo pluris esse opinamur* 1. *ff. de in litem iurando.* in fine inferente. *Non enim res pluris fit per hoc, sed ex contumacia pluris æstimabitur vltra eius pretium.* & ex summario ibidem: *Non debemus inspicere, quod euenire potest; sed ad id. ad quod est res naturaliter destinata.* Concoedat idem Vlpianus libeo 60. ad Edictum in *l. Ergo quandiù incertum sit vtrũ existat successor, an non, cessabis constitutio* 4. *ff. de fideicommissarijs libertatibus.* subsequenda: *Cum certum esse cœperit, tunc erit constitutioni locus.* notat *Afflictus decis.* 385 *nu.* 7. ad finem. ibique ad notat *Grammaticus* Addens *littera A.* Vnde etiam

Tale non est, propriè, quod est tale sub conditione. ex Vlpiano libeo 32. Digestoeum in *l donationes complures sunt.* 1. §. *dat aliquis ff. de donationibus.* Vlpianum excipe: *Dat aliquis, vt tune demum accipientis fiat, cum aliquid secutum fuerit. Hęc non propriè donatio appellatur, sed totum hoc donatio sub conditione est.* sequitur *Surdus decis.* 283. *num.* 4.

Talionis pœna diritur similis illi, quam accusatus meeebatur. ex Damaio Papa ad Seephanum Archiepiscopum in *can. calumniator, si in accusatione defecerit, talionem recipiat* 2. 2. *q.* 3. ibique Glossa verbo *talionem*: subsequens: *Id est aliam pœnam similem.* ex Decreto Hadriani papę in capitulis abipso collectis in *can. qui non probauerit, quod obiecit: pœnam, quam intulerit, ipse patiatur* 3. *eadem* 2. *q.* 3. eodemque modo Sixtus tertius ad Episcopos Orientales in *can. qui crimen obijcit scribat se probaturum.* 4. 2. *q.* 8. in fine concludens: *Et qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.* Et ex Augustino libro 19. contra Faustum in *can. quod debetur, & si benignè remittitur, non tamen iniquè repetitur.* 2. 14. *q.* 1. subsequente, *Peccat autem, qui exigit vltra debitum: idcoque lex modum figens, pœnam talionis instituit.* vbi *Gloss.* veebo *talionis.* subnectit: *Vt tanta satisfactio petatur ab eo, quanta iniuria processit.*

Tangit pupillam oculi Dei, eius qui tangit Sacerdotes. Sicut pee Zachariam prophetam 2. ipse dixit Dominus: *Quis vos tangit, tangit pupillam oculi mei.* Hinc est, quod Dominus ipse peoprio flagello peccantes sacerdotes à templo eiecit (*Ioannis* 1.) & perpendit Anacletus Papa ad Episcopos Italiæ sceibens in *can. accusatio quoque eorum* 15. 2. *q.* 7. verbis subsequens: *Vnde liquet, quòd summi sacerdotes; id est Episcopi à Deo sunt iudicandi, non ab humanis, aut prauæ vitę hominibus lacerandi; sed potius ab omnibus fidelibus portandi, ipso Domino exẽplum dãte, quando ipse per se ipsũ & non per alium vendẽtes, & ementes eiecit de templo.* & nõ multo post: *Vnde & Dominus per prophetam inquit:* (*Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.*)

Tangeee pollutum, est peccatis aliorum consentiee. Vnde Boni Pęlati & Rectores ex sua infiemitate aliorum infirmitates pensantes, magis pee humilitatis, & mansuetudinis leuamentum student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam peeditionis nutantes propellere. Vnde Doctor gentium: (1. ad Corint. 9.) *Factus sum* (inquit) *infirmus infirmis.* Hieronymus ad quartum Threnorum in *can. recedite inquiunt polluti: recedite, abite; nolite nos tangere.* 16. *distinct.* 45. & Augustinus in libris de veebis Domini sermone 18. in *can. tolerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur* 1. *in fine* 23. *q.* 4. in fine sic ad rem infert: *Hoc est exire, ore non parcere: Hoc est immundum non tangere, voluntate non consentire.*

Tangere mulierem ad eum finem, vt cum illa concubas, quamuis concubitus non sequatur, peccatum est, & illud mortale, ad speciem mulieris, si vel virgo, vel nupta, vel vidua fuerit, vel coreupta. ex Cypeiano ad Pomponium de viegınibus in *can. nec aliqua putet se possè hac excusatione defendi* 4. 27. *q.* 1. dicente Cypriano in ipso peincipio, & rationem reddente: *Cùm & manus obstetricum, & oculi sæpe falluntur; & si incorrupta inuenta fuerit virgo ex parte, qua mulier potest esse; potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quę corrumpi potest, & tamen inspici non potest. Certe ipse concubitus, ipse complexus, ipsa confabulatio, & osculatio, & cõplacentiam duorum turpis, & fœda dormitio, quantum dedecoris, & criminis confiteatur?* Et Augustinus de communi vita Cleeicorum in *can. nec solo tactu* 12. 31. *q.* 5. verbis dicens: *Nec solo tactu, sed & affectu quoque & aspectu appetit fœmina. Nec dicatis vos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos; quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius.*

Tãquã dictio expressiua est veritatis; quãdoq; etiã similitudinis dictio est. ex Innocentio Archiepiscopo, Decano, & Peæcẽtori Lugdunẽ in *cap. cum pro causa, quę inter G. & P. Cabilonẽ Ecclesia Archidiaconos vertebatur* 27. *in fine de sẽtẽtia excõmunicationis extra* verbis illis: *Ipsum tamquã excõmunicatũ satisfacturos Ecclesia sua & altera, monitione præmissa cogati*

vbi

Vbi *Glossa* verbo *tamquàm excommunicatum*. sequentibus adnotat: *Istud tamquam expressiuum est veritatis, vt dictum est.*

Tardiùs dare peccatum est; quanto peiùs est non dedisse; Augustinus sermone 219. de tempore. in can. *decimæ, tributa sunt egentium animarum* 66. 16. q. 1. post principium, de decimis verba tradens, dicensque: *Deus enim noster, qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatus est recipere, non sibi, sed nobis sine dubio profuturam: Sed si tardius dare, peccatum est; quanto peius est, non dedisse?*

Temerè agere ille dicitur, qui scienter agit, quod à iure prohibitum est, sub colore tamen fraudulento. Ex Innocentio Tertio nobili viro G. Montis Pessulani in *cap. per venerabilem fratrem nostrum Arelaten Archiepiscopum*. 13. §. *videbatur autem ex eo trahere maiorem audaciam postulando*. extra *qui filij sint legitimi*. verbis dicente: *Tu verò vxorem tuam à te temeritate propria separasti*. Quod sane facere non debuit, etiam si causa esset manifesta. *Gloss.* ibidem verbo *separasti*. adnotat. & ex Gregorio 10. in Generali Concilio Lugdunen in *cap. auaritię cæcitas* 5. *in ipso principio de electione, & electi potestate in 6.* ad verba illa: *Eos in illam temeritatem impellunt*. notat ibidē satis ad rē *Glossella* Marginalis subsequēs: *Nota optimū textū, qui dicantur agere actū temerarie: Quia ille, qui agit scienter actum sibi à iure prohibitum sub colore fraudulento. vide textum. qui filij sint legitimi per venerabilem. ver. videbatur. ex Ioan. Andr. in clem. 1. de sepult.* sic Glossella Marginalis. Temerariè agentis meminit quoque Innocentius IV. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. statuimus, vt si quia electionem 1. de electione & electi potestate in 6.* verbis edicens: *ad quę* (beneficia videlicet) *si intra illud tempus. propria temeritate se ingesserit, eis, ipso iure, perpetuò sit priuatus.* vbi *Gloss.* verbo *temeritate.* reprimit dicens: *Secus autem si auctoritate superioris, vel restitutus fuisset.* ad regulam Bonifacii VIII. 23. *Quod quis mandato facit Iudicis, dolo facere non videtur; cum habeat parere necesse. de regulis Iuris in 6.* Temeritas verò tribus modis deregitur, vti perpendit Gratianus. in *can. si quem pænituerit accusasse criminaliter. 8. §. accusatorum temeritas tribus modis deregitur. 2. q. 3.* vbi in fine sic infert: *Temeritas enim facilitatis veniam continet: & inconsultus calor calumnia vitio caret; & ob id nullam pœnam huic irrogari oportet.* Quod sane ex Vlpiano mutuatus fuit. vnde *Gloss.* verbo. *& inconsultus.* argumentum dicit: *Non esse imputandum, quod fit cum impetu mentis*: ex Fabiano Papa ad Hilarium Episcopum in *can. si quis iratus crimen aliquod cuilibet temere obiecerit* 5. eadem 2. q. 3. Nam alias temeritas pro pertinacia assumitur. vt ex Clemente tertio in *cap. innotuit nobis* 1. *extra de maledicis.* illis verbis: *ipsum à temeritate sua compescas.* à temeritate; id est pertinacia. *Glossa* ibidem expressit.

Temeritas est canonica instituta contemnere. ex Nicolao Papa Gerardo Turonensi Archiepiscopo in *can. notum sit tuę fraternæ charitati* 10 *in fine* 2. q. 1. dicente; atque præcipiente; *Et nullatenus canonica instituta alicuius temeritate contemni permittas; quia facientem, & consentientem par pœna constringit.* Nec diuersimode ex Concilio Tolerano Septimo in *can. nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur; neque illa, quæ summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis actu soluantur.* 16. 7. q. 1. eodemque modo Damasus Papa declarauit in *can. hanc consuetudinem, quæ contra sanctam Ecclesiam catholicam augeri videtur, omnino interdicimus* 15. *siue finali in fine* 10. q. 1. excipe dicentem: *Siquis vero contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum CCCXVIII. Patrum, qui in Niceno Concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit. sub anathematis vinculo sit colligatus, & condemnatus.* Temeritas itaque est Canonica Instituta contemnere Vnde

Temeritas dicitur, si quis proprii arbitrii temeritate in alia Ecclesia, quam in illa, qua maiores eius sepulti erant, sepulturam sine causa eligeret. ex Melchiade Papa in *can. placuit per omnia Magno Concilio.* 7. 13. q. 2. ibique declarat *Glossa* verbo *temeritate*: Cum temerariè fit, & sine causa. ibique Gratianus 9. *sed aliud est ex temeritatis superbia vsum antiquorum patrum non sequi: atque aliud rationabili occasione nouam sibi sepulturam eligere.* Nam alias potest quis sibi eligere sepulturam vbi voluerit. ex Leone Tertio in *cap. nos instituta maiorum patrum considerantes 1. extra de sepulturis* dicente: *Nulli tamen negamus propriam eligere sepulturam etiam alienam. Dominus enim, & Magister, alienam elegit, vt propriam.* Decreuitque Alexander Tertius Decano, & Magistro R. Rauennateo in *cap. cum liberum sis* 6. & Innocentius tertius Episcopo Claremonten, & Abbati Maurien in *cap. in nostri præsentia constitutis* 10. §. *talem super his duximus sententiam proferendam. eodem extra de sepulturis.* verbis illis: *Nisi apud eos elegerint sepulturam.* ibique *Glossa* verbo *apud eos.* deduximus nos pluribus *respons.* nostra 14. à *num.* 1. *cum sequentibus part.* 2. *& respons.* 15. *num.* 60. 61. *&* 62. *part.* 5. & in superibus, sepulturam sibi, siue sepulchrum eligere quisque potest vbi voluerit.

Temeritas est superiorum vitam temere iudicare, vel reprehendere. etiā tenuiter. ex Nicolao Papa ad Michaelem Imperatorem in *can. nolite nos existimare facta cuiuscūque proximorum nostrorum, quę sunt digna reprehentione, velle defendere* 5 *in fine distinct.* 21. verbis præcipiente: *Vt nulla prorsus temeritate ad eorum vitam, non dicam, diiudicandam: sed nec saltem*

te-

*seueriter reprehendendam, prosiliant*. ibique declarat *Gloss.* verbo *reprehendendam*.

Temperantia est, cùm non plus, quàm necesse est, seruitur corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendę virtutis habeatur. Gregorius Natali Episcopo in *can. conuiuia, quę ex intentione impendendæ charitatis fiunt. 6. distinct. 44. in fine.* & cum absque ciborum luxuria transigitur. ex Hieronymo in *can. non dico hebdomadas, non duplicata, non multiplicata ieiunia, sed vel singulos dies absque ciborum luxuria transigamus. 18. de consecrat. distinctione. 5.*

Temperantia nec dum animę, sed & corpori proficit. ex Ioanne Chrysostomo in *can. nihil enim sic iucundum est, sicut cibus bene digestus, & decoctus 28 de consecratione distinct. 5.* Rationem referente, dicenique: *Nihil sic salutem, nihil sic sensuum acumen operatur, nihil sic ęgritudinem fugat, sicut moderata refectio: sufficientia quippe cum nutrimento & sospitatem simul procreat, & voluptatem: abundantia verò morbum facit, & molestias ingerit, & ęgritudines generat.* Vnde ex Augustino in *can. quod dicit Dominus in Euangelio 4. distinct. 41.* intelligere debemus; *Nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia non se corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum, non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est*. & ita in canonibus sequentibus parsimonia, & temperantia inculcatur.

Temperantia rerum seruanda est semper. Nam refectio debet esse satietatem fugiens. vti Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. sint tibi quotidiana ieiunia, & refectio satiatatem fugiens. 19. de consecrat. distinct. 5.* differens tradit, subdens: *Nihil prodest biduo, triduoque transmisso vacuum portare ventrem: si post pariter obstruatur.* id est, repleatur postea per crapulam vsque ad summum. vt *Glossa* ibidem subnectit.

Temperatus moribus esse debet; qui Episcopus ordinandus est. Vt scilicet sit vita castus, sit prudens docibilis, sit sobrius, sit semper suis negotiis cauens, sit humilis, sit affabilis, sit misericos, litteratus, in lege Domini benè instructus. ex Concilio Carthaginensi, cui interfuit Augustinus tempore Honorii Augustini in *can. qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur. 2. distinct. 23.* in fine concludente: *Suscepto in nomine Christi Episcopatu, non suę delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat.*

Temperantia in elargiendis quoque eleemosynis custodienda, vt in ipso quoque pauperis dato mensura teneantur, vt quis abundet pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. ex Ambrosio libro 2. officiorum in *can. pulchra etiam liberalitas est in ipso quoque pauperis dato mensuram tenere 18. distinct. 86.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *dato*: sequentibus dicens: *Quanto enim minora sunt, quæ sparguntur, tantò plures recipientes erũt. Vnde pauperibus non sunt facienda sumptuosa conuiuia.*

Temperantia in ipso quoque Dominio tenenda est, & in pœnis infligendis. Miscenda est enim lenitas cum seueritate, faciendumque quodam, ex vtraque temperamentum, vt neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Gregorius vt fatur in moralibus in *can. disciplina; vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur 9. distinct. 45.* anferens exemplum: *Hinc est, quòd semiuiui illius vulneribus, qui à samaritano in stabulum ductus est, & vinum adhibetur, & oleum; vt per vinum mordeantur vulnera, per oleum foueantur: Quatenus vnusquisque, qui sanandis vulneribus pręest, in vino morsum districtionis adhibeat; in oleo mollitiem pietatis: per vinum mundentur putrida, per oleum sananda foueãtur.* Quia Iudices debent sequi mediocritatem. vt *Glossa* ibidem verbo *miscenda* prosequitur

Temperandę res sunt humanę, atque etiam Leges, ac pro necessitate temporum, aut pro consideratione ætatum; vt in ijs, quę vel dubia fuerint, aut obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis Sanctorum Patrum inueniatur aduersum. Ex Leone Papa ad Rusticum Narbonensem Episcopum in *can. sicut quædam sunt, quę nulla possunt ratione conuelli 2. sine finali distinct. 14.* Nam pro loco, & tempore illicita redduntur, quæ simpliciter licita sũt. vt *Glossa* fatetur, ac notat in *can. placuit, vt vnusquisque Episcopus per Ecclesias suas hoc pręcipiat* 103. verbo *requiratur*. 1. q. 1. Sicut enim ii, qui mare nauigant, tempestate vrgente, nauique periclitante anxiati quędam exonerant, vt cętera salua permaneant; ita, & nos cum non habemus saluandorum omnium negotiorum penitus certitudinem, despicimus ex iis, quędam, ne cunctorum patiamur dispendia. vt Beatus Cyrillus ad Gennadium presbyterum, & Archimandritam scribens dicit in *can. dispensationes rerum non numquam cogunt parum quidem a debito quosdam foras exire 16. 1. q. 7.* Concinneque Gelasius Episcopis scribens per Lucaniam in *can. & si illa non numquam relinquenda sunt. a §. eadem 1. q. 7.* dicens: *At, si ea ipsa, quę nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumque cogit intuitus, vel accelerata prouisionis respectus excusat: Quanto magis illa nullatenus mutilanda sunt, quæ nec vlla necessitas, nec Ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas?* ibique *Gloss.* verbo *vel rerum, temporumq;* subsequitur: *Vel personarum. Nam pro qualitate personarum & actio formatur, & conuersatio moderatur*. Temperandæ sunt itaque res humanæ.

Templa Domino ædificare, & pro vt meliùs possumus ornare, eaque diuinis pręcibus, & Sanctis vnctionibus suis cum altaribus, & vasis, vestibus quoque, & reliquis ad diuinum cultum explendum vtensilibus deuote, & solemniter sacrare, nec in aliis locis, quam in Domino sacratis ab Episcopis, missas celebrare, & sacrificia offerre Domino debemus: ex verbis Felicis Quarti in Epistola in *can. Tabernaculum enim Moysem Domino præcipiente*

*fecisse* 2. § *fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, de consecrat distinct.* 1.

Tēpla autem sub nomine & Beatę Matrę Virginis, & Sanctorum Angelorum, & Sanctorū Martyrū, & Confessorum, atque Sanctorum, in honorē Omnipotentis *Dei* ędificamus, & in illis sanctorū reliquias, corpora, & imagines veneramur, vt pro nobis apud *Deū* intercedant, excitemurque ad illos imitandū. *Ioannes Azorius Institutionū moralium tom.* 1. *libro* 10. *cap.* 17. *q.* 8.

Temporalia elargitur Deus his qui in pauperes liberalitatem exercent, vt contrà in eos, qui decimas soluunt penuriam immittit, & famē, & rerū omnium egestate opprimūtur. ex Hieronymo in Malachiā in *can. reuertimini ad me, & ego reuertar ad vos dicit Dominus* 65. 16. *q.* 1. excipe inter cętera Hieronymū post mediū: *Si quando fames, & penuria, & rerū omnium egestas opprimunt mundum, sciamus hoc ex Dei ira descēdere; Qui in pauperibus si non accipiat eleemosynā fraudari se loquitur: & suas possessiones possumus decimas, & primitias interpretari.* Nec diuersimode Augustinus sermone 219. de tempore in *can. decimæ tributa sunt egentiū animarum* 66 *eadem* 16. *q.* 1 subsequēs: *Quod si decimas dederis, non solum abundantiā fructuum recipies, sed etiā sanitatem corporis & animę consequeris.*

Temporalia dat Deus ob pietatem in alios exercitam. ex Gregorio in moralibus in *can. si quælibet culpa sequentis solet pia operatione purgari* 20. 22. *q.* 2. de obstetricibus exemplū deducente de quibus (*Exodi* 1 dicitur: *Quia ędificauit illis Dominus domos* subdens: *Nam benignitatis eorum merces, quæ eis in æterna potuit vita retribui, pręmissa culpa mendacij, in terrenam est recompensationem declinata.* ibique *Gloss.* verbo *æternam.*

Temporalium ab strepitu cessare oportet eos, qui in sortem sunt asciti Dei. Illi namque contemplationi, & orationi dediti ab omni strepitu temporalium cessare conuenit. Vt sunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet Conuersi. ex Hieronymo ad quendam suum Leuitas de duobus generibus hominum in *can. duo sunt genera Christianorum* 7. 12. *q.* 1.

Temporalium bonorum homines, quæ acceperunt, Deo rationem reddituri sunt. ex Gratiano in *can. Firmissime tene, & nullatenus dubites* 3. § *ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur. in fine* 15. *q.* 1. attende dicentem: *Homines verò, quia rationales facti sunt, & de se, & de omnibus rebus, quas in vsum vitæ præsentis acceperunt, rationem reddituri sunt Deo: & pro suorum actuum qualitate recipient, aut pœnam, aut gloriam.*

Tempore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus. Calixtus Papa I. ad Episcopos Galliarū in *can. ponderet vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui non vult, alteri non loquatur* 14. *in principio dist.* 50 dicens: *Nos enim tempore indigemus, vt aliquid maturiùs agamus.* vbi *Gloss.* verbo *tempore* rationem reddit: *Nā ratio temporis mutat constitutionem.* ex Pelagio Papa Florentino Episcopo in *can. Fraternitatis tuę relatione suscepta* 7. *dist.* 34. verbis exprimente: *Tamen, quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius, non patitur in omnibus manere censuram.* &

Tempore indigemus vt operemur. deduximus *respons.* nostra 96. *num.* 15. *& sequentibus parte* 5.

Temporis cursus vsum præsumi facit, & vim legis obtinet. ex Iustiniano Cęsare relato in *can. Diuturni more. consensu vtentium approbati legem imitantur* 6. *dist.* 12. vnde est quod

Temporis lapsus siue cursus præsumi facit actum extrinsecum intercessisse. notlet *Maranta cons* 66. *num.* 4. & *de multiplici alienatione nu.* 133. & 134. *Rota in Regien Iuris patronatus* 10. *Iunij* 1623. *coram Pirouane decis.* 16. *nu.* 1. & 10. *apud Viuianum de Iure patronatus in praxi.* Veluti etiam

Temporis cursus allegato titulo, pręsumi facit pro ipso titulo. ex Pelagio Papa Iusto Episcopo in *can. dilectio tua studeat, quæsita omniū fideliter rerum veritate* 7. 16. *q.* 3. ibique peroptime *Glossa* verbo *offerre*, quę est finalis, verbis edicens: *Non tamen dico, quod cogatur probare titulum; sed si probat cursum temporis, & allegat titulum, præsumo ratione temporis ipsum habere titulum.* Allegat Augustinum ad Ianuarium in *can. illa autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus.* 11. *circa finem distinct.* 12. pręsertim verò si tempus immemorabile fuerit. ex Innocentio Tertio Comiti Tolosanen in *cap. super quibusdam mandatorum articulis* 26. § *pręterea cum pedagia, guidagia, salinaria de verborum significatione extra* verbis illis: *Vel ex antiqua consuetudine a tempore, cuius non extat memoria, introducta.* vbi *Gloss* verbo *non extat memoria* subnectit: *Nota diligenter, Quod illa consuetudo, cuius non extat memoria, Ius siue priuilegium inducit.* ex Ioanne Papa Salomoni tertio, & vltimo Regi Britonum in *can. hac quippè est ordinatio Dei, patris tui.* 10. ad *finem* 3. *q.* 6. illis verbis: *Quę fuerit apud vos antiquitus Archiepiscopalis Ecclesia, luce clarius innotescat.* Nec diuersimode Vlpianus libro 34. ad Sabinum in *l. hoc iure vtimur* 3. §. *ductus aquę ff. de aqua quotidiana, & æstiua.* Verba sunt Vlpiani: *Ductus aquæ, cuius origo memoriam excesserit, iure constituti loco habetur.* Memoriā scilicet hominum, qui nunc viuunt. *Glossa* ibidem infert. Ita tempus æstimatur immemorabile. prosequitur *Andręas de Isernia in præludijs feudorum nu.* 35. quod tamen reprime. si constaret de veritate in contrarium. tunc enim immemorabile non dicitur. *Rota part.* 1. *diuersorum decis.* 731. *nu.* 18. alioquin

Temporis longinguitate sæpissime fit, vt originis conditio abscondatur, nec pateat. Concilio Toletano VI. dicente in *can. longinquitate sæpe fit temporis, vt non pateat conditio originis* 64. 12. *q.* 2. & licet

Tempus non fit modus tollendæ obligationis, secus tamen est si memoria non existat in contrarium. ex Gregorio VII. libro 4. regularum in Concilio habito anno Domini 1078. Pontificatus sui 6. in *can. nullus Episcopus gra-*

uamen

namen, seu seruile seruitium ex vsu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus seu Clericis suis imponat 12. 1. q. 1. ibique Glossa verbo ex vsu. limitans dictum: Nisi forte cuius non extat memoria. Allegan. textum in supra dicta l. hoc iure vtimur 3. 5. ductus aquæ ff. de aqua quotidiana, & æstiua.

Temporum in fine postquam venit Christus, & ω, reuoluit ad α, & extremitatem traxit ad principium, vt vetera dimittamus, & noua sequamur. ex Hieronymo libro 1. contra Iouinianum in can. ab exordio conditionis humanæ, nec carnibus vescebamur 2. dist. 35. verba damus Hieronymi: Post quam autem Christus venit in fine temporum, & ω, reuoluit ad α, & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes, dicente Apostolo: (Romanorum 14.) (Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.) Et vinum enim cum carnibus post diluuium dedicatum est. Ita Hieronymus. dedicatum est. idest in vsum assumptum. Glossa ibidem exprimit.

Tempus merendi, & laborandi pro æterna vita, præsens est. & hoc tempore nos possumus, siue orationibus, siue consiliis inuicem coadiuuari. Cum vero fuerimus ante tribunal Christi vnusquisque portabit onus suũ. ex Hieronymo ad Galatas in can. in præsenti seculo scimus, siue orationibus, siue consiliis inuicẽ posse nos coadiuuari. 10. 13. q. 2. equidem merendi tempus hac vita circumscribitur. S. Thomas 1. 2. q. 71. art. 5. ad 1. & q. 11. art. 2. in corpore in fine. diximus respons. nostra 59. num. 4. & sequentibus part. 4. & respons. 84. num. 6. & 7. part. 5. & eadem part. 5. respons. 89. num. 4.

Temporum qualitate res ipsæ mutantur, & constitutiones. ex Pelagio Papa Florentino Episcopo in can. fraternitatis tuæ ratione suscepta 7. ad medium distinct. 34. Rationem reddente: Tamen, quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius de quo agitur, futura incontinentiæ suspitionem auferre dinoscitur; vt ad Diaconatum possit prouehi, temporum, vt dictũ est, condescendentes defectui, concessisse nos noueris. Concinit Hieronymus libro 1. contra Iouinianum in can. ab exordio conditionis humanæ, nec carnibus vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum 2. distinctione 35. inferens: Postquam autem Christus venit in fine temporum, & ω, reuoluit ad α extremitatẽ retraxit ad principium; nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus carnes. & ex ipsa

Temporum qualitate rigor relaxatur quandoque ex dispensatione misericordiæ. Multorũ enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen Ecclesia tolerat pro tempore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis, & pro euentu rei. vti Gratianus verba facit in can. requiritis de iis, qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere non pertimescunt 5. 9. nisi rigor disciplinæ quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiæ. 1. 7. referens etiam Gelasiũ Papam ad Episcopos per Lucaniam in can. necessaria rerum dispensatione constringimur 6. eadem 1. q. 7. rationem reddentem: Vt quæ præsentium necessitas temporum in restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita diligenti consideratione (quantum potest fieri) temperemus. Quæ tamen indulgentia cessare debebit, necessitate cessante. ex Innocentio Papa ad Episcopos Macedoniæ in can. quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse. 7. eadem 1. q. 7. subsequente: Quod ergo necessitas pro remedio reperit; cessante necessitate, debet vtique cessare pariter quod vrgebat: quia aliud est ordo legitimus; aliud vsurpatio ad præsens fieri tempus impellit. Quia nimirum pro

Temporũ ratione res tolerandæ, & eatenus tolerandæ non vltra ex Pelagio Papa in can. pudenda, vt ita dicam rapina in diuisione est non cõsecratus, sed execratus Episcopus. 33. in finalibus verbis 24. q. 1. ex Augustino, quem refert, verbis illis: Etiam si nota excludi non possit, sed pro temporis ratione toleranda iudicetur.

Tempora Calendarum, earumque obseruationes remouenda, quia paganismum sapiunt. ex Martino Bracharensi in can. non licet iniquas obseruationes agere Calendarum 13. cum sequentibus. 26. q. 7. Imo qui hæc faciunt anathemati subiiciuntur ex Zacharia Papa in Concilio Romano in can. si quis Calendas Ianuarias. 14. eadem 26. q. 7.

Temporum varietate statuta quoque variantur humana, vnde reprehensibile id iudicari non debet. ex Innocentio Tertio in Concilio Generali, in cap. non debet reprehensibile iudicari 8. extra de consanguinitate & affinitate. verba excipe: Non debet reprehensibile iudicari, si secundum varietatem temporum statuta quandoque varientur humana, præsertim, cùm vrgens necessitas vel euidens vtilitas id exposcit: Quoniam ipse ex his, quæ in veteri testamento statuerat, non nulla mutauit in nouo. Nam plerique ex causa, ex persona, ex loco, ex tempore consideranda sunt. ex Isidoro in can. sciendũ est, quod pleraque capitula 1. dist. 29. ibidemque Gregorius ait in can. Regula Sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio, instante necessitate traditæ sunt, 2. Rationem reddit Hieronymus in proœmio epistolæ ad Ephesios in can. necesse est vt iuxta necessitatẽ locorum, & temporum, & hominum 3. eadem dist. 29. in fine. verbis dicens: Nec ad instar imperiti medici vno collyrio omnium oculos vult curare. tradit Cassadorus decis. 9. de causa possessionis, & proprietatis num. 15. Nauarrus cons. 3. de consanguinitate, & affinitate. nec diffitetur Gratianus in can. recurrat nunc animus vester. ad Abraham Isaac, & Iacob. 2. 5. his ita respondetur. 32. q. 4. rationem reddens: Pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio Conditoris.

Tempus à die scientiæ currit. Vt dicatur quis neglexisse, eique præiudicium inferatur ex tempore. Ex Concilio Triburiensi in can. puella, si ante duodecim annos ætatis sponte sua sacrum sibi velamen assumpserit 2. 20. q. 2. ibi-

que *Gloss.* verbo *at si annum.* dicens: *Sed à quo tempore currit annus iste? videtur quod à tempore scientiæ. vel à tempore admonitionis. Vel numquid erit continuum, ita quod cedat ignoranti? Credo quod incipiat à tempore scientiæ.* Argumento ducto ex decreto Bonifacii in *can. si quis incognitus monasterium ingredi voluerit. 3. siue finali 17. q. 2.* in fine dicente decreto: *Si autem intra triennium non fuerit requisitus; postea quæri non potest, nisi sit tam longe, quod inueniri non possit.* vbi *Glossa* verbo *longè* infert: *Ex hoc videtur, quod tantùm currat hoc triennium à tempore scientiæ.* concordat ex libris Digestorum in *can. biduum, vel triduum appellationis ex die sententiæ latæ computandum erit. 29. 2. q. 6.* hinc est quod

Tempus suspectum subducitur, nec currit. vt dixit *Glossa finalis* verbo *causa in cap. 1. de restitutione in integrum in 6.* & sequuta fuit *Rota* in *Lucana pensionis 19. decembris 1611. coram Vbaldo decis. 50. num. 2. vers. nec obstat prætensa. apud Marchesanum part. 1. fol. 647.*

Tempus non currit impedito, sed à die, quo potuit facere. ex Iustiniano Cæsare in *l. super annali exceptione 1. §. finali in fine C. de annali præscriptione Italici contractus tollenda.* Rationem, reddit Cæsar: *Quis enim incusare eos, poterit si hoc non fecerint, quod & si maluerint minime adimplere, lege obuiante, valebant.* concinit *Paulus* lib. 3. ad Vitellium in *l. si in diem, exempli gratia, centesimum 46. ff. de conditionibus, & demonstrationibus.* dicente Paulo consequentiam: *Igitur & legatario ex adhita hæreditate, ad parendum conditioni tempus computabitur.* ibique *Socinus num. 4. Cassadorus decis. 9 de appellationibus num 6 Crescentius decis. 5. de renunciat. num. 2. Rota apud Cardin. Seraphinum decis. 220. nu. 4.* & apud Card. *Manticā decis. 30. n. 2* & apud *Duranū decis. 365. n. 25. & 26. part. 2. Afflictus decis. 50. num. 4.* noster *Maranta de multiplici alienatione num. 138.* & quod Tempus non currat lite pendente, & durante. pluribus *Rota* apud Sanctæ memoriæ *Gregorium 15. decis. 451. num. 1. cum sequentibus.*

Tempus non modicum dicitur esse decennium, quin imo longum. *Gloss* in *clementina exiui de Paradiso 1. col. 19. §. cumque annui redditus inter immobilia censeantur de verborum significatione.* verbo *cumque annui.* in fine dicens: *Dic non modicum tempus esse decennium, vel vltra.* notat pluribus *Glossa*, quam ipsa allegat in *clementina 1. de rebus Ecclesiæ non alienandis.* verbo *ad modicum tempus.* quærens quod nam modicum tempus dicatur, & pluribus deducit, aliorum referens dicta. idemque deducit *Gloss.* in *l. si filius familias delatam sibi hæreditatem per longum tempus detinuit. 10. C. de petitione hæreditatis.* verbo *detinuit.* post medium verbis inferens: *Et quod dicit longum, dic triennium, vel decennium. vel dic per dec. vel viginti annos.* notat *Parisius de resignat. beneficiorum libro 8. q. 8. num. 62.* & nos *respons.* nostra 37. *num. 13. & sequentibus. parte 5.*

Tempus dicitur de forma actus. ad *Authenticam, quæ supplicatio Gloriosissimis præfectis. C. de precibus Imperatori offerendis, & de quibus rebus supplicare liceat, & vbi.* in fine. verbis illis: *Nisi sub hac forma supplicatio porrigatur.* vbi notat *Gloss.* verbo *quæ supplicatio.* in 2. notabili. sequentibus verbis deducens: *Nota secundo ex textu ibi: nisi sub hac forma &c. secundum Bald. & Salicetum; Quod tempus dicitur de forma actus. Vnde infert Bald. quod ille, qui non obseruat tempora constitutionis, non dicitur seruare formam. Quod est notandum secundū eundem, propter constitutiones Ecclesiasticas, quæ imponunt metas temporis. Iason hic.* Ite Glossa

Tene certum, dimitte incertum. Ex Augustino in libro 50. homilianum. homilia 41. in *can. si quis autem 4. de pænitentia distinctione 7. in fine.* de pœnitentia finali verbo faciens, sequentibusque inferens: *Nam ideo do tibi pænitentiam, quia nescio: Nam si scirem tibi nihil prodesse, non tibi darem. Item si scirem tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem. Duæ res sunt, aut ignoscitur tibi, aut non ignoscitur. Quid horum tibi futurum sit, ne scio. Ergo tene certum, dimitte incertam.* Concordat cum hoc quod pro ratione defert Clemens tertius in *cap. ad Audientiam Apostolatus nostri peruenit 12. de homicidio voluntario, vel Casuali extra* dicens: *Quod cùm in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem.* vbi *Glossa* verbo *in dubiis.* consequentiam infert Augustini: *Ergo tene certum, dimitte incertum.* videndus *Pater Layman Theologiæ moralis tom. 1. tract. 1. cap. 5. §. 2. num. 8. Gratianus forens. part. 3. cap. 439. num. 16.*

Tentat diabolus eos maxime, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiaris inuenerit. ex Alexandro Papa epistola 2. in principio. in *can. nulli dubium est, quia boni à malis semper persecuntur, & tribulantur 5. post principium 3. q. 1.* audi dicentem: *Nam sicut Leo rugiens circuit quærens, quem deuoret; Sic diabolus non cessat circuire, & quærere, quos ex fidelibus perdat, & maxime illos, quos ardentiores in seruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit. Familiares dico eos, quos sibi sacrari, & in ordine Apostolatus constitui voluit.*

Tentare, & facere, vt diuersa ponuntur. Nam aliud est tentare aliud facere. ed Augustini sensum libro 2. de baptismo. cap. sexto in *can. non afferamus stateras dolosas, vbi appendamus, quod volumus. 21. ad finem. 24. q. 1.* verbis illis: *Et schisma tentatum.* vbi *Glossa* verbo *& schisma.* verbis infert: *Vel fac vim in eo, quod dicit hic, tentatum. Nam aliud est tentare, aliud facere: Sicut dicitur de Domino: Et cum gustasset noluit bibere. de pænit. dist. 2. §. quod vero.* quod est Gratiani in *can. citiùs ad hoc respondemus 44. § quod vero reprobri negantur comedere panem, qui de cælo descendit. de pænitent. distinct. 2.* qui sequentibus fertur: *Non sic accipiendum est, vt à charitate penitus credantur alieni; Sed vt in charitate radicem figere non intelligantur. Aliud est enim bibere, vel manducare; atque aliud degustare. Vnde in Euangelio* (Matthæi 27.) *de Christo legitur: (Et cum gustasset*

*stasset noluit bibere.) Bibit ergo aquam viuam, & manducat panem, qui de cœlo descendit, qui in charitate radicem figit: Degustat qui ea aliquatenus communicat, à qua postea delinquendo recedit.* Tentare itaque, & facere, vt diuersa ponuntur. Vnde

Tentare, quod exitum habere non potest, aperte dementiæ est. iuxta illud Sophoclis in Antigone

*Quæ efficere nequeas, nec vel ordiri decet.*
*Frustranea agere, insignis est amentię.*

deduximus *respons.* nostra 61. *num.* 17. *part.* 5.

Tentare Deum nemo debet, dum habet quid rationabili consilio faciat. ex Augustino q. 26. in Genesim in *can. quæritur cur Patriarcha mentiri voluit, vt diceret Saram sororem suam* 22. 2. q. 2. inferente: *Et hoc ostenditur, quod nemo debet tentare Deum, dum habet, quod rationabili consilio faciat. fecit, quod potuit, quod non potuit Deo commisit, in quem sperauit: nec eum fides, aut spes sefellit.* Nec diuersimode Nicolaus Papa ad consulta Bulgarorum in *can. si nulla vrget necessitas* 13. *ad finem* 23. q. 8. in ratione, qua vitari *Ne videlicet Deum videatur homo tentare. si habet, quod faciat, & sua, & aliorum saluti consulere non procurat, & sanctæ religionis detrimenta non præcauet.*

Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. Apostolus dixit (1. *ad Corinth.* 10.) quem locũ illustrat Gregorius in moralibus in *can. inter hæc sciendum est, aliud esse, quod animus de tentatione carnis patitur.* 25. *de pænitentia dist.* 2. sequentibus explicans: *Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes: quia, vt nonnumquam, & illicita animum veniant, hoc vtique nobis metipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam vero dæmoniaca est, & non humana tentatio; cùm ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus adstringit.* Vnde *Gloss.* ibidem verbo *nolentes.* Rationem infert, ad illud Apostoli: *ago quod nolo.* Quia primi motus non fuat in potestate nostra. & dixit Gregorius in pastorali in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur* 1. §. *ingem verò habet scabiem dist.* 49. super verbis Apostoli: *Tentatio veri non apprehendat nisi humana.* Rationem exhibens: *Humanum quidem est tentationem in corde perpeti: dæmoniacum verò est in tentationis certamine in operatione superari.* Nõ potest autem quisque adeo vehementer vllo genere tentationis tentari, vt nequeat illi resistere diuino auxilio, si ad illum per orationem occurrerit. ex *summa dist.* 13. Gratiani, & *Glossa* ibidem. & *can.* 1. tradit *Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap.* 18. *num.* 14. & *cons.* 2. *nu.* 3. *lib.* 4. *de diuortiis.* Et ideo quotidie oramus in oratione Dominica: *Et ne nos inducas in tentationem.* Ne superemur ab illa.

Tentare Deum non est necesse per insolita. Vnde dixit Stephanus Quintus Humberto Episcopo Moguntino in *can. consuluisti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur.* 20. 2. q. 5. verbis decensi: *Nam ferri candentis, vel aqua feruentis examinatione confessionem extorquere à quolibet, sacri non censent canones: & quod Sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa ad inuentione non est præsumendum.* Nec aliter ex decretis Nicolai Papæ in *can. Monomachiam verò in lege non assumimus* 22. *in fine eadem* 2. q. 5. decernendo de Monomachia. *Cum hoc, & huiusmodi sectantes, Deum solummodo tentare videantur.* Proinde duellorum vsus prohibitus fuit à Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 25. *cap.* 19. *de reformat.* Et per alias Summorum Pontificum constitutiones, quas defert *Quaranta in summa Bullarum* verbo *duellum.*

Tentat diabolus sub specie boni mala suggerendo. ex Augustino libro 50. homiliarum homilia 7. in *can. forte aliquis hoc secum cogitat, & dicit* 3. *in fine* 14. q. 5. deeo verba faciens qui à diuite furatur, vt eleemosynas faciat etiam pro eo, rationem reddens: *Quia huiusmodi cogitatio ex diaboli calliditate suggeritur. Nam etiam si totum tribuat pauperibus, quod abstulerit; addit potius peccata, quàm minuat.* Nam propter bonum non est faciendum malum. vt *Gloss.* ibidem verbo *non habebo.* infert.

Tentat quoque diabolus per somnium illudens variis imaginibus mentem. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. testamentum veteris legis hunc pollutum Domino dicit* 1. *distinct.* 6. & distinguit ex qua re potissimum dormientis accidat menti illusio. dicens: *Sed est in eadem illusione valdè necessaria discretio; qua subtiliter pensari debet ex qua re accidat menti dormientis. Aliquando enim ex crepula, aliquando ex naturę superfluitate, vel infirmitate, aliquando ex cogitatione contingit.*

Tentare nos desinit diabolus ad supremum vsque vitæ habitum. Nam vt Beda super *Tobiam* 5. ad verba: *Occurrit Tobię piscis.* Domino (inquit) passo in Cruce affuit diabolus insidiando, si quid forte in eo iuris sui inueniret. Si Christo affuit morienti, à fortiori credendum est, quod cuilibet homini assistit insidiando? Ita Pelbartus *in Stellario Coronę Beatæ Virginis lib.* 10. *part.* 1. *art.* 2. *col.* hoc idem sequitur *Bernardinus de Bustis tom.* 2. *sermone* 39. *part.* 1. *in* 3. *signo diuini amoris.*

Tergiuersari est ab accusatione desistere. ex Marciano libro singulari ad Senatus Consultum Turpillianum in *l.* 1. §. *calumniari est falsa crimina intendere ff. ad Senatus Consultum Turpillianum, & de abolitionibus criminum.* Quem deduxit Gratianus in *can. si quem pœnituerit accusasse criminaliter* 8. § *notãdum quoque est.* 2. q. 3.

Tergiuersatur, qui ad imitationem priorum parentum tergiuersatione verborum peccata sua leuigare contendit. Quod ex fonte nascitur superbiæ. deducit Gratianus in *can. quis aliquando vidit Clericum cito pœnitentiam agentem?* 87. *col.* 6. §. *item taciturnitas peccati ex superbia nascitur cordis. de pœnitentia dist.* 1.

Ter-

Terminis suis vnusquisque contentus esse debet. Nec eos transgredi alioquin *Maledictus* est *omnis, qui transfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus Amen*. Dominus dixit. (*Deuteronomii* 27.17.) detulit Eusebius Papa epistola 2. in *can. in legibus seculi cautum habetur*. 10. 1. q. 1. & intulit consequentia Leo Episcopus Vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi Episcopo scribens in *can. si quis Episcopus mediocritate Ciuitatis suæ despecta*. 31. *in fine*. 7. q. 1. inferens: *Suis igitur terminis contentus sit vnusquisque; nec supra mensuram iuris sui affectet augeri*. Nec diuersimode Dionysius Papa Seuero Episcopo epistola. 2. in *can Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus* 1. 13. q. 1. verbis edicens: *Ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, aut Ius inuadat: sed sit vnusquisque suis terminis contentus*. Deduximus nos *respons.* nostra 27. *nu.* 31. & *sequent. parte* 5.

Terminos transferunt Patrum suorum, qui immutant mendacio veritatem, & aliud prędicant, quam ab Apostolis acceperunt. ex Hieronymo in Oseæ Commentariis in *can. transferunt Principes Iuda terminos, quos posuerunt patres eorum; quando immutant mendacio veritatē*. 33. 24. q. 3. eisdemque in terminis Leo Papa Anatolio Episcopo in *can quę ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur*. 3. 25. q. 1. decernens: *Nec ad priuatū trahantur cōmodū, quæ ad bonū sunt commune præfixa: sed manentibus terminis, quos constituerunt patres, nemo iniustè vsurpet alienum*. Deduximus etiam in superioribus Ne transgrediaris terminos antiquos. nec fieri debeat, quia ridiculum: & satis abominabile dedecus est, si traditiones, (atque consequenter terminos) quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libito infringamus. vt Nicolaus Papa Hincmaro Archiepiscopo scribens respondit in *can. ridiculum est, & satis abominabile dedecus* 5. *dist*. 12. & sanctus *Thomas* 1. 2. q. 97. *art*. 2. desinit legem nō esse mutandam ob quamcumque vtilitatem, propter maximum damnum, quod mutatio adducit. Deducitque Leo tertius in *cap. 1. in fine de sepulturis*. Verba dans Prouerbiorum 22. *Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui*. vbi pluribus *Gloss.* verbo *ne transgrediaris*. *Afflictus decis.* 222. *nu.* 2. *in fine*. & *decis.* 383. *num.* 7. *in fine*. pluribus nos *respons.* nostra 38. *nu.* 9. *cum sequentibus part.* 5.

Termini restrictiui natura est excludere extranea, & cuncta ad ipsum pertinentia concludere. ex Clemente V. in Concilio Viennen in *Clementina exiui de Paradiso* 1. *col.* 4. §. *Cum igitur in primis de verborum significatione*. Verba damus Clementis: *Cum autem natura termini restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso extranea, quod cuncta ad ipsum pertinentia concludit*. ibique *Gloss.* verbo *cum autem*. dicens: *Nota de natura termini restrictiui: quia per exclusionem aliquorum cætera includit. & hoc idem est dicere, quod alias dicimus, quòd, exceptiō firmat regulam*.

Tertulliani hęresis fuit, quod condemnabat secundas nuptias. ex Augustino in *can. ille Abrahę etiam vsque ad decrepitam senectutem fornicationis obijcit crimen*. 1. *in fine* 31. q. 1. verbis dicente: *Ne putarent heretici aduersus Apostolum (quibus etiam Tertullianus adsipulator) extitit post vxoris mortem crimen esse ducere vxorem*. vbi *Glossa* verbo *heretici*. subsequitur. *Scilicet Tertullianus, qui condemnabat secundas nuptias: qui nec legem, nec prophetas recipiebat*. Et sanè ex Isidoro lib. 8. Etymologiarum in *can. quidam autem hęretici* 39. *col.* 6. 24. q. 3. §. *Tertullianistæ*. Sequentibus exprimit: *Tertullianistæ dicti à Tertulliano presbytero Africanę prouincię Ciuitatis Carthaginensis; animam mortalem esse, sed corpoream prædicantes, & animas peccatorum hominum post mortem in dæmones verti putantes*.

Testamenti veteris, & noui hæc est distinctio. In lege enim veteris testamenti corporalis pœna statuta est. In lege verò Euāgelii omni peccati per pœnitentiā promittitur venia. Vnde illa à terrore incœpit dicens: (Exodi 20.) (*Ego sum Dominus Deus Zelotes visitans peccata patrum in filios vsque in tertiā, & quartam generationem*.) Hæc verò à Lenitate mansuetudinis, & misericordię, ita inquiens (Matthæi 5.) *Beati pauperes spiritu, beati mites, beati misericordes; quoniam ipsi misericordiam consequentur*. In illa dicebatur: Qui fecerit hoc, vel illud morte morietur. In ista: *Gaudeo super vno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœnitentia*. Item: *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Estote misericordes sicut & Pater vester misericors est*. Deducit Gratianus in *can. hęc autem vita, quę inter cælum, & infernum sita est*. 15. §. *ex his omnibus colligitur*. 23. q. 4. in alio §. *In lege etenim veteris testamēti corporalis pæna statuta est*.

Testamenti veteris, & noui, & alia datur differentia. Quod in veteri testamento ab initio ob dilatandam humanam generationem, etiam inter consanguineas matrimonium inebatur. & qui ex populo erant Iudęorum non nisi inter consanguineas matrimonium habere poterant, nec cum exteris contrahere erat permissum, sa ad adorandos colendosque falsos Deos attraherentur. *In nouo verò testamento gradus diuisi sunt inter quos matrimonium constare non potest, vt ita charitas multiplicetur*. Deducit libro 15. de Ciuitate Dei Augustinus in *can. cum igitur genus humanum post primam copulam viri facti ex puluere*. 1. ibique Gratianus § *hac itaque consuetudine, quæ ab ipso exordio humanę propagationis originem habuit*. 35. *quæst.* 1. sicuti

Testamento veteri ob propagationem habendam, & ex Ancillis filios habuit Abraham, & Iacob. & plures habere licebat vxores. Vnde dicebatur: *Maledicta sterelis, quę non reliquerit semen suum super terram*. In nouo autem testamento per incarnationem Christi gratia fidei vbique dilatata est, & dictum est: *Euntes docete omnes gentes*. & *In omni gente quicumque timet Deum, & operatur iustitiam acce-*

*acceptus est illi*, Virginitas fœcunditati præfertur. pluribus ex Augustino super Inannem in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham Isaac, & Iacob*. 2. & Gratiano ibidem §. *bis ita respondetur* . *Pro varietate temporum varia inuenitur dispensatio conditoris*. 32. q. 4.

Testamento veteri, mulier si masculum peperisset quadraginta, si fœminam octoginta diebus à templi cessabat ingressu. In nouo autem statim post partum Ecclesiam ingredi non prohibetur. Quemadmodum quę túc mestrua patiebatur ex lege immunda ęstimabatur: nunc autem, nec statim ingredi Ecclesiam, nec sacræ communionis mysteria accipere prohibetur. Testatur Gratianus in *Summa dist*. 5. ibique Augustinus in *can. cum enixa fuerit mulier* 1. Rationemque reddit Gregorius in *can. si mulier eadem hora, qua genuerit, actura gratias intrat Ecclesiam*. 2. *eadem distinct*. 5. verbis efferens: *Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est: in prolis verò partu dolor, & gemitus.*

Testamenti veteris moralia præcepta, cùm ad Ius naturale spectent, immutata non sunt, quo ad moralitatem ipsam vt non occides, non furtum facies, non mœchaberis &c. producit Gratianus in *can. non est peccatum, quando nolentes imaginibus nocturnis illudimur*. 3. §. *bis itaque respondetur. In lege, & in Euangelio naturale Ius continetur. distinct*. 6. nec diuersimode Augustinus in *can. meretrices esse, & ad meretrices accedere. prohibet Dominus* 11. *in fine* 32. q. 4. verba sunt eius: *Sed si furti nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienę (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed vtique à parte totum intelligi voluit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur) profectò & nomine mœchię omnis illicitus concubitus, atque illorum membrorum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi*. Quo ad moralia ergo permanent præcepta, quæ Iuri naturali innituntur.

Testamentum quod est voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suã fieri velit, naturę initium sumit à tempore mortis testatoris. nam testamentum in morte cõfirmatur. testatur id Paulus Apostolus ad *Hebręos* 9. 16. 17. verbis edicens: *Vbi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatũ est: alioquin non dum valet, dum viuit, qui testatus est*. Deduxitque Innocentius tertius I. quondam Archiepiscopo Lugdunen in *cap. cùm Martę*. 6 § *si tunc igitur in cælum oculos leuauit ad Patrem extra de celebratione missarum*. Verbis edicens: *Nouissimum etenim hominis testamentum immobile perseuerat: Quia testatoris obitu confirmatum, iuxta quod Apostolus, testamentum in morte asserit confirmatum, alioquin non valet, dum vixerit, qui testatur*. & ex Gregorio Papa in *can. vltima voluntas* 4. ibique *Glossa* 13. q. 2. *Glossa* etiam in *cap. finali de successionibus ab intestato* verbo *vltimam voluntatem*. Nec dissimiliter Modestinus libro Pandectarum in *l. testamentum est* 1. *ff. de testamentis, & qui testamenta facere possint, & quemadmodum testamenta fiant*. ibique *Glossa* verbo *mortem*. dicens, *naturalem, post quam est testamentũ immutabile. Bart. in repetit. l. 1. in* 3. *part. q* 4. *num*. 66. *vers. mihi videtur. C. de sacrosanctis Ecclesiis. Cassadorus decis*. 3. *de prębend. n*. 23. *Nauar. cons*. 2. *nu*. 5. *in fine lib*. 3. *de sepulturis*. *Rota apud Duranum decis*. 365. *num*. 23. *part* 2. *Henriquez in summa de sacrificio missę libro* 9. *capit*. 10. §. 1. *vers. atque ita testamentum*. *S. Thomas* 2. 2. q. 185. *art*. 8 *ad* 3. *in fine*. *Rota part*. 1. *diuersorum decis*. 47. *num*. 6. *in fine*. diximus *respons*. nostra 92. *num*. 19. *part*. 4. & *responsione* 92. *num*. 12 *part*. 5. deduciturque ex Vlpiano libro 33. ad Sabinum in *l. quod si iterum in amicitiam redierint*. 4 *in fine ff de adimendis, vel transferendis legatis, vel fideicommissis*. in ratione, quam reddit: *Ambulatoria enim est voluntas defuncti vsque ad vitæ supremum exitum*. perpendimus *respons*. nostra 13. *num*. 31. & 32. *part*. 4. vide *Monaldum cons*. 46 *nu*. 2. *cum sequentibus vol*. 1.

Testamentum alterius in voluntatem collatum ex Canonica dispositione firmatur. Ex Innocentii Tertio Altissiodorens Episcopo in *cap. cum tibi de benignitate* 13. *extra de testamentis, & vltimis voluntatibus* verba damus Innocentij: *In secunda quæstione dicimus, quod qui extremam voluntatem in alterius dispositionem committit, non videtur decedere Intestatus*. ibique pluribus *Gloss*. verbo *dispositionem*. Quia nimirum rogatus is videtur, cuius in arbitrium bona testator remisit, vt ad pia illa dispendat. est itaque pię causę fauor. ad Bonifacii VIII. regulam *Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum* 72. *de regulis Iuris in* 6. *Couarruuias d. cap. cum tibi*. *Abbas cons*. 110. *part*. 2. *Iulius Clarus* libro 3. § *testamentum q*. 6. *in* 4. *illatione num*. 6. & ibi *Ioannes Harprettus* Adens. ex *Tiraquello de pia Causa priuilegio* 64. *Petrus Pecchius de testamentis coniugum lib*. 1. *cap*. 27. *num*. 6. diximus *respons*. nostra 29. *num*. 21. & *respons*. 36. *à num*. 1. & *per totam part*. 1. Hanc ob causam.

Testamentum ad pias causas, etiam si nullus reperiatur hæres Institutus sustinetur, & executor pro hærede habetur: Quia nimirum in his testamentis ad pia Ius dumtaxat naturale, & diuinum attenditur. & libera est vltima voluntas cuiusque, non solum in sepultura sibi seligenda, sed in testamento conficiendo. *Vnde, & testamentum appellatur: quia eo quisque liberè testatur, quod post suum discessum de propriis rebus fieri velit*. verbis testatur Gratianus in *can. placuit per omnia magno Concilio* 7. §. *vel vt quidam distingunt libera est vltima voluntas cuiusque*. 13. q 2. notat *Innocentius d cap. cum tibi*. 13. *de testament*. *Rota part*. 1. *diuersorum decis*. 553. *num*. 3. & 4. *Gamma decis. lusitania* 81. Quin

Testamentum ad pias causas sctiptum, & subscriptum manu testatoris, sustinetur, & si nulli ad fuerint testes. *Tiraquellus de pia causa priuilegio* 4. *Rota diuersorum part*. 1. d. *decis*. 553. *num*. 2. Vt sufficiat recognitionem fieri per testes, qui dicant habere notam manum scriben-

bêtis. *Rota apud Caualer. decif. 553. nu. 3. Gamma decif. 380. Phœbus decif. 75 nu. 10.*

Teſtamentum, in quo pia quoque legata continentur, reuocari poteſt quamuis illud Iure iurando confirmauerit teſtator, Quia profecto iuramentum illud vltima voluntas eſt; & Ambulatoria eſt defuncti voluntas ad ſupremum vſque vitæ ſpiritum. ex Vlpiano libro 33 ad Sabinum in *l. quod ſi iterum in amicitiam redierint. 4 in fine ff. de adimendis, & transferendis legatis, vel fideicommiſſis*. Et nemo poteſt ſibi legem imponere, vt nõ liceat ſibi à priori diſcedere voluntate. *Gloſſa in can. vltima voluntas defuncti modis omnibus cõſeruari debet 4. 13. q. 2.* verbo *vltima voluntas ad finem* quam proſequitur *Baldus. in l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſiis ſuper 10. q. nu. 67. Carocius decij 85. nu. 4.* & nos diximus *reſponſ. noſtra 31. nu 49. parte 5.* videndus Eminentiſſimus Card. *Mantica de coniecturis vltimarum voluntatũ lib. 12. titulo 2. n. 23. & 24.* in quæſtione an reuocato teſtamento priori, & legata pia in illo relicta reuocata cẽſeantur? & affirmatiue reſpondet. ſicuti & *Antonius Faber C de Sacroſanctis Eccleſ. tit. 2. lib. 1. diffinit. 6. & diffinit. 39.* vbi reprimit, in legatis pro male ablatis incertis, & nominatis perſonis factis, non vero ſi in genere. *Marius Muta Siculus decif. 41. nu. 6. & 7.* concordat *Rota apud Card. Seraphinum decif. 291. nu. 10.* etiam in teſtamento facto cum clauſula derogatoria. & *decif 296. nu. 3.* rationem referens: Quod hæc teſtamentorum materia fauorabilis ſit: Cùm Ambulatoria voluntas defuncti ſit, ad vitæ ſupremum exitum. *& num. 4.*

Teſtamentum illius, qui iam obierat, & reuixit, iterum tamen moriturus, vt Lazarus fuit, reuocatur, ſicut per natiuitatem filii poſthumi. Argumento deducto ex Auguſtino ſermone 2. de vita Clericorum in *can. quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam 43. ſiue finali in fine 17. q. 4.* referente factum Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi, ſequentibus: *Quidam enim cùm filios non haberet, nec ſperaret, res ſuas omnes (retento ſibi vſufructu) donauit Eccleſiæ. Nati ſunt ei filij poſtea; & reddidit Epiſcopus, nec etiam opinanti illi, quæ donauerat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed Iure fori non iure poli.* ibique *Gloſſa* verbo *non reddere.* Argumentum etiam petito ex Gregorio Fantino Defenſori in *can. comperimus nullam extitiſſe cauſam 2. 14. q. 6.* Qui res Iudæorum conſecrarus Deo mandauit reſtitui quoad pretium, dicens: *Idcirco experientia tua præcipimus, vt quia, quod ſemel conſecratum eſt, ea non valet vltra reſtitui ſtudij ſit, vt ipſe Epiſcopus debeat pretium dare.* ibique *Gloſſ.* verbo *eis: Bart.* in repetitione *l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſijs col. 17. Troylus Malnetius de canonizatione Sanctorum dubio 3. nu 8. tom. 14. tractatuum fol. 100. Cardin. Tuſcus tomo vltimo littera Teſtamentum concluſ. 150. num. 11. Marius Muta Siculus decif. 41. nu. 7. Socinus Iunior conſ. 162. nu. 14. cum ſequentibus lib. 2.*

Teſtamentum ad pias cauſas duobus teſtibus aſſiſtentibus firmum pẽrſiſtit, quamuis teſtes nec rogati ſint, & etiam mulieres. ex Alexãdro tertio Hoſtienſi Epiſcopo in *cap. cùm eſſes in noſtra præſentia 10. extrà de teſtamentis, & vltimis voluntatibus.* Rationem referentes: *Cùm ſcriptum ſit: in ore duorum, vel trium teſtium ſtet omne verbum.* Et idem ipſemet Iudicibus Velletren reſpondit in *cap. relatum eſt, quod cum ad veſtrum examen. 11. eodem.* Quia non ſecundum leges. ſed ſecundum decretorum ſtatuta de his cauſis iudicandũ eſt. ſecundum *Gloſſam* ibidem verbo *ex hac decretali nota;* Quod cum de teſtamentis agitur, non ſecundum leges, ſed ſecundum canones iudicandum eſt. & ita etiam ſacrum Neapolitanum Conſilium reſpondiſſe refert *Gizarellus decif 46.* & *decif 47.* pluribus reſpondimus nos, & ita obtinuimus. *reſponſ. noſtra 17. à num. 1. per totam part. 1.* vnde eſt quod

Teſtamentum coram Epiſcopo factum tenet, quãuis alias teſtes non adfuiſſent, quia ipſa Epiſcopi præſentia duorum teſtium loco habetur, quia Princeps eſt. Sicuti ſolius Principis ſecularis præſentia teſtamentum ſuſtinetur. ex Honorio, & Theodoſio Auguſtis in *l. omnium teſtamentorum ſolemnitatem ſuperare videtur. 19. in fine.* ibique *Gloſſ.* verbo *teſtibus C. de teſtamentis, & quemadmodum teſtamenta ordinentur.* Requiruntur tamen duo teſtes, qui de Epiſcopi deponant præſentia. ſequitur *Mantitius de Alzedo in praxi Epiſcopali part. 1. cap. 12. num. 53. & 54.* præſertim verò ſi ſigillum interceſſerit Epiſcopi ibidem. *num. 55.*

Teſtamentum ante ingreſſum religionis emiſſum, an per ingreſſum in religionem rumpatur? Gloſſ. in *can. ſi qua mulier, aut vir monaſticam elegerit vitam 9.* qui exceptus fuit ex *authentica ſi qua mulier C. de Sacroſanctis Eccleſiis 19. q. 3.* verbo *non extantibus.* affirmatiuè reſpondet: Quaſi poſthumi agnatione. Sed puto hodie non rumpi ex decreto Sacri Concilii Tridentini *ſeſſione 25. cap. 16 nulla quoque renunciatio de regularibus.* Ac præſertim ſi religio incapax fuerit.

Teſtamentum tamen factum ante ingreſſum religionis, reuocari non poteſt poſt ingreſſum emiſſa tamen profeſſione, quia tunc inteſtabilis efficitur, nõ amplius ſui iuris. *Rota part. 1. diuerſorum decif. 47. num. 13.* ex Gregorio Ianuario Calaritano Epiſcopo in *can. quia ingredientibus monaſterium conuertendi gratia vlterius nulla ſit teſtandi licentia 7. eadem 19. q. 3. & Gloſſa* ibidem verbo *teſtandi.* rationem infert: *Qui enim in poteſtate alterius eſt, non poteſt teſtari.* ex Iuſtiniano Cæſare *Inſtitutionibus. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum in principio.*

Teſtamenta defunctorum ſeruanda quia ſunt vltimæ eorum voluntates, & ideo modis omnibus conſeruari debent. ex Gregorii mandato in *can. vltima voluntas defuncti 4. 13. q. 2.* quia voluntas defuncti de rebus ſuis diſponentis lex eſt. vt *Gloſſa* ibidem ſubnectit. ex Iuſtiniano Cæſare in *authentico de nuptiis*

*nuptiis collat.4.5.disponat autem testator.* Idemque decreuit Gregorius Papa Ianuario Calaritano Episcopo scribens in *can. admonere te volumus, ne piæ viuorum, atque defunctorum voluntates; tua (quod absit) remissione cassentur.* 14.16. q 1. ibidemque Gelauus Papa in *can. consideratio Ecclesiasticæ vtilitatis hoc postulat, & iusta dispositione testatoris seruandum arbitrium.* 15. Rationem habes ex Constantino Cæsare Augusto ad populum in *l.1.C. de sacrosanctis Ecclesijs, & de rebus, & priuilegijs earum.* dicens: *Nihil enim est, quod magis hominibus debeatur, quam, vt supremę voluntatis, postquàm iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum nan redit, arbitrium.* diximus *respons.* nostra 10. *nu.*31.32. & 33. *part.* 5. ita quidem, vt hęres defuncti non seruans voluntatem testamento descriptam exhæredãdus sit. Gelasio Papa Crispino, & Sabino Episcopis in *can. Siluester, & Faustinianus Ecclesię Grumentinę Clerici* 13. 11. q. 1. diximus *respons.* nostra 39. *num.* 41. & 43. *part.* 5.

Testamentum condere regularibus iam professis non licet, & quia propria carent voluntate sub alterius potestate constituti; & quia in bonis non habent. ex Gregorio Ianuario Calaritano Episcopo in *can. quia ingredientibus monasterium conuertendi gratia, vlterius nulla sit testandi licentia* 7. ibique *Glossa* verbo *testandi* 19. q. 3. Reprime tamen in Heremitis, qui nullam emittunt professionem. ex Gratiano in *can. perlatum est ad nos Petronillam nomine* 8. qui est Gregorii Cypriano Diacono. §. *d. contrà Paulus Primus Eremita in testamento colobium suum Atthanasio Alexandrino Episcopo reliquit.* eadem 19. q. 3. & notat *Glossa* ibidem verbo *Eremita*. Solo tamen humano Iure testari est monachis prohibitum. Ita quidem vt neque Episcopus ex monacho factus testari valeat, quia adhuc sub votis est. nisi per Summum Romanum Pontificem testandi eis specifica fiat facultas. deduximus pluribus *respons.* nostra 82. *à num.* 15. *cum sequentibus. & per totam part.* 5. in qua respondimus de regulari professo in Illustrissima Religione Sancti Ioannis Hierosolymitani Meliten Ciuitatis.

Testamentum condere seruis quoque prohibitum est. & quia voluntate carent sub alterius potestate (Domini videlicet) constituti & quia bona non habent, quid enim acquirit seruus Domino acquirit. Decreuit Gelasius Papa Honorio Episcopo de seruo Ecclesiæ scribens in *can. illud etiam sinceritatem tuam volumus non latere* 5.13. q. 2.

Testamentorum executores, qui relicta, ad pia potissimum pro Defuncti anima exequi negligunt, & Ecclesiis difficulter reddunt & sacrilegi sunt, & tamquam egentium necatores excommunicandi. ex Carthaginensi Concilio Quarto in *can. qui oblationes defunctorum, aut negant Ecclesiis* 9. & ex Vasensi Concilio in *can qui oblationes defunctorum retinent* 10.13. q. 2. & ex Gregorio Sabino Subdiacono in *can. Priuilegium, & contra leges est.* 4.17. q. 4. diximus *respons.* nostra 36. *num.* 15. *part.* 1. & *respons.* 39. *num.* 59. & 60. *part.* 5.

Testamentum condere possunt Episcopi de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent. secus verò de rebus Ecclesię. ex Concilio Agathensi in *can. Episcopi de rebus propriis.* 19.12. q. 1. & ex eodem Concilio in *can. Episcopus qui filios, aut nepotes non habuerint* 34. 12. q. 2 Sicut etiam Clerici ex Alexandro tertio Episcopo Vigiliensi in *cap. quia nas* 9. *de testamentis, & vltimis voluntatibus.* ibique *Gloss.* verbo *testamentum*. eodemque modo respondit Gregorius Deus dedit Episcopo in *can. nulli dubium est.* 1. & *can. obitum Theodori Episcopi*, Cypriano Diacono scribens. 12. q. 5. & ibidem Mariniano Episcopo Rauennati scribens in *can. quia Ioannes quondam decessor tuus* 3. Quod si intestatus decesserit, & sine cognatione, hęreditas eius ad Ecclesiam vbi deseruiuit deuoluitur. ex Concilio Triburiensi in *can. quicumque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit* 7. *siue finali* eadem 12. q. 5. & ex Concilio Agathensi in d. *can. Episcopus, qui filios, aut nepotes non habuerit* 34. 12. q. 2. subsequente: *alium, quàm Ecclesiam non relinquat hęredem.*

Testamentum, qui rogat, & filios habet, meminerit Augustini consilij sermone 2. de vita Clericorum in *can si quis irascitur filio suo, & moriens exhæredat eum.* 8. *in fine* 13. q. 2. qui sic verbis persuadet: *Vnum filium habet, putet Christum alterum: duos habet, putet Christum tertium: decem habet, Christum vndecimum faciat. & Inscipio.*

Testis dupliciter considerari potest, & in cœlo, & in conscientia iuxta illud (Iob. 16.) *Ecce in cœlo testis meus* & illud Pauli (2. ad Corinth. 1.) *Gloria nostra hæc est, testimonium conscientię nostrę.* Deducit Gregorius Palladio Presbytero scribens in *can. inter hæc verba laudantium, siue vituperantium ad mentem semper recurrendum est* 55. 11. q. 3. verba damus Gregorii: *Quid enim, si homines laudent, & conscientia nos accuset? aut quę debet esse tristitia, si omnes accusent, & sola conscientia liberos nos esse demonstret? Habemus Paulum dicentem: (Gloria nostra hæc est, testimonium conscientię nostrę.) Iob quoque dicit: (Ecce in cœlo testis meus.) Si ergo est nobis testis in cœlo, & testis in corde: dimittamus stultos foris loqui quod volunt.* Non tamen debet sola conscientia sufficere, vt dimittamus existimationem hominum, ne eis scandalum prębeamus. Nõ enim sufficit, si quis dicat, coram Deo sufficere sibi conscientiam, cum existimationem hominum non solum imprudenter, verum etiam crudeliter contemnat, cum occidat animas aliorum. ex Augustino libro de bono Viduitatis in *can. non sunt audiendi siue viri sancti, siue feminæ* 56.11. q. 3. in fine inferente: *Proinde quisquis à criminibus flagitiorum, atque facinorum vitam suam custodit, sibi benefacit: Quisquis autem etiam famam, & in alios misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.* clariusque demonstratur ex eodem Augustino sermone de communi vi-

ta clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem*. 21. 12. q. 1. subsequente sermonem: *Prouidemus enim bona, vt ait Apostolus:*(ad Romanos 12. & 2. Corint. 8.) *Non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis; propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete, quod dixi, atque distinguite. Duę res sunt, conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suę negligit famam suam, Crudelis est.* Vnde Lucius Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniæ in *can. iubemus Apostolica auctoritate vt semper testes vobiscum sacerdotes, & Leuitas habeatis*. 60. *de consecratione dist.* 1. scribens dixit: *Tamen propter maleuolos iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt.*

Testes Christi fuerunt Apostoli. sicuti ipse Christus (Actuum 2.) ipsis significauit: *Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad extremum terræ.* Non solum verbis, sed etiam factis; miracula facientes. perpendit Hieronymus in Epistolâ ad Titum in *can. existimant quidam in eo tantū Christum negari*. 84. *in fine* 11. q. 3.

Testis, & Iudex in eadem Causa nemo esse potest. ex Fabiano Papa ad Episcopos Oriētales in *can. nullus vmquam præsumat accusator simul esse, & Iudex, vel testis*. 1. 4 q. 4. rationem referente: *Quoniam in omni Iudicio quatuor personas necesse est semper adesse; id est Iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, testes varitate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam*. ibique *Gloss.* verbo *quatuor*.

Testis de auditu admittitur ad probandam parentelam cōiugum. de auditu vtique à vicinis, at à propinquis antiquioribus. ex ordine Romano in *can. de parentela illa, quam dicunt esse inter illum*. ff. 5. 35. q. 6. rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *audisti*. Quia nimirum *difficile est quod aliquis sciat quousque consanguinitas protendatur*. plura deducit *Glossa* in *can. testes per quamcumque scripturam* 15. § *de suis etiam*. 3. q. 9. verbo *audierunt*. Quibus in casibus testes de auditu probant.

Testes testimonium proferre non debent per scripturam quamcumque in absentia, sed præsentes de his, quæ nouerunt, & viderunt veraciter testimonium dicant. Nec de alijs causis, vel negotijs dicant testimonium, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ epistola 2. in *can. testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant*. 15. 3. q. 9. vbi *Gloss.* verbo *sed præsentes*. subnectit: *In causa criminali semper testes erunt præsentes: sed in Ciuili seruetur consuetudo regionis.* & Gratianus ibidem § *de his etiam*, *qui audierunt, in ciuili causa testimonium dare poterunt*. ibique pluribus *Gloss.* verbo *audierunt*. deducens quod Testis de auditu sæpe admittitur. Nā & Testes domestici sępe admittuntur ad probandum ea, quæ in secretu facta sunt, nec aliter sciri poterant. ex Paschali Secundi Guidoni Archiepiscopo Viennensi Apostolicę sedis legato in *can. super prudentia tua plurimum admiramur*. 1. 1 4. q. 2. veluti Testes Clerici pro Ecclesia admittuntur ad probandam possessionem, vel quod ipsa tractauerunt res ipsas Ecclesię ibidem. & *Gloss.* verbo *tractauerunt*. Rationem afferens: *Quia ea, quę in capitulo gesta sunt melius possunt probari per Canonicos, quam per alios.* & respondit Alexander tertius Cantuariensi Archiepiscopo, & Vigorien Episcopo in *cap. cum nuncius*. 12. *extrà de testibus, & attestationibus*.

Testes tactis Sacrosanctis Euangelijs, & præbito legalites sacramento, quę in veritate rerum nouerunt, professione suæ testificationis aperire debent. ex Pelagio Papa Decorato Patricio in *can. hortamur, vt sub timore Domini* 20. 3. q. 9. vide quę diximus supra verbo *tactus*. plura habes in *Squilacen Abbatię* 20. *Nouembris* 16[?]0. *coram Merlino decis.* 406 *nu.* 3 *& sequentibus part.* 5. *in recentioribus.* & part. 1. *in recentioribus decis.* 393. *nu.* 8. *& 9. cum sequentibus.*

Testis pro vtraque parte testatur, & ideo pro vtraque parte veritatem dicere debet. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sanè quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur*. 15. 24. q. 5. & notauit *Glossa* in d. *can. hortamur, vt sub timore Domini* 20. 3. q. 9. verbo *nouerunt*.

Testes, qui contra Episcopum deponunt, iurare prius debent ad Sacra Christi quatuor Euangelia, quod nihil falsum deponant. ex Leone Papa in epistola Episcopis Brittaonię in *can nullam damnationem Episcoporum vmquam esse censemus* 3. 2. q. 4. vbi *Gloss.* verbo falsum. subnectit, quod

Testes quinque capitula iurare tenētur. Quod dicant veritatem. Quod testentur pro vtraque parte veritatem. Quod non admisceant falsitatem. Quod nec amore, nec odio, nec proprio cōmodo testentur. Et demū, quod dicant quidquid de re ipsa nouerint, siue fuerint interrogati, siue non. Hinc est quod

Testium dicta describenda sunt, pro vt ipsi testes dixerint, siue pro, siue contra inquisitū dixerint, siue contra fiscum; alias Iudex, siue notarius mortaliter peccat. Nam diuiderēt testium dictum. deducit *Tranquillus Ambrosius* alios etiam referens. *De modo formandi processum informatiuum lib.* 2. *cap.* 2. *nu.* 7. 8: *& sequent.* Potissimum verò in causis Sancti officij. *Barbosa in cap. finali de hęreticis in* 6. *n.* 12.

Testes maiores esse debent omni exceptione. Nam in testibus fides, dignitas, mores, grauitas examinanda est. Non itaque audiendi qui aduersus fidem testificationis suę vacillant. ex Pādectis deducit Gratianus in *can. si testes omnes eiusdem honestatis, & extimationis sint*. 3. § *In testibus fides, dignitas, mores*. 4. q. 3. vbi etiam in ipso initio: quod si omnes testes eiusdem sint honestatis, & existimationis, testimonia sequenda sunt; si autem quidam eorum aliud dixerint, [?] et in pari numero, credendum est, quod naturę negotii con-

congruit, & quod vel inimicitiæ, vel gratiæ suspicione caret; & animi sui motum firmabit Iudex ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora sunt. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem; & testimonia, quibus potius lux veritatis assistet. Quod si

Testes pro vtraque parte æquales sint numero, & qualitate, seniorum dicto standum erit, illeque præualere qui, cæteris paribus seniores deduxit ad deponendum, vtputa quod melius informati. ex eodem *can. si testes.* 3. prosequitur *Triuisanus decis.* 56. *nu.* 5. *part.* 1. quandoque vero

Testium numerus eorum supplet defectum. *Maranta* noster *cons.* 145 *nu.* 13. quia videntur melius informati. *Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 459. *nu.* 4. *in fine* & apud *Coccinum decis.* 249. *nu.* 6. *Maranta eodem cons.* 145. *nu.* 14. Concinit Glossa in *can. ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici, hunc timorem, honoremque deferre.* 5. qui est Augustini ad Hieronymum *dist.* 9. verbo *quantulibet.* Rationem referens: *Eis enim magis creditur, qui vel aptiora dicunt.* Quia ex numero testium suppletur eorum fides. *Rota* apud *Seraphinũ decis.* 241. *nu* 2. *& decis.* 2. *nu.* 1.

Testes vero illi melius recipi debent, qui melius nouerunt; sciuntque, quæ deponunt. ex Innocentio tertio in *cap. licet causam, quæ inter Ecclesiam Rauennatem.* 9. 9. *ex præmissis igitur euidenter apparet extra de probationibus.* verbis dicente: *Ex præmissis igitur euidenter apparet, quod Ecclesia per testes numero plures, quibus potius lux veritatis assistit, qui etiã aptiora negotio, & vero proximiora in suis testimoniis expresserunt, sufficienter ostendit, &c.* Eandemque rationem deferre videtur Clemens tertius Florentino Episcopo in *cap. videtur nobis* 3. *qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.* dicens: *Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur. Quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis eam etiam ex ratiocinatione maiorum scire laborat.* Et ita Fabianus Papa decreuit in *can. consanguineos extraneorum nullus accuset* 1. 35. *q.* 6. inquiẽs: *Sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet &c.* Eodemque modo decreto Cœlistini Papæ ad Ecclesiam Florentinam misso in *can. videtur nobis* 2. ad medium eadem 35. *q.* 6. in ratio ratione, quam reddiet: *Qui enim melius recipi debent, quam illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse!* Rota apud *Card. Canaler decis.* 161. *nu.* 8. vide *Genuensem in practicabilibus Ecclesiasticis. q.* 702. *& Gigantem cons.* 42.

Testes enim, qui sunt informati melius, vtputa de facto proprio, ipsi melius scire poterũt, atque deponere. *Rota apud* Canaler *decis.* 381. *nu.* 2. Et qui sunt practici, vicini, numero plures, & digniores. ex Innocentio tertio Londonien, & Helien Episcopis in *cap in nostra præsentia* 32. *de testibus, & attestationibus extra. Rota* in *Rauennaten Census* 2. *Maij* 1608. *coram Manzanedo apud Cencium de censibus part.* 3. [illegible] *nu.* 1. *Vinius decis.* 377. *nu.* 9. & qui verisimiliora [illegible] deponunt. noster *Maranta cons.* 19. *sub nu.* 25.

Testibus proinde deponentibus in specie magis statur, quàm in genere. ex eodem Innocentio tertio d. *cap. licet causam* 9. 9. *ex præmissis igitur euidenter apparet. de probationibus. Gigans cons.* 42. *nu.* 50, & *Rota* in *Casalen irregularitatis* 29. *Nouembris* 1610. *coram Sacrato decis.* 97. *nu.* 4. *in fine apud* Farinacium *volum.* 2. *consiliorum.* Vnde

Testis vnus deponens de tempore determinato supplet alium. *Rota* apud *Card. Seraphinũ decis.* 78. *nu.* 1. & iis qui deponunt de bona fama quam de mala. *Rota apud Coccinum decis.* 215. *nu.* 5. Sicuti

Testibus deponentibus pro reo. Vnde præferuntur. Etiam si laici fuerint pro Clerico reo ad eum purgandum. Ex Concilio Africano in *can. Clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines* 32. *in fine distinct.* 81. ad verba: *aut graues aliqui Christiani,* ibique notat *Gloss.* verbo *aliqui.* in fine dicens dico *præponendos esse laicos, qui stant pro Clerico reo.* inferens etiam: *Et ita patet hic, quòd Clericus potest se purgare quandoque cum laicis.* Ex Concilio Hispalensi Secundo in *can. in decima actione communi consensu decreuimus* 24. *in fine* 18. *q.* 2. de Abbatibus disponente; *neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet; sed sub testimonio duarum, vel trium sororum,* ibique per optime *Gloss.* verbo *duarum.* inferens: *Hinc patet, quòd si Clericus accusetur, qui deliquerit cum Moniali, vel cum alia, potest se expurgare cum mulieribus. Quid enim vocantur istæ, si non possent esse testes?*

Testimonium quatuor Clericorum tantum valet, quantùm sex laicorum. Nam in sesqui altera proportione videtur quod se habeat, sicut se habent sex, & quatuor; Quia tantum potest facere Clericus per annum, quantum laicus per annum, & dimidium. sic *Glossa in can. monachus vero nouitius morum honestate fulcitus.* 9. *in fine distinct.* 77. verbo *quorum.* ad textum in *can. noli te fænerari ministris altaris* 9 *in fine distinct.* 46. ad verba: *quæ sexcupla dicuntur.* de vsuris loquens sexcuplis. ibique *Gloss.* verbo *sexcupla.* vsuras sexcuplas dicens esse, quæ ex quatuor exigit sex. dicemus verbo *vsura.*

Testes, qui deponunt per fides subscriptas non probant, præsertim vero ad effectum condemnandi, secus vero quoad præsumptionem. ex Clemente Tertio in *cap. a nobis est quæsitum* 2. *extra qui matrimonium accusare possunt, & contra illud testificari.* ibique *Gloss.* verbo *accusatione.* rationem reddens: *Testibus enim, non testimoniis est iudicandum.* Ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. testes, per quamcumque, scripturam testimonium non proferant.* 15. 3. *q.* 9. deducit *Gacheranus* Olasci Dominus *decis.* 128. *num.* 9. & *Barius decis.* 1. *num.* 38. prosequitur Doctor *Marta voto* 138. *num.* 12. *& num.* 13. extendeos, etiam si scriptura ipsa fuerit à testibus recognita cum iuramento. Quia nimirum Iuramentum

præcedere debet, non subsequi. Et Testis deponere debet Iudice interrogante, non sponte. Decianus cons. 51. num. 6. vol. 1. Farinacius de testibus q. 80. num. 27. & sequent. Rota in Senogallien. Prædii 1581. coram Pubalo decis. 30. num. 6. post 1. volum. consiliorum Farinacij. Barbosa ad d. cap. 1. num. 8. qui matrimonium accusare possint. Bernardin. Greneo ad Cameram Imperialem lib. 1. conclus. 100. considerat. 3. num. 7.

Testis testificari potest de his, quæ ante pubertatem vidit. ex Clemente I. Papa epistola 5. ad suos discipulos. in can. relatum est nobis; quod quidem in vestris partibus commorantes. 14 in fine distinct. 37. verbis illis: Absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat. ibique per optime Gloss. verbo in pueritia. argumentum deducens: Quod aliquis potest testificari de eo, quod vidit in puerili ætate, ut hic. Et ex Concilio Carthaginensi Quinto in can. placuit de infantibus 111. & Leone Papa Leoni Rauchnati Episcopo in can. cum itaque baptismi sui nihil recordetur, qui regenerationis est cupidus 112. de consecrat. dist. 4. deducit Covarruvias in regula possessor. par. 2. relectionis §. 3. nu. 8. vers. Imò, & testibus.

Testis vnus ad condemnandum non sufficit. Testimonium accipe ex Stephano Papa V. Hastulpho in can. admonere tecum lacrymis, & multo gemitu cordis curamus. 8. paulo post principium 33. q. 2. rationem reddentem: Quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina, humana que lex, vnius testimonio, etiam idoneo, quempiam condemnat, vel iustificat. Nec dissimilibus verbis Alexander tertius in cap. licet vniuersis 23. in fine de testibus, & attestationibus extra; & ipse rationem reddit: Quia licet quædam sint Causæ, quæ plures, quam duos exigunt testes, nulla est tamen causa, quæ vnius testimonio (quamuis legitimo) terminetur. ibique Gloss. verbo vnius. Declarans in alterius præiudicium notat: Doctor Maria voto 95. nu. 8. & 9. Rota apud Sanctæ memoriæ Gregorium XV. decis. 178. nu. 1. & 2. ibique Beltraminus Addens nu. 9. & nos plura deduximus respons. nostra 97. nu. 17. cum sequentibus parte 5. & idem ex Alexandro tertio Matthæo Cardinali in cap. super eo, quod à nobis tua deuotio postulauit. eo. eodem de testibus: ibique Abbas. Notorealis esset Episcopus ex qualitate personæ, ex Theodosio Augusto in can. omnes itaque causæ 36. §. testimonium etiam vnius licet Episcopi 11. q. 1. sat tamen vnus erit testis ad impediendum matrimonium contrahendum. Secus vero iam contractum ex eodem Alexandro tertio d. cap. super eo in fine. & idem ipse Alexander Episcopo Sanctæ Agathæ in cap. præterea de muliere, quæ a viro impetitur. ex. de sponsalibus, & matrimonijs sequitur Genuensis in praxi cap. 2. nu. 2. in fine & nu. 13. ni forsan is testis esset de auditu vnius Nauar. cons. 2. de consanguinitate & affinitate.

Testis item vnus satis est ad probandum quem ostendisse signa pœnitentiæ, & contritionis in eo qui excommunicatus decessit ut valeat absolui, atque Ecclesiasticæ tradi sepulturæ. ex Innocentio tertio Abbati Sanctæ Andreæ in cap. à nobis est sæpe quæsitum a 8. §. vnde quantumcumque se quis iuramenta præstito. de sententia excommunicationis extra. ibique Henricus Boich nu. 6. quem sequitur Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis libro 1. cap. 16 nu. 10. & cap. 15. nu. 6. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 26. q. 11. ad materiam plura diximus respons. nostra 2. & 48. part. 4. Veloti.

Testis vnus satis erit ad probandam Ecclesiæ consecrationem, siue is de visu sit testis, siue de auditu quia inchis, quæ alteri damnum non inferunt, vnus sat est testis. ex Concilio Carthaginensi quinto in can. placuit de infantibus 111. de consecrat. dist. 4. ibique notat Gloss. verbo testentur. Ioannes Azorius d. lib. 10. cap. 26. q. 11. & ad materiam iace plurimos enumerans casus, in quibus vno statur testi part. 3. lib. 13. cap. 18. in 8. dubio.

Testis vnus sufficit ad impediendum matrimonium spirituale etiam pater. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in Regno Ludouici scribente in can. præsens Clericus nomine Lambertus 4. 30. q. 3. Glossa patrem. Concinit Gregorius Ianuario Episcopo in can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit 24 dist. 86. verbis edicente: Sed filius noster Cypriacus Abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. ibique Glossa verbo filius. Argumentum inferens: Quod creditur dicto vnius ad emendationem scilicet, non ad veram probationem. Sicut creditur vnico testi in materia electionis sepulturæ. ex Guidone Papa decis. 194 Genuensis in praxi cap. 70. de sepulturis nu. 8. Et facit semiplenam probationem si est integer, & deponat super facto principali. secus si de confessione. Nauar. cons. 5. nu. 3. libro 5. de accusationibus. sicuti ob modicitatem causæ. noster Maranta cons. 93. nu. 6. in fine.

Testibus quanta fides adhibenda sit Iudicis remittitur arbitrio, qui motum animi sui, ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora esse compererit, confirmabit. ex Cœlestino tertio in cap. præterea cum quis accusatur aliquam cognouisse 27 in fine de testibus, & attestationibus. Nec diuersimodè Clemens tertius in cap. in præsentia nostra 6. in principio de renunciatione, & ipse verbis inferens: Sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & alijs, quæ in eius præsentia proponuntur, formet animi sui motum; Iudex videlicet, non immeritò proinde Callistratus libro 4. de cognitionibus in l. testium fides diligenter examinanda est 3. §. Ideoque diuus Hadrianus Iunio, & Vario legato prouinciæ Ciliciæ rescripsit ff. de testibus. verba epistolæ hæc sunt: Tu magis scire potes quanta fides habenda sit testibus: Qui, & cuius dignitatis, & cuius existimationis, & qui simpliciter visi sint dicere: vtrum vnum eundemque, & præmeditatum sermonem attulerint: an ad ea, quæ interrogaueris, ex tempore verisimilia responderint. Argumento etiam petito ex Gregorio in mo-

moralibus in can. hoc habet proprium doctrina arrogantium. 1. post principium dist. 46. verbis illis: In verbis enim eorum proditur: quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere. vbi gloss. verbo in verbis infert in argumentum: ex verbis perpenditur quanta fides adhibeatur testibus. Nec satis diuersè Nicolao Papa in can. de his vero, qui pro criminibus pœnitentiam egerunt 3. in fine 16. q. 7. verbis dicente: Et modum culpæ, nec non & pœnitentiam, & gemitus hominum ad confessionem venientium præsens positus inspicere valet. ibique gloss. verbo præsens & ipsa modum deducit: Sic Iudex potest melius scire quanta fides adhibenda sit testibus. deduximus respons. nostra 75. nu. 35. part. 5. & eadem part. respons. 78. nu. 90. vide Rotam apud S. memoriæ Gregorium 15. decis. 340. nu. 9. cum sequentibus.

Testes singulares & admittuntur, & reprobantur iuxta qualitatem rei, de qua deponunt. ex Leone Papa in can. nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur. 16. 3. q. 9. in fine dicente: Nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit. ibique plene Gloss. verbo simul. hanc pertractans materiam singularitatis testium. Daniel enim testes confudit contra Susannam, quia singulares fuerunt in loco, consequenter que varii, de vna re, adulterio videlicet, & vna vice, vtraque hora deponentes. Deducitque de singularitate testium, quod reprobentur Innocentius tertius in cap. licet causam, quæ inter Ecclesiam Rauennatem. 9. §. quamquam autem pars fauentinorum testes multos produxerit. de probationibus. vbi & quidam alii sint in dicto sui testimonij singulares. ibique glossa verbo singulares. Verum de singularitate distinguitur. Nam quædam est singularitas obstatiua vt testes contra Susannam. quædam vero cumulatiua, vt si quis deponat vidisse quendam dicentem missam, & vnus deponit de principio, alter de medio, & alius de fine. vt perpendit glossa d. can. nihilominus quoque verbo simul. deducit Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib. 13. cap. 27. in 7. dubio. vers. si quæras. Cardin. Zabarella cons. 9. nu. 8. & nu. 18. Couarruuias lib. 3. variarum resolutionum cap. 13. nu. 5. plura tradidimus nos de crimine hæresis verba facientes respons. nostra 97. à num. 27. cum sequentibus & num. 32. & sequentibus. part. 5. Cardin. Seraphinus decis. 1019. num. 12. Gabriel lib. 1. de testibus concl. 2. num. 70. in cuius limitatione plura deducit Andreas Gallus libro 2. practicarum obseruationum. obs. num. 66. à num. 10. plures prosequens limitationes. Velut inter alia, testes singulares probant quid in genere, vtputa Titium esse infamem, aut furiosum, & quid hu similia, quia licet respectu actuum singulares sint, tamen respectu finis conueniunt, & integre probant. Mynsingerius singularium obseruatorum centur. 5. obseruat. 78. nu. 3. cum sequentibus. Velut etiam singulares testes probant filiationem. vt dictum fuit in Rota in Romana filiationis 23. Ianuarii 1610. coram Marcomonio decis. 279. num. 4. apud Farinacium vol. 1. consiliorum. & hinc est quod

Testes singulares non omnino repelluntur, sed faciunt semiplenam probationem potissimum vero quando tendunt ad eundem finem licet per diuersa media. vnde saltem faciunt magnam coniecturam. ex Innocentio tertio Murnensi Episcopo in cap. cum dilectus Abbas de Brusia 3. siue finali. §. sufficienter intelleximus esse probatum. de successionibus ab intestato. illis verbis: Non tamquam sufficienter probantes, sed tamquam vehementer admiriculantes assertionem Abbatis, plurimum adiuuabant. videndus Crauetta cons. 35. num. 14. Farinacius de testibus. de oppositionibus contra personas testium. 9. 64. nu. 112.

Testes in eorum dicto concordes esse oportet alioquin non probant. ex Gratiano ex Pandectis in can. si testes omnes 3. 4. q. 3. & Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2. Frater Ioannes de la Cruz in directorio conscientiæ part. 1. in 8. præcepto art. 4. dub. 15. conclus. 2. nu. 8. Nam testes sibi contrarii ex se ipsis non probant. sicuti omnia quæ sibi contraria sunt, non coniunguntur. ex Gregorio Felici Episcopo in can. si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt 4. 25. q. 2. ibique glossa verbo diuisa inferens contra testes sibi contrarios; & contra scripta omnia sibi met contraria. Iuxta illud Augustini ad Bonifacium in can. quod autem nobis obiicitur, quod res earum concupiscamus 3. post principium 23. q. 7. verba sunt Augustini: Sique adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, quàm sint inter se contraria, quæ loquuntur. ibique gloss. verbo contraria argumentum deducens: Quod contraria dicens non est audiendus. Sufficit autem, quod testes concordent in substantia modo tamen per formalia verba non deponant. vtputa in causa matrimoniali. Rota apud Card. Seraphinum decis. 270. nu. 3. Et si quidem testium dicta potius conciliandæ, quam calumnianda fuerint. Rota apud eundem Seraphinum decis. 241. nu. 3. Testes verò concordant in minori summa, quamuis vnus de 65. alter de 60. deponat quia in 60. concordant. apud eundem Seraphinum decis. 121. nu. 2.

Testes impediens ne deponant, compellendus est, vt desistat, etiam censuris. ex Innocentio tertio Episcopo Placentino in cap. cum causam, quæ inter Archiepiscopum Rauennaten. 37. §. quod si forte fauentini de testibus & attestationibus. verbis præcipiente: præsumpserint impedire, tu ipsos ab huiusmodi præsumptione cessare compellas, per excommunicationem vtique; vt Glossa ibidem verbo compellas subnectit. ibique etiam Felinus num. 16. & possunt haberi pro productis pro vt deterius aduersus impedientem ex Glossa ibidem eodem verbo compellas ad finem, Genuensis Episcopus Isernia in practicabilibus Ecclesiasticis. q. 780. num. 4. & 5. Ita quidem vt impediens ad damnorum teneatur refectionem. ex Concilio Agathensi in can. si quis de clericis documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur. 33. 12. q. 2. ibique Gloss. verbo documenta dilatans: idem

esset

esset, si testes aliquos impediisset dicere veritatem. ex Alexandro Tertio in cap. peruenit ad audientiam nostram. 4. extra de testibus cogendis, vel non. idem repetitum fuit ex Concilio Aurelianensi, quod in can. si quis de clericis 33. in can. si quis de clericis documenta, quibus Ecclesiæ possessio firma tenetur, aut supprimere, aut negare, aut auertere 40. eadem 12. q. 2.

Testes pretio conducti non debent ad veritatis testimonium proferendum; sed vt quique optimi, & fideliores in testimonium assumantur. ex Concilio Maticensi in can. placuit sancto Conuentui, vt testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur. 2. 4. q. 2. Quia profectò, qui pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, Iudæ proditori sunt similes. Quia veritatem pro pecunia negant. consequenterque Deum pro pecunia vendunt. ex Beda ad 14. caput Marci in can. abiit Iudas ad summos sacerdotes, & constituerant ei pecuniam se daturos. 83. 11. q. 3. Venturis autem ad iudicium, ab accusatore, vel ab iis, per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur, etiam in pecuniaria causa ab alterutra parte testes producendi sunt. ita Gratianus ex Pandectis in can. si testes omnes huiusdem honestatis, & existimationis sint. 3. ad finem §. venturis autem ad Iudicium. 4. q. 2. siue 3. & sequitur Gloss. in can. de quibusdam locis. ad nos refertur neque magistros 12. distinct. 37. ad finem verbo. vt magistri. ad medium, & ipsa dicens: Item non vt testis gratis testificatur, & tamen recipit procurationem, id est pecuniam, procurationi nomine? vt. 4. q. 3. venturis. Hoc enim recipit pro labore, non sane formaliter pro testimonio plura adnotat ibidem Glossa

Testimonium visus quandoque fallitur. Sæpius tamen nõ fallitur. Admittitur proinde testimonium visus. Nam ad ea quæ frequenter fiunt iura adaptantur. ex Cypriano ad Pomponium de virginibus in can. nec aliquis putet se posse hac excusatione defendi. 4. post principium 27. q. 1. verbis edicentes: Cùm, & manus obstetricum, & oculi sæpè fallantur. ibique notat Glossa verbo fallantur. argumentum educens: Contra testimonium visus. subdens: sæpius tamen non fallitur. dat quidem testes testimonium proferre debent de his, quæ nouerint, & viderint veraciter. vt Calixtus Papa dixit ad Episcopos Galliæ scribens in can. testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant; sed de his, quæ nouerunt, & viderunt veraciter testimonium dicant. 15. 3. q. 9. quia de his, quæ sensu corporeo perceperunt deponere debent. vt Glossa deducit ibidem verbo quæ nouerunt, & viderunt. & in superioribus nos quoque meminimus.

Testes de auditu regulariter non probant. Ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in can. testes per quãcumque scripturam 15. ibique Gratianus §. de his etiam, qui audierunt. ibique plene Glossa verbo audierunt. 3. q. 9. plene ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in cap. licet ex quadam necessitate 47. de testibus & attestationibus. nisi fortasse in antiquioribus, & non de auditu ad vno. Quia nec ille sufficere. vt Gloss. ibidem verbo ab vno. subnectit. Romanus singulari 746. Verallus decis. 128. num. 1. & 2. part. 2. Rota apud card. Seraphinum decis. 102. num. 2. & apud Card. Caualer. decis. 197. num. 3. & decis. 336. num. 3. & decis. 183. num. 4. & decis. 523. num. 3. & apud sanctæ memoriæ Gregorium 15. decis. 572. num. 2. ibique Beltraminus. num. 5. & part. 4. diuersorum collecta per Farinacium decis. 568. num. 6. & apud Coccinum decis. 125. num. 13. præsertim vero si à personis suspectis audierunt. noster Maranta cons. 147. num. 2. & in fine & num. 3.

Testis vero de auditu non magis probat, quam is, à quo audiuit ne maior fides exemplo, quã originali adhibeatur. Crauetta cons. 41. num. 2. Rota in Pistorien. Beneficii 12. Maii 1618. coram Buratto decis. 16. num. 5. apud Vulpianum ad praxim Iuris patronatus. quæ est impressa apud ipsum decis. 323. num. 18. Hieronymus de Laurentiis decis. Auenionen. 105. num. 2. & 3. Probat in antiquis, nec refert vt dicat, quo audiuerit. Rota apud Duranum decis. 344. num. 4. & 5. part. 2. & etiam vnicus de auditu in antiquis facit adminiculum. Rota apud Seraphinum decis. 293. num. 2.

Testis auditu inducit præsumptionem. Hieronymus de federicis resolutionum criminalium resolut. 42. num. 6. & resolut. 44. num. 13. post 2. volumen consiliorum Farinacij.

Testis vnus de auditu nihil probat. ex gloss. d. cap. licet & quadam 47. verbo ad vno de testibus. ibidemque ex Alexandro tertio in cap. veniens ad nos 1. presbyter. 10. in fine ibique gloss. verbo testimonium. Quia nimirum vnius testimonium ad condemnationem non sufficit alicuius. & dixit Rota in Anchonitana Incendii 1588. coram Comitulo decis. 60. num. 10. in fine post. 1. volumen consiliorum Farinacii. decreuitque expresse Constantinus Imperator, in se Iuris iurandi religione testes prius, quam perhibeant testimonium. 9. c. de testibus, verbis edicens: Simili modo sancimus, vt vnius testimonium nemo Iudicum in quacumque causa patiatur admitti. Et nunc manifestè sancimus, vt vnius omnino testis responsio non audiatur, etiam si præclara curiæ officio præfulgeat. Deduxitque Gratianus in can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint 3. col. 6. §. Iuris iurandi religione testes 4. q. 2. vel 3.

Testes laici admittuntur pro Clericis eos vtique purgantes. ex Concilio Africano in can. clerici, vel continentes 32. in fine distinct. 81. verbis illis in fine: aut graues aliqui Christiani, vbi gloss. verbo aliqui. verbis & ipsa dicens: Sed quid si duo clerici dicunt me commisisse fornicationem cum aliqua tali die. Duo laici dicunt me fuisse secum tota die in alio loco? Dica præponendos laicos; quia stant pro reo. Ex Concilio Hispalensi Secundo. in can. in decima actione 24. ad finem 20. q. 2. ibique gloss. verbo duorum. & diximus etiam supra. vide Vinum decis. 467. num. 26. lib. 3. & Hieronymum de laurentiis decis. Auenionens. 61. num. 15. Ita quidem, vt mater, & vxor, licet sint alias inhabiles, admittantur: nihilominus in criminalibus ad

de-

defensionem fidemque faciant. ex *Bald. in l. parentes. 6. C. de testibus.* noster *Marauta consil. 20. num. 3.*

Testes laici regulariter non admittuntur aduersus Clericos ad plenam videlicet probationem faciendam. Ex Euaristo Papa ad Episcopos per Aegyptum in *can. non est à plebe, aut vulgaribus hominibus* 1. Et Siluestro Papa io epiloco Concilij Romani in *can. nullus laicus audeat clerico crimen inferre* 2. Et Marcellino Papa ad Episcopos Orientales in *can. laico non liceat quemlibet Clericum accusare* 3. 2. q. 7. restaturque Clemens Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can. Beatus Petrus homicidas, & adulteros* 5. 6. q. 1. Ita Sanctum Petrum statuisse: laicos ab Clericorum accusatione & vexatione repelli debere. Decreuitque Alexander Tertius Salernitano Archiepiscopo scribens in *cap. de cętero laicos in accusationem, vel testimonium contra clericum.* 14. *de testibus, & attestationibus.* ibique *Glossa* verbo *canonum* & *Abbas num.* 9. *in 3. limitatione.* ibique etiam *Felinus* præsertim ad iudicium faciendum. *Marta voto* 138. *num.* 5. *Hieronymus de federicis resolutionum Criminalium resolut.* 44. *num.* 22 *post* 2. *volumen consiliorum Farinacij.* vbi subdit: quod hodie indistinctè admittuntur Laici contra omnes, modo alia non concurrant, quibus illi repellantur. plura apud *Farinacium de testibus q.* 61. *num.* 98. & *num.* 110. & *q* 62. *num.* 272. prętertim verò mulieres. pluribus deducit Gratianus io *summa* 15. *q.* 3. ibiq; etiam *Gloss.* verbo *tertio quæritur.*

Testes laici contra clericum à Iudice Laico examinati nihil probant ex Alexandro Tertio Salernitano Archiepiscopo in *cap. at si clerici coram seculari Iudice conuenti fuerint* 4. *extrà de Iudicijs.* ibique *Baldus num.* 2. & ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est.* 7. 2. *q.* 1. dixit *Rota* in *Casalen irregularitatis* 29. *nouembris* 1610. *coram sacrato decis.* 297. *num.* 4. *in fine post* 2. *volumen consiliorum Farinacij.*

Testi deponenti contrarium eius, quod ante deposuerat ex interuallo non creditur. Ex Innocentio Tertio Beluacensi Episcopo in *cap. cum in tua diœcesi* 44. *in fine de testibus, & attestationibus.* ibique *Glossa* recepta verbo in *hoc casu in fine* verbis eddicens: *Tamen si testis dicat contrarium in secundo iudicio ei, quod dixit in principio, non valet dictum eius. vt hic colligitur.* sequiturque *Nauar. cons* 6. *num.* 4. *lib.* 4. *de sponsalibus; & matrimonijs* Etiam si prima depositio facta fuisset in Iudicio summario, & secunda in plenario. Sicuti testi deponenti vnum extraiudicialiter, & aliud iudicialiter cum iuramenti contra illud, quod extraiudicialirer dixit, non creditur; sed statur ei quod cum Iuramento firmauit. Idem *Nauar. cons.* 76. *num.* 3. *in* 5. *dicto. lib.* 5. *de simonia.*

Testes debent esse integri, & absque vlla infamia, & suspicione, vel manifesta macula, & veræ fidei plenitudine instructio ex Damaso Papa ad Stephanum Archiepiscopum in *can. testes absque vlla infamia* 39. 2. *q.* 7. alioquin testis propter crimen repellitur. Prętertim verò si crimen publicum fuerit. ex Fabiano Papa ad Episcopos Orientales in *can. ipsi Apostoli, & eorum successores olim statuerunt* 38. *eadem* 2. *q.* 6. ibique plenissime *Gloss.* verbo *nec esse.* quæ distinguit inter crimen occultum, & publicum. ex Clemente Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can. Beatus Petrus homicidas, & adulteros* 5. Ex Hadriano Papa in capitulis. in *can. qui crimen intendit* 6. §. *testes autem sine aliqua sint infamia.* 6. *q.* 1. ibique plene *Gloss.* verbo *qui crimen.*

Testes vero quamuis defectibus notati admittuntur in criminibus exceptis. vt puta in crimine Simonię. Nam admittitur mediator in illo crimine. ex Concilio Chalcedonensi in *can. si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit.* 8. *in fine* §. *si quis vero mediator, tam turpibus, & nefandis datis* 1. *q.* 1. ibique per plenè *Glossa* verbo *mediator.* Nisi tamen propriam iniuriam prosequerentur, vltra crimen, quo notantur. Verum tamen est, quod ad purgandum crimen cum tormento admittuntur. ex Gratiano in *can. si testes omnes* 3. *col.* 3. §. *nam si carent suspictione testimonium.* 4. *q.* 3. & *Gloss.* in *summa* 6. *q.* 1. verbo *quod autem.*

Testes defectibus notati admittuntur in causis occultis. vt in stupro dictum fuit. in *Romana stupri* 1610. *coram sacrato decis.* 284. *num.* 8. *post* 2. *volumen consiliorum Farinacij.*

Testis deponere debet de die, commissi præsertim criminis & hora. ex Gratiano in *can. per scripta nullius accusatio suscipiatur.* 5. § *libellorum inscriptionis conceptio talis est.* 2. *q.* 8. verbis dicente: *Neque autem diē, neque horam intuitus comprehendet.* ibique plene *Glossa* verbo: *neque ante diem.* dicens: *à testibus quęritur dies.* Ex Leone Papa in *can nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur.* 16. 3. *q.* 9. ibique *Gloss.* verbo *simul.* & in *can. si testes omnes* 3. §. *In testibus fides dignitas, mores grauitas examinanda est.* 4. *q.* 3. Hinc est quod

Testis deponens per verbum *citrà*, de certo tempore non deponit, ac proinde non probat, nisi adsit aliqua dictio, quę suadeat continuationem temporis. ex *Baldo* in *l. Celsus* 27. *de vsucapionibus, & vsurpationibus. num.* 24. *Rota* in *Burgen decimarum* 10. *Martij* 1597. *coram Orano part.* 4. *diuersorum collecta per Farinacium decis.* 233. *num.* 2. & Testis deponens per dictionem *(dà 60. anni in qua) (& 53. anni in qua.)* non probat quadragenariam; quia hæc dicta possunt verificari in eo, quod fuit heri, & nudius tertius. *Rota apud Caualerium decis.* 174. *num.* 3 & *decis.* 213. *num.* 2. in eadem causa secus verò si dixerit semper &c. apud eundem *Caualer. decis.* 356. *num.* 3. & 4.

Testes super negatiua deponentes non probant. & nihil eorum dictum reuelat. Quia negantis factum, per rerum naturam nulla est directa probatio. Vt Innocentius Tertius Canonicis Moguntinentibus respondię in *cap. bona memorię Moguntinen Archiepiscopo*

viam

*viam vniuersę carnis ingresso* 23.5. *contra legati verò processum hoc facere videbatur. de electione, & electi potestate.* & ibi plene *Gloss.* verbo *per rerum naturam.* qui textus semper ad hoc allegatur probandum. deducit *Afflictus decis.* 324. *num.* 8 *in fine.* noster *Maranta consil.* 145. *sub num.* 10. *in fine. Menochius de præsumptionibus lib* 2. *præsumptione* 50. *num.* 10. 11. 12. *& sequentib.* Nam

Testis super negatiua, dicens, non vidi, non audiui ergo non est, nihil probat. Quia probatio debet esse de necessario concludentibus. negatiua autem nihil concludit. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. non hoc an tenuerit quis res hæreditarias nec ne sine voluntate acquirendę sibi hæreditatis* 4. *C. vnde legitimi, & vnde cognati.* Rationem reddit *Glos.* ibidem verbo *quærendum* adnotans: *quod non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse. Aemylius Ferrettus cons. siue responso* 6 *num.* 2. vide *Rotam* apud *Martinum Andreæ decis.* 3. *num.* 6. Quin Testis nimis audacter ponens super negatiua suspectus redditur. *Rota apud Seraphinum decis.* 160. *num.* 2. Tunc vero probabunt testes super negatiua, quando probationem ita restrinxerint, ad sensum vt dicant non potuissent fieri quin ipsi vidisset. Ex *Glossa* recepta in *authentico de hæredibus, & falcidia, & si hęres legata soluere noluerit. tit.* 1. *collat.* 1. 5. *si vero absunt aliqui.* verbis illis Iustiniani Cæsaris: *Sed etiam per Iusiurandum testium dicentium se, & affuisse ijs, quæ gesta sunt, & vidisse, quæ tunc age antur, & in nullo consocios esse facta ab hærede malignitatis.* vbi *Gloss.* verbo *& vidisse:* quę sic infert: *Item nota, quòd negatiua probatur. quod est contra C. de probation. l. actor. Sed habet æquipollentiam affirmatiuæ. cum enim inter se fleuisse vsque ad finem inuentarij, & nihil potuisse fieri, quin ipse videret: perinde est ac si affirmatiuam proponeret.* ita Glossa est ergo negatiua coarctata loco & tempore; quę affirmatiuè vim habere dicitur. *Aymon cranetta consi.* 1. *num.* 4. *Rota* apud Sanctę Memorię *Gregorium* 15. *dec.* 510. *num.* 1. & apud *Martinum Andreæ d. decis.* 3. *n.* 6. Hinc est quod Testes super negatiua deponentes, etiam non interrogati, rationem sui dicti assignare debent, Quoniam negatio, & priuatio, sub sensum non cadunt. *Bald. in l. actor C. de probationibus num.* 7. *&* 11. *Aymon cons.* 2. *num.* 3. *in fine. Rota* apud *Gregorium* 15. *decis.* 105. *num.* 23. *& decis.* 125. *num.* 13. & *decis.* 215. *num* 6. & *decis.* 269. *num.* 6. *& decis.* 325. *num.* 4.

Testes domestici in criminali causa omnino repelluntur. In Ciuili vero quandoque admittuntur. ex Gratiano in *summa* 14. *q.* 2. ibique plenè *glossa.* verbo *an de suis fratribus.* & prosequitur ibidem Paschalis II. Guidoni Archiepiscopi Viennensi scribens Apostolicę Sedis legato in *can. super prudentia tua plurimum admiramur.* vbi *glossa* verbo *Stephani.* quę limitat in canonicis deponentibus pro Ecclesia: Quia non dicuntur isti deponere in causa propria: Quia causa Ecclesię non est in causa singulorum.

Testes etiam non omni exceptione maiores, sed tantum idonei sufficiunt vbi non agitur de fœdere matrimonij principaliter, sed incidenter ad effectum succedendi in aliquo fideicommisso. ex Alexandro Tertio Exonien, & Vinctonien Episcopis, & Abbati Herforden in *capit. causam quę* 4. *qui filii sint legitimi.* notat *Geminianus cons.* 27. *num.* 7. *in fine, & num.* 8. *Puteus decis.* 173. *fuit resolutum libro* 1. *Rota in Cæsaraugustana statius* 22. *Aprilis* 1587. *coram Bubalo. decis.* 43. *num.* 1. *posi* 1. *volum. consiliorum Farinacii.* ibique Centolinus Addens *littera A.*

Testis, qui iudicis precepto coactus, vel graui metu in causa criminali testimonium profert veritatis, vnde mors postmodum sequitur eius, contra quem, & si nolens, deposuit; num incidat irregularitatem saltim ex defectu lenitatis? Sunt qui affirment. verum non probant. Quidam viri docti non incidere tuentur. Potissimum verò si ille protestetur, se inuitum hoc facere, nec alterius mortem petere. Quia hic nullus est defectus lenitatis. Nec enim voluntarie occidit. Deinde quia hic directè tantum se ipsum tuetur à damno corporis, vel animę. Vnde neque si ipse occideret se defendendo, in irregularitatem incideret. Hanc probabilem dicit. & si ipse nihil affirmet. *Aegidius* de ConinK. *tom.* 2. *de sacramentis, & censuris disput.* 18. *de irregularitate dubio* 10. *num.* 96.

Testis, qui obscure deposuit, & confusè, potest iterum repeti, etiam post dicta testificata, atque diligenter interrogate, vt veritas elucescat. Præsertim vero in delicto occulto, vt crimen est simoniæ. ex Gregorio Nono in *cap. cum clamor validus contra Achontinen Archiepiscopum super simonia, & alijs criminibus ascendisset* 53. *extra de testibus, & attestationibus.* Hoc autem facere debet Iudex ex officio, non ad partis instantiam. vt *glossa* ibidem sequitur. verbo *ita deposuere confusè* ad medium. *vers. Dicas, quę Iudex ex officio suo hoc facere debet.* prosequitur *Peregrinus decis. Perusina* 112. *nu.* 4. *& num.* 13. vide *Rota apud Caualer decis.* 425. *nu.* 2. & apud Sanctæ Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 583. *per totam.*

Testis, qui reuelar dictum suum parti ex aduerso ante publicationem. à Iudicibus competenter puniri debet. ex Gratiano in *can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint* 3. *col.* 4. 5. *qui falso, vel variè testimonium dicunt; vel vtrique parti prodiderunt, à Iudicibus competenter puniantur.* 4. *q.* 3. refert quoque *Viuius decis.* 32. *num.* 2. Nec repeti potest. præsertim verò, si familiaris sit parti, cui aperuit dictum. *Rota apud Seraphinum decis.* 261. *num.* 2.

Testes duo æquipollent tabellioni. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap. quoniam contra falsam assertionem* 11. 5. *statuimus, vt tam in ordinario Iudicio. extra de probationibus.* verbis edicente: *Statuimus, vt tam in ordinario Iudicio, quam extraordinario Iudex semper adhibeat, aut publicam (si potest haberi) personam, aut duos viros idoneos, qui si deliter* vni-

*vniuersa Iudicii acta conscribant.* ibique notat *glossa* verbo *duos viros*. Namque antea tres perquirebantur testes loco publicę personæ seu tabellionis. deducit Gratianus in *can. placuit, vt quicumque Episcopi negligunt loca ad suam cathedram pertinentia* 15. §. *hæc de præscriptionibus decennij, vel vicennii. ad finem* 16 *q* 3. verba damus Gratiani: *Quod si præses, vel Episcopus, vel defensor absfuerit, liceat ei publicè proponere vbi domicilium habet possessor, seu eum tabellariorum subscriptione: vel, si Ciuitas tabellarios non habeat, cum trium testium subscriptione.* vbi *gloss.* verbo *subscriptione.* subnectit: *Hodie autem duo testes æquipollent tabellioni vt extra de probation. quoniam contra.* & deduxit *glossa* in *can. curæ sit omnibus Episcopis* 20. 11. *q.* 3. verbo *Episcopis.* diximus in superioribus verbo tabellio.

Testes preuio iuramento testificari debent. ex Alexandro Tertio Episcopo Placentino in *cap. Fraternitatis tuæ litteris nos consulere voluisti* 17. *in fine de testibus, & attestationibus:* verbis edicente: *Receptis priùs ab ipsis, secundum formam recipiendorum testium, iuramentis.* ibique *Gloss.* veebo *iuramentis.* eodemque modo ex Innocentio tertio Bisuntino Archiepiscopo in *cap. tuis quæstionibus* 39. *eadem de testibus, & attestationibus.* verbis & ipso inferente: *Testes in causis propriis producere absque iuramenti exhibitione non possunt* ibique *Glossa* verbo *Iuramenti.* Dixitque idem Innocentius Pennen Episcopo scribens in *cap. nuper nobis A. presbytero supplicante innotuit* 31 *in fine eodem titulo.* Respondemus (inquiens) quod nullius testimonio, quantumcumque religiosus existat (nisi iuratus deposuerit) in alterius præiudicium debet credi. ibique *Gloss.* verbo *nisi iuratus* Dixitque Gratianus in *can si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint.* 3 *col.* 6. §. *Iuris Iurandi religione* 4. *q.* 3. excipe dicentem: *Iuris iurandi religione testes priùs, quàm præbeant testimonium, coarctentur: & honestioribus potius testibus fides habeatur.* Nec dissimili modo Pelagius Papa Decorato Patricio in *can. Hortamur, vt sub timore Domini* 20. 3. *q.* 9. verbis edicens de testibus examinandis: *Et vestris præsentari conspectibus, tactis Sacrosanctis Euangeliis, prębito etiam legaliter sacramento, quæ in veritate rerum nouerunt, professione suæ testificationis aperiant.* Hinc est, quod testis sine iuramento non probat. & ita quoque decreuit Constantinus Imperator in *l. iuris iurandi religione* 9. *C. de testibus.* verba damus: *Iuris iurandi religione testes priùs, quàm perhibeant testimonium, iam dudum arctari præcipimus. & vt honestioribus potius testibus fides habeatur:* ibique plenè *Glossa* verbo *Iuris iurandi Rota in Cathanien antiquæ legitimationis* 1598. *coram Orano decis.* 123. *sub. nu.* 1. *post primum volumen consiliorum Farinacij.* Hinc est quod nec Papa tacere potest, vt testibus sine iuramento fides habeatur. *Felinus in cap. constitutus apud Sedem Apostolicam* 19. *col.* 8. *nu.* 16. *vers. & pro hac limitatione de rescriptis.* ex *Augustino de Ancona sue Triumpho de potestate Ecclesię q.* 55. *artic.* 4. *sine vltimo,* ex illo *Genesis* 31. 45. 46. & 47. cum Iacob pacem iniens cum laban iuramento eum adegit. sequitur *Crescentius dec.* 4. *num.* 4. *de testibus.* Ad confirmationem eorum, quæ dicimus est iuramentum. ex Paulo ad *Hebræos* 6. 16. dicente: *Homines enim per maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum.*

Testes producens approbare videtur eorum personas, vt illos reprobare postmodum non valet. nisi noua superueniat inimicitiæ causa, ex qua possit illos reprobare ex Gratiano in *can. si testes omnes* 3. *colum. finali* §. *si quis testibus vsus fuerit.* 4. *q.* 3. Gratianum excipe: *Si quis testibus vsus fuerit; ijdemque testes aduersus eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere; nisi ostenderit inimicitias inter se, & illos postea emersisse; ex quibus testes repelli leges præcipiunt: non adimenda scilicet ei licentia ex ipsis depositionibus testimoniũ eorum arguere.* Accepit autem ex Iustiniano Cæsare in *l. si quis testibus vsus fuerit.* 16. *C. de testibus.* Quia nimirum testem inducens personam approbare censetur, non eius dictũ: poterit proinde illum impugnare, si inueniat illum postea veritati aduersum. ad textum Cœlestini tertii in *cap. pręterea se testes publico* 7. *de testibus cogendis. Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 244. *nu.* 2. & sequuta fuit *Rota* in *Augustana decimarum* 19. *Nouembris* 1635. *coram Macchia vella decis.* 75. *num.* 7. & 8. *part.* 7. *recentiorum per Rubeum. Crauetta cons.* 188. *num.* 5. *Rota apud Card. Manticam decis.* 75. *nu.* 2. & *apud Duranum decis.* 307. *num.* 21. *part.* 2. *Grammaticus decis.* 34. *num.* 13. noster *Maranta cons.* 19. *sub. nu.* 25. *Cæsar de Grassis decis.* 7. *n. de probationibus. Rota apud Card. Caualer. decis.* 624. *num* 2. & *apud Seraphinum decis.* 289. *num.* 1. & *sequentib.* & *decis.* 295. in eadem causa & 265. *num.* 1. Reprime quoque si datio pecuniæ per partem aduersam corruptos eos testes ostenderit. vt & Iustinianus Augustus eadem *l si quis testibus in fine.* Decernit. & Gratianus eodem §. *si quis testibus vsus fuerit in fine eadem* 4. *q.* 3. prosequitur. & *Grãmaticus eadem decis.* 34. *num.* 11. 12. & 13. & *Carolus Tappia decis. Sacri Concilii* 23.

Testis Mediator simpliciter non videtur idoneus in eadem causa in qua fuit mediator. nisi in criminibus exceptis, vt crimen est simonię. ex Concilio Chalcedonensi in *can. si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit* 8. *in fine* 1. *q.* 1. ibique plenè *Glossa* verbo *mediator.* Nec diuersimode Innocentius Secundus in Synodo Romana in *can. si quis præbendat, vel prioratum, seu decanatum.* 15. *fine finali in fine* 1. *q.* 3. verbis comprehendens: *& emptor, & venditor, & interuentor.* Apertissime que decreuit Gregorius Nonus in Concilio Generali Lugdunen in *cap. mediatores, per quos scelus simonię.* 1. *de testibus, & attestationibus in* 6. ibique plenè *Glossa.* nisi ex dicto emolumentum aliquod percipiat. vt ibidem textus in fine. notat *Alexander cons.* 31. *cito processu nu.* 2. *lib.* 6. noster *Maranta cons.* 34. *nu.* 2. vide apud *Gregorium* 15. *decis.* 178. *num.* 3.

ta clericorum in *can. nolo, vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occasionem*. 11. 12. q. 1. subsequente sermonem: *Prouidemus enim bona, vt ait Apostolus*: (ad Romanos 12. & 2. Coriot. 8.) *Non solum coram Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conscientia nostra sufficit nobis; propter vos fama nostra non pollui, sed pollere debet in vobis. Tenete, quod dixi, atque distinguite. Duę res sunt, conscientia, & fama. Conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suę negligit famam suam, Crudelis est*. Vnde Lucius Papa Episcopis Galliæ, & Hispaniæ in *can. iubemus Apostolica auctoritate vt semper testes vobiscum sacerdotes, & Leuitas habeatis*. 60. *de consecratione dist*. 1. scribens dixit: *Tamen propter maleuolos iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt*.

Testes Christi fuerunt Apostoli. sicuti ipse Christus (Actuum 1.) ipsis significauit: *Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad extremum terræ*. Non solum verbis, sed etiam factis; miracula facientes. perpendit Hieronymus in Epistolá ad Titum io *can. existimant quidam in eo tantũ Christum negari*. 84. *in fine* 11. q. 3.

Testis, & Iudex in eadem Causa nemo esse potest. ex Fabiano Papa ad Episcopos Oriẽtales in *can. nullus vmquam præsumat accusator simul esse, & Iudex, vel testis*. 1. 4 q. 4. rationem reterente: *Quoniam in omni Iudicio quatuor personas necesse est semper adesse; id est Iudices electos, accusatores idoneos, defensores congruos, atque testes legitimos. Iudices autem debent vti æquitate, testes varitate, accusatores intentione ad amplificandam causam, defensores extenuatione ad minuendam causam*. ibique *Gloss*. verbo *quatuor*.

Testis de auditu admittitur ad probandam parentelam cõiugum. de auditu vtique à vicinis, at à propinquis antiquioribus. ex ordine Romano in *can. de parentela illa, quam dicunt esse inter illum*. ff. 5. 35. q. 6. rationem reddit *Gloss*. ibidem verbo *audisti*. *Quia nimirum difficile est quod aliquis sciat quousque consanguinitas protendatur*. plura deducit *Glossa* in *can. testes per quamcumque scripturam* 15. § *de suis etiam*. 3. q. 9. verbo *audierunt*. Quibus in casibus testes de auditu probant.

Testes testimonium proferre non debent per scripturam quamcumque in absentia, sed præsentes de his, quæ nouerunt, & viderunt veraciter testimonium dicant. Nec de alijs causis, vel negotijs dicant testimonium, nisi de his, quæ sub præsentia eorum acta esse noscuntur. Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ epistola 2. in *can. testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant*. 15. 3. q. 9. vbi *Gloss*. verbo *sed præsentes*. subnectit: *In causa criminali semper testes erunt præsentes: sed in Ciuili seruetur consuetudo regionis*. & Gratianus ibidem §. *de his etiam*, *qui audierunt, in ciuili causa testimonium dare poterunt*. ibique pluribus *Gloss*. verbo *audierunt*. deducens quod Testis de auditu sæpe admittitur. Nã & Testes domestici sępe admittuntur ad probandum ea, quæ in secretu facta sunt, nec aliter sciri poterant. ex Paschali Secundi Guidoni Archiepiscopo Vienocosi Appostolicę sedis legato in *can. super prudentia tua plurimum admiramur*. 1. 1 4. q. 2. veluti Testes Clerici pro Ecclesia admittuntur ad probandam possessionem, vel quod ipsa tractauerunt res ipsas Ecclesię ibidem. & *Gloss*. verbo *tractauerunt*. Rationem afferens: *Quia ea, quę in capitulo gesta sunt melius possunt probari per Canonicos, quam per alios*. & respondit Alexander tertius Cantuariensi Archiepiscopo, & Vigorien Episcopo in *cap. cum nun eius*. 12. *extrà de testibus, & attestationibus*.

Testes tactis Sacrosanctis Euangelijs, & præbito legaliter sacramento, quę in veritate rerum nouerunt, professione suæ testificationis aperire debent. ex Pelagio Papa Decorato Patricio in *can. hortamur, vt sub timore Domini* 20. 3. q. 9. vide quę diximus supra verbo *tactus*. plura habes in *Squilacen Abbatię* 20. *Nouembris* 1640. *coram Merlino decis*. 406 *nu*. 3 *& sequentibus part*. 5. *in recentioribus*. & part. 1. *in recentioribus decis*. 393. *nu*. 8. *& 9. cum sequentibus*.

Testis pro vtraque parte testatur, & ideo pro vtraque parte veritatem dicere debet. ex Augustino ad Macedonium in *can. non sanè quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur*. 15. 14. q. 5. & notauit *Glossa* in d. *can. hortamur, vt sub timore Domini* 20. 3. q. 9. verbo *nouerunt*.

Testes, qui contra Episcopum deponunt, iurare prius debent ad Sacra Christi quatuor Euangelia, quod nihil falsum deponant. ex Leone Papa in epistola Episcopis Brittannię in *can nullam damnationem Episcoporum vmquam esse censemus* 3. 2. q. 4. vbi *Gloss*. verbo falsum. subnectit, quod

Testes quinque capitula iurare tenẽtur. Quod dicant veritatem. Quod testentur pro vtraque parte veritatem. Quod non admisceant falsitatem. Quod nec amore, nec odio, nec proprio cõmodo testentur. Et demũ, quod dicant quidquid de re ipsa nouerint, siue fuerint interrogati, siue non. Hinc est quod

Testium dicta describenda sunt, pro vt ipsi testes dixerint, siue pro, siue contra inquisitũ dixerint, siue contra fiscum; alias Iudex, siue notarius mortaliter peccat. Nam diuiderẽt testium dictum. deducit *Tranquillus Ambrosius* alios etiam referens. *De modo formandi processum informatiuum lib*. 1. *cap*. 2. *nu*. 7. 8: *& sequent*. Potissimum verò in causis Sancti officii. *Barbosa in cap. finali de hęreticis in* 6. *n*. 12.

Testes maiores esse debent omni exceptione. Nam in testibus fides, dignitas, mores, grauitas examinanda est. Non itaque audiendi qui aduersus fidem testificationis suę vacillant. ex Pãdectis deducit Gratianus in *can. si testes omnes eiusdem honestatis, & extimationis sint*. 3. §. *In testibus fides, dignitas, mores*. 4. q. 3. vbi etiam in ipso initio: quod si omnes testes eiusdem sint honestatis, & existimationis, testimonia sequenda sunt; si autem quidam eorum aliud dixerint, licet in pari numero, credendum est, quod naturę negotii con-

congruit, & quod vel inimicitiæ, vel gratiæ suspitione caret; & animi sui motum firmabit Iudex ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora, & vero proximiora sunt. Non enim ad multitudinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem; & testimonia, quibus potius lux veritatis assistat. Quod si

Testes pro vtraque parte æquales sint numero, & qualitate, seniorum dicto standum erit, illeque præualere qui, cæteris paribus seniores deduxit ad deponendum, vtputa quod melius informati. ex eodem *can. si testes.3.* prosequitur *Triuisanus decis.56. nu.5. part.1.* quandoque verò

Testium numerus eorum supplet defectum. *Maranta* noster *cons.145 nu.13.* quia videntur melius informati. *Rota part.1, in recentioribus decis.459.nu.4. in fine* & apud *Coccinum decis. 249.nu.6. Maranta eodem cons.145.nu.14.* Concinit Glossa in *can. ego solis eis scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici, hunc timorem, honoremque deferre.5.* qui est Augustini ad Hieronymum *dist.9.* verbo *quantulibet.* Rationem referens: *Eis enim magis creditur, qui vel aptiora dicunt.* Quia ex numero testium suppletur eorum fides. *Rota* apud *Seraphinũ decis.291.nu.2.& decis.2.nu.1.*

Testes vero illi melius recipi debent, qui melius nouerunt, sciuntque, quæ deponunt. ex Innocentio tertio in *cap. licet causam, quę inter Ecclesiam Rauennatem.9.§4. ex premissis igitur euidenter apparet extra de probationibus.* verbis dicente: *Ex præmissis igitur euidenter apparet, quod Ecclesia per testes numero plures, quibus potius lux veritatis assistit, qui etiã aptiora negotio, & vero proximiora in suis testimoniis expresserunt, sufficienter ostendit &c.* Eandemque rationem deferre videtur Clemens tertius Florentino Episcopo in *cap. videtur nobis 3. qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari.* dicens: *Ideo enim maxime parentes, & si defuerint parentes, proximiores admittuntur. Quoniam vnusquisque suam genealogiam cum testibus, & chartis tum etiam ex ratiocinatione maiorum scire laborat.* Et ita Fabianus Papa decreuit in *can. consanguineos extraneorum nullus accuset 1.35.q.6.* inquiẽs: *Sed propinqui, ad quorum notitiam pertinet &c.* Eodemque modo decreto Cœlistini Papę ad Ecclesiam Florentinam misso in *can. videtur nobis 2.* ad medium eadem 35.q.6. in ratiocinatione, quam reddit: *Qui enim melius recipi debent, quàm illi, qui melius sciunt, & quorum est interesse? Rota* apud *Card. Caualer. decis.181.nu. 8.* vide *Genuensem in practicabilibus Ecclesiastici.q.702.& Gygantem cons.42.*

Testes enim, qui sunt informati melius, vtputa de facto proprio, ipsi melius scire poterũt, atque deponere. *Rota apud Caualer decis.381. nu.2.* Et qui sunt practici, vicini, numero plures, & digniores. ex Innocentio tertio Londonien, & Helien Episcopis in *cap in nostra pręsentia 32. de testibus, & attestationibus extrà. Rota in Rauennaten Census 2. Maij 1608. coram Manzanedo apud Centium de censibus part.1. decis.89.nu.1. Vinius decis.377.nu.9.* & qui verisimiliora deponunt. noster *Maranta cons.19. sub.nu.25.*

Testibus proinde deponentibus in specie magis statur, quàm in genere. ex eodem Innocentio tertio *d. cap. licet causam 9. §. ex pręmissis igitur euidenter apparet. de probationibus. Gigans cons.42.nu.50,& Rota in Casalea irregularitatis 29. Nouembris 1610. coram Sacrato decis. 97. nu.4. in fine apud* Farinacium *volum.2. consiliorum.* Vnde

Testis vnus deponens de tempore determinato supplet alium. *Rota* apud *Card. Seraphinũ decis 78.nu.1.* & iis qui deponunt de bona fama quam de mala. *Rota apud Coccinum decis.215.nu.5.* Sicuti

Testibus deponentibus pro reo. Vnde præferuntur. Etiam si laici fuerint pro Clerico reo ad eum purgandum. Ex Concilio Africano in *can. Clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines 32. in fine distinct. 81.* ad verba: *aut graues aliqui Christiani,* ibique notat *Gloss.* verbo *aliqui,* in fine dicens: dico *præponendos esse laicos, qui stant pro Clerico reo,* inferens etiam: *Et ita patet hic, quòd Clericus potest se purgare quandoque cum laicis.* Ex Concilio Hispalensi Secundo in *can. in decima actione communi consensu decreuimus 24. in fine 18.q.2.* de Abbatibus disponente: *neque cum ea sola, quæ præest, frequenter eos loqui oportet; sed sub testimonio duarum, vel trium sororum.* ibique per optimè *Gloss.* verbo *duarum,* inferens: *Hinc patet, quòd si Clericus accusetur, qui deliquerit cum Moniali, vel cum alia, potest se expurgare cum mulieribus. Quid enim vocantur istæ, si non possent esse testes?*

Testimonium quatuor Clericorum tantum valet, quantùm sex laicorum. Nam in sesquialtera proportione videtur quod se habeat, sicut se habent sex, & quatuor; Quia tantum potest facere Clericus per annum, quantum laicus per annum, & dimidium. sic *Glossa in can. monachus vero nouitius morum honestate fulcitur. 9. in fine distinct. 77.* verbo *quorum.* ad textum in *can. nolite fænerari. ministris altaris 9 in fine distinct. 46.* ad verba: *quæ sexcupla dicuntur.* de vsuris loquens sexcuplis. ibique *Gloss.* verbo *sexcupla.* vsuras sexcuplas dicens esse, quę ex quatuor exigit sex. dicemus verbo *vsura.*

Testes, qui deponunt per fides subscriptas non probant, præsertim vero ad effectum condemnandi, secus vero, quoad præsumptionem. ex Clemente Tertio in *cap. à nobis est quęsitum 2. extrà qui matrimonium accusare possunt, & contra illud testificari,* ibique *Gloss.* verbo *accusatione.* rationem reddens: *Testibus enim, non testimoniis est iudicandum.* Ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. testes, per quamcumque, scripturam testimonium non proferant. 15.3.q.9.* deducit Gacheranus Olaici Dominus *decis. 128. num. 9.* & *Barius decis. 1. num. 38.* prosequitur Doctor *Marta voto 138. num. 12. & num. 13.* extendens, etiam si scriptura ipsa fuerit à testibus recognita cum Iuramento. Quia nimirum Iuramentum

præcedere debet, non subsequi. Et Testis deponere debet Iudice interrogante, non sponte. Decianus cons. 51. num. 6. vol. 1. Farinacius de testibus q. 80. num. 27. & sequent. Rota in Senogallien Prædii 1581. coram Pleubalo decis. 30. num. 6. post 1. volum. consiliorum Farinacii. Barbosa ad d. cap. 2. num. 4. qui matrimonium accusare possunt. Bernardin. Grehen ad Cameram Imperialem lib. 1. conclus. 100. considerat. 3. num. 7.

Testis testificari potest de his, quæ ante pubertatem vidit. ex Clemente I. Papa epistola 5. ad suos discipulos. in can. relatum est nobis, quod quidem in vestris partibus commorantes. 14. in fine distinct. 37. verbis illis: Absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studiis, quæ forte in pueritia attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat. ibique per optime Gloss. verbo in pueritia. argumentum deducens: Quod aliquis potest testificari de eo, quod vidit in puerili ætate, & hic. Et ex Concilio Carthaginensi Quinto in can. placuit de infantibus 111. & Leone Papa Leoni Rauennati Episcopo in can. cum itaq. baptismi sui nihil recordetur, qui regenerationis est cupidus 112. de consecrat. dist. 4. deducit Couarruuias in regula possessor. part. 2. relectionis §. 3. nu. 8. vers. Imò, & testibus.

Testis vnus ad condemnandum non sufficit. Testimonium accipe ex Stephano Papa V. Hastulpho in can. admonere tecum lacrymis, & multo gemitu cordis curamus. & paulo post principium 33. q. 2. rationem reddente: Quoniam nec Euangelium, nec vlla diuina, humana que lex, vnius testimonio, etiam idoneo, quempiam condemnat, vel iustificat. Nec dissimilibus verbis Alexander tertius in cap. licet vniuersis 23. in fine de testibus, & attestationibus extra. & ipse rationē reddens: Quia licet quædam sunt Causæ, quæ plures, quam duos exigant testes, nulla est tamen causa, quæ vnius testimonio (quamuis legitimo) terminetur. ibique Gloss. verbo vnius. Declarans in alterius præiudicium. notat: Doctor Marta voto 47. nu. 8. & 9. Rota apud Sanctæ memoriæ Gregorium XV. decis. 178. nu. 1. & 2. ibique Beltraminus Addens nu. 9. & nos plura deduximus respons. nostra 93. nu. 17. cū sequentibus parte 5. & idem ex Alexandro tertio Matthæo Cardinali in cap. super eo, quod à nobis tua deuotio postulauit. eo. eodem de testibus: ibique Abbas, Nisi forte talis esset Episcopus. ex qualitate personæ, ex Theodoro Augusto in cap. omnes itaque causæ 36. 5. testimonium etiam ab vno licet Episcopo 11. q. 1. sat tamen vnus erit testis ad impediendum matrimonium contrahendum. Secus vero iam contractum. ex eodem Alexandro tertio d. cap. super eo in fine. & idem ipse Alexander Episcopo Sanctæ Agathæ in cap. præterea de muliere, quæ à viro impetitur. ex desponsalibus, & matrimonijs sequitur Genuensis in praxi cap. 2. nu. 2. in fine & nu. 3. nisi forte testis esset de auditu vnius. Nauar. cons. 2. de consanguinitate & affinitate.

Testis item vnus sat est ad probandum quem ostendisse signa pœnitentiæ, & contritionis in eo qui excommunicatus decessit, vt valeat absolui, atque Ecclesiasticæ tradi sepulturæ. ex Innocentio tertio Abbati Sanctæ Andreæ in cap. à nobis est sæpe quæsitum 28. §. vnde quantumcumque se quis iuramento præstito. de sententia excommunicationis extra. ibique Henricus Boich nu. 6. quem sequitur Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis libro 1. cap. 16 nu. 10. & cap. 15. nu. 6. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 26. q. 11. ad materiam plura diximus respons. nostra 2. & 48. part. 4. Veluti.

Testis vnus satis erit ad probandam Ecclesiæ consecrationem, sine is de visu sit testis, siue de auditu quia inde his, quæ alterr damnū non inferunt, vnus sat est testis. ex Concilio Carthaginensi quinto in can. placuit de infantibus 111. de consecrat. dist. 4. ibique notat Gloss. verbo testentur. Ioannes Azorius d. lib. 10. cap. 26. q. 11. & ad materiam lace plurimos enumerans casus, in quibus vno statur testi part. 3. lib. 13. cap. 28. in 8. dubio.

Testis vnus sufficit ad impediendum matrimonium spirituale etiam pater. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in Regno Ludouica scribente in can. præsens Clericus nomine Lambertus 4. 30. q. 3. Glossa patrem. Concinit Gregorius Ianuario Episcopo in can. tanta nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit 24. dist. 86. verbis edicente: Sed filius noster Cypriacus Abbas à nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. ibique Glossa verbo filius. Argumentum inferens: Quod creditur dicto vnius ad emendationem scilicet, non ad veram probationem. Sicut creditur vnico testi in materia electionis sepulturæ. ex Guidone Papa decis. 194. Genuensis in praxi cap. 70. de sepulturis nu. 8. Et facit semiplenā probationem si est integer, & deponat super facto principali. secus si de confessione. Nauar. cons. 5. nu. 3. libro 5. de accusationibus. sicuti ob modicitatem causæ. noster Maranta cons. 93. nu. 6. in fine.

Testibus quanta fides adhibenda sit Iudicis remittitur arbitrio, qui motum animi sui, ex argumentis, & testimoniis, quæ rei aptiora esse compererit, confirmabit. ex Cœlestino tertio in cap. præterea cum quis accusatur aliquā cognouisse 27. in fine de testibus, & attestationibus. Nec diuersimodè Clemens tertius in cap. in præsentia nostra 6. in principio de renunciatione, & ipse verbis inferens: Sed ex confessionibus, depositionibus, allegationibus, & alijs, quæ in eius præsentia proponuntur, formet animi sui motum. Iudex videlicet, non immerito proinde Callistratus libro 4. de cognitionibus in l. testium fides diligenter examinanda est 3. §. Ideoque diuus Hadrianus Iunio, & Vario legato prouinciæ Ciliciæ rescripsit ff. de testibus. verba epistolæ hæc sunt: Tu magis scire potes quanta fides habenda sit testibus: Qui, & cuius dignitatis, & cuius existimationis, & qui simpliciter visi sint dicere; vtrum vnum eundemque, & præmeditatum sermonem attulerint: an ad ea, quæ interrogaueris, ex tempore verisimilia responderint. Argumento etiam petito ex Gregorio in

mo-

moralibus in *can. Hoc habet proprium doctrina arrogantium. 1. post principium dist. 46.* verbis illis: *In verbis enim eorum proditur: quod cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere.* vbi gloss. verbo *in verbis* infert in argumentum: ex verbis perpenditur quanta fides adhibeatur testibus. Nec satis diuerse Nicolao Papa in *can. de his vero, qui pro criminibus pœnitentiam egerant §. in fine 26. q. 7.* verbis dicente: *Et modum culpæ, necnon & pœnitentiam, & gemitus hominum ad confessionem venientium præsens positus inspicere valet.* ibique gloss. verbo *præsens* & ipsa modum deducit: *Sic Iudex potest melius scire quanta fides adhibenda sit testibus.* deduximus respons. nostra 75. *nu. 35. part. 5.* & eadem part. respons. 78. *nu. 90.* vide *Rotam* apud S. memoriæ *Gregorium 15. decis. 340. nu. 9. cum sequentibus.*

Testes singulares & admittuntur, & reprobantur iuxta qualitatem rei, de qua deponunt: ex Leone Papa in *can. nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur. 16. 3. q. 9.* in fine dicente: *Nec eorum voces tamquam plurium admittantur, quos temporum quidem diuersitas simul interfuisse prohibuit.* ibique plene *Gloss.* verbo *simul.* hanc pertractans materiam singularitatis testium. Daniel enim testes confudit contra Susannam, quia singulares fuerunt in loco, consequenter que varii, de vna re, adulterio videlicet, & vna vice, vnaque hora deponentes. Deducitque de singularitate testiū, quod reprobentur Innocentius tertius in *cap. licet causam, quæ inter Ecclesiam Rauennatem 9. §. quamquam autem pars funentinorum testes multos produxerit. de probationibus.* ibi *& quidam alii sint in dicto sui testimonii singulares.* ibique *glossa* verbo *singulares.* Verum de singularitate distinguitur. Nam quædam est singularitas obstatiua vt testes contra Susannam, quædam vero cumulatiua, vt si quis deponat vidisse quendam dicentem missam, & vnus deponit de principio, alter de medio, & alius de fine. vt perpendit *glossa* d. *can. nihilominus quoque* verbo *simul.* deducit *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. lib. 13. cap. 27. in 7. dubio. vers. si quæras. Cardin. Zabarella cons. 9. nu. 8. & nu. 18. Couarruuias lib. 3. variarum resolutionum cap. 13. nu. 5.* plura tradidimus nos de crimine hæresis verba facientes respons. nostra 97. à *num. 27. cum sequentibus & num. 32. & sequentibus. part. 5. Cardin. Seraphinus decis. 1029. num. 12. Gabriel lib. 1. de testibus concl. 2. num. 70.* in confirmatione plura deducit *Andreas Gallus libro 2. practicarum obseruationum. obs. num. 60. & num. 10.* plures prosequens limitationes. Velut inter alia, testes singulares probant quid in genere, vt puta Titium esse infamem, aut furiosum, & quid ue simile, quamuis licet respectu actuum singulares sint, tamen respectu finis conueniunt, & integre probant. *Mysingerius singularium obseruatorum centur. 3. obseruat. 76. nu. 3. cum sequentibus.* Veluti etiam singulares testes probant filiationem, vt dictum fuit in Rota in *Romana filiationis 23. Ianuarii* 1610. *coram Marcomonia decis. 279. num. 4. apud Farinacium vol. 1. consiliorum.* & hinc est quod

Testes singulares non omnino repelluntur, sed faciunt semiplenam probationem potissimum verò quando tendunt ad eundem finem licet per diuersa media. vnde saltem faciunt magnam coniecturam. ex Innocentio tertio Murnen. Episcopo in *cap. cum dilectus, Abbas de Brusia 3. siue finali. §. sufficienter intelleximus esse probatum. de successionibus ab intestato.* illis verbis: *Non tamquam sufficienter probantes, sed tamquam vehementer adminiculantes assertionem Abbatis, plurimum adiuuabant.* videndus *Crauetta cons. 35. num. 14. Farinacius de testibus. de oppositionibus contra personas testium. 9. 64. nu. 112.*

Testes in eorum dicto concordes esse oportet alioquin non probant: ex Gratiano ex Pandectis in *can. si testes omnes 3. 4. q. 2. S. Thomas 2. 2. q. 70. art. 2. ad 2.* Frater *Ioannes de la Cruz in directorio conscientiæ part. 1 in 8 præcepto art. 4. dub. 15. conclus. 2. nu. 8.* Nam testes sibi contrarii ex se ipsis non probant. sicuti omnia quæ sibi contraria sunt, non coniunguntur: ex Gregorio Felici Episcopo in *can. si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt 4. 25. q. 2.* ibique *glossa* verbo *diuisa* inferens contra testes sibi contrarios, & contra scripta omnia sibi met contraria. Iuxta illud Augustini ad Bonifacium in *can. quod autem nobis obiiciunt, quod res eorum concupiscamus 3. post principium 23. q. 7.* verba sunt Augustini: *Vsque adeo autem calumniandi cupiditate cæcantur, vt non attendant, quam sint inter se contraria, quæ loquuntur.* ibiq; gloss. verbo *contraria.* argumentum deducens: *Quod contraria dicens non est audiendus.* Sufficit autem, quod testes concordent in substantia, modo tamen per formalia verba non deponant. vt puta in causa matrimoniali. *Rota apud Card. Seraphinum decis. 270. nu. 3.* Et si quidem testium dicta potius coadunanda, quam calumnianda fuerint. *Rota apud eundem Seraphinum decis. 241. nu. 3.* Testes verò concordant in minori summa, quamuis vnus de 65. alter de 60. deponat quia in 60. concordant. *apud eundem Seraphinum decis. 121. nu. 2.*

Testes impediens ne deponant, compellendus est, vt desistat, etiam censuris. ex Innocentio tertio Episcopo Placentino in *cap. cum causam, quæ inter Archiepiscopum Rauennaten. 37. §. quod si forte fauentini de testibus & attestationibus.* verbis præcipiente: *præsumpserint impedire, eos ipsos ab huiusmodi præsumptione cessare compellas,* per excommunicationem vtiq; vt *Glossa* ibidem verbo *compellas* subnectit. ibique etiam *Felinus num. 16.* & possunt haberi pro productis: pro vt deterius aduersus impedientem ex *Glossa* ibidem eodem verbo *compellas* ad finem, *Genuensis* Episcopus Isernia in *practicabilibus Ecclesiasticis. q. 780. num. 4. & 5.* Ita quidem vt impediens ad damnorum teneatur refectionem. ex Concilio Agathensi in *can. si quis de clericis documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur. 33. 12 q. 2.* ibique *Gloss.* verbo *documenta* dilatans: *idem*

*esset, si testes aliquos impedis et dicere veritatem.* ex Alexandro Tertio in *cap. peruenit ad audientiam nostram. 4. extrà de testibus cogendis,* vel non. idem repetitum fuit ex Concilio Aurelianensi, quod in *can. si quis de clericis 33.* in *can. si quis de clericis documenta quibus Ecclesiæ possessio firma tenetur, aut supprimere, aut negare, aut auertere 40. eadem 12. q. 2.*

Testes pretio conducti non debent ad veritatis testimonium proferendum; sed vt quique optimi, & fideliores in testimonium assumantur. ex Concilio Maticensi in *can. placuit sancto Conuentui, vt testes ad testimonium dicendum pretio non conducantur. 24. q. 2.* Quia profectò, qui pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt, Iudæ proditori sunt similes. Quia veritatem pro pecunia negant, consequenterque Deum pro pecunia vendunt. ex Beda ad 14. caput Marci in *can. abiit Iudas ad summos sacerdotes, & constituerunt ei pecuniam se daturos. 83. 1. q. 3.* Venturis autem ad iudicium ab accusatore, vel ab his, per quos fuerant postulati, sumptus competentes ministrentur; etiam si in pecuniaria causa ab alterutra parte testes producendi sunt. ita Gratianus ex Pandectis in *can. si testes omnes huiusdem honestatis, & existimationis sint. 3. ad finem §. venturis autem ad Iudicium. 4. q. 2. sine 3.* & sequitur *Gloss.* in *can. de quibusdam locis ad nos refertur neque magistros. 12. distinct. 37.* ad finem verbo *vt magistri.* ad medium, & ipsa dicens: *Item non vt testis gratis testificentur, & tamen recipit procurationem, id est pecuniam, procurationis nomine? arg. 4. q. 3. venturis.* Hoc enim recipit pro labore, non sane formaliter pro testimonio. plura adnotat ibidem Glossa.

Testimonium visus quandoque fallitur. Sæpius tamen nõ fallitur. Admittitur proinde testimonium visus. Nam ad ea quæ frequenter fiunt iura adaptantur. ex Cypriano ad Pomponium de virginibus in *can. nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi. 4. post principium 27. q. 1.* verbis dicentibus: *Cum, & manus obstetricum, & oculi sæpè fallantur.* ibique notat *Glossa* verbo *fallantur* argumentum educens: *Contra testimonium visus.* subdens: *sæpius tamen non fallitur.* dic quidem testes testimonium proferre debent de his, quæ nouerunt, & viderunt veraciter. vt Calixtus Papa dixit ad Episcopos Galliæ scribens in *can. testes per quamcumque scripturam testimonium non proferant, sed de his, quæ nouerunt; & viderunt veraciter testimonium dicant. 15. 3. q. 9.* quia de his, quæ sensu corporeo perceperunt deponere debent. vt Glossa deducit ibidem verbo *quæ nouerunt, & viderunt.* & in superioribus nos quoque meminimus.

Testes de auditu regulariter non probant. Ex Calixto Papa ad Episcopos Galliæ in *can. testes per quæcumque scripturam 15.* ibique Gratianus *nec his etiam qui audierunt.* ibique plenè *Glossa* verbo *audierunt. 3. q. 9.* plenè ex Innocentio Tertio in Concilio Generali in *cap. licet ex quadam necessitate 47. de testibus & attestationibus.* nisi fortasse in antiquioribus, & non de auditu ad vno. Quia nec ille sufficere. vt *Gloss.* ibidem verbo *ab vno.* subnectit. *Romanus singulari. 746. Verallus decis. 128. num. 1. & 2. part. 2. Rota apud card. Seraphinum decis. 102. num. 2. & apud Card. Caualer. decis. 197. num. 3. & decis. 336. num. 3. & decis. 283. num. 4. & decis. 523. num. 3.* & apud sanctæ memoriæ *Gregorium 15. decis. 572. num. 2.* ibique *Beltraminus. num. 5.* & *part. 4. diuersorum collecta per Farinacium decis. 568. num 6. & apud Coccinum decis. 435. num. 13.* præsertim verò si à personis suspectis audierunt. noster *Maranta cons. 147. num. 2. & in fine & num. 3.*

Testis vero de auditu non magis probat, quam is, à quo audiuit: ne maior fides exemplo, quã originali adhibeatur. *Crauetta cons. 41. num. 2. Rota in Pistorien. Beneficii 11. Maii 1618. coram Buratto decis. 16. num. 5. apud Viuianum ad praxim Iuris patronatus.* quæ est in impressis apud ipsum *decis. 333. num. 18. Hieronymus de Laurentiis decis. Auenionem 105. num. 1. & 2.* Probat in antiquis, nec refert vt dicatur quo audiuerit. *Rota apud Duranum decis. 344. num. 4. & 5. part. 2.* & etiam vnicus de auditu in antiquis facit adminiculum. *Rota apud Seraphinum decis. 293. num. 2.*

Testis auditu inducit præsumptionem. *Hieronymus de federicis resolutionum criminalium resolut. 42. num. 6. & resolut. 44. num. 13. post 2. volumen consiliorum Farinacij.*

Testis vnus de auditu nihil probat. ex *gloss.* d. *cap. licet & quadam 47.* verbo *ad vno de testibus.* ibidemque ex Alexandro tertio in *cap. veniens ad nos 1. presbyter. 10. in fine* ibique *gloss.* verbo *testimonium.* Quia nimirum vnius testimonium ad condemnationem non sufficit alicuius. & dixit *Rota in Anchonitana Incendii 1588. coram Comitulo decis. 60. num. 10. in fine post. 1. volumen consiliorum Farinacii.* decreuitque expresse Constantinus Imperator. *iurisiurandi religione testes prius, quam perhibeant testimonium. 9. C. de testibus.* verbis edicens: *Simili modo sancimus, vt vnius testimonium nemo Iudicum in quacumque causa patiatur admitti. Et nunc manifestè sancimus, vt vnius omnino testis responsio non audiatur, etiamsi præclara curiæ officio præfulgeat.* Deduxitque Gratianus in *can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint. 4. col. 6. §. Iuris iurandi religione testes 4. q. 2.* vel 3.

Testes laici admittuntur pro Clericis eos vtique purgantes. ex Concilio Africano in *can. clerici, vel continentes 32. in fine distinct. 81.* verbis illis in fine: *aut graues aliqui Christiani.* vbi *gloss.* verbo *aliqui.* verbis & ipsa dicens: *Sed quid si duo clerici dicunt me commisisse fornicationem cum aliqua tali die. Duo laici dicunt me fuisse secum tota die in alio loco? Dico præponendos laicos; quia stant pro reo.* Ex Concilio Hispalensi Secundo. in *can. in decima actione 24. ad finem 10. q. 2.* ibique *gloss.* verbo *duarum,* & diximus etiam supra. vide *Viuium decis. 467. à num. 26. lib. 3.* & *Hieronymum de laurentiis decis. Auenionens. 61. num. 15.* Ita quidem, vt mater, & vxor, licet sint alias inhabilis, admittantur: nihilominus in criminalibus ad de-

defensionem. fidemque faciant. ex *Bald. in l. parentes. 6. C. de testibus.* noster *Maranta cons. 20. num. 3.*

Testes laici regulariter non admittuntur aduersus Clericos ad plenam videlicet probationem faciendam. Ex Euaristo Papa ad Episcopos per Aegyptum in *can. non est à plebe, aut vulgaribus hominibus* 1. Et Siluestro Papa in epiloco Concilij Romani in *can. nullus laicus audeat clerico crimen inferre* 2. Et Marcellino Papa ad Episcopos Orientales in *can. laico non liceat quemlibet Clericum accusare 3. 2. q. 7.* testaturque Clemens Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can. Beatus Petrus homicidas, & adulteros 5. 6. q. 1.* Ita Sanctum Petrum statuisse: laicos ab Clericorum accusatione & vexatione repelli debere. Decreuitque Alexander Tertius Salernitano Archiepiscopo scribens in *cap. de cętero laicos in accusationem, vel testimonium contra clericum. 14. de testibus, & attestationibus.* ibique *Glossa* verbo *canonum* & *Abbas num. 5. in 3. limitatione.* ibique etiam *Felinus* præsertim ad iudicium faciendum. *Marta voto 138. num. 5. Hieronymus de federicis resolutionum Criminalium resolut. 44. num. 22. post 2. volumen consiliorum Farinacij.* vbi subdit: quod hodie indistinctè admittuntur Laici contra omnes, modo alia non concurrant, quibus illi repellantur. plura apud *Farinacium de testibus q. 61. num. 98. & num. 110. & q. 62. num. 272.* pręsertim verò mulieres. pluribus deducit Gratianus in *summa 15. q. 3.* ibiq; etiam *Gloss.* verbo *tertio quæritur.*

Testes laici contra clericum à Iudice Laico examinati nihil probant ex Alexandro Tertio Salernitano Archiepiscopo in *cap. at si clerici coram seculari Iudice conuenti fuerint 4. extrà de Iudicijs.* ibique *Baldus num. 2.* & ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est. 7. 2. q. 1.* dixit *Rota* in *Casalen irregularitatis 29. nouembris 1610. coram sacrato decis. 297. num. 4. in fine post 2. volumen consiliorum Farinacij.*

Testi deponenti contrarium eius, quod antè deposuerat ex interuallo non creditur. Ex Innocentio Tertio Beluacensi Episcopo in *cap. cum in tua diœcesi 44. in fine de testibus, & attestationibus.* ibique *Glossa* recepta verbo *in hoc casu in fine* verbis eddicens: *Tamen si testis dicat contrarium in secundo iudicio ei, quod dixit in principio, non valet dictum eius. vt hic colligitur.* sequiturque *Nauar. cons. 6. num. 4. lib. 4. de sponsalibus; & matrimonijs* Etiam si prima depositio facta fuisset in Iudicio summario, & secunda in plenario. Sicuti testi deponenti vnum extraiudicialiter, & aliud iudicialiter cum iuramenti contra illud, quod extraiudicialiter dixit, non creditur; sed statur ei quod cum Iuramento firmauit. Idem *Nauar. cons. 76. num. 3. in 5. dicto. lib. 5. de simonia.*

Testes debent esse integri, & absque vlla infamia, & suspicione, vel manifesta macula, & veræ fidei plenitudine instructio ex Damaso Papa ad Stephanum Archiepiscopum in *can. testes absque vlla infamia 39. 2. q. 7.* alioquin testis propter crimen repellitur. Pręsertim verò si crimen publicum fuerit. ex Fabiano Papa ad Episcopos Orientales in *can. ipsi Apostoli, & eorum successores olim statuerunt 38. eadem 2. q. 6.* ibique plenissimè *Gloss.* verbo *nec esse.* quæ distinguit inter crimen occultum, & publicum. ex Clemente Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo in *can. Beatus Petrus homicidas, & adulteros 5.* Ex Hadriano Papa in capitulis. in *can. qui crimen intendit 6. §. testes autem sine aliqua sint infamia. 6. q. 1.* ibique plene *Gloss.* verbo *qui crimen.*

Testes vero quamuis defectibus notati admittuntur in criminibus exceptis. vt puta in crimine Simonię. Nam admittitur mediator in illo crimine. ex Concilio Chalcedonensi in *can. si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit. 8. in fine §. si quis vero mediator, tam turpibus, & nefandis datis 2. q. 1.* ibique per plenè *Glossa* verbo *mediator.* Nisi tamen propriam iniuriam prosequerentur, vltra crimen, quo notantur. Verum tamen est, quod ad purgandum crimen cum tormento admittuntur. ex Gratiano in *can. si testes omnes 3. col. 3. §. nam si careut suspictione testimonium. 4. q. 3.* & *Gloss. in summa 6. q. 1.* verbo *quod autem.*

Testes defectibus notari admittuntur in causis occultis. vt in stupro dictum fuit. in *Romana stupri 1610. coram sacrato decis. 284. num. 8. post 2. volumen consiliorum Farinacij.*

Testis deponere debet de die, commissi præsertim criminis & hora. ex Gratiano in *can. per scripta nullius accusatio suscipiatur. 5. §. libellorum inscriptionis conceptio talis est. 2. q. 8.* verbis dicente: *Neque autem diē, neque horam intuitus comprehendet.* ibique plene *Glossa* verbo: *neque ante diem.* dicens: *à testibus quęritur dies.* Ex Leone Papa in *can. nihilominus quoque puniendi sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur. 16. 3. q. 9.* ibique *Gloss.* verbo *simul.* & in *can. si testes omnes 3. §. In testibus fides dignitas, mores grauitas examinanda est. 4. q. 3.* Hinc est quod

Testis deponens per verbum *citrà*, de certo tempore non deponit, ac proinde non probat, nisi adsit aliqua dictio, quę suadeat continuationem temporis. ex *Baldo in l. Celsus 27. de vsucapionibus, & vsurpationibus. num. 24. Rota in Burgen decimarum 10. Martij 1597. coram Orano part. 4. diuersorum collecta per Farinacium decis. 233. num. 2.* & Testis deponens per dictionem *(dà 60. anni in qua) (& 53. anni in qua.)* non probat quadragenariam; quia hæc dicta possunt verificari in eo, quod fuit heri, & nudius tertius. *Rota apud Canalerium decis. 174. num. 3 & decis. 213. num. 2.* in eadem causa secus verò si dixerit semper &c. apud eundem *Canaler. decis. 356. num. 3. & 4.*

Testes super negatiua depònentes non probant. & nihil eorum dictum reuelat. Quia negantis factum, per rerum naturam nulla est directa probatio. Vt Innocentius Tertius Canonicis Moguntinentibus respondit in *cap. bona memorię Moguntinen Archiepiscopo*

viam

*viam vniuersę carnis ingresso* 23.§. *contra legati verò processum hoc facere videbatur. de electione, & electi potestate.* & ibi plene *Gloss.* verbo *per rerum naturam.* qui textus semper ad hoc allegatur probandum. deducit *Afflictus decis.* 324. *num.* 8 *in fine*. noster *Maranta cons.* 145. *sub num.* 10. *in fine*. *Menochius de præsumptionibus lib* 2. *pręsumptione* 50. *num.* 10. 11. 12. *& sequentib.* Nam

Testis super negatiua, dicens, non vidi, non audiui. ergo non est. nihil probat. Quia probatio debet esse de necessario concludentibus. negatiua autem nihil concludit. ex Diocletiano, & Maximiano Augustis in *l. non hoc an tenuerit quis res hæreditarias nec ne sine voluntate acquirendę sibi hæreditatis* 4. *C. vnde legitimi, & vnde cognati.* Rationem reddit *Glos.* ibidem verbo *quærendum* adnotans: *quod non probat hoc esse, quod ab hoc contigit abesse*. *Aemylius Ferretus cons siue responso* 6 *num.* 2. vide *Rotam* apud *Martinum Andreæ decis.* 3. *num.* 6. Quin Testis nimis audacter ponens super negatiua suspectus redditur. *Rota apud Seraphinum decis.* 160. *num.* 2. Tunc vero probabunt testes super negatiua, quando probationem ita restrinxerint, ad sensum vt dicant non potuissent fieri quin ipsi vidisset. Ex *Glossa* recepta in *authentico de heredibus, & falcidia, & si heres legata soluere noluerit. tit.* 1. *collat.* 1. §. *si vero absunt aliqui.* verbis illis Iustiniani Cæsaris: *Sed etiam per Iusiurandum testium dicentium se, & affuisse ijs, quæ gesta sunt, & vidisse, quæ tunc age antur, & in nullo consocios esse facta ab hærede malignitatis.* vbi *Gloss.* verbo *& vidisse*: quę sic infert: *Item nota, quòd negatiua probatur. quod est contra C. de probation. l. actor. Sed habet æquipollentiam affirmatiuæ. cum enim iuret se stetisse vsque ad finem inuentarij, & nihil potuisse fieri, quin ipse videret: perinde est ac si affirmatiuam proponeret.* ita Glossa est ergo negatiua coarctata loco & tempore; quę affirmatiuè vim habere dicitur. *Aymon cravetta cons.* 21. *num.* 4. *Rota* apud Sanctę Memorię *Gregorium* 15. *dec.* 510. *num.* 1. & apud *Martinum Andręa d. decis.* 3 *n.* 6. Hinc est quod *T*estes super negatiua deponentes, etiam non interrogati, rationem sui dicti assignare debent, Quoniam negatio, & priuatio, sub sensum non cadunt. *Bald. in l. actor* C. *de probationibus num.* 7. *&* 11. *Aymon cons.* 2. *num.* 3. *in fine*. *Rota* apud *Gregorium* 15. *decis.* 105. *num.* 23. *& decis.* 125. *num.* 13. & *decis.* 215. *num* 6. & *decis.* 269. *num.* 6. *& decis.* 325. *num.* 4.

Testes domestici in criminali causa omnino repelluntur. In Ciuili vero quandoque admittuntur. ex Gratiano in *summa* 14. *q.* 2. ibique plenè *glossa*. verbo *an de suis fratribus*. & prosequitur ibidem Paschalis II. Guidoni Archiepiscopi Viennensi scribens Apostolicę Sedis legato in *can. super prudentia tua plurimum admiramur.* vbi *glossa* verbo *Stephani*. quę limitat in canonicis deponentibus pro Ecclesia: Quia non dicuntur isti deponere in causa propria: Quia causa Ecclesię non est in causa singulorum.

Testes etiam non omni exceptione maiores, sed tantum idonei sufficiunt vbi non agitur de fœdere matrimonij principaliter, sed incidenter ad effectum succedendi in aliquo fideicommisso. ex Alexandro Tertio Exonien, & Vinctonien Episcopis, & Abbati Herforden in *capit. causam quę* 4. *qui filii sint legitimi*. notat *Geminianus cons.* 27. *num.* 7. *in fine, & num.* 8. *Puteus decis* 173. *fuit resolutum libro* 1. *Rota in Cæsaraugustana status* 22. *Aprilis* 1587. *coram Bubalo. decis.* 43. *num.* 1. *post* 1. *volum. consiliorum Farinacii*. ibique Centolinus Addens *littera A.*

Testis, qui iudicis pręcepto coactus, vel graui metu in causa criminali testimonium profert veritatis, vnde mors postmodum sequitur eius, contra quem, & si nolens, deposuit; num incidat irregularitatem saltim ex defectu lenitatis? Sunt qui affirment. verum non probant. Quidam viri docti non incidere tuentur. Potissimum verò si ille protestetur, se inuitum hoc facere, nec alterius mortem petere. Quia hic nullus est defectus lenitatis. Nec enim voluntarie occidit. Deinde quia hic directè tantum se ipsum tuetur à damno corporis, vel animę. Vnde neque si ipse occiderit se defendendo, in irregularitatem incideret. Hanc probabilem dicit. & si ipse nihil affirmet. *Aegidius de* ConinK. *tom.* 2. *de sacramentis, & censuris disput.* 18. *de irregularitate dubio* 10. *num.* 96.

Testis, qui obscure deposuit, & confusè, potest iterum repeti, etiam post didicita testificata, atque diligenter interrogare, vt veritas elucescat. Præsertim vero in delicto occulto, vt crimen est simoniæ. ex Gregorio Nono in *cap. cum clamor validus contra Achorontinen Archiepiscopum super simonia, & alijs criminibus ascendisset* 53. *extra de testibus, & attestationibus*. Hoc autem facere debet Iudex ex officio, non ad partis instantiam. vt *glossa* ibidem sequitur. verbo *ita deposuere confusè* ad medium. vers. *Dicas, quę Iudex ex officio suo hoc facere debet.* prosequitur Peregrinus *decis. Perusina* 112. *nu.* 4. *& num.* 13. vide *Rota apud Caualer decis* 425. *nu.* 2. & apud Sanctæ Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 583. *per totam.*

Testis, qui reuelat dictum suum parti ex aduerso ante publicationem, à Iudicibus competenter puniri debet. ex Gratiano in *can. si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis sint* 3. *col.* 4. §. *qui falso, vel variè testimonium dicunt; vel vtrique parti prodiderunt, à Iudicibus competenter puniantur.* 4. *q.* 3. refert quoque *Viuius decis.* 32. *num.* 2. Nec repeti potest. pręsertim verò, si familiaris sit parti, cui aperuit dictum. *Rota apud Seraphinum decis.* 261. *num.* 2.

Testes duo æquipollent tabellioni. ex Innocentio Tertio in Concilio generali in *cap. quoniam contra falsam assertionem* 11. §. *statuimus, vt tam in ordinario Iudicio. extra de probationibus.* verbis edicente: *Statuimus, vt tam in ordinario Iudicio, quam extraordinario Iudex semper adhibeat, aut publicam (si potest haberi) personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter*

*vni-*

*vniuersa Iudicii acta conscribant*. ibique notat glossa verbo *duos viros*. Namque antea tres perquirebantur testes loco publicę personæ seu tabellionis. deducit Gratianus in *can. placuit, vt quicumque Episcopi negligunt loca ad suam cathedram pertinentia* 15. §. *hac de prascriptionibus decennij, vel vicennii. ad finem* 16 q 3. verba damus Gratiani: *Quod si prases, vel Episcopus, vel defensor absfuerit, liceat ei publicè proponere vbi domicilium habet possessor, seu cum tabellariorum subscriptione: vel, si Ciuitas tabellarios non habeat, cum trium testium subscriptione*. vbi gloss. verbo *subscriptione*. subnectit: *Hodie autem duo testes aquipollent tabellioni vt extra de probation. quoniam contra*. & deduxit glossa in *can. cura sit omnibus Episcopis* 20. 1. q. 3. verbo *Episcopis*. diximus in superioribus verbo tabellio.

Testes prævio iuramento testificari debent. ex Alexandro Tertio Episcopo Placentino in *cap. Fraternitatis tua litteris nos consulere voluisti* 17. *in fine de testibus, & attestationibus* verbis edicente: *Receptis priùs ab ipsis, secundum formam recipiendorum testium, iuramentis*. ibique Gloss. verbo *iuramentis*. eodemque modo ex Innocentio tertio Bisuntino Archiepiscopo in *cap. tuis quaestionibus* 39. *eadem de testibus, & attestationibus*. verbis & ipso inferente: *Testes in causis propriis producere absque iuramenti exhibitione non possunt* ibique Glossa verbo *Iuramenti*. Dixitque idem Innocentius Pennen Episcopo scribens in *cap. nuper nobis A. presbytero supplicante innotuit* 51 *in fine eodem titulo*. Respondemus (inquiens) quod nullius testimonio, quantumcumque religiosus existat (nisi iuratus deposuerit) in alterius præiudicium debet credi. ibique Gloss. verbo *nisi iuratus* Dixitque Gratianus in *can si testes omnes eiusdem honestatis, & existimationis fuit*. 3 *col*. 6. §. *Iuris Iurandi religione* 4. q. 3. excipe dicentem: *Iuris iurandi religione testes priùs, quàm prabeant testimonium, coarctentur: & honestioribus potius testibus fides habeatur*. Nec dissimili modo Pelagius Papa Decorato Patricio in *can. Hortamur; vt sub timore Domini* 20. 3. q. 9. verbis edicens de testibus examinandis: *Et vestris præsentari conspectibus, tactis Sacrosanctis Euangeliis, prębito etiam legaliter sacramento, qua in veritate rerum nouerunt, professione sua testificationis aperiant*. Hinc est, quod testis sine iuramento non probat. & ita quoque decreuit Constantinus Imperator in *l. iuris iurandi religione* 9. *C. de testibus*. verba damus: *Iuris iurandi religione testes priùs, quàm perhibeant testimonium, iam dudum arctari pracipimus. & vt honestioribus potius testibus fides habeatur*. ibique plenè Glossa verbo *Iuris iurandi*. *Rota* in *Cathanien antiqua legitemationis* 1598. *coram Orano decis*. 323. *sub. nu*. 1. *post primum volumen consiliorum Farinacij*. Hinc est quod nec Papa tacere potest, vt testibus sine iuramento fides habeatur. *Felinus in cap. constitutus apud Sedem Apostolicam* 19. *col*. 8. *nu*. 16. *vers. & pro hac limitatione de rescriptis*. ex Augustino de Ancona *sue Triumpho de potestate Ecclesię* q. 55. *artic*. 4. *fine vltimo*, ex illo *Genesis* 31. 45. 46. & 47. cum Iacob pacem iniens cum laban iuramento eum adegit. sequitur *Crescentius decis*. 4. *num*. 4. *de testibus*. Ad confirmationem eorum, quæ dicimus est iuramentum. ex Paulo ad Hebræos 6. 16. dicente: *Homines eum per maiorem sui iurant: & omnis controuersie eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum*.

Testes producens approbare videtur eorum personas, vt illos reprobare postmodum non valet. nisi noua superueniat inimicitiæ causa, ex qua possit illos reprobare ex Gratiano in *can. si testes omnes* 3. *colum. finali* §. *si quis testibus vsus fuerit*. 4. q. 3. Gratianum excipe: *Si quis testibus vsus fuerit; ijdemque testes aduersus eum in alia lite producantur, non licebit ei personas eorum excipere; nisi ostenderit inimicitias inter se, & illos postea emersisse; ex quibus testes repelli leges pracipiunt: non adimenda scilicet ei licentia ex ipsis depositionibus testimoniū eorum arguere*. Accepit autem ex Iustiniano Cæsare in *l. si quis testibus vsus fuerit*. 16. *C. de testibus*. Quia nimirum testem inducens personam approbare censetur, non eius dictū: poterit proinde illum impugnare, si inueniat illum postea veritati aduersum. ad textum Cœlestini tertii in *cap. preterea se testes publico* 7. *de testibus cogendis. Rota part*. 1. *in recentioribus decis*. 244. *nu*. 2. & sequuta fuit *Rota* in *Augustana decimarum* 19. *Nouembris* 1635. *coram Macchia vella decis*. 75. *num*. 7. & 8. *part*. 7. *recentiorum per Rubeum*. *Crauetta cons*. 188. *num*. 5. *Rota apud Card. Manticam decis*. 75. *nu*. 2. & *apud Duranum decis*. 307. *num*. 21. *part*. 2. *Grammaticus decis*. 34. *num*. 13. noster *Maranta cons*. 19. *sub. nu*. 25. *Cæsar de Graffis decis*. 7. *n. de probationibus*. *Rota apud Card. Cauaier. decis*. 624. *num* 2. & *apud Seraphinum decis*. 289. *num*. 1. & *sequentib*. & *decis*. 295. in eadem causa & 265. *num*. 1. Reprime quoque si datio pecuniæ per partem aduersam corruptos eos testes ostenderit. vt & Iustinianus Augustus eadem *l si quis testibus in fine*. Decernit. & Gratianus eodem §. *si quis testibus vsus fuerit in fine eadem* 4. q. 3. prosequitur. & *Grammaticus eadem decis*. 34. *num*. 11. 12. & 13. & *Carolus Tappia decis. Sacri Concilii* 23.

Testis Mediator simpliciter non videtur idoneus in eadem causa in qua fuit mediator. nisi in criminibus exceptis, vt crimen est simoniæ. ex Concilio Chalcedonensi in *can. si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit* 8. *in fine* 1. q. 1. ibique plenè *Glossa* verbo *mediator*. Nec diuersimode Innocentius Secundus in Synodo Romana in *can. si quis prabendas, vel prioratum, seu decanatum*. 15. *fine finali in fine* 1. q. 3. verbis comprehendens: & *emptor, & venditor, & interuentor*. A pestissimeque decreuit Gregorius Nonus in Concilio Generali Lugdunen in *cap. mediatores, per quos scelus simoniæ* 1. *de testibus, & attestationibus in* 6. ibique plenè *Glossa*. nisi ex dicto emolumentum aliquod percipiat. vt ibidem textus in fine. notat *Alexander cons*. 32. *cito processu nu*. 2. *lib*. 6. noster *Maranta cons*. 34. *nu*. 2. vide apud *Gregorium* 15. *decis*. 178. *num*. 3. ibi-

ibique *Beltraminus nu.5.*

Testis vero mediator cum deponat de facto proprio magis probat, modo tamen neque laus, neque vituperium ex inde sibi afsifcatur. ex Gregorio d. *cap. 1. de testibus in 6. in fi- ne.* & dixit *Rota in Romana prætensa pensionis domus* 22. *Iunij.* 1587. *coram Card. Mantica decis.6. nu.9. & 10.* quæ est etiam in impressis post *primum volumen consiliorum Farinacii decis.47. nu.8.* ibique *Centolinus*. Addens Quinimo

Testis mediator de facto proprio plusquam semiplene probat, & concurrentibus circumstantiis facti probat concludenter. *Rota apud Coccinum decis.415. num.1. & decis.473. n. 1.* etiam si vnus fuerit ibidem.

Testes infra annos quatuordecim ætatis suæ ad testimonium non admittuntur. ex Concilio Carthaginensi Septimo in *can. testes autem ad testimonium non admittendos esse censemus 1. in fine 4. q. 3.* Nam

Testium inhabilitas consideratur habito respectu ad tempus examinis, non verò ad aliud ante illud. ex *Rota* in *Cæsaraugustana status* 1587. *coram Bubalo decis.43. num.2.* vbi *Centolinus* Addens *post primum volumen consiliorum Farinacii* & ibidem in *Mediolanen simulationis contractus* 1598. *coram Cardula decis. 125. nu.4. & 5.* ibique *Centolinus*.

Testes idonei non sunt, quibus imperari potest, vt testes fiant. ex Gratiano in *can. si testes omnes eiusdem honestatis 3. vol. 3 in fine §. Idonei non videntur esse testes, quibus imperari potest, vt testes fiã. 4. q. 3.* reprimit glo. ibidẽ verbo *imperari*. in matrimonio. Reprimit quoque gloss. in *can. super prudentia tua plurimum admiramur. 1. 14. q. 2.* verbo *Stephani circa finẽ*. Fauore religionis. Nam contra rationem pro religione iudicatur. ff. de religiosis & sumptibus funerum. sunt personę. ita Glossa textum vero d. §. *Idonei*. excepit Gratianus à Lucinio Ruffino libro 2. regularum in *l. Idonei non videntur esse testes 6. ff. de testibus*. deduxitque *Rota apud Card. Caualerium decis. 492. num.5. & decis.520. num.4. & 5.* & nos *respons. nostra 71. num.49. & 50. part.5.*

Testes suspecti esse non debent, nec familiares nec de domo prodeuntes, nec etiam consãguinei accusatoris, hęc n. veritatẽ impedire solẽt. Calixtus Papa ad Episcopos Gallię in *can. accusatores, vel testes suspecti 12. 3. q. 5.*

Theodosius Imperator, cum à sacerdotibus Italiæ argueretur, quod Circenses ludos imperasset, & vindictam dari non crimini, sed furori, agnouit delictum, culpamque cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius Ecclesię egit; & in hoc sibi tempus adscriptum absque regali fastigio patienter adiecit. Ex libro vndecimo Ecclesiasticæ historię Rufini in *can. cum apud Thessalonicam seditione exorta 69. 11. q. 3.*

Thesaurus inuentus cuius esse debeat? *Gloss.* in *can. si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti. 6.* qui est Augustini. 14. q. 5. verbo *si quid inuenisti*. sequentibus philosophatur ad mediũ: *Item & hoc scias: Quod si quis inuenit thesaurũ in loco proprio, statim inuentoris est: si autem in loco alieno, & casu fortuito eum inuenerit, dimidius fit inuentoris & dimidius fit. Domini loci. Si verò studiosè quęsiuit, & inuenit eum in loco alterius, totus erit domini loci. Si verò in sacro, & religioso loco casu fortuito inuenit thesaurum, totus est inuentoris. vt Institutionibus de rerum diuisione §. Thesauros quos quis. & C. de Thesauris 6. nemo libro 10.* sic Gloss.

Thesaurus Ecclesiæ ab Adam cœpit, excipe *Henricum Henriquez in summa moralis lib.7. de indulgentiis. cap.2. §.4. ad finem*. verba damus: *Thesaurus ex sanctorum operibus cœpit prius esse, quàm ex Christi satisfactione realiter exhibita. Quia Adam post pœnitentiam (de qua Sapient. 10.) aut certe Abel primus (à quo cœpisse dicitur Ecclesia) intulit superfluam sibi satisfactionem in thesaurum. Manetque thesaurus Ecclesiæ militantis non in materiali loco, sed in acceptatione Dei qui nullum bonum creaturę dimittit in remuneratum, saltim in aliis membris Ecclesię.* Sic Henriquez.

Thesaurus Principis, qui ex pecuniis Principis ex sua industria in mercaturis collatis lucratus est, restituere, quod lucratus fuerit ex sua industria, non tenetur, modo tamen damnum nullum vel Principi, vel Reipublicæ illatum fuerit. alioquin ad resarciendum teneretur illatum damnum. Deducitur ex Gregorio Syagrio, & aliis Episcopis in *can. non est putanda eleemosyna si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur. 27. 2. q. 1.* ibique *Gloss.* verbo *ex illicitis*. in finalibus verbis deducens ex Vlpiano lib. 42 ad Sabbinum in *l. qui vas argenteum perdiderat, eo nomine furti agebat. 49. §. finali in fine ff de furtis.* 10 ratione, quam reddit in verba excipe: *Quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuum non esse, nemini dubium est Nummus igitur hic, qui redactus est ex pretio rei furtiuæ, non est furtiuus.* Multo magis ergo ex pecunia reposita, quod ex industria acquisitum est, acquirentis erit. Nam si ex pecunia furtiua, quod ex industria acquisitum est, non est furtiuum, nec restituere tenetur, qui furatus fuit, sed id quod furatus est, & damnum ex inde illatum. tuetur *Abbas in cap. finali in fine de vsuris.* & *Paulus de Citadinis de Iure patronatus part.3. in 1. causa acquirendi q.25. nu.34. Nauar. in man. cap.17. nu.25. Sayrus in clau. Regia lib.10. tract.2. cap.3. num. 21. & tract.3. cap.5. nu.3. & n.5. in 2 dicto.* Cardio. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.5. cap. 22. n.4.* deducit *molina de Iustitia & Iure tract. 3. disput.402. per totum.*

Thori separationis causa iusta est: Adulterium vnius ex coniugibus, tàm lege diuina, quàm humana Vbicumque igitur est fornicatio, vel fornicationis suspicio; libere vxor dimittitur. Nam sola fornicatio est, quæ vxores vincat affectum; imo cum illa vnam carnem in aliam diuiserit, & se fornicatione separauerit à marito; non debet teneri, ne virum quoque sub maledicto faciat; dicente scriptura (Prouerb.18.) *Qui adulteram tenet, stultus, & impius est*, Hieronymus in commentarii

tarii in Mattheum cap. 19. in *can. dixit Dominus in Euangelio* 2. 32. q. 1. deduxitque Alexander tertius in *cap. significasti, quod quidam vxore sua sine iudicio Ecclesię dimissa 4. de diuortiis.* & Innocentio tertio Turonen Archiepiscopo in *cap. intelleximus, quod cum S. laicus 6. de de adulterijs.* Nisi vterque pariter fornicatus fuisset, nam paria delicta mutua compensatione tolluntur. vti eodem *cap. intelleximus.* infert Innocentius in fine. *Rota apud Eurand decis. 336. num. 3. & decis, 353. num. 1. & 2. part.* Quæ sane materia est arbitraria, præsertim ratione adulterii, sæuitiei, & Lenocinii: *Rota apud Card. Seraphinum decis. 226. num. 1. & sequentibus.* Et quomodo probetur viri sæuities? Nam

Thori separationis causa grauis est, & ardua, vnde in ea plena & concludens perquiritur probatio. *Rota in Romana separationis Thori 28. Ianuarii 1613. coram Sacrato decis. 371. nu. 1. post 2. volumen consiliorum Farinacij. Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis q. 690. num. 1. & 2.*

Thori vero separatio num per solam pernoctationem mulieris extra viri domum possit fieri? præsertim si domus suspecta fuerit. ex Concilio Laodicensi in *can. non oportet ministros altaris. 28. distinct. 81.* ibique *gloss.* verbo *omnino.* verbis inferens: *Vnde si vir accedat ad balneum extranea mulieris, priuatur donatione propter nuptias; & mulier dote si cum viro alio habuit balneum.* propter quam Glossam *Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis. q. 699.* affirmatiue ad quæsitum respondet. Firmiorque responsio redditur ex Hieronymo in *can. dixit Dominus in Euangelio* 2. 32. q. 1. sequentibus edicente consequentiã: *Vbicumque est igitur fornicatio, vel fornicationis suspicio; liberè vxor dimittitur.* Quia pro eodẽ reputatur fornicatio, & fornicationis suspitio: nam probata suspicione, probata est fornicatio. vt *Glossa* ibidem verbo *suspitio.* subnectit. Sicuti

Thori separatio facienda est vbi vir capitali odio vxorem prosequitur, eamque graui crimine accusauit, atque carceribus trudi fecit. Dicitur enim tunc capitali odio vxorem prosequi. Vt neque cautionis fragilitati committenda sit vxor. *Rota in recentioribus part. 1. decis. 706.* & maritus cogitur ad dotẽ restituendam. & lucrum dotale *ibidem nu. 3. Triuisanus decis. 45. nu. 10 & 11. lib. 1. Gratianus Forensium parte 4. cap. 738. num. 47. & sequentib. Rota apud Gregorium 15. decis. 294. num. 12. & 16.* & *part. 1. in recentioribus decis. 441. num. 2.*

Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem I. *Ioannis.* 4. deducit Augustinus in libro de gratia, & libero arbitrio in *can. qui vult facere Dei mandata. 16. §. ipsam charitatem Apostolus Petrus non dũ habuit, quando timore Dominum ter negauit. de pænitentia distinct. 2.*

Timorem Dei ante oculos non habentes; & sine respectu agentes, neque Ecclesiastica statuta custodientes, & ab Ecclesia recedẽtes vt redeant sunt omni necessitate cogendi. Quod si permanserint excommunicari eos oportet. ex Concilio Nicæno in *can. si qui verò sine respectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes. 23. 7. q. 1.*

Timor tollit meritum: Quia nimirum, qui ex timore facit, non facere reputatur. ex Augustino contra litteras Petiliani lib. 2. in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus* 33. 23. q. qui ad medium, sequentibus fatur: *Si quę igitur aduersus vos leges constitutæ sunt: non eis benefacere cogimini, sed malè facere prohibemini. Nam benè facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *cogimini* subnectens: *Qui enim ex timore benè facit, reputatur non facere.* ex Augustino in regula *Qui ex timore facit 8. extrà de regulis Iuris.* verba damus: *Qui ex timore facit præceptũ, aliter, quàm debeat facit ideò iam non facit.* Ex timore scilicet seruili. *Glossa* ibidem exprimit: *Nam filialis timor bonus est.* & quidem distinctionem hanc de amore seruili, ac filiali excipe ex *gloss.* in *cap. cum, qui beneficium, cui animarum cura imminet, vi occupat 18. in fine de præbendis, & dignitatibus in 6.* ad verba Bonifacii Octaui *Et si non virtutis amore, pœnæ saltem formidine à suæ temeritatis audacia refrenentur.* verbo *formidine.* quæ ad medium sic inferi; meminique versuum, quos ex Horatio in Epistolis refert *gloss. finalis in fine in cap. irrefragabili constitutione sancimus 13. de officio Iudicis Ordinarij extrà.*

*Oderunt peccare boni virtutis amore.*
*Oderunt peccare mali formidine pœnę.*

*Et vocatur talis timor seruilis; qui per se præmiũ non habet, nisi quia solet inducere filialem. Et est timor seruilis secundum Gregorium, in quo viuit peccandi voluntas, & sequeretur opus, si speraret impunitatem: & pertinet ad seruum. In tialis respicit amissionem præmij pertinet ad mercenariũ. Filialis respicit offensam; & proprie ad filium pertinet.* ita Glossa. & de timore seruili sic Augustinus in libro de gratia, & libero arbitrio in *can. sicut seta introducit linum 17. de pænitentia distinctione 2.* verbis edicens: *Sicut seta introduxit linum; ita timor introducit charitatem: crescit charitas, minuitur timor, & è conuerso.* vbi *Gloss.* verbo *sicut seta.* commentum agit, & ipsa deducens: *Sicut enim seta introducit linum, nec eum cõremanet; ita timor charitatem: cum ea tamen esse non potest. hoc de seruili Est & alius initialis, qui partim respicit pręmium meriti, partim pœnam supplicii. de tali dicitur, quod augetur charitas, & minuitur timor. in c. proximo. vsque dum fiat perfecta charitas, quæ foras mittit timorem: argum. 23. q. 6. schismatici.* Ita Glossa. meminique Gratianus in *can. hęc autem vita, quæ inter cęlum, & infernum sita est. 15. 23. q. 4. § ex his omnibus colligitur, quod malorum vindicta Deo reseruata est. in fine.* audi dicentem: *Et, vt vniuersaliter dicatur, in lege populus ille rudis seruili timore pœnarum cogebatur; vnde & legem in pedagogum accepit. In Euangelio autem populus gratia liber, & adultus filiali amore, & hæreditatis certitudine ad cul-*

*tum diuinæ seruitutis inuitatur*. *Vnde cum quidam legem, quasi coercentem, prædicarent esse tenendam simul cum gratia, ait Apostolus:* (Rom. 8.) *Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore; sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba, Pater*. vbi *Gloss.* verbo *adoptionis* explicat. *id est filialem timorem.id est amorem*. & tradit *S. Thomas* 2. 2.q.22. *art.2.in corpore*. ibique *Caietanus*. Nec diuersimode Gratianus in *can.iam vero.si rusticus tantæ perfidiæ,& obstinationis fuerit inuentus*.4.5. *ex hit omnibus colligitur, quod mali sunt cogendi ad bonum*.23.q.6.

Timere magis debemus Deum, quàm homines. Quisquis ergo metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat: Quia magis timet hominem, quàm Deum. Augustinus ad Casulanum in *can.quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat*.80-11,q.3. inferens: *Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit:quia ille prodesse non vult; & iste nocere desiderat*.

Timor humanus est timere eum, qui possit opprimere. ex Ioanne Papa Isaac Syracusano Episcopo scribente in *can.visis litteris charitatis vestræ* 2. *col.*2. *post medium* 16.q.1. dicente: *Humani moris est, illum vereri, cuius iudicio, & voluntate, nunc erigitur, nunc deprimitur*.

Timor, sicut amor carnalis, atq; auaritia plerumque sensus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent; & pecuniam quasi mercedem prudentiæ. Calixtus Papa ad Episcopos Galliæ in *can. accusatores, vel testes suspecti non recipiantur*.12.*in fine* 3.q.5.

Timorati, qui Dei timorem habeant, cum non sint, & qui corrigat in hominibus non est, bonum esse non potest, imo maximum malum. Ita *Michæa* Propheta 7.1.& 2. Origenes homilia 15.ad cap.21. Matthæi in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum* 9. §. *nunc autem arbitror templum Dei. ad finem* 16. q.7.ex Propheta dicente: *Væ animæ meæ:quia periit timoratus à terra:& qui corrigat in hominibus non est*. Inferens ad illud quod in Euangelio scribitur:(*Luca* 19.)de Domino Iesu: *Et cum vidisset Hierusalem fleuit super eam,& dixit: Quia si cognouisses & tu*. Oportet ergo esse qui timeant Dominum,& qui peccatores arguant.

Titulus pro vexillo, siue signo ponitur. ex Gregorio in *can consuetudo noua in Ecclesia hac,& valde reprehensibilis erupit* 1. *post principium* 16.q.6.dicente illo: *Fiscali more titulos imprimant*. vbi *Glossa* verbo *titulos*. id exprimit dicens: *id est vexilla, vel alia signa*. eodemque modo in Africano Concilio in *can. non habenti necessitatem, nec Episcopo licet matricis Ecclesiæ rem sui tituli vsurpare* 50.12.q.2. quæ verba *sui tituli*. exprimit *Gloss.* id est Ecclesiæ, vel sui tituli. *id est ad suum commodum*. Siue Ecclesiæ suæ. ex Concilio Leonis Papæ IV. in *can. monemus,& irrefragabiliter affirmamus, vt nullus Episcoporum, vel sacerdotum rem tituli sui vsurpare præsumat*.18. *eadem* 12.q.2. vbi *Gloss.* verbo *rem tituli*. exprimit.*id est spectantem ad Ecclesiam suam*. Hinc est quod

Titulus est iusta causa possidendi, quod nostrum non est, & exigitur titulus vt inquit *Glossa* ad Gratianum in *summa* 16.q.3. verbo *quod est*. ad medium. ad Innocentium tertii dictum Pisano Archiepiscopo in *cap. si diligenti* 17. *in fine extrà de præscriptionibus*. illo dicente: *Cum in præscriptione verum Ecclesiasticarum bona fides, & iustus titulus exigantur*. Vt iustus titulus dicatur motiuus, vnde quis ad possidendum moueatur, vt puta priuilegium, aut concessio. secundum. *Glossam* ibidem verbo *iustus titulus* non multo post principium.

Titulus tamen debet probari aliter, quàm per possessionem. *Rota apud Verallum decis.* 196 *n.* 3.*lib.*1.

Titulus necessarius est, vt quis possidere dicatur, vt præscribere valeat. Nam qui nullo titulo possidere incipit præscribere non potest. Gratianus in *can. dilectio tua studeat, quæsita omnium fideliter rerum veritate* 7. §. *potest etiam aliter distingui* 16. q. 3. Et si quidem

Titulus, & si inualidus, & putatiuus sufficiat ad præscriptionem, neque sit necesse probare qualitatem tituli. *Rota apud Coccinum decis.*235.*num.*7.& 8. Quia

Titulus principium est possessionis. Ex Gregorio Ioanni Episcopo Scyllaceno in *can. quasi nobis sunt prædicti monasterij monachi* 41. *in fine* 17. q. 4. verbis dicente rationem: *Quia nec mundanarum legum, nec sacrorum canonum statuta permittunt res monasterij de iure eius quolibet titulo segregari. Ea propter donationem eiusdem terræ, quæ contra rationem facta est, sine aliqua dilatione restituite*. Titulus itaque hic, pro causa accipi videtur.

Titulus semper probari debet cùm agitur de iis, in quibus requiritur titulus, nec possessio, etiam longissima aliquod ius tribuit. Ex Innocentio Tertio Mediolenen Archiepiscopo in *cap. cùm adeo scripta sedis Apostolicæ moderamur* 17. *in fine extra de rescriptis*. *Cùm enim in litteris nec de præbenda ipsius mentio haberetur, nec Modecensis Canonicus, imo nec clericus diceretur in eis*. De erat itaque ei titulus. Nec diuersimode Alexander tertius Eboracen Archiepiscopo & Vigorien Episcopo in *cap. ex litteris vestris accepimus*. 6.*in fine de translationibus*. verba sunt Alexandri: *Cùm autem idem G.non inficiaretur se translationi interfuisse,& non dum fuisse tonsuratum, cùm litteras istas obtinuit, ei super prædicta Ecclesia silentium duximus imponendum*. Carebat ergo titulo. *Et principium enim in talibus considerandum*. vt *Glossa* ibidem verbo *tonsuratum* infert. Principium verò pro titulo habetur. *Alciatus de præsumptionibus regula* 3.*præsumpt.* 4.*num.* 3. *Cacheranus* qui in beneficialibus verba facie *decis.* 55. *Rota apud Coccinum decis.* 224.*num.* 1.2. *Ioannes Koppen decis.* 3. *num.* 8. *part.* 2. *Regens de Ponte decis.* 18. *num.* 6.& *num.*16.

Ti-

Titulus pro Ecclesia, siue patrimonio, ad quod ordinari quis debet, accipitur. ita ex Concilio Vrbani Secundi habito Placentiæ in *can. sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus 2. siue finali distinct. 70.* verba attende Vrbani: *Sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur: & in qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuo perseueret.* & ita deinceps Sacrum Tridentinum Concilium statuit *sessione 21. cap. 2. de reformatione.* vt sine titulo, vel beneficii, vel demum sufficientis patrimonii nullus ad sacros ordines promoueatur.

Tolerabilius est mentem virginem quàm carnem habere. Vtriumque bonum, si liceat. si non liceat, saltim non homini castę, sed Deo simus. Ambrosius lib. 2. de virginibus in *can. tolerabilius est. 1. 32. q. 5.* inferens *can.* sequenti rationem: *Re vera non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corrupta.* Hic est quòd potius quælibet mala tolerare, quam malo consentire quisquè debet. ex Augustino de Ciuitate Dei lib. 1. ca. 18. in *can. ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur. 3. eadem 32. q. 5.* Cum nec etiam occisores corporis sint timendi contra iustitiam hominem impellentes. ex verbis Nicolai Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Ficolensi Episcopis in *can. Lotharius rex (in commonitorio) profitetur. 4. col. 1. in fine 31. q. 2.*

Tolerabilius est, aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè, contra statuta Domini separare. Ita verbis Innocentius tertius in Concilio Generali in *cap. licet ex quadam necessitate 47. in fine extrà de testibus, & attestationibus.* Hinc

Tolerare verbum, quod generale est, & significat ferre, pati, & sustinere ad textum in d. *can. tolerabilius est 1. 32. q. 5.* pluribus deducit *Nauarrus cons. 5. nu. 5. lib. 4. de despensatione impuberum.*

Toleranda quędam sunt, ne maiora sequantur mala. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. denique sacerdotes, & diaconi & reliqui omnes, quos dignitas Ecclesiastici gradus exornat. ad finem dist. 4.* verba attende Gregorii: *Vnde nec à tali consuetudine auelli possunt: & ideo cum venia suo ingenio relinquendi sunt; ne forte peiores existant, si à tali consuetudine prohibeantur.* Quia nimirum sustinenda sunt crimina ratione scandali, vel schismatis. vt *Glossa* ibidem verbo *venia* subnectit. atque ibidem *Glossella* marginalis: *Toleranda sunt crimina scandali ratione.* Ne videlicet puniantur, nam ex Augustino de verbis Domini sermone 18. in *can. toleràndi sunt quidam mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur. 1. 23. q. 4.* & in *can.* sequenti prosequitur: *Tu bonus tolera malum. Nam & Christus Iudam, cum sciret furem esse, tolerauit, & ad prædicandum misit, eique cùm aliis Eucharistiam dedit.* Rationem excipe ex Gregorio homilia 38. in Euãgelia in *can. hac autem vita, quæ inter cœlum, & infernum posita est. 15 in fine eadem 23. q. 4.* verbis dicente: *Nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam testis est, quia bonus non est. Abel enim esse renuit, quem Cain malitia non exercet.* Nec diuerso modo & sensu Augustinus ad Vincentium scribens in *can. quicumque vos ex occasione legis Imperialis 1. 23. q. 7. in fine.* Nota verba: *Sed nec facilè ista monstratis: & si monstraretis, non nullos toleramus, quos corrigere, vel punire non possumus: neque propter paleam relinquamus aream Domini: neque propter pisces malos rumpimus retia Domini: neque propter hœdos in fine segregandos, deserimus gregem Domini: neque propter vasa facta in contumeliam, migramus de domo Domini:* & ex eiusdem Augustini verbis Pelagius Papa deduxit in *can. pudenda, vt ita dicam rapina in diuisione est 33. in fine 24. q. 1.* verba excipe: *Quod vobis, licet notissimum omnino sit, beati tamen Augustini testimonio comprobemus. Audite quid in quodam opere suo preclarissimus Doctor dicat Ecclesię. Ait enim: Quod si nullo modo rectè dici potest Ecclesia, in qua schisma est; restat vt Ecclesia nulla esse non potest, ea sit, quam in Sedis Apostolica per successiones Episcoporum radice constitutam nullorum hominum malitia (etiam si nota excludi non possit, sed pro temporis ratione toleranda iudicetur) vllo modo valeat extinguere.*

Tolerantia operatur, vt plus erga corrigendos agat beneuolentia, quã seueritas; plus cooractatio, quàm comminatio; plus charitas quã potestas cùm nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat. Verbis edicimus Gregorii quarti in epistola ad Episcopos per Galliam, & Germaniam constitos in *can. licet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda 4. distinct. 45.* Rationem inferẽdo: *Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum Petrum Apostolorum preceptorem nostrum iudicasset, non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset.* Consequentiã quoque deducendo: *Expectandi ergo, atque corrigendi magis sunt rectores Ecclesiæ, quàm statim iudicandi.* Nec diuersimode Nicolaus Papa Ludouico Imperatori scripsit in *can. in scripturis narratur Costantinus Imperator dixisse. 8. distinct. 96.* Constantini exemplum illi preponens qui dixerat: *Verè si propriis oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circum amicti sunt, peccantem, chlamidem meam expoliarem, & cooperirem eũ ne ab aliquo videretur.* ò vere dignam tanto Cæsare sententiam. Proinde Gregorius in *can. considerandum nobis est 53. distinct. 50.* de beatò Petro sequentibus intulit: *Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor Ecclesię, in sua culpa disceret, qualiter aliis misereri debuisset. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc preposuit ceteris: vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret.*

Tolle voluntatem de medio, & omnis actus erit indifferens. Quia nimirum *Nemo tenetur ad culpam nisi voluntate propria deflexerit,* verbis vt fatur Ambrosius lib. 1. de Iacob, & vita beata cap. 3. in *can. non est, quod cuiquam*

quam

*quam nostram adscribamus criminem, nisi nostra voluntati*. 10.15.q.1. Nec immerito dixit Augustinus de vera religione cap.14. quem refert Gratianus in *summa §. cui sententię illud Augustini de vera religione. eadem* 15.q.1. Vsque adeo peccatum, voluntarium malum est: vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium. Quare, aut negandum est peccatum committi: aut fatendum est voluntate committi. Sic Augustinus. & ad hanc doctrinam dispexisse videntur Diocletianus, & Maximianus Augusti in *l. fœdissimam earum nequitiam* 20. C. *ad legem Iuliam de adulterijs*. Dicentes excipe: *Fœdissimam earum nequitiam, quę pudorem suum alienis libidinibus prosternunt; non etiam earum, quæ per vim stupro compressę sunt, irreprehensa voluntate leges vlciscuntur; Quin etiam inuiolatæ existimationis esse, nec nuptias earum alij interdici meritò placuit* vnde iurè *Baldus* ibidem in summatio intulit: *Tolle voluntatem de medio, & omnis actus est indifferens*. Quia ex Augustino, vt diximus: omne peccatum est voluntarium. sequiturque *S. Thomas* 2.2.q.108.art.4. *sed contrà*. Vnde dixit Ambrosius libro 2. de virginibus in *can. tolerabilius est mentem virginem, quàm carnem habere*. 1.32.q.5. audi dicentem, quia concinit cum d. *l. fœdissimam* iam supra allatam: *Virgo prostitui potest: adulterari non potest Vbicumque Dei virgo est: templum Dei est: nec lupanaria infamant castitatem: Sed castitas, etiam loci abolet infamiam*. subsequens can. sequenter etiam rationem: *Re vera non potest caro corrumpi, nisi mens fuerit ante corupta*. Nec à sensu Augustinus diuertit de Ciuitate Dei in *can ita, ne aliquem polluat aliena libido, metuitur* § 3 *ad medium eadem* 32. q. 5. verba damus; *Nullus autem magnanimus, & pudicus in potestate habeat, quid de sua carne fiat, sed tantùm quid annuat mente, vel renuat: Quis tandem sana mente putauerit se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa & oppresa carne sua exerceatur, & expleatur libido non sua*. & in can. sequenti ibidem. *proposito animi permanente* 4. prosequitur: *Absit hic error, & hinc potiùs admoneamur, ita non amitti corpòris sanctitatem manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso; sicut amittitur corporis sanctitas violata animi sanctitate*. deducit. *Royas de hæreticis parte* 1. *num*. 101. pluribus nos *respons*. nostra 6. *num*. 2. *& sequentibus part*. 4. & *respons*. 41. *num*. 57. 58. *& 59. part*. 5.

Tonsuram clericalem in modum sphære raso capite deferre debent Clerici, nec comam nutrire. ex Anacleto Papa Episcopis Galliæ in *can. prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum Ecclesias*. 21. *distinct*. 23. Hi namque sunt reges, id est se, & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat Corona in capite. Hanc Coronam habent ab institutione Romanę Ecclesię in signum Regni, quod in Christo expectatur. Ratio verò capitis est temporalium omniū depositio. Sic fatur Hieronymus ad quendā suum Leuitam de duobus generibus hominum in *can. duo sunt genera Christianorum* 7. 12.q.1. Hanc autem tonsuram manu Episcopi clerici accipiunt cùm promouentur. & Septima Synodo in *can. quoniam videmus siue manus impositione tonsuram Clerici quasdam accipientes*. 1. *dist*. 69. vnde *Gloss* ibidem verbo *tonsuram*. id est Coronam exprimit. Quam scilicet dat Episcopus per manus impositionem. Vnde Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam si noluerint, inuiti sunt tondendi. ex Concilio Agathensi in *can. clerici, qui comam nutriunt* 22. *dist*. 23. Quin imò, si quis ex clericis relaxauerit comam, sit anathema. vti Gregorius Secundus Concilio Romano habito in Basilica Sancti Petri decreuit in *can. si quis ex clericis relaxauerit comā sit anathema* 23. *eadem dist*. 23. Quia nimirum, vt apostata habetur. vt *Gloss*. ibidem verbo *sit anathema*, aduertit. est ergo excommunicatus. ex Alexandro tertio in *cap*. 1. *de apostatis, & reiterantibus baptisma extrà*. Hinc est, quod Clerici non attonso capite, ita vt aures pateant, ministrare in Ecclesia non debent. ex Concilio Martini Papę in *can. non liceat cuilibet ministeria tangere* 32. *eadem dist*. 23. & secundum Aaron talarem vestem induant. vt ibidem.

Tonsuram deferre tenentur Clerici coniugati, nisi viduam, vel etiam secundam duxerint vxorem. nam priuilegium perdunt. ex Syricio Papa Himerio Tarraconensi Episcopo in *can. quisquis Clericus aut viduam, aut certè secundam coniugem duxerit*. 5. *dist*. 84. ibique *Glossa* verbo *duxerit*. Ex Concilio Triburiēsi in *cap. clericus si tonsura dimissa vxorem acceperit 6. de vita, & honestate, clericorum*. ibique *Glossa* verbo *tondeatur*. Concordat cum Cōcilio Chalcedonensi in *can. eos, qui semel in clero taxati fuerint* 3.20.q.3.

Tormentum inferre, siue manibus propriis cędere aliquem Episcopo non licet. Ex Agathensi Concilio in *can non liceat Episcopo manibus suis aliquem cadere* 25 *distinct*. 86. Rationem inferente: *Hoc enim alienum à Sacerdote esse debet*. poterit tamen per alios. vt *Glossa* ibidem verbo *non liceat*. subnectit. Nam

Torturam potest inferre Episcopus, vt Iudex, ad eruendam veritatem per ministros videlicet Curiæ. Vt dum pœnis corpora subiiciuntur, quæ gesta sunt, fideliter, & veraciter exquirantur. Ex Eusebio Papa epistola prima ad Episcopos Gallię in *can. illi, qui, aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sūt* 4. *in fine* § q. 5. & ex Augustino ad Macedonium in *can. si res aliena propter quam peccatum est*. 1. *in fine* §. *sed numquid ideo nos, aut exigere, aut ad exigendum tradere vel possumus, vel dubitemus* § 14.q.6. ibique *Gloss*. verbo *exigere*. Sed non ita durè, neque tantas, quantas secularis Iudex. vt ibidem. concinit cum Gregorio Augustino Anglorum Episcopo in *can. fraternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi*. 11.12.q.2. verbis edicente: *Vnde necesse est, vt quidam damnis, quidam vero verberibus, & quidam districtiùs, quidam verò Lenius corrigantur*. Rationem inferendo quare id fiat: *Quia ipsi hoc prestatur, qui cor-*

*corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur*. Et sæpe hoc in Iudiciis ab ipsis Episcopis adhiberi solet, virgarum scilicet verberibus, vt tradit Augustinus ad Marcellinum Comitem de Donatistis captis in *can. circumcelliones illos, & clericos partis Donati* 1. *in fine* 23. q. 5. Non tamen per se ipsos proprijs manibus, sed per ministros. vt *Glossa* ibidem verbo *ab Episcopis*. advertit.

Tortura, siue tormenta infligenda non sunt sine præsumptione, præsertim clerico, nisi sit de crimine valde notatus. ex Gregorio Septimo Varien Episcopo in *cap. cum in contemplatione* 6. *extra de regulis Iuris*. Decernente: *In ipso causæ initio non est à quæstionibus inchoandum*. vbi *Gloss.* verbo *quæstionibus*. declarat dicens: *Hoc intellige nulla præsumptione præcedente*. additque ibidem *Glossella* Marginalis *Ioannis Andreæ*, & ipsa inquiens. *Etiam in publicis criminibus Iudex non incipit à tormentis: Sed etiam si per indicia sit procedendum, id faciet, si personarum conditio patiatur*. ibique notat *Abbas col.* 2. & Doctores notatque *Glossa* in *can. si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit* 8. *in fine* 1. q. 1. verbo *mediator prope finem*. noster *Marantu cons.* 147. *num.* 4. Alioquin appellatio permittitur. Ex Sceuola libro quarto regularum, quem inter sacros retulit canones Gratianus in *can. non solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest* 30. §. *ante sententiam appellari potest*. 2. q. 6. verba damus: *Ante sententiam appellari potest, si quæstionem in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges hoc faciat*. Hodie vero indifferenter à decreto, quem esse torquendum datur appellatio, quia grauamen infert irreparabile à diffinitiua. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 24. *cap. causæ omnes* 20. *de reformatione*.

Tortura enim non potest inferri nisi præcedentibus indiciis, & talibus quod sola confessio rei deficere videatur. *l.* 1. *& per totum titulũ ff. et C. de quæstionibus*. *Hieronymus de Federicis variarum resolut.* 53. *nu.* 8. *post* 2. *volumen consiliorum Farinacij*.

Tortura verò antequam inferatur, debet dari copia indiciorum reo, datis eidem defensionibus. *Carolus Tappia decis. Sacri Consilij* 22. & in *Iure Regni lib* 2. *cap.* 272. *fol.* 269. verbo. *Ordinem non seruare ad litteram T. Mastrillus decis.* 191. *Vincentius de Franchis decis.* 143. *Marius Burgius de modo procedendi ex abrupto q.* 100. *nu.* 200. *Scipio Rouitus*, qui ampliat, etiã in crimine Læsæ Maiestatis in *pragmaticam* 2. *de bonis proditorum à nu.* 37. *cum sequentibus*. Respodens contrariis, in nouissima impressione.

Totum sine omnibus suis partibus esse non potest: quia si totum est partes vtique complectitur omnes, ex quibus totum consurgit quam ob causam est, vt ex parte totum ipsũ intelligatur: quia pars sine toto non est. vt deducit Augustinus in quæstionibus Deuteronomij q. 37 ad caput 23. in *can. meretrices esse, & ad meretrices accedere prohibet Dominus* 21. *in fine* 32. q. 4. excipe dicentem: *Sed si furti nomine benè intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ: (non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit; sed vtique à parte totum intelligi voluit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur) profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atque illorum membrum non legitimus vsus prohibitus debet intelligi*. Rationem reddit Glossa ibidem verbo prohibuit. argumentum deducens, quod *idem iuris est in parte, & in toto*. Quia profectò partes in toto sunt, cùm totum ex partibus consurgat. ex eodem Augustino ibidem iterum deducto in *can. pœnale est occultè auferre: multò maioris pœnæ est, visibiliter eripere*. 13. 14. q. 5. in fine concludente: *à parte enim totum significauit, quidquid illicitè rerum proximi aufertur*. ibique *Glossa* verbo *à parte enim*. nam totum esse non potest sine omnibus suis partibus. Cæteroquin totum non esset. Deduciturque ex Paulo libro 21. ad Edictum in *l. rectè dicimus cùm fundum totum nostrum esse, etiam, cuius vsufructus alienus est* 25. *ff. de verborum & rerũ significatione*. inferente etiam: *Nec falsò dicitur meum esse, cuius non potest vlla pars dici alterius esse. & hoc Iulianus ait, & est verius*.

Totum enim necessario infert quamlibet sui partem. Nam pars in toto est. vt Vlpianus lib. 75. ad Edictum respondit in *l. si qua, cùm totum petisset* 7. *ff. de exceptione rei Iudicatæ*. Vlpianum audiss: *qua, cum totum petisset, partem petat, exceptio rei Iudicatæ nocet: Nam pars in toto est. Eadem enim res accipitur, & si pars petatur eius, quod totum petitum est. &c.* *Rota* apud Sanctæ Memoriæ *Gregorium* 15. *decis.* 133. *num.* 3. & in *residuo partis* 5. *recentiorum per Rubeum decis.* 417. *nu.* 6. Inde per Innocentiũ tertium Mutinensi Episcopo in *cap. tuas dudum* 5. siue finali de sponsa duorum extra dicitur, quod: *Turpis est pars, quæ suo non congruit vniuerso*. sicut ergo in

Toto quælibet eius comprehenditur pars, ita & in omnibus partibus simul sumptis totũ continetur. *Rota apud Coccinum decis* 493. *nu.* 23. deducitur ex Vlpiano libro 40. ad Sabinum in *l. Vulgaris. est quæstio* 21. *ff. de furtis*. quem inter sacros deduxit Canones Gratianus in *can Vulgaris est quæstio* 16. *de pœnitentia dist.* 1. illis præsertim verbis: *Nam, & qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum eum videtur tetigisse*. ibique *Gloss.* verbo *totum*. *in fine*. inferens: *Quia si ingredior partem fundi, vel prædij, totius nanciscor possessionem*. ex Paulo libro 67. ad Edictum in *l. possideri autem possunt, quæ sunt corporalia* 3. *in primo responso ff. de acquirenda, vel amittenda possessione*. Dicentem excipe: *Quod autem diximus, & corpore, & animo acquirere nos debere possessionem; non vtique ita accipiendum est, vt qui fundum possidere velit, omnes glebas eius circum ambulet: sed sufficit, quamlibet partem eius fundi introire: dum mente & cogitatione hac sit, vt totum fundum vsque ad terminum velit possidere*. ibique *gloss.* verbo *quamlibet*. & prosequitur *gloss.* in *can. propriè in morte Crucifixi* 13. *ad finem* §. *hoc autem non, non ex nostra persuasione defendere. de consecratione distinct.* 4. verbo *trium millium*. *in fine*. dũ

ratio:

rationem tradit, quomodo Petrus tria millia hominum vna die baptizauit.

Totum integrale destituitur singulis eius partibus deficientibus. Hinc est, quod, qui totũ integrale possidet, non dicitur diuisim singulas eius partes possidere, & si totum possideat, in quo partes continentur. ex Iaboleno libro 9. Epistolarum in *l. eum, qui ædes mercatus est, non puto aliud, quàm ipsas ædes possidere 23 ff. de vsucapionibus, seu vsurpationibus.* ibique *Glossa* verbo *ædes.* id est; hoc totum integrale. ex *Accursio.* sequitur *Cencius de censibus q. 101. num. 10. in nouis impressis.* Vnde est quod idem Ius est de voto quoad totum, quod est de parte quo ad partem. Quia nimirum eiusdem Iuris sunt pars, & totum. ex Caio lib 6. ad Edictum prouinciale in *l. quæ de tota re vendicanda dicta sunt, eadem, & de parte intelligenda sunt. 75. ff. de rei vendicatione.* ibique *gloss.* verbo *dicta sunt.* & *Bart.* in summario. Atque Doctores ibidem. concinitque Vlpianus lib. 7. Digestorum in *l. qui scit fundum cum alio sibi communem esse 25 ff. de vsuris, fructibus, & causis, & omnibus accessionibus, & mora.* in principio. verbis illis: *Et quemadmodum si totum fundum alienum quis sciens possideat, nulla ex parte fructus suos facit, quo quomodo fati fuerint.* ibique *Gloss.* verbo *quemadmodum* Rationem reddens: Quia *Quod est in toto quod ad totum, est in parte quo partem.* & sequitur *Rota* coram Iullo io *Forolimensi census 12. Iunii 2609. decis. 214. num. 5. & 6. apud Cencium de censibus.*

Traditiones Apostolicas ita obseruare, atque venerari debemus, ac leges diuinas, quando contrarium non reperitur decretum per Summum Pontificem. Ex dictis Basilii in *can. Ecclesiasticarum institutionum 5.* & ex Beato Augustino ad Calulanum in *can. in his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura 7.* & libro de fide Christiana in *can. Catholica Ecclesia per orbem terrarum diffusa 8. distinct. 11.* & dixit Vrbanus Papa in *can. sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges. 6. 25. q. 1.* Non tamen condere licet contra Euangelium, vel sacram scripturam, vel sanctos Apostolos, *sed vsque ad animam, & sanguinem cõfirmare.* vt ibidem. *Nauarrus de redditibus Ecclesiasticis q. 1. monito 23. num. 6.*

Traditiones Ecclesiasticæ, præsertim, quæ fidei non officiunt, ita obseruandę, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more subuerti. Hieronymus ad Lucinium in *can. illud breuiter te admonendum puto 4. distinct. 12.* plura tradit *glossa* ibidem verbo *contrario more.*

Traditiones enim Patrum nostrorum contemnendę non sunt. Non enim licet, quæ decreuit antiquitas temeraria præsumptione peruadere. ex Gelasio Papa Vniuersis per Mardaniam constitutis in *can. quia per ambitiones illicitas non pudet quosdam Ecclesiarum iura turbare. 6. distinct. 64.* Hinc est quod

Transgressores Ecclesiasticarum consuetudinum, sicut preuaricatores diuinarum legum, coercendi sunt. ex Augustino ad Casulanum in *can. in his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei, & instituta maiorum pro lege tenenda sunt. 7. distinct. 11.* verba sunt Augustini: *Et sicut preuaricatores diuinarum legum, ita contemptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.* ibique *Glossa* verbo *consuetudinum.* Et dictum fuit in Septima Synodo *can. si quis omnem traditionem Ecclesiasticam scriptam, vel non scriptam violat, anathema sit. 2. 1. q. 7.*

Transactione litigia terminantur. Fit autem transactio cum quid datur, vel accipitur, vel promittitur inter partes, vt à litigio discedatur. Ex Gelasio Papa Episcopis per Lucaniam in *can. generalis etiam querela vitanda præsumptio est 12. ad finem distinct. 54.* verbis edicente Gelasio: *Nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, &c.* à litibus vtique discedatur. transaltione ergo lites dirimuntur. ibique *Glossa* verbo *transactione.* vbi quod

Transactio fieri non potest super re spirituali, alioquin simonia esset; sed benè pro re temporali, vt puta super libertate, vel super ipso seruo. & concordat idem Gelasius Martino, & Iusto Episcopis scribens in *can. ex antiquis regulis 9. eadem distinct. 50.*

Transacta, quę sunt, & remissa, non debent iterum recidiuo dolore iterari. ex Gelasio Papa Geruntio, Ioanni, Germano, & Petro Episcopis in *can. si illic, vbi hec acta sunt. 29. 23. q. 4.* vbi *Glossa* verbo *transactum.* firmam esse dicit transactionem, quę Iudicis auctoritate facta fuerit.

Transactio super re sacra, & spirituali dato pretio interuenire non potest, sed benè amicabilis compositio, vt super beneficio. nã super re spirituali simonia interuenit. vt decernit Alexander Tertius in *cap. super eo, quod quęsiuisti 7. extra de transactionibus.* ibique *glossa* verbo *super re sacra.* Et ex Concilio Vrbani Papæ habito Placentiæ in *can. ea, quę à sanctis Patribus de simonia statuta sunt 5. 1. q. 3.* ibique *Glossa* verbo *vel promissa.* nec discessit Bonifacius Papa omnibus Calaritanę Ecclesiæ cœnobitis in *can. quàm pio mentis affectu 2. in fine 1. q. 2.* Debet verò fieri transactio sub beneplacito sedis Apostolicæ. *Rota apud Coccinum decis. 301. num. 11. & sequent.*

Transactio, etiam super decimis, summi Pontificis auctoritate confirmata, afficit successores quoque & ex personali in realem transit. ex Alexandro Tertio Abbati de Seraphor, & Priori de Phè in *cap. veniens ad Apostolicę sedis clementiam 8. §. mandamus quatenus. extra de transactionibus.* verbis dicente: *transactionem præscriptam auctoritate Apostolica confirmatam esse docuerint.* ibique plenè *Gloss.* verbo *confirmatam. Rota in post humis Farinacij part. 1. decis. 730. num. 9.* & apud *Coccinum decis. 362. num. 1.* Qui verò eam impugnarit, probare debebit Læsionem. *Rota apud Coccinum decis. 373.* Si verò non fuerit auctoritate Apostolica confirmata successorem non afficit. ex eodem

Ale-

Alexandro eodem *cap. veniens 8. d. §. mandamus quatenus de transactionibus.* dictum fuit in *Marsicanâ Iurisdictionis 8. Februarii 1616. coram Buratto decis. 152. num. 1.*

Transactio, quæ litium finiendarum causâ inuenta est, fauorabilis æstimatur. *Rota apud Card. Caualerium decis. 407. nu. 1. & per totam.* Trāsactionis proinde exceptio litis impedit ingressum. Ex Innocentio Quarto in Concilio Lugdunen in *can. exceptionis peremptoriæ 1. de litis contestatione in 6.* verbis dicente: *Nisi de re iudicata, transacta, seu finita excipiat litigator.* ibique *Glossa* verbo *transacta.* Quia nimirum. *Causas, vel lites transactionibus legitimis finitas, imperiali rescripto resuscitari non oportet.* Vti Diocletianus, & Maximianus decreuere Cæsares in *l. Causas, vel lites 16. C. de transactionibus.* Rationem reddit *Gloss.* ibidem verbo *oportet*, & ipsa dicens: *Cum enim exhaurio in totum Ius alterius, præsumitur contra Ius,* (rescriptum vtique) *& ideo non valet.* Rota apud *Caualerium decis. 550. num. 2.* Nam pro validitate transactionis præsumendum. apud eundem *Caualerium decis. 643. num. 4.* & Transactionis exceptio litis dicitur finitæ, reique iam Iudicatæ comparatur, & vim obtinet d. *cap. 1. de litis contestatione in 6.* verbis edicente Innocentio Quarto *Nisi de re Iudicata, transacta, seu finita excipiat litigator.* Dixitque Imperator Philippus A. Appollophaniæ respondens in *l. Fratris tui filij 10. C de transactionibus.* rationem reddens: *Nullus etenim erit litium finis, si à transactionibus bona fide interpositis, cœperit facile discedi.* & ibidem d. *l. causas, vel lites. 16.* Rota apud *Cocceinam decis. 268. nu. 1. & sequentibus.* & dictum fuit in *Pistorien Parochialis Sancti Hyppoliti 19. Aprilis 1638. coram Dunozzetto decis. 115. nu. 3.* in nouis additis ad *praxim Viuiani de Iurepatronatus.* Reprime si doceatur de errore, tunc enim non est litis finitæ, vel etiam de dolo. *Rota apud Seraphinum decis. 230. num. 2. & 3.* alioquin

Transactio propter dubium litis euentum substinetur. ex Antonino Cæsare in *l. cum te proponas eum sorore tua de hæreditate transegisse 2. C. de transactionibus.* Nec diuersimodè Vlpianus libro 50. ad Edictum in *l. qui transigit, quasi de re dubia, & lite incerta, neque finita transigit. 1. ff. de transactionibus. Rota apud Coccinum decis. 374. nu. 1. & decis. 436. nu 5. & 6.* & apud S. Memoriæ *Gregorium 15. decis. 109. nu. 2.* vbi *Beltraminus. nu. 5.* etiam facta post rem Iudicatam, si sententia fuit nulla, & dubium erat an esset valida apud eundem *Coccinum decis. 491. nu. 1. & 2.* Et propterea Transactio habet executionem paratam. Potissimum accedente obligatione Camerali. ex *l. non minorem 20. C. de transactionibus Rota apud Caualeriam decis 23.*

Transactio super Iure patronatus fieri minime potest, nisi Episcopi, vel Sedis Apostolicæ assensus intercedat: Quia simonia videtur. ex Lucio tertio Ormen Episcopo in *cap. præterea, quando inter laicos, & viros religiosos 9.* ibique Doctores. *extra de transactionibus.* Rota in *Pistorien Parochialis Sancti Hyppoliti 19. Aprilis 1638. coram Dunozzetto decis. 115. nu. 18.* in nouis additis ad *praxim Viuiani de Iure patronatus.*

Transactio super decimis, futuris præsertim fieri prohibetur. ex Concilio Moguntinensi in *can. decimas, quas populus dare non vult 7. 16. q. 7.* Concinit in simili de sepultura verba faciens Concilium Triburiense in *can in Ecclesiastico namque libro scriptum est 14. 13. q. 2.* De præteritis vero potest, *ne quid fiat in damnum alterius.* ex Ambrosio in *can. denique si non potest subuenire alteri, nisi alter lædatur. 10. 14. q. 5.* sequitur *Abbas* in *cap. vt super aliqua 8. na. 6. de rebus Ecclesiæ alienandis, vel non. Quaranta in summa Bullarum* verbo *alienatio rerum Ecclesiasticarum na. 20.*

Transit res cum suo onere in quoscumque successores, non itaque licet contra Auctoris sui factum venire. Hinc est, quod contra auctoris sui factum venientibus, vt indignis, hæreditas legibus auffertur: nec eis licet hæreditatem, etiam paternam capientibus, cōtra auctoris sui prosilire Iudiciū. Decreuit Gelasius Papa Crispino, & Sabino Episcopis scribens in *can. Siuester, & Faustinus Ecclesiæ Grameutinæ clerici 13. ad medium. 11. q. 1.*

Transitus per alienum agrum, non licet, inuito Domino. ex Isidoro in *can. omnes leges 1. in fine dist. 1.* dicente: *Transire per agrum alienum fas est, Ius non est.* Fas, id est æquum est, cum subest causa; & innoxius est trāsitus. vt *Glossa* ibidem ex Augustino in *can. notandum est sanè 3. sine finali in fine 23. q. 2.* dicente de filijs Israel contra Amorrhæos: *Innoxius enim trāsitus denegabatur, qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat.* ibique notat *gloss.* verbo *transitus.* sicut etiam de via publica vt ibidem

Transitus est per aquam baptismatis à terrenis ad Cœlestia. Hoc est enim Pascha, idest transitus eius. transitus à peccato ad Vitam, à culpa ad gratiam, ab inquinamento ad sāctificationem. Qui per hunc fontem transit, non moritur, sed resurgit Ambrosius libro 1. de sacramentis in *can. per aquam baptismi transitus est à terrenis ad cœlestia 9. de consecratione dist. 4.*

Translatio de minori Ecclesia ad maiorem nō propria auctoritate, sed vel communi vtilitate, vel necessitate fieri debet. ex Antero Papa ad Episcopos Beticæ, & Toletanæ Prouinciæ in *can. mutationes Episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitate fieri licere 34. 7. q. 1.* qui post medium sic infert: *Non enim transit de Ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria voluntate facit; sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi non superbè, sed humiliter ab alijs translatus, & interonizatus est.* Hoc tamen *non sine Sacrosanctæ Romanæ Sedis authoritate, & licentia,* Cæteroquin *Vbicumque fuerit Episcopus; siue Romæ siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis, eiusdem meriti, eiusdem est Sacerdotij. Potentia*

*diuitiarum,& paupertatis humilitas, vel sublimiorem, vel inferiorem Episcopum non facit, cæterum omnes Apostolorum successores sunt.* Sic verbis defert Hieronymus ad Euagrium Episcopum in *can. legimus in Esaia: fatuus fatua loquetur.* 24. *col.* 3. *in principio dist.* 93. & ita non mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui non causa auaritiæ, aut dominationis aut propriæ voluntatis, vel suæ delectationis migrat de Ciuitate in Ciuitatem, sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur. Nā plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est. Aliud est enim mutare, & aliud mutari. verba sunt Pelagii Papæ Secundi Benigno Archiepiscopo in *can. scias frater dilectissimè, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis.* 35. *eadem* 7. *q.* 1. prosequiturque ibidem in *can. omnis qui gemebat, & vexabatur à Saul fugiebat, & veniebat ad Dauid* 36. rationem reddens: *Nec ipsi in hoc peccant Episcopi, quoniam non spontè, sed coactè hoc agunt: sed illi, qui eos persequuntur: nec ipsis Episcopis hoc imputari potest, sed illis, qui hoc agere cogunt.* Alioquin Adulteretur Episcopus, qui sine causa mutat: Nam *Sicut vir non debet adulterare vxorem suam; ita nec Episcopus Ecclesiam suam; id est, vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat.* Vt Enaristus Papa omnibus Episcopis scripsit in *can. sicut vir non debet adulterare vxorem suam* 11. *eadem* 7. *q.* 1. Cæteroquin per ambitionem translatus videtur, qui despecta mediocritate Ciuitatis suæ administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem plebem se quacumque ratione transtulerit. ex Leone Papa Anastasio Thessalonicensi Episcopo in *can. si quis Episcopus mediocritate ciuitatis sua despecta* 31. *eadem* 7. *q.* 1.

Translatus fuit Petrus Apostolus Princeps Apostolorum de Antiochia Romam vtilitatis causa, vt ibidem potius proficere posset. Anterus testatur Papa Episcopis Bæticæ, & Toletanæ Prouinciæ in *can. mutationes Episcoporum* 34. *eadem* 7. *q.* 1.

Transferri non debent alij inferiores Prælati, & Presbyteri de loco ad locum, de Ecclesia ad Ecclesiam, sine causa, vel necessitatis, vtilitatis, & sine Episcopi permissu. Ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. Episcopus de loco ignobili* 37. *eadem* 7. *q.* 1.

Translatus de Ecclesia in aliam Ecclesiam nihil iuris retinet amplius in Ecclesia à qua translatus fuit. Ex Chalcedonense Concilio in *can. si quis ita translatus est ab alia Ecclesia in aliam.* 3. 21. *q.* 2. & plura ad rem tradit *Glossa* ibidem verbo *translatus.* Quando quis translatus dicatur. Quod oporteat vt adeptus sit possessionem Ecclesiæ ad quam translatus fuit. Ex Concilio Ancyrano in *can. si qui Episcopi ordinati sunt, nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant de nominati.* 6. *distinct.* 92. requiritur ergo possessio. Tunc enim translatus dicitur. vnde

Translatus de vno loco ad aliud, desinit esse primi, & efficitur secundi. *Crescentium decis.* 14. *num.* 2. *de rescriptis.*

Translatum naturam assumit eius in cuius locum transfertur. ex Gregorio Mariniano Episcopo Rauennati in *can. ne pro cuiuslibet Monachi, aut Abbatis promotione onus fortasse aliquod monasteria subsistineant* 37. 16 *q.* 1. prosequitur *Gratianus forensium disceptationum part.* 2 *cap.* 291. *num.* 1.

Translatio facta de vno monasterio antiquo in nouum, intelligitur cum omnibus bonis antiqui monasterii. ex Gregorio Agapito Abbati in *can. quia monasterium quod in fundo Martiano situm est.* 2. *extrà de religiosis domibus, & vt Episcopo sint subiecta* & dixit Rota in *Colonien Monasterij Canonicorum Regularium Beatæ Mariæ Nouesien* 21. *Iunii* 1628. *coram Vbaldo. decis.* 5. in manuscriptis circa finem quæ est in impressis *part.* 5. *in recentioribus decis.* 193. *num.* 7.

Translatio facta censetur cum suis omnibus qualitatibus. Ex Paulo libro 5. ad legem Iuliam, & Papiam in *l. translatio legati fit quatuor modis* 6. *ff. de adimendis, & trasferendis legatis vel fideicomissis. Rota part.* 1. *in recentioribus decis.* 122. *num.* 10. in qua decisione, quæ est coram *Attrebaten* in *Papien Pensionis* 11. *Decembris* 1606. de translatione pensionis agitur.

Transmitti non potest Ius, quod quis non habet. *Quid enim dat & transmittit qui nihil habet?* hic etenim Vrbanus Secundus Petro Pistoriensi Episcopo, & Rustico Abbati Vallis vmbrosæ. in *can. Daibertum à Nezelone* 24. 1. *q.* 7 respondit: *Quod Nezelon (quem constat ab heretico ordinatum) Quia nihil habuit, nihil dare potuit ei, cui manus imposuit.* valde *Glossa* verbo *dare.* argumentum deducit: *Qui nihil habet, nihil dare potest* interque *Quod pro non dato habetur, quod datur ab eo, qui de iure dare non potest.* Mutuo accepit ex Alexandro tertio Eboracensi Archiepiscopo in *cap. quod autem consuluit.* 5. *in fine extra de Iure patronatus.* Rationem reddente: *Quia pro non dato habetur, quod ab illo datur, qui non potest de Iure donare.* ibique notat *gloss.* verbo *pro non dato.* Iure ergo transmitti non potest Ius, quo quis non habet. ex Bonifacio Octauo in regula *Nemo potest plus Iuris in alium transferre, quàm sibi competere dignoscatur* 79. *de regulis iuris in* 6. dixitque Vlpianus libro 16. ad Edictum in *l. nemo plus Iuris in alterum transferre potest, quàm ipse habet* 55. *ff. de regulis Iuris* & in materia Iuris patronatus respondit *Rota in Pistorien Parochialis* 14. *Ianuarii* 1638. *coram Merlino. decis.* 219. *nu.* 7. in nouis additis ad *Viuianum in praxi Iuris patronatus.* Quæ in impressis apud ipsum Merlinum est *decis.* 793. *nu.* 8. *in fine part.* 2.

Transumptum simplex, quod per se non probat, non concurrentibus adminiculis per Gregorium nonum in *cap. si instrumenta propter vetustatem* 16. *sine finali extra de fide instrumentorum.* ibique *Doctores.* Quod scilicet extractio Iudicis mandato fiat ex Originali recognito: cū aliter factam, simplex dicatur scriptura, & informis, concurrentibus tamen

men adminiculis,& coniecturis talibus,quę sufficiant ad inducendum animum Iudicis ad credendum illi,cum probationes sint arbitrarię, tunc plene probat, & habetur pro concludenti probatione. *Verallus.* Episcopus Caputaquen.*decis.*234.*parte* 1. *Rota apud Caualerium decis.*79. *nu.*2. præsertim verò si sit scriptura, quę habeat formam scripturę publicæ, & delonginquis partibus delata, sit.apud *eundem* in eadem Causa *decis.*142.*nu.* 2.3.4.& 5.

Traosumptatio vero, vt sit fidelis, fieri debet cum omnibus additionibus, cassaturis, & apostillis pro vt iacet. *Alexander conf.*176.*nu. libro* 7. *Rota apud eundem Caualerium dec.*641. *num.*4.& 5.

Tregua, quę securitas dicitur,siue pax personis,rebusque data,discordia ooo dum completa,si violata fuerit,qui illam violauerint, infregerintque excommunicationi subducitur. ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can.illi,qui peregrinos, vel oratores cuiuscumque Sancti* 25.24 q.3.deducitur que ex Victore Papa ad Afros in *can perlatum est ad Sedem Apostolicam* 11.*in fine distinct.*90.dicente illo: *Nam si hoc agere cito neglexeritis,& vicissim reconciliari non studueritis:ab Apostolicę Sedis,& totius Ecclesię communione vos pelli non dubitetis.*

Tributum,& tributi solutio signum est subiectionis. ex Vrbano Papa in *can. Tributum in ore piscis piscante Petro inuentum est.*22.23.q.8. ibique *Glossa* verbo *Ecclesia*. & Augustinus super Epistolam ad Romanos in *cap. omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit* 2.de censibus,exactionibus,& procurationibus. in fine rationem inferens,dicensque: *Ideo enim tributa præstatis, quia hac est probatio subiectionis.* Nec diuersimode Ambrosius in commentariis in Lucam libro 4. capite penultimo in *can.magnum quidem est,& spirituale documentum* 28. 11. q.1. inferens in fine exemplo Christi:*Si enim censum filius Dei soluit, quis tu tantus es,qui non putes esse soluendum?* vbi *gloss.* verbo *subiecti*.subnectens: *Tributum est probatio subiectionis*.inferens : *Verum est,quod est signum subiectionis licet non plena probatio.* deducit *Isernia in prelud.js feudorum q.*3. *nu.*38. *in fine*.

Tributum soluit Christus non quia subiectus esset,sed ne scandalizaret peccatores.Christus enim nemini erat subiectus. vt *Glossa* respondet in d.*can.magnum quidem est, & spirituale documentum.*28. verbo *omnis anima*. & verbo *soluit*.& Augustino ad Pollentiom lib. 2.de adulteris coniugijs in *can. iam nunc illud videamus,quod ait Apostolus* 8.*post medium* 28. q.1.inferente rationem : *Multa sunt enim facienda non iubente lege,sed libera charitate:& ea sunt in nostris officijs gratiora quę,cùm liceret nobis etiam,non impenderę,tamen causa dilectionis impendimus.Vnde prior Dominus ipse, cùm tributum se non debere monstrasset: soluit tamen,ne scandalizaret eos,quibus ad æternam salutem generi hominem consulebat.*

Tributa etiam Christus solui iussit:(*Matthæi* 22.21.)dicens:*Reddite ergo,quę sunt Cęsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo*. Quia propter bella necessario militi stipendium præbetur vt respondit Augustinus cōtra Manichęos in *can.quid culpatur in bello?* 4.23.q.1.sequentibus verba faciens : *Vnde neque Ioannes ab armis iubet discedere milites: & Christus tributa Cęsari monet reddi: Quia propter bella necessario militi stipendium præbetur.* Nec diuersimode Vrbanus Papa d.*can.Tributum in ore piscis piscante Petro,inuentum est.*22.*in fine* 23.q 8.rationem reddens, quare quod in ore piscis inueoitur,pro Petro, & Domino dari iubetur : *Quia de exterioribus Ecclesię,*(inquiens) *quod constitutum antiquitus est,pro pace,& quiete,qua nos tueri,& defensare debent,Imperatoribus persoluendum est.* vbi *Glossa* verbo *defensare* subnectit:*Ergo nisi defendant, non est eisdem dandum tributum*.

Tributa de rebus Ecclesiæ,etiam ex pia causa donatis, non solui debere, Imperatores ipsi decreuere. ex Constantio, & Constante. ex Gratiano,Valentiniano,& Theodosio.& ex Iustiniano in *can.in qualibet Ciuitate , in quolibet oppido, vico , Castello.Municipio* 23. *eadem* 23.q.8.& decretum fuit in Concilio Parisiensi in *can.secundū canonicam auctoritatem* 24. *eadē* 23.q.8.vt,qui collectus,siue tributa ex rebus Ecclesiæ exigere tentarent, excommunicatione ferireotur,dicendo in fine.*Quod si feceris; communione vsque ad satisfactionem priuetur,& regia potestate dare cogatur*.

Tributum soluitur Episcopo siue census annous ratione sollti, siue consuetudinis. ex Concilio Vrbani Papæ habito Aluernię in *can.quæsitum est de Episcopis* 4.1. *quæst.*3. *in fine.* Constituente : *Saluo vtique Episcoporum censu annuo,quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt*.

Tributaria sub conditione Ecclesia construi, neque consecrari debet. fuit Decretum in Concilio Bracharensi Secundo in *can. si quis Basilicam non pro deuotione fidei,sed pro quęstu cupiditatis ędificato* 10. *de consecrat. distinct.* 1. dicente,ac decernente Concilio:*Hoc de cætero obseruari debet, vt nullus Episcoporum tam abominabili voto consentiat ; Nec basilicam, quæ non pro Sanctorum patrocinio, sed magis sub tributaria conditione est condita, audeat consecrare*. ibique notat *Glossa* verbo *sub tributaria*.

Tribulatio est,quæ mentem illuminat.vnde solis homine tribulatio exauditur. ex Augustino super epistolam primam Ioannis tractatu 4.in *can. vnctio inuisibilis Spiritus sanctus est* 8.*de pœnitentia distinct.*2.verba sunt Augustini de charitate verba facientis : *Quæ*( charitas videlicet ) *quamuis ardente sole, arescere non potest ; nutritur ardore solis non arescit*. vbi *Gloss.* verbo *ardente.*exprimit id est,*à tribulatione feruente*. & verbo *solis* explicat: *id est laboris,& tribulationis . iuxta illud* : In sole (id est labore) posuit Dominus tabernaculum suum: *Tribulatio enim*, (*secundum Apostolum*)*patientiam operatur.Sed quod tribulatio patientiam non tollit, hoc facit charitas*. ibique etiam *Glossella Marginalis*,& ipsa proferens:*Sol pro tribulatione po-*

nitur. Nec recedit illud (Canticorum. 1.) Nigra sum, sed formosa: Quia decolorauit me sol. notat Nauar. eodem can. vnctio. Nam ex Gregorio: Oculos, quos culpa claudit, pœna aperit. refert Glossella Marginalis ad Gloss. verbo perficere in bono. in can. talibus Deus diligentibus eum omnia cooperantur in bonum 27. eadem de pœnitentia distinct. 2. deducit Nauar. de oratione, & horis canonicis. cap. 19. nu. 113. in fine. & nu. 114. verba damus Nauarri: Causam verò, cur septimam petitionem, in qua petimus liberari à malo, non posuit S. Lucas, ait Augustinus esse: quod impleta sexta, in qua petimus ne nos vincat tentatio, sat, superque impletur septima, in qua petimus liberari à malis: quando quidem mala, quæ nobis pęnam, & damnum corporale inferunt, magis bona, quàm mala sunt; nisi nos pręcipitent in aliquas culpas, iuxta illud Apostoli: (ad Romanos 3.) Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. & proinde mala sunt eis bona. Cuiusmodi fuerunt Iob, & alijs innumeris. ita Nauarrus. Hinc est quod

Tribulati gratias agere debent Deo. ad illud Gregorij Constantinę Augustę in can. si Episcoporum causę mihi commissorum. 6. siue finali 21. q. 5. verbis scribentis: Sed, vt Episcopi mei me despiciant, & contra me refugium ad seculares Iudices habeant; Omnipotenti Deo gratias ago, peccatis meis deputo. vbi Gloss. verbo gratias ago. sequentibus infert: Non de facto ipsorum: quia ipsi peccant: sed pro pęna, quam ego substineo. Sicut Iob egit gratias Deo pro sua pœna: non pro persecutione malorum; cùm sic dixit: sit nomen Domini benedictum. Sic Glossa.

Tribulatio quippe adiutorium est tribulatis, vt ad Deum reuertantur. sicut Angelus ad Agar (Genesis 21.) dixit: Reuerte ad Dominam tuam perpendit Augustinus super Ioãnem tractatu 11. ad caput in can quando vult Deus concitare potestates aduersus hęreticos 39. post principium 23. q. 4. excipe dicentem: Agar cùm humiliata discederet à domina sua, occurrit ei Angelus, & dixit: (Quid est Agar ancilla Saręs?) Cum quæsta esset de domina, quid audiuit ab Angelo? (Reuertere ad dominam tuam.) Ad hoc ergo affligitur, vt reuertatur. atque vtinam reuertatur: Quia proles eius, sicut filij Iacob, tum fratribus hęreditatem tenebit. Id circo enim tribulamur, vt ad Dominum reuertamur à quo discessimus. vel vt in virtute exerceamur. de vtroque Augustinus ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in can. non omnis, qui parcit amicus est, nec omnis, qui verberat inimicus 3. 5. q. 5. audi dicentem, atque Dei Omnipotentis exemplum proponentem: Quis nos potest amplius amare, quàm Deus? Et tamen nos non solùm docere suauiter, verùm etiam salubriter terrere non cessat. Fomentis lenibus, quibus consolatur, sępe etiam mordacissimam medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame patriarchas etiam pios & religiosos; populum contumacem pœnis grauioribus agitat; non aufert ab Apostolo stimulum carnis tertiò rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. inferens in fine: Noueris aliquando furem auertendis pecoribus pabulum spargere, & aliquando pastorem flagello ad gregem pecora errantia reuocare. Rationem quoque Gregorius ad Recaredum regem scribens reddit in can. aduersitas, quę bonis votis obijcitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis. 48. 7. q. 1. subnectens: Quis enim nesciat, quàm prosperum fuit, quod Beatus Paulus Apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat? Et tamen veniens naufragium pertulit: Sed nauis cordis in maris fluctibus integra stetit. Dat itaque ipse remedium quid in aduersitatibus faciendum, Constantio Mediolanensi Episcopo scribens in can. in cunctis, quæ in hac vita adueniunt 52. 11. q. 3. verbis edicens: In cunctis, quę in hac vita aduersa proueniũt, sola est sicut nostris, Omnipotentis Dei districtio pensanda, atque ad cor semper proprium recurrendum: Vt nullius nos ibi lingua implicet, vbi conscientia non accusat.

Tribulatio proinde patienter toleranda, ne nos culpæ (quod absit) offensa respiciat; sed ferendum, quod Dei Iudicio occulto, nobis infertur, pro purgatione fortassis nostra. Ex Gregorio ad Candidum Episcopum in can. cùm percussio corporalis imminet, vtrum pro purgatione, an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur. 2. 7. q. 1. Concinitque in eũdem sensum idem Gregorius ad Theotistam Patriciam scribens in can. sunt plurimi, qui vitam bonorum, amplius quàm debent, laudant 11. 6. q. 1. subsequens: Et, ne qua elatio laude subrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere; vt si qua culpa ex ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur.

Tribulatio inde iustis quoque immittitur, vt per perseuerantiam æterna pręmia consequantur. iuxta illud Domini (Matthæi 10.) Beatus qui perseuerauerit vsque in finem. ad quę verba Liberius Papa omnibus Episcopis scribens in can sugestum nobis est, quod pro præteritis laboribus 46. 7. q. 1. sic commentum agit: Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de virtute patientię? Quoniam secundum Apostolicam prædicationem (2. ad Timoth. 3.) (Omnes, qui volunt in Christo piè viuere persecutionem patiuntur.) Ideo, fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo à pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Ideo Paulus excęcatus, vt mutaretur, sicut Donato presbytero persuadet Augustinus in can displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. col. 2. post principium 23. q. 4. verba sunt Augustini: Si voluntas mala semper sua permittenda est libertati; quare Paulus non est permissus vti pessima voluntate, qua persequebatur Ecclesiam; Sed prostratus est, vt excæcaretur: excæcatus, vt mutaretur: mutatus, vt mitteretur: missus, vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur? Rationem habes ex eodem Augustino contra litteras Petiliani in can. qui peccat, non peccat legis auctoritate, sed contra legis auctoritatem 40. §. finali 23. q. 4. audi dicentem: De persecutione vestra querela sedabitur; si cogitetis, & intelligatis prius non omnem persecutionem esse culpabilem. Alioquin non laudabiliter diceretur (psalmo 100.) Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Nam quotidie videmus & filium de patre tamquam de

pro-

*persecutore suo conqueri, & coniugem de marito, & seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de Iudice, & militem, vel prouincialem de duce, vel rege: Cum illi plerumque ordinatissima potestate homines sibi subiectos per terrores leniorum pœnarum à grauioribus malis prohibeant, atque compescant.*

Trinitatis tota Deitas coessentialis, & consubstantialis, & coeternalis, & coomnipotens, est tribus personis, Patri, & Filio, & Spiritui Sancto. & singulæ quæque in Trinitate personę plenus Deus, & totę tres personæ vnus Deus sunt. Ex Confessione fidei in Concilio Carthaginensi quarto, cui interfuit Augustinus tempore Honorii Augusti in *can. qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur 5. post principium dist.23.* Idemque Augustinus libro 1. de Trinitate cap.4. in *can. omnes, quos legere potui, qui ante me scripserunt de Trinitate. 30. siue finali de consecrat. dist.3.* sic doctrina de trinitate tradit Sāctissima: *Quod Pater, & Filius, & Spiritus sāctus vnius, eiusdēque substātiæ inseparabili æqualitate diuinā insinuent vnitatē: ideoque non sint tres Dei, sed vnus Deus, quamuis pater filium genuerit; & ideo filius non sit, qui pater est; filiusque à patre sit genitus, & ideo non sit pater, qui filius est; Spiritusque Sanctus nec pater sit, nec filius, sed tantum patris, & filii spiritus, patri, & filio etiam ipse coęqualis, & ad Trinitatis pertinens vnitatem.*

Trinitatis opera inseparabilia sunt. & quamuis pater & filius, & Spiritus sanctus, sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operantur Augustinus d. *can. omnes, quos legere potui 30. siue finali in fine de consecrat. dist.3.* Idemque Augustinus ad Pollentium lib.1. de adulterinis coniugiis cap.18. in *can. sic enim recedere ab infidelibus vxoribus, vel maritis 9. §. quoniā ergo ab infideli fidelem discedere non prohibet 28.q.1.* verbis enūcians: *Absit enim, vt quisquā catholicus dixerit, quod suadet Spiritus sanctus, non Dominum suadere, cùm & ipse Dominus sit, & inseparabilia sint opera Trinitatis.* Quod exaudi ad extra. & *pro maiori parte. Nam quędam attribuuntur patri, quæ non filio. & e contra. H. sed tu dic: opera operantia. operata enim opera non sunt inseparabilia. de consecrat. dist. 3. cap. vlt.* Ita Glossa ibidem verbo inseparabilia.

Trinitatem autem loqui, & dicere, & loqui in Trinitate, hoc non secundum consuetudinem nostram, qua ad nos inuicem sermocinamur, accipiendum est, & loquimur; sed iuxta formam incorporalium naturarum, & maxime Trinitatis, quæ voluntatem suam inserit in corde credentium, & eorum, qui eam audire sunt digni hoc est dicere, & loqui. Dydimus lib.2. de Spirito sancto in *can. saluator, qui & veritas 40. siue finali de consecratione dist.5.*

Tristitia non essumenda cum à Domino euocamur ex hac vita, sed voluntatis eius imperio parendum. ex Cypriano in sermone de mortalitate in *can. quam prępostęrum est, quamquam peruersum 25.13.q.2.* verba proferuntur: *Quam præposterum est, quamque peruersum, vt cùm Dei voluntatem fieri postulemus, quando euocat nos, & accersit de hoc mundo Deus, non statim voluntatis eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & pernicacium more seruorum ad conspectum Domini cum tristitia, & mœrore perducimur, exeuntes istinc necessitatis vinculo, non obsequio voluntatis: & volumus ab eo præmiis cœlestibus honorari, ad quem venimus inuiti.*

Tristitia nimia de morte charorum indicium est non bene sperari de resurrectione mortuorum hoc enim ex pusillanimitate contingit. ex Ioanne Chrysostomo in *can. vbicumque sepeliamur; Domini est terra, & plenitudo eius. 26.13.q.2.* subsequente. *Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem, & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex pusillanimitate contingit.* prosequiturque Gratianus ibidem. §. *Hoc autē ex desperatione futurę resurrectionis intelligitur. Vnde Apostolus (1. ad Thessalonic.4.) non simpliciter ait: (Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini: (sicut & cæteri, qui spem non habent, Pietatis namque affectus, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemus. Sicut non nullos sanctorū aliorum exequiis pias lacrimas impendisse legimus.* Rationem quoque reddit Anastasius Papa ad Nerianum in *can. habent forsitan illi iustam longi doloris excusationem, qui vitam alteram nesciunt. 27. eadem 13.q.2.* In fine verbis inferens: *Nam diffidentiæ quodammodo genus est, contra hoc, quod quisque prædicat, torqueri mæstitia, dicente Apostolo: Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & cęteri, qui spem non habent.*

Tropologia moralis est intellectus. ex Hieronymo in *can. vino inebriantur, quando scripturas sacras malè intelligunt. 4. secundum tropologiam posendo prophetas eos debemus accipere. distinct.37.* ibique *Gloss.* verbo *secundum tropologiam*. quę sic explicat. *idest secundum moralem intellectum, à tropos, quod est conuersio quando verba conuertimus ad mores informandos. & logos. sermo. Inde tropologia. idest conuersio sermonis.* Glossella marginalis. vt ibidem addit.

Tu es Petrus, & super hanc petram ędificabo Ecclesiam meam. Dominus Petro respondit post confessionem de eo factam: (Matthęi 16.) *Tu es Christus Filius Dei Viui.* Tūc enim constituit eum Caput Ecclesiæ. ex Alexandro Papa omnibus Orthodoxis in *can. relatum est ad huius Sanctę, & Apostolicæ Sedis apicem 14.11.q.1.* vnde, cùm omnibus discipulis parem ligandi, atque soluendi potestatem Dominus daret; Petro pro omnibus Claues regni cœlorum sedaturum promisit, dicens: (Matthæi 16.) *Tibi dabo claues regni Cælorum.* Sic verbis profert Gratianus in *can. audiuimus, quod Henricus, Rauennas dictus Archiepiscopus 4. §. sin autem ex corde suo nouam hæresim confinxerit col.1. in fine 24 q.1.* inferens: *Quicumque ergo ab vnitate Ecclesię, (quæ per Petrum intelligitur) fuerit alienus; execrare potest, consecrare non valet: excommunicationis, vel reconciliationis potestatem non habet.* & in can. sequenti *Quodcumque ligaueris super*

per

*per terram erit ligatum & in cælo.6.eadem* 24.q.1. Augustinus super Ioannem tractatu 50. in fine infert: *Si ergo hoc in Ecclesia fit; Petrus quãdo Claues accepit, Ecclesiã sanctã significauit* Nam super vnum Dominus ædificauit Ecclesiam. vti perpendit Cyprianus tractatu de vnitate Ecclesiæ in *can. loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi, inquit, quia Tu es Petrus: & super istam petram ędificabo Ecclesiam meam 18.eadem* 24.q.1. subdens: *Super vnum ædificat Ecclesiam: & quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat, & dicat:* (Ioannis 20.) (*Sicut misit me Pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctum.*) *tamen, vt vnitatem manifestaret, vnitatis eiusdem originem ab vno incipientem sua auctoritate disposuit.*

Tu quis es, qui iudicas alienium seruum? Domino suo stat, aut cadit. (ad Romanos 14.) Quia iudicare de alienis factis nos non debemus: *Vt nullum* scilicet *ante veram, instamque probationem iudicare, aut dãnare debeamus, manifeste Apostalo dicente* (Roman.14.) *Paulo: Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? Domino suo stat, aut cadit.* Ita Euaristus Papa epistola 2.omnibus Episcopis in *can. Deus omnipotens, vt nos à pręcipitatę sententiæ prolatione compesceret 11.in fine* 2.q.1.& retulit etiam Gratianus in *can. nullum ante veram, instamque probationem iudicare, aut damnare debemus.* 10.30.q.5.

Turpe est Doctori ignorare Ius, in quo versatur. Ex Pomponio libro singulari Enchiridij in *l.necessarium itaque nobis videtur* 2.§. *seruius autem Sulpicius cum in causis orandis primum locum, aut certè post Marcum Tullium obtineret: ff.de origine Iuris Ciuilis*, eidem dicente Quinto mutio: *Turpe esse patricio, & nobili viro causas exoranti, ius, in quo versaretur ignorare*. deduxitque *Glossa* in *can. qui de mensa regis, & de vino potus eius nolunt comedere 11.distinct.37.* verbo *qui de mensa*. inferens rationem: *Nam turpe est alicui, decretanti Ius, in quo versatur ignorare.* Et vt dixit quidam alter:

*Turpe est Doctori, dum culpa arguit ipsum:*

Turpitudinem suam allegans audiri minime debet. Quia Turpitudo sua nemini prodesse debet. Ex Nicolao Papa Rodoaldo Portuensi, & Ioanni Ficolensi Episcopis in *can. Lotharius sex in commonitorio profitetur. 4. non longe post principium* 31.q.2. verbis dicente: *In hoc certe se magis reprehensibilem ostendit, in quo amorem Dei, amori mundi postposuit.* vbi *Glossa* verbo *reprehensibilem*. sic Argumentum educit: *Quod qui turpitudinem suam allegat, non est audiendus.* & simile argumentum deduxit Innocentius Tertius Decano, & Capitulo Senonensi in *cap. ad hac in Beato Petro* 1.§. *Quod nec sufficit imo nec proficit ad excusationem extra de postulatione Prelatorum*. verbis edicens rationem: *Cum & contra quosdam, qui Sardicense Concilium non seruabant, tamquam illud non habuerint, aut perceperint, canonica tradat auctoritas, quod eis non facile facultas credendi tribuitur: cum idem penes illos in suis regionibus actum fuerit, & receptum.* allegant proinde suam turpitudinem. Non id circo audiendi. Quod & perpendit idem Innocentius Tertius Florentinen, & Fesulanen Episcopis in *cap. inter dilectos filios hospitalarios Santi Sepulchri* 8.§. *finali extrà de donationibus*. verbis edicens: *Attendentes igitur, quod fratres, & patroni sancti Allucij pro se, imo potius contra se turpitudinem allegabant, videlicet periurium, excommunicationem, & fraudem, non vtique contra ipsos, sed ab ipsis commissam &c.* ibique plura cumulat *Glossa* verbo *turpitudinem*. Vlpiano ad Sabinum scribente libro 29. in *l. itaque fullo, qui curanda, poliendaque vestimenta accepit* 12. *in fine ff. de furtis* Rationem reddente: *Sed nemo de improbitate sua consequitur actionem.*

Turpis est omnis pars suo vniuerso non congruens. Augustinus lib.3.confessionum capite 8. in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia* 2. *post principium distinct.*8 meminit Glossa in *can. alienus est, profanus est, hostis est* 19 *in fine* 24.q.1. verbo *vt conueniat nobis*. Rationem reddens: *Quia turpis est pars toti suo non congruens.* Nec totum sine partibus esse poterit. diximus supra verbo totum. adnotat *Vincentius de Franchis decis.*2.*nu.*1.*in fine*.

Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes. Innocentius Tertius Genuensi Archiepiscopo scripsit in *cap. quemadmodum si vir mulieris iurasset* 25. *in fine principij extrà de Iure iurando*. Eiicere quippe actus est positiuus. Non admittere actus est negatiuus. durius autem actus habetur positiuus, quàm negatiuus. Concinit Paulus libro 3. Quæstionum in *l. si ob turpem causam promiseris Titio* 8. *fine penultima ff. de conditione ob turpem, vel iniustam causam.* de actu loqueris positiuo, & negatiuo. Aliud est enim promissum ob turpẽ causam, non soluere. Nam petentem submouere poteris exceptione doli mali, vel infactum. qui actus est negatiuus, non scilicet soluere. aliud post solutionem factam, qui actus positiuus est, solutum repetere. Quia per solutionem sublata est proxima causa. & notat *Glossella* Marginalis ad *d. cap quemadmodum*. ad verbum: *quàm non admittitur hospes*. notat *Nauarrus cons. 7. num. 1. lib. 5. de accusationibus*.

Turpitudinem Patris tui, & turpitudinem matris tuæ non discooperies. Mater tua est. Non reuelabis turpitudinem eius, pręceperat Dominus *Leuitici* 18.7. deduxit Zacharias Papa Reuerendissimo Theodoro Episcopo Ecclesiæ Ticinensis in *can. pitacium nobis tua reuerenda fraternitas obtulit* 2.30.q.3.

Tutior via siue pars non est de necessitate eligenda, sed sufficit eligere tutam. ad Augustini sensum in *can. si quis autem* 4. *in fine de penitentia distinct.* 7. verbis edicentis: *Quid bonum tibi futurum sit, nescio. Ergo tene certum, dimitte incertum.* vbi plene *Nauarrus à num.*34. *sexto infertur cum sequentibus.* dicens per hunc textum minime probari, teneri nos, sed tantum consilio regulariter ad eligendum in rebus agendis tutionem partem, nisi aliud ad id nos vrgeat præceptum. declarans dictum Cle-

Clementis tertii in *capitulo ad audientiam Apostolatus nostri peruenit 12. de homicidio voluntario, vel casuali.* verbis illis: *Quod cum in dubijs semitam teneamur eligere tutiorem.* contra *Panormitanum* ibidem & prosequitur numeris sequentibus. & ita etiam *cons. 2. num. 1. lib. 4. de consanguinitate, & affinitate.* dicens: *Ad secundum non esse necesse eligere tutiorem viam. vt nos latè probauimus in can. si quis autem de pœnitentia dist. 7. nu. 34. & sequentibus.*

Tutari ab Ecclesia debent & Viduæ, & Orphani, & Pupilli ne improborum violentia opprimantur. Horum ergo Tutor est Episcopus. ex Gelasio Gerontio, & Petro Episcopis in *can. licet omnibus de nobis sperantibus 1. dist. 87.* ibique *Glossa* verbo *plus tamen* notās: *Quod etiam causę pauperum, & oppressorum, peregrinorum spectant ad Ecclesiam.* etiam Iure diuino: *Quia pupillis tuitionem etiam diuinitas iussit impendi.* vt idem Gelasius Anastasio Episcopos dedit in mandatis in *can. defensionis proprię desolatis auxilio. 2. eadem distinct. 87.* & hoc ideo: *Vt aduersus improbitates aduersariorum suorum procedit, in ę executioni annixa noxia commenta non sentiant.* Nam & de Deo dicitur: *Pupillo tu eris adiutor.* quod notat *Glossa* ibidem, verbo *pupillis.* Deducitque idem Gelasius Honorio Episcopo scribens in *can. diuinę retributionis memor 4. eadem 87. dist.* dicenique: *Diuinę retributionis memor ad Pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piam solicitudinem non negare.* Neque tacuit in *d. can. licet omnibus 1.* in finalibus verbis, subsequens: *quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.*

Tutela pupillorum in hoc est, vt vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab iniuria improborum. Prętertim vero, qui sacerdotali tutela fouentur. ex Toletano Cōcilio quarto in *can. omnis ætas ab adolescentia in malum prona est. 1. 12. q. 1.* vnde tenetur Tutor alimenta pręstare præceptoribus pupilli, quoniam non tantum pręest rebus, sed moribus *Gloss. in cap. 1. de magistris.* verbo *competens beneficium.* ex Paulo libro 38. ad Edictum in *l. cum plures tutelam gerant 13. §. cum tutor non rebus dumtaxat, & moribus pupilli præponatur. ff. de administratione, & periculo tutorum, & curatorum.*

Tutelam testamentariam Episcopus suscipere non debet. ex Concilio Carthaginensi quarto in *can. Episcopus tuitionem testamentorū non suscipiat 5. dist. 88.* vnde gubernationem viduarum, pupillorum, ac peregrinorum non per se ipsum, sed per Archipresbyterū, vel per Archidiaconum agere debebit. ex eodem Concilio in *can. Episcopus gubernationem viduarum 7. eadem dist. 88.*

Tutores, & Pręlati satis inter se differunt, nullaque est inter eos comparatio: Quia tutor est temporalis. *Prælatus* est perpetuus. Tutor non vtitur bonis pupilli sicut prælatus bonis Ecclesiæ. Tutela est onus: sed Pręlatus habet liberam, & generalem administrationem in bonis Ecclesiæ, & dare potest bona aliqua, si hoc habet consuetudo Ecclesiæ: sed tutor non. ex Alexandro tertio Vigoriensi Episcopo in *cap. cæterum si Abbatem. 3. extra de donationibus.* deducit *Glossa* in *can. quia Episcopus, vniuersique Sacerdotes 3. siue finali. 5. q. 3.* verbo *quia Episcopus.* ad finem, diximus verbo. *Episcopus in administratione sua Ecclesię. Abbas cons. 10. col. 1. in fine libro 2. Vincentius de Franchis decis. 8. n. 10. Rota in recentioribus part. 1. decis. 3 55. nu. 4.*

Tutela tripliciter perpenditur, siue testamentaria, siue datiua, siue legitima. siue ergo Episcopi, siue presbyteri, siue Diaconi, & subdiaconi, & præcipue monachi, & Clerici immunitate gaudent expertique sunt ab omni onere tutelę, & Curæ. Decreuit Leo Augustus in libro *C. de Episcopis, & clericis.* in *l. 40.* deduxitque inter Sacros Canones Gratianus in *can. generaliter sancimus, omnes viros Reuerendissimos Episcopos 40. 16. q. 1.* nisi tamē miserabiles fuerint personę. ex Chalcedonensi Concilio in *can. peruenit de Sanctam Synodum. 26. siue finali ad finem distinct. 86.* vbi *Gloss.* verbo *tutelas* quę etiam respondet dicto *can. generaliter.* subdens: *Ad hoc dic, quod clerici non coguntur recipere aliquam tutelam: possunt tamen legitimam recipere tutelam, si volunt. vt hic dicitur. & est hoc priuilegium Clericorum.* & *Glossa* in *d. can. Generaliter.* verbo *Monachos.* Rationem habes ex Cypriano ad Clerum, & populum Furrinatorum in *can. neque apud altare Dei meretur nominari in sacerdotum prece 14. siue finali distinct. 88.* ne sacerdotes, & ministri altaris à Dei seruitio auocentur.

Tyrannicę factionis peruersitas non ideo laudabilis erit, si regia clementia tyrannus subditos tractet. Nec vituperabilis ordo regię potestatis, si rex crudelitate tyrannica sęuiat. Augustinus libro de bono coniugali in *can. neque enim si agris iniquè, ac per peram inuasis 9. in fine 14. q. 5.* subdens rationem: *Aliud est namque iniusta potestate iustè velle vti: & aliud est iusta potestate iniustè velle vti.* An autem liceat cuilibet occidere Tyrannū? *Ioannes Azorius Institutionum Moralium part. 3. libr. 2. cap. 2. q. 1.* respondet: quando aliter Ciuitas liberari non potest ab eo, qui tyrannices occupauit, quod liceat. Alter verò est Tyrannus, qui iustum quidem titulum habet, tyrannicè tamen dominatur. Hunc non licet occidere absque publica auctoritate. Imo contrarium asserere, hæreticum esset. ex Concilio Constantiensi sessione 15. *Toletus.* quoque *Instructionis sacerdotalis libro 5. c. 6. nu. 17. & libro 8. cap. 45. nu. 2.*

Tyrannis amicos esse viros improbos, & adulatiores tradit *Aristoteles lib. 5. politicorum cap. penultimo.* cumque refert *Auctor Adagiorum Chyliade 1. centuria 2.* Clauum clauo pellere. *fol. mihi 81.*

Va-

## V

VAcatio Ecclesiarum Cathedralium vltra tres menses statuta sacrorum canonum non permittebant, intra quos noui Prelati electio fieri debebat. Ne cadente Pastore dominicum gregem antiquus hostis insidiando dilaceret. Ex Gregorio Mariniano Episcopo Rauennati in *can. postquam quemquam criminaliter abscedentem* 11. *distinct.* 50. vbi *Gloss.* verbo *tres menses.* subsequitur: *tres menses dantur ad electionem, à die mortis, & alij tres menses ad consecrationem petendam, nisi per necessitatem prorogetur.* Et dictum fuit in Generali Synodo Innocentii *Papæ* Romæ habita in *can. obeuntibus sanè Episcopis, quoniam vltra tres menses vacare Ecclesiam sanctorum Patrum prohibeat sanctiones* 35. *distinct.* 63. Et ita de consecratione Episcopi non differenda vltra tres menses; & de petitione pallii in Archiepiscopo decreuit Pelagius Papa in *cap. quoniam quidam Metropolitanorum* 1. *distinct.* 100. Decreuit quoque sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 23. *cap.* 2. *de reformatione.* ita quidem, vt prorogationes vltra sex menses nulli suffragentur. *sessione septima cap.* 9. *de reformat.*

Vacare Episcopus debet percipiendæ, atque intuendæ veritati: vt Augustinus. dicit in *can. qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat,* 11. *in finem* 8. *q.* 1. vt possit postmodum docere sibi subiectos populos, & quidem. Quies nobis ex corde appetenda est, vt contemplationi vacemus, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis sacris vos magnopere requiem quæsisse narratis* 9. §. *quies ita sit nobis ex corde appetenda est* 8. *q.* 1. exemplum inferens & Hieremiæ, & Esaiæ. &c. subsequens: *Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicationis appetijt: Per contemplatiuam verò Hieremias amori conditoris sinceslalo inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit.* [illegible]

Vacare igitur à terrenis & secularibus actibus debent, qui diuinis rebus & spiritualibus occupati sunt, vt sunt Clerici in sortem Domini addicti, & ideo molitijs, & laqueis secularibus obligari non debent. Ex Cypriano ad Presbyteros, & Diaconos, & plebem Furnitanorum in *can. mollitijs, & laqueis secularibus obligari non debent* 5. 21. *q.* 3. Nam timendum est, ne culpa, quam in nobis extinctam credebamus, per iniuriam nos vacantes opprimat. verbis vt dicit Beda in Lucam in *can. reuertar in domum meam, vnde exiui.* 5. *de pœniteat. distinct.* 4.

Vade, & amplius iam noli peccare. Christus Dominus mulieri dixit, quæ in adulterio deprehensa fuerat. (*Ioannis* 8. 12.) quæ verba Augustinus de vera, & falsa pœnitentia in *can. si Apostolus etiam peccata per baptismum dimissa continuo plorat* 5. *de pœnitentia distinct.* 3. de pœnitentia perpendit, quod semper pœnitentiæ insistendum sit; sequentibus subnectens: *Vbi enim dolor finitur, deficit, & pœnitentia. Si autem pœnitentia finitur, quid relinquitur de venia? Tandiu enim gaudeat, & speret de gratia, quandiu sustentatur à pœnitentia. Dixit enim Dominus: (Vade, & amplius iam noli peccare:) Non dixit: Ne pecces; sed nec voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabitur, nisi dolor continuè in pœnitentia custodiatur.* perpenditq; in alium sensum in *can. adhuc instant perfidi, qui sapiunt plus, quàm oportet* 32. §. *errant autem: imò constat ei multum peccata displicere. eadem de pœnitentia distinct.* 3. sensum referens quorundam malorum dicentium post peccatum Deum non dimittere amplius peccata: *quem enim cæcum bis illuminauit?* Et post pauca: *In nulla persona iterauit factum, docens, vt aiunt, non sæpè à Domino fieri remedium: Dixit Mulieri: (Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.) promittens pœnam, nō ampliùs veniam.* Sed respondet: *Quomodo corpus, quod vilius est, & ab ipso dissimilius, sæpè sanaret; & animam digniorem, & redemptam non toties liberaret? Medicum se vocat, & non sanis, sed male habentibus opportunum. Sed qualis hic medicus, qui malum iteratum nesciret curare. Qui cæteris minor esset, si alijs possibilia ignoraret; memor est sui, qui dicit: (*Ezecchiel. 33.*) Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. Quem enim peccatorem exclusit? Et quòd omnibus promisit indulgentiam, alijs quoque promissionibus declarat &c.*

Vagari Episcopum sine causa non oportet, sed in Ecclesia sua residere, alioquin in monasterio deputatur. Ex Gregorio Anthemio Subdiacono in *cap. peruenit ad nos Pimeriā Amalphitanæ Ciuitatis Episcopum in Ecclesia sua residere non esse contentum, sed foris per diuersa loca vagari.* 20. 7 *q.* 1. in fine concludente: *Quem si forte non emendari post tuam interminationem cognoueris; in monasterio eundem deputare, & nobis curabis modis omnibus indicare: Vt quid facere debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.*

Vagantes Clerici, & Presbyteri, & sub nullius Episcopi disciplina viuentes, vt acephali, id est sine capite, suis defungi ordinibus permitti non debent. Ex Concilio Parisiensi in *can. nulla ratione clerici, aut sacerdotes habēdi sunt* 8. *distinct.* 93. & decreuit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 23. *cap.* 16. *de reformatione in fine:* Nullus præterea Clericus peregrinus sine commendatitijs sui Ordinarii litteris ab vllo Episcopo ad diuina celebranda, & sacramenta administranda admittatur. plura *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.* 21. *per totam & allegat.* 5. *num* 41.

Vagari, & per vicos, & Castella, & Ciuitates peragrare monachos prohibet Alexander Secundus Papa, & intra Claustrum morari præcipit; & à populorum prædicatione omnino cessare. in *can. iuxta Chalcedonensis tenorē optimi* Con-

*Concilii* 12.16.*q*.1. Qui vero vagantes fuerint per Episcopos compelli poterunt ad sua loca redire. Ex Chalcedonensi Concilio *in can. quidam monachi nihil habentes sibi iniunctum à proprio Episcopo* 17.*eadem* 16.*q*.1. Quinimo tamquam fugaces sub custodia reuocandi sunt. Si quid autem interim acquisierit, monasterio acquisitum est. Ex Concilio Aurelianensi primo in *can. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant*. 16. 18.*q*.2.

Vagantes proinde monachi, sine licentia sui Abbatis ad ordines, neque etiam Clericatum promoueri debent. Ex Concilio Agathensi *in can. monachi vagantes ad officium clericatus*. 33.16 *q*.1. Nam malus monachus, bonus Clericus non erit: Cùm aliquando etiam bonus monachus vix bonum clericum faciat. Ex Augustino ad Aurelium in *can. legi epistolam benignitatis tuæ* 36.*eadem* 16.*q*.1.

Vagabundus Clericus beneficium obtinens non requirens residentiã, ex eo solùm, quòd vagabundus est, priuare potest beneficio. ex Innocentio Tertio Archiepiscopo Panormitano in *cap. ex tuæ deuotionis* 11. *de clericis non residentibus in Ecclesia vel præbenda* ibique notat Abbas *num.* 14. & allegat ex Niceno Concilio textum in *can. non oportet Episcopum, vel reliquos ordines de Ciuitate in Ciuitatem migrare* 19.7.*q*.1. sequiturque *Gennensis in praxi cap.* 55. *de non regularibus ferensibus habitu regularem num.* 9. *in additionibus.*

Vagabundus autem dicitur, qui nullum certum domicilium habet, vel qui pristinum domicilium omnino deserens, amisit, & iter agit, aut nauigat animo acquirendi nouum, plures deducit *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.* 32. *num.* 75. Vnde sacrum Concilium *sessione* 22. *in decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missarum.* decreuit, vt ordinarii in suis diœcesibus interdicant, *Ne cui vago, & ignoto Sacerdoti missas celebrare liceat.*

Vagantes item, & incertas habentes sedes ad matrimonium contrahendum admitti facile non debent, quia improbi eiusmodi homines sunt ingenii. Decreuit eadem sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 24. *cap.* 7. *de reformatione matrimonii. Barbosa eadem allegat.* 32. *num.* 72.

Vanè nomen Dei assumere non licet. Qui ergo mentiendo peierare conuincuntur, nomen Dei sui in vanum assumunt. Vnde iurandum non est, ne nomen Dei in vanum assumatur. Nam iuramentum tres secum habet comites Veritatē, Iudiciũ, & Iustitiam. Si illa defuerint: nequaquam erit iuramentum, sed periurium, & nomen Dei in vanum assumetur. Ex Hieronymo in *can. animaduertendum est, quod Ius iurandum hos habet comites, veritatem, iudicium, atque iustitiã.* 2. ibique Gratianus 5. *item, qui falsum iurat, mentitur.* 22.*q*.2.

Vanitas paganorum reuinci potest ex dictis à Sybillis, vel etiam ex Orpheo, & aliis gentilium vatum, aut ex philosophis, non quidem ad istorum auctoritatem amplectendam, sed ad paganorum vanitatem reuincendam. ex Augustino contra Faustum Manichæum in *can. si quid veri de Deo Sybilla, vel Orpheus* 13. *distinct.* 37.

Vanitas autem est, & curiositas sacrilega dicta philosophorum, & poetarum sacris scripturis præponere, discuntur autem illa vt valeamus respondere dictis eorum, & vt probemus ea, quæ à Sanctis Prophetis ante secula multa prædicta sunt. Sicut & Moyses omnes sapientiam Aegyptiorum didicerat; & Daniel doctrinam Babiloniorum, vt iudicarent, atque eorum conuincerent falsitatem. Ex Hieronymo in *can. si quis artem grammaticam nouerit* 10. & *can. qui de mensa regis, & de vino potus eius voluit commedere, nec polluantur* 11. *distinct.* 37. Nam alias in vanitate, & obscuritate sensus, mentisque ambulant, qui secularibus disciplinis toti occupantur. Vino enim inebriati dicuntur, qui scripturas sacras malè intelligunt, atque peruertunt. Ex Hieronymo in *can. non ut vobis videtur in vanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi* 3. & *can. vino inebriantur* 4. *eadem distinct.* 37.

Vasa iræ misericordiæ vasis misceri, non iustum. Ex Leone Papa ad Anatolium in *can. illud sanè plurimum mihi displicere significo.* 34.24 *q*.3. Vases namque iræ sunt pessimi, qui bonis miscendi non sunt. Dixitque Augustinus in *can. vasis iræ numquam redderet interitum* 23.23. *q*.4. Nam vases iræ pessimi sunt homines, qui spontaneè pereant. & inde pereunt coincidit ibidem *can. Nabucodonosor pœnitentiam meruit fructuosam* 22. *eadem* 23. *q*.4. ex eodem Augustino. sunt enim vasa facta in contumeliam, ex Augustino ad Vincentium in *can. quicumque vos ex occasione legis* 2. *in fine* 23.*q*.7.

Vase fœtido vel oleum, vel vinum facile corrumpitur. Origenes siue Adamantius in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat, exustum* 34.5. *pigra vero, & verecunda pœnitentia de pœnitentia distinct.* 3. subsequens exponendo: *Quomodo autem poterat, vbi ignis alienus erat, peccatum exuri in conspectu Domini, cui cuncta aperta sunt? quasi dicat, non placet Deo, qui iniustitiam corde inclusam tenet, & se pœnitentiam agere perhibet. Ignis alienus, libido, auaritia, & omnis praua cupiditas. Hic ignis exurit, non mundat.* Mundandum igitur cor. Quia vase fœtido vel oleum vel vinum facile corrumpitur.

Vas electionis fuit: Paulus separatus in Euangelium Christi, & tamen ob carnis aculeos, & incentiua vitiorum reprimit corpus suũ, & seruituti subiicit, ne aliis prædicans, ipse reprobus efficiatur. Quid nos, qui peccatores sumus? Ex Hieronymo ad Eustochium de custodia virginitatis, in *can. si Paulus Apostolus vas electionis* 11.32.*q*.5. dicitur vas. quia plenior fuit aliis. vt *Glossa* ibidem subnectit.

Vas lapideum debet esse conueniens in Ecclesia ad officium solummodo baptizandi, quod extra Ecclesiam non deportetur. Ex Concilio Ilerdensi *in can. omnis Presbyter, qui fontem lapideum habere nequiuerit* 105. *de consecrat. distinct.*

*ſtinct.* 4. in fine ſubinferente: *Similiter ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vaſa: in quibus nihil aliud fiat.* Nec diſſimiliter Clemens Papa Iacobo Hieroſolymitano Epiſcopo epiſtola 2. in *can. nemo per ignorantiam Clericus 40. de conſecrat. diſtinct.* 1. ad medium, dicens: *Pallas verò, & vela ſanctuarij, ſi ſordidata fuerint miniſterio, diaconi cum humilibus miniſtris intra ſanctuarium lauent, non eijcientes foras à ſacrario: & Velamina dominicę menſę abluant: ne forte puluis Dominici corporis malè decidat.*

Vaſa ſacta non ab aliis, quàm à ſacratis, Dominoque dicatis contrectari debent hominibus. Ex Sixto Papa Epiſtola 2. in *can. in ſancta hac Apoſtolica ſede ſtatutum eſt 41. de conſecrat. diſtinct.* 1. Rationem inferens: *Indignum enim valde eſt, vt ſacra Domini vaſa, quæcumque ſint, humanis vſibus ſeruiant; aut ab aliis, quàm à Domino famulantibus, eiſque dicatis tractentur viris.*

Vaſa, in quibus ſacroſancta conficiuntur miſteria, calices ſunt, & patenę. ex Concilio Tributienſi in *can. vaſa in quibus 44. eadem de conſecrat. diſtinct.* 1. Debent autem eſſe argentea neque amplius ligneis vaſculis debet confici. *Ne vnde placari debet, inde iraſcatur Deus.* ibidem. vt minimum vero, ſi aurea, non fuerint, argentea eſſe debebunt. ex Concilio Rhemenſis in *can. vt calix Domini, cum patena 45. eadem de conſecrat. diſtinct.* 1. de ære verò, aut aurichalco calix non fiat: Quia ob vini virtutem æruginem parit, quæ vomitum prouocat. ibidem.

Vaſa ſacta neque moniales, neque ſacras pallas, ne dum fœminę tractare debent. Ex Sotero Papa omnibus Epiſcopis Italiæ in *can. ſacratas Deo fœminas, vel monachas 25. diſtinct.* 23. neque inferiores Clerici ex Concilio Laodicenſi in *can. non oportet ſubdiaconos 26. eadem 23. diſtinct.*

Vaſa viuentium vt ſeruentur, vendi debent vaſa aurea Eccleſię. quę inde habet aurum, non vt ſeruet, ſed vt eroget, & ſubueniat in neceſſitatibus. ex Ambroſio in *can. aurum Eccleſia habet* 70. 12. *q.* 2. Rationem reddit Ambroſius: *Nemo enim poteſt dicere, cur pauper viuit? Nemo poteſt queri; quia captiui redempti ſunt. Nemo poteſt accuſare; Quia templum ædificatum eſt. Nemo poteſt indignari; quia humandis fidelium reliquijs ſpatia laxata ſunt. Nemo poteſt dolere, quia in ſepulchris Chriſtianorum requies defunctorum eſt. In his tribus generibus vaſa Eccleſiæ, etiam initiata, confringere conflare, vendere licet, opus eſt, vt de Eccleſia myſtici poculi forma non exeat: ne ad vſus nefarios ſancti calicis miniſterium transferatur.*

Vas catholicum nuncupatur Agapitus Papa Euangelii tuba, pręco Iuſtitię. apud Bibliothecam Vaticanam in *can. Agapitus papa vas catholicum 23. de conſecrat. diſtinct.* 1.

Vaſa Eccleſię, vt ſunt Altaris pallæ, cathedra, candelabrum, & velum, ſi fuerint vetuſtate conſumpta, incendio dantur: Quia non licet ea, quæ in ſacrario fuerint, male tractari. Cineres quoque eorum in baptiſterium inferantur, aut in foſſis pauimentorum iactentu ne tranſeuntium pedibus inquinentur. Clemens Papa Iacobo Hieroſolymitano Epiſcopo epiſtola 2. in *can. altaris palla, cathedra candelabrum, & velum 39. de conſecrat. diſtinct.* 1.

Vates à vi mentis appellatus eſt; cuius ſignificatio multiplex eſt: Nam modò Sacerdotem modò prophetam ſignificat, modò poetam Iſidorus lib. 7. Etymologiarum cap. 12. in *can. cleros, & clericos hinc appellatos credimus quia Matthias electus eſt. v. col. 2. §. vates à vi mentis appellatus eſt. diſtinct.* 21.

Vatis Gentilium, & philoſophi, ſi quid pr dixiſſe perhibentur, valet aliquid ad pag norum vanitatem reuincendam, non t men ad iſtorum auctoritatem amplecten dam. Ex Auguſtino contra Fauſtum Man chæum in *can. ſi quid veri de Deo Sybilla, v Orpheus 13. diſtinct.* 37.

Væ, qui dicunt dulce amarum, & amarum dul ce, ponentes tenebras lucem, & lucem tene bras: verba ſunt *Eſaię.* 5. quæ Hieronymu ſuper Epiſtolam Pauli ad Philemone in *can. ſi quis hominem, qui ſanctus non e ſanctum eſſe crediderit 58. in fine* 11. *q.* 3. ſic lu cida reddit: *Dulce puto eſſe ſanctimoniam amarum, quod ſanctimonię contrarium eſt.* & in *can.* ſequenti *Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum.* 59. deferens verba Iſaiæ. Qu etiam defert Gratianus ex Auguſtino lib 2. contra Epiſtolam Parmeniani in *can. qu quis vel quod poteſt arguendo corrigit* 5. 23. *q.*

Væ ſoli, quia cum ceciderit, non habet ſub leuantem ſc. Salomon dixit (*Eccleſiaſtes* 4. præmittens conſequentiam *num.* 9. *Melius e ergo duos eſſe ſimul, quàm vnum: habent am emolumentum ſocietatis ſuę: & ſi vnus ce ciderit ab altero fulcietur. Væ ſoli, quia cùm cec derit, non habet ſubleuantem ſc.* Inde in Sept ma Synodo in *can. in omnibus obſeruare conue nit* 26. *diſtinct.* 81. de clericis ſtatuit in ſui *Certè ſolum, & ad ſolam accedere nulla religion ratio permittit. Melius eſt enim duos eſſe ſimu quàm vnum. Simul enim, & fidelius, & tutius r geritur. Væ enim vni, quia ſi ceciderit, non eſt, q erigat eum.* ibique notat *Gloſſ.* verbo *duos.* me rito in Concilio Toletano XI. in *can. illud d uini oraculi monitis ſinguli præcauentes, quò ſcr bitur: Væ ſoli, quia cum ceciderit non habet ſu leuantem* 15. 7. *q.* 1. ſtatutum fuit vt celebra habeat ſocium. *Vt ſi aliquo caſu ille, qui offic impleturus accedit, turbatus fuerit, vel ad terra eliſus; à tergo ſemper habeas, qui eius vicem ex quatur intrepidus.* Et in Concilio Lateranen. ſub. Alexandro Tertio in *cap. Monachi n pretio recipiantur in monaſterio* 2. *poſt princip de ſtatu monachorum, & Canonicorum regular* decretum fuit, vt monachi ſimul habiten *Nec ſoli inter ſeculares homines ſpiritualium b ſtiuus conflictum expectens, Salomone dicente: V ſoli: quia, cum ceciderit, non eſt qui ſubleuet eum.*

Væ, ſiue veh. mortem importat æternam. e *Iſaia* 5. in *can. vę qui dicitis malum bonum, e bonum malum* 59. *in fine* 11. *q.* 3. verbis illis: *e deſcenderunt fortes eius, & populus eius, & ſubl mes,*

*mes, gloriosique eius ad eum.* dixitque *Glossa* in *can. dispensatio est nobis cælestis seminis iniucta: væ, si non sparserimus.* sive finali *dist.* 43. verbo *væ*, subsequens: *Alias veb. scilicet æternæ mortis.* 11. *q.* 3. *væ, qui.* caueamus ergo mortis æternæ væ.

Vehementer Ecclesiam Christi destruit, meliores laicos esse, quam clericos. Hieronymus in epistolam ad Titum in *can. qualis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem in fine* 8. *q.* 1. Meliores. idest Clericos esse deteriores, quàm laicos. sufficit enim Clerico, si est bonus. *Glossa* ibidem cômeorum agit

Velle, & posse vt diuersa ponuntur, aliud est enim velle, aliud posse. Quãdoque enim vult homo facere, sed non potest, vel quia Iure, vel quia facto retinetur. velle igitur & posse vt distincta ponuntur. Augustinus accedat in libro contra mendacium in *can. faciat homo etiam pro temporali hominum salute, quod potest.* 15. 22. *q.* 2. dicentem excipe: *Cùm autem adhunc articulum ventum fuerit, vt tali saluti consulere, nisi peccando non possit; iam se existimet non habere quid faciat: quando id reliquum esse perspexerit, quod rectè faciat.* volebat quidem facere, sed non facit, quia lex prohibet factũ velle ergo & posse, vt distincta habentur. vnde *Gloss.* ibidem verbo *quod potest.* argumẽtum deducit: *Quod id solùm dicimur posse facere, quod iure facere possumus.* Nec diuersimode sentire visus est Cœlestious Tertius in *cap. sciscitatus es à nobis petitorio destinato.* 13. *in fine de rescriptis extrà.* verba tene: *Nec enim ille, qui tantummodo non vult interesse, hac impossibilitatis interpretatione valet aliquatenus excusari, nisi fortè sic in rescripto habeatur expressum: si non omnes interfuerint, vel simul nequiuerint, aut noluerint interesse.* Aliud est ergo velle, aliud posse. Dilucidiùs hoc exprimit Innocentius tertius Conuentui de Corinchis scriben in *cap. cùm super Abbatia monasterii vestri* 23. *extrà de officio, & potestate Iudicis delegati.* verba sunt Innocentii: *Cum posset, & nollet negotio interesse, per consequentiam confessus est, se non posse mandatum Apostolicum adimplere; nec suæ intentionis extitit, vt sine coniudice suo aliquid diffiniret; & cum eo, qui iam Iudex esse desierat, aliquid super prædicto negotio, ritè disponere non valebat, voluntate, & potestate sibi mutuo aduersantibus; cùm noluerit, quod poterit, et quod voluerit adimplere nequiuerit.* Velle igitur, & posse, vt distincta habentur. quin vt contraria vt *Glossa* ibidem verbo *mutuo aduersantibus.* deducit, dicens: *nota, quod posse, & velle contraria sunt. vt hic. nec valet, quod valere potest; quia illud non vult: nec valet illud, quod vult, quia illud non potest valere.* Neque hunc abiiecere sensum Diocletianus, & Maximianus Augusti in *l. multum interest, vtrum ne vxor tua* 6. *in fine C. si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia imerit.* verbis illis: *Dumque tibi non vis, nec illi pates.* vbi *glos.* verbo *pates.* sic infert: *nota quòd possum, nolo; & quod volo non possum.* sunt ergo distincta: velle & posse, deducit *Nauar. in cap. nouit de Iudiciis notabili* 3. *nu.* 1. *in fine.* nos plura deduximus *respons.* nostra 23. *à nu.* 14. *ad* 25. *parte* 5.

Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno. dixit Persius satyra 5. & tot sunt quandoque sententiæ, quot capita. dixit *Cassadorus decis.* 9. *nu.* 15. *de causa possessionis, & proprietatis.* congruit cum illo Augustini libro 1. de baptismo in *can. sicut in sacramentis veteris testamenti viuebant quidam spirituales.* 151. §. *finali de consecrat. dist.* 4. verba damus: *Si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis, quot homines numerarentur.* ibique *Glossa* verbo *opinionum.* rationem referens: deduxitque plenius *Gloss.* in *cap. quia diuersitatem corporum, diuersitas sæpè sequitur animorum.* 5. *extra de concessione præbendæ.* verbo *diuersitatem corporum.* rationem reddens: *Quia quot sunt capita, tot sunt sententiæ.* referens dictum Persii carmen

*Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.*
& Ouidium illud
*Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.*

Velle benè non satis est, sed etiam bene facere requiritur. ex Ambrosio lib. 1. de officiis in *can. non satis est benè velle; sed etiam bene facere* 14. *dist.* 86.

Velum, quod accipiunt mulieres, vt in religione profiteantur, quamuis illa ante duodecimum ætatis annum sponte sua susceperint, possunt tamen parentes eius, vel tutores id factũ irritum facere. Si verò per annum, & diem id dissimulauerint amplius non poterunt. ex Concilio Triburiensi in *can. puella, si ante duodecim annos ætatis* 2. 20. *q.* 2. Hodie verò ante decimum sextum ætatis annum expletum ad professionem admitti nemo debet, nec professio tenet. ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 25. *cap.* 15. *de regularibus.* si verò puella habitum religiosis suscipere voluerit, & maior duodecim annis sit, non ante eum suscipiat, nec postea ipsa, vel alia professionem emittat, quam explorauerit Episcopus, vel eo absente, vel impedito, eius vicarius virginis voluntatem. ex eadem Sacrosancta Tridentina Synodo *eadem sessione* 25. *cap.* 17. *de regularibus.*

Velum sacrum moniales ante vigesimum quintum ætatis annum non possunt suscipere, nec sacrari. ex Concilio Carthaginensi tertio in *can. placuit, vt ante vigintiquinque annos ætatis.* 14. 20. *q.* 1. Consecratio autem prædicta debet fieri, vel in Epiphania, vel in Sabbato Paschæ, & in Apostolorum natalitiis, nisi causa mortis vrgente. ex Pio Papa *ibidem can. virgines non velentur.* 15. decreuitque Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam scribens in *can. deuotis Dei virginibus* 11. *eadem* 20. *q.* 1. Sanctimoniales autem ante annum quadragesimum non velari præcepit Concilium Carthaginense tertium in *can. sanctimoniales ante annum quadragesimum non velentur.* 13. *eadem* 20. *q.* 1. quod sane exaudiri debet, ne sint Abbatissæ, vel quocumque nomine præpositæ. ex Sacra Tridentina Synodo dicta *sessione* 25. *cap.* 7. *de regularibus.* Quod sane côcinit cum eo quod disposuerat Gregorius

Magnus in *can. Iuuenculas fieri Abbatissas vehementissime prohibemus* 12. *eadem* 20. *q.* 1. mandans non nisi sexagenariam, virginem velari. sed Concilium Tridentinum ad quadragesimom reduxit, & in necessitate quod excesserit trigesimum. & Concinit cum Concilio Calcedonensi in *can. Diaconissam non deberi statuimus* 23. 17. *q.* 1. nam verbum illud Diaconissam. id est *Abbatissam*. exprimit *Glossa* ibidem. eodemque modo *Glossella* Marginalis ibidem ad verbum *ordinari. ad finem.* verba sunt Glossellę: *Vel dic forte hic dicitur Abbatissa, quæ administrat eis, sicut diaconus dicitur ministrare.* 21. *distinct. clericos.* sic Glossella

Velum quoque dabatur viduis sacræ conuersionis. Vnde si spontanea voluntate illud suscepissent, in eodem proposito perseuerare oportebat, nec Spiritui sancto mentiri. ex Concilio Aurelianensi in *can. viduas, quæ spontanea voluntate* 16. 27. *q.* 1. ibidemque Nicolaus Papa Carolo Archiepiscopo, & eius suffraganeis in *can. vidua quidem, quę capiti sacrum velamen imposuit* 34. subsequens: numquam religionis velamen deponere; à religinnis obseruantia discedere non pręsumat Hoc vero velamen professionis coram Episcopo fieri debet. ex Concilio Araculano in *can. viduitatis seruanndę professionem* 35. *eadem* 27. *q.* 1.

Velate autem vel virgines, vel viduas nullo modo potest Abbatissa Ex Eutychiano Papa in *can. statuimus, vt si Abbatissa* 3. 20 *q.* 2.

Velamen ab altari vidua spontanea voluntate debet suscipere. Ex Concilio Aurelianensi in *can. viduas, quę spontanea voluntate ab altari conuersionis sacrę velamen suscipiunt* 16. 27. *q.* 1. Nam alias viduas velare Pontificum nullus attenter. disposuit Gelasius Papa ad Episcopos per Lucaniam in *can. deuotis Deo virginibus* 11. *in fine* 20. *q.* 1. ibique Glossa verbo Pontificum nullus.

Velatę tamen siue virgines, siue viduę matrimonium contrahere amplius non poterunt. Facientes graui pœna feriuntur. & excommunicantur. Ex Concilio Arausicano in *can. si quis sacro velamine consecrata in coniugium duxerit* 17. 37. *q.* 1. Ex Concilio Calcedonensi, in *can. si qua virgo se dedicauerit Deo* 22. *eadem* 27. *q.* 1. Quin imo non debent nubere, si votum virginitatis habeant, quamuis non velate adhuc. ex Innocentio Papa. *ibidem in can. ha verò, quæ nec dum sacro velamine tectę* 9.

Venationi deditum Episcopum reprehendit Nicolaus Papa ad Albuinum Archiepiscopum scribens de Lanfredo Episcopo in *can. quorumdam relatione fidelium nostris auribus intimatum est.* 1. *d. stinct.* 34. rationem referens; post principium: *Nam (vt Beatus dicit Hieranymus) venatorem numquam legimus sanctum.* vbi *Glossa* verbo *venatorem.* aperit intellectum: *existentem* (inquiens) *venatorem. ne obiiciatur de Eustachio.* id est quatenus venator est. ex Hieronymo in psalmum 90. ad verbum (Sperabo in Domino. in *can. Esau venator erat* 11. *distinct.* 86. dicentem attende: *Esau venator erat, quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis Sanctum aliquem venatorem. piscatores inuenimus sanctos.* & sane *Gloss.* ibidem verbo *venator erat.* exprimit *dum venatur permanet ne fortę obiiciatur de S. Eustachio.* Rationem reddit verbo *piscatores* subsequens: *Sed quare prohibetur venari, & non piscari? Quia forte piscatio fit sine clamore. venatio non. vel quia maior est delectatio in venatione Dum enim quis est in venatione, nihil potest de diuinis cogitare.* Iure merito proinde Nicolaus Papa mandauit, vt dicto Lanfredo auctoritate pastorali pręcipiretur: *Quatenus ab omnium bestiarum, vel volucrum venatione penitus alienus existeret.* Quoniam ars est nequissima vt illam appellat Augustinus in *can. qui venatoribus donant.* 8. & 9. *eadem distinct.* 86. intarens. *in fine in can.* 8. Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani. & *d. can.* 9. etiam *in fine*: Honoras in eo vitium, non naturam. nam in *can.* sequenti. *vident homines venatorem, & delectantur* 10. *ibidem* verba refert perpendenda, atque timenda hac in re: *Qui enim vident venatorem, & delectantur; videbunt Saluatorem, & contristabuntur.* & hoc fortasse ex Glossa superius allegata in *d. can. Esau venator erat.* Quia dùm quis est in Venatione, nihil potest de diuinis cogitare. ideo Ambrosius in *can. quid prodest* 12. *eadem distinct.* 86 non ab re intulit: *Quid prodest ieiunare visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis, errare peccatis?* Quia nimirum Dei obliuiscitur vt idem *can.* sequenti prosequitur. Videant ergo Episcopi, qui venationibus delectantur, si suo insistunt officio.

Vendere carius, quod vilius emptum est, quia negotiationis est speciea, Clericis prohibitum. Ex Concilio Tarraconensi in *can. canonum statutis firmatum est, vt quicumque in clero esse voluerit.* 3. 14. *q.* 4. *quod* tamen exaudit *Glossa* ibidem verbo *vel vendendi.* in eadem forma: *Sed in rudi materia possunt emere corium & chartas, & inde facere satulares. & libros* Quia hoc modo non est negotiatio, sed artificium. Ex Concilio Quarto Carthaginen in *can. clericus victum, & vestitum sibi artificiolo vel agricura absque officij sui dumtaxat detrimento, paret* 3. & *can.* sequenti *distinct.* 91 Negotiatio enim & turpis lucri acquisitio prohibetur, non artificium. Ait enim Apostolus (Actuum 20.) *Ad ea, quæ mihi opus erant, & his, qui mecum sunt, ministrauerunt manus istę* dudixitque Septima Synodus in *can. clericus ab istantis tempore non connumeretur in duabus Ecclesijs* 1. 21. *q.* 1. ibique *Gloss.* verbo *necessitatem.* Vnde prohibitum est tempore messis, vel vindemiæ, non necessitate, sed propter cupiditatem comparare annonam, vel vinum, vt seruatum postmodum carius vendatur. decreuit Iulius Papa in *can. quicumque tempore messis, vel vindemię.* 9. 14. *q.* 4. plura deduximus *respons.* nostra 73. *per totam part.* 3. Non erit prohibitum tamen si clerus solidum pręstet, vt suo tempore vinum vel frumentum accipiat currenti tunc pretio. Ex

Con

Concilio Tarraconensi in *can. si quis Clericus solidum in necessitate præstiterit* 5. eadem 14. q. 4.

Vendit pecunia Deum, qui veritatem pro pecunia vendit, & cum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicit, sicut Iudas Dominum, & magistrum, Deumque suum pecunia vendidit. Ex Beda in Marcum in *can. abijt Iudas ad summos sacerdotes* 83. 11. q. 3.

Vendere Iustum Iudicium non licet Iudici. vendere tamen iustum patrocinium licet Aduocato; & Iuris Consulto rectum consilium. Ex Augustino ad Macedonium in *can. non licet Iudici vendere iustum iudicium*. 71. 11. q. 3. ibique plenè *Glossa* verbo *iustum*. Nec etiam potest testis verum vendere testimonium. Rationem refert Augustinus ad eundem Macedonium relatus in *can. non sanè quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur* 15. 14. q. 5. verbis dicens: *Ille enim* (Iudex scilicet & testis) *inter vtramque partem ad examen adhibentur; Isti* (Aduocatus, & Iuris Consultus) *ex vna parte consistunt.*

Vendit se quisque peccator peccatorum ære diabolo, quia se illi seruitutis iugo astringit. Ambrosium excipe libro 1. de Iacobo, & vita beata in *can. non est quod cuiquam nostram adscribamus ærumnam, nisi nostræ voluntati.* 10. *in fine* 15. q. 1. hic enim fatur: *Neminem iugo seruitutis ad strictum possidet,* (diabolus videlicet) *nisi se prius peccatorum ære ei vendiderit. peccatorum ære id est peccatis delectantibus Nam ipsum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.* Glossa ibidem commentum agit.

Vendentes, & ementes columbas in templo, & cathedras vendentium euertit dominus de templo, flagelloque eos eiecit, dicens vos autem fecistis illam speluncam latronum. Cum Domus Dei domus orationis sit. perpendit Origenes homilia 15. ad caput 21. Matthæi. in *can. & hoc diximus secundum simplicem intellectum* 9. 16 q. 7. in fine concludens: *Et arbitror conuenire verbum de venditoribus columbarum eis, qui tradunt Ecclesias auaris, & tyrannicis, & indisciplinatis, & irreligiosis Episcopis, aut Presbyteris. Propter quod cathedras tantummodo appellauit Euangelista euersas esse ab Iesu.*

Vendere columbas est, de sancto Spiritu (quem sibi consubstantialem Deus Omnipotens per impositionem manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere. Ex Gregorio vniuersis Episcopis per Helladem prouinciam constitutis in *can quibusdam narrantibus agnoui* 117. 1. q. 1. subsequendo: *Ex quo, vt prædiximus, innuitur, quid sequatur; quia, qui in templo Dei columbas vendere præsumpserut, eorum (Deo iudice) cathedræ ceciderunt.* Hinc est quod

Vendere aliis paratior est, qui emit. vt idem subnectit Gregorius ibidem. verba sunt eius: *Nam ipse quoque, qui ad sacrum ordinem perducitur, iam in ipsa prouectus sui radice vitiatus, paratior est alijs vendere, quod emit. paratior.* Quia *Quod noua testa capit, inueterata sapit.* & vt dicit Horatius in epistolis:

*Quod semel est imbuta recens seruabit odorem*
*Testa diù.*

Glossa ibidem subnectit.

Venditio licita est, vbi res ex se vendibilis est ex materia sua ratione scilicet materię. Vnde siue publicè, siue in occulto res vendatur, semper res ipsa ratione materię vendibilis est. *Couarruuias in regula peccatum in 2. parte relectionis* §. 2. *num.* 3. *versiculo secunda quæstionis pars.* ad *Canonem* concilij Tarraconensis: *Si quis clericus solidum in necessitate præstiterit* 5. 14. q. 4. vbi potest licitè clericus pro pecunia pręstita accipere res vendibiles statuto pretio.

Vendere licet rem supremo pretio credita pecunia. Quia res minori valet pecunia numerata ex Alexandro Tertio Genuen Archiepiscopo in *cap in Ciuitate tua dicis sæpe contingere* 6 *extrà de vsuris*. Rationem refert *Glossa* ibidem verbo *non valent*, dicens: Res enim tantum valet, quantum vendi potest. *Rota in Senogallien Prædij 3. Iunij* 1581. *coram Bubalo decis.* 30. *num* 9. *& sequentibus post* 1. *volumen consiliorum Farinacij*. plura Card. *Toletus Instructionis Sacerdotalis libro* 8 *cap.* 30. *per totum*. Sicuti vendere in infimo pretio ob anticipatā solutionem. Non tamen licet vendere supra supremum, & infra infimum easdem ob causas vel precij dilati, vel numerati.

Venia non datur nisi se corrigentibus. Ex Gelasio Papa in *can. legatur ex quo est religio Christiana* 2. *in ipso principio* 24. q. 2. subsequendo: *vel certe detur exemplum in Ecclesia Dei à quibuslibet Pontificibus, ab ipsis Apostolis, ab ipso denique Saluatore, veniam, nisi se corrigentibus fuisse concessam. Auditum enim sub isto Cœlo nec legitur omnino, nec dicitur, quod eorum voce depromitur: date veniam nobis, dum tamen nos in errore duremus.* & ex Gregorio in dialogis in *can. voluissent iniqui si potuissent, sine fine viuere, vt possent sine fine peccare* 60 *de pœnitentia distinct.* 1. in ratione quam reddit *Ostendunt enim, quia in peccato semper viuere cupiunt, qui numquam desinunt peccare, dum viuunt.* vbi *Gloss.* verbo *numquam.* duplicem affert rationem: *Assidue enim peccantium non miseretur Deus. & venia impenitenti non datur.* ex Regula Bonifacii VIII. *peccati venia non datur nisi correcto* 5. *de regulis Iuris in* 6. *Nauar. cons.* 2. *nu.* 1. *qui clerici vel vouentes libro* 4. & *cons.* 8. *num.* 7. *libro* 5. *de simonia*. diximus supra *peccati venia*.

Venia dignus est, qui nec nocuit, nec deliquit ad Gregorii sensum in *can. cognoscentes* 2. *in fine extrà de constitutionibus.* ibique *Glossa* verbo *ante prohibitiones*. concinit textus Ambrosii. de Patriarchis: libro 1. de Abraham in *can. dixit Sara ad Abraham* 3. 32. q. 4. dicentem excipe Ambrosium: *Pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen subibuit. Nec ante legem vlla rei damnatio est, sed ex lege. Non ergo in legem commisit Abraham sed legem præuenit.* Non ergo peccauit. venia igitur dignus. *Aegidius decis.* 4. *nu.* 2. *Rota apud Coccinum decis.* 369 *nu.* 6.

Ve-

Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi. dixit Ambrosius sermone 8. in psalmum 118. versiculo 2. in *can. est iniusta misericordia* 33. *in fine* 23. *q* 4. verbis sequentibus: *Non ne cum vns indulget indigne plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? facilitas enim veniæ incentiuum tribuit delinquendi.* parique modo Innocentius Tertius in Concilio generali in *cap. vt clericorum mores, & actus in melius reformentur*. 13. *de vita, & honestate clericorum*. dicens, ac præcauens: *Ne verò facilitas veniæ incentiuum tribuat delinquendi, statuimus.* Neque discessit Paulus secundus Venetus in *extrauaganti. Et si dominici gregis saluti semper intenti* 3. *post principium de pœnitentiis, & remissionibus inter communes.* rationem reddens: *Ne cuiusuis indulgentia, remissionis, vel facultatis obtentu Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur; & Veniæ facilitas eis peccandi tribuat incentiuum.* Nec diuersimode Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 25. *cap.* 18. *de reformatione in fine principii.* Rationem reddens, quod non sit facile dispensandum rigori legis: *Indulgere nil aliud est, quàm vnicuique ad leges transgrediendas aditum aperire.* Quod enim facile curatur, non multum Cauetur. Anselmus inquit in psalmum 5. deducit *Polyanthea* verbo *medicina*. Hoc enim non est curare, sed si dicere verum volumus, occidere. ex Epistola Cleri Romani missa Papę Cypriano in *can. absit à Romana Ecclesia vigorem suum tam profana facilitate dimittere* 26. *in fine distinct.* 50.

Veniam meretur, qui sua confitetur peccata. ex Ambrosio libro de paradiso in *can. serpens decepit me, & manducaui* 47. *in principio de poenitentia dist.* 1. dicente: *Venialis culpa, quam sequitur professio delictorum. Ideo non desperata mulier, quę non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est; quam medicinalis secuta sententia est.* De Eua dicens: quæ confessa fuit: *Serpens decepit me & comedi.* Licet enim se excusarit dicendo serpens decepit me: confessa tamen est: & comedi. Ita quoque Dauid

Veniam meruit confessione peccati. ex Augustino de peccatorum meritis & confessione libro 2. in *can. sicut primi homines postea iustè viuendo* 83. *eadem de poenitent. distinct.* 1. dicente de illo: *Confessione peccati veniam meruit, respondente propheta, quod illud et flagitium, facinusque remissum sit: & tamen consecuta sunt, quę Deus fuerat comminatus, vt sic humiliaretur à filio.* Quia filius, qui natus ex adulterio fuerat, mortuus est; quamuis pœnitentiam agens, ne moreretur deprecaretur.

Venia fit criminis per erubescentiam peccati dum confitetur sacerdoti. Augustinum de vera, & falsa pœnitentia capite 10. in *can. quem poenitet omnino poeniteat, & dolorem lacrymis ostendat* 88. *non multo post principium de poenitentia dist.* 1. dicẽtem attende: *In hoc enim quod perseipsum dicit sacerdoti, & erubescentiam vincit timore offensi, fit venia criminis. fit enim per confessionem veniale, quod criminale erat in operatione; & si non statim purgatur, fit tamen veniale, quod commiserat mortale. Multum enim satisfactionis obtulit, qui erubescentię dominans, nihil eorum, quæ commisit, nuncio Dei denegauit.* Ita quidem. quòd

Venia dignus quis efficitur ex sacerdotis desiderio, quam sacerdotem habere non possit. Eundem excipe Augustinum eodem loco col. 1. ad finem, sequentibus aientem: *Tanta itaque vis confessionis est, vt si deest sacerdos, confiteatur proximo. Sæpe enim contingit, quod pœnitens non potest confiteri coram sacerdote, quem desideranti nec locus, nec tempus offert. Et si ille, cui confitebitur, potestatem soluendi non habet; fit tamen dignus venia ex sacerdotis desiderio, qui socio confitetur turpitudinem criminis Mundati enim sunt leprosi, dum irent ostendere ora sacerdotibus,* (Lucę 17.) *ante quàm ad eos peruenirent Vnde patet Dominum ad cor respicere, dum ex necessitate prohibentur ad sacerdotes peruenire.* Diximus supra verbo confessionis tanta vis est. & idem repetitur in *can. qui vult confiteri peccata vt inueniat gratiam* 1. *in ipso principio de poenitent. dist.* 6.

Veniam postulare non debet Prelatus à subdito, si in corrigendo verba dura dixit, etiam quod modum excesserit. Rationem detect Augustinus de vita clericorum in *can. quando necessitas disciplinę* 4 *dist.* 86. verbis edicens: *Ne apud eos, quos oportet esse subiectos, dùm nimia seruatur humilitas, regendi frangatur actoritas. Sed tamen petenda est venia ab omnium Domino, qui nouit etiam eos, quos plus iusto forte corripitis, quanta beneuolentia diligatis.*

Veniale peccatum non occidit animam: quippe quod non tollit gratiam quę est animę vita, & sine qua nullus Deo placuit, cum qua aliquis peccare non potuit, nec poterit. ex Prospero libro 3. de vita contemplatiua in *can. charitas est, vt mihi videtur, recta voluntas.* 5. *non longe post principium de poenitentia distin.* 2. peccare non poterit. mortaliter videlicet. vt *Glossa* ibidem explicat. verbo *peccare S. Thomas* 2. 2. *q.* 24. *art. penultimo. Nauarrus in can. noli putare de pænitentia distinct.* 1. *num.* 1. *in* 1. *limitatione.*

Venialia peccata ex humana fragilitate oriuntur, quæ quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quę si collecta contra nos fuerint nos grauabunt, & opprimerit. Ex S. Augustino in *can. tres sunt actiones pęnitentię, quas mecum vestra erudstio recognoscit* 81. § *est etiam pœnitentia bonorum. de pęnitentia distinct.* 1. Ideo quotidie petimus: *Et dimitte nobis debita nostra.* subsequendo: *Neque enim ea nobis dimitti volumus, quę dimissa non dubitamus in baptismo; Sed illa vtique, quæ humanę fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quę si collecta contra nos fuerint; ita nos grauabunt, & opprimerit, sicut vnum aliquod grande peccatum.* vbi *Gloss.* verbo *collecta.* sic infert: *Secundum illud: & quę non prosunt singula, multa iuuant.* Quia nimirum, licet, per peccatum veniale gratia acquisita non amittatur, impeditur tamen eius augumentum, & acquisitio: ita quod per nullum bonum etiam de per se pręcellens, quæritur gratia gratum faciens, si quæ parte, etiam

etiã minimè, est peccatũ veniale. *Nauarrus in commentario de silentio in diuinis officijs loco 15. num. 21. & de oratione, & horis canonicis cap. 2. num. 8.* Quia vno, eodemque actu benè, & malè mereri nequimus. Non enim potest esse simul bonus, & malus.

Venialia peccata pluribus modis dimittuntur. Presertim vero per orationem Dominicalẽ: *& dimitte nobis debita nostra.* ex Augustino in Enchiridion in *can. de quotidianis, breuioribus, & leuioribus peccatis, sine quibus hec vita non ducitur. 20. de pœnitentia dist. 3.* ibique *Glossa* in casus figoratione. modos omnes enumerat *Glossa in proemio 6. decretalium in principio verbo benedictionem.* iocet eos est pectoris tunsio. *S. Thomas 3. part. q. 65. art. 1. Nauar. manuali cap. 21. num. 34.* Cardin. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib. 3. cap. 3. nu. 3. & lib. 6. cap. 21. num. 3. & cap. 24. nu. 2.* vt puta per Prelati benedictionem deuote susceptam per Generalem confessionem, & orationem Dominicam. per aquam benedictam; per eleemosynam, & ieiunia. per Eucharistiam deuotè sumptam, per extremam vnctionem, per pectoris tunsionem, per feruentem charitatis actum. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. libro 10. cap. 20. q. 4.* & refert *Nauarr. d. can. de quotidianis, nu. 2. & 6.*

Venialia peccata non remittuntur, dum quis adhuc in mortalibus est. deducit *Glossa. in proemio sexti decretalium post principium verbo benedictionem in fine.* quę sequentibus verba facit: *Et quod dixi de remissione venialium intelligas verum in eo, qui non est in mortali. vt notatur de pœnitentia distinct. 1. perfecta in vltima glossa. Mortale enim sine veniali potest dimitti, sed non è conuerso: quia mortale opponitur charitati; veniale feruori charitatis: sublato verò priori tollitur posterius; sed non è conuerso.* sic Glossa. Nec diuersimode *Gloss. in d. can. perfecta pœnitentia 40. verbo fructifera in fine de pœnitentia distinct. 1.* & ipsa protestans: *Illud non credo, quod existenti in mortali peccato dimittuntur venialia. infra distinct. 3. de quotidianis.* & ita absolutè respondet *S. Thomas 3. part. q. 87. art. 4.* rationem deferens: *Ille autem, qui est in peccato mortali caret gratia Dei. vnde, nullum veniale sibi remittitur.* Sanctum Thomam refert & sequitur *Ioannes Azorius, Institutionum moralium part. 1. lib. 10. cap. 20. q. 4.* Concordare videtur, quod Innocentius Tertius Arelaten Archiepiscopo respondit *in cap. maiores Ecclesię causas §. sed adhuc quaeritur. de baptismo & eius effectu.* Rationem referens: *Quod Dominus, qui totum hominem saluum fecit in Sabbato; opus imperfectionis non noait: & ob hoc peccata non ex parte, sed ex toto dimittit* ibique *Gloss. verbo ex parte, in fine* referens versus

*Larga Dei pietas veniam non dimidiabit:*
*Nam nihil, aut totum te lacbrymante dabit.*

Et communem hanc dicit sententiam *Nauar in can. diuina clementia. §. sicut ergo hi, qui peccato moriuntur. de pœnitentia distinct. 4. num. 4. vers. ad quam quęstionem respondetur.* verùm ipse addit: Secundum opinionem eorum, qui tenent, veniale posse remitti fine mortali per opera pœnitentiæ, & alia bona opera facta in mortali. *Quam opinionem vti Bonitati diuinę conuenientiorẽ, & non habentem auctoritatem autenticam, neque rationem irrefragabilem, contrariam, tenaimus in can. 1. §. sacerdos num. 27. 28. & 29 infra distinct. 6.* sic Nauarrus. & hanc etiam, quod exaltet misericordiam Dei, cuius natura est magis ad indulgendum, quàm ad vindicandum prona. prosequitur in *can. de quotidianis, breuibus, & leuibus peccatis. num. 11. de pœnitent. distinct. 1.* addens: *Licet priorem opinionem iudicemus vtiliorem quo ad effectum citius detestandi mortifera; eo quod tot venialium condonationes passim impediant.* & sequitur *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib 4. cap. 10. q. 5. & q 7.*

Venialia difficile vitantur. Ex Augustino in Enchiridion *d. can. de quotidianis, breuioribus, leuibusque peccatis, sine quibus hęc vita non ducitur, oratio fidelium satisfacit. 20. de pœnitentia distinct. 3.* ex sacrosancta enim Tridentina Synodo *sessione 6. de iustificatione cap. 11.* decernente: *Licet enim in hac mortali vita, quantumuis sancti, & iusti in leuia saltim, & quotidiana, quæ etiam venialia dicantur, peccata quandoque cadant, non propterea desinant esse iusti.* Quia nemo potest in tota vita, omnia etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei priuilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia. *eadem sessione can. 23.* Nam licet in statu naturę lapsę possit singula vitare peccata, non tamen omnia etiam cum gratia. iuxta illud (*Prouerbiorum 14.*) *Septies in die cadit iustus. S. Thomas 1. 2 q. 109 art. 8* & in *3. part. q. 87. art. 1. ad 1. Nauarrus d. can. de quotidianis num. 1. & sequentibus.*

Veniale fit mortale, dùm placet. ex illo Augustini, quem refert Gratianus in *can. vnum orarium oportet Leuitam gestare 3. §. Hinc etiam Augustinus ait. distinct. 25.* verba sunt eius: *Hinc etiam Augustinus ait: Nullum peccatum est adeo veniale, quod non fiat criminale; dum placet.* quod explicat *Gloss.* ibidem verbo *triminale*, dicens: *id est cuius assiduitas, & contemptus vitandi veniale, non fiat mortale.* Quia per contemptum facile ad mortale dilabitur. iuxta illud Augustini libro 50. homiliarum homilia vltima in *can. tres sunt actiones pœnitentia, quas mecum vestra eruditio recognoscit 81. §. est etiam pœnitentia bonorum, & humilium fidelium. de pœnitentia distinct. 1.* dicentis, verbaque facientis: *Sed illa vtique, quæ humana fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt, quæ si collecta contra nos fuerint; ita nos grauabunt, & opprimient, sicut vnum aliquod grande peccatum.* Quia nimirum disponunt ad mortale dum placent: Ideo sequitur: *Quid enim interest ad naufragium, vtrum vno grandi fluctu nauis operiatur, & obruatur; an paulatim subrepens aqua in sentinam, & per negligentiam derelicta, atque contempta impleat nauem, atque submergat?* & plura deducit *Nauar. d. can. tres sunt actiones.* in *Glossa.* præsertim numer. 16. pręterquamquod contemptus ipse vt contemptus est, mortale est; quia idem intendit, qui contemnit, vt faceret,

etiam

etiam si esset mortale. & *Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 4. cap. 9. q. 13.*

Veniale fit per confessionem, quod criminale erat per operationem ex Augustino libro de vera, & falsa pœnitentia in *can. quem pœnitet, omnino pœniteat, & dolorem lachrymis ostendat 88. post principium de pœnitentia distinct. 1.* dum rationem reddit de confessione peccati: *In hoc enim* (inquiens) *quod per se ipsum dixit Sacerdoti, & erubescentiam vincit timore offensi, fit venia criminis, fit enim per confessionem veniale, quod criminale erat in operatione; & si non statim purgatur; fit tamen veniale, quod commiserat mortale.* veniale. id est dignum venia vt *Glossa* ibidem exprimit.

Veniale nullum, etiam leue, committendum propter vllum bonum temporarium. Ex Beda homilia 44. in natali Decollationis S. Ioannis Baptistę in *can. si aliquid forte nos incautius iurasse contingerit. 6. 22. q. 4.* dicente: *si aliquid forte nos incautiùs iurasse contingerit, quod obseruatum peiorem tendat in exitum: libere illud consilio salubriore mutandum nouerimus; ac magis instante necessitate peierandum nobis, quàm pro uitando periurio in aliud crimen grauius esse diuertendum.* vbi *Glossa* verbo *peiorem.* subnectit: *Si iurani me peccaturum venialiter, tale iuramentum non debet adimplere, quia adijcerem peccatum peccato.* Ex Concilio Hiberitano in *can. diffinitio incauta laudabiliter soluenda est: nec est preuaricatio, sed temeritatis emendatio. 17. eadem 22. q. 4.* ibique *Glossa* verbo *emendatio.* rationem subdit: *Non enim peccat frangendo tale uotum: sed in hoc peccat, quod temere iurauit.* Ex illo Augustini ad Armentarium, & Riparium, & Paulinam in *can. una sola causa esse posset 6. in fine 33. q. 5.* de vouente verba faciens, ac dicens: *magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit; sed potius usurpare uetat alienum.* Concinit idem Augustinus in quinto psalmo ad versiculam: *Perdes omnes, qui loquuntur mendacium* in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem 14. 22. q. 2.* dum probat non esse mentiendum, neque proseruanda vita alterius. concordat Alexander Tertius Panormitano Episcopo scribens in *cap. super eo uerò 4. extra de usuris.* eique dicens: *quia cùm scriptura sacra prohibeat pro alterius uita mentiri, multo magis &c.* prosequitur atque *Nauarrus*, qui dictum Glossę in d. *can. si aliquid forte.* verbo *priorem.* satis approbat. *de oratione & horis canonicis miscellaneo 41. nu. 68. uersiculo ex quo facile inferas.*

Veniale equidem crimen maius est malum, quã quodcumq; malum pœnæ ex *S. Thoma 1. 2. q. 73. art. 8. Ioannis Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 4. cap. 20. q. 3.*

Veniale paccatum tripliciter dicitur. Vnum veniale ex genere. & dicitur illud quod ex subiecta materia graue non est, sed leue, verbum otiosum, iocosum mendacium. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem 14. 5. duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus non est magna culpa. 22. q. 2.* Alterum veniale dicitur ex paruitate materię, vt rei minimæ furtum, & quid simile. Tertium dicitur veniale ex imperfectione actus appellatur. In his duobus postremis id quod alinqui ex genere lætale esset, & ex natura; fit veniale ex leuitate materiæ, vel ex imperfectione actus. *Ioannes Azorius Institutionum moralium, part. 1. lib. 4. cap. 9. q. 7. Card. Toletus Instructionis Sacerdotalis lib. 3. cap. 2. & libro 4. cap. 12. nu. 1. Nauarrus manuali cap. 11. num. 4.*

Venialia non sunt necessariò confitenda, licet vtiliter, & sanctæ confiteri possint. ex *Glossa* recepta in *capit. omnis utriusque sexus 12. de pœnitentiis, & remissionibus.* verbo *omnia* quam magnificat *Nauarrus in can. de quotidianis, breuibus leuibusque peccatis de pœnitentia distinct. 3. nu. 9.* & in *can. fratres nostros Episcopos nu. 62. de pęnitentia distinct. 5.* ex sacrosancta Tridentina Synodo *sessione 14. cap. 5. de confessione. S. Thomas 3. parte q. 87. art. 1.* plene *Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientię part. 3. casu 37.* vbi etiam dicit *col. 3.* non posse Ecclesiam præcipere confessionem peccatorũ venialium. Quia sacramentorum materiam instituere, requirit potestatem excellentiæ, quam Christus Ecclesię non communicauit, vt Theologi omnes affirmant.

Venter mero æstuans cito despumat in libidines vbi ebrietas, ibi libido dominatus, & furor. Hieronymus ad Oceanum in *can. uenter mero æstuans 5. distinct. 35.* quę verba deduxit Gratianus in *summa* eadem *distinct. 35.* uerbis edicens: *Ministri enim templi prohibentur uinum, & siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorum, & ut sensus eorum uigeat semper, & tenuis sit; uel quia uenter mero æstuans facile despumat in libidinem.* ubi *Gloss.* uerbo *uenter* infert: *Pinguis uenter grossu generat sensum.* quæ uerba ex Hieronymo ad Nepotianum idem refert Gratianus in *can non liceat sacerdotes, uel clericos 12. siue finali 5. si ergo laicis commessationes damnabiles sunt distinct. 44.*

Venusinę Ecclesiæ Episcopus Stephanus fuit, qui in concilio coram Symmacho Papa Romæ celebrato interfuit. uidetur in *can. Bene quidem fraternitas uestra 1. col. 2. 5. Hac cum legeret Stephanus Episcopus Venusinę Ecclesię surgens à consessu dixit, perlegatur. distinct. 96.*

Vera iustitia compassionem habet, falsa uerò dedignationem. quamuis & iusti soleant rectè peccatoribus dedignari. Gregorius homilia 34. in Euangelia in *can. uera iustitia compassionem habet 15. distinct. 45.*

Verba sacrę scripturæ, vt orationem dominicam, Symbolum Apostolorum, Aue Maria, & similia inscripta portare pro salute corporis, vt tantum Deus creator omnium, & Dominus honoretur, & salus ab eo etiam corporalis consequatur, prohibitum non est. ex Concilio Martini Papę in *can. non liceat Christianis tenere traditiones gentilium. 3. 5. nec in collectionibus herbarum, quę medicinalis sunt. 26. q. 5.* modo tamen nihil inordinatum misceatur ex *S. Thoma 2. 2. q. 96. art. 4. in corpore,*

eaq;

eáque enumerat distinctè *Cardinalis à Turre Cremata in can. qui sine Saluatore salutem vult habere* 7.26.q.2. ex eodem S.*Thoma* eodem *art.* 4. Primo ne sit aliquid ad inuocationem dæmonum pertinens. Secundo ne cōtineat ignota nomina, in quibus illicitum aliquid lateat. Tertio ne aliquid falsitatis contineat. alioquin eius effectus à Deo expectari non potest, qui nō est testis falsitatis. Quarto ne aliqua vana commisceantur, vt puta characteres inscripti, præter tamen signum Crucis, vel si spes habeatur in modo scribendi, aut ligandi, aut in aliqua alia vanitate, quæ ad diuinam reuerentiam non pertineant. sine his itaque vanitatibus sola verba sacræ Scripturæ inscripta portare illicitum non est. refert quoque *Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap.6 num.*49. Sicuti herbas aliquas medicinales colligere dicendo orationem dominicam, symbolum Apostolicum, vt Deus creator omnium, & Dominus honoretur, nihilque vanum, vel superstitiosum misceatur, vel in tempore, vel in modo ligandi, & quid simile. non erit illicitum. ex eodē Concilio Martini *d. can. non liceat Christiano* 3.5. *nec in collectionibus herbarū*. 26.q.5. S. *Thomas d. art.* 4. *in corpore in fine eadem q.*96. 2. 2. *Nauar. de oratione. eodem cap.6. num.*47.

Verbo Dei omnia elementa seruiunt. dixit Leo Papa sermone octauo de ieiunio decimi mensis in *can. huius obseruantiæ vtilitas, dilectissimi* 6. *in fine distinct.* 76. verbis exdicens: *Intelligentes diuinis nihil vacuum esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire.*

Verbum Dei dimittit peccata: sacerdos est Iudex. Ambrosius libro 2. de Cain, & Abel capite 4. in *can. verbum Dei dimittit peccata* 51. *de poenitentia distinct.* 1. ibique *Glossa* verbo *verbum*. quæ sic subnectit *id est, filius Dei, qui dicitur verbum: quia sicut per verbum manifestatur voluntas alicuius, ita per Filium voluntas Patris*. & est secunda persona Trinitatis, æternaliter genitum à patre, perfectum, & consubstantiale illi, & cœuum, quod carnem assumens de virgine nasci dignatum: & procedens homo sine semine largitus est nobis suam Deitatem. vt *Nauarrus ibidem num.6. in Glossa* 1. subnectit. sit ergo Benedictum in secula.

Verbum Dei non minus est, quàm Corpus Christi. Et ideo quanta solicitudine obseruamus, quando nobis corpus Christi ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terram cadat; tanta solicitudine obseruemus, ne verbum Dei, quod nobis erogatur, dum aliud, aut cogitamus, aut loquimur, de corde nostro pereat: quia non minus reus erit, qui verbum Dei negligenter audierit; quàm ille, qui corpus Christi in terram cadere negligentia sua permiserit. verba sunt Augustini libro 50. homiliarum homilia 26. in *can. interrogo vos fratres; vel sorores* 94. 1. *quæst.* 1.

Verbum enim Domini est validum, & forte; est durabile, est immutabile, est perseuerabile, non momentaneum, non transitorium. Ait enim per se Veritas, quæ Deus est, & verbum Dei: (*Lucæ* 21.) Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non transibūt. ita Gregorius Papa Venerio Caralitano Episcopo in *can. Fraternitas vestræ studiosæ sagacitati, Frater amande, quas debeo, refero gratias* 1. *post principium* 35.q.10.

Verba cœlestis oraculi restringi sub regulis Donati indignum est. ex Gregorio ad Leandrum Episcopum Hispalensem in præfatione ad moralia ad finem in *can. indignum vehementer existimo* 13. *distinct.* 38. detulit etiam *Gloss. in can. si non sanctificatur aqua* 72. *in fine de consecrat. distinct.* 4. verbo *regulam* Rationem referens, quòd falsa grammatica non vitiat benedictionem: *Non enim debent verba cœlestis Dei restringi sub regulis Donati.*

Verba, quæ loquutus sum vobis: Spiritus & vita sunt. (*Ioannis.*6.) vbi Augustinus in expositionem Psalmi 54. in *can. prima quidem hæresis in discipulis Christi, velut à duritia eius sermonis facta est.* 44. *non longe post principium. de consecrat. distinct.* 2. super verbis. *Spiritus est* (inquit) *qui viuificat: caro non nihil prodest; verba, quæ locutus sum ad vos Spiritus & vita sunt.* sequentibus prosequitur: *Intellexistis spiritualiter? Spiritus, & vita sunt: Intellexistis carnaliter? Etiam sic illa spiritus, & vita sunt: Sed tibi non sunt spiritus, & vita, qui spiritualiter non intelligis. Spiritualiter intelligite, quæ locutus sum.* Verba igitur Dei spiritualiter intelligenda sunt, non carnaliter. vt proficere valeamus. Quia illa spiritualem vitam conferuntur. secundum *Glossam* ibidem verbo *& vita sunt.*

Verba propterea instituta sunt, non per quæ se inuicem homines fallāt, sed per quæ quisque in alterius notitiam cogitationes suas proferat. Ita Augustinus in Enchiridion capite 22. in *can. is autem, qui mentitur* 4. *in ipso principio* 22.q.2. verba equidem sunt eorum, quæ sunt in anima passionum notæ. ex *Aristotele* 1. *perihermenias*. Vnde quæ in occulto cordis sunt cogitationes, & passiones in aliorum notitiam effluere non possunt nisi per verba, vel quæcunque alia signa. Eudem ex Augustino in homilia de pœnitentia in *can. in actione pœnitentiæ*. 84. *de pœnitentia distinct.* 1. Nec diuersimode Celsus libro 19. Digestorum in *l. labeo ait.* 7. §. *Id Tubero ff. de supellectili legata*. bene dicentem. nam consequenter satis: *Id Tubero parum sibi liquere ait. Nam quorsum sunt nomina, nisi, vt demonstrent voluntatem dicentis? Equidem non arbitror quemquam dicere, quod non sentit. vt maxime nomine vsus sit, quo id appellari solet. Nam vocis ministerio vtimur. Cæterum nemo existimandus est dixisse, quod non mente agitauerit.* & paulo post: *Non videtur quemquam dixisse, cuius non suo nomine vsus sit Nam & si prior, atque potior est, quàm vox, mens dicentis, tamen nemo sine voce dixisse existimatur, nisi & eos forte, qui loqui non possunt, conatu ipso, & sono quodam dicere existimemus.* Ita perconcinne Celsus. Nam

Verba menti seruiunt, vt eam in abstrusis re-

clusam in palam faciant. verba equidem rebus deseruiunt. vnde Hieronymus in epistolam ad Galatas in *can Marcion, & Basilides, & cæter ę hæreticorum pestes.64.1.q.1.* non ab re fassus est: *Nec putemus in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu; non in superficie, sed in medulla, non in sermonum folijs, sed in radice rationis.* vbi *Glossa* verbo *in verbis*. argumentum infert: *Verba rebus non res verbis deseruire. præfertur enim intentio verbis.* Nam ex Gregorio 26. libro moralium in *can. humanę aures verba nostra talia iudicant, qualia foris sonant* 11.22.q.5. Non debet aliquis verba considerate, sed voluntatem, & intentionem: Quia non debet intentio verbis deseruire, sed verba intentioni. ibique notat *Gloss.* verbo *verba*. proferens argumentum: *potius esse considerandam mentem alicuius, quam verba.* Quia verba data sunt vt in apertum mentem proferamus. deduximus *respons.* nostra 93. *nu.* 8. & *num.*42. *parte*, 5. Deus autem

Verba secundum proferentis intentionem exaudit. Ipsa enim nouit occulta pręcordiorũ. ex Gregorio eodem *can humanę aures.* Vnde menti potius instare nos debemus, quàm verbis tantum. ex Augustino in sermone de puero Centurionis *in can. paratus debet esse homo iustus, & pius* 2.§ *hinc liquidò ostenditur.* 23 *q.*1. super verbis Christi (*Ioannis* 18.) seruo, qui ei alapam dedit: *Si male dixi exprobra de malo: si autem benę, quid me cędis?* subdens: *Nequaquam igitur pręceptum suum, si verba intueamur impleuit. Neque enim prębuit percutienti alteram partem; sed potius prohibuit, ne, qui fecerat iniuriam, augeret.* ibique notat *Glossa* verbo *si verba*. argumentum educit: *quod non debemus instare verbis, sed potius menti.*

Verbo perficiuntur Creatoris sacramenta omnia, & virtute Spiritus sancti. Si enim in merito esset Sacerdotis, nequaquam ad Christum pertineret. Vnde hoc credendum, quod in verbis Christi sacramenta conficiuntur. Cuius prius creantur imperio, eius vtique verbo recreantur in melius; Augustinus libro de corpore Domini in *can. intra Catholicam Ecclesiam* 77.1.q.1. vnde & Idem Augustinus in Ioannem tractatu 80. ad caput 15 in *can. detrahe verbum* 54. *eadem* 1.*q.*1. verbo fieri sacramenta sic infert: *Detrahe verbum, & quid est aqua, nisi aqua? accedat verbum ad elementum. & fit sacramentum.* subsequens: *Vnde illa tanta virtus aquę, vt corpus tangat, & cor abluat, nisi faciente verbo? non quia dicitur, sed quia creditur. Nam & in ipso verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens.* Nam ex forma verborum, & materia, vt est aqua in sacramento baptismatis, fit sacramentum. *Gloss.* ibidem verbo. *& fit sacramentum.*

Verbum in Ecclesia faciente sacerdote, qui egressus de auditorio fuerit, excommunicetur Concilium Carthaginense Quartum in *can. Sacerdote verbum in Ecclesia faciente* 63. *de consecrat. distinct.* 1. mandauit. quasi minus hîtter. t.im contemnens. *Glossa* ibidem addit. Ex Augustino de canonizandis rudibus in *can. sedulo monendi sunt scholastici* 12. *distinct.* 38. dicente, atque monente: *His etiam maxime vtile est nosse, ita esse pręponendas verbis sententias, vt pręponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant, veriores, quàm disertiores audire sermones; sicuti malle debent prudentiores, quàm formosiores habere amicos.* vbi *Gloss.* verbo *quam formosiores*, refert illud Senecæ; *Infirmus non quærit medicum eloquentem, sed curare scientem.*

Verbum inconsideratè dictum volat, & irreuocabile est; dum sine iudicio volat irreuocabile verbum. ex Gratiano in *can. dispensatio est nobis cœlestis seminis iniuncta* 5. *sine finali.* §. *pariter quoque obseruare debet Sacerdos. dist.* n. 43. ibique notat *Glossa* verbo *irreuocabile*. referens Horatium

*Nam semel emissũ, manet irreuocabile verbũ:*
& Ouidius
*Nescit vox missa reuerti.*
iuxta illud
*Vox emissa semel ireditura volat.*

Ex quibus datur intelligi quanta debeat esse discretio in pręadicatione sacerdotis: qua si forte caruerit, tã quasi torto naso sacerdotalis officii iudicatur indignus. Gratianus ibidem subnectit,

Verbum indefinite prolatum, indefinite, atque generaliter exaudiendum erit. Ex Nicolao Papa Archiepiscopis, & Episcopis per Galliam constitutis in *can. si Romanorum Pontificum decreto* 1. *ad finem.* §. *consonat autem huic Beatissimo Papa Leoni Sanctus, & fecundissimus in decretis suis Papa Gelasius. distinct.* 19. verbis illis: *In quo notandum est: Quia non dixit: Decretales Epistolas, quæ inter canones habentur; nec tantùm (quas moderni Pontifices ediderunt) Sed quas beatissimi Papa diuersis temporibus ab Vrbe Roma dederunt* vbi *Glossa* verbo *diuersis*. infert: *Nota, quod verbum indefinite prolatum, generaliter est intelligendum.*

Verba impiorum insidiantur sanguini: Os iustorium liberabit eos. *Prouerbiorum* 12.6. quæ refert Gratianus in *can. qui ambulat fraudulenter reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum.* 5.5. *sed aliud est ex charitate aliorum crimina deferre.* 5.q.5. Referens etiam & illud (Prouerbiorum 13.5.) *Verbum mendax iustus. detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.*

Verba perdere leue est. & nihil ex verbis peruenit ad accipientẽm. vt *Glossa* verba facit in *can. quibusdam narrantibus agnoui* 117. *in fine* 1. *q.*1. verbo *& actiones.* ad finem. dum probare intendit: carnales preces pro digno porrectas non facere simoniam. rationem reddens: *Et ideo ibi nullum intelligitur esse commercium. Nam perdere verba leue est: & ita nihil peruenit ad accipientem.* Secus vero si pro indigno.

Verba qui dant aliis, & verba ipsi recipient. ex Gratiano in *can. Ecclesias singulas singulis Presbyteris dedimus* 1. *colum* 3.§ *ad hęc callida quidem, & multiplici argumentatione iura nostra auferre contenditis.* 13.q.1. sub inferente: *Ita vt, si fides verbis adhiberetur, non verba pro verbis,*

*bis, sed res pro verbis reportaretis: Sed, Deo propitio: Si verba dedistis, verba recipietis.* vbi Glossa verbo. *verba* refert perpulchrè. *Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus.* decreuimus & nos respons. nostra 74. *num.* 26. *parte* 5.

Verba Iuris non sunt calumnianda neque Cauillus in illis peruestigandus. ex Augustino ad Vincentium contra Donatistas in *can. noli frater contra diuina tam multa* 9. *distinct.* 9. admonentem excipe: *Noli frater contra diuina tàm multa, tàm clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias.* vbi *Glossa* verbo *calumnias.* rationem reddit: *Verba enim Iuris non sunt calumnianda.* Decreuit Clemens Papa I. ad suos discipulos scribens in *can. relatum est nobis, quod quidam in vestris partibus commorantes* 14. *distinct.* 37. inferens: *Et ideo diligenter obseruandum, vt Lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur.*

Verbera non sunt adhibenda vt fidem exigamus. Neq; laudabile est in Prælatis verberibus timeri velle. Gregorium excipe Ioanni Episcopo Constantinopolitano scribentem in *can. quid autem de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant.* 1. *distinct.* 45. Rationem reddentem: *Pastores enim facti sumus, non percussores: Et egregius prędicator* (2. Timot. 4.) *dicit: Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Noua itaque atque inaudita est ista prędicatio, quæ verberibus exigit fidem.* Quia ad fidem nemo cogendus est. vt *Glossa* ibidem verbo *fidem* subnectit. Ex Augustino contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus cogendus est inuitus* 33. 23. *q.* 5. Rationem reddente: *Nam benè facere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit: quod est in libera voluntate.* & hunc modum & si commendat Augustinus ad Marcellinum Comitem in *can. Circumcelliones illos* 1. *ad finem* 23. *q.* 5. in aliquibus casibus, commendat; dicens: *Qui modus coertionis* (virgarum scilicet verberum) *& à magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus; & sępe etiam in iudicijs solet ab Episcopis adhiberi.* alioquin

Verberibus subiici Clerici non debent. Ex Concilio Bracarensi tertio in *can. cum beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni patientia præcipiet* 8. *dist.* 45. *nam non est dignum* (aiendo) *vt passim vnusquisque Prælatus honorabiliora membra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne dùm incautè subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat, iuxta illud. quod quidā sapiens dixit: Leuiter castigatus reuerentiam exhibet castiganti, austeritatis autem nimię, increpatio, nec correptionem recipit, nec salutem.* vbi *Glossa* verbo *subtrahit.* argumentum infert: *quod ex quo Prę latus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare:* iuxta illud Hieronymi ad Nepotianum Epistola secunda in *can. esto subiectus Pontifici tuo* 7. *distinct.* 95. dicente: *Sed Episcopi Sacerdotes se esse nouerint, non dominos, honorent clericos, quasi Clericus, vt & ipsis à Clericis, quasi Episcopis honor deferatur. Scitum est illud oratoris Domitij: Cur ergo te* (inquit) *habeam vt Principem, cum tu me non habeas vt Senatorem?*

Verberibus per Abbatem coerceri potest monachus, vbi verbis emendari non potest. sicut Clerici à suis Episcopis. Ex Concilio Agathensi in *can. Monachum nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate* 3. *ad medium.* 20. *q.* 4.

Verberibus tamen cędere aliquem manibus suis Episcopo non licebit. ex eodem Concilio Agathensi in *can. non liceat Episcopo manibus suis aliquem cędere* 25. *distinct.* 86. Rationem inferendo: *Hoc enim alienum à Sacerdote esse debet.* potest tamen per alium. *Glossa* 1. ibidem.

Verberibus enim quidam, quidam vero damnis, & quidam districtius, quidam verò leuius corriguntur. Ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. fraternitas tua ex persona furis pensare potest.* 11. 12. *q.* 2. subsequendo: *Et cum paulò districtius agitur; ex charitate agendum est, & non ex furore; quia ipsi hoc prę statur, qui corrigitur, ne gehennę ignibus tradatur.*

Verecundia, & erubescentia peccati partem habet remissionis. Vnde ex ipsa verecundia fit veniale, quod erat aliàs mortale & criminale. Ex Augustino libro de vera, & falsa pœnitentia in *can. quam pœnitet, omnino pœniteat.* 88. *paulò post principium de pœnitentia distinct.* 1. ibidemque per Leonem Papam in *can.* sequenti. *quamuis plenitudo fidei videatur esse laudabilis.* 89. Quia nimirum, ipsa doloris mensura, & verecundię inspicienda magis est in actione pœnitentiæ, quàm temporis mēsura. Ex Augustino homilia de pœnitētia in *can. in actione pœnitentię* 84. *eadem de pœnitentia distinct.* 1. Rationem reddit Hieronymus in *can. mensuram autem temporis* 86. *eadem de pœnitentia distinct.* 1. verbis edicens: *Quia apud Deum non tam valet mensura temporis, quam doloris: nec abstinentia tantùm ciborum, quàm mortificatio vitiorum.*

Verecundia, & natura ipsa corrupta repugnat confessioni peccati: quia obnoxia est culpę omnis caro: & quisque erubescit peccatum cōfiteri, dum magis pręsentia cogitat quam futura. Adamantius in *can. inter hæc hircum, qui oblatus fuerat exustum* 34. *post principium. de pœnitentia distinct.* 3. in fine exemplum deferens Iudę. *Iudas inquit:* (*Peccaui tradens sanguinem iustum.*) *Sed in pectore habuit ignem alienum: quo inflammante cucurrit ad laqueum. Indignus autem remedio fuit; qua non pura mente pœnituit. Culpam verò eius non auferunt sacerdotes, qui dolosè offerunt: nec in eo possunt epulari, quorum cibus est peccatorum remissio. Vnde verus Sacerdos ait:* (Ioannis 4.) *Meus cibus est, vt faciā voluntatem patris. Id est, vt peccatores conuersi, & pœnitentes saluentur.*

Verecundia propriè in virginibus est. Quamuis enim nubant, verecundiam quoque seruare debent, vt Rebecca viro suo obuians. de qua S. Ambrosius libro de Patriarchis in *can. nec illud otiosum, quod cum veniret Rebecca, vidit Isaac ambulantem* 8. 30. *q.* 5. subsequens: *Et cum interrogasset quis esset, cognito quod ipse*

eſſet, cui duceretur vxor, deſcendit, & caput ſuum obnubere cœpit: docens verecundiam nuptijs petre debere. Inde enim, & nuptiæ dictæ, quod pudoris gratia ſe puellę obnuberent. hc Ambroſius.

Vesecundia viduam quoque decet, ſi adoleſcentula ſit, & ſecundo viro tradatur: vt electionem mariti parentibus deſerat. Ex Ambroſio eodem libro de Patriarchis in can. Honorantur parentes Rebeccę muneribus. 13. in fine 32. q. 2. dicentem ne effugias: Mulier etiam ſi qua amiſſo marito adoleſcentula laqueum infirmitatis ſuę times incidere, ſi vult nubat, tantùm in Domino: vt electionem mariti parentibus deferat: ne appetentiæ procaciores exiſtimetur auctor, ſi ipſa de nuptijs ſuis electionem ſibi vendicet. Expetita magis debet videri à viro, quàm virum ipſa expetiſſe Verecundiam præmittat, antequam nubat, quo ipſum coniugium plus commendet verecundia.

Veritas Deus eſt, & verbum Dei. ex Gregorio Venerio Caralitano Epiſcopo in can. Fraternitatis veſtrę ſtudioſę ſagacitati 5. 35. q. 10. dicentem intende: Ait enim per ſe ipſa veritas, quæ Deus eſt, & verbum Dei: Cælum, & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. plura deduximus nos reſponſ. noſtra 7. à num. 1. cum ſequentibus part. 5. & ibidem reſponſ. 78. nu. 1. & ideo

Veritas cœlari non poteſt: Quia veritas Deus eſt, & verbum Dei, quin magis ſplendeſcit in lumine. ex Innocentio Papa Epiſcopis per Macedonium conſtitutis in can. graue non oportuit videri piiſſimis mentibus veſtris 7. 25. q. 9. Rationē reddēte: Quia veritas ſæpius exagitata magis ſplendeſcit in luce; & pernicies reuocata in iudicium, grauius, & ſine pœnitentia condemnatur. Nam fructus diuinus eſt iuſtitiam ſępius recenſeri.

Veritas eſt, vt quod eſt, dicas. Auguſtinum de verbis Apoſtoli ſermone 31. ſiue 29. in can. cũ humilitatis cauſa mentiri. 9. 22. q. 2. ptoterētem attendas opus eſt: Veritas in te non eſt; niſi te ita dixeris peccatorem, vt etiam eſſe cognoſcas. Veritas autem ipſa eſt, vt quod es, dicas. Nam quomodo eſt humilitas vbi repugnat falſitas? Rationem reddit Gloſſa ibidem verbo falſitas aptiſſime dicens: Quia duo contraria non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto. diximus reſponſ. noſtra 78. n. 55. part. 5.

Veritatis amica ſimplicitas. Clemens dixit tertius in can. veritatis amica ſimplicitas 14. de iure Iurando. Rationem profert Gloſſa ibidem verbo ſimplicitas. inquiens: Fidem enim Veritatis adminicula non requirit. Quia pura, & ſimplex eſt veritas vnde dixit Ambroſius libro de Paradiſo in can. pura & ſimplex teſtimonij ſeries intimanda eſt 17. 3. q. 8. de veritate teſtimonij verba faciens: Plerumque teſtis dùm aliquid ad ſeriem geſtorum ex ſuo adijcit, totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum eſt. Hinc eſt quod

Veritas ex iuris fictione non mutatut, neque confunditur, neque deleri poteſt. ex Papiniano libro 12. Quæſtionum in l. filio, quem pater poſt emancipationem à ſe factam, iterum arrogauit 23. ff. de liberis, & poſthumis hæredibus inſtituendis, vel exhæredandis, vel pręteritis. Papinianum attende: Nam in omni ferè Iure, ſic obſeruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intelligatur; ne imagine naturæ veritas obumbretur; videlicet, quòd non tranſlatus, ſed redditus videretur. explicat Gloſſa ibidem verbo imagine. verbis edicens. ſcilicet adoptionis, quę eſt fictio inducta ad ſimilitudinem naturę. Non ergo fictione Iuris veritas mutatur. Decreuit Iuſtinianus Cæſar in l. in rebus dotalibus, ſiue mobilibus, ſiue immobilibus, ſeu ſe mouentibus. 30. de Iure dotium. in ratione, quam reddit: Non enim (inquiens) quod legum ſubtilitate tranſitus earum in patrimonium mariti videatur fieri ideo rei veritas deleta, vel confuſa eſt. Hinc eſt etiam quod

Veritati manifeſtatę etiam conſuetudo cedit. Ex Auguſtino libro 3. de baptiſmo contra Donatiſtas in can. veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati. 4. diſtinct. 8. & Gloſſa ibidem verbo veritate argumentum infert quod:

Veritas pręiudicat opininni. Quia nimirum in Euangelio Dominus dixit (Ioannis 14.) Ego ſum (inquit) veritas. non dixit Ego ſum conſuetudo. Itaque veritate manifeſtata cedat conſuetudo veritati. Auguſtinus eodem libro proſequitur in can. qui contempta veritate pręſumit conſuetudinem ſequi 6. eadem diſtinct. 8. in fine inferens: Cùm Chriſtus veritas ſit; magis veritatem, quàm conſuetudinem ſequi debemus: quia conſuetudinem ratio, & veritas ſemper excludit. Neque enim regulę Eccleſiaſticæ pręiudicare poteſt, quod contra veritatem geſtum eſt. Cum enim compertum fuerit, deponitur. Quod contra veritatem eſt factum. Ex Concilio Nicæno in can. quicumque ex his, qui lapſi ſunt, per ignorantiam. 5. diſtinct. 81. ibique Gloſſa verbo compertum argumentum adducit. Quod quandocumque de veritate conſtat, ſequenda eſt.

Veritas perſequitur falſitatem. ex Auguſtino contra litteras Petiliani libro 2. in can. qui peccat, non peccat legis auctoritate, ſed contra legis auctoritatem. 40. poſt principium §. non enim perſequimur vos, niſi quemadmodum veritas perſequitur falſitatem 23. q. 4. Quia nimirum veritas, & falſitas contraria ſunt, & in eodem ſubiecto eſſe eodem tempore non poſſunt. nam veritatem eſſe, eſt per ſe notum. Qui igitur negat veritatem eſſe; concedit veritatem non eſſe. S. Thomas 1. parte q. 2. art. 1. in 3. argumento & ad 3. conſequenterque eſſe falſum, quod dicitur, & contra ſpiritum Dei agit, qui contra veritatem quod attentat. Ex Innocentio Tertio Archiepiſcopo Calaritano ſcribente in cap. niſi cùm pridem 10. col. 7. §. ſed dices ſpiritus vbi vult ſpirat, & neſcis vnde ueniat, aut quò vadat. de renunciatione. verbis dicente: Certè deſipis ſi ſic ſapis: nam quomodo Spiritu Dei agitur, qui contra Spiritum Dei agit? Si enim uera ſunt, quæ pręmiſimus, (imò quia indubitanter ſunt vera) proculdubio contra ſpiritum Dei agit, qui aliquid contra ueritatem attendat, quoniam ipſe eſt Spiritus ueritatis. Vt neque cauſa pietatis, vel etiam humilitatis à veritate ſit recedendum.

dum: ex Augustino in libro de mendacio in can. primum est capitale mendacium 8. §. non est igitur mentiendum in doctrina pietatis. & can. sequenti. cum humilitatis causa mentiris 9. 22. q. 2. Nauarrus de oratione, & horis canonicis miscellaneo 25. nu. 26. paulò ante finem.

Veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum. Esdræ lib. 3. cap. 3. & 4. deducit Cyprianus in epistola ad Pompeium contra epistolam Stephani in can. consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat 8. dist. 8. quin impedire nemo debet, quominus veritas præualeat, & vincat. Nam consuetudo sine veritate, vetustas erroris est: propter quod relicto errore, sequamur veritatem: quia & apud Esdram: Veritas vincit, sicut scriptum est: veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in sæcula sæculorum. Ideo in omni re quærenda semper est veritas. vt Gregorius inquit in can. quia sunt culpæ, in quibus culpa est relaxare vindictam, quærenda semper est veritas 10. distinct. 28. In quacumque re igitur solicita cura rerum fideliter examinanda veritas est. ex Gelasio Papa Syracusano, & Constantino, & Laurentio Episcopis in can. Iudas, qui iudaicæ professionis existit 34 in fine 17. q. 4.

Veritas enim, quomodocumque cognoscatur, semper attendi, & præualere debet, nulla falsa obsistente confessione. Ex Sceuola libro 9. Digestorum in l. Imperatores Antoninus, & Verus Augusti Claudio Apollinari 29. quæ est penultima ff. de probationibus, & præsumptionibus §. mulier grauida in conclusione 10 fine. Respondit: veritati locum super fore. nec obstit professio à matre irata falsa. Quia nimirum falsa demonstratione mutari substantia veritatis non potest. vt Constantius, & Maximianus Augusti Martiali responderunt in l. cum falsa demonstratione mutari substantia veritatis non possit 5. C. de Iuris, & facti ignorantia. sequuta fuit Rota apud Durauum Episcopum Vrgellen decis. 337. num 19. & 20. part. 2.

Veritas præualet etiam figuris veteris testamenti. Ex Ambrosio in libro de his, qui mysterijs initiantur in can. re vera mirabile est, quod Manna Deus pluit patribus 69. col. 2. post principium §. si illud, quod miraris vmbra est; quantum istud est, cuius & vmbra miraris? de consecrat. dist. 2. super verbis Apostoli (1. Corinthiorum 10.) Hæc autem in figura facta sunt nostri. subsequitur: Cognouisti præstantiora: potior enim lux, quàm vmbra; veritas, quàm figura; corpus auctoris, quàm manna de cęlo. Quia nimirum.

Veritas à spiritu veritatis procedit, testante hoc ipsa veritate, de qua procedit. ex Leone Papa in can. gratia si non gratis datur, vel accipitur, gratia non est 1. in fine 1. q. 1.

Veritatis ea est regula, vt nihil facias commendandi tui causa, quò minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationem alterius, & vituperationem exerceas. Verba sunt Ambrosij libro 2. de officijs capite 24. in can. si quis vero non obediat Episcopo 13. post principium 11. q. 3.

Veritatis proditor non solum ille est, qui trāsgrediens veritatem, palàm pro veritate mēdacium loquitur: sed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, quam liberè pronunciare oportet; aut non liberè Veritatem defendit, quam liberè defendere conuenit, proditor est veritatis. ex verbis Chrysostomi in Matthæum in opere imperfecto homilia 25. in can. nolite timere eos, qui occidunt corpus. 86. 11. q. 3. Namque

Veritatem qui occultat, iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum. Vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. Augustinus ad Casulanum in can. quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat 80. 11. q. 3. & ipse item in can. nemo peritorum 81. ibidem in fine. Melius est autem pro veritate pati supplicium, quàm pro adulatione recipere beneficium.

Veritas est Christus, & à veritate omnis fallacia est penitus aliena. Innocentius Tertius Ferrariensi Episcopo scribens in cap. in quadam nostra decretali epistola asseris te legisse 8. §. cæterum sicut fuit verus spiritus, & verus sanguis de celebratione missarum, & sacramēto Eucharistiæ, & diuinis officijs. Quia

Veritas nec fallit, nec fallitur. vt Innocentius idem Tertius Abbati Sancti Andreæconsolitus fuit in c. à nobis est sępè quæsitum 28. §. nos igitur consultationi tuæ benigniter respondemus. de sententia excommunicationis extra. verbis edicens: quod Iudicium Dei veritati, quæ nec fallitur semper innititur. Deduxitque Gratianus Ex Origine in librum Numerorum homilia 15 in can. Deus, quando maledicit; meritum eius designat, cui maledicitur. 38. 21. q. 3. & ipso dicente de Deo: Vtpote quem non fallit, neque peccati qualitas, nec peccantis affectus. Et dixit Augustinus in can. panem cęlestem spiritaliter manducare, est innocentiam ad altare portare 64. in fine de consecrat. distinct. 2. verbis proferens: Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris; & ei mentiris, quem non fallis. Mentiri Deo potes: Deum fallere non potes. Quia ipse est veritas.

Veritas verò ne occultetur publicè interest. vt Bonifacius Octauus contestatur in extrauaganti debent superioribus suis reuerentiam subditi. c. §. proposito itaque huiusmodi negotio coram nobis. de officio Iudicis ordinarij. inter communes. Rationem reddens: Quia publicè interest ne veritas occultetur. sed potius eruatur. Gloss. ibidem subnectit. verbo occultetur.

Veritatem proinde occultās falsum committit, sicut & qui mendacium dicit. Ex Augustino ad Casulanum in can. quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatē occultat 80 11. q. 3. qui canon, & si latiùs relatus est in c. falsus testis 1. extra de crimine falsi. dicens: vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit. sequitur Gloss. in cap. cum dilecti filij 18. §. quia vero nobis non constitit. de accusationibus. ad verba Innocentij Tertij: plenam, & meram dicere veritatem. verbo meram. exprimens scilicet à

fal-

falsitate. Ex Leone Quarto in Epistola Episcopis Britanniæ in can. nullam damnationem Episcoporum 3. siue finali 2.q.4.§.& prius ad Sacra Christi quatuor Euangelia sacramenta præstent, quod nihil falsum depromant. ibique plenè Gloss. verbo falsum. Couarruuias variarum resolutionum lib.1.cap.2.num.3.vers.cęterum ad exemplum.

Veritas proinde ne relinquatur, vtiliùs scandalum nasci permittitur. ex Beda in cap. qui scandalizauerit 3. extrà de regulis Iuris. verbis dicente: Vtiliùs scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. vbi plura notat glossa verbo veritas. & explicat dictum.

Veritas equidem pro nulla causa relinquenda, sed constanter sequenda pro se ipsa erit. Ita quidem, quod qui iustitiam, quam gratis exhibere debet, acceptione pecuniæ vendit, fraudem in Deum perpetrat. quamuis alias iuste iudicet. Ex Gregorio in can. qui rectè iudicat, & præmium inde remunerationis expectat 66. 11. quæst. 3. Rationem inferente: Tales quippe ad veritatem non iustitiæ defensio, sed amor præmij prouocat: quibus si spes nummi subtrahitur, confestim à iustitia defensione recedunt. Acceptio munerum præuaricatio veritatis est.

Veritatem vt sequamur, omnia quę ad illam faciunt perquirenda erunt. Non enim possumus ad veritatem aliter peruenire. Non sola igitur respiciamus opera, sed tempus, & causam, & voluntatem & personarum differentiam: & quantacumque alia ipsis operibus acciderint diligentissimè inquiramus. Ioannes Chrisostomus super Matthæum homilia 17. in can. occidit Phinees hominem, & reputatum est illi ad iustitiam 14.23.q.8.

Veritas à quacumque prolata amplectenda est. ex Augustino ad Hieronymum in can. ego solis eius scriptorum, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre 5. in fine distinct. 9. ibique Glossa verbo quantalibet. rationem refert: Quia veritas à quocumque prolata semper præferenda est. ex eodem Augustino in Ioannem tractatu 30. in can. queritur pater de malo filio 36. in fine 2.q.7. verbis dicente: Non æquamus filium patri in honore, sed præponimus: si bonam causam habet, filium æquamus patri in veritate. vbi Gloss. verbo præponimus. argumentum defert: Quod veritas à quocumque prolata amplectenda est.

Veritas perfecta per ampliores homines reuelatur. Integrum enim est Iudicium, quod plurimorum sententia confirmatur. Ex Innocentio Papa ad Victricium Episcopum Rothomagen in can. extrà conscientiam metropolitani Episcopi 5. distinct. 64. ibique Glossa verbo plurimorum. Qua ratione vsus fuit Iustinianus Cæsar in l. quæstionem ex facto emergentem rescecantes 32. siue finali. §. lex etenim ne qui falsitatis incurrat per duos forte testes compositum testamentum, maiorem numerum testium expostulat. C. de fideicommissis. Rationem reddens: Vt per ampliores homines perfectissima veritas reueletur. Nec dissimiliter Cœlestinus Tertius in can. prudentiam tuam 21. in primo responso §. illa quippe fuit antiqua Apostolicæ sedis prouisio extrà de officio Iudicis delegati. rationem & ipse reddens: Cum (sicut etiam canones attestantur) integrum sit Iudicium, quod plurimorum sententijs confirmatur. ibique Gloss. verbo plurimorum.

Veritas fine placendi hominibus enuncienda non est, sed iuuandi. ex Augustino in libro de mendacio in can. primum est capitale mendacium 8. col. 1. ad finem 22.q.2. verbis edicente: quia nec ipsa veritas fine placendi hominibus enuncianda est: quanto minus mendacium? quod per se ipsum, quia mendacium est, vtique turpe est. vbi Gloss. verbo placendi. exprimit: adulationis causa.

Veritas cùm minime defensatur opprimitur. ex Innocentio Papa in can. error, cui non resistitur approbatur: & veritas, cum minime defensatur opprimitur 3. distinct. 83. Veritas igitur viribus omnibus defendenda, ne opprimatur. Namque Veritas mater est Iustitię. Dixit enim Dominus (Ioannis 14.) Ego sum veritas, & vita, quod perpēdit Gregorius Vuimundo Auersano Episcopo scribens in can. si consuetudinem fortassis opponas 5. & Augustinus in can. qui contempta veritate 6. distinct. 8. nec reticuit Baldus in l. Libertini 6. ff. de statu hominum. Rolandus à Valle cons. 11. num. 2. lib. 3. Couarruuias libro 1. variarum resolutionum cap. 1. nu. 2. vers. 3. eadem assertio. & nu. 4. vers. 2. Iudex.

Veritas originalis tamquam prima causa, & fundamentum inspici semper debet. Quia nimirum veritas semper firma est nec mutari potest. Ita quidem, vt nec falsa assertio veritatem valeat permutare, cum veritas semper maneat, & inualescat, & viuat in æternum. Ester libro 3. cap. 3. & 4. & deduximus supra ex Cypriano in can. consuetudo, quæ apud quosdam obrepserat 8. distinct. 8. nec reticuit Vlpianus lib. 2. opinionum in l. assumptio originis, quæ non est, veritatem naturę non perimit 6. ff. ad municipalem, & de incolis. vnde nemo mentiendo veritatem mutare potest. vt ibidem. vt uel desinat esse vnde est, uel incipiat esse vnde non est. ex Glossa ibidem verbo mutare potest. ita quidem, ut veritas rerū erroribus gestorū non uitietur. Vlpianus dixit libro 1. opinionum in l. illicitas exactiones, & uiolentia factas 6. §. ueritas rerum ff. de officio pręsidis. Baldus cons. 375. libro 2. Rota apud Card. Canalerium decis. 226. nu. 6. Parisius cons. 89. nu. 24. lib. 1. Magonius decis. Lucensi 13. nu. 21. Vnde

Veritas ipsa rei etiam scripturę pręualet. Ex Diocletiano, & Maximiano Augustis Hermonię mulieri respondentes in l. nec ignorans, nec inuitus quisquam donat 10. C. de donationibus. verbis illis: Maiores ueritate rei, quam scripturæ uires obtinente. Ex Ratione Augustini libro 3. de baptismo contra Donatistas in can. ueritate manifestata 4. distinct. 8. dicente; Veritate manifestata, cedat consuetudo ueritati. Quia ueritati omnia cedunt. ut in superioribus diximus. & contra Spiritum Dei agit, qui contra ueritatem quid attentat. Ex Innocentio tertio in can. nisi cum pridem 10. §. sed dices Spiritus

ritus

*vitus ubi uult spirat.de renunciatione.*uide *Afflictum decis.25. nu.6.* Itaut

*V*eritas æstimationi,& cogitationi preferatur. neque enim quia aliter cogitaui, ita est ueritas æstimatione non mutatur.ex Augustino in Enchiridion in *can in quibus rebus nihil interest.* 6.22.q.2. veebis illis: *utrum credatur, an non; & utrum uera, siue sint, siue putentur, an falsa.* nec diuersimode Vlpianus in *l. si pupilli tui uegotia gessero 4.5. si Titij seruum putans, qui erat Sempronij, dedero pecuniam ne occidatur. ff. de negotijs gestis.* rationem eeddit *Glossa* ibidem verbo *Sempronium.* inferens: *plus ergo facit veritas, quam opinió.* ibiq; notat *Baldus Rota* apud sanctæ memorię *Gregorium* 15. *decis.* 279. *num.* 14.

Veritatem proinde peoferens laudem meretur. Ex Valentiniano & Maetiano,& Anthemio Augustis in *l. nulli licere decernimus. in fine C. de Episcopis, & Clericis.* verbis dicentibus: *Nec delatoris nomen, suspicionemque formident: Cùm fides, atque industria eorum tàm laude, quàm honestate, ac pariter pietate non careat, cùm ueritatem in publicas aures, lucemque deduxerunt.*

*V*eritatem qui relinquit à veritate exire dicitue, atque proinde à timore exit Dei,& fide, atque à charitate, consequenterque à castis exit Ecclesię, quamuis per Episcopi vocem minime abijciatur. Ex Origine supee Leuiticum homilia 14. in *can. cùm aliquis exit à ueritate* 7.24 q.3.

*V*eritas enim in sola Ecclesia catholica conspicitur,& extea eam veeitas non est. & in sola Ecclesia catholica sacrificatur. & in vna eadem Ecclesia Agnus comeditur. & extra eam non effertur. vnde de Agno dixit Dominus(Exodi 12.) *In vna Domo commedetur, nec effcretis de carnibus eius foras.)* Quia in vna Ecclesia carholica veea hostia Redemptoeis immolatur. Gregorius in moealibs libro 35. capite 6. in *can. quia ex sola Ecclesia catholica ueritas conspicitur.* 22.24.q.1. nam sanctum dari canibus non debet.

Vestes, siue vestimenta sacerdotis bona opera sunt. Gregorium parte 2. pastoralis capite 4. in *can. sit rector distretus in silentio* 1. *col.* 2. §. *sacerdos namque ingrediens, uel egrediens distinct.* 43. id exprimentē proferimus. ait enim: *Vestimenta enim sacerdotis, quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta testante,* (psalmo 131.) *qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitia. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent: ut uita uiam eum linguę sonitu ipsa quoque bona opera Sacerdotis clament.* Hanc ob causam idem Geegorius Syagrio Episcopo Augustudonensi scribens in *can. rationis ordo omnino nos admonet* 9. *distinct.* 100. sequentibus fatur: *Sed quoniam cum honoris augmento, cura quoque solicitudinis debet accrescere, ut cultui uestium, actionis quoque ornamenta conueniát; oportet, ut enixius in cunctis si studiis uestra fraternitas exerceat, & circa subiectorum actus sit cura uigilans, ut uestrum illis exemplum instructio, & uita magistra sit.*

*V*estes pretiosę, & calceamenta sunt clericis prohibita. in his enim pretiosis vix culpa deest. & clerici professionem suam & habitu,& incessu probare debent. Ex Concilio Caethaginensi Quaeto in *can. clericus professionem suam, & habitu, & incessu probet.* 8 *siue fina. li distinct.* 41. Rationem eeddit Gratianus ibidem § *sicut ergo in cibis* Ex Augustino dicens: *Incompositio eum corporis (ut Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis.*

*V*estes itaque neque fulgidę, neque clarę esse debent. Ex Septima Synodo in *can. omnis iactantia, & ornatura corporalis à sacro ordine aliena est* 1.21. q.4. in fine rationem reddente: *Omne quippe, quod non propter necessitatem suā, sed propter uenustatem accipitur, elationis habet calumniam, quemadmodum magnus ait Basilius.* Deterens quoque ex Deifona lingua *(Matthæi 11.)* Quia: *Qui mollibus uestiuntur in domibus regum sunt* Non debent tamen

Vestes indecentes esse siue in Ciuitate, siue in itinere, sed stolis vtantur, quę concessę sunt Clericis. Ex Sexta Synodo in *can. nullus eorum, qui connumerantur in clero, uestimentum indecens habeat* 2. *eadem* 21.q.4. Secularibus itaque vestibus vti non debent. Ex Zachatia Papa in Synodo Romana in *can. Episcopi, Presbyteri, Diaconi* 3. *cum duobus sequentibus eadem* 21.q.4. vnde *Deuteronomij* 22.5. pręcipiebat Deus Omnipotens: *Non induetur mulier ueste uirili, nec uir utetur ueste feminea. Abominabilis enim apud Deum est, qui facit hæc.* Ex Innocentio enim Papa II. in Concilio Lateeanensi in *can pręcipimus, ut tàm Episcopis, quàm clerici s. siue finali eadem* 21. q.4. ita debent vti vestibus, & tonsura, ne intuentium, offendant aspectum; sed potiùs quod eoeum decet sanctitatem: *Quod si moniti ab Episcopis emendare noluerit, Ecclesiasticis careant beneficijs.*

Vestes etiam religiosaeum aptę eeligionis professioni esse debent. Ex Concilio Tolerano 30. in *can. uidua, quę sanctę religionis obtinere propositum uoluerit* 16. *siue final.* 20.q.1.

*V*este Ecclesiastica vti non debent laici, alioquin anathemati subiiciuntur. ex Gangrensi Concilio capite 12. in *can. si quis uirorum putauerit.* 15 *distinct.* 30.

*V*este tamen debet quisque vti secundum consuetudinē regionis ex eodem *can. si quis uirorum.* in fine verbis illis: *& alia ueste communi quę in usu est.* ibique *Gloss.* verbo *ueste.*

*V*estes Ecclesiasticæ, quibus Domino ministratur, & sacrę debent esse, & honestę, neque aliis vsibus applicari, quàm in Ecclesiasticis,& Deo dignis officiis, & à sacris hominibus debēt contingi, ne vltio quę Balthasar regem percussit, super hæc eam ingredientes, & talia pręsumentes veniat, & corruere eos faciat ad ima. Ex Stephano Papa in *can. uestimenta Ecclesiastica* 42. *de consecrat. distinct.* 1. Non debent proinde ad nuptiaeum ornatum pręstari, ne polluantur. Ex Concilio Autelianensi in *can. ad nuptiarum ornatum diuina ministeria non pręstentur.* 43. *eadem dist.* 1. *de consecrat.* vbi *Glossa* verbo polluantur argumentum infert: *Quod ex ueste alicuis domicellæ, vel alterius non debet fieri casula, vel alt-*

*aliquis ornatus Ecclesiæ*. Quamuis *Glosella* Marginalis Archidiaconi ibidem sequentibus adnotet: *Dic, quod argumentum istud non sumitur à contrario litteræ: quia vestis, de qua loquitur ista Glossa, nondum concessa fuerat Ecclesiæ; quare coinquinatio non subsistit in hoc casu. sed hoc argumentum sumitur potius ab intellectio verborum*. ita Glossella.

Vestes sacræ benedici non possunt à simplicibus sacerdotibus, vt neque Episcopus facultatem hanc simplicibus dare valeat sacerdotibus, vt sacra Rituum declarauit Cõgregatio. Sed debent esse saltim Cathedralium Canonici. testatur *Posseuinus de officio Curati cap. 2. num. 37. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 27. num. 42.*

Vestibus sacris defunctorum cadauera laicorum inuolui minime debent. Qui hoc fecerit graui pœna feritur. ex Clemente Papa Iacobo Hierosolymorum Episcopo epistola 2. in *can. nemo per ignorantiam Clericus 40. de consecrat. distinct. 1.* ibiq; *Gloss.* verbo *mortuum*. Laicum, videlicet: nam clerici mortui bene induuntur vestibus sacris. Ex Concilio Moguntiano I. in *can. nemo mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, aut Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles laici 18. 13. q. 2.* vbi *Glossa* verbo *fideles*.

Vestes Ecclesiasticæ, quę sacris altaribus deseruierunt vetustate consumptæ comburi debent, & cineres in sacrario reponi, vel in pariete, vel in fossa pauimentorum iactentur, ne introeuntium pedibus inquinentur. & eodem Clemente Papa eadem epistola 2. in *can. altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum 39. eadem de consecrat. distinct. 1.*

Vestimentum Domini scissum non est, sed de eo sortiti sunt, ita nec Ecclesia scindi debet: quia in vnitate tota consistit Pascalis Papa II. in *can. sicut Domini vestimentum scissum non est. 19. 16. q. 7.*

Vestes pœnitentium Cilicium sunt ex alia similia, & comarum depositio. ex Agathensi Concilio in *can. pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt 63. distinct. 50.*

Vexationem suam redimere quilibet potest, etiam dato pretio, quando aliter vitare illã non ei permittitur. ex Gregorio Septimo in Concilio habito anno Domini 1070. Pontificatus sui anno sexto in *can. nullus Episcopus grauamen, seu seruile seruitum 124. 1. q. 1.* verbis illis: *Vel interdictum sacerdotale officium pretio interueniente restituat.* ibique notat *Glos.* verbo *restituat*. Deducens *Argumentatur contrà, scilicet. quod possit redimere ius suum, & vexationem suam.* Ex Concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ in *can. quæsitum est de Episcopis, qui altaria monasterijs data frequenter redimi compellebant pecunia 4. 2. q. 3.* ibique *Gloss.* verbo *triginta*. post principium in ratione, quam reddit: *Quia illi, quod eorum fuit redimebant; quod licite facere poterant. vt dixi supra eadem q. 1. nullus.*

Via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam, charitas est. Quia sicut sine via peruenit nullus, quò tendit; ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare. Prosper libro 3. de vita contemplatiua cap. 13. in *can. charitas est, vt mihi videtur 5. §. hæc est charitas vera, germana perfecta de pœnitentia distinct. 2.*

Via angusta est, quæ ducit ad paradisum. Arcta enim est via quæ ducit ad vitam. ex Gregorio in moralibus in *can. citius ad hoc respondemus 44. col. 2. ad medium. de pœnitentia distinct. 2.* verbis illis: *Sed ad quærendam angustam viã, exemplo suo eos, qui perseueraturi sunt accẽdunt.* vbi *Glos.* verbo *angustam* carmina refert Vergilij

*Facilis descensus Auerni.*
*Sed reuocare gradum, superasque euadere ad auras,*
*Hoc opus, hic labor est: pauci, quos æquus amauit*
*Iuppiter; aut ardens euexit ad æthera virtus*
*Dijgeniti potuere.*

Ingrediamur itaque per angustam portam; cùm alias omnis ætas ab adolescentia sua in malum prona sit. *Genesis 6. 5. & prouerbiorum* 30. 19. deducitque Concilium Toletanum Quartum in *can. omnis ætas ab adolescentia sua in malum prona est. 1. 12. q. 1.*

Viam absq; ductore ingredi nemo debet, quam numquam ingressus est: ne miles antequam tyro, ne prius magister quis sit, quàm discipulus. vt Hieronymus ad Rusticum Monachum scribens contestatur ei in *can. si clericatus te titillat desiderium 27. 16. q. 1.*

Via regia incedendum est ei, qui Ius dicit, sine acceptione personarum. Ex Innocentio Tertio Vercellen Episcopo, & Abbati de Tileto in *cap. qualiter, & quando 17. in fine principij extrà de accusationibus.* dicentem attende: *Si verò præscriptum ordinem custodistis: omni gratia, & timore postpositis, Deum solùm habentes præ oculis, via reggia incedentes, sine personarum acceptione in negotio procedatis.* Via regia hoc est à iustitia non declinantes. *Gloss.* ibidem explicat. sic in similia filii Israel *Numerorum* 21. 22. ad Sehon regem Amorrhæorum: *Obsecro, vt transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros, & vineas, non bibemus aquas ex puteis, via regia gradiemur, donec transeamus terminos suos.*

Vias suas docet Dominus mansuetos, & ipse dirigit mites in Iudicio. Augustinus ad Eudoxium scribentem excipe in *can. vos autem fratres exhortamur in Domino, vt propositum vestrum custodiatis 30. ad finem 16. q. 1.* sequentibus aientem: *Sed miti corde obtemperetis Deo cum mansuetudine portantes eum, qui dirigit mites in iudicio; qui docet mansuetos vias suas.*

Viæ Domini misericordia, & veritas. ita *Glossa* in *can. sanè, quod super Richardo filio Borelli 3. ad finem 24. q. 2.* verbo *nobis dispensatiuè.* in ratione, quam reddit: *Dic, quod ideo dicit hoc: quia omnes viæ Domini misericordia, & veritas.* allegat Stephanum Papam V. Halstulpho in *can. admonere tecum lacrymis, & multo gemitu cordis curauimus 8. col. 1. ad finem 33. q. 2.* deferentem locum (*Ezechielis 33.*) *Non enim vult Deus mortem peccatoris, sed vt conuertatur ad*

pœ-

*pœnitentiam*, *& viuat.* subsequendo: *Idcirco placeat tibi consilium nostrum, & hoc fac quod melius tibi, leuiusque videri potest: miserere animę tuæ; vt non sis tu tibimet ipsi homicida. Relinque qua propter hoc malum seculum, quod se traxit ad tam immanissimum peccati facinus: ingredere monasterium, humiliare sub manu Abbatis, & multorum fratrum precibus adiutus, obserua cuncta simplici animo; quę tibi fuerint imperata: Si forte ignoscat infinita Dei bonitas peccatis tuis, & refrigeret animam tuam, priusquam crucieris perpetuis flammis.*

*V*ia non est aperienda his, qui iniquitatem suam satagunt palliare. Ex Innocentio Tertio Mediolanen Archiepiscopo in *cap. vt nostrum prodeat de vultu Dei iudicium. vnico. in finalibus verbis. vt Ecclesiastica beneficia sine diminutione conferantur.* verbis edicente: *Secundum autem diximus non licere: ne viam aperiamus his, qui prauitatem suam satagunt palliare.*

*V*iam quam quis elegit, hæc sibi patere debet. ex Paulo libro 11. ad Edictum in *l. si mulier contra patronum suum ingrata facta 21. §. finali ff. de eo, quod metus causa gestum erit* Paulum attende: *Si coactus hæreditatem repudiem, duplici via Prætor mihi succurrit: aut vtiles actiones quasi hęredi dando; aut actionem, quod metus causa præstando: vt quam viam elegero, hęc mihi pateat.* notat noster *Maranta cons. 140. nu. 19. & cons. 141. sub num. 7. vers. secundum dubium.*

Via vna electa, non licet variare ad aliam recurrendo. ex Bonifacio Octauo, Collectori decimæ scribens in *extrauaganti declarationes, quas in negotio decimæ per nos nuper imposita. vnica col. 2. §. soluentium decimam electioni, seu arbitrio committitur, vtrum ipsum velint soluere per totum tempus, de decimis inter communes.* Inferente: *Sed vna via electa, non licebit alicui variare ad aliam recurrendo.*

*V*iaticum, quod est Eucharistiæ sacramentum, omnibus in morte positis non est denegandum. ex Agathensi Concilio in *can. pœnitentes tempore, quo pœnitentiam petunt 63. in fine distinct. 50.* quod tamen de pœnitentibus exauditur. vt notat *gloss.* ibidem verbo *omnibus.* ex illo Gelasij Papæ Fausto magistro in *can. legatur, ex quo est religia Christiana 2. 24. q. 2.* sequentibus: *Mortuos suscitasse Christum legimus: in errore mortuos absoluisse non legimus.* paretque ex Concilio Triburiensi in *can. virginibus sacris se quosdam sociare cognouimus 14. in fine 27. q. 1.* decernente: *Sed tamen his viaticum de seculo transeuntibus, si dignè poenituerat, non negatur.*

*V*icarij sunt Apostolorum Episcopi. in locum enim successorem Apostolorum. sic nempe locum illum (psalmi 144.) *Pro patribus tuis nati sunt tibi filij.* Ex Augustino interprete deducit *V*rbanus Secundus in *can. quorum vices in Ecclesia habeant Episcopi 6. siue finali distinct.* 68. excipe dicentem: *Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filij? Patres promissi sunt Apostoli, pro Apostolis filij nati sunt tibi, constituti sunt Episcopi. Hodie enim Episcopi, qui sunt per totum mundum, vnde nati sunt? Ipsa Ecclesia patres illos appellat, ipsa illos genuit, & ipsa illos constituit in sedibus patrum.* & Anacletus Papa ad Episcopos Italię epistola 2. in *can. In nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo 2. distinct. 21.* verbis edicens de Apostolis verba faciens, qui cum Petro pari consortio honorem, & potestatem acceperunt: *Ipsis quoque decedentibus in locum eorum successerunt Episcopi: quorum ordinatio prętaxato debet fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit; qui autem spernit eos; eum, à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit: & ipse indubitanter spernetur à Domino.* sunt ergo Apostolorum Vicarii Episcopi, eorum vices gerentes. meminimus *respons.* nostra 98. *num. 67. part. 5.* hinc est enim quod qui

Vicarium contemnit, eum contemnit, qui posuit eum, consequenterque & ipse ab eo cōtemnetur, qui posuit eum vt paulo ante meminimus ex Anacleto Papa.

*V*icarius esse Episcopi laicus non potest. Indecorum est enim laicum uicariū esse Episcopi, & Seculares in Ecclesia iudicare. In vno enim & eodem officio non debet dispar esse professio. Quod etiam in lege Diuina prohibetur (*Deutoronomij 22.*) dicentem Moyse: *Non arabis, in boue simul, & asino.* id est, homines diuersę professionis in officio vno non sociabis. Ex Concilio Hispalensi secundo, cui interfuit Isidorus, in *can. in nona actione didicimus 22. 16. q. 7.* Rationem quoque reddens: *Num cohęrere, & coniungi non possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt.*

Vicarius Dei Papa est, & non puri hominis; sed veri Dei vices gerit in terris. Innocentius vt contestatur tertius Papæ Dei Vicarius, vicesque Dei in terris gerens. Episcopo, & Petro scholastico Moguntino scribēs in *cap. quanto personam tuam 3. de translatione Episcopi.* nos deduximus pluribus *respons.* nostra 1. *part. 4.* per totam tuentes iurè Vice-Deum nuncupari Papam, quia veri Dei ipse vices gerit in terris. vnum Tribunal cum Deo habens.

Vicarius Episcopi, sicut & alius quiuis alterius vices gerens, ita honore affici dignus est, sicut & is cuius vices gerit, in loco, honore, & sessione. ex Gregorio ad Episcopos Siciliæ in *can. valde necessarium esse perspeximus 1. distinct. 94.* de Petro subdiacono vices eius in Prouincia Siciliæ gerente verba faciente, atque dicente: *Vt vbi nos pręsentes esse non possumus, nostra per eum, cui pręcipimus, repręsentetur auctoritas.* Prefertur proinde Archidiacono, qui vicarius dicitur Episcopi à iure ex Isidoro Hispalensi Episcopo in epistola ad Ludifredum in *can. perlectis sanctitatis tuæ litteris gauisus sum. 1. 5. Archidiaconus enim imperat subdiaconis, & leuitis distinct. 25.* & ex Cabylonensi Concilio in *can. dictum est, quod in plerisque locis 3. siue finali in fine distinct. 94.* Quia nimirum Vicarius Generalis vnum, atque idem facit cum Episcopo Tribunal, eius gerens vices, & radiat fulgoribus Episcopalibus. Rationem refert Bonifacius Octauus in *cap. non putamus illam consuetudi-*

*nem* ... *in fine de conſuetudine in 6.* dicens. *Cum ſit idem auditorum eiuſdem.* eiſdemque penè verbis, eademque Ratione Innocentius Quartus in Concilio Lugdunen in *can. Romana Eccleſia 3. in primo reſponſo de appellationibus in 6.* verbis proferens: *Cùm unum & idem Conſiſtorium, ſiue Auditorium ſit cenſendum*, proſequitur *Felinus in rubrica de maioritate & obedientia.* Ioannes *Azorius Inſtitutionum moralium part. 2. libro 3. cap. 43. q. 9. Alzedus in praxi Epiſcopali part. 1. cap. 10. num. 20. & part. 2. cap. 1. per totum.* Hanc ob cauſam

Vicarius Epiſcopi ſlato ſumpto vocabulo, Prælati nomine comprehéditur. Quia nimirum Vicariatus eſt dignitas, tùm iuriſdictionem exerceat deducit *Marta de Iuriſdictione part. 2. cap. 52. num. 14. 15. & 26.* Hinc eſt quod

Vicarius Epiſcopi quia radijs coruſcat Epiſcopalibus ſyndicatum reddere non tenetur ex Bulla Gregorij XIII. Secus verò vicarius Capitularis vacante Sede Epiſcopali à Capitulo conſtitutus. Nam rationem nouo Epiſcopo reddere tenetur, & ab eo puniri ſi deliquerit. Ex Sacroſancta Tridentina Synodo *ſeſſione 24. cap. 16. de reformat.* Epiſcopus *Gennenſis in praxi cap. 58.*

Vicarius proinde Generalis Epiſcopi ordinarii nomine comprehenditur. Hanc ob cauſam Epiſcopi nomine continetur in nominatione etiam facta Epiſcopi per ſacrum Tridentinum Concilium, ni taxatiua dictione tantum Epiſcopus nominetur, ſicuti in dicto ſacro Concilio *ſeſſione 24. cap. licet 6. de reformatione in fine.* de crimine hereſis verba faciendo: *eis tantum, non eorum vicarijs ſit permiſſum.* Declarauitque ſacra Congregatio Eminentiſſimorum ſacri Tridentini Concilii Interpretum refert *Gratianus deciſ. 97. num. 15. Marta de Iuriſdictione part. 2. cap. 8. num. 4. Sanchez de matrimonio lib. 3. diſputat. 7. num. 10. eodem libro diſputat. 29. num. 3. & 5. & 18. Pariſius de reſignat. beneficiorum lib. 3. q. 11. num. 22. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 32. num. 18. & ſequent. & num. 118.* Habet proinde cognitionem cauſarum matrimonialiũ, etiam ex generali commiſſione. *Barboſa in collectanea ad ſacrum Concilium ſeſſione 24. de reformat. cap. 20. num. 61.*

Vicario Epiſropi Generali cauſarum cognitio commiſſa videtur. Non tamen priuatio à beneficiis, niſi ſpecialiter ſibi conceſſa fuerit. Si vero in commiſſione aliqua expreſſerit, quæ ſpeciale mandatum exquirunt, adiecta clauſula generali: & omnia alia, quę ſpeciale mandatum exquirunt, & quę per nos poſſumus, omnia commiſſa videntur. ex Bonifacio Octauo in *cap. licet in officialem Epiſcopi 2. de officio vicarij in 6.* ibique *gloſſ.* expreſſa verbo *committantur.*

Vicarius Epiſcopi poteſt eſſe monachus, vel Religioſus, conſenſu tamen Abbatis, vel ſui Superioris accedente, & ſi ſimpliciter, & ſine cauſa, non debeat. ob diuerſitatem officij, & habitus. ex Pelagio Papa Antonino Paulo, & Decio in *can. de preſentium peſtore, quod Defenſor factus non eſt 20. 16. q. 1.* ibique *Gloſſa defenſor.* Debebit tamen Monachus ſuę Religionis ſocium ſecum habere. Reprime tamen in religionis religionia Mendicantium. *Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium par. 1. libro 3. cap. 43. q. 10. verſ quæres itidem. Pariſius de reſignat. beneficiorum lib. 9. q. 4. num. 5. Ioannes Selua de beneficijs par. 2. q. 4. num. 14. vol. 15. tractatuum fol. num 36.*

Vicarius Apoſtolicus à ſancta ſede Apoſtolica deſtinatus omnia facere poteſt, quę poteſt Epiſcopus electus, & confirmatus. Si vero fuerit Epiſcopus etiam per ſe ordines conferre, ſin vero alijs Epiſcopis demandare. alienatione bonorum immobilium dũtaxat excepta. Decreuit Bonifacius Octauus in *cap. 15. cui procuratio, ſeu adminiſtratio cathedralis Eccleſię 42. de electione, & electi poteſtate libro 6.* & ab eodem *cap. finali per totum. de ſupplenda negligentia Prælatorum eodem libro in 6.* vbi deputatus à Summo Pontifice beneficia quoque conferre poterit. in fine. *Rebuffus in praxi beneficiorum part. 2. titulo de deuolutionibus. num. 99.* Poterit proinde cauſas Epiſcopo, etiam per Sedem Apoſtoliram delegatas cognoſcere. quia nimirum omnes conſequitur prærogatiuas Epiſcopi. *Decius in cap. quoniam Abbas 14. de officio Iudicis delegati. num. 15 in fine. & nu. 82. & 83. Iacobus Sbrozius de officio vicarij libro 2. q. 135. num. 6. 7. & 8. Gratianus forenſium diſceptationum part. 1. cap. 106. nu. 29. 30. & ſequentibus.*

Vicarius Epiſcopi quod legitimè, & canonicè geſſit, impugnare Epiſropus non poterit, nec reuocare: Quia nimirum *Vicarius* ordinariam habet iuriſdictionem, & vnum eius, idemque Tribunal eſt cum Epiſcopo. vt in ſuperioribus meminimus. & dicta noſtra *reſponſ. 1. num. 27. & 28. part. 4. Dominicus conſ. 114. Rebuffus in praxi Beneficiali titulo de Vicario Epiſcopi nu. 40 Ioannes Azorius Inſtitutionum moralium part. 2. libro 3. cap. 43. nu. 6.* Hinc eſt, quod ſi

Vicarius facultatem obtinens indigno beneficium conferat, ad Epiſcopum non fit deuolutio: quia vna, eademq; perſona Vicarius cum Epiſcopo æſtimatur, & idem ſit auditorium vt Bonifacius reſpondet Octauus in *cap. non putamus illam conſuetudinem 2. in fine de conſuetudine in 6. Rota* apud *Duranum deciſ. 415. num. 2. part. 2. Gratianus forenſium part. 5. capite 809. num. 15. 16. & ſequentibus.* Hinc etiã ex eadem ratione

Vicarius Epiſcopi in cauſis ordinariis. cùm vnum, atque idem ſit eiuſdem Tribunal, & Auditorium ſuſpectus erit, ſi Epiſcopus ſuſpectus acclamabitur. ex Innocentio Tertio Abbati de Bordellia, & *Priori* Sancti Sepulchri *in capit. inſinuante R. rectore ſancti Saldati 25. de officio, & poteſtate Iudicis delegati extra.* ibique *Gloſſa verbo officialis. & Abbas nu. 2.* ſequitur *Gurba deciſ. 27. num. 10.* Non tamen ita erit in cauſis delegatis Epiſcopo, & Vicario. *Gratianus Forenſium part. 1. c. 106. num. 24. & part. 5. d. cap. 809. num. 18. 19. & 20.* vbi ſe primit. ſi cauſa ſit inter partes, & ex propria perſona Epiſcopus ſit ſuſpectus: Quia

pro-

profectò vicarius sit suspectus si de commodo agatur Episcopi.

Vicariatus, quamuis quidem Beneficium non sit Ecclesiasticum, neque ordo, est tamen dignitas, & res spiritualis, quia spiritualem Iurisdictionem exercet: pro pecunia propterea vicariatum vel vendens, vel emens in simoniæ dat crimen. Ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in *cap.* 1. & in Concilio Turonen in *cap. quoniam in quibusdam partibus* 2. *ne Prælati vices suas, vel Ecclesias sub annuo censu concedant. extrà* non tamen datur in pœnas, & censuras *extrauagantis* Pauli Secundi *cum detestabile scelus simoniæ* 2. *de simonia inter communes.* quia illa decernit de simonia in beneficiis, vel ordinibus commissa. incidit tamen in alias pœnas sacrorum canonum, ut tradit *Nauarrus manuali cap.* 23. *num.* 121. *Sayrus decis.* 2. *ne Prælati vices suas. Quaranta in summa Bullarum* verbo *Capitulum sede vacante num.* 7. *in* 7. *dubio fol. mihi* 147. *Lazarius de monitorijs q.* 7. *sectione* 1. *num.* 6. *Riccius* Episcopus Vici Equen *in praxi variarum resolutionum part.* 1. *resolut.* 613. *num.* 2. *Barbosa in collectanea ad Tridentinum sessione* 25. *de reformat. cap.* 11. *num.* 6. 7. *& sequentibus.*

Vicarium Episcopum posse cogi tenere *Abbas* prosequitur in *cap. quoniam in plerisque partibus.* 14. *de officio Iudicis ordinarij extra.* & in *capit.* sequenti incipiente *inter cætera, quæ ad salutem spectant populi.* 15. qui canones sunt Alexandri Tertii in Concilio Generali. sequiturque *Sbrozius de officio vicarij libro* 1. *q.* 57. Verùm contrariam prosequitur sententiam *Felinus eodem cap. quoniam in plerisque partibus.* præsertim si Episcopus ex se sit idoneus, neque diœcesis vasta sit. Fitque id apertissimum, ex eodem Alexandro Tertio *d. cap. quoniam.* ad finem, qui in casu necessitatis verba facit: *Sed si propter prædictas causas, vrgens necessitas postulauerit &c. prouida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis.* ibique *glossa* verbo *vicarium.* & *d. cap. inter cætera.* 15. §. *vnde cum sæpè contingat.* verbis illis: *per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei.* Vel si Episcopus absens fuerit. atque ita Rotam probasse refert *Genuensis in praxi cap.* 70. *nu.* 3. & apud *Puteum decis.* 43. *libro* 2. *num.* 2. Ex ratione: Quod habere Vicarium Episcopo voluntarium est, non necessarium. sequiturque *Parisius de resignatione beneficiorum libro* 1. *q.* 16. *num.* 54. nec diuersimodè *Quaranta in summa Bullarum* verbo *Archiepiscopi auctoritas. in* 19. *auctoritate num.* 21. *ad finem fol. mihi* 75. ibique additio *Prosperi de Augustino littera N.* nam loquuntur in casu necessitatis. non simpliciter. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *lib.* 3. *cap.* 43. *q.* 2. qui remitti se *ad Rebuffum in praxi de officio vicarii num.* 2. & ita respondet *Gratianus forensium part.* 1. *capit.* 94. *num.* 36. & 37. & *part.* 3. *cap.* 561. *num.* 16.

Vicarius non minori ætate debet constitui viginti quinque annorum natus. ex his, quæ habet Alexander Tertius in Concilio Lateranen in *cap. cum in cunctis sacris ordinibus* 7. §. *inferius ora etiam ministeria, extrà de electione, & electi potestate. Ioannes Azorius institutionum moralium part.* 2. *libro* 3. *cap.* 43. *q.* 10.

Vice dominum Episcopus constituere debet, siue Maiorem domus, qui rerum Episcopatus curam habeat, & hospites suscipiat superuenientes, & hunc idoneum, & paratum. ex Gregorio Anthemio Subdiacono in *can. volumus, vt frater noster Paschasius, & vicedominum sibi ordinet, & maiorem domus.* 2. *dist.* 89. Vicedominum, hoc est œconomū domus. ex Hugone *Glossa* ibidem exponit. pateque ex eodem Gregorio in *can.* sequēti *Diaconatum verò Anatolium* 3. Clementiæ patriciæ scribente, atque dicente: *Vicedominum cum cum constituimus, cuius arbitrio Episcopium commisimus disponendum* vbi *Glos.* verbo *Vicedominum* explicat, quod Vicedominus est, qui habet potestatem super res ipsius Episcopatus.

Vicem reddere debet Dominus fideli suo in his omnibus, quę fideliter gerit. Quod si nō fecerit; meritò censebitur male fidus. ex epistola Fulberti Episcopi in *can. de forma fidelitatis aliquid scribere monitus.* 18. *in fine* 22. *q.* 5. verbis inferendo: *Dominus quoque fideli suo in his omnibus vicem reddere debet. Quod si non fecerit, merito censebitur male fidus.* vbi *Gloss.* verbo *vicem.* & ipsa infert: *Et sic eadem fide tenetur quis subdito; sicut subditus Domino.* ex Hieronymo ad Nepotianum epistola 2. in *can. esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe.* 7. *distinct.* 95. verbis edicente: *Scitum est illud oratoris Domitij: Cur ego te (inquit) habeam vt Principem, cùm tu me non habeas vt Senatorem?* vbi *Gloss.* verbo *me.* argumentum defert satis accomodum: *Quod frustra petit debitum, qui, quod debet, non impendit.* Ita.

Vicem rependere debemus Christo charitatis, qua dilexit nos. ex Paschasio Papa libro de corpore, & sanguine Christi cap. 9. in *can. iteratur quotidie hęc oblatio.* 71. *in fine de consecrat. distinct.* 2. dicentem attende: *Interdum autem semper mors Christi pro seculi vita posteris nuncianda est, vt discant, qua charitate dilexit suos. qui pro eis mori dignatus est, cui omnes Vicem debemus rependere charitatis: quia ad hoc hos prior dilexit, cùm essemus gehennæ filii, vt diligeremus eum à morte iam liberati.* vbi *glossa* verbo *rependere* refert illud Prophetę: *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi calicem salutaris accipiam, &c.* Vicem ergo rependamus ei, diligendo eum ex toto corde nostro.

Victimę impiorum abominabiles Deo sunt: vota iustorum placabilia. Prouerbiorum 15. quę deducit Gregorius in prefatione in Iob. in *can. in grauibus peccatis quis positus* 5. 3. *q.* 7 rationem reddens: *Cuncti enim liquidò nouimus, quia cum is displicet, qui ad intercedendum mittitur, irati animus proculdubio ad deteriora prouocatur. Scriptum quippe est: Victimæ impiorum abominabilis Deo sunt: vota istorum placabilia. Neque enim in omnipotentis Dei iudicio, quid, sed à quo datur inspicitur.* idemque Gregorius Recaredo Regi scribens in *can. scriptum est: Victimæ impiorum abominabiles Deo:*

*vota iustorum placabilia* 11.14. q.5. referens in fine, & illud (Ecclesiastici 34.) *Dona quippe iniquorum non probat altissimus: nec respicit in oblationibus eorum, nec in multitudine sacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.* Quia praua intentione offeruntur. exemplo Cain. *Gloss.* vt refert in *can. & dixit Dominus ad Moysem, & ad Eleazarum filium Aaron sacerdotem* 26 *de consecrat. distinct.* 2. verbo *sanctificata sunt.*

Victus nomine, & vestitus comprehenditur. Ex Leone Nono contra Epistolam Nicetæ Abbatis in *can. omnino confitemur, non licere Episcopo* 11. *distinct.* 31. verbis illis: *Vt ei victũ, & vestitum largiatur.* ibique *Glossa* verbo. *& vestitum.* ex Vlpiano libro 58. ad Edictum in *l. verbo victus* 43. *ff de verborum & rerum significatione.* verbis docente manifestis: *verbo victus continentur, quæ esui, & potui cuiuique corporis, quæque ad viuendum homini necessaria sunt. Vestem quoque victus habere vicem Labeo ait.* Sicuti etiam, quę infirmante corpore necessaria sunt. Ex Caio libro 12. ad Edictum Prouinciale in *l. cętera quoque* 44. *ff eodem.* illo dicente: *Cætera quoque quibus tuendi, curandiue corporis nostri gratia vtimur, ea appellatione significantur.*

Vincitur vtiliter, cui licentia iniquitatis eripitur: quoniam nihil est infelicius felicitate peccantium. Augustinus sermone de puero centurionis in *can. paratus debet esse homo iustus* 2. §. *ac per hoc si terrena ista respublica* 23. q 1.

Victo misericordia debetur maxime in quo pacis perturbatio non timetur. Augustinus ad Bonifacium in *can. noli existimare neminem Deo placere posse* 3. *in fine* 23. q. 1.

Vidua est, quæ sine viro est. de hac re Iabolenus libro 2. ex posterioribus Labeonis in *l. malum nauis esse partem* 242. §. *viduam ff. de verborum, & rerum significatione* sequentibus doctrinam tradit: *Viduam non solum eam, quæ aliquando nupta fuisset, sed eam quoque mulierem, quæ virum non habuisset, appellari ait Labeo: quia vidua sic dicta est, quasi vecors, vesanus, quasi sine corde, aut sanitate esset. Similiter viduam esse dictam, quasi sine duitate.* vbi *Gloss.* verbo *duitate.* id est societate duorum. explicat. deducitque Gratianus. ex Apostolo (1. ad Timothæum 5.) in *can. viduas honora, quæ verè viduæ sunt* 9. 1. q. 2. subsequens ipse: *Quæ autem non sunt verè viduæ, id est, quæ suis, vel parentum opibus substentari possunt, non recipiantur. Vt Ecclesia sufficiat eis, quæ verè viduæ sunt.* vbi *Glossa* verbo *viduas honora* sequentibus commentum agit: *quę debent sumptibus Ecclesiæ substentari. & vidua quandoque dicitur, quæ virum non dum habuit. vt ff. de verborum significat. malum. §. viduam.* prçsertim vero adolescentiores viduę sunt. Ex Concilio Carthaginensi Quarto in *can. ad reatum Episcopi pertinet* 33 *siue penultimo distinct.* 81. & ex eodem ibidem *canon. vltimo* dicens:

Viduæ, quę stipendio Ecclesię substentantur, eàm assiduè in Dei opere esse debent, vt & merito, & orationibus suis Ecclesiam adiuuent.

Viduarum præsertim, & pupillorum Ecclesia curam habere tenetur. ex Gelasio Papa Gerontiu, & Petro Episcopis in *can. licet omnibus de nobis sperantibus* 1. *distinct.* 87. Hinc est, quod vidua bonis spoliata potest coram Iudice ecclesiastico spoliatorem conuenire. Quia ecclesiæ interest viduas defensare. ex Honorio Tertio Archiepiscopo, Decano, & Archidiacuno Turonen. in *cap. ex parte B. quondam Angliæ reginæ fuit propositum.* 15. *in fine primitijs ac foro competenti extrà.*

Vidua, cui vir vsumfructum reliquit bonorũ donec caste vixerit, si rem habeat cum alio, atque proinde stuprum committat, & nihilominus legato vsusfructus vtitur, ac si stupro se minime fœdasset; & mortaliter peccat; & ad restitutionem tenetur. ex *Caietano* in *summa* verbo *para.* sequitur *Nauarrus manuali cap.* 25. *num.* 65. *vers.* 2. *quæ vidua.* Secus tamen esset si diceret quò ad nuberet. vt ibidem.

Vidua, quæ laudabiliter in viduitate viuit, non procul à virginitate cõstituitur. ex Iustiniano Cęsare in *authentico de non eligendo secundo nubentes mulieres collat.* 1. §. *optimum itaque est.* verba sunt Cæsaris: *Optimum itaque est, atque laudabile, & dignum oratione, vt mulieres ita se honestè tractent, quatenus, quæ semel ad virum venerunt, seruent inuiolatum morientium thorum, & huiusmodi mulierem, & miramur pariter, & laudamus, & non procul à virginitate ponimus.* sic Cæsar.

Vidua est cuius maritus mortuus est. Hieronymus ad Fabiolam de veste sacerdotali in *can. vidua est* 16. *distinct.* 34. vbi *Glossa prima.* sequentibus commentum agit. *Vt hoc meliùs intelligas, dic, quod vidua dicitur, quę à viro idua, id est, diuisa, vel separata est. Nam iduo, iduas, dicitur separare, vel diuidere; & dicitur sic ab idus. quod est diuisio, vel separatio. secundum Pol. & dic vidua, scilicet ex cuius copula quis impeditur. Hugo. Ioan. de fano.* ita Glossa.

Vidua quoque dicitur, quę virum habet inutilem. & viri manet solatio destituta. *Ex Innocentio* Tertio Decano, & Capitulo Andegauensi in *cap. inter corporalia, & spiritualia* 2. §. *sed neque illud, quod in canone legitur. de translatione Episcopi. extrà.* noster *Maranta in singularibus littera M. mulier fol.* 66. quod tamen exaudi, quò ad effectum, quia æquipatatur viduę, quę inutilem habet virum, non quod verè vidua sit, alioquin simpliciter, dictum hæreticum esset, cùm matrimoniũ sola morte naturali separetur, & dissoluatur. *Nauarrus in can. hęc autem vestra. de pœnitentia dist.* 1. *num.* 4.

Vidua tamen nõ dicitur sponsa, etiam contracto matrimonio, & ad domum traducta, si antequàm carnaliter agnoscatur, sponsus mortẽ obeat. Gratianus in *can. Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi,* 19. §. *vidua vero intelligenda est. eadem distinct.* 34. Qui igitur hanc duxerit, bigamus haud dicitur. refert ex Pelagio Papa ibidem *can. Valentino Clerico* 20. *siue finali.*

Vigilantes iura subleuant, non sane oscitãtes, dormientesue vnde dicitur: *Vigilantibus nõ* dor-

dormientibus iura subueniunt. ex Gregorio Anthemio subdiacono Campaniæ in *can. nũciatum est nobis Campaniæ Episcopos ita negligentes existere. 2. distinct. 84.* verbis illis: *Atque ita in his, quæ eos iustè secundum Deum agere conuenit, vigilantes existant.* vbi *Glossa* verbo *vigilantes.* Rationem reddit: *Nam vigilantibus Ius Ciuile scriptum est.* ex Scæuola libro singulari quæstionum publicè tractantur in *l. pupillus patri hæres extitit. 24. in fine ff. quæ in fraudem creditorum facta sunt, vt restituantur.* audi dicentem, ac rationem reddentem. *Sed si vigilaui, meliorem meam conditionem feci: Quia Ius Ciuile vigilantibus scriptum est: ideoque non reuocatur id, quod percepi.* vbi *Gloss.* Marginalis refert textum in *d. can. nunciatum distinct. 84.* nec diuersimode ex vigilantia pependit Vlpianus lib. 16. ad Edictum in *l. qui autem cum possit aliquid quærere, non id agit. 6. §. sciendum est Iulianum scribere, eoque iure nos. vti. ff. eodem, quæ in fraudem creditorum.* in ratione, quam reddit; *Non timere hoc Edictum: sibi enim vigilauit.* Quia vigilantibus leges scriptæ sunt & summis vigilijs. vt Iustinianus Augustus testatur in *§. quorum vtramque viam cum summis vigilijs. &c. in procemio Institutionum* ibique *Gloss.* verbo *cum summis vigilijs.* notat *Gloss.* in *cap. ex parte vestra fuit propositum 10. de consuetudine* verbo *in curia.* deduximus nos *respons.* nostra 94. *num. 16. part. 5. Gratianus forensium disceptationum part. 5. cap. 941. num. 2.*

Vigiliæ Sanctorum, quorum festus dies, secũda feria contingit, in sabbatum præcedẽtem transferuntur. Sabbato namq; ieiunium seruabitur. ex Innocentio Tertio Clericis S. Petri Magalon in *cap. ex parte vestra quæsitum fuit. 1. de obseruatione ieiuniorum.* Præter tamen vigilias Apostolorum Philippi, & Iacobi, & Beati Ioannis Euangelistæ: quoniam eorum solemnitas infra solemnitatem paschalem; illius autem infra Natalem Domini celebratur. Idem respondit Innocẽtius Beacharensi Archiepiscopo scribens in *cap. consilium nostrum 2. eodem de obseruatione ieiuniorum.* eodem modo de vigilia S. Matthiæ anno bisestili. ex Alexandro Tertio in *cap. quæsiuit fraternitas tua 14. §. festum verò Beati Matthiæ. de verborum, & rerum significat. extrà.* & notatur ex Concilio Salegustæ habito in *can. de ieiunio autem incerto quatuor temporum 3. distinct. 76.* ibique *Glossa* verbo *celebrari.*

Vigiliæ Sanctorum dicebantur, quia cum ieiunio orationibus pernoctabant fideles in Ecclesiis ex Ambrosio sermone 60. in *can. Ius can. nosse credo vos fratres 9. eadem dist. 76.*

Vigilia Pentecostes, sicut & Vigilia Paschæ ieiunio celebrari debet. ex Concilio Salegustæ habito in *can. de ieiunio autem in certo quatuor temporum. 3. §. & hoc sciendum est. distinct. 76.* saltim ex deuotione ex Isidoro ibidem in *can. post pascha vsque ad pentecostem 10. eadem distinct. 76.* nunc verò ex consuetudine totius Ecclesiæ ieiunio celebratur. notat *gloss. finalis d. can. nosse nos credo fratres. 9. distinct. 76.* & *glos. in cap. 2. de obseruatione ieiuniorum* verbo *paschalem. Nauarr. cons. 1. de obseruat. ieiuniorum. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 1. lib. 7. cap. 13. col. 2. littera C. & D.*

Vim vi eeppellere licet. à principio namque naturæ id proficiscitur, eo quod vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur. violentiæ per vim repulsio. ex Isidoro etymologiarum libro 5. cap. 4. in *can. Ius naturale est commune omnium nationum 7. distinct. 1.* ibique *Gloss.* verbo *per vim.* subnectens: *quod cuilibet licet.* Quod enim quisque ob tutelam sui fecerit, iure fecisse æstimatur. ex Florentino libro 1. institutionum in *l. vt vim 3 ff. de Iustitia & Iure.* deduxitque Innocentius Tertius Abbati sanctæ Trinitatis de Meldemberg scribens in *cap. significasti nobis 18. § quod si asseris non posse ex cuius ictu percussus interijt de homicidio voluntario, vel casuali.* verbis edicens: *Quamuis vim vi repellere omnes leges, & omnia iura permittant: quia tamen id debet fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ.* ibique plene *glossa* verbo *moderamine inculpatæ tutelæ.* modos tradens quibus moderamen hoc ostenditur. dixitque apertissime Alexander Tertius in *cap. si verò alicuius Potestatis ostiarius 3. §. si vero clericum vim vi sibi inferentem vi quis repellat. extra de sententia excommunicat.* Rationem reddens: *Cum vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittant.* ibique *gloss.* verbo *vim vi.* Huiusque rei rationem ab ipsis quoque Gentilibus obtines. patet ex Caio lib. 7. ad edictum Prouinciale in *l. itaque si seruum 4. ff. ad legem Aquiliam.* qui sequentibus rem aperit: *Itaque si seruum tuum latronem insidiantem mihi occidero, securus ero: Nam aduersus periculum naturalis ratio permittit se defendere.* Neque se conquæri licebit. *Nam cum liceat vim vi repellere, quod fecit passus est.* Vlpianus libro 11. ad edictũ in *l. sed, & partus ancillarum 12. §. quæri poterit. ff. de eo, quod metus causa gestum erit.* ex Pomponio respondit. Nec satis à re, quin prope nimis rationem tradidit Nicolaus Papa in *can. nemo Episcopus, nemo Presbyter excommunicet aliquem 11. in fine 2. q. 1.* dicens: *Vt, quod iniustè fecit, ipse iustè patiatur.* tradidimus *respons.* nostra 52. *nu. 13. & 14.* & *respons. 91. à nu. 21. cum sequentibus part. 5. Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 3. libro 1. cap. 1.* pluribus rem excutiens.

Vis maior, quam Græci [illegible] appellant, nõ debet conductori damno esse si plus quam tolerabile est, læsi fuerint fructus. alioquin modicum damnum æquo animo ferre debet colonus, cui immodicum lucrum non aufertur. Apparet autem de eo nos colono dicere, qui ad pecuniam numeratam conduxit: alioquin partiarius colonus, quasi iure societatis & damnum, & lucrum cum domino fundi patiatur. Verbis loquitur Caii libro 10. ad edictum Prouinciale in *l. si merces promissa sit generaliter alieno arbitrio 28. §. vis maior; quam Græci. ff. locati, & conducti.* vbi glossella Marginalis sequentibus adnotat, verbum græcum interpretans: *Id est vim diuinam. Græci enim tempestates, procellas, similiaque mala di-*

ui-

*nin ę irę solent ascribere.* vide *Alciatum libro prę-termissorum* 2. sic Glossella.

Vindicta, quæ alieno malo animum pascit, delectare nos non debet. Non tamen vt correctionem hominum negligamus. ex Augustino ad Publicolam in *can. de occidendis hominibus* 8. *post principium* 24. *q.* 5. Ita quidem quod vindicta non inferatur simpliciter, vt vindicta. Namque Mali tolerandi sunt, non abscindendi; increpatione feriendi, non corporaliter expellendi. ex Gratiano in *summa* 23. *q.* 4. vindicta enim quandoque infertur Zelo vltionis, & fieri non debet; quandoque vero amore correptionis. & sic permittitur. notat *Glossa* ibidem verbo *vindicta*.

Vindicta enim per iustitiam licitè sumi potest aduersus peccantem ad bonum finem, ad quem peruenitur per pœnam peccantis, & ad emendationem eius, & salutem, & ad cohibendum eum, ne delinquat, ad aliorum quietem, iustitię conseruationem, & ad Dei gloriam. ex S. *Thoma* 22. *q.* 108. *art.* 1. *Nauarrus cons.* 1. *num.* 1. *in fine libro* 5. *de accusationibus.* Vindicta enim, quæ valet ad correptionem, non prohibetur. ex Augustino in *can. ea vindicta* 51. 23. *q.* 4.

Vindicta grauior, peccatum grauius fuisse demonstrat. à posteriori quidem. ex Augustino libro 2. de baptismo cap. 6. in *can. non afferamus stateras dolosas, vbi appendamus, quod volumus* 21. *in fine* 24. *q.* 1. verbis edicente: Quis iam dubitauerit hoc esse sceleratiùs commissum, quod est grauius vindicatum. Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *sceleratius.* & ipsa subnectens: *Nam dicit lex, quod maiora delicta maioribus pœnis, minora minoribus sunt punienda.* in fine subdens: *Nam quantò maiora est contemptus, tantò maior scelus committitur.* ex Ioanne Chrysostomo in *can. homo Christianus fortiter cadit in peccato.* 5. *dist.* 40. duas enumerans causas: *aut propter magnitudinem peccati; aut propter altitudinem dignitatis.* ibique *Gloss.* verbo *cadit.* vbi etiam infert: *augetur peccatum dignitate peccantis.*

Vindicta sumitur coercendo, corripiendo, excommunicando, degradando. ex Augustino sermone 24 de verbis Apostoli in *can. fortè in populo Dei stat iuxta te auarus, raptor, inhians rebus alienis.* 11. *in fine.* 23. *q.* 4. verbis edicente: *Sanè si Iudex es, si iudicandi potestatem accepisti, Ecclesiastica regula, si apud te accusatur, si veris documentis, testibusque conuincitur; coerce, corripe, excommunica, degrada.* vbi *Gloss.* verbo *corripe.* Suspendendo. exprimit. per suspensionem ergo etiam iustè vindicta sumitur. sicuti etiã pecuniaria pœna vindicta sumitur ex Anastasio Papa in *can. statuimus, vt si quis oblationes Ecclesiæ, vel decimas.* 55. *in fine* 16. *q.* 1. verbis illis: *Bannum nostrum componat, & communione priuetur.* ibique *Glossa* verbo *Bannum.* Deducens; quod potest Ecclesia pœnam pecuniariam infligere. & ex Ioanne Papa Octauo omnibus Episcopis scribente in *can. quisquis inuentus fuerit reus sacrilegij.* 21. 17. *q.* 4. triginta libris examinati argenti componitur. & in fine. sacrilegi sacrilegij damnum nouies cōponere damnantur, & ob immunitatem Ecclesiasticam violatam sententię subiugantur canonicæ: quia excommunicantur. Veluti etiam ex Concilio Triburiensi in *can. si quis contumax, vel superbus* 29. *eadem* 17. *q.* 4. pro sacrilegio in Ecclesiam commisso nongentis solidis componere præcipitur, & publica quoque pœnitentia mulctatur. ibique *Glossa* verbo *componat.*

Vindicta de criminibus non ita seuere sumẽda est, vt semper qualia fecerunt, talia patiatur: sed quandoque sic succẽlendum est iniquitati, vt consulere humanitati quoque meminerimus. & Iudex pii patris officium faciat. ex Augustino ad Marcellinum Comitem de Donatistis in *can. circumcelliones illos* 1. 23. *q.* 1. Quod sanè exauditur, si digne emẽdauerint, quod mali fecerunt. Ex Nicolao Papa omnibus Episcopis in *can. illi, qui peregrinos, vel oratores cuiuscumque sancti* 25. 24. *q.* 3. & deducitur ex Augustino de verbis Domini sermone 18. in *can. tolerandi sunt quidem mali pro pace, nec corporaliter ab eis recedatur* 1. *cum sequentibus* 43. *q.* 4. nam mali corrigendi sunt, quantum licet pro gradu cuiusque salua pace. rationem reddens in canone sequenti. *Nam, & Christus Iudam cùm sciret furem esse, tolerauit, & ad prędicandum misit, eique cum alijs Eucharistiam dedit.*

Vindicta temperanda est, nec à multis sumenda, vbi peccatum habet sociam multitudinẽ. ex Augustino libro 3. contra Epistolam Parmeniani capite 2. in *can. non potest esse salubris à multis correptio* 32. 23. *q.* 4. Rationem redente: *Re vera, si contagio peccandi multitudinem inuaserit; diuinę disciplinę seuera misericordia necessaria est.* vbi *Glossa* verbo *multitudinem.* sic infert consequentiam: *Sic ergo ratione Multitudinis, non exercetur vindicta.* ex Innocentio Papa Episcopis Macedonię Epistola 22. in *can. quoties à populis, aut turba peccatur* 14. 1. *q.* 7. vbi *Glossa* verbo *propter multitudinem.* Argumentum infert: *Quod parcendum est multitudini.* & prosequitur intelligentiam dicti. Vnde rationem defert Ambrosius in commentarios in Lucam in *can. quod Christus discipulos increpauit, quia ignem super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant.* 26. 23. *q.* 3. dicens: *Quia non numquam ampliùs prodest clementia; tibi ad patientiam, lapso ad correptionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur: nec discipuli peccant qui legem sequuntur.* Lucę 9. nec deuius ab hoc fuit Sensu Augustinus ad Bonifacium in *can. vt constitueretur in Ecclesia* 25. *in fine distinct.* 50. verbis edicens: *Verùm in huiusmodi causis, vbi per graues dissentionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.* & plura notat *Glossa* ibidem verbo *detrahendum est.*

Vindicta non numquam exercetur, vt alij videntes pœnam corrigantur, & emendentur. ex Augustino Felto scribente in *can. Quid faciet hic Ecclesia medicina.* 25. 23. *q.* 4. Rationẽ

refo-

referente: *Catholici esse non incipiunt, nisi haeretici esse desiterint.* Antecedenter deducendo: *Nam, & phrenetici nolunt ligari, & lethargi nolunt excitari: sed perseuerat diligentia charitatis phreneticum castigare, lethargum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur. Ambo molestati, quandiu aegri sunt, indignantur: sed ambo sanati gratulantur.* vbi *Glossa* verbo *incipiunt*. Rationem, & ipsa reddit: *Egressus malitiae, virtutis operatur ingressum.*

Vindicta, quae ad correptionem fit, exerceri nō prohibetur. benè vetum ea, quę ex odio fit, ad se vlciscendum. ex Augustino de sermone Domini in monte libro 1. capite 37. & 38. in *can. ea vindicta, quae valet ad correptionem, non prohibetur* 51. 23. q. 4. verbis rationem referente: *Non ergo quaeritur, nisi, vt ille vindicet, cui certum ordine potestas data est, & ea voluntate vindicet, qua pater paruulum filium flagellat, quem per aetatem odisse non dum potest. Hinc enim aptissimum exemplum datur, quo satis apparat posse peccatum amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui, vt illum, in quem vindicat, non poena miserum, sed correctione beatum velit: paratus tamen, si opus sit, aequo animo plura tolerare ab eo illata, quem vult esse correptum, siue in eum habeat potestatem coercendi, siue non habeat.* Alioquin si mali cū bonis mixti sunt, & timeri potest, ne ipsis bonis damnum emergat ex vindicta malorum, tunc tolerandi sunt mali. Nam ex Gregorio: Abel esse nequit, quem Cain malitia non exercet. deducit. Gratianus in *can. aduersitas, quae bonis votis obijcitur, probatio virtutis est.* 48. 6. *cum autem vitiis subditorum Praelatus affligitur.* 7. q. 1. Rationem etiam inferens: *Ferrum quippe nostrae mētis ad acumen potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius eraserit lima prauitatis.* Hic nempe homo pacificus dicitur, qui quod non potest vindicta corrigere, firmitate supportat. ex Augustino libro 2. contra epistolam Parmeniani in *can. quisquis, quod potest, arguendo corrigit* 5. 23. q. 4.

Vindicta in occultis, quae iudicio non sunt probata Domino reseruatur, cùm in prouerbiis dicatur. (ad Romanos. 12. *Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus.* ex Gratiano in *summa* 23. q. 1. §. *Item cum in prouerbijs dicatur.*

Vindictam vero de peccatis, in Deum praesertim, si Praelatis sumere dimittit, timore, vel ex alia nō iusta causa, grauiter offendit. Quia debita coelestis regis, & Domini sui pręsumptione resoluit. ex Gregorio in *can. si is, qui Prelatus est. debitori Dominico culpas impunè dimittit.* 28 23. q. 4. Rationem redit *Glossa* ibidē verbo *offendit.* dicens: *Nam culpa est quandoque relaxare vindictam.* Nec dissimiliter Augustinus ad Bonifatium in *canone si Ecclesia vera ipsa est, quę persecutionem patitur.* 42. eadem 23 q. 4. verbis enuncians: *Ergo, si verum dicere, vel agnoscere volumus est persecutio iniusta, quam faciunt impij Ecclesię Christi; & est iusta persecutio, quam faciunt impijs Ecclesię Christi. Ista itaque beata est, quę persecutionem patitur propter iustitiam. illi verò miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam.* Rationem excipe ex Ambrosio sermone 8. in psalmum 118. versiculo 7. in *can. est iniusta misericordia* 33. *in fine eadem* 23. q. 4. verbis enunciāte: *Nonne, cum veniam indulget indigno plurimos facit ad prolapsionis contagium prouocari? Facilitas enim veniae, incentiuum tribuit delinquendi.* Vnde est quod propter negligentiam pastoris in vindicādo crimina Deus quandoq; in toto populo immittit flagella, & pestis, & Bellorū, & famis. ex Gregorio Brunichildę Reginę Francorum in *can. si quos igitur violentos, si quos adulteros, si quos fures* 47. *eadem.* 23. q. 4 ibique *Glossa* verbo *flagellum*. argumentum inferens; quod *propter negligentiam pastoris, vel etiam propter peccata aliquorum mittit Deus flagella.* ex Nicolao Papa Humifrido Morinensis Ecclesię Episcopo in *can. sciscitaris itaque per Guldagarium Presbyterium* 47. 7. q. 1. de paganis verba faciens; *cùm ad tempus saeuiunt, ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatem diuinitùs assequuntur. &c.*

Vinum luxuriosa res, & tumultuosa ebrietas. omnis, qui cum his miscetur non erit Sapiens. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum in *can. luxuriosa res vinum.* 3. *distinct.* 35. Vnde Apostolus (ad Romanos 14.) *Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.* Addit Hieronymus libro 1. contra Iouinanum in *can. ab exordio conditionis humanae* 2. *in fine eadem distinct.* 35. verbis edicens: *Et Vinum cum carnibus post diluuium dedicatum est*: id est in vsum assumptum. *Glossa* ibidem subnectit verbo *dedicatum est.*

Vinum & ebrietas incendium est. *Vinolentū* sacerdotem, & Apostolus damnat. sequitur Hieronymum ad Nepotianum de vita clericorum in *can. Vinolentum sacerdotem, & Apostolus damnat* 6. *eadem distinct.* 35. in fine dicēs: *Sponsa Christi vinum fugiat, vt venenum: vinum, & ebrietas incendium est.*

Vinum nec suo pepercit auctori, Ambrosius ait libro de Elia, & ieiunio in *can. sexto die bestia sunt creata* 8. *ad medium eadem distinct.* 35. quin ex vino seruitus. subdens: *Manebat, ante quàm vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat à consorte naturae suę obsequia seruitutis exigere. Non esset hodie seruitus, si ebrietas non fuisset.*

Vino qui inebriatur vacillat, & titubat. Spiritu qui inebriatur. radicatus in Christo est. ita Ambrosius libro 5. de sacramentis in *can. in calicem mittitur vinum: & quid aliud? aqua* 83. §. *quotiescumque bibis, remissionem accipis peccatorum, & inebriaris in spiritu.* de consecrat. dist. 2. super verbis Apostoli (ad Ephaesios 5.) *Nolite inebriari vino; sed implemini Spiritu sancto.* Commentum agens: *Vino enim qui inebriatur, vacillat, & titubat Spiritu qui inebriatur, radicatus in Christo est. Et ideo praeclara ebrietas, quae sobrietatem mentis operatur.*

Violentia legibus est inimica. sic Gelasius Papa Ezechię Comiti scribens in *can. Christianis gratum semper debet esse quod ab eorum poscitur dignitate prestandum* 12. *in fine* 11. q. 1. commendans illi non nullos Clericos: *Subli-*

mi-

*mitatis suæ* (inquiens) *tuitione vallentur: ne quid illis, aut subreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat: quia qui iudicium refugit, apparet eum de iustitia diffisum*. Quia Clerici à laicis opprimi non debent. Vnde quod per Violentiam ablatum est, restitui debet, ex Gregorio Ioanni Defensori eunti in Hispaniam in *can. in primis requirendum est de persona presbyteri 7. col. a. §. Gloriosus autem Comitulus* 2. q. 1. ibique pluribus *Glossa* verbo *expenaisse*.

Violentia, propriaque auctoritate res Ecclesiæ defendendæ non sunt neque ab aliorum manibus extrahendę, sed Iudicio. ex Gregorio in *can. consuetudo noua in Ecclesia hac, & valde reprehensibilis erupit* 1. & ex Mileuitano Concilio in *can. placuit, vt quicumque Episcopi*. 2. 16. q. 6. Iudicium autem erit Ecclesiasticum vt ibidem dicente Concilio: *Per Episcopos Iudices causa finiatur*.

Violentia autem resistentium, etiam defacto reprimenda. vnde, etiam bella permittuntur. ex Augustino contra Manichæos contra Faustum in *can. quid culpatur in bello? an quia moriuntur quandoque morituri?* 4. 23. q. 1. inferente: *Vnde neque Ioannes ab armis iubent discedere milites: & Christus tributa Cæsari iubet reddi. Quia propter bella necessariò militi stipendia prębentur*.

Violentia, non aufert animi pudicitiam. Nam corpori tunc vis infertur, non animo. ex Gratiano in *summa* 32. q. 5. inferente etiam: *Vnde quamuis corpus violenter corrumpatur, si pudicitia mentis seruetur illesa, tamen castitas duplicatur. Sicut beata Lucia fertur dixisse Paschasio: Si me inuitam feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*.

Violentiam passa, si clamare non potuerit, quia in agro, excusatur, secus si in loco vbi clamare potuit. (Deutoronomii 5.) Hieronymus ad Amandum presbyterum in *can. non satis animaduertere potui, quid sit, quod dicere voluit* 3. 34. q. 1.

*Vir* caput est mulieris. Vir ergo melius viuere debet, quàm mulier. Augustinum excipe de decem cordis capite 3. in *can. non mæchaberis, id est non ibis ad aliquam aliam pręter vxorem tuam* 5. *siue finali* 32. q. 6. sic affabre verba facientem: *Tu, cum caput sis, vxoris tuę, pręcedere ad Deum, cuius caput es. vis domum tuam capite deorsum pendere. Caput enim mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier quàm vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debet viuere vir, & pręcedere in omnibus bonis factis vxorem suam; vt illa imitetur virum, & sequatur caput suum*.

Vir proinde non debet velare caput suum, quia imago, & Gloria Dei est: mulier autem ideo velet, quia non est Gloria, aut imago Dei. ex Apostolo 1. *ad Corinth*. 11. deducit Augustinus in quęstionibus veteris, & noui testamenti. in *can. hac imago Dei est in homine, vt vnus factus sit, quasi dominus* 13. 33. q. 5. rationem reddens: quia homo vir *habet imperium Dei, quasi vicarius eius; quia omnis rex Dei habet imaginem; ideoque mulier non est facta ad imaginem Dei, sic enim dicit* (Genesis. 1. Sapientię 2.) *Fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum*. Ita Augustinus. Seruire proinde viro debet vxor, atque ei subiecta esse, & non viro imperare; alioquin lex diuina non custoditur: *cùm etiam gentiles fœminæ viris sui seruiant communi lege naturę*. Hieronymus vt loquitur. in *can. cùm caput mulieris vir sit, caput autem viri Christus* 15. 33. q. 5. subnectens: *quęcumque vxor non subiicitur viro suo, hoc est capiti suo; eiusdem criminis rea est, cuius & vir, si non subiiciatur Christo capiti suo*. notat *Gloss*. ibidem verbo *blasphematus*. & notat *Gloss*. in *cap*. 1. *de clandestina desponsatione* verbo *viro incumbit probatio*. Rationem reddens. *Quia vir caput est mulieris*.

Vir, & mulier vna caro per connubium efficiuntur. ad illud (Genesis 2.) *Erunt duo in carne vna*. deducit Nicolaus Papa Constasiensi Episcopo Salomoni scribens in *can. sciscitatus à nobis sanctitas vestra* 1. 30. q. 4. ibique *Gloss* verbo *per connubium*. id est per carnalem copulam. exprimit: *Quia vir, & mulier caro vna effecti sunt*. vt Innocentius Papa Exuperio Tolosano Episcopo respondit in *can. si quis ex vno coniugio* 3. *eadem* 30. q. 4.

Viri statur iuramento asserenti se cognouisse carnaliter vxorem suam, si illa hoc neget: quia vir caput est mulieris. ex Cōcilio apud Compendium habito in *can. si quis accepit vxorem, & habuit eam aliquo tempore* 3. 33. q. 1. nec dissimiliter Alexander Tertius Noruicensi Episcopo in *cap. continebatur in litteris tuis* 6. §. *consultationi tuæ taliter respondemus. de desponsatione impuberum*. dicens determinationem: *Viri standum est veritati*. ibique *Gloss*. verbo *viri standum est veritati*. Nisi tamen mulier virginem se probauerit per aspectum corporis. vt *Glos*. ibidem in fine subnectit. ex Gregorio Octauo Proposito Sancti Cataldi in *cap. proposuisti, quod causa matrimonij* 4. *de probationibus*. ibique *Glossa* verbo *puella*. & *Glossella* Marginalis ibidem. eodemque modo Honorius Tertius Episcopo, & Archidiacono Senonem respondit in *cap. causam matrimonii* 14 *eodem de probationibus*. in fine concludens: *volumus, & mandamus, vt ad hoc honestas matronas, prouidas, & prudentes deputare curetis, ad inquirendum vtrū dicta puella virginitatis priuilegio sit munita*. ibique *Gloss*. verbo *Virginitatis priuilegio*. & *Glossella* Marginalis ibidem. ad materiam referens S. *Thomam* Doctorem Angelicum 2. 2. q. 151. & 152. nec dissimiliter Gregorius Ioanni Rauennaten scribit in *can. requisisti de his, qui ob causam frigida naturę dicunt se non posse* 2. *eadem* 33. q. 1. eisdem respondens: *Quod si mulier causatur, & dicit: Volo esse mater. & filios procreare; & vterque eorum septima manu propinquorum tactis Sacrosanctis reliquijs iure iurando dicat; vt numquam per commistionem carnis coniuncti vna caro effecti fuissent: tunc videtur mulierem secundas nuptias contrahere posse*.

Vir, & vxor ad imparia iudicari non debent. ex Ioanne Chrysostomo in *can. si quis vxorē*

*suam inuenerit adulteram.* 4. *in fine* 32. *q.* 1. dicente: *Similiter, si virum suum vxor inuenerit adulterum: non ad imparia iudicantur*. ibique *Glossa* verbo *ad imparia*. vnde *nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro qua ab vxore debetur castimonia*. Ambrosij verba sunt in libro de Patriarchis in *can. nemo blandiatur sibi de legibus hominum* 4 *in ipso principio* 32. *q.* 4. Nec diuersimode Hieronymus ad Oceanum de morte Fabiolę in *can. apud nos, quod non licet feminis, æquè non licet viris.* 20 32. *q.* 5. inferens: *Et eadem seruitus pari conditione censetur*. rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *pari*. dicens: *de quibus par ratio attenditur, simile debet esse Iudicium*. Ex Augustino super Epistolam Pauli ad Corinthios in *can. Apostolus, dicit* 3. *in fine* 32. *q.* 7. verbis illis: *Nisi quia similem formam vult intelligi*. ibique *Glossa* verbo *similem*. concinitque Innocētius Tertius Episcopo Ambianen in *cap. tua fraternitas requisiuit* 7 *in fine de adulteriis, & stupro*. verbis illis: *Cum paria crimina compensatione mutua deleantur*. notatq; *Nauarrus cons.* 2. *sub. num.* 2. *lib.* 4. *de frigidis, & maleficiatis*.

Vires suas cum hoc, quod est subiturus onere, prius quisque metiatur; vt si impar est, abstineat; & ad id cum metu etiam, cui se sufficere existimat, accedat. Gregorius dixit Syagrio, & aliis Episcopis scribens in *can. non est putanda eleemosyuam.* 27. *in fine* 1. *q.* 1. ibique *Glos.* verbo *prius vires suas*. ex Horatio in poetica refert:

*Sumite materiem vestris, qui scribitis, æquam.*
*Viribus: & versate diù, quid facere recusent.*
*Quid valeant humeri.*

Virga vltionis non semper exercenda est, sed cum moderamine *Vnde Dominus Iesus dimittens ad Euangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga: id est, vt incentiua litis, & instrumenta eriperet vltionis*. Ita verbis edicit de Sancto Ioseph scribens Ambrosius in *can. ira sape etiam innocentes in crimen abducit.* 68. 11. *q.* 3. nec diuerso modo Nicolaus Papa omnibus Episcopis in regno Ludouici scribens in *can. præsens clericus nomine Lambertus vnicum patre suo, nomine Acho* 4 *col.* 2. *ad finem* 20. *q.* 3. & ipse Rationem referens: *Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit Nullum quippè bonum, nisi voluntarium Idcirco Dominus, non ferendam in via Virgam, per quam violentia vlli inferatur, pracepit*.

Virga furoris Domini dicuntur iniqui, qui nos quandoque persecuntur. & damna inferunt, propter peccata, quibus iram eius excitauimus. *V*nde ipse Dominus ait per Prophetam (Esaiæ. 10) *Virga furis mei Assur: ipse autem non cognouit*. quæ sanè verba sic interpretatur Gratianus in *can. remittuntur peccata, Dei per verbum* 49. qui est Ambrosii de Cain, & Abel. §. *hinc notandum est, quod aliquando punit Deus per nescientes, aliquando per scientes.* 23. *q.* 5. verbis prosequens: *Assur erat virga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit. Ipse verè non cognouit: quia in superbiam elatus, victoriam, quam assecutus fuerat, non diuinę potentię, sed suis viribus attribuit*.

Virgarum verberibus quandoque quidam ad correptionem flagellantur. Vnde Augustinus ad Marcellinum Comitem de Donatistis in *can circumcelliones illos, & Clericos partit Donati* 1 *ad finem* 23 *q.* 5. sic ait: *Noli perdere paternam diligentiam, quam in ipsa inquisitione seruasti, quando tantorum scelerum confessionem non extendeate equuleo, non sulcantibus vngulis, non vrentibus flammis: sed virgarum verberibus eruisti: Qui modus coercitionis, & à magistris artium liberalium, & ab ipsis parentibus, & sæpe etiam Iudiciis solet Episcopis adhiberi*. Nec diuerso sensu ipsemet Augustinus Donato Presbytero scribens in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem.* 38. *col.* 2. *ante medium* 23. *q.* 4. verbis edicens: *Si voluntas mala semper suæ permittenda est libertati; quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum, non solum verbis corripere sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur?* vnde idem dicit: (Prouerbiorum 23.) *Tu percutis eum Virga, animam autem eius liberas à morte*.

Virga Moyses multa fecit miracula. Vnde Ambrosius libro de his, qui mysteriis initiantur in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus, & quotidiano cæli pascebantur alimento* 69. *col.* 2. *ante medium de consecrat. dist.* 2. sequentibus deducit: *Virgam tenebat Moyses: proiecit eam, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur prophetica gratia bis mutatam esse naturam & serpentis, & virgæ. &c.*

Virgo pręter naturę ordinem generauit: cum Christum edidit mundo. Ambrosius de his, qui mysteris initiantur. in *can. re vera mirabile est, quod manna Deus pluit patribus.* 69. *col.* 3. *post principium.* § *non minus enim est nouas rebus dare, quàm mutare naturas. de consecrat. dist.* 2. Audi dicentem: *Sed quid argumentis vtimur? Suis vtamur exemplis, incarnationisque exemplo astruamus mysterij veritatem. Numquid naturæ vsus pręcessit, cùm Dominus Iesus ex Maria nasceretur? si ordinem quęrimus, viro mista femina generare consueuerat. Liquet igitur, quod pręter naturæ ordinem Virgo generauit*.

Virgo prostitui potest: adulterari non potest. Vbicumque Dei virgo est: templum Dei est: nec lupanaria infamant castitatem: sed castitas etiam loci abolet infamiam. Ambrosius lib. 2. de Virginibus in *can. tolerabilius est mentem virginem, quàm carnem habere.* 1. 32. *q.* 5.

Virgo Deo sacrata, templum consecratur Deo. vnde qui eas violant sacrilegi sunt, & iuxta Apostolum. (2. ad Thessalonicenses 2) filii perditionis esse noscuntur. ex Concilio Aurelianensi in *can. sciendum est omnibus* 37. 27. *q.* 1.

*V*irgo cùm Deo sacratur typum gerit Ecclesiæ, quæ pura, & virgo vni nupsit viro, id est Christo: & in signum huius rei, velatur à Vicario Christi, vel Sacerdote: quia à Christo recipitur in coniugium; in cuius perso-

na dictum est: Annulo suo subarrauit me Dominus. Sed vidua non gerit in tali casu typum Ecclesiæ sicut virgo, cum non sit integra mente, & corpore; vnde non sic coniungitur Christo, vt repræsentet coniunctionem eius, & Ecclesiæ: ita *Glossa* verbis exprimit verbo *ab altari*. in *can. viduas, quæ spontanea voluntate ab altari conuersionis suę velamen suscipiunt*. 16. 27. q. 1.

Virgo censetur, quam per vim corrupta fuit, animo integro permanente, atque mente incorrupta. ex Augustino de Ciuitate Dei libro 1. capite 18. in *can. ita ne aliquem polluat aliena libido, metuitur*? 3. 32. q. 5. in fine sic concludente: *Quis tandem sana mente putauerit, se perdere pudicitiam, si forte in apprehensa, & oppressa carne exerceatur, & expleatur libido non sua*. vbi *Glossa* verbo *putauerit*. argumentum infert: *quod non debet dici quis perpetrasse, quod nolens fecit, vel passus fuit; nec debent imputari, quæ per coactionem absolutam fiunt*. & sequuta fuit *Glossa* in *can. mutationes Episcoporum* 34. 7. q. 1. post medium verbo *nec transfertur*. inferens: *Sicut virgo censetur, cùm non sit animus corruptus, licet corpus sit corruptum*. allegat 32. q. 5. *ita ne*. & dixit Hieronymus in *can. si quis non status, sed per disciplinam palmam alicui dederit* 23. *siue finali in fine* 15. q. 1. verbis subsequens: *Item si in persecutione virgo fuerit oppressa repellitur lege, quia opus inspicit, non voluntatem; in gratia autem, quasi virgo suscipitur; Quia non opera quærit; sed voluntatem*. ex illo Augustino in *can si quid inuenisti, & non reddidisti, rapuisti*. 6. *in fine* 14. q. 5. Deus cor interrogat, non manum.

Virginitas mente amittitur, licet corpore retineatur, quia corrupta adhuc non est, ex Ioanne Chrysostomo in opere imperfecto homilia 22. in *can. sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit* 10 32. q. 5. subsequente rationem: *Nisi enim ex voluntate sola, fornicatio consumaretur: nunquam Dominus diceret*: (Matthæi 5.) (*Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam; iam mæchatus est eam in corde suo.*) *Ergo voluntas sine opere frequenter peccat. Illa est gloriosa continentia; non quam transgredi non potest necessitas debilitati corporis; sed quam complectitur voluntas sancti propositi*. Et Hieronymus aud Eustochium de custodia Virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis* 11. 5. *timeamus illam prophetiam* eadem 32. q. 5. verbis proferens: *Perit ergo & mente virginitas. Istè sunt virgines malę, virgines carne, non spiritu: Virgines stultę, quę oleum non habentes, excluduntur à sponso.*

Virginitas sola est, quæ suaderi potest, imperari non potest: res magis voti, quàm pręcepti. Ambrosius libro exhortationis ad Virgines in *can. integritas corporis expetenda à vobis est: quàm ego pro consilio suadeo, non pro imperio pręcipio*. 13. 32. q. 1. Ideo

Virginitas antefertur nuptiis: quia nuptię terram replent; Virginitas Paradisum. Ambrosius in *can. nuptiæ terram replent, virginitas Paradisum*. 12. eadem 32. q. 1. vbi *Glossa* verbo *virginitas*. subnectit: *Non hoc ideo dicit, quod solę virgines habeant Paradisum, sed quia facilius. Vel quia virginitas est soror Angelorum, vbi omnes erunt virgines, vel continentes; neque nubent, neque nubentur.*

Virginitas matrimonio pręferenda, sed non propterea simpliciter matrimonium detestandum. ex Concilio Gangrensi in *can. si quis propter Deum virginitatem professus* 4. *distin*. 30. & *can sequenti*. ex hoc enim virginitas, sicut, & continentia laudabilis, quod virginitatis, & continentiæ bonum sanctum propositum est; non quod nuptię, ex se abominabiles sint si quis hoc dixerit anathema sit. idem determinauit Concilium. in *d. distinct*. 30. *can si quis vel virginitatem, vel continentiam professus* 5.

Virginitas cum humilitate iungenda est. Idem vt tradit Gangrense Concilium in *can. hac autem scripsimus* 16. *eadem distinct*. 30. sequentibus decernens: *Nos autem virginitatem cum humilitate aducriamur; & continentiam cum castitate, & religione Deo acceptissimam dicimus: & renunciationem secularium negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum uinculum, quod secundum castitate perdurat, honoramus: & diuites cum iustitia, & operibus bonis non abiicimus.*

Virginitas in prole saluata proficit, & parentibus. Nam quod ipsi perdiderunt, acquirunt in liberis, & damnum radicis, & cariem flore compensant, & pomis. ex Hieronymo libro 1. aduersus Iouinianum in *can. tunc salubritur mulier* 7. 33. q. 5.

Virginitas tamen sola absque cæteris bonis operibus non saluat; sic omnia opera absque virginitate, puritate, continencia castitate imperfecta sunt. eodem dicente Hieronymo ibidem *can. hoc solum nunc dico. quod quomodo absque ceteris operibus uirginitas sola non saluat* 8. *eadem* 33. q. 5.

Virginitas iam amissa, nec per diuinam potentiam ne amissa sit fieri potest. ex Hieronymo ad Eustochium de custodia Virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis* 11. 32. q. 5. Hieronymum excipe contestantem: *Caue (quæso) ne quando de te dicat Deus: (Virgo Israel cecidit, & non est, qui suscitet eam) Audacter loquar; cùm omnia possit Deus, suscitare non potest virginem post ruinam. Valet quidem liberare de pœna; sed non vult coronare corruptam*. Deduximus supra verbo Aureolam. Quia virginitas restitui non potest. ex *Glossa* ibidem. verbo *suscitare*. Quia factum non potest non esse factum.

Virginitas tamen sine animo non amittitur. quamuis corpus violenter corrumpatur. Corpori namque vis infertur, non animo. Sicut Beata Lucia fertur dixisse Paschasio: *Sè inuitam me feceris uiolari, castitas mihi duplicabitur ad coronam*. Non enim inquinatur corpus nisi de consensu mentis. ita Gratianus in *summa* 32. q. 5. non poterit tamen inter virgines consecrari. ex Leone Papa ad Episcopos Afri. in *can. illę autem famulę Dei* 14. 32. q. 5. rationem reddens: quia quod potuerunt, animo non amittere, doleant se vel corpore perdidisse. sequitur Glossa in *can. si quis non* ira-

*iratus, sed propter disciplinã, palmã alicui dederit* 33. *sine finali in fine* 15. q. 1. ad verba Hieronymi: *Itẽ si in persecutione virgo fuerit oppressa; repellitur lege.* verbo *lege.* subsequens: *Canonicæ: quia non potest inter virgines consecrari.* ut 32. q. 5. *illa.* vide adhanc rem *Henriquez in summa libro* 10. *cap.* 24. *littera M. Nauar. manuali cap.* 16. *num.* 3. *vers. interrogatus ait peccare.*

Virilia sibi amputans, irregularis efficitur, & clericus esse non poterit: quia sui est homicida, & Dei conditionis inimicus. ex canonibus Apostolorum in *can. si quis abscidit se ipsum. id est si quis amputauit sibi virilia, non fiet clericus* 4. *distinct.* 55. siue id fecerit, ex indignatione, siue etiam causa continentiæ. vt *Glossa* ibidem verbo *abscidit* adnotat. & ibidem ex Concilio Arelatensi Secundo in *can. hi, qui se carnali vitio repugnare nescientes, abscindunt; ad Clerum peruenire non possunt.* 5. *eadem distinct.* 55. & decreuit Beatus Gregorius in *can. maritum duarum post baptismum matronarum* 2. *distinct.* 33. enumerans: *Qui semet ipsum quolibet corporis membra indignatione aliqua; vel iusto, vel iniusto timore superatus, truncauerit.* ibique *Glossa* verbo *vel iniusta* exceptionem inferens: *Secus si propter necessitatem faceret.* Quod decreuit Nicænum Concilium in *can. si quis à medicis propter languorem desectus est; aut à barbaris excisus, hic in Clero permaneat.* 7. *eadem distinct.* 55. & ita respondit Innocentius Tertius in *cap. ex parte M. presbyteri.* 5. *extra de corpore vitiatis ordinandis, vel non.* & ibidem Clemens Tertius Rauennaten. Archiepiscopo respondens in *cap. significauit nobis R. Archipresbyter S. Stephani* 4. dispensauit cum eo, qui credens se obsequium præstare Deo, fecit sibi virilia amputari. Ibique notat *Innocentius Quartus.* plura tradit *Toletus Instructionis Sacerdotalis lib.* 1. *cap.* 63. *nu.* 4. *& sequentibus. & cap.* 79 *num.* 5. nec debet illa collo alligata deferre, vt non nulli, sed perperam, putauere. apud *Nauar. manuali cap.* 27. *num.* 200. & *Couarruuias. in Clement.* 1. *de homicidio num.* 5. *ad finem. Lalius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu* 1. *num.* 36. *vers. aut impedimentum est occultum. Sayrus in claui regia lib.* 6. *cap.* 7. *num* 11. *&* 12. *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat.* 42. *num.* 13. 14. *& sequentibus.*

Virtus in animo constituta est. ex Augustino libro 1. de libero arbitrio in *can. de pudicitia quis dubitauerit, quin ea sit in animo constituta; quandoquidem virtus est?* 6. 32. q. 5. Ibique *Glossa* verbo *virtus est.* subsequens: *Est autem virtus habitus mentis benè constituta.* Vnde

Virtutis est delesse peccatum ex S. Ambrosio in apologia Dauid in *can. ille rex tantus, ac potens* 25. §. *quod peccauit conditionis est. de pœnitentia dist.* 3. dicente: *Culpam incidisse, naturæ est; delesse virtutis.* & in fine; *Itaque quemadmodum intrans in animam sapientis disciplina imprudentiam tollit, & scientia ignorantiam: sic perfecta virtus iniquitatem, & remissio peccatorum delet omne peccatum.*

Virtus, etiam ipsa corporalis donum Dei est. ex Sancto Augustino ad Bonifacium in *can. noli existimare neminẽ Deo placere posse, qui armis bellicis militat* 3. 23. q. 1. verbis docente; *Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia Virtus tua, etiam ipsa corporalis Donum Dei est. Sic enim cogitabis de dono Dei, non facere contra Deum.*

Virtus verò in infirmitate perficitur. 2. *ad Corinthios* 12. 9.

Virtus Dei, & Dei sapientia est, qui in vtero Virginis ędificauit sibi domum. ex Hieronymo in epistola da Pammachium contra errore Ioannis Hierosolymitani in *can nasci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat.* 5. *distinct.* 56. Audi dicentis verba: *Noli despicere bonitatẽ figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei Sapientia, qui in vtero virginis ædificauit sibi Domum.* in fine concludens rationem. *Quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis, causa vitiorum est, atque virtutum.*

Virtus lenta. Velox autem iniquitas, quæ ad nocendum occasiones suggerit. Lenta virtus, & cunctatrix ante iudicat, quàm incipit; quid decorum, quid honestum, iniquitas omnia pręcipitat. Adamantius in *can. inter hæc hircum qui oblatus fuerat, exustum.* 34. *non multò post principium. de pœnitentia distinct.* 3. sequiturque *Glossa* in *can. non in perpetuum damnamur, cùm iniustè iudicamur* 3. 24. q. 3. verbo *& dum præcipites* prosequens: *Virtus autem lenta est, & omnium percunctratrix.*

Virtutum sunt gradus. Iuxta illud (Iob. 31) *Per singulos gradus meos pronunciabo illum.* quę explicat Gregorius super Ezecchielem homilia 15. in *can. cum Sanctam Ecclesiam Dominus suscipit, in gradibus eius dinoscitur.* 15. *de pœnitentia dist.* 2. sequentibus prosequens: *Omnipotẽtem quippe Dominum per singulos gradus suos pronunciat; qui per incrementa virtutum, quæ capit, ei semper laudem suæ pietatis reddit. Si quidam gradus in cordis ascensione non essent, Psalmista* (psalmo 83) *non diceret:* (ambulabunt de virtute in virtutem.) *Nec mirum, si de virtute in virtutem gradus sunt; quando vna quęque virtus, quasi quibusdam gradibus agitur; & sic per incrementa meritorum ad summa perducitur. Aliud namque sunt virtutis exordia; aliud profectus; aliud perfectio.*

Virtutes omnes detrimentum patiuntur ab vno vitio. ex Augustino libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis in loca, in tempore in perseuerantia* 1. *col.* 2. *in fine de pœnitentia dist.* 5. ad illud Iacobi: *Quoniam in vno offendens, factus est omnium reus* dicens: *In hoc enim quisque peccator fit culpabilior, quò est Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit, quia omni bono abundauit. Etiam alio modo offendens in vno reus est omnium: Quia omnis virtus patitur detrimentum ab vno vitio. Nam si quis cadit in auaritiam; largitatem destruit: & etiam castitatem minorauit. Amore enim pecuniæ vel violaret castitatem, vel saltem minus amaret.*

Virtutes & diuitias possidere nemo potest: sic exemplo Cratis Philosophi Hieronymus ad Nepotianum de vita Clericorum in *can. Gloria Episcopi est pauperum inopię prouidere*

71. ad finem 12. q. 2. verbis edicens: *Crates ille Thebanus homo quondam ditissimus, cùm ad philosophandum Athenas pergeret; magnum auri pondus abiecit: neque putauit se simul posse, & virtutes, & diuitias possidere.* Rationem reddit *Glossa* ibidem. verbo *diuitias.* & ipsa dicens: *Nam verè philosophantes contemnunt pecuniam.* explicat *Glossella* Marginalis ibidem. *Id est non ponunt amorem, siue animum in diuitiis: aliàs diuites cum bonis operibus non abiicimus.* ex Concilio Gangrensi in *can. hæc autem scripsimus* 16. *in fine distinct.* 30. dicente: *Et diuites cum iustitia, & operibus bonis non abiicimus.*

Virtutes tres theologicæ Fides, Spes, & Charitas in vnitate vnius Ecclesiæ nos cōstituūt. ex Augustino in *can. quia passus est Dominus pro nobis* 36. *de consecrat. dist.* 2. non multò post principium. verbis edicente: *Quomodo ergo videtis esse vnum, quod factum est: sic vnum estote vos, diligendo vos, tenendo vnam fidem, vnam spem, indiuiduam charitatem.*

Virtutes sunt ornamenta animarum, Clericorum præsertim, & Episcoporum. hęc ornamenta promittuntur à Domino (*Psalmo* 131.) cùm dicitur: *Sacerdotes eius induam salutari.* Vnde in veteri testamento variis vestibus ex præcepto Domini Sacerdotes ornati leguntur: Quia multimodis virtutibus debet splendere vita Pontificis, vt gradui conferat decorem. sic verbis enuclear Gratianus *in summa distinct.* 40.

Virtutes enim sunt lineamenta, quibus anima depingitur, & illustratur. ex Ambrosio in Hexameron libro 6. in *can. illa anima à Deo pingitur, quæ habet in se virtutum gratia renitentem, splendoremque pietatis* 35. *de pœnitentia distinct.* 2. subsequente: *Illa anima benè picta est, in qua elucet diuinæ operationis effigies. Illa anima benè picta est, in qua est splendor gloriæ, & paternæ imago substantiæ. Secundum hanc imaginem, quæ refulget, pictura pretiosa est.*

Virtus adsciscitur cum renunciatur improbitati. ex Ambrosio libro 2. de Cain, & Abel in *can. cum renunciatur Improbitati, statim adsciscitur virtus.* 9. 32. *q.* 1. Rationem inferendo: *Egressus enim malitiæ, virtutis operatur ingressum. eodemque studio, quo crimen excluditur, innocentia copulatur.* ibique notat *Glossa* verbo *cum renunciatur.*

Virtutis vero probatio aduersitas est. ex Gregorio ad Recaredum Regem in *can. aduersitas, quæ bonis votis obiicitur, probatio virtutis est, non iudicium reprobationis* 48. 7. *q.* 1. & prosequitur pluribus Gratianus ibidem §. *hoc tunc seruandum intelligitur.*

Virtutes sunt, quæ nobilitant hominem, non vero ex vilibus, vel nobilibus nasci parentibus. Chrysostomum excipe homilia 3. in Matthęum in *can. numquam de vitiis erubescamus parentum; sed vnum illud quæramus, & amplectamur; virtutem videlicet* 4. *distinct.* 56. sic dicentem: *Quod si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat; multò magis ex meretrice natus, & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobriis.*

Virtute namque vnusquisque gratiam sibi cōparat, non verò loci, vel generis nobilitate. ex Ambrosio libro de Paradiso in *can. illud autem animaduerte, quia extra Paradisum vir factus est, & mulier intra Paradisum.* 9. *distinct.* 40 subnectente: *Vt aduertas, quòd non loci, non generis nobilitati; sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat.* Propterea tamen quæ spectant ad nobilitatem, pro nobilibus præsumitur. ex *Glossa* ibidem verbo *non loci.*

Virtutes apud gentiles, & infideles veræ nō sūt ex Gratiano in *can. omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia euitent.* 14. §. *Item cum dicitur, non est vera pudicitia hominis infidelis cū coniuge sua* 28. *q.* 1. sequentibus aiente: *Sic & virtutes negantur esse veræ apud infideles; non quin veræ in eis sint, iuxta illud Hieronymi: (Virtutibus Romani promeruerunt imperium) sed quia effectu carent æternæ salutis.* explicat *Glossa* ibidem verbo *vera.* quare non dicantur veræ: *Nā (inquiens) vbi deest fides, vel Charitas, nullatenus est virtus, pro vt Theologus accipit virtutem: Quod autem dicitur hic virtutibus, intellige, scilicet politicis, quæ sine charitate habentur à multis. Strenui enim actus hominum in eis erant. Nam, & virtus pro fortitudine ponitur.* ita Glossa.

Virtutes eorum, qui non sunt perseueraturi in finem vsque, sed damnantur, apparent quidem virtutes, sed in oculis Dei non sunt. ex Gregorio lib. 8. moralium capite 35. in *can. citiùs adhoc* 44. *de pœnitentia dist.* 2. dicentem audi: *Qui enim seduci, quandoque non reuersuri, possunt; quasi habitam Sanctitatem ante oculos hominum videntur amittere: sed eam ante oculos Dei numquam habuerunt.* & ibidem Gratianus in *can. principium* 45. *qui est finalis* §. *charitas autem; quæ in aduersitate deseritur,* in fine dicens: *Quod enim nullo modo vere est, nullo modo deseri potest. Quod si aliquo modo verè deseritur; & aliquo modo id vere esse oportet.*

Visio spiritualis est, qua per fidem Deus aspicitur, & veritas, quæ Deus est. & hæc intra Ecclesiam Catholicam habetur non extra eam. *In petra enim Moyses ponitur, vt Dei speciem contempletur: Quia nisi quis fidei soliditatē tenuerit, diuinam præsentiam non cognoscit.* ex Gregorio in moralibus libro 35. in *can. quia ex sola Ecclesia Catholica veritas conspicitur* 22. 24. *q.* 1. inferendo: *Vnde etiam de agni hostia Dominus præcepit (*Exodi 12.*) dicens:* (In vna domo comedetur; nec efferetis de carnibus eius foras.) *In vna namque domo agnus comeditur: quia in vna catholica Ecclesia vera hostia redemptoris immolatur. De cuius carnibus diuina lex efferri foras prohibet: quia sanctum dari canibus vetat. Sola est in qua bonum fructuosè peragitur: Vnde & mercedem denarii, non nisi, qui intra vineam laborauerant, acceperunt. Sola est, quæ intra se positos valida charitatis compage custodit.*

Visio rerum spiritualium haberi ab his minime potest, quorum sensus carnalis vitæ operatio sauciat; qui videre recta subtiliter per ingenium possunt, sed vsu carnalium actuū caligant. ex Gregorio in pastorali libro primo cap. 11. in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur.* i. §. *Lippus verò est, cuius quidē in-*

*ingenium ad cognitionem veritatis emicat, sed tamen hoc carnalia opera obscurant distinct.*49. Inde infert: (*ex Apocalypsi* 1.) illud Angeli: *Collyrio inunge oculos tuos, vt videas*. explicans: *Collyrio quippe oculos, vt videamus, inungimus, cum ad cognoscendam veri luminis charitatem intellectus nostri, aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus*. veluti etiam.

Visio obscuratur per arrogantiam, vnde albuginem in oculis habere quis dicitur. sequitur Gregorius ibidem: *Albuginem verò habet in oculo, qui veritatis lucem videre non sinitur: quia arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ cæcatur.* sicut contra.

Visio, & visus acuitur humanæ cognitionis si stultum se, peccatoremque intelligit, & cognitionem intimæ charitatis apprehendit. ibidem Gregorius in §. *Albuginem verò habet in oculo.*

Visio quoque exacuitur rerum cœlestium per contemplationē rerum cœlestium, rerumque temporalium contemptum. Propterea Moyses in seculo erat, & tamen crebro tabernaculum intrabat, vt intus contemplatione raptus, melius æterna atque cœlestia conspiceret, & Iacob ascendentes, & descendentes per scalam Angelos vidit. Ex Melchiade Papa in *can. decreuit Sancta Synodus* 1. *dist.* 88. sicut contrà

Visionem temporalium appetunt, qui non iam res ipsas, vt sunt, sed passionis suæ phantasias vident. *Sicut mens auari semel vinculis cupiditatis adstricta semper aurum, semper argentum videt, semper redditus computat, gratius aurum intuetur, quàm solem: ipsa eius oratio, & supplicatio ad Dominum, aurum quærit.* Ambrosius vt verba facit in *can. sicuti j, qui per insaniam mente translati sunt* 8. *distinct.* 47. Væ est igitur ipsis si non se correxerint. videbunt etiam postmodum Saluatorem, & contristabuntur, sicuti in simili de venatore proloquitur Augustinus in *can. vident homines venatorem, & delectantur*. 20. *dist.* 86. subsequens: *Væ miseris si nō se correxerint. Qui enim vident venatorem, & delectantur, videbunt Saluatorem, & contristabuntur.*

Videre proinde impudica, pessimum. Quia nimirum impudicus oculus impudici cordis est nuncius. Augustinus vt fatur sermone 3. de communi vita Clericorum in *can. nec solo tactu, sed affectu quoque & aspectu appetitur, & appetit fœmina*. 12. *q.* 5. vnde dicebat ille: *Auerte oculos tuos, ne videant vanitatem*. quod perpendit *Glossa* ibidem verbo *impudicus*.

Videbunt autem qui bene operati hic fuerint beatam illam spem, & reuelationem Gloriæ Magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi & lætabuntur accipientes mercedem denarium. vt Augustinus super Ioannem tractatu 17. in *can. ieiunium autem magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus seculi*. 25. *de consecrat. distinct.* 5. sicuti contrà. pessimi, qui terrenis inhæserunt, & voluptatibus carnis inhæserunt, *videbunt Saluatore. & contristabuntur.* Idem vt tradit Augustinus in psalmum 147. in *can. vident homines venatorem, & delectantur* 10. *in fine distinct.* 86.

Visitatio quolibet anno per Episcopum, vel ipso impedito per eius Vicarium fieri debet. ex Concilio Tarraconensi in *can. decernimus, vt antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab Episcopo diœceses visitentur*. 10. 10. *q.* 1. ibidemque ex Concilio Toletano IV. in *can. Episcopum per cunctas diœceses, parochiasque suas per singulos annos ire oportet* 11. quod si diœcesis vasta fuerit, biennio compleri poterit. tradit Sacrosancta Tridentina Synodus *sessione* 24. *cap.* 3. *de reformatione.*

Visitatio autem ideo fieri debet, vt sana doctrina introducatur & boni mores tueantur, prauique & corrupti ablegentur, & pax & innocentia introducatur. ex eadem sancta Synodo. & ex Concilio Cabilonensi Secundo in *can. cauendū est, ne cum Episcopi parochias suas peragrant* 7. *eadem* 10. *q.* 3. ex quo decretum fuit, *vt lucris animarum potius, quàm in deprædandis, & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent*. Et si quid pro procurationibus, accipiendum est, *hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent, aut grauent.* Procuratio autem ipsa moderate, etiam in pecunia si visitati voluerint, accipi potest. ex Gregorio X. in Concilio Lugdunen in *cap. exigit peruersorum audacia* 2. & Bonifacio Octauo in *cap. fœlicis recordationis Gregorij Papæ* 10. *de censibus, exactiones, & procurationibus in* 6.

Visitatio propterea quoque fit, vt Ecclesiæ, quæ reparandæ fuerint, reparentur. ex Concilio Toletano 4. *d. can. Episcopum per cunctas diœceses* 11. *eadem* 10. *q.* 1. & vt sacramenta optimè administrentur, missæ sacrificia administrentur, atque officia omnia per quam bene in Ecclesia peragantur. Quomodo laici instruantur, vt quæ nosse eos oportet de fide doceantur, præsertim vero: Credo in Deum patrem omnipotentem, atque doctrinam Christianā, & vt mores reformentur. ex Concilio Bracharensi Secundo in *can. placuit omnibus Episcopis*. 12. 10. *q.* 1. quod & Sacrosancta Tridentina Synodus innouauit *d. cap.* 3 *sessione* 24. *de reformatione.*

Visitantes verò Episcopi graues esse non debent visitatis euectionibus equorum, & familiarum, neque cum canibus venatoriis, & auibus proficiscantur, sed ita procedant, vt non quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi quærere videantur. Nec sumptuosas epulas quærant, sed cum gratiarum actione, recipiant quod honestè ac competenter illis fuerit ministratum. ex Concilio Lateranen in *cap. cùm Apostolus se, ac suos* 6. *extrà de censibus, exactionibus, & procurationibus*. Neo amplius per vnam quamquam Basilicam, quàm vna die demorentur. ne videlicet onerosi visitatis existant. Concilium vt decreuit Toletanum Septimum in *can. inter cetera denique, quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit* 8. *eadem* 10. *q.* 3. omnia verò hodie sunt innouata per Tridentinam Synodum *d. cap.* 3. *sessione* 24. de reformatione.

Visi-

Visitatores Ecclesiarum, clericique eorum, qui cum ipsis per non suæ Ciuitatis parochias fatigantur, aliquid laboris sui capiant te disponente subsidium, Iustum namque est, vt illi consequantur stipendium, qui pro tẽpore suum commodare reperiuntur obsequium. verbis mandat Gregorius Maximiano Syracusano Episcopo. in *can. charitatem tuam commonere curauimus* 45. § *visitatores Ecclesiarum*. 12. *quæst*. 2. Ratio habetur ex Concilio Toletano Quarto in *can. quicumque Episcopi suffragia cuiuslibet aliquid Ecclesiasticę vtilitatis prouiderint* 66. *in fine eadem* 12. *q*. 2. sic inferente: *Quia (sicut Paulus ait:* (1. Timot. 5.) *Dignus est operarius mercede sua*.

Visitator vero facilè non credat de quocumque Clerico, nec ad vindictam res incognita eum debet accendere; sed præsentibus senioribus Ecclesiæ diligenter est veritas perscrutanda, tunc verò si qualitas rei poposcerit, canonica districtione culpa est ferienda delinquentis. ex Gregorio Ioanni Episcopo Panormitano scribente in *can. si quid verò de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit* 23. *distinct*. 6.

Visitare potest Episcopus etiam tamquam Sanctę Sedis Apostolicæ delegatus annis singulis commendata Monasteria, etiam Abbatias Prioratus, & Pręposituras nuncupatas, in quibus non viget regularis obseruantia. Nec non Beneficia, tam curata, quàm non curata, secularia, & regularia, qualitercumque commendata, etiam exempta. Curentque Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, vt quæ renouatione indigent, aut restauratione, reficiatur, & Cura animarum, si qua illis, aut eorum annexis immineat, aliaque debita obsequia rectè exerceantur. non obstantibus appellationibus, & priuilegiis. Ex Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 21. *cap*. 8. *de reformat*, vbi *Barbosa* in collectanea.

Visitare quoque potest Episcopus etiam loca exempta ex d. decreto, etiam tamquam Sedis Apostolicæ Delegatus: nisi specialiter sint à visitatione exempta. ex Innocentio Tertio Priori Sancti Stephani in *cap. cùm venerabilis frater noster Fauentinus Episcopus* 21. *eodem de censibus extrà*. ibique *Glossa* verbo *causa correctionis*. *Franciscus Antonius Costa siculus cons*. 4. *num*. 51. *& num*. 7. 8. *&* 9. *Mariscottus variarum resolutionum lib*. 2. *cap*. 15.

Visitare proinde impediri non potest Episcopus personas exercentes curam animarum quantum ad ea, quæ hanc curam, atque sacramentorum administrationem respiciunt, etiam si fuerint regulares: Quia nimirum Episcopus, quacumque exemptione non obsistente, potest visitare Ecclesiam illi vnitam, etiam quod Cura existeret penes monasterium ad præscriptum decretorum Sacrosanctę Tridentinæ Synodi *sessione* 7. *cap*. 7. *de reformat*. Etiam si Ecclesia sit intra locum monasterii. ex eadem Sacrosancta Tridentina Synodo *sessione* 25. *cap*. 11. *de regularibus*, Nisi tamen ibi residerent Capita ordinum Generales, & Abbates Iurisdictionem temporalem, etiam in parochianos exercentes. eodẽ *cap*. 11. prosequitur *Cardin. Seraphinus decis*. 1067. vbi quoque *nu*. 3. quod si cumulatiuè visitet Episcopus, & ordinarius cum alio. Ordinarii decreta pręualere debent, vbi datur contrarietas, & incompatibilitas. Subditque ex Declaratione Sacrę Congregationis, quod vbi visitatur personæ, & loca etiam visitari possunt in ijs, quæ respiciunt Curam animarum, sacramentorum administrationẽ, & Ecclesiastica ornamenta; & quomodo Sanctissimum asseruetur Eucharistiæ sacramentum plura *Barbosa in collectanea ad sacrum Tridentinum sessione* 25. *cap*. 8. *nu*. 8. *de reformat*. *Quaranta in summa Bullarum* verbo *Vicarius perpetuus fol*. 499. *Garsias de Beneficijs*. *tom*. 2. *part*. 11. *cap*. 2. *nu*. 2. *& nu*. 15.

Visitandi ius habet ille, qui Iurisdictionem obtinet. Quia nimirum actus visitandi ad Iurisdictionem pertinet, & actus est Iurisdictionis. ex Honorio Tertio Episcopo Assisinen in cap. conquærente œconomo monasterii S. Benedicti 16. §. nos autem inspectis probationibus extra de officio Iudicis ordinarii. vbi inter actus Iurisdictionis: *Visitationem quoque annuam*. enumerat. ibique *Glossa* verbo *annuam*. & verbo *visitandas*. atque Doctores. & *Abbas nu*. 2. *Rota* apud Sanctæ memoriæ *Gregorium* 15. *decis*. 4. *nu*. 4. *&* 17. & *decis*. 304. *num*. 5. & apud *Card. Manticam decis*. 382. *nu*. 14.

Visitatio autem cum actus sit Iurisdictionis, fieri non poterit lite pendente super omnimoda Iurisdictione; dictum fuit in *Marsicen Iurisdictionis* 11. *Ianuarij* 1621. *coram Buratto decis*. 504. *num*. 1. *part*. 1.

Visitatio, sicut & procuratio pro visitatione præscribi non potest. ex Innocentio Tertio Parisiensi Episcopo in *cap. cùm ex officii sui debito Senonen prouinciam visitaret Archiepiscopus Senonen*. 16. *de prescriptionibus extrà*. verbis rationem reddente, dicenteque: *Cùm contra procurationem, quę ratione visitationis debetur, pręscribi nequiuerit: quemadmodum nec contra visitationẽ ipsam potest aliquo modo pręscribi*. sequuta fuit *Glossa* in *extrauaganti debent superioribus suis reuerentiam subditi* 1. *in fine*. Quæ est Bonifacii Octaui. verbo *non obstante*. de *officio Iudicis ordinarij inter communes*. inferens etiam, quod licet nec visitatio, nec procuratio pręscribi non possit: *pręscribi tamen potest quotitati procurationis*. ex eodem Innocentio Tertio *d. cap. cùm ex officii sui debito*. 16. *in fine de pręscriptionibus*. in ratione, quam reddit: *Quia secundum Apostolum: Qui spiritualia seminat, non est magnum si metat carnalia: cùm nemo cogatur suis stipendijs militare*. Nec dissimiliter idem Innocentius Priori S. Stephani in *cap. cùm venerabilis frater noster Fauentinus Episcopus* 21. *extra de censibus, exactionibus, & procurationibus*. Quia visitationi annexa est procuratio, & Episcopus ratione Episcopalis Iurisdictionis, quam habet in ea, tenetur causa correctionis Ecclesiã visitare præfatã.

Vi-

Visitationibus proinde ordinariorum multum defertur. *Rota apud Caputaquen decis.158.part. 2.* & apud Cardin. *Caualer. decis.506.num.1.in fine*. Visitatio id circo Ordinarii plenè probat. *Rota apud Duranum decis.23.nu.5.* &

Visitatoris assertioni tamquam personę ad hoc deputatę plenè statur. ex Theodosio, Arcadio, & Honorio Augustis in *l. apparitores quicumque 5. C. de exactoribus tributorum libro 10.* ibique *Ioannes de Platea. Rota apud Card. Seraphinum decis.708.nu.1. & 2.* & in *Toletana primitiarum 1595. coram Carduba decis.106. num. 4. in fine post primum volum. consiliorum Farinacij.*

Visitans Episcopus tam iure ordinario, quam vti Delegatus Sedis Apostolicę vigore decretorum Sacri Concilii Tridentini, atque omni meliori modo, non sibi vllo pacto præiudicat; neque præsumitur eligere viam, per quam eius possit subuerti intentio. *Rota apud Card. Manticam decis 322.num.17.*

Visitare quoque debet Episcopus, etiam tamquam Sanctę Sedis Apostolicę Delegatus, Hospitalia, collegia quęcumque ac Confraternitates laicorum. Nō tamen quę sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licētia. Eleemosynas Mōtis pietatis, siue charitatis, pia loca omnia, quomodocūq; nūcupētur, etiā si prædictorū locorū cura ad laicos pertineat, atque eadem pia loca exemptionis priuilegio sint munita, ac omnia, quę ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes substentandos instituta sunt. ex Sacrosanctę Tridentinæ Synodi decreto *sessione 22. cap.8. reformatione*. Ibique plenè *Barbosa in collectanea vbi num.8.* infert: Hospitalia administrata à fratribus Sancti Ioannis Dei non esse exempta à iurisdictione Ordinarii, nisi solùm quoad obseruantiam regularem. & ita à Sacra Congregatione declaratum in vna *Auellinen 12. Ianuarij 1630. apud Sellium*. Nam Hospitalia duplici perpendūtur Iure. Alia enim Ecclesiastica; alia profana sunt. Visitat proinde Episcopus, quæ eius sunt auctoritate fundata; quamuis etiam exēpta; nisi quidem etiam à Visitatione exempta facta fuerint. Nam perquiritur specialis exemptio Subiecta verò dicuntur, quęcumque sunt in diœcesi. *Rota parte 1. diuersorum decis.286. nu.2. Mariscottus variarum resolutionum lib.2.cap.15. in principio. Franciscus Antonius Costa siculus cons.4.num.1.ad 10.*

Visitare Sanctorum Principum Apostolorum limina *Petri*, & Pauli circa Idus Maii Episcopi qui vicini erant singulis annis tenebātur. Præter quam si ęgritudine fuissent detenti. ex Anacleto, & Zaccharia Papa in *can. iuxta sanctorum Patrum, & canonum instituta 4. distinct.93.* nunc verò ex Constitutione Sixti Papæ V. anno 1585 quę incipit *Romanus Pontifex*. Episcopi Italici quolibet triennio ad Sanctorum Apostolorum limina accedere tenentur, atque Romanum de eorum pastorali officio certiorem facere tenentur, eique rationem reddere. Et si per se ipsos id nequeant, per Nuncium certum speciale mandatum habentem in dignitate Ecclesiæ constitutū, vel personatum habentem; vel diœcesanum Sacerdotem id facere debent. Si defuerint ab ingressu Ecclesię suspensi sunt, & administratione tam temporalium, quam spiritualium; nec non à perceptione fructuū suarum Ecclesiarum. Aliarum autem prouinciarum Episcopi longius tempus habēt. adhoc vero Iure Iurando ante consecrationem exequendum tenentur *Anastasius Germonius* Archiepiscopus Tarantasię *de Indultis §. vltimo à num. 12. ad finem. Vgolinus de potestate Episcopi part.1.cap.3.nu.8. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat.11.nu 41.* & in *collectanea in cap. ego N.4. de Iure iurando. num. 5. Alzedus in praxi Episcopali part.1.cap.4 n.19. & sequentibus.*

Vita pręsens, quę inter cœlum, & infernum sita est; sicut in medio subsistit, sic vtrarumque partium Ciues communiter recipit: quos tamen Sancta Ecclesia, & nunc indiscretè suscipit, & postmodum in egressione discernet. Gregorius homilia 38. in Euangelia in *can. hec autem vita, quę inter cælum, & infernum sita est. 15.23. q.4.* concinit Augustinus super Ioannem tractatu 11. in *can. recurrat nunc animus vester ad Abraham, Isaac, & Iacob 2.32.q.4.* vbi in fine sic concludit. *De nullo tamen desperandum est; siue, qui intus talis apparet, siue, qui foris manifestius aduersatur.*

Vita bona cum fide coniungi debet. Si enim vita deest, fides meritum non habet, Beato Iacobo attestante (Iacobi 2.) qui ait: *(Fides sine operibus mortua est.)* ita Gregorius Thodorico, & Theobarro Regibus Francorum in *can. fertur simoniaca heresis 28. post principium 1. quæst.1.*

Vitam mutare oportet pœnitentem: quod sūme difficile est, quia dicit lex, quòd non facilis est mutatio vitę, sed cum magno labore animi fit. Quia pręteriti semper nos debet pœnitere peccati. ex Ambrosio libro 2. de vnica pœnitentia in *can. reperiuntur, qui sæpius agendam poenitentiam putant. 2. de pœnitentia distinct.3.* vbi *Gloss.* verbo *congruè*. cuius sunt verba propositionis. concinitque Augustinus in Enchiridion. cap.70. in *can. sanè cauendum est, ne quisquam existimet 18. eadem de pœnitent. distinct.3.* Rationem refereos, aiensque *In melius quippe est vita mutanda, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiandus Deus: non ad hoc emendus quodammodo, vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi: quamuis miserando debeat iam facta peccata; si non satisfactio congrua negligatur.*

Vita ante acta fidem facit profuturo; & an quis sit reus habendus, nec ne. ex Modestino libro 4. de pœnis in *l. desertorem auditum 3. §. is, qui ad hostes confugit, & redijt. ff. de re militari.* verba damus Modestini: *Sed si ex improuiso, dum iter quis facit, capiatur ab hostibus, inspecta vitæ eius præcedentis actu, venia ei dabitur.* Nec diuersimode Gregorius Papa Maximo Episcopo respondisse videtur in *cap. mandata cœlestia efficacius gerimus 6. in fine de præsumptionibus.*

bus.in ratione, quàm reddit: *Quia ex transacta in te vita didicimus, quid de subsequenti vita tua præsumamus*. Eodemque argumento idem Gregorius ductus conspicitur Natali Episcopo scribens in *can. multis ab vrbe tua venientibus frater charissime, didici 5. distinct. 44.* verba subiicimus: *quæ audita non crederem, nisi hæc actionum tuarum experimentis approbarem*. Ex quibus argumentum deducit *Gloss.* ibidē verbo *actionum* inferens: *præsumi contra aliquē quandoque, propter crimen præteritum*. & plura deducit *Glossa* eadem probatur. ex Concilio Chalcedonensi in *can. peruenit ad nostras aures 6. distinct. 18.* dicente Concilio: *Hoc ex eo probatur, quod multa, quæ constitutione opus habent, Ecclesiastica rei negligantur*. vbi *Gloss.* verbo *multæ* argumentum infert: quod per sequētia intelliguntur præcedentia, & præsumuntur. deduximus *respons.* nostra 19. *num. 49.* & *respons. 91. num. 37. part. 5.*

Vitæ præsentis tempus breuissimum est. ex Augustino libro de pœnitentia in *can. consideret qualitatem criminis in loco, in tempore. 2. col. 2. ad finem de pœnitentia distinct. 5.* de vita præsenti verba faciens, dicensque: *Cuius omne tempus breuissimum est*. nec dissimiliter ipsemet Augustinus ad Bonifacium in *can. ipsa pietas, veritas, charitas nos non permittit 24. §. quod si plurimi essent in domo ruitura 23. q. 4.* dicens: *Si pro salute ista non solùm temporali, sed etiam breui ad ipsum exiguum, tempus liberanda sit nos subuenire hominibus ratio vera, & benigna compellit*. sequiturque *Gloss.* in *can. Diaconi sunt, quos in Apocalypsi legimus 23. in fine distinct. 93.* verbo *Vltimus.* dicens: *Quia totum tēpus huius vitæ breuissimum reputatur*. Et præsētis vitæ breuitatem, nuncupauit Gregorius in moralibus in *can. quid ergo mirum, si homo peccator, se obedientiæ, in præsentis vitæ breuitate subiicit. 99. 11. q. 3.* vbi *Gloss.* verbo *breuitate*. Rationem infert: *Breue enim dicitur tempus vitæ huius*. Vnde dixit Horatius lib. 1. Carminum Ode 4.

*Vitæ summa breuis spem nos vetat inchoare longam:*
*Iam te premet nox, fabulæque, Manes.*
*Et domus exilis Plutonia.*

& Martialis libro 1.

*Non est, crede mihi, sapientis dicere Viuam.*
*Sera nimis vita est crastina; viue hodie.*

deduximus *respons.* nostra 45. *nu. 9. part. 5.*

Vitam nemo prorogare potest vt sibi libet, Cū certissimè sciamus neminem vltrà terminū à Deo sibi præfixum esse victurum. verbis dixit Gratianus in *can. vasis iræ 23. §. non ergo necessitatem facit correctionis, in fine 23. q. 4* subdens: *Omnibus tamen languentibus non incongruè medemur: sic quamuis nemo saluetur, nisi prædestinatus ad vitam: omni tamen delinquenti est adhibenda correptio: nec malorum est negligenda disciplina*.

Vita cuius despicitur, restat vt eius prædicatio contemnatur. Gratianus ex Gregorio in *can. infames non possunt esse procuratores 2. §. Idem testatur Felix Papa, & eisdem verbis. 3. q. 7.* verbis dicens: *Item Gregorius: Cuius vita despicitur, restat, vt eius, prædicatio contemnatur*; Nec diuersis verbis Benedictus 11. in *extrauaganti inter cunctas solicitudines nostras 1. § verùm, quia post baptismum inter cætera magis ad salutem necessaria est propositio verbi Dei, ac priuilegiis inter communes*. Rationem referendo: *Nam cuius vita despicitur, consequens est vt eius prædicatio contemnatur*. Deduxitque Gregorius in *can. multi secularium hominum, cum plus sacerdotum vitam, quam suam discutiunt. 84. paulo post principium 1. q. 1.* verbis edicens, deducensque: *Vnde fit, vt non solum ab eis dicta respuant, sed (quod & deterius est) diuina etiam mysteria contemnāt, vt nec corporis cōmunionem, aut Sanguinis Domini nostri Iesu Christi eorum ministerio confectam assumant; putantes hanc minus esse sanctificatam, si illorum fiat officio, quorum vita eorum oculis videtur ignobilis*.

Vita in meliùs mutanda est, & per eleemosynas de peccatis præteritis est propitiādus Deus. ex Augustino in Enchiridion. *can. sane cauendum est, ne quisquam existimet 18. de pœnitentia distinct. 3.*

Vitam autem nouam non potest inchoare, nisi eum pœniteat vitæ veteris. ex Augustino libro de pœnitentiæ medicina in *can. omnis, qui iam suæ voluntatis factus est arbiter. 96. de consecrat. dist. 4.* rationem reddit *Glass.* ibidem verbo *veteris.* dicens: *Quod hominem reddit in Vetustum*.

Vita actiua propter publicam vtilitatem vitæ præfertur contemplatiuæ ex Innocentio Tertio Priori, & Conuentui Dimoliensi in *cap. licet quibusdam monachis 18. §. si vero probabiliter dubitetur, vtrum quis velit ad ordinem arctiorem. de regularibus, & transeuntibus ad religionem.* in ratione, quam reddit. *Quoniam sicut maius bonum minori præponitur: ita communis vtilitas speciali vtilitati præfertur*. deducitq; *glos.* ex Hieronymo in *can. sancta quippe rusticitas solùm sibi prodest 56 2. q. 7.* verbo *quippe* inferens: *Et est hic argumentum: Vitam actiuam esse præferendam contemplatiuæ*. Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, ac voluntati præferenda est. Pelagius Papa Secundus Benigno Archiepiscopo epistola 2. respondit in *can. scias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis 35. 7. q. 1.* Quies equidem nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponenda. Nam sicut toto desiderio debemus occupationem fugere; ità, si desit, qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est humero subire. Gregorius Papa Cyriaco respondit Episcopo in *can. in scripturis vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis 9. ad medium. 8. q. 1.* Quia nimirum

Vita contemplatiua licet sit magis secura, quàm actiua hæc tamen est fructuosior illa. ex Innocentio III. Calaritano Episcopo in *c. nisi cùm pridem 10. §. verum si propter alias causas cessiones affectes. extra de renunciatione*. Nam licet vita contemplatiua simpliciter sit melior, & cæteris paribus maioris meriti; secundum quod tamen, frequenter contingit, vita actiua sit melior, & maioris meriti, qua

con-

contemplatiua. ex eodem Innocentio ibidē dicens; sciens, quòd beati sunt illi, qui persecutionem patiuntur propter Iustitiam, quoniam cùm probati fuerint, accipient coronam vitæ, quàm repromisit Deus diligentibus se. deducitque Diuus Thomas. 2. 2. q. 182. art. 1. & 2. & Nauarrus de oratione, & horis canonicis cap. 22. miscellaneo 12. num. 42. per

Vitam enim actiuam Defuncto fratri, id est Christo, resuscitat semen, qui pro nobis mortuus est. Sicuti, qui electus ab Ecclesia ministerium euangelizandi renuit; ab Ecclesia ipsa merito, digneque contemnitur. Ex Augustino contra Faustum Manichęum in can. olim iussus est frater pręmortui fratris vxorem ducere. vt non sibi, sed illi sobolem suscitaret 8. 8. q. 1. subiciente: Qui enim & sibi prodest, & Ecclesię, benè intelligitur vtroque pede calciatus.

Vitę transitorię non consulunt Sancti, quando mortem iam pręsentem diffugiunt; sed Ecclesię Dei. Neque enim & Apostolus Paulus vitę suę transitorię consulebat, (Actuum 23.) Sed Ecclesię Dei; quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, consilium eorum Tribuno vt proderetur, effecit. Vnde factum est, vt eum ad locum, quo fuerat producendus, deduceret miles armatus, ne illorum pateretur insidias. sic Augustinus ad Bonifacium in can. Maximianus Episcopus Vagiensis auxilium petijt ab Imperatore Christiano. 2. 23. q. 3.

Vitam communem duxerunt Apostoli, eorumque discipuli, vnde nullus inter eos egens erat. Quicunque ergo quietam ducere in communi vitam voluerint, sic seruare debebunt. vt ab Apostolicis regulis non recedāt, sed communem vitam ducentes, & scripturas sacras rectè intelligentes, quę Domino vouere, adimplere satagant. Ex Clemente Papa epistola quinta in can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis 2. 12. q. 1. & vt Glossa ibidem verbo omnium. refert ex Tullio: Dulcissima rerum possessio communis est. & dicit Philosophus: Quietissimè viuerent homines in hoc mundo, si de medio sublata essent, duo verba, scilicet: Meum, & Tuum.

Vita animę est Deus. Anima verò vita corporis: Sicut corpus viuere non potest absente anima; ita non nisi Deo pręsente anima viuere valet. Habet autem anima Deum sibi pręsentem per gratiam, qua viuens peccatum suum confitetur; eamque vita, quæ Deus est, inhabitat, quam inhabitando viuere facit. Gratianus in can. resuscitatus corpore viuit absente suscitatore: non autem sic resuscitatus in anima. 35. qui est Augustini. 5. cum enim Deus sit vita animę. de pœnitentia distinct. 1.

Vita mundi est Caro Christi; qui manducat hunc panem viuet in æternum. Qui ergo nō est de Corpore Christi, non viuit de spiritu Christi. Augustinus ad Iræneum in can. Christus panis est, de quo, qui manducat, viuit in æternum 57. de consecrat. distinct. 2.

Vitium est virtuti contrarium. deducitur ex Gregorio in moralibus in can. sciendum summopere est, quod obedientia 10. in fine. 8. quæst. 1. verbis dicente de inobedientia: Quod contra ariolandi peccatum inobedientia dicitur, vt quāta sit virtus obedientiæ demonstretur. Ex aduerso igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. vbi Gloss. verbo ex aduerso. rationem reddit: id est ex eo, quòd vnum contrarium commendatur, aliud vituperatur. Quia nimirum vitium virtuti contrarium est. subdens. Quòd optima est probatio, quæ fit per suum contrarium. vt hic. Ex Gratiano in can. si sermo meus inuenit in cordibus vestris aliquam scintillam gratuiti amoris Dei. 20. 5. E contrario etiam gradus in virtute esse probantur: quia & ipsius peccati gradus euidenter apparent. de pœnitentia distinct. 2. ibique Glossa verbo è contrario. quę sic explicat: Id est per suum contrarium, scilicet peccatum, & vitium, quod virtuti est contrarium. argumento 8. q. 1. sciendum.

Vitia morum magis, quàm verborum sunt præcauenda. ex Gratiano in can. quamuis errare quanta possumus cura, cauendum sit. 12. 5. sed licet per ignorantiam grammaticæ aliquid vitiosū proferant Episcopa dist. 38.

Vitia accusare bonum officium est. Non debet tamen vitia aliena corripere, qui ad huc vitiorum contagionibus fuerit inuolutus. vti ex Isidoro libro 3. de summo bono cap. 32. refert noster Marauta cons. 35 in principio. Vnde Augustinus libro de cathechizandis rudibus in can. Sedulo monendi sunt scolastici, vt humilitate induti Christiana. 12. eadem distinct. 38. subsequens: discant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quàm verborum ampliùs deuitare: & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant; quam etiam præferre consueuerant.

Vitium propagatur per malum exemplum. Ex Concilio Hispalensi Secundo in can. placuit, vt si quis clericus 2. in fine 21. q. 2. verbis dicente: Nam non poterit in talibus propagationis aboleri sententia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsecuta correctio. ibique Gloss. verbo propagationis. rationem reddens, dicensque Propagatur enim vitium per malum exemplum. ex Nicolao Papa ad Lotharium Regem in can. præcipue Gualdrada pellicis tuę, & iam dudum à te repudiatæ 3. 11. q. 3. in ratione, quam reddit: Deterius quippe in populis Prælati delinquunt: ac per hoc ipsi crudeliùs, quàm cęteri puniuntur. vt ait Beatus Gregorius: Scire enim Prælati debent; quia si peruersa vnquam perpetrant: & mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. Vnde necesse est vt tantò se cautius à culpa custodiant, quanto per praua, quę faciunt, non soli moriuntur. Sic vitium propagatur per malum exemplum.

Vitiis resistere est verum posse. Nam posse peccare (vt Augustinus ait) non est aliquid posse; imò aliquid non posse. Gratianus deducit in can. principium enim viarum Dei. 45. siue finali. 9. charitas autem, quę in aduersitate deseritur. de pœnitentia dist. 2. vbi Glossa verbo posse autem. sequentibus prosequitur: Ex quo enim resistere vitiis est verum posse. ergo non resistere est non posse: sed non resistere, est peccare: & ita posse peccare, est non posse resistere. & ita est argumentum à contrariis. sic Glossa.

Vitium contra naturam omnium pessimum est: vt si vir membro mulieris non ad hoc concesso voluerit vti. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. adulterii malum vincit fornicationem* 11.32. q.7. insequente: *Vsus enim naturalis, si vltra modum prolabitur in vxore quidem veniale est, in meretrice damnabile. Sed iste, qui est contra naturã, execrabiliter fit in meretrice; sed execrabilius in vxore.* idemque Augustinus confessionũ libro 3. capite 8. in *can. flagitia, quæ sunt contra naturam* 13. eadem 32. q.7. damus verba: *Flagotia, quæ sunt contra naturam, vbicumque, & semper detestanda, atque punienda sunt: qualia Sodomitarum fuerunt. Quæ si omnes gentes facerent; eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ non sic fecit homines, vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipso societas, quæ cum Deo nobis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur.* vbi *Gloss.* verbo *peruersitate* infert: *Et dicit Imperator, quod tale crimen pestilentias, & tempestates inducit, in Authentico vt non luxurientur contrà naturam in fine.* & dixit *Glossa in cap. cum secundum leges Ciuiles.* 19. *de hæreticis in* 6. in ipso principio. verbo *naturæ contrarias.*

Vitio hoc nefando, quod contra naturam est, propter quod ira Dei venit in filios diffidentiæ, quicumque laborare depræhensi fuerint si Clerici deiiciuntur. si laici excommunicatur. ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in *cap. clerici* 4. *de excessibus Prælatorum & subditorum extra.* vbique Canonistæ. pluribus *Farinacius de delictis carnis tom.* 2. q. 148. *num* 23 & Clericus priuatur ipso iure beneficiis. *Gregorius Tholosanus Syntagmatum Iuris vniuersi part.* 2. *lib* 17. *cap.* 17. *num.* 7. *in fine. Barbosa de officio, et potestato Episcopi allegat.* 24 vbi de materia Pius Papa V. sua constitutione aduersus Clericos hoc facinus exercentes irregularitatis notam adiunxit. deducit *Nauarrus manuali cap* 27. *num.* 249. *Card. Toletus Instructionis Sacerdotalis libro* 1. *cap.* 74. *nu.* 3. *& libro* 5. *cap.* 13. *nu.* 7. *Quaranta in summa Bullarum* verbo *sodomia.* plene Lopez *in addit omibus ad praxim Diaz cap* 88. *Lelius Zecchius de casibus Episcopo reseruatis casu* 1. *nu.* 38. nouiter *Maranta cons.* 20. *Genuensis in praxi cap.* 67.

Vitia motum sæpe se virtutes esse mentiuntur. ex Gregorio Ioanni Constantinopolitano in *can. sæpe se vitia esse virtutis mentiuntur* 6. *dist.* 41. diligenter igitur præcauenda sunt vitia: quia sæpe sub specie virtutum vitia latenter subintrant. vt *Glossa* ibidem adnotat.

Vitio carere debent, & morum, & corporis qui ad regimen assumuntur animarum. ex Gregorio in pastoli, quem Gratianus defert in *summa distinct.* 49. in fine sequentibus dicẽte: *Solerter ergo se quisque metiatur; nec locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc vitium damnabiliter regnat: nec is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis alienum.* & prosequitur, etiam pro vitiis corporalibus in *can. hinc etenim superna voce ad Moysen dicitur* 1. *eadem distinct.* 49.

Vitiati corpore, qui se ipsos absciderunt, etiã virilia per impatientiam, vel alia causa, vtputa quod sui ipsius sint homicidæ ad clerum promoueri non possunt. ex canonibus Apostolorum in *can. si quis abscidit se ipsum* 4. *dist.* 55. secus vero si ex infirmitate, & medicorũ consilio. ex Martino Bracaren. Episcopo in capitulis Synodalibus in *can. si quis pro ęgritudine naturali à medicis secta habueris* 9. & ex Concilio Ilerdensi in *can. si quis in infirmitate positus Clericus* 10. *eadem distinct.* 55. diximus in superioribus virilia sibi amputans. & ex Niceno Concilio in *can. si quis à medicis propter languorem desectus est, aut à barbaris excisus, hic in clero permaneat* 7. *eadem dist.* 55. Sicuti is cui ex iracundia alterius oculus erutus fuit non potest secundum canones sacerdotij gradu promoueri, neque etiam ad sacros alios ordines. ex Gelasio Papa Rufino Episcopo in *can. si Euangelica admonitio iracundiam nec vsque ad verbum furentem prosilire permittit* 13. *sine finali eadem dist.* 55.

Viuere quisque tenetur secundum illorum consuetudinem inter quos versatur. ex Augustino ad Ianuarium in *can. illa autem, quæ non sunt scripta, sed tradita custodimus* 11. *dist.* 12. exemplum referens de Matre suo dicens: *Mater mea Mediolanum me consecuta inuenit Ecclesiam sabbato non ieiunantem; cœpit fluctuare quid ageret: Tunc ego consului de hac re beatissimę memoriæ virum Ambrosium. At ille ait: cùm Romam venio, ieiuno sabbato: cum Mediolano sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquã non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc cùm matri renunciassem, libenter amplexa est.* vbi Glossa verbo *societate.* refert versus:

*Si fueris Romę, Romano viuito more:*
*Et si sis alibi, viuito sicut ibi.*

Rationem habes ex eodem Augustino libro 3. confessionum cap. 8. in *can. quæ contra mores hominum sunt flagitia, pro morum diuersitate vitanda sunt* 2. *distinct.* 8. dicente: *Turpis enim omnis pars est suo vniuerso non congruens.*

Vix quod fit, fieri tamen dubium non existit Bonifacius Octauus in *cap. per cathechismum* 2. *ad finem de cognatione spirituali in* 6. & ex Augustino in *can. quę ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum.* 5 *distinct.* 38. illis verbis: *Sacerdotis nomen vix in eo constabit.* ibique *Glossa.*

Vbi duę præsupponuntur in oratione, & responsio sequens restringit alterum affirmatiue, tacitè aliud excludere videtur. ex Gregorio Dialogorum libro 4. cap. 39. in *can. qualis hinc quisque egreditur, talis in iudicio pręsentatur* 4. *distinct.* 25. dicente: *Quod enim de vno negatur, consequens intellectus patet, quia de quibusdam conceditur.* vbi *Gloss.* verbo *negatur.* Argumentum infert: *Quod de vno negatur. de alio conceditur.* ex libro Codicis relato à Gratiano inter Sacros Canones in *can. de crimine, quod publicorum fuerit Iudiciorum* 2. 15. q. 3. idemque dixit Gregorius in homiliis in *cap. non ne benè dicimus nos, quia Samaritanus es tu & dæmonium habes?* 5. *de pręsumptionibus extra.* verbis edisserens: *Dua quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, alterum tacendo concessit.*

no-

notat *Geminianus conſ.34. nu.3. verſ. quia vbi duo.* & *Nauarrus manuali cap.23. nu.55.* & *conſ. 24.nu.2.libro 5. de priuilegiis.*

Vbi plura requiruntur ex neceſſitate, ſi vnum ex his deſit, nihil agitur. ex Auguſtino in *can. quæ ipſis ſacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum 5. diſt.38.* dicente: *Ex quibus omnibus ſi vnum defuerit: Sacerdotis nomen vix in eo conſtabit.* ibique *Gloſſa* verbo *ſi vnum.* ex Hieronymo ſuper Hieremiam in *can. animaduertendum eſt 2.22.q.2.* verbis edicente: *Animaduertendum eſt, quod Ius iurandum hos habeat comites; Veritatem, iudicium, & iuſtitiam Si iſta defuerint, nequaquam erit iuramentũ ſed periurium.* Concinit Zacharias Papa Bonifacio Epiſcopo ſcribens in *can. in Synodo Anglorum decretum 83. de conſecrat. diſt. 4.* verbis illis: *Hoc quoque obſeruari in prædicta Synodo Sacerdotes voluerunt, vt qui vel vnam de Trinitate perſonam in baptiſmo non nominaret, illud baptiſma eſſe verum non poſſet. Quod pro certò uerum eſt: quia qui unam ex Sancta Trinitate confeſſus non fuerit, perfectus Chriſtianus eſſe non poteſt.*

Vbi duo propter vnum, ibi vnũm ex Caio libr. 7. ad Edictum prouinciale in *l. illud quæſitum eſt 32. § finali ff. ad l. Aquiliam.* verbis illis: *Aliter, ſi quis vno impetu pluribus vulneribus aliquem occiderit; tunc enim vna erit actio de occiſo* quia propter continuationem vnum eſt delictum, licet plura vulnera. *Gloſſa* ibidem notat uerbo *de occiſo*, notatque *Carocius deciſ 25.nu.8.*

Vbi acceptum eſt ſemel iudicium, ibi & finem accipere debet. Marcellus libro 1. Digeſtorum in *l. vbi acceptum eſt ſemel iudicium 30 ff. de iudiciis, & vbi quis agere, vel conuenire debeat.*

Vbi par eſt ratio, idem Ius vt ſuccedat, alienũ non æſtimatur. ex Gregorio Auguſtino Anglorum Epiſcopo in *can. ad eius verò concubitum 4. fine finali diſt.5.* ad finem verbis dicente *Si ergo benè præſumpſit, quæ veſtimentum Domini in languore poſita tetigit: quod vni perſonæ infirmanti conceditur: cur non concedatur cunctis mulieribus, quæ naturæ ſuæ vitio infirmantur?* vbi *Gloſſ.* verbo quod vni perſonæ argumentum dicit: *Quod vni conceditur, per conſequens videtur aliis conceſſum.* nec longe abiit Innocentius Decano, & Capitulo Andegauenſi in *cap. inter corporalia, & ſpiritualia eam cognouimus eſſe differentiã. 2. § ſicut enim Epiſcopus conſecratus. in fine de tranſlatione Epiſcopi.* verbis edicens: *Cùm de ſimilibus idem Iudicium ſit habendum.* concordatque Alexander Tertius Eboracẽsi Archiepiſcopo in *cap. inter cæteras conſultationes 4. in fine extrà de reſcriptis.* reſpondens: *Et idem in ſimilibus obſeruandum:* vbi *Gloſſa* verbo *in ſimilibus* dicens: *Nota, quod de ſimilibus ſimile debet eſſe Iudicium.* nec diſcedit ab eodem ſenſu Auguſtinus in *capit. tranſlato Sacerdotio. 3. de conſtitutionibus extra.* verbis rationem referens: *Quia enim ſimul, & ab eodem, & ſub eadem ſponſione vtraque data ſunt: quod de vno dicitur, neceſſe eſt, vt de altero intelligatur.* vbi *Gloſſ.* verbo. *Quod de vno*, argumẽtum deducit: *Quod vbi eſt eadem ratio, ibi debet eſſe idem Ius: Et quod de ſimilibus idem Iudicium eſt habendum.*

Vnctio inuiſibilis Spiritus ſanctus eſt. & vnctio inuiſibilis charitas eſt; quæ in quocumque fuerit, tamquam radix illi erit: quę, quamuis ardente ſole, areſcere non poteſt; nutritur calore ſolis, non areſcit. Auguſtinus ſuper epiſtolam primam Ioannis tractatu 3. in *can. vnctio inuiſibilis Spiritus ſanctus eſt 8. de pœnitentia diſtinct. 2.* pro ſole ardente, tribulationẽ exaudit *Gloſſ.* ibidem verbo *ardente.* & verbo *ſolis.* Quia Tribulatio ſecundum Apoſtolũ, patientiam operatur. Sed tribulatio patientiam non tollit. hoc autem facit charitas. Quia *Charitas numquam excidit.* ibidem. *can. charitas numquam excidit. 7.*

Vnctionis oleo Baptiſmatis fontem benedicimus, ex traditione Apoſtolorum. ex dictis Baſilii in *can. Eccleſiaſticarum inſtitutionum 5. § quæ enim (vt inde ordiamur) ſcriptura. diſtinct. 11.* ſicuti ex eodem fonte Apoſtolicarum traditionum vngimus ter oleo, quos baptizamus, & verbis abrenunciare Satanæ, & angelis eius informamus. ex eodem ibidem eodem *can. Eccleſiaſticarum Inſtitutionum* Nam vngimus eos in ſcapulis, in pectore. & demũ in vertice. vt *Gloſſ.* ibidem adnotat verbo *oleo.* & Rabano de Inſtitutione Clericorum lib.1. cap.27. deducitur. in *can. deinde à ſacerdote inungitur, vt ſuerum baptiſma eum ſide acceptum cuſtodiatur 70. de conſecratione diſt. 4.*

Vnctio Chriſmatis, ſicuti & conſecratio, quæ vnctio fit in ſacramento Confirmationis, per ſolos Pontifices fit, non verò per Preſbyteros. hęc autem vnctio fit in fronte. ex Gelaſio Papa ad Epiſcopos per Lucaniam in *can. presbyteros vltra ſuum modũ tendere prohibemus. 2. diſtinct 95.* eſt etiam vnctio infirmorum. ibidem ex Gratiano *§ ſed iſtud Gregorii pro ſcandalo ſedando ſemel conceſſum legitur.* & proſequitur ex Innocentio Papa ad Decentium Eugubinum Epiſcopum in *can. illud ſuperfluum videmus adiectum. 3. eadem diſtinct. 95.* hęc autem vnctio infirmorũ cęteris Preſbyteris competit.

Vnctione Chriſmatis manus, & caput Epiſcopi inunguntur. Preſbyteri verò non chriſmatis, ſed cathecumenorum. ex Nicolao Papa Radulpho Archiepiſcopo Bituricenſi in *can. præterea ſciſcitaris 12. diſtinct. 23.* ibique *Gloſſ.* verbo *Chriſmatis.* vbi in fine *Si autem aliquis vnctus oleo pro Chriſmate, vel è conuerſo: nihilominus ordinatus eſt; ſed ſuppleri debet id, quod omiſſum.* plenè ex Innocentio III. in *cap. unico. extra de ſacra unctione.* traditque Gratianus in *can. generaliter ſancimus 40. § Ecce ſufficienter monſtratum eſt. 16. q. 1.*

Vnctio quoque Regalis eſt, qua reges in brachio inunguntur. ſicut & Dauid, & Saul. meminit Gratianus in *can. plerumq; boni viri propterea ſufferunt aliorum peccata. 27. col. 2. § Item in libro Regum legitur, quod cùm Dauid fugeret à facie Saul. 2. q. 7.* dicente quod propterea Dauid doluit quod præcidit oram chlamydis Saul in ſpelunca cum purgaret ventrem, & grauiter fleuit, quamuis, & ipſe inunctus

oleo à Samuele fuisset: *Cum à Saule sola administratione vnctionis superaretur*. Hinc sane est, quod Imperatores, & Reges in Ecclesia per sacerdotes recipiuntur, quia inuncti sunt Domino oleo vnctionis.

Vnctio ergo quid sit omnes, qui inuncti sunt cogitare debent. ex Hieronymo in librum Leuitici in *can. licet ergo Dominus de constituendo principe præcepisset 15. in fine 8. q. 1.* verbis edicente: *Sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: vt quid sit Pontifex, quid vnctio, quid indumenta eius, conferens intra sacrarium cordis sui; possit aduertere.*

Vna, & eadem res diuerso censeri iure minime debet. ex Gregorio Maximiano Episcopo Syracusano in *can. cognouimus de rebus Ecclesiæ nouiter acquisitis 29. in fine 12. q. 2.* verba sunt Gregorii rationem reddentis; *Incongruum namque est, vnam eandemque Ecclesiæ substantiam duplici quodammodo iure censeri, idest vsurpationis, & canonum.* ibique *Gloss.* verbo *duplici* notat: *Duplicitatem à canone reprobari.* ex Hispalensi Concilio Secundo, cui interfuit Isidorus in *can. in nona actione didicimus 22. 16. q. 7.* in ratione, quam reddit: *In vno enim, eodemque officio non debet dispar esse professio.* Deducens verba Moysi (Deutoronomii 22.) *Non arabis in boue, & asino.* id est homines diuersæ professionis in officio vno non sociabis. inferens: *Nam cohærere, & coniungi non possunt, quibus & studia, & vota diuersa sunt.* Nec diuersimode Iabolenus libro 9 Epistolarum in *l. cum, qui ædes mercatus est 23. in fine ff. de vsucapionibus, seu vsurpationibus.* verbis edicens: *Neque enim recipi potest, vt eadem res, & vt res soli, & tamquam mobilis sit possessa.* Notat *Rota* apud *Duranum decis. 337. nu. 49. part. 2.*

Vna, & eadem res variis respectibus considerari potest, & à se ipsa diuidi: Sicuti vnus, & idem homo variis quoque respectibus à se ipso diuidi dicitur. Vnus enim, & idē homo quatenus est Episcopus, alius esse dicitur à se ipso quatenus est Canonicus. ex Bonifacio Octauo in *cap. à collatione beneficij 11. in fine de appellationibus in 6.* verbis illis, de Episcopo loquens: *alias, si vt canonicus interfuisset in ea.* Idemque in *cap. cùm in Ecclesia tua 25. de præbendis, & dignitatibus in 6.* perpendit *Nauarrus de eleemosyna in can. quiescamus distinct. 42. num. 4.*

Vnitas in Ecclesia matre necessaria est, vt impetremus quæ à Deo poscimus. Nam vnitati deprecantium tribuitur, quod petitur. & habere Deum Patrem non potest, qui Ecclesiam non habet matrem. *Vbicumque enim fuerint duo, aut tres collecti in nomine meo; Ego cum eis sum.* Dominus dixit: (Matthæi 18.) Ostendens, non multitudini, sed vnanimitati deprecantium plurimum tribui. Cyprianus de vnitate Ecclesiæ in *can. alienus est, prophanus est, hostis est 19. 24. q. 1.*

Vnitas fidei vnitatem repræsentet sacrificii, quamuis personarum sit diuersitas. Nam si ægritudinis acciderit euentus, vt cœptum nequeat expleri consecrationis mysterium, alter poterit Presbyter consecrationis exequi officium. *Non enim aliud ad supplementum initiatis mysteriis competit; quàm aut incipientis, aut subsequentis completa benedictio Sacerdotis. Quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur. Cum enim simus omnes vnū in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format; vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat.* Concilium Toletanum Septimum in *can. nihil contra ordines statutum temeritatis ausu præsumatur 16. 7. q. 1.*

Vnitatis sacramentum inseparabile. In perditionem ergo dantur, qui ab vnitate dissipantur Ecclesiæ, & schisma faciunt. Nihil proinde diuersum à gentilibus schismatici habēt, qui contra sunt vnitatem. Quia contra pacem, & vnitatem Christi rebelles, Ecclesiam scindunt. ex Cypriano ad Magnum in *can. denique quam sit inseparabile vnitatis sacramentum 9. 7. q. 1.*

Vnitas est naturæ inter nos, & Christum per assumptam carnem, quia per illam nos sumus vniti ei, ipse autem vnitur nobiscum per sacramentum altaris, & fit perfecta vnitas inter nos, & eum. ex Hilario de Trinitate libro 8. in *can. in Christo Pater, & Christus in nobis vnum in his esse nos faciunt. 82. in ipso principio de consecratione distinct. 2.* ibique *Gloss.* verbo *perfectæ*.

Vnum enim omnes sumus in Christo, & nihil contrarium personarum diuersitas format. vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. ex Concilio Toletano septimo in *can. nihil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur 16. post medium 7. q. 1.* Hoc autem fecit Deus per charitatem, & humanæ naturæ assumptionem. vt *Glossa* sequitur, traditque in *can. fraternitatis vestræ studiosæ sagacitati 1. post medium 35. q. 10.* ad verba Gregorii ibidem dicentis: *Nam potest per verbum suum, atque præceptum efficere Deus duos carnem vnā. idest masculum, & fœminam, qui innumeram multitudinem vtriusque sexus non desinit secum facere vnum.* ibique *Glossa* verbo *carnem vnam* dicens: *scilicet per charitatem, vel humanæ naturæ assumptionem. de consecrat. dist. 2. in Christo.*

Vnitas est, quæ copulat ea, ex quibus res omnis conficitur. Nam omnis res illarum rerum naturam, & veritatem in se continet, ex quibus conficitur. & vnum efficiuntur. ex Augustino in libro sententiarum Prosperi in *can. hoc est, quod dicimus: hoc modis omnibus approbare contendimus. 48. de consecrat. distinct. 2.* dicens: quod *Conficitur sacrificium Ecclesiæ sacramento, & re sacramenti, idest corpore Christi: Est igitur sacramentum, & res sacramenti, idest corpus Christi.* Est autem vnum sacramentum. Quia per consecrationem sacerdotis; quæ sacrificium dicitur, duo sunt ibi, scilicet sacramentum, & res sacramenti: quæ ante consecrationem ibi non erant. vt *Glossa* loquitur ibidem verbo *& re sacramenti.*

Vnaquæque prouincia in suo sensu abundet: & præcepta maiorum leges Apostolicas arbitretur. Ita Hieronymus ad Lucinium in

can.

*can. vtinam omni tempore ieiunare possimus.* 11. *in fine distinct.* 76.

Vnus quisque in ea vocatione permanere debet, in qua vocatus est. ex Apostolo (1. *ad Corint.* 7. & 2. *ad Corinth.* 3.) deducitur ex Septima Synodo in *can. clericus ab instanti tempore non connumeretur in duabus Ecclesijs.* c. 21. q. 1. deduxit *Gloss.* ex ipso textu in *can. nullus Abbas, vel monachus* 1. 19. q. 3. verbo *regulares* in fine. dicens: *Vt enim ait Apostolus: In ea vocatione, in qua quis vocatus est, in ea permaneat.* Nec diuersimode ex Concilio Vrbani Secundi habito Placentię in *can. sanctorum canonum statutis consona sanctione decernimus* 2. *distinct.* 70. in ipso principio. dicente, atque pręcipiente: *Et in qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuò perseueret.* Rationem dixit Innocentius Tertius Priori, & Conuentui Dimolicensi scribens in *cap. licet quibusdam monachis, & canonicis* 18. *in principio extrà de regularibus, & transeuntibus ad religionem*, verbis enuncians: *Vt secundum Apostolum, in ea vocatione permaneat, in qua dignoscitur esse vocatus.*

Vnicuique rei conueniens est illud, quod competit sibi secundum suam proprietatem naturalem. Secundum Aristotelem. & Prophyrium de vniuersalibus: Proprium est (inquientes) quod vni soli; & semper conuenit, vt homini ridere, vel ratiocinari, prosequitur hanc rationem Pelbartus *in stellario coronæ Beatæ Virginis libro* 1 *part.* 2. *art.* 2. *in ar. mysterio in prima ratione. vers. tertio probat rationę sumpta ex lege phisica folio. mihi* 8. *col.* 2. diximus quoque *respons.* nostra 60. *nu.* 14. *part.* 3. Proprium enim est quod non est plurium ex *Glossa* in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat* 2. *col.* 2. *ad finem.* 9. *Sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est: vnius vxoris virum. distinct.* 82. verbo *Sed propter incontinentiam:* verbis dicentem: *& sic negatiuè legitur i vnius. id est non plurium.* argumento petito ex Alexandro Tertio in *cap. licet vniuersis* 23. *ad finem de testibus, & attestationibus extrà.*

Vnius enim dicitur quod non est plurium. *Gloss. d. can. proposuisti* 2. verbo *Sed propter incontinentiam. distinct.* 82. argumento ex dicto textu Alexandri Tertii d. *cap. licet vniuersis* 23. *ad finem de testibus & attestationibus.* Dum de vno teste verba facit, dicens: *nulla est tamen causa, quę vnius testimonio. (quamuis legitimo) terminetur.* Quia nimirum quod vnius est proprium est, non ergo commune. ex Isidoro in *can. Ius naturale est commune omnium nationum.* 7. *distinct.* 1. & ex Iustiniano Cæsare §. *& quidem naturali Iure Institutionibus de rerum diuisione.* Nec diuertisse videtur Martianus libro 3. Institutionum in *l. quædam naturali Iure communia sunt omnium, quædam vniuersitatis, quædam nullius, pleraque singulorum* 2. *ff. de rerum diuisione, & qualitate.* Quod ergo proprium est, singulare est, atque à communitate discedit. deduximus *respons.* nostra 3. *num.* 24. 25. *&* 26 *part.* 5.

Vnius expressio, & inclusio, alterius exclusio est. ex Bonifacio Octauo in *cap. cùm in illis, quibus beneficia curam animarum habentia committuntur* 16. §. *cùm autem inter collationem, pręsentationem, & Institutionum differentia magna esse noscatur. de prabendis, & dignitatibus in* 6. in rationem, quam reddit: *Expresso enim vno casuum pręd ctorum, mandatum super hoc factum (quod debet de sui natura restringi) ad alios extendi non debet.* Sicuti

Vno concesso omnia similia concessa videntur. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. deniq; Sacerdotes, & Diaconi, & reliqui omnes* 6. *siue finali in fine distinct.* 4. verbis concludente: *Alioqui restat, vt omnia, quæ corpori libent, similiter faciamus.* ex quo *Glossa* verbo *alioqui.* Argumentum deducit: *Ex quo vnum concessa.* ex eodem Gregorio ad eundem Augustinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius verò concubitum vir suus accedere non debet.* 4. *etiam finali dist.* 5. verbis illis ad finem: *Quod vni personę infirmanti conceditur: cur non concedatur omnibus mulieribus, quę naturæ suę vitio infirmantur?* ibique *Gloss.* verbo *quod vni personæ.* quę argumentum deducit: *Quod vni conceditur, per consequens videtur aliis esse concessum.* declarans: *Et hoc verum est; si de Iure communi aliquid conceditur; secus si ex priuilegio* ex Gregorio in *can. hinc est etiam* 39. *in finalibus verbis* 16. q. 1. rationem reddente: *Nō enim, quod vni sigillatim conceditur, statim omnibus conuenit;* Sigillatim hoc est ex priuilegio. *Glossa* ibidem exaudit quia priuilegia nō extenduntur. Hinc est quod

Vno prohibito, vel permisso, idem erit in connexo. ex Gratiano in *summa dist.* 44. in principio: dicente: *Vtrumque enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat, scribens Romanis: (Non in commessationibus, & ebrietatibus)* vbi *Gloss.* verbo *vtrumque.* Argumentum deducens: *Quod vno prohibito, vel permisso, idem erit in connexo sibi.* Ita quoque

Vno prohibito censentur prohibita omnia, quæ sequuntur ex illo. Prohibito enim furto, & rapina prohibita censetur. furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita vsurpatio rei alienæ. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit. Augustinus in libro quęstionum Exodi q. 71. in *can. pœnale est occultè auferre* 13. 14. q. 5. inferens in fine: *A parte enim totum significauit, quid quid illicitè rerum proximi aufertur.* notat *Glossa* ibidem verbo *rapinam* argumentum deducens: *quod aliquo prohibito, prohibita sunt omnia similia.* ex Augustino in *cap. nam concupiscentiam nesciebam.* 4. *extrà de constitutionibus.* ex verbis Apostoli ad Romanos inferendo. *Hoc enim elegit Apostolus generale, vnde omnia mala oriuntur. Bona ergo lex, quę dum hoc prohibet, omnia mala prohibet.* vnde *Gloss.* verbo *Vnde omnia mala.* argumentum deducit; quod *vno prohibito, omnia prohibentur, quę sequuntur ex illo.* Et pro regula decreuere Theodosius, Archadius, & Valentinianus Cæsares in *l. non dubium est.* 5. *C. de legibus, & constitutionibus principium, & edictis.* rationem reddentes: *Vt legis latori, quod fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat, cęteraque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere.*

*gere.* subsequendo: *Sed si quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus. Secundum prædictam itaque regulam &c.* concinitque Iustinianus Augustus in *l. sancimus 7. siue finali. C. de rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione, vel hypoteca.* ex generalitate quod prohibita alienatione simpliciter, videtur prohibitus omnis actus, per quem alteri quæritur Ius in re. ex *Baldo* in summario. Nec dissimiliter Innocentius Tertius Mediolanen Archiepiscopo in *cap. inter dilectos filios G. Abbatem sancti Donati de scozula 6. §. cum igitur priuilegium Henrici de fide instrumentorum.* verbis edixit: *Si principale non tenuit, nec accessorium, quod ex eo, vel ab id dignoscitur esse sequutum.* ibique *Glossa* verbo *nec accessorium.*

Vno de duobus vinculis sublato; remanet aliud. ex Innocentio Tertio Compostellano Archiepiscopo in *cap. ex tuarum tenore litterarum accepimus 5. de auctoritate, & vsu pallij.* in fine verbis illis: *in iam dictis casibus liberam habeas facultatem.* ibique *Gloss.* verbo *casibus.* subsequens: *Duobus præmissis, non alijs: quod enim in quibusdam permittitur, in alis prohibetur.* ex Paulo libro 18 ad Edictum in *l. cum Prætor vnum ex pluribus iudicare vetat, cęteris id committere videtur. 12. ff. de Iudicijs, & vbi quis agere, vel conueniri debeat* ibique *Gloss.* verbo *videtur.* notat: *Quod quibusdam prohibetur, alijs concessum videtur. Sic contrà: quod in vno conceditur, in alijs negatur.* Deducitur ex Pomponio libro 33. ad Sabinum in *l. si domus tua ædificijs meis vtram que seruitutem deberet. 20. ff. de seruitutibus vrbanorum prędiorum.* ex *Bart.* ibidem in summario: *Quando vni competunt plura iura, vno sublato, aliud illesum remanet.* notatur in *§. affinitatis quoque veneratione Institutionibus de nuptijs.* prosequitur *Nauarrus cons. 7. nu. 3. & cons. 8. num. 1. in fine. & cons 9. num. 5. libro 4. de consanguinitate, & affinitate.*

Vnitas, siue vnum est, quod diuidi non potest. in vnitate enim scissura esse non potest. Qui ergo partes faciunt, ab eo, quod vnum est, se diuidunt, atque segregant. ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidem ipsum 34. in ipso principio 24. q. 1.* Nec diuersimode perpendit Gregorius Hadeiano Panormitano Notario scribens in *can. Agathosa latrix prę sentium quęsta est 21. in fine 27. q. 2.* verbis illis: *Quia postquam copulatione coniugij, viri, atque mulieris vnum corpus efficitur; non potest ex parte conuerti, & ex parte in seculo remanere.* Quod ergo vnum est, diuidi non potest. eodemque modo idem Gregorius Vrbico Abbati respondit in *can. quia Agatho lator prę sentium in monasterio dilectionis tuę conuerti desiderat. 25. in fine eadem 27. q. 2.* dicens: *Nam dum vnū vtrorūque corpus coniugij copulatione sit factum, incongruum est, partem conuerti, & partem in seculo remanere.* Quia quod vnum est diuidi non potest.

Vna est Ecclesia, quæ Christi corpus est, ideo in duo, vel in plura diuidi non potest. Qui igitur diuidit schismaticus est. *Simul enim cum ab ea quisque recesserit, esse desistit Ecclesia.* Ex Pelagio Papa in *can. schisma siquidem ipsum 34. in fine 24. q. 1.* Exordium enim ab vnitate proficiscitur. Et

Vna est. quā vnā Ecclesiā etiam in cātico Canticorum Spiritus Sanctus est persona Domini designat, & dicit: (Canticorum 6.) *vna est columba mea, perfecta mea: vna est matri suę, electa genetrici suę.*) Hanc Ecclesię vnitatem qui non tenet, tenere se credit fidem? qui Ecclesię renititur, & resistit, in Ecclesia se esse confidit? quādo & beatus Apostolus Paulus hoc idem doceat, & sacramentum Vnitatis ostendat (ad Ephesios 4.) dicens: (*Vnum corpus, & vnus spiritus: vna spes vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus.*) Quam vnitatem tenere firmiter, & vendicare debemus; maxime Episcopi, qui in Ecclesia prę sidemus: Vt Episcopatum vnum, atque indiuisum probemus. Ita Cyprianus de vnitate Ecclesiæ in *can. loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi. 18. 24. q. 1.* ibidemque ex Augustino relato etiam per Pelagium Papam in *can. pudenda, vt ita dicam rapina 34. eadem 24. q. 1.*

Vna via electa, non licebit alicui variare ad aliā recurrendo. sic verbis denunciat *Bonifacius* Octauus Collectori decimæ in *extrauaganti declarationes. vnica. col. 1. §. si publicum decimam electioni, seu arbitrio communitatum, vtrum ipsam volint soluere per totum tempus, quod durabit decima de decimis. inter communes.*

Vnus Dominus, vnum templum, vnum sit etiā ministerium. Hieronymus ad Nepotianum epistola 2. in *can. esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animę parentem suscipe 7. §. vnus Dominus distinct. 95.*

Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma. ad *Ephesios* 4. deduxit Leo Papa ad Nicetem Aquilegiensem Episcopum in *can. hi, qui baptismum ab hæreticis acceperunt 51. ad finem 1. q. 1.* probans, quòd baptismum in forma Ecclesię datum, etiam ab hæreticis, reiterandum non sit, dicente Apostolo: *vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.* Sed sola sanctificatio sancti Spiritus inuocanda erit; *vt quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis Sacerdotibus consequatur.* & reperitur *can. hanc regulam 57. eadem 1. q. 1.* & Cyprianus de vnitate Ecclesiæ in *can. loquitur Dominus ad Petrum 18. 24. q. 1.*

Vno peccante contra omnes ira Dei desęuit. (Numerorum 16.) deducitque Horsmida Papa omnibus Episcopis per vniuersas Prouincias scribēs in *can. si quis Diaconus, aut Presbyter 29. in fine distinct. 50.* docens quod non debemus indulgentes esse peccatis subditorum. sequentibus exagerans: *Verè dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur; cùm ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, contrà nos causam dicturi sunt, dicentes, quòd dum, aut aspe mentem linguę eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus, aut ipsa peccata augeri permittimus; non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: Quia vno peccante, contra*

tra

*ra omnes ira Dei desaniet.*

Vnus ex vobis me traditurus est. *(Matthæi 26.)* Dominus dixit. ad quę verba Augustinus in *can. vnus ex nobis me traditurus est* 6. 2 q. 1. sequentibus commentum agit: *Bene dixit ex nobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, à quibus per iudiciariam potestatem cōfessus, aut conuictus, exclusus non est. A me vero, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissimè noui, separatus, & diuisus est. Tale enim est, ac si diceret: Et si ego eum per occulti Iudicij sententiam damnatum habeo; uos tamen adhuc illum per tolerantiam sustinete.* Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat: Sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus. Eleutherius Papa ad Episcopos Galliç scripsit in *can. nihil (contra quemlibet accusatum) absque legitimo, & idoneo accusatore fiat.* 4. 2. q. 1.

Vnusquisque suis frui, non alienis inhiare debet. ex Leone Imperatore in *l. nemo in posterum.* quę est vnica. *in fine C de Thesauris. libro* 10. dicente Leone: *Ita enim eueniet, vt vnusquisque suis fruatur, non inhiet alienis.* & Ratio est: quia aliàs peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum. ex *regula peccatum* 4 *de regulis Iuris in* 6. quæ est regula Augustini in Epistola ad Macedonium in *can. si res aliena, propter quam peccatum est.* 1. 14. q. 6.

Vna est Ecclesia à Christo per totum mundū in multa membra diuisa. Episcopatus vnus est, Episcoporum multorum concordi numerositate diffusus. ex Cypriano Episcopo, & martyre ad Antonianum in *can. nouatianus Episcopus non est* 6. 7. q. 2. in fine sequentibus concludente: *Qui ergo nec vnitatem Spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab Ecclesię vinculo, atque à Sacerdotum collegio separat: Episcopi, nec potestatem potest habere, nec honorem: Qui Episcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.* & diximus in superioribus ex eodem Cypriano in *can. loquitur Dominus ad Petrum: Ego dico tibi* 18. 24 q. 1. & in can. sequenti ibidem. *alienus est; profanus est, hostis est* 19. in fine sequentibus inferendo: *Quomodo autem potest ei cum aliquo conuenire, cui corpore ipsius Ecclesię, & cum vniuersa fraternitate non conuenit? Quomodo possunt duo, aut tres in nomine Christi colligi, quos constat à Christo, & ab eius Euangelio separari?* Quinimmo schisma ipsum & ęterna punitione, & hiatu terrę sepultis auctoribus viuis, & cęteris cœlesti igne cōsumptis, punitum est. perpendit Augustinus libro 2. de baptismo capite sexto in *can. non offeramus stateras dolosas, vbi appendamus, quod volumus* 21 *eadem* 24. q. 1.

Vnitatis catholicæ proprium donum est charitas, quæ operit multitudinem peccatorū. ex Augustino de baptismo contra Donatistas libro 3. cap. 18. in *can. multę autem operationes sunt Spiritus Sancti* 38. 1. q. 1 verbis edicente: *Charitas, quę cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicæ vnitatis, & pacis: nec est in omnibus quia nec eius sunt omnes.* Nec extra vnitatem Ecclesiæ remissio datur peccatorum: quia per columbæ gemitus datur. Vnde foris, extra scilicet vnitatē, nec ligari aliquid potest, nec solui. Nam soluitur qui cum Columba fecerit pacem; & ligatur, qui cum Columba non habet pacem; siue aperte foris sit, siue intus esse videatur. ex eodem Augustino *can. remissionem peccatorum* 39. *eadem* 1. q. 1. & extra.

Vnitatem nec prosunt miracula. ex Augustino in *can. teneamus fratres mei vnitatem* 56. 1. q. 1. subsequens: *Præter vnitatem, & qui facit miracula nihil est. In vnitate enim erat populus Israel & non faciebat miracula: præter vnitatem erant Magi Pharaonis, & faciebant similia Moysi.* nec item extra.

Vnitatem Ecclesię sacramētorum prodest perceptio. ex Cypriano ad Florentium Puppianum in *can. scire debes. Episcopum in Ecclesia esse, & Ecclesiā in Episcopo* 7. *in fine* 7. q. 1. in fine rationem reddens: *Quando Ecclesia, quæ catholica vna est, scissa non sit, neque diuisa.* neque etiam martyrium. testatur Cyprianus in *can. neque ad Cain munera respexit Deus.* 3. *in fine dist.* 90. verbis enuncians: *Tales enim, si occisi in confessione nominis fuerint, macula ista, nec sanguine abducitur. Inexpiabilis, & grauis culpa discordiæ nec passione purgatur.*

Vnitas tendit ad conseruationem, sicut dualitas ad rei interitionem parata est. ex Hieronymo ad Rusticum Monachum Epistola IV. in *can. in apibus princeps vnus est; graues vnum sequuntur ordine litterario* 41. 7. q. 1. prosequente: *Roma, vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio dedicatur. In Rebeccæ vtero Esau, & Iacob bella gesserunt.* Concinit Vlpianus libro 35. ad Edictum in *l. si plures curatores dati sunt* 3. 5. *quamuis autem in fine ff. de administratione, & periculo tutorum, vel curatorum* in ratione, quam in fine reddit: *Sane enim facilius vnus tutor, & actiones exercet, & excipit; ne per multos tutela spargatur.* vbi *Gloss.* verbo *facilius*, defert illud: *Segnius expediunt commissa negotia plures.* Ex vnitate ergo conseruatio, sicuti ex pluralitate interitio, sequitur *Rota apud Coccinum decis.* 238. *nu.* 4.

Voces in aures Dei sunt animi affectus. Ex Augustino in libro de cathechizandis rudibus cap. 9. in *can. sedulò monendi sunt scholastici* 12. *distinct.* 38. dicente: *Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum.* Nec dissensit idem Augustinus in *can. magna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit.* 3. *de pœnitentia distinct.* 1. verbis pronuncians: *Non dùm pronunciat ore: & tamen Deus iam audit in corde: quia ipsum dicere, quasi quodam pronunciare est. Votum enim pro opere reputatur.* deducitque Gratianus in *can. qui bona agunt, si meliora agere desiderant* 4. §. *si ergo post votum quisque necessario cogitur soluere.* 17. q. 1.

Vocis eorum auctoritas iusta est, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur. Isidorus lib. 3. de summo bono cap. 52. in *can. Iustum est Principem legibus obtemperare suis.* 2. *dist.* 9.

Voces affirmatiuæ in negatiuas quandoque resoluuntur. ex Innocētio Papa in *can. proposuisti, quid de his obseruari debeat.* 2. *circa finē.* 5.

*sed*

*sed fortasse hoc licere credit, quia scriptum est. dist.* 82. in verbis illis: (*vnius vxoris virum.*) *Non dixit hoc, vt permaneret in concupiscentia generandi, sed propter incontinentiam futuram.* vbi *Glossa* verbo *vt permaneret.* Argumentum infert: *Voces affirmatiuas resoluendas esse in negatiuas argumento supra distinct. 26. vna tantum. & can. vnius.*

Voluptas carnis, non dolor in culpa est. ex Gregorio Augustino Anglorum Episcopo. in *can. si mulier eadem hora, qua genuerit, acturа gratias intrat Ecclesiam; nullo pondere peccati grauatur.* 2. *dist.* 5. subsequendo rationem: *Voluptas etenim carnis, non dolor in culpa est. In carnis autem commistione voluptas est, in prolis vero partu dolor, & gemitus.*

Voluptates spernendæ, præsertim epularũ, earumque largitati, quæ corpus frangunt, & animam. ex Hieronymo aduersus Iouinianũ libro 2. in *can. legimus quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes* 30. *de consecrat. distinct.* 5. in fine concludente: *Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumpti relinquunt pœnitentiam* inquiendo:

*Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas.*
& alibi.
*Me pinguem, & nitidum bene curata cute vises.*
*Cum ridere voles Epicuri de grege porcum.*

refert *Glossa* ibidem verbo *irridet.*

Voluptas hoc operatur. vt relaxatis voluptatum haberis homo se ipsum in lacum miseriæ, & in lutum fœcis prohibitam deiiciat. vt Nicolaus Papa Lothario Regi dixit in *can. ita corporis tui cedere motibus consensisti* 96. 11. *q.* 3.

Voluptatibus vero simul, & carnalibus desideriis, ac diuinis, & Ecclesiasticis obsequiis vacare nemo valet. ex Alexandro Tertio Verulanen Episcopo in *cap. quod ad te* 3. *non longe post principium de clericis coniugatis.*

Voluntas est, quæ vnit, & separat. probatur ex Ioanne Chrysostomo in *can. matrimonium quidem non facit coitus, sed voluntas* 1. 27 *q.* 2. inferens: *Et ideo non soluit illud separatio corporis, sed separatio voluntatis. Ideo, qui dimittit coniugem suam, & alteram non accepit, adhuc maritus est. Nam & si iam corpore separatus est, tamen adhuc voluntate coniunctus est.* Idemque Chrysostomus in *can. omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissoluitur.* 4. *eadem* 27. *q.* 2. iisdem verbis dicens: *Nam & si corpore iam separatus est; tamen ad huc voluntate coniunctus est.* Voluntas igitur est, quæ vnit, & separat.

Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non amittendum, vel adipiscendũ. vt ex Augustino libro 1. retractationum capite 15. definit Gratianus in *summa in principio.* 15. *q.* 1. deduximus *respons.* nostra 41. *num.* 14. *parte* 5.

Voluntas autem non fertur nisi in præcognitũ. Hinc est quod peccatum esse non potest nisi voluntas feratur in id, quod præcognitum est. ex *can. cognitionis pœnam nemo patitur.* 14. *de pœnitentia distinct.* 1. ibique *Glossa* verbo *patitur.* ibique *Nauar. num.* 2. quia ex Augustino libro 10. de Trinitate: *Nihil volitum, quin præcognitum.* dixitque Aristoteles. sequiturque *S. Thoma* 1. 2. *q.* 3. *art.* 4. *& q.* 12. *art.* 1. *Nauarrus de finibus humanorum actuum num.* 29. *vers. omissa tamen altiori disputatione. & cons.* 1. *in* 6. *quæstiona num.* 25. *lib.* 1. *de constitutionibus.* & nos dicta *respons.* nostra 41. *num.* 10. *parte* 5. ex Voluntate proinde libera omnia procedunt. Vnde quod ex voluntate libera non procedit, non seruandum. *Quod enim quis non eligit, nec optat, profectò non diligit: quod autem non diligit, facilè contemnit. Nullum quippe bonum nisi voluntarium.* Nicolaus Papa omnibus Episcopis in regno Ludouici in *can. præsens Clericus nomine Lambertus ad finem* 20. *q.* 3. nec diuersimode ex Synodo habita ab Eugenio Papa II. in *can. sicut, qui monasteria elegerunt a monasteriis egredi non permittuntur* 9. 20. *q.* 1. verbis dicente: *Ita hi qui inuiti sine iustæ offensionis causa sunt intromissi, nisi volentes, non teneantur: quia quod non petunt, non obseruant.* Et in can. sequenti Marcellus Papa in fine rationem reddidit: *Quia satis inutile est, vt coacta seruitia Domino præstentur.*

Voluntas necessaria est, vt aliquid vel bonum, vel malum fiat. dicente Augustino de vera religione capite 14. quem refert Gratianus in *summa dicta* 15. *q.* 1. *ad medium. Vsque adeo* peccatum voluntarium malum est: vt nullo modo peccatum sit, si non sit voluntarium. & hoc quidem adeo manifestum est, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla in doctorum turba dissentiat. expressitque satis ad rem Chrysostomus in *can. sicut enim peccatum sine voluntate opus non facit; ita iustitia ex opere non consumatur, nisi & voluntas affuerit* 10. 32. *q.* 5. & prosequuti nos fuimus *respons.* nostra 87. *nu.* 15. 16. *& sequentibus. parte* 5. & Ambrosius de Iacob, & vita beata in *can. non est. quod cuiquam nostram adscribamus erumnam, nisi nostræ voluntati* 10. 15. *q.* 1. subsequens: *Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit.*

Voluntates autem hominum variæ sunt. Vnde an quis velit, an non velit, non poterit certa dari diffinitio. Vlpianum excipe libro 4. fideicommissorum in *l. quia poterat fieri, vt heres institutus, nollet adhire hereditatem.* 4. *ad finem ff. ad Senatus Consultum Trebellianum.* verbis satis eruditis dicentem: *Opinio enim, vel metus, vel color eius, qui noluit adhire hæreditatem, inspicitur, non substantia hæreditatis: nec immeritò. Non enim præscribi hæredi instituto debet, cur metuat hæreditatem adhire, vel cur nolit; Cùm variæ sint hominum voluntates; quorundam negotia timentium, quorundam vexationem, quorundam æris alieni cumulum, tamet si locuplex videatur hæreditas; quorundam offensas, uel inuidiam; quorundam gratificari uolentium iis, quibus hæreditas relicta est, sine onere tamen suo.* & sequi videtur Innocentius Tertius P. Sanctæ Mariæ in via lata Diacono Cardinali Apostolicæ Sedis legata in *cap. Quia diuersitatem corporum, diuersitas sæpe sequitur animorum.* 5. *de concessione prabendæ.* ibique *Glossa* verbo *diuersitatem corporum.* referens illud.

*Velle suum cuique est; nec uoto uiuitur uno.*

& Oui-

& Ouidianum illud:

*Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ.*

atque etiam vulgare illud: *Quot capita tot sententiæ*. Nec diuerso sensu idem Innocentius Tertius A. Canonico Pictauen in *capit. super litteris 20. in ipso principio de rescriptis extra.* verbis illis: *diuersos intelleximus diuersa sentire*, ibique *Glossa* verbo *diuersos* rationem refert: *Nam quot sunt capita, tot sunt sententiæ*. Ex Augustino libro 1. de baptismo cap. 15. in *can. sicut in sacramentis veteris testamenti 151. §. si possent singuli diligenter interrogari de consecratione dist. 4.* edicente: *Si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis, quot homines numerarentur.* ibique *Gloss.* verbo *opinionum*.

Voluntatis diuisio ex arbitrio inducenda non est. ex Papiniano libro 15. Responsorum in *l. eum, qui tacitum fideicommissum in fraudem legis suscepit. 18. §. finali in fine ff. de his, quibus, vt indignis, legata auferuntur.* verbis respondente: *Nec enim rationem iuris, ac possessionis varietatem, inducere diuisionem voluntatis.* perpendit Cardinal. *Mantica decis. 19. nu 5.*

Voluntas, & potestas ad quodcumque agendũ perquiritur. Quia nimirum voluntas, & potestas sibi mutuo aduersantur ad agendum, proinde vtrumque requiritur, & voluntas, & potestas. Nihil equidem velle prodest, si non possis, neque posse, si nolis. ex Innocentio Tertio Conuentui de Conchis in *capit. cùm super Abbatia Monasterij vestri 23. ad finem extrà de officio, & potestate Iudicis delegati.* verba damus Innocentii: *Cùm posset, & nollet negotio interesse, per consequentiam confessus est, se non posse mandatum Apostolicum adimplere; nec suæ intentionis extitit, vt sine conidice suo aliquid definiret, & cum eo, qui iam Iudex esse desiderat, aliquid super prædicto negotio rite disponere non valebat, voluntate, & potestate sibi mutuò aduersantibus; Cùm noluerit, quod potuerit, & quod voluerit adimplere nequiuerit.* vbi *Gloss.* verbo *mutuo aduersantibus* adnotat: *Quod posse, & velle contraria sunt: vt hic nec valet, quod valere potest, quia illud non vult; nec valet illud, quod vult, quia illud non potest valere.* ex Imperatoribus Diocletiano, ex Maximiano in *l. multũ interest, vtrum 6. in fine C. si quis alteri, vel sibi sub alterius nomine, vel aliena pecunia emerit.* verbis edicentes: *Dumque tibi non vis, nec illi potes.* vbi *Gloss.* verbo *potes* commentum agita *Nota quod possum, nolo; & quod volo non possum.* concordant idem in *l. cum te sponsæ filii tui, quædam donasse confitearis 9. C. de donationibus ante nuptias, vel propter nuptias, & sponsalitiis.* prosequiturque *Ambrosinus de Immunitate Ecclesiastica in Bullam Gregorii 14. cap. 21. num. 9. & 10. & decis. 39. num. 14. & 15. part. 2.*

Voluntas coacta voluntas est. saltim materialiter. imo magis volũtas, dum effugere vulo, quod sibi comminabatur. ex Augustino in libro 4. quæstionum q. 24. ad caput 11. Numerorum in *can. merito quæritur, quæ sint ipsa peccata uolentium. 1. 15. q. 1.* verbis edicente: *Nam & hoc contra voluntatem facere dici solet: sed vtique vult; propter quod facit: tamquam si peierare nolit: quod tamen facit, cùm vult viuere: si scilicet quisquam, nisi fecerit, mortem minetur. Vult ergo facere, quia vult viuere. & ideo non per se ipsum appetendo, vt falsum iuret; sed vt falsum iurando viuat.* vbi plene *Glossa* verbo *vult.* argumentum inferens: *Quod coacta voluntas est voluntas. vt hic.* & ex Augustino Donato presbytero in *can. displicet tibi quia traheris ad salutem 38. 23 q. 4* concordatque Alexander Papa secundus Landulpho in Corsica in *can. notificasti te morte tenus infirmatum 2. 33. q. 5.* verbis illis: *Et à tua vxore minis, & terroribus eam occidendi, ad hoc licentiam extorsisse.* ibique plene *Gloss.* verbo *licentiam*. quod tamen exaudi in absoluta coactione ex *Glossa in can. vbi ista didicesti 7. distinct. 74.* verbo *honorem.* est enim tunc voluntas phisicè, & materialiter, & denominatiue, non formaliter. & moraliter. deduximus *respons.* nostra 4 *nu. 14 part. 3 & respons. 2. num. 10. part. 5.* vide *Nauarrum man cap. 16 num. 1.*

Voluntas hominis mala ad plenum prohiberi non potest. ex Chrysostomo in *can. hac ratione, & Apostoli preceperunt 9. in fine 31. q. 1.* verbis expriments: *Quod enim permittimus, nolentes permittimus; quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus.* vnde

Voluntatem, & dantis affectum respicit Deus, magis, quàm datum ipsum. ex Hieronymo in Amos prophetam in *can. odi, & proieci festiuitates vestras 28. in fine 24. q. 1.* verba damus: *Vnde & vidua, quæ in Euangelio in corbonam duo minuta miserat, omnibus à Saluatore præfertur: quia Dominus non ea, quæ offeruntur; sed voluntatem respicit offerentium.* vbi *Gloss.* verbo *duo minuta.* sic infert: *Affectum dantis pensat censura Tonantis.* vnde illud:

*Iuppiter, vt centum taurorum sanguine fuso:*
*Sic capitur minimi thuris amore Deus.*

Voluntas enim potius spectanda est, quam factum. ex Augustino ad Vincentium Donatistam, & Rogatistam in *can. nõ omnis, qui parcit, amicus est; nec omnis qui verberat inimicus 2. in fine 5 q. 5.* ibique *Glossa* verbo *flagello.* & eodem Augustino in sermone de puero Centurionis in *can. paratus debet esse homo iustus. 2. in principio. 23 q. 1.* dicente: *Denique ista præcepta magis ad præparationem cordis, quæ intus est, pertinere, quàm ad opus, quod in aperto fit.* & dixit Hieronymus in *can. fur autem non solum in maioribus, sed etiam in minoribus iudicatur. 4. in fine finali 14 q. 6.* verbis prosequens: *Non enim id, quod furto ablatum est, sed mens furantis attenditur.* ideo

Voluntas remuneratur, non opus. voluntas autem in cordis contritione est, opus verò in oris confessione. Augustinus verba facit de libero arbitrio in *can. si cui etiam non contingat facultas. 30. in fine de pœnitentia distinct. 1.* ibique *Gloss.* verbo *voluntas*.

Voluntas hominis iuberi non potest. Quia homo liber est. vnde Honorius, & Theodosius Imperatores in *l. omnium testamentorum solemnitatem superare videtur 19. §. nec sane illud hæredibus nocere permittimus. C. de testamentis, & quemadmodum testamenta ordinentur.* iure

dixerunt: *Voluntates enim hominum audire volumus, non iubere.* Ad agendum equidem voluntate propria libera quisque mouetur. vnde dixit Ambrosius de vita beata: *Nemo tenetur ad culpam, nisi voluntate propria deflexerit.* relatus *can. non est, quod culquam nostram adscribamus erumnam.* 10. 15. *q.* 1. & Leo Papa ad Episcopos Africanos in *can. illę autem famula Dei.* 14. 32. *q.* 5. rationem reddidit: *Quāuis omne peccatum ex voluntate nascatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui: minus tamen eisdem oberit, si quod potuerunt animo non amisere, doleant se vel corpore perdidisse: V*oluntas ergo iuberi non potest. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 1. *cap.* 9. *q.* 5. Vnde est quod

Voluntas ipsa, vt voluntas est, pro scelere reputatur. ex C. ad legem Iuliam Maiestatis relatam in *can. quisquis cum militibus* 9. *de pœnitentia distinct.* 1. verbis illis: *Eadem enim seueritate voluntatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt.* & prosequitur ibidem in *can. si quis. tàm feminam, quam masculum* 12. ibique *Gloss.* verbo *attentauerit.* prosequens: quod punitur quandoque sola attentatio. ex *can. si quis non dicam rapere, sed attentare tantummodo matrimonii iungendi causa sacratissimas virgines ausus fuerit; capitali pœna feriatur.* 3. 36. *q* 1. accepit autem Gratianus ex Iouiniano Cęsare C. de Episcopis & Clericis. vbi *Gloss.* verbo *attentare.* argumentum infert: *Quod interdum conatus siue effectu punitur.* Quia voluntas ipsa pro scelere reputatur ex *can. Anastasius secūdus natione Romanus* 9. *distinct.* 19. verbis illis: *Et quia voluit occultè reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino percussus est.* punitur ergo affectus, & voluntas pro scelere reputatur. *Quia Deus non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus & ex corde.* vt Chromatius rationem reddit in *can. qui peierare paratus est; ante quàm iuret, iam periurus esse videtur.* 13. 22. *q.* 5. vbi *Glossa* verbo *non ex operibus.* rationem & ipsa reddit: *Deus potius considerat animum, quàm factum. & Deus interrogat cor, non manum.* nam

Voluntatis affectus est ipsum volitum ex S. *Thoma in* 4. *dist.* 28. *q.* 1. *art.* 4. *in respons.* vnde

Voluntas faciendi, factumque ipsum eiusdem sunt malitię. *S. Thomas* receptus 1. 2. *q.* 20. *art.* 3. *Nauar. manuali cap.* 17. *nu.* 2. *in quinto dicto.* Ita quidem quod

Voluntas bona pro facto reputatur. sicut etiam mala. argumento ex Valeriano & Gallieno Augustis in *l. reprębendenda tù magis es.* 5. *C. de Institutionibus. & substitutionibus sub conditione factis* verbis illis: *Tu porrò voluntatem eius diuortio comprobasti.* vbi *Gloss.* verbo *comprobasti* infert: *facto datur voluntas intelligi. vt hic.*

Voluntatis expressio si necessaria sit ad validitatem actus alicuius, poterit is cogi ad voluntatem suam declarandam. ex Gregorio 10. in Concilio generali Lugdunen in *cap. quàm sit Ecclesiis ipsarum dispendiosa vacatio* 6. §. *cupientes itaque competentibus remediis vacationum diuturnitatibus obuiare de electione, & electi potestate. in* 6. Concilio disponente: *Electus verò illum* (consensum videlicet) *adhibere infra mensem à tempore præsentationis huiusmodi teneatur.* vbi *Glossella* Marginalis Fontanę sequentibus infert: *Nota vbi validitas actus celebrati pendet ex voluntate alterius ad quod vide l. Iulianus.* 9. *si quis colludente* 2. *responso de actionibus empti.* Petr. *Fontan.* quę lex est 14. incipiens: *Iulianus libro* 15. *Digestorum.* §. *si quis colludente procuratore meo ab eo emerit, an possit agere ex empto? Et puto hactenus agendum, vt aut stetur emptioni, aut discedatur ff. de actionibus empti, & venditi.* ibique summarium *Bartoli*, dicens: *Ex contractu facto cum procuratore colludente, vel cum minore, potest agi, vt voluntas Domini discernatur.*

Voluntas autem declaratur ex actu etiam nullo. ex paulo libro 9. responsorum in *l. Paulus respondit* 24. quæ est finalis. *ff. de rebus corum, qui sub tutela, vel cura sunt, sine decreto non alienandis, vel supponendis. Menochius cons.* 215. *nu.* 15. *vol.* 2. *Rota apud Crescentium decis.* 28. *num.* 7. *de rescriptis. Rota Marchia de Amatis decis.* 4. *num.* 2. vbi plures refert. de *Ponte decis.* 40. *num.* 35.

Voluntatis tamen declaratio non pręscribitur: Quia in libero arbitrio pręscriptio non datur. *Benintendis decis.* Rotę Bononien 4. *nu.* 5.

Voluntas alterata non pręsumitur, cùm fuerit spontè principiata. notatur ex Alexandro Tertio Priori, & Fratribus de Guiseburch. in *cap.* 1. *de eo, qui mittitur in possessionem causa rei seruandę.* verbis illis: *licet voluntatem præstandi habuerit.* ibique plenè *Glossa* verbo *voluntatem.* notat *Baldus in cap. quia propter* 42. *nu.* 25. *circa medium de electione, & electi potestate.* Quoniam quis pręsumitur permanere in eadem voluntate, siue bona, siue mala. vt qui mutatam voluntatem dixerit, ipse probare teneatur ex *Papiniano* libro 9. Responsorum in *l. cum tacitum fideicommissū ab eo datur.* 3. *ff. de probationibus.* vbi optimè *Glossa* verbo *qui conuenitur.*

Voluntas faciendi aliquid duplex est. Perfecta; & Imperfecta. Imperfecta est, quæ non exequitur opus, etiam si facultas adsit exequendi. hæc à quibusdam velleitas appellatur. Perfecta verò, siue deliberata dicitur, quæ parata est exequi opus, si facultas adsit. & hæc dupliciter etiam perpenditur. vna perfecta dicitur in opere interiori tantum, quia intendit exequi, si valeat. altera perfecta est in opere quoque exteriori per exequutionem operis voliti. & hęc perfectissima nuncupatur ex S. *Thoma* 1. 2. *q.* 20. *art.* 4. ibique *Caietanus.* prosequitur *Nauarrus in can. magna de pœnitent. dist.* 1. *nu.* 4.

Voluntas accidens est inseparabile fluens ab ipsa anima *Nauar. manuali præludio* 3. *nu.* 6.

Voluntas itaque deliberata esse debet vt aliquid fiat, & sit peccatum. ex Augustino, quē defert Gratianus in *summa* 15. *q.* 1. *in fine:* deducens: *Peccatum est voluntas retinendi, vel cōsequendi, quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere.* Hinc fit, quòd nullus actus potest esse moraliter bonus, vel malus nisi ex do-

mi-

minio, quod voluntas habet in illum. ex *S. Thoma in 2. dist. 24 q. 3. art. 2. & 3.* Sensualitas igitur potest esse subiectum peccati, quatenus illa nata est moueri à voluntate. *Nauar. in can. super tribus sceleribus. de pœnitentia distinct. 1. nu. 4.* Vnde dixit Hieronymus ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani in *can. nasci de adulterio non est eius culpa, qui nascitur, sed illius, qui generat 5. in fine distin. 56.* nec extra rem, rationem referens: *Quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutem.*

Voluntas propria per obedientiam mactatur. ex Gregorio in moralibus in *can. sciendum summopere est 10. ad finem 8. q. 1.* verbis afferente: *Obedientia quippe victimis iurè præponitur; quia per victimas aliena Caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque Deum citiùs placat, quanto ante eius oculos repressa arbitrii sui superbia gladio præcipiti se immolat.*

Voluntas magis damnatur, quàm factum ipsum. ex Augustino in libro de bono viduitatis in *can. nuptiarum bonum semper est quidem bonum 41. col. 2. post medium 27. q. 1.* verbis edicente rationem: *Non quia ipsæ nuptiæ, vel talium dānandæ iudicentur: sed damnatur propositi fraus: damnatur fracti voti fides.* & paulò post, super verbis Apostoli (1. Timot 5.) *Quoniam primā fidem irritam fecerunt.* commentum ageos: *Vt voluntas, quæ à proposito cecidit, appareat esse dānata, siue subsequātur nuptiæ, siue, desint.* & Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis in *can. si Paulus Apostolus vas electionis 21. 5. timeamus illam prophetiam.* deferens locum (Matthæi 5.) *Qui viderit (inquit) mulierē ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo.* & infeteus: *Perit ergo, & mente virginitas.* Voluntas igitur magis damnatur, quàm factum.

Voluntas morte finitur. & ita quoque meritum. Nam in hac vita per voluntatem, vel meritum comparamus, vel culpam. ex Melchiade Papa ad Episcopos Hispaniæ in *can. Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit illapsu. 2. in fine de consecrat. distinct. 5.* profetente. *Qui autem post baptismū cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortem, confirmatur morte: quia non potest peccare post mortem.* ibique *Glossa* vebo *non potest* rationem reddit: *Quia in hac vita, vel meritum comparamus, vel culpam.* ex Augustino in Enchiridion cap. 109. & 110. in *can. tempus, quod inter hominis mortem, & vltimam resurrectionem interpositum est 23. §. neque negandum est 13. q. 2.* verbis illis: *Sed hęc eis prosunt, qui cum viuerent, vt hęc sibi postea possent prodesse meruerunt.* & paulo post: *Quo circa hic omne meritum comparatur. quo possit post hanc vitam releuari quispiam, vel grauari.* Voluntas igitur morte finitur. & ita ex Pomponio libro 18. ad Sabinum in *l. locatio, precariiue rogatio ita facta quo ad is, qui eam locasset, dedisset, vellet, morte eius qui locauit, aut dedit, tollitur. 4. ff. locati, & conducti.* vbi Bartolus in summario *voluntas morte finitur.* Rationem habes ex Vlpiano libro 33. ad Sabinum in *l. quod si iterum in amicitiam redierint 4. in fine ff. de adimendis, vel transferendis legatis, vel fideicommissis.* & ipso dicente: *Ambulatoria enim est voluntas defuncti, vsque ad vitæ supremum exitum.* concinit Innocentius Tertius I. quondam Archiepiscopo Lugdunen scribens in *cap. cum Martha 6. §. si tum igitur in cælos oculos leuauit, de celebratione missarum.* verbis edicente: *Nouissimum enim hominis testamentum immobile perseuerat: quia testatoris obitu confirmatur: iuxta quod Apostolus testamentum morte asserit confirmari, alioquin non valet, cum vixerit qui testatur.* ibique *Gloss.* verbo *non valet.* rationem reddens: *Ambulatoria enim est voluntas defuncti vsque ad supremum vitæ exitum.* Quia amplius non redit arbitrium. Cōstantinus vt dixit Augustus in *l. 1. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.*

Voluntarium sibi militem legit Christus; voluntarium seruum sibi diabolus auctionatur. Neminem iugo seruitutis adstrictum possidet, nisi se prius peccatorum ęre ei vendiderit. Ambrosius libro 1. de Iacob, & vita beata capite 3. in *can. non est, quòd cuiquam nostram adscribamus erumnam, nisi nostræ voluntati. 10. 15. q. 1.*

Voluntas mala non semper suæ permittenda est libertati. Quare monetur pater in scripturis sanctis, filium durum non solùm verbis cotripere, sed etiam latera eius tundere, vt ad bonam disciplinam coactus, ac domitus dirigatur. vnde idem dicit: (Prouerbiorum 23.) *Tu percutis eum virga; animam autem eius liberas à morte.* Augustinus Donato presbyto in *can. displicet tibi, quia traheris ad salutem 38. col. 2. ad medium 23. q. 4.* subsequens: *Si mala voluntas semper suę permittenda est libertati; quare corripiuntur negligentes pastores, & dicitur eis: (Ezecchiele 34. Hieremię 23) Errantem ouem non reuocastis, & perditam non inquisistis?* nam & si mores optimi libertate voluntati eliguntur; sed mores pessimi legis integritate puniuntur. ex eodem Augustino contra litteras Petiliani in *can. ad fidem nullus est cogendus inuitus 33. 23. q. 5.*

Voluntarium dicitur, quod à principio intrinseco pendet, & in quo homo dominium ex voluntate habet. ex Ambrosio in Hexameron tractatu primi diei in *can. illa cauenda sunt, quę ex nostra voluntate procedunt. 6. 15. q. 1.* tres itaque conditiones in voluntario perpendendæ, quæ necessaria sunt: Prima quod à voluntate procedat, vel quia est actus elicitus ab ipsa, vel imperatus ab ea. 2. quod sit liberum, quod scilicet à nostra voluntate procedat, quod sit nobis liberum, & illud facere, & non facere. tertia, vt non procedat opus ex ignorantia. Cardinalis *Toletus Instructionis Sacerdotalis libro 8. cap. 1. num. 2.* Actio enim spontanea vt sit, quę voluntaria dicitur, duo requirit: & vt ab intrinseco principio procedat, non verò ab extrinseco. *S. Thomas 1. 2. q. 6. art. 4.* &, vt quod agitur, ab agente cognoscatur. Vnde dicitur quod voluntas non fertur in incognitum. *S. Thomas*

cad.1.2.q.7.*art*.1.ſpontaneum autem(ex Ariſtotele 3. Ethicorum cap.1.)definitur cuius principium eſt in agente, cognoſcente ſingula.*Layman tom*.1. *tract*.2. *de actibus humanis cap*.1. Nam ex affirmatione voluntatis ad aliquid agendum, quis volens dicitur,& ex voluntate ad aliquid non faciendum dicitur nolens.*Gloſſ*.in *ſumma* 15.*q*.1.verbo *quod propterea* ſubſequens: Vnde *lapis non dicitur nolens, cùm non habeat voluntatem non faciendi, Nam ſecundum regulam Iuris:eius eſt nolle,cuius eſt velle. vt ff. de regulis iuris eius*. Voluntatis equidem duo ſunt actus: Volitio,qua homo vult bonum finem; & volitio, qua vult media ad talem finem. Hi vero actus peruertũtur, quando voluntas rapitur ad volendum, quod ſenſus vult. Cardin. *Toletus eodem libro* 8.*cap*.55.*ſub num*.4. *verſ.ex parte etiam voluntatis*.

Voluntas ſignis,& voce manifeſtatur. Vnde voluntarius prçſumitur,qui nec voce,neque ſigno proclamauit, cùm poſſet. ex Concilio Aurelianenſi Tertio in *can. Epiſcopus,qui inuitum,ac reclamantem* 1.*diſtinct*.74.ibique *Gloſſa* uerbo *aut reclamantem*. rationem referens: *Nam per ſigno ita apparet voluntas ſicut per vocem*.ex Auguſtino ſermone 3. de communi vita Clericorum in *can.nec ſolo tactu,ſed affectu quoque,& aſpectu appetitur, & appetit fœmina* 12.32.*q*.5.rationem dante:*Quia impudicus oculus impudici cordis eſt nuncius*. ex ſignis ergo apparet voluntas. ex *Gloſſa* ibidem verbo *tacente lingua* argumentum deducente: *Quod operibus loquimur, ſicut & verbis*. Gloſſa in *can. nec aliqua putet ſe poſſe ab hac excuſatione defendi* 4.27.*q*.1.verbo *concubitus*.

Voluntarium dupliciter dicitum,in ſe & abſolutum;& in ſua cauſa,& conditionaliter. tradit Auguſtinus in *can. merito quçritur, quç ſint ipſa peccata nolentium* 1. ibique *Gloſſa* in caſus figuratione 15. *q*.1. Cardinalis *Toletus Inſtructionis ſacerdotalis libro* 1.*cap*.77.

Voluntarium dicitur quod habuit initium, & originem ex voluntate, quamuis ex poſt facto neceſſitatis euadit; vt in voto, & obligatione.patet id ex Diocletiano,& Maximiano Auguſtis in *l. ſicut initio* 5. *C. de actionibus, & obligationibus*.Decernentes excipe: *Sicut initio libera poteſtas vnicuique eſt habendi, vel habendi contractus: ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi, aduerſario non conſentiente, nemo poteſt*. dixeratque Paulus libro 29. ad Edictum in *l. in commodato hac pactio* 17. §. *ſicut autem voluntatis,& officii magis, quàm neceſſitatis eſt commodare ff.commodati,vel contrà*. Rationem deferens: *Voluntatis eſt enim ſuſcipere mandatum,neceſſitatis eſt conſumare*.Rota apud Cardinalem *Caualerium deciſ*.318. *nu*.3.

Voluntarium proinde non dicitur,quod coactè quis patitur. ex Auguſtino de Ciuitate Dei libro 1. cap. 18. in *can. ita, ne aliquem polluat aliena libido metuitur?* 3.32. *q*.5. verbis rationem edicente: *Nullus autem magnanimus, & pudicus in poteſtate habeat,quid de ſua carne fiat, ſed tantùm quid annuat mente, vel renuat; quis tandem ſana mente putauerit ſe perdere pudicitiam,ſi forte in apprçhenſa,& oppreſſa carne ſua exerceatur,& expleatur libido non ſua*. ubi *Gloſſ*. uerbo *putauerit* hunc argumentum defert;*Non debet dici quis perpetraſſe, quod nolens fecit, vel paſſus fuit:nec debent imputari, quç per coactionem abſolutam fiunt*.

Voluntas, ut aliquid uelle indirecte dicatur, tria requiruntur. Quod poſſit opus agere. Quod non agat.& quod teneatur. ex *S.Thoma* 1.2.*q*.6. art.3. ibique *Caietan.Ioannes Sanchez ſelectarum.diſputat*.21.*nu*.5.

Volũtas faciẽdi pro operis perpetratione punitur in grauioribus criminibus. Ex Nouellis Iuſtiniani Imperatoris in *can. ſi quis rapuerit,vel ſolicitauerit* 30.27.*q*.1.ibique *Gloſſa* verbo *ſolicitauerit*. argumentum inferens: *Quod voluntas peccandi pro operis perpetratione punitur*. Quia voluntas deliberata, ſiue ſequatur, ſiue non ſequatur effectus, voluntas eſt. ex Auguſtino de bono viduitatis in *can. nuptiarum bonum ſemper eſt quidem bonum* 41. §. *in coniugali quippè vinculo, ſi pudicitia non conſeruatur,damnatio non timetur.eadem* 27.*q*.1. Quia eadem ſeueritate voluntatem ſceleris,qua effectum puniri iura voluerunt. verbis vt edixere Archadius, & Honorius Auguſti C. ad legem Iuliam Maieſtatis in *can.ſi quis cum militibus, vel priuatis, vel barbaris etiam ſceleſtem inierit factionem* 22. 6. *q*.2. ibique *Gloſſa* verbo *voluntatem*. Quç adnotat:quod *punitur hic ſola voluntas. Quia in maleficijs voluntas ſpectatur, non exitus*.

Voluntas bona miſericorditer impenditur, vt mala voluntas hominis dirigatur. ex Auguſtino Donato presbytero in *can. diſplicet tibi, quia traheris ad ſalutem*. 38.*col*.1.*in fine* §. *dicis Deum dediſſe liberum arbitrium*. 23.*q*.4. proſequente rationem: *Nam quis neſciat, nec damnari hominem niſi merito malç voluntatis,nec liberari,niſi bonam habeat voluntatem?*

Voluntas re integra mutari poteſt. ex Bonifacio VIII.in *cap.licet is, qui procurator conſtituitur ab abſente* 7.*de procuratoribus lib*. 6. verbis decidente:*Hoc tamen nequaquam obſtante,quãdiù conſtituens in eadem perſtiterit voluntate, ipſum acceptare poterit, quandocumque placebit*. Re itaque integra mutare primam poterit voluntatem. notatque ibidem *Gloſſa* verbo *placebit*. *Sanchez de matrimonio lib*. 8. *diſputat*, 32.*num*.2.*& ſequentibus*.

Voluntas bona ſufficit cum charitate,vbi aliud prçſtare non poſſis. ex Ambroſio in *can. non ſatis eſt bene velle, ſed etiam benè facere*. 14. *diſtinct*. 86. ibique *Gloſſa* verbo *velle*. inferens: *Cum facultas adeſt,& neceſſitas inſtat; aliàs ſufficit bona voluntas cum charitate*. ex Auguſtino libro 50. homiliarum homilia 6. in *can. duç ſunt eleemoſynç vna cordis, altera pecuniç* 13.*in fine diſtinct*.45. verbis dicente: *Charitas eleemoſyna ſine ſubſtantia ſufficit tibi; illa verò, quæ corporaliter datur, ſi non benigno corde tribuitur, omninò non ſufficit*. ſubdit *Gloſſ*. verbo *benigno corde* rationem: *quia, qui dat pauperi eleemoſynam non ex charitate, ſed ideo, vt remoueat à ſe importunam petitionem,rem perdit, & meritum, & venialiter peccat*.

Vo-

Voluntas, & propositum distingunt maleficia. ex Imperatore Antonino in *l. 1. C. ad legem Corneliam de sicarijs*. quam inter Sacros retulit Canones Gratianus in *can. Frater vester rectius fecerit, si se præsidi Prouinciæ obtulerit* 47. in *fine distinct.* 50. dicentem excipe: *Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Cæterum ea, quæ ex improuiso casu potiùs, quàm fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur*. apertissimeque respondit Paulus libro 39. ad Edictum in *l. qui iniuriæ causa ianuam effregit*. 55. *ff. de furtis*. Rationem reddens: *Nam maleficia voluntas, & propositum delinquentis distingunt*. deduxit *Hyppolitus de Marsilijs singulari* 276. *voluntas*. & nos pluribus *respons.* nostra 9. *nu.* 8. & *sequentibus parte* 1.

Votum pro opere reputatur. Augustinus (in psalmum 31.) *Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei*. in *can. magna pietas Dei, vt ad solam promissionem peccata dimiserit* 5. *de pœnitentia distinct.* 1. in fine. vbi *Gloss.* verbo *pro opere*. id explicat: *Vbi deest tempus operandi: ita remuneratur quis pro sola voluntate, sicut pro opere*. Deduxitque Gratianus in *can. quis aliquando vidit Clericum cito pœnitentiam agentem?* 87. *col.* 2. §. *Item illud propheta. Dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam*. eadem *de pœnitentia distinct.* 1. deduxitque etiam ipsemet Gratianus ex eodem Augustino in *can. qui bona agunt, si meliora agere desiderant, & post deliberationem non faciunt* 4. §. *si ergo post votum quisque necessariò cogitur soluere quod vouit*. 17. *q.* 1. Rationem reddens: *Votum enim pro opere reputatur*. Quod tamen non procedit in Indulgentijs lucrandis. ex *Nauarro de Iubileo, & indulgentijs notabili* 19. *nu.* 5. & *notabili* 22. *nu.* 1. & in dicto *can. magna à num.* 9 *cum sequentibus*. & in *can. si cui* §. *item sicut. eadem distinct.* 1. *de pœnitent.*

Votum omnino implendum (Numerorum 30. & Deuteronomij 23. 21.) habetur: *Cùm votū voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere; quia requiret illud Dominus Deus tuus*. vnde (psalmo 75.) dicitur: *Vouete, & reddite Domino Deo vestro*. ad quæ verba Augustinus in *can. sunt quædam* 1. 17. *q.* 1. explicationem dat: *Sunt quædam, quæ etiam non vouentes debemus: quædam etiam, quæ nisi vouerimus non debemus: sed postquam ea Deus promittimus, necessariò reddere constringimur*. Namque *damnatur propositi fraus; damnatur fracta voti fides*. Idem loquitur Augustinus de bono viduitatis in *can. nuptiarum bonum semper est bonum* 41. §. *in coniugali quippe vinculo, si pudicitia non conseruatur; damnatio non timetur* 27. *q.* 1. Propterea exhortatur nos Clemens Papa epistola quinta in *can. dilectissimis fratribus, & condiscipulis Hierasolymis* 2. *in fine* 12. *q.* 1. verbis edicens: *Vnde consilium dantes, vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis: sed communem vitam ducentes, & sacras scripturas rectè intelligentes; quæ Domino vouistis adimplere satagatis*.

Votum enim licet sit Iuris diuini, quò ad obligationem in communi & in genere; votum tamen pendet, & à voluntate prouenit humana; quamuis Iure Diuino sit executioni demandandum; alioquin non posset in voto dispensari. *Couarruuias in cap.* 2. *in fine nu.* 12. *in fine n.* 12. *de testamentis*. Voti quippe solemnitas Iuris humani est; & si votum ipsum, (validum tamen) iure diuino seruari debeat, nec possit reuocari, vt pro infecto habeatur. postquam deliberato emissum est. *Nauarrus* qui de communi testatur, in *cons.* 2. *nu.* 15. *in fine libro* 4. *qui filij sint legitimi*.

Votum vt obliget debet esse deliberatum, atque iudicio deliberato, & perpetuo. ex Ambrosio libro 2. de pœnitentia cap. 9. in *can. sunt, qui opes suas tumultuatio mentis impulsu non iudicio perpetuo, ubi Ecclesiæ contulerunt, postea reuocandas putauerunt* 3. 17. *q.* 4. ibique *glos.* verbo *non iudicio perpetuo*. Non scilicet iudicio discretionis, quia illud esset perpetuum. Propositum ergo proprio arbitrio, & uoluntate Deo factum deseri non potest absque peccato. Quod enim quis uouit Deo, debet reddere. Alioquin deseruisse transgressio est. ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. propositum monachi proprio arbitrio, & uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato* 1. 20. *q.* 3. ex *S. Thoma* 1. 2. *q.* 88. *art.* 3. *ad* 3.

Votum est deliberata promissio ex uoluntatis proposito facta Deo. Cardinalis *Toletus Instructionis Sacerdotalis libro* 4. *cap.* 17. *num.* 3. Votum enim est lex priuata, quam quisque sponte sua sibi imponit. *Sanchez de matrimonio libro* 7. *disputat.* 27. *nu.* 9. *uers. deducitur hæc sententia. & num.* 11. *uers. quòd inde probatur. & nu.* 12. *in fine*.

Votum non plus obligat, quàm sunt uerba, & intentio uouentis, nec se extendit ultra. ex regula Celsi libro 38. Digestorum in *l. quidquid adstringendæ obligationis causa dictum est:* 99. *ff. de uerborum obligationibus*. uerbis illius: *Aut certè secundum promissionem interpretamur*. concioitque regula Bonifacij octaui. *Cùm sunt partium iura obscura, reo faciendum est potius, quam actori* 11. *de regulis Iuris in* 6. *S. Thomas.* 2. 2. *q.* 88. *art.* 3. *ad* 2. ibique *Caietanus uers. ad hoc dicitur*. *Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part.* 4. *casu* 7. *in* 2. *dubio uers. sed his non obstantibus*.

Votum vero de præsenti magis obligat, quam votum de futuro. ex Ambrosio in *can. illud uero quàm mirabile est*. 26. *ad medium de pœnitentia distinct.* 3. ad verba Dauid (psalmo 31.) *Dixi pronunciabo aduersum me iniustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem cordis mei*. subsequenter dixit: *pronunciabo*. & veniam meruit, ante quàm pronunciat: quanto magis, vbi de se pronunciauit, dicens: (*Iniquitatem meam ego agnosco.*) remissum est ei omne peccatum? ibique *Gloss.* uerbo *quanto* argumentum deducens: *Votum de præsenti magis obligare, quàm uoto de futuro*.

Vouere necessitatis non est, post votum autem, melius est non uouere, quàm votum pro vt melius potest non perficere. ex Vrbano Papa omnibus catholicis in *can. scimus uos non ignorare* 9. *in fine* 12. *q.* 1. verba damus Vrbani;

Quo-

Quoniam satiùs est non vouere; quàm votum pro vt meliùs potest, non perficere. Grauiùs enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam sine voto finierunt; aut sine fide mortui sunt; & tamen bona egerunt opera. & ita quoque Gloss. in can. si Paulus Apostolus vas electionis, & separatus in Euangelium Christi 11. in fine 32. q. 5. ad verba Hieronymi ad Eustochium: Rectius fuerat hominum subijsse coniugium, ambulasse per plana: quàm ad altiora tendentem, in profundum inferni cadere. in verbo. quam ad altiora, sequentibus prosequens argumentum. Quod melius est non incipere, quàm ab incepto desistere. Melius est enim non vouere, quàm à voto cadere. 12. q. 1. certè. Qui canon est Augustini 18. sermon. 2. de cõmuni vita Clericorum. & prosequitur verbis in can. nuptiarum bonum 41. in fine 27. q. 1. excipe dicentem Si enim (quod nullo modo dubitandum est) ad offensionem Christi pertinet, cùm membrum eius fidem non seruat marito, quantò grauius offenditur, cùm illi ipsi non seruatur fides in eo, quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cùm enim quisque non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus vouit; tantò magis fraudati voti auget iniquitatem, quãtò minus habuit vouendi necessitatem. vide quę notat Siluester verbo testamentum. 2. q. 3. in 4. dicto.

Votum incautè factum, vt puta, de re turpi, non implendum. ex Isidoro in Synonimis libro 2. in can. in malis promissis rescinde fidem 5. 22. q. 4. prosequente: In turpi voto muta decretum: quod in caute vouisti, ne facias. Impia enim est promissio quę scelere adimpletur. vbi Gloss. 1. distinguit: Aliud in malis promissis, & aliud in malè promissis. primum non est seruandum, secundum sic. probat ex Beda ibidem 10 can. sequẽti ex Dauide qui cessauit à morte Nabal, quem occidere iurauerat. Sicuti & Herodes iurauerit Puellę saltanti. ex Ambrosio in can. vnusquisque simplicem sermonem proferat 8. eadem 22. q. 4. in fine dicente: Melius est non vouere, quàm vouere id, quod sibi is, cui promittitur, nolit exolui. & paulo post. Non semper igitur promissa soluenda omnia sunt. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat.

Votum religionis, & votum continentię differunt. Quia per votum continentię non dirimitur matrimonium contractum, sicuti per votum Religionis deducit Glossa in can. sicut bonum est castitatis pręmium 1. 27. q. 1. verbo sub testimonio. inferens etiam verbis sequentibus: Et nota, quod votum continentię solemnizatur tribus modis tantum. Sacri ordinis susceptione 28. distinct. diaconi. Secundo dum accipit vestem sacram à quocumque dum tamen post susceptionem incipiat cohabitare cum alijs monachis, & monialibus in Ecclesiai nfra eadem vidua, Tertio cum ita dicit coram Episcopo, vel Abbate. vel Abbatissa, vel coram tribus, vel duobus testibus: ego deuoueo me huic religioni. Hoc enim aliud est, & aliud cum dico; Ego voueò continentiam. & cetera.

Votum iugis continentiæ. ad effectum separationis thori, requirit, quod fuerit emissum ab vtroque coniuge. ex Augustino libro 1. de adulterinis coniugijs capite 24. in can. non solum mœchandum non est. vnico. 32. q. 8. in fine dicente: Quod alterum sine altera, vel alteram sine altero vouere fas non est. Et si pręppopere factum fuerit; magis est corrigenda temeritas, quàm persoluenda promissio. Neque enim Deus exigit, si quis ex alieno aliquid vouerit, sed potius vsurpare vetat alienum. verbis vt edicit Augustinus ad Armentarium, & Riparium, & Paulinam scribens in can. vna sola causa esse potest. 6. 33. q. 5. Decreuitque Gregorius Noous I. moniali Monasterij de Plauda in cap. dudum à C. laico 20. de conuersione coniugatorum extra ibique Abbas nu. 8. Rota apud sanctæ memorię Gregorium 15. decis. 294. nu. 6. & sequẽtibus. An autem possit Episcopus cum his quo ita vouerunt interim vt debitum petere valeant. affirmant quidam, negant alij apud Alzedum in praxi Episcopali part. 2. cap. 8. nu. 25. 26. Affirmatiuam sequitur Ioannes Azorius Institutionum moralium part. 2. libro. 3. cap. 51. q. 1. vide Capea villam de casibus reseruatis parte 2. cap. 13. q. 1. difficultate 4. Quoad redditionem verò, quamuis, reddere teneatur, & vt redditio sit contra votum factum castitatis, tamen formaliter nõ peccatum, cum impossibile fiat seruare castitatem in redditione. Aegidius de ConinK disputat. 30. dubio 3. num. 30.

Votum Virgioitatis simpliciter factum; si voueos non intendat castitatem simpliciter seruare; Et vouens ipse fornicetur, votum quidem rumpit; sed ad aliud postmodum non tenetur. ex Glossa iam supra deducta in can. sicut bonum est castitatis 1. 27. q. 1. verbo sub testimonio. Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 37. num. 17. & 18. vbi num. 17. dicit: quod vouens non contrahere matrimonium, castitatem vouisse non videtur, vnde si fornicetur, votum frangere non uidetur. Vouens autem castitatem si uxorem ducat, licet peccet, debet tamen ex parte sua implere, non petendo debitum, licet possit reddere. Binsfeldius in enchiridion Theologię moralis part. 3. cap. 7. §. 6. in 2. casu. Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis libro 4 cap. 17. nu. 6. & cap. 18. nu. 2. Deducitur ex Theodoro in pœnitentiali in can. si vir simplex uotum uirginitatis habens, adiũgitur uxori, postea non dimittat uxorem 2. distinct. 47. ibique Archidiaconus Nauarrus manuali cap. 12. nu. 39. Cardinalis Toletus Instructionis Sacerdotalis libro 4. cap. 17. nu. 11. Hinc est quod

Vouens numquam ad nuptias transiturum, si rem habeat cum aliqua, contra uotum fecisse non uidetur. Hic enim continentiam simpliciter uouisse non uidetur. Ioannes Azorius part. 2. libro 3. d. capite 51. q. 2. Etiam si promissione data futurarum nuptiarum, cum illa rem habeat carnalẽm. Quia formaliter matrimonium non contrahere uouit. Capeauilla de casibus reseruatis part. 2. d. cap. 13. q. 2. uers. quinto neque illum.

Votum transgreditur, qui deserit maius bonum

num propter minus. ex Leone Papa ad Rusticum Episcopum in *can. propositum monachi proprio arbitrio, & uoluntate susceptum deseri non potest absque peccato* 1.20.q.3. in fine. verbis edicente: *Electionem tamen meliorum deseruisse, transgressio est*. ibique *Glossa* uerbo *meliorū*. ex Gregorio in Ezecchielē in *can. qui bona agunt, si meliora agere desiderant* 4.17.q.1. Quia Votū potest in melius commutari auctoritate sola uouentis. ex Alexandro Tertio in *cap. scripturę* 4. *extrà de uoto, & uoti redemptione*. ubi sequentibus respondet: *Reus fracti uoti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequiū in perpetuum noscitur religionis obseruantiam commutare*. ibique *Glossa* verbo *temporale obsequium*. subsequens: *Sic non frangit propositū, qui illud in melius cōmutat*. ex registro Gregorii Regi Francorum in *cap. peruenit ad nos* 3. *extrà de Iure Iurando*. Rationem reddentis: *Non enim propositum, aut promissum infringit, qui in melius illud commutat*. concordat *S. Thomas* 2.2.q.85. art.3. ibique *Caietanus*. Poterit proinde Episcopus ex causa dispensare vt votum factum de dando calicem alicui Ecclesię, vel pio loco certo, det illum alteri Ecclesię, vel pio loco magis indigenti. Quia votum in honorem Dei primariò factum intelligitur. ex *S. Thoma* 2.2 q.88. art.3. prosequitur *Ludouicus à Beia responsionum casuum cōscientiæ parte* 3. *casu* 18. *ad finem versic. tandem hæc promissio Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat*. 36. *nu*. 2. *Henriquez in summa libro* 7. *cap*. 28. §. 4. *in commentar. littera G. Sanchez de matrimonio lib*. 8. *disputat*. 32. *num*. 3. *in fine. Lessius de Iustitię & Iure lib*. 2. *cap*. 40. *num*. 104. *Nauar. de redditibus Ecclesiasticis q*. 1. *monito* 60. *num*. 1. *cum sequent. & manuali cap*. 12. *nu*. 78.

Votum prædecessorum successores quoque ad seruandum obligat. ex Clemente Tertio in *cap. veritatis amica simplicitas* 14. *extra de iure iurando*. vbi agitur: quod Iuramentum fidelitatis præstandæ Domino directo, ad successores quoque deuoluitur. Hinc est ex eadem ratione, quòd Populus succedens tenetur ex vi pacti, & contractus ad festa, & obseruātias, quas prædecessor cum voto, aut Iuramento firmarunt. Quia nimirum, dum non reclamat, consensire consuetudini videtur, quæ vim legis obtinet; & vocatur consuetudo; Quia in communi est vsu. ex Isidoro Etymologiarum libro 5. cap. 3. in *can. consuetudo autem est ius quodam moribus institutum, quod pro lege suscipitur* 5. *distinct*. 1. prosequitur *Nauarrus manuali cap*. 12. *nu*. 79. *ad finem*. cuiusque discipulus *Couarruuias cap requisisti testamentis nu*. 2. ex eodem textu c *veritatis amica*. & d. c. *requisisti* 15. *de testamentis* & in cap. *quamuis pactum de pactis in* 6. *part*. 1. §. 5. *nu*. 4. & *Henriquez in summa libro* 5 *cap*. 16. §. 4. concordat quoque ex Innocentio Tertio Zamorensi, & Salamantino Episcopis in *cap. ex parte Compostellani Archiepiscopi* 18. *de censibus, exactionibus, & procurationibus*: prçlertim verbis illis: *In primo enim casu ad eandem & illi soluere sunt cogendi*. ibique *Glossa* verbo *sunt cogendi*. *Paladorus rerum quotidianarum libro* 2. *part*. 1. *cap. finali* §. 8. *nu*. 2 *fol. mihi* 177.

Votum quodcumque, sicuti etiam sacramentum conditiones omnes generales continere videtur; si Deus voluerit, si vixero, si potero. ex Gelasio Papa in *can. Beatus Paulus Apostolus* 5. 21. *quęst*. 2. probans id verum esse ex eodem Beato Paulo, quoniam, *cùm ad Hispanias se promisisset iturum, dispositione diuina maioribus occupatus ex causis implere non potuit quod promisit. Nec quia Beatus Petrus Apostolus pro affectu diuinæ reuerentię ipsi Domino respondit*: Non lauabis mihi pedes in æternum: *fefellisse* videbitur; *Quia causis adstrictus humanæ salutis passus est prona voluntate faciendum* ibique notat *Glossa* verbo *diuina*. ex Gratiano in *can. sufficiat secūdū leges solus eorum consensus, de quorū cōiunctionibus agitur*. 2 §. *cum ergo inter istos consensus intercesserit* 27.q.2. deducendo: *Vouerat enim Maria se Virginem perseueraturam. Vnde ait Angelo, Quomodo fiet istud, quoniam Virum non cognosco?* sed subiecit se diuinę dispositioni. ex Augustino in *can.* sequenti.

Votum, sicut etiam Iuramentum conditionale statim, ac fit perfectum videtur, quo quidem ad vinculum voti, seu iuramenti, quamuis quo ad executionem, & actum secundum, vel exercitium suspendatur, quoad conditio exietit. notatur ex Augustino in *can. non solum morbandum non est*. 1. *fine vnico* 32. q 8. dicente illo. in fine: *Hęc ergo, & si quę alia sunt, quę rectissime vouentur, cum homines vouerint, nulla conditione rūpenda sunt, quę sine vlla cōditione vouentur*. ibique notat *Gloss* uerbo *conditione* & *Glossella* Marginalis *Archidiaconi* ibidem. *Barbosa de officio & potestate Episcopi allegat*. 37. *nu*. 6.

Votum tamen sub mala conditione, vt vouere aliquid si occidat aduersarium, non tenet, sed peccat vouens, & mortaliter. *Card*: *Toletus Instructionis sacerdotalis lib* 4. *cap*. 17. *nu*. 8.

Votū vt teneat idē sufficit iudiciū, eadéque deliberatio, quę ad peccandum est sufficiens. ex Ambrosio in *can. mulier, si quidquā vouerit* 14. 32. q. 2. ibique *Glossa* verbo *mulier*. ad finem in ratione, quam reddit; *Quia cum possit se obligare diabolo potest, & Deo*. ex Gregorio in *capit. pueris grandiusculis* 1. *de delictis puerorum*. Satis est autem ad votum, vt quis intelligat, quod facit. ex *Paludano in* 4. *distinct*. 38. *q*. 1. & *Caietano* 2.2. *q*.88. *art*. 1. *Ludouicus à Beia responsionum casuum conscientiæ part*. 4. *casu* 9.

Votum calore iracundię factum non tenet, si tantus fuerit calor, vt ipse, qui vouit, quid faceret non intellexerit. Ex Gregorio Nono I. Moniali Monasterij de Plauda in *cap. dudum à C. laico mota contra te*. 20. § *vnum prænominatus C. proposuit conuersionem coniugatorum*. ex propositione eiusdem C *Et cum tibi iratus fuisset, sicut verba, & verbera indicabant, non dum calore iracundię quiescente: &c.* vbi *Glossa* verbo *calore iracundiæ*. infert: *Si hoc esset verum, non teneret votum: quia inconsultus calor calumnię vitio caret*, Ex Gratiano in *can. si quē pœnituerit accusasse criminaliter* 8. §. *Nam vt*

Pa-

*Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio est Iudicantis*. 2. q. 3. dicente: *Temeritas enim facilitatis veniam continet: & inconsultus calor calumniæ vitio caret, & ob hoc nullam pœnam huic irrogari oportet* vbi *Gloss.* verbo *& inconsultus* argumentum infert: *Non esse imputandum quod fit cum impetu mentis*. subsequitur *Glossa* dicto verbo *calore iracundiæ*. Tempore enim furoris iustum putat esse, quod facit. ex Gregorio ad Guidiscalcum in *can. illa præpositorum solicitudo vtilis*. 67. 11. *quæst.* 3. dicente: *Res stringenda sub ratione potestas est: nec quicquam agendum priùs, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis tempore iustum omne putat quod fecerit*. Neque huic doctrinæ obstat *Glossa* in *capit. venientis ad nos R. narratione accepimus* 2. *de voto, & voti redemptione*. ad verba Alexandri Tertii Noruicen. Episcopo: *Nos autem ipsum à voto, quod in ætate tenere, & facultate potiùs, quàm ex arbitrio discretionis promisit, absoluimus: ita tamen, quod idem votum eleemosynis redimat*. verbo *facultate*. argumentum extrahens. *quod votum ex facilitate emissum obligat*. infereodo quibusdam: quod votum calore iracundiæ factum teneat. Nam exauditur; si calor non fuerit tantus, vt deliberationem libetum impediuerit. & ita declarat per optime *Nauarrus* in *can. diuortium non est verum* 21. *de pœnitentia distinct.* 1. *num.* 14. Decreuitque Alexander Papa Secundus in *can. Gondisaluus presbyter* 1. 17. *quæst.* 2.

Votum etiam simulatum obligat. ex Gregorio epistola ad Bonifacium in *can. viduas à proposito discedentes viduitatis* 2. 27. *q.* 1. verbis dicente: *Hæ verò, quæ needum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali semper se simulauerunt permanere; licet velatæ non fuerint, si nupserint, aliquanto tempore his agenda pœnitentia est: quia sponsio earum à Domino tenebatur. Si enim inter homines solent bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui; quantò magis illa pollicitatio, quam cum Deo pepigit, solui sine vindicta non poterit*. vbi *Glossa* verbo *simulauerunt*. quæ argumentum deducit:

Votum duplex est. Simplex, & solemne. Simplex est, quod fit per verba de futuro. vt, ego voueo, quod post mortem vxoris continebo. hoc votum impedit, vt dicunt, sed non dirimit matrimonium. Votum solemne est, quod fit per verba de præsenti. vt, Ego voueo continentiam. Istud impedit, & dirimit. *extrà qui clerici, vel vouentes meminimus. & consuluit*. Ego credo tribus modis votum solemnizari: Vel per ordinem; vel per habitum; vel ex eo quod coram aliquibus testibus deuouit se alicui religioni. & subsequitur: Quod Ioannes dicit de habitu, intelligas, si recipiendo habitum, fecit professionem expressam, vel tacitam. Quia solus habitus non solemnizat votum. sic *Glossa*. in *can. quidam nubentes post votum asserunt adulteros esse* 2. *distin.* 27. verbo *post votum*.

Votum vero in dubio facti. an scilicet emissum sit, nec ne, non obligat. Etiam si magis aliquis inclinaret in eam partem, quod vouisset, dummodo incertus adhuc maneat. post Sanchez. *Layman Theologiæ moralis tom.* 1 *tractatu* 1. *c.* 5. §. 4. *num.* 31. Nam

Votum in dubio in mitiorem partem interpretandum est, & tuto, vt si non meminerit aliquis, uel addubitet, an mente cogitauerit, vouens feria sexta non uesci ouis, nolle nec uesci carnibus, si illo die Natalis Domini incidat, posse tuto dici, eum ualere carnibus uesci: quia uotum non extenditur ultra uouentis propositum. *In* dubio uerò benigniorem in partem inclinandum. *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 1. *lib.* 7. *cap.* 10. *q.* 1. *circa finem*. ad textum Honorii tertii Pragen Episcopo in *cap. explicari per sedem Apostolicam postulasti* 3. *sine finali. de obseruat. ieiuniorum* ibique *Glossa* uerbo *nec voto Capeauilla de casibus reseruatis part.* 2 *cap.* 13. *q.* 2. *in* 6. *casu. Lessius de Iustitia, & iure lib.* 2. *cap.* 40. *dub.* 17. *num.* 113. dicens, quod quando dubium est, utrum uotum emiseris, dispensatione opus non est: Quia in dubio nemo priuandus est sua libertate, neque grauandus onere incerto. Secus tamen est, quando constat de uoto, sed dubietas de intentione obligandi, uel de sufficientia considerationis, aut libertatis. Hæc enim cum natura uoti & requirat & secum trahat, præsumuntur ad fuisse; nisi de contrario tibi constet. uel probabiles rationes habeas. sic lessius.

Votum uxoris potest maritus impedire, nec illa peccat, cum mandato Domini sit uiro subiecta; *Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui*. (Genesis 3. 16.) ex Hieronymo in *can. si Dominus ea iubet, quæ non sunt aduersa scripturis sanctis*. 93. *in fine* 11. *q.* 3. uerbis edicente: *Hoc ipsum & de seruis intelligamus apud Dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud patres*. ibique *glossa* uerbo. *de uxoribus*. sequentibus prosequente: *Licet vir præcipiat uxori, quod non seruet votum, licet ipse peccet, ipsa tamen tenetur ei obedire*. & infra *Sed dic, quod licet uir præcipiendo peccat, non tamen præcipit id, quod est peccatum. Quia præceptum Domini est, vt in tali casu obediat vxor viro*. ex Augustino in quæstionibus Numerorum q. 59. in *can. noluit itaque lex mulierem aliquid vouere Deo* 16. 33. *q.* 5. in fine concludente: *Neque hoc contra Deum fieri putandum est, cum ipse Deus hoc præceperit, hoc noluerit*. ibidemque Augustinus idem in *can. Manifestum est itaque voluisse legem feminam esse sub viro eius* 11. *eadem* 33. *q.* 5. ibique plenè *glossa* uerbo. *nisi auctor*. inferens consequentiam: *Mulier ergo non potest facere uotum abstinentiæ sine uoluntate uiri*. sic etiam

Vouere non licet monacho sine consensu Abbatis sui: si autem uouerit frangendum erit. ex Basilio in *can. monacho non licet uotum uouere* 2. 20. *q.* 4. ibique Glossella Marginalis inferens: *Sic etiam nota de uxore*. 33. *q.* 5. *manifestum*.

Votum reale defuncti successorem in hæreditate obligat ad illud seruandum. ita quidem ut possit etiam censuris compelli hæres ad uotum reale seruandum defuncti. ex Innocentio Tertio Andreæ Duci in *cap. licet uniuer-*

uer-

*uersis liberum sit arbitrium in vouendo 6. de voto & voti redemptione*. Quoniam votum reale in hæreditate est debitum Deo Altissimum persoluendum. Ex Gregorio IX. episcopo *N. in cap. parochiano tuo 14. sine finali de sepulturis.* in fine concludente: *Sed eius heredes, & propinqui, ad quos bona peruenerunt ipsius, vt pro eodem satisfaciant, censura sunt Ecclesiastica compellendi*. ibique *Glossa* verbo *sed eius hæredes*. & *Abbas nu. 4. Nauar manuali cap. 12. nu. 56 57. & cap. 25. nu. 95. Binsfeldius in enchiridion Theologie moralis part 3. capit. 7. §. 5.* plura tradidimus *respons.* nostra 1. *nu. 58. cum sequentibus parte 1.* Quia nimirum vltima defuncti voluntas modis omnibus seruanda est. ex Gregorio in *can. vltima defuncti voluntas 4. 13. q. 2.* tradidimus pluribus *respons.* nostra 17. *ù nu. 16. eadem parte 1.* meminimus *respons.* nostra 13. *num. 38. 39. & 42. parte 5.*

Votum quomodocumque absolutum sit, semper intelligitur excepta auctoritas Maioris. sicuti iuramento. ex Innocentio Tertio Cõsulibus & Populo Tudertino *cap. venientes ad Sedem Apostolicam. 19. §. quia verò non minus Iudices secundum leges. de Iureiurando.* inferente: *Cùm prędictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius superioris exceptum.* & sequitur Gloss. in *can. sufficiat secundũ leges. 2. § cũ ergo inter istos consensus.* qui est Gratiani in fine 27. q. 2. verbo *voti virginalis*. verba namque facit Gratianus de Beata Maria Virgine, quę vouerat se virginem perseueraturam. tamen uoluntatem suam diuinę supposuerat voluntati. Vnde infert *Glos.* ibidem *Similiter hoc subintelligitur: Si res in eodem statu permaneret*. ex Augustino in *can. ne quis arbitretur perfectum, & spiritualem hominem 14. in fine 22. q. 2.* de eo loquens, qui furenti restituere gladium denegat, ne damnum inferat, dicensque: *Hic ideo non habet duplex cor, quia ille, cui commendatus est gladius, cum promittebat se restituturum poscenti, non cogitabat furentem posse repetere.* vbi *Gloss.* verbo *furens.* consequentiam defert: *Ergo semper subintelligitur hęc conditio, si res in eodem statu mãserit.*

Votum quodcumque in religionis votum commutari potest, etiam peregrinationis ad Hierosolymitanam vrbem. ex regula Alexandri Tertii in *cap. scripturæ 4. de voto, & voti redemptione.* dicente Alexandro: *Reus fracti voti aliquatenus non habetur, qui temporale obsequium in perpetuam noscitur religionis obseruantiam commutare.* ibique *Gloss.* uerbo *temporale obsequium*. congruit Gratianus in *can. quit aliquando vidit clericum cito pœnitentiam agentem? 87. §. his actoritatibus asseritur col. 4. §. Itẽ in leuitico. de pœnitentia distinctione 1.* sequitur. *Nauar. manuali cap. 12. nu. 78. Lessius de Iustitia, & iure libro 2. cap. 40. nu. 106.* inferens. *nu. 103.* quod votum ingrediendi religionem non potest propria auctoritate commutari in susceptionem Episcopatus: Quoniam, & si quidem Episcopatus status perfectionis dicatur; non tamen est id eo, quia hominem perfectionem. Deoque gratiorem efficiat, quàm religio; sed quia secundum rectum ordinem perfectionem supponit: Cum sit status postulans perfectiorem charitatem, qua animam suam ponat pro ouibus suis, & eas ad perfectionem utatur adducere. decreuitque Innocentius Tertius in *cap per tuas nobis litteras intimasti 10. sine penultimo de voto, & voti redemptione*. respondens cuidam qui votum vouerat religionis, & deinde Episcopus effectus fuerat, ut regimen resignaret Ecclesiæ, ac redderet altissimo vota sua: *Nos igitur (inquiens) tuę discretioni consulimus, vt si tuam sanare desideras conscientiam, regimen resignes Ecclesia memoratę, ac reddas altissimo vota tua quod si Capitulum eiusdem Gebenn. Ecclesiæ te postmodum canonicè duxerit eligendum, electionem recipere poteris de te factam.*

Votum retractare damnabile. quin & velle retractare. ex Hieronymo in *can. vouentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle, damnabile est. 4. distinct. 27.* & repetitur in *can. vouentibus virginitatem 2. 17. q. 1.* & prosequitur Gratianus in *can.* sequenti *Ananias pecunias Deo voueras 3. eadẽ 17. q. 1.* qui canon est Gregorii ad venantium inferentis: *Considera quanto periculo in diuino iudicio dignus eris, qui non nummos, sed te met ipsum Deo Omnipotenti, (cui te sub monachali habitu voueras) subtraxisti.* Rationem affert *Glossa* uerbo *temetipsum.* dicens: *Quod maior est alienatio personę, quàm rei.*

Vsucapio est acquisitio dominii per continuatam possessionem temporis lege definiti. *gloss.* in *summa 16. q. 3.* uerbo. *quod autem præscriptione*. Deducens ad vsucapionem quinque requiri, quę comprehendit carminibus

*Non vsucapies, nisi sint tibi talia quinque*
*Recta fides, iustus titulus, res non vitiosa:*
*Quod res tradatur, possessio continuetur.*

Vsucapi non possunt res Ecclesiæ, sicuti nec res fisci. *Glossa in can. iubemus eos, qui rem aliquam 16. §. quas actiones alias tricennalis, decennalis. 16. q. 3.* verbo *vsucapione.* Quia nimirum res Ecclesię censentur iure reipublicæ.

Vsucapio vero ideo permittitur, ne rerum dominia in incerto sint. ex Caio lib. 21. ad Edictum Prouinciale in *l. 1. ff. de vsucapionibus, seu vsurpationibus.* dicente Caio: *Bono publico introducta est vsucapio, ne scilicet quarundam rerum diù, & ferè semper incerta dominia essent, cum sufficeret dominis ad inquirendas res suas statuti temporis spatium.* Dixitque Iustinianus Cæsar. *Institutionibus de vsucapionibus, & longi temporis præscriptionibus §. 1. in fine.* Vsucapionem esse permissam: *Ne rerum dominia in incerto essent.* & secuta fuit *glossa* in *cap. vigilanti studio cauendum est. 5. de pręscriptionibus.* verbo *segnitiem*. quam allegat *Glossella* Marginalis ad *d. §. 1. Institutionibus de vsucapionibus.* & in

Vsucapione ipsa bona fides perquiritur, sicut, & in pręscriptione; quia possessor male fidei non pręscribit. ex Alexandro Tertio *d. capit. vigilanti studio 5.* deducitque per quam plene Gratianus in *can. placuit, vt quicumque Episcopi negligunt loca ad suam custodiam pertinentia 15. §. potest etiam aliter intelligi præscri-*

*ptio longi temporis. 16. quęst.3.*

Vsucapio autem numquam currit contra creditores: quia causa dominii remota est à quęstione pignoris. ita *gloss.* in §. *præscriptionum aliæ sunt introductę odio petentis. eodem can. placuit, vt quicumque Episcopi* 15. verbo *creditores.* ex Gordiano Impetarore in *l. vsucapio pignoris conuentionem non excludit. 7. C. de pignoribus, & hypothecis.* ibique plene *Glossa magna.*

Vsusfructus Ecclesię relictus durat centum annis: quia hęc ætas longęui hominis est. *Glossa in can. possessiones, quas vnusquisque Ecclesiæ proprio dedit 61. in fine 16. q.1.* verbo *non perpetuò.* ad medium. Sicuti de vsufructu Ciuitati relicto Caius libro 17. ad Edictum Prouinciale respondit in *l. an vsusfructus nomine 63. in fine ff. de vsufructu, & quemadmodũ quis vtatur, fruatur.* verbis edicens: *Et placuit centum annis tuendos esse municipes: quia is finis vitę longæui hominis est.* notatque *gloss.* ibidem verbo *longæui hominis.* Exemplificaos in Ecclesia. ex *l. finali C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* & ex Ioanoe Octauo Ludouico Regi in *can. nemo de annorum numero resultandi sumat fomentum 17. siue finali 16. q.3.* ibique Glossa verbo *per centum annos.* verbis edicens: *Similiter vsusfructus Ciuitati relictus spatio centũ annorum perditur. ff. de vsufructu. an vsusfructus* ibique Glossella Marginalis. sequitur: *Vsusfructus Ecclesiæ relictus durat centum annis. plura apud. Couarruuias variarum resolutionum libro. 3. cap. 9. nu. 10.*

Vsusfructus constitutio cēsetur quoque prohibita, vbi à testatore fuerit in hibita omnis alienatio: quia nimirum alienationis nomine, & vsusfructus comprehenditur. ex Symmacho Papa in Synodo Tertia in *can. non liceat Papę prędium Ecclesię alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsusfructũ rura dare 20. 12. q.2.* idèque sensit, atque decreuit Iustinianus Cęsar in *l. sancimus, siue lex alienationem inhibuerit, siue testator hoc fecerit 7. siue finali C. de rebus alienis non alienandis, & de prohibita rerum alienatione, vel hypotheca.* verbis edicens: *Sed etiam vsusfructus dationem; vel hypothecã, vel pignoris nexum prohiberi. Alexander Raudensis variarum resolutionum cap. 22. nu. 10.*

Vsusfructus dupliciter dici, atque perdendi potest; Causalis, & formalis Causalis dicitur quem habet quilibet Dominus in re propria, diciturque causalis quia causatur à proprietate, estque coniunctum quid cum proprietate. Formalis verò est qui separatur à proprietate, estque quodam Ius per se perpenditur quando vnus habet proprietatem, & alius vsumfructum. diciturque formalis, quia est veluti quædam forma separata à proprietate, estque seruitutis species. noster *Maranta in l. si potest. nu. 212. ff. de acquirenda possessione.*

Vsus, qui in communi est, consuetudo vocatur. dicente Isidoro in *can. consuetudo autem est ius quoddam moribus institutum 5. in fine dist.* 2. verbis præcisis: *Vocatur autem consuetudo, quia in communi est vsu.*

Vsus proiode looggui, atque consuetudinis non vilis auctoritas est, quamuis neque rationem, neque legem vincat, ac superet. vt Constantinus Cęsar Augustus 2. quę fit longa consuetudo relatus in *can. consuetudinis, vsusque longęui non vilis actoritas est. 4. distinct. 11.* quamuis quidem consuetudo, vsusque longęuus si bonus sit, & receptus vincat legem. secundum *Glossam* ibidem verbo *vincat.* Nã alioqui.

Vsus communis, & mos populi in his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, sicut & instituta Maiorum pro lege retinenda sunt. ex Augustino ad Casulanum in *can. in his rebus de quibus nihil certi statuit diuina scriptura. 7) eadem distinct. 11.* inferendo: *Et sicut prauaricatores diuinarum legum, ita contẽptores Ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.*

Vsum tamen prauum lex & ratio vincit. Vsusque auctoritati cedat. opus est ex Isidoro in Synonimis libro 2. 10. *can. vsus auctoritati cedat, prauum vsum lex, & ratio vincat. 1. eadem distinct: 11.* Rationem reddit Augustinus lib. 3. de baptismo contra Donatistas in *can. veritate manifestata cedat consuetudo veritati 4. dist. 8.* Quia nemo dubitarit verituti manifestatę debere consuetudinem cedere. consequenterque vsum quia tunc non dicitur bonus vsus. vnde est, quod

Vsus rerum secundum consuetudinem eorum, quibus cum viuimus, approbandus, vel reprobandus erit. Quia *non vsu rerum, sed libido vtentis in culpa est.* Ex Augustino lib. 3. de doctrina Christiana in *can. quisquis rebus prętereuntibus: 1. distinct. 41.* in fine rationem referens: *Nam in omnibus huiusmodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur; sed ex causa vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.*

Vsus proinde malus improbatur, ita quidem vt malè possideat, qui male vtitur. ex Augustino ad Macedonium in *can. quid dicam de vsuris 11. in fine 14 q 4.* verbis inferente: *Omne igitur, quod malè possidetur, alienum est: malè autem possidet, qui malè vtitur.* vnde *gloss.* in *can. non enim in sola, vt deliras, commistione maris, & feminæ nuptiarum veritas est 11. in fine 32. q 1.* ad verba Augustini: *Sicuti est thori coniugalis fides, & cura ordinatè filios procreandi, & (quę maxime est differentia) bonus usus mali, hoc est bonus usus concupiscentię carnis, pro bono adulteri malè utuntur.* ad verbum vsus mali inferens: *Et nota quod sunt quatuor species usus: Est bonus usus boni; ut integritas, quæ Deo vouetur. Et & malus usus boni: cùm quis continet propter manem gloriam. Et bonus usus mali: cum concupiscentia arctatur circa matrimonium. Et est malus usus mali; cum quis uagatur ad meretrices. ut eadem. q. 4. meretrices.* Sic Glossa. vnde

Vsus naturalis licitus est in coniugio; sicut illicitus in adulterio dixit Augustinus in *can. usus naturalis 14. 32. q. 7.*

Vsura est quidquid sorti accedit. ex Ambrosio in libro de Tobia capite 14. in *can. plerique refugientes pręcepta legis 3. 14. q. 3.* inferente:

*Et*

*esca usura est, & uestis usura est, & quodcumque sorti accedit, usura est; quod uelit enim nomen imponas, usura est.* ibidemque ex Concilio Agathensi in *can. usura est 4. sine finali.* dicente Concilio: *usura est, vbi amplius requiritur, quam datur, Verbi gratia si dederis solidos decem, & amplius quesieris: vel dederis frumenti modium vnum, & super aliquid exegeris.* Ita Concilium tractat *Ambrosinus decis. 3. nu. 6. & nu. 15.* decens, que requirantur, & vsura committatur. & *Nauarrus in cap. si feneraueris eadem 14. quæst. 3.*

Vsura ars est nequissima, quoniam ex ipso auro aurum nascitur. dixit Ambrosius in *can. sicut ii, qui per insaniam mente translati sunt. 8. post principium dist. 47.* verbis deducens: *Interdum etiam vsure arte nequissima ex ipso auro aurum nascitur, Sed quid agis? Nec satietas vnam quam, nec finis aderit cupiditati.* Vnde est quod omni Iure fuit vsure prohibita. diximus plene *respons.* nostra 62. *nu. 34. & nu. 43* & *respons. 63. nu. 9. part. 5 & nu. 67.* & vsuram peccatum non esse dicens, hereticus est. deduximus *d. respons.* nostra 61. *num. 20. cum sequentibus.* vbi plura.

Vsura vrago est. vt eam appellauit Gregorius X. in Concilio Generali Lugdunen in *cap. 1. de vsuris in 6.* verbis decidens: *Vsurarum voraginem, (quæ animas deuorat, & facultates exhaurit) compescere cupientes.*

Vsure maxime clericis prohibentur, præsertim.

Vsura que sexculpa nuncupatur. ex Concilio Laodiceni in *can. non licet sæcerari ministris altaris vel in sacerdotali ordine constitutis, vel vsuras, vel lucra, que sexcupla dicuntur, accipere 9. dist. 46.* vbi *Glossa* verbo *ses culpa.* dicit: *Hic ponitur sesculpum pro sesquialtero, quod continet totum, & eius medietatem. Vnde sesclupla vsura dicitur, cum datur summa aliqua, & recipitur summa illa cum sua plica, id est medietate. Sexcupla per 10. dicitur qualibet res sexies multiplicata.* ibique *Glossella* Marginalis.

Vsuram qui accipit, rapinam facit. ex Ambrosio libro de bono mortis in *can. si quis vsuram acceperit, rapinam facit, vita non viuit* 10. 14 q. 4. vnde *Glossa* ibidem consequentia infert: *Ergo in eum non transfertur dominium. Sicut nec in simoniacum.* Vnde vsurarius non auditur, nisi restituat vsuras vsurarius proinde, si manifestus fuerit, in testamento disponere de rebus suis non poterit, ni prius vsuras restituerit, vel de illis restituendis cautionem præstiterit, ceteroquin testamentum non tenet. Ita quidem vt neque ad confessionem admittiua leant peccatorum, neque absolui poterint, nisi de vsuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum, idoneam præstent cautionem: Gregorius vt disposuit 10. in Concilio Generali Lugduoen in *cap. quamquam. vsurarij manifesti 2. sine finali §. finali de usuris in 6.* noster *Marantā de multiplici alienatione in 29. casu nu. 116.*

Vsura crimen est Ecclesiasticum. Hanc ob causam cum in dubium venerit, sit nec ne vsurarius contractus, ad Ecclesiasticum spectat Iudicem diffinire, *gloss.* dicto *cap. quamquam vsurarij manifesti 2. sine finali in fine de vsuris in 6.* verbo *aliter facta*, post medium. Quia de materia agitur peccati mortalis, atque grauissimi. ex Innocentio Tertio Prelatis per Franciam constitutis in *cap. nouit ille, qui nihil ignorat. 13. de Iudicijs extra.* Noster *Maranta cons. 113. nu. 7. Rota* in *Mediolanen Cambiorum 19. Iunij 1581. coram Aldobrandino* postmodum Clemente Octauo *decis. 16. nu. 1. & sequentibus post 2. volumen Consiliorum Farinacij.* vbi *nu. 7.* quod vsura non præsumitur, nisi probetur. Exaudi autem doctrinam cum principaliter agitur de vsura. Secus si accessorie, vt si creditor petat debitum, & ille opponat de vsuraria prauitate. *Glossa in clement. 2. in fine.* verbo *vsuris. de Iudicijs. de Iudicijs. Ancharanus cons. 179. prima facie. nu. 4.*

Vsurarum proinde in materia, Ius attenditur canonicum *S. Thomas 2. 2. quæst. 78. art. 3. Rota* apud Card. *Cauallerium decis. 331. nu. 4.*

Vsura est lucrum rei pecunia estimabilis ratione mutui principaliter prouenienss. ita definit Card. *Toletus Instructionis sacerdotalis libro 5. cap. 28. nu. 1.* Diciturque apud Latinos vsura, lucrum quodam, & fœnus, quasi fœtus. apud Grecos verò τόκος, quasi partus. Cardin. *Toletus ibidem nu. 2.* deraliimus *respons.* nostra 62 *nu. 34. part. 5.* lucrum autem dicitur, cum quis habet, seu acquirit, quod alias non erat suum Card. *Toletus ibidem nu. 2.* sicuti

Vsura vsurarum fœnus dicitur. Vnde lucanus:

*Hinc vsura vorax, avidumque in tempore fœnus.*

deducit *Glossa* in *can. nolite velle eleemosynas facere de fœnore, & vsuris. 1.* qui est Augustini. 15. q. 5. verbo *Vsuris.*

Vsura equidem est cum ex mutuo ratione lucri quid exigitur, etiam ad centesimam. Vnde vsure centesime dicuntur. ex Concilio Martini Pape capite 51 in *can. si quis oblitus timorem Domini, & sanctam scripturam 4.* & ex Niceno Concilio in *can quoniam multi clerici auaritie causâ turpia lucra sectantes 8. 14. q. 4.* ubi *Glossa* verbo *ad quæstum.* sequentibus infert: *Si quis ergo est in mora soluendi, ab eo possunt repeti vsure, non tamquam vsure, sed tamquam interesse.*

Vsuræ enim pro concurrenti quantitate interesse, debentur ex *Rolando cons. 55. nu. 11 & sequentibus libro 1.* & *Surdus decis. 162. nu. 1. Castillo decis. 29. parte 1.* [*S. Thomas 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1.* nos d. *respons.* nostra 62. *nu. 22. part. 3.* & deducit *gloss in summa* eadem 14. *q. 5.* verbo *quod autem.* sex modos deferens in quibus vsura non committitur.

Vsura autem ex mutuo oritur, quia mutuum gratuitò fieri debet, nihil inde sperantes. vt ibidem *Glossa* eadem. plura cumulat *Glossa* in *cap. conquæstus est nobis 8.* verbo *defendo. de usuris.*

Vsura propterea non est, quando aliquid soluitur vltra sortem, non quidem ratione lucri, sed loco pene. *Rota* apud *Farinacium*

*vol.1.consiliorum decis.85.nu.6.* & ita *Glossa* in *d. cap. conquastus est nobis C. clericus 8. extra de vsuris.* verbo *de feudo*. in fine verbis dicens: *Item, vbi aliquid apponitur nomine pœnæ, dummodo non in fraudem vsurarum.* ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. Fraternitas tua ex persona furis pensare potest 11.in fine 12.q.2.* ibique *Glossa* verbo *cum augumento.*

Vsuræ diuino Iure tam veteris, quam noui testamenti prohibitæ sunt. ex Ambrosio in *can. plerique refugientes præcepta legis 3.14.q.3.* & ex Alexandro Tertio in Concilio Lateranen in *cap. quia in omnibus ferè locis ita crimen vsurarum inualuit 3.* & Panormitano Episcopo in *cap.super eo verò extra de vsuris.* Non poterit proinde Summus Pontifex in vsuris dispensare. *S.Thomas 1.2.q.98.art.5 Rota parte 4 diuersorum decis.307.nu.3.* & apud *Farinacium post 2.volumen consiliorum decis.7. sub nu. 2.Rolandus à Valle cons.35. nu.26. & sequentib. libro 1.* diximus *d. respons.* nostra *65. num.10. part.5.*

Vsura, nec ne sit, & vsurarius contractus pro regula statuitur, an mutuum, vel formaliter, vel saltim virtualiter ingrediatur, siue vt alii dicunt mutuum palliatum. Quomodocumque enim ex mutuo lucrum intendatur, siue primario, siue palliate, & virtualiter, vsura est. ex Ambrosio *can. plerique refugientes præcepta legis 3.14.q 3.* quamuis non in pecunia vsuras exigant: sed de mercibus eorū tamquam vsurarum emolumenta. Quia nimirum vsura est vbi amplius requiritur, quàm datur. ex Agathensi Concilio in *can. vsura est.4 siue finali eadem 14. q.3.* siue in pecunia illud amplius accipiatur, siue in alia re pecunia æstimabili. ex Hieronymo in *can putant quidam vsuram tantùm esse in pecunia 2.eadem 14.q 3.* & *Glossa* ibidem verbo *pecunia.* inferens: *Nam generaliter dicitur pecunia quid quid habes.* Ex mutuo enim, vel alio contractu resolubile in mutuum, vsura progreditur. ex Vrbano Tertio in *cap. consuluit nos tua deuotio 10.extra de vsuris.* deducit *Baldus cons.18. in fine libro 1. Rota in Mediolanen cambiorum 19. Iunii 1581. coram Aldobrandino decis.16.nu.4. in fine & num 8. post 2. volumen Consiliorum Farinacii* & apud eundem *Farinacium post primum volumen consiliorum decis.14.nu.3.* & *decis.30.nu.etiam 3.* & *decis 136. nu.1.in fine.* ibique *Centolinus* Addens & hæc regula nullam patitur exceptionem. ex *Molina de Iustitia, & Iure tom.2. de contractibus disputat.313.nu.8.*

Vsura non erit pecuniam mutuo dare, vt certo tempore illam recipiat, etiam in vino, frumento, & oleo, modo recipiat aliud currenti tunc pretio, & sine vllo augumento recipiat. ex Concilio Tarraconensi capite 3. in *can. si quis clericus solidum in necessitate præstiterit 5.14.q.4.* ibique *gloss.* verbo *decretum.*

Vsura nec etiam erit tempore mensis, vel vindemiæ emere viliori precio, tamen currenti, vt postmodum carius vendas suo tempore, quamuis turpe lucrum dicatur. ex Iulio Papa in *can. quicumque tempore messis, vel vindemiæ 9. eadem 14.q.4.* vbi plene *Glossa* verbo *modium.* Quæ sequentibus verba facit: *Si aliquis vendat merces, quæ modò valent quatuor, & facit pactum, ut ei dentur quinque ad terminum præfixum; illud non est usura, si dubium est, quantum possint valere merces illæ ad terminum præfixum.* Allegat ex Alexandro Tertio Genuen Archiepiscopo in *cap. in Ciuitate tua dicis sæpe contingere 6. de usuris.* ibique *Glossa* verbo *nisi dubium.* subsequitur *gloss.* dicto verbo *modium*: *Licet si venderet longe cariori foro, quàm modò valeant, tunc esset usura.* ex eodem Alexandro Tertio Abbati, & Fratribus Sancti Laurentii in *cap. conquestus est nobis 8.* ibique plenè *Glossa* verbo *de feudo de usuris.* & ex Vrbano Tertio in *cap. consuluit nos tua deuotio 10. eodem.* videndus *S. Thomas 2.2. q. 78.art.1. & 2. & per totam* ibique *Caietan. ad 7.argument. Nauar. in manuali cap.17. Syluester in summa* verbo *usura 2.q.2.*

Vsura non est si pecuniæ ad pompam dentur, vt aliquis se diuitem ostendat, quamuis in de mercedem ex illa pecunia accipiatur, quia non est mutuum, sed potius commodatum, siue locatio. ex Vlpiano libro 28.ad Edictum in *l. sed mihi uidetur, si locupletior pupillus factus sit 3.§.finali ff.commodati, uel contrà.* verbis dicentis: *Non potest commodari id, quod usu consumitur nisi forte ad pompam, uel ostentationem quis accipiat.* Eodemque modo Caius libro 2.de verborum obligationibus in *l sæpe enim 4 eodem.* & ipse inferens: *Sæpe enim ad hoc cōmodantur pecuniæ, ut dicis gratia numerationis loco intercedant.* & sequitur *Glossa* in *capit.nu.* verbo *commodatum.* Quæ est, vltima *Glossa* in fine de commodato. & *Glossa* in *cap conquestus est nobis 8. de usuris* verbo *de feudo.* dicens: *Item ubi pecunia datur ad pompam, possum inde percipere mercedem; quia non est mutuum, sed potius commodatum, siue locatio.* Cardinalis *Toletus Instructionis sacerdotalis libro 5.cap.30. nu.2. & cap.51.nu.2.*

Vsura est, aliquid accipere ad prorogandum terminum temporis solutionis debiti. Videtur enim percipere lucrum pro termino prorogato. hoc uero uirtualiter mutuum est. consequenterque usura. ex Vrbano Tertio in *cap consuluit nos tua deuotio 10. de usuris.* ibique *Abbas nu.7.* deducitur ex Paulo libro 5.sententiarum in *l.in fraudem fisci, non solum per donationem 45.§.fiscalibus debitoribus petentibus ad comparandam pecunia dilationem negari non placuit ff.de Iure fisci.* ibique *Glossa* uerbo *ad comparandam.* Rationem reddens, dicensque: *Quia soluit usuras pro dilatione, quod est pretium dilationis.* vsura proinde. dixit *Rota* apud Sanctæ memoriæ *Gregorium XV. decis. 80. nu.2. Lessius de Iustitia & Iure libro 2.cap. 20.dubio 3. nu.21.* noster *Maranta cons.113. nu. 3.* Sicuti

Vsura est mutuo dare alicui eadem cum obligatione, ut sibi remutuetur, cum opus habuerit. Obligatio quippe illa est pecuniæ æstimabilis. Principaliter siquidem, si id in obligationem inducatur; secus si accessoriè

ob

ob antidoralem obligationem quia natura *&c.* r. gat ad antidora. secundum *Glossam* d. *cap. consuluit nos tua deuotio* 10. *de vsuris*. verbo *sperantes*. Cardinalis *Toletus libro* 5. *Instructionis sacerdotalis cap*. 38. *sub numero*. 3.

Vsuram qui flagitat, siue ferro dimicat. ex Ambrosio in *can. ab illo vsuram exige, cui meritò nocere desideras*. 12. *siue finali* 14. *q*. 4. verbis dicente *Sine ferro dimicat, qui vsurã flagitat: sine gladio se de hoste vlciscitur, qui fuerit usurarius exactor inimici*. Sic pessimum est crimen *Vsura*. Quia nimirum proximo iniuriam infert. peccat proinde. Eodem ex Ambrosio libro 2. de officiis cap. 36. in *can. non in inferenda, sed in depellenda iniuria lex uirtutis est* 7. 23. *q*. 3. vnde trucidare pauperem fœnore dixit Augustinus in *can. quid dicam de usuris* 11. 14. *q*. 4. Pessimum itaque crimen vsura est.

Vsura nec etiam alieno nomine exerceri debet, à Clericis præsertim. ex Leone Papa Episcopis per Campaniam in *can. sicut non suo; ita nec alieno nomine aliquis Clericorum exercere fœnus attentet* 10. *siue finali distinct*. 46. Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *non suo*. Quia *quod quis non potest facere suo nomine nec alieno*.

*V*sura vero satis laudabiliter fit si illam cum Domino fecerimus, vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multiplicitee, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus. idem Leo vt loquitur d. *can. sicut non suo finali in fine eadem dist*. 46.

Vsuræ restituendæ sunt, quia male acceptæ sunt. nec agere quis pœnitentiam dicitur, nisi vsuras restituerit. ex Augustino ad Macedoniũ in *can. quid dicam de vsuris, quas etiam ipsæ leges, & Iudices reddi Iubent* 11. 14. *q*. 4. ex eiusdem Augustini regula ad eundem Macedonium in *can. si res aliena propter quam peccatum est* 1. *eadẽ* 14. *q*. 5. quam inter regulas deduxit Bonifacius VII. *peccatum non dimittitur, nisi restituatur ablatum*. 4. *de regulis Iuris in* 6. & diximus in superiobus. vsurã qui accipit: vt nec testamentum teneat, nec penitentia recipiatur nisi vsuras restituerit, vel caueat de illis restituerit, vel caueat de illis restituendis. ex Gregorio X. io Concilio Generali Lugdunen in *cap. quamquam vsurarij manifesti* 1. *de vsuris in* 6.

Vsura est mutuo dare rem aliquam, veputa vinum, frumentum, oleum, vel quid simile, pecunia indigenti, cariori prætio, & ab eodem uiliori redimere. Idem est enim ac si pecuniam mutuo dares, estque mutuum palliatum. ex Concilio Martini Papæ in *can. si quis oblitus timorem Domini* 4. & ex Iulio Papa *can. quicunque tempore messis* 9. 14. *q*. 4. dicitque pessimum latrocinii genus, maximeque execrandum. *Couarruuias libro* 2. *uariarum resolutionum cap*. 3. *nu*. 5. *in fine*. Cardin. *Tholetus Instructionis saccrdotalis libro* 5. *cap*. 31. *num*. 3. *Gratianus Forensium disceptationum part*. 3. *cap*. 549. *nu*. 21. & 22.

Vsurarius, sicuti etiam, & fue, restituere ea non tenentur, quæ iusto modo lucratifuere ex pecuniis ex usuris acceptis, quãuis usuras ipsas restituere teneantur. Ex notatis per *glossam in can. non est putanda eleemosyna* 27. 1. *q*. 1. uerbo *ex illicitis rebus*. sequiturque *Abbas in cap. finali in fine de vsuris*. *Nauarrus manuali cap*. 17. *num*. 25. Cardinalis *Toletus Instructionis Sacerdotalis lib*. 5. *cap* 22. *num*. 4. & *cap*. 35. *à num*. 2. *Sayrus in Claui Regia libro* 10. *tract*. 2. *cap*. 3 *num*. 21. & *tract*. 3. *cap*. 1. *num*. 3. & *num*. 5. *Molina de Iustitia, & Iure de contractibus tom*. 2. *disput*. 402.

Vsurpatio furtiua præiudicium non generat. ex Gregorio Ioanni Rauennati Episcopo in *can. illud autem, quod pro utendis, a Clero uestro mappulis* 22. *distinct*. 93. ad finem: verbis illis: *Nec si tentatum esset, ex furtiua usurpatione sibi præiudicium generari*.

Vsurpatio enim est, non concessa præsumere. ex eodem ibidem id enim vsurpatur, quod concessum non est. vnde

Vsurpatio ordini cõtradicit legitimo ex Innocentio in *can. quod pro necessitate temporis statutum est* 41. 1. *q*. 1. in ratione, quam refert, dicens: *Quia alius est ordo legitimus, alia vsurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit*. Vsurpatio igitur ordini contrariatur legitimo. Repetitque Gratianus ex eodem Innocentio in *can. quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est; constat primitus non fuisse*. 7. *in fine* 1. *q*. 7. in ratione etiam in fine: *Quia aliud est ordo legitimus, aliud, quod vsurpatio ad præsens fieri tempus impellit* &c.

*V*surpare quis dicitur, cum vendicat sibi, quod ad ipsum non pertinet. ut *Glossa* loquitur in *can. multi corriguntur, vt Petrus*. 18. *ad finem*. 1. *q*. 2. §. *non enim contrarium est huic loco id, quod alio loco dicit Apostolus*. ad verba Augustini: *Vel etiam extraordinario vsurpato Iudicio*. Verbo *extraordinario* in fine: *Vsurpare* (dicens) *Quis dicitur, cùm vendicat sibi, quod ad ipsum non pertinet*. deduximus *respons*. nostram 53. *num*. 39. *part*. 5. Quamuis vsurpatio pro dispensatione exaudiatur quandoque vt *Glossa* ad dictũ *can. quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum* 7. *in fine* 1. *q*. 7. verbo *vsurpatio*. exaudiuit explicans. verba dicta: *Quia alium est ordo legitimus, aliud, quod vsurpatio ad præsens fieri tempus impellit*. inferens: *Id est dispensatio, vel iuris derogatio compellit, vt promereantur*.

Vtile per inutile vitiari non debet. ex Beda in *can. turbat acumen legentium, & deficere cogit* 8. *distinct*. 37. verbis illis de secularibus litteris verba faciente, dicentque: *In quibus*, (litteris uidelicet secularibus) *Si quæ inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licet*. referendo exemplum Apostoli: *Nec ipse magister gentium, aliquot versus pœtarum, suis, vel scriptis indidisset, vel dictis*. deducitque ibidem *Glossa* uerbo *si qua*, argumentum: *Quod vtile non vitiatur per inutile*. argumento textus ex Gregorio Ioanni Episcopo Scyllacæno in *can. questi nobis sunt prædicti Monasterii monachi* 41. 17. *q*. 4. Et ita quoque deducit *Glossa* in *can. si quos de seruis Ecclesiæ benemeritos* 37. 12. *q*. 2. uerbo *quod amplius*. Argumentum deducens: *Quod vtile nõ vitiatur per inutile*. Vnde pro regula statuit Bonifaci Octauo *Vtile non debet per inutile*

vi-

*vitiari 37. de regulis iuris in 6.* deducitque ibidem latissimè *Glossa* notatur ex eodem Bonifacio in *cap. si confirmationem electionis 39. in fine de electione, & electi potestate in 6.* eadem regula Vlpianus libro 48. ad Sabinum usus fuit in *l. 1. §. sed si mihi Pamphilum stipulanti ff. de verborum obligationibus* uerbis rationem reddens: *Duæ sunt quodammodo stipulationes, una utilis, alia inutilis: Neque vitiatur utilis per hanc inutilem.* ibique *Glossa* uerbo *per hanc inutilem*. probaturque per Augustinum de unico baptismo libro 6. capite 25. in *can. si nõ sanctificatur aqua 72. de consecratione distinct. 4.* fine: uerbis edicente: *Nec tamen, quod in eis peruersum est, euacuat illa, quæ ibi recta sunt. sed ab eis potius euacuatur.* ibique *Glossa* uerbo *euacuatur*: primo argumentum deducens: *Quod utilia non uitiantur per inutilia.* & Glossella marginalis ibidem: *Vtile non debet per inutile uitiari.* Reprime regulam: ubi in iure reperitur expressum. Ita *Glossa* in *can. pura, & simplex testimonii senes intimanda est 17. q. 9.* uerbo *aliquid in fine. 2.* reprime in teste ex parte falso, quia indiuiduum est, quod præstitit sacramentum. ex Ambrosio in libro de Paradiso capite 12 in eodem *can. pura & simplex testimonii senes intimanda est 17. 3. quest. 9.* Vnde testis h in parte reperiatur falsus in totum falsus æstimatur. deducit *Antonius Gabriel communium Conclusionum lib. 7 titulo de Maleficiis conclus. 4. per totam.* Reprime 3. in sententia, quia indiuidua est. *Boerius decis. 73. num. 3. & sequentibus. Afflictus decis. 218. num. 4.* Hinc simpliciter regula reprimitur in re indiuidua Ex Vlpiano libro 13. ad Edictum in *l. Pedius libro 9. & Pomponius libro 33. scribũt 7. §. in Seruum Labeo compromitti non posse libro 11. scribit ff. de receptis arbitris, & qui arbitrium recipiunt, ut sententiam dicant.* sequitur *Alciatus libro 5. ad dictam l. 1. § sed si mihi ff. de verborum obligationibus. Rota part. 2. diuersorum decis. 318. num. 3 Gratianus Forensium disceptationum part. 1. cap. 141. num. 11.* In summa uero diuidua utile per inutile non uitiatur. *Mariscottus variarum resolutionum libro 2. cap. 4. num. 2. Rota apud Coccinum decis. 522. num. 9.*

Vtilitas publica, priuatę præfertur utilitati. ex Pelagio Papa Secundo Benigno Archiepiscopo in *can. Scias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis. 35. 7. q. 1.* ad medium, rationem dicente: *Nam plurimorum utilitas, unius utilitati, aut uoluntati præferenda est.* Rationem quoque Leo dixit Papa Anatolio Episcopo scribens in *can. quę ad perpetuam utilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione uarientur 3. 25. q. 1.* subnectente: *Nec ad priuatum trahentur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa.* ubi gloss. uerbo *nec ad priuatum.* & ipsa sic infert: *Communis utilitas priuatę præiudicat. ut 7. q. 1. scias.* & ex Gregorio Cyriaco Episcopo in *can. in scripturis uestris nos magnopere requiem quęsisse narratis 9. ad medium 8 q. 1.* exemplum proferente ex Domino nostro, inquiendo: *Si enim unigenitus patris pro explenda utilitate omnium de secreto patris egressus est ad publicũ nostrũ; nos quid dicturi sumus si secretum nostrum prępoimus utilitati proximorum?* Vtilitas ergo publica priuatæ præferenda. Hinc est etiam, quod, utilitas publica uidetur semper excepta ab omni dispositione. & hoc pro regula statuere generali Imperatores Theodosius, & Valentinianus in *l. sancimus nullam nauem 2. fine finali in fine C. de nauibus non excusandis libro 10.* disponentes: *Quod etiam in omnibus causis obseruari ut Generaliter, si quid cuiuscumdi contra Ius, uel utilitatem publicam in quolibet negotio proferatur, non valeat.* Quæ lex est etiam relata ex eidem in *l. iubemus nullam nauem 10. C. de Sacrosanctis Ecclesiis.* & habetur ex Iustiniano Cęsare in *l. iubemus nemini licere 23. fine finali C. de cursu publico & angariis, & perangariis libro 12.* dicente atque decernente: *Exceptis procul dubio iis, qui pecunias publicas deuehunt.* loquitur *Afflictus decis. 289.* Et ita respondit Innocentius tertius Clericis Rauennatensis Ecclesiæ in *cap. Bonę memorię Guidesmo Archiepiscopo vestro viam uniuersæ carnis ingresso 3. de postulatione prælatorum.* verbis edicens: *Vnde non immerito pręferentes speciali utilitati communem, & minori maiorem. &c.* unde *Glossa* verbo *communem* infert: *Et ita publica utilitas præfertur priuatæ.* deducit *Nauarrus cons. 6. num. 1. lib. 1. de constitutionibus.* plura *Ioannes Stephanus Duranti Senatus Tholosani q. 28.*

Vtilitatis, & necessitatis causę, ab auaritiæ, & pręsumptionis proprieque voluntatis differunt. *Alia etenim est causa utilitatis, & necessitatis, alię auaritię, uel præsumptionis, aut propriæ voluntatis.* Ita Anterus Papa Episcopis Bœticę, & Toletanæ Prouinciæ scribens in *can. mutationes Episcoporum scitote communi utilitate, atque necessitate fieri licere; sed non propria cuiusquam voluntate, aut dominatione 34. 7. q. 1.* in fine. probans id exemplo, atque inferens: *Petrus Sanctus Magister noster, & princeps Apostolorum de Antiochia utilitatis causa translatus est Romam, ut ibidem potius proficere posset. Eusebius quoque de quadam parua Ciuitate Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de Ciuitate, in qua ordinatus erat, electione Ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, auctoritate huius sanctæ Sedis, & communi Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum.*

Vulnerato Pastore curandis ouibus medicinã nullus adhibet. ex Gregorio Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum in *can. fertur simoniaca hæresis 28. ad finem 1. q. 1.* Dicentem excipe Gregorium: *Vulnerato namque Pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? Aut quomodo populum Orationis clypeo tuetur qui iaculis se hostibus feriendum exponit? Aut qualem ex se fructum producturus est cuius grani peste radix infecta est?*

Vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam, ferro necesse est ut abscindantur. Syricius Papa ad Himerium Tarraconensem Episcopum in *can. quia aliquanti, de quibus loquimur. 4. in fine distinct. 82.* nec dissimilibus verbis Symmachus Papa in Sexta Synodo Roma-

Romana in *can. in canonibus in Gangresi Ecclesia, Apostolica auctoritate conditis* 17. *in fine* 16. *q.*1. verbis enuncias: *Ferro enim abscindenda sunt vulnera, quę fomenta non sentiunt.* Concordatque Prosper libro 2. de vita contemplatiua capite 7. in *can. Ecce autem crimina quorumlibet* 18. 24. *q.*3. persuadens quod si qui correpti sunt non se emendauerint: *tamquam putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscindi: ne, sicut caro morbis emortua, si abscissa non fuerit, salutem reliquiæ carnis putredinis suę contagione corrumpit, ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus deprauatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo sua perditionis inficiant.* Proinde

Vulneri canceroso ignitum iniiciendum est ferrum. Ambrosius vt dixit in libro pastorali in *can. reperiuntur quamplurimi negotio muneris perituri* 7. *non longe post principium.* 1. *q.*1. verbis exprimens: *Proinde quia vsitatum est tantum malum,* (de simonia verba faciens) *& maiorum frequenter constat mucrone succisum; Nos quoque huic vulneri canceroso ignitum (quod superest adhuc) iniicimus ferrum; decernentes omnino &c.*

Vulnus vbi infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. ex Innocentii Papa Rufo, & aliis Episcopis in *can. ventum est ad tertiam quæstionem* 18. *post principium* 1. *q.*1. verbis edicente: *Vbi vulnus infixum est, medicina est adhibenda, qua possit recipere sanitatem. Quę sanitas post vulnus secuta sine Cicatrice esse non poterit.*

Vulnus etiam sine Cicatrice esse non potest, dixitque Damasus Papa epistola 4. de Coepiscopis in *can. per illicitam manus impositionem* 25. *q*7. & ipse verba proferens: *Vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam adhibere; qua, infixa sanetur macula.* & repetitur *can. per illicitam* 3. 9. *q.*1.

Vulnus iteratum sanatur tardius. Augustinus in libro soliloquiorum in *can. inanis est pœnitentia, quam sequens culpa coinquinat* 12. *de pœnitentia dist.*3. subsequens: *Vulnus iteratum sanatur tardius: frequenter peccans, & lugens vix veniam meretur. Nihil prosunt lamenta, si replicantur peccata.* inferens in fine: *Propositum bonæ vitæ conserua iugiter.* vbi *Glossa* verbo *tardius* infert ex Ouidio

*Vulnus Achilleo, quod quondam fecerat hostis*
*Vulneris auxilium Pelias hasta tulit.*

Vulnera quæ sola admonitionis auctoritate non corrigimus necesse est, vt per seueritatem congruentem regulis vindicemus. ex Cœlestino Papa ad Episcopos Apuliæ, & Calabrię in *can. docendus est populus non sequendus* 2. *dist.* 62 vbi *Glossa* verbo *per seueritatem.* explicat: *Scilicet per excommunicationem. Ferro enim resecanda sunt vulnera.* Quia vt Innocentius Tertius in Concilio Generali statuit in *cap: irrefragabili constitutione sancimus* 13. §. *Cæterum si canonici, in fine de officio Iudicis ordinarii.* Episcopo mandans, ac dicens: *Taliter eos per censuram Ecclesiasticam cognita veritate castiget, quod metu pœnę talia de cætero nō pręsumant.* vbi *Glossa* finalis verbo *metu pœnæ.* rationem infert: *Sic enim ferro abscindenda sunt vulnera quę fomentorum non sentiunt disciplinam.* Deferens, iuxta illud Horatii in Epistolis:

*Oderunt peccare boni virtutis amore:*
*Oderunt peccare mali formidine pœnę.*

Vulnerum cicatrices, quod Christus Dominus noster post mortem in resurrectione retinuerit, plures sunt Causę. Prima propter gloriam ipsius Christi; vt in perpetuum Victoriæ suæ circum ferat triumphum. Sic in illo Regno glorię ęternæ in corporibus Martyrum videbimus Cicatrices. secundum Augustinum; quibus non deformitas, sed dignitas erit; & quædam quasi in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit. 2. ad confirmandum corda discipulorum circa fidem resurrectionis 3. vt Patri pro nobis supplicans, quale genus mortis pro homine pertulerit, semper ostendat. 4. vt sua morte redemptis, quàm misericorditer sint adiuti, præpositis eiusdem mortis indiciis, insinuet. Postremo; vt in Iudicio, quàm iustè damnentur, ibidem denunciet. Secundum Augustinum. sicut demonstrauit Thomæ non credenti, nisi tangeret, & videret. Ita etiam inimicis vulnere demonstraturus est sua; vt conuincens eos veritas dicat. Ecce hominem, quem Crucifixistis, videtis vulnera, quę infixistis, agnoscitis latus, quod pupugistis, quoniam per vos, & propter vos apertum est; nec tamen intrare voluistis S. *Thomas* 3. *parte q.*54. *art.*4. *in corpore.* vbi etiam *ad* 1. dicit: quod in illis locis vulnerū specialis quidam decor apparebit. Vtinam dignissimus illa sacratissima vulnera conspicere. vt dicamus cum Thoma iam credentes *Dominus meus, & Deus meus.* & cantemus gloriam Domino. & misericordias domini. quoniam non sumus consumpti.

Vxor viro à Deo præparatur (Prouerbiorum 19) deduxit Innocentius Papa Ruffo, & Eusebio, & cœteris Episcopis Macedoniæ in *can. deinde proponitur, non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit, atque amiserit vxorem* 3. §. *sed obiicitur, quod in baptismo. dist.* 26. Innocentium excipe: *Vxorem ducere crimē est, an non est crimen? Si crimen est. ergo (pręfata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui, vt crimina committerentur, in paradiso pręcepit, cùm ipse eos benedixit:* (Genesis 1.) *Si vero non est crimē quia, quod Deus instituit, nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit: (Etenim à Deo præparatur viro vxor.) Quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo creditur consumatum. &c.*

Vxor dicitur pars viri id est pars corporis eius. ex Stephano Papa V. Hattulpho in *can. admonere te cum lacrymis, & multo gemitu cordis curamus* 8. *in ipso principio* 33. *q.*2. dicente: *Nam occidisti vxorem tuam, partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam.* sequitur *Glossa in can. studeat sanctitas tua persuadere Episcopo tuo* 39. *in fine distinct.* 50. verbo, *& sui,* Vnde est, quod: Quorum vnum corpus est,

vnus

vnus debet esse animus: ex Vrbano Secundo Sancio Regi Aragonum in *can. de neptis tuę coniugio 3 ad medium 31. q. 2.* nec diuersi-mode Gregorius Hadriano Panormitano Notario in *canone Agathosa lutrix præsentium quæsta est. 21. 27. q. 2.* in fine. Ratiom referens: *Quia post quam copulatione coniugii, viri, atque mulieris vnum corpus efficitur; non potest ex parte conuerti, & ex parte in seculo remanere.*

Vxor proinde non nisi magna ex causa præsumitur velle, & optare, discedere à viro, cum inter ipsum, & mulierē sit magna coniunctio, & strictior aliis. quia vnum corpus efficiuntur. & erunt Duo in carne vna dixit Adam (Genesis 2. & Paulus Apostolus Ephesiorū 5. sequutusque fuit Innocentius tertius Meten Episcopo scribens in *cap. debitum pastoralis officii 5. de bigamis non ordinandis*. Nec diuerso modo Gregorius *Venerio* Caralitano Episcopo in *can. Fraternitatis vestra studio sę sagacitati 1. 35. q. 10.* proferens verba quæ Deo inspirante dixit Adam (Genesis 2.) *Quam ob rem relinquet homo patrem, suum, & matrem, & adhęrebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna.* sequiturque Cardin. *Zabarella cons. 9. nu. 13 in fine.* in antiquis in nouis vero *nu. 7.* eodemque modo Hieronymus in *can. Ebron dicitur esse Ciuitas quatuor virorum 2. in fine 23. q. 2.* verbis dicens: *Quos coniunxit vnum coniugium, coniungat vnum sepulchrum, quia vna caro sunt; & quos Deus coniunxit. homo non separet.*

Vxor Clerici coniugati, est de foro Ecclesię ad textum Vrbani Secundi in Synodo apud Melphiam in *can. eos qui post subdiaconatum vxoribus vacare volunt. 10. dist. 32.* ibique *Glossa* verbo *eos qui* in fine: Rationem reddens: *Quia legitima vxor sortitur forum ex persona viri.* inferens: *Ad hoc potest dici, quod cum sit de familia sacerdotis, est de foro Ecclesię, sicut & alii qui sunt de familia eius. & ideo censetur de foro Ecclesię.* Ex Gregorio Ianuario Caralitano Episcopo in *can. indicatum est nobis, quod laicis quibusdam curam vestrę patrimonii commiseritis 5. distinct. 89.* mandando: *Quod si ita est, districtè à vobis discuti conuenit, atque inter eos, Ecclesiæ que vestra rusticos causam examinare subtilius. Et quid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna legibus statuta reddere compellantur.* ibique *Gloss.* verbo *inter eos.* Ex Vlpiano lib 6. fideicommissorum in *l. cum quadam puella apud competentem Iudicem. 19. ff. de Iurisdictione omnium Iudicum.* & sequitur *Glossa* in *can. Clericum cuiuslibet ordinis 3. in Glossa 1. 11. q. 1.* rationem reddens: *Quia sortitur forum vxor ex persona viri. & eodem gaudet priuilegio* vxor, & filius. quo Clericus. ex Constantino Cęsare in *l. 1. & l. 2. C. de Episcopis, & Clericis.* Verba damus Constantini: *Omnibus Clericis huiusmodi prerogatiua succurrat; vt & coniugia Clericorum, ac liberi, eorum quoque ministeria: id est mares pariter, & fœminę, eorumque etiam filii, & alia immunes semper ab huiusmodi muneribus perseuerent.* plura cumulat *Camillus Borellus ad Speculum Belluca rubrica 11. §. videamus de Clericis.* uerbo *Clericis.* noster *Maranta in speculo part. 4. in 11. distinctione Iudiciorum Iudicū aliud Ecclesiasticum aliud seculare nu. 5. Bellectus Disquisitionis Clericalis titulo de fauore Clericorum personali §. 8. num. 1.* nos in nostro *Apologetico pro Iuribus Ecclesię* Romę presso *à nu. 155. ad 180. Diana moralium resolutionum part. 1. tract. 2. resolut. 50. & part. 4. tract. 1. resolut. 78. Squillantes de priuilegiis Clericorum cap. 7. nu. 34. & cap. 8. nu. 12.* Etiam viro mortuo, si in viduitate permanserit. ex Vlpiano libro 1. sententiarum in *l. filii 22. §. vidua ff. ad municipalem. & de incolis.* verbis docente: *Vidua mulier amissi mariti domicilium retinet exemplo clarissimę personę per maritum facta.* ibique *Glossa* verbo *domicilium. Bellectus titulo de fa. clericorum reali §. 1. nu. 25. Squillantes d. cap. 7. nu. 34 in fine.*

Vxores proinde Equitum Sācti Iacobi, & aliorum militiarum gaudebunt immunitate, qua ipsarum fruuntur Viri. *Barbosa de officio, & potestate Episcopi allegat. 43. nu. 15.*

Vxor à viro interim separari minime debet, quod super validitate discutiatur matrimonii: Quia interim iure, quod habet in altero, priuari non potest. Clemens respondit tertius in *capit. laudabilem 2. extra vt lite pendente nihil innouetur.* Quod tamen exaudi si attentatum fuerit, & attentata sint turbida, sicut vero si clara. *Rota apud Duranum decis. 31 nu. 12. & 13.*

Vxor virum sequi debet, siue in uita siue in morte. ex Augustino in *can. vna quæque mulier sequatur virum suum, siue in vita siue in morte 3. 13. quæst. 2.* Non tamen vagantem. vt *Glossa* ibidem exprimit vebo *sequatur.* ex Concilio apud Vermerias à *can. si quis necessitate ineuitabili cogente 4. 34. q. 2.* ibique *Glossa* verbo *eum sequi.*

Vxor proinde humari debebit in sepulchro viri sui vna, cum eo, quia vna caro sunt. vt quod Deus coniunxit homo non separet. ex Hieronymo in *can. Ebron dicitur esse Ciuitas quatuor virorum 2. in fine 13. q. 2.* Poterit tamen sibi eligere sepulturam vbi maluerit, sicut vir potest sibi illam eligere. ex Lucio tertio in *cap. de vxore vero 7. extra de sepulturis.* in fine rationem referens: *Cum electio ista ad eum potius statum pertineat, in quo mulier sequitur à lege viri*, sequiturque *Glossa* in *can. si quis necessitate ineuitabili cogente. 4. 34. q. 2.* verbo *eum sequi.* Quod si mulier plures habuerit viros, vltimum quo ad sepulchrum sequi videtur ni aliam sibi elegerit. ex *Glossa* in *ca. vnaquaque mulier sequatur virum suum, siue in vita, siue in morte 3. eadem 13. distinct.* verbo *in morte.*

Vxor propriè dicitur, quæ à viro cognita est: Quamuis & impropriè sponsa vxor dicitur ante, quàm cognita carnaliter fuerit. ex Gregorio Mauritio Imperatori in *can. qui desponsatā puellam proximi sui acceperit in coniugium 12. 27. q. 2.* Rationē reddente: *Nam diuinæ legis est mos, sponsas appellare coniuges: vt in Euangelio:* (Matthæi 2.) *Accipe Mariam coniugem tuam.* vbi *Glossa* verbo *vxor.* id est carnaliter conscenda explicat.

Vxor

Vxor sui corporis potestatem non habet, sed vir, atque è contrà. ex Apostolo Paulo (1. ad Corinth. 7. 4.) dicente: Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir. Similiter autem & vir sui corporis potestatem non habet, sed mulier. Deduxit Lucius Tertius Burgensi Episcopo respõdens in cap. cum causam, quę inter E militem, & vxorem eius vertitur 6. extra de raptoribus, & incendiarijs, & violatoribus Ecclesiarum. verbis edicens: Pręterea cùm post matrimoniũ carnis commixtione perfectum (teste Apostolo) vxor sui corporis potestatem non habeat, sed maritus, & è conuerso. Eodemque modo Pisano Archiepiscopo Alexander Tertius in cap. quidam intrauit monasterium inuita vxore 3. de conuersione coniugatorum. in fine rationem afferens: Vnde Apostolus: Vir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Ita quidem vt maior sit coniunctio viri, & vxoris, quam patris, & filii. Non enim pater & filius duo sunt in carne vna, sicut maritus & vxor, quia vir, & mulier caro vna effecti sunt. Innocentius Papa Exuperio Tolosano Episcopo respondit in can. si quis ex vno coniugio. 3. in fine 30. q. 4. ibique Glossa verbo Caro. & Glossa in can. quod autem vxor cum marito 6. siue finali eadem 30. q. 4. verbo reperitur. in fine. dicens: Vel forte vir, & vxor non reputantur plures, cùm una caro esse probantur. sequutus fuit Menochius de præsumptionibus libro 4. præsumpt. 82. nu. 62. & Philippus Testay siculus allegat. 3. nu. 15. diximus respons. nostra 34. nu. 26. part. 2. Ita quidem vt

Vxor non præsumatur quod tenuer se carnaliter cognosci à viro suo. Cùm alioqui vxor, cum carnaliter non cognoscatur à viro suo efficiatur inquieta, & crudelis. dixit Rota in Calaguritana Diuortii 13. Iunij 1584. coram Bubalo decis. 27. nu 4. & 5. post primum volumen Consiliorum Farinacii.

Vxor sub viri potestate est. Sic nempe in pœnã, quod serpenti autes dedit, Dominus Deus Euæ imposuit (Genesis 3. 16.) Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Et Rationẽ reddit Isidorus libro 2. de officiis capite 19. in can. fœmina dum maritantur 7. 30. q. 5. dicens: Fœminę dum maritantur, ideo velantur, vt nouerint se semper maritis suis subditas esse, & humiles. Quia nimirum caput mulieris vir est. vnde debet subiici viro, sicut capiti suo. ex Hieronymo. super epistolam ad Titum in can. cum caput mulieris vir sit. 15. 33. q. 5. verbis rationem reddente, dicenteque: Cum caput autem viri Christus, quęcumque vxor non subiicitur viro suo, hoc est capiti suo; eiusdem criminis rea est, cuius & vir, si non subiiciatur Christo capiti suo. & Augustinus libro Quæstionum veteris testamenti questione 45. in can. mulierem constat subiectam Dominio viri esse, & nullam auctoritatem habere 17. eadem 33. quæst. 5. Rationem reddidit idem Augustinus in Epistolam ad Corinthios in caput 2. in can. mulier debet velare caput, quia non est imago Dei. 19. eadem 33. q. 5. subsequens: Sed, vt ostendatur subiecta, & quia prævaricatio, per illam inchoata est. Vnde Paulus libro 7. responsorum in l. ea, quæ à marito suo pecuniam ex causa donationis acceperat. 58. in ipso principio ff. de donationibus inter virum, & vxorem. Mulierem inducit viro scribentem. Cum peteret mihi à te, Domine charissime Dominum itaque illum appellat. Vxores itaque viros suos vt Dominos venerari decet. deduximus respons. nostra 34. nu. 26 & 27 part. 2. plura habes ex Filino in cap. illud 11. de probationibus nu. 11. versic. an autem liceat vxori. Signoralus cons. 63. Genuensis in practicabilibus Ecclesiasticis q. 690. num. 3. & sequentibus. Hinc Lucretia apud Ouidium 2. fastorum de viro loquens dixit:

Mittenda est Domino nunc; nunc properate puellę,
Quam primum nostra facta lucerna manu.

Vxor viro duplicem debet seruitutem, vnam quoad debitum reddendum; alteram, quoad ministerium exhibendum. atque ita vxori vir. Glossa in can. quod Deo pari consensu ambo voueritis 4. 5. est quidem pro modulo personę. 33. q. 5. verbo nunc in fine. vbi in principio infert: quod Vxor non possit facere eleemosynam sine licentia viri. inferens: Sed istud intelligas de rebus dotalibus. Nam dominium rerum dotalium est penes mulierem de iure naturali; de Iure Ciuili est penes maritum. Ex Imperatoribus Caio, Carimo, & Numeriano in l. doce ancillã, de qua supplicas 9. C. de rei vendicatione. ibique Glossa verbo requisiuisse.

Vxor, quę dat viro licentiam vt possit ad sacros promoueri ordines, & ipsa vouisse videtur. Viro proinde mortuo, alium ducere virum nec poterit. Ex Gregorio Leoni Episcopo Catanensi in can. multorum relatione comperi 20. 27. q. 2. vbi Glossa verbo suspendit. Quia mulier præsumitur vouisse. Concordat Leo nonus contra Epistolam Nicætę Abbatis in can. sertatim, & aperte prosequemur 14. in fine dist. 32. verbis illis: Nec cuiquam nubere in vita, aut post mortem illius. ibique Glossa verbo post mortem.

Vxor si adulteretur, quod vir eidem reddere deneget debitum, excusatur à pena, ita vt nec possit illam dimittere; quia damnum dedisse videtur, & in causa fuisse, vt illa adulterium committeret. ex Ioanne Chrysostomo in can. si tu abstines sine vxoris voluntate. 24. 27. q. 2. verba excipe: Si tu abstines sine vxoris voluntate, tribuis ei fornicandi licentiam; & peccatum illius tuæ imputabitur abstinentiæ. ibique notat Glossa verbo imputabitur. Concordare videtur Alexander Tertius in can. significasti quod quidam 4. de diuortiis. ibique Glossa verbo materiam adulterandi. tradit Barius decis. 297. nu. 15. & tradit Gloss. in cap. intelleximus, quod cum S. laicus 6. extra de adulteriis, & stupro verbo mutua compensatione.

Vxorem, qua cum votum emisit castitatis, vel sacerdos efficiatur, vel diaconus, vel subdiaconus, carnaliter cognoscens vir, incestum committit, & filii erunt illegitimi. vnde inuadere illam dicitur; quia iam vxor non est, quò ad debitum reddendum. ex Lucio Papa in can. ministri altaris Presbyteri, siue diaconi. 19. distinct. 81. verbis edicente: Si verò post ordinationem suam ministros contingerit propriis vxo-

*ris inuadere cubile, sacrarii non intret limina &c.* ibique *Gloss. prima.* verbo *propriæ vxoris.* quæ adnotat verbum illud : *inuadere* . dicens rationem : *Quia iam non est vxor quò ad debitum reddendum.* ex Concilio Agathensi *in can. Episcopus benedictionem diaconatus minoribus, quàm vigintiquinque annorum , penitus non committat* 6. *dist.* 77. verbis illis : *vt sequestrato mansionis cubiculo.* ibique *Glossa* verbo *sequestrato* . Imo fecit *Gloss. d. can. ministri altaris* 19. d. verbo *propria vxoris.* in fine dicens : *& plus peccat cũ ista, quàm cum soluta* . Quia incestus est . ex Hugone .

Vxorem in adulterio comprehensam non licet absque peccato viro occidere . ex Nicolao Papa Albino Archiepiscopo in *can. inter hæc sanctitas vestra addere studuit* 6. 33. *q.* 2. in fine concludens : *Sed Sancta Dei Ecclesia mundanis numquam constringitur legibus : gladium non habet , nisi spiritualem : non occidit , sed viuificat.* & notat *Glossa* ibidem in *glossa prima* . deducit Card. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 5. *cap.* 6. *nu.* 19. & defert Rationem quandam *Glossa* in *can. decenter omnibus placet* 6. *distinct.* 89 verbo *aut sanguine* . verbis dicens: *Item sicut magis punitur , qui interficit vxorem, quàm matrem : quia proniores sunt homines ad illud faciendum* . Allegat ex Stephano Papa V. Hastulpho in *can. admonere te cum lacrimis , & multo gemitu cordis curamus* 8. 33. *q.* 2. vbi eum crudeliorem bestia appellauit : *Nam occidisti vxorem tuam,* (inquiente) *partem corporis tui, legitimo matrimonio tibi sociatam , sine causa mortis, non tibi resistentem, non insidiantem quoquo modo vitę tuæ. Non inuenisti eam cum alio viro nefariam rem facientem : sed concitatus à diabolo. impio furore inflammatus, latronum more atrocius cum gladio tuo, crudelior omni bestia , interemisti* . Grauiter ergo peccat vxorem occidens. tractant *Theologi in* 4. *dist.* 37. plura *Capeauilla de casibus reseruatis part.* 2. *cap.* 3. *de homicidio q.* 2. *in* 8. *consideratione* .

Vxor diabolus quandoque appellatur . Sic nẽpe *Glossa* notabilis in *can. si enim, inquit, omnis qui natus est ex Deo, non peccat* 40. *col.* 2. *in principio. de pænitentia distinct.* 2. qui canon est Hieronymi contra Iouinianum libro 2. in principio . Verba damus Hieronymi : *Iesus quoque Filius Iosedech Sacerdos Magnus, quamuis in typo præcesserit Saluatoris , qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus Ecclesiam copulauit : tamen secundum litteram post sacerdotium sordidatus inducitur, & stat diabolus à dextris eius, & candida illi vestimenta deinceps redduntur.* vbi *Glossa* verbo *diabolus.* idest vxor sua. commentum agit. Est ergo vxor diabolus. Conuenit cum illo (*Iob.* 2.) vbi vxor tentatoris vice, quasi diabolus, fungitur, dicens: *Adhuc tu permanes in simplicitate tua , benedic Deo, & morere* . Sed quasi tentatori eidem respondet patientissimus vir: *Quasi vna ex stultis mulieribus locuta es : Si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non suscipiamus?*

Vxor cum credat se viro de corpore, dignum est, ut credat de dote restituenda . argumento ex Canonibus Apostolorum in *can. præcipimus , ut in potestate sua Episcopus Ecclesiæ res habeat.* 24. 12. *q.* 1. in ratione , quam reddunt: *Si enim animæ hominum pretiosiores illi sunt creditæ, multo magis oportet eum curam pecuniarum gerere* . ex quo loco *Glossa* uerbo *multò magis* . sequentibus deducit argumentum: *Simile est, quod ostendis Ius*: *Ex quo mulier credit se uiro de corpore ; dignum est ut credat de dote restituenda : Vnde non tenetur vir dare fideiussorem de dote restituenda, nisi vir labatur in facultatibus* . Ex Innocentio tertio Archiepiscopo , & Archidiacono Genuensi in *cap. per vestras litteras intimasti* 7. *de donationibus inter virum, & vxorem , & de dote post diuortiũ restituenda.* §. *cum ergo.* Dicente Innocentio: *Cum ergo satis possit et modicum credi dotis , cui creditum est corpus vxoris . Mandamus quatenus dotem assignari facietis eidem, sub ea, quam potest cautionem præstare* . & decreuere Gratianus, Valentinianus , & Theodosius Imperatores in *l.* 1. *C. ne fideiussores , & mandatores dotium dentur* . Abolendo legem , quæ præceperat; *Vt viris vxorẽ fideiussor seruandæ dotis exhibeat.* deducit *Genuensis* Episcopus Ileraten in *practicabilibus* Ecclesiasticis q. 723.

Vxori tamen ob uiri sęuitiem ne detrimentũ patiatur cauendum erit Ex Alexandro tertio in *cap. ex transmissa nobis* 8. & Innocentio tertio Bituricensi Archidiacono in *cap. litteras tuas recepimus* 14. *de restitutione spoliatorũ* ibique *Doctores* . dixitque *Rota* in *Taurinen dissolutionis matrimonii* 1590. *coram Card. Platto decis.* 75. *nu.* 8. *in fine post primum volumen Consiliorum Farinacii.* ibique plene Crnichnus Addens. littera C.

Vxor eleemosynas facere non potest de rebus dotalibus ; quia illæ marito datæ fuere pro oneribus matrimonii substendis poterit tamen cum licentia viri. Secus tamen de rebus paraphernalibus, quę altra dotem sunt . ex Augustino ad Editiam in *can. quod Deo pari consensu ambo voueratis.* 4. *ad medium* 33. *quæst.* 5. ubi peroptima *Glossa* uerbo *Hunc.* Poterit tamen uxor nonnullis in casibus eleemosynas elargiri ex bonis ipsis uiri. 1. ut opem, & gratiam diuinam à Deo impetret in bonum mariti tali remedio indigentis 2. si aliquid si uxor subtrahat ex proprio uictu , suum fraudans genium, ut in eleemosynam tribuat 3. si maritus diues sit , & prorsus negligens in eleemosynis elargiendis. 4. si mos in Prouincia uigeat , ut uxores eleemosynas tribuant. 5. si dederit in extrema necessitate, uel quasi existenti, laborantique. Nam scriptæ, & humanę leges naturali Iuri derogare non possunt. Modicas autem eleemosynas si uxor eroget, scrupulus illi per Confessarium fieri minime debet , utputa si parum panis , uel uini, olei, uel salis dederit. Quod est enim modicum pro nihilo ęstimatur. plenè *Ioannes Azorius Institutionum moralium part.* 2. *libro* 12. *capite* 10. *q.* 4. *cum sequentibus* . Decem autem Casus enumerat Card. *Toletus Instructionis sacerdotalis lib.* 8. *cap.* 29. *Nauar. manuali cap.* 17. *num.* 106. & tractatu *de eleemosyna in can. quiescamus distinct.* 42. *nu.* 64. & 65.

Vxor

Vxor, quæ uiro mortuo iuste putato, quod ad bellum iuerit, nec reuersus unde pro mortuo habitus fuerit, uiro alteri nupta fuerit. Redeunte primo uiro ad illum redire debet nec uir ipse in malum habere debet, quod illa secundum duxerit uirum. Nam inculpabile Iudicandum, quod necessitas intulit, & restituendum, quod fides poscit. ex Leone Papa Nicætæ Aquileensi Episcopo in *can. cum per bellicam cladem.* 1. 34 q. 1.

Vxor pro marito excommunicari non debet. ex Augustino ad Auxilium Episcopum in *can. si habes de hac re sententiam certis rationibus uel scripturarum testimoniis exploratam.* 1. post principium 24. q. 3. uerbis edicente; ac petente ab illo Episcopo iuniore: *Quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius; aut pro mariti uxor*. ubi *Glossa* uerbo *aut pro mariti.* infert: Nec etiam Ciuiliter *uxor pro marito conuenitur*. C. *ne uxor pro marito l. 1. Nisi in casu, ubi res uxoris pro marito intelliguntur obligatæ.*

Vxori adulteræ, & pœnitentiam agenti tenetur maritus ignoscere. sicut Dominus mulierem in adulterio deprehensam (Ioannis 8. dimisit dicens: *Nec ego te condemnabo, vade & deinceps noli peccare*. Ad quæ verba Augustinus Pollentium de adulteris coniugiis libro 2. capite 6. in *can. quod autem tibi durum videtur, vt post adulterium reconcilietur coniugi coniux* 7. *in fine* 32. q. 1. commentum agit subsequens: *Quis non intelligas debere maritum ignoscere, quod videt ignouisse Dominum amborum? Nec iam se debere adulteram dicere, cuius pœnitentis crimen diuina credit miseratione deletum?* Notatque ibidem *Glossa* verbo *pœnitentis*, petens: An adultera post pœnitentiam accusari possit? & prosequitur in *can. sequenti*: dicens idem Augustinus: *Non erit turpis, neque difficilis etiam post perpetrata, atque purgata adulteria reconciliatio coniugum: vbi per claues regni cælorum non dubitatur fieri remissio peccatorum: non vt post viri diuortium adultera reuocetur: sed vt post Christi consortium adultera non vocetur.* Rationem reddit Ambrosius in *can. sequenti cum renunciatur improbitati* 9. dicens: *Egressus enim malitiæ; virtutis operantur ingressum: eodemque studio, quo crimen excluditur innocentia copulatur.*

Vxorem contra naturam cognoscere, quàm cum matre coire. ex Augustino de adulterinis coniugiis in *can. adulterij malum vincit fornicationem: vincitur autem ab incestu* 11. 32. q. 7. verba sunt Augustini: *Sed iste qui est contra naturam, execrabiliter fit cum meretrice, sed execrabilius in vxore.*

Vxorem vir carnaliter cognoscere non debet menstruorum tempore. Quia partus si tunc concipiatur multis notatur defectibus ex sanguine infecto. vnde etiam leprosi nascuntur filii. ex Gregorio ad Augustinum Anglorum Episcopum in *can. ad eius vero concubitum vir eius accedere non debet* 4. *siue finali dist.* 5. ibique *Glossa* verbo *ablactauerit*. Rationem, & ipsa reddens: *Quia ex tali coitu nascuntur morbosi, & leprosi*. Non tamen impedimento est mulieri tempus, quo in menstruis est, eaque patitur, quin ad Ecclesiam accedere valeat eamque intrare: *Quia ei naturæ superfluitas in culpam, non valet imputari. & per hoc, quod inuita patitur, iustum non est vt Ecclesiæ ingressu priuetur*. Idem prosequitur Gregorius ibidem.

Vxor, atque vir ad imparia iudicari non debent in vsu matrimonii. Sicut ergo non nisi ex causa fornicationis vxor dimitti non potest; & si dimissa fuerit, manere debet innupta, ita & vir. ex Hieronymo ad Oceanum de morte Fabiolæ in *can. præcepit Dominus vxorem non debere dimitti, excepta causa fornicationis* 19 32. q. 5. inferente: *Quidquid iuris iubetur, hoc consequenter redundat in feminis. Neque enim adultera vxor dimittenda est, & vir mœchus retinendus.* Rationem reddit *Glossa* ibidem verbo *redundat*. cõsequenter verba dicens: *Nam vbi par est ratio, par debet esse Iudicium.* Ad imparia ergo vxor, & vir iudicare debent. ex Augustino libro 1. de Sermone Domini in Monte capite 28. in *can. Nihil iniquius, quàm fornicationis causa dimittere vxorem, si & ipse conuincitur fornicari.* 1. *eadem* 32. q. 6. ibique plene *Glossa* verbo *conuincitur*. diximus quoque in superioribus verbo vir & vxor.

Vxorem propriam qui sine iusta causa adulterii occidit, & aliam duxerit. graui pœnitentia feriri debet, ita vt publicam agere teneatur pœnitentiam, quod si renuerit excommunicari poterit. ex Pio Papa in *can. quicumque proprium vxorum absque lege, vel sine causa, & certa probatione interfecerit* 7. 33. q. 2. & Ita Stephanus Papa V. Hastulpho respõdit in *can. admonere te cum lachrymis, & multo emitu cordis curamus* 8. *eadem* 33. q. 2. grauem eidem, quin grauissimam pœnitentiam publicam iniurgens, vel quod ad monasterium transiret. est enim omni bestia crudelior sæuities. His vero coniugium denegatur, exceptis adolescentibus. ex Indulgentia Leonis Papæ ad Rusticum in *can. in adolescentia constitutus* 14. 33. q. 2. deduxitque Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi Archiepiscopo scribens in *can. interfectores suarum coniugum* 5. *eadem* 33. q. 2. verba sunt Nicolai: *Quibus penitus coniugium denegatur, exceptis adolescentibus, de quibus est beati Leonis Papæ* 25. *regula Decretalium, imo indulgentia obseruanda.*

Vxorem vero sic indebite interficiens & dotẽ amittit, & donationem propter nuptias. deducit Regens *Franciscus de Ponte decis.* Regii Collateralis Consilii 24. *num.* 8. *cum sequentibus Ioannes de Amicis cons.* 3. *num.* 18. *Gratianus* Rotæ Marchiæ *decis.* 185. & apud *Carauiolum Siculum decis. Siciliæ* 2. *per totum.*

Z



Abuli in potestatem tradũtur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Duobus autem modis traduntur homines de Ecclesia in potestatem Zabuli. vno modo cũ delictũ manifestũ fit Ecclesię,& per sacerdotes de Ecclesia pellitur,per excõmunicationem, *vt spiritus saluus fiat indie Domini nostri Iesù Christi*. Alio modo,cum peccatum manifestum non fit hominibus, sed Deus, qui nouit omnia,ipse tradit eum Satanę. ex Hieronymo in librum iudicum homilia.secunda in *can.audi denique Apostolum dicentem, de eo,qui peccauerat 21.11.q.3.*

Zacharias sacerdos Pater Ioannis Baptistę dũ ministraret in templo in ordine vicis suæ, Angelus ei adsistit, & exauditum esse nunciauit. Lucę 1. deducitque Augustinus de baptismo contra Donatistas libro 6.capite 44.in *can. non ne Sodomitę ethnici erant, id est gentiles? 37.ad medium.1.q.1.*

Zacharias Romanus Pontifex Regem Francorum non tam pro suis iniquitatibus, quàm pro eo, quod tantæ potestati erat inutilis, à regno deposuit: Et Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in eius locum substituit omnesque Francigenas à iuramento fidelitatis,quod illi fecerant,absoluit. Ita Gregorius Papa in *can. alius item Romanus Pontifex Zacharias scilicet 3.15.q.6.* vbi *Gloss.* verbo deposuit.consequentiam infert: *Ergo Papa deponit Imperatorem.*

Zachæus Publicanus & diues mala acquisita, & quæ de fraudauerat in quadruplum reddenda putauit. *Et si quid aliquem de fraudaui reddo quadruplum.* Domino respondit.(Lucæ 19.8.) Ita: *Qui contra Ius societatis humanę furtis,rapinis, calumnijs, oppressionibus, inuasionibus abstulerit; reddenda potius, quam donanda censemus, Zachæi publica Euangelii* exemplo. verbis deducimus Augustini ad Macedonium in *can. non sane quidquid ab inuito sumitur, iniuriosè aufertur 15. in fine 14. quæst.5.*

Zacchęus ipse exemplum & aliud dedit, quod eidem Domino dixit apud (Lucam 19.8.) *Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus, & si quem aliquid defraudaui reddo quadruplum.* Quod non solum restituẽda sunt defraudata; sed ex propriis eleemosyna pauperibus facienda. Quod perpendit Octaua Synodus in *can. affectum illum in se recipiat pœnitens.10.in fine.26.q.7.* verbis enunciãs: *Sed,& in his ipsis,in quibus deliquit,agens multa contraria: Sicut Zachæus fecit.* vbi *Glossa* verbo *multa contraria.* infert: *Pœnitens enim contraria debet facere,pro quibus pœnitent: Quia contraria contrarijs curantur.* vt de *pœnitent. dist. 1. si quis semel.* verum est ex eadem Octaua Synodo *can. si quis semel notatus fuerit inuidię, vel contentionis vitio 1. de pœnitentia distinct.2.* consequentiam inferente: *Oportet ergo eum per contraria,atque aduersa curari;id est per humilitatis exercitium.*

Zelotypiæ sacrificium erat in veteri lege (Numerorum 5.14.) & est oblatio inuestigeos adulterium. & perpendit Gregorius in *can. in libro namque numerorum legitur Dominum precepisse Moysi 21.2.q.5.*

Zelotem se Dominus nostrum intimat:(Exodi 20.) dicens: *Ego sum Deus Zelotes,qui visito peccata patrum in filios, vsque ad tertiam, & quartam generationem.* Quod exaudit Augustinus magnitudine clementiæ: dum semper expectat ad pœnitentiam. Et quod in prima generatione delinquitur; non prius corrigit,& emendat, nisi & tertia, & quarta generatio venerit.deducit Gratianus in *can. homini, qui similis tui est, nocebit impietas tua 9.§.B contra Dominus ad* Moysem.2.q.4.

Zelo proinde magis amaritudinis, quam dilectionis inflammati dicuntur, qui peccantibus pœnitentiam, & consequenter misericordiam denegant. ex Decreto Bonifacii Papæ in *can. sunt nonnulli nullo dogmate fulti, audacissime quidem, zelo magis amaritudinis, quàm dilectionis inflammati.25.16.q.1.* Nam qui Zelum animarum habent, eas lucrari Domino solicite cupiunt. ex Alexandro Quarto Fratribus Prædicatoribus & Minoribus in *cap. non solum.2. in principio de regularibus, & transeuntibus ad religionem in 6.&*

Zelo disciplinæ iusti peccatoribus dedignantur, vt eos lucrentur non typho superbię. Quia nimirum vera Iustitia compassionem habet; falsa verò dedignationem. ex Gregorio homilia 34. in Euangelia in *can. vera iustitia compassionem habet 15.distinct.45.* Vnde

Zelus Domus Dei comedere debet Ecclesiasticos, Episcopos prę sertim & Pastores animarum. ex Innocentio tertio in Concilio Generali in *cap. relinqui nolumus incorreptum n. 5. quia verò Zelus nos comedit Domus Dei de custodia Eucharistię, chrismatis, & aliorum cramentorum.*

Zelus dupliciter: bonus,& malus. ex Concilio Toletano in *cap. custos solicitus debet esse de omni ornamento Ecclesię 2. sine finali in fine de officio custodis.* verbis illis: *Et non sit inuidia, neq; zelus inter illos.* vbi *Glossa* verbo *neque zelus.* explicat: *Id est odium: quia est, & bonus zelus, & malus. de malo hic intelligitur, sicut & bonus dolus; & malus dolus.* Ex Vlpiano libro 11. ad Edictum in *l. hoc edicto Prętor 1.§.non fuit autem contentus Prætor ff. de dolo malo.* verba damus: *Non fuit autem contentus Prętor dolum dicere: sed adiecit malum: quoniam veteres etiam bonum dolum dicebant: & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem, latronemue, quis machinaretur.* & plura notat *Glossella* Marginalis ibidem. & ita ex Cypriano

no de vnitate Ecclesię in *can. neque ad Cain munera respexit Deus 3.distinct.90.* verbis illis: *Neque enim pacatum habere Deum poterat, qui cum fratre pacem per zeli discordiam non habebit.* ibi enim *zelum* pro inuidia exaudit. proinde Cain Abel occidit. Quia inuidit illius munera accepta fuisse Deo, non sua.

Zelauit populum Moyses cum ex populo Idolatro, qui vitulum adorauarant, multos interfici iussit. (Exodi 32.) Nam disciplinam in postmodum sanxit. ex Augustino contra Faustum in *can. quid crudele Moyses aut mandauit, aut fecit 44.24.q.4.* Rationem inferente: *Nam cum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse, quod fecit; quis non ex verbis eis agnoscat, orantis pro peccato eorum, & dicentis. (Si dimittis illis peccatum, dimitte: Sin autem, dele me de libro tuo.* Zelus proinde hic, ex amore profectus fuit. Vnde infert: *Sic plane, & Apostolus* (1.Corint.5.) *non crudeliter tradidit hominē Satanę in interitum carnis, vt spiritus eius saluus sit in die Domini Iesu: tradidit & alios, vt discerens non blasphemare.* sic Augustinus.

Zelo namque iustitiæ inferenda vindicta est, non amore ipsius vindictę. ex Augustino ad Donatum Presbyterum in *can. mali sunt prohibendi à malo, & cogendi ad bonum 54 siue finali eadem 23.q.4.* vbi Gratianus §. *ex his omnibus intelligitur, quod vindicta est inferenda, non amore ipsius vindictæ, sed zelo Iustitię; non ... dium exerceatur, sed ... corrigatur:* ... mouet *Glossa* ibidem in cęsus figuratione.

Zelo proinde Catholicę matris Ecclesiæ licet, quandoque sęuire contra delinquentes vt neque homicidę arbitrandi fuerint, qui non nullos excommunicatos zelo Catholicę matris ardentes interfecere. vt Vrbanus Secundus Godefredo Lucano Episcopo respondit in *can. excommunicatorum interfectoribus 47.23.q.5.* Zelo itaque quod fit iustitiæ damnandum non erit. Sicuti ex Apostoli zelo infert Origines homilia 7. in Iosue in *can. sed illud non otiosè transmittendum est, quod vno peccante ira Dei super omnem populum venit 17.dist.45.* ad medium dicens: *Nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem:* (1. ad Corinth.5.) *Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt Spiritus saluus fiat.* Zelus est itaque bonus impuricta crimina non derelinquere. Nam Zelo disciplinę iusti peccatoribus dedignantur. ex Gregorio homilia 34. in Euangelia in *can. vera iustitia compassionem habet, falsa verò dedignationem. 15. eadem dist.45.* Rationem afferente distinctionis: *Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ aliud, quod Zelo disciplinæ. Dedignantur etenim, sed non dedignantes.* Hinc

Zelo Apostolicæ vltionis in ipso ortu sui simonia percussa, atque damnata est. Gregorius vt fatur Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum scribens in *can. fertur simoniaca heresis 28.1.q.1.*

Zelus tamen Dei non indiscrete prosequi debet. ex Rabano de Ecclesiasticis presbyteris libro 1. in *can. non in perpetuum damnamur 5.24.q.3.* sequentibus prosequente: *Multi Sacerdotum culpam zelo Dei prosequi profitentur. Sed dum indiscretè hoc agitur, sacrilegii facinus incurrunt: & dum præcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multò magis deterius cadunt.* Rationem reddit Glossa ibidem verbo & dum præcipites: verbis inferens: *Iniquitas enim omnia pręcipitat. Virtus autem lenta est, & omnium percuntatrix.* Ex Origine, & Helychio in *can. inter hęc hircum, qui oblatus fuerat 34 de pœnitentia dist.3.* non longa à principio verbis loquentes: *Velox enim Iniquitas, quę ad nocendum occasionē suggerit. Lenta virtus & cunctatrix, ante iudicat, quam incipit, quid decorum, quid honestum. Iniquitas omnia præcipitat.*

Zelus dolorem excitat, quem quis de honore suo habet. vt Cyprianus ad Pomponium de virginibus in *can. nec aliqua putet se posse hac excusatione defendi 4.27.q.1.* de vxore verba faciens: *Si superueniens maritus sponsam iacentē cum altero videt; non ne indignatur, & fremit, & per zeli dolorem fortassis & gladium in manu sumit?* Quia sufferre non potest tantam sibi inferri iniuriam vnde armatur Zelus eius.

Zelus quoque Christianus nuncupatur. ex Concilio Triburiensi in *can. Hi ergo, qui sanctimonialibus scientes matrimonio ad iniuriā Christi copulati sunt. 13. eadem 27.q.1.* mandado: *Iuxta censuram Zeli Christiani separentur, & numquam eis concedatur coniugali vinculo religati, sed in pœnitentia lamentis se vehementer, dum viuunt, afficiant.* Quia nimirum de cetero non possunt nubere, qui sanctimonialibus copulantur. in odium criminis. Si tamen contrahant, tenet. vt *Glossa* ibidem verbo *coniugali.* adnotat Rationem habes ex Hieronymo ad Riparium contra vigilantium in *can. ... Syromasten Phinees. 13.23.q.8.* dicente: *Non est crudelitas crimina pro Deo punire, sed pietas.* perpendit exempla de zelo indignationis Phinees, qui coeuntem cum Madianitida interfecit. *Syromasten enim Zelum indignationis.* Glossa ibidem interpretratur. De Helia. Simone. & Paulo.

Zelus quoque malus est, cum quis ad vindictam denunciat crimen fratris sui. ex Augustino in *can si peccauerit, inquit, in te frater tuus. 19. ad finem §. sunt homines adulteri in domibus suis. 2.quæst.1.* verbis illis: *plerumque Zelantibus; aliquando maritorum salutem quęrentibus.* ibique *Glossa* verbo *zelantibus.* inferens argumentum; malo zelo denunciantem crimen fratris.

Zizania ad messem vsque tolerantur, ne illa eradicantes etiam triticum eradicetur. Sic minus (Matthæo 13.) *Sinite vtraque crescere: ne forte eradicantes zizania, eradicetis simul & triticum.* Quia tolerandi sunt mali quandoque ne damnum maius in Ecclesia deriuetur. Sic filii Israel Hiebuseo eradicare

non

non potuerunt. perpendit Hieronymus in can. *Nolite recedere à Domino, in hodierno die* 22. 11. q. 3. & vt inquit Augustinus in libro de fide & operibus in *can. quidam verò e contrario periclitantes* 18. 23. *quæst.* 4. de zizaniis tolerandis verba faciens : *Vt & canes in Ecclesia propter pacem Ecclesiæ toleremus : & canibus sanctum, vbi pax Ecclesiæ tuta est, non demus*. Cæteroquin Boni à malis in hac vita, sicut zizania à frumento, discerni omnino non poterunt. Idem vt perpendit Augustinus libro 4. de baptismo capite 12. in *can. Quantus arrogantię tumor est* 14. 23. *quæst.* 4. meritò Dominus dixit : *Sinite vtraque crescere*. Glossa vt perpendit ibidem. verbo *Dominus*. In fine enim mittet Dominus Angelos suos, & colligent de regno eius zizania ; & reponent in fasciculos ad comburendum. Et hoc sane: *ne cum deuitamus zizania, Dominica videamur pręterire frumenta*. vt dixit Gelasius Papa in *can. ita nos Scyllacenorum cædes geminata Pontificum* 25. *in fine* 25. q. 1.

# F I N I S.

## Deo sint gratiæ infinitæ.



N E A P O L I,
Typis Camilli Caualli M.DCLVI.



